Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Oviedo
Biblioteca

SUMMA

Ex Thoma

Cum Notis

Vi[illegible]

Illud tamen verum ... demnatus ex huiusmodi confeisione non debet ... ana ordinaria sed mit ... star ... set ...

... prudentiæ peritiam, ingenij can... ... egregias do-

... sequitur Marsil. *in leg. frater tuus, num. 55. & sequent. C. ad legem Corneliam, de sicarijs*, & hos sequitur nur

... ...icis, ...ico eorum, qui ... curationi adstiterunt affirmat Farinat. *decis. 365. numer. 5. lib. 2.*

An verò credendum sit Medico Curiæ attestant inquisitum ... posse ... i ex ... pare ... e al ... imp ... te ... per ...

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECVNDA

SECVNDAE

PARTIS SVMMÆ SACRÆ

THEOLOGIAE S. THOMAE AQVINATIS,
DOCTORIS ANGELICI, AD ROMANVM
exemplar diligenter recognita, ad
marginem adscriptis locis,
quæ ab auctore
citantur:

CVM COMMENTARIIS R. D. D.
Thomæ de Vio Caietani, Cardinalis S. Xysti.

Quæstionum item, & singulorum Articulorum, additus est INDEX.



LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.
M. D. LXXXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD LEONEM PONT. MAX.

THOMAE DE VIO CAIETANI TITVLI

SANCTI XISTI, PRESBYTERI CARDINALIS,
In Secundæ Secundæ Diui Thomæ
Aquinatis Commentarios,

PRÆFATIO.



OMNES homines, qui ex iniũcto, ſibi munere in Republica gerenda verſantur (cuiuſcunque ordinis illi ſint non priuatis ſolùm, ſed publicis etiam pro beneficiis, ad referẽdam gratiam reddi obnoxios, nemo vnquàm ſapiens dubitauit. Tanto ſiquidem fœdere commune bonum particulari bono inſertum eſt, vt illud vnuſquiſque proprio auteferendum putet, nemóque quod ſuum eſt bonum, vel ſe conſequi, vel tueri poſſe confidat, niſi publicum inde bonum augeatur & conſeruetur. Ego itaque (quod ad me attinet) tua Leo X. Põtifex Maxime, & in Rempublicam Chriſtianam & in meipſum maxima beneficia mecum animo reputans, hæc tibi mea Commentaria offerenda nunc cenſui: non qui hoc pacto parẽ me tibi gratiam referre nunc arbitrer, ſed qui potiùs grati animi voluntatem tibi ſignificem, nec ſine veneratione debita recolam immenſam, cunctiſque communem beneficentiæ tuæ vim. Tu quidem beatiſs. pater, ſtatim vt Pontifex factus es, pernicioſum illud vniuerſalis eccleſiæ ſchiſma quod ſub Iulio II. eruperat, tua bonitate atque prouidentia ita funditùs excidiſti, vt hoc immortali beneficio Chriſtianos omnes facilè tibi deuinxeris. Neque verò tuæ ſatis fuit magnanimitati peſtilens hoc malum, quod tempeſtate noſtra eccleſiæ incubuerat, ſubmouiſſe, niſi etiam futuris ſæculis è ſublimi iſta ſedis Apoſtolicæ ſpecula longè proſpeciens, radicem quoque gignendis in poſterum ſchiſmatibus, ac fomenta etiã quibus alerentur ac viuerent, aboleres. Nam cum præteritarum rerum experientia ſatis nos doceret, graues ac periculoſas eccleſiæ diſſenſiones inde ortas quidem fuiſſe, quòd quidam nimiũ impiè arrogantérque autoritatem ſynodi ſupra maieſtatem Pontificis efferebant, alimenta verò ac fomenta, quo diutius perdurarent, ab ea, quam pragmaticam vocant, ſanctione ſumpſiſſe, quámque, veluti perpetuum quoddam ſchiſma, eccleſiæ aduerſam, ſedíque apoſtolicæ ſemper æmulam multi quondam alioqui clari magnanimíque Pontifices ardenti ſtudio abolere, ſed incaſſum, conati ſunt: tu tamen vtrunque malum, beatiſsime pater, de medio facilè ſuſtuliſti, dum Lateranenſi approbante conſilio, ipſe ſanctorum patrum dogma ſectatus, omni iam diſceptatione de ſynodi ac pontificis imparitate ſublata, ſedis apoſtolicæ autoritatem ſupra ſynodum ſtatuendam eſſe tanta firmitate ſanxiſti, vt Lateranenſis ipſa ſynodus veterum conciliorum veſtigia imitari, ac ſe pontificiæ autoritati ſubditam eſſe confiteri non erubuerit: dúmque in eodem concilio, pragmatica ſanctione extincta, integrum ſedi Apoſtolicæ ius ſuum reſtituiſti. Quibus honeſtis magnanimíſque incœptis ad optatum finem perductis, verè leo fortiſſimus eccleſiæ ſanctæ filiis, tuíſque adeò catulis, ſolidam tranquillitatem, quantùmque in te fuit, pacem etiam venturis ſeculis ſtabiliſti. Quantum verò cuncti profeſſores eorum ordinum, qui religioſi vocantur, bonitati tuæ charitatíque debeamus, iam ipſe teſtis facundiſſimus eſſe poſſum. Etenim cùm illorum ordinum priuilegia, quibus decus & immunitas continetur, quidam vel peſſundare, vel ſaltem labefactare adniterentur, tu tamen ſolus ingenua bonitate, atque autoritatis robore obluctando patrem te nobis omnibus, patronum, protectorémque benigniſſimum præbuiſti. Quid enim dicam, quòd ea liberalitate, ac munificentia literatos omnes doctoſq; homines protegendos ſuſceperis, vt diſciplinarum omnium profeſſores ac ſtudioſos viros cùm collatis muneribus iam ornaueris, tum ad be-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nè ſperandum de benignitate tua erexeris? Mihi autem (vt omiſſis aliis me inſpiciam) tameſi vel eccleſiaſticæ militiæ ſacramento vel ſacri ordinis profeſſione, ac magiſterio vel aſſiduo literarum ſtudio, nullum tuorum tot beneficiorum à me alienum eſſe cognoſcerem, ſed ea potius vbertim me accepiſſe ſentirem, proximè cumulus hic tuæ benignitatis maximus ſpendidiſſimúſque acceſcit, quòd me nullius interuentus fauore, nullis intermediis precibus, nullis denique beneficiis prouocatus, ſed ipſe ingenua tui animi bonitate adductus, in ſacrum Cardinalium ordinem coaptaſti rem ſanè admiratione magna digniſſimam, totóque orbe terrarum memorabilem tempeſtate noſtra aggreſſus, vt quam optimates viri dignitatem, quam principes ac reges prouinciarum ſummo ſtudio & contentione vel ſibi vel ſuis aſſequi ſuppliciter elaborant, tu mihi eam nec petenti quidem nec ſperanti, vixque adeò cogitanti ſponte tua contuleris. Ne itaque in tuum domini mei conſpectum omni veneratione digniſſimum vacuis manibus vt aſymbolus ingratiúſque venirem, quæ proximis annis in Secundam Secundæ diui Thomæ Aquinatis Partem Commentaria elucubraui, tibi nunc dedicãda, tuíque numinis præſidio publicãda conſtitui. Quæ ſi vel nulla in me tua ſeorſum beneficia tanta extarẽt, tibi tamen iure optimo debebantur: quia cùm tu & ſummi regis & ſacerdotis Maximi dignitate fungaris, doctrinæ moralis Commentaria pro tua bonitate ac ſapientia nequaquam à tua ditione aliena ducturus fueras. Moralis enim doctrinæ inſtrumento eccleſiæ ſanctæ regnum efflorescere, ac decorari oportet: ſub eo præſertim pontifice, qui timere non debet, ne cum aliis prædicauerit, ipſe reprobus habeatur, cùm ea quæ in Ethicis præceptionibus tradita, ſuis auſpiciis publicantur, ipſe vitæ ſuæ exemplo ſancire & comprobare videatur. Neque enim latere quenquam exiſtimo, te inde ab adoleſcente ætate, cùm aliarum virtutum, tum præcipuè liberalitatis & continentiæ normam cunctis propoſitum claruiſſe. Iam verò quàm altis radicibus fides, ſpes, charitas pectori tuo inſitæ ſemper fuerint, quæque ad eas tuendas conſeruandáſque virtutes maximè neceſſaria & ingenua fortitudo, planè tunc omnibus oſtendiſti, cùm periculoſis reipublicæ Chriſtianæ temporibus, eccleſiæ Romanæ legatus ampliſſimus, contra telorum turbines bellicáque tormenta, pulſis propè omnibus ipſe imperterritus perſtitiſti. Móxque ad maiorem (vt puto) virtutis tuæ probationem, inclinatis rebus alienæ poteſtatis iam factus nullis tamen expugnari machinis, nullis abduci terroribus ab integro eccleſiæ corpore diuulſas partes potuiſti. Quæ cùm animo reputamus, Dei prouidentia factũ cognoſcimus, vt tu Pontifex eccleſiæ ſanctæ præficereris: qui (vt Apoſtoli verbis vtar) per omnia tentatus compati laborãtibus ſcires: & quas anteà meditatus virtutes fueras, authoritate potentiáque ſuffultus, multò nunc vberiùs, multóque fœliciùs propagares: id quod inaudita & ineffabilis illa clemẽtia, qua capiti tuo inſidiato homines conſeruaſti, planè teſtata eſt. Tibi profectò tuæq; ſanctiſſimæ poteſtati valde conueniens eſt, vt ſicut Dei Maximi vices inter nos geris, ita cæteris mortalibus ea præſtes virtute, qua homines, quantum mortalibus licet, Deo Optimo Maximo ſimiles fiunt. Cæterum tuæ laudes longioris ſubſellij tempus expoſcũt. Quod verò ad inſtitutam rem pertinet, non, nõ modò Pontificiæ maieſtatis nomine, cuius eſt officium ſubmouere ſcelera, ac virtutes inſerere, ſed tuo ipſius etiam nomine, qui virtutes colis ſempérque coluiſti decenter tibi noſtra hæc Commentaria dedicantur, in quibus de vitiis ac virtutibus diſputationes pulcherrimæ proponuntur. Quæ tamen hac mente omnes à me tibi nunc dedicari intelligant, vt quæcunque hic vel vſquam alibi à me ſcripta ſint, Apoſtolatus tui iudicio (cui ſunt iure ſubdita) ſubſternantur. Accipe igitur beatiſſime pater, de manu tibi deditiſſimæ creaturæ munuſculum, grati animi alacritate conditum: atque in eo accipiendo Dei Maximi (cuius tu vicem inter nos geris) benignitatem quæſo in animum tuum reuoca: hic enim cum pingues tauros ac arietes immolari ante ſe cerneret, duo tamen minuta de manu pauperis mulierculæ in gazophylacium templi miſſa non reſpuit.

Æternum vale pater beatiſſime.

**

VENE

VENERANDI PATRIS FRATRIS
Bartholomæi de Spina, Piſani, ordinis Prædicatorum
in commendationem ſequentium
operum & autorum,
Præfatio.

NVNQVAM deſtitit ſummus ille Opifex rerum ac naturæ conditor, labenti ſua ſponte ſæculo manum dare, ac humano generi, bonitatis ſapientiæque fuga degeneri duces præordinare, qui iuſtitiæ normam verbo doceant, factis permonſtrent, ſapientiæ quoque illuſtratione ſubductis tenebris cuncta perfundant. Sic affatim manifeſtatur diuinæ ſapientiæ, potentiæ, clementiæ, iuſtitiæ, ac cæterarum, quæ numero ponderéque infinitæ ſunt, perfectionum magnificentia, dum decentiſsimo ordine infima, per media, & horum quæ infirmioris naturæ ſunt, per ea, quæ ſummo propius hærent, in ſuos quæque diriguntur fines. Et non ſolùm, vt ſint plurima, verum vt & cauſæ ſint, eis primus ille actus clementer indulſit, atq; vnicuiq; quæ ſua ſunt, iuxta propriam cuiuſque celſitudinem, perquàm ſuauiter ac potenter diſtribuit. Sic ſanè & ſupernorum illorum ſpirituum dignitas ac præſtantia noſtris his in partibus, licet non omnimoda ſimilitudine clareſcit. Quod enim ſuperiores ac qui Deo Optimo Maximo viciniores ſunt ſpiritus, ſicut natura, ſic & gratia cæteris præſtantiores, inferiores purgant ac illuminant: & vt diuinam circa nos voluntatem adimpleant, de altioribus inſtruunt & informant: hoc ipſum inquam, quod factum digniſsimum eſt, cogitatúque admirabile, infirma quadam ſpecie repræſentat inferioris huius vitæ hominum ſtatus. Vbi nonnulli ſingulis tempotum viciſſitudinibus à Deo conſtituti ſunt principes ac rectores: qui cæteros quoſque nedum gratia ſapientiáque præcellant, ſed etiam Dei zelo acti, præpotenti quadam virtute ad diuinas vnà ſecum participationes attollant. Hinc nãque patrum patres ac humani generis patriarchæ, primo illo tempore, quo naturali tantummodò præeunte lumine homines ferebantur in Deum, fulſerunt. Loco quorum ſcripta lege, ſurrexerunt videntes ac ſacri flamines, qui diuina eloquia rudi populo panderent, ſimúlque ad cœleſtium præceptorum obſeruationem inducerent. Subinde gratiarum ac donorum largitatis temporibus, duce noſtro Chriſto Ieſu, omnium bonorum ac totius beatitudinis autore, electi ſunt diuini verbi præcones Apoſtoli, quaſi ſemidei: qui poſt ſui principis in cœlum conſcenſum, diuinorum eloquiorum ſignorúmque potentia, vniuerſum orbem ſanctiſsimæ fidei ſubegerũt iugo. Nec defuerunt, qui ſucceſſu temporis horum à Deo dati ſint etiam ſucceſſores, doctores inquam atque paſtores Eccleſiæ ſanctæ, quales Dionyſius, Athanaſius, Auguſtinus, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Gregorius ac innumera huiuſcemodi luminaria fulgentiſsima: qui ſanctitatis eximiæ potentiſsimum exemplar populo facti, micantiſsimo etiam quo reſplendebant ſapientiæ lumine, beatitudinis tramite innumeris ſcripturarum ſuarũ voluminibus reſerato, filiis Dei ſalutis æternæ miniſtri operoſiſsimi effecti ſunt. At demum quo maior vitiorũ illuuies frigeſcente charitate, maior itidem ignorantiæ rubigo mundum inuaſerat, eò maiore (vt ita dixerim) ſe ſummus omnium parens accinxit robore: vt virtutum omnium ſpecimen viuaciſsimum, luméque copioſius mũdo effunderet: dum veluti ſol Thomas Aquinas emicuit, charitatis feruore, ſapientiæque ſplendore maximo Eccleſiam Dei fouens & illuſtrans. Cur enim non ille doctorum omnium ſanctiſsimus cenſearur, qui innocentiſsimam ac mundiſsimam ſic vitam duxit, vt virgineali lilio inſignitus cuiuſcunque etiam mortalis criminis immunis ſemper extiterit, ac in ſchola virtutum indefeſsè exercitatus, ſummũ conſcenderit perfectionis apicem? Cur non inquam ille ſanctiſsimorum ore celebretur, cuius ſic mens Deo firmiter adhærebat, vt à ſenſibus inter orandum perſæpe ſpiritum ad alta tendentem ſequeretur, imò ab eodem ſpiritu perfecto dominio potentíque virtute traheretur & corpus? Cuius præcelſæ ſanctitudinis gratia nutu Dei factum eſt, vt inter omnes Eccleſiæ doctores, ſancti denominatione, ab his etiam qui doctrinæ eius in aliquibus (ex hoc imperiti) aduerſantur, antonomaſticè vocitetur, dum inter diſputandum legendúmve doctores dicere conſueuerunt. Hæc eſt ſancti doctoris ſententia: vel ſic tenuit ſanctus doctor. His enim ſimilibúſque notis, quiſque ſtatim diuum Thomam cognominari cognoſcit. Sapientiam quoque illius qui non admiratur aut extollit, non niſi ſapientia ieiunus eſt, vel certè inuidens ac malignus. Sole nanque iſto ſuborto omnes errorum ac hæreſum vmbræ, à ſanctæ matris Eccleſiæ facie protinus effugatæ ſunt. Quicquid dubietatis, quicquid ſcrupuli ſatore diabolo pullulat in Eccleſia. Thoma iudice conſtituto, confeſtim diſſoluitur ac vaneſcit. Omne per Thomam eccleſiaſticum dogma firmatur: roboratæque ſanctiones perſiſtunt. Quis æuo noſtro, imò quis poſt ſolis huius ortum optimus logicus, philoſophus, theologus euaſit qui non diui Thomæ armiſsimæ ſapientiæ auxilium imploraſſe rit? Quiſnam doctus aut fœcundus concionator ambonem aſcendit, qui non à Thoma mutuetur, quæ populum erudiant ac inflamment? Quis cathedram venerandus doctor inſedit, cui non Thomas (ſi tamen vera docear) ſapientiæ certitudinem ſubminiſtret? Quis denique ſcholaſticum certamen adoriturus: qui non ſe prius Thomæ armis accinxerit? Nec immeritò quidem. Cuius nanque ſapientiam Chriſtus per ſe approbat, beatiſſima virgo collaudat, Petrus, Paulus edocent & commendant, vniuerſitas Pariſina miris effert præconiis, ſummus antiſtes Vrbanus ſectandam proponit, & amplexandam præcipit: quis non veretur, amplexetur, extollat? Plus loquor auribus quibus ſupernaturalia, voratáque miracula, veridicis nihilominus aſtructa textibus, & ab eccleſia celebrata, nedum non dicipiunt, ſed oblectamento ſunt, robúrque afferunt veritati. Quæ ti, ſupplicitérque deprecanti Thomæ ante crucifixi imaginem, vt de ſuæ doctrinæ ſoliditate certior fieri mereretur: voce patenti per os imaginis nonnullis fratribus, qui diuum doctorem orantem obſeruare conſueuerant, audientibus, reſpondit Chriſtus: Bene ſcripſiſti de me Thoma. Hoc ipſum aliàs beatiſsima virgo per os iridem ſuæ imaginis, qua coram ſanctus orabat apertiſsimè proteſtata eſt. Beatiſsimi item ſenatus apoſtolici principes Petrus & Paulus de paſſu dubio prophetæ eundem plenius perſonaliter inſtruxerunt. Et per ſeipſum aliàs Paulus (vt fatri in ſpiritu rapto videre audireque conceſſum eſt) idem diuo Thomæ percunctanti ſi in Epiſtolis ſuis clarum haberit intellectum, reſpondit: Quantum queat humanus capere intuitus. Pluribúſque aliis diuinis reuelationibus dum adhuc in humanis ageret: quod noſſe copierat de doctrinæ ſuæ firmitate, quam & in ſcriptis redegerat aſſecutus eſt. Sed denique poſt eius fœlicem ad ſuperos tranſitum, ab vniuerſitate Pariſina, dum luciditſsimis ſyderibus eſſet corona, tam celſæ laudis eſt cumulis ob ſanctitatem atque ſapientiã eximiam glorificatus, vt omne penè genus mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dúmque commendationis excedat, simul ac per parentes literas explodens articulorum quorumliber sancti Thomæ doctrinæ vel in modico aduersantium assertionem. Innocentius quoque sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ præsul, diuum hunc doctorem in eo sermone quem in ipsius præconio edidit in sapientia Salomoni prætulit ac eius doctrinam præ cunctis post canonicam cõmendabilem approbauit. Vrbanus denique & is summus antistes, doctorem hunc angelicum miris effert laudibus eiusdem sapientiam ac doctrinam nedum approbans & confirmans vti de cœlo lapsam, Verum & vniuersitati Tholosanę præcipiens, vt eandem sectentur, & studeãt pro viribus ampliare Vnde factum est, vt tot laudum titulis sublimatus doctor hic sanctissimus, meritissimè lumẽ Ecclesiæ peculiariter appelletur: & is idẽ etiã præ cunctis doctoribus haud iniuria nominetur Doctor angelicus. Angelus quippè fuit hic in terra innocẽtissima vita: ingenij ac intellectus altitudine, vt hisipsis excellẽtiæ gradibus quosque trãsceẽderet positus in sublimi. Lumen item Ecclesiæ fulgentissimum extitit: ad cuius præsentiã pulso nunc ab eo hæresum omniũ cæco nubilo, fœliciter eidem domino deseruiret. Nec tamen mirũ, si splendori huic tenebræ se opponant: ac eundẽ impugnare contendant. Humana quippè conditio infœlicitati non modicum est obnoxia ex prima corruptione peccati. Quod sanè factũ est vt semper veritas & itidẽ bonitas paucos habuerint possessores. Neque tamen sanctissimi huius doctoris aliquid suæ gloriæ deperit in hoc etiã nostræ peregrinationis tempore, ob quorumlibet etiam aduersantium infestationẽ. Quinimò veluti per ignem probatũ aurum sapientia illius ab insipientibus ex hoc impugnata præualẽs, eminus fulget eiusdémque doctoris sanctissimi omnifariam cumulata celebritas, dum à multis validissimè defensatur, creuit in immensum. Sed & oppugnationis huius ratio in oppugnati gloriã cedit. Apud clarissimos siquidẽ viros innotuit hoc ipsum ex sapientiæ illius eminentia sumpsisse originẽ. Tam celsam quippè doctrinę illius sedem obtinuit, vt non nisi ab eleuatissimis ingenijs, acutissimisque luminibus valeat penetrari. Quo fit, vt hi qui vel se sibi credũt tantũmodò, vel interioris prospectus vinacitate priuantur, dum excelsum hoc sydus sibi inaccessibile, in ipsum quasi canes in lunam ad vesaniæ suæ manifestationẽ ineptos latratus emittant. Quos tamen diuina bonitas iuxta sapientiæ suæ ordinem prouidens ad viam veritatis reuocare, duces delegit alios: qui Thomæ spiritu quasi subsistant: & aduersantium oppugnationes inanes: ac à doctissimorum conspectu meritò expellendas esse a enter ostendant. Quorum Thomas Caietanus, prostremus quidem tempore, sapientia verò ac vitæ splẽdore his diebus nulli forte secundus à Domino quasi viues Aquinatis imago suscitatus est. Viri huius singularissimi præconia prosequi, eius compellunt merita: inducit monumentum perpetuum quo ad imitandum trahantur posteri excusat iniunctæ correctionis occasio, non accusat vel minimæ adulationis nota, apud illos præcipuè qui castigatissimam eius mentem norint. Suæ quippè vulgatæ laudis prolocutores, graues sibi potius ac molestos reputat, quàm vel in modico eis arrideat sereno vultu. Et hoc ipsum cõmendatione dignissimũ est: & ab elegantissimi animi eius innata bonitate procedit. Nanque animam bonam illum à Domino sortitũ esse: si naturalia iungamus actibus (ex quibus virtutũ habitus innotescunt) ingenij eius perspicacitas, cui & ab ipsis penè cunabilis indefessè vigilantissimo studio secundauit, cunctis sæculis patefecit. Sed hæc et quam indidit elegantiæ nec desiderio acauiditati discendi defert. Altissimus, omnia inquam ad sapientiæ studiũ extrinsecus conferẽtia subministrãs. Sacræ nempè Prædicatorum religionis non nisi sapientiam toto orbe resonanti institutori iuuenis admodum Deo initiatus dum haudquaquam segniter virtutum actibus in adipiscendísque literis se totũ impenderet, præceptorum eiusdem professionis æuo illo Philosophorum ac Theologorum sapientissimum valentinum Petrũa oriundum eidem Dominus præparauit: sub cuius magisterio breui dierum spatio sic harum scientiarum assecutus est apicem, ac culmen conscendit: vt id adolescens adipisceretur honoris, quod non nisi veterani milites vix reportant. Nempe cui metaphisices publica lectura in florentissimo Parisino gymnasio sic demãdata est, vt cum illo concurreret Trombetta inquam viro tempestate illa non vulgari: qui plus temporis lectũrã hanc prosequendo consumperat, quàm hic ætatis. Quantæ autem tum fuerit non dico expectationis: sed veluti is à quo nil eminẽtius expectari queat admirationis apud sapientum inibi demorantium coronam: eorũ qui adhuc superstites sunt prædicant voces, dum crebras referunt in schoiastica palestra illius victorias, ita vt in proxima patria Venetiarúmque ciuitatum omnium elegantissima, quasi de cœlo lapsi numinis eius gloria resonaret. Protestatur idipsum sapiẽtia eius in De ente & essentia diui Thomæ opusculum eo tempore scriptis commendatũ. In quo etiam hoc ipsum admirari licet quod in doctoris angelici laudes ingeminatur: vniformitas dico tum sensus tum dictaminis, iuuenis admodũ cum & ille esset cum sententias scripsit, & eiusdem immatura dictantis ætate. In stylo siquidem in ordine ac rara quadam docendi viuacitate, subtilitate etiam ac altitudine sensus etiam viri eius celebratissimi scripta, quæ adolescens edidit aliis in prouectiori ab eo discussis ætate si cõferantur, eadẽ esse putabũtur. Sed haud qua quàm vana opinio. Neque enim annorum defectus prohibuit, quin fauum sapientiæ purissimum fugeret, & idipsum cunctis effunderet abundanter. Demùm eo temporum decursu ad vniuersalem prædicatorum synodum, præfati ordinis summo capite ei demandante prouinciam: vt veritatis defensorem pro more se cunctis offerret. Ferrariã cõcesit. Die igitur constituta in campum procedens, cum celebratissimo illo scientiarum omnium velut armario capacissimo Ioan. Pico Mirandola congressus est. Quàm fœlici fato dies illa donata est, vt iuuenes duo robustissimi sese pro veritate impeterent: qui cùm ætate tum animi elegantia interiorisque luminis ac sapientiæ plenitudine, moribus etiam haud dissimiles erant, sed nec professione dissimiles. Picus etiam (tametsi morari occurrens) sacrum & ipse prædicatorum ordinem est professus. Viriliter igitur de illo dum vtrinque decertaretur, tantum gloriæ Thomas (absque tamen concertantis iniuria) consecutus est, vt coram illustrissimo Ferrariæ duce Hercule, ac toto sapientum senatu & innumera populi circunstantis ac stupentis frequentia ab sui ordinis generali moderatore Ioachimo Purriano Veneto, viro præstantissimo consedente mox coram accitus, propriũ, quo caput tegebat biretũ, magisterij infulam, capiti Thomæ imposuerit, cunctisque applaudentibus: sed & eodem quoque Mirandulæ Comite & plurimum collaudante, sacræ illum Theologiæ magistrum creauerit. Inde post crebras in scholastica palæstra victorias, quas cum à patribus congreg. Lombardiæ cum quibus vitam ducebat virtutibus claram, vocatus esset ad generales eorũ conuentus, assecutus est, Veronæ inquam, Bergomi, Bixiæ, Mãtuæ Mediolani, Papiæ (quo & loco solenni lectura libri de cœlo ab Ludouico Mediolanensi olim duce honoratus est) in Italia est eius gloria sic diffusa, vt abiret per ora omniũ ratissima laude. Edidit nihilominus his temporibus, quæ monumentũ sapientiæ suæ præstent vniuersis in æuum, Commentaria dico in secundi περὶ ψυχῆς Partem, quàm Diuus Thomas intactam reliquit morte præuentus. Cõmentaria quoque in Isagogas Porphyrij, in prædicamenta ac analytica Stagiritæ opus de analogia nominũ. Quæstiones tum de infinitate primi motoris, tum de subiecto Physicæ, aliáque nonulla notatu dignissima. Subinde Romæ post celeberrimam disputationem in qua ipse coram pluribus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus miraculo fuit, à reuerendissimo præfati ordinis generali præsule magistro Vincentio Bandello, viro morum præstantia sapientiæque plenitudine famigeratissimo, de consensu eiusdem ordinis senatus, tempore illo Romæ congregati, vniuersalis procurator nostræ totius religionis in Romana curia constitutus est. In qua quidem curia totaque vrbe sic celebris suis virtutibus expositis apud omnes euasit, vt

mox primus inter doctissimos facilè censeretur. Literariis quippe cõcertationibus publico legẽdi munere, editionibus etiam tum in Primam Summæ diui Thomæ partem: tum in librum de anima, nõnullis etiam doctissimis opusculis ipso interim eminentissimam sapientiam mundo diffundente, ipsa Romana curia quasi nouæ lucis iubare radiabat. Eidem quoque plurimum decoris & claritatis attulit sanctitatis fama, nõ vanitati, sed veritati subnixa. Cùm enim semper fuerit ab omni nota criminis alienus, tum Romæ speciali munere virtutum omnium specimen præmonstrauit. Sicque actum est, vt iuuenis adhuc (neque enim quadragesimũ excesserat ætatis annũ) generalis totius ordinis magister in alia synodo mortuo Bandello. Romæ congregata, electus sit. Qua conscensa sede ad reformationem eiusdẽ ordinis aspirans, ac in breui pro parte voti compos effectus, quem cõtinuatis speculationibus conspeximus semper intentum, in regiminis quoque prudentia officiosissimum se ostendit. Neque enim curæ pastorali speculatio ipsa neque speculationi, gregis custodia etsi grauissima, fuit impedimento. Quod diuinum equidem munus extitit quàm rarissimum. Interim nãque & Cõmentaria in duas medias edidit summæ sancti Thomæ partes (Primam dico ac Secũdam Secundæ) quatenus, & in practicis, ac moralibus scientiis, postquàm speculatiua discusserat, sapientiæ, ac bene viuendi lumen cæteris esset efficacissimum. Opuscula item alia quàm plurima ex hoc sapientiæ fonte sub his temporibus emanarunt: sed præ aliis duo illa de potestate Papæ ac concilij impetuosissima virtute sic effluxerunt, vt per hæcipsa dissidiũ, quod in Ecclesia inutdia Diaboli, eò pernitiosius quò spiritualius, exortum fuerat, vires amiserit. In quibus etiã libellis id plurimũ admirari fas est, quòd eum quem presbyterum & theologum excellentissimum omnes venerabantur, nunc legũ etiam aduertant peritissimum, imò tantæ celebritatis, vt hi qui in orbe primi vtriusque iuris principes habebantur, eius sapientiæ cedere sint coacti. Sicque potissima causa fuit dissolutionis, extremæq, annulationis iniqui illius cõciliabuli, quod defœdauit etiamnum patriam nostrã infœlicissimam, de sancta Ecclesia in hoc etiã benemeritã: quod nõ diu sustinuerunt iniquitatem Pisani ciues, sed armis à suis finibus pepulerũt scismatis auctores, quos inuiti ad tempus tulerant. Celeberrimũ hũc igitur virũ. Cardineo cœtu ex his clarissimis actibus & virtutibus dignissimum, tum summi pontificis Iulij iusto desiderio quinimò firma determinatione mentis, tum & totius populi, cui & pontificis propositum innotuerat voce, ex multo fuit tempore conclamatũ. Nec obstitit bellorũ tumultus, mórsq; pontificis insperata, quin tandẽ donaretur honoris culmine. quod ex multis annis sua merita deposcebãt. Cui & ipse gloriam pileo cumulauit, dum nouo sydere sacratum fulget collegium. In cuius etiã solius conscensu id potissimum suæ gloriæ præstat incremẽtum, quòd non fauore sæcularium principum ex cognatione vel quacunque necessitudine, conquisito, nõ misero ac infœlici obsequio prælatorum (vt toti curiæ notum erat) non denique auri vendicatione thronum hunc ascendit. Sed Domini Sabaoth electione sola, qui fulgentissimã nolunt diu lucernã sub modio latitare, sed super eminentissimæ sedis candelabrũ, vt totũ mũdum illuminet exaltauit. Quis enim (vt de simoniaco consensu paululum immoratus loquar) quis, inquam, audeat viro tantæ frugalitatis notã hãc inurere, qui ex nulla literarum gratiarúmve cõcessione ex quo totius nostri ordinis habenas modetatus est, vel minimum obolum requisiuit, vel etiã acceptauit: sed neque passus itidem vnquã est suorũ familiarium quenquam cuiusuis scripturæ occasione muneris quicquã suscipere. Quinimò chartam, ceram, capsulas etiam suis patentibus literis appendẽdas, suis & scriptoribus cõstituta stipẽdia, ex antiquitus ab ordine generalibus magistris cõtributione statuta, qua cõtentus erat in humilitate, vt decet virũ religiosum, integerrimã vitã ducens prudẽter prouidebat. Quo & cõtigit eũ ipsum cùm primò Cardinalis creatus est, apud se habere nõ nisi triginta quinque aureos suæ præfatæ prouisionis, qua quælibet prouincia ordinis annis singulis quotã pecuniarũ, quæ in summa ad aureos 300 nõ ascẽdit, ad eiusdẽ reuerẽdissimi generalis, suorúmq; in officio sociorũ sustentationẽ conferre tenetur. Hoc ipsum eã ob causam serio libuit recẽsere, vt malignorũ veritate hac obtũdãtur ora, qui nec credere se posse dicũt in plurimorũ & hũc viã nõ esse dilapsum. Et vt ex his etiã omnibus innotescat, quãta sit laude dignus, qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris, cui si milem sapiẽs se inuenire posse quasi diffidit, summáq; prædicat efferendũ laude. Nullo igitur sinistro impulsu motus, Leo summus antistes, virũ hunc dignissimũ in fratrem assumpsit: sed sanctæ matris Ecclesiæ sibi diuinitus delegatæ cõsulens gloriæ, cõsulens & saluti. Cui mox ob eximias ac insignes animi sui dotes, maximã & quæ totius Christiani populi salutẽ cõcernat, prouinciã delegauit, dũ eundẽ de suo latere ad serenissimũ Christianæ reipublicæ Imperatorẽ ob cõponendã inter Christicolarũ reges ac principes pacẽ, eosdémque animodos in fidei sanctæ cruentissimos hostes summus antistes destinauit legatum. Vtrosque eisdẽ sanctæ matri Ecclesiæ diu superstites esse faciat autor vitæ ac perẽnis fœlicitatis obiectũ, vt magis Iudæis appareat gloriosus, dum à se inspiratã doctrinã per diuũ Thomã in mundo effusam, alter hic Thomas fulgidiorẽ reddit explanationibus suis. Quod quidẽ cùm in aliis pluribus, tum maximè in hoc Secũdæ Secũdæ celebertimo libro omnibus exploratissimũ esse potest. Ausim pace omniũ, ausim profectò id in hũc librũ laudis afferre, quod nec plenè ab vllo viuente laudari queat. Neque enim post sacras literas liberalius huic præstat vtilitate vel gratia: imò qui cæteros in aliis suis operibus superauerat, seipsum in hoc vicit angelicus doctor. Patefacta nãq; cœli via est, via inquã virtutũ, quas indulgentissimus omniũ pater, animis quos ad se pertrahit, gratis infundit, gratis & cõseruat. Latæ quoq; mortiferæ illius, ad interitũmq; ducẽtis semitæ grauis asperitas potẽtes abysi, horrẽda præcipitia, crudeles hostiũ implacabiliũ occursus sic omniũ obtutibus clarissimè sub vno conspicienda præcauẽdáque proponũtur intuitu, vt hi tantũmodò illuc iter dirigant, qui ab hoc lumine se subducũt. Omnibus item inuiolabilis regula benè beatéque viuendi iuxta cuiusque conditionẽ & statũ sic per huius libri sapientiã est præfixa, vt nõ nisi qui splendore isto non perfunduntur ostẽdant: & eo præcipuè nunc interprete, tantíq, thesauri de cœlo demissi veluti dispensatore, per sua hæc præclarissima Commentaria Thoma altero constituto: qui libri huius latissimũ intellectũ aperiens, quæstiones insuper nõ minus necessarias & vtiles quàm peregrinas subtilissimè formãs atque dissoluẽs, errores itẽ subortos præpotẽter elidens, luculentissimã veritatẽ sic pandit omnibus gratioseè, vt meritò quisque in vtriusque principis laudem prorumpens decãtare possit: Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucent: & quasi sol refulgens: sic hi refulgent in templo Dei.

Philippi Mannæ Cremonensis, Prædicatoris.

Fœlix stelliferi patris senatus,
Fœlix ominium & quater beata,
Fœlix religio dicata tanto
Fœlix stelliferi patris senatus,
Quæ Thomas geminos, dedisse mundo
Queis nil sublimius, decoro, sensu:
Mistos Ambrosia Iouis potentis
Natæ, quas sophiæ vocant sorores.
Quin plus, connubio parens deorum
Septem perpetuo dedit puellas
Phœbus, corritis locans sub vmbris.
Cui mox nectareos dedere fructus
Partu, quem resido sinu recepit
Famæ plus tibi vendicas Athenis
Nuper Cardineo togatus ostro:
Alter multiplici trahit sophia
Et doctos homines & eloquentes.
Quin maius loquor, ipse bis secundam
Dum Thomæ referat recentiori
Doctrina ingenio tonans Aquini,
Tentat gaudia prouocare famæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECVNDÆ SECVNDÆ
SVMMAE D. THOMAE AQVINATIS
QVÆSTIONVM ET ARTICVLORVM INDEX.

De virtutibus & vitiis in speciali.

Et primò de virtutibus Theologicis.

QVAESTIO PRIMA.

ARTICVLI.

IT Primò de fide quantum ad eius obiectum.
Vtrum obiectum fidei sit veritas prima. 1
Vtrum obiectū fidei sit aliquid cōplexum vel incomplexum, id est res, aut enuntiabile. 2
Vtrum fidei possit subesse falsum. 3
Vtrum obiectum fidei possit esse aliquid visum. 4
Vtrum possit esse aliquid scitum. 5
Vtrum credibilia debeant distingui per certos articulos. 6
Vtrum iidem articuli subsint fidei secundum omne tempus. 7
De numero articulorum. 8
De modo tradendi articulos in symbolo. 9
Ad quem pertineat constituere symbolum fidei. 10

De fide quantùm ad actum eius interiorem qui est credere. Quæstio 2.

Quid sit credere, quod est actus interior fidei. 1
Quot modis dicatur. 2
Vtrum credere aliquid supra rationem naturalem, sit necessarium ad salutem. 3
Vtrum credere ea, ad quæ ratio naturalis peruenire potest sit necessarium. 4
Vtrum sit necessarium ad salutem credere aliqua explicitè. 5
Vtrum ad credendum explicitè omnes teneantur æqualiter. 6
Vtrum habere fidem explicitam de Christo, semper sit necessarium ad salutem. 7
Vtrum credere Trinitatē explicitè sit de necessitate salutis. 8
Vtrum actus fidei sit meritorius. 9
Vtrum ratio humana diminuat meritum fidei. 10

De fide quantùm ad actum eius exteriorem, qui est confiteri. Quæstio 3.

Vtrum confessio sit actus fidei. 1
Vtrum confessio sit necessaria ad salutem. 2

De fide quantùm ad ipsum habitum fidei & quantum ad ipsam fidem. Quæstio 4.

Quid sit fides. 1
In qua vi animæ sit sicut in subiecto. 2
Vtrum forma eius sit charitas. 3
Vtrum eadem numero sit fides formata & informis. 4
Vtrum fides sit virtus. 5
Vtrum sit vna virtus. 6
De ordine eius ad alias virtutes. 7
De comparatione certitudinis eius ad certitudinem virtutum intellectualium, 8

De habitu fidei quantùm ad habentes ipsam. Quæstio 5.

Vtrum angelus aut homo in prima sui conditione habuerit fidem. 1
Vtrum dæmones habeant fidem. 2
Vtrum hæretici errantes in vno articulo fidei habeant fidem de aliis articulis. 3
Vtrum fidem habentium vnus alio habeat maiorem fidem. 4

De habitu fidei quantùm ad eius causam. Quæstio 6.

Vtrum fides sit homini infusa à Deo. 1
Vtrum fides informis sit donum Dei. 2

De ipsa fide quantùm ad suos effectus. Quæstio 7.

Vtrum timor sit effectus fidei. 1
Vtrum purificatio cordis sit effectus fidei. 2

De correspondentibus virtuti fidei. Et primò de dono intellectus. Quæstio 8.

Vtrum intellectus sit donum Spiritus sancti. 1
Vtrum possit simul esse in eodem cum fide. 2
Vtrum intellectus, qui est donum, sit speculatiuus tantum vel etiam practicus. 3
Vtrum omnes qui sunt in gratia habeant donum intellectus. 4
Vtrum hoc donum inueniatur in aliquibus absque gratia. 5
Quomodò se habeat donum intellectus ad alia dona. 6
Quæ beatitudinum respondeat dono intellectus. 7
Vtrum in fructibus fides respondeat dono intellectus. 8

De correspondentibus virtuti fidei, quantùm ad donum scientiæ. Quæst. 9.

Vtrum scientia sit donum. 1
Vtrum sit circa diuina. 2
Vtrum sit speculatiua vel practica. 3
Quæ beatitudinum ei respondeat. 4

De fide quantum ad vitia opposita. Et primò de infidelitate in communi. Quæst. 10.

Vtrum infidelitas sit peccatum. 1
Vtrum infidelitas sit in intellectu sicut in subiecto. 2
Vtrum sit maximum peccatorum. 3
Vtrum omnis actio infidelium sit peccatum. 4
De speciebus infidelitatis. 5
De comparatione earum adinuicem. 6
Vtrum cum infidelibus sit disputandum de fide. 7
Vtrum sint cogendi ad fidem. 8
Vtrum sit eis communicandum. 9
Vtrum possint Christianis fidelibus præesse. 10
Vtrum ritus infidelium sint tolerandi. 11
Vtrum pueri infidelium sint inuitis parentibus baptizandi. 12

De vitiis oppositis fidei quantùm ad hæresim. Quæstio 11.

Vtrum hæresis sit infidelitatis species. 1
Vtrum hæresis sit proprie circa ea, quæ sunt fidei. 2
Vtrum hæretici sint tolerandi. 3
Vtrum reuertentes ad fidem sint recipiendi. 4

De vitiis oppositis fidei quantùm ad apostasiam. Quæstio 12.

Vtrum apostasia ad infidelitatem pertineat. 1
Vtrum propter apostasiam à fide, subditi absoluantur à dominio præsidentium apostatarum. 2

De vitiis oppositis confessioni fidei. Et primò de blasphemia in generali. Quæst. 13.

Vtrum blasphemia opponatur confessioni fidei. 1
Vtrum blasphemia semper sit peccatum mortale. 2
Vtrum blasphemia sit maximum peccatorum. 3
Vtrum blasphemia sit in damnatis. 4

De blasphemia in speciali, quæ est peccatum in Spiritum sanctum. Quæst. 14.

Vtrum blasphemia vel peccatum in Spiritum sanctum, sit idem quod peccatum ex certa malitia. 1
De speciebus huius peccati. 2
Vtrum sit irremissibile. 3

De

Secundæ Secundæ Index.

Vtrum aliquis possit peccare in Spiritum sanctum à principio, ante quam alia peccata committat. 4

De vitiis oppositis dono intellectus, scilicet de cæcitate mentis & hebetudine sensus. Quæstio 15.

Vtrum cæcitas mentis sit peccatum. 1
Vtrum habetudo sensus sit aliud peccatū à cæcitate mentis. 2
Vtrum hæc vitia à peccatis carnalibus oriantur. 3

De præceptis pertinentibus ad prædicta, scilicet ad fidem, & dona scientiæ & intellectus. Quæst. 16.

Vtrum in veteri lege dari debuerunt præcepta credendi. 1
Vtrum conuenienter in veteri lege tradantur præcepta pertinentia ad scientiam & intellectum. 2

De spe quantùm ad ipsam spem. Quæstio 17.

Vtrum spes sit virtus. 1
Vtrum obiectum eius sit beatitudo æterna. 2
Vtrum vnus homo possit sperare beatitudinem alterius per virtutem spei. 3
Vtrum homo licitè possit sperare in homine. 4
Vtrum spes sit virtus Theologica. 5
De distinctione eius ab aliis virtutibus Theologicis. 6
Vtrum spes præcedat fidem. 7
Vtrum sit posterior charitate. 8

De spe quantùm ad subiectum eius. Quæstio 18.

Vtrum spes sit in voluntate, sicut in subiecto. 1
Vtrum spes sit in beatis. 2
Vtrum spes sit in damnatis. 3
Vtrum spes in viatoribus habeat certitudinem. 4

De dono timoris, quod respondet spei. Quæst. 19.

Vtrum Deus debeat timeri. 1
Vtrum timor conuenienter diuidatur in filialem, initialem, seruilem, & mundanum. 2
Vtrum timor mundanus semper sit malus. 3
Vtrum timor seruilis semper sit bonus. 4
Vtrum sit idem in substantia cum filiali. 5
Vtrum adueniente charitate excludatur timor seruilis. 6
Vtrum timor sit initium sapientiæ. 7
Vtrum timor initialis sit idem in substātia cū timore filiali. 8
Vtrum timor sit donum Spiritus sancti. 9
Vtrum crescat crescente charitate. 10
Vtrum timor maneat in patria. 11
Quid respondeat ei in beatitudinibus & fructibus. 12

De spe quantùm ad vitia opposita. Et primò de desperatione. Quæstio 20.

Vtrum desperatio sit peccatum. 1
Vtrum desperatio possit esse sine infidelitate. 2
Vtrum sit maximum peccatorum. 3
Vtrum oriatur ex accedia. 4

De præsumptione. Quæstio 21.

Cui obiectio inritatur præsumptio. 1
Vtrum præsumptio sit peccatum. 2
Vtrum præsumptio opponatur spei. 3
Vtrum causetur ex inani gloria. 4

De præceptis pertinentibus ad spem & ad donum timoris. Quæstio 22.

Vtrum fuerit dandū aliquod præceptum pertinens ad spem. 1
Vtrum fuerit dandum aliud præceptū pertinēs ad timorem. 2

De ipsa charitate secundum se. Quæstio 23.

Vtrum charitas sit amicitia. 1
Vtrum sit aliquid creatum in anima. 2
Vtrum sit virtus. 3
Vtrum sit virtus specialis. 4
Vtrum sit vna virtus. 5
Vtrum sit maxima virtutum. 6
Vtrum sine ea possit esse aliqua vera virtus. 7
Vtrum sit forma virtutum. 8

De charitate in comparatione ad subiectum. Quæstio 24.

Vtrum charitas sit in voluntate, sicut in subiecto. 1
Vtrum charitas causetur in homine ex actibus præcedentibus vel ex infusione. 2
Vtrum infundatur secundum capacitatem naturalium. 3
Vtrum augeatur in habente ipsam. 4
Vtrum augeatur per additionem. 5
Vtrum quolibet actu augeatur. 6
Vtrum augeatur in infinitum. 7
Vtrum charitas viæ possit esse perfecta. 8
Vtrum conuenienter distinguantur tres gradus charitatis, scilicet incipiens, proficiens & perfecta. 9
Vtrum charitas possit diminui. 10
Vtrum charitas semel habita possit amitti. 11
Vtrum amittatur per vnum actum peccati mortalis. 12

De charitate quantùm ad eius obiectum: quæ scilicet sint ex charitate diligenda. Quæst 25.

Vtrum solus Deus sit ex charitate diligendus vel etiam proximus. 1
Vtrum charitas sit ex charitate diligenda. 2
Vtrum creaturæ irrationales sint ex charitate diligendæ. 3
Vtrum aliquis ex charitate possit seipsum diligere. 4
Vtrum possit ex charitate diligere corpus proprium. 5
Vtrum peccatores sint ex charitate diligendi. 6
Vtrum peccatores seipsos diligant. 7
Vtrum inimici sint ex charitate diligendi. 8
Vtrum sint eis signa amicitiæ exhibenda. 9
Vtrum Angeli sint ex charitate diligendi. 10
Vtrum dæmones. 11
Vtrum cōuenienter enumerētur quatuor ex charitate diligēda, scilicet Deus, proximus corpus proprium, & nos ipsi. 12

De charitate, quantum ad ordinem diligendorum. Quæstio 26.

Vtrum aliquis ordo sit in charitate. 1
Vtrum homo debeat Deum plus diligere, quàm proximum. 2
Vtrum plus, quam seipsum. 3
Vtrum seplus, quàm proximum. 4
Vtrum debeat homo plus diligere proximum, quàm corpus proprium. 5
Vtrum plus vnum proximum, quàm alium. 6
Vtrum plus proximū meliorē, quàm magis sibi coniunctū. 7
Vtrum magis coniunctum sibi secundum carnis affinitatē, vel secundum alias necessitudines. 8
Vtrum magis filium, quàm patrem. 9
Vtrum magis patrem, quam matrem. 10
Vtrum vxorem plus, quàm patrem vel matrem. 11
Vtrum magis benefactorem, quàm beneficiatum. 12
Vtrum ordo charitatis maneat in patria. 13

De charitate quantum ad eius actum principalem, qui est dilectio. Quæstio 27.

Vtrum amare sit magis proprium charitatis, quàm amari. 1
Vtrum amare prout est actus charitatis sit idem quod beneuolentia. 2
Vtrum Deus sit propter seipsum amandus. 3
Vtrum possit in hac vita immediatè amari. 4
Vtrum possit amari totaliter. 5
Vtrum eius dilectio habeat modum. 6
Vtrum diligere amicū sit melius, quàm diligere inimicum. 7
Vtrum diligere Deum sit melius, quàm diligere proximum. 8

De interioribus effectibus charitatis. Et primò de gaudio, quod est interior effectus consequens principalem actum charitatis, qui est dilectio. Quæstio 28.

Vtrum gaudium sit effectus charitatis. 1
Vtrum huiusmodi gaudium compatiatur secum tristitiam. 2
Vtrum istud gaudium possit esse plenum. 3
Vtrum huiusmodi gaudium sit virtus. 4

De effectibus charitatis quantùm ad pacem, quæ est interior effectus consequens dilectionē. Quæst. 29.

Vtrum pax sit idem quod concordia. 1
Vtrum omnia appetant pacem. 2
Vtrum pax sit effectus charitatis. 3
Vtrum pax sit virtus. 4

De effectibus charitatis, quantùm ad misericordiam, quæ est interior charitatis effectus. Quæstio 30.

Vtrum malum sit causa misericordiæ ex parte eius, cui miseremur. 1
Quorum sit misereri. 2
Vtrum misericordia sit virtus. 3
Vtrum si. maxima virtutum. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæst. & Articulorum.

De effectibus exterioribus charitatis. Et primò de beneficentia. Quæstio. 31.
Vtrum beneficentia sit actus charitatis. 1
Vtrum sit omnibus benefaciendum. 2
Vtrum magis coniunctis sit magis benefaciendum. 3
Vtrum beneficentia sit virtus specialis. 4
De exterioribus effectibus charitatis, quantùm ad eleemosynam. Quæstio 32.
Vtrum eleemosynæ largitio sit actus charitatis. 1
Vtrũ conuenienter distinguantur eleemosynarũ genera, ponẽdo septẽ eleemosynas spirituales, & septem corporales. 2
Vtrum eleemosynæ spirituales sint potiores eleemosynis corporalibus. 3
Vtrum eleemosynæ corporales habeant effectũ spiritualem. 4
Vtrum dare eleemosynam, sit in præcepto. 5
Vtrum corporalis eleemosyna sit danda de necessario. 6
Vtrum sit danda de iniustè acquisito. 7
Quorum sit dare eleemosynam. 8
Quibus sit eleemosyna danda. 9
Quis sit modus eleemosynæ faciendæ. 10
De exterioribus effectibus charitatis quantùm ad correctionem fraternam. Quæstio 33.
Vtrum fraterna correctio sit actus charitatis. 1
Vtrum fraterna correctio sit sub præcepto. 2
Vtrum hoc præceptum extendat se ad omnes, vel solùm ad prælatos. 3
Vtrũ subditi teneantur ex hoc præcepto prælatos corrigere. 4
Vtrum peccator possit corrigere. 5
Vtrum aliquis debeat corrigere, eum qui ex correctione fit deterior. 6
Vtrum secreta correctio debeat præcedere denuntiationem. 7
Vtrum testium inductio debeat præcedere denuntiationem. 8
De vitiis oppositis charitatis. Et primò de odio, quod opponitur ipsi dilectioni. Quæstio 34.
Vtrum Deus possit odio haberi. 1
Vtrum odium Dei sit maximum peccatorum. 2
Vtrum odium proximi semper sit peccatum. 3
Vtrum sit maximum inter peccata quæ sunt in proximum. 4
Vtrum sit vitium capitale, 5
Ex quo capitali vitio oriatur. 6
De vitiis oppositis charitati quantum ad accediam, quæ opponitur gaudio charitatis, quod est de bono diuino. Quæstio 35.
Vtrum accedia sit peccatum. 1
Vtrum accedia sit speciale vitium. 2
Vtrum sit peccatum mortale. 3
Vtrum sit vitium capitale. 4
De vitiis oppositis charitati quantuma d inuidiam quæ opponitur gaudio de bono proximi. Quæstio 36.
Vtrum inuidia sit tristitia de bonis alienis. 1
Vtrum inuidia sit peccatum. 2
Vtrum inuidia sit peccatum mortale. 3
Vtrum inuidia sit vitium capitale, & de filiabus eius. 4
De discordia quæ opponitur effectui charitatis qui est pax. Quæstio 37.
Vtrum discordia sit peccatum. 1
Vtrum sit filia inanis gloriæ. 2
De contentione quæ opponitur paci quantùm ad opus. Quæstio 38.
Vtrum contentio sit peccatum mortale. 1
Vtrum sit filia inanis gloriæ. 2
De schismate quod opponitur paci quantùm ad opus. Quæstio 39.
Vtrum schisma sit speciale peccatum. 1
Vtrum sit grauius infidelitate. 2
Vtrum schismatici habeant aliquam potestatem. 3
Quæ sit conueniens pœna schismaticorum. 4
De bello, quod opponitur paci, quantùm ad opus. Quæstio 40.
Vtrum aliquod bellum sit licitum. 1
Vtrum clericis sit licitum bellare. 2
Vtrum liceat bellantibus vti insidiis. 3
Vtrum liceat in diebus festis bellare. 4
De rixa quæ opponitur paci quantùm ad opus Quæstio 41.
Vtrum rixa sit peccatum. 1
Vtrum rixa sit filia iræ. 2
De seditione, quæ opponitur paci quantùm ad opus. Quæstio 42.
Vtrum seditio sit speciale peccatum. 1
Vtrum sit peccatum mortale. 2
De scandalo quod opponitur charitati quantùm ad beneficentiam. Quæstio 43.
Quid sit scandalum. 1
Vtrum scandalum sit peccatum. 2
Vtrum sit speciale peccatum. 3
Vtrum sit peccatum mortale. 4
Vtrum perfectorum sit scandalizari. 5
Vtrum eorum sit scandalizare. 6
Vtrum spiritualia bona sint dimittenda propter scandalum. 7
Vtrum temporalia sint propter scandalum dimittenda. 8
De præceptis charitatis. Quæstio 44.
Vtrum de charitate sint danda præcepta. 1
Vtrum vnum tantùm vel duo, 2
Vtrum duo sufficiant. 3
Vtrum conuenienter præcipiatur vt Deus ex toto corde diligatur. 4
Vtrum conuenienter addatur, ex tota mente. 5
Vtrum hoc præceptum possit in via impleri. 6
De hoc præcepto, Diliges proximum tuum sicut teipsum. 7
Vtrum ordo charitatis cadat sub præcepto. 8
De dono sapientiæ, quod respendet charitati. Quæstio 45.
Vtrum sapientia debeat numerari inter dona Spiritussancti. 1
Vtrum sit in intellectu, sicut in subiecto. 2
Vtrum sapientia sit speculatiua tantùm, vel etiam practica. 3
Vtrum sapientia, quæ est donum, possit esse cum peccato mortali. 4
Vtrum sit in omnibus habentibus gratiam gratũ facientem. 5
Vtrum respõdeat ei septima beatitudo quæ est, beati pacifici. 6
De stultitia, quæ opponitur sapientiæ. Quæstio 46.
Vtrum stultitia opponatur sapientiæ. 1
Vtrum stultitia sit peccatum. 2
Vtrum stultitia sit filia luxuriæ. 3
De prudentia secundum se. Quæstio 47.
Vtrum prudentia sit in voluntate vel in ratione. 1
Vtrum si est in ratione, sit in practica tantùm, vel etiam in speculatiua. 2
Vtrum sit cognoscitiua singularium. 3
Vtrum sit virtus. 4
Vtrum sit virtus specialis. 5
Vtrum præstituat finem virtutibus moralibus. 6
Vtrum constituat medium in eis. 7
Vtrum præcipere, sit proprius actus eius. 8
Vtrum solicitudo vel vigilantia pertineat ad prudentiam. 9
Vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis. 10
Vtrum prudentia, quæ est respectu proprij boni, sit eadem specie cum ea, quæ se extendit ad bonum commune. 11
Vtrum prudentia sit in subditis an solùm in principibus. 12
Vtrum inueniatur in malis. 13
Vtrum inueniatur in omnibus bonis. 14
Vtrum insit nobis à natura, 15
Vtrum perdatur per obliuionem. 16
De prudentia, quantùm ad partes suas in generali. Quæstio 48.
Quæ sint partes prudentiæ. 1
De singulis prudentiæ partibus, quasi integralibus. Quæstio 49.
De memoria vtrum sit pars prudentiæ. 1
De intellectu vel intelligentia, vtrum sit pars prudentiæ. 2
De docilitate, vtrum sit pars prudentiæ. 3
De solertia, vtrum sit pars prudentiæ. 4
Vtrum ratio sit pars prudentiæ. 5
Vtrum prouidentia sit pars prudentiæ. 6
Vtrum circunspectio sit pars prudentię. 7
Vtrum cautio sit pars prudentiæ. 8

De spe

Secundæ Secundæ Index.

De speciebus prudentiæ, quæ sunt ad multitudinem. Quæstio 50.
Vtrum lex positiua debeat poni species prudentiæ. 1
Vtrum politica sit pars prudentiæ. 2
Vtrum œconomica. 3
Vtrum militaris. 4
De prudentia quantùm ad virtutes ei adiunctas, quæ sunt partes quasi potentiales. Quæst. 51.
Vtrum eubulia sit virtus. 1
Vtrum sit specialis virtus à prudentia distincta. 2
Vtrum synesis sit specialis virtus. 3
Vtrum gnome sit specialis virtus. 4
De dono consilij, quod respondet prudentiæ. Quæstio 52.
Vtrum consiliũ debeat poni inter septem dona spiritussancti. 1
Vtrum donum consilij respondeat virtuti prudentiæ. 2
Vtrum donum consilij maneat in patria. 3
Vtrum quinta beatitudo, quæ est, misericordes, respondeat dono consilij. 4
De vitiis oppositis prudentiæ. Et primò de imprudentia. Quæstio 53.
Vtrum imprudentia sit peccatum. 1
Vtrum sit speciale peccatum. 2
Vtrum præcipitatio seu temeritas sit peccatum sub imprudentia contentum. 3
Vtrum inconsideratio sit speciale peccatum sub imprudentia contentum. 4
Vtrum inconstantia sit vitium sub imprudentia cõtentum. 5
Vtrum huiusmodi vitia oriantur ex luxuria. 6
De negligentia. Quæstio 54.
Vtrum negligentia sit peceatum speciale. 1
Vtrum negligentia opponatur prudentiæ. 2
Vtrum negligentia sit peccatum mortale. 3
De vitiis oppositis prudentiæ quæ habent similitudinem cum prudentia. Quæstio 55.
Vtrum prudentia carnis sit peccatum. 1
Vtrum sit peccatum mortale. 2
Vtrum astutia sit peccatum speciale. 3
Vtrum dolus sit peccatum ad astutiam pertinens. 4
Vtrum fraus ad astutiam pertineat. 5
Vtrum solicitudo temporalium rerum sit licita. 6
Vtrum sit licitum, quod aliquis sit solicitus in futurum. 7
Vtrum prædicta vitia oriantur ex auaritia. 8
De præceptis pertinentibus ad prudentiam. Quæst 56.
Vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta decalogi. 1
Vtrum in veteri lege fuerint conuenienter posita præcepta prohibitiua de vitiis oppositis prudentiæ. 2
De iustitia Et primò de iure. Quæstio 57.
Vtrum ius sit obiectum iustitiæ. 1
Vtrũ ius cõuenienter diuidatur in ius naturale & positiuũ. 2
Vtrum iusscentium sit idem, quod ius naturale. 3
Vtrum ius dominantium & ius paternũ debeant distingui. 4
De iustitia. Quæstio 58.
Quid sit iustitia. 1
Vtrum iustitia semper sit ad alterum. 2
Vtrum iustitia semper sit virtus. 3
Vtrum sit in voluntate sicut in subiecto. 4
Vtrum sit virtus generalis. 5
Vtrum secundum quod est virtus generalis, sit idem in essentia cum omni virtute. 6
Vtrum sit aliqua iustitia particularis. 7
Vtrum iustitia particularis habeat propriam materiam. 8
Vtrum sit circa passiones vel circa operationes tantùm. 9
Vtrum medium iustitiæ sit medium rei. 10
Vtrum actus iustitiæ sit reddere vnicuique quod suum est. 11
Vtrum iustitia sit præcepua inter omnes virtutes morales. 12
De iniustitia. Quæstio 59.
Vtrum iniustitia sit speciale vitium. 1
Vtrum iniusta agere sit proprium iniusti. 2
Vtrum aliquis possit iniustum pati non volens. 3
Vtrum iniustitia ex suo genere sit peccatum mortale. 4
De iudicio. Quæstio 60.
Vtrum iudicium sit actus iustitiæ. 1
Vtrum sit licitum iudicare. 2
Vtrum iudicandum sit per suspiciones. 3
Vtrum dubia sint in meliorem partem interpretanda. 4
Vtrũ iudiciũ sit semper secundũ leges scriptas proferendum. 5
Vtrum iudicium per vsurpationem peruertatur. 6
De partibus iustitiæ. Et primò de partibus subiectiuis, quæ sunt species iustitiæ, scilicet commutatiua & distributiua. Quæstio 61.
Vtrum distributiua & cõmutatiua sint duæ species iustitiæ. 1
Vtrum eodem modo in eis medium accipiatur. 2
Vtrum sit eorundem vniformis vel multiplex materia. 3
Vtrum secundum aliquam earum speciem iustum sit idem quod contra passum. 4
De restitutione quæ est actus commutatiuæ iustitiæ. Quæstio 62.
Vtrum restitutio sit actus commutatiuæ iustitiæ. 1
Vtrum sit necessarium ad salutem omne ablatum restitui. 2
Vtrum oporteat illud multiplicatum restituere. 3
Vtrum oporteat restitui quod quis non abstulit. 4
Vtrum oporteat restitui ei, à quo acceptum est. 5
Vtrum oporteat restituere eum, qui accepit. 6
Vtrum aliquem alium. 7
Vtrum sit statim restituendum. 8
De vitiis oppositis prædictis iustitiæ partibus. Et primò de acceptione personarum, quæ opponitur iustitiæ distributiuæ. Quæstio 63.
Vtrum personarum acceptio sit peccatum. 1
Vtrum habeat locum in dispensationem spiritualem. 2
Vtrum habeat locum in exhibitione honoris. 3
Vtrum habeat locum in iudiciis. 4
De vitiis oppositus commutatiuæ iustitiæ. Et primò de homicidio, per quod infertur nocumentum proximo in persona. Quæstio 64.
Vtrum occidere animalia bruta, vel etiã plantas sit peccatũ. 1
Vtrum occidere peccatorem sit licitum. 2
Vtrum hoc liceat priuatæ personæ vel solùm publicæ. 3
Vtrum hoc liceat clerico. 4
Vtrum liceat alicui occidere seipsum. 5
Vtrum liceat alicui occidere hominem iustum. 6
Vtrum homicidium casuale sit peccatum mortale. 7
De iniuriis in personam proximi commissis. Quæst. 65.
Vtrum mutilare aliquẽ in mẽbro, in aliquo casu sit licitum. 1
Vtrum liceat parẽtibus verberare filios, & dominis seruos. 2
Vtrum liceat aliquem hominem incarcerare. 3
Vtrum aggrauetur peccatum ex hoc quòd prædictæ iniuriæ inferuntur in personas aliis coniunctas. 4
De furto, per quod infertur nocumentum proximo in rebus. Quæstio 66.
Vtrum possessio exteriorum rerum sit homini naturalis. 1
Vtrum licitum sit, quòd aliquis rem aliquam possideat quasi propriam. 2
Vtrum furtum sit occulta acceptio rei alienæ. 3
Vtrum rapina sit peccatum specie differens à furto. 4
Vtrum omne furtum sit peccatum. 5
Vtrum furtum sit peccatum mortale. 6
Vtrum liceat furari in necessitate. 7
Vtrum omnis rapina sit peccatum mortale. 8
Vtrum rapina sit grauius peccatum, quàm furtum. 9
De iniustitia iudicis in iudicando. Quæstio 67.
Vtrũ aliquis possit iustè iudicare eũ, qui nõ est sibi subditus. 1
Vtrum liceat iudici sententiam ferre contra veritatem, quam nouit per ea quæ sibi proponuntur. 2
Vtrum iudex possit aliquem iniustè condẽnare non accusatũ. 3
Vtrum possit licitè pœnam relaxare. 4
De his quæ pertinent ad iustam occasionem. Quæst. 68.
Vtrum homo accusare teneatur. 1
Vtrum accusatio facienda sit in scriptis. 2
Quomodo accusatio sit vitiosa. 3
Qualiter malè accusantes sint puniendi. 4
De iustitia ex parte rei siue accusati in sua defensione. Quæstio 69.
Vtrum peccet quis mortaliter negando veritatem, per quam condemnaretur.

Vtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæst.& Articulorum.

Vtrum liceat alicui calumniosè se defendere. 2
Vtrum liceat alicui iudicium subterfugere appellando. 3
Vtrum liceat alicui damnato per violentiam se defendere si adsit facultas. 4
De iusti.ia ex parte testis in testificando. Quæst.70.
Vtrum homo teneatur ad testimonium ferendum. 1
Vtrum duorum vel trium testimonium sufficiat. 2
Vtrum alicuius testimonium repellatur absque eius culpa. 3
Vtrum perhibere falsum testimonium, sit peccatũ mortale. 4
De iniustitia, quæ fit in iudicio ex parte aduocatorum. Quæstio 71.
Vtrum aduocatus teneatur præstare patrocinium causæ pauperum. 1
Vtrum aliqui debeant arceri ab officio aduocati. 2
Vtrum aduocatus peccet iniustam causam defendendo. 3
Vtrum peccet pecuniam accipiendo pro suo patrocinio. 4
De iniuriis verborum quæ fiunt extra iudicium. Et primò de contumelia. Quæstio 72.
Quid sit contumelia. 1
Vtrum omnis contumelia sit peccatum mortale. 2
Vtrum oporteat contumeliosos reprimere. 3
De origine contumeliæ. 4
De detractione. Quæstio 73.
Quid sit detractio. 1
Vtrum detractio sit peccatum mortale. 2
De comparatione eius ad alia peccata. 3
Vtrum peccet aliquis audiendo detractionem. 4
De susurratione. Quæstio 74.
Vtrum susurratio sit peccatum distinctum à detractione. 1
Quod horum sit grauius. 2
De derisione. Quæstio 75.
Vtrum derisio sit speciale peccatum distinctum ab aliis peccatis, quibus per verba nocumentum proximo infertur. 1
Vtrum derisio sit peccatum mortale. 2
De maledictione. Quæstio 76.
Vtrum licitè possit aliquis maledicere homini. 1
Vtrũ licitè possit aliquis maledicere irrationabili creaturæ. 2
Vtrum maledictio sit peccatum mortale. 3
De comparatione eius ad alia peccata. 4
De fraude quæ committitur in emptionibus & venditionibus. Quæstio 77.
Vtrum liceat aliquid vendere pluris quàm valeat. 1
Vtrum vẽditio reddatur iniusta & illicita propter defectum rei venditæ. 2
Vtrum venditor teneatur dicere vitium rei venditæ. 3
Vtrum liceat negotiãdo vẽdere aliquid plus quã sit emptũ. 4
De vsura. Quæstio 78.
Vtrum sit peccatum accipere vsuram pro pecunia mutuata. 1
Vtrum liceat pro eodẽm quancũque cõmoditatem accipere. 2
Vtrum aliquis teneatur restituere id, quod de pecunia vsuraria iusto lucro lucratus est. 3
Vtrum liceat mutuò accipere pecuniam sub vsura. 4
De duabus partibus quasi integralibus iustitiæ quæ sunt facere bonum, & declinare à malo. Quæst.79.
Vtrum duo prædicta sint partes iustitiæ. 1
Vtrum transgressio sit speciale peccatum. 2
Vtrum amissio sit speciale peccatum. 3
De comparatione omissionis ad transgressionem. 4
De partibus potentialibus iustitiæ, scilicet de virtutibus annexis. Quæstio 80.
Quæ virtutes iustitiæ annectantur. 1
De singulis virtutibus iustitiæ annexis. Et primò de religione secundum se. Quæstio 81.
Vtrum religio consistat tantùm in ordine ad Deum. 1
Vtrum religio sit virtus. 2
Vtrum religio sit vna virtus. 3
Vtrum religio sit specialis virtus. 4
Vtrum religio sit virtus theologica. 5
Vtrum religio sit præferenda aliis virtutibus moralibus. 6
Vtrum religio habeat exteriores actus. 7
Vtrum religio sit eadem sanctitati. 8
De actibus interioribus religionis. Et primò de deuotione. Quæstio 82.
Vtrum deuotio sit specialis actus. 1
Vtrum deuotio sit actus religionis. 2
Vtrum contemplatio seu meditatio sit causa deuotionis. 3
Vtrum lætitia sit deuotionis effectus. 4
De oratione. Quæstio 83.
Vtrum oratio sit actus appetitiuæ virtutis vel cognitiuæ. 1
Vtrum conueniens sit orare. 2
Vtrum oratio sit actus religionis. 3
Vtrum solus Deus sit orandus. 4
Vtrum in oratione sit aliquid determinatè petendum. 5
Vtrum orando debeamus temporalia petere. 6
Vtrum pro aliis orare debeamus. 7
Vtrum debeamus orare pro inimicis. 8
De septem petitionibus orationis dominicæ. 9
Vtrum orare sit proprium rationalis creaturæ. 10
Vtrum sancti in patria orent pro nobis. 11
Vtrum oratio debeat esse vocalis. 12
Vtrum attentio requiratur ad orationem. 13
Vtrum oratio debeat esse diuturna. 14
Vtrum oratio sit efficax ad impetrandum quod petitur. 15
Vtrum oratio sit meritoria. 16
De speciebus orationis. 17
De actibus exterioribus latriæ. Et primò de adoratione per quam aliquis corpus suum ad Deum venerandum exhibet. Quæstio 84.
Vtrum adoratio sit actus latriæ. 1
Vtrum adoratio importet actum interiorem vel exteriorẽ. 2
Vtrum adoratio requirat determinationem loci. 3
De actibus latriæ quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur. Et primò de sacrificiis. Quæst.85.
Vtrum offerre sacrificium Deo, sit de lege naturæ. 1
Vtrum soli Deo sit sacrificium offerendum. 2
Vtrum Deo offerre sacrificium sit specialis actus virtutis. 3
Vtrum omnes teneantur ad sacrificium offerendum. 4
De oblationibus & primitiis. Quæstio. 86.
Vtrum aliquæ oblationes sint de necessitate præcepti. 1
Quibus oblationes debeantur. 2
De quibus rebus oblationes fieri debeant. 3
Vtrum homines de necessitate teneantur ad oblationes primitiarum. 4
De decimis. Quæstio 87.
Vtrum homines teneantur ad soluendas decimas de necessitate præcepti. 1
Vtrum homines teneantur de omnibus rebus decimas dare. 2
Vtrum decimæ debeantur solùm clericis. 3
Vtrum clerici teneantur decimas dare. 4
De voto, per quod ex cultu latriæ aliquid Deo promittitur. Quæstio 88.
Quid sit votum. 1
Quid cadat sub voto. 2
Vtrum omne votum obliget ad sui obseruationem. 3
Vtrum expediat aliquid vouere, & ad quid vtile. 4
Vtrum vouere sit actus latriæ vel religionis. 5
Vtrũ sit magis meritoriũ facere aliqd ex voto, quã sine voto. 6
De solennitate voti, per quid scilicet solennizetur. 7
Vtrũ illi qui sunt subiecti potestati alterius possint vouere. 8
Vtrum pueri possint voto obligari ad religionis ingressum. 9
Vtrum votum sit dispensabile vel commutabile. 10
Vtrum in solenni voto continentiæ possit dispensari. 11
Vtrũ requiratur in dispẽsatione voti superioris autoritas. 12
De iuramento per quod assumitur nomen diuinum ad verba confirmanda. Quæstio 89.
Quid sit iuramentum. 1
Vtrum iuramentum sit licitum. 2
Vtrum iustitia, iudicium, & veritas sint comites iuramenti. 3
Vtrum iuramentum sit actus latriæ. 4
Vtrum iuramentum sit appetendum & frequentandum, tanquam vtile & bonum. 5
Vtrum liceat iurare per creaturam. 6
Vtrum iuramentum sit obligatorium. 7
Quæ sit maior obligatio, vtrum iuramenti vel voti. 8
Vtrum in iuramento possit dispensari. 9
Quibus & quando liceat iurare. 10
De adiuratione, p quã assumitur nomẽ diuinũ. Quæst.90.
Vtrum liceat adiurare homines. 1

Vtrum

Secundæ secundæ Index.

Vtrum liceat adiurare dæmones. 2
Vtrum liceat adiurare irrationabiles creaturas. 3
De laude Dei. Quæstio 91.
Vtrum Deus sit ore laudandus. 1
Vtrum in laudibus Dei sint cantus adhibendi. 2
De superstitione, quæ opponitur religioni. Quæst.92.
Vtrum superstitio sit vitium religioni contrarium. 1
Vtrum superstitio habeat plures partes seu species. 2
De speciebus superstitionis. Et primò quantùm adindebitum cultum veri Dei. Quæst.93.
Vtrum in cultu veri Dei possit esse aliquid perniciosum. 1
Vtrum possit ibi esse aliquid superfluum. 2
De idololatria. Quæstio 94.
Vtrum idololatria sit species superstitionis. 1
Vtrum idololatria sit peccatum. 2
Vtrum sit grauissimum peccatorum. 3
Vtrum causa idololatriæ sit ex parte hominis. 4
De diuinationibus. Quæstio 95.
Vtrum diuinatio sit peccatum. 1
Vtrum sit species superstitionis. 2
De speciebus diuinationis. 3
Vtrum diuinatio quæ fit per dæmones, sit licita. 4
Vtrum diuinatio quæ fit pars astra, sit licita. 5
Vtrum diuinatio quæ sit per somnia, sit licita. 6
Vtrum diuinationes quæ fiunt per auguria & alias huiusmodi obseruantias sint licitæ. 7
Vtrum diuinatio quæ fit per sortes, sit licita. 8
De superstitionibus obseruantiarum. Quæst.96.
Vtrum vti obseruantiis, puta artis notoriæ ad scientiam acquirendam sit licitum. 1
Vtrum vti obseruantiis ad immutationem corporum (puta ad sanitatem huiusmodi) sit licitum. 2
Vtrum vti obseruantiis ad præcognoscẽdum aliqua fortunia, vel infortunia sit licitum. 3
Vtrũ vti suspensionibus sacrorũ verborũ ad collũ sit licitũ. 4
De tentatione qua Deus tentatur. Quæst. 97.
In quo consistat Dei tentatio. 1
Vtrum tentare Deum, sit peccatum. 2
Tentare Deum, cui virtuti opponatur, virtũ scilicet religioni. 3
Vtrum tentare Deum sit grauius peccatũ quam superstitio. 4
De periurio. Quæstio 98.
Vtrum falsitas requiratur ad periurium. 1
Vtrum periurium semper sit peccatum. 2
Vtrum semper sit peccatum mortale. 3
Vtrum peccet ille, qui iniungit iuramentum periuro. 4
De sacrilegio. Quæstio 99.
Quid sit sacrilegium. 1
Vtrum sit speciale peccatum. 2
De speciebus sacrilegij. 3
De pœna sacrilegij. 4
De simonia. Quæstio 100.
Quid sit simonia. 1
Vtrum liceat pro sacramentis pecuniam accipere. 2
Vtrum liceat pecuniam accipere pro spiritualibus actibus. 3
Vtrum liceat vendere ea quæ sunt spiritualibus annexa. 4
Vtrum solum munus à manu faciat simoniacum, an etiam munus à lingua & ab obsequio. 5
De pœna simoniaci. 6
De pietate. Quæstio 101.
Ad quos pietas se extendat. 1
Quid per pietatem aliquibus exhibeatur. 2
Vtrum pietas sit specialis virtus. 3
Vtrũ religionis obtẽtu sit pietatis officiũ prætermittendũ. 4
De obseruantia. Quæstio 102.
Vtrum obseruantia sit specialis virtus ab aliis distincta. 1
Quid sit obseruantia. 2
Vtrum obseruantia sit potior virtus quàm pietas. 3
De dulia, quæ est prima pars obseruantiæ. Quæstio 103.
Vtrum honor sit aliquid spirituale, vel corporale. 1
Vtrum honor debeatur solis superioribus. 2
Vtrum dulia, cuius est exhibere honorem vel cultum superioribus, sit specialis virtus à latria distincta. 3
Vtrum dulia per species distinguatur. 4
De obedientia, quæ est pars obseruantiæ. Quæstio 104.
Vtrum homo debeat homini obedire. 1
Vtrum obedientia sit specialis virtus. 2
Vtrum obedientia sit maxima virtutum. 3
Vtrum Deo sit omnibus obediendum. 4
Vtrum subditi suis prælatis teneantur in omnibus obedire. 5
Vtrum fideles teneantur potestatibus sæcularibus obedire. 6
De inobedientia. Quæstio 105.
Vtrum inobedientia sit peccatum mortale. 1
Vtrum inobedientia sit grauissimum peccatorum. 2
De gratia siue gratitudine. Quæstio 106.
Vtrum gratia sit specialis virtus ab aliis distincta. 1
Vtrum innocens teneatur ad maiores gratiarum actiones Deo, quàm pœnitens. 2
Vtrum homo teneatur semper ad gratias beneficiis humanis reddendas. 3
Vtrum retributio gratiarum sit differenda. 4
Vtrum sit mensuranda secundum acceptum beneficium vel secundum dantis affectum. 5
Vtrum oporteat aliquid maius rependere. 6
De ingratitudine. Quæstio 107.
Vtrum ingratitudo sit peccatum. 1
Vtrum sit peccatum speciale. 2
Vtrum omnis ingratitudo sit peccatum mortale. 3
Vtrum ingratis sint beneficia subtrahenda. 4
De vindicatione. Quæstio 108.
Vtrum vindicatio sit licita. 1
Vtrum sit specialis virtus. 2
De modo vindicandi. 3
In quos sit vindicta exercenda. 4
De veritate. Quæstio 109.
Vtrum veritas sit virtus. 1
Vtrum sit specialis virtus. 2
Vtrum sit pars iustitiæ. 3
Vtrum maius declinet in minus. 4
De mendacio, quod est vitium veritati oppositum. Quæstio 110.
Vtrum mendacium semper opponatur veritati quasi continens falsitatem. 1
De speciebus mendacij. 2
Vtrum mendacium semper sit peccatum. 3
Vtrum semper sit peccatum mortale. 4
De simulatione & hypocrisi. Quæstio 111.
Vtrum omnis simulatio sit peccatum mortale. 1
Vtrum hypocrisis sit simulatio. 2
Vtrum hypocrisis opponatur veritati. 3
Vtrum sit peccatum mortale. 4
De iactantia. Quæstio 112.
Vni virtuti opponatur. 1
Vtrum sit peccatum mortale. 2
De ironia. Quæstio 113.
Vtrum ironia sit peccatum. 1
Vtrum sit minus peccatum, quàm iactantia. 2
De amicitia quæ effabilitas dicitur. Quæst. 114.
Vtrum sit specialis virtus. 1
Vtrum sit pars iustitiæ. 2
De adulatione. Quæstio 115.
Vtrum adulatio sit peccatum. 1
Vtrum sit peccatum mortale. 2
De litigio. Quæstio 116.
Vtrum opponatur virtuti amicitiæ. 1
Vtrum sit magis peccatum, quàm adulatio. 2
De liberalitate. Quæstio 117.
Vtrum liberalitas sit virtus. 1
Quæ sit eius materia. 2
Quis sit eius actus. 3
Vtrum magis pertineat ad liberalem dare, quàm accipere. 4
Vtrum liberalitas sit pars iustitiæ. 5
Vtrum liberalitas sit maxima virtutum. 6
De vitiis quæ opponuntur liberalitati. Et primò de auaritia. Quæstio 118.
Vtrum auaritia sit peccatum. 1
Vtrum sit speciale peccatum. 2

Cui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæst.& Articulorum.

Cui virtuti opponatur, vtrum scilicet liberalitati. 3
Vtrum sit peccatum mortale. 4
Vtrum sit grauissimum peccatorum. 5
Vtrum sit peccatum carnale vel spirituale. 6
Vtrum sit vitium capitale. 7
De filiabus eius. 8

De prodigalitate. Quæstio 119.

Vtrum opponatur auaritiæ. 1
Vtrum sit peccatum. 2
Vtrum sit grauius peccatum, quàm auaritia. 3

De epicheia. Quæstio 120.

Vtrum epicheia sit virtus. 1
Vtrum sit pars iustitiæ. 2
De dono correspõdẽte iustitię, scilicet de pietate. Qu.121.
Vtrum pietas sit donum spiritus sancti. 1
Vtrũ aliqd in beatitudinibus & fructibus pietati respõdeat. 2

De præceptis iustitiæ. Quæstio 122.

Vtrum præcepta decalopi sint præcepta iustitiæ. 1
De primo præcepto decalogi, vtrum cõuenienter tradatur. 2
De secundo. 3
De tertio. 4
De quarto. 5
De aliis sex. 6

De fortitudine. Quæstio 123

Vtrum fortitudo sit virtus. 1
Vtrum sit virtus specialis. 2
Vtrum sit circa timores & audacias. 3
Vtrum sit solùm circa timores mortis. 4
Vtrum sit solùm in rebus bellicis. 5
Vtrum sustinere, sit præcipuus actus eius. 6
Vtrum operetur propter proprium bonum. 7
Vtrum habeat delectationem in suo actu. 8
Vtrum fortitudo maximè consistat in repentinis. 9
Vtrum vtatur ita in sua operatione. 10
Vtrum sit virtus cardinalis. 11
Vtrum fortitudo præcellat omnes alias virtutes. 12

De præcipuo actu fortitudinis, scilicet martyrio. Q.124.

Vtrum martyrium sit actus virtutis. 1
Cuius virtutis sit actus. 2
De perfectione huius actus. 3
De pœna martyrij. 4
De causa martyrij. 5

De vitiis oppositis fortitudini. Et primò de timore. Quæstio 125.

Vtrum timor sit peccatum. 1
Vtrum timor opponatur fortitudini. 2
Vtrum sit peccatum mortale. 3
Vtrum excuset vel diminuat peccatum. 4

De vitio intimiditatis. Quæstio 126.

Vtrum intimidum esse sit peccatum. 1
Vtrum opponatur fortitudini. 2

De audacia. Quæstio 127.

Vtrum audacia sit peccatum. 1
Vtrum opponatur fortitudini. 2

De partibus fortitudinis in communi. Quæstio 128.

Quæ sit fortitudinis partes. 1

De partibus fortitudinis in speciali. Et primò de magnanimitate. Quæstio 129.

Vtrum magnanimitas sit circa honores. 1
Vtrum sit solùm circa magnos honores. 2
Vtrum sit virtus. 3
Vtrum sit specialis virtus. 4
Vtrum sit pars fortitudinis. 5
Quomodò se habeat ad fiduciam. 6
Quomodò se habeat ad securitatem. 7
Quomodò se habeat ad bona fortunæ. 8

De præsumptione quæ opponitur magnanimitati secundum excessum. Quæstio 130.

Vtrum præsumptio sit peccatum. 1
Vtrum opponatur magnanimitati per excessum. 2

De ambitione quæ similiter magnanimitati opponitur. Quæstio 131.

Vtrum ambitio sit peccatum. 1
Vtrum opponatur magnanimitati per excessum, 2

De inani gloria quæ similiter opponitur magnanimitati. Quæstio 132.

Vtrum appetitus gloriæ sit peccatum. 1
Vtrum magnanimitati opponatur. 2
Vtrum sit peccatum mortale. 3
Vtrum sit vitium capitale. 4
De filiabus quot & quæ sint. 5

De pusillanimitate quæ opponitur magnanimitati secundum defectum. Quæstio 133.

Vtrum sit peccatum. 1
Cui virtuti opponitur. 2

De magnificentia. Quæstio 134.

Vtrum magnificentia sit virtus. 1
Vtrum sit virtus specialis. 2
Quæ sit materia eius. 3
Vtrum sit pars fortitudinis. 4

De vitiis oppositis magnificentiæ. Quæstio 135.

Vtrum magnificentia sit vitium. 1
Vtrum paruificentiæ aliquod vitium opponatur. 2

De patientia. Quæstio 136.

Vtrum patientia sit virtus. 1
Vtrum sit maxima virtutum. 2
Vtrum possit haberi sine gratia. 3
Vtrum sit pars fortitudinis. 4
Vtrum sit idem cum longanimitate. 5

De perseueratia Quæstio 137.

Vtrum perseuerantia sit virtus. 1
Vtrum sit pars fortitudinis. 2
Vtrum constantia pertineat ad perseuerantiam. 3
Vtrum indigeat auxilio gratiæ. 4

De vitiis oppositis perseuerantiæ Quæstio 138.

Vtrum mollities opponatur perseuerantiæ. 1
Vtrum pertinacia opponatur perseuerantiæ. 2

De dono correspondente fortitudini. Quæst.139.

Vtrum fortitudo sit donum. 1
Vtrum quarta beatitudo, scilicet beati, qui esuriunt & sitiunt, respondeat dono fortitudinis. 2

De præceptis fortitudinis. Quæstio 140.

De præcepto ipsius fortitudinis. 1
De præceptis fortitudinis in lege diuina. 2

De temperantia. Quæstio 141.

Vtrum temperantia sit virtus. 1
Vtrum sit virtus specialis. 2
Vtrum sit solum circa concupiscentias & delectationes. 3
Vtrum sit solùm circa delectationes tactus. 4
Vtrum sit circa delectationes gustus, inquantùm est gustus: vel solum inquantùm est tactus quidam. 5
Quæ sit regula temperantiæ. 6
Vtrum sit virtus cardinalis, seu principalis. 7
Vtrum sit potissima virtutum. 8

De vitiis oppositis temperantiæ. Quæstio 142.

Vtrum insensibilitas sit peccatum. 1
Vtrum intemperantia sit vitium puerile. 2
Vtrum timiditas sit maius vitium, quàm intemperantia. 3
Vtrum vitium intemperantiæ sit maximè exprobrabile. 4

De partibus temperantiæ in generali. Quæst.143.

Vtrum conuenienter assignentur partes temperantiæ. 1

De singulis partibus temperantiæ in speciali. Et primò de verecundia, quæ est quasi pars integralis temperantiæ. Quæst.144.

Vtrum verecundia sit virtus. 1
De quibus sit verecundia. 2
A quibus homo verecundetur. 3
Quorum sit verecundari. 4

De honestate, quæ est pars subiectiua temperantiæ. Quæstio 145.

Quomodò honestum se habeat ad virtutem. 1
Quomodò se habeat ad decorum. 2
Quomodò se habeat ad vtile & delectabile. 3
Vtrum honestas sit temperantiæ pars. 4

De abstinentia, quæ est pars integralis temperantiæ. Quæstio 146.

Vtrum abstinentia sit virtus. 1
Vtrum sit virtus specialis. 2

De eic

Secundæ Secundæ Index.

De ieiunio, quod est actus abstinentiæ. Quæst.147.

Vtrum ieiunium sit actus virtutis. 1
Vtrum ieiunium sit actus abstinentiæ. 2
Vtrum ieiunium cadat sub præcepto. 3
Vtrum aliqui excusentur ab obseruantia huius præcepti. 4
De tempore ieiunij, vtrum conuenienter assignetur. 5
Vtrum semel comedere requiratur ad ieiunium. 6
Vtrum hora nona conuenienter taxetur ieiunantibus ad comedendum. 7
Vtrum conuenienter prohibeantur aliqui cibi ieiunantibus. 8

De gula quæ opponitur ieiunio. Quæstio 148.

Vtrum gula sit peccatum. 1
Vtrum sit peccatum mortale. 2
Vtrum sit maximum peccatorum. 3
Vtrum species gulæ conuenienter assignentur. 4
Vtrum sit vitium capitale. 5
Vtrum conuenienter assignentur gulæ quinque filiæ. 6

De sobrietate, quæ est specialiter circa potũ. Quæst.149.

Quæ sit materia sobrietatis. 1
Vtrum sit specialis virtus. 2
Vtrum vsus vini sit licitus. 3
Quibus competat sobrietas. 4

De ebrietate quæ opponitur sobrietati. Quæstio 150.

Vtrum ebrietas sit peccatum. 1
Vtrum sit peccatum mortale. 2
Vtrum sit grauissimum peccatorum. 3
Vtrum excuset a peccato. 4

De castitate, quæ est pars subiectiua tẽperãtiæ. Quæst.151.

Vtrum castitas sit virtus. 1
Vtrum sit virtus generalis. 2
Vtrum sit virtus distincta ab abstinentia. 3
Quomodò se habeat ad pudicitiam. 4

De virginitate, quæ est pars castitatis. Quæst.152.

In quo consistat virginitas. 1
Vtrum sit licita. 2
Vtrum sit virtus. 3
Vtrum sit excellentior matrimonio. 4
Vtrum sit maxima virtutum. 5

De luxuria, quæ opponitur castitati. Quæstio 153.

Quæ sit materia luxuriæ. 1
Vtrum omnis concubitus sit illicitus. 2
Vtrum luxuria sit peccatum mortale. 3
Vtrum luxuria sit vitium capitale. 4
De filiabus eius. 5

De partibus luxuriæ. Quæstio 154.

Vtrum conuenienter assignentur sex species luxuriæ. 1
Vtrum fornicatio simplex sit peccatum mortale. 2
Vtrum sit maximum peccatorum. 3
Vtrum in tactibus & osculis, & aliis huiusmodi illecebris consistet peccatum mortale. 4
Vtrum nocturna pollutio sit peccatum. 5
Vtrum stuprum sit species luxuriæ. 6
Vtrum raptus sit species luxuriæ. 7
Vtrum adulterium sit determinata species distincta ab aliis. 8
Vtrum incestus sit determinata species luxuriæ. 9
Vtrum sacrilegium sit species determinata luxuriæ. 10
Vtrum vitium contra naturam sit species luxuriæ. 11
Vtrum sit maximum peccatorum inter species luxuriæ. 12

De partibus potentialibus temperantiæ. Et primò de continentia. Quæstio 155.

Vtrum continentia sit virtus. 1
Vtrũ materia cõtinẽtię sint cõcupiscẽtiæ delectationũ tactus. 2
Quid sit eius subiectum, 3
Vtrum continentia sit melior, quàm temperantia. 4

De incontinentia. Quæstio 156.

Vtrum incontinentia pertineat ad animam, vel ad corpus. 1
Vtrum incontinentia sit peccatum. 2
De comparatione incontinentiæ ad temperantiam. 3
Quis sit turpior, vtrum incontinens iræ, vel incontinens concupiscentiæ. 4

De clementia & mansuetudine quæ sunt partes temperantiæ Quæstio 157.

Vtrum clementia & mansuetudo sint idem. 1
Vtrum vtráque earum sit virtus. 2
Vtrum vtraque earum sit pars temperantiæ. 3
Vtrum hæ duæ sint potissimæ virtutes. 4

De iracundia quæ opponitur mansuetudini. Quæst.158.

Vtrum irasci possit esse licitum. 1
Vtrum ira sit peccatum. 2
Vtrum ira sit peccatum mortale. 3
Vtrum sit grauissimum peccatorum. 4
Vtrũ incõuenienter assignẽtur species iracũdiæ, & quæ sint. 5
Vtrum ira sit vitium capitale. 6
Quæ & quot sint filiæ eius. 7
Vtrum ira habeat vitium oppositum. 8

De crudelitate, quæ opponitur clementiæ. Quæst. 159.

Vtrum opponatur clementiæ. 1
De comparatione eius ad sæuitiam vel feritatem. 2

De modestia in communi. Quæstio 160.

Vtrum modestia sit pars temperantiæ. 1
Vtrum modestia sit circa exteriores actiones. 2

De specieb. modestiæ. Et primò de humilitate. Quæst.161.

Vtrum humilitas sit virtus. 1
Vtrum consistat in appetitu, vel in iudicio rationis. 2
Vtrum aliquis per humilitatẽ debeat se omnibus subiicere. 3
Vtrum humilitas sit pars modestiæ vel temperantiæ. 4
Vtrum sit maxima virtutum. 5
De gradibus humilitatis. 6

De superbia in communi Quæstio 162.

Vtrum superbia sit peccatum. 1
Vtrum sit vitium speciale. 2
Vtrum sicut in irascibili sit in subiecto. 3
De speciebus superbiæ. 4
Vtrum sit peccatum mortale. 5
Vtrum sit grauissimum peccatorum. 6
Vtrum sit primum omnium peccatorum. 7
Vtrum superbia sit vitium capitale. 8

De peccato primi hominis, quod fuit p superbiã. Quæst.163.

Vtrum primum peccatum primi hominis fuerit superbia. 1
Quid primus homo peccando appetierit. 2
Vtrum eius peccatũ fuerit grauius omnibus aliis peccatis. 3
Quis plus peccauerit, vir vel mulier. 4

De pœna primi peccati. Quæstio 164.

Vtrum mors fuerit pœna peccati primorum parentum. 1
Vtrum pœnæ particulares primorum parentum conuenienter assignentur in scriptura. 2

De tentatione primorum parentum. Quæst. 165.

Vtrum fuerit conueniens quòd homo à diabolo tentaretur. 1
Vtrum modus & ordo primæ tentationis fuerit conueniens. 2

De studiositate, quæ est pars temperantiæ. Quæst.166.

Quæ sit materia studiositatis. 1
Vtrum studiositas sit pars temperantiæ. 2

De curiositate, quæ opponitur studiositati. Quæst.167.

Vtrũ vitiũ curiositatis possit esse in cognitione intellectiua. 1
Vtrum sit in cognitione sensitiua. 2

De modestia, quæ consistit in exterioribus motibus corporis. Quæstio 168.

Vtrum in exterioribus motibus corporis, qui serio aguntur, possit esse virtus & vitium. 1
Vtrum circa actiones ludi possit esse aliquod vitium. 2
Vtrum in superfluitate ludi possit esse aliquod vitium. 3
Vtrum in defectu ludi possit esse aliquod vitium. 4

De modestia secundum quod consistit in exteriori apparatu. Quæst. 169.

Vtrum circa exteriorẽ apparatũ possit esse virtus & vitiũ. 1
Vtrum mulieres mortaliter peccent in superfluo ornatu. 2

De præceptis temperantiæ. Quæstio 170.

Vtrum præcepta temperantiæ conuenienter in lege diuina tradantur. 1
Vtrum præcepta de virtutibus annexis temperantiæ conuenienter in scriptura tradantur. 2

De prophetia, quantùm ad eius essentiam. Quæst. 171.

Vtrum pertineat ad cognitionem. 1
Vtrum sit habitus. 2
Vtrum sit solum futurorum contingentium. 3
Vtrum propheta cognoscat omnia prophetabilia. 4
Vtrum propheta discernat ea, quæ diuinitùs percipit ab his, quæ proprio spiritu videt. 5

De can

Quæst. & Articulorum Index.

De causa prophetiæ. Quæstio 171.
Vtrum prophetia sit naturalis: 1
Vtrum sit à Deo mediantibus Angelis. 2
Vtrum ad prophetiam requiratur naturalis dispositio. 3
Vtrum requiratur bonitas morum. 4
Vtrum sit aliqua prophetia in dæmonibus. 5
Vtrum prophetæ dæmonum aliquando dicant verum. 6
De modo cognitionis prophetiæ. Quæstio 173.
Vtrum prophetæ videant ipsam Dei essentiam. 1
Vtrum ipsa reuelatio prophetica fiat per influentiam aliquarum specierum vel per solam influentiam luminis. 2
Vtrū prophetica reuelatio sēper sit cū alienatione à sensibus. 3
Vtrum prophetia semper sit cum cognitione eorum, quæ prophetantur. 4
De diuisione prophetiæ. Quæstio 174.
De diuisione prophetiæ in suas species. 1
Vtrum sit altior prophetia, quæ est sine imaginaria visione. 2
De diuersitate graduum prophetiæ. 3
Vtrum Moyses fuerit eximius prophetarum. 4
Vtrum aliquis compræhensor possit esse propheta. 5
Vtrum prophetia creuerit per temporis processum. 6
De raptu. Quæstio 175.
Vtrum anima hominis rapiatur ad diuina. 1
Vtrū raptus pertinet ad vim cognoscitiuā, vel ad appetitiuā. 2
Vtrum Paulus in raptu viderit Dei essentiam. 3
Vtrum fuerit alienatus à sensibus. 4
Vtrū totaliter fuerit anima à corpore separata in statu illo. 5
Quid circa hoc sciuerit, & quid ignorauerit. 6
De gratiis datis, quantùm ad genera linguarū. Quæst. 176.
Vtrum per gratiam linguarum homo adipiscatur scientiam omnium linguarum. 1
Vtrum donū linguarū sit excellētius, quā donū prophetiæ. 2
De gratia sermonis sapientiæ seu scientiæ. Quæst. 177.
Vtrum in sermone consistat aliqua gratia gratis data. 1
Vtrum hæc gratia pertineat etiam ad mulieres. 2
De gratia miraculorum. Quæstio 178.
Vtrum sit aliqua gratia gratis data faciendi miracula. 1
Vtrum mali possint facere miracula. 2
De diuisione vitę per actiuā & cōtemplatiuā. Quæst. 179.
Vtrū vita cōueniēter diuidatur per actiuā & cōtemplatiuā. 1
Vtrum diuisio sit sufficiens. 2
De vita contemplatiua. Quæstio 180.
Vtrum vita contemplatiua pertineat tantùm ad intellectum, an consistat etiam in effectu, 1
Vtrum ad vitā contemplatiuā pertineant virtutes morales. 2
Vtrum vita contemplatiua consistat solùm in vno actu, aut in pluribus. 3
Vtrum ad vitam contemplatiuam pertineat consideratio cuiuscunque veritatis. 4
Vtrum vita contemplatiua hominis possit in statu eleuari vsque ad Dei visionem. 5
De motibus contemplationis, quos Dionysius assignat quarto cap. de diuinis nominibus. 6
De delectatione contemplationis. 7
De duratione contemplationis. 8
De vita actiua. Quæstio 181.
Vtrum omnia opera virtutum moralium pertineant ad vitam actiuam. 1
Vtrum doctrina pertineat ad vitam actiuam. 2
Vtrum prudentia pertineat ad vitam actiuam. 3
Vtrum vita actiua maneat post hanc vitam. 4
De cōparatione vitæ actiuæ ad cōtemplatiuā. Quæst. 182.
Quæ sit potior siue dignior. 1
Quæ sit maioris meriti. 2
Vtrum vita contemplatiua impediatur per actiuam. 3
De ordine vtriusque. 4
De officiis & statibus hominum in generali. Quæst. 183.
Quid faciat in hominibus statum. 1
Vtrum in hominibus debeant esse diuersi status siue diuersa officia. 2
De differentia officiorum. 3
De differentia statuum. 4
De statu perfectionis in communi. Quæstio 184.
Vtrum perfectio attendatur secundum charitatem. 1
Vtrum aliquis poßit esse perfectus in hac vita. 2
Vtrum perfectio huius vitæ consistat principaliter in consiliis, vel in præceptis. 3
Vtrum quicunque est perfectus, sit in statu perfectionis. 4
Vtrum prælati & religiosi sint specialiter in statu perfectionis. 5
Vtrum omnes prælati sint in statu perfectionis. 6
Vtrū status episcoporū sit perfectior, quā status religiosorū. 7
De cōparatione religiosorū ad plebanos & Archidiaconos. 8
De his quæ pertinent ad statū episcoporum. Quæst. 185.
Vtrum liceat episcopatum appetere. 1
Vtrum liceat episcopatum finaliter recusare. 2
Vtrum oporteat ad episcopatum eligere meliorem. 3
Vtrum episcopus poßit ad religionem transire. 4
Vtrum liceat ei corporaliter suos subditos deserere. 5
Vtrum episcopus possit habere proprium. 6
Vtrum peccet mortaliter bona ecclesiastica pauperibus non erogando. 7
Vtrum religiosi, qui ad episcopatum assumuntur, teneantur ad obseruantias regulares. 8
De statu religionis, quantùm ad ea in quibus consistit principaliter religionis status. Quæst. 186.
Vtrum status religiosorum sit perfectus. 1
Vtrum religiosi teneantur ad omnia consilia. 2
Vtrum voluntaria paupertas requiratur ad religionem. 3
Vtrum requiratur continentia. 4
Vtrum requiratur obedientia. 5
Vtrum requiratur quòd hæc cadant sub voto. 6
De sufficientia horum votorum. 7
Vtrum votum obedientiæ sit potissimum inter tria vota. 8
Vtrum religiosi semper peccent mortaliter transgrediendo ea quæ sunt in regula. 9
Vtrum religiosus eodem genere peccati grauius peccet, quàm secularis. 10
De his quæ competunt religiosis. Quæstio 187.
Vtrū liceat eis docere, prædicare, & alia huiusmodi facere. 1
Vtrum liceat eis de negotiis secularibus se intromittere. 2
Vtrum teneantur manibus operari. 3
Vtrum liceat eis de eleemosynis viuere. 4
Vtrum liceat eis mendicare. 5
Vtrum liceat eis vestimenta cæteris viliora deferre. 6
De differentia religionum. Quæst. 188.
Vtrum sint diuersæ religiones vel vna tantùm. 1
Vtrum aliqua religio institui possit ad opera vitæ actiuæ. 2
Vtrum aliqua religio institui possit ad militandum. 3
Vtrum aliqua religio institui possit ad prædicandum, & huiusmodi opera exercenda. 4
Vtrum aliqua religio possit institui ad studium scientiæ. 5
Vtrum religio quæ ordinatur ad vitam contemplatiuam sit potior ea quæ ordinatur ad vitam actiuam, 6
Vtrum habere aliquid in communi diminuat de perfectione religionis. 7
Vtrum religio solitariorum sit præferenda religioni in societate viuentium. 8
De ingressu religionis. Quæstio 189.
Vtrum illi qui non sunt exercitati in obseruantia præceptorum debeant religionem ingredi. 1
Vtrū liceat aliquos voto obligare ad religionis ingressum. 2
Vtrum illi qui voto obligantur ad religionis ingressum teneantur votum implere. 3
Vtrum illi qui vouent religionem intrare, teneantur in perpetuò remanere. 4
Vtrum pueri sint recipiendi in religione. 5
Vtrum propter parentum obsequium aliqui debeant retrahi à religionis ingressu. 6
Vtrum Presbyteri, Curati vel Archidiaconi possint ad religionem transire. 7
Vtrum de vna religione poßit aliquis transire ad aliam. 8
Vtrū aliquis debeat alios inducere ad religionis ingressum. 9
Vtrum requiratur magna deliberatio cum consanguineis, & amicis ad religionis ingressum. 10

Finis Indicis Quæstionum, & Articulorum.

SECVNDA SECVNDAE
SVMMAE THEOLOGIAE ANGELICI DOCTORIS SANCTI THOMAE AQVINATIS CVM COMMENTARIIS REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, D. D. THOMÆ DE VIO CAIETANI, ORDINIS PRÆDICATORVM, S. R. E. TIT. S. XYSTI, PREsbyteri Cardinalis dignissimi, artium & sacræ Theologiæ Doctoris celeberrimi.

***

IN prologo huius operis aduerte quatuor, quorum primum ad meam spectat intentionē, tria reliqua ad prologū Autoris. Scito igitur primo, quod licet omnia mea vbique legi audirique velim absque vlla mea autoritate: sed sola rationis vi duce, in hoc sigulariter opere id exposco: quandoquidē error hic nō in solo intellectu esset, sed opere, quo aiæ salus efficitur. Propter quod licet illustres doctores nominaturus sim, vt in primo & secundo libro huius Sūmæ feci, vt quilibet sciat inuenire quid impugnatur, & quàm bene aut male: Modernos tamē Sūmistas absque nomine pertrāsire intendo, ne inuidia aut amor lectorem à vero abducat: & vt op⁹, quod pro salute animarū suscipio, nullum offendat. D'uino igitur fretus auxilio, diuæ Mariæ, ac diui Thomæ meritis & precibus, ad textū descendo, seruato anterioris libri proposito.

¶ Secūdò aduerte, quòd autor prima diuisione distinguit hoc opus in duas partes principales, scilicet de communibus omnibus hominibus, & de propriis quibusdam. Et hæc secunda pars incip t in quæst. 171. vt ibi patet. Partes secundariæ vtriusque membri facile patent. Nam primi mēbri sunt septem partes, iuxta numerū virtutum, trium, scilicet theologalium, & quatuor cardinalium. Secundi autem membri sunt tres iuxta numerum trium differentiarum inter homines inuentarum apud Apostolum, primæ ad Corinth. 12. scilicet diuisionem gratiarum, diuisionem operationum, & diuisionem ministrationum. Et sic vniuersum hoc opus in decem partes distinguitur claras in locis suis.

¶ Tertio, quod tractatus quilibet de quacunque septem virtutum quatuor continet, scilicet ipsam virtutem, oppositum vitium, respondens donū, & præcepta ad id spectantia. Diuersimode tamen hæc fiūt in virtutibus theologalibus & cardinalibus. Nam quia non omnibus theologalibus annectuntur aliæ virtutes vt partes: ideo hæc quatuor tractantur in cardinalibus. Verum virtutum nomine non solum ipsas principales, sed annexas oportet intelligere virtutes, & semper opposita vitia sigillatim tractare.

*p.2.q 18. 72.&73. d.9.1. d499. — q.37.& 58. 141. &.123.

¶ Quarto, quod hinc memor sis in tractatibus de donis sapiētiæ, intellectus & scientiæ, notare spectantia ad virtutes intellectuales eisdem nominibus nuncupatas, vt moralis doctrina completa sit. p.2.q.57. ar.2.et.3.

PROLOGVS.

POST cōmunem cōsiderationē de virtutibus, & vitiis, & aliis ad materiā moralē pertinētibus, necesse est considerare singula in speciali. Sermones enim morales vniuersales, minus sunt vtiles, eo quòd actiones in particularibus sūnt. Potest autē aliquid in speciali cōsiderari circa moralia, dupliciter. Vno modo ex parte materiæ ipsius moralis, puta cum consideratur de hac virtute, vel hoc vitio. Alio modo quātum ad speciales status hominum, puta cum consideratur de subditis & prælatis, de actiuis & contemplatiuis, vel quibuscūque aliis differentiis hominum. Primo ergo considerabimus specialiter de his, quæ pertinent ad omnes hominū status. Secundo vero, specialiter de his, quæ pertinent ad determinatos status.

¶ Est autem considerandum circa primū quòd si seorsū determinaremus de virtutibus, donis, vitiis & præceptis, oporteret idem multotiens dicere. Qui enim sufficienter vult tractare de hoc precepto, Nō mœchaberis, necesse habet inqrere de adulterio, qđ est quoddā peccatū, cuius etiā cognitio depēdet ex cognitione oppositæ virtutis. Erit ergo cōpendiosior & expeditior cōsiderationis via, si simul sub eodem tractatu cōsideratio procedat de virtute & dono sibi correspōdēte & vitiis oppositis, & preceptis affirmatiuis, vel negatiuis.

¶ Erit autem hic cōsiderationis modus conueniēs ipsis vitiis secūdum propriā speciem. Ostensū est enim supra,*quod vitia & peccata diuersificantur specie secundum materiam, vel obiectum: nō autē secūdū alias differētias peccatorū, puta cordis, oris & operis: vel secūdū infirmitatē, ignorātiā & malitiā, & alias huiuscemodi differētias. Est aūt ea dē materia circa quā virt⁹ rectè operat', & vitia opposita à rectitudine recedūt.

¶ Sic ergo tota materia morali ad cōsiderationē virtutū reducta, omnes virtutes sūt vlterius reducendæ ad septē, quarum tres sūt theologicę (de quibus primò est agendum) aliæ verò quatuor sūt cardinales: de quibus posterius* agetur. Virtutum autē intellectualium vna quidē est prudentia, quæ inter cardinales virtutes cōtinetur & numeratur. Ars verò non pertinet ad scientiā moralē, quæ circa agibilia versatur: cū ars sit recta ratio factibiliū, vt suprà* dictū est. Alię verò tres, intellectuales virtutes, scilicet sapiētia, intellect⁹, & sciētia, communicāt etiam in nomine cum donis qu busdā Spiritus sancti: vnde simul de eis considerabitur in consideratione donorum virtutibus etiā correspōdentiū. Alię verò virtutes morales omnes aliqualiter reducūtur ad virtutes card nales, vt ex supradictis* patet. Vnde in cōsideratione alicuius virtutis cardinalis considerabuntur etiam omnes virtutes ad eā qualitercunque pertinentes, & vitia opposita. Et sic nihil moralium erit prætermissum.

QVÆSTIO PRIMA DE FIde, in decem articulos diuisa.

CIRCA virtutes igitur theologicas primò erit cōsiderandū de fide secundò, de spe: tertio, de charitate.

¶ Circa fidē verò quadruplex considetio occurrit: prima quidem de ipsa fide: secūda de donis intellectus & scientiæ sibi correspondentibus: tertia de vitiis oppositis: quarta de præceptis ad hanc virtutem pertinentibus.

¶ Circa fidem verò primo erit cōsiderandū de eius obiecto: secundo de eius actu: tertio de ipso habitu fidei.

¶ Circa primum quærūtur decem. Primò vtrū obiectum fidei sit veritas prima. ¶ Secundò, vtrum obiectū fidei sit aliquid complexum vel incōplexum, id est res, aut enūtiabile. ¶ Tertiò, vtrū fidei possit subesse falsū. ¶ Quartò, vtrū obiectū fidei possit esse aliquid visum. ¶ Quītò, vtrū possit esse aliquid scitū. ¶ Sextò, vtrū credibilia debeāt distingui per certos articulos. ¶ Septimò, vtrū iidem articuli subsint fidei secundū omne tēpus. ¶ Octauò, de numero articulorū. ¶ Nonò de modo tradendi articulos in Symbolo. ¶ Decimò, cuius sit fidei Symbolum constituere.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum obiectum fidei sit veritas prima.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd obiectū fidei nō sit ve

¶ *Super Quæstionis primæ Articulum primum.*

IN corpore primi articuli quæstionis primæ multa decurrūt dubia. Primo, quid intendat autor per veritatē primā. Et est ratio dubii quia aut intendit veritatem primam, vt sic: aut non solicitus de vocabulis, intēdit Deum. Si primo modo, contra seipsum & veritatem sētit. Contra seipsum quidem. Nā in prima parte quæstio. 1. arti. 7. ponit Deum sub ratione deitatis, esse obiectum theologiæ propter hoc quia est obiectum fidei: quæ est principiū theologiæ. Contra veritatē vero, quia cùm verum sit velut passio entis, esse veritatem, est veluti consequens ad deitatē: ac per hoc vltima resolutio fidei nō sistit, donec perueniat ad deitatem. Si enim quæritur, quare Deo credimus, respondebitur, quia est ipsa veritas. Et si quæratur quare est hoc, respondetur, quia est Deus: & hic est terminus quæstionis, inquit Aureolus apud Capreolum in 24. distinct. tertij sententiarum. Et confirmatur, inquit, quia aliter non esset idem finis & obiectum fidei. Nam deitas est finis, & veritas, quæ quasi passio est, eius esset obiectum. Deitas igitur & non veritas prima est formale obiectum fidei. Si vero intendit secundo modo, tunc doctrina non esset formalis: quod est magnum inconueniens. (p.2.q.61. ar.3.)

¶ Secundò dubium occurrit, An veritas prima absolutè, aut secundum aliquam specificationem sit formale obiectum fidei, Si absolutè, sequeretur quod fides se extenderet ad omnia, quæ sunt per primam veritatem credibilia: quod constat esse falsum. Plura nanque sunt per diuinam veri (3.d.14. ar.1.q.1. & veri q.14. ar.8. & qu.18. ar.3. cor.)

Universidad de Deusto Biblioteca

ritas prima. Illud enim videtur eſſe obiectũ fidei, quòd nobis proponitur ad credendum. Sed non ſolum proponũtur nobis ad credendũ ea, quę pertinẽt ad diuinitatẽ quę eſt veritas prima: ſed etiã ea quę pertinent ad humanitatem Chriſti, & eccleſię ſacramenta, & creaturarum cõditionem. Ergo non ſolum veritas prima eſt fidei obiectum.

¶ 2 Præterea, Fides & infidelitas ſunt circa idem, cum ſint oppoſita. Sed circa omnia quę in ſacra Scriptura continẽtur, poteſt eſſe infidelitas: quicquid enim horum homo negauerit, infidelis reputatur: ergo etiam fides eſt circa omnia quæ in ſacra Scriptura continentur. Sed ibi multa de hominibus continentur, & de aliis rebus creatis. Ergo obiectum fidei non ſolum eſt veritas prima, ſed etiam veritas creata.

¶ 3 Prętera, fides charitati condiuiditur, vt ſupra dictum* eſt. Sed charitate non ſolum diligimus Deum, qui eſt ſumma bonitas, ſed etiam diligimus proximum. Ergo fidei obiectum non eſt ſolum veritas prima.

p.2.q.62 *art.3

¶ SED CONTRA eſt, quod Dion. dicit 7. c. de Di. nominibus, quòd fides eſt circa ſimplicẽ & ſemper exiſtẽtẽ veritatẽ. Hęc aũt eſt veritas prima. Ergo obiectum fidei eſt veritas prima.

¶ RESPONDEO dicendũ, quod cuiuſlibet cognoſcitiui habitus obiectum duo habet, ſcilicet id quod materialiter cognoſcitur, quod eſt ſicut materiale obiectũ, & id per quod cognoſcitur, quod eſt formalis ratio obiecti, ſicut in ſcientia Geometriæ materialiter ſcitę ſunt cõcluſiones: formalis verò ratio ſciendi ſunt media demõſtrationis, per quę concluſiones cognoſcũtur. Sic igitur in fide [d] ſi conſideremus formalẽ rationẽ obiecti, nihil eſt aliud, quã veritas prima. Non enim fides, de qua loquimur aſſentit alicui, niſi quod eſt à Deo reuelatum. Vnde ipſi veritati diuinæ fides innititur, tanquam medio. Si vero conſideremus materialiter ea, quibus fides aſſentit, nõ ſolum eſt ipſe Deus: ſed etiã multa alia, quæ tamẽ ſub aſſenſũ fidei non cadunt, niſi ſecundũ quod habẽt aliquem ordinem ad Deũ: prout ſcilicet per aliquos diuinitatis effectus homo adiuuatur ad tendendũ in diuinam fruitionem. Et ideo etiam ex hac parte obiectum fidei eſt quodãmodo veritas [d] prima, inquantũ nihil cadit ſub fidem, niſi in ordine ad Deũ: ſicut etiam obiectum medicinæ eſt ſanitas, quia nihil medicina conſiderat niſi in ordine ad ſanitatem.

d.152. d.483.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ quòd ea, quæ pertinent ad humanitatem Chriſti, & ad ſacramenta eccleſiæ, vel ad quaſcunque creaturas, cadunt ſub fide in quantum per hæc ordinamur ad Deum, & eis etiam aſſentimus propter diuinam veritatem.

¶ Et ſimiliter dicendum eſt ad ſecundũ de omnibus illis, quæ in ſacra Scriptura traduntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam charitas diligit proximũ propter Deũ: & ſic obiectum eius proprie eſt ipſe Deus, vt infra dicetur*.

q.25.ar.1.

tatem credibilia, quã cadant ſub fide: de qua loquimur, quæ eſt virtus theologica, vt patet de multis reuelationibus impertinentibus ad fidem Chriſtianam. Si limitate, errauit autor non ſpecificans rationem illam. ſed ponens obiectum formale primam veritatem abſque additione aliqua. Et aſſignanda nihilominus eſſet talis ſpecificatio. Si dicatur, quod ſpecificatur per reuelationem, ita quod veritas prima, vt reuelata à ſe, eſt obiectum fidei. Cõtra inquit Scotus in 23. diſtin. tertij ſententiarum. Quia ens rationis non eſt ratio formalis obiecti habitus realis, ſicut nec potentię. Conſtat autem quod eſſe reuelatum nihil reale ponit in Deo reuelante: ſicut nec eſſe cognitum ponit aliquid in re cognita. Ergo fides non innititur veritati primæ vt reuelatæ à ſe, tanquam obiecto ſeu rationi formali.

¶ Tertiò occurrit dubium, Quomodo ſola veritas prima ponitur obiectum formale fidei, dum dicitur, quod nihil aliud eſt, quàm veritas prima. Et dubitatur ſimpliciter, & ad hominem. Simpliciter quidem, quia fides innititur tanquam infallibili regulę eccleſiæ, ſenſui & doctrinæ. Alioquin hæretici, qui ſoli primæ veritati innituntur, non recipientes eccleſię ſenſum, eſſent fideles. Et Auguſt. dicit, Euangelio non crederem, niſi me autoritas Eccleſiæ admoneret. Conſtat autem Eccleſiæ ſenſum & autoritatem eſſe aliud à prima veritate, quum ſit quid creatum. ergo non ſola veritas prima eſt obiectum fidei. Ad hominem vero quia autor in prima parte quęſt. 1. art. 3. & hic in probatione huius concluſionis ponit, quod omnia cognoſcuntur à fidelibus, inquantum ſunt diuinitus reuelata. Conſtat autem, quod tam eſſe reuelatum, quàm lumen diuinæ reuelationis eſt aliud à prima veritate.

¶ Dubium quartò eſt circa probationem aſſumptam in litera. ſcilicet fides nõ aſſentit alicui, niſi quod eſt à Deo reuelatum: quia aut in reuelationibus, quib. innititur fides, proceditur in infinitũ. aut alicui aſſentimus abſque reuelatione illius: quoniam quum aſſentiam huic dicto, Deus eſt trinus & vnus, quia Deus reuelauit: aut iſti alteri dicto. Deus reuelauit Deum eſſe trinum, aſſentio, quia Deus reuelauit: & ſic proceditur in infinitum in mediis, quod eſt impoſſibile. Aut aſſentio, quia Eccleſia mihi teſtatur. Et ſic ſequuntur duo inconuenientia. Et quod vltima reſolutio fidei eſt nõ in primam veritatem, ſed in veritatem creatam. Et quod non in reuelationem, ſed teſtificationem Eccleſiæ, ſeu Apoſtolorum & Prophetarum ſit reſolutio. Et redit ambiguitas Scoti in tertio ſententiarum diſtinctione viceſima tertia de reſolutione fidei infuſę in fidem acquiſitam.

¶ Ad euidentiam horum ſciendum eſt, quod obiectũ fidei eſſe Deũ non dubitatur. Et ſimiliter non vertitur in dubium an obiectum fidei vtranque habeat relationem ad fidem ſcilicet velut medij, & cõcluſionis, ſeu formalis & materialis, ſeu cui creditur, & quod creditur: quoniã cõmune eſt theologicis virtutibus Deũ habere pro obiecto & regula. Sed quęſtio eſt de formali ratione, qua Deus fidei obiectũ eſt, an ſcilicet ſub ratione Deitatis, an veritatis: & licet videatur diuerſa in re hac dici, ſi diligenter conſiderata fuerint, nulla eſt falſitas aut diſſonantia. Quicunque enim perſpexerit quõ ſe habet verũ ad ens & intellectũ, intuebitur quod dicimus. Cõſtat in primis quod verũ nihil addit reale ſupra rem. Nihil enim plus ſignificatur per hominem verũ, quã per hominem: per albedinem verã, quã per albedinem, & ſic de aliis. Cõſtat deinde, verum non dici obiectum intellectus, quaſi veritas ſit ratio formalis obiecti intellectus: ſed quia veritas eſt conditio eius, vt eſt obiectũ intellectus. Ex his enim patet nõ ſic ſe habere Deũ ad eſſe ſapientem ſicut ad eſſe verũ: quoniã eſſe ſapientem, addit naturam ſapientiæ ſupra naturã deitatis, licet ſint idem realiter. Sed eſſe verũ nõ addit aliam naturam ſupra deitatem: ſed ipſammet deitatem alio modo ſignificat. Et quũ dupliciter veritas inueniatur in Deo, ſicut & in qualibet intellectuali natura, ſcilicet in eſſendo & dicendo: manifeſtũ eſt, quod ſub eadem ratione formali terminat Deus fidem, inquantũ Deus & inquantum verus in eſſendo. Credendo enim Deũ eſſe trinũ & vnum, credimus Deum eſſe ſicuti eſt: quod eſt credere verum, & credere Deum ſub ratione deitatis: ſicut ſcire hominem eſſe animal politicũ eſt ſcire verũ & ſcire hominẽ, inquantũ eſt homo. Vnde quũ fides nõ credat Deo ineſſe, niſi quę inſunt & credat ei cõuenientia ratione deitatis, & deitas ſit ſuprema ratio formalis in Deo: cõſequens eſt, quod Deus vt Deus ſit obiectum formale fidei, & quod hoc idem ſit quod dicere Deus vt verus, & veritas in eſſendo. Et propterea litera loquens de obiecto materiali fidei ſinonyme, vtitur veritate prima & Dei nomine, dũ dicit, Et ideo etiam ex hac parte obiectum fidei eſt veritas prima, inquantum nihil cadit ſub fide, niſi in ordine ad Deum. In idem quoque reſoluitur inniti Deo, vt veritati in dicendo, & inniti credendo Deo, inquantum eſt Deus: quoniã veritas in dicendo conſiſtit in æquatione ipſius dicere ad rem dictam ſecundũ ſe, & in mente dicentis. Si enim deeſſet conformitas ad rem, eſſet falſitas: & ſi deeſſet conformitas ad rem in mente, eſſet mendacium. Conſtat autem, quod conformitas ad rem, exigit cognitionem rei: ac per hoc credens Deo dicenti tot ſingularia, quot in fide cõtinentur, oportet quod credat nihil poſſe latere Deum. Si enim aliquid eius cognitionem ſubterfugeret, illud non poſſet vere dicere, ſic eſt. Cognitio autem omnium conuenit Deo ratione deitatis vt patet. In Deum ergo inquantum Deum oportet reſoluere veritatem Dei in dicendo, ex ea parte quæ conformatur rebus dictis ſecundum ſe. Ex ea verò parte, quæ conformatur rebus dictis in mente ſua: quia dicere ex duobus pendet, ſcilicet ex intellectu & voluntate: dicimus enim quia volumus, inquantum pendet ex intellectu, reſolutio eſt ad veritatẽ, quia ſcilicet eſt ipſa veritas: inquantum vero à voluntate, reſolutio eſt ad bonitatem, quia ſcilicet eſt ipſa bonitas. A veritate enim & bonitate nihil mendacij poteſt procedere: quia & veritati aduerſatur & bonitati, vtpote ſecundum ſe prauũ, vt dicitur tertio Ethicorũ. Sed quoniam tam bonitas, quàm veritas reſoluuntur in deitatem ſecũdum ſe, & vt terminant aſſenſum fidei quę tendit in bonitatem & veritatem, inquantum ſunt Dei: credimus enim quod ipſe dicat veritatem, infallibiliter: quia veritas omnino ineſt Deo, quia Deus eſt, nõ ſolum ergo materiale obiectum fidei eſt Deus vt ſic, ſed etiam formale. Prima autem veritas obiectũ formale ſecundum explicationem & appropriationem intelligitur. Secundum explicationẽ quidem: quia quum fides ſit virtus pertinens ad intellectum, & omnis talis virtus oportet quod ſit infallibiliter reſpectu veri: conſequens fuit vt vel nomine ſuo vel nomine actus ſui vel obiecti, ſignificaretur vt virtus, & alię quidem virtutes intellectus, vt intellectus, ſapientia, ſcientia, &c. ſecundum ſe ſeu ſuos actus virtutem important. Fides autem & credere non important actũ indefectibilem à vero: & propterea ex parte obiecti oportuit explicari, quod ipſa eſt virtus aſſignando ſibi pro obiecto veritatem primam, vt ex hoc ſciatur, quod ipſa habet actum indefectibilem à vero, & eſt virtus. Si enim dictum ſolum fuiſſet, quod Deus eſt obiectum fidei quum Deus poſſit eſſe obiectum opinionis & fidei acquiſitę, non fuiſſet explicatum, quod ipſa eſt virtus. ſed ex hoc ipſo, quod Deus, vt veritas, ponitur eius formale obiectum, ſignificatur quod Deus eſt ſic obiectum fidei, vt faciat obiectiue ipſam eſſe virtutem intellectus. Secundum appropriationem vero, quoniam inter fidem & cęteras virtutes intellectus hæc eſt differentia, quod cæteræ vtuntur rationibus formalibus ſuorum obiectorum tanquam cauſis in eſſendo vt mediis: fides vero hoc ſingulare habet, quod vtitur Deo tanquam dicente ſeu teſtificante vt medio: & quia teſtificatio, veritati vt ſic innititur, & in dicentem, inquantum verus eſt, reſoluitur ſicut ordinate in ordinantem, inquantum ſapiens eſt: ideo prima veritas eſt appropriatum obiectum formale fidei ſicut ſapientia Dei eſt appropriata cauſa ordinis & prouidentia gubernationis vniuerſi.

¶ His præmiſſis, ad primum dubium dicitur, quod ſermo Autoris eſt formalis de veritate prima, vt ſic, & de obiecto formali explicite & appropriate. Sic autem ponere veritatem primam eſſe obiectum formale, non excludit Deum, inquantum Deum eſſe eſt formale obiectum fidei: imo hoc infert, ſicut Deum inquantum ſapientem eſſe ordinatorem, non excludit Deum, inquantum Deum eſſe ordinatorem: ſed hoc, infert à poſteriori. Vnde poſitio iſta non eſt contra doctrinam traditam in prima parte: ſed ratio diuerſi ſermonis hic & ibi eſt, quia notitia de Deo, inquantum ſcientia vtitur deitate quaſi cauſante ea quę conuenire ſcit Deo, inquantum verò fides, vtitur deitate vt teſtificante, vt patet. Hinc enim factum eſt, vt cum de theologica ſcientia fuit ſermo, de ſola deitate abſolutè eſſet ſermo cum autem de theologica fide differitur, de deitate ſub ratione veritatis primæ, tanquam appropriantis deitatem ad proprium veritatis opus meminit: nec eſt contra veritatem, tum quia inter proprias cauſas credulitatis veritas eſt ad quam ſtat vltima reſolutio. Credo namque Deo, quia eſt ipſa veritas. Nec poteſt amplius quęri, quiare credis ipſi veritati, fatua enim & nulla eſt quęſtio hæc. ſicut, quare homo eſt homo. Nec poſtquam reddita eſt cauſa, quare creditur Deo, quia eſt ipſa veritas, conſequenter ſe habet iſta quęſtio quam Aureolus infert, quare Deus eſt ipſa veritas. hoc enim non per ſe ſpectat ad cauſam aſſenſus, ſed ad cauſam rei. Vndecunque enim proueniat, quod Deus eſt ipſa veritas, ſat eſt ad hoc, quod ipſi credam infallibiliter: quoniam à veritate non poteſt falſum emanare. Deitas autem eſt communis omnium cauſa, ad quam omnia reſoluuntur, quia conceditur reſolutio fidei in deitatem quoniam fides credit Deo, quia Deus eſt: & ex hoc credit, quod ſit ipſa veritas & bonitas ſciens omnia: & quod non poſſit mentiri, &c. Et ſic deitas ponitur prima ratio formalis fidei, iuxta illud Ioannis decimo quarto, Creditis in Deum, & in me credite. Ex hoc, inquies, quod in Deum creditis, reliqua credite. Veritas autem ſecundum appropriationem, vt dictum eſt, & explicationem, obiectum ponitur. Et per hoc patet reſponſio ad confirmationem: quoniam Deus inquantum Deus ponitur finis & obiectum fidei, quamuis dici poſſit, quod ad virtutem theologicam ſufficit habere Deum realiter pro obiecto & fine & regula, licet ſub alia ratione.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, quod Deus ſeu veritas prima, vt dicens ſeu reue-

reue

reuelans ſe & alia, eſt obiectum formale fidei: nec hoc eſt tacitum in litera, ſed expreſſum, dũ veritas prima probatur obiectũ fidei: quia nihil credit niſi à Deo reuelatum. Hoc enim medium ad hoc eſt allatũ: & hoc ſignificat, ſcilicet quia fides innititur Deo dicenti ſeu reuelanti. ſic vt nihil credat niſi ab eo reuelatũ. Veritas ergo prima, vt dicens, eſt formale obiectũ fidei, nec eſt opus aliqua ſpecificatiõe ſeu limitatione ex parte ipſius obiecti formalis. ſed bene oportet limitare ex parte rerũ dictarum. Nullũ nãque incõueniens video, ſi obiectum formale fidei ponatur excedens ipſam, cum obiectum formale charitatis excedat ipſã manifeſtè. Limitatio autem ex parte rerum dictarum, non limitat rationem formalem dicentis. Sicut enim Deus vt creator gratię, non eſt ratione limitatiori creator, quam vt creator abſolutè: ſicut dicens pertinentia ad fidem Chriſtianam, non eſt limitatiori ratione dicens, quàm vt dicens quæcunque, ſed limitatio eſt vtrobique ex parte termini ſcilicet rei creatæ & dictæ. Et hinc prouenit, ꝙ licet Deus multa reuelat, aliquibus impertinentia ad religionem Chriſtianam, fides nõ vtitur Deo vt reuelatore illorum, ſed homo fidelis credit ſua voluntate, Deum illa illis reuelaſſe: ſi ſibi videtur conſonum credere talia, aut dubitat, &c. Et ſi de obiecto materiali & formali fidei ſermo fiat, optime dicitur, quòd eſt Deus dicens ſeipſum: quod eſt idem quod dicere, quòd eſt veritas prima reuelata à ſeipſa. Et ad obiectionem Scoti dicitur, quòd licet eſſe reuelatum nihil ponat in re reuelata: eſſe tamen reuelatum à ſe ponit in ea quatenus reuelans eſt, actus reuelandi. Et quia ratione reuelationis actiuæ ponitur reuelatio obiectum formale fidei, dicere ſeu reuelare in Deo ponit actionem, quæ eſt ſubſtantia Dei. ideo falſum ſimpliciter eſt, quòd reuelatio, ſub qua Deus eſt obiectum formale fidei, nihil ponat in Deo. Et ſic habitus realis habet obiectum formale realiſſimum.

¶ Ad tertium dubium dicitur quòd inquantũ fides poteſt dependere à cauſa creata, in tantum poteſt habere aliquam regulam creatam. conſtat autem quòd cum ad fidem concurrant duo, vt infra patebit, ſcilicet aſſenſus & propoſitio atque explicatio credendorũ, fides ex parte aſſenſus à ſolo Deo depẽdet, vt agente obiecto, fide, & regula: Ex parte autem propoſitionis credendorum, poteſt dependere ab angelis & hominibus mediatibus, quibus Deus proponit hæc vel illa eſſe credenda. Ex hac enim parte fides ex auditu eſt verbi Dei: vt dicitur ad Romanos capite decimo. Et propterea quo ad proponẽdum & explicandum credẽda, ne poſſit accidere error, prouidit Spiritus ſanctus de infallibili regula creata, ſenſu ſcilicet & doctrina Eccleſiæ: ita quòd auctoritas Eccleſiæ eſt infallibilis regula proponendi & explicandi ea quæ ſunt fide tenenda. Vnde duabus cõcurrentibus ad fidem infallibilibus regulis, ſcilicet reuelatione diuina & auctoritate Eccleſiæ inter ea tanta eſt differentia, quod reuelatio diuina eſt ratio formalis obiecti fidei: auctoritas autẽ Eccleſiæ eſt miniſtra obiecti fidei: quoniam fidei actus coniungitur obiecto materiali, id eſt creditis, per hoc medium, quia Deus dixit ſeu reuelauit. Et ipſe habitus fidei inclinat mentem ad aſſentiendũ propoſitis, propterea quia Deus ſic reuelauit. Sed, quòd hæc vel illa in hoc vel illo ſenſu ſint reuelata quia Eccleſia ſic tradit, credimus. Et rurſus reuelatio diuina eſt infallibilis regula per ſe conueniens fidei: ſenſus autem Eccleſiæ per accidens conuenit fidei ex parte, ſcil. noſtri, quibus hæc proponuntur. In angelis nãque, quibus Deus per ſeipſum reuelauit & explicauit myſterium Trinitatis non erat opus hac regula. Vnde de Ioanne Baptiſta ſcribitur Ioannis primo. Quòd venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine, non ex parte luminis. ſed vt omnes crederent per illum. Et ſimiliter in primis partibus, quibus reuelata ſunt myſteria fidei non erat opus hac regula eadem ratione, quia ſcilicet Deus per ſeipſum reuelauit hæc, & intellectum eorum illis tradidit, illuſtrando eorum mentem: vt inferius in tractatu de prophetia patebit.

¶ Ad primam ergo obiectionem in oppoſitum dicitur, quòd quia fides innititur Deo reuelatori articulorum fidei, & inter articulos fidei continetur ſanctitas Eccleſiæ vnius & catholicæ, nec ſanctitas iſta poteſt intelligi ſine rectitudine ſenſus & doctrinæ fidei in ipſa: conſequens eſt, quod quicunque adhæret Deo vt reuelatori articulorum fidei, credat Eccleſiam non poſſe errare in fide, ac per hoc habere ipſius ſenſum & doctrinam pro infallibili regula in proponendo & explicando credenda. Et ſit hæreticus, qui ſenſum eccleſiæ non acceptat vt infallibilem regulam in explicando credenda, recedit à ratione formali fidei, id eſt à Deo reuelatore articulorum fidei. Et bene nota, quòd non dicitur recedere à ratione formali obiecti fidei, id eſt, regula eccleſiaſticæ doctrinæ, ſed per hoc, quòd non innititur doctrinæ Eccleſiæ, vt infallibili regulæ in explicando credenda: ſequitur quod recedat à ratione formali obiecti fidei, id eſt diuina veritate, vt reuelatrice articulorum fidei. Et ſimiliter auctoritas. Aug. quo proponendum & explicandum credenda nobis, qui ſecundum locum in credendo tenemus, loquitur. Vnde dicit, quòd non crederet Euangelio, niſi eccleſia proponeret illud credendum. Propterea enim credimus magis his libris, quàm aliis, quia Eccleſia hos proponit credendos. Secus autem eſt de Patribus, qui primum in credendo locum tenent, qui ſcilicet à Deo inſtructi ſunt, & libros ipſos ſcripſerunt, & cætera. Ad id autem quod obiicitur de reuelatione, iam dictum eſt, quod reuelatio actiuè ſumpta eſt ratio formalis, quæ eſt ipſa actio & eſſentia Dei, eſſe autem diuinitus reuelatum eſt denominatio ab actiua reuelatione veniens, & in illam reducenda eſt.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quòd nec proceditur in infinitum in reuelationibus, nec ſit reſolutio in veritatem, aut teſtimonium Eccleſiæ, nec in fidem acquiſitam: ſed ſit reſolutio in diuinam reuelationem vt ſic, ita quòd in ea eſt ſtatus.

¶ Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd credere Deũ eſſe reuelatorem articulorũ fidei, contingit tripliciter. Vno modo vt pure quod creditur: alio modo vt pure quo creditur, tertio modo vt quod & quo ſimul creditur. Et ſi fides reſpiceret hoc quod dico, ſcilicet quòd Deus reuelauit articulos fidei, vt quo creditur tantum, ſicut credit reſurrectionem carnis: oporteret aſſignare aliquam aliam rationem formalem in obiecto fidei, qua crederemus, ſicut in obiecto ſcientiæ id quod eſt tantum quod ſcitur, eget ratione formali, qua ad ſcientiã ſpectat. Si vero hoc idem creditur tantum, vt quo reliqua creduntur ſurgit quęſtio Scoti: & licet poſſit dici, quòd ſicut albedo eſt qua ſubiectum eſt album: nec oportet quęrere quo ipſa eſt alba: quia ipſa non eſt alba denominatiuè, ſed formaliter tantũ, ſi ſic licet loqui. Ita diuina reuelatio eſt qua credimus, & ipſa non eſt credita denominatiue, ſed formaliter, id eſt, vt ratio credendi. Vera tamen reſponſio eſt, quòd ſicut in tranſcendentibus vnitas eſt vna, & bonitas eſt bona: ſic diuina reuelatio eſt quò & quod creditur: ita quòd ſicut vnitas eſt vna ſeipſa, & ibi eſt ſtatus, ita diuina reuelatio, qua cætera creduntur eſt credita ſeipſa, & non per aliam reuelationem. Vnus enim & idem actus fidei credit Deum & Deo, vt inferius in quæſtionis ſecũdæ articulo ſecundo patet. Et inquãtum credit Deũ, tendit in quod creditur: inquantum vero credit Deo, tendit in id quod creditur. Et ſicut non eſt poſſibile aliam vlteriorem quæſtionem in fide formare, quare credimus Deo: ita non eſt poſſibile aliã in fide reſolutionẽ quęrere, quare credis Deo reuelanti. Idem enim ſunt credere Deo & credere Deo reuelãti. Nec te lateat venenũ latens ſub hoc ꝙ dicimus credere Deo reuelãti. Duo enim importat. Primum cõmune etiam Gentibus. Secundũ proprium fidelibus. Primum & commune eſt, vt credamus Deo, quando ipſe dicit aliquid, vt vera dicenti. In hoc enim omnes conuenimus, quod quando Deus aliquid dicit, non fallit, ſed veritatem dicit. Vnde & deridentes fidem noſtrã, dicunt ſe credere Deo ſi aliquid dixerit, multo magis quàm cuicunque bono viro. Secundum autem proprium fidelium eſt, vt vtamur Deo vt reuelatore articulorum fidei: ita quòd actus fidei inhæreat Deo vt reuelanti articulos fidei. Et hoc intendimus quum dicimus, quòd veritas prima eſt obiectũ formale fidei Et hoc ſignificatur per credere Deo. Et in hoc priuati lumine fidei fatentur ſe diſſentire dum dicunt, quòd ipſi parati ſunt credere Deo, ſi ipſe dicat aliquid: ſed quòd Deus dicat vel dixerit articulos fidei, & cætera, hoc non credunt. Et ſic ipſi licet credant Deum eſſe primam & ſummam veritatem, non vtuntur ipſa prima veritate vt reuelatrice eorum, quæ fide tenemus: & propterea ſunt infideles. Et ex hoc manifeſtum fit quod diximus quòd ſcilicet in hac adhæſione ad primam veritatem vt reuelatrice, ſtat reſolutio vltima creditorum, & non ad fidem acquiſitam, qua credo Ioanni Euangeliſtæ, aut Paulo Apoſtolo, aut communitati Eccleſiæ. Vnde de Abraham ſcriptum eſt Geneſis decimoquinto, & ad Romanos quarto: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: Et per oppoſitum ad Moyſen & Aaron dictum eſt à Deo Numer. 20. Quia non credidiſtis mihi, & cætera. vt ex hoc ſciremus, quòd ratio fidei in hoc ſtat vt vtamur Deo vt reuelante, in quo videtur Moyſes defeciſſe, & non in hoc quod crediderit Deum dixiſſe falſum. Facit ergo habitus fidei infuſæ hominem inhærere Deo, vt teſtificanti: tanquam in ratione omnium credendorum, iuxta illud primæ Ioãnis quinto: Qui credit in filium Dei habet teſtimonium Dei in ſe. Et ſi hæc aduertiſſet Durandus in 24. diſtin. tertij ſententiarum arti. 1. nõ dixiſſet, quod prima ratio credendi alia, & ad quod ſit vltima reſolutio credibilium, eſt credere Eccleſiam regi à Spiritu ſancto. Nam diſtinguendo duos actus, ſcilicet aſſentire & proponere, & rurſus propoſitionem ſimpliciter, vel quo ad nos, apparet primo, quòd Deus ipſe eſt primo proponens ſimpliciter ea, quæ ſunt fidei: & ideo ad fidem ſpectant, quia ipſe propoſuit hæc, & non illa. Apparet ſecundo, quod quo ad nos, quibus Deus per ſeipſum non proponit credenda, ſicut propoſuit Apoſtolis & Prophetis. ſed per Eccleſiam ſuam: quod Eccleſiam regi à Spiritu ſancto, eſt infallibilis regula ad proponendum credenda nobis. Apparet tertio quòd ratio, quare aſſentimus omnibus credibilibus eſt, quia Deus dixit, vt patet ex dictis. Manifeſta autem hæc ſunt ex tribus. Primo ex hoc, quòd fides in nobis & Apoſtolis & Prophetis eſt eiuſdem rationis: ac per hoc in idem reſoluit. Conſtat autem quod illi immediate docti à Deo, non ideo credunt, quia Eccleſia eis tradidit: ſed quia Deus dixit. ergo. Secundo ex auctoritatibus inductis veteris & noui teſtamenti. Tertio ex hoc, quod Eccleſiam regi à Spiritu ſancto ideo credimus, quia eſt vnum eorum, quæ Deus dixit. Vnde ad hoc conamur afferre authoritates ſacræ Scripturæ. nec obſtat, quòd etiam econuerſo, cum credimus, quòd Deus dixit, quæ Eccleſia proponit Deum dixiſſe: & ſic erit circulus. Non obſtat, inquam, quia hoc eſt quo ad proponere tantum, & hoc nobis. Illud autem eſt quo ad proponere & aſſentire, & vtrumque ſimpliciter. Fidei autem habitus, actus & obiectũ attẽditur principaliter penes id, quod eſt ſimpliciter, quamuis ſecundario ea, quæ ſunt ad nos, æſtimanda quoque ſint.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum obiectum fidei ſit aliquid complexum per modum enuntiabilis.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd obiectum fidei nõ ſit aliud complexum per modum enuntiabilis. Obiectum enim fidei eſt veritas prima, ſicut dictum* eſt. Sed prima veritas eſt quid incomplexum. ergo obiectum fidei nõ eſt aliquid complexum.

¶ 2 Pręterea, expoſitio fidei ĩ ſimbolo cõtinetur: ſed in ſymbolo nõ ponuntur enũtiabilia, ſed res. Nõ enim dicitur ibi

1 d.41.in exp.lit & 3.diſ. 24. ar.1.q. 2. Et 1.contra ca. 7. Et ver. q. 14 art. 8. cor & ad quintum & duodecimum et artic. 12 cor. *.Ar.præced.

¶ Super quæſtionis primæ articulum ſecundum.

IN articulo ſecũdo, aduerte, quòd diſtinctio facta in litera de obiecto fidei ex parte rei & ex parte noſtri: non coincidit cum diſtinctione illa, de quo creditur, & quod creditur: nec comprehenditur ab illa: vt illa vtitur Durandus in viceſima quarta diſtinctione tertij ſententiarum, volens, quod obiectũ fidei, de quo creditur, eſt incomplexum, quod vero creditur, eſt complexum: ſicut obiectum ſcientiæ, de quo ſcitur, eſt incomplexũ, ſcilicet, ſubiectum cõcluſionis: quod vero ſcitur, eſt concluſio cõplexa. Hæc enim diſtinctio eſt de Annot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

creditu, scito, & opinato, prout est in nobis. Scitum enim vt de quo scitur, id est subiectum conclusionis, est prima operatione intellectus apprehensum: sic est incomplexum. Scitum autem vt quod scitur, id est conclusio, in secunda intellectus apprehensione est. Distinctio vero Autoris in litera facta comprehendit creditum secundū esse in re & in nobis: ita quòd nō solū obiectū fidei vt de quo creditur, sed obiectum fidei vt quod creditur, si sumatur ex parte rei, est incomplexum: ex parte vero nostri est complexum. Et hoc directe intendit litera, quæ non meminit de credito vt id de quo creditur, quia dicendo, quòd id quod creditur ex parte rei, est incomplexum, à fortiori manifestum relinquitur, quod id de quo creditur est incōplexum. Et quod magis vrget, quia quæstio inter doctores de complexione obiecti fidei est propter ipsum quod creditur, non oportet autem aliter soluere rationes Durandi ad concludendum quòd id quod creditur, est complexum: quia verum concludunt: accipiendo illud, quod creditur ex parte nostri, vt in litera dicitur: falsum autem accipiēdo ipsum ex parte rei. Quod tamen falsum sibi imponere nolo, quia indistincte loquitur de eo quòd creditur. Hæc autem dicta sunt, vt sis cautus. Nota quoque quod in responsione ad secundum dicitur, quod nulla est differentia inter creditum & scitum quo ad esse complexum in nobis, & incomplexum in re, & propterea scientia de rebus nostro modo tamen haberi à nobis videns compatere ignorantibus, qui sciant aut opinentur ipsimet dum enuntiabilia magnificant.

¶ Super Quæstionis primæ articulum tertium.

IN articulo tertio nota nouitie circa rationem allatam in litera, quod aliud est sub vero esse falsum, & aliud est sub vero esse cognitionem falsi. Primum enim significat oppositum esse sub opposito tanquam formali seu proprio actiuo, aut fine: quod est impossibile. Secundum autem significat vnum oppositorum esse rationem cognoscendi reliquum, aut fugiendi, vel excludendi: & hoc est verum. In litera autem primum assumitur, non secundum. Quamuis enim fides sit, qua assentimus vero & dissentimus oppositio falso: & similiter charitas, qua amamus bonum: & odio habemus malum contrarium charitati, & ponendo ens, pura album, excludatur, non ens oppositum, pura non album: fidei tamen ex hoc ipso, quod assentit veritati vt medio assentiendi repugnat assentire falso: quia verum nō ducit ad falsum. Et similiter charitas, quia amat ratione bonitatis, non amat aliquid malum: quia bonum non est medium ducens ad malum. Et similiter ens non est per se positiuum oppositi non entis in quocunque genere.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum, si non intelligis nouitie quō falsa opinio stat cum operatione iustitiæ, & similium, animaduerte, quod contingit aliquem falso credere absque culpa sua, aliquem sibi esse debitorē, vel econuerso, & operari ad illum secundum iustitiam, & similiter credere se non indigentem cibo aut potu, & operari secundum temperantiam & sic de aliis. Et videbis virtutes appetitiuas non tot aliter excludere falsam opinionē quòd Deus sit omnipotens, sed, Credo in Deum omnipotentem. ergo obiectū fidei non est enuntiabile, sed res.

¶ Præterea, Fidei succedit visio: secundū illud primæ ad Corinthios decimotertio, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autē cognoscā sicut & cognitus sum. Sed visio patriæ est de incōplexo, cū sit ipsius diuinæ essentiæ. ergo etiam fides viæ.

¶ SED CONTRA. Fides est media inter scientiam, & opinionem. Medium autem & extrema sunt eiusdem generis. Cum ergo scientia & opinio sint circa enuntiabilia, videtur quòd similiter fides sit circa enuntiabilia: & ita obiectum fidei cum sit circa enuntiabilia, est aliquid complexum.

¶ RESPONDEO dicēdū, quòd cognita sunt in cognoscente secundum modum cognoscētis. Est autem modus proprius humani intellectus: vt componendo & diuidendo veritatē cognoscat sicut in primo dictum * est: & ideo ea quæ sunt secundum se simplicia, intellectus humanus cognoscit secundū quādam complexionem: sicut ecōuerso intellectus diuinus incomplexe cognoscit ea, quæ sunt secundum se complexa. Sic ergo obiectum fidei dupliciter cōsiderari potest. Vno modo ex parte ipsius rei creditæ & sic obiectum fidei est aliquid incomplexum, scilicet res ipsa de qua fides habetur. Alio modo ex parte credentis, & secundū hoc obiectum fidei est aliquid complexū per modum enuntiabilis: & ideo vtrunque vere opinatum fuit apud antiquos, & secundum aliquid vtrumque est verū.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ratio illa procedit de obiecto fidei ex parte ipsius rei creditæ.

¶ Ad secundum dicendū, quod in symbolo tanguntur ea, de quibus est fides, in quātum ad ea terminatur actus credentis, vt ex ipso modo loquendi apparet: actus autem credentis non terminatur ad enuntiabile, sed ad rē: non enim formamus enuntiabilia, nisi vt per ea de rebus cognitionem habeamus, sicut in scientia ita & in fide.

¶ Ad tertium dicendum, quòd visio patriæ erit veritatis primæ, secundum quod in se est: secundum illud primæ Ioannis tertio, Scimus quoniam, cū apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimus eum sicuti est: & ideo visio illa erit non per modum enūtiabilis, sed per modum simplicis intelligentię. Sed per fidem non apprehendimus veritatem primam sicut in se est: vnde nō est similis ratio.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum fidei possit subesse falsum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd fidei possit subesse falsum. Fides enim condiuiditur spei, & charitati. Sed spei potest aliquid subesse falsum. Multi enim sperant se habituros vitam æternam, quam non habebunt. Similiter & etiam charitati: multi enim diliguntur tanquam boni: qui tamen boni non sunt. ergo & fidei potest aliquid subesse falsum.

¶ Præterea Abraham credidit Christū nasciturum, secundum illud Ioannis octauo, Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit & gauisus est. Sed post tempus Abrahæ Deus poterat non incarnari. sola enim sua voluntate carnem accepit: & ita esset falsum: quod Abrahā de Christo credidit. ergo fidei potest subesse falsum.

¶ 3 Præterea, Fides antiquorum fuit, quòd Christus esset nasciturus: & hæc fides durauit in multis vsque ad prædicationem Euangelij. Sed Christo iam nato etiam antequam prædicare inciperet, falsum erat Christum nasciturū. ergo fidei potest subesse falsum.

¶ 4 Præterea, Vnum de pertinētibus ad fidem est, vt aliquis credat sub sacramento altaris verum corpus Christi contineri. Potest autē contingere quādo non rectè consecratur, quòd nō est ibi verum corpus Christi, sed solum panis. ergo fidei potest subesse falsum.

¶ SED CONTRA, Nulla virtus perficiens intellectum se habet ad falsum, secundum quòd est malum intellectus vt patet per Philosophum in sexto Ethic.* Sed fides est quædam virtus perficiens intellectum, vt infra † patebit. ergo ei non potest subesse falsum.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ nihil subest alicui potentiæ, vel habitui, aut etiam actui, nisi mediante ratiōe formali obiecti: sicut color videri. non potest nisi per lucem: * & cōclusio sciri non potest nisi per medium demōstrationis. Dictum est autem, * quòd ratio formalis obiecti fidei est veritas p̄ma: vn̄ nihil potest cadere sub fide nisi inquātū stat sub veritate prima, sub qua nullum falsum stare potest: sicut nec nō ens sub ente, nec malum sub bonitate, ego

fuit baptizatus, & si ille, qui baptizauit eum, habuit intentionē conferēdi sacramentum baptismi? Et similiter sub conditione confitēdum sacerdoti proprio propter idem dubium: imò & sacerdos quilibet sub conditione deberet absoluere, & conficere sacramenta, & alia huiusmodi facere, propter simile dubium, si ipse est vere baptizatus, vere ordinatus, & propter dubiū de suscipiente. Hæc enim omnia pendent ex intentione ministri Ecclesiæ: sicut consecratio hostię. Et si, pro quia hæc sunt fatua, & ultum quoque hoc esse quare non fateatur? Conuincant quoque seipsos hi experientia, foris exprimendo conditionalem, quam mente dicunt debere exprimi, & obedientiam præstent Papæ, absoluant, consecrent, &c. explicando conditionem & videbunt errorem suum. Non enim hæc sunt arcana Dei, quæ nos licet homini loqui. Sed si tenetur homo mente conditionata hæc facere, licite exprimet voce, vt patet in reiteratione baptismi dubij: tunc enim dicitur & non es baptizatus,

egote, &c. Nulli ergo periculo se exponit adorando absolute: quoniam humano more certitudinem habet, & hæc sufficit homini.

¶ Super quæstionis primæ articulum quartum.

IN articulo quarto dubium non dissimulandum occurrit de responsione ad secundum. Quomodo scilicet dicti. ibi facta cum suis membris verificetur in proposito. Nam ly videri, seu esse visum, aut sumitur vniuoce in vtroque membro, aut secundum diuersam significationem. Si sumitur eodem modo, sequitur primo, quòd propter miracula visa homo videtur, id est, euidenter cognosceret ea, quæ sunt fidei, esse credibilia, & consequēter esse vera. Hoc autem est falsum: ergo, Probatur sequela: quia euidentia de credibilitate illorum, infert necessario euidentiam quòd illis assentiendum est vt veris absque formidine alterius partis. Hoc autem nihil aliud est, quàm habere euidentiam: quòd illa sunt vera, quamuis incognita secundum seipsa nobis. Sicut sciens quadraturam circuli esse scibilem: quamuis non sciat, habet euidentiam, quòd quadratura circuli est scibilis, & in se vera: quamuis non sit secundum seipsam nobis adhuc nota. Falsitas autem consequentis patet ex hoc, quòd intellectus videntis miracula, puta Lazarū resurgere, non conuincebatur ex euidentia ad credendum Christum esse filium Dei. Nam si conuincebatur, nec discipuli Christi habuissent fidem, nec quidam iuissent ad Pontifices, non credentes: vt dicitur Ioannis vndecimo. Sequitur secundo, quòd quilibet habens fidem Christianam, euidentem certitudinem haberet, quòd hæc sint credenda: quod tamen non experimur in nobis. Et patet sequela ex ipsa litera dicente, Non enim crederet nisi videret ea esse credenda. Sequitur tertio, vt iam factum est, quòd fideles haberent falsē certitudinem euidentem: & si non ex propriis, de his quæ sunt fidei. Et sic dato, quòd creditum non sit visum, esset tamen certitudinaliter cognitum ab intellectu credentis: quod implicat contradictoria simul, &c. Si autem Videre sumitur dinerſimode, ruit diffinitio, ruit oppositio membrorū, ruit formalitas doctrinæ, ruit autoritas doctrinæ.

¶ Ad euidentiam horum prænotanda est differentia inter videre aliquid esse scibile, & videre aliquid esse credibile. Scibile nanque est aliquid ex se, credibile autem ex testimonio: ac per hoc si constat aliquid esse scibile, constat illud esse verum, necessariam, &c. Si autem constat aliquid esse credibile, non constat propterea esse verum: sed testimonia esse talia, vt illud sit credibile: vt quotidiana experientia iudicum sententiis per testes & propriam confessionem manifestat. Ex hoc nanque, quod fide digni testes aliquid asserunt, & reus sponte confitetur, non habetur certa euidentia, quòd ita sit: possunt enim omnes mentiri. habetur tamen euidentia, quòd ita est esse credibile, iudicabileque absque aliorum partis formidine.

¶ Præmittendum est secundo, quòd videre in proposito sumitur pro tota latitudine visionis: ita quòd non restringitur ad videre sic: sed quocunque modo saluetur Videre sufficit. Dicimur enim videre non solum sensibile proprium, sed commune, & per accidens. Et Augustinus vt. lib. de ciuit. Dei. cap. 38. corporali oculo nos visuros Deum vbique præsentem credit sicut homines mox vt aspicimus, non credimus viuere, sed videmus.

¶ His præmissis, dicitur ad dubium motum, quòd Videre sumitur vniuoce, seu eodem modo, sed non restringendum est ad hanc significationem vel illam infrà latitudinem visionis tam corporalis, quàm spiritualis: tam per se, quàm per accidens visibilis.

¶ Et quum arguitur contra, respondetur primo, accipiendo credibilitatē humano more: & negando hanc sequelam, Ioannes videt ea, quæ sunt fidei esse credibilia, ergo habet certitudinem, quòd illa sunt vera. Et ad illius probationem dicitur, quòd euidentia de credibilitate horum infert necessario euidentiam, quòd assentiendum est illis: non vt veris absolute, sed vt veris credibiliter absque formidine alterius partis in voluntate, non in intellectu. Iam enim dicta est differentia inter videre aliquid esse scibile & aliquid esse credibile. Et nunc adiungimus, quòd constare aliquid esse verum vt credibile, diminuit de ratione veri constatis absolute vt patet. Et propterea videntes Lazarum resurgere, non habebant certitudinem euidentiæ, quòd Iesus erat filius Dei: sed quòd Iesum esse filium Dei, vt se prædicabat esse, erat credibile. Et sic ex singulorum euidentia non habebāt euidentiam eorum, quæ sunt fidei, sed credibilitatis eorum.

¶ Respondetur secundo, extendendo credibilitatem etiam ad certitudinem ex veritate constante testis veri clare negando hanc sequelam, Ioannes habet certitudinem, quòd ea, quæ sunt fidei, vt attestata, sunt vera. ergo non habet fidem de his, quæ sunt fidei. Stant enim hæc duo simul, quòd intellectus sit certus ex euidentia ignorum vel Dei testantis, quòd trinitas attestata est vera trinitas personarum, & simul credatur, & tamen non videat trinitatem secundum se esse, ac per hoc verum esse. Verum enim non addit suprà præiacens. Sed in hoc falluntur minus peripsicaces, quòd non discernunt quid interfit inter videre proposita in fide esse vera, & videre propositā in fide, & vt attestata seu credibilia esse vera. Multum enim refert referendo ad euidentiam. Nec discernunt inter cognitionem certam ex euidentia rei cognitæ, & certam ex euidētia testimoniorum eius. Hæc enim intantum distant vt prima repugnet fidei: secunda autem repugnet fidei testimoniis: sed non fidei rerum, quæ sunt attestatæ. Hæc autem inferius, cum de fide angelorum tractabimus clare eluceſcent. Et hoc sufficit ad discernendum, inter ea, quæ sunt fidei in scipsis, & in ratione credita secundum se: & visa in ratione credibilis.

¶ In eadem responsione ad secundum dubium aliud occurrit circa subiectam rationem, quare ea quæ subsunt fidei sub communi ratione credibilis sunt visa ab eo, qui credit scilicet, non enim crederet, nisi videret ea esse credenda vel propter euidentiam signorū, vel propter aliquid huiusmodi.

¶ Occurrit autem hic dubium: quia ista ratio infert necessitatem euidentiæ in communi ad credendum in particulari. Dicendo enim quod non crederet nisi videret esse credenda, manifeste dicit quòd oportet credentem videre esse credendum. Sed quia hoc non probatur in litera, nec apparet verum, ideo ambiguitas consurgit. Experimur enim nos multa credere sine euidentia credibilitatis, imò ex leuitate cordis, iuxta illud, Qui cito credit, leuis est corde. Non omnes quoque Christiani credentes fatentur se videre credibilitatem eorum, quæ sunt fidei: sed hoc videtur paucorum esse.

¶ Ad hoc dubium dicitur primo, quòd autor loquitur de Videre, lato vocabulo. Sed hoc iam excluſum est in præcedenti dubio: quia periret distinctio in hac litera facta, nisi Videre hic sumatur vt incompossibile est actui credendi, respectu eiusdem quod est propriè loqui de Videre.

¶ Dicitur secundo, quod autor loquitur de Videre, quantum est ex parte habitus fideiinfusæ. Sed hoc ostenditur non consonare literæ, tripliciter. Primo quia expresse in litera est sermo de illo: qui credit vt sic, & non ex parte habitus: vnde ratio affertur probans ex actu credendi, & non ex habitu, cum dicitur, Non enim crederet nisi videret. Secundo, quia in litera causa visionis expresse assignatur ex extrinsecis, scilicet propter miracula vel aliquid huiusmodi, & non ex parte habitus. Tertio, quia in litera reseruatur tractanda visio ex parte habitus in tertio argumento, & illius responsione: & ibi tractatur ex parte habitus vt patet intuenti. Non sunt autem confundendæ argumentorum difficultates, sed vnicuique propria seruanda est: quoniam ideo diuersificata sunt.

¶ Dicendum est igitur, quòd autor loquitur de visione proprie, & quòd vere ac virtuose credere exigit euidentiam, quòd illud sit credibile: ita quòd nullus aliquid vere, hoc est absque formidine alterius partis, & virtuose hoc est prudēter credit aliquid, nisi euidēter cognoscat illud esse credibile. Sed euidētia nostrę cognitionis nō solū est ex terminis, vt cōtingit in primis principiis aut ex demōstratione, vt cōtingit in cōclusionibus scitis: sed etiā ex oblatione sensuū, vt patet in propositionibus ex sensu clarissimis, puta, nix est alba, iste me percussit, ille dixit rale quid, & huiusmodi. Hęc enim quia ex sensu claro

Universidad de Deusto
Biblioteca

oblata sunt ad hoc cõuincunt intellectũ, non ex terminorũ connexione absolute, aut demõstrationis discursu necessario, sed ex demõstratione ad sensum. Et sic cõtingit in proposito: quoniã nullus audiẽs aliquid, vere ac prudenter credit illud nisi ad sensum cognoscat à viro fide digno illud asseri. Idẽ est aũt videre hoc assertũ esse à fide digno: & videre hoc esse credibile: quoniã fide dignũ testimoniũ constituit dictũ inesse credibili. Et sicut solis illis qui viderunt niue, euidens est illa propositio, Nix ex alba: ita solis illis, apud quos iste asserens est fide dignus & à quibus auditur, euidens est hoc dictum esse credibile. Et propterea stat vnum & idem dictũ ab vno videri in ratione credibilis, & ab alio, non. Ex eo enim, quòd euidentia ista non conuenit credibili ex parte rei semper, sed d.6.16. quandoque ex parte nostri, vt patet in exemplis datis: ideo variatur in diuersis, & exigit aliquã cõditionem obiecti in ordine ad nos. Et hoc directe consonat literæ dicenti, quòd propter miracula testificantia vel aliquid huiusmodi, puta autoritatẽ Ecclesiæ dicentis, vel propter mortem Martyrũ, credens videt hæc esse credibilia.

¶ Ad obiecta in oppositum dicitur, quòd omnes virtuosè credentes si vocem propriam intelligunt, fatentur se videre credibilitatem, saltem ex parte credentis, vt dictum est. Qui autem credit ex leuitate, non virtuose credit & ideo non obstat proposito. Vident autem Christiani credentes credibilia esse ea quæ sunt fidei audientes à fide dignis mundi scilicet conuersionem ad Christum paupetem per pauperes piscatores idiotas inter tot persecutiones, tormenta, & mortes, & postmodum à tot doctissimis viris cum vitæ propriæ castigatione mundique huius contemptu approbata, innumerisque miraculis firmata. Et scito, quod licet videre credibilitatem exigatur ad vere & virtuose credendum, non sufficit tamen. Sunt enim multi qui etsi videant aliquid esse credibile, non credunt tamen illud, vt patet de multis, qui viderunt Iesum resuscitantem Lazarum, & tamen iuerunt ad nuntiandum persecutoribus ipsius, vt amplius persequerentur, vt fecerunt, vt patet Ioannis vndecimo. Et ratio est, quia credere est actus non solius intellectus, sed etiam voluntatis. Hinc enim fit vt videntes aliquid credibile nolint credere illud. Sed quomodo credere sit voluntarium, inferius tractabitur. Nunc autem hoc prælibatum sit, vt pateat magis habitudo actus credendi vere & virtuose ad euidentiam credibilitatis.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli quarti, dubium occurrit duplex. Primo, quid intendat auror per prima verba responsionis, scilicet lumen fidei facit videre ea, quæ creduntur: An quod faciat videre ea sub cõmuni ratione credibilis, an in particulari, an sub quadã alia ratione. Secundo, quãtum valeat subiuncta ratio cum dicitur, Sicut enim per alios habitus virtutũ homo videt illud quod est sibi conueniens secundum habitum illum: ita etiam per habitum fidei inclinatur mens hominis ad assentiendum his, quæ conueniunt rectæ fidei: & non aliis.

¶ Occurrit siquidem hic duplex defectus. Primus est æquiuocatio de visione. Nã quilibet habitus virtutis facit videre sibi conueniens, accipiendo ly videre pro apparere, iuxta illud Philosophi. Qualis vnusquisque est, talis finis ei videtur, id est apparet. Casto enim apparet conueniens abstinere ab illicito coitu & abstinenti apparet conueniens subtrahere superfluum cibum, & sic de aliis. In proposito autem sermo est de Videre vt importat euidentiam distincta contra apparentiã firmæ adhæsionis: Secundus est, quia in litera ponitur, quòd lumen fidei facit videre, & transitur ad probandum, non quòd facit videre, sed quòd facit assentire his, quæ sunt consona rectæ fidei, & nõ aliis. Valde naque distant inter se isti duo actus, scilicet videre & assentire: vt patet ex hoc, quòd assentire his, quæ sunt fidei, quilibet fidelis fatetur se intrepide: videre autem ex intrinseco lumine ea, quç creduntur, nullus fatetur nisi maiori lumine, quàm sit lumen fidei, illustretur.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd autor loquitur de Videre ea quæ sunt fidei sub communi ratione credibilis: ita quòd videre credibilitatem eorum conuenit fideli ex duplici capite, scilicet ex sensu fide digni testimonij: iuxta doctrinam responsionis ad secundum, & ex lumine fidei intus existente, iuxta præsentis responsionis doctrinam. Et hanc esse mentem autoris patet ex hoc, quod in sequenti articulo in responsione ad primum dicitur, Per lumen videtur esse credenda, vt dictum est, proculdubio hoc in loco. Vbi primo dicitur quòd lumen fidei facit videre. Et iuxta eundẽ sensum inferius dicitur quòd per donum intellectus intelligimus ea quæ sunt fidei esse credenda.

¶ Ad secundum dicitur, quòd neuter defectus hic accidit, sed argumentũ sit à minori & ab affectu. A minori quidem, quia ex quo habitus virtutis perficientis partem appetitiuã facit occasionaliter, hoc est inclinãdo id quod cõuenit hominẽ videre, hoc est euidentiam practice habere, eius quod cõuenit secundũ illũ habitũ, multo magis habitus fidei, qui est habitus virtutis in parte intellectiua, inclinãdo in sibi cõueniens, faciet euidentiã sibi possibilẽ quo ad hoc mouetur ab ipso obiecto, quod est vel per seipsum cognitũ, sicut patet in principiis primis, quorũ est intellectus: vel est per aliud cognitum, sicut patet de conclusionibus, quarũ est scientia. Alio modo intellectus assentit alicui, non quia sufficienter moueatur ab obiecto proprio, sed per quandam electionem voluntarie declinans in vnam partem magis, quàm in aliam. Et siquidem hoc sit cum dubitatione & formidine alterius partis, erit opinio. Si autẽ sit cum certitudine absque tali formidine, erit fides. Illa autem videri dicũtur, quæ per seipsa mouent intellectũ nostrum, vel sensum ad sui cognitionem. Vnde manifestum est, d quòd nec fides nec opinio potest esse de ipsis visis, aut secundum sensum, aut secundum intellectum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Thomas aliud vidit, & aliud credidit: hominem vidit, & Deum credẽs, confessus est, cũ dixit, Dominus meus, & Deus meus.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd ea, quæ subsunt fidei, dupliciter cõsiderari possunt. Vno modo in speciali: & sic non possunt esse simul visa & credita, sicut dictum est.* Alio modo in generali, scilicet sub communi ratione credibilis: & sic sunt visa ab eo, qui credit. Non enim crederet nisi videret ea esse credenda, vel propter euidentiam signorum, vel propter aliquid huiusmodi.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd lumen fidei facit videre ea, quæ creduntur. Sicut enim per alios habitus virtutum homo videt illud, quod est sibi conueniens secundum habitum illũ: ita etiam per habitũ fidei inclinatur mẽs hominis ad assentiendũ his, quæ conueniunt rectæ fidei, & non aliis.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd auditus est verborum significantiũ ea, quæ sunt fidei: non autem est ipsarum rerũ, de quibus est fides: & sic non oportet vt huiusmodi res sint visæ.

ARTICVLVS V.

¶ Virum ea quæ sunt fidei possint esse scita.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod ea, quæ sunt fidei, possunt esse scita. Ea enim quæ non sciuntur videtur esse ignota: quia ignorantia scientiæ opponitur: sed quæ sunt fidei, non sunt ignota. Horum enim ignorantia ad infidelitatem pertinet, secundum illud primæ ad Timotheum primo capite, Ignorans feci in incredulitate mea: ergo ea, quæ sunt fidei, possunt esse scita.

¶ 2 Præterea, Scientia per rationes acquiritur: sed ad ea quæ sunt fidei, à sacris autoribus rationes inducuntur: ergo ea, quæ sunt fidei, possunt esse scita.

¶ 3 Præterea, Ea quæ demõstratiuè probantur, sunt scita, quia demonstratio est syllogismus faciens scire: sed quædam, quæ in fide continentur, sunt demõstratiuè probata à philosophis: sicut Deum esse, vt Deum esse vnum, & alia huiusmodi. ergo ea, quæ sunt fidei, possunt esse scita.

¶ 4 Præterea, Opinio plus distat à scientia, quàm fides, cum fides dicatur esse media inter opinionẽ & scientiam: sed opinio & scientia possunt esse aliquo modo de eodem, vt dicitur in primo Posterior. Non sciet carẽs resolutione vsque ad principia euidentia sibi. Theologia ergo in nobis viatoribus est secũdum se vere sciẽtia subalternata: non tamen in statu scientiæ, quousque continetur cum euidentia principiorũ illius. Et propterea dato q̃ sit de creditis, nõ sequitur aliqua cõtradictio, nec q̃ fides & scientia sint de eodem, quia hoc scilicet quòd scientia & fides non possunt esse de eodẽ, intelligitur de sciẽtia in statu scientiæ, & non de scientia in statu imperfecto.

¶ In responsione ad quartũ eiusdẽ articuli recole dicta in Prima Secundæ, & aduerte q̃ licet alia ratio sit de incõpossibilitate scientiæ cum opinione, & cum fide: conuenit tamẽ in hoc omnis earũ incõpossibilitatis ratio, quia scilicet tenet se ex parte subiecti simpliciter, & non secundum quid. Existimare nãque A esse, & non existimare A esse, videre A esse, & nõ videre A esse, ex parte subiecti distinguuntur & opponũtur. Et propter ea incõpossibilia sunt in eodẽ subiecto simpliciter. Sic autẽ distinguũtur scientia, fides & opinio. Nã sciens videt A esse sic, q̃d existimat impossibile aliter se habere. Credens autem licet existimet impossibile aliter se habere, nõ tamẽ hoc habet ex euidẽtia: nec videt A esse. Dico autẽ subiecti simpliciter, ad excludendũ subiectũ secundũ quid, puta Sortem vt Geometrã: vt sic dispositum, vt credentẽ, vt opinantem, & sic de aliis. Non enim distinctio horum in hoc consistit, q̃ credens vt sic, non videat, vt opinãs existimet possibile aliter se habere, vt sciens videat, &c. Sed in hoc, quod subiectum, de quo simpliciter & absolutè verificatur credere A esse de eodem non potest simul verificari, scire A esse: & similiter est de opinione & scientia. At si quis aliter diffinire voluerit hos terminos, nõ erit quæstio cũ eo de re, sed de vocabulis, quam eis relinquo. Quũ autẽ audis differentiam inter opinantem & scientem in existimando, vel non existimãdo, impossibile aliter se habere, memento q̃ quia bonũ conſurgit ex causa integra, malum autẽ ex particularibus defectibus: ideo ad hoc, q̃ aliquis sit sciens exigitur, q̃ impossibile sit aliter se habere, & secundũ se & secundũ existimationẽ nostram. Sed ad hoc, quod sit opinans quicquid horũ deficiat, sufficit. Si enim conclusio vel ratio secũdum se est impossibilis aliter se habere, & ab hoc nõ penetratur q̃ sit talis, opinans est. Et similiter si ratio aut conclusio possibilis est aliter se habere, & iste putat q̃ impossibile sit aliter se habere, opinans est secundum naturam sui status, aliunde nesciens illud met: quia non ex meritis notitiæ, sed propriæ phantasiæ existimat impossibile esse aliter se habere: & in veritate subiectum talis notitiæ deberet æstimare esse possibile aliter se habere.

¶ Super Quæstionis primæ Articulum sextum.

IN articuli serti quæstionis primæ, respondetur ad secundum argumentum, diligenter aduertendum est quum dicitur à S. Thoma, Ratio formalis accipitur secundo modo ex parte nostri, ly ex parte nostri, diminuit à ratione formali obiecti simpliciter: & propterea nullo pacto valet huiusmodi argumentũ. Non visum est ratio formalis obiecti fidei ex parte nostri: ergo est ratio formalis obiecti fidei. Et hinc patet, q̃ quotquot attulerunt rationes ad probandũ, q̃ non visum nõ est ratio formalis obiecti fidei, nihil contra Autorẽ nostrũ concluserũt: quamuis ipsi forte crediderunt contra eundem nostrũ autorem dicere, ac illius dicta penitus è medio tollere, omnémque illi fidem detrahere. Quia enim esse non est conditio obiecti fidei: ex parte obiecti se tenens, vt patet ex antedictis, oportet enim creditum non esse visum à credẽte. Et hæc conditio cõprehendit omnia credibilia, habẽtque se ad ea vt formale ad materiale, est siquidem talis credibilium denominatio, quã oportet omnia inducre, vt credibilis rationem habeant, vnde & in diffinitione fidei ab ipso Apostolo ponitur ad Hebræos vnde-

denda numerãtur: nõ quia de ipsis simpliciter sit fides apud omnes, sed quia præexiguntur ad ea, quæ sunt fidei, & oportet ea saltem per fidem præsupponi ab his, qui eorum demonstrationem non habent.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd sicut Philosophus ibidem dicit,* à diuersis hominibus de eodem omnino potest haberi sciẽtia & opinio: sicut & supra dictum est de scientia & fide, sed ab vno & eodem potest haberi fides, & scientia de eodem secundũ quid, scilicet de subiecto, sed non secundũ idem. Potest enim esse, quòd de vna & eadem re aliquis aliquid sciat, & aliquid aliud opinetur. Et similiter de Deo potest aliquis demonstratiuè scire, q̃ sit vnus, & credere, quòd sit trinus. Sed de eodem secundum idem non potest esse simul in vno homine sciẽtia, nec cum opinione, nec cum fide: alia tamen, & alia ratione. Scientia enim cum opinione simul esse non potest simpliciter de eodẽ: quia de ratione scientiæ est q̃ id quod scitur, existimetur esse impossibile aliter se habere. De ratione autem opinionis est, q̃ id quod est opinatum, existimetur possibile aliter se habere. Sed id quod fide tenetur propter fidei certitudinem existimatur etiam impossibile aliter se habere: sed ea ratione non potest simul idem & secundum idem esse scitum & creditum: quia scitum est visum, & creditum est non visum, vt dictum est.*

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum credibilia sint per certos articulos distinguenda.

AD SEXTVM sic procedi tur. Videtur quòd credibilia non sint per certos articulos distinguenda. Eorum enim omnium, quæ in sacra Scriptura continentur, est fides habenda, sed illa non possunt reduci ad aliquem certum numerum propter sui multitudinem, ergo superfluum videtur articulos fidei distinguere.

¶ 2 Præterea, Materialis distinctio cùm in infinitum fieri possit, est ab arte prętermittenda: sed formalis ratio obiecti credibilis est vna & indiuisibilis, vt suprà dictum* est, scilicet veritas prima: & sic secundum rationẽ formalem credibilia distingui non possunt, ergo prętermittenda est credibilium materialis distinctio per articulos.

¶ 3 Præterea, Sicut à quibusdã dicitur, articul⁹ est indiuisibilis veritas de Deo arctans nos ad credendum, sed credere est voluntarium: quia sicut Augustinus.* dicit, Nullus çredit nisi volens, ergo videtur quòd inconuenienter distinguamus credibilia per articulos.

¶ SED CONTRA est quod Isidorus dicit, Articulus est perceptio diuinę veritatis tendẽs in ipsam: sed perceptio diuinæ veritatis competit nobis secundum distinctionem quãdam. Quæ enim in Deo vnum sunt, in nostro intellectu multiplicantur. ergo credibilia debent per articulos distingui.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ nomẽ articuli ex Græco videtur esse deriuatũ. Arthros enim in Græco, quod in Latino articulus dicitur, significat quã-

In cor.

Supra ar. 4. & in fra qõ. 4 arti. 1. & 3 q. 7. art. 3. & 3. di. 24. ar. 2. q. 2. & 3.

Et 1. contra & 8. Et veri. q. 4.

Text. vlt.

Hom 26. in Euãg

Ar. prec.

p. p. q. 1. ar. 2.

Lib. 1. Post text. 44. † ar. prec.

Ar. 1. hu ius.

3. dist. 25. 1. artic. 1. cor. & ar. 2. ad 6.

Et 1. cor. 15. co 3.

pincipio.

Incor. art. & artic. prec.

Trac. 26. in Ioann. to. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cimo: ideo nonnulla ratio formalis est credibilium, quod credibilia sint: tamen est absolute dicenda ratio formalis obiecti fidei. Vnde in re hac meminerint disputantes ne pro ratione sit in vocabulis, ex quo constat de re.

Ad Herin. paulo ante medium.

¶ *Super Quæstionis primæ Articulum septimum.*

IN articuli septimi quæstionis primæ, responsione ad tertium argumentum, summo cum studio aduertendum est, quòd Autor rationem doctoratus, ex qua videbatur, quod fides à doctoribus doctoribus profiscisci debuisset, reducit ad rationem materiæ: ea ratione quia vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem. Ex hoc enim, quòd doctoribus sat est nosse quantum expedit instruendis illius temporis, nulla alia ratio sumi potest ex parte doctorum, quàm ex parte instrumentorum, quos quia constat se tenere ex parte materiæ, patet exigere, quòd de imperfecto ad perfectum perueniatur. Et sic non solum populus posterior plus sciuit populo prioris ætatis, sed doctores posteriores doctiores fuerunt prioribus. Et hoc intellige salua capitis excellentia in vtroque priori statu, scilicet naturæ & legis, vt Autor inferius docet in quæstionis cétesimæ septuagesimæ quartæ, articulo sexto. Nam Abraham doctus à Deo magis fuit quam posteriores vsque ad Moysen sub quo status legis cœpit: & Moyses magis edoctus à Deo fuit, quàm reliqui vsque ad tẽpus gratiæ.

Ar. 4. hu m q.

¶ In eiusdẽ articuli responsione ad quartum aduerte, quod ex alia ratione, quàm præcedente autor terminum ponit profectui fidei, scilicet ex consummatione gratiæ per Christum & tẽporis plenitudine. Ex quo habes præposterũ ordinẽ ante & post Christũ, scilicet quod ante Christũ, quanto priores tanto minus edocti. Post Christum vero quanto priores, tanto doctiores. Et propterea in determinatione quæstionum fidei, standum est doctrinæ antiquorum doctorum & sanctorum

In corp. art.

datur de articulo magis secundum quandam etymologiã nominis, prout habet deriuationem Latinam, quàm secundum eius veram significationem, prout à Græco deriuatur: vnde non est magni ponderis. Potest tamen sic dici quòd licet ad credẽdum necessitate coactionis nullus arctetur, cũ credere sit voluntarium: arctatur tamẽ necessitate finis, quia acceden tẽ ad Deum oportet credere: & sine fide impossibile est placere Deo, vt Apostolus dicit Hebr. 11.

dam coaptationem aliquarũ partiũ distinctarum: & ideo particulę corporis sibiinuicem coaptatæ dicũtur mẽbrorum articuli: Et similiter in Grãmatica apud Græcos dicũtur articuli quædam partes orationis coaptatæ aliis dictionibus ad exprimendum eorum genus, numerum, vel casum. Et similiter in Rhetorica articuli dicuntur quædam partium coaptationes. Dicit enim Tulli⁹ in quarto Rhetoricæ, ꝙ articulus dicitur cum singula verba interuallis distinguuntur cęsa oratione, hoc modo. Acrimonia, voce, vultu aduersarios perterruisti. Vnde & credibilia fidei Christianæ dicuntur per articulos distingui, inquantum in quasdam partes diuiduntur, habentes aliquã coaptationem adinuicem. Est aũt obiectum fidei aliquid non visum circa diuina, vt suprà dictũ* est: & ideo vbi occurrit aliquid speciali ratione non visum, ibi est specialis articulus. Vbi autem multa secundum eandem rationem sũt cognita, vel non cognita, ibi non sunt articuli distinguẽdi. Sicut aliam difficultatem habet ad videndum, quòd Deus sit passus, & alia quòd mortuus resurrexerit. Et ideo distinguitur articulus resurrectionis ab articulo passionis. Sed ꝙ sit passus, mortuus & sepultus, vnam & eandẽ difficultatem habent: ita ꝙ vno suscepto, nõ est difficile alia suscipere: & propter hoc omnia hæc pertinẽt ad vnum articulum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliqua sint credibilia, de quibus est fides secũdũ se: aliqua vero sunt credibilia, de quibus non est fides secundũ se, sed solùm in ordine ad alia: sicut etiã in aliis scientiis quędam proponũtur vt per se intenta, & quædam ad manifestationem aliorum. Quia vero fides principaliter est de his, quę videnda speramus in patria: secundum illud Hebręorũ vndecimo, Fides est substantia sperandarũ rerum: ideo per se ad fidem pertinent illa, quæ directè nos ordinant ad vitam æternam, sicut sunt tres personę Omnipotentis Dei, mysterium incarnationis Christi, & alia huiusmodi. Et secundum ista distinguũtur articuli fidei. Quædam vero proponuntur in sacra Scriptura vt credenda, non quasi principaliter intenta, sed ad prædictorum manifestationẽ: sicut quòd Abraham habuit duos filios, quòd ad tactum ossium Elisæi suscitat⁹ est mortuus, & alia huiusmodi, quę narrantur in sacra Scriptura in ordine ad manifestationem diuinæ maiestatis, vel incarnationis Christi: & secũdum talia non oportet articulos distinguere.

¶ Ad secundum dicẽdũ, quòd ratio formalis obiecti fidei potest accipi dupliciter. Vno modo ex parte ipsius rei creditæ: & sic ratio formalis omniũ credibiliũ est vna, scilicet veritas prima, & ex hac parte articuli nõ distinguũ̃. Alio modo potest accipi ratio formalis credibiliũ ex parte nostri: & sic ratio formalis credibilis est, vt sit nõ visũ: & ex hac parte articuli fidei distinguũtur, vt visũ est.*

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ illa diffinitio

Artic. VII.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum articuli fidei secundum successionem temporum creuerint.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod Articuli fidei non creuerint secundum tẽporũ successionem, quia, vt Apostolus dicit ad Hebræos vndecimo. Fides est substantia sperãdarum rerum. sed omni tempore sunt eadem sperãda. ergo omni tempore sunt eadem credenda. *Infra q. 174. art. 6. co. Et 3. di. 25. q. 2. ar. 2. q. 1. Et 1. Cor. 15. col 3. principio. ex. 1. & 2.*

¶ 2 Præterea. In scientiis humanitus ordinatis per successionem temporum augmentum factum est propter defectum cognitionis in primis, qui scientias inuenerunt: vt patet per Philosophum in secundo Mathaphysicę: sed doctrina fidei nõ est inuẽta humanitus, sed tradita a Deo. Dei enim donum est, vt dicitur Ephesiorum secundo. Cùm ergo in Deum nullus defectus scientiæ cadat, videtur quòd à principio cognitio credibiliũm fuerit perfecta, & quòd non creuerit secundum successionem temporum.

¶ 3 Præterea, Operatio gratiæ non minus ordinatè procedit quàm operatio naturæ, sed natura semper initium sumit à perfectis, vt Boetius dicit in libro de Consolatione. * ergo etiam videtur, quod operatio gratiæ à perfectis initium sumpserit: ita quòd illi qui primò tradiderunt fidem, perfectissimè eam cognouerunt. *Li. 3. pro. 10.*

¶ 4 Præterea, Sicut per Apostolos ad nos fides Christi peruenit: ita etiam in veteri Testamẽto per priores Patres ad posteriores deuenit cognitio fidei secundum illud Deuter. 32. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: sed Apostoli plenissime fuerunt instructi de mysteriis: acceperunt enim sicut tẽpore prius, ita & cæteris abundantius, vt dicit gloss.* super illud Rom. 8. Nos ipsi primitias spiritus habẽtes. ergo videtur quòd cognitio credibilium non creuerit per temporum successionem. *Glo. interli.*

¶ SED CONTRA est quod Gregor.* dicit, quòd secundum incrementa tẽporum creuit scientia sanctorum Patrum & quanto viciniores aduentui Saluatoris fuerunt, tanto sacramenta salutis plenius perceperunt. *Hom. 6. in Exec.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ita se habent in doctrina fidei articuli fidei, sicut principia per se nota in doctrina, quæ per rationem naturalem habetur: in quibus principis ordo quidam inuenitur, vt quædam in aliis implicitè cõtineantur: sicut omnia principia reducuntur ad hoc, sicut ad primum, Impossibile est simul affirmare & negare, vt patet per philosophum in 4. Metaph.* Et similiter omnes articuli implicitè continentur in aliquibus primis credibilibus, scilicet vt credatur Deus esse, & prouidentiã habere circa hominum salutẽ, secundum illud ad Hebræos vndecimo, Accedentem ad Deum oportet credere, quia est & quòd inquirentibus se remunerator sit. In esse enim diuino includũtur omnia, quæ credimus in Deo æternaliter existere, in quibus nostra beatitudo existit. In fide autem prouidentiæ includuntur omnia, quæ temporaliter à Deo dispẽsantur ad hominum salutem, quæ sunt via in beatitudinẽ. Et per hunc etiam modum aliorum subsequentium articulorum quidam in aliis continentur, sicut in fide redemptionis humanæ implicitè continẽtur & incarnatio Christi & eius passio, & omnia huiusmodi. Sic ergo dicendum est, quod quantum ad substantiam articulorum fidei non est factum eorum augmentum per temporum successionẽ, quia quæcunque posteriores crediderunt, continebantur in fide præcedentium Patrum, sed implicitè. Sed quantum ad explicationem creuit numerus articulorum: quia quædam explicitè cognita sunt à posterioribus, quæ à prioribus non cognoscebantur explicite. Vnde Dominus Moysi dicit Exod. 6. Ego sum Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob: & nomen meum, Adonai, non indicaui eis. Et Dauid dicit. Super senes intellexi. Et Apostolus dicit Ephes. 3. in aliis generationibus non est agnitũ mysterium Christi, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis & Prophetis. *Tex. 92. & seq.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd semper fuerunt eadem speranda apud homines à Christo: quia tamen ad hæc speranda homines non peruenerunt nisi per Christum, quanto à Christo fuerunt remotiores secundum tempus, tanto à consecutione sperandorum longinquiores. Vnde Apostolus dicit ad Hebr. 11. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à lõge eas respicientes. Quanto autem aliquid à longinquioribus videtur, tanto minus distinctè videtur, & ideo bona speranda distinctius cognouerunt, qui fuerunt aduentui Christi vicini.

¶ Ad secun

¶ Ad secũdum dicendũ, quòd profectus cognitionis dupliciter contingit. Vno modo ex parte docẽtis, qui in cognitione proficit: siue vnus, siue plures per temporum successionem, & ista est ratio augmenti in scientiis per rationẽ humanitus inuentis, alio modo ex parte addiscẽtis, sicut magister, qui nouit totam artem, non statim à principio tradit eã discipulo, quia capere non posset: sed paulatim eõdescẽdens eius capacitati, & hac ratione profecerũt homines in cognitione fidei per temporũ successionem. Vnde Apostolus ad Galat. 3. comparat statum veteris Testamenti pueritiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad generationem naturalem duæ causæ præexigũtur, scilicet agens & materia. secundum ergo ordinẽ causę agentis naturaliter prius est quod est perfectius, & sic natura à perfectis sumit exordiũ, quia imperfecta non ducuntur ad perfectionem, nisi per aliqua perfecta præexistẽtia: secundum verò ordinem causę materialis prius est quod est imperfectius: & secundũ hoc natura procedit ab imperfecto ad perfectũ. In manifestatione autem fidei Deus est sicut agens qui habet perfectam scientiam ab æterno: homo autẽ est sicut materia recipiens influxum Dei agentis: & ideo oportuit, quòd ab imperfectis ab perfectũ procederet cognitio fidei in hominibus. Et licet in hominibus quidà sehabuerint per modũ causę agẽtis, quia fuerũt fidei doctores: tamẽ manifestatio Spiritus dat⁹ talib⁹ ad vtilitatẽ cõmuem. vt dicitur 1. ad Corinthios 12. Et ideo tantum dabatur Patribus, qui erant institutores fidei de cognitione fidei quantũ oportebat pro tempore illo populo tradi vel nudèvel in figura.

¶ Ad quartum dicendum, quòd vltima consummatio gratiæ facta est per Christum: vnde & temp⁹ eius dicitur tẽpus plenitudinis ad Galatas 4. Et ideo illi, qui fuerũt propinquiores Christo, vel ante, sicut Ioãnes Baptista, vel post, sicut Apostoli, plenius mysteria fidei cognouerunt: quia & circa statũ hominis hoc videmus, quòd perfectio est in iuuẽtute: & tanto habet homo perfectioré statum vel ante, vel post, quãto est iuuentuti propinquior.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum articuli fidei conuenienter enumerentur.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter articuli fidei enumerẽtur. ea enim quę possunt ratione demonstratiua sciri, nõ pertinẽt ad fidem, vt apud homines sint credibilia, sicut supra* dictum est: sed Deũ esse vnum, potest esse scitum per demõstrationẽ. Vnde & Philosophus hoc in 12. Metap.* probat & multi alij Philosophi ad hoc demõstrationes induxerũt. Ergo Deum esse vnũ nõ debet poni vnus articulus fidei. *5. di. 25. q. 1 ar. 2. Et opus. 3. c. 255. Et opus. 5. per 10. Et opus. 23. co. 2. *ar. 5. hius quæst. †Tex. vl.*

¶ 2 Præterea, sicut de necessitate fidei est, quòd credamus Deũ omnipotẽtẽ: ita etiam ꝙ credam⁹ eũ omnia sciẽtẽ, & omnibus prouidentẽ: & circa vtrũque horum aliqui errauerunt. debuit ergo inter articulos fidei fieri mẽtio de sapiẽtia & prouidentia diuina, sicut & de omnipotentia.

¶ 3 Præterea, Eadẽ est notitia Patris & Filij: secũdũ illud Ioã n. 14. Qui videt me, videt & Patrẽ. ergo vnus tantũ articulus debet esse de Patre & Filio, & eadẽ ratione de Spiritusancto.

¶ 4 Præterea, Persona Patris non est minor, quã Filii & Spiritussancti: sed plures articuli ponuntur circa personam Spiritussancti: & similiter circa personã Filii. Ergo plures articuli debent poni circa personam Patris.

¶ 5 Præterea, Sicuti personę Patris & personę Spiritussancti aliquid appropriatur, ita & personę Filii secũdum diuinitatẽ: sed in articulis fidei ponitur aliquod opus appropriatum Patri. scilicet opus creationis: & similiter aliquod opus appropriatũ Spiritui sancto, scilicet quòd loquutus est per Prophetas. Ergo etiam inter articulos fidei debet aliquod opus appropriari Filio secundum diuinitatem.

¶ 6 Præterea, Sacramentum eucharistiæ habet specialẽ difficultatem præ multis articulis. ergo de eo debuit poni specialis articulus. Non videtur ergo, quòd articuli sufficienter enumerentur.

¶ SED IN CONTRARIVM est autoritas Ecclesiæ sic enumerantis.*

dist. 23. capi qui episcopus. †Artic. 6. ad 1.

¶ RESPONDEO dicendũ, quod sicut dictũ est, illa per se pertinẽt ad fidẽ, quorũ visione in vita æterna perfruemur, & per quæ ducemur ad vitã æternã. Duo aũt nobis videnda proponũtur, s. occultũ diuinitatis, cui⁹ visio nos beatos facit: & mysteriũ humanitatis Christi, per quod in gloriam filiorũ Dei accessũ habem⁹: vt dicitur ad Romanos. 5. Vnde dicitur Io. 17. Hęc est vita æterna, vt cognoscãt te Deũ verũ, & quẽ misisti Iesum Christum. Et ideo prima distinctio credibilium est, quod quædam pertinent ad maiestatem diuinitatis: quædam verò pertinent ad mysterium humanitatis Christi: quod est pietatis sacramentum, vt dicitur 1. ad Timoth. 4. Circa maiestatem autem diuinitatis tria nobis credenda proponuntur. Primò quidem vnitas Diuinitatis: & ad hoc pertinet primus articulus. Secundò Trinitas personarum: & de hoc sunt tres articuli secundum tres personas. Tertiò verò proponuntur nobis opera Diuinitatis propria, quorum primum pertinet ad esse naturæ: & sic proponitur nobis articulus creationis. Secundum verò pertinet ad esse gratiæ: & sic proponũtur nobis sub vno articulo omnia pertinentia ad sãctificationẽ humanam. Tertium verò pertinet ad essẽ glorię: & sic proponitur nobis alius articulus de resurrectione carnis, & de vita ęterna: & ita sũt septem articuli ad Diuinitatem pertinẽtes. Similiter etiam circa humanitatẽ Christi ponũtur septem articuli, quorum primus est de incarnatione, siue de cõceptione Christi Secũdus, de natiuitate eius ex virgine. Tertius, de pass̃one ei⁹ & morte & sepultura. Quartus est de descensu ad inferos. Quintus est de resurrectione. Sextus, de ascensione. Septim⁹, de aduẽtu ad iudicium. Et sic in vniuersũ sũt quatuor decim. Quidam ramen distinguũt duodecim articulos fidei: sex pertinẽtes ad diuinitatẽ, & sex pertinentes ad humanitatem. Tres enim articulos triũ personarum comprehendũt sub vno, quia eadẽ est cognitio triũ personarũ. Articulũ verò de opere glorificationis distinguunt in duos, s. resurrectionẽ carnis & gloriã animæ. Similiter articulũ cõceptionis & natiuitatis cõiungũt i vnum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd multa per fidem tenemus de Deo, quę naturali ratione inuestigare Philosophi non potuerũt: puta circa prouidẽtiam eius & omnipotẽtiam, & quòd ipse solus sit colẽdus. quę omnia continẽtur sub articulo vnitatis Dei.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd ipsum nomen diuinitatis importat prouisionẽ quandam, vt in primo lib.* dictũ est. Potentia aũt in habentib. intellectũ non operatur nisi secũdũ voluntatẽ & cognitionẽ: & ideo omnipotẽtia Dei includit quodammodo omnium scientiam & prouidẽtiã: nõ enim posset oĩa, quæ vellet in istis inferiorib. agere, nisi ea cognosceret, & eorum prouidentiam haberet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Patris & Filij & Spiritussancti est vna cognitio quantũ ad vnitatẽ essentiæ, quæ pertinet ad primũ articulũ: quantũ verò ad distinctionẽ personarũ, quæ est per relationes originis, quodãmodo in cognitione Patris includitur cognitio Filij. Non em̃ esset pater, si filium nõ haberet, quorũ nexus est Spiritussanctus: & quantũ ad hoc benè moti sunt qui posuerunt vnũ articulũ triũ personarũ. Sed quia circa singulas personas sunt aliqua attendenda, circa quæ contingit esse errorẽ, quantum ad hoc de trib. personis possunt poni tres articuli. Arrius em̃ credidit patrẽ omnipotentẽ & æternũ: sed nõ credidit Filiũ coęqualẽ & cõsubstantialẽ Patri: & ideo necessariũ fuit apponere articulũ de persona Filij, ad hoc determinãdũ. Et eadẽ rõe contra Macedoniũ necesse fuit ponere articulũ tertiũ de persona spiritussancti: & similiter etiã cõceptio Christi & natiuitas & etiam resurrectio & vita ęterna secũdũ vnam rõnem possũt cõprehendi sub vno art. inquãtũ ad vnũ ordinãtur: & secũdũ aliã rõem possũt distingui, inquãtũ seorsũ habẽt speciales difficultates.

¶ Ad quartum dicendum quòd Filio & Spiritui sancto conuenit mitti ad sanctificandam creaturam: circa quod plurima credenda occurrunt: & ideo circa personam Filij & Spiritussancti plures articuli multiplicantur, quàm circa personã Patris quæ nunquam mittitur: vt in primo* dictum est.

p. p. q. 13 artic. 8.

p. p. q. 43. artic. 5.

patrum quos illustratos credimus diuino lumine, & quo ad doctrinam, & quo ad vitam magis quam posteriorum, vbi discrepant posteriores ab illis. Ex hoc tamen non negamus, quin etiam post Christum vna ætas posterior habeat doctores in his, quæ sunt fidei præstantiores aliqua ætate anteriori: quamuis non omni, puta, quòd in ætate anni millesimi fuerint doctiores doctores in fide, quàm in ætate anni octingentesimi: quia & si regulariter diuina doctrina procedat secundum propinquitatem ad Christum, non tamen alligata est illuminatio eius ad ordinem istum. Cuius signum est, quod Moysen creditur eleuasse ad visionem diuinæ essentiæ, ad quem nullum posteriorum proximiorumque magis Christo, creditur eleuatum esse. Nunquam tamen fuerunt aut erunt doctiores, quàm Apostoli, sicut non perfectiores: vt patet ex glossa ad Romanos octauo. Et est sẽ per sermo de fidei scientia infusa, non de acquisita vt patet in litera, vbi Deus doctor & agens, homo vero discipulus, & patiens ponitur.

¶ *Super Quæstionis primæ articulum octauum.*

IN articulo octauo aduerte quòd Autor articulos fidei ex parte rei creditæ enumerandos arbitrans distinctionem illam famosam iuxta numerũ Apostolorum prætermisit ea ratione, quia accidit articulis fidei, quod ab vno vel à pluribus sint. Et simile inuenies inferius de symboli nomine, ꝙ non à colligentium, sed collectorum plural itate diffinitur, eadem rõne, quia s. accidit simbolo plu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ralitas colligentium: in cuius signum Athanasius solus symbolum collegit.

¶ In eodem octauo articulo in responsione ad primum perspice tu qui omnem rationem puras demonstrationem, quòd Autor his explicat, quòd Philosophi non peruerunt naturali ratione inuestigare, quòd solus Deus sit colendus: & quæ de prouidentia ac omnipotentia eius tenemus.

¶ Super Quæstionis primæ Articulum nonum & decimum.

3. d. 25. q. 2. art. 2. & q. pu. 5. & 6.

IN articulis nono & decimo simul aduerte diligenter, quod Autor pro eodem comparat autoritatem vniuersalis ecclesiæ, generalis synodi & papæ, vt patet in vtroque articulo in argumento ad oppositum. Et ratio est, quia papa est pastor & episcopus vniuersalis ecclesiæ cum plenissima potestate.

¶ Super Quæstionis primæ Articulum decimum.

IN articulo decimo dubium primo occurrit circa minorem propositionem, scilicet, Hoc autem, scilicet determinare finaliter ea, quæ sunt fidei, pertinet ad autoritatem summi pontificis. Nam quidam hoc non admittunt ex eo, quod papa potest esse hæreticus & propter determinationem factam in concilio Constantiensi, quòd scilicet papa subest concilio vniuersali in his, quæ sunt fidei. Et quia par in parem non habet imperium, ac per hoc vnus papa non ligat alium, & consequenter determinatio facta per vnum papam in materia fidei non ligabit successores eius: & sic si huiusmodi successores tenerent contra determinationem huiusmodi, non essent hæretici, quod est inconueniens maximum: quia sic respectu ciusdem determinati ab Ecclesia, noti, &c. vnus fidelis esset hæreticus, & alius non, & determinatio, quod est hæresis, non esset determinatio simpliciter sed respectu aliquorum, scilicet qui non sunt Romani pontifices.

¶ Dubium secundo occurrit circa rationem subiectam in litera, scilicet quòd vnitas fidei seruari non posset in

ar. 8.

tract. 29 in Ioan. tom. 9.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sanctificatio creaturæ per gratiam & consummatio per gloriam fit etiam per donum charitatis, quod appropriatur spiritui sancto, & per donum sapientiæ quod appropriatur Filio: & ideo vtrunque opus pertinet ad Filium & ad Spiritum sanctum per appropriationem secundum rationes diuersas.

¶ Ad sextum dicendum, quòd in sacramento eucharistiæ duo possunt considerari: Vnum scilicet quod sacramentum est: & hoc habet eandem rationem cum aliis effectibus gratiæ sanctificantis. Aliud est, quòd miraculosè ibi corpus Christi continetur, & sic concluditur sub omnipotētia, sicut & omnia alia miracula, quæ omnipotentiæ attribuūtur.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum conuenienter articuli fidei in symbolo ponantur.

AD NONVM sic procedi-
tur. Videtur quòd inconuenienter articuli fidei in symbolo ponantur. Sacra enim scriptura est regula fidei, cui nec addere, nec subtrahere licet. Dicitur enim Deuterono. quarto. Nō addetis ad verbū, quod vobis loquor, neque auferetis ab eo. Ergo illicitū fuit aliud symbolum cōstituere, quasi regulā fidei post sacram Scripturam editam.

¶ 2. Præterea, Sicut Apostolus dicit ad Ephe. 3. Vna est fides: sed symbolum est professio fidei. Ergo incōuenienter traditur multiplex symbolum.

¶ 3 Præterea, Cōfessio fidei, quæ in symbolo continetur, pertinet ad omnes fideles. Sed non omnibus fidelibus cōuenit credere in Deum: sed solum illis, qui habent fidem formatam: ergo inconuenienter symbolum fidei traditur sub hac forma verborum: Credo in vnum Deum.

¶ 4. Præterea, Descēsus ad inferos est vnus de articulis fidei, sicut suprà* dictū est, sed in symbolo antiquorum patrum non fit mentio de descensu ad inferos. Ergo videtur insufficienter collectum.

¶ 5. Præterea, Sicut Augustinus* dicit ex ponens illud Ioan. 14. Creditis in Deum, & in me credite. Petro aut Paulo credimus: sed non dicimur credere nisi in Deum. cum ergo Ecclesia catholica sit pure aliquod creatum, videtur quòd inconuenienter dicatur, In vnam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam.

¶ 6. Præterea, symbolū ad hoc traditur, vt sit regula fidei: sed regula fidei debet omnibus proponi & publicè: quodlibet ergo symbolum deberet in missa cantari, sicut symbolum patrum: non videtur ergo esse cōueniens editio articulorum fidei in symbolo.

¶ SED CONTRA est, quòd Ecclesia Vniuersalis non potest errare, quia à Spiritu sancto gubernatur, qui est Spiritus veritatis. Hoc enim promisit Dominus discipulis Ioan. 16. dicens, Cū venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: sed symbolū est autoritate vniuersalis ecclesiæ edictum. Nihil ergo inconueniens in eo continetur.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd sicut Apostol⁹ dicit ad Hebræos 11. Accedentem ad Deū oportet credere. credere autē nō potest aliquis, nisi ei veritas, quā credat, ꝓponatur. Et ideo necessa-

ciū fuit fidei veritatē in vnū colligi, vt facili⁹ posset omnib⁹ proponi, ne aliquis per ignorantiā fidei à veritate deficeret: & ab huiusmodi sentētiarum fidei collectione nomen symboli est acceptum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quod veritas fidei in sacra Scriptura diffusè cōtinetur & variis modis, & quibusdā obscurè, ita quòd ad eliciendū fidei veritatem ex sacra scriptura requiritur longū studium & exercitiū, ad quod non possūt peruenire omnes illi, quibus necessarium est cognoscere fidei veritatē: quorum plerique aliis negotiis occupati, studio vacare non possūt, & ideo fuit necessariū, vt ex sententiis sacræ Scripturæ aliquid manifestū summariè colligeretur, quod proponeretur omnibus ad credendū: quod qui dē non est additum sacræ Scripturæ, sed potius ex sacra Scriptura sumptum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in omnibus symbolis eadem fidei docetur veritas: sed ibi oportet populum diligentius instrui de fidei veritate, vbi errores insurgunt, ne fides simplicium per hæreticos corrumpatur. Et hæc fuit causa quare necesse fuit edere plura symbola quæ in nullo alio differunt, nisi quod in vno plenius explicātur, quę in alio continentur implicitè, secundum quod exigebat hæreticorum instantia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd confessio fidei traditur in symbolo, quasi ex persona totius Ecclesiæ, quæ per fidem vnitur: fides autē Ecclesiæ est fides formata: talis enim fides inuenitur in omnibus illis: quisunt numero & merito de Ecclesia. Et ideo confessio fidei in symbolo traditur, secundum quod conuenit fidei formatę, vt etiam si qui fideles fidem formatam non habent, ad hāc formam pertingere studeant.

¶ Ad quartū dicendū, quòd descensu ad inferos null⁹ error erat exortus apud hæreticos: & ideo non fuit necessariū aliquā explicationem circa hoc fieri: & propter hoc non reiteratur in symbolo patrum, sed supponitur tanquā præterminatum in symbolo Apostolorū: nō enī symbolū sequēs abolet præcedēs sed potius illud exponit, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quod si dicatur, In sanctam Ecclesiam catholicā, hoc est, intelligendum secundum quod fides nostra refertur ad Spiritum sanctum, qui sanctificat Ecclesiam, vt sit sensus, Credo in Spiritum sanctū sanctificantem Ecclesiam: sed melius est & secundum communiorem vsū, vt nō ponatur ibi, In, sed simpliciter dicatur, sanctam Ecclesiā catholicam, sicut etiam Leo papa dicit.

¶ Ad sextum dicēdū, quòd quia symbolum patrū est declaratiuū symboli Apostolorum, & etiam fuit conditū fide iam manifestata, & Ecclesia pacē habēte: propter hoc publicè in missa cātatur. Symbolum autem Apostolorū quòd tēpore persecutionis editum fuit, fide nondum publicata, occultè dicitur in Prima & in Completorio, quasi contra tenebras errorum præteritorum & futurorum.

ARTICVLVS X.

Vtrum ad summum pontificē pertineat fidei symbolum ordinare.

AD DECIMVM sic procedi-
tur. Videtur quòd nō pertineat ad summū Pōtificē fidei symbolū ordinare. Noua enim

tora ecclesia, nisi quæstione exorta de fide determinetur per eum qui toti ecclesiæ præest, id est summū pontificem. Hæc nanque propositio in vltima sui parte non est vera: quoniam quæstio de fide exorta potest determinari per communitatem Ecclesiæ seu concilium generale. Communitas enim ecclesiæ præsidet toti ecclesiæ, sicut communitas ciuitatis toti ciuitati, quia & princeps vices communitatis gerit, & leges & consuetudines ab ipsa multitudinis vnitate, institutionem & destructionem sortiuntur. Et sic in litera dum à præsidente totius Ecclesiæ ad papam descenditur sophisma committitur: quoniam ipsa Ecclesiæ communitas, quæ in concilio generali inuenitur præsidens, superior est & ad eā spectat finalisde terminatio de fide, vtpote quæ errare nō potest.

¶ Ad horum breuem intelligentiam, quoniam in tractatu speciali de autoritate papæ & concilij hæc tractauimus sciendum est, quod quia papatus in hoc differt à cæteris humanis principatibus, quod reliqui ab ipsa multitudine originem & potestatem habent. Multitudo nanque cessante violentia fraudeque, de iure naturæ libera est, & constituit sibi caput cum illa potestate, quæ multitudini videtur. Papatus autem non est ab Ecclesia, sed à Deo immediatè, ita quod nec ab Ecclesia ortum habet, nec potestatem, tam principaliter, quàm ministerialiter. Iesus Christus nanque verus Deus, non per ecclesiæ, aut Apostolorum ministerium medium, sed per seipsum immediate papatum creauit & papam, quum dixit Petro, Pasce oues meas, Ioannis vltimo. Et ex hoc sequitur, quod papa Ecclesiæ præsidet sic, vt non solum singula membra sed ipsa communitas Ecclesiæ subsint papæ. Per hoc enim solum communitati multitudinis supra principem potestas reseruatur: quia ab ipsa multitudine principatus & princeps dependet. Hoc autem in papatu & papa locum non habere iam patet. Solus igitur papa præest toti ecclesiæ & non econuerso: vt congregatio Constantiensis, vnius tantum obiecti, sine suo papa dubio tempore seismatis vlurpans in se vniuersalem ecclesiā quam nec simpliciter, nec secundum præsentem tūc Ecclesiæ statum repræsentabat, decreuisse videtur

in concil. Chalce. actione 4.

ea. nec licuit. &c. multis.

in arg. 1. huius art.

habetur. 2. q. 6 ca. oppressus.

infrà qō. 11. art. 2. 3. Et pos. q. 10. artic. 41. ad 13.

videtur, propter quæ non est de decretis illis curandum. In cuius signum quicquid etiam ab omnibus obedientiis simul sede vacante ibi statutum postmodum est, tanquam essent supra papam, nullum habuit effectum hactenus, nisi schisma iam bis inde ortum, scilicet semel sub Eugenio quarto, & iterum sub Iulio secundo. Et rādem semper oportuit omnes succumbere, & subiicere se Rom. Pontifici, ipsa veritate & Ecclesia catholica cogente. Et nunquam Romanus Pontifex succubuit, nunquam ab ecclesia derelictus est, quia nūquā illis decretis fuit subditus. Et de schismatis quidem primi termino tota Ecclesia testatur in adoratione Nicolai quinti, qui successit immediatè defuncto Eugenio. Ex eo enim, quòd superstitem Felicem, qui à Basilien. cōcilio constitutus fuerat papa, depositō atque combusto Eugenio in sua statua, non recognouit ecclesia in papam etiam defuncto Eugenio, sed Nicolaum à cardinalibus electum superstite, vt dictum est, Felice, adoratur, notorie testata est concilium non esse supra papam, cōcilium nihil posse contra papam certum & indubitatum ac catholicum. In termino quoque secūdi schismatis vniuersalis Ecclesia item multipliciter testata est. Nam licet fuerit indictum prius conciliabulum Pisanum contra papam Iulium, autoritate concilij Constantiē. in capitulo frequens, à multis cardinalibus & inchoatum, adeo vt processerit vsque ad suspensionem Iulij, vidimus tamen sub Leone decimo, qui viuit & regnat, omnes mundi principes, prælatos & Ecclesias concilio Lateranensi, quod adhuc durat, adhæsisse: & ipsum solum vnicum ac verum concilium profiteri, & concilio Pisano renuntiare eos, qui adhæserant tanquam cōgregato à non habentibus potestatem congregandi illud. Vidimus etiam cardinales, qui Pisano adhærebant concilio, professos publicè se schismaticos, & conciliabulum illud Pisanum damnasse in hæc verba specialiter & expresse, Nos olim nube schismatis obducti: supernæ illustrationis lumine & gratia serenati, compertōque schismatis laqueo, quo tenebamur, &c. Pisanū cōciliabulum, eiusque inductionem, ac omnia & singula in eo gesta anathematizamus ac pronūtiamus, credimus, ac simpliciter confitemur irrita, & inania, ac nullius roboris, vel momenti, & à non habētibus autoritatē gesta & facta, quin editio symboli necessaria est propter explicationem articulorū fidei, sicut* dictum est, sed in veteri testamēto articuli fidei magis ac magis explicabātur secūdum tēporum successionem: propter hoc, quòd veritas fidei magis manifestabatur secūdum maiorem propinquitatem ad Christum, vt suprà dictum* est. Cessante ergo tali causa, in noua lege non debet fieri maior ac maior explicatio articulorū fidei. Ergo nō videtur ad autoritatem summi Pontificis pertinere noua editio symboli.

art. 1. & ad 1.

¶ 2 Præterea, illud, quod est sub anathemate interdictū ab vniuersali Ecclesia, nō subest potestati hominis alicuius: sed noua symboli editio interdicta est sub anathemate autoritate vniuersalis Ecclesiæ. Dicitur enim in gestis primæ Epheſinæ synodi,* quod perlecto symbolo Nicenæ synodi, decreuit, sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre, vel conscribere vel componere præter diffinitū à sanctis Patribus, qui in Nicena congregati sunt, cum Spiritu sancto: & subditur anathematis pœna. & idē etiā reiteratur in gestis Calcedonēsis synodi. ergo videtur quòd nō pertineat ad autoritatem summi Pontificis noua editio symboli.

¶ 3 Præterea, Athanasius nō fuit summus Pontifex: sed Alexandrinus patriarcha, & tamen symbolum constituit, quod in ecclesia cantatur. ergo non magis videtur pertinere editio symboli ad summum Pontificem, quàm ad alios.

¶ SED CONTRA EST, quòd editio symboli facta est synodo generali. sed huiusmodi synodus autoritate solius summi ponficis potest congregari: vt habetur in Decretal. dist. 17.* ergo editio symboli ad autoritatem summi Pontificis pertinet.

¶ RESPONDEO dicendū, quod sicut suprà dictū* est, noua editio symboli necessaria est ad vitandū insurgentes errores. Ad illius ergo autoritatem pertinet editio symboli ad cuius autoritatem pertinet finaliter determinare ea quæ sunt fidei, vt ab omnibus incōcussa fide teneantur. Hoc autem pertinet ad autoritatem summi Pontificis, ad quem maiores & difficiliores Ecclesiæ quæstiones referūtur, vt dicitur in Decretal. dist.* 42. Vnde & Dominus Lucę 22. Petro dixit, quem summum pontificē cōstituit, Ego pro te rogaui, Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos. Et huius ratio est: quia vna fides debet esse totius Ecclesiæ: secundum illud 1. ad Corinthios primo, Id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Quod seruari nō posset, nisi quęstio fidei de fide exorta determinetur per eū, qui toti Ecclesiæ præest: vt sic eius sentētia à tota Ecclesia firmiter teneatur: & ideo ad solā autoritatē summi pōtificis ptinet noua editio symboli: sicut & omnia alia quæ pertinēt ad totā Ecclesiā, vt congregare synodū generalem, & alia huiusmodi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd in doctrina Christi & Apostolorū veritas fidei est sufficiēter explicata: sed quia puersi homines apostolicā doctrinam & cæteras doctrinas & scripturas peruertūt ad sui ipsorū perditionē: sicut dicitur 2. Pe. vl. ideo necessaria fuit temporibus præcedentibus explicatio fidei contra insurgentes errores.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd prohibitio & sententia synodi se extendit ad priuatas personas, quarū non est determinare de fide. Nō enim per huiusmodi sententiam synodi generalis ablata est potestas sequēti synodo nouam editionem symboli facere: non quidē aliam fidem continentem, sed eandem magis expositam. Sic enim quælibet synodus obseruauit, vt sequens synodus aliquid exponeret supra id, quod precedens synodus exposuerat propter necessitatē alicuius hæresis insurgentis. Vnde pertinet ad summum pontificem, cuius autoritate synodus congregatur, & eius sententia confirmatur.

¶ Ad tertium dicendū, quod Athanasius non cōposuit manifestationem fidei per modum symboli, sed magis per modum cuiusdam doctrinæ, vt ex ipso modo loquendi apparet. Sed quia integram fidei veritatem eius doctina breuiter continebat, autoritate summi pontificis est recepta, vt quasi regula fidei habeatur.

QVÆSTIO SECVNDA.

De actu fidei in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de actu fidei. Et primo de actu interiori. Secundo, de actu exteriori.

¶ Circa primum quærūtur decē. ¶ Primo, quid sit credere, quod est actus interior fidei. ¶ Secundo, quot modis dicatur. ¶ Tertio, vtrum credere aliquid supra rationem naturalem, sit necessarium ad salutem. ¶ Quarto, vtrum credere ea, ad quæ ratio naturalis peruenire potest, sit necessariū. ¶ Quinto, vtrū sit necessarium ad saluté credere aliqua explicitè. ¶ Sexto, vtrum ad credendum explicitè omnes æqualiter teneantur. ¶ Septimo, vtrū habere fidem explicitā de Christo, semper sit necessarium ad saluté. ¶ Octauo, Vtrum credere Trinitatē explicitè, sit de necessitate salutis. ¶ Nono, vtrum actus fidei sit meritorius. ¶ Decimò vtrū ratio humana diminuat meritum fidei.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum credere sit cum assensione cogitare.

AD PRIMVM sic procedi-
tur. Videtur, quòd credere nō sit cū assensione cogitare. Cogitatio enim importat quandam inquisitionē: dicitur enim cogitare, quasi simul coagitare: sed Dam. dicit in 4. lib.* quod fides est non inquisitus consensus. ergo cogitare non pertinet ad actum fidei.

3. dist. 25. q. 2. ar. 2. Et veritate q. 14. ar. 1. capi. 12.

¶ 2 Præterea, Fides in oratione ponitur, vt infrà dicetur. * sed cogitare est actus cogitatiuæ potentiæ qui pertinet ad partē sensitiuam, vt in primo* dictum est. ergo cogitatio ad fidem non pertinet.

q. 4. ar. 2. p. p. q. 78. ar. 4.

¶ 3 Præterea, Credere est actus intellectus: quia eius obiectū est verum. sed assentire nō videtur esse actus intellectus, sed voluntatis: sicut etiam consentire, vt suprà dictum* est. Ergo credere non est cum assensione cogitare.

p. 2. q. 15. ar. 1. ad 3.

potius temeritate præsumpta. Hæc illi in schedula ab ipsis publicè lecta in consistorio die Lunæ 22. die mensis Iunij. 1513. coram Leone 10. Ex quibus patet, quòd nec tota ecclesia simul congregata in suis prælatis absque Romano Pontifice, vt fuit in constitutione capituli, Frequens concilij Constantien. vt patet in 39. sessione eiusdem: potest aliquid supra papam. Et capitulum illud, vtpote Apostolica sede vacante factum cōtra iura etiam canonica, quibus cauetur, quòd sede vacante nihil innouandum est: quia deest Episcopus, qui possit suam iurisdictionem tueri, nihil valet aduersus papæ potestatem. Et confirmatum est hoc in Lateranensi isto concilio: inter cuius decreta sub Leon. 10. habentur hæc verba, Quum etiam solum Roman. Pontific. pro tempore existentem, tanquam autoritatem supra omnia concilia habentem conciliorum indicendorū, trāsferēdorum ac dissoluendorum plenum ius & potestatem habere nedum ex sacræ Scripturæ testimonio, dictis sanctorum patrum, ac aliorum Roman. Ponti. sacrorūmque canonum decretis: sed propria etiam eorundem conciliorum cōfessione manifestè constet. Hæc ibi. Ex quibus habes concilium ipsum fateri papam supra omnia concilia habere autoritatem: & ideo posse indicere, transferre, &c. Et quoniam constat, quod determinatio constitutiua, habens vim coactiuam, respectu totius, ad eius solius autoritatem spectat qui præsider toti, alioquin coactiuam vim non haberet respectu totius: ideo secundi dubij motiam pater solutio. Autor nanque supponit, quòd verissimum est, scilicet solum papam præesse Ecclesiæ vniuersali. Vnde & Episcopus dicitur, & est Ecclesiæ catholicæ, & autoritatémque vniuersalis ecclesiæ & concilij principaliter & totaliter residere in papa, in determinando ea, quæ sunt fidei. Et licet vt in primo proponitur dubio, papa vt singularis persona possit errare in fide, vt papa tamen iudicādo & diffiniendo quid tenendum ab Ecclesia sit, de fide errare non potest. Quod ex eo conuincitur, quia omnes fatemur, quod tota Ecclesia errare non potest, propter verbum Christi, Matthæi vlti-mo, Ecce ego vobiscum sum omnibus dieb. vsque ad consummationem sæculi. Et papa determinante iudicialiter & diffinitiuè aliquid esse hæreticū, & ab ecclesia pro hæresi habendū, cōstat ꝙ omnes tenemur acceptare, & hare

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæreticus censetur quicunque de cætero teneret oppositum pertinaciter. Tota igitur Ecclesia errare posset sequens determinationem papæ, si papa in tali diffinitione posset errare. Credendum est igitur quòd promissionem Ecclesiæ factam à Christo, scilicet Spiritussanctus docebit vos omnem veritatẽ Ioannis.14. ipse cui nõ est difficilius per vnum, quàm per multitudinẽ adimplere, per vnum caput totius Ecclesiæ adimpleat, vt lex diuinitatis seruetur, quæ inferiora per media, & media per summa gubernat. Et qua ratione dedit Ecclesiæ principatum monarchicum supra totius Ecclesiæ vires, eadem ratione Monarchæ illi potestatem diffiniẽdi, quæ opportuna sunt, dedit absque defectu. Deum enim minus quàm naturam deficere decet in necessariis.

cap. 2. to. 7.

2a. 7. to. 3.

6. 16. to. 3.

¶ Ad id verò, quod in primo dubio affertur, quod par in parem non habet imperium, & cætera. Dicẽdum est quòd papa dupliciter diffinit, scilicet vel ex sola autoritate papatus: & de his procedit argumentum & regula, quod par in parem non habet imperium, vel ex autoritate papatus, vt substat diuinæ assistentiæ dirigenti in hoc certe & indubie. Et in his papa dirigit seipsum & successores, & diffinit irreuocabiliter, eo quod sine pœnitentia sunt dona Dei vt dicitur ad Romanos vndecimo. Et ratio est, quia in his papa excedit seipsum: sicut Dauid in excedendo seipsum, se & omnes vere iudicauit mendaces, dicens, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Talia autem sunt ea, quæ sunt fidei, quod scilicet papa non ex sola papatus autoritate, sed ex papatu, vt substat diuinæ assistentiæ, ad Ecclesiæ fidem veram docendam diffinit iudiciali ter in materia fidei, excedens seipsum, & propterea determinat non respectu horum, sed simpliciter & irreuocabiliter adligat se & alios.

d. 610.

¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo quæstionis secundæ, omisso primo, Durandus occurrit in tertio

in cor. ar.

senten. distinc. 23. quæstio. 4. articulo tertio reprehendens dictum hic in responsione ad primum, scilicet quod hi tres actus sunt vnus. Inquit enim, quod

¶ IN CONTRARIVM EST, quòd Aug. sic diffinit credere in libro de prædestinatione sanctorum.*

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd cogitare tripliciter sumi potest. Vno modo, communiter pro qualicũque actuali cõsideratione intellectus: sicut Augustinus dicit in 14. de Trinitate.* Hãc nunc dico intelligentiam, quam intelligimus cogitantes. Alio modo dicitur cogitare magis propriè consideratio intellectus, quæ est cum quadam inquisitione, antequam perueniatur ad perfectionem intellectus per certitudinem visionis: & secundũ hoc Augustinus dicit 15. de Trinitate.* quòd Dei filius nõ cogitatio dicitur, sed verbũ Dei dicitur. Cogitatio quippe nostra peruenies ad id, quod scimus, atque inde formata, verbũ nostrum est: & ideo verbũ Dei sine cogitatione debet intelligi, nõ aliquid habẽs forma bile, quod possit esse informe: & secundum hoc cogitatio proprie dicitur motus animi deliberantis nõdum perfecti per plenã visionẽ veritatis. Sed quia talis motus potest esse vel animi deliberãtis circa intentiones vniuersales: quod pertinet ad intellectiuã partẽ, vel circa intentiones particulares, quod pertinet ad partẽ sensitiuã: ideo Cogitare secundo modo sumitur pro actu intellectus deliberãtis. tertio modo pro actu virtutis cogitatiuæ. Si ergo cogitare sumatur cõmuniter secundũ primum modũ: sic hoc quod dicitur cum assensione cogitare, non dicit totam rationẽ eius, quòd est credere. Nam per hũc modum etiam qui cõsiderat ea, quæ scit, vel intelligit, cum assensione cogitat. Si verò sumatur Cogitare secũdo modo, sic in hoc intelligitur tota ratio huius actus, qui est credere. Actuum enim ad intellectum pertinentium quidã habent firmã assensionem absque tali cogitatione: sicut cùm aliquis cõsiderat ea, quæ scit, vel intelligit: talis enim cõsideratio iã est formata. Quidã verò actus intellectus habent quidem cogitationẽ informẽ absq; firma assensione: siue in neutrã partem declinent, sicut accidit dubitanti: siue in vnam partẽ magis declinẽt: sed tenẽtur aliquo leui signo, sicut accidit suspicãti: siue vni parti adhæreãt: tamen cum formidine alterius, quod accidit opinanti: sed actus iste qui est credere habet firmã adhæsionem ad vnã partẽ, in quo cõuenit credẽs cum sciente & intelligẽte: & tamen eius cognitio nõ est perfecta per maximam visionẽ, in quo conuenit cum dubitante, suspicante & opinante; & sic propriũ est credẽtis, vt cũ assensu cogitet: & propter hoc distinguit iste actus, qui est credere, ab omnibus actibus intellectus, qui sunt circa verũ vel falsum.

a. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd fides nõ habet inquisitionẽ rationis naturalis demonstrantis id, quod creditur: habet tamen inquisitionem quandam eorum, per quæ inducitur homo ad credendum, puta quia sunt dicta à Deo & miraculis confirmata.

¶ Ad secundũ dicẽdum, quòd cogitare non sumitur hîc prout est actus cogitatiuæ virtutis, sed prout pertinet ad intellectum, vt dictum* est.

¶ Ad tertium dicendũ, quod intellectus credentis determinatur ad vnum, non per rationem, sed per voluntatẽ: & ideo assensus hîc accipitur pro actu intellectus secundum quod à voluntate determinatur ad vnum.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum conuenienter distinguantur actus fidei per hoc quòd est credere Deo, credere Deum, & credere in Deum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter distinguantur actus fidei per hoc quod est credere Deo, credere Deum, & credere in Deũ. Vnius enim habitus vnus est actus: sed fides est vnus habitus cùm sit vna virtus. Ergo inconuenienter ponuntur plures actus fidei.

¶ 2 Præterea, id quod est cõmune omni actui fidei nõ debet poni vt particularis actus fidei: sed credere Deo inuenitur cõmuniter in quolibet actu fidei: quia fides innititur primæ veritati. Ergo videtur, quòd inconuenienter distinguatur à quibusdam aliis actibus fidei.

¶ 3 Præterea, id quod conuenit etiã non fidelibus non potest poni inter fidei actus. Sed credere Deum esse, conuenit etiam infidelibus. Ergo non debet poni inter actus fidei.

¶ 4 Præterea. Moueri in finem pertinet ad voluntatẽ, cuius obiectũ est bonũ & finis: sed credere non est actus voluntatis: sed intellectus. Ergo nõ debet poni differentia vna eius, quod est credere in Deum, quod importat motũ in finem.

¶ SED CONTRA EST, quòd Augustinus hãc distinctionem ponit in libro de verbis Domini, & super Ioan.*

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd actus cuiuslibet potẽtię vel habitus accipitur secundum ordinẽ potentiæ vel habitus ad suũ obiectum. Obiectum autem fidei potest tripliciter considerari. Cùm enim credere ad intellectum pertineat: prout est à volũtate motus ad assentiẽdum, vt dictum est,* potest obiectũ fidei accipi vel ex parte ipsius intellectus, vel ex parte voluntatis intellectum mouẽtis. Siquidẽ ex parte intellectus, sic in obiecto fidei duo possunt cõsiderari, sicut suprà dictũ est,* quorum vnum est materiale obiectũ fidei: & sic ponitur actus fidei credere Deo: quia, sicut suprà dictum est,* nihil proponitur nobis ad credendũ, nisi secundum quod ad Deum pertinet. Aliud autem est formalis ratio obiecti, quod est sicut medium, propter quod tali credibili assentitur. Et sic proponitur actus fidei credere Deum: quia, sicut supra dictum est,* formale obiectũ fidei est veritas prima, cui inhæret homo, vt propterea creditis assentiat. Si verò cõsideretur tertio modo obiectum fidei secundũ quod intellectus est motus à volũtate, sic ponitur actus fidei credere in Deũ. Veritas enim prima ad voluntatem refertur, secundum quod habet rationem finis.

tract. 29. tom. 9. & serm. 16. de verb. domi. 10. 19.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd per ista tria non designantur diuersi actus fidei, sed vnus & idem actus habens diuersam relationem ad fidei obiectum. Et per hoc patet responsio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd credere Deum non conuenit infidelibus sub ea ratione, qua ponitur actus fidei. Non enim credunt Deum esse sub his conditionibus, quas fides determinat.

¶ Ad hoc facile respondetur, quòd quia actus imperatus non multiplicatur secundum rem ad multiplicationem principiorum eius, sed vnus & idem numero actus à multis est simul virtutibus, vt ieiunare est actus vnus à temperantia simul, & obedientia, & charitate, & sic de aliis: ideo credere in Deum, quum sit actus fidei à charitate imperatus, vnus numero secundum rẽ est, quãuis à multis proueniat habitibus. Et quoniam actus elicitus ab vno & imperatus ab altero habitu multiplex est secundum relationem ad multos habitus & obiecti rationes: ideo multi actus apparent, & in multos actus resoluitur eius ratio seu expositio. Et propterea dicitur, quòd credere in Deum, est amando, &c. Secundum tamen veritatem & proprietatẽ loquendo, dicendum est quod huiusmodi actus est multiplex, non multi, eo quod claudit in se vim plurium actuum & non constituitur ex illis vnum aggregatum. Denominatione tamen siquidem relatiua actus ab actu imperatus formatur, vt in prima secundæ dictum est.

3. dis. 23. q. 2. ar. 2. q. 2. Et ver. q. 14. ar. 1. ad 7. Et lo. 9. lec. 3. col. 4. Et Ro. 4. col. 2.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli secundi, aduerte quod de Deo dupliciter loquimur. Vno modo ex parte ipsius Dei & sic cum sit omnino simplicissima res, non potest partim vere & partim falsè cognosci: sed error falsitatis consistit in non attingendo ipsum. Qui enim putat Deum non esse omnipotentem, & putat ipsum esse actum purum, sapientem, &c. quicquid intelligit per has affirmationes, non est illa res, quæ est Deus secundum rem, sed repræsentatus illi sic putanti: quia in re illa non differt totum & aliquid. ac per hoc non totum & nihil æquiualent: & cõsequenter qui in aliquo illius fallitur, nihil illius intelligit. Alio modo ex parte nostri: id est de Deo, secundum quod nobis repræsentatur. Et sic quia sub multis rationibus repræsentatur, contingit aliqua enuntiatione errare, & aliqua vere sentire de Deo, vt patet. Autor autem in litera loquitur de errore circa diuina, ex parte ipsius

art. præc. ad 3.

q. 1. ar. 1.

q. 1 ar. 1.

q. 1. ar. 1.

ipsius Dei absolutè. Et ideo dicit, quod infideles non vere credunt Deum.

¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio eiusdem quæstionis, dubium primo occurrit circa fundamentum assumptum in corpore articuli: scilicet, Quod in omnibus naturis ordinatis inuenitur, quod ad perfectionem naturæ inferioris duo concurrunt. Vnum, quod est secundum proprium motum. Aliud, quod est secundum motum superioris naturæ. Aut enim Autor intendit loqui de cõcursu illo, quo suprema infimi attingit infimum supremi, & quo secundum diuinam sapientiam fines primorũ iunguntur principijs secundorum prout homo in sui supremo participat intelligere, quod est angelis proprium. Et sic licet, propositio credatur vera, nihil tamẽ probat ad propositum, quia concursus iste duorum motuum non est per additionem aliquam supra naturam inferiorem, sed per hoc quod natura inferior est id quod est quo ad propria sibi totaliter: quò ad propria vero superiori, participatiuè tantùm, & imperfectè, vtrũque tamen est secundum simplicem essentiam suam, ex qua manat motus vterque. Concursus autem naturæ rationalis & diuinæ per fidem, fit per aliquam rem supernaturaleam superadditã naturæ rationali. Aut Autor intendit de concursu alio, quo natura superior mouet per suam actionem inferiorem, vt litera sonat: & sic propositio assumpta est falsa: quoniam vniuersalis est, & non probatur, nisi in aqua & sphęris cœlestibus aliis à prima. Habet enim instantiam in terra, & in prima sphæra cœlesti, & in mixtis, in quibus nulla apparentia verificandi hanc propositionem relucet.

Tra. 22.

pp. q. 82. & 12. q. 9. ar. 1.

3. di. 24. ar. 3. q. 1. Et 1. contra cap. 5. Et lib. 3. c. 118. & 1. 51. Et ver. 90 14. ar. 10. q. 1. ar. 4.

d. 91.

¶ Dubium secundo est circa minorem, scilicet, Natura rationalis inquantum cognoscit vniuersalem boni & entis rationem, habet immediatum ordinem ad vniuersale essendi principium. Natura siquidem rationalis potest dupliciter sumi, scilicet secundum esse & secundum operari operatione immanente, scilicet cognitione & appetitione. Et hoc adhuc dupliciter sumi potest. Primo absolutè. secundo secundum hanc vel illam rationem. Et quod secundum esse quidem immediatè sit à Deo per creationem, in primo libro ostensum fatemur. Et similiter, quod secundum intellectum & voluntatem immediatè beatificetur à Deo, superius monstratum est. Sed quod secundum hanc specialem rationẽ, seu ex hac, scilicet inquantũ cognoscit entis & boni vniuersalem rationem, habeat immediatum ordinem ad vniuersale essendi principium, non apparet: quoniam ex vniuersali in prædicando ad vniuersale in essendo proceditur.

d. 128.

¶ Dubium tertio nouitiorum est circa aliam subsumptã in eiusdem rationis progressu propositionem, scilicet: Quod ad Dei visionem homo pertingere non potest, nisi per modum addiscentis à Deo doctore, hoc enim falsum esse constat ex eo, quod pueri baptizati perueniunt ad illam, discedentes absque disciplina. Et ipse Iesus Christus, secundum quod homo, habuit illam absque disciplina actuali & habituali: quia statim absque fide beatus fuit.

¶ Ad primum dubium dicitur, quod propositio illa assumpta sumitur secundo modo & intelligitur de naturis, quæ sunt primo partes vniuersi, quæ sunt solæ incorruptibiles, elementa scilicet, corpora cælestia, & intellectualia. In cuius signum in his tantum Autor quasi inductiuè eam manifestauit. Et ob hoc cessat obiectio de mixtis. De terra autem dicitur, quod ad terræ perfectionem duo concurrunt: alterum secundum primi orbis ab Oriente in occidentem. Sola autem natura rationalis creata habet immediatum ordinem ad Deum. quia cęterę creaturę non attingunt ad aliquid vniuersale, sed solum ad aliquid particulare, participantes diuinam bonitatem, vel in essendo tãtum, sicut inanimata: vel etiam in viuẽdo & cognoscẽdo singularia, sicut plantæ & animalia. Natura autem rationalis inquantum cognoscit vniuersalem boni & entis rationẽ, habet immediatũ ordinem ad vniuersale essendi principiũ. Perfectio ergo rationalis creaturæ non solùm cõsistit in eo, quod ei competit, secundum suam naturam, sed in eo etiam quod ei attribuitur ex quadam supernaturali perfectione diuinæ bonitatis. Vnde & suprà dictum est,* quòd vltima beatitudo hominis consistit in quadam supernaturali Dei visione ad quam quidem visionẽ homo pertingere non potest nisi per modum addiscentis à Deo doctore: secundum illud Ioann. 6. Omnis qui audit à Patre & didicit, venit ad me. Huius autẽ disciplinæ sit homo particeps non statim, sed succedsiuè secundum modũ suæ naturæ. Omnis autem talis addiscẽs, oportet quòd credat ad hoc, quòd ad perfectã scientiã perueniat, sicut etiã Philosophus dicit, quod oportet addiscentem credere. Vnde ad hoc, quòd homo perueniat ad perfectã visionem beatitudinis, præexigitur, quod credat Deo tanquam discipulus magistro docenti.

6. Metaph. in simplicibus defectus cognitionis est solum non attingendo totaliter.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd sicut suprà dictum est,* voluntas mouet intellectum & alias vires animæ in finem: & secundum hoc ponitur actus fidei credere in Deum.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum credere aliquid supra rationem naturalem sit necessarium ad salutem.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd credere nõ sit necessariũ ad saluté. Ad saluté enim & perfectionẽ cuiuslibet rei ea sufficere videtur, quæ cõueniũt ei secũdum suam naturã. Sed ea quæ sunt fidei, excedunt naturalẽ hominis rationem, cùm sint non apparentia, vt suprà dictum est.* Ergo credere non videtur necessarium esse ad salutem.

¶ 2 Præterea, periculosè homo assentit illis, in quibus non potest iudicare vtrũ illud, quod ei proponitur, sit verum vel falsum, secundum illud Iob. 12. Nõne auris verba diiudicat? Sed tale iudiciũ homo habere nõ potest in his, quæ sunt fidei: quia homo non potest ea resoluere in principia prima, per quę de omnibus iudicamus. Ergo periculosum est talibus fidẽ adhibere. Credere ergo non est necessarium ad salutem.

¶ 3 Præterea, Salus hominis in Deo cõsistit: secũdum illud Psalmi, Salus autem iustorum à Domino: sed inuisibilia Dei per ea, quę facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque virtus eius & diuinitas, vt dicitur Roman. 1. Quę autem conspiciuntur intellectu, non creduntur. ergo non est necessarium ad salutem, vt homo aliqua credat.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Hebr. 10. Sine fide impossibile est placere Deo.

¶ RESPONDEO dicendũ, quod in omnibus naturis ordinatis inuenitur, quòd ad perfectionem naturę inferioris duo concurrunt. Vnum quidem, [d] quod est secũdum proprium motum: aliud autem est secũdum motum superioris naturę: sicut aqua secundum motum proprium mouetur [d] ad centrum: secundum autem motum Lunę mouetur circa centrum secundum fluxum & refluxum. Similiter etiam orbes planetarum mouentur proprijs motibus ab Occidente in Orientem: motu autem primi orbis ab Oriente in occidentem. Sola autem natura rationalis creata habet immediatum ordinem ad Deum. quia cęterę creaturę non attingunt ad aliquid vniuersale, sed solum ad aliquid particulare, participantes diuinam bonitatem, vel in essendo tãtum, sicut inanimata: vel etiam in viuẽdo & cognoscẽdo singularia, sicut plantæ & animalia. Natura autem rationalis inquantum cognoscit vniuersalem boni & entis rationẽ, habet immediatũ ordinem ad vniuersale essendi principiũ. Perfectio ergo rationalis creaturæ non solùm cõsistit in eo, quod ei competit, secundum suam naturam, sed in eo etiam quod ei attribuitur ex quadam supernaturali perfectione diuinæ bonitatis. Vnde & suprà dictum est,* quòd vltima beatitudo hominis consistit in quadam supernaturali Dei visione ad quam quidem visionẽ homo pertingere non potest nisi per modum addiscentis à Deo doctore: secundum illud Ioann. 6. Omnis qui audit à Patre & didicit, venit ad me. Huius autẽ disciplinæ sit homo particeps non statim, sed succedsiuè secundum modũ suæ naturæ. Omnis autem talis addiscẽs, oportet quòd credat ad hoc, quòd ad perfectã scientiã perueniat, sicut etiã Philosophus dicit, quod oportet addiscentem credere. Vnde ad hoc, quòd homo perueniat ad perfectã visionem beatitudinis, præexigitur, quod credat Deo tanquam discipulus magistro docenti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia natura hominis dependet à superiori natura, ad eius perfectionem non sufficit cognitio naturalis: sed requiritur quædam supernaturalis, vt suprà dictum est.*

¶ Ad secundum, dicendum quòd sicut homo per naturale lumẽ intellectus assentit principiis: ita homo virtuosus per habitũ fidei habet rectum iudicium de his, quæ cõueniũt illi virtuti. Et hoc modo etiam per lumen fidei diuinitus infusum homini, homo assentit his, quæ sunt fidei, non autem cõtrarijs. Et ideo nihil periculi, vel damnationis inest his qui sunt in Christo Iesu, ab ipso illumi nati per fidem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd inuisibilia Dei altiori modo quantum ad plura percipit fides, quàm ratio naturalis ex creaturis in Deum procedens. Vnde dicitur Eccles. 3. Plurima super sensum hominis ostensa sunt tibi.

In cons.

¶ Ad secũdum dubium dicitur, quod ly Inquantum, in proposito tenetur specificatiue: & intendit Autor, quod licet natura rationalis ordinetur à Deo non immediatè, sed mediante natura intellectuali superiori, quia illuminatur per angelos: inquantum tamen natura nostra rationalis attingit ad verum & bonum absolutè, oportet ad Deum immediate ordinari, quia verũ & bonum absolutè in solo Deo est, vt in q. 2. secũdi libri dictum fuit. Et si diligentius perspexeris, perspicies Autorem in hac specificatione tria simul fecisse dũ & determinat secũdum quam rationem de homine loquitur, scilicet secundum quod est capax boni vniuersalis, Hanc enim capacitatem sonat cognoscere vniuersalem boni & entis rationem. Qui enim vniuersalem boni rationem cognoscit, naturam necesse est habeat illius capacem, secũdum intellectiuam & appetitiuam partem, licet remote. Et docet maximã præassumptam de immediatis intelligi, & in mediatum ordinem inter illa non esse exigendum nisi secundũ aliquid. Sic enim omnes inferiores sphæras ad primum mobile, aquã ad Lunã, & terrã ad cœleste corpus immediatũ ordinẽ habere opinandũ est, quãuis multũ distẽnt. Et similiter natura rationalis, vt capax est ipsius boni vniuersalis, quod in solo Deo est, immediatũ ordinẽ habet ad vniuersale essendi principium, vt obiectũ, finẽ & mouẽs. Nihil enim mouere potest ad talem finem, & tale obiectum, nisi ipse Deus, qui est vniuersale essendi principium. Et in hoc quia communicat natura nostra rationalis cum natura intellectuali angelorũ, vtranque immediate ad Deum oportet ordinẽ habere secundũ triplicẽ rationẽ explicatam, f. vt mouẽtem, vt finem & obiectum.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd sermo literę est de pertingentib. ad visionem Dei per actus proprios. Pueri autem licet per disciplinam fidei habitualis non tamen per proprios actus, sed Iesu Christi meritum, ipsa autẽ Christi anima ex vnione personali ad verbum quasi naturali concomitantia, visione diuina perfusa est. Vnde Autor attendens, quod visio Dei est perfectio suprema

suprema intellectus,& non est innata, vt visio principiorum, neque per inuentionem acquisibilis vt visio conclusionũ scitarum perfecte ab his, qui pollent ingenio, & quod per actus proprios dispositis ad illam cõmunicatur, quum propria dispositio & via ad visionem intellectualem sit disciplina à doctore vidente, fultus autoritate Scripturæ necessitatem fidei intulit, sicut in discipulis.

¶ In eodem articulo tertio scito, quod de facto tantus est diuinus amor erga vniuersum, vt non suffecerit Deo cõmunicare se per naturales participationes, creando Vniuersum ex tot essendi participationibus constitutũ, quot diuina bonitas naturaliter participabilis secũdum ordinẽ suę sapientiæ erat. Sed cum videre Deum, fruique aperte Deo soli diuinæ naturæ naturale sit, & esse possit: ac per hoc ꝙ creatæ & creabiles naturæ non poterãt naturali participatione habere diuinã visionem ac perfectam fruitionẽ, cõmunicauit per gratiã, quod incommunicabile erat per naturã, & effecit omnes intellectuales & rationales creaturas habiles ad diuinam visionem & fruitionẽ, ex hoc ipso quòd ordinauit eas, vt essent diuinæ naturæ consortes per gratiam, & ad id, quod soli Deo naturale est, scilicet videre Deum & frui Deo, peruenire possent. Et quia peruenire ad visionem huiusmodi proprijs actibus nõ possumus nisi cõsequenter adiuti fuerimus diuino ductu, qui fit docendo, vt in litera dicitur, ideo oportet credere Deo docenti nos ea, quæ visuri sumus, quæ præparauit suis electis. Vbi patet primo, quomodo in natura rationali inuenitur vltra id quod est ei naturale perfectio supernaturalis secundum motũ superioris, hoc est diuinæ naturæ per gratiam. Patet secundò, quàm optima ratio ad hoc allata fuerit ab Autore in litera, arguendo à cõditionibus naturalibus creaturæ quæ adeo est probabilis, vt necessaria appareat. Patet tertiò, quam iustè exigatur à rationalibus creaturis, quod credant supernaturalia & operentur cõformia supernaturalibus. Par nãque est iustitiæ ratio, vt exigantur opera conformia supernaturali naturæ: ad quã accitæ sunt per gratiã, vt exigantur opera conformia naturæ rationali quam naturaliter habent: nam quia naturã rationalem habent, iuste exigitur, vt operentur conformiter ad illam & vitent difformia ab illa. Et eadẽ ratione quia consortiũ diuinæ naturæ habent ex Dei munere, iuste exigitur, vt operentur cõformia diuino cõsortio, & vitent quęcunque cõtraria sunt illi. Et quoniam credere reuelata à Deo est vnum illorum, quoniã est via ad perfectionem diuini consortij, ideo necessarium est credere, & damnabile est non credere. Et propterea in litera concluditur, quòd est necessarium ad salutem.

¶ In responsione ad secundũ eodem articulo aduerte, quod fidelis dupliciter considerari potest. Primo ex parte habitus fidei. Secundo ex parte ipsius habentis dictum lumen fidei. Si consideretur ex parte habitus, sic tutus est, quia tale lumen quãtum est ex se, inclinat in vere credibilia, & dissentire facit à contrarijs: quamuis non cum euidentia nostra circa particulare credibile, sicut facit habitus principiorũ. Et propter hoc si sumatur ex parte nostri contingit fluctuare vsque ad exclusionem habitus fidei.

3. d. 24. art. q. 1. Et 1. contra. ca. 4. Et veri. q. 14. art. 10. cor. Et Bot. tri. qõ. 3. ar. 1.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum credere ea, quæ ratione naturali probari possunt sit necessarium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ ea, quæ ratione naturali probari possunt, non sit necessarium credere. In operibus enim Dei nihil superfluum inuenitur multo minus quàm in operibus naturæ. Sed ad id, quòd per vnum potest fieri, superfluè apponitur aliud: ergo ea, quę per naturalem rationem cognosci possunt, superfluum esset per fidem accipere.

¶ 2 Præterea. Ea necesse est credere, de quibus est fides. Sed non est de eodem scientia & fides, vt supra habitum est. Cùm ergo scientia sit de omnibus illis, quæ naturali ratione cognosci possunt, videtur quòd non oporteat credere ea quæ per naturalem rationem probãtur.

¶ 3 Præterea, Omnia scibilia videntur esse vnius rationis. Si ergo quædã eorũ proponuntur homini vt credenda, pari ratione omnia huiusmodi necesse esset credere: hoc autẽ est falsum. Non ergo ea quæ per naturalem rationem cognosci possunt necesse est credere.

¶ SED CONTRA est, quia necesse est Deum credere esse vnum & incorporeũ, quæ naturali ratione à Philosophis probantur.

¶ RESPONDEO dicendũ, quod necessariũ est homini accipere per modum fidei non solum ea, quæ sunt supra rationem, sed etiam ea, quæ per rationem cognosci possunt. Et hoc propter tria. Primò quidem: vt citius homo ad veritatis diuinæ cognitionẽ perueniat. Scientia enim ad quam pertinet probare Deũ esse & alia huiusmodi de Deo: vltimo hominib. addiscẽda proponitur præsuppositis multis alijs sciẽtijs. Et sic non nisi post multum tempus vitæ suæ homo ad Dei cognitionẽ perueniret. Secundo, vt cognitio Dei sit communior. Multi enim in studio scientiæ proficere nõ possunt, vel propter hebetudinẽ ingenij, vel propter alias occupationes & necessitates tẽporalis vitę, vel etiã propter torporẽ addiscendi, qui omnino à Dei cognitione fraudarẽtur nisi proponerẽtur eis diuina per modũ fidei. Tertio modo propter certitudinem. Ratio enim humana in rebus diuinis est multũ deficiẽs. Cuius signũ est, quia Philosophi de rebus humanis naturali inuestigatione perscrutantes in multis errauerunt & sibiipsis contraria senserunt. Vt ergo esset indubitata & certa cognitio apud homines de Deo, oportuitꝙ diuina eis per modum fidei traderentur quasi a Deo dicta, qui mẽtiri nõ potest.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd inuestigatio naturalis rationis nõ sufficit humano generi ad cognitionẽ diuinorum, etiam quæ ratione ostendi possunt: & ideo non est superfluum, vt talia credant.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd de eodẽ nõ potest esse sciẽtia & fides apud eũdẽ, sed id quod est ab vno scitũ, pòtest esse ab alio creditum: vt supra dictum est.*

¶ Ad tertium dicendum: quòd si omnia scibilia conueniant in ratione scientię, non tamen conueniunt in hoc, quòd æqualiter ordinent ad beatitudinem: & ideo non æqualiter omnia proponũtur vt credenda.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum homo teneatur ad credendum aliquid explicitè.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod non teneatur homo ad credẽdũ aliquid explicite. Nullus enim tenetur ad id, quod nõ est in eius potestate. Sed credere aliquid explicite non est in hominis potestate. Dicitur enim Romanorũ decimo. Quomodo credent in illum, quem non audierunt? quomodo audient sine prædicante? quomodo autem prædicabunt nisi mittãtur? Ergo credere aliquid explicitè homo non tenetur

¶ 2 Præterea, Sicut per fidẽ ordinamur in Deum: ita etiam per charitatem. Sed ad seruãdum præcepta charitatis homo non tenetur: sed sufficit sola pręparatio animi, sicut patet in isto præcepto Domini, quod ponitur Mat. 5. Si quis percusserit te in vna maxilla, præbe ei & aliã & in alijs cõsimilibus: vt Augustinus exponit in libr. de sermone Domini in monte. ergo etiam non tenetur homo explicitè aliquid credere: sed sufficit quod habeat animũ præparatum ad credendum ea quæ à Deo proponuntur.

¶ Pręterea, Bonum fidei in quadã obedientia cõsistit secundum illud Roman. 1. Ad obediendum fidei in omnibus gẽtibus. Sed ad virtutem obedientiæ non requiritur, quòd homo aliqua determinata præcepta obseruet: sed sufficit ꝙ habeat promptum animũ ad credẽdum, secundum illud Psalmistę, Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mãdata tua. Ergo videtur, quod etiam ad

1. dist. 33. arti. 5. co. Et 3. dis. 25. qõ. 2. artic. 1 & arti. 2. qõ. 3. Et veri. qõ. 14. ar. 11.

q. 1. ar. 5.

li. 1. c. 34. 35. & 35. to. 4.

esse credere particulariter, quærendum restabat an sit necessarium credere talia, puta scibilia: & sic, puta explicite, &c. vt in sequentibus fit.

¶ In responsione ad primum eiusdem quarti articuli dubium nouitiorum occurrit: quia Deus vel natura defecisse videtur in necessariis naturalibus si vera est præsens litera. Nam in litera dicitur, quod inuestigatio rationis naturalis non sufficit humano generi ad cognitionem diuinorum quæ naturaliter sciri possunt. Si enim non sufficit, cõstat quod deficit à naturalibus.

¶ Ad hoc dicitur, quod ratio naturalis ad naturalia huiusmodi sufficit & non sufficit humano generi, diuersimodè cõsiderãdo humanum genus. Si enim sit sermo de humano genere secundum singulos homines, constat quod ratio naturalis non sufficit ad huiusmodi, vt patet in multis ineptis, & mulieribus, & propter multas occupationes rationabiles. Si autẽ loquamur de genere humano secundum ipsius communitatem, sic dicendum est ꝙ ratio naturalis sufficit ad hęc. Distributum quippe est, vt hi ad contemplationem sapientiæ, illi ad agriculturã, illi ad alia nati sint: sicque vt humano generi ratio sufficiat ad hoc quod sapientia cæteraque adsint, quãuis non omnia singulis. Et quoniam Autor de cognitione diuinorum necessaria humano generi secundum singulos loquebatur, quia singuli sigillatim saluandi vel damnandi sunt: ideo verum dixit, quod ratio naturalis humano generi non sufficit ad cognitionem diuinorum scibilium. Et ideo eorum fides non superflua sed necessaria est valde multis.

¶ Super Quæstionis secundæ Articulum quintum.

IN articulo quinto eiusdem secũdæ quæstionis, aduertendum est diligenter. Primo, quod Autor adæquat obiectum per se fidei, obiecto beatifico: ita quod ea, quæ principaliter hic credimus, sunt illa, quæ in patria visuros speramus. Et hic, & in articulo sexto quæstionis primæ dictum est ex Apostolo, Fides est sperandarum substantia rerum.

¶ Notandum est secundo, quod inter principaliter credenda & intra per se obiectum fidei Autor computat mysterium incarnationis verbi & articulos fidei, vt patet in hoc & prædicto articulo.

¶ Ex quibus scito tertio, quod nascitur dubium, quo pacto hęc possint simul esse vera. Nam obiectum beatificum est solus Deus trinus, & vnus. Et consequenter mysterium incarnationis, sicut extra obiectum beatificum, ita est extra obiectum fidei ac per hoc ex hac ratione non est de explicite credendis, nec de pertinentibus ad actum beatificum, & sic tota hæc ratio ruit.

¶ Ad hoc dicitur, quòd tam mysterium incarnationis vt distinguitur à Deo, quàm quicquid creaturæ in articulis fidei inuenitur, potest considerari dupliciter, Primo secundum se. Secundo, vt Dei, vel in Deo, vel ad Deum & huiusmodi. Si loquamur de istis secundum se, sic nec ad fidei obiectum, nec ad beatitudinis obiectum spectant: quoniam Deus vtriusque est obiectum formale & materiale vt in primo articulo dictum fuit. Si vero loquimur de istis, vt sunt Dei, sic cadunt sub obiecto & actu beatifico, & similiter obiecto & actu fidei. Quamuis enim solus

¶ Super Quæstionis secundæ Articulum quartum.

IN articulo quarto nota nouitie, quod postquam monstratũ est necessariũ

fidem sufficiat, quòd homo habeat prõptum animũ ad credendum ea, quæ ei diuinitus proponi possunt absque hoc, quod explicitè aliquid credat.

¶ SED CONTRA est quod dicitur ad Hebr. 11. Accedẽtem ad Deum oportet credere quia est: & quòd inquirẽtibus se remunerator est.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quod præcepta legis, quæ homo tenetur implere, dantur de actibus virtutũ, qui sunt via perueniendi ad salutem. Actus autẽ virtutis, sicut suprà dictum est,* sumitur secundum habitudinẽ habitus ad obiectum. Sed in obiecto cuiuslibet virtutis duo possunt cõsiderari, scilicet id quod propriè & per se est obiectũ virtutis quod necessarium est in omni actu virtutis: & iterum id quod est per accidens siue consequenter se habens ad propriam rationẽ obiecti: sicut ad obiectum fortitudinis propriè & per se pertinet sustinere pericula mortis & aggredi hostes cum periculo propter bonum cõmune: sed quod homo armetur, vel ẽse percutiat in bello iusto, aut aliquid huiusmodi faciat, reducitur quidem ab obiectum fortitudinis, sed per accidens. Determinatio ergo virtuosi actus ad proprium & per se obiectũ virtutis est sub necessitate pręcepti sicut & ipse virtutis actus, sed determinatio act[9] virtuosi ad ea quæ accidentaliter, vel secundariò se habent ad propriũ & per se virtutis obiectum, non cadit sub necessitate præcepti nisi pro loco & tẽpore. Dicendũ est ergo, quòd fidei obiectum per se est id, per quod homo beatus [d] efficitur, vt suprà dictum est.* Per accidens autem, aut secundario se habent ad obiectum virtutis omnia, quæ in sacra Scriptura diuinitus tradita cõtinentur, sicut quod Abrahã habuit duos filios, quòd Dauid fuit filius Isai, & alia huiusmodi. Quantũ ergo ad prima credibilia, quæ sunt [d] articuli fidei, tenetur homo explicitè credere, sicut & tenetur habere fidẽ. Quãtũ autẽ ad alia credibilia non tenetur homo explicitè credere, sed solùm implicitè vel in præparatione animi inquantum paratus est credere quicquid diuina Scriptura cõtinet: sed tũc solum huiusmodi tenetur explicitè credere, quãdo hoc ei constiterit in doctrina fidei contineri.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum quòd si in potestate hominis esse dicatur aliquid excluso auxilio gratiæ, sic ad multa tenetur homo, ad quæ non potest sine gratia præparãte: sicut ad diligendum Deum & proximũ: & similiter ad credendum articulos fidei. Sed tamen hoc potest cum auxilio gratiæ: quod quidẽ auxiliũ quibuscũque diuinitus datur misericorditer datur. quibus autẽ non datur ex iustitia, non datur in pœnã præcedentis peccati, & saltem originalis peccati. vt Aug. dicit in lib. de Correptione & gratia.*

¶ Ad secundum dicẽdũ, quod homo tenetur ad determinatè diligendũ ea diligibilia, quæ sunt propriè & per se charitatis obiecta, scilicet Deus & proximus: sed obiectio procedit de illis pręceptis charitatis, quæ quasi consequẽter pertinent ad obiectum charitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quod virtus obediẽtiæ propriè in voluntate consistit, & ideo ad actum obedientiæ sufficit promptitudo voluntatis subiectæ præcipienti, quæ est propriè & per se obiectum obedientiæ: sed hoc præceptum, vt illud per accidens, vel consequenter se habent ad proprium & per se obiectum obedientiæ.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm omnes æqualiter teneantur ad habendum fidem explicitam.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd æqualiter omnes tenentur ad habendum fidem explicitam. Ad ea enim quæ sunt de necessitate salutis, omnes tenẽtur, sicut patet de præceptis charitatis: sed explicatio credẽdorum est de necessitate salutis vt dictum est.* Ergo omnes æqualiter tenentur ad explicitè credendum.

¶ 2 Præterea, Nullus debet examinari de eo, quod explicitè credere non tenetur: sed quandoque simplices examinãtur de minimis articulis fidei. Ergo omnes tenentur explicitè omnia credere.

¶ 3 Præterea, Si minores non tenentur habere fidem explicitam sed solum implicitam: oportet quòd habeant fidẽ implicitã in fide maiorum. Sed hoc videtur periculosum: quia posset cõtingere, quòd illi maiores errarent. Ergo videtur quod minores etiam debeant habere fidem explicitam. Sic ergo omnes æqualiter tenentur ad explicitè credendum.

¶ SED CONTRA est, ꝙ dicitur Iob 1. quòd boues arabãt, & asinę pascebãtur iuxta eos: quia videlicet minores qui significãtur per asinos, debent in credẽdis cohærere maioribus, q per boues significãtur, vt Gr. exponit in secũdo Mo.

p. 2. q. 60. ar. 5.

D. 606. q. 1. ar. 8.

D. 420.

Cap. 5. & 6. to. 7.

3. dist. 25. q. 2. ar. 1. qõ 2. 3. 4. Et 4. di. 24. qõ. 1 ar. 3. q. 2. Et ver q. 14. ar 11. Artic. præc.

Cap. 35.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ explicatio credendorum fit per reuelationẽ diuinam. Credibilia enim naturalẽ rationem excedunt. Reuelatio autẽ diuina ordine quodã ad inferiores peruenit per superiores, sicut ad homines per angelos: & ad inferiores angelos per superiores, vt patet per Diony. in Cælesti hierar.* Et ideo pari ratione explicatio fidei oportet quòd perueniat ad inferiores homines p maiores: & ideo sicut superiores angeli, q inferiores illuminant, habẽt plenioreẽ notitiã de reb[9] diuinis, quia manifestiores, vt dicit Dio. 12. Cælest. hierar. ita etiã maiores homines, ad quos ptinet alios erudire, tenẽtur habere plenioreẽ notitiam de credẽdis, & magis explicitè credere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd explicatio credendorũ nõ æqualiter quantũ ad omnes est de necessitate salutis: quia plura tenẽtur explicitè credere maiores, qui habent officium alios instruendi, quàm alij.

¶ Ad secundum dicendũ, quod simplices nõ sunt examinãdi de subtilitatibus fidei, nisi quãdo habetur suspicio, quod sint ab hæreticis deprauati, qui in his, quæ ad subtilitatẽ fidei pertinent, solẽt fidẽ simplicium deprauare. Si tamẽ inueniuntur non pertinaciter peruersæ doctrinæ adhærere, si in talibus ex simplicitate deficiant, non eis imputatur.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quod minores nõ habẽt fidem implicitam in fide maiorũ nisi quatenus maiores adhærẽt doctrinæ diuinæ. Vnde Apostolus dicit primę ad Corint. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Vnde humana cognitio non fit regula fidei: sed veritas diuina, à qua si aliq maiorũ deficiãt, nõ prę iudicat fide simpliciũ, q eos rectã fidẽ habere credũt: nisi pertinaciter eorũ erroribus in particulari adhæreant cõtra vniuersalis ecclesiæ fidẽ, quæ nõ potest deficere, Domino dicẽte Lucę 22. Ego p te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum explicite credere mysterium incarnationis Christi sit de necessitate salutis.

AD SEPTIMVM sic pceditur. Videtur ꝙ credere explicitè mysteriũ incarnationis Christi non sit de necessitate salutis apud omnes. Non enim tenetur homo explicitè credere ea, quę angeli ignorant: quia explicatio fidei fit per reuelationẽ diuinã, quę peruenit ad homines mediãtibus angelis, vt dictũ est.* sed etiã angeli mysteriũ incarnationis ignorauerũt: vnde quærebãt in Psa. Quis est iste rex gloriæ? Et in Isa. Quis est iste qui venit de Edõ? vt Dionysius exponit. 7. c. Cæl. hierarc. Ergo ad credẽdũ explicitè mysteriũ incarnationis Christi homines nõ tenebãtur.

¶ 2 Pręterea, Cõstat beatũ Ioannẽ Baptistam de maioribus fuisse & propinquissimum Christo de quo Dominus dicit Mat. xi. Inter natos mulierũ nullus maior eo surrexit: sed Ioan. Bap. non videtur incarnationis Christi mysteriũ explicitè cognouisse, cum à Christo quęsierit, Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus? vt habetur Matth. 11. ergo nõ tenebantur etiã maiores ad habendum explicatam fidem de Christo.

¶ 3 Præterea, multi Gẽtiliũ adepti sũt salutẽ p ministeriũ angelorũ, vt Dionys. dicit 9. c. Cęle. hierar.* Sed Gẽtiles nõ habuerũt fidẽ de Christo, nec explicitã, nec implicitã, vt videtur, qa nulla eis reuelatio facta fuit. Ergo videtur ꝙ credere explicitè incarnatiõis Xpi mysteriũ nõ fuerit omnibus necessariũ ad salutẽ.

Cap. 4. & 7.

Cap. 9. & 4.

tum faciat, ipse tamen visus non solum absolutè, sed vt huius vel illius ratio magis beat, non propter illa alia visa, vt Augustinus dicit in quinto cõfessionum, sed propter Deum magis visum. Sic ergo dicendum est, quod beatificum obiectum & fidei, idem est, & quod in Verbo videbimus veritatem incarnationis & articulorum fidei. Et quum Scotus in quarta distinctione decima quęstione nona contra hęc arguere videtur: quia beatus non distinguitur à nõ beato, nisi videndo obiectum beatificum, vt est obiectũ beatificum, & ea quæ includuntur in ipso: vt est obiectum beatificum: facile respõdetur. Quia veritas articulorum fidei clauditur in obiecto beatifico: quoniam clauditur in Deo, vt supernaturalium, de quibus est fides, causa & ratione: sicut veritas naturalium de quibus est scientia, clauditur in Deo, vt naturalium causa & ratione. Et propterea sicut ad fidem, nõ spectat sub his speciebus esse corpus Christi, sed sub speciebus ritè consecratis: ita etiam ad actum beatificum spectat videre corpus Christi esse in speciebus ritè consecratis. Et similiter gratiam conferri per sacramenta dispositis. Sed hæc sunt extra præsens propositũ, pro parte Scoti & verba dicta.

*3. dist. 25. q. 2. ar. 2. q. 1. Et qõ. 3 ar. 4. cor & 4. dis 6 q. 2. ar. 2. q. 2. co. Et ad Hebr. 11. ca. 10. fin. * Ar. præ. & p. p. qu. 111. art. 1.*

¶ Super Quæstionis secundæ Articulum sextum.

IN articulo sexto eiusdem quæstionis, nota in responsione ad secundum tu qui in patria hæreticorum Christi partes agis, quod simplices vt mulieres, idiotæ, & huiusmodi, si seducti errant absque pertinacia in subtilitatibus fidei, quod nõ incurrunt hæreticorum culpam aut pœnas.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli nota duo. Primò, quòd humana cognitio nõ est regula fidei, sed diuina doctrina. Ac per hoc quanuis vniuersa ecclesiæ cognitio fidei non possit errare, non tamen ipsa est fidei regula, sed doctrina diuina, cui innititur: & quilibet fidei siue maiorũ, siue Ecclesiæ innitẽs, nihil aliud facit, quàm quòd doctrinæ diuinæ innititur: cum hac tamen differentia, vt Autor dicit, quia fidei maiorum puta episcoporum vel, docto

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctorum Ecclesiæ, homo inniti potest bene & male, bene quidem, absolutè eis innitendo. Male autem, innitendo eis, etiam si contra Ecclesiam tenerent. Ipsi autem vniuersali Ecclesiæ non potest homo male inniti: quia promissum est illi indefectibilis veritas doctrinæ diuinæ in his, quæ sunt fidei.

Habetur Epist. 153 non longè à princip.

q.1. ar.6. & q.2.ar. 5.

D.606.

¶ Nota secundo, quod Autor quasi synonymè vtitur vniuersali Ecclesiæ, & Petri nominibus Quia Petri in se & suc cessoribus suis fides, est fides, quam tenetur Ecclesia tota suscipere. Et est sermo non de fide illius hominis qui succedit Petro, sed de fide successoris, vt diffinitiuè docet quid in Ecclesia tenendum de fide. Christus enim nunquã permisit aut permittet eum sic errare, non propter se, sed propter Ecclesiam vniuersalẽ: quæ tenetur sententiam illius sequi.

D. 605.

D. 607.

¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum octauum.*

IN articulo octauo, omisso septimo eiusdem quæstionis, in responsione ad tertium, scito, quod quũ ibidecitur, quòd summa bonitas Dei secundum q intelligitur in seipsa, prout videtur à beatis non potest intelligi sine Trinitate personarum, Iy, non potest, dupliciter sumitur. Primo, vt denotat potentiam naturalem: secundo, vt denotat potentiam logicam. Et primo quidẽ modo esset sensus, quod secundum naturalem habitudinem obiecti ad potentiam videntis Deum, non potest aliter esse. Secundo autem modo, quod per nullam potentiam potest aliter esse. Et licet textus iste sufficienter saluetur secundum primum sensu quia sermo formalis de rebus loquens, de potentia earum vt sic, interpretãdus est. Quia tamen etiam in sensu secundo verum videtur & Thomistæ Scotum in primo sentent. dist. 1. quæst. 2. sibi sentiunt infestum: ideo primo afferam Scoti positionem & rationes, secundò ostendetur veritas: tertiò soluentur obiecta.

q.1. ar.7.

Capi 19. 20. 3.

¶ Tenet igitur Scotus, quòd de potentia Dei absoluta potest beatus videre essentiã diuinã, non videndo personas & vnam personam non videndo aliam: eo quia actus habẽs obiectũ primarium à quo essentialiter dependet, & obiectũ secundarium: à quo essentialiter nõ dependet, potest terminari ad primarium absque hoc, quòd terminetur ad secundarium. Sic autem se habent Essentia diuina & Trinitas personarum respectu visionis, quam habent Beati. ergo. Minor patet ex hoc, quòd ratio visibilitatis & fruibilitatis in tota Trinitate vna est, scilicet Deitas.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit in lib. de Correctione & gratia. * Illa fides sana est, qua credimus nullũ hominẽ siue maioris, siue paruæ ætatis liberari à cõtagio mortis & obligatione peccati, nisi per vnum mediatorem Dei & hominum Iesum Christum.

¶ RESPONDEO dicẽdũ, quod sicut suprà dictum * est, illud propriè & per se pertinet ad obiectum fidei, per quod homo beatitudinem dcõsequitur. Via autem hominibus veniẽdi ad beatitudinem est mysteriũ incarnationis & passionis Christi. Dicitur enim Act. 4. Nõ est aliud nomẽ datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. & ideo mysteriũ incarnationis Christi aliqualiter [d] oportuit omni tempore esse creditũ apud omnes: diuersimode tamẽ secundũ diuersitatẽ temporum & personarum. Nam ante statum peccati homo habuit explicitam fidẽ de Christi incarnatione, secũdum quod ordinabatur ad consummationem [d] gloriæ, non autẽ secundũ quòd ordinabatur ad liberationẽ à peccato per passionẽ & resurrectionẽ: quia homo nõ fuit præscius peccati futuri, videtur autẽ incarnationis Christi præscius fuisse per hoc, qđ dixit. Propter hoc reliquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, vt habetur Genes. 2. Et hoc Apostol[o] ad Ephes. 5. dicit sacramentum magnũ esse in Christo & Ecclesia. quod quidem sacramẽtum non est credibile, primũ hominẽ ignorasse. Post peccatum autẽ fuit explicitè creditum mysteriũ incarnationis Christi, non solùm quantũ ad incarnationẽ, sed etiam quãtum ad passionem & resurrectionem, quibus humanũ genus à peccato & morte liberatur. Aliter enim non præfigurassent Christi passionẽ q-busdam sacrificiis, & ante legem, & sub lege, quorũ quidẽ sacrificiorũ significatum explicitè maiores cognoscebãt; minores autem, sub velamine illorũ sacrificiorum, credentes ea diuinitus esse disposita, de Christo venturo quodammodo habebãt velatam cognitionẽ. Et sicut suprà * dictũ est, ea quæ ad mysteria Christi pertinent, tãto difficilius cognouerũt, quanto à Christo remotiores fuerunt, & tanto facilius cognouerunt, quãto Christo propinquiores fuerũt. Post tẽp[o] aũt gratiæ reuelatæ tã maiores quã minores tenẽtur habere fidẽ explicitã de mysteriis Christi, præcipuè quãtũ ad ea, quæ cõmuniter in Ecclesia solẽnizãtur, & publicè proponũtur: sicut sũt articuli incarnationis, de quib[o] suprà * dictũ est. Alias autem subtiles cõsiderationes circa incarnationis articulos tenentur aliqui magis vel minus explicitè credere, secũdũ quod cõuenit statui & officio vniuscuiusque.

q.1. ar.8.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q angelos nõ omnino latuit mysteriũ regni Dei, sicut Aug. dicit 5. sup Gẽ. ad literã. * Quasdã tamẽ rationes huius mysterij pfectius cognouerũt Christo reuelãte.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd Ioãnes Baptista de aduẽtu Christi in carne nõ quæsiuit, quasi hoc ignoraret, cum ipse hoc expresse cõfessus fuerit, dicẽs, Ego vidi & testimoniũ perhibui, quia hic est filiꝰ Dei: vt habetur Ioan. 1. Vnde nõ dixit, Tu es qui venisti: sed Tu q vẽturus es, quærens de futuro, nõ de prætẽrito. Similiter non est credẽdum, quòd ignorauerit eum ad passionẽ vẽturũ. Ipse enim dixerat, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi: prænuntiãs eius immolationem futuram. Et tamen hoc Prophetæ alij etiam non ignorauerunt, sed antè prædixerũt, sicut præcipuè patet in Isa. 53. Potest ergo dici, sicut Gregor. dicit, * quòd inquisiuit ignorans, an ad infernum esset in propria persona descẽsurus. Sciebat autẽ, quòd virtus passionis eius extendenda erat vsque ad eos, qui in limbo detinebãtur: secundũ illud Zachar. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non est aqua: nec hoc tenebatur explicitè credere, antequam esset impletũ, q[a] per seipsũ deberet descendere. Vel potest dici, sicut Ambro. dicit super Luc. * quòd nõ inquisiuit ex dubitatione seu ignorãtia, sed magis ex pietate. Vel potest dici, sicut Chryso. dicit, quod non inquisiuit, quia ipse ignoraret, sed vt p Christũ satisfaceret suis discipulis: vnde & Christus ad discipulorum institutionem respondit, signa operum ostendens.

Homi 6. in Euãgel.

Cap. 7.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd multis Gentiliũ facta fuit reuelatio de Christo: vt patet per ea, quæ prædixerũt. Nã Iob 19. dicitur, Scio quòd Redẽptor meus viuit. Sibylla etiã prænũtiauit quædã de Christo, vt Aug. * dicit. Inuenitur etiã in historiis Romanorũ, quod tẽpore Constantini Augusti in quo iacebat homo, aureã laminã habẽs in pectore, in qua scriptũ erat, Christus nascetur ex virgine, & ego credo in eũ. O sol sub Helenæ & Cõstantini temporibus iterũ me videbis. Si qui tamen saluati fuerunt, quibus reuelatio non fuit facta, non fuerunt saluati absque fide Mediatoris: quia etsi nõ habuerunt fidẽ explicitã, habuerunt tamen fidem implicitam in diuina prouidentia, credentes, Deũ esse liberatorem hominũ secundum modos sibi placitos, & secundum quod aliquibus veritatem cognoscentibus spiritus reuelasset: secũdum illud Iob 35. capit. Qui docet nos super iumenta terræ.

*Li. 13. cõtra Fau. c. 15. to. 6 * al. Ireneus.*

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum explicitè credere Trinitatem sit de necessitate salutis.

3. dist. 25 q.2. ar. 2, q6. 4. cor. & ad primum & in expo lib. 1. Et 4. dist. 1 qõ. 2. artic. 2. q. 1. corp. Et ver. q. 1. 4. artic. 11. cor. fin. Tra. 106. in 10. 9.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd credere Trinitatẽ explicitè nõ fuerit de necessitate salutis. Dicit enim Apostolus ad Hebr. 11. Credere oportet accedentẽ ad Deũ quia est, & quia inquirentibus se remunerator est. sed hoc potest credi absque fide Trinitatis. Ergo non oportebat explicitè fidem de Trinitate habere.

¶ 2 Præterea, Dominus dicit Ioã. 17. Pater manifestaui nomẽ tuum hominibus: quod exponẽs Augustꝰ * dicit, Non id nomẽ tuum, quo vocaris Deus, sed id, quo vocaris pater meus. Et postea subdit etiã, In hoc, quòd Deus fecit hunc mundũ, notus in omnibus gentibus: in hoc, quod non est cũ diis falsis colẽdus, notus in Iudæa Deus. In hoc vero, quòd pater est huius Christi, per quem tollit peccata mundi, hoc nomẽ eius prius occultum, nũc manifestauit eis: ergo ante Christi aduẽtum nõ erat cognitum, quòd in diuinitate esset paternitas & filiatio, non ergo Trinitas explicitè credebatur.

¶ 3 Præterea, Illud tenemur explicite credere in Deo, quod est beatitudinis obiectum. Sed obiectũ beatitudinis est bonitas summa, quæ potest intelligi in Deo, etiã sine personarum distinctione. ergo non fuit necessarium explicitè credere Trinitatem.

¶ SED CONTRA est, quòd in veteri testamẽto multipliciter expressa est Trinitas personarũ, sicut statim in principio Genes. dicitur ad expressionem Trinitatis. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã: ergo, à principio de necessitate salutis fuit credere Trinitatẽ explicitè.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd mysteriũ incarnationis Christi explicitè credi nõ potest sine fide Trinitatis: quia in mysterio incarnationis Christi hoc cõtinetur, quòd filius Dei carnem assumpserit, quod per gratiã Spiritussancti mundum renouauerit. & iterum, quòd de Spiritusancto conceptus fuerit: & ideo eodem modo quo mysteriũ incarnationis Christi ante Christum fuit explicitè creditũ, à maioribus, implicitè autem & quasi obũbratè à minoribus, ita etiam & mysteriũ Trinitatis. Et ideo etiam post tempus gratiæ diuulgatæ tenentur omnes ad explicitè credẽdũ mysteriũ Trinitatis: & omnes, qui renascuntur in Christo, hoc adiscuntur per inuocationem Trinitatis, secundũ illud Mat. vlti. Eũtes docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritussancti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd illa duo explicitè credere de Deo omni tempore, & quo ad omnes necessariũ fuit: non tamen est sufficiens omni tempore, & quo ad omnes.

¶ Ad

darium à quo essentialiter dependet, & obiectũ secundarium: à quo essentialiter nõ dependet, potest terminari ad primarium absque hoc, quòd terminetur ad secundarium. Sic autem se habent Essentia diuina & Trinitas personarum respectu visionis, quam habent Beati. ergo. Minor patet ex hoc, quòd ratio visibilitatis & fruibilitatis in tota Trinitate vna est, scilicet Deitas.

¶ Præterea, Pater prius origine, quàm generet Filium, est perfectè Beatus; ergo habet in illo priori obiectũ perfectè beatificans. Sed non habet in illo priori essentiam communicatam tribus vt obiectum: ergo non est de ratione essentiæ diuinæ, vt est obiectum beatificũ, quòd beatificet, inquantum est communicata tribus. Si negatur minor, & dicatur, quod Pater habet essentiam vt cõmunicatam tribus pro obiecto, & hoc primo secundum originem, quia habet hoc à se: nihil enim aliud importat prioritas originis, quàm à se: nã nulla est ibi prioritas naturæ: vt in aliquo priori naturæ obiiciatur essentia, vt est in vna persona & nõ in alia aut vni, & non alij, sed vni puta Patri ex se, filio exalio. Contra, quælibet persona intelligit formaliter intellectu, vt est in ipsa, non vt est in alia, nec vt in tribus, ergo quælibet persona intelligit per se, perfectè intelligendo essentiam, vt est in se formaliter, ergo perfecta intellectio, quæ ibi est beatifica, non necessariò ex se requirit essentiã, vt in tribus. Antecedens patet ex Augustꝰ. 15. De trinita. Quælibet persona intelligit sibi ipsi. Consequentia probatur. Nõ minus ad intellectionem requiritur intelligibile, quàm intellectus. Igitur in perfecto intelligẽte ex se nõ minꝰ requiritur, quod habeat in se obiectũ, vt formaliter intelligibile, quam q habeat intellectũ. vt quo intelligat. Et confirmatur, quia si Pater intelligit, beatifica visione essentiã vt in filio. Igitur aliquid quasi reciperet à filio, vel ab aliquo vt in filio, hoc est inconueniens. ergo Consequẽtia patet ex 12. Meta. Intellectus diuinus si intelligeret aliquid extra se, vt citeret: quia pateretur ab intelligibili. Destructio cõsequẽtis, pbatur, qa pater perfectione simpliciter, beatitudine scilicet reciperet à personis vt obiectis, vel ab aliquo vt in tribus. Et sequuntur duo absurda. Primum, quòd non omnẽ perfectionẽ Pater habet à se. Secũdum, quod non omnis perfectio simpliciter & essentialis sit aliquo modo prior proprietatibus. sed aliqua quasi posterior ipsis personis, puta ista, quæ est obiecto, vt in tribus. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundũ, quia Scotus in hoc potissimum se fundat, quòd essentia, vt distincta à personalibus sit obiectũ beatificũ, non solũ respectu creaturæ, sed ipsius Dei. Idcirco primò ab ipso Deo inchoando, ad creaturas proportiona bilitate seruata descẽdamus. Cõmune est beatitudini diuinæ & creatæ, quod consistat in visione Dei sicuti est: sed ad beatitudinẽ diuinã plꝰ requiri, quam ad beatitudinẽ cuiuscũque creaturæ, ex eo patet, quod beatitudo creata mẽsurã cõpatitur, propter quod vnꝰ alterꝰ beatior est. Beatitudo autẽ diuina existit nõ quãcũque cognitionẽ Deitatis, sed comprehẽsiuã. Nõ enim quiesceret appetitus Dei potẽtis cõprehẽdere deitatẽ, si illã nõ cõprehẽderet. Actus ergo beatificus, quo Deus formaliter est beatus, est cõprehensio suę deitatis: ergo est comprehẽsio deitatis, nõ solũ vt deitas, sed vt vna & trina, & vt causa omnis possibilis, &c. Et cõfirmatur: quia nisi comprehensio Deitatis ponatur beatitudo: aut de ratiõe beatitudinis, sequeretur quòd Deus posset esse beatior. Beatius enim est cognoscere deitatẽ tã cõprehensiuè, quã nõ comprehensiuè. Ad hoc autẽ, quod est videre Deũ, sicuti est quod sufficit ad beatitudinẽ creaturæ, exigitur quòd intuitus videntis terminetur in Deũ: sicuti est in suo esse. absque abstractione: ita quod nõ fiat abstractio naturę à suppposito. Nõ enim videret Sortes, sicuti est, qui videret hãc humanitatẽ Sortis, & non videret ipsum suppositũ Sortis. Et hoc exẽplo, imò hac inductiua manifestatione vti debes, & nõ falli in exẽplo Scoti de albedine & suppposito, in quo est, si albedo esset substãtia illius suppositi, non videretur certè hoc albũ sicuti est. si non videretur suppositũ, sed quia accidẽs est, ideo fallit. Et cõfirmatur in proposito, quia si Deus esset vnus suppositaliter, sicut est vnus essentialiter, constat q. qui videret deitatẽ hãc non in vno suppposito, non videret eã sicuti est, nec esset beatus. Quia non videret Deũ, proprie loquẽdo, sed hãc deitatẽ, sicut de Sorte & hac humanitate dictũ est. Et cõfirmatur: quia cũ de beatitudinis ratione sit videre Deũ sicuti est ille modus, qui Deus est, claudit ur in Deo vt obiecto beatificeo, sine qua n illus intellectus quieiscit. Sed vidẽs hãc deitatẽ in nullo supposito, naturali inquietudine laborat, quomodo Deus sit trinus suppositaliter: ergo de ratione actus beatifici est videre Deum, sicut est trinus, & vnus. Non ergo ex diminutione diuinæ potẽtię, sed ex rationibus terminorum sic se habẽtibus fit, vt impossibile sit aliquẽ esse verè beatũ, & non videre Deũ trinum & vnũ. Vnde in litera Autor duas radices tetigit. Prima est: quia Deus in seipso videtur, q[a] pertinet ad primo inducta. Secunda est: quia ipsa visio personarum perducit nos in beatitudinẽ, id est pertinet ad perfectionem beatitudinis nostræ: quod in vltima confirmatione allatum est. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium facilè soluũtur obiecta Scoti, Ad primũ dicitur, quòd falsum assumitur, scilicet quòd Trinitas personarũ spectet ad obiectũ secundariũ actus beatifici. Est enim quasi pars obiecti primarij, quoniam est quasi pars huius, q dico, Deus sicuti est. Non enim ly, sicuti est, restringẽdũ est ad existẽtiã, vt diffiguntur contra subsistẽtiã, vt Scotꝰ singit: sed intelligẽdũ est de omni modo subsistantiæ, tam scilicet essentiæ, quam hypostasis. Alioquin esset visio essẽtiæ abstractiua ab hypostasi, & in substãtis loquẽdo nõ esset verè visio intuitiua. Hypostasis enim est omnia faciens, & cui omnia tribuũtur, quam omnia desiderant videre. Nec contra hanc responsionẽ militat probatio illa allata, scilicet quia sola Deitas est ratio visibilis, &c. cùm hoc enim quòd ipsa sola sit ratio beatifici obiectis: tãquòd ipsa non nisi vt vna & trina personaliter visa beet: quoniam ad obiectum beatificũ nõ sola ratio beandi exigitur, sed ipsum beans se habens vt quod. Quo autem & quod non sunt duo obiecta, quorum vnum sit primum, & alterum secundarium: sed ex vtra que quasi integratur vnum obiectum.

¶ Ad rationem autem Scoti quòd Pater prius origine, & dicitur &c. quòd illa responsio est bona quòd Pater ex se est beatus comprehendendo deitatem ac per hoc videndo eam in tribus: & causam omnium. &c. Filius autem ex parte beatus est, comprehendendo eandem. Et quum contra hoc arguitur. Quælibet persona intelligit intellectu, vt est in se formaliter, &c. concesso antecedente, negãda est sequela in sensu, qui facit ad propositum. Potest enim duplicem sensum hãre ipsa cum sua probatione.

¶ Ad cuius euidentiam propter nouitios recolere oportet, quòd ad intelligendum non solum concurrunt intellectus & intelligibile, sicut ad sentiẽdũ, sensus, & sensibile, sed cõcurrit vtriusque inhærsio formaliter cum intelligẽte. Oportet enim intellectũ formaliter esse in intelligẽte, & rursus oportet intelligibile inhærere, vel quasi inhærere ipsi intellectui. Intelligens ergo quiliber, & intelligit intellectu, vt in ipso intelligente est, & intelligit intelligibile, vt in eodẽ intelligente est. Hæc sunt vera, sed duplex sensus in ista locutione latet, quũ dico, Quilibet intelligit intelligibile, vt est in seipso intelligẽte formaliter, potest ly Vt, denotare conditionẽ, sine qua intelligibile non intelligitur, qualis est approximatio, seu cõiunctio intelligibilis cũ intelligente. Et sic propositio est vera. Et in hoc sensu si concedatur totus processus, nihil aliud concluditur, nisi quod Pater non intelligit deitatem, nisi in se existat, quòd non est ad propositũ. Potest quoque ly Vt, denotare terminũ intellectiuu: Et sic propositio est falsissima: quomã lapis intelligitur secũdũ conditiones, quas habet in re extra, puta grauitatem, &c. & non solum secundum conditiones, quas habet in intelligente. Et tamen ad hunc sensum concluderet intentum Scoti, volentis probare, quòd sufficiat ad beatitudinem Patris, quòd terminetur ad essentiam, vt in Patre formaliter: sicut sufficit ad hoc, quòd intelligat intellectu, quòd intellectus sit in eo. Sed longe aliter est quoniam essentia vt obiecta, terminat intellectum paternum, secundum totam latitudinem suam, vt comprehensa, & non solum secũdum hanc conditionẽ vt est in Patre formaliter. Et vltima probatio, scilicet. Non minus requiritur ad intelligendum intelligibile, quam intellectus, fallsum assumit, & sophisma committit in illatione. Falsa quidẽ est, quia ad operationem vitalem, qualis est intelligere, magis requiritur principium eius vitale, quam non vitale. Intellectus autem est principium vitale. Intelligibile verò non, ergo, &c. Sophisticè autem infert, quia mutatur, non minus, in non aliter. Dato enim quòd non minus, quia tamen aliter requiritur, quia intellectus vt quo solũ intelligibile vt terminus. ideo hoc exigit ad hoc vt perfectè terminet, vt terminet vt est intelligente, & vt est secundum se, & in quocunque &c. Ille autem sufficit, quòd principiet vt formaliter inest intelligenti.

¶ Ad confirmationem autem, qua dicitur, Si Pater beatifica visione intelligeret essentiam in Filio: igitur quasi reciperet aliquid à Filio, vel ab aliquo, vt in Filio: respondetur negando sequelam, quod ad primam partem: & quo ad secũdam in sensu conuenienti Non enim ex hoc, quòd Deus intelligit essentiam suam, vt extendit se ad creaturas, recipit aliquid à creaturis, aut ab essentia sua, vt est creaturarum: quoniam ly Vt, denotat conditionem termini. Et ideo nihil valet ad propositum, sed potius est ad oppositum autoritas articuli duodecimi Metaph. loquentis non de conditione obiecti, sed de ipso obiecto. Vult enim & bene, quòd si Deus intelligeret aliquid extra se, id obiectam essentiam suam, ita quòd aliquid ab eo intelligeretur non existens in sua essentia vilesceret, &c. Nos etiam dicimus idem: quoniam dicimus: quòd Deus patet perfectè videndo essentiam suam, comprehendit eam ac per hoc videt eam, vt in tribus personis, & vt omnium causam. Et cum hoc à nullo aliquid recipit, aut quasi recipit, nisi ab essentia perfectè obiecta. In hoc enim claudũtur cõditiones essentiæ quæcunque quo modolibet sunt ad intra, vt esse cõicatum Filio & Spiritui sancto, &c. quam ad extra vt esse causam, &c. Et propꝫrea verbum Dei natum ex omnibus, quæ sunt in scientia Patris, est Verbum omnium simpliciter intus & extra, vt in primo libro mostratum est. Hæc de tertio.

Super Quæstionis secundæ Articulum nonum.

IN articulo nono in responsione ad primũ, nota, quòd ex calee eius habes, quòd actus naturæ, vt comedere, bibere, dormire, & alia huiusmodi & naturalis liberi arbitrij, quo volumus esse beati, & non miseri, viuere, & non mori, &c. inquãtũ sunt voluntarij & ordinati ad Deũ charitate in habẽte illã sunt meritorij vitæ ærernæ. Et ob hoc, Apostolus mãdauit, Siue manducatis siue bibitis, &c. omnia in gloriam Dei facite.

¶ In responsione ad vltimum, nota tria testimonia fidei Christianæ, doctrinã diuinã, quæ in sacra scriptura, et Eccle sia est: miracula, & interiorem instinctũ Spiritus sancti, quẽ Autor cæteris proponit: quia soli[ꝰ] Dei est agere in cor. Et ipse Spiritus reddit testimoniũ spiritui nostro, quòd filij Dei sumus. quod nemo nouit nisi qui accepit: Hæc autẽ tria sũt quidẽ sufficiẽter inductiua ad

¶SED CONTRA est quod dicitur ad Hebr. 11. Quod sancti per fidē adepti sūt repromissiones. quod nō esset, nisi credendo mererentur. Ergo ipsum credere est meritorium.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà * dictum est, actus nostri sunt meritorij, inquantum procedunt ex libero arbitrio moto à Deo per gratiam. Vnde omnis actus humanus qui subiicitur libero arbitrio, si sit relatus in Deum, potest meritorius esse. Ipsum autem credere est actus intellectus assentientis veritati diuinæ ex imperio voluntatis à Deo motæ per gratiā: & sic subiacet libero arbitrio in ordine ad Deum: Vnde actus fidei potest esse meritorius.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd natura d comparatur ad charitatem, quæ est merendi principium, sicut materia ad formam. Fides autem comparatur ad charitatem, sicut dispositio præcedēs vltimam formam. Manifestum est autem quòd subiectum, vel materia non potest agere nisi virtute formę, neque etiam dispositio præcedens, antequam forma adueniat: sed postquam forma aduenerit, tam subiectum quam dispositio pręcedens agit in virtute formæ, quę est principale agēdi principium. sicut calor ignis agit in virtute formæ substātialis. Sic ergo neque natura, neque fides sine charitate possūt producere actū meritoriū: sed charitate superueniente, act⁹ fidei fit meritoriuş per charitatem sicut & actus naturę, & naturalis liberi arbitrij.

¶ Ad secundum dicendū, quòd in scientia duo possunt considerari, scilicet ipse assensus scientis ad rem scitam, & consideratio rei scitę. Assensus autem scientię non subiicitur libero arbitrio: quia sciēs cogitur ad essentiendū per efficaciam demonstrationis & ideo assensus scientiæ nō est meritorius. Sed consideratio actualis rei scitę subiacet libero arbitrio. Est enim in potestate hominis considerare, vel non considerare: & ideo consideratio sciētiæ potest esse meritoria, si referatur ad finem charitatis, id est ad honorem Dei, vel vtilitatem proximi: sed in fide vtrūque subiacet & ideo quantū ad vtrunque actus fidei potest esse meritorius. Sed opinio non habet firmum assēsum. Est enim quoddam debile & infirmum secundum Philosophum in primo Poster.* Vnde non videtur procedere ex perfecta voluntate: & sic ex parte assensus non multum videtur habere rationem meriti, sed ex parte considerationis actualis potest meritoria esse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille, qui credit, habet sufficiens inductiuum ad credendū. Inducitur enim autoritate diuinæ doctrinæ miraculis confirmatæ: & quod plus est, interiori instinctu Dei inuitātis. Vnde non leuiter credit, cùm habeat sufficiens inductiuum ad credendum: & ideo non tollitur ratio meriti.

Supra q. 55. ar. 5. ad tertiū & 3. di. 24. ar. 3. q. 3. & 1. cōt. ca. 8.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum ratio inductiua ad ea, quæ sunt fidei, minuat meritum fidei.

AD DECIMVM sic proceditur: Videtur ꝙ ratio inductiua ad ea, quæ sūt fidei, diminuat meritum fidei. Dicit enim Gregor. in quadā homilia: quòd fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Si ergo ratio humana sufficienter experimentum præbeat, totaliter excludit meritum fidei. Videtur ergo quòd qualiscunque ratio humana inducta ad ea, quę sunt fidei, diminuit meritum fidei.

¶ 2 Præterea, Quidquid diminuit rationem virtutis, diminuit rationem meriti: quia fœlicitas virtutis est præmium: vt Philosophus * dicit in primo Ethic. sed ratio humana videtur diminuere rationem virtutis ipsius fidei: quia de ratione fidei est, quòd sit non apparētium: vt supra † dictum est. Quanto autem plures rationes inducuntur ad aliquid, tanto minus hoc est non apparens. ergo ratio humana inducta ad ea, quæ sunt fidei, meritum fidei diminuit.

* libro 1. ethi. c. 9. to. 5.
† q. præc. ar. 9.

¶ Præterea. Contrariorum contrarię sunt causæ. Sed in quod inducitur in contrarium fidei, auget meritū fidei. siue sit persecutio cogentis ad recedendum à fide, siue etiam sit ratio aliqua hoc persuadēs. ergo ratio coadiuuans fidem diminuit meritum fidei.

¶SED CONTRA est quod primę Petri tertio dicitur, Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos reddere rationem de ea, que in vobis est, fide & spe, non autem ad hoc induceret Apostolus, si per hoc meritum fidei diminueretur: non ergo ratio diminuit meritum fidei.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut * dictum est actus fidei potest esse meritorius, in quantum subiacet voluntati non solùm quantum ad vsum, sed etiam quātum ad assensum. Ratio autem humana inducta ad ea, quæ sunt fidei, dupliciter se potest habere ad voluntatem credentis. Vno quidem modo sicut præcedens. puta cum aliquis aut tantum haberet voluntatem, aut non haberet prōptam voluntatem ad credendum, nisi ratio humana induceretur: & sic ratio humana inducta diminuit meritum fidei. Sic etiam * suprà dictum est, quòd passio præcedens electionem in virtutibus moralibus diminuit laudem virtuosi actus. Sicut enim homo actus virtutum moralium debet exercere propter iudicium rationis, non propter passionem: ita credere debet homo ea, quæ sunt fidei, non propter rationem humanam, sed propter autoritatem diuinam. Alio modo ratio humana potest se habere ad voluntatem credentis consequenter. Cum enim homo habet prōptam voluntatem ad credendum, diligit veritatem creditam: & super ea excogitat & amplectitur, si quas rationes ad hoc inuenire potest. * Et quātum ad hoc ratio humana non excludit meritum fidei, sed est signum maioris meriti. Sic etiam passio consequens in virtutibus moralibus est signum promptioris voluntatis, vt supra dictum est. Et hoc significatur Io. 4. vbi Samaritani ad mulierem, per quam ratio humana figuratur, dixerunt, Iam non propter tuam loquelam credimus.

* ar. præ.
* p. 2. q. 24. ar. 3. ad 1. & q. 77. ar. 6. ad 2.
* p. 2. q. 24. ar. 1. ad 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Gregorius loquitur in casu illo, quando homo non habet voluntatem credendi ea, quæ sunt fidei, nisi propter rationem inductam. Quando autem homo habet voluntatem credendi ea, quæ sunt fidei ex sola autoritate diuina, etiam si habeat rationem demonstratiuam ad aliquid eorū, puta ad hoc quod est Deum esse, non propter hoc tollitur vel diminuitur meritum fidei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd rationes, quæ inducuntur ad autoritatem fidei, non sunt demonstrationes, que in visionem intelligibilem intellectum humanum reducere possunt, & ideo non desinunt esse non apparentia, sed remouent impedimenta fidei, ostendendo non esse impossibile quod in fide proponitur, Vnde per tales rationes non diminuitur meritum fidei, nec ratio fidei, sed rationes demonstratiuæ inductę ad ea, quæ sunt fidei præambula, non tamen ad articulos: etsi diminuant rationem fidei, quia faciunt esse apparens id quod proponitur, non tamen diminuunt rationem charitatis per quam voluntas est prompta ad ea credendum, etiam si non apparerent: & ideo non diminuitur ratio meriti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea quæ repugnant fidei, siue in cōsideratione hominis, siue in exteriori persecutione intantum augent meritum fidei, inquantum ostenditur voluntas magis prompta & firma in fide: & ideo etiam martyres maius fidei meritum habuerunt, non recedentes à fide propter persecutiones: & etiam sapientes maius meritum fidei habent, non recedentes à fide propter rationes Philosophorum vel hæreticorum contra fidem inductas. Sed ea, quæ conueniunt fidei, non semper diminuunt promptitudinem voluntatis ad credendum, & ideo non semper diminuunt meritum fidei.

QVEST

credendum. Hoc est ad voluntariè assētiēdum, & ideo non tollunt ex sua sufficiētia meritum credentis, sicut nec tollunt voluntarium in actu credendi.

* p. 2. q. 4. artic. & 4.

¶ Super quæstionis secundæ articulum decimum.

IN articulo decimo, in responsione ad secundū, aduerte quod rationes quæ induci possunt ad autoriatem fidei sunt in duplici ordine. Nā quædam procedunt ex ambabus, aut altera præmissa credita & istę nō ostendūt non esse impossibile quod in fide proponitur nisi apud fideles. Quędā vero procedūt ex solo lumine naturali: & istæ respectu eorū, quæ sunt fidei, non faciūt euidentiam, sed respectu possibilitatis logicæ eorum quæ sunt fidei, faciunt euidentiam. Verbi gratia. Ratio methaphysica sumpta ex eo, ꝙ quid est accidētis, quia quod est res, cui debetur esse in subiecto: non ostendit accidēs esse sine subiecto, aut habere potentiam naturalem ad esse sine subiecto: sed ostendit, quod non implicat contradictionē ipsum esse sine subiecto. Et simile est de aliis. Huiusmodi autē demonstrationes valde prosunt fidei, & magni meriti est eas offerre ad auferendam insultationem sapientum huius mundi, & reprimendam eorum audaciam, qui possibile & impossibile suo ingenio metiri præsumunt infirmiorūque mentes in fide firmendas.

D 682.

¶ In articulo eodem in responsione ad vltimum memento dictorum in præcedenti libro de merito vt intelligas, quod persecutiones martyrum, & rationes philosophorum contra fidē, non augent meritum: nisi augeant voluntatē. Et quoniam magna obstacula sunt & cęteris paribus virtus potens contra magna contraria, maior est non superante: ideo dicitur in litera, quod augēt, inquantum ostendunt voluntatem magis prōptam & firmā. Et quia sunt signa, non causæ augmenti Propterea dicuntur augere, non nisi ostensiuè.

* lib. 1. post. tex. 44. to. 1.

Super

QVÆSTIO TERTIA. DE EXteriori actu fidei, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de exteriori fidei actu, qui est confessio.
¶ Et circa hoc quæruntur duo.
¶ Primò, vtrum confessio sit actus fidei.
¶ Secundò, vtrum confessio sit necessaria ad salutem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum confessio sit actus fidei.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd confessio non sit actus fidei. Non enim idem actus pertinet ad diuersas virtutes. sed confessio pertinet ad pœnitētiam, cuius ponitur pars. ergo non est actus fidei.

¶ 2 Præterea, ad hoc, quòd homo confiteatur fidem, retrahitur interdum per timorem, vel etiam propter aliquam confusionem. Vnde & Apostolus ad Ephes. vltim. petit orari pro se, vt detur sibi cum fiducia notum facere mysterium Euangelij, sed non recedere à bono propter confusionem vel timorem pertinet ad fortitudinem, quæ moderatur audacias & timores. ergo videtur quòd cōfessio non sit actus fidei, sed magis fortitudinis vel constantiæ.

¶ 3 Præterea, Sicut per fidei feruorem inducitur aliquis ad confitēdum fidem exterius: ita etiam inducitur ad alia exteriora bona opera facienda. Dicitur enim Galat. 5. quòd fides per dilectionem operatur. sed alia exteriora opera non ponuntur actus fidei, ergo etiā neque confessio.

¶SED CONTRA est, quòd secundæ ad Thessal. 1. super illud, Et opus fidei in virtute, dicit gloss.* id est Confessionem, quæ propriè est opus fidei.

Glos. ord. ibid.

¶RESPONDEO dicendum, quòd actus exteriores illius virtutis propriè sunt actus, ad cuius fines secundum suas species referuntur: sicut ieiunare secundum suam speciem refertur ad finem abstinentiæ, quæ est compescere carnem: & ideo est actus abstinentiæ. Confessio autem eorum, quæ sunt fidei, secundum suam speciē ordinatur, sicut ad finē ad id quod est fidei, secundum illud 2. ad Corinth. 4. Habentes eūdem spiritum fidei, credimus, propter quod & loquimur. Exterior enim locutio ordinatur ad significandum id, quod in corde concipitur. vnde sicut conceptus interior eorum quæ sunt fidei, est propriæ fidei actus, ita etiam & exterior confessio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ triplex est confessio, quæ in scripturis laudatur. Vna est cōfessio eorū, quę sunt fidei. & ista est proprius act⁹ fidei, vt potè relata ad fidei finē, sicut dictum * est. Alia est cōfessio gratiarum actionis, siue laudis: & ista est actus latriæ. Ordinatur enim ad honorē Deo exterius exhibendum, quod est finis latriæ. Tertia est confessio peccatorum: & hæc ordinatur ad deletionem peccati, quæ est finis pœnitentiæ. Vnde pertinet ad pœnitentiam.

In corpo. artic.

¶ Ad secundum dicendum, quòd remouens prohibens non est causa per se, sed per accidens: vt patet per * Philosophum in 8. Physi. Vnde fortitudo, quę remouet impedimentum cōfessionis fidei, scilicet timorem vel erubescentiam, non est propriè & per se causa confessionis, sed quasi per accidens.

lib. 8. phi tex. 32. to. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fides interior mediāte dilectione causat omnes exteriores actus virtutū mediantibus aliis virtutibus imperando non eliciendo: sed confessionem producit tanquam proprium actum, nulla alia virtute mediante.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum cōfessio fidei necessaria sit ad salutem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod cōfessio fidei non sit necessaria ad salutem. Illud enim videtur ad salutem sufficere per quod homo attingit finem virtutis: sed finis proprius fidei est coniunctio humanę mentis ad veritatem diuinam, quod potest etiā esse sine exteriori confessione: ergo confessio fidei non est necessaria ad salutem.

¶ 2 Præterea, Per exteriorem confessionem fidei homo fidem suam alij homini patefacit, sed hoc non necessarium nisi illis qui habent alios in fide instruere. ergo videtur quod minores non teneantur ad fidei confessionem.

¶ 3 Præterea, Illud quod potest vergere in scandalum & perturbationē aliorum: non est necessarium ad salutem. Dicit enim Apostolus primæ ad Corint. 10. Sine offēsione estote Iudæis & Gentibus, & Ecclesiæ Dei. Sed per confessionem fidei quandoque ad perturbationem infideles prouocantur. ergo confessio fidei non est necessaria ad salutem.

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit ad Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

¶RESPONDEO dicendū quod ea quæ sunt necessaria ad salutem, cadunt sub pręceptis diuinę legis. Confessio autem fidei cùm sit quoddam affirmatiuum, non potest cadere nisi sub præcepto affirmatiuo. Vnde eodem modo est de necessariis ad salutē, quomodo potest cadere sub præcepto affirmatiuo diuinę legis. Præcepta aūt affirmatiua, vt supra * dictū est, nō obligant ad semper, & si semper obligēt, obligant autē pro loco & tempore secūdū alias circūstātias debitas, secundū quas oportet actum humanū limitari ad hoc, quod sit actus virtutis. Sic ergo confiteri fidem non semper, neque in quolibet loco est de necessitate salutis, sed in aliquo loco & tempore, quando scilicet per dimissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiā vtilitas proximis impendenda, puta si aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, vel ꝙ non haberet fidē, vel quod fides nō esset vera, vel alij per eius taciturnitatē auerterētur à fide. In huiusmodi enim casibus confessio fidei est de necessitate salutis.

p. 2. q. 71. ar. 5. ad 3. & q. 88. ar. 1. ad 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quo a finis fidei, sicut & aliarum virtutum, referri debet, ad finem charitatis, qui est amor Dei & proximi. Et ideo quādo honor dei, vel vtilitas proximi hoc exposcit, nō debet esse cōtēt⁹ homo, vt per fidem suā ipsi veritati diuinæ coniungatur: sed debet fidem exterius confiteri.

¶ Ad secundum dicendum, quod in casu necessitatis, vbi fides periclitatur, quilibet tenetur fidē suam aliis propalare, vel ad instructionē aliorum fideliū, siue cōfir-

¶ Super Quæstionis tertiæ Articulum secundum.

IN quæstione tertia, omisso, primo articulo, circa secundum articulum, dubium occurrit: An liceat fideli in terris infidelium omittere signum, à Christianis solitum deferri, vel vestem mutare, ne cognitus Christianus occidatur. Et est ratio dubij: quia quod liceat, patet ex eo quòd licitum est clerico nutrire comam, vt tutius Romam veniat, non cognitus clericus, sed laicus reputatus, ergo à simili.

4. dis. 17. p. 3. ar. 2. q. 3. Et Ro. 10. le. 2. col. 1.

¶ In oppositum est litera huius articuli, dicens, quod si quis taciturnitate putaretur quod non haberet fidem, transgressor esset præcepti confessionis fidei. Tacere autem verbo, vel alio signo, puta veste, eiusdem est rationis. ergo, &c.

¶ Ad hoc dicitur quòd aliud est occultare propriam fidem, & aliud profiteri alienam fidem, siue accidat vtrunque verbo, siue alio signo. Et profiteri alienam fidem nullo pacto licet & propterea sicut mortaliter peccaret siquis diceret se esse Iudæum, aut Mahumetanum: ita mortaliter peccaret, si vteretur veste, aut birreto, aut quocunque alio signo proprio Iudæis in illa patria, aut proprio Mahumetanis. Verbi gratia, Si quis in terra Soldani vteretur tobalia alba in capite, quæ ibi est propria Mahumetanis: aut si quis in his partibus vteretur signo, quo discernuntur Iudæi. Occultare autem propriam fidem non est ex suo genere malum, sed potest bene & male fieri. Bene quidem, tempore quo non tenetur homo confiteri. Male autem, quando homo tenetur confiteri suam fidem. Vnde beatus Sebastianus quodam tempore occultè fuit Christianus, & quodam deinde tempore manifestauit fidem suam. Nolle ergo se cognosci Christianum, quandoque licitum est, & quandoque illicitum, vt in litera dicitur. Ex qua habetur, quòd tunc est illicitum, quando occultatio auferret debitum Deo honorem, aut proximis impendendam vtilitatem. Et quia in proposito casu proximis non subtrahi vtilitatem aliquam supponitur, tota difficultas restat an Deo subtrahatur ex hoc debitus honor.

Apparet enim quòd sic, quia signum solitum Christianorum omittit, ac per hoc facit id, per quod creditur non habere fidem Christi. Secundum veritatem autem distinguendum est. Quod si est alicubi lex aut consuetudo in viridi obseruantia ab omnibus tam habitantibus, quàm transeuntibus vel aduentantibus Christianis aliqua certa veste, aut signo certo ad professionem suæ fidei, vti mandans, non vtens tali signo vt ignotus Christianus non occidatur, peccat mortaliter: quoniam tunc est locus & tempus confitendæ fidei, quando interrogatur quis de sua fide, vt in litera dicitur, ita quòd si tacendo creditur non Christianus, subtrahit Deo debitum tunc ibi honorem. In casu autem proposito plus quam interrogatio interuenit dum exigitur à lege vel consuetudine talis fidei manifestatio. Nec obstat si lex sit à tyranno facta, quoniam exactus tyrannicè de propria fide manifestanda tenetur Christianus propriam manifestare fidem, vt Deo debitum reddat honorem. Si autem non sit lex neque consuetudo, aut non seruatur ab omnibus, sed à multis seruatur, & à multis non seruatur: tunc potest licitè omittere tale signum vt saluet sibi vitam corporalem, quia tunc suo relinquitur arbitrio, an manifestare velit propriam fidem. Et sicut non tenetur tunc verbo dicere se Christianū, ita nec alio signo. Similiter si lex aut consuetudo sit nō ad confessionem fidei ordinata, scilicet ad politicum bonum verum, vel æstimatum, puta ad punitionem vel euitationem eorum, aut ad cauendum ab eis, aut aliquid huiusmodi, vt contingit Iudæis inter Christianos, vbi oportet eos signo aliquo discerni non ad professionē suæ fidei: sed vt cognoscantur & cauere possimus ab eis: & in quandam etiam eorum pœnam, licitum est ad saluandam vitam non vti ad tempus tali signo vel veste: quoniam hęc non nisi regulariter ligant, sicut cęteræ similes leges & consuetudines positiuæ. Et huiusmodi omissio non spectat ad omissionem professionis fidei & simpliciter, & directè, sed ex consequenti tantū, & per istum signum nō necessariū. Secus autē, vt dictum est, dicendū est de

3. di. 29. ar. 8. q̄. 2. ad tertium. Et quol. 9. ar. 14. co. Et Rom. 10. le. 2. col. 1. fi. & ca. 14. le. 3. col. 1 fi.

d. 627.

assum

assumente signum alienæ fidei, puta signo Iudæorum vtente, quoniam peccat proculdubio mortaliter profitendo se Iudæum, quoniam & si non sit institutum signum illud ad professionem fidei Iudaicæ: includit tamen professionem illius, ita quòd constat omnem vtentem illo, profiteri se Iudæum tali signo. Non constat autem omnem non vtentem illo non profiteri se Iudæum. Et similiter non constaret omittentem vti signo Christianorum profiteri se non Christianum. Nec obstat si propterea creditur non Christianus: quoniam non tenetur Christianus ad hoc, vt sit Christianus manifestus, nisi pro loco & tempore, quando scilicet est necesse. Beatus enim Sebastianus quando erat occulte Christianus, sciebat quod alij credebant eum non esse Christianum, & non curans de hoc ad tempus, propter bonum finem non peccauit.

¶ Ad obiectionem de clerico dicitur, quòd si clericus verbo vel facto mentiretur se laicum, peccaret: sed non vtendo, signo clericorum, scilicet tonsura & huiusmodi, propter saluandam in via vitam excusatur ab obseruatione legis: quia lex positiua non obligat ad ista signa in omni casu, sed regulariter, vnde etiam infirmitatis gratia, omissa signa ista non inducunt transgressionem legis. In casu autem proposito si lex aut consuetudo seruata ab omnibus exigit, casus est necessitatis, vt suam quis profiteatur tali signo fidem.

Prima secundæ. q 46. ar. 3. in cor. Et Ro. 1. le. 6 cor 3. Et ad Hebr. 11. princip. * 1.2. q 62. ar. 3.

¶ In responsione ad primum eiusdem secundi articuli, dubium occurrit nouitiorum, quomodo finis fidei referri debeat in finem charitatis, cum fidei finis & obiectum idem sit quod finis charitatis, Deus scilicet: Nunquid Deus in Deum referendus est?

art. 3. huius quæst.

¶ Ad hoc dicitur, quòd vt superius patet, finis est duplex, Res, & adeptio seu possessio rei. In proposito non est sermo de fine vt res: sic enim est Deus vtriusque finis: sed de fine vt vsus rei, & sic in litera dicitur, quòd coniunctio mentis nostræ per fidem ad Deum quæ consistit in credendo ipsum, referenda est ad coniunctionem nostram per charitatem ad Deum: quia referenda est ad velle

mationem, vel ad reprimendum infidelium insultationem: sed aliis temporibus instruere homines de fide: non pertinet ad omnes fideles.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si turbatio infidelium oriatur de confessione fidei manifesta absque aliqua vtilitate fidei vel fidelium, non est laudabile in tali casu fidem publicè confiteri. Vnde Dominus dicit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras spargere ante porcos, ne cōuersi dirumpant vos. Sed si vtilitas fidei aliqua speretur, aut necessitas adsit cōtempta perturbatione fidelium, debet homo publicè fidem confiteri. Vnde Matth. 15. dicitur, quòd cum Discipuli dixissent Domino, quòd Pharisæi audito eius verbo scandalizati sunt, Dominus respondit: Sinite illos, scilicet turbari: cæci sunt & duces cæcorum.

QVÆSTIO QVARTA, DE ipsa fidei virtute, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum de ipsa fidei virtute. Et primò quidem de ipsa fide. Secundò, de habentibus fidem. Tertiò de causa fidei. Quartò, de effectibus eius.

¶ Circa primum quæruntur octo. ¶ Primò, quid sit fides. ¶ Secundò, in qua vi animæ sit sicut in subiecto. ¶ Tertiò, vtrū forma ei⁹ sit charitas. ¶ Quartò, vtrū eadē numero sit fides formata & īformis. ¶ Quintò, vtrum fides sit virtus. ¶ Sextò vtrum sit vna virtus. ¶ Septimò, de ordine eius ad alias virtutes. ¶ Octauò de comparatione certitudinis eius ad certitudinem virtutum intellectualium.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum hac sit competens fidei definitio. Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sit incōpetēs fidei diffinitio, quā Apostolus ponit ad Hebr. 11. dicens, Fides est substantia sperandarū rerum, argumentum non apparentium. Nulla enim qualitas est substantia. Sed fides est qualitas, cùm sit virtus theologica, vt supra dictum est.† ergo non est substantia.

¶ 2 Præterea, Diuersarum virtutū diuersa sunt obiecta: sed res speranda est obiectū spei. non ergo debet poni in diffinitione fidei, tanquam eius obiectum.

¶ 3 Præterea, Fides magis perficitur per charitatē, quàm per spem: quia charitas est forma fidei. vt infra * patebit. magis ergo poni debuit in diffinitione fidei res diligenda, quàm res speranda.

¶ 4 Præterea, Idem non debet poni in diuersis generibus, sed substantia & argumentum sunt diuersa genera non subalternatim posita, ergo inconuenienter fides dicitur esse substātia & argumētum. Inconuenienter ergo describitur fides.

¶ 5 Præterea, Per argumentū veritas manifestatur eius, ad quod inducitur argumentum. Sed illud dicitur esse apparens cuius veritas est manifestata. ergo videtur oppositum implicari in hoc, quod dicitur argumentum non apparentiū: quia argumentum facit rem prius non apparentem postea apparere. ergo malè dicitur, Rerum non apparentium. Inconuenienter ergo describitur fides.

IN CONTRARIVM sufficit autoritas Apostoli.

RESPONDEO dicendum, quod licet quidam dicant prædicta Apostoli verba non esse fidei diffinitionem, quia diffinitio indicat rei quidditatem & essentiam, vt habetur. 7 * Met. tamen si quis rectè consideret omnia, ex quibus fides potest diffiniri, in prædicta descriptione tanguntur, licet verba non ordinentur sub forma diffinitionis: sicut etiam apud Philosophos prætermissa syllogistica forma, syllogismorum principia tanguntur.

¶ Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd cum habitus cognoscantur per actus, & actus per obiecta, fides cùm sit habitus quidam, debet diffiniri per proprium actum in comparatione ad proprium obiectum. Actus autem fidei est credere. sicut suprà * dictum est: qui actus est intellectus determinati ad vnum ex imperio voluntatis. Sic ergo actus fidei habet ordinem & ad obiectum voluntatis, quod est bonum & finis, & ad obiectum intellectus, quod est verum. Et quia fides cùm sit virtus theologica, sicut supra * dictum est, habet idem pro obiecto & fine: necesse est, quod obiectum fidei & finis proportionabiliter sibi correspondeant. †Dictum est autem supra, quod veritas prima est obiectum fidei, secundum quod ipsa est non visa: & ea quibus propter ipsam inhęretur: & secundum hoc oportet, quòd ipsa veritas prima se habeat ad actum fidei per modum finis secundum rationem rei non visæ: quod pertinet ad rationem rei speratæ, secūdum illud Apostoli ad Roma. 8. Quod non videmus, speramus. Veritatem enim videre est ipsam habere: non autem sperat aliquis id quod iam habet. sed spes est de hoc quod non habetur, vt suprà * dictum est. Sic ergo habitudo actus fidei ad finem, qui est obiectum voluntatis, significatur in hoc quod dicitur. Fides est substantia rerum sperandarum. Substantia enim solet dici prima inchoatio cuiuscunque rei: & maximè quando tota res sequens continetur virtute in primo principio: puta si dicamus, quòd prima principia indemonstrabilia sunt subiecta scientiæ: quia scilicet primum, quod in nobis est de sciētia, sunt huiusmodi principia, & in eius virtute continetur tota scientia. Per hunc ergo modum dicitur fides esse substantia rerum sperandarum: quia scilicet prima inchoatio rerum sperandarum in nobis est per assensum fidei, quæ virtute continet omnes res sperandas. In hoc enim speramus beatificari, quòd videmus aperta visione veritatem, cui per fidem adhæremus: vt patet p ea, quæ supra * de fœlicitate dicta sunt. Habitudo autem actus fidei ad obiectum intellectus, secundum quod est obiectum fidei, designatur in hoc, quòd dicitur argumentum non apparentium, & sumitur argumentum pro argumenti effectu. Per argumentum enim intellectus inducitur ad inhærendum alicui vero. vnde ipsa firma adhæsio intellectus ad veritatem fidei non apparentem vocatur hic argumentum. Vnde alia litera habet Conuictio: quia scilicet per autoritatem diuinam intellectus credentis conuincitur ad assentiendū his quæ non videt. Siquis ergo in formam diffinitionis huiusmodi verba reducere velit, potest dicere, quòd fides est habitus mentis, qua inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus: per hoc enim fides ab omnibus aliis distinguitur, quæ ad intellectum pertinent. Per hoc enim, quod dicitur, argumentum, distinguitur fides ab opinione, suspicione & dubitatione, per quæ non est prima adhæsio intellectus firma ad aliquid. Per hoc autem, quòd dicitur, Non apparentium, distinguitur fides à scientia & intellectu, per quæ aliquid fit apparens. Per hoc autem quod dicitur, Substantia sperandarum rerum, distinguitur virtus fidei à fide communiter sumpta, quæ non ordinatur ab beatitudinem speratam. Omnes autem aliæ diffinitiones quæcunque de fide dantur, explicationes sunt huius, quam Apostolus ponit. Quòd enim dicit August. * Fides est virtus qua creduntur quæ non videntur, & quòd dicit Damas. † quòd fides est non inquisitus consensus: & alij dicunt, quòd fides est certitudo animi quædam de absentibus supra opinionem, & infra scientiam: idem est ei quod Apostolus dicit, Argumentum non apparentium. Quod verò Diony. † dicit 7. cap. de Diui. no. ꝙ fides est manens credentiū fundamentum, collocans eos in veritate, & in ipsis veritatem ostendens: idem est ei quod dicitur, Substantia rerum sperandarum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd substantia non sumitur hic secundum quod est genus generalissimum contra alia genera diuisum: sed secundum quod in quolibet genere inuenitur quædam similitudo substantiæ, prout scilicet primum in quolibet genere continens in se alia virtute, dicitur esse substantia illorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cùm fides pertineat ad intellectum secūdū quod imperatur à voluntate, oportet quod

ordinetur

q. 3. ar. 2. & 3.
in arg. 1. huius articu. & p. 2. q. 82. artic 3.
† q. 1. ar. 1. & 4.
* p. 2. q. 67. artic. 4.
* p. 2. q 4. art. 8
* Augu. tract. 40. in Ioan. à med. to. 9. & lib. 2. q. euan. q. 39. to. 4.
† Dam. libro 4. cap. 12.
† Dio. c. 7. de di. nom decli nando ad fin.

bonum puta honorem, gloriam, amicos, &c. ipsi Deo in quo consistit coniunctio charitatis.

¶ Super Quæstionis quartæ Articulum secundum.

IN quæstionis quartæ articulo secundo omisso primo, dubium occurrit duplex. Primum, quomodo credere sit à duobus actiuis, intellectu scilicet & voluntate. Sed quoniā hæc in quæstione sexagesimaquinta præcedentis libri dictum est, soluendo rationē Scoti, ideo secundum dubium ex eodem Scoto in 25. distin. tertij senten. occurrit. Et vt intelligatur dubium, præmitto duo. Alterum est, Quòd aliud est fidem & eius actum, scilicet credere, dependere à voluntate, & aliud est fidem perfectam in suo actu, vel actum fidei perfectum dependere à voluntate perfecta. Hæc enim sunt valde diuersa, & non sunt confundenda. Et licet vtrūque sit verū & assertū ab autore, & primū pro principio, & secūdū pro conclusione hic inductum: non tamen pro eodē sumenda sūt. Quia in primo dicto nihil aliud significatur, nisi quod credere est à volūtate: & nō dicitur à voluntate perfecta per habitum charitatis. Et hoc est verissimum & certissimum: quia credere est voluntarium positiuè, vt experimur. In secundo autē dicto significatur, non quòd credere, sed quod bene credere est à voluntate perfecta charitate. Alterum, quod pręmitto est, quòd Scotus ibidem vtrūque cōfundit. Nam in titulo suæ quæstionis loquitur de fide, & in corpore articuli de actu credēdi. Affert tamē rationem huius literæ contra se explicans maiorem de actu depēdentę à duobus agentibus. si sit perfectus, vt hic assumitur, & tractans post modum exemplum de serra. Veruntamē quicquid ipse intenderit, afferam ex ipso id quod contra nos opponi potest. Arguit ergo Scotus ad hoc, quod ad perfectum actum fidei, non requiritur in voluntate perfectio, quam dicimus charitatem. Tum quia posito, quod voluntas moueat intellectum ad credendū, ad hoc sufficit ipsa cum intellectu disposito per habitū fidei inclinantē intellectū ad credendum. Tum quia sicut in serra sufficit acuties ad scindendū, ita in virtute motiua sufficit ipsa virtus motiua absque aliquo superaddito: tum quia differentia inter actum credendi perfectiorem, & minus perfectum, sufficit quòd reducatur in dispositionē intellectus proportionaliter magis vel minus perfecti. & nō oportet propterea aliā in volūtate perfectionem ponere.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd aliud est loqui de credere, & aliud de virtuosè credere. Licet enim ad credendum, sat sit voluntas sine habitu, ad virtuosè tamen credendum, de quo solo est sermo in conclusione hac, exigitur voluntas perfecta habitu, vt in litera probatur.

¶ Ad secūdum autē dicitur, quòd aliud est loqui de scindere, & aliud de bene secare. Nos dicim⁹, quod ad bene secare exigitur perfectio instrumēti & principalis agētis per artem, vt experientia testatur. Iste autem homo declinat ad actum scindendi absolutè, & virtutem motiuam non principalem, qualis est mens respectu artificialium organorum.

¶ Ad tertium demū dicitur, quod ęquiuocat de perfectione & imperfectione actus credēdi. Argumētū enī loquitur de perfectione gradualis secūdū intensum & remissū ī eadem specie, vt album differt à magis albo. Nos autem loquimur de perfectione, qua virtus simpliciter differt à virtute non simpliciter, quæ est alterius rationis, & dicimus, quòd actus fidei, vt est in statu virtutis simpliciter, oportet quòd sit ab vtroque principio perfecto. Et propterea Autor in principio corporis articuli dicit quod quum fides sit virtus, &c. Omniū ergo solutio stat in hoc, quod actus fidei perfectus sic, vt sit actus virtuos⁹ simpliciter exigit perfectionē in intellectu & voluntate, à quibus fit: aliter perfectè virtuosus non est, vt in litera probatur. Cum his tamen stat, vt dictum est, quòd sit actus fidei sine charitate, vt infrà amplius patebit.

¶ In eiusdem Articuli secundi respōsione ad tertium, aduerte primò, quòd quia obiectum fidei est Deus ipse, qui est summū omniū speculabilium propter seipsum, ideo Autor ex ipsa natura obiecti ponit fidem habitum speculatiuum. Et quoniā idē obiectum est etiam ratio summa operum, ideo ex eiusdem obiecti natura habitum fidei extendit ad proximum proportionabiliter, sicut & obiectum ipsum extenditur.

¶ Aduerte secūdo, quod hæc dixit Autor de fide comparando practicum speculatiuo. Altius enim & verius loquendo, dicendum est secundum ipsum, & veritatem, quod fides est habitus altior practico & speculatiuo præhabens eminenter vtrumque, sicut sensus communis respectu sensuum propriorum & propterea vtrumque opus habet. Sed loquendo vt plures, & comparando ad hæc duo, sub speculatiuo comprehenditur. Hanc autem esse mentem Autoris patet, tum ex eo, quod theologica scientia, quæ virtualiter continetur in principiis, quorum est fides, est huiusmodi, vt in primo libro ostensum est: tum ex eo, quòd bona Spiritussancti, quæ ex fide emanant, sunt huiusmodi, vt infra patebit. Esse autem hanc doctrinam secundum veritatem eminentia diuinæ cognitionis, cuius fides est impressio proprij ordinis, manifestat, vt de theologia dictum fuit.

q. 18. ar. tic. 1.
* Incorp. articul.
* cap. 5. * fi. to. 7.
q. li. 3. de anima text. 34. & 46. & 49 tom. 2.
* q. 1. ar. 1. & q. 2. articu. 5. & 7.
p. 2. q. 49 articu. 3. ad 4.
† q. 2. ar. 1. & 2.
* lib. 1. cap. 8. in med. to. 3.
* tex. 49
Infrà q. 23. ar. 8. Et 3. di. 23. qō. 3. ar. 1. q. 2. & d. 27. q. 2 art. 4 q. 3. & veri. q. 14. ar. 5. & veri. q. 2. ar. 4.

ordinetur sicut ad finem ad obiecta illarū virtutū, quib⁹ perficitur voluntas, inter quas est spes, vt infra * patebit: & ideo in diffinitione fidei ponitur obiectū spei.

¶ Ad tertium dicendum quod dilectio potest esse & visorum & non visorum, & præsentium, & absentium, & ideo res diligenda non ita propriè adaptatur fidei, sicut res speranda, cum spes semper sit absentium, & non visorum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd substantia & argumentum, secundum quod in diffinitione fidei ponuntur, non important diuersa genera fidei, neque diuersos actus, sed diuersas habitudines vnius actus ad diuersa obiecta, vt ex dictis patet.

¶ Ad quintum dicendum, quòd argumentum, quod sumitur ex propriis principiis rei, facit rem esse apparentem. Sed argumētū, qđ sumitur ex autoritate diuina, nō facit rē in se esse apparentē & tale argumentū ponitur in diffinitione fidei.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum fides sit in intellectu sicut in subiecto.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod fides non sit in intellectu sicut in subiecto. Dicit enim Augustinus * in libro de prædestinatione sanctorum, quòd fides in credentium voluntate consistit. sed voluntas est alia potentia ab intellectu. ergo fides non est in intellectu sicut in subiecto.

¶ 2 Pręterea, Assēsus fidei ad aliquid credendū prouenit ex voluntate, Deo obediente: tota ergo laus fidei ex obediētia esse videtur. sed obediētia est in volūtate: ergo & fides. Non ergo est in intellectu.

¶ 3 Præterea. Intellectus est vel speculatiuus, vel practicus, sed fides non est in intellectu speculatiuo, cùm nihil dicat de euitabili, & fugiendo, vt dicitur in 3. de * Anima. non est ergo principium operationis. Fides autem est quæ per dilectionem operatur, vt dicitur ad Galat. 5. Similiter etiā nec in intellectu practico, cuius obiectū est verū cōtigēs factibile vel agibile. Obiectū enī fidei est verū æternū, vt ex supra * dictis patet, nō ergo fides est in intellectu sicut in subiecto.

¶ SED CONTRA est quod fidei succedit visio patriæ, secundū illud primæ ad Cor. 13. Videmus nunc per speculū in ęgnigmatē, tūc autē facie ad faciem sed visio est in intellectu. ergo & fides.

¶ RESPONDEO dicendum, quod cùm fides sit quædam virtus: oportet quod actus eius sit perfectus. Ad perfectionem autē actus, qui ex duobus actiuis principiis procedit, requiritur quod vtrumque actiuorū principiorum sit perfectum. Non enim bene potest secari, nisi & secans habeat artem, & serra sit bene disposita ad secandum. Dispositio autem ad bene agendū in illis potentiis animæ quæ se habent ad obiecta, est habitus, vt suprà * dictum est. Et ideo oportet, quod actus procedēs ex duabus talibus potentiis, sit perfectus habitu aliquo præexistente in vtraque potentiarum. Dictum autem † est supra, quod credere est actus intellectus, secundum quod mouetur à voluntate ad assentiendum: procedit autem huiusmodi actus à voluntate & ab intellectu, quorum vtrumque natum est per habitum perfici secundum prædicta: & ideo oportet, quod tam in voluntate sit aliquis habitus, quàm in intellectu si debeat actus fidei esse perfectus, sicut etiam ad hoc quod actus concupiscibilis sit perfectus, oportet quod sit habitus prudentiæ in ratione, & habitus temperantiæ in concupiscibili. Credere autem immediate est actus intellectus, quia obiectum huius actus est verum, quod propriè pertinet ad intellectū. & ideo necesse est, quod fides, quę est proprium principium huius actus, sit in intellectu sicut in subiecto.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod Aug. fidem accipit pro actu fidei, qui dicitur consistere in credentium voluntate: inquātum & ex imperio voluntatis intellectus credibilibus assentit.

¶ Ad secundum dicendum, quod nō solum oportet voluntatē esse prōptam ad obediendū, sed etiā intellectū esse bene dispositum ad sequendū imperium voluntatis, sicut oportet cōcupiscibilē esse bene dispositam ad sequendū imperium rationis: & ideo non solùm oportet esse habitum virtutis in voluntate imperante, sed etiam in intellectu assentiente.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd fides est in intellectu speculatiuo sicut in subiecto, vt manifeste patet ex fidei obiecto. sed quia veritas prima, quę est fidei obiectū, est finis omnium desideriorum & actionum nostrarum, vt patet per Aug. * in primo de Tri. inde est, quod per dilectionem operatur, sicut etiā intellectus speculatiuus extensione fit practicus: vt dicitur in 3. de Anima. *

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum charitas sit forma fidei.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod charitas nō sit forma fidei. Vtrūquodque enim sortitur speciē per suam formam. Eorum ergo, quæ ex opposito diuiduntur, sicut diuersæ species vnius generis, vnum non potest esse forma alterius. Sed fides & charitas diuiduntur ex opposito. 1. ad Corin. 3. sicut diuersæ species virtutis. ergo charitas non potest esse forma fidei.

¶ 2 Præterea, Forma, & id, cui⁹ est forma sūt ī eodē, quia ex his fit vnū simpliciter: sed fides est in intellectu: charitas aūt in voluntate. ergo charitas non est forma fidei.

¶ 3 Præterea, Forma est principiū rei: sed principiū credēdi ex parte volūtatis ma

Super Quæstionis quartæ Articulum tertium.

IN titulo articuli tertij eiusdem q. quartæ, aduerte quòd termini in vnaquaque arte intelligendi sunt secundū subiectā materiā illius artis. Vnde quum in moralibus, de quibus tractatur, vna virtus dicitur forma alterius, non eo modo dicitur, quo in naturalibus forma dicitur informare materiā. Non enim propterea hoc dicitur, aut quæritur, quasi vna virtus sit subiectum alterius, aut actus virtutis vnius sit subiectum actus alterius: sed ad imperium vnius super actu alterius, sermo refertur. Quod enim naturaliter alteri

Universidad de Deusto Biblioteca

gis videtur obediētia, quàm charitas, ſecundū illud ad Roma. 1. Ad obediēdū fidei in omnibus Gētibus. Ergo obediētia magis eſt forma fidei, quàm charitas.

¶ SED CONTRA eſt, quòd vnumquodque operatur per ſuā formā. Fides autem per dilectionem operatur. ergo dilectio charitatis eſt fidei forma.

¶ RESPONDEO dicendum quòd ſicut ex ſuperioribꝰ * patet, actus volūtarij ſpeciē reſpiciūt à fine, qui eſt voluntatis obiectū. id autem à quo aliquid ſpeciem ſortitur: ſe habet ad modum formę in rebus naturalibus. Et ideo cuiuslibet actus voluntarij forma quodammodo eſt finis, ad quem ordinatur: tū quia ex ipſo recipit formā, tū etiā quia modus actionis oportet quòd reſpondeat proportionabiliter fini. Manifeſtū eſt aūt ex prædictis * quòd actus fidei ordinatur ad obiectū voluntatis, quod eſt bonū, ſicut ad finē. hoc autem bonū quod eſt finis fidei, ſcilicet bonum diuinum, eſt propriū obiectū charitatis, & ideo charitas dicitur forma fidei, inquantum per charitatem actus fidei perficitur & formatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd charitas dicitur eſſe forma fidei, inquantum informat actum ipſius. Nihil autem prohibet vnum actū à diuerſis habitibus informari: & ſecundum hoc ad diuerſas ſpecies reduci ordine quodam, vt ſuprà dictum * eſt, cum de actibus humanis in communi ageretur.

¶ Ad ſecundū dicendū, quòd obiectio illa procedit de forma intrinſeca. Sic autē charitas nō eſt forma fidei, ſed prout informat actum eius, vt ſupra * dictum eſt.

¶ Ad tertium dicendum, quod etiā ipſa obedientia & ſimiliter ſpes & quęcūque alia virtus poſſet præcedere actum fidei rationabiliter formatū à charitate, ſicut * infrà patebit: & ideo ipſa charitas ponitur forma fidei.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum fides informis poßit fieri formata vel econuerſo.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd fides informis non fiat formata, nec econuerſo, quia vt dicitur 1. ad Cor. 13. Cùm venerit qđ perfectū eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. ſed fides īformis imperfecta eſt reſpectu formatę. ergo, adueniente fide formata, fides informis excluditur, vt nō ſit vnus habitus numero.

¶ 2 Præterea, Illud quod eſt mortuū, non fit viuum. ſed fides informis eſt mortua: ſecūdum illud Iac. 2. Fides ſine operibus mortua eſt. ergo fides informis non poteſt fieri formata.

¶ 3 Præterea, Gratia Dei adueniēs nō habet minorē affectū in homine fideli, quā infideli: ſed adueniens homini infideli, cauſat in eo habitū fidei. ergo etiā adueniēs fideli, qui habebat prius habitū fidei informis, cauſat in eo aliū habitum fidei.

¶ 4 Præterea, Sicut Boe. dicit. Accidētia alterari nō poſſūt. ſed fides eſt quoddam accidēs. ergo nō poteſt eadē fides quādoque eſſe formata, & quādoque informis.

¶ SED CONTRA eſt quod Iac. 2. ſup illud, Fides ſine operibꝰ mortua eſt, dicit gl. * Quibꝰ reuiuiſcit. ergo fides, quæ erat priꝰ mortua & īformis, fit formata viuēs.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ circa hoc fuerūt diuerſæ opiniones. Quidā enim dixerūt, quòd alius eſt habitus fidei formatæ & informis: ſed adueniente fide formata, tollitur fides informis. Et ſimiliter homine poſt fidē informatā peccāte mortaliter, ſuccedit alius habitꝰ fidei informis à Deo infuſus. ſed hoc nō videtur eſſe cōueniēs, quòd gratia adueniēs homini aliquod Dei donū excludat: neque etiā, ꝙ aliquod Dei donū homini infūdatur propter peccatū mortale. Et ideo alij dixerūt, quod ſūt quidē diuerſi habitus fidei formatę & informis. Sed tamē adueniente fide formata, nō tollitur habitꝰ fidei informis: ſed ſimul manet in eodē cū habitu fidei formatæ. ſed hoc etiam videtur eſſe incōueniēs, quòd habitus fidei īformis in habēte fidē formatā, remaneat ocioſus. Et ideo aliter dicēdū, quod idē eſt habitus fidei formatę & informis. Cuius ratio eſt, quia habitus diuerſificatur ſecūdū illud quod per ſe ad habitum pertinet. Cū autē fides ſit perfectio intellectus, illud per ſe ad fidē pertinet, quod pertinet ad intellectū. Quod aūt pertinet ad volūtatē, nō per ſe pertinet ad fidem: ita quòd per hoc fidei habitus poſsit diuerſificari. Diſtinctio autē fidei formatæ & informis eſt ſecūdū id quod pertinet ad volūtatē, id eſt ſecūdū charitatē. Non autem ſecundum illud quod pertinet ad intellectum. Vnde fides formata & informis non ſunt diuerſi habitus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd verbū Apoſtoli eſt intelligendū quando imperfectio eſt de ratione imperfecti. tūc enim oportet, ꝙ adueniēte perfectione imperfectū excludatur: ſicut adueniēte aperta viſione excluditur fides, de cuius ratione eſt, vt ſit nō apparētium. Sed quādo imperfectio nō eſt de ratione rei imperfectæ, tunc illud numero idē quod erat īperfectū, fit perfectū, ſicut pueritia nō eſt de ratione hominis, & ideo idem numero qui erat puer, fit vir. Informitas autē fidei nō eſt de ratione rei perfectæ, ſed p accidēs ſe habet ad ipſa, vt dictū eſt: vnde ipſamet fides īformis fit formata.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illud quod facit vitā animalis, eſt de ratione ipſius: quia eſt forma eſſētialis eius, ſcilicet anima: & ideo mortuū fieri viuū, nō poteſt, ſed aliud ſpecie eſt, quod eſt mortuū & quod eſt viuum. Sed id quod facit fidem eſſe formatam vel viuam, non eſt de eſſentia fidei, & ideo non eſt ſimile.

¶ Ad tertium dicendū, quòd gratia facit fidem nō ſolū quādo fides de nouo incipit eſſe in homine, ſed etiā quandiu fides durat. Dictum eſt enim ſupra *, quod Deus ſemp operatur iuſtificationem hominis, ſicut ſol ſēper operatur illuminationē aeris. Vnde gratia non minus facit adueniens fideli, quā adueniens infideli: quia in vtroque operatur fidem. In vno quidem confirmando & perficiendo, in alio de nouo creando. Vel poteſt dici, quòd hoc eſt per accidens, ſcilicet propter diſpoſitionem ſubiecti: quòd gratia non cauſat fidem in eo, qui habet, ſicut econtrario ſecūdum peccatū mortale non tollit gratiā ab eo, qui eam amiſit per peccatum mortale præcedens.

Ad quartum dicendum, quod per hoc ꝙ fides formata fit informis, nō mutatur ipſa fides, ſed mutatur ſubiectū fidei quod eſt anima, qđ quādoque quidem habet fidem ſine charitate, quandoque autem cum charitate.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum fides ſit virtus.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd fides non ſit virtus. Virtus enim ordinatur ad bonum. Nam virtus eſt quæ bonum facit habentem: vt dicit Philoſophus in ſecundo Ethic. * ſed fides ordinatur ad verum. ergo fides non eſt virtus.

[Margin: * 1.2.q.1 ar.3. & q.18. artic.6. — ar.1. huius q. & q.2. artic.1. — D. 307. — * 1.2.q. 18 ar.6. & 7. & q.56. articul.2. — * In cor. — * q. 23. articu. — 3. diſ. 23. q.3. arti. 4. Et 4 diſ. 17. q°. 2. ar.1. q.3. cor. Et veri. q.14. art 7. Et ad Ro. 1. le. 6. co. 3. — Glo. interli. — D. 606. — * 1.2. q. 109. ar. 1. & qu. 113. & p.p. q.104. ar. 1. — Prima ſecundæ q. 65. art 4. Et 3. di. 23. 2. ar. 4. q. 1. & q.3. ar.1. q. 2. Et veri. q°. 14 art. 3. & 6.]

imperat, ad finem ipſius imperantis illud dirigit: ac per hoc dupliciter actum imperatum informat, vt in litera dicitur. Primò dando illi finem vnde ſpecificatur: ſecundò dando illi modum, quo conuenienter ad illum finē congruat. Qui enim ſcindit ligna propter domum, aut nauim faciendam, aliam ſpeciem & alium modum ſciſſioni dat, quam qui ſcindit ea ad comburendum. Quia ergo tam finis, quam modus datus ab imperante informat actum imperatum, ideo virtus imperās, forma dicitur virtutis imperatæ. Et iuxta hunc ſenſum quæritur, an fidei forma ſit charitas.

¶ In reſponſione ad ſecundum in eodem articulo, aduerte, quòd ſi comparatio fiat virtutis ad virtutem, aut actum, aut actus ad actum, extrinſeca inueniuntur. quoniam hæc in voluntate, illa ī intellectu. Sed ſi comparatio fiat actus imperati ad modum, quem ab imperante ſuſcipit: ſic inuenitur intrinſeca, eo tamen modo quo modus actionis eſt in ipſa actione, vt modus eius. Et ſimiliter ſi comparatio fiat actus ad ſpecificam denominationem, quam ab extrinſeco obiecto virtutis imperantis habet, intrinſeca inuenitur, eo tamen modo, quo denominatiua relatio ab extrinſeco dici poteſt intrinſeca. Autor autem, quia virtutem virtuti comparat, optimè dicit eam eſſe formam extrinſecam virtutis, & actus eiuſdem.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli, aduerte, quòd quia argumentum non tendebat directè ad impugnandum, quod charitas eſt forma fidei: ſed indirectè hoc modo, quia probabat quod obedientia eſt magis forma fidei, quàm charitas: & ex hoc ſequeretur, quod charitas non eſſet ſimpliciter forma fidei. Ideo Autor ad intentum principale reſpiciens, dicit, quòd quia à charitate non ſolum formatur fides, ſed etiam obedientia, & quæcunque alia virtus præuia fidei: ideo charitas ſimpliciter eſt forma fidei, vt pote forma omnium, quicquid ſit de illarum informatione reſpectu fidei, hoc enim ex 7. huius quæſtionis articulo patet.

¶ Super Quæſtionis quartæ articulum quartum.

IN titulo articu. quarti terminos ex præcedenti articulo declaratos habes. Fides enim formata ſignificat fidem à charitate actam. Fides verò informis ſignificat fidem, quæ eſt in exiſtētibus extra charitatem. Et eſt ſermo de fide vna & eadem numeraliter, an ipſa & fiat de informi formata, quum Chriſtianus pœnitens aſſequitur charitatem, & de formata informis quum exiſtens in charitate labitur in peccatum mortale furti vel homicidij, manens fidelis.

¶ In corpore eiuſdem articuli, dubium occurrit circa illud dictum, Id quod pertinet ad voluntatem, non per ſe pertinet ad fidem. Hoc enim contradicit doctrinæ ſuperius traditæ. Subiectum namque per ſe ipſius fidei per ſe pertinet ad fidem, ita quod variat ipſam, vt patet inductiuè de omnibus per ſe ſubiectis virtutum & habituum. Sed intellectus non abſolutè, ſed motus à voluntate eſt per ſe ſubiectum fidei, vt prædictum eſt: ergo id quod pertinet ad voluntatem, ſcilicet ipſa motio à voluntate, pertinet per ſe ad fidem: ita quòd variat ipſam varietate corruptionis. Si enim ab intellectu auferas ly, motus, à voluntate impoſſibile eſt ꝙ remaneat fides niſi æquiuoce. Ruit ergo ratio literæ ſuper dicta propoſitione fundata.

¶ Ad hoc dicitur: Ad voluntatem aliquid poteſt pertinere dupliciter. Primò ſecundū ſubſtantiam: ſecundò ſecundum perfectionem: Id quod pertinet ad voluntatem ſecundū ipſius voluntatis ſubſtantiam eſt actus eius: & de hoc dictum fuit, quòd per ſe pertinet ad ſubiectum fidei: & concedit, quod variaret fidem, vt arguendo tangitur. Id vero quod pertinet ad perfectionē voluntatis eſt bonitas, laudabilitas, &c. actus. Hoc enim fit per habitum charitatis in propoſito. Et de hoc dicitur hîc, quòd non per ſe ſpectat ad fidem: ita quod ipſam ſecundum ſubſtātiam variet: quamuis quodāmodo pertineat per ſe ad fidem, vt virtus eſt: vt infrà patebit.

¶ Super Quæſtionis quartæ Articulum quintum

IN corpore articuli quinti eiuſdem quæſtionis, dubium duplex occurrit ex Durando in 23. diſtinctio. tertij ſenten. quæſt. 4. articu. 2. arguente primo contra

¶ 2 Præterea, Perfectior eſt virtus infuſa, quàm acquiſita. ſed fides propter ſui imperfectionem non ponitur inter virtutes intellectuales acquiſitas, vt patet per Philoſophum in ſexto Ethic. * ergo multo minus poteſt poni virtus infuſa.

¶ 3 Præterea, Fides formata & informis ſunt eiuſdem ſpeciei, vt dictum eſt. * ſed fides informis non eſt virtus, quia non habet connexionem cum aliis virtutibus. ergo nec fides formata eſt virtus.

¶ 4 Præterea, Gratiæ gratis datæ & fructus diſtinguuntur à virtutibus. ſed fides enumeratur inter gratias gratis datas, primę ad Corint. 12. & ſimiliter inter fructus, ad Galat. 5. ergo fides non eſt virtus.

¶ SED CONTRA eſt quod homo per virtutes iuſtificatur. Nam iuſtitia eſt tota virtus, vt dicitur in quinto Ethic. * Sed per fidem homo iuſtificatur: ſecundum illud ad Roman. 5. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habemus, &c. ergo fides eſt virtus.

¶ RESPONDEO dicendum, quod ſicut ex prædictis patet, * virtus humana eſt, per quam actus humanꝰ redditur bonus. vnde quicunque habitus eſt ſemper principium boni actus, poteſt dici virtus humana. Talis autem habitus eſt fides formata. Cùm enim credere ſit actus intellectus aſſentientis vero, ex imperio voluntatis, ad hoc quod iſte actus ſit perfectus, duo requiruntur: quorum vnum eſt vt infallibiliter intellectus tendat in ſuum bonum, quod eſt verum. Aliud autem eſt, vt infallibiliter ordinetur ad vltimum finem, propter quem voluntas aſſentit vero: & vtrumque inuenitur in actu fidei formatæ. Nam ex ratione ipſius fidei eſt, quòd intellectus ſemper feratur in verum: quia fidei non poteſt ſubeſſe falſum, vt ſuprà habitum eſt. * Ex charitate autem, quæ format fidem, habet anima, quòd infallibiliter voluntas ordinetur in finem bonum: & ideo fides formata eſt virtus. Fides autem informis non eſt virtus, quia etſi habeat perfectionem debitam actus fidei ex parte intellectus, non tamen habet perfectionem debitam ex parte voluntatis. Sicut etiam ſi temperantia eſſet in concupiſcibili, & prudentia non eſſet in rationali, temperantia non eſſet virtus, vt ſuprà dictum eſt. * Sed ad actum temperantiæ requiritur ratio & actus concupiſcentiæ, ſicut ad actum fidei requiritur actus voluntatis, & actus intellectus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipſum verum eſt bonum intellectus, cū ſit eius perfectio: & ideo inquantum per fidem intellectus determinatur ad verum, fides habet ordinem in bonum quoddam: ſed vlterius inquantum fides formatur per charitatē, habet etiam ordinem ad bonum, ſecundum quod eſt voluntatis obiectum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd fides, de qua Philoſophus loquitur, innititur rationi humanæ non ex neceſsitate concludenti, cui poteſt ſubeſſe falſum: & ideò talis fides non eſt virtus. Sed fides de qua loquimur, innititur veritati diuinæ, quæ eſt infallibilis: & ita non poteſt ei ſubeſſe falſum. Et ideo talis fides poteſt eſſe virtus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fides formata & informis non differunt ſpecie, ſicut in diuerſis ſpeciebus exiſtentes: differunt autem ſicut perfectum & imperfectum in eadem ſpecie: vnde fides informis cùm ſit imperfecta, non pertingit ad perfectam rationem virtutis. Nam virtus eſt perfectio quædam, vt dicitur in 7. Phyſicorum.

¶ Ad quartū dicendum ꝙ quidā ponunt, ꝙ fides quæ connumeratur inter gratias gratis datas, eſt fides informis. Sed hoc non cōuenienter dicitur, quia gratię gratis datæ, quæ ibi enumerantur, non ſunt cōmunes omnibus mēbris Eccleſiæ. vnde Apoſtolꝰ ibi dicit, Diuiſiones gratiarum ſunt. Et iterum, Alij datur hoc, alij datur illud. Fides autē informis eſt communis omnibus mēbris Eccleſiæ, quia informitas non eſt de ſubſtantia eius, ſecundum quod eſt donum gratuitum. Vnde dicendum eſt: quod ſumitur ibi pro aliqua fidei excellentia ſicut pro conſtantia fidei, vt dicit * gl. vel pro ſermone fidei. Fides autem ponitur fructus, ſecundum quod habet aliquam delectationem in ſuo actu ratione certitudinis. Vnde ad Gala. 5. vbi enumerantur fructus, exponitur fides de inuiſibilibus certitudo.

[Margin: cap. 6. — cap. 3. — q. 1. ar. 3. — cap. 1. — 1.2. q. 55. ar. 3. & 4. — q. 1. ar. 3. — 1.2. q. 58. artic. 4 & q. 65. ar. 1. — Gloſſ. interli.]

tra hoc ſcilicet, quòd fides eſt virtus. Diſtinguit nanque, quòd virtus dupliciter ſumitur, large pro habitu inclinante in actum bonum: & ſtrictè pro habitu ponente potentiam in vltimo perfectionis debitæ ſuo actui. Sic enim virtus eſt vltimum de potentia: & hoc modo, inquit, fides non eſt virtus, quia non facit euidentem cognitionem, qua natus eſt actus intellectus perfici. Secundum verò eſt ex eodem arguente contra hunc articulum tripliciter, quòd fides non ſit magis virtus cum charitate, quàm ſine charitate. Primo ex actu, quia aſſentire vero ſupernaturali, non eſt perfectius intrinſecè cum charitate, quam ſine charitate, ergo. Antecedens probatur, quia ex charitate nullam perfectionem pertinētem ad cognitionis genus recipit, ſed extrinſecam tantum, puta eſſe meritorium: Conſequentia patet: quia non ex quacunque perfectione actus penſatur virtus, ſed ex intrinſeca illi: alioquin actus opinionis meritorius faceret, quod opinio eſſet virtus. Secundo, & in idem redit, ex habitudine fidei ad charitatem fides non dependet à charitate quo ad habitum, quia eſt prior illa: nec quo ad actum, quia non perficitur intrinſecè ab illa. Ergo non eſt per illam virtus. Tertiò contra exemplum literæ: quia non eſt ſimile de virtute morali & prudentia: quia connexæ ſunt. Fides autem & charitas non ſunt connexæ.

¶ Ad primum dubium dicitur, quod arguens deceptus eſt, non diſtinguendo inter virtutem intellectualem & virtutem. Plus enim exigitur ad virtutem intellectualem, quàm ad virtutem etiam intellectus. Vnde gratis conceditur, quòd fides non eſt virtus intellectualis: quia non facit euidentiam in intellectu ſpeculatiuo, in quo eſt. Cum hoc tamen ſtat, quòd eſt virtus intellectus theologica, ponens intellectum in vltima perfectione, quam natus eſt ſupernaturaliter habere in via: quoniam ex natura ſua determinat infallibiliter intellectum ad verum & bonum ſupernaturale eius obiectum, ac finem, quod eſt vltimum de potentia pro ſtatu iſto. Et propterea, fides, vt in litera dicitur, eſt ſimpliciter virtus, & non largo vocabulo.

¶ Ad euidentiam autem ſecundi dubij ſciendum eſt, quòd quum fides informis non diſtinguatur ſpecie nec numero à formata, non ſic accipienda eſt diſtinctio non virtutis à virtute in ea, ſicut diſtinguitur habitus non virtus, ab habitu, qui eſt virtus, puta opinio à ſcientia: ſed accipienda eſt, ſicut habens ſtatum virtutis diſtinguitur à ſeipſo non habente ſtatum virtutis, ſicut imperfectum diſtinguitur à ſeipſo perfecto. fides nanque ſine charitate non eſt in ſtatu virtutis ſimpliciter: cum charitate autem eſt in ſtatu virtutis. Et hoc ex actu & ſubiecto manifeſtatur. Ex actu quidem: quia actus pendens per ſe à duobus, non eſt perfectus ſimpliciter, niſi vtrumque ſit perfectum, aſſentire autem vero ſupernaturali credendo pendet ex intellectu & voluntate. Ergo non eſt actus ſimpliciter virtuoſus, niſi tam intellectus, quam voluntas perfecta ſit. Ex ſubiecto vero, quia ſubiectum per ſe fidei eſt intellectus motus à voluntate. ergo ſubiectum per ſe fidei perfectæ eſt intellectus motus à voluntate perfecta, vt proportionaliter ſibi reſpondeant perfectio & perfectibile.

¶ Ad primam autem obiectionem Durandi negatur antecedens, & dicitur quòd credere ex charitate eſt perfectior actus intrinſecè, quàm credere non ex charitate. Et quum arguitur, charitas nihil addit pertinens ad genus cognitionis, reſpondetur, quòd hoc eſt verum, ſed non probat probandum, quia credere non ſignificat actum intellectus abſolutè, ſed vt moti à voluntate. Et propterea licet credere prout ſpectat ad intellectum, non ſit perfectius ſimpliciter, tamen eſt perfectius non per accidens, vt actus opinionis in habente charitatem, ſed per ſe, quia eſt actus per ſe pendens à voluntate. Et licet charitas & eius actus extra fidem & eius actum ſint: id tamen quod actus fidei ab actu charitatis habet, non eſt extrinſecum ab ipſo: ſed conſtituit ipſum in eſſe virtuoſi actus. Et ſimiliter id quod ſubiectum fidei, ſcilicet intellectus motus à voluntate, habet à charitate, non eſt extra ſubiectum fidei: ſed conſtituit ipſum in ſtatu ſubiecti virtutis ſimpliciter. Nec eſt ſimile de opinione & eius actu: quia bonum conſurgit ex cauſa integra: opinio autem non eſt infallibiliter ad verum, vt ſolus ſtatus virtutis eius deſit. Et per hoc patet reſponſio ad ſecundum, quia fidem quo ad actum intrinſece non dependere à charitate, poteſt dupliciter intelligi. Primò abſolute: & ſic eſt verum. Secundò in eſſe perfecto: & ſic eſt falſum. Quemadmodum enim actus temperantiæ quo ad eſſe perfectum intrinſecè dependet à prudentia: quia eſt actus concupiſcibilis, vt ſubeſt rationi: ita actus fidei quo ad eſſe perfectum ſimpliciter dependet à charitate: quia eſt actus intellectus, vt ſubeſt voluntati. Et nihil facit ad hoc mutua connexio, quam obiicit Durandus. Dependentia in cauſa eſt, non connexio. Per accidens enim connexio ad propoſitum concurrit. Cum his tamen tenet, quod fides informis eſt virtus ſecundum quid: quia eſt ſemper principium actus boni infra latitudinem intellectus: quia non eſt niſi veri. Quia tamen non eſt euidentis, ideo non eſt virtus intellectualis, ſed theologica ſecundùm quid: formata autem ſimpliciter, vt dictum eſt.

¶ In eodem quinto articulo in corpore & reſponſione ad ſecundum argumentum, dubium occurrit ex Scoto in tertio ſententiarum diſtinctione decimatertia volente, quod fides infuſa non magis inclinatur ex parte habitus in non decipi quam fides acquiſita: quia non decipi non ſe tenet ex parte habitus, nec ex parte aſſenſus quem facit, ſed ex parte obiecti, ſecundum quod obiectum, cui aſſentit, verè vel facile præſentatur habitui inclinanti, ſicut habitus principiorum inclinat ex parte ſui naturaliter in verum. Et ſi ſit deceptio, hoc eſt ex obiectis falſo occurrentibus & præſentatis intellectui. Sed in propoſito vterque habitus inclinat naturaliter, & per modum naturæ præbet aſſenſum, ergo fides infuſa non magis inclinatur ex parte habitus in non decipi, quàm acquiſita.

¶ Ad hoc non niſi cum admiratione iſtius viri, reſpondeo, quòd liquido patet. Non decipi, tenere ſe ex parte habitus ex ipſa differentia inter habitus intellectuales, qui ſunt virtutes, & illos, qui non ſunt virtutes. Illi enim quantum eſt ex ſe, inclinant tantum in verum: quia ad cognoſcendum eſſe, quod eſt, & non eſſe quod non eſt: nec poſſunt inclinare ad actum oppoſitum: iſti autem ad vtrumque ſe habent, & ideo non ſunt virtutes. Vnde oppoſitum eſt eius quod arguens fingit: quia cognitio & aſſenſio vera, ex meritis habitus eſt, ex propria natura ad actum talem inclinantis. Et ſi contingat decipi, ex habitu illo non prouenit, nec ex obiecto præſentato ſufficienter, quum poſſit intellectus vti habitu virtutis, & non adhærere falſæ præſentationi. Falſum enim obiectiue non habet vim coactiuam intellectus ad ſe, ſicut habet verum, quando eſt euidens. Fides ergo infuſa inclinat ad verum ſupernaturale indeceptibiliter: quia ſecundum ipſam aſſentiendo, non poſſumus falli, nec in tam trito itinere errare, cum hæc & à lippis & tonſoribus (quod dici ſolet) cognoſci poſſint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum sextum.*

3. dis 23. q 2. artic. 4 q 2. Et 4. dist. 1. q. 2. artic. 2. q. 5. cor. Et veri q. 14. art 2. ad 1. Et Ro. 5. le. 5. fin. & le. 6 co2. Et secun. de Cor. 4. cor. 1. fi. *Cap. 19. q. 3. * q. 5. artic. 1.

IN titulo artic. sexti est sermo de vnitate per se & simpliciter habitus, quæ est vnitas speciei specialissimæ. Vnitas enim generica est secundum quid, & vnitas numeralis est per accidens, hoc est per aliud, s. per subiectum.

¶ In corpore articuli dubium ex Scoto in viæsimaquinta distinctione, tertij sententiarum occurrit, arguente contra hoc, scilicet quod fides infusa habet vnitatem ex obiecto primo, scilicet Deo. Primo, quia Deus non mouet in ratione obiecti ad cognitionem omnium creditibilium. Secundo, quia in Deo vt obiecto non concipiuntur omnia credibilia, vt ex illo deduci possunt, licet contineat omnia, vt causa effectiua omnium.

¶ Ad hæc facilè respondetur, & dicitur, quòd Deus mouet obiectiuè ad credendum omnia credibilia: & similiter in ipso, vt obiecto concipiuntur omnia credibilia: iuxta illud, Creditis in Deum, & in me credite: & quoniam omnia credita reducuntur ad Deum creditum, & ipse Deus, vt creditus mouet ad credendum reliqua vt aliquid sui: vt ex primo articulo patet. Nec exigitur ad obiectum dans vnitatem fidei, sic continere omnia, vt ex illo possint deduci omnia: quoniam fides non est habitus deductiuus, sicut scientia, sed creditiuus. Vnde non solum Deus, vt efficiens continet omnia, quæ sunt fidei, & fidei habitum, sed obiectiuè sumptus. Sic enim significatur per Iy, Creditus.

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum septimum.*

Q. 1. ar. 1.

IN titulo articuli septimi, Iy, inter virtutes, importat virtutes theologales & morales tantum, de quibus tractatur. De intellectualibus enim vt scientia & arte non est quæstio.

¶ In corpore articuli dubium occurrit de titulo iuncto corpori articuli: quoniam aut est sermo de virtutibus moralibus, vt Christiani sunt, aut hominis sunt. Si de virtutibus Christianis, frustra secunda pars articuli de præcedentibus fidem, quæ constituit Christianum, adiungitur. Si de humanis, constat quòd iustitia & temperantia, &c. priores fide directe esse possunt, vt patet.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sermo præsentis articuli est de virtutibus simpliciter, vt scilicet sunt

* 1. 2. q. 103. artic. 4. & q. 161. ar. 1 ad 1. Prima se unde, q. 6. artic. 4 & 3. dist. 23. qu. 2. artic. 5. Et ver. q. 14. ar. 2. cor. eo. 2. prin. & ad 1. & 2. & artic. 3. ad 4.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum fides sit vna virtus.*

AD SEXTVM sic procedit. Videtur quòd non sit vna fides. Sicut enim fides est donum Dei, vt dicitur ad Ephes. quinto, ita etiam sapientia & scientia inter dona Dei computantur, vt patet Isa. vndecimo. Sed sapientia & scientia differunt per hoc, quòd sapientia est de æternis, scientia verò de temporalibus: vt patet per Augu. 13. de Trinit. * cùm ergo fides sit de æternis, & de quibusdam temporalibus, videtur quòd non sit vna fides sed distinguantur in partes.

¶ 2 Præterea, Confessio est actus fidei, vt suprà dictum est. * sed non est vna & eadem confessio fidei apud omnes. Nam quod nos confitemur factum, antiqui Patres confitebantur futurum, vt patet Isaiæ 7. Ecce virgo concipiet. ergo non est vna fides.

¶ 3 Præterea, Fides est communis omnibus fidelibus Christi. * sed vnum accidēs non potest esse in diuersis subiectis. ergo non potest esse vna fides omnium.

¶ SED CONTRA est quod Apostolus dicit ad Ephes. 4. vnus Dominus, vna fides.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd fides si sumatur pro habitu, dupliciter potest considerari. vno modo ex parte obiecti, & sic est vna fides. Obiectū enim formale fidei est veritas prima, cui etiam inhærendo credimus quæcunque sub fide continentur. Alio modo ex parte subiecti: & sic fides diuersificatur, secundum quod est diuersorum. Manifestum est autem, quòd fides sicut & quilibet alius habitus ex formali ratione obiecti habet speciem, sed ex subiecto indiuiduatur: & ideo si fides sumatur pro habitu, quo credimus, sic fides est vna specie, & differens numero in diuersis. Si verò sumatur pro eo quod creditur, sic etiam est vna fides: quia idem est quod ab omnibus creditur etsi sint diuersa credibilia, quæ communiter omnes credunt, tamen omnia reducuntur ad vnum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod rēporalia, quæ in fide proponūtur, non pertinent ad obiectum fidei, nisi in ordine ad aliquod æternum, quod est veritas prima: sicut suprà dictū est. * Et ideo fides vna est de temporalibus & æternis. Secus autē est de sapientia & scientia, quę considerant temporalia & æterna secundum proprias rationes vtrorumque.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa differentia præteriti & futuri non contingit ex aliqua diuersitate rei creditæ, sed ex diuersa habitudine credentium ad vnam rem creditam, vt etiam suprà habitum est. *

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa ratio procedit ex diuersitate fidei secundum numerum.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum fides sit prima inter virtutes.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd fides non sit prima inter virtutes. Dicitur enim Luc. 9. in glos. super illud, Dico vobis amicis meis, quod fortitudo est fidei fundamentum, sed fundamentum est prius eo, cuius est fundamentum. ergo fides non est prima virtus.

¶ 2 Præterea, Quædam gloss. dicit super illum psalmum, Noli æmulari, quòd spes introducit ad fidem, spes autem est virtus quædam, vt infrà dicetur, * ergo fides non est prima virtutum.

¶ 3 Præterea, Suprà * dictum est, quòd intellectus credentis inclinatur ad assentiendum his, quæ sunt fidei ex obedientia ad Deum. sed obedientia est etiam quædam virtus: non ergo fides est prima virtus.

¶ 4 Præterea, Fides informis non est fundamentum, sed fides formata, sicut in ‡ glos. dicitur primæ ad Corinth. 13. Formatur autem fides per charitatem, vt suprà dictum * est. ergo fides à charitate habet, quòd sit fundamentum. Charitas ergo est maius fundamentum, quàm fides: nam fundamentum est prima pars ædificij: & ita videtur quòd sit prior fide.

¶ 5 Præterea, Secūdum ordinem actuum intelligitur ordo habituum, sed in actu fidei actus voluntatis, quem perficit charitas, præcedit actum intellectus, quem perficit fides, sicut causa, quæ præcedit effectum: ergo charitas præcedit fidem, non ergo fides est prima virtutum.

¶ SED CONTRA est quòd Apostolus dicit ad Heb. 11. q fides est substantia sperandarum rerum. sed substantia habet rationem primi. ergo fides est prima inter virtutes.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd aliquid potest esse prius altero dupliciter. Vno modo per se: alio modo per accidens. Per se quidem inter omnes virtutes prima est fides. cùm enim in agibilibus finis sit principium, vt suprà dictum * est, necesse est virtutes theologicas, quarum obiectum est vltimus finis, esse priores cæteris virtutibus: Ipse autem vltimus finis oportet quòd prius sit in intellectu quàm in voluntate: quia voluntas non fertur in aliquid, nisi prout est in intellectu apprehensum. Vnde cùm vltimus finis sit quidem in voluntate per spem & charitatem, in intellectu autem per fidem, necesse est, quod fides sit prima inter omnes virtutes, quia naturalis cognitio non potest attingere ad Deum, secundum quod est obiectum beatitudinis, prout tendit in ipsum spes & charitas. Sed per accidens potest aliqua virtus esse prior fide. Causa enim per accidens est per accidens prior. Remouere autem prohibens pertinet ad causam per accidens, vt patet per Philosophum in 8. Physi. * & secundum hoc aliquæ virtutes possunt dici per accidens priores fide, inquantum remouent impedimenta credendi: sicut fortitudo, remouet inordinatum timorem impedientem fidem: humilitas [d] autem superbiam, per quam intellectus recusat se submittere veritati fidei. Et idem potest dici de aliquibus aliis virtutibus, quamuis non sint veræ virtutes, nisi præsupposita fide, vt habetur per Aug. in lib. contra Iulianum. Vnde patet responsio ad primum.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd spes non potest vniuersaliter introducere ad fidem. Non enim potest spes haberi de æterna beatitudine, nisi credatur possibile, quia impossibile non cadit sub spe, vt ex suprà dictis * patet. sed ex spe aliquis introduci potest ad hoc, quòd perseueret in fide, vel quòd fidei firmiter adhæreat: & secundum hoc dicitur spes introducere ad fidem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd obedientia dupliciter dicitur. Quandoque enim importat inclinationem voluntatis ad implendum diuina mandata: & sic non est specialis virtus, sed generaliter includitur in omni virtute. quia omnes actus virtutum cadunt sub præceptis legis diuinæ, vt suprà dictum * est: & hoc modo ad fidem requiritur obedientia. Alio modo potest accipi obedientia, secundum quòd importat inclinationem, quantùm ad implendum mandata, secundum quod habent rationem debiti: & sic obedientia est specialis virtus & pars iustitiæ. Reddit enim superiori debitum, obediendo sibi. Et hoc modo obedientia sequitur fidem, per quam manifestatur homini, quòd Deus sit superior, cui debeat obedire.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ad rationem fundamenti, non solùm requiritur, quod sit primum, sed etiā, quòd sit aliis partibus ædificij cōnexum. Non enim esset fundamentum, nisi ei aliæ partes ædificij cohærerent. Connexio autem spiritualis ædificij est per charitatem, secundum illud Coloss. 3. Super omnia charitatem habentes, quæ est vinculum perfectionis. & ideo fides sine charitate fundamentum esse non potest: nec tamen oportet quòd charitas sit prior fide.

¶ Ad

dispositiones perfecti ad optimum simpliciter id est Deum. vt obiectum beatitudinis patriæ cælestis, & non vt virtutes in genere: quemadmodum in præcedenti libro dictum est. Et inter virtutes simpliciter oportuit distinguere, vt in litera fit, quòd per se fides est prior cæteris. Per accidens autem aliquæ earum imperfectæ, tamē rationem virtutis habentes, vt aliqualiter disponunt ad optimum simpliciter, præcedunt vt remouentes prohibens. Et sic nihil superfluit: & theologicus sermo de virtutibus formaliis inuenitur.

¶ *Super*

Q. 17. artic. 1. Q. 2 artic. 1. & artic. 2. huius q. ad 2. Aug. de fide & operib. c. 10. 10. 4. * ar. 3 huius quæst.

1. 2. q. 32. ar. 4. ad 1. & q. 13. art. 2.

Tex. 32.

d. 601.

Li. 4. cap. 3. co. 7.

1. 2. q. 40. art. 5.

1. 2. q. 100. ar. 2.

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum octauum.*

IN articulo octauo dubium occurrit ex Durando, in tertio sententiarum distinctione vicesimatertia, quæstione quarta, arguente directe contra distinctionem in litera factam de certitudine secundum se, & quo ad nos applicatam ad propositū, quòd fides est certior secundum se intellectu, sapientia, & scientia.

Hæc autem sunt certiora quo ad nos. Contrà, inquit, primo: quia distinctio ista habet locum in obiectis, vt patet secundo Metaphysicæ, non autem in habitibus, & actibus, ergo. Assumptum probatur quo ad secundam partem: quia habitus est dispositio habentis, & actus est perfectio eius in ordine ad obiectum: non est ergo certior habitus. aut actus, nisi per quem obiectum fit certius habenti: quamuis possit dici nobilior ex solo obiecto. probatur hæc sequela, quia certitudo actus vel habitus penes modum, quē ponit circa habentem, attenditur non penes obiectum, vt patet ex procemio de anima, vbi certitudo distinguitur contra nobilitatem obiecti. Alioquin coincideret, & omnis scientia nobilior esset certior.

¶ Præterea, Certius est quod est dubio impermixtius. Sed scientia, vere, &c. est dubio impermixtior. ergo.

¶ Præterea, Scientia beatorum certior est fide nostra: sed non ex parte obiecti, qua idem est, ergo ex parte modi, quo intellectus attingit Deum: ergo certius est scire Deum, quàm credere Deum. quod est contra literam.

¶ Ad hæc dicitur, quòd iste bonus homo noluit intelligere rationes terminorum in litera positas: & propterea errans in fundamento, ruit ex toto. Certitudinem nanque secundum se non diffiniuit Autor penes obiectum, sed penes causam. Et bene dixit: quia commune est omni certiori secundum se ex sua causa esse certius. Separata nanque à sua materia ex sua causa formali, vel quasi causa formali certissima dicuntur secundum se. Habitus autem, & actus certitudinem habent ex suis causis. Et, vt in litera patet, non ex certitudine obiectiua fides certior secū dum se dicitur, sed ex certitudine medij, quod causat fidem, & actus eius. Vnde ad primum argumentum dicitur, quod hęc distinctio non solum in obiectis, sed in habitibus, & actibus locum habet. Et ad probationem in contrarū dicitur quòd certitudo habitus, & actus attenditur quandoque penes obiectum vt patet in litera ex hoc, quòd ars, & prudentia quæ sunt circa possibile aliter se habere, sunt minus certæ scientia & intellectu, habitibus circa necessaria, quandoque autem attenditur penes causam, & non oportet, quod attenderur semper penes modum cognitionis, quem de facto habet cognoscens. Penes modum siquidem istum attenditur certitudo quo ad nos. Vnde fides infusa ex meritis proprij medij, scilicet veritatis diuinæ nata est certificare magis quàm lumen naturale. Sed propter excellentiam credibilium nos non ita certificamur. Per habitum ergo, vel actum certiorem fit obiectum certius eo modo, quo habitus, vel actus est certior. Si secundum se, fit secundum se certius, si quo ad nos, fit quo ad nos certior.

¶ Ad secundum vero quod Autor contra se primo loco hic facit, patet ex ipso eodem responsio, quod certius secundum se, est secundum se dubio impermixtius: & certius quoad nos impmixtius: cū his tamen stat quòd certius secundum se sit permixtius dubio quo ad nos, vt in proposito accidit.

¶ Ad tertium conceditur, quod scire Deum certius est, quam credere Deum, cæteris paribus. Sed in proposito non sunt cætera paria: quia scire Deum est ex lumine naturali: credere autem Deum est ex veritate diuina, vt propio mēdio, propterea credere Deum est certius secundum se, quàm scire Deum per Metaphysicales demonstrationes. In patria autem constat, quod scire Deū est per essentiam diuinam immediatè: & propterea est certissimum secundum se, & quo ad nos.

¶ *Super Quæstionis quintæ Articulum primum.*

IN primo articulo quintæ quæstionis dubium ex Durando in vicesimatertia distinctione, tertij sententiarum occurrit: quasi probante, quòd in angelis cum gratia viæ non fuerit fides. Quia reuelatio facta angelo à Deo immediate de Trinitatis mysterio, excludebat rationē fidei, quod probatur sic: Angelus sciebat scientia excludente fidem Deum non posse mentiri, & sciebat notitia excludente fidem Deum sibi reuelasse mysterium Trinitatis, ergo angelus sciebat scientia excludente fidem, mysterium Trinitatis: & similе est de aliis reuelatis spectantibus ad fidem, ergo non habuit fidem, quamuis habueret

Lib. 14. de trin. 1.

5. distin. 23 q. 2. art. 2 q 3. Et 3. contra cap. 15 4. col. 1. fi & co 3. fi Et ver. q. 10. art. 12. ad. 15. Et Ioan. 4. lect. 5. fin.

Q. 57. art. 2. ad. 3. Lib. 6. 3. 6 & 7. 10. 5.

Supra q. 2. artic. 7. cor. Et 3. q. 1. art. 3. ad. 5.

Lib. 1. c. 8 tom. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

mus homo in statu innocentiæ videtur habuisse oculum contemplationis apertum. Dicit enim* Hugo de sancto Victore, in suis sententiis, quod nouit homo in primo statu Creatorẽ suum nō ea cognitione, qua foris auditu solo percipitur. sed ea, quę intus p inspirationẽ ministratur, non ea, qua Deus modo à credentib⁹ absens fide quæritur: sed ea, qua p sententiam contemplationis manifestius cernebatur. ergo homo, vel angelus in statu primæ conditionis fidem non habuit.

Lib. 1. de Sacram. parte. 6. c. 14.

¶ 2 Præterea, Cognitio fidei est ænigmatica, & obscura, secundũ illud primæ ad Corinthios decimotertio capite, Nũc videmus p speculũ in ænigmate. Sed in statu primæ conditionis nō fuit aliqua obscuritas, neq; in homine, neq; in angelo: quia tenebrositas est pœna peccati, ergo fides in statu primæ cōditionis esse non potuit, neq; in homine neq; in angelo.

¶ 3 Præterea, Apostolus dicit ad Romanos decimo capite, ꝙ fides est ex auditu, auditus autẽ per verbũ Dei. Sed hoc locum non habuit in primo statu angelicæ cōditionis, aut humanæ. Non enim erat ibi auditus ab alio. ergo fides in statu illo non erat neque in homine, neque in angelo.

¶ SED CONTRA, est quod Apostolus dicit ad Hebræos vndecimo capite, Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Sed angelus, & homo in sui prima conditione erant in statu accedendi ad eum. ergo fide indigebant.

¶ RESPONDEO dicendũ, quod quidam dicunt, ꝙ in angelis ante confirmationem, & lapsum, & in homine ante peccatum, non fuit fides propter manifestam contemplationem, quę tunc erat de rebus diuinis. Sed cum fides sit argumentum non apparentium, secundum Apostolum, & per fidem credantur ea, quæ non videntur, vt * Augustinus dicit, illa sola manifestatio excludit fidei rationẽ, per quam creditur apparẽs, vel visum id, de quo principaliter est fides. Principale autem obiectum fidei est veritas prima, cuius visio beatos facit, & fidei succedit, cum ergo angelus ante cōfirmationem, & homo ante peccatum d non habuerit illam beatitudinem qua Deus per essentiam videtur, manifestum est quod non habuit sic manifestã cognitionem, quòd excluderetur ratio fidei. Vnde quod non habuit fidem, hoc esse non potuit, nisi quod penitus ei erat ignotum id de quo est fides. Et si homo, & angelus fuerunt creati in puris naturalibus, vt quidã dicunt, forte posset teneri, quòd fides non fuerit in angelo ante confirmationem, nec in homine ante peccatum. Cognitio enim fidei est supra naturalem cognitionem de Deo, non solum hominis, sed etiam angeli. Sed quia in primo iam * diximus, quòd homo & angelus creati sunt cum dono gratiæ, ideo necesse est dicere, quòd per gratiam acceptam, & nondum consummatam fuerit in eis inchoatio quædam speratæ beatitudinis, quæ quidem inchoatur in voluntate per spem, & charitatem, sed in intellectu per fidem, vt suprà * dictum est. Et ideo necesse est dicere, quòd angelus ante confirmationem habuit fidem, & similiter homo d ante peccatum. Sed tamen considerandum est, quòd in obiecto fidei, est aliquid quasi formale, scilicet veritas prima super omnem naturalem cognitionem creaturæ existens, & aliquid materiale; sicut id, cui assentimus inhærendo primæ veritati: Quantum ergo ad ad primum horum communiter fides est in omnibus habentibus cognitionem de Deo, futura beatitudine nondum adepta, inhærendo primæ veritati. Sed quantum ad ea, quæ materialiter credenda proponuntur, quędam sunt credita ab vno, quæ sunt manifeste scita ab alio, etiam in statu præsenti, vt suprà * dictum est. Et secundum hoc etiam potest dici, quòd angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum quædam de diuinis mysteriis manifesta cognitione cognouerunt, quę nunc non possimus cognoscere, nisi credendo.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd quamuis dicta Hugonis de sancto Victore magistralia sint, & robur autoritatis habeant, tamen potest dici, quod contemplatio, quæ tollit necessitatem fidei, est contemplatio patriæ, qua supernaturalis veritas per essentiam videtur. Hanc autem contemplationem non habuit angelus ante confirmationem, nec homo ante peccatum: sed eorum contemplatio erat altior, quàm nostra, per quam magis de propinquo accedentes ad Deum plura manifeste cognoscere poterant de diuinis effectibus & mysteriis, quàm nos possumus. Vnde non inerat eis fides, qua ita quęreretur Deus absens, sicut à nobis quęritur. Erat enim eis magis præsens per lumen sapientiæ, quàm sit nobis: licet nec eis esset ita præsens: sicut est beatis per lumen gloriæ.

¶ Ad secundum dicendum, quod in statu primæ cōditionis hominis, vel angeli nō

haberet gratiam: sed habebat certitudinem de his, quæ sunt fidei. Assumptũ pro secunda parte probatur ex hoc, quòd audiebat Deum inspirantem, & cũ sit pure intellectualis naturæ, videbat quòd nullus alius angelus neque proprius intellectus, qui loquebatur, sed Deus ipse, sicut etiam sciebat se esse in gratia, videns in essentia sua illam qualitatem creatam à Deo, & in voluntate charitatem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd credibilia possunt considerari dupliciter. Primo in speciali. Et sic impossibile est, vt sint simul ab eodem scita, & credita. Alio modo in communi ratione credibilis, & sicut in articulo quarto primæ quæstionis Autor dixit, possunt esse scita & credita: scita quidem in communi, credita autem in speciali: sic autem est in proposito, quoniam angelus ex reuelatione sibi à Deo facta de mysterio Trinitatis, non scit Deum esse trinum & vnum: quoniam hoc neque per propriam rationem naturæ diuinæ, neque per effectum scit. sed scit Deum, qui non potest mentiri, sibi hoc attestari, quod est scire attestata à Deo esse credibilia: & non solum esse credibilia, sed etiam esse vera, vt attestata: quod est scire ea, quæ sunt fidei secundum cōmunem rationem attestatorum, à Deo esse vera. Hoc autem non excludit fidei rationem: quoniam cum scientifica notitia horum induunt rationem credibilis, & attestati, stat fides eorumdem secundũ proprias rationes. Et hoc est, quod indubie ex doctrina Autoris tenendum est.

¶ Et si contra hoc instetur, quia fides est argumentum non apparentium, & consequenter quocunque modo aliqua appareant, ita quod euidentiam habeat de veritate aliquorum excluditur ratio fidei. Sed intellectus angeli in gratia cognoscit ita euidenter, quòd non potest aliter se habere vera esse enuntiata à Deo sibi. ergo non credit.

Trac. 40. in Ioan. à medio tom. 9. & lib. 2. q. Euangel. q. 39. in pri. to. 4.
D. 60.

¶ Respondendum est, vt prius, quòd habere euidentiam de veritate aliquorum contingit dupliciter. Primo, quod videat, seu sciat ipsa enũtiata in seipsis esse vera: & sic excludit rationem fidei, sed non est sic in proposito. Secũdo, quod videat seu sciat in testificante illa esse vera: & sic non excludit fidem. Et ita est in proposito.

¶ Sed contra hoc instatur, Quia cum dicis ad exclusionem fidei requiri, quòd enuntiata sciantur, vel videantur in seipsis, seu secundum proprias rationes, hoc potest intelligi dupliciter. Primo vt ly, in seipsis, denotet medium: secundo, vt denotet terminum. Si denotat medium, falsissimum est. Nam videns enuntiata aliqua in alio, puta in diuina essentia tanquam medio & obiecto primario, non credit amplius illa: non ergo exigitur ad exclusionem fidei: quod propriè rationes cognitorum sint media cognitionis. Si secundo modo, verum est, quod exigitur ipsum enuntiatum terminare certitudinalem euidentiam. Sed falsum est, quòd hoc in proposito non inueniatur. Nam angeli cognitio euidens non solum terminatur ad Deum testificantem, sed ad enuntiata testificata. Scit enim ex illa reuelatione in diuinis esse Patrem & Filium & Spiritum sanctum, licet ignoret quid sit. Et breuiter habet euidẽtiam de quęstione, An est, seu, Quia est: licet ignoret Quid, seu Propter quid.

¶ Ad hoc dicendum est, quòd ly, in seipsis, seu propriis rationibus denotat terminum non cognitionis absolutæ sed vt euidentis: ita quòd denotat terminum euidentiæ. Oportet enim ad hoc, quòd aliquod enuntiatum sit alicui euidens, quòd sit euidentia terminorum ad connexionem illorum terminorum absolute sumptorum. Verbi gratia, Ad hoc quòd hoc enuntiatum Deus est trinus personaliter, sit alicui euidens siue per scientiam, siue per visionem, quòd proposito hoc enũtiato intellectui, intellectus videat connexionem prædicati cum subiecto. Ad hoc enim terminatur tam scientia, quàm intellectus quàm visio. Et hoc appellamus scire, vel videre ea, quæ sunt fidei in seipsis, seu secundum proprias rationes. Constat autem, quòd angeli euidentia non assequitur hoc, licet enim angeli cognitio in hoc excedat nostrã in proposito, quod nos habemus fidem, & de reuelatis, & de medio, scilicet & veritate prima, vt reuelante, quia vtrunque credimus, vt patet ex supradictis, angelus autem de Deo, vt reuelante non habet fidem, sed scientiam. De reuelantis tamen primariis saltem, vt Trinitate, & beatitudine supernaturali fidem habebat. Euidentia enim suæ cognitionis terminabatur ad Deum, vt reuelãtem, & nō vltra procedebat, nisi ad eius correlatiuũ, scilicet enuntiata, vt reuelata, vt prædictum est. Ex hoc enim non videbat Deum esse trinũ, nec beatitudinem supernaturalem esse, sed credebat, quia Deus, qui non potest mentiri, ita dicebat sibi. Coniunctio autem intellectus ex euidentia testis veri non perducebat ad visionẽ attestatorum sed ad credendum vellet nollet illa. Vnde de dæmonibus ex euidentia testimoniorum infallibilium cognoscentibus fidẽ Christianam esse veram, scriptum est quòd credunt, & contremiscunt. Est ergo coactio intellectus ad fidem, non quæ est virtus, sed acquisitam. Angeli siquidem boni voluntarie adhæserunt veritati: quam mali, nolentes subesse præceptori tradenti occulta, absque eorum euidentia, superbo oculo contempserunt, quasi indignum esset, vt in tali subiectione haberentur. Et sic manifestum est, quòd euidentia de Deo vt reuelante, non excludit rationem fidei: ac p hoc tam Angeli, quàm Apostoli, vel quicunque, euidenter cognouerunt Deum esse reuelatorẽ eorum, quæ sunt fidei, & non posse mentiri, non propterea sine fide fuerunt, quia remansit fides respectu primi obiecti, quod est Deus trinus, & beans supernaturaliter. Nec ex his putes me non aduertisse ad verba literæ dicentis, quòd respectu formalis in obiecto fidei, fides est in angelis & in omnibus sed quantum ad materiale est differentia. Aduerte, quòd autor in his verbis non vtitur veritate prima, vt reuelante: ita quòd vt sic oportet ipsam ab omnibus habentibus fidem esse creditam, sed vtitur ea, vt reuelata, & inter reuelata esse quasi formale. Et ad insinuandum hoc non dixit, quòd illud formale est veritas prima: sed dixit, quòd est veritas prima super omnem naturalem cognitionem creaturæ existens, quasi diceret, quòd Deus secundum eam rationem qua omnem naturalem cognitionem creaturæ excellit, puta vt trinus, vt beans supernaturaliter, &c. est quasi formale in obiecto fidei, quod oportet ab omnibus credi habentibus fidem. Quantum vero ad aliqua mysteria differentia est. Et inter hæc mysteria vnum est, ipsum Deum esse eorum, quæ sunt fidei, reuelatorem.

1.2.q.62. arti.3. & q.95.art.1.
q.4.art.7.
D.73.
q.1.art.5. & q.2. artic.4. ad.2.

¶ Super

erat obscuritas culpæ vel pœnæ: inerat tamẽ intellectui hominis, & angeli quędam obscuritas naturalis secũdum quod omnis creatura tenebra est comparata immensitati diuini luminis, & talis obscuritas sufficit ad fidei rationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in statu primæ conditionis non erat auditus ab homine exterius loquente: sed à Deo interius inspirãte: sicut & prophetæ audiebant: secundum aliud Psal. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in dæmonibus sit fides.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ in dęmonibus non sit fides. Dicit enim Augustinus in libro de Prædestinatione sanctorum, * ꝙ fides cōsistit in credentiũ voluntate, hæc autẽ voluntas bona est, qua q̃s vult credere Deo: cùm ergo in dæmonibus non sit aliqua voluntas deliberata bona, vt in primo * dictũ est, videtur ꝙ in dæmonibus nō sit fides.

¶ 2 Prętereà, Fides est quoddã donũ diuinæ gratię, secundũ illud Ephes. 2. Gratia estis saluati p fidem: donũ enim Dei est. Sed dæmones dona gratuita amiserũt per peccatũ, vt dicitur in glo. sup illud Osee 3. ipsi respiciũt ad deos alienos, & diligũt vinacia vuarũ. ergo fides in dęmonibus post peccatum non remansit.

¶ 3 Præterea, Infidelitas videtur esse grauius peccatum inter peccata, vt patet per * Augustinum super illud Ioan. 15. Si non venissem & locutus eis nō fuissem, peccatũ non haberẽt: nunc aũt excusationẽ nō habent de peccato suo. Sed in quibusdã hominibus est peccatũ infidelitatis. si ergo fides esset in dæmonibus, aliquorum hominum peccatum esset grauius peccato dæmonum: quod videtur esse incōueniens, non ergo fides est in dæmonibus.

SED CONTRA est quod dicitur Iacobi secundo, Dæmones credunt, & contremiscunt.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut supra * dictũ est, intellectus credentis assentit rei creditæ: non quia ipsam videat vel secundum se, vel per resolutionem ad prima principia per se visa, sed quia conuincitur per autoritatem diuinam assentire his, quæ non videt, & propter imperium voluntatis mouẽtis intellectum, & obedientis Deo. Quòd autem voluntas moueat intellectum ad assentiendum, potest contingere ex duobus. Vno modo ex ordine voluntatis ad bonum: & sic credere est actus laudabilis. Alio modo, quia intellectus conuincitur ad hoc, quòd iudicet esse credendũ his, quæ dicuntur: licet non cōuincatur per euidentiam rei, sicut si aliquis propheta prenũtiaret in sermone Domini aliquid futurum, & adhiberet signum, mortuum suscitando: ex hoc signo conuinceretur intellectus videntis, vt cognosceret manifestè hoc dici à Deo, quia non mentitur: licet illud futurum quod prędicitur, in se euidens non esset, vnde per hoc ratio fidei non tolleretur. Dicendum est ergo, quòd in fidelibus Christi laudatur fides secundum primum modum, & secundum hoc non d est in dęmonibus, sed solum secundo modo. Vident enim multa manifesta indicia, ex quibus percipiũt doctrinam Ecclesiæ à Deo esse, quamuis ipsi res ipsas, quas Ecclesia docet, nō videant, puta Deum esse trinum & vnum, vel aliud huiusmodi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dæmonum fides est quodammodo coacta ex signorum euidentia: & ideo nō pertinet ad laudem voluntatis ipsorum, quod credunt.

¶ Ad secũdum dicendum, ꝙ fides quæ est donũ gratiæ, inclinat hominẽ ad credẽdum secundum aliquẽ affectum boni: etiam si sit informis. vnde fides, quæ est in dæmonibus, non est donum gratiæ, sed magis coguntur ad credendũ ex perspicacitate naturalis intellectus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc ipsum dæmonibus displicet, quòd signa fidei sunt tam euidentia, vt per ea credere cōpellantur: & ideo in nullo malitia eorũ minuitur per hoc, quòd credunt.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum qui discredit vnum articulum fidei, possit habere fidem informem de aliis articulis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ hæreticus, q̃ discredit vnum articulum fidei, possit habere fidem informem de aliis articulis. Non enim intellectus naturalis hęretici est potentior, quã intellectus catholici: sed intellect⁹ catholici indiget adiuuari ad credendum quẽcunque articulum fidei dono fidei: ergo videtur quòd nec hæretici aliquos articulos fidei credere possint sine dono fidei informis.

¶ 2 Præterea, Sicut sub fide continentur multi articuli fidei, ita sub vna scientia, puta Geometria, continentur multæ conclusiones, sed homo aliquis potest habere scientiam Geometriæ circa quasdam Geometricas conclusiones, aliis ignoratis. ergo homo aliquis potest habere fidẽ de aliquibus articulis fidei, alios nō credendo.

¶ 3 Præterea, Sicut homo obedit Deo ad credendum articulos fidei: ita etiam ad seruanda mandata legis, sed homo potest esse obediens circa quædam mandata, & non circa alia. ergo potest habere fidem circa quosdam articulos, & non circa alios.

¶ SED CONTRA est, Sicut peccatum mortale contrariatur charitati, ita discredere vnum articulum contrariatur fidei: sed Charitas non remanet in homine post vnum peccatum mortale. ergo neq; fides postquam discredit vnũ articulum fidei.

¶ Super Quæstionis quintæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quintæ quæstionis in responsione ad secundum, dubium duplex ex Durando vbi suprà & re ipsa occurrit. Primo, an idem sit iudicium de dæmonibus, & hominibus damnatis, quo ad habẽdam fidem. Secundo, quantũ valeat ratio literæ allata, ad sustinẽdum, quòd in dæmonibus non sit fides informis. Ratio primi dubij est, quia in hominibus damnatis absque peccato contra fidem, quam vsque ad mortem tenuerunt, remanet fides informis, alioquin nō distinguerentur ab infidelibus, & habitus corrumperetur sine corruptiuo: quoniã nulla apparet causa corruptionis. Fides enim informis statui damnationis non repugnat: quum fides sit etiam præteritorum & malorum, vt Augustinus dicit in Enchiridio. Et autor inferius in quæstionis decimæ octauæ, articulo secundo, negans spem in damnatis, sustinet in eis fidem informem.

3. distinct. 76. art. 7. cor. Et 3. distin. 23. q 3. art. 2. q. 1. Et ver. q. 14. art. 9. ad 4.
*Cap. 5. to 7.
* Q. 64. art. 2. ad 5.

¶ Secundi autem dubij ratio est: quia inclinatio ad opus bonum non repugnat damnationis statui. Quod ex eo patet, quia in eis remanet synderesis inclinans ad bonum. Non igitur ex hoc, quòd fides informis inclinat ad credendum secũdum aliquem affectum boni remouenda est à dæmonibus. Sed sicut voluntas eorum obstinata cæteris actibus apponit malam aliquam conditionem, ita & huiusmodi habitus actui apponit.

tract. 89. in Io. ante medium. to. 9.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd secundum Autoris doctrinam, nullam inuenio differentiam inter homines dãnatos, & dæmones quo ad propositum: & ratio in litera inducta æqualiter locum habet in vtrisque. Et propterea sicut à dæmonibus negatur fides informis hoc in loco, ita à damnatis intelligitur negari. Distinguuntur autem in inferno fideles ab infidelibus charactere indelebili remanente: & pœna maiori, cæteris paribus, & demum signaculo maculæ pollutæ fidei susceptæ: corrumpitur autem, seu desinit esse fides informis propter statum in termino simpliciter. Quod dico propter existentes quodam modo in via, & quodã modo in termino, vt olim Patres erant in Limbo, & modo quidam fideles sunt in purgatorio. Status enim termini simpliciter opponitur fidei ratione actus, vel positiue, vt status patriæ, ratione visionis beatæ, quam ponit: vel negatiue, vt status inferni ratione actus proprij fidei illic impossibilis. Satis enim rationabile est, vt Deus subtrahat habitum fidei infusæ, adueniente statu, in quo non potest amplius exire in actum. Ratio autem huius quæ in secundo dubio discutitur, est, quia inclinat, non solùm ad credendum, dæmones enim credunt: sed quia inclinat ad credendum secundum aliquẽ affectũ boni non naturalis sed gratuiti. Licet enim in damnatis naturalia integra, & gratuita indelebilia, vt characteres perseuerent: virtutes tamen affectũ bonum continentes, nec acquisitæ, nec infusæ perseuerant: quia plenitudini malitiæ, & miseriæ eorum inconuenit affectus boni gratuiti. Et licet voluntate mala possit cōditionem malam actui fidei informis apponere, qua fieret malus simpliciter, vt patet in viatoribus: si quis acciperet fidẽ Christi, non vt bonus esset, sed vt posset tyrannus d esse: hæc tamen appositio, non aufert illum affectum boni gratuiti, qui in damnatis nō inuenitur, licet in eis affectus boni naturalis inueniatur: maculatus tamen apposita mala conditione ab obstinata voluntate. Fides namque est perfectio intellectus non absolute, sed vt moti à voluntate affecta ad bonum supernaturale. Actus autem qui in dãnatis erunt respectu beatitudinis amissæ, Trinitatis offensæ, &c. non sunt actus fidei infusæ, sed cognitionis acquisitæ ex illa. Vel fidei coactæ, vt de dęmonibus in litera dicitur. Nec autor inferius sustinet fidem in dãnatis, sed comparatiuam illam: Magis potest esse fides informis in damnatis quam spes. Hæc enim comparatiua est vera, quia spei obiectum respectu damnatorum non saluatur. Fidei autem obiectum saluatur respectu eorũ. Et ꝙ hæc sit vera intentio eius, patet: quia tractat ibi illam autoritatem, Dæmones credunt, & contremiscunt. Nec magis de hominibus quã dæmonibus loquitur, à quibus abstulerat paulo ante fidẽ, quamuis hoc signo non sit opus: quia verba sua non nisi comparationem significant.

q. 1 art. 1. & q 1. art. 4.
d 607.
3. distinc. 23. quolib. 3. art. 3. q. 2. Et veri. q. 14. art. 11. ad 10. Et quolib. 6. q. 4. ar. 1.

¶ Super Quæstionis quintæ Articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdem quintæ quæstionis duo magna occurrunt dubia. Vnum est, Quomodo intelligitur, quod doctrina Ecclesiæ sit infallibilis regula: ita vt recedens ab ipsa recedat à ratione formali obiecti fidei. Sed quia hoc declaratum est in quæstionis primæ articulo primo, in dubio tertio & quarto, non est opus replicatione, sed additione. Est siquidem Ecclesia regula in proponendo, & in explicando credenda, diuinam veritatem reuelationem modificans quo ad hoc, saltem nobis. Et propterea recedens à cōditione modificante rationem formalem, scilicet veritatẽ diuinam reuelatricem, recedit à ratione formali obiecti fidei. Et sic non solum recedit à ratione formali obiecti fidei, recedens à regula Ecclesiæ, propterea quia recedit ab vno articulo reuelato, vt superius diximus: sed etiam quia recedit à conditione, seu modo rationis formalis obiecti respectu nostri. Et hoc plano sensui literæ respondet. Nã ponit

veritatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

veritatem primam in Scripturis,& doctrina Ecclesiæ, rationem formalẽ fidei: veritatem primã quidem,vt ipsam rationem credendi. Manifestationem autem Scripturæ,& Ecclesiæ , vt conditionem , qua veritas prima proponit, & explicat seipsam,& alia credenda. Huiusmodi autem conditiones licet respectu fidei simpliciter non sint de integritate formalis obiecti fidei , vt patet de fide primi hominis,si in æternum fuisset solus, & de fide angelorum in sua vita: sunt tamẽ de integritate obiecti formalis fidei nostræ.

¶ Secundum dubium est ex Durando in tertio sententiarum, distinctione vigesimatertia quæstione quinta, articulo secundo, sustinere nitente quòd in hæretico remaneat fides informis. Primo , quia admissio vnius contrarij habitui, stat cum habitu : ergo admissio alicuius contra fidem, stat cum habitu fidei. Antecedens manifestatur inductiue : & in habitibus intellectualibus patet , in scientia : cuius error in vna conclusione non corrumpit habitum. Et in moralibus vna iniustitia non corrumpit habitum iustitiæ. Et simile est in aliis. Consequentia vero probatur : quia par est ratio de omnibus habitib⁹, q̃ possunt esse informes. Commune nanque est omni habitui refutare contraria , & non necessitare habentem illum ad refutationem contrarij: sed inclinare tantum ad hoc. Secundo quia hæreticus assentit his, quæ tenet de fide , vt prius: ergo habet eundem habitum. Antecedens patet, quia propterea auctoritatem diuinam assentit, quamuis erret in expositione alicuius scripturæ.

1, 604.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Durandus fundauit phãtasiam hanc nolens intelligere , quantum apparet: quoniam non examinat rationem literæ, quæ sup̃ formali ratione obiecti & illius negatione fundatur. Contraria quippe materialiter potest habitus virturis compati : sed contraria formaliter , impossibile est, quòd compatiatur, nisi res sine sua specie esse possit : quod non est intelligibile.

Quicquid ergo aufert rationem formalem habitus , ab habente necessariò aufert habitũ: nec potest remanere, nisi æquiuoce,& per accidens , vt contingit in habitibus acquisitis.

¶ Ad primum ergo in oppositũ dicitur , quòd loquendo de contrario formaliter, negatur antecedens. Et ad probationem de scientia dicitur , quòd falsum assumitur , quòd in errore vnius conclusionis interueniat contrarietas formaliter respectu medij scientiæ : sed respectu medij proprij huius conclusionis. Aliud enim est medium scientiæ: & aliud est medium proprium huius conclusionis, nisi erraretur in prima conclusione. Tunc enim deperderetur habitus: quia medium primæ est mediũ simpliciter, super quod cætera fundantur. Non sic autem est in fide, quoniam , vt in litera dicitur, vnum & idem est medium assentiendi omnibus. Et propterea error in medio vnius, est error in medio simpliciter ipsius fidei.

3. distin. 25. q. 2. art. 2. q. 1.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd in hæretico discredente vnum articulũ fidei, non manet fides, neq; formata, neque informis. Cuius ratio est, quia species cuiuslibet habitus dependet ex formali ratione obiecti, qua sublata, species habitus remanere nõ potest. Formale autem obiectum fidei est veritas prima, secundum quod manifestatur in Scripturis sacris, & doctrina Ecclesiæ, quę procedit ex veritate prima. Vnde quicunq; non inhæret sicut infallibili, & diuinæ regulæ doctrinæ Ecclesiæ , quæ procedit ex veritate prima in Scripturis sacris manifestata, ille non habet habitum fidei : sed ea quæ sunt fidei, alio modo tenet, quam per fidem: sicut si aliquis tenet mente aliquam conclusionem non cognoscẽs medium illius demonstrationis , manifestũ est, q̃ non habet eius scientiam , sed opinionem solum. Manifestum est autem, q̃ ille qui inhæret doctrinæ Ecclesiæ , tanquam infallibili regulæ, omnibus assentit, quę Ecclesia docet: alioquin si de his, quæ Ecclesia docet , quæ vult tenet, & quæ non vult , non tenet, non iam inhæret Ecclesiæ doctrinæ, sicut infallibili regulæ, sed propriæ voluntati. Et sic manifestum est, q̃ hæreticus qui pertinaciter discredit vnum articulum fidei , non est paratus sequi in omnibus doctrinam Ecclesiæ. Si enim non pertinaciter, iam non est hæreticus, sed solum errans. Vnde manifestum est , quòd talis hæreticus circa vnum articulum , fidem[d] non habet de aliis articulis , sed opinionem quandam secundum propriam voluntatem.

AD PRIMVM ergo dicendum quòd alios articulos fidei, de quibus hæreticus non errat, non tenet eodem modo sicut tenet eos fidelis, scilicet simpliciter inhærendo primæ veritati, ad quod indiget homo adiuuari per habitum fidei. Sed tenet ea, quæ sunt fidei propria voluntate,& iudicio.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ in diuersis conclusionibus vnius scientiæ sunt diuersa media , per quæ probantur , quorum vnum potest cognosci sine alio. Et ideo homo potest scire quasdam conclusiones vnius scientiæ, ignoratis aliis. Sed omnibus articulis fidei inhæret fides propter vnum medium, scilicet propter veritatem primã propositam nobis in Scripturis secundum doctrinam Ecclesię intelligentis sanè : & ideo qui ab hoc medio decidit, totaliter fide caret.

¶ Ad tertium dicendum , q̃ diuersa præcepta legis possunt referri, vel ad diuersa motiua proxima , & sic vnum sine alio seruari potest: vel ad vnum motiuum primum , quod est perfectè obedire Deo, à quo decidit quicunq; vnum præceptum transgreditur : secundum illud Iacobi 2. Qui offendit in vno, fact⁹ est omniũ reus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum fides posit esse maior in vno quàm in alio.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q̃ fides nõ possit esse maior in vno, quàm in alio. Quantitas enim habitus attenditur secundũ obiecta : sed quicunque habet fidem , credit omnia quæ sunt fidei: quia qui deficit ab vno , totaliter amittit fidem , vt supra * dictum est. ergo videtur quòd fides non possit esse maior in vno, quàm in alio.

¶ 2 Præterea, Ea quæ sunt in summo, non recipiunt magis neque minus : sed ratio fidei est in summo. Requirit⁹ enim ad fidẽ q̃ homo inhæreat primę veritati sup̃ omnia. ergo fides non recipit magis & min⁹.

¶ 3 Præterea, Ita se habet fides in cognitione gratuita, sicut intellect⁹ principiorum in cognitiõe naturali, eo q̃ articuli fidei sunt prima principia gratuitę cognitionis, vt ex * dictis patet: sed intellectus principiorũ æqualiter inuenitur in omnibus hominibus. ergo, & fides æqualiter inuenitur in omnibus fidelibus.

¶ SED CONTRA, Vbicunq; inuenitur paruum & magnum, ibi inuenitur maius & minus : sed in fide inuenitur magnum & paruum. Dicit enim Dominus Petro Matthæi 14. Modicę fidei quare dubitasti? Et mulieri dixit Matthæi 15. Mulier magna est fides tua. ergo fides potest esse maior in vno quàm in alio.

RESPONDEO dicendum quòd sicut suprà * dictum est, quantitas habitus ex duobus attendi potest : vno modo ex obiecto, alio modo secundum participationem subiecti. Obiectum autem fidei potest dupliciter considerari: vno modo secundum formalem rationem, alio modo secundum ea , quæ materialiter credenda proponuntur. Formale autem obiectum fidei , est vnum & simplex , scilicet veritas prima, vt suprà dictum * est, vnde ex hac parte fides nõ diuersificatur in credentibus, sed est vna specie in omnibus, vt suprà * dictum est. Sed ea, quæ materialiter credẽda proponuntur, sunt plura, & possunt accipi, vel magis vel minus explicite : & secundum hoc potest vnus homo plura explicitè credere, quã alius: & sic in vno potest esse maior fides secũdum maiorem fidei explicationem. Si vero consideretur fides secundũ participationem subiecti, hoc cõtingit dupliciter. Nam actus fidei procedit ex intellectu & ex voluntate, vt supra * dictũ est. Potest ergo fides in aliquo dici maior : vno modo ex parte intellectus propter maiorem certitudinem & firmitatem , alio modo ex parte voluntatis propter maiorem promptitudinem , seu deuotionem, vel confidentiam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille , qui pertinaciter discredit aliquid eorum , quæ sub fide continentur, non habet habitum fidei, quem tamen habet ille , qui non explicite credit omnia, sed paratus est omnia credere. Et secundum hoc ex parte obiecti vnus habet maiorem fidem , quàm alius , inquantum plura explicite credit , vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum , quòd de ratione fidei est, vt veritas prima omnibus præferatur : sed tamen eorum , qui eam omnibus præferunt , quidam certius, & deuotius se ei subiiciunt , quàm alij : & secundum hoc fides est maior in vno, quàm in alio.

Super

¶ Super Quæstionis sextæ Articulum primum.

IN tit. art. 1. q. 6. nota, quòd quæstio est de fide simpliciter & absolute , & nõ sic vel sic, vt patet ex litera sequentis articuli.

¶ In corpore articuli dubium occurrit, An assentire his, quæ sunt fidei eleuet hominem supra naturam suam. Si nanque hoc asseritur , iam certitudo non fidei, sed experimentalis habebitur de habitu fidei nobis infuso ex isto actu quẽ experimur in nobis. Et rursus doctrina superius habita in præcedenti libro ruit : & experientia comprobari potest oppositum : vt dicunt Durandus in secundo sententiarum distin. 28. quæst. 1. articulo. 1. & Scot. in distinct. 23. tertij sententiarum quæst. 1. Si autem hoc negatur, ruit ratio literæ.

1. 2. q. 12. art. 4.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sicut fides sumitur dupliciter, scilicet simpliciter, & secundum quid : ita actus proprius eius , qui est assentire his , quæ sunt fidei. Fides enim, simpliciter loquẽdo, est virtus theologica : ac per hoc cum de ipsa absolute est sermo , de ipsa, vt virtus est theologica , intelligendus est. Quum autem iam determinatũ sit , quod fides non nisi formata est virtus, liquido patet, quòd idem est loqui de fide absolute, & de ea , vt virtus theologicã , & formata : & propterea non sunt immiscẽda huiusmodi sermoni ea quæ conueniũt fidei secundum quid, vt mortuæ. Et similiter distinguendum de actu fidei , qui est assentire: quoniã potest sumi dupliciter , scilicet quantũ ad substantiam operis, & quantum ad modum, vt , scilicet ex fide fit. Et dicendum est, quòd quum hic fit sermo de fide simpliciter: ac per hoc de fide , vt est virtus theologica: vt etiã ipsa Apostoli auctoritas inducta restatur, scilicet, Gratia estis saluati per fidem , &c. vbi effectum fidei ponendo saluationem manifestat , quòd non mortuam , sed viuam fidem appellat simpliciter : & absolute fidem , quam dicit esse donum Dei: consequens est, quòd de assensu modificato , & non quantum ad solam substantiam operis loquitur litera. Huiusmodi autem assensum constat eleuare hominem supra hominis & angelorum etiam naturam. Et propterea Autor absque probatione alia per transuirt , sequentis articuli discussioni reseruans, an fides informis sit donum Dei , in quo non ex actu fidei informis , sed aliunde arguens confirmat hanc esse mentem suam.

3. contra cap. 154. principio Et veri. q. 18. arti. 3. cor. Et opus. 1. c. 9i. Et Ephes. 2. lect. 3 L. col. 1 fin. * Cap. 1. tom. 3.

¶ Sed hæc responsio fuga potius est, quàm expositio literæ : quoniã litera ex propriis fidei procedit , vt patet intuenti omnes eius causas in litera allatas: imò, vt ex sequenti patet articulo, hic est sermo de fide simpliciter, & non de fide, vt est virtus simpliciter, aut informis. Fides autem est fides simpliciter, & perfecta simpliciter per fectione fidei, non perfectione virtutis ex hoc , q̃ est fides, abstrahendo à formatione, vel non formatione charitatis, vt in corpore sequentis articuli, & in responsione ad primum dicitur. Dicendum est ergo, quòd actus fidei, hoc est assentire veritati primæ secundum scripturas, & sensum Ecclesiæ, eleuat hominem supra suam naturam : & hoc qui negat, propriam ignorat vocem. Nam actus iste ex nulla naturali cognitione, ex nullo naturali appetitu, natus est sequi: sed ex appetitu beatitudinis æternæ, & ex adhæsione ad Deum supernaturaliter reuelãtem , & conseruantem Ecclesiam suam. Et hoc experimur, nec eget probatione. Sed ex hoc non sequitur , ergo experimur habitum in ea nobis fidei infusæ, vt obiectio infert. Sed ex hoc credimus rationabiliter in nobis esse habitum fidei infusum , sicut dolere de peccatis propter Deum crucifixum, beatem in patria, est actus eleuans hominem supra suam naturam , & credimus quòd sit ex pœnitẽtia infusa à Deo: non tamen hoc scimus. Et similiter ire deuote ad communionem post probationem sui, &c. est actus supra naturam humanam: & credimus quòd sit ex diuina charitate etiam infusa : & tamen hoc nescimus. Aliud est ergo dicere , quòd experimur in nobis actus excedentes naturam humanam: & aliud , quod experimur propterea in nobis infusos habitus, illorum principia , aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per hæc patet responsio ad omnia obiecta.

Ad tertium dicendum, quod intellectus principiorũ cõsequitur ipsam naturã humanã, quæ æqualiter in omnibus inuenitur. Sed fides consequitur donũ gratiæ, qd non est æqualiter in omnib⁹, vt supra dictũ est: vnde non est eadem ratio. Et tamen secundũ maiorem capacitatem intellectus , vnus magis, vel minus cognoscit veritatem principiorum, quàm alius.

QVÆSTIO SEXTA DE causa fidei, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa fidei.

¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primò, vtrum fides sit homini infusa à Deo.

¶ Secundò, vtrum fides informis sit donum dei.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum fides sit homini à Deo infusa.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd fides nõ sit homini infusa à Deo. Dicit enim August. 14. de Trinita. * quod per scientiã gignitur in nobis fides, nutritur, defenditur & roboratur. sed ea, quæ per scientiam in nobis gignuntur, magis videntur acquisita esse , quã infusa. ergo fides non videtur in nobis esse ex infusione diuina.

¶ 2 Præterea, Illud, ad quod homo pertingit audiendo & videndo, videtur esse ab homine acquisitum: sed homo pertingit ad credendum , & videndo miracula & audiendo fidei doctrinam. Dicitur enim Ioannis 4. Cognouit Pater quia illa hora erat, in qua dixit eis Iesus , Filius tuus viuit: & credidit ipse, & domus eius tota. Et Romam. 10. dicitur, quòd fides est ex auditu. ergo fides habetur ab homine tanquam acquisita.

¶ 3 Præterea, Illud, quod consistit in hominis voluntate, ab homine potest acquiri : sed fides cõsistit in credentium voluntate, vt Augustinus dicit in libro de Prædestinatione sanctorum : * ergo fides potest esse ab homine acquisita.

Cap. 5. tom. 6.

¶ SED CONTRA est quod dicitur ad Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem , & non ex vobis , ne quis glorietur: donum enim Dei est.

¶ RESPONDEO dicendũ, quod ad fidem duo requiruntur. Quorũ vnum est, vt homini credibilia proponãtur, qd requiritur ad hoc , quod homo aliquid explicitè credat. Aliud autẽ quod ad fidẽ requirit⁹, est assensus credentis ad ea, quę proponuntur. Quantũ ergo ad primũ horum, necesse est, quòd fides sit à Deo. Ea enim quæ sunt fidei, excedunt rationem humanã. vnde non cadunt in cognitionẽ hominis, nisi Deo reuelante: sed quibusdam quidem reuelantur immediate à Deo , sicut sunt reuelata Apostolis & prophetis: quibusdam autem proponuntur à Deo mittente fidei prædicatores: secundum illud Rom. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?

¶ Quantum vero ad secundum , scilicet ad assensum hominis in ea quæ sunt fidei, potest considerari duplex causa. vna quidem exterius inducẽs, sicut miraculum visum, vel persuasio hominis inducentis ad fidem, quorũ neutrũ est sufficiens causa. Videntium enim vnum & idem miraculum, & audientiũ eandem prædicationem quidã credunt & quidam non credũt : & ideo oportet ponere aliã causam interiorem , quæ mouet hominem interius ad assentiendum his, quæ sunt fidei. Hanc autẽ causam Pelagiani ponebãt solum liberũ arbitriũ hominis : & propter hoc dicebant, quod initium fidei est ex nobis , in quantum scilicet ex nobis est, quod parati sumus ad assentiendum his, quæ sunt fidei. Sed cõsummatio fidei est à Deo, per quam nobis proponuntur ea, quæ credere debemus. Sed hoc est falsum: quia cum homo assentiẽdo his, quæ sunt fidei, eleuetur sup̃ra naturam suam, oportet quod hoc insit ei ex supernaturali principio interius mouente , quod est Deus: & ideo fides, quantum ad assentiẽdum, qui est principalis actus fidei , est à Deo interius mouente per gratiam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quod per scięti am gignitur fides, & nutritur per modum exterioris persuasionis, quę fit ab aliqua scientia: sed principalis , & propria causa fidei est id , quod interius mouet ad assentiendum.

¶ Ad secundum dicendum : quod etiam ratio illa procedit de causa proponente exterius ea, quæ sunt fidei vel persuadẽte ad credendum vel verbo, vel factо.

¶ Ad tertium dicendum, quòd credere quidem in voluntate credentium consistit: sed oportet, quod voluntas hominis præparetur à Deo per gratiam ad hoc, quod eleuetur in ea, quæ sunt suprà naturam, vt supra * dictum est.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum fides informis sit donum Dei.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod fides informis non sit donum Dei. Dicitur enim Deutero. trigesimo secundo , quod Dei perfecta sunt opera. Fides autem informis est quoddã imperfectum: ergo fides informis nõ est opus Dei.

¶ 2 Præterea, sicut actus dicitur deformis propter hoc, quod caret debita forma: ita etiam fides dicitur informis propter hoc, quòd caret debita forma. sed actus deformis peccati non est à Deo , vt supra * dictum est. ergo neque etiam fides informis est à Deo.

¶ 3 Præterea, Quæcũq; Deus sanat, totaliter sanat. Dicitur enim Ioãnis. 7. Si cir commensuratio intrinsece debita actui morali dupliciter quantum ad propositum spectat, potest inueniri de esse in actu morali. Vno modo per modũ puræ priuationis : sicut tenebra inuenitur in diaphano per solam absentiam luminis. Et si hoc modo inueniri concederetur actus moralis deformis, tunc proculdubio deformitas priuatiue esset intrinseca de ratione speciei actus moraliter mali. Et quoniã ex dictis in primo libro, & secũdo patet, mali moralis speciẽ positiuã esse, & non in priuatione, sed in contrarietate consistere, ideo.

In corp. & q. 2. art. 3.

3. di. 32. q. 3. art. 2. Et veri. q. 14. art. 7. cor. Et Rom. 8. lect. 3. col. 2.

¶ Ad hoc dicitur, quòd litera non dicit , quòd priuatio significata per deformitatem, sit de ratione speciei simpliciter & absolute: sed cum modificatione , scilicet vt suprà dictum est, vbi propter subiunctam rationem (dicitur enim actus deformis per priuationem formæ intrinsecæ , &c.) sciro quòd

1. 1. q. 78. arti. 1. ad. 2.

¶ Super Quæstionis sextæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem sextæ quæstionis , in responsione ad secundum , dubium occurrit, quomodo deformitas actus sit de ratione speciei ipsius actus , secundum quod est actus moralis. Videtur enim hoc contrarium documentum datæ in Prima Secundę: vbi dictum est, quod deformitas priuatiua actus peccati , non est de integritate speciei ipsius peccati , sed consequens ad speciem mali moralis. Quomodo stant hæc duo simul?

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo hic sensus non est huic literæ tribuendus. alio ergo quodcunq; modo contingit per modum priuationis consequentis contrariam formam, sicut cæcitas sequitur ad formam contrariam visui vel oculo. Et hoc modo dictum fuit q deformitas priuatiuè inuenitur in actu malo moraliter, & dicitur esse de ratione speciei actus moralis, non vt differentia intrinseca: sed vt passio consequens ad differentiam intrinsecam. Et dicitur etiã priuatio formæ intrinsecæ, quia est priuatio formæ intrinsecę actui morali. Et quãtum ad præsentem quæstionem spectat, idem est iudicium, siue illa priuatio sit de ratione speciei, vt differẽtia, siue vt passio, ab eodem enim agente sunt. Potest autẽ, & debet secundum intentionem literæ & planum illius sensum aliter exponi litera ista, vt sit sermo non de specie mali moralis, q̃ est genus positiuum in genere qualitatis: sed sit sermo de actu quidem morali, & eius specie moraliter, sub malo simpliciter trãscendenter sumpto. Et tunc esset sensus, q deformitas est intrinsecè de ratione speciei actus moraliter inquantũ malus. Et quoniam hęc responsio non attingit ad deformitatem specificã actus moraliter in proprio genere, vsque ad vltimas species simplicis. 4. art. 3. & 4. ter, vt ex supra dictis cõtra Scot. patet, sicut iuxta primũ sensum ad deformitatem consequentem speciem deuentum est, & deformitas dupliciter sumi potest priuatiuè, & contrariè. Ideo secundam addidit responsionem de deformitate contrarie sumpta, in qua vides quomodo actus contrarius virtuti non est à Deo in suo exẽplo: sicut nũc falsa fides, quę etiã cõtrarie opponitur veræ fidei, vt patet secundo Perihermenias. † ar. prec.

¶ In responsione ad tertium eiusdẽ articuli aduerte, q hinc habes, quo modo debeat intelligi simultanea infusio virtutum, q scilicet intelligitur esse virtutis simpliciter. Habes enim hinc, q fides informis quandoque datur à Deo sine charitate, ac per hoc datur ille fidei habitus, qui sine charitate est vera fides infusa, non tamen simpliciter virtus, vt patet ex dictis. Quum autẽ infunditur vna aliqua virtus simpliciter in esse virtutis: tunc simul omnes virtutis habitus in esse virtutis infunduntur. Et hac distinctione oportet vti propter virtutes, quæ possunt esse informes. Nam in aliis non distinguitur esse, & esse virtutẽ simpliciter; ac per hos nõ distingu- 12. q 2. 3 ar. 6.

cunciſionem accipit homo in ſabbato, vt nõ ſoluatur lex Moyſi, mihi indignamini, q̃ totũ hominem ſanũ feci in ſabbato. ſed p fidẽ homo ſanatur ab infidelitate: qui cunq; ergo donum fidei à Deo accipit, ſimul ſanatur ab omnibus peccatis. ſed hoc non fit niſi per fidem formatam. ergo ſola fides informata eſt donũ Dei: non ergo fides informis eſt à Deo.

¶ SED CONTRA eſt quod quædam gloſ. dicit. primæ ad Corint. 13. quòd fides quæ eſt ſine charitate, eſt donum Dei. Hæc autem eſt informis. ergo fides informis eſt donum Dei.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd informitas priuatio quædam eſt. Eſt autẽ conſiderandũ, quòd priuatio quandoq; quidẽ pertinet ad rationem ſpeciei, quãdoq; autẽ non, ſed ſuperuenit rei iam habenti propriã ſpeciem: ſicut priuatio debitæ cõmenſurationis humorũ, eſt de ratione ſpeciei ipſius ægritudinis, tenebroſitas autem nõ eſt de ratione ſpeciei diaphani, ſed ei ſuperuenit. Quia ergo cum aſſignatur cauſa alicuius rei, intelligitur aſſignari cauſa eius, ſecundum q in ꝓpria ſpecie exiſtit: ideo qđ non eſt cauſa priuationis, non poteſt dici eſſe cauſa illius rei, ad quam pertinet priuatio, ſicut exiſtens de ratione ſpeciei illius. Nõ enim poteſt dici cauſa ægritudinis, q nõ eſt cauſa diſtemperantiæ humorum. Poteſt tamen dici aliquid eſſe cauſa diaphani: quamuis non ſit cauſa obſcuritatis, q nõ eſt de ratione ſpeciei diaphani. Informitas autem fidei nõ pertinet ad rationẽ ſpeciei ipſius fidei, cũ fides dicatur informis propter defectum cuiuſdam exterioris formæ, ſicut *dictum eſt. & ideo illud eſt cauſa fidei informis, quòd eſt cauſa fidei ſimpliciter dictæ, hoc autem eſt Deus, vt † dictum eſt. Vnde relinquitur, quòd fides informis ſit donum Dei.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd fides informis etſi non ſit perfecta ſimpliciter perfectione virtutis, eſt tamẽ perfecta quadam perfectione, quæ ſufficit ad fidei rationem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd deformitas actus eſt de ratione ſpeciei ipſius actus ſecundum quod eſt actus moralis, vt ſuprà * dictum eſt: dicitur enim actus deformis per priuationem formę intrinſecæ, quæ eſt debita commenſuratio circunſtantiarum actus. & ideo non poteſt dici cauſa actus deformis Deus, qui non eſt cauſa deformitatis, licet ſit cauſa actus, inquantum eſt actus.

¶ Vel dicendũ, q deformitas non ſolum importat priuationem debitę formę, ſed etiã contrariam diſpoſitionẽ. Vnde deformitas ſe habet ad actum ſicut falſitas ad fidem. & ideo ſicut actus deformis non eſt à Deo: ita nec aliqua fides falſa. & ſicut fides informis eſt à Deo: ita etiam actus, qui ſunt boni ex genere, quamuis nõ ſint charitate formati, ſicut plerunq; in peccatoribus contingit, ſunt à Deo.

¶ Ad tertiũ dicendum q ille, qui accipit à Deo fidem abſq; charitate non ſimpliciter ſanatur ab infidelitate, quia non remouetur culpa præcedentis infidelitatis, ſed ſanatur ſecundũ quid. vt ſcilicet ceſſet à tali peccato. Hoc autem frequenter contingit, quòd aliquis deſiſtat ab vno actu peccati, etiam Deo hoc faciẽte: qui tamen ab actu alterius peccati non deſiſtit, propria iniquitate ſuggerente. Et per hunc etiam modum datur aliquando homini à Deo, quòd credat: non tamen datur ei charitatis donum: ſicut etiam aliquibus abſque charitate datur donum prophetiæ, vel aliquid ſimile.

QVÆSTIO SEPTIMA DE effectibus fidei in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de effectibus fidei.

¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò: vtrum timor ſit effectus fidei. ¶ Secundò, vtrum purificatio cordis ſit effectus fidei.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum timor ſit effectus fidei.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur q timor non ſit effectus fidei. Effectus enim non præcedit cauſam. Sed timor præcedit fidẽ. Dicitur enim Eccleſ. Qui timetis Deum, credite illi. ergo timor non eſt effectus fidei.

¶ 2 Præterea, Idem non eſt cauſa contrariorum. Sed timor, & ſpes ſunt contraria, vt ſuprà * dictum eſt: fides autem generat ſpem, vt dicitur in * gloſ. Matth. 1. ergo non eſt cauſa timoris. 1 2. q. 71. arti. 2. A * gla. interlinea-ris. * 2 q. 41. ar. 1. * 1. 2. q. 18. art. 2.

¶ 3 Præterea, Contrarium non eſt cauſa contrarij, ſed obiectum fidei eſt quoddã bonum, quod eſt veritas prima: obiectũ autem timoris eſt malum, vt ſupra dictũ eſt, actus autem habent ſpeciem ex obiecto ſecundum ſupra * dicta. ergo fides non eſt cauſa timoris.

¶ SED CONTRA eſt quod dicitur Iacobi 2. Dæmones credunt, & contremiſcunt.

¶ RESPONDEO dicendũ q timor eſt quidam motus appetitiuæ virtutis, vt ſuprà * dictũ eſt. Omnium autem appetitiuorũ motuum principium eſt bonũ, vel malum apprehenſum: vnde oportet q timoris, & omniũ appetitiuorum motuum ſit principiũ aliqua apprehenſio. Per fidem autem ſit in nobis quædam apprehenſio de quibuſdam malis pœnalibus, quæ ſecundũ diuinum iudiciũ inferuntur: & per hunc modũ fides eſt cauſa timoris, quo quis timet à Deo puniri: q timor eſt ſeruilis. Eſt etiam cauſa timoris filialis, quo quis timet ſe parari à Deo: vel quo quis refugit ſe Deo cõparare, reuerendo ipſum inquantũ per fidem, hãc exiſtimationem habemus de Deo, quod ſit quoddam immenſum, & altiſsimũ bonum, à quo ſeparari eſt peſsimũ, & cui velle æquari, eſt malum ſed primi timoris, ſcilicet ſeruilis eſt cauſa fides informis: ſed ſecundi timoris, ſcilicet filialis, eſt cauſa fides formata, quæ per charitatem facit hominem Deo adhærere, & ei ſubiici. 12. q. 22. arti. 2. & 3. & q. 41. 42. 43.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ timor Dei nõ poteſt vniuerſaliter præcedere fidem, q̃a ſi omnino eius ignorantiã haberemus, quantũ ad præmia, vel pœnas, de quibus p fidem inſtruimur, nullo modo eũ timeremus. Sed ſuppoſita fide de aliquib⁹ articulis fidei, puta de excellẽtia diuina, ſequitur timor reuerẽtiæ: ex quo ſequitur vlterius, vt homo intellectũ ſuũ Deo ſubiiciat ad credendum omnia, quæ ſunt promiſſa à Deo. Vnde ibi ſequitur. Et non euacuabitur merces veſtra.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd idem ſecundum contraria poteſt eſſe contrariorum cauſa, non autem idem ſecundum idem. Fides autem generat ſpem, ſecundum quod facit nobis exiſtimationem de præmiis, quæ Deus retribuit iuſtis. Eſt autem cauſa timoris, ſecundum quod facit nobis æſtimationem de pœnis, quas peccatoribus infligere vult.

¶ Ad tertiũ dicendum, q obiectum fidei primũ & formale eſt bonũ, quod eſt veritas prima. ſed materialiter fidei ꝓponuntur etiã credẽda quædam mala, puta q malũ ſit, Deo nõ ſubiici, vel ab eo ſeparari, & q peccatores pœnalia mala ſuſtinebunt à Deo: & ſecundum hoc fides poteſt eſſe cauſa timoris.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum purificatio cordis ſit effectus fidei.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q purificatio cordis non ſit effectus fidei. Puritas enim cordis præcipuè in effectu conſiſtit, ſed fides in intellectu eſt: ergo fides non cauſat cordis purificationem. 4 diſtin. 14. q. 2. arti. 4. ad 3. Et verit. q. 18. art. 1. ad 6.

Præterea tur in eis infundi, & infundi ineſſe virtutis ſimpliciter. Et hæc nota, propter baptizatos in peccato mortali, & propter hæreticos, quando conuertũtur ad fidem cum peccato mortali. Infunditur ſiquidem tunc à diuina liberalitate fides ſine charitate ſubiecto diſpoſito ad fidei, & nõ charitatis ſuſceptionẽ. Sicut materiæ diſpoſitæ ad ſubſtantiam animæ, & non ad opera eius, infunditur anima, vt patet in amentibus ab vtero.

¶ Super Quæſtionem ſeptimam.

IN quæſtionis ſeptimæ vtroque articulo nullum occurrit dubium: in primo tamen articulo aduerte hinc timorem, quo cælestes poteſtates quãuis beatæ, tremere dicentur ex viſione diuinæ excellentiæ, & ſui malum æqualitas abhorrentes. In ſecũdo autem, quòd puritas, de qua eſt ſermo, non eſt, niſi puritas culpæ. Hæc enim fidei attribuitur.

Super

¶ 2 Præterea, Illud, quod cauſat cordis purificationẽ, non poteſt ſimul eſſe cum impuritate: ſed fides ſimul poteſt eſſe cum impuritate peccati: ſicut patet in illis, qui habent fidem informem: ergo fides non purificat cor.

¶ 3 Præterea, Si fides aliquo modo purificat cor humanũ, maxime purificaret hominis intellectum: ſed intellectũ non purificat ab obſcuritate: cum ſit cognitio ænigmatica: ergo fides nullo modo purificat cor.

¶ SED CONTRA eſt quod dicit Petrus Act. 15. Fide purificans corda eorum.

¶ RESPONDEO dicendum, q impuritas vniuſcuiuſque rei conſiſtit in hoc, quòd vilioribus immiſcetur. Non enim dicitur argentũ eſſe impurum ex permixtione auri, per quã melius redditur, ſed ex permixtione plumbi, vel ſtanni. Manifeſtum eſt autem, quòd rationalis creatura dignior eſt omnibus tẽporalibus, & corporalibus creaturis: & ideo impura redditur ex hoc, quòd tẽporalibus ſe ſubiicit per amorem: à qua quidem impuritate purificatur per contrariũ motum, dũ ſcilicet tendit in id quòd eſt ſupra ſe, ſcilicet in Deũ: in quo quidem motu primum principium eſt fide. Accedentem enim ad Deum oportet credere, vt dicitur Hebræorum 11. & ideo primum principium purificationis cordis eſt fides, qua purificatur impuritas erroris: quæ ſi perficiatur per charitatem formatam, perfectam purificationem cauſat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea, quæ ſunt in intellectu, ſunt principia eorum, quæ ſunt in affectu, inquantum, ſcilicet bonum intellectus mouet affectum.

¶ Ad ſecundum dicendum, q̃ fides etiam informis excludit quandam impuritatẽ ſibi oppoſitam, ſcilicet impuritatẽ erroris, quæ contingit ex hoc, q intellectus humanus inordinatè inhæret rebus ſe inferioribus, dum ſcilicet vult ſecundũ rationes rerum ſenſibilium metiri diuina. Sed quando per charitatem formatur, tunc nullam impuritatẽ ſecum cõpatitur, quia vniuerſa delicta operit charitas, vt dicitur Prouerb. 10.

¶ Ad tertium dicendum, quòd obſcuritas fidei non pertinet ad impuritatem culpæ, ſed magis ad naturalem defectum intellectus humani ſecundum ſtatum præſentis vitæ.

QVÆSTIO OTAVA DE DONO INTELlectus & ſcientię, in octo articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum de dono intellectus, & ſcientiæ, quæ reſpondet virtuti fidei.

¶ Et circa donũ intellectus quæruntur octo. ¶ Primò vtrum intellectus ſit donũ Spiritusſancti. Secũdò vtrũ, poſsit ſimul eſſe in eodẽ cum fide. ¶ Tertiò vtrũ intellectus, qui eſt donũ Spiritusſancti, ſit ſpeculatiuus tantum, vel etiam practicus. ¶ Quartò, vtrũ omnes, qui ſunt in gratia, habeant donũ intellectus. Quintò, vtrum hoc donũ inueniatur in aliquibus abſque gratia. ¶ Sextò, quomodo ſe habeat donũ intellectus ad alia dona. ¶ Septimò, de eo, quod reſpõdet huic dono in beatitudinibus. ¶ Octauò, de eo, quod reſpondet in fructibus.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum intellectus ſit donum Spiritusſancti.

3. diſt. 35. q. 2. artic. 2. q. 1. Et Iſa. 21. lect. 2. col. 1. fi. l. 6. cap. 6. tomo 6.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd intellectus non ſit donum Spiritusſancti. Dona enim gratuita diſtinguuntur à donis naturalibus. ſuperadduntur enim eis. Sed intellectus eſt quidam habitus naturalis in anima, quo cognoſcuntur principia naturaliter nota, vt patet in ſexto * Etich. ergo non debet poni donum Spiritusſancti.

† cap. 4. parũ à prin.

¶ 2 Præterea, dona diuina participantur à creaturis ſecundũ eãrum proportionem & modũ. vt patet per Dion. in lib. † de Diui. no. ſed modus humanæ naturę eſt, vt non ſimpliciter veritatem cognoſcat, quod pertinet ad rationem intellectus, ſed diſcurſiue, quod eſt proprium rationis, vt patet per Dion. in 7. c. de Diui. no. ergo cognitio diuina, quę hominibus datur, magis debet dici donum rationis, quàm intellectus.

l. 3. de anima. text. 48. to. 2.

¶ 3 Præterea, In potentiis animę intellectus contra voluntatẽ diuiditur, vt patet in 3. † de Anima, Sed nullum donum Spiritusſancti debet dici intellectus.

¶ SED CONTRA eſt quod dicitur Iſa. 11. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientię, & intellectus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd nomen intellectus quandam intimam cognitionem importat. Dicitur enim intelligere quaſi intus legere. Et hoc manifeſtè patet conſiderantibus differentiam intellectus, & ſenſus. Nã cognitio ſenſitiua occupatur circa qualitates ſenſibiles exteriores. cognitio autẽ intellectiua penetrat vſque ad eſſentiam rei: obiectũ d autẽ intellectus eſt quod quid eſt, vt dicitur in tertio de Anima. * Sunt autẽ multa genera eorũ, quę interius latẽt, ad quę oportet cognitionẽ hominis, quaſi intrinſecus penetrare. Nam ſub accidentibus latet natura rei ſubſtantialis, ſub verbis latẽt ſignificata verborum, ſub ſimilitudinibus, & figuris latet veritas figurata. Res enim intelligibiles ſunt quodammodo interiores reſpectu rerũ ſenſibiliũ, quę exterius ſentiuntur, & in cauſis latent effectus, & ecõuerſo. Vnde reſpectu horum omniũ poteſt dici intellectus. Sed cum cognitio hominis à ſenſu incipiat, quaſi ab exteriori, manifeſtũ eſt q quãto lumen intellectus eſt fortius, tanto poteſt magis ad intima penetrare. Lumen autem naturale noſtri intellectus eſt finitæ virtutis, vnde vſq; ad termina tum aliquid pertingere poteſt. Indiget ergo homo ſupernaturali lumine, vt vlterius penetret ad cognoſcendum quędam, quæ p lumen naturale cognoſcere nõ valet. Et illud lumen ſupernaturale homini datũ vocatur donũ intellectus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ per lumen naturale nobis inditũ, ſtatim cognoſcũtur quędã principia cõmunia, q̃ ſunt naturaliter nota. Sed quia homo ordinatur ad beatitudinẽ ſupernaturalem, vt ſuprà * dictũ eſt, neceſſe eſt q̃ homo vlterius pertingat ad quędã altiora: & ad hoc requiritur donũ intellectus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd diſcurſus rationis ſemp incipit ab intellectu & terminatur ad intellectũ. Ratiocinamur enim procedendo ex quibuſdã intellectis, & tunc rationis diſcurſus perficitur, quando ad hoc peruenimur, vt intelligamus id, quod prius erat ignotum. Quod ergo ratiocinamur, ex aliquo præcedenti intellectu procedit. Donum autem gratiæ non procedit ex lumine naturæ, ſed ſuperadditur ei quaſi perficiẽs ipſum: & ideo iſta ſuperadditio non dicitur ratio, ſed magis intellectus: quia ita ſe habet lumen ſuperadditum ad ea, quæ nobis ſupernaturaliter innoteſcunt, ſicut ſe habet lumen naturale ad ea, quæ primordialiter cognoſcimus.

¶ Ad tertium dicendum, quod voluntas nominat ſimpliciter appetitiuum motũ abſque determinatione alicuius excellentiæ: ſed intellectus nominat quandã excellentiam cognitionis penetrãdi ad intima. Et ideo ſupernaturale donum magis nominatur nomine intellectus, quam nomine voluntatis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum donum intellectus poſsit ſimul eſſe cum fide.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd donũ intellectus non ſimul habeatur cum fide. Dicit enim Auguſt. in libr. 83. Quæſtionum, * quod id quod intelligitur, intelligẽtis comprehenſione finitur: ſed id quod creditur, non comprehenditur, ſecudum illud Apoſtoli ad Philip. 1. Nõ quia iam comprehenderim, aut q perfectus ſim. Ergo videtur, quòd fides, & intellectus non poſſunt eſſe in eodem. Quæſt. 15. veteri Teſtamento cõprehenduntur. Loquor autem virgineum partum, vitam, dolores, paſſionem, & geſta Ieſu Chriſti inter ſecundariò ſpectantia ad fidem, accipiendo hæc inquantum fuerunt

¶ Super Quæſtionis octauæ Articulum primum.

IN quæſtionis octauæ articulo primo, retine ſenarium numerum eorum, in quibus, & quæ legere facit donum intellectus. Hæc ſiquidem omnia comprehendere videtur quę intellectus pro fidei bono penetrare poteſt. Nam vel in accidentibus, vel verbis, vel figuris, ſeu ſimilibus, vel ſenſibilibus, vel effectibus, vel cauſis latent quæcunque latent. Et ſub accidentibus qui dem legendo comprehendimus ſubſtantias, ſiue etiam quodcunque aliud accidens latens. Sub verbis ſenſus literalis aperitur: ſub figuris tres reliqui ſenſus patent, ſcilicet moralis, allegoricus, & anagogicus, & literalis ſub parabola. Ex ſenſibilibus intelligibilia tot capimus. In cauſis vero effectus, & ecõuerſo conſpicimus: adeo, vt nihil prætermiſſum occurrat. Extendit ſiquidem ſe intellectus donum ad penetrandum omnia, ad quæcunque iudicanda, vel applicanda ſapientia, ſcientia, & conſilium ſe extendunt: & rurſus ad omnia, quibus fides aſſentit. d. 752. Text. 26. q. 2. arti. 3.

¶ Super Quæſtionis octauæ Articulum ſecundum.

IN articulo ſecundo eiuſdem quæſtionis octauæ, nota tria. Primo, quòd diſtinctio facta in litera ex parte fidei, non eſt diſtinctio inter obiectum formale, & materiale fidei. Sed eſt diſtinctio materialis obiecti fidei infrà ſe, ita quòd inter ea, quæ ſunt materia fidei, quædam per ſe, & directè cadunt ſub fide: quædam ſecundario tanquam ordinata ad illa. Secundò, quòd in litera conceditur, quòd quædam de ſecundario pertinentibus ad fidem, poſſumus intelligere perfectè. Et hoc patet tam in moralibus, quàm etiam in hiſtorialibus. Viderunt ſi quidem Apoſtoli Ieſum Nazarenum crucifixum, & miracula, geſtáque eius. Et beata Virgo vidit ſe virginem illum patere. Moralia ſimiliter ratione naturali demonſtrantur, quæ in nouo, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt homines. Nam inquantum fuerunt homi nis Dei, in quæstionem non venirent. Constat enim quod intelligi per fecte in via non contingit. Licet enim beata virgo sentiret se parere virginem: fide tamen tenebat se parere hominem Deum: & similiter licet Apostoli, & alij viderent Iesum Nazarenum crucifixum, fide tamen tenebant Deum crucifixum, si tamen credebant: & sic de aliis. Tenemur tamen credere non solum illa, quæ illi crediderunt: sed & quæ viderunt. Et dixi secundariò pertinentia ad fidem, quia ordinata ad fidem Trinitatis, & incarnationis filij Dei. Tertio, quod illud intelligere, quod in litera vocatur imperfectū, potest referri ad duo obiecta: vel ad ea, quę sunt fidei, vel ad exteriora. Si referatur ad ea, quæ sunt fidei constat, quòd imperfecta intellectio est quoniam non constituit visionem eorum: & hoc intendit litera. Sed si referatur ad exteriora, sic est perfecta intellectio: quoniam quum veritas scibilium non contrarietur secundum rem veritati fidei, nec subterfugiat intellectum nostrū naturalem, & omnem apparentem contrarietatem veritati fidei perfecte videre, & intelligere possumus non esse veram: quia aut consurgit de falso conceptu, quē habemus de creaturis, & illius falsitatem deprehendere possumus, aut consurgit ex veritate, seu vero conceptu creaturæ. Et quum non consurgat ex meritis veritatis, quia verum vero non est contrarium: restat vt comprehendendo veritatē, & quod quid est illius scibilis, deprehendere possimus contrarietatem talem non esse veram: ratio enim quod quid est soluit omnes difficultates de re, & ex re accideres: consequens est, vt perfecte intelligere & videre possimus, nullū esse in his, quæ extra fidem nobis sunt perutia, obstaculum prohibens credibilitatē eorum, quæ sunt fidei: ac per hoc videmus non esse ex his, & propter hæc ab his, quæ sunt fidei, tecedendum. Idem ergo intelligere, quo nihil esse fidei cōtrarium penetramus, est intelligere imperfecte ea, quę sunt fidei: vt in litera dicitur, & cum hoc est intelligere perfecte ipsa apparentia, non est esse contraria iis, quæ sunt fidei.

q.1.ar.4. & q.4.ar sic.1.

Qu. arti. 4. & 5. lib.1.mor. c.32. ante medium.

lib.1 c.32. ante medium.

lib.6. Ethic.c.3. & 6.10. mo.5.

¶ *Super Quæstionis octauæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio nota diligentissimè do-

¶ 2 Præterea, Omne quòd intelligitur, intellectu videtur naturaliter. Sed fides est de non apparentibus, vt suprà * dictum est. Ergo fides non potest simul esse in eodem cum intellectu.

¶ 3 Præterea, intellectus est certior quā scientia. Sed scientia & fides non possunt esse de eodem, vt suprà dictū est. * Multo ergo minus intellectus & fides.

¶ SED CONTRA est ꝙ Greg. † dicit in lib. Moraliū. Videmus ꝙ intellectus de auditis mentem illustrat. Sed aliquis habens fidē, potest esse illustratus mēte circa audita. Vnde dicitur Luc̄ vlt. ꝙ Dñs aperuit discipulis suis sensum, vt intelligerent scripturas. Ergo intellectus potest simul esse cum fide.

¶ RESPONDEO dicendū quòd hic duplici distinctione est opus. Vna quidē ex parte fidei, alia autē ex parte intellectus. Ex parte quidē fidei distinguēdum est, ꝙ quędā per se, & directè cadunt sub fide, quę naturalē rationem excedūt, sicut Deum esse trinū & vnū, filium Dei esse incarnatum. Quædam vero cadunt sub fide quasi ordinata ad ista secundū aliquem modū, sicut omnia, quę in Scriptura diuina cōtinētur. Ex parte vero intellectus distinguendū est, ꝙ dupliciter dici possumus aliqua intelligere. Vno modo perfectè: quādo scilicet ptingimus ad cognoscendū essentiā rei intellectæ: & ipsam veritatē enūtiabilis intellecti, secundū quod in se est. Et hoc modo ea, quæ directe cadūt sub fide intelligere nō possum⁹ dū rāte statu fidei. Sed quędā alia ad finem ordinata etiā hoc modo intelligi possunt. Alio modo cōtingit aliquid intelligi impfectè: quādo scilicet ipsa essentia rei, vel veritas ꝓpositiōis nō cognoscitur quid sit, aut quō sit: sed tamē cognoscit, secundū quod ea quę exterius apparēt veritati nō contrariātur: inquātū scilicet homo intelligit ꝙ ꝓpterea quæ exterius apparēt, non est recedendū ab his, quæ sunt fidei. Et secūdū hoc nihil prohibet durāte statu fidei, intelligere etiā ea, quę per se sub fide cadūt.

¶ Et per hoc patet respōsio ad obiecta. Nam primę tres rōnes procedunt, secūdum quod aliquid pfecte intelligitur. Vltima autē ratio procedit de intellectu eorum, quę ordinantur ad fidem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum donum intellectus sit speculatiuum tantum, an etiam practicum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ intellectus qui ponitur donū Spiritus sancti, non sit practicus, sed speculatiuus tantū. Intellectus enim, vt Gregor.* dicit in primo Moraliū, altiora quędā penetrat. Sed ea, quę pertinēt ad intellectū practicū, nō sunt alta, sed quædā infima, scilicet singularia, circa quæ sunt actus. Ergo intellectus, ꝙ ponitur donū, nō est intellect⁹ practicus.

¶ 2 Præterea, intellectus, ꝙ est donū, est dignius aliquid, quā intellectus, qui est virtus intellectualis. Sed intellectus, ꝙ est virtus intellectualis, est solum circa necessaria, vt patet per Philosophum in sexto Ethicorū * ergo multo magis intellectus, qui est donū, est solum circa necessaria. Sed intellectus practicus nō est circa necessaria, sed circa contingentia aliter se habere, quæ opere humano fieri possunt. Ergo intellectus, qui est donum, non est intellectus practicus.

¶ 3 Præterea, donum intellectus illustrat mentem ad ea, quæ naturalem rationem excēdunt. Sed operabilia humana, quorū est practicus intellectus, non excedunt naturalem rationem, quę dirigit in rebus agendis, vt ex suprà * dictis pater. Ergo intellectus, qui est donum, non est intellectus practicus.

¶ SED CONTRA est, quod in Psal. dicitur, intellectus bonus omnibus facientibus eum.

¶ RESPONDEO dicendum ꝙ sicut dictū * est, donum intellectus non solū se habet ad ea, quæ primo, & principaliter cadūt sub fide, sed etiā ad omnia, quæ ad fidem ordinātur. Operationes autem bonę quendā ordinem ad fidem habēt. Nam fides per dilectionem operatur, vt Apostolus dicit ad Galatas quinto. Et ideo donum intellectus etiā ad quædam operabilia se extendit: non quidem vt circa ea principaliter versetur, sed inquantum in agēdis regulamur rationibus ęternis: quibus conspiciendis, & consulendis secundum Augustinū 12. De Trinit. * inhæret superior ratio, quæ dono intellectus perficitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ operabilia humana, secundū quod in se considerantur, non habent aliquā excellentiæ altitudinē. Sed secundū quod referūtur ad regulā legis æternæ, & ad fidē beatitudinis diuinæ, sic altitudinē habent, vt circa ea possit esse intellectus.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ hoc ipsum pertinet ad dignitatē doni, quod est intellect⁹: quod intelligibilia æterna, vel necessaria cōsiderat non solū secundum quòd in se sunt, sed etiā secundū quod sunt regulę quędā humanorū actuum: quia quāto virtus cognoscitiua ad plura se extendit, tanto nobilior est.

¶ Ad tertium dicēdum ꝙ regula humanorum actuum est ratio humana, & lex æterna, vt suprà * dictum est. Lex autem ęterna excedit naturalē rationē: & ideo cognitio humanorū actuum, secundum quod regulatur à lege æterna, excedit naturalem rationem, & indiget supernaturali lumine doni Spiritussancti.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum donum intellectus insit omnibus habentibus gratiam.

AD QVARTVM sic ꝓceditur: Videtur ꝙ donū intellectus nō insit omnib⁹ habētib⁹ gratiā. Dicit enim Gregor. 2. Moraliū, * ꝙ donū intellectus datur cōtra hebetudinē mentis. Sed multi habētes gratiā, adhuc patiūtur mentis hebetudinē. Ergo donū intellectus non est in omnibus habentibus gratiam.

¶ 2 Præterea. Inter ea quę ad cognitionē ptinēt, sola fides videtur esse necessaria ad salutē: ꝙa per fidē Christus inhabitat in cordib⁹ nostris, vt dicitur ad Ephes. 3. Sed non oēs habentes fidē habent donum intellectus: imò ꝙ credunt, debēt orare vt intelligant: sicut Augustinus dicit in lib. De Trin. * ergo donū intellectus non est necessariū ad salutem. Non ergo est in omnibus habentibus gratiā.

¶ 3 Præterea, Ea quę sunt cōmunia omnibus habentibus gratiā, nunquam ab habentibus gratiā subtrahūtur. Sed gratia intellectus & aliorū donorū aliquādo se vtiliter subtrahit. Quandoque enim dū sublimia intelligendo in elationē se extrinam hanc, & singularissime rationem redditam in calce responsionis ad secūdum scilicet quia quanto virtus cognoscitiua ad plura se extendit, tanto est nobilior: & considera, quòd loquitur ad literam de practico & speculatiuo: & percipe quā bene dixerim, quòd fides & theologia aliter habitus est quam practicum, & speculatiuum: quod etiam inferius cōfirmatur, & clarius exprimitur, quum de dono sapientiæ tractatur:

1.2.q.58. arti.2. & q.71. art. 6. & 65. & 91.

art.1.huius quæst.

¶ *Super Quæstionis octauæ Articulum quartum.*

IN articulo quarto dubium occurrit circa rationem allatam in litera, ad ostendendam necessitatem doni intellectus in habētibus gratiam, quia necesse est in intellectu cognitionem veritatis supernaturalis existere. Videtur siquidem hæc ratio nulla, quia dici potest, quòd cognitionem supernaturalem necessariam ad rectum voluntatem, fides facit, & non est opus alio dono.

li.12. cap. 7. in fine to.3.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ad rectam voluntatem non sufficit rectitudo fidei per seipsam, sed exigitur rectitudo fidei per seipsam, & sub seruiens sibi donum. Addit siquidem donum intellectus supra fidem rectam æstimationem practice de Deo ex charitate amando, vt in sequenti articulo dicitur. Et si dicatur quòd hoc facit fides etsi non informis, tamen formata: dicendum est, quòd hoc facit fides formata: sed non per seipsam immediate, sed mediante dono intellectus. Et si vlterius quæratur ratio, quare fides formata per seipsam ad hoc non sufficit, dicendum est quòd hoc est propter imperfectam participationem diuini luminis in lumine fidei. Ex eo nanque, quod vnum in superiori participatur diuisim inferius, oportet quod lumen fidei, si ad hoc se extendit, vt rectam æstimationem practicè in intellectu modo á perfecta voluntate faciat, vt velut multiplicatum per lumen doni intellectus hoc assequatur. Signum autem huius est, quòd fides formata non differt ab informi, penes id quod se tenet ex parte intellectus, sed voluntatis. Et hoc enim sublimēdo quòd fides informis earet tali

1.2.q.19. arti.3. & 4. & q. 71. art.6. & q.91 & 93.

Cap.36.

*Lib. 1.retra.c.22. to.1.& li. de præd. sanct. * sex 34. & 49.*

In Psal. 118. conc. 3. & cōc. 8.to.8.

cap.36.

Lib. 14. cap.1.

tali existimatione: & talis existimatio ad intellectum pertinet, videlicet quod congrue aliud lumen, scilicet doni intellectus additur.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum, dubium occurrit, quo pacto verificatur, quòd omnes habentes fidem, intelligunt ea esse credenda, & quòd ab eis nullo modo est deuiandum. Neutrum enim horum ab omnibus fidelibus intelligitur, siue de perfecto, siue de imperfecto intelligere iuxta præcedentis articuli distinctionem sit sermo. Et de perfecto quidem satis constat: de imperfecto autē probatur, quia non oēs fideles intelligunt, veritati eorum, quæ sunt fidei, non contrariari ea, quæ extrinsecus apparent. Sed hoc Theologorum fidelium vix est.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, quod hic est sermo de intelligere imperfecto: & quod hoc est cōe omnibus habentibus fidē, si sana interpretatione perciatur. intelligere enim quæ exterius apparent fidei non contrariari, contingit dupliciter, scilicet positiue & negatiue. Tunc nanque positiua intellectione, cognoscimus nihil apparentium fidei contrariari, quando intellectus per positionem penetrationis extrema sic comparat, vt penetret in extrinseco extremo nullam esse contrarietatem ad ea, quæ sunt fidei. Et hoc attribuitur fidei pro quanto vtitur scientia creaturarum, & theologali in suum obsequium, nec est commune omnibus. Tunc autem negatiue intelligimus nihil apparentium contrariari veritati fidei, quando intellectus per negationem obstaculi, non intelligit aliquid contrariari. Hoc autem commune est omni fideli, & attribuitur fidei: quia ex fidei dono inest cuilibet fideli, non solum non intelligere aliquid contrarium, imo nec dubitare de aliquo contrario. Dubius enim in fide, infidelis, nō fidelis est. Et hoc modo verificatur hæc litera.

¶ Secundo dicitur, quod Autor loquitur de intelligere, quod est actus intellectus doni, quod in recta æstimatione de fine per charitatem habito consistit. Constat enim, quod sicut intelligit Deum vt finem, & obiectum beatitudinis patriæ prosequendum: ita proposita in fide esse credenda, & quod ab his non est recedendum. Vnde Valerianus Ceciliæ spōsus, interrogatus, si hæc crederet, dixit, Nihil est, quod possit verius credi. Sed hoc non est commune omnibus fidelibus, sed tātum habentibus fidem formatam, de quibus solis est articulus iste.

¶ *Super quæstionis octauæ Articulum quintum.*

IN articulo quinto in responsione ad tertium, dubium occurrit circa illud, Fides importat solum assensum ad ea, quæ proponuntur. Nam superius dictum est, quod fides facit videre ea, quæ creduntur sub communi ratione credibilis, ergo non solum assensum facit.

Cap 32.

1.2.q.68. ar.1.& 2.

¶ Ad hoc dicitur, quod ly, solum, non excludit omnem alium actum, sed actum vlteriorem, de quo est sermo, scilicet rectam æstimationem practicæ de fine vltimo: quasi diceret, quod fides peruenit vsque ad assensum solum, & non pertranfit vsque ad rectam practicæ æstimationem de Deo, quam habet quilibet in gratia existens. Et per hoc patet, quòd obiectio nihil obstat huic literæ.

¶ *Super quæstionis octauæ Articulum quintum & sextum.*

IN articulis quinto & sexto simul dubium occurrit, quia contradicunt. Nam in quinto propter rectam æstimationem de fine vltimo donum intellectus negatur esse in non habentibus gratiam: in sexto vero recta æstimatio de fine vltimo, non attribuitur intellectui, sed sapientiæ: quia iudicium de causa altissima ad sapientiam spectare dicitur. Aestimatio autem iudicium quoddam est.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod Autor non dixit æstimationem illam esse actum doni intellectus: sed quod nisi habeatur illa, non habetur donum intellectus & hoc est verum. Quia & illa existimatio & quodcunque aliud iudicium, quantum ad perceptionem, spectat ad donum intellectus: quantum ad iudicium, spectat ad sapientiam, scientiam, vel consilium: sicut quantum ad assensum formatum, spectat ad fidem formatam.

In corp. Cap.36.

¶ In eodem sexto articulo aduerte, quod Autor retractat seipsum quo ad distinctionem donorum in prima secundæ positam, vt ibi etiam notauimus.

¶ SED CONTRA est quod Dominus dicit Ioan. 6. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Sed ꝓ intellectum audita addiscimus, vel penetramus, vt patet per Grego. in primo Moralium. * Ergo quicunque habet intellectus donum, venit ad Christum: quod non est sine gratia gratum faciente. Ergo donum intellectus non est sine gratia gratum faciente.

¶ RESPONDEO, dicendum ꝙ sicut suprà dictū * est, dona Spiritus sancti perficiunt animam, secundum quod est bene mobilis à Spiritusancto. Sic ergo intellectuale lumē gratię ponitur donū intellectus, inquantū intellectus hominis est bene mobilis à Spiritu sancto. Huiusmodi autē motus consideratio in hoc est, quòd homo apprehendat veritatem circa fidē. Vnde nisi vsquē ad hoc moueatur à Spiritu sancto intellectus humanus, vt rectam ęstimationem de fine habeat, nondum consecutus est donū intellectus, quantuncunque ex illustratione Spiritus sancti, alia quædam præambula cognoscat: rectam autem æstimationem de vltimo fine non habet, nisi ille qui circa finem nō errat: sed ei firmiter inhæret tanquā optimo, quod est solùm habentis gratiā gratum facientē. Sicut etiam in moralibus rectam æstimationem habet homo de fine per habitū virtutis. Vnde donum intellectus habet nullus sine gratia gratum faciente.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Aug. nominat intellectum quamcunque illustrationem intellectualem, quæ tamen non pertingit ad perfectā doni rationem, nisi vsque ad hoc mens hominis deducatur, vt rectam æstimationem habeat homo circa finem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd intelligentia, quæ est necessaria ad prophetiā, est quędam illustratio mentis circa ea, quę prophetis reuelantur: non est autem illustratio mentis circa æstimationem rectam de vltimo fine, quę pertinet ad donum intellectus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fides importat solum assensum ad ea, quę proponuntur: sed intellectus importat quandam perceptionem veritatis, quę nō potest esse circa finem, nisi in eo qui habet gratiam gratum facientem, vt dictum est: * & ideo non est similis ratio de intellectu & fide.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum donum intellectus inueniatur etiam in non habentibus gratiam gratum facientem.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ intellect⁹ donū inueniatur etiam in nō habentibus gratiam gratū faciētem. Aug. enim exponens illud Psal. * Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, dicit, ꝓeuolat intellectus, & tardè sequitur humanus atq; infirmus affectus. Sed in oibus habentibus gratiam gratū facientem, est promptus affectus propter charitatē. ergo donum intellectus potest esse in his, qui non habent gratiam gratum facientem.

¶ 2 Præterea Danielis 3. dicitur, ꝙ intelligentia opus est in visione prophetica: & ita videtur ꝙ prophetia nō sit sine dono intellectus. Sed prophetia potest esse sine gratia gratū faciēte: vt patet Matth. 7. vbi dicentibus, In nomine tuo prophetauimus, respondetur, Nunquā noui vos. ergo donum intellectus potest esse sine gratia gratum faciente.

¶ 3 Præterea, Donū intellectus respondet virtuti fidei, secundū illud Isa. 7. secundum aliam literā, Nisi credideritis, non intelligetis. Sed fides potest esse sine gratia gratum faciente. Ergo etiam donum intellectus.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Nescierunt, neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. Sed nullus habēs gratiā ambulat in tenebris: secūdū illud Ioan. 8. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris. Ergo nullus habens gratiam, caret dono intellectus.

¶ RESPONDEO, dicendum ꝙ in omnibus habentibus gratiā, necesse est esse rectitudinē voluntatis: quia per gratiam ꝓparatur voluntas hominis ad bonum: vt Aug. * dicit. Voluntas aūt non pōt rectè ordinari in bonum, nisi præexistente aliqua cognitione veritatis: quia obiectū voluntatis est bonum intellectus, vt dicitur in 3. de Anima. * Sicut aūt per donum charitatis Spiritus sanctus ordinat voluntatē hominis, vt directè moueatur in bonū quoddam supernaturale: ita etiā per donū intellectus illustrat mentē hominis, vt cognoscat veritatem, in quam oportet tēdere voluntatem rectam. Et ideo sicut donū charitatis est in omnibus habentibus gratiam gratum facientem, ita etiam donum intellectus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ aliqui habentes gratiā gratū facientem, possunt hebetudinē pati circa aliqua, quæ sunt ꝓter necessitatē salutis. Sed circa ea, quæ sunt de necessitate salutis, sufficienter instruuntur à Spiritu sancto: secundum illud primæ Ioan. 2. Vnctio eius docet vos de omnibus.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ etsi nō omnes habentes fidem, plenè intelligant ea, quę proponuntur credenda, intelligunt tamen ea esse credenda, & quod ab eis nullo modo est deuiandum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd donum intellectus nunquam se subtrahit sanctis circa ea quę sunt necessaria ad salutem: sed circa alia interdum se subtrahit, vt non omnia ad liquidum per intellectum penetrare possint, ad hoc quòd superbiæ materia subtrahatur.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum donum intellectus distinguatur ab aliis donis.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ donum intellectus non distinguatur ab aliis donis. Quorum enim opposita sunt eadem, ipsa quoque sunt eadem: sed sapientiæ opponitur stultitia, hebetudini intellectus, præcipitationi consilium, ignorantię scientia, vt patet per Gregor. 2. Moralium. * Non videntur autem differre stultitia, hebetudo, ignorantia, & ꝓcipitatio. Ergo nec intellectus distinguitur ab aliis donis.

¶ 2 Præterea, Intellectus qui ponitur virtus intellectualis, differt ab aliis intellectualibus virtutibus per hoc sibi propriū, ꝙ est circa principia per se no-

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super quæſtionis octauæ articulum ſeptimum & octauum.*

IN ſeptimo autem & octauo articulis nihil ſcribendum occurrit, niſi quòd nouitij caueant in reſponſione ad ſecundum 8. articuli ab errore incurrendo per illa verba, Fides non pōt vniuerſaliter præcedere intellectum. Nam ſi per intellectum hic intelligerent donum intellectus, errarent. Quoniam fides præcedit & natura & tempore quandoque donum intellectus, ad quod non ſpectat quodcunque intelligere, ſed intellectionis perfectio ſaltem reſpectu vltimi finis, quę eſt propria his, qui ſunt in gratia: vt patet ex dictis. Sed intelligit Autor per intellectū omnem actum percipiēdi, qui natus eſt perfici per donum intellectus & ideo poſuit ly, Vniuerſaliter. Natum ſiquidem eſt intellectus donum perficere omnem perceptionem intellectiuam ſpectantem ad fidem ſiue illa præcedat, ſiue ſubſequatur donum intellectus.

q.1 art.7. — *Art.3. huius q.*

¶ *Super*

ta: ſed donum intellectus non eſt circa aliqua principia per ſe nota, quia ad ea, quæ naturaliter per ſe cognoſcūtur, ſufficit naturalis habitus primorū principiorum. Ad ea verò, quę ſupernaturalia ſūt, ſufficit fides: quia articuli fidei ſūt, ſicut prima principia in ſupernaturali cognitione, ſicut dictū eſt*. ergo donū intellectus nō diſtinguitur ab aliis donis intellectualibus.

¶ 3 Præterea, Omnis cognitio intellectiua vel eſt ſpeculatiua, vel practica: ſed donum intellectus habet ſe ad vtrūque, vt dictū* eſt. Ergo non diſtinguitur ab aliis donis intellectualibus, ſed omnes in ſe complectitur.

¶ SED CONTRA eſt, ꝙ quæcūq; connumerātur adinuicem, oportet ea eſſe aliquo modo abinuicē diſtincta: quia diſtinctio eſt principiorū numeri, ſed donū intellectus connumeratur aliis donis, vt patet Iſaiæ 11. ergo donum intellectus eſt diſtinctum ab aliis donis.

¶ RESPONDEO, dicendū ꝙ diſtinctio doni intellectus ab aliis trib. donis, ſcilicet pietate, fortitudine, & timore, manifeſta eſt: quia donū intellectus pertinet ad vim cognoſcitiuā, illa verò tria pertinent ad vim appetitiuam. Sed differētia huius doni intellectus ad alia tria, ſcilicet ſapientiā, ſcientiam, & cōſilium, quę etiam ad vim cognoſcitiuam pertinent, non eſt adeo manifeſta. Videtur autē quibuſdā, ꝙ donum intellectus diſtinguatur à dono ſcientię & conſilij per hoc, ꝙ illa duo pertineant ad practicam cognitionem, donum autem intellectus ad ſpeculatiuam. A dono verò ſapiētiæ, quod etiā ad ſpeculatiuam cognitionē pertinet, diſtinguitur in hoc, ꝙ ad ſapientiā pertinet iudiciū, ad intellectum verò capacitas intellectus eorum, quæ proponuntur ſeu penetratio ad intima eorū, & ſecundū hoc ſupra * numerum donorum aſsignauimus. Sed diligenter intuenti donum intellectus non ſolùm ſe habet circa ſpeculanda, ſed d etiā circa operanda, vt dictū* eſt. Et ſimiliter etiam donū ſcientiæ circa vtrunque ſe habet, vt infrà* dicetur. Et ideo oportet aliter eorum diſtinctionem accipere. Omnia enim hęc quatuor dona ordinantur ad ſupernaturalem cognitionē, quæ in nobis per fidem fundatur. Fides autem eſt ex auditu, vt dicitur Rom. 10. Vnde oportet aliqua proponi homini ad credendum, non ſicut audita, quibus per fidem aſſentiat. Fides autem primò quidem & principaliter ſe habet ad veritatem primam, ſecundariò ad quędam circa creaturas conſideranda: & vlterius ſe extendit etiam ad directionem humanorum operum, ſecundum quod per dictionem operatur, vt ex dictis patet.* Sic ergo circa ea, quę fidei proponuntur credenda, duo requirūtur ex parte noſtra. Primò quidem, vt intellectu penetrentur vel capiātur: & hoc pertinet ad donum intellectus. Secundò autem oportet, vt de eis homo habeat iudicium rectū, vt æſtimet his eſſe inhærendum, & ab eorū oppoſitis recedendum. Hoc ergo iudicium quantùm ad res diuinas, pertinet ab donum ſapientiæ: quantum verò ad res creatas, pertinet ad donum ſcientiæ: quantum verò ad applicationem ad ſingularia opera, pertinet ad donum conſilij.

1.2.q.68. artic.4. D.114. — ** Art.3. huius qu.* — ** Art.3. q. ſeq.* — *q 1. art. 1. & 6. ad 1. & q. 4. arti. 2. ad 3. & ar. 3.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ prædicta differentia quatuor donorum manifeſtè competit diſtinctioni eorū, quæ Gregor. ponit eis eſſe oppoſita. Hebetudo enim acuitati opponitur. dicitur enim per ſimilitudinē intellectus acutus, quādo poteſt penetrare ad intima eorū, quæ proponūtur. Vnde hebetudo mentis eſt, per quam mens ad intima penetrare nō ſufficit. Stultus autē dicitur ex hoc, ꝙ peruerſè iudicat circa communem finem vitę: & ideo propriè opponitur ſapientiæ, quæ facit rectū iudiciū circa vniuerſalem cauſam. Ignorātia verò importat defectum mentis etiā circa quæcunq; particularia. & ideo opponitur ſcientiæ, per quam homo habet rerum iudicium circa particulares cauſas, ſ. circa creaturas. Pręcipitatio verò manifeſtè opponitur conſilio, per quod homo ad actionem non procedit ante deliberationem rationis.

¶ Ad ſecundū dicendum, quòd donum intellectus eſt circa prima principia cognitionis gratuitæ, aliter tamen, quā fides. Nam ad fidem pertinet eis aſſentire, ad donum verò intellectus pertinet mente penetrare ea, quæ dicuntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd donum intellectus pertinet ad vtranque cognitionem, ſcilicet ſpeculatiuam & practicam, nō quantum ad iudicium, ſed quantum ad apprehenſionem, vt capiantur ea, quæ dicuntur.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum dono intellectus reſpondeat ſexta beatitudo, ſcilicet, Beati mundo corde, &c.

11. q. 94. art. 3. cor. fin. & ad 1. Et 3. di. 34. q 1. art. 4. & 6. cor.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quòd dono intellectus non reſpondeat beatitudo ſexta, ſ. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Munditia enim cordis maxime videtur pertinere ad affectum. Sed donum intellectus non pertinet ad affectum ſed magis ad vim intellectiuam. Ergo prædicta beatitudo non reſpondet dono intellectus.

¶ 2 Pręterea, Actuum 15. dicitur, Fide purificans corda eorum: ſed per purificationem cordis acquiritur munditia cordis. ergo prędicta beatitudo magis pertinet ad veritatem fidei, quā ad donum intellectus.

¶ 3 Præterea, Dona Spiritus ſancti perficiūt hominē in pręſenti vita. Sed viſio Dei nō pertinet ad vitā pręſentem: ipſa enim beatos facit, vt ſuprà habitum eſt*. Ergo ſexta beatitudo cōtinens viſionem Dei non pertinet ad donum intellectus. *1. 2. q. 3. art. 8.*

¶ SED CONTRA eſt, quòd Aug. dicit in libr. de ſermone Domini in monte.* Sexta operatio Spiritus ſancti, quæ eſt intellectus, conuenit mundis corde, qui purgato oculo poſſunt videre, quod oculus non vidit. *Lib. 1. c. 9. to. 4.*

¶ RESPONDEO, dicendum quòd in ſexta beatitudine ſicut & in aliis, duo continentur. Vnum per modū meriti, ſcilicet munditia cordis, aliud per modum præmij, ſ. viſio Dei, vt ſuprà dictum eſt. * Et vtrunque pertinet aliquo modo ad donum intellectus. Eſt enim duplex munditia. vna quidem præambula & diſpoſitiua ad Dei viſionem, quæ eſt deputatio affectus ab inordinatis affectionibus. Et hæc quidem munditia cordis fit per virtutes & dona, quæ pertinent ad vim appetitiuam. Alia verò munditia cordis eſt, quæ eſt quaſi completiua reſpectu viſionis diuinæ. Et hoc quidem eſt munditia mentis depuratæ à phantaſmatibus & erroribus: vt ſcilicet ea, quę Deo proponuntur, non accipiantur per modū corporalium phantaſmatum, nec ſecundum hæreticas peruerſitates. Et hanc munditiam facit donum intellectus. Similiter etiam duplex eſt Dei viſio: vna quidem perfecta, per quā videtur Dei eſſentia. Alia verò imperfecta, per quam etſi nō videamus de Deo quid eſt, videmus tamen quid non eſt: & tanto in hac vita Deum perfectius cognoſcimus, quanto magis intelligimus eum excedere quicquid intellectu comprehenditur. Et vtraque Dei viſio pertinet ad donum intellectus. Prima quidem ad donum intellectus conſummatum, ſecundum ꝙ erit in patria. Secunda verò ad donum intellectus inchoatum, ſecundum quod habetur in via. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta. Nam primæ duæ rationes procedunt de prima munditia. Tertia verò de perfecta Dei viſione. Dona autem & huiuſmodi nos perficiunt ſecūdum quandam inchoationē, & in futuro implebuntur, vt ſuprà dictum eſt.*

1. 2. q. 9. art. 2 & 4. — *In corp. art. & q. 68. art. 6. & q. 69. art. 2.*

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum in fructibus fides reſpondeat dono intellectus.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ in fructibus fides non reſpondeat dono intellectus. Intellectus enim eſt fructus fidei. Dicitur enim Iſa. 7. Niſi credideritis, non intelligetis: ſecundum aliā literam, vbi nos habemus, Si non credideritis, non permanebitis. Non ergo fides eſt fructus intellectus. *3. di. 34. q. 1. art. 5. col. fi.*

¶ 2 Præterea, Prius nō eſt fructus poſteriori. Sed fides videtur eſſe prior intellectu: quia fides eſt fundamētū toti⁹ ſpiritualis ædificij, vt ſuprà dictū.* Ergo fides nō eſt fructus intellectus. *Q. 4. arti. & 7.*

¶ 3 Præterea, Plura ſunt dona pertinentia ad intellectū quam pertinentia ad appetitum. Sed inter fructus ponitur tantum vnum pertinens ad intellectum, ſcilicet fides: omnia verò alia pertinent ad appetitum. Ergo fides non magis videtur reſpondere intellectui, quàm ſapientiæ, vel ſcientiæ, ſeu conſilio.

¶ SED CONTRA eſt, quòd finis vniuſcuiuſque rei eſt fructus eius. Sed donum intellectus videtur principaliter ordinari ad certitudinem fidei, quæ ponitur fructus. Dicit enim gloſſ.* ad Gal. 5. quòd fides eſt, quæ eſt fructus, & de inuiſibilibus certitudo. Ergo in fructibus fides reſpondet dono intellectus. *Glo. inter li.*

¶RESP.

1.2.q.70. art.1.

RESPONDEO, dicendum quòd ſicut ſuprà dictū* eſt, cùm de fructibus ageretur, fructus Spiritus dicuntur vltima, & delectabilia, quæ in nobis proueniunt ex virtute Spiritus ſancti. Vltimum autem & delectabile habet rationem finis, qui eſt proprium obiectum voluntatis. Et ideo oportet, quòd illud quod eſt vltimum & delectabile in voluntate, ſit quodāmodo fructus omnium aliorum, quæ pertinent ad alias potētias. Secundum hoc ergo doni vel virtutis perficientis aliquā potentiam poteſt accipi duplex fructus: vnus quidem pertinens ad voluntatem. Et ſecundum hoc dicēdum eſt, quòd dono intellectus reſpondet pro proprio fructu fides, ſcilicet fidei certitudo. Sed pro vltimo fructu reſpondet ei gaudium, quod pertinet ad voluntatem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus eſt fructus fidei, quæ eſt virtus. Sic autem nō accipitur fides cùm dicitur fructus, ſed pro quadam certitudine fidei, ad quā homo peruenit per donum intellectus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd fides non poteſt vniuerſaliter præcedere intellectum. Non enim poſſet homo aſſentire credendo aliquibus propoſitis, niſi ea aliqualiter intelligeret: ſed perfectio intellectus conſequitur fidem, quę eſt virtus, ad quam quidem intellectus perfectionem ſequitur quædam fidei certitudo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cognitionis practicæ fructus non poteſt eſſe in ipſa: quia talis cognitio non ſcitur propter ſe, ſed propter aliud. Sed cognitio ſpeculatiua habet fructum in ſeipſa, ſ. certitudinem eorum, quorum eſt. Et ideo dono cōſilij, quod pertinet ſolùm ad cognitionem practicam, non reſpondet aliquis fructus proprius. Donis autem ſapientiæ, intellectus & ſcientiæ, quæ poſſunt etiam ad ſpeculatiuam cognitionem pertinere, reſpondet ſolùm vnus fructus, qui eſt certitudo ſignata nomine fidei. Plures autem fructus ponūtur pertinentes ad partem appetitiuam: quia ſicut iam dictum eſt*, ratio finis, qui importatur in nomine fructus, magis pertinet ad vim appetitiuam, quàm intellectiuam. *In corp.*

QVÆSTIO NONA DE DONO ſcientiæ, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de dono ſcientiæ. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum ſcientia ſit donum. ¶ Secundò, vtrum ſit circa diuina. ¶ Tertiò vtrum ſit ſpeculatiua vel practica. ¶ Quartò, quæ beatitudo ei reſpondeat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum ſcientia ſit donum.

Suprà q. 8. artic. 6. cor. — *Tex. 5.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ſcientia non ſit donum. Dona enim Spiritus ſancti naturalem facultatem excedunt. Sed ſcientia importat effectum quendam naturalis rationis. Dicit enim Philoſophus in primo Poſteriorum*, quòd demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. ergo ſcientia non eſt donum Spiritus ſancti.

** 1. 2. qō. 68. art. 2. & art. 4. q. præced.* — ** Cap. 1. tom. 3.* — ** 1. 2. q. 68. art 8.* — ** q. 8. artic. 2.* — ** 1. 2. queſt. 68. ar. 2. & 8.*

¶ 2 Præterea, Dona Spiritus ſancti ſunt communia omnibus ſanctis, vt ſuprà dictum eſt: ſed Auguſt. 14. de Trinit.* dicit quòd ſcientia non pollent plurimi fideles, quamuis polleant ipſa fide. ergo ſcientia non eſt donum.

¶ 3 Præterea, donum eſt perfectius virtute, vt ſuprà dictū* eſt. ergo vnum donum ſufficit ad perfectionē vnius virtutis. Sed virtuti fidei reſpondet donum intellectus, vt ſuprà dictū* eſt. Ergo non reſpondet ei donum ſcientiæ. Nec apparet cui alij virtuti reſpondeat. Ergo cùm dona ſunt perfectiones virtutū, vt ſupra dictum eſt*, videtur quòd ſcientia non ſit donum.

SED CONTRA eſt, quòd Iſa. 11. ſcientia computatur inter ſeptem dona.

¶ RESPONEO, dicendum quòd gratia eſt perfectior quàm natura. vnde non deficit in his, in quibus homo per naturam perfici poteſt. Cùm autem homo per naturalem rationem aſſentit ſecundum intellectum alicui veritati, dupliciter perficitur circa veritatem illam. Primò quidem, quia capit eam. Secūdò, quia de ea certū iudiciū habet. Et ideo ad hoc, ꝙ intellectus humanus perfectè aſſentiat veritati fidei, duo requirūtur. Quorū vnū eſt, ꝙ ſanè capiat ea, quę proponuntur, quod pertinet ad donū intellect⁹, vt ſuprà dictū eſt. Aliud aūt eſt vt habeat certū & rectū iudiciū de eis, diſcernendo, ſ. credenda à non credēdis: & ad hoc neceſſarium eſt donū ſciētiæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd certitudo cognitionis in diuerſis naturis inuenitur diuerſimode ſecundū diuerſam conditionē vniuſcuiuſq; naturæ. Nam homo conſequitur certum iudicium de veritate per diſcurſum rationis: & ideo ſcientia humana ex ratione *demōſtratiua acquiritur. Sed in Deo eſt certum iudicium veritatis abſque omni diſcurſu per ſimplicē intuitum, vt in primo* dictum eſt. Et ideo d diuina ſciētia non eſt diſcurſiua vel ratiocinatiua: ſed abſoluta & ſimplex, cui ſimilis eſt ſciētia quę ponitur donū Spiritus ſancti, cùm ſit quędam participata ſimilitudo ipſius. *p.p.q.14. art 7. D.475.*

¶ Ad ſecūdum dicendū, quòd circa credenda duplex ſciētia poteſt haberi. Vna quidē, per quam homo ſcit quid credere debeat, diſcernens credenda à non credendis: & ſecundū hoc ſciētia eſt donum, & conuenit omnibus ſanctis. Alia verò eſt ſcientia circa credenda, per quā homo non ſolùm ſcit quid credi debeat, ſed etiam ſcit fidem manifeſtare, & alios ad credendum inducere, & cōtradictores conuincere. Et iſta ſcientia ponitur inter gratias gratis datas, quæ non dantur omnibus, ſed quibuſdā. Vnde Aug. poſt verba inducta, ſubiungit, Aliud eſt ſcire tantummodo quid homo credere debeat, aliud ſcire quemadmodum hoc ipſum, quod creditur, & piis auribus opituletur, & contra impios defendatur.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd dona ſunt perfectiora virtutibus moralibus & intellectualibus: nō ſunt autem perfectiora virtutibus theologicis, ſed magis omnia dona ad perfectionem theologicarū virtutū ordinantur, ſicut ad finē. Et ideo nō eſt inconueniens ſi diuerſa dona ad vnam virtutem theologicā ordinentur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum ſcientiæ donum ſit circa res diuinas.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ſciētiæ donū ſit circa res diuinas. Dicit enim Aug. 14. de Trinit.* ꝙ per ſcientiam gignitur fides, nutritur, & roboratur. ſed fides eſt de rebus diuinis, quia obiectum fidei eſt veritas prima, vt ſupra habitum eſt.* ergo & donum ſciētię eſt de rebus diuinis. *3. di. 35. q 2. art. 3. q. 1.* — ** l. 1. 14. de Tri. c 1. to. 3.* — ** Q. 1 artic. 1.*

2 Pręterea, Donum ſcientię eſt dignius, quam ſcientia acquiſita: ſed aliqua ſcientia acquiſita eſt circa res diuinas, ſicut ſcientia Metaphyſicæ: ergo multo magis donum ſcientiæ eſt circa res diuinas.

¶ 3 Præterea, Sicut dicitur Romanorū primo, Inuiſibilia Dei per ea, quę facta ſunt, intellecta cōſpiciūtur. Si ergo eſt ſcientia circa res creatas, videtur quòd etiam ſit circa res diuinas.

SED CONTRA eſt quod Auguſt. 14. de Trinitate * dicit. Rerum diuinarum ſcientia propriè ſapientia nuncupetur, humanarum autem propriè ſcientiæ nomen obtineat. *Cap. 1. & lib. 12. ca. 14. to. 3.*

¶ RESPONDEO dicendū, quod certum iudicium de re aliqua maximè datur ex ſua cauſa: & ideo ſecundum ordinem cauſarum oportet eſſe ordinem iudiciorum. Sicut enim cauſa prima eſt cauſa ſecundæ, ita per cauſam primam iudicatur de cauſa ſecunda. De cauſa autem prima non poteſt iudicari per aliam cauſam: & ideo iudicium quod fit per cauſam primam, eſt primum & perfectiſsimum. In his autem, in quibus aliquid eſt perfectiſsimum, nomen commune generis appropriatur his, quæ deficiunt à perfectiſsimo. Ipſi autem perfectiſsimo adaptatur aliud ſpeciale nomen, vt patet in Logicis. Nam in genere conuertibilium illud, quod ſignificat quod quid eſt, ſpeciali nomine diffinitio vocatur: quæ autem in hoc deficiunt conuertibilia exiſtentia, nomen commune ſibi retinent, ſcilicet quòd propria dicuntur. Quia ergo nomen ſcientiæ importat quandam certitudinem

¶ *Super Quæſtionis nonæ Articulum primum & ſecundum.*

IN tota quæſtione nona duo nota. Primo, actū doni ſcientiæ cōſiſtere in iudicio habente ꝓ medio creaturas. Pro obiecto vero credendū & agēdum, & ipſum iudicium ex habitu: ita ꝙ ad ſcientiā ſpectat ex habitu gratiæ gratū faciētis iudicare quid credēdum, & quid non credēdum, & quid agendum, & quid euitandū, ſecundū rationes inferiores. Hæ ſunt propriæ creaturarum cauſæ, ex quib. iudicium fit.

¶ Secundò, ꝙ in reſponſione ad tertium ſecundi articuli non dicitur, ꝙ ſcientiæ mediæ ſunt magis mathematicæ, quam naturales: quum falſum ſit, abſolute loquendo, quia ſimpliciter ſunt ſcientiæ naturales. vtpote non abſtrahentes à materia ſenſibili. Omnis enim ſcientia non abſtrahens à materia ſenſibili, eſt naturalis, vt patet 6. Metaphyſicæ. Sed dicitur ꝙ connumerantur magis cū Mathematicis vtpote eis ſimiliores. Et de cōnumeratione quidem liquet, quia cū Geometria, & Arithmetica ſcientiæ mediæ numerantur inter liberales artes. De ſimilitudine autem in modo demonſtrandi, manifeſtū eſt, dum menſurando & quantificando, concluſiones monſtrantur. Verùm quia medium vtrumque ſapit extremū, & ſcientiæ iſtæ ex parte formæ, ex Mathematica veniunt & pendent: ex parte vero materiæ, Phyſicæ ſunt: ſermones doctorum pie interpretandi ſunt, ſi quando ad alterum extremum nimis declinant.

¶Super

Universidad de Deusto Biblioteca

iudicij, vt dictum* est, siquidem certitudo iudicij fit per altissimam causam illius generis, per quam potest de omnib. iudicare, habet speciale nomē, quod est sapientia. [Art. præ.] Dicitur enim sapiens in vnoquoque genere, qui nouit altissimam causam illius generis, per quam potest de omnibus iudicare. Simpliciter autem sapiens dicitur, qui nouit altissimam causam simpliciter, scilicet Deum. Et ideo cognitio diuinarum rerū vocatur sapientia: cognitio vero rerum humanarum vocatur scientia, quasi communi nomine importante certitudinem iudicij appropriato ad iudicium, quod fit per causas secundas. Et ideo sic accipiendo scientiæ nomen, ponitur donum distinctum à dono sapientiæ. Vnde donum scientiæ est solùm circa res humanas, vel solùm circa res creatas.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quod licet ea, de quib. est fides, sint res diuinæ & æternæ: tamen ipsa fides est quoddam temporale in animo credentis. Et ideo scire quid credēdum sit, pertinet ad donum scientiæ. Scire autē ipsas res creditas secundum seipsas per quandā vnionem ad ipsas, pertinet ad donum sapientiæ. Vnde donum sapientiæ magis respondet charitati, quæ vnit mentem hominis Deo.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ratio prima procedit secundum quod communiter nomen scientiæ sumitur. Sic autem scientia non ponitur speciale donum, sed secundum quod restringitur ad iudicium, quod fit per res creatas.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut supra dictum est*, quilibet [q. 1. art. 1.] cognoscitiuus habitus formaliter quidem respicit medium, per quod aliquid cognoscitur, materialiter autē id quod per medium cognoscitur. Et quia id quod est formale, potius est: ideo illę scientiæ, quæ ex principiis Mathematicis concludunt circa materiam naturalem, magis cum Mathematicis connumerantur, vtpote eis similiores, licet quantùm ad materiam magis conueniant cum naturali. Et propter hoc dicitur in secundo Physic.* ꝙ sunt magis naturales. [Tex. 20.] Et ideo cùm homo per res creatas Deum cognoscit, magis videtur hoc pertinere ad scientiam, ad quam pertinet formaliter, quàm ad sapientiam, ad quam pertinet materialiter. Et econuerso cùm secundum res diuinas iudicamus de rebus creatis, magis hoc ad sapientiam, quàm ad scientiam pertinet.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum scientiæ donum sit scientia practica.

[Infra q. 52. art. 2. ad 2. Et 3. dist. 35. art. 3. q. 2. *Lib. 12. de Trin. c. 14 to. 3. *Cap. 32. q. præ. ar. 5. & 1. 2. q. 68.]

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ scientia, quæ ponitur donum, sit scientia practica. Dicit enim Aug. 12. de Trin.* ꝙ actio qua exterioribus rebus vtimur, scientiæ deputatur. Sed scientia, cui deputatur actio, est practica. Ergo scientia, quæ est donum, est scientia practica.

¶ 2 Præterea Gregorius dicit in 1. Morali.* Nulla est scientia, si vtilitatē pietatis nō habet. Valde inutilis est pietas, si sciētię discretione caret. Ex qua autoritate habetur, ꝙ sciētia dirigit pietatē. Sed hoc non potest competere scientiæ speculatiuæ. Ergo scientia, quæ est donū, non est speculatiua, sed practica.

¶ 3 Pręterea, Dona Spiritus sancti non habentur nisi à iustis, vt suprà habitum* est. [Cap. 22.] Sed scientia speculatiua potest haberi etiā ab iniustis, secundum illud Iac. vlt. Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. ergo scientia, quæ est donum, non est speculatiua, sed practica.

¶ SED CONTRA est quod Gregorius dicit in primo Moral.* [q. præ. art. 8.] Scientia in die suo conuiuium parat: quia in ventre mentis ignorantiæ ieiunium superat. Sed ignorantia nō tollitur totaliter nisi per vtranque scientiam, s. & speculatiuam & practicam: ergo scientia, quæ est donum, est & speculatiua & practica.

RESPONDEO dicendū ꝙ sicut suprà dictum* est, donū scientiæ ordinatur sicut & donum intellectus ad certitudinem fidei. Fides autem primo & principaliter in speculatione consistit, inquantum scilicet inhæret primæ veritati. sed quia veritas est etiam vltimus finis, propter quem operamur, inde etiam est, ꝙ fides ad operationem se extendit, secundum illud Galat. 5. Fides per dilectionē operatur. Vnde etiā oportet, [a. 1. & 4.] ꝙ donum scientiæ primò quidem & principaliter respiciat speculationem, inquantum scilicet homo scit quid fide tenere debeat. Secundariò autem se extendit etiam ad operationem, secūdum quod per scientiam credibilium, & eorum, quę ad credibilia consequuntur, dirigimur in agendis.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ Augustinus loquitur de dono scientiæ, secundum quod se extendit ad operationē. Attribuitur enim ei actio, sed non sola, nec primo. Et hoc etiā modo dirigit pietatem. Vnde patet solutio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut dictum est* [q. 8. art. 5.] de dono intellectus, quod nō quicunq; intelligit, habet donū intellectus: sed qui intelligit, quasi ex habitu gratiæ: ita etiā de dono sciētiæ est intelligendum, ꝙ illi soli donum scientiæ habeant, qui ex infusione gratiæ rectum iudicium habent circa credenda & agenda: ita quod in nullo deuient à rectitudine iustitiæ. Et hæc est scientia sanctorum, de qua dicitur Sap. 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & dedit illi scientiam sanctorum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum dono scientiæ respondeat tertia beatitudo, scilicet, Beati qui lugent, &c.

[1. 2. q. 69. artic. 3. ad 3. Et infra q. 121. arti. 2. & 3. dist. 34. q. 1. ar. 4. co. fin. & art. 6. cor. text. 85. to. 2.]

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod scientiæ non respondeat tertia beatitudo, s. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Sicut enim malum est causa tristitiæ & luctus: ita etiam & bonum est causa lętitię. Sed per scientiam principalius manifestā tur bona quā mala, quę per bona cognoscuntur. Rectum enim est iudex suiipsius & obliqui, vt dicitur in primo de Anima*. Ergo prædicta beatitudo non conuenienter respondet sciētiæ dono.

¶ 2 Pręterea, Consideratio veritatis est actus scientiæ. Sed in consideratione veritatis non est tristitia, sed magis gaudium. Dicitur enim Sap. 8. Non habet amaritudinē illius conuersatio, nec tędiū conuictus illius, sed lætitiam & gaudium. ergo prędicta beatitudo non conuenienter respōdet dono sciētiæ.

¶ 3 Præterea, Donum scientiæ prius consistit in speculatione, quam in operatione. Sed secundum quod consistit in speculatione, non respondet sibi luctus: quia intellectus speculatiuus nihil dicit de imitabili & fugiendo, vt dicitur in 3. de Anima*: [tex. 49. to. 2.] neque dicit aliquid lętum & triste. Ergo prędicta beatitudo non conuenienter ponitur respondere dono scientię.

SED CONTRA est, quod August. dicit in li. de sermone Domini in monte*, [Li. 1. c. 6. tom. 4.] Sciētia conuenit lugentib. qui dicerunt quibus malis vincti sunt, quę quasi bona petierunt.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ ad scientiam propriè pertinet rectū iudicium creaturarum. Creaturę autem sunt, ex quibus homo occasionaliter à Deo auertitur: secundum illud Sap. 13. Creaturę factę sunt in odium & muscipulā pedib. insipientium: qui scilicet rectum iudicium de his non habent, dum ęstimant in eis esse perfectum bonum, vnde in eis finem constituendo peccant, & verum bonum perdunt. Et hoc damnum homini innotescit per rectum iudiciū de creaturis, quod habetur per donum scientiæ. Et ideo beatitudo luctus ponitur respondere dono scientię.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ bona creata non excitant spirituale gaudium, nisi quatenus referuntur ad bonum diuinum, ex quo propriè consurgit gaudium spirituale. Et ideo directè quidem spiritualis pax & gaudium cōsequēs respondet dono sapientię. Dono autem scientiæ respōdet quidem primo luctus de pręteritis: & consequenter consolatio, dum homo per rectum iudicium scientiæ creaturas ordinat in bonum diuinū. Et ideo in beatitudine ponitur luctus pro merito, & consolatio consequens pro præmio. Quæ quidem inchoatur in hac vita, perficitur autem in futura.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ in ipsa consideratione veritatis homo gaudet. Sed de re, circa quam considerat veritatem potest tristari quādoque: & secundū hoc luctus scientię attribuitur.

¶ Ad tertium dicendum, quod scientiæ, secundum quod in speculatione consistit, non respondet beatitudo aliqua: quia beatitudo hominis non consistit in consideratione creaturarum, sed in contemplatione Dei. Sed aliqualiter beatitudo hominis consistit in debito vsu creaturarum, & ordinata affectione circa ipsas: & hoc dico quantùm ad beatitudinem viæ. Et ideo scientiæ non attribuitur aliqua beatitudo, pertinens ad contemplationem, sed intellectui & sapientię, quę sunt circa diuina.

QVÆSTIO DECIMA DE Infidelitate in communi, in duodecim articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de vitiis oppositis. ¶ Et primo, de infidelitate, quæ opponitur fidei. ¶ Secundo, de blasphemia, quæ opponitur confessioni. ¶ Tertio de ignorantia & hebetudine, quæ opponuntur scientię & intellectui.

¶ Circa primum considerandum est de infidelitate in communi. ¶ Secundo, de hæresi. ¶ Tertio, de apostasia à fide.

¶ Circa primū quęruntur duodecim. ¶ Primo, vtrum infidelitas sit peccatum. ¶ Secūdo, in quo sit, sicut in subiecto. ¶ Tertiò, vtrum sit maximum peccatorum. ¶ Quartò, vtrum omnis actio infideliū sit peccatum. ¶ Quintò, de speciebus infidelitatis. ¶ Sextò de comparatione earum ad inuicem. ¶ Septimò, vtrum cum infidelibus sit disputandum de fide. ¶ Octauò, vtrum sint cogendi ad fidē. ¶ Nonò, vtrum sit eis communicandū. ¶ Decimò, vtrum possint christianis fidelibus præesse. ¶ Vndecimò, vtrum ritus infidelium sint tolerandi. ¶ Duodecimò, vtrum pueri infidelium sint inuitis parentibus baptizandi.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum infidelitas sit peccatum.

[Infrà q. 34. art. 2. ad 2. Et 2. dis. 39. q. 1. art. 2. ad 4. Capit. 4 & 30 & li. 4. c. 21. † Capit. 5. tom. 7.]

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ infidelitas nō sit peccatū. Omne enim peccatum est contra naturam, vt patet per Damasce. in secundo lib.* Sed infidelitas non videtur esse contra naturam. Dicit enim Aug. in lib. de prędestinatione sanctorum† quòd posse habere charitatem, naturæ est omnium hominum: habere autem fidem quemadmodum habere charitatem, gratiæ est fidelium. ergo non habere fidem, quod est infidelium, non est contra naturam, & ita non est peccatum.

¶ 2 Præterea, Nullus peccat in eo, quod vitare non potest, quia omne peccatum est voluntarium: sed non est in potestate hominis, ꝙ infidelitatem vitet, quā vitare non potest, nisi fidem habendo. Dicit enim Apostolus ad Romanos 10. Quō credent ei, quem non audierunt? Quo modo autem audient sine prædicāte? Ergo infidelitas nō videtur esse peccatum.

¶ 3 Præterea: Sicut dictū est, sunt septē vitia capitalia, ad quę omnia peccata reducuntur. Sub nullo aūt horum videtur contineri infidelitas. Ergo infidelitas non est peccatum.

¶ SED CONTRA. Virtuti cōtrariat vitiū: sed fides est virt⁹, cui cōtrariat infidelitas. Ergo infidelitas est peccatū.

¶ RESPONEO, dicendum ꝙ infidelitas dupliciter accipi pōt. Vno modo secundum puram negationem: vt dicatur infidelis ex hoc solo, quòd nō habet fidem. Alio modo pōt intelligi infidelitas secundum contrarietatem ad fidem: qua scilicet aliquis repugnat auditui fidei, vel etiam cōtemnit ipsam, secū dum illud Isa. 53. Quis credidit auditui nostro? Et in hoc propriè perficitur ratio infidelitatis, & secundū hoc infidelitas est peccatū. Si aūt accipiatur secundum negationem purā, sicut in illis, qui nihil audierunt de fide, nō habet rationem peccati, sed magis pœnæ: quia talis ignorātia diuinorum ex peccato primi parentis cōsecuta est. Qui autem sic sunt infideles, damnantur quidem propter alia peccata, quæ sine fide remitti nō possunt: non autem damnantur propter infidelitatis peccatum. Vnde Dominus dicit Ioan. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberēt. Quod exponens Augustinus* dicit, ꝙ loquitur de illo peccato, quo non crediderunt in Christum. [tract. 89. in Ioan. tom. 9.]

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd habere fidem, nō est in natura humana: sed in natura humana est, vt mens hominis non repugnet interiori instinctui, & exteriori veritatis prædicationi: vnde infidelitas secundum hoc est contra naturam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de infidelitate, secundum quòd importat simplicem negationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd infidelitas, secundum quod est peccatum, oritur ex superbia, ex qua contingit, quòd homo intellectum suum non vult subiicere regulis fidei & sano intellectui Patrum. vnde Gregorius dicit 31. Moral.* [Cap. 31.] quòd ex inani gloria oriuntur nouitatum præsumptiones. Quamuis posset dici, quòd sicut virtutes theologicæ non reducuntur ad virtutes cardinales, sed sunt priores eis: ita etiam vitia opposita virtutibus theologicis non reducuntur ad vitia capitalia.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum infidelitas sit in intellectu sicut in subiecto.

[2. dist. 36. q. 1. art. 2. ad 4. & 3. di. 23. q. 2. art. 3. q. 1. ad 4. *Cap. 10. & 11. to. 6. *Artic. præced.]

AD SECVNDVM sic pceditur. Videtur quod infidelitas nō sit in intellectu sicut ī subiecto. Omne enim peccatum in voluntate est, vt Aug. dicit lib. de Duabus animabus.* Sed infidelitas est quoddam peccatum, vt dictum est.* Ergo infidelitas est in voluntate sicut in subiecto, non in intellectu.

¶ 2 Pręterea, Infidelitas habet rationem peccati ex eo, quòd prædicatio fidei cōtemnitur. Sed contemptus ad voluntatē ptinet. Ergo infidelitas est in volūtate.

¶ 3 Præterea, Secundæ ad Corinth. 11. super illud, Ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis, dicit gl.* [Glos. ord.] quòd si angelus malus se bonum fingat, & si credatur bonus: non est error morbidus, si facit vel dicit, quæ bonis angelis congruūt. Cuius ratio esse videtur, pter rectitudinem voluntatis eius, qui ei inhæret, intendens bono angelo adhærere. Ergo totum peccatum infidelitatis esse videtur in peruersa voluntate: non ergo est in intellectu sicut in subiecto.

¶ SED CONTRA. Contraria sūt in eodē subiecto. Sed fides cui cōtrariatur infidelitas, est in intellectu sicut ī subiecto. Ergo & īfidelitas ī itellectu est.

¶ Super quæstionis decimæ articulum primum.

IN articulo primo quæstionis decimę dubiū occurrit, & specialiter in materia primi argumenti. Videtur enim omnino, quòd infidelitas, id est, nolle credere, non sit peccatum. Et ratio est, quia fides non est necessaria ad bonum naturale: sed supernaturale tātùm. Ex hoc enim arguitur sic, nullus peccat nolendo bona, quæ sunt supra naturā suam, etiam oblata, nisi fortè ratione contemptus: quia, s. despicit offerentem, vel oblata. Sed homo, salua Dei & donorum suorum supernaturalium reueuerentia, potest ea nolle, volendo stare in suis solis naturalibus: ergo nō peccat nolendo fidem suscipere. Maior patet in ciuilibus. Nam rusticus nolens acceptare ciuilitatem, & ciuis nolens ascendere ad nobilitatem, & alij huiusmodi, non peccant. Minor est de se euidens. ergo. Si dicatur, ꝙ quia homo est infirmus, per fidem sanatur: & ideo tenetur ad sanitatem: Vel quia Deus præcepit fidem suscipi ab omnibus, iuxta illud, Qui nō crediderit, condemnabitur: ideo peccatum est non suscipere fidem. Contra primum dictum est, quia secundum hoc nec homo in statu innocentiæ, nec angeli obligati fuissent ad fidē, quod est falsum. Contra secundum est: quia ratio præcepti vertitur in dubium. Apparet enim, ꝙ iniuste præcipiatur alicui, aut ascendas supra gradum tuum, aut occideris. Quum vniuersæ iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ, & misericordia Domini sit super omnia opera eius, si iniquè & crudeliter rex terrestris offerret ciuibus nobilitatem aut mortem, quomodo fas est dicere, ꝙ Deus misericordiarū offerat creaturis rationalibus fidē cum reliquis supernaturalibus donis, cum tali præcepto, aut hoc suscipite, aut mortem? Iustitia nāque hoc potius exigere videtur. Aut hæc suscipite, aut priuati eritis felicitate supernaturali. Vobisque iputabitur quicquid vobis ex hac refutatione deerit. ¶ Ad hoc dicitur, quòd quia præcepta dantur creaturis rationalibus secundum naturas seu gradus naturæ, quas habent: & creaturæ rationales supra gradus naturales consummantur in participatione naturæ diuinæ: ita quòd sic institutæ sunt: consequens est, vt quemadmodum iustè subduntur præceptis spectantibus ad alios gradus, ita iustè subiacent præceptis fidei, spei, charitatis spectantibus ad gradum, quo participant diuinam naturam. Et licet hæc responsio apud doctos non egeat expositione, pro nouitiis tamen declaratur. In homine est in primis natura vegetatiua, est natura sensitiua, est natura intellectiua, est demum participatio naturæ diuinæ. Et sicut constitutio creaturarum in suis speciebus spectat ad primam rerū distributionem secūdū diuinæ sapientiæ rationem: ita constitutio creaturarū rationalium in suis naturalibus & in participatione diuinæ naturæ ad primam rerum conditionem spectat: & tanto plus, quanto superius quæst. 2. articulo. 3. dictum est, quòd perfectio naturæ inferioris confirmatur ex participatione superioris. Quia igitur in homine est pars vegetatiua, ad quam spectat conseruare indiuiduum & speciem, oportuit hominem subiici pręceptis spectantib. ad generationem & cibum & potum. Et similiter quia in homine est pars sensitiua, ad quam spectant passiones, oportet hominem subiici præceptis ad iram, timorem, & huiusmodi. Et similiter, quia in eo est pars rationalis, in qua est voluntas, oportet ipsum subiici præceptis spectantibus ad iustitiam, vel iniustitiam. Et eadem ratione quia constitutus est, vt in ipso sit natura diuina participatiuè: ideo oportet ipsum subiici præceptis fidei, spei, & charitatis, ad huiusmodi participationem spectantib. Et sicut non potest iure conqueri de Deo, quòd fecerit ipsum in gradu rationali: ita non potest iure cōqueri, quòd constituerit ipsum in hoc, quòd sit particeps diuinæ naturæ. Et quemadmodum data iam natura rationali, non potest quis refutare præcepta spectātia ad illam: ita data iam creaturæ rationali hac participatione, non potest refutare præcepta ad illam pertinentia. Et per hæc patet clarè respōsio & solutio quæstionis. Nam non est simile quod affertur pro simili: quia non præsupponitur, quod rex possit homines constituere in gradibus sine ipsis hominibus, sicut potest Deus, qui creat nos, sine nobis. Nec præsupponitur, quòd homines sint iam constituti in gradu nobilitatis, vt in proposito inuenitur. Simile autem esset si præsupposito quòd iam essent ciues in gradu nobilitatis, & refutare vellent præcepta regia, spectantia ad nobiles. Creaturæ nanque rationales ab initio institutæ sunt, vt essent & viuerent, non solùm secundum proprias naturas, sed secundum diuinæ naturæ consortium: & propterea meritò præceptis supernaturalibus subiiciuntur, tenentúrque ad maximas gratias Deo, qui eas tanti fecit, vt tā excelso gradu cōstitueret. Propter quod nō solùm iustū est, vt non credendo priuentur bonis gratuitis, sed etiam vt damnētur, vtpote nolentes viuere secundum constitutam eis diuinitatis participationem à datore & distributore naturarum & graduum. Propter hos enim scriptum est, Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, dum in propriis naturæ manet, opponens se altissimæ causæ iudicio: & ideo similis factus est illis. Nec excusantur à contemptu refutantes fidem: quia nolunt subiici præceptis, quibus tenentur, vt iam declaratum est.

¶ Super quæstionis decimæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quęstionis, aduerte, quòd sicut assentire his, quæ sunt fidei, constituit statim hominem fidelem: ita in his, quæ constat spectare ad fidem, dissentire, statim constituit hominem infidelem. Dissentire autem contingit tripliciter. Primò positiuè, sentiendo contrarium: vt

si credat quis Deum non esse incarnatum. Secundo negatiuè, non sentiendo quod constat teneri à fide. Et hoc dupliciter contingit, vel non credendo simpliciter, vt si quis non credat Deum esse incarnatum, vel sub dubio vacillando, vt si quis dubitet Deum esse incarnatum. Et hoc habet latitudinem iuxta triplicem modum dubij, scilicet opinionis, suspicionis, & neutralitatis. Quocunque autem dictorū modorū contingat dissentire voluntarie, id est cum consensu, peccatum est infidelitatis. Et hæc notanda sunt à scrutatoribus conscientiarum.

1.2.quæst. 74.art. 1. 2.& 5.

¶ In eodem articulo quæstio de subiecto peccati, si moueatur, ad præcedentem librum recurratur, vbi sunt fundamenta huius.

¶ In responsione ad tertium in eodem articulo nota pro habentibus visiones, vltima verba, Quum incipit ad sua adducere, id est mala & falsa: & memento q; appellatione Malorum, veniunt hoc in loco minus bona. Quum enim Spiritus sanctus æmuletur charismata meliora, suadens, aut ducens ad minus bona, Spiritus sanctus non est.

¶ Super quæstionis decimæ Articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdem quæstio. dubium, quod esse potest, Quomodo omne peccatum formaliter in auersione consistit, in præcedenti libro solutum est, vbi dictum est quòd peccatum, vt est in genere mali simpliciter, consistit in auersione formaliter.

Glo. ordi.

*Infrà q. 39.arti.2. Et 3. q. 80.arti 5. cor. Et mal.q.2. artic. 10. cor.& ad 2.& q.3. arti.8.ad 1. Et Ro. 2. lect. 2. col. 4. & Hebr. 2. le.5.cor.4. * Aub li. 4. de hap. con donatis. ca. 20. to. 7.*

¶ In eodem articulo dubium nouitiorum occurrit, Quomodo infidelitas ponitur grauissimum peccatum ex genere suo, & grauitas eius pensatur ex parte auersionis. Nam grauitas peccati ex genere suo, quæ est grauitas substantialis eius, attenditur penes obiectum, seu finem peccati: vt in q. 73. præcedentis libri patet. Auersio autem in peccato dicitur contra obiectum.

¶ Ad hoc breuiter dicitur ex prædicto loco, quòd quia auersio consequitur conuersionem ad obiectum, quanto obiectum, ad quod fit conuersio, peius est, tanto auersio est maior: ac per hoc peccatū grauius ex genere est grauius secundum auersionem, & sic est in proposito. Nam infidelitas, quæ consistit in dissensu contemnente veritatem primam, conuertitur ad contrarium primæ veritati: ac per hoc auersionem habet à prima veritate, non solùm secundū affectum, vt vitia moralia, sed secūdū cognitionem, vt in litera dicitur. Et propterea eis omnibus grauius est.

¶ In eodem articulo dubium ex duplici capite occurrit circa illa verba, Nec potest esse, quòd quantum ad quid Deum cognoscat, qui falsam opinionem de eo habet: quia id quod ipse opinatur, non est Deus. Primo quia falsa videtur, quoniam infidelis, puta Iudæus vel philosophus, refutans fidem incarnationis, quantum ad aliquid Deum cognoscit, puta quòd est super omnia actus purus, optimum omnium, prima causa, &c. & hoc opinatū non assumpsisse carnem, id est Deus. Et confirmatur, quia aliter fidelitas & infidelitas non essent de eodem, scilicet Deo. Et semper esset æquiuocatio inter fidelem & infidelem in disputando, &c. Secundo, quia præsupponunt vnum falsum, scilicet quòd omnis infidelitas erret circa Deum, cùm contingat infidelem errare in aliis, puta quòd Ismael non fuit filius Abrahæ, & similibus.

¶ Ad hæc ordine retrogrado dicitur, quòd quia obiectum fidei est Deus, & opposita sunt circa idem: infidelitas circa Deum est. Et quemadmodum quicquid sub fide comprehenditur, intantum ad fidem pertinet, inquantum ad Deum reducitur: ita quicquid ad infidelitatem spectat, vt sic ad Deum reducitur. Qui enim negat Ismaelem esse filiū Abrahæ, affirmat Autorem sacræ scripturæ Spiritum sanctum esse mendacem: & simile est in aliis. Et propterea omnis infidelis falsè opinatur de Deo, vt in litera dicitur.

7 tract 89 in to.9.

¶ Ad primum autem dicitur, quòd aliud est loqui de infideli vt sic, & aliud de homine infideli, aliam cognitionem habente. Non enim dicitur in litera, quòd homo infidelis nullam habet cognitionem de Deo, quod obiecta impugnant: sed dicitur, quòd per infidelitatem non cognoscitur Deus, nec simpliciter, nec secundum quid. Non simpliciter: quia falsa aliquius cognitio non est illius cognitio, sed error de illo: & propterea non facit appropinquare ad illud, sed elongari ab illo. Ignorantia enim prauæ dispositionis elongat ab eo, quod sic ignoratur: Nec secundum quid: quia falsa enuntiatio, vt sic affert oppositum subiecti simpliciter, vel secundum quid, iuxta materiam necessariam vel contingentem.

1.2.q. 71. ar.6.& q. 73.arti.3.

q.34. arti. 2.& qū. 20.arti.3.

Quum enim dicitur, Sortes non est risibilis, per istam enuntiationem affertur non Sortes: quia non risibile, infert non Sortem. Quum autem dicitur, Sortes currit, ipso sedente, affertur non Sortes nunc: quia affertur Sortes currens, qui non inuenitur. Et sic in omni materia patet, quòd falsa enuntiatio vt sic, nihil cognitionis largitur de subiecto: quia oppositum subiecti refert. Et si dicatur, quòd largitur saltem cognitionem incomplexam terminorum, dicendum est quòd huiusmodi cognitio non spectat ad falsam enuntiationem, sed præsupponitur, & in proposito nō spectat ad infidelitatem.

Vnde in litera non dicitur, quòd terminus non apprehensus non est Deus: sed quia id quod ipse opinatur, non est Deus: quod enim opinatur infidelis vt sic, non est Deus: vt declaratum est. Et per hoc patet solutio obiectorum. Aequiuocatio namque esset in proposito secundum terminos incomplexos, qui supponuntur, si variè sumerentur: sed non sic est in proposito. Aliud est enim dicere, quòd id quod supponitur incarnari, vel non incarnari, est Deus. Et aliud est dicere, quòd id quod affertur ex falsa fide incarnationis, non est Deus. Nā infertur Deus non incarnatus, qui non est Deus. Nihil ergo ex infidelitate, inquantum huiusmodi, cognoscitur de Deo, sed elongatio sit intellectus ab eo: & ideo auersio maior est in ea, quàm in cæteris moralibus: quia affectum quidem à Deo, sed intellectum à creatis veritatibus auertunt, vt patet in virtutibus cardinalibus.

¶ In responsione ad tertium in eodem articulo, nota quàm grauia sint scelera Christianorum, vt cognoscētes grauitatem peccatorum facianus iudicium & iustitiam de nobis condigne.

¶ *Super*

ior pœna, secundum illud Deut. 25. Pro mēsura peccati erit & plagarum modus, sed maior pœna debetur fidelibus peccātibus, quàm infidelibus: secundum illud ad Hebræos 10. Quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei cōculcauerit, & sanguinē testamēti pollutū duxerit, in quo sanctificatus est? Ergo infidelitas nō est maximū peccatorū.

¶ SED CONTRA est quod Aug. *dicit, exponens illud Io. 15. Si nō venissem, & locutus eis non fuissem, peccatū nō haberēt. Magnū quidē, inquit, quoddā peccatū sub generali nomine vult intelligi. Hoc em est peccatū, scilicet infidelitatis, quo tenētur cūcta peccata. Infidelitas ergo est maximum peccatorū.

¶ RESPONDEO dicendū, q; omne peccatum formaliter cōsistit in auersione à Deo, vt suprà dictum est *. Vnde tantò aliquod peccatū est grauius, quātò per ipsum homo magis à Deo separatur. Per infidelitatem aūt maximè homo à Deo elōgatur, quia nec verā Dei cognitionem habet. Per falsam autem cognitionem ipsius non appropinquat ei: sed magis ab eo elongatur. Nec pōt esse, quod quantum ad quid Deum cognoscat, qui falsam opinionem de eo habet: quia id quod ipse opinatur, nō est Deus. Vñ manifestū est, q; peccatū infidelitatis est maius omnibus peccatis, quæ cōtingunt in peruersitate morum. Secūs autē est de peccatis, quæ opponuntur aliis virtutib⁹ theologicis, vt infrà dicetur *.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū q; nihil prohibet peccatū, quod est grauissimum secundum suum genus, esse minus graue secundum aliquas circunstātias. Et ideo Augustinus noluit præcipitare sententiam de malo catholico, & hæretico, aliàs non peccante, quia peccatum hæretici, etsi sit grauius ex genere, potest tamen ex aliqua circunstantia alleuiari, & econuerso peccatum catholici ex aliqua circunstantia aggrauari.

¶ Ad secundum dicendum, quòd infidelitas habet ignorantiam adiunctam, & habet dissensum ad ea, quæ sunt fidei: & ex hac parte habet rationem peccati grauissimi. Ex parte autem ignorantiæ habet aliquam rationem excusationis: & maximè quando aliquis ex malitia non peccat, sicut fuit in Apostolo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd infidelis pro peccato infidelitatis grauius punitur, quàm alius peccator pro quocunque alio peccato, considerato peccati genere. Sed pro alio peccato, puta pro adulterio, si committatur à

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum infidelitas sit maximum peccatorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd infidelitas non sit maximum peccatorum. Dicit enim Augustinus, * & habetur sexta quæstione 1. Vtrū catholicum pessimis moribus alicui hæretico, in cuius vita præter id quod hæreticus est, nō inueniunt homines quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare sententiam. Sed hæreticus est infidelis. Ergo non est simpliciter dicendum, quòd infidelitas sit maximum peccatorum.

¶ 2 Præterea, Illud quod diminuit vel excusat peccatum, non videtur esse maximū peccatum. Sed infidelitas excusat vel diminuit peccatū. Dicit enim Apostolus primæ ad Timo. 1. Prius fui blasphemus, & persecutor, & cōtumeliosus: sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Ergo infidelitas non est maximum peccatorum.

¶ Præterea, Maiori peccato debetur ma

¶ Super quæstionis decimæ Articulum quartum.

IN articulo quarto eiusdem quæstionis dubium occurrit ex Gregor. de Arimino in 38. distinct. & reliquis vsque ad 41. secundi sententiarum, volente, quòd omnis actus infidelium simpliciter, qui nulla fide credunt Deum, est malus moraliter: quia deest in omnibus circunstantia vltimi finis, quia scilicet non fit recta intentione propter Deum vltimate: quia non cognoscunt Deum vltimate diligendum propter se, & omnia alia propter ipsum.

*2. d. 7. q. 1. artic. 2. col. 1. fin. Et d. 41. q.1.art.2. Et mal q. 2. artic. 5. ad 7. Et Rom. 14. fin. * sumitur ex Aug. & habetur in lib. Sent. collectarū ex Aug. ca 106. to.3. * Actor Apost. c. 10.*

¶ Et confirmatur, quia omnis intentio, qua aliquid aliud à Deo diligitur propter se, est mala: quia nullum aliud à Deo est diligendum propter se, quia non est summe diligendum. Et probatur hæc vltima sequela, scilicet, non est summe diligendum, ergo non est propter se diligendum quia propter se diligendum potest vltimate diligi: ita quòd multa possunt propter illud vltimate diligi. ergo est summe diligendum. Ergo à destructione consequentis non est summe: ergo nec propter se diligendum.

¶ Et confirmatur hoc: quia qua ratione aliquid puta actus virtutis est propter se diligendus, pari ratione alia, puta honor, & fama, quæ sunt secundum se bona diligibilia, quia præcisè sunt talia, & sic vltimate operari propter honorem & gloriam non esset peccatum, quod est cōtra doctrinam sanctorum.

** 1. 2. q. 85 arti. 1. & 2.*

¶ Et confirmatur, quia aliter in Gentilibus fuissent verę virtutes contra Augustinum.

¶ Ad euidentiam horum considerandum est aliquid ex parte ordinis rerum, & aliquid ex parte nostri. Ex parte siquidem rerum apparet, quòd sicut cum supremo agente stant inferiora agentia, & multa prima agentia in genere hoc vel illo: vt pater in regnis & actibus: ita cum vltimo fine simpliciter totius vniuersi stant multi vltimi fines in genere hoc & illo. Nec esse vltimū finem in hoc genere, derogat vltimo fini simpliciter, nec aufert ab vltimo fine in genere, ordinari ipsum ad vltimum finem simpliciter. Et quoniam in agentibus agens primum in aliquo genere, puta dux in exercitu, potest considerari dupliciter. Primo, vt est caput & primum mouens in illo ordine: secūdo, vt est motum ab alio, s. à primo agente simpliciter: nec est vna & eadē ratio ducis primo & secundo modo sumpti: quia non est eadem ratio mouentis & moti, inquantum mouentis & inquantum moti, vt patet proportionaliter in finibus, oportet dicere, quod finis vltimus in genere, habet duas rationes. Vnam, quatenus est finis vltimus in illo genere. Et ex hac habet, quatenus est finis, quòd omnia illius generis sint propter ipsum: quatenus vero est vltimus in illo quod ipse non sit propter aliud in illo genere. Alterā quatenus ordinatus ad fidem vltimum simpliciter, & ex hac patet, quòd propter aliud sit. Ex parte autem nostri consideranda sunt tria. Primo, quòd cognoscere Deum esse vltimum finem vniuersi totius, propter se tantum diligendum, & alia propter ipsum naturali ratione absque omni fide patet, & ex 12. Metaphysicæ habetur. Quum enim pars naturaliter sit propter totum & ne patet, quòd homo seipsum propter Deum: vt vltimum finem amat ac per hoc reliqua, quæ amat propter seipsum. Secundò quòd diligere sic Deum contingit dupliciter, scilicet implicite & explicite. Explicite quidem, cum ad hoc homo dirigit intentionem suam: implicite autem cum se habet secundū affectum ad res vt sunt. Ex eo enim quod res sunt rectè ordinatæ & ad Deū affectum ad res vt sunt. Ex eo enim quod res sunt rectè ordinatæ & ad Deū mediante vniuersō affectu tēdens in res vt sunt in gradibus suis constitutæ, tendit in eas implicite, vt sunt propter vniuersum & vltimate propter Deum. Tertiò, ad diligendum Deum explicite vt finem naturæ seu vniuersi, homo non tenetur semper quum sit affirmatiuum, nec ſtatim, quia non prius tenetur ad explicite diligendum, quàm ad explicite cognoscendum. Constat autem, quòd post multum temporis aduenit homini hæc cognitio, naturaliter loquendo. Ad implicite autem diligendum Deum vt finem naturæ, tenetur homo ſtatim, etsi non semper actualiter, quia est affirmatiuum, tenetur tamen quando operatur, semper virtualiter: alioquin peccat venialiter vel mortaliter, defectu debitæ circunstantiæ vltimi finis. Ex his autem facile satisfit obiectis. Nam prima ratio nihil valet. Nam simpliciter infideles & postsunt per Philosophiam nosse Deum esse finem vniuersi: & si nescirent, sufficit ad euitandum peccatum in multis suis actibus diligere & intendere Deum implicite, habendo se quandoque ad res, vt sunt: quamuis hoc non sufficiat ad salutem æternam, nec ad euitandum omnia peccata.

¶ Ad secundum autem dicitur falsum esse, quòd nihil aliud à Deo est diligibile propter se. Actus enim virtuum speculatiuarum, sunt diligibiles propter se: Et ad probationem, quòd nihil aliud à Deo est summe diligibile, respondetur, quòd sicut aliquid habet rationem vltimi finis, ita habet rationē summe diligibilis. Quod enim est finis vltimus simpliciter, est diligibile summe simpliciter: quod autem est finis vltimus in genere, est diligibile summe in genere. Vnde exempli gratia, perfectio partis intellectiuæ, quæ propter seipsam appetibilis est, summe appetitur in genere tali, puta formalium perfectionum: & propter ipsam reliqua eius generis appetuntur. Nec hoc est constituere ipsum finem vltimum simpliciter, sed in genere. Et per hoc patet responsio ad confirmationem de fama & honore: quia non est par ratio de omnibus bonis: quia quædam sunt vltima in aliquo genere: & quædam non. Et quædam sunt bona, quia ipsa sunt bona: quædam sunt solum bona, quia vtilia: sicut quædam sunt agentia prima, quædam non. Et quædam sunt agentia, & quædam instrumenta agentium. Honor, & cætera huiusmodi inter minima bona sunt, & tamen in suo genere summe amare summum eorum nullum malum est. Sed vbi decepti videntur isti, est hoc, quòd non vident, quod appetere (verbi gratia, scire Philosophiam) quia est perfectio intellectus, & nihil cogitando tam ante, quam tunc est appetere bonum, puta intellectum perfectum, sic propter se explicite: quod tamen est appetere idem propter aliud: puta, vniuersum & Deum implicite, quia appetitus tendit ad rem illam vt est. Tēdit enim ad illam propter se & ita est. Sed non excludit appetitus ordinem eiusdem ad aliud, quamuis nec includat eundem explicite. Nec ad hoc tenetur semper, quando hoc appetit. Et simile est de aliis. Vnde in Gentilibus quamuis non fuerint veræ virtutes, quæ sunt dispositiones perfecti ad optimum simpliciter: actus tamen virtuosi, qui sunt dispositiones ad optimum in genere, id est fœlicitatem naturalem esse (nihil negando de Augustino) potuerunt.

D. 402

¶ In eodem quarto articulo dubium adiunctum occurrit. An vendentes infidelibus ea, quibus vtuntur ad infidelis cultus ritum seruandum, peccent. Est enim ratio dubij pro parte affirmariua. Quia sunt digni morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Constat autem, quod cooperantes ad aliquid illi consentiunt. Cooperari autem vendentes oportuna ad illud, quando sunt conscij intenti vsus, patet ex eo, quod illicitum iudicatur vendere ballistas, & alia huiusmodi tempore belli iniusti, vendere taxillos, & alia huiusmodi, his qui abutentur eis. Pro parte autem negatiua: quia vendens aliquid, vt sic, non communicat cum emptore in futuro vsu, sed solum in contractu venditionis & emptionis: per hoc si vendit iusto precio, &c. iustè transfert dominiū illius rei in illum: de vsu autem relinquit illi curam postquam erit translatum dominium.

¶ Ad hoc dicitur, quod vendere pertinentia ad ritum infidelium contingit tripliciter. Primò ea quorum vsus ad nihil est nisi ad infidelitatem, vt sunt idola, ſtolæ sacerdotales, & huiusmodi. Et hoc constat esse illicitum, vt infertius in q. 169. art. 2. ad quartum dicitur. Secundo, ea quorum vsus communis est ad bonum & malum, vt res naturales, pura animalia, fructus, flores, & huiusmodi & artificiales, vt vestes communes, & alia huiusmodi. Et hoc contingit tripliciter, vel vendendo ad hunc effectum, vt scilicet habeant opportuna ad cultum suum: & hoc etiam constat esse illicitum, quoniam hoc est cooperari instrumenta præbendo ad peccandum vel nesciendo quòd infideles ementes vtantur iftis in suis sacris: & hoc nullum peccatum de se continet, quum etiam ignorātia illa sit eorū, quæ fidelis nō tenetur scire. Vel sciendo, quòd infideles emunt ista pro suis sacris & in hoc casu tota difficultas consistit. Si tamen diligēter consideretur, quòd vendendo ista cōia cū scientia & fine intentione vsus mali futuri ex parte rei venditæ, non dat directe occasionem peccadi, vt in primo casu (quia res talis nō est principaliter ad vsum malū sed indifferēs) & ex parte voluntatis non est cōsensus ad hoc, vt iste habeat oportuna ad sacra sua (vt in secundo casu accidit) sed sola scientia futuri vsus mali interuenit: apparebit quòd malus vsus, qui sequitur, non est respectu sic vendentis voluntarius, ita vt sibi imputetur: ac per hoc nō est peccatum. Manifestatur aūt hoc ex distinctione voluntarij, directe, & indirecte. Constat nāque, quòd talis vsus non est voluntarius directe: quum non sit à voluntate vendentis directe, vt patet. Quòd autē non sit indirectè voluntarius

Universidad de Deusto
Biblioteca

rius, quia scilicet in potestate voluntatis vendentis est non vendere, ex quo euitabitur malus vsus illius rei: hinc patet, quòd venditor rei habentis vsum indifferentem, per se loquendo non tenetur cauere de vsu futuro: alioquin oporteret venditores rerum solicitari circa hoc, quod est futurum. Per accidens autem, puta quia sunt conscij futuri mali vsus penes istum emptorem non tenetur nisi pro quanto potest & debet cauere, ne ille in aliis vsus fiat. Hæc enim est natura voluntarij indirecte, quòd scilicet possit & debeat voluntas velle. Constat autem quod licet venditor in casu nostro cauere possit, non tamen debet quia non tenetur impedire eos à sacris suis. Apparet autem hanc determinationem esse veram: quia ex ea solluuntur difficultates accidentes in huiusmodi, scilicet de vendentibus ballistas tempore belli iniusti. In his enim venditor non solum potest, sed tenetur, quantum in se est impedire bellum iniustum: multo magis, quàm particularem oppressionem pauperis: & propterea isti non excusantur, sicut nec vendentes venenum, conscij de malo vsu futuro. Sicut enim tenetur quis auferre gladium de manu furiosi, ita tenetur ad impediẽdum huiusmodi & tanto magis, quanto sola negatione venditionis hoc possunt. De venditoribus autẽ taxillorum & aliorum huiusmodi in suo loco inferius erit sermo.

Infrà q. 22. arti. 1. cor. & q. 64. art. 1. ad pri.

Cap. 6. Super quæstionis decimæ Articulum quintum.

IN articulo quinto dubium occurrit de duplici ordine specierum diuersorum vitiorum, an in vtroque ordine sit vera diuersitas specifica. Nam si distinguantur specie vitia secundum diuersitatem requisitorum ad virtutem, non sufficienter determinatum est superius de diuersitate specifica vitiorum & virtutum ex obiectis: nec possent discerni species peccatorum, nisi singulariter indiuidua cernerentur. Si autem non sunt veræ species, malè dicitur, quòd infinita vni opponuntur, &c. Constat enim quòd de pluralitate specifica est sermo.

1. 2. q. 19. arti. 3 & 4. & qu. 64. art. 1. & q. 96. arti. 1. & q. 90. art. 1.

¶ Ad hoc dicitur, quòd peccatum, vt prædictum fuit, est in duplici genere, s. mali simpliciter, & mali moralis. Et propterea species eius dupliciter assignãtur. Nã prout est in genere mali moralis, assignantur ei species determinatæ & certæ: & hæ sunt quæ in litera dicuntur attendi penes diuersam habitudinem ad virtutem. Prout autem sunt in genere mali, simpliciter assignãtur ei species infinitæ. Et hæc sunt quæ in litera dicuntur attendi penes corruptionem requisitorum ad virtutẽ. Et quoniam species in genere mali simpliciter, non sunt species, sed priuationes specierum, sicut malum ipsum est priuatio generis, puta boni moralis: ideo species vitiorum secundum corruptionem requisitorum, non sunt veræ & propriæ species vitiorum simpliciter, sed secundum quid, id est in tali ordine. Illæ autem, quæ determinatæ sunt simpliciter, sunt species vitiorum. Et propterea sufficienter superius determinatum est de specifica diuersitate, & ad discretionem peccatorum sufficit illas certas species nosse. Hanc autem esse mentem Autoris in litera, ex eo patet, quòd distinctionem factam in corpore articuli de duplici diuersitate vitiorum, ad distinctionem factam in responsione ad primum de duplici formali, constat pertinere. Nam omnis distinctio specifica penes formale attenditur, ac per hoc duplex ordo diuersitatis specificæ ipsius vitij penes duplex formale in peccato attendi debet. Ac per hoc certæ species vitiorum ex parte obiecti, infinitæ autem ex parte recessus, ponendæ sunt. Et ad hoc expli-
candum in corpore articuli, tractando de diuersitate vitij infinita, duo dicũtur. Primo ly, Vt à rectitudine virtutis recedatur: vbi ostendit, quòd infinitas ista consistit in recessu à bono, ex qua parte peccata non habent verã speciem secundo testimonium Pythagoricorum, qui de malo simpliciter loquuntur.

¶ Et confirmatur hoc ex præcedenti libro, vbi didicimus, quòd corruptio quorumcunque requisitorum ad virtutem, ad idem vitium spectat, ad quod spectat obiectum, vt in q. 73. art. vlt. patet. Vbi etiam in responsione ad primũ patet quod species penes corruptionem requisitorum, sunt species mali simpliciter, & non species peccatorum.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum sint plures infidelitatis species.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd non sint plures infidelitatis species. Cùm enim fides & infidelitas sint cõtraria, oportet ꝙ sint circa idem: sed formale obiectũ fidei est veritas prima, à qua habet vnitatem, licet multa materialiter credat. ergo etiã obiectum infidelitatis est veritas prima. Ea vero quę discredit infidelis, materialiter se habẽt in infidelitate. Sed differẽtia secũdum speciẽ non attenditur secundum principia formalia. Ergo infidelitatis nõ sunt diuersæ species secundũ diuersitatem eorum in quibus infideles errant.

¶ 2 Præterea, infinitis modis põt aliquis à veritate fidei deuiare. Si ergo secundũ diuersitates errorum diuersæ species infidelitatis assignentur, videtur sequi, ꝙ sint infinitæ infidelitatis species: & ita huiusmodi species nõ sũt considerãdæ.

¶ 3 Præterea, Idem non inuenitur in diuersis specieb. sed cõtingit aliquem esse infidelẽ ex eo ꝙ errat circa diuersa. Ergo diuersitas errorum non facit diuersas species infidelitatis. Sic ergo infidelitatis non sunt plures species.

¶ SED CONTRA est, ꝙ vnicuique virtuti opponuntur plures species vitiorũ. Bonum enim contingit vno modo, malum verò multipliciter: vt patet per Dionysium quarto cap. De diuino. & per Philosophum in secundo Ethic. * sed fides est vna virtus. ergo ei opponũtur plures iufidelitatis species.

¶ RESPONDEO dicendũ ꝙ quęlibet virtus consistit in hoc, quod attingit regulam aliquam cognitionis vel operationis humanæ, vt suprà dictum est. * Attingere autem regulam est vno modo circa vnam materiam. Sed à regula deuiare contingit multipliciter. Et ideo vni virtuti multa vitia opponuntur. Diuersitas autem vitiorum, quæ vnicuiq; virtuti opponuntur, potest considerari dupliciter. Vno modo secundum diuersam habitudinem ad virtutem, & secũdum hoc determinatæ sunt quædã species vitiorum, quæ opponuntur virtuti: sicut virtuti morali opponitur vnũ vitium secundum excessum ad virtutẽ, & aliud vitium secundum defectum à virtute. Alio modo potest cõsiderari diuersitas vitiorum oppositorum vni virtuti secundum corruptionem diuersorũ quę ad virtutem requiruntur: & secundum hoc vni virtuti puta téperantiæ vel fortitudini opponuntur infinita vitia, secũdum quod infinitis modis contingit diuersas circunstantias virtutis corrumpi, vt à rectitudine virtutis recedatur. Vnde & Pythagorici malũ posuerunt infinitum. * Sic ergo dicendum, ꝙ si infidelitas at tendatur circa comparationem ad fidem, diuersę sunt infidelitatis species, & numero determinatæ. Cũ enim peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei, hoc potest cõtingere dupliciter. Quia aut renitur fidei nondum susceptæ: & talis infidelitas est Paganorum siue Gentilium. Aut renititur fidei Christianæ susceptæ: vel in figura, & sic est infidelitas Iudæorum: vel in ipsa manifestatione veritatis, & sic est infidelitas hæreticorum. Vnde in generali possunt assignari tres prædictę species infidelitatis. Si vero distinguantur infidelitatis species secundum errorem in diuersis, quæ ad fidem pertinent, tunc non sunt determinatæ infidelitatis species Possunt enim errores in infinitum multiplicari: vt patet per Aug. in lib. de Hæresibus circa finem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ formalis ratio alicuius peccati põt accipi dupliciter. Vno modo secũdum intẽtionẽ peccantis: & secundum hoc id, ad quod cõuertitur peccãs, est formale obiectum peccati. Et ex hoc diuersificãtur eius species. Alio modo secũdum rationem mali: & sic illud bonũ, à quo recedit, est formale obiectũ peccati: sed ex hac parte peccatum non habet speciem, imò est priuatio speciei. Sic ergo dicendũ est, ꝙ infidelitatis obiectũ est veritas prima, sicut à qua recedit: sed formale eius obiectũ sicut ad quod conuertitur, est sentẽtia falsa, quã sequitur. Et ex hac parte eius species diuersificantur. Vnde sicut charitas est vna, quæ inhæret summo bono: sunt aũt diuersa vitia charitati opposita, quæ per cõuersiohẽ ad diuersa bona téporalia recedunt ab vno summo bono, & iterum secundũ diuersas habitudines inordinatas ad Deũ: sic etiam fides est vna virtus ex hoc, quòd adhæret vni primæ veritati. Sed infidelitatis species sunt multæ ex hoc, quod infideles diuersas & falsas sententias sequuntur.

¶ Ad secũdum dicendũ, ꝙ obiectio illa ꝓcedit de distinctione specierũ infidelitatis secundũ diuersa, in qbus erratur.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ sicut fides est vna quia multa credit in ordine ad vnũ: ita infidelitas potest esse vna, etiã si in multis erret, inquantũ oĩa habent ordiné ad vnũ. Nihil tamẽ phibet hominẽ in diuersis infidelitatis specieb⁹ errare, sicut etiã potest vnus homo diuersis vitijs subiacere, & diuersis corporalibus morbis.

¶ In eodem quinto articulo dubium occurrit de speciebus determinatis infidelitatis. Tum quia differentia assignata penes fidem susceptam, vel nõ, videtur per accidens seu materialis. Reniti enim temperantiæ vel iustitiæ habitæ vel non habitæ, eiusdem rationis est: & per idem aliquis expellit à se susceptum: per quod resistit suscipiendo, vt patet in naturalibus: aqua enim per frigiditatem resistit primo calido, & deinde susceptum repellit. Et in moralib. Auarus enim per tenacitatem resistit expensis suis: & per eandem pœniter expendisse. Tum quia distinctio specifica infidelitatis debet penes obiectorum diuersitatem assignari. Hic autem assignatur penes diuersã habitudinẽ ad oppositã virtutẽ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd diuersitas specierum infidelitatis enumerararũ in litera penes obiectũ attenditur. Quod sic patet, Quum actus fidei proprius sit assentire sententiæ veræ, &c. infidelitatis autem, dissentire contrariæ, id est sentire contrariam sententiam, & propterea infidelitas cum contrariè opponatur fidei: consequens est, vt species infidelitatis omnes in contrariam sententiam ferantur diuersimode. Et quia tam fides, quam infidelitas sit circa intellectum motum à voluntate: ideo non secundum varietatem contrariæ sententiæ absolutè, sed secundum quod diuersimode variatur, voluntariè sentire contrariam sententiam, species infidelitatis sumuntur. Sunt in huiusmodi dissensu velut duo extrema. Voluntariè sentire contrarium absolutè: & voluntariè sentire contrarium promissæ & professæ sententiæ. Et inter hæc media, voluntariè sentire contrarium quodãmodo promissæ & professæ sententiæ. Et primum quidem constituit infidelitatem Paganorum, secundum Hæreticorum, tertium Iudæorum. Et hæc distinctio sit in litera, vt patet intuenti responsionem ad primum: in qua diuersitas specierum infidelitatis dicitur ex hoc: quòd ad diuersas falsas sententias conuertuntur modo exposito, qui ex sequenti articulo autoritatem habet.

Vt dicitur 2. Ethic. c. 6.

¶ Ad primam ergo obiectionem dicitur quòd in æquiuoco laboramus. Nam argumentum loquitur de suscipere, vel non suscipere absolutè formam aliquam. Litera autem loquitur de susceptione professiua. Hæc autẽ variæ species moris, vt patet.

¶ Ad secundum autem dicitur, quod sermones doctrinales frequenter sunt à nonoribus: propterea Autor manifestam habitudinem ad virtutem assignauit pro differentia, non falsę ab effectibus differentias assignans. Nam ad diuersitatem sententiarum professæ, vel non professæ, absolutè vel quodammodo, sequitur diuersa illa habitudo ad virtutem, sicut obiectum excedens vel diminutum sequitur diuersa habitudo vitiorum ad virtutem. Quamuis hæc quę dicuntur de virtutibus & vitiis, possint obiectiuè intelligi, sicut fides accipitur pro re credita.

¶ In eodem quinto articulo dubium est differentiæ specificæ ratione assignata in litera, inter hæresim & perfidiam Iudaicam. quia hæretici renituntur fidei susceptæ in manifestatione veritatis: Iudæi autem fidei susceptæ in figura. Quum enim figura vt sic, & figurata veritas, ad eandem fidem spectent, & nõ differant nisi sicut implicitum & explicitum: consequẽs est, quòd reniti contra figuram & contra figuratum manifestatum non differunt nisi sicut reniti contra aliquid explicite vel implicite. Sed hoc nõ variat speciem moris: quia eiusdem rationis est lędere semina & segetes quæ implicite erãt in seminibus: & contradicere principiis & conclusionibus quæ implicite sunt in eis, licet differentia sit secundum maius & minus. Non ergo est bona ratio distinctionis specificæ assignata in litera.

¶ Ad euidentiam huius scito, ꝙ differentia secundum explicitum & implicitum potest ad diuersa referri. Et si referatur ad id quod dicitur explicite, vel implicite esse, certum est, ꝙ non variat eius speciẽ, sicut nec actus & potẽtiam: eiusdẽ enim speciei est homo in potẽtia & homo in actu. Et similiter veritas vna & eadem implicita, & explicita. si vero referatur ad ipsos modos, seu res tales modos sibi vẽdicates, sic variatur species, vt patet de principiis & cõclusionib. & habitib. corũ. Et in naturalib. de grani herba & ipso grano. Propterea

preterea licet Euangelium manifestatum & obumbratum sit vnũ & idẽ secundum speciem, ipsum tamen secundum se, & illius figura, specie differunt. Et licet fides Antiquorum & nostra sit eiusdem speciei propter vnitatem obiecti, infidelitas tamen opposita fidei explicitæ Euãgelij, & fidei implicitæ eiusdem, sunt diuersarum rationum, quia, vt in litera dicitur, in responsione ad primum, aliter vtitur fides, & aliter infidelitas illo vno obiecto fidei. Nam fides conuertitur ad illud, infidelitas auertitur ab illo. Et ideo illa recipit merito inde vnitatem, hęc non: sed ex ipsis diuersis sententiis contrarijs figuræ & veritati apertæ, ad quas infidelitas conuertitur. Iam enim ostensum est quòd sunt diuersarum rationum. Et ad obiecta in oppositum dicitur quod figura vt sic, & figuratum, sunt eiusdem rationis, referendo ad rem figuratam: non autem ad modos habendi, propter quos diuersimodè ferimur in violationem vtriusque professionis, sicut in extremum & medium, vt declaratum est. Nec obstat exemplum de seminibus, quia licet herbæ & granum specie distinguantur, in ordine tamen ad damnum læsi non distinguuntur, nisi secundum magis & minus, & secundum talem ordinem considerantur in moralibus. Negare autem principia & conclusiones, falsum est, quòd sint eiusdem rationis: quoniam distinguuntur negationes penes affirmationes.

¶ In eodem quinto articulo dubium occurrit an præter has tres species infidelitatis sint aliæ species. Et ratio dubij ex litera est: tum quia dicitur, quòd in generali possunt hæ tres species assignari, dicendo in generali, à speciebus specialissimis se præseruare videtur. Tum quia infidelitas Gentilium in litera sequentis articuli dicitur fidem Euangelij nullo modo suscepisse. Ex quo arguitur, quòd infidelitas sectæ Mahumeti, quia Euangelij fidem susceipere profitetur, quãuis illud peruertat, sub nulla harum specierum contineatur: ac per hoc detur alia species infidelitatis præter istas.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd quia nulla apparet latitudo ex parte obiecti nisi quæ dicta est, & quæ secundũ multiplicationem sententiarum cõtrarium fidei sit, & vtraque in litera tangitur, & penes primam nõ plures quàm tres differentiæ formales assignatæ appareãt, quum in nullo appareat latitudo nisi materialis: (sentire enim contrarium Euangelij professi vnum formale est, & sic de aliis) penes secundam autem infinitæ species constituantur, quæ non sunt tã species quàm priuationes diuersarum sententiarum secundum speciem requisitarum ad integritatem fideiː idcirco præter prædictas tres species simpliciter, & infinitas in genere mali, nullas alias video.

¶ Ad primum ergo oppositum dicitur, quòd ly in generali, non dicitur ad denotandum modum diuersum in his speciebus, & in aliis, quæ attenduntur penes corruptionem requisitorum. Nam istæ assignantur penes sententias, fidem corrumpentes in speciali. Alia enim species mali est negare, Verbum caro factum est, & alia, Natus ex Maria virgine: & sic de aliis: sicut specie distinguuntur ipsæ sententiæ, quæ negantur. Ille autem ad sententias in specie non descendunt, sed in generali sententiam fidei contrariam attendentes penes professum vel non professum esse, vt declaratum est, distinguuntur. Et hoc insinuat ly, In generali.

¶ Ad secundam autem obiectionem dicitur, quòd non dicitur professus Euangelium, nisi qui Euangelium simpliciter profitetur, quod non fit nisi baptismus in fide Ecclesiæ suscipiatur. Et propterea Mahumetani, qui illud tantum, quod dux eorum de Euangelio & de lege Moysi voluit suscipiunt, & neutrum simpliciter profitentur: sub infidelitate Paganorum comprehenduntur, nulloque modo supradictorum, scilicet explicite, vel in figura, suscepisse Euangelium dicuntur in litera. Soli enim duo modi constituunt diuersitatem formalem susciplendi, qui soli constituunt aliquam veram professionem fidei.

Ar. pre.

d. 716.

¶ In eodem articulo quinto in responsione ad primum, notã, quòd illa verba quæ dicuntur ibi de diuersitate vitiorum oppositorum charitati vni & eidem virtuti secundum conuersionem ad diuersa bona temporalia & iterum secundum diuersas habitudines inordinatas ad Deum: licet forte exponi possint multipliciter: secundum tamen planum literæ sensum monstrant duos modos multiplicandi illa vitia, & iuxta secundum modum constituuntur odium Dei & accidia: iuxta primum vero reliqua vitia scilicet inuidia, discordia, contentio, scisma, &c. de quibus in tractatu de charitate erit specialis sermo inferius.

d. 703.

** Ar. 1. huius. q.*

† Loco iã dicto.

¶ In eodem quinto articulo, nota vtramque solutionem in responsione ad tertium: Nam prima defernit speciebus determinatis infidelitatis: in quarum qualibet contingit multos esse errores in ordine ad vnum primum obiectũ, à quo infidelitas illa sumit speciem: sicut econuerso in fide contingit esse multas veritates. Secũda autem deseruit speciebus infidelitatis: quamuis contingat etiam eundem simul pluribus determinatis speciebus infidelitatis irreiri, vt si de Christiano fiat Iudæus, erit reus hæresis ratione fidei Euangelicæ post eius professionem negatæ, & perfidiæ Iudaicæ ratione professionis Iudaicæ corrumpentis figuram Euangelij. Et sufficiant hæc etiam pro sexto articulo.

2. ad Timoth. 1. lect. 2. fi. In Codice li. 1. tit. 4. & de Tri. & fi. cat. lege Nemo.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum infidelitas Gentilium seu Paganorum sit cæteris grauior.

AD SEXTVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ infidelitas Gẽtiliũ siue Paganorũ sit grauior cæteris. Sicut enim corporalis morbus tanto est grauior, quanto saluti principalioris mẽbri magis cõtrariatur: ita peccatũ tanto videtur esse grauius, quãto cõtrariatur ei quod est principalius in virtute. Sed principalius in fide est fides vnitatis diuinæ, à qua deficiunt Gentiles multitudinẽ Deorum credentes. Ergo infidelitas eorũ est grauissima.

¶ 2 Præterea, Inter hæreticos tãto hæresis aliquorum detestabilior est, quãto in pluribus & in principalioribus veritati fidei cõtradicunt, sicut hæresis Arrij, qui separauit diuinitatem, detestabilior fuit, quã hæresis Nestorij, qui separauit humanitatẽ Christi à persona filij Dei. Sed Gẽtiles in pluribus & principalioribus recedunt à fide, quàm Iudæi & hæretici, quia omnino nihil de fide recipiunt. Ergo eorum infidelitas est grauissima.

¶ 3 Præterea Omne bonũ, est diminutiuũ mali. Sed aliquod bonum est in Iudæis: quia confitentur vetus Testamentũ esse à Deo. Bonũ etiam est in hæreticis: quia venerantur nouum testamentum. Ergo minus peccãt, quàm Gẽtiles qui vtrumque Testamentum detestantur.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur penes corruptionem requisitorum. Nam istæ assignantur penes sententias, fidem corrumpentes in speciali. Alia enim species mali est negare, Verbum caro factum est, & alia, Natus ex Maria virgine: & sic de aliis: sicut specie distinguuntur ipsæ sententiæ, quæ negantur. Ille autem ad sententias in specie non descendunt, sed in generali sententiam fidei contrariam attendentes penes professum vel non professum esse, vt declaratum est, distinguuntur. Et hoc insinuat ly, In generali.

¶ Ad secundam autem obiectionem dicitur, quòd non dicitur professus Euangelium, nisi qui Euangelium simpliciter profitetur, quod non fit nisi baptismus in fide Ecclesiæ suscipiatur. Et propterea Mahumetani, qui illud tantum, quod dux eorum de Euangelio & de lege Moysi voluit suscipiunt, & neutrum simpliciter profitentur: sub infidelitate Paganorum comprehenduntur, nulloque modo supradictorum, scilicet explicite, vel in figura, suscepisse Euangelium dicuntur in litera. Soli enim duo modi constituunt diuersitatem formalem susciplendi, qui soli constituunt aliquam veram professionem fidei.

Ar. pre.

d. 716.

¶ In eodem articulo quinto in responsione ad primum, notã, quòd illa verba quæ dicuntur ibi de diuersitate vitiorum oppositorum charitati vni & eidem virtuti secundum conuersionem ad diuersa bona temporalia & iterum secundum diuersas habitudines inordinatas ad Deum: licet forte exponi possint multipliciter: secundum tamen planum literæ sensum monstrant duos modos multiplicandi illa vitia, & iuxta secundum modum constituuntur odium Dei & accidia: iuxta primum vero reliqua vitia scilicet inuidia, discordia, contentio, scisma, &c. de quibus in tractatu de charitate erit specialis sermo inferius.

d. 703.

** Ar. 1. huius. q.*

† Loco iã dicto.

¶ In eodem quinto articulo, nota vtramque solutionem in responsione ad tertium: Nam prima defernit speciebus determinatis infidelitatis: in quarum qualibet contingit multos esse errores in ordine ad vnum primum obiectũ, à quo infidelitas illa sumit speciem: sicut econuerso in fide contingit esse multas veritates. Secũda autem deseruit speciebus infidelitatis: quamuis contingat etiam eundem simul pluribus determinatis speciebus infidelitatis irreiri, vt si de Christiano fiat Iudæus, erit reus hæresis ratione fidei Euangelicæ post eius professionem negatæ, & perfidiæ Iudaicæ ratione professionis Iudaicæ corrumpentis figuram Euangelij. Et sufficiant hæc etiam pro sexto articulo.

2. ad Timoth. 1. lect. 2. fi. In Codice li. 1. tit. 4. & de Tri. & fi. cat. lege Nemo.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrũ sit cum infidelibus publice disputãdum.

AD SEPTIMVM sic ꝓcedi tur. Videtur, quod nõ sit cum infidelibus publicè disputandum. Dicit enim Apostolus 2. ad Timoth. 2. Noli verbis cõtendere. Ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audiẽtium. Sed disputatio publica cum infidelibus fieri non potest sine cõtentione verborum. Ergo non est publicè disputandum cum infidelibus.

¶ 2 Præterea, Lex Martiani Augusti. * per Canones cõfirmata, sic dicit, Iniuriã facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata, aut rectè disposita reuoluere, & publicè disputare cõtendit. Sed oĩa quæ ad fidẽ pertinẽt, sunt p sacra cõsilia determinata: ergo grauiter peccat, iniuriã synodo faciẽs, si quis de eis quæ sunt fidei publice disputare præsumat.

¶ 3 Præterea. Disputatio argumẽtis aliqbus agitur. Sed argumẽtũ est rõ rei du-

biæ faciens fidem: ea autem quæ sunt fidei, cum sint certissima, nō sunt in dubitationem adducenda. Ergo de eis quæ fidei sunt, non est publice disputandum.

¶ SED CONTRA est, ꝙ Actuum nono dicitur, quod Saulus inualescebat, & cōfundebat Iudæos: & ꝙ loquebatur Gētibus, & disputabat cū Græcis.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ in disputatione fidei duo sunt consideranda. Vnum quidem ex parte disputantis. Aliud autem ex parte audientiū. Ex parte quidem disputantis est consideranda intētio. Si enim disputet tanquā de fide dubitans, & veritatē fidei pro certo non supponens, sed argumētis experiri intēdens: proculdubio peccat tanquam dubius in fide, & infidelis. Si autē disputet aliquis de fide ad confutandum errores, vel etiam ad exercitiū, laudabile est. Ex parte vero audientium considerandum est, vtrū illi, qui disputationem audiūt, sint instructi & firmi in fide, aut simplices & in fide titubātes. Et quidē [d] coram sapientib. in fide firmis, nullū periculum est disputare de fide. Sed circa simplices est distinguendū. Quia aut sunt solicitati, siue pulsati ab infidelib. putà Iudæis, vel hæreticis, siue Paganis nitētibus corrumpere in eis fidē. Aut omnino nō sunt solicitati super hoc, sicut in terris, in quibus non sunt infideles. In primo casu necessarium est publice disputare de fide, dummodo inueniātur aliqui ad hoc sufficientes & idonei, qui errores cōfutare possint. Per hoc enim simplices in fide cōfirmabūtur, & tollet infidelibus decipiēdi facultas, & ipsa taciturnitas eorū, qui resistere deberent peruertētibus fidei veritatem, esset erroris confirmatio. Vnde Gregorius in secūdo * Pastoraliū, Sicut incauta locutio in errorem protrahit: ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. In secūdo vero casu periculosum est, publice disputare de fide coram simplicib. quorū fides ex hoc est firmior, quia nihil diuersum audierūt ab eo, quod credunt. Et ideo non expedit eis, vt verba infidelium audiant disputantiū contra fidem.

D.114.

2. Partis cap. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ Apostolꝰ nō ꝓhibet totaliter disputationē, sed inordinatā, quę magis fit cōtētione verborū, quā firmitate sententiarum.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ lex illa prohibet publicam disputationem de fide, quæ procedit ex dubitatione fidei: non autē illā quæ est ad fidei cōfirmationem.

¶ Ad tertium dicēdum ꝙ non debet disputari de his, quæ sunt fidei, quasi de eis dubitando: sed propter veritatem manifestandā, & errores confutandos. Oportet enim ad fidei confirmationē aliquādo cum infidelib. disputare. Quandoque quidē defendendo fidem secundum illud primę Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscēti vos rationem de ea, quæ est in vobis spe & fide: quandoque autem ad cōuincendos errantes, secundū illud ad Titum primo, Vt sit potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum infideles compellendi sint ad fidem.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, ꝙ infideles nullo modo cōpellēdi sint ad fidē. Dicitur enim Mat. 14. ꝙ serui patrisfamilias, in cuius agro erant zizania seminata, quæsierūt ab eo, Vis imus & colligimus ea? Et ipse respōdit, Nō, ne fortè colligētes zizania, eradicetis simul cum eis triticum. Vbi dicit Chrysost.* Hæc dicit Dominus, prohibens occisiones fieri. Nec enim oportet interficere hæreticos: quia si eos occideritis, necesse est multos sanctorum simul subuerti, ergo videtur quòd pari ratione nec aliqui infideles sint ad fidē cogendi.

Ho. 47. in Matt. to. 2.

¶ 2 Pręterea, in Decret.* distinctione quadragesimaquinta sic dicitur, De Iudæis pręcipit sancta synodꝰ, nemini deinceps ad credēdū vim inferre. Ergo pari ratione alij infideles sunt ad fidem cogendi.

In decreta di. 45. ca. de Iudæis.

¶ 3 Præterea, Aug.* dicit, ꝙ cætera potest homo nolens, credere vero nō nisi volēs, sed volūtas cogi nō potest. Ergo videtur quòd infideles non sint ad fidē cogendi.

* Tra. 26 in Ioann. tom. 9.

¶ 4 Pręterea, Ezech. 10. dicitur ex ꝑsona Dei, Nolo mortē peccatoris, &c. sed nos debemus voluntatē nostrā cōformare diuinæ, vt suprà dictū est.* Ergo etiam nos nō debemꝰ velle, ꝙ infideles occidātur.

1. 2. q. 19. ar. 10.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Luc. 10. Exi in vias & sepes, & cōpelle intrare, vt impleatur domus mea: sed homines in domū Dei, id est in sanctam Ecclesiam intrant per fidem. Ergo aliqui sunt compellendi ad fidem.

¶ RESPONDEO dicendū, quod infideliū quidam sunt, qui nunquā susceperūt fidem, sicut Gentiles, & Iudęi: & tales nullo modo sunt ad fidem cōpellendi, vt ipsi credant: quia credere volūtatis est: sunt tamen compellendi à fidelibus, si adsit facultas, vt fidem nō impediant, vel blasphemiis, vel malis persuasionibus, vel etiā apertis persecutionibus. Et ꝓpter hoc fideles Christi frequēter contra infideles bellum mouēt: non quidem, vt eos ad credendum cogant, quia si etiā eos vicissent, & captiuos haberent, in eorum libertate relinquerēt, an credere vellent: sed propter hoc vt eos compellant, ne fidem Christi impediant. Alij vero sunt infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur, sicut hæretici & quandoq; apostatæ: & tales sunt etiā corporaliter cōpellendi, vt impleant quod promiserūt, & teneant quod semel susceperunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per illam autoritatem quidam intellexerunt esse prohibitā, non quidem excommunicationem hæreticorum, sed eorum occisionem: vt patet per autoritatem Chrysost. inductam. Et August. ad Vincentium de se dicit, * Hæc primitus mea sentētia erat neminem ad vnitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum. Sed hæc opinio mea non cōtradicentium verbis, sed demonstrantium superatur exemplis. Legū enim terror ita profuit, vt multi dicāt, Gratias Domino, qui vincula nostra dirupit. Quod ergo Dominus dicit: Sinite vtraque crescere vsq; ad messem: qualiter intelligēdum sit apparet ex hoc quod subditur, Ne forte colligentes zi-

Epist. 48. tom. 2.

quia præter legem allegatam in litera, quæ habetur in lege, nemo. C. de summa Trin. post Beatum Thomam iura noua emanarunt prohibenda laicis sub pœna excommunicationis disputare de fide tam publice, quàm priuatim, vt patet extrà, de hæreticis, in 6. cap. quicunque. Et tamen sæpe videmus doctos laicos in publicis disputationibus respondere & arguere in multis materiis fidei. Ex parte vero audientium, quia continue videmus religiosos disputare in capitulis generalibus coram vulgarib. de multis materiis fidei: & hoc in locis vbi simplices non sunt solicitati ab infidelib. & tamen in litera dicitur hoc esse periculosum.

¶ Ad euidentiam huius materiæ sciendum est, ꝙ diuersitas sententiarum in ratione disputationis clausa, potest referri ad ipsam disputationem, & ad personas disputantes. Et quòd referatur ad ipsum actum disputādi, est de rōe disputationis, sic quod aliter non esset disputatio. Nisi enim propositiones essent contra conclusionē, non esset disputatio. Sed quod referatur ad disputātes personas, hoc nō est de ratione omnis disputationis, vt patet in disputatione gratia exercitij vbi non est diuersa opinio disputantium. Rursus quia disputare de aliqua re est diuersa proferre argumenta de illa re, illud solū est formaliter disputare de aliqua re, quod intēdit diuersitatem rationū de illa re. Ac per hoc ille solus dicitur proprie, & formaliter disputare de fide, qui intendit afferre contrariā rationē de fide pro, vel cōtra. Quando vero aliquis affert rationē aliquā cōtra fidē, non propterea, sed gratia exercitij non disputat de fide, nisi materialiter, sicut qui profert verba detractoria, non vt detrahat, non detrahit nisi materialiter.

¶ Ex his autem dicitur in proposito, quod quia verba formaliter intelligēda sunt, & pœnæ non sunt extendēdæ, quod iura non prohibent disputationē de fide laicę personæ, nisi formaliter intellectā. Hæc aūt cōtingit, quādo vel defendenda fides, vel confundendus error contrarius, vel dubiū de fide occurrit. Sic enim disputare de fide illicitū est laicis, prohibēte iure. Et ratio iuris est quia leges feruntur secūdū ad quid est in plurib. Cōiter aūt laici non sunt docti in fide, adeò vt sunt theologi sufficiētes ad hoc. Vnde posset licite cōtra hāc legē disputari à laico docto quādo casus esset: vt, nō secundū verba, sed intētionē legis agendū esset prout in cōi de huiusmodi interpretatione legū prędictū est. Et ꝑ hoc patet solutio primi dubij. Nā huiusmodi laici disputāt de fide materialiter tantū & gratia exercitij, vel potius honoris, propterea à nullo prelato reprehenduntur reseruata modestia conclusionum & arguendi modo in materia fidei.

¶ Ad secundum autem potest primo dici, ꝙ Autor loquitur de disputatione formaliter, vel saltem cum infidelibus, vbi non est sola diuersitas in argumentis, sed in mētibus. Et propterea dicit, quod non expedit, vt audiāt fideles verba infidelium disputantium contra fidem. Quia tamē hoc non solum propter autoritatem literæ huius sed absolute habet difficultatem propter periculum audientium, dum etiam fideles disputant rationes infidelium asserētes: ideo dicitur, quod in hac re discretione opus est & prudentia: vt disputantes considerata qualitate vulgi & nobilium seu principū, talia gratia honoris & exercitij disputent, in quibus non sit periculū ducendi eos in vacillationem. Et propterea nisi sint bene in philosophia exercitati, & aduersariorū rationes & autoritates optime discusserint, ita vt plene audientibus satisfacere sciāt, abstinere debent à disputādo de materiis pulsantibus animos, vt de immortalitate animæ, de creatione mundi, de nouitate eius: & huiusmodi: Contingit enim quandoque magis apparere, percipi, satisfacere, & mouere argumenta falsa, quam solutiones eorū, in quo etiam prædicantes aliquando errant.

4. di. 13. q 2. art. 1. ad sextū.

Sumitur ex concil. 4. Tolet. can. 55.

¶ Super Quæstionis decimæ Articulum octauum.

IN articulo octauo, eiusdem quęstionis dubiū occurrit ex Scoto in quarto, distinctio. quarta quæstione vltima, credēte, quod religiose fieret, si infideles cogerentur à principibus minis, & terroribus ad fidem: tum quia in cōcilio Toletano (vt habetur quadragesimaquinta distinctione cap. de Iudæis.) commendat Zizibutum principem, vocans eum religiosissimum in coactione ad Christianitatem. Approbat ergo eum synodus tanquam religiosum in hoc. Tum quia dato quod ficte cōuerterentur, maius malum est in fidelib. posse libere legem suam illicitā seruare, quàm non posse eam impune seruare: ac per hoc cogendo eos ad fidem, fiet minus malum. Tū quia saltem filij eorum, si bene educarentur, in tertia & quarta progenie essent vere fideles.

¶ Ad euidentiam huius, quia videtur habere sequaces, sciendum est, quòd cum timor minuat rationem voluntarijs, adeò vt ea, quæ ex timore fiunt licet simpliciter voluntaria, sunt quodammodo inuoluntaria, & mixta vocentur & sint, & apud theologos, quæ ex timore seruili fiunt, absque

zania eradicetis simul cum eis & triticū. Vbi satis ostēdit, sicut Augustinus* dicit cōtra epistolā Parmeniani, Cùm metus iste nō subest, id est quādo ita cuiusq; crimē notū est omnibꝰ, & execrabile apparet, vt nullos prorsꝰ, vel nō tales habeat defensores, ꝑ quos possit schisma cōtingere, non dormiat seueritas disciplinæ.

li. 3. cap. 2. tom. 7.

¶ Ad secundum dicendū, quod Iudæi, si nullo modo acceperūt fidē, nullo modo sunt cogēdi ad fidē. Si autē acceperūt fidē, oportet vt fidem necessitate cogātur retinere, sicut eodem capitulo dicitur.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ sicut vouere est voluntatis, reddere autē necessitatis: ita accipere fidē volūtatis: sed tenere eam acceptā est necessitatis. Et ideo hæretici sunt compellēdi, vt fidem teneāt. Dicit enim Aug.* ab Bonifaciū comitē, Vbi est quod isti clamare cōsueuerūt, liberū esse credere, vel nō credere, cui vim Christus intulit, agnoscāt in Paulo prius* cognoscentē, & Christū postea docentem.

Epist. 50. tom. 2.

* Cogentem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd, sicut in eadem epistola Aug. dicit, nullus nostrū vult aliquē hæreticum perire. Sed aliter nō meruit habere pacem domus Dauid, nisi Absalom filius eius in bello, qđ cōtra patrem gerebat, fuisset extinctus. Sic Ecclesia catholica si ex aliquorū ꝑditione cęteros colligit, dolorem materni sanat cordis tātorū liberatiōe populorū.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum cum infidelibus possit communicari.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd cū infidelibus possit communicari. Dicit enim Apost. primæ ad Cor. 10. Si quis vocat vos infideliū ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur, māducate. Et Chrys.* dicit: Ad mēsam Paganorum si volueris ire, sine vlla prohibitione permittimus. Sed ad cœnam alicuius ire est cōmunicare. Ergo cum infidelibus licet communicare.

* Ho. 25. ad Hebr. tom. 4.

¶ 2 Præterea, Apostolus dicit primæ ad Cor. 5. Quid mihi est de his, q foris sūt iudicare? Foris autem sunt infideles. Cum ergo per iudicium Ecclesiæ aliquorum communio fidelibus inhibeatur, videtur quòd non sit inhibendum fidelibus cum infidelibus communicare.

¶ 3 Prętеrea, Dominꝰ nō potest vti seruo nisi ei cōmunicādo saltē verbo: quia dominus mouet seruū ꝑ imperiū. Sed Christiani possūt habere seruos infideles, vel Iudęos, vel etiā Paganos siue Saracenos. Ergo possunt licitè cum eis cōmunicare.

¶ SED CONTRA est, qđ dicitur Deut. 7. Nō inibis cum eis fœdus, nec misereberis eorū, neq; sociabis cū eis connubia: & super illud Leui. 9. Mulier, quę redeūte mēse: &c. dicit glos. Sic oportet ab idololatria abstinere, vt nec idololatras, nec eorū discipulos contingamus, nec cum eis communionem habeamus.

¶ RESPONDEO dicendū, quod cōmunio alicuius personæ interdicitur fidelibus dupliciter. Vno modo in pœnā illius, cui cōmunio fideliū subtrahitur. Alio modo ad cautelā eorum, quibus interdicitur, ne alij cōmunicent. Et vtraq; causa ex verbis Apostoli accipi potest primæ ad Cor. 5. Nā postquā sentētiā excōmunicationis protulit, subdit ꝓ ratione, Nescitis, quia modicū fermentū totā massā corrūpit? Et postea rationē subdit ex parte pœnæ ꝑ iudiciū Ecclesiæ illatę, cū dicit, Nōne de his q intus sunt vos iudicatis? Primo ergo modo nō interdicit Ecclesia fidelibus cōmunionē infideliū, qui nullo modo fidē Christianā receperūt, scilicet Paganorū vel Iudæorū: quia nō habēt de eis iudicare spirituali iudicio sed tēporali in casu, cū inter Christianos cōmorantes, aliquā culpam cōmittūt & per fideles tēporaliter puniuntur. Sed isto modo, s. in pœna interdicit Ecclesia fidelibus cōmunionem illorū infidelium, qui à fide incepta deuiant, vel corrumpendo fidem, sicut hæretici, vel etiā totaliter à fide recedēdo, sicut apostatæ. In vtrosque enim horum excōmunicationis sententiā ꝓfert Ecclesia. Sed quantum ad secundum modum, videtur esse distinguendum secundum diuersas conditiones personarū & negotiorum, & tēporum. Si enim aliqui fuerint firmi in fide: ita quòd ex communione eorum cum infidelibus conuersio infideliū magis sperari possit, quàm fidelium à fide auersio: non sunt prohibēdi infidelibus communicare, qui fidem nō susceperūt, scilicet Paganis vel Iudæis, & maxime si necessitas vrgeat. Si autē sint simplices & infirmi in fide, de quorū subuersione probabiliter timeri possit, ꝓhibēdi sunt ab infidelium communione, & pręcipue ne magnā familiaritatē cū eis habeāt, vel absque necessitate cum eis cōmunicent.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dominus illud præcipit de illis gētibus, quarū terram ingressuri erāt Iudęi, qui erāt proni ad idololatriā. Et ideo timendum erat, ne per continuam conuersationem cum eis alienarentur à fide. Et ideo ibidem subditur, Quia seducet filium tuum, ne sequatur me.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ Ecclesia cōtra infideles nō habet iudiciū quo ad pœnā spiritualē eis infligendā: habet tamen iudiciū super aliquos infideles quo ad tēporalē pœnā infligendā: ad quod pertinet, quod Ecclesia aliquādo propter aliquas speciales culpas subtrahit aliquibus infidelibus communionē fidelium.

¶ Ad tertiū dicendū, quod magis est probabile, quod seruus, qui regitur imperio domini, cōuertatur ad fidē domini fidelis, quā ecōuerso. & ideo nō est prohibitū, quin fideles habeant seruos infideles: si tamen domino periculū immineret ex communione talis serui, deberet eū à se abiicere, secundum illud mādatum Domini, Matth. 18. Si pes tuus scādalizauerit te, abscinde eum & proiice abs te.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum infideles possint habere prælationem, seu dominium supra fideles.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quod infideles possint habere prælationē vel dominiū supra fideles. Dicit enim Apostolus primæ ad Tim. 6. Quicunque sunt sub iugo serui, dominos omni honore dignos arbitrentur. Et quod loquatur de infidelibus, patet per hoc quod subdit. Qui autem fideles habent dominos, non contemnāt. Et primæ Per. 2. dicitur, Serui subditi estote in omni timore dominis nō tantum

charitate fiāt & apud morales dicatur, quod oderūt peccare mali formidine pœnæ. Consequēs est, vt coactio principum minis & terroribus ad susceptionem fidei non ad voluntariam omnino, sed seruiliter voluntariā terminetur ac per hoc ad sacrilegiū. Et tenet hæc sequela, quia suscipere sacramenta fidei seruiliter, est contumeliā inferre sacramētis. Prima autē sequela patet ex communi hominum ratiōne. Rationabile quippe est, & vt in pluribus quod minis, & terroribus principū coacti sacramēta fidei suscipiētes seruiliter suscipiant: licet aliquis forte de necessitate faceret virtutē. Sed in humanis attendendū est, quod in pluribus inuenitur. Religioni igitur aduersatur cogere fideles omnino extraneos ab Ecclesia ad fidē, quia aduersatur voluntario requisito ad sacramenta fidei. Vltra hoc quod aduersatur ipsi actui fidei, qui est credere, de cuius ratione est volūtariū, vt in litera dicitur. quod sic intellige, mediū debet esse consonū & proportionatū fini. Sed credere est de genere voluntarij & cōpulsio per metum, &c. est via ad inuoluntarium, ergo. Patet minor, quia id quod metu fit, quātum habet de metu, tantum habet de inuolūtario. In cuius signum si nihil metus adesset, nihil inuolūtarij hic pateretur.

¶ Ad primum autē Scoti dicitur, quod sententia synodi duo cōtinet scilicet laudem principis, & prohibitionem facti. Et ex secundo patet, quod non approbat factum, ac per hoc insinuat, quod laudatur princeps de intentione. Multa enim mala intentione bona fiunt.

4. dist. 13. q. 2. art. 3. cor. Et di. 18. quæst. 2. art. 1. q. 1. Et quol. 10. art. 15. Et 1. cor. 5.

¶ Ad secundum vero dicitur, quod maius malum videtur infideliter viuere occulte post susceptā fidei sacramenta, quā libere infideliter viuere: quia euitatur cōtumelia sacramentorū. Et nihilominus ad hoc & tertiū vnica responsione dicitur, quod nō sunt facienda mala, vt veniant bona, vt dicitur ad Roma. 3. & multominus, vt veniat minus malū. Vnde non est tanta inferēda cōtumelia sacramentis, vt filij in tertia & quarta progenie saluentur: quamuis de facto timēdū esset probabiliter de opposito: quia patres ficti in fide similes sibi filios nutrirēt. Naturale siquidem hoc est.

¶ In eodē articulo octauo considera diligenter causam iustā belli cōtra infideles & cōpulsionis eorū, ne s. fidē Iesu Christi impediant aliquo triū modorum, vel blasphemiis, puta dicendo mala de Christo Iesu, aut sanctis eiꝰ, aut Ecclesia eius: vel persuasionibus, inducēdo nostros ad infidelitatē, vel persecutionibus, siue in cōmuni, vt quotidie videmus Turcas inuadere Christiani nominis gētes, vel in particulari si Christianos, aut prædicatores fidei occidant. Et fabrica super illam: quoniā ad impedimenta fidei spectat, quod non sufferūt in terris suis prædicationē publicam fidei, quod prēmiant abnegātes Christū, & accedentes ad eorum fidem, & alia huiusmodi. Ex hac quippe radice multæ quæstiones soluuntur.

¶ Super Quæstionis decimæ Articulum nonum.

IN articulo nono eiusdē quæstionis aduerte distinctionē de iudicio spirituali vel tēporali circa infideles. Et scito, ꝙ nō est sermo de spirituali, vel temporali quo ad culpam, sed quo ad pœnam. Nā pro culpis spiritualibus puniri possunt: vt in sequēti articulo de infidelitatis punitione dicitur, & dictum est in precedēti, quod pro blasphemiis & dissuasionibus, & impedimentis fidei possunt compelli. &c. Sed pœnæ spirituales in infidelibus, qui omnino foris sunt, vt pote nec fores Ecclesiæ per baptismum ingressi, non exercentur, sed temporales. Et licet Ecclesia vt inferius dicitur, possit punire tēporaliter etiam infideles, qui non delinquunt, commorādo inter fideles, vt patet ex dictis, quod. s. propter impedimēta fidei possunt infideles compelli, & debellari: non tamen excepto belli iudicio facit hoc, nisi in casu in litera exposito, s. quū delinquunt, cōmorātes inter fideles: Et propterea hæc verba Autor dixit in corpore, & in responsione ad secundū.

¶ Super Quæstionis decimæ Articulum decimum.

IN articulo decimo eiusdē quæstionis nota primo statuta Ecclesię in litera allegata haberi extra, de Iudęis, capitulis Quum sit Ex speciali, & Nulli. Et in Decretis distinctione quinquagesima quarta, cano. Nulla Allegatū vero in respōsione ad tertiū ex capitulo, Multorū tractū in videtur. Nota secundo potestatē Ecclesię etiam super infideles nō ei subiectos tēporaliter, quod scilicet potest eos priuare dominio tam vniuersali, quam particulari super Christianos, quamuis non faciat. Nota tertio, & meditare, quod quia proportionaliter infideles domini contemnunt Christianos cognoscētes eorū defectus, & domini Christiani contemnūt religiosos cognoscentes eorū defectus: proportionaliter quippe se habent. Et propterea sicut cauendum est iuxta Apostoli sententiam, Christianis coram infidelibus litigare: ita cauendum est religiosis coram secularibus contendere. Sed non omnes capiunt verbum illud.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

tum bonis & modestis: sed etiā dyscolis. Non autem hoc præciperetur per doctrinam Apostolicam, nisi infideles possent fidelibus præesse. Ergo videtur quod infideles possint fidelibus præesse.

¶ 2 Præterea, Quicūq; sunt de familia alicuius principis subsunt ei: sed fideles aliqui erant de familia infideliū principū. Vnde dicitur ad Phil. 4. Salutāt vos omnes sancti, maximè autē qui de Cæsaris domo sunt, s. Neronis, qui infidelis erat. Ergo infideles possunt fidelib. preesse.

¶ 3 Preterea. Sicut Philosophus dicit in primo Politi.* [cap. 3.] Seruus est instrumentum domini in his, quæ ad huamanā vitā pertinēt, sicut & minister artificis est instrumentū artificis in his, quæ ptinēt ad operationē artis: sed in talibus potest fidelis infideli subiici, possunt enim fideles infideliū coloni esse. Ergo īfideles possūt fidelib⁹ pręfici, etiā quantū ad dominium.

¶ SED CONTRA est, ꝙ ad eum, qui præest pertinet habere iudiciū super eos, quibus præest: sed infideles nō possunt iudicare de fidelibus. Dicit enim Apostolus primæ ad Cor. 6. Audet aliquis vestrū habēs negotiū aduersus alterū, iudicari apud iniquos, id est infideles & non apud sanctos. ergo videtur quod infideles fidelibus præesse non possint.

¶ RESPONDEO, dicendū ꝙ circa hoc dupliciter loqui possumus. Vno modo de dominio, vel prælatione infideliū super fideles de nouo instituēda: & hoc nullo modo pmitti debet. Cederet enim hoc in scādalū & in periculū fidei. De facili enim illi, q subiiciūtur aliorū iurisdictioni, immutari possūt ab eis, qbus subsunt vt sequātur eorū imperiū, nisi illi q subsunt, fuerint magnæ virtutis. Et similiter infideles cōtemnūt fidē, si fidelium defect⁹ cognoscāt. Et ideo Apostol⁹ phibuit, vt fideles nō cōtendāt iudicio corā iudice infideli. Et ideo nullo mō pmittit Ecclesia ꝙ infideles acquirant dominiū super fideles, vel qualitercūq; eis præficiātur in aliquo officio. Alio modo possumus loq de dominio vel prælatione iam præexistēti. Vbi cōsiderandū est, ꝙ dominiū, vel prelatio introducta sunt ex iure humano. Distinctio autē fideliū & infideliū est ex iure diuino. Ius autē diuinū qd est ex gratia, nō tollit ius humanū, qd est ex naturali ratione: ideo distinctio fideliū & infideliū secundū se cōsiderata, non tollit dominiū & prelationē infideliū supra fideles. Potest tamē iustè p sententiā vel ordinationē Ecclesię autoritatē Dei habētis tale ius dominij vel prælationis tolli: quia infideles merito suæ infidelitatis merētur potestatē amittere super fideles, q trāsferuntur in filios Dei. Sed hoc quidē Ecclesia quādoque facit, quādoq; autē nō facit. In illis enim infidelib⁹, q etiā tēporali subiectione subiiciūtur Ecclesiæ & mēbris eius, hoc ius Ecclesia statuit, vt seru⁹ Iudæorū cū fuerit factus Christian⁹, statim à seruitute liberetur, nullo pretio dato, si fuerit vernacul⁹, id est, in seruitute nat⁹. Et similiter si infidelis existēs fuerit empt⁹ ad seruitiū. Si autē fuerit empt⁹ ad mercationē, tenetur eū infra tres mēses exponere ad vēdendū. Nec in hoc iniuriā facit Ecclesiæ: qa cū ipsi Iudæi sint serui Ecclesię, potest disponere de rebus eorū. Sicut etiā principes seculares multas leges ediderūt circa suos subditos, in fauorē libertatis. In illis vero infidelibus, q tēporaliter Ecclesię, vel eius mēbris nō subiacēt, prędictū ius Ecclesia nō statuit, licet posset instituere de iure: & hoc facit ad scādalū vitādum. Sicut etiam Dominus Matt. 17. ostendit, quod poterat se à tributo excusare, quia liberi sunt filij: tamen mādauit tributum solui ad scandalū vitādum. Ita etiā & Paulus cùm dixisset, ꝙ serui dominos suos honorarēt, subiungit, Ne nomen Domini & doctrina blasphemetur.

¶ Vnde patet responsio ad primum.

¶ AD SECVNDVM ergo dicendū, ꝙ illa prælatio Cęsaris præexistebat distinctioni fideliū ab infidelibus. Vnde nō soluebatur per cōuersionē aliquorū ad fidē, & vtile erat, quòd aliqui fideles locum in familia Imperatoris haberent ad defendendū alios fideles: sicut beatus Sebastianus Christianorū animos, quos in tormētis videbat deficere, cōfortabat, & adhuc latebat sub militari chlamyde in domo Diocletiani.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ serui subiiciuntur dominis suis ad totā vitā, & subditi præfectis ad oīa negotia: sed ministri artificum subdūtur eis ad aliqua specialia opera. Vnde periculosius est, ꝙ infideles accipiāt dominiū vel prælationē super fideles, quā quòd accipiāt ab eis ministeriū in aliquo artificio. Et ideo permittit Ecclesia, quòd Christiani possint colere terras Iudæorū, quia p hoc nō habēt necesse cōuersari cū eis. Salomō etiam expetiit à rege Tyri magistros operū ad ligna cędenda, vt habetur 3. Regū 6. Et tamen si ex tali cōmunicatione vel cōuictu subuersio fidelium timeretur, esset penitus interdicendum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum infidelium ritus sint tolerandi.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd ritus infideliū non sint tolerādi. Manifestum est enim quòd infideles in suis ritibus peccāt, eos seruando. Sed peccatori videtur cōsentire, qui non prohibet, cū prohibere possit, vt habetur in glo.* Rō. 1. super illud, Nō solum qui faciūt, sed & qui consentiunt facientibus. Ergo peccant qui eorū ritus tolerāt. [*Est Ambro. circa fi. comen. ad 1. cap. ad Rom. Tom. 5.*]

¶ Pręterea, Ritus Iudęorū idololatrię cōparantur: quia super illud Gal. 5. Nolite iterū iugo seruitutis contineri, dicit glos. Nō est leuior huius legis seruitus, quā idololatriæ, sed non sustineretur, quod idololatriæ ritū aliqui exercerent: quinimo Christianorum principes templa idolorū primo claudi, & postea dirui fecerunt, vt Aug. narrat 18. de Ciuitate Dei. Ergo secundum hoc etiam ritus Iudæorum tolerari non debent.

¶ Præterea, Peccatum infidelitatis est grauissimū, vt supra dictū est,* [*Artic. 3. huius q.*] Sed alia peccata non tolerātur, sed lege puniuntur: sicut adulterium, furtum, & alia huiusmodi. Ergo etiam ritus infidelium, tolerandi non sunt.

¶ SED CONTRA est, quod in Decret. distinct. 45. cap. Qui syncera, dicit Greg.* [*Grego in regist. lib. 11. cap. 15.*] de Iudæis: omnes festiuitates suas sicut hactenus ipsi & patres eorū per longa colentes tempora, tenuerunt, liberā habeant obseruandi celebrandiq; licentiam.

¶ RESPONDEO, dicendū quòd humanū regimen deriuatur à diuino regimine & ipsum debet imitari. Deus autem quāuis sit omnipotēs & summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in vniuerso, quæ prohibere posset, ne eis sublatis, maiora bona tollerentur, vel etiā peiora mala sequerētur. Sic ergo in regimine humano illi, qui præsunt rectè, aliqua mala tolerāt, ne aliqua bona impediātur, vel etiā ne aliqua mala peiora incurrātur: sicut Aug. dicit in lib. de ordine.* [*Li. 2. c. 4. Tom. 1.*] Aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus. Sic ergo quāuis infideles in suis ritibus peccēt, tolerari possunt, vel propter aliquod bonum, quod ex eis prouenit, vel propter aliquod malū, quod vitatur. Ex hoc autem, quod Iudæi ritus suos obseruāt, in quibus olim præfigurabatur veritas fidei, quā tenem⁹, hoc bonū prouenit, quod testimoniū fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura à nobis repræsentatur quod credimus, & ideo in suis ritibus tolerātur. Aliorū vero infideliū ritus, q nihil veritatis, aut vtilitatis afferūt, non sunt aliqualiter tolerādi, nisi forte ad aliq malū vitandum, scilicet ad vitādum scādalum, vel dissidiū, quod ex hoc posset prouenire, vel impedimentū salutis eorum qui paulatim sic tolerati cōuertūtur ad fidē: propter hoc enim etiā hęreticorum & paganorum ritus aliquando Ecclesia tolerauit, quando erat magna infidelium multitudo. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum pueri Iudæorum & aliorum infidelium, inuitis parentibus, sint baptizandi.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur, quod pueri Iudęorum & aliorum infidelium sunt baptizandi parentibus inuitis. Maius enim est vinculū matrimoniale, quàm ius patriæ potestatis in puero: quia ius patriæ potestatis potest per hominē solui, cùm filius familias emancipetur: vinculū autē matrimoniale non potest solui per hominē secūdum illud Mat. 19. Quod Deus cōiunxit, homo nō separet. Sed propter infidelitatē soluitur vinculū matrimoniale. Dicit enim Apostol⁹ primæ ad Corin. 7. Quod si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiect⁹ est frater aut soror in huiusmodi. Et Canō.* [*Habetur 28. q. 2. c. 51. infidelis discedit.*] dicit, ꝙ si cōiux infidelis non vult sine cōtumelia sui Creatoris cum altero stare, tūc alter cōiugum non debet ei cohabitare. ergo multo magis ppter infidelitatē tollitur ius patriæ potestatis in suos filios. possunt ergo eorū filij baptizari, eis inuitis.

¶ 2 Pręterea, Magis debet homini subuenire circa periculū mortis æternæ, quam circa periculū mortis tēporalis. Sed si aliquis videret hominē in periculo mortis tēporalis, & ei non ferret auxiliū, peccaret. cū ergo filij Iudęorū & aliorū infideliū sint in periculo mortis æternę, si parētibus relinquūtur, qui eos in sua infidelitate informant: videtur quod sint eis auferēdi & baptizandi, & in fide instruendi.

¶ 3 Pręterea, Filij seruorū sunt serui & in potestate dominorū. sed Iudęi sunt serui regū & pricipū. ergo & filij eorū. Reges ergo & prīcipes habēt potestatē de filiis Iudęorū facere qd voluerint. Nulla ergo erit īiuria, si eos baptizēt, īuitis parētib.

¶ 4 Præterea, Quilibet homo magis est Dei, à quo habet animā, q̄ patris carnalis à quo habet corpus. Nō ergo est iniustū si pueri Iudæorū carnalibus parentibus auferātur, & Deo p baptismū cōsecrēt.

¶ 5 Pręterea, Baptismus efficacior est ad salutē, quā prædicatio: quia p baptismū statim tollit peccati macula, reat⁹ pœnę, & aperit ianua cœli. sed si periculū sequitur ex defectu prædicationis, imputat ei q non prędicauit: vt habetur Ezech. 3. & 33. de eo qui videt gladiū venientē, & nō insonuerit tuba. ergo multo magis si pueri Iudæorū dānētur ppter defectū baptismi, imputatur ad peccatū eis qui potuerūt baptizare, & non baptizauerunt.

¶ SED CONTRA est, ꝙ nemini facienda est iniuria. Fieret autem Iudęis iniuria si eorū filij baptizarentur, eis inuitis: quia amitterent ius patrię potestatis in filios iam fideles. ergo eis inuitis, non sunt baptizandi.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ maximā habet autoritatē Ecclesiæ cōsuetudo, quæ semper est in omnib⁹ æmulāda: quia & ipsa doctrina catholicorū doctorū ab Ecclesia autoritatē habet. vnde magis standū est autoritati Ecclesiæ, quā autoritati vel Augustini vel Hierony. vel cuiuscūq; doctoris. Hoc autem Ecclesiæ vsus nunquā habuit, ꝙ Iudæorū filij, inuitis parētibus, baptizarētur: quāuis fuerint retroactis tēporibus multi catholici principes potētissimi, vt Cōstantinus, Theodosius, quibus familiares fuerunt sanctissimi Episcopi, vt Syluester Cōstātino, & Ambrosius Theodosio: q nullo modo prætermisissent ab eis impetrare, si hoc esset cōsonū rationi. Et ideo periculosum videt hāc assertionē de nouo inducere: vt præter cōsuetudinē in Ecclesia hactenus obseruatā, Iudæorū filij inuitis parētibus baptizētur. Et huius ratio est duplex. Vna quidē propter periculū fidei. Si enim pueri nōdū vsum rationis habētes, baptismū susciperent, postmodū cū ad pfectā ætatē peruenirēt, de facili possent à parētibus induci, vt relinquerēt qd ignorātes susceperūt: qd vergeret in fidei detrimētū. Alia verò ratio est quia repugnat iustitię naturali. Filius enim naturaliter est aliquid patris. Et primo quidē à parētibus nō distinguitur secundū corpus, quādiu in matris vtero continetur. Postmodū verò postquā ab vtero egreditur, antequā vsum liberi arbit. habeat, cōtinetur sub parentū cura, sicut sub quodā spirituali vtero: quādiu enim vsum rationis nō habet, puer non differt ab animali irrationali. Vnde sicut bos vel equus est alicuius, vt vtatur eo cū voluerit secundū ius ciuile, sicut proprio instrumēto: ita de iure naturali est ꝙ filius antequā habeat vsum rationis, sit sub cura patris. Vnde cōtra iustitiā naturalem esset, si puer antequam habeat vsum rationis à cura parentū subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus. Post quam autem incipit habere vsum liberi arbitrij, iam incipit esse suus, & potest quantum ad ea, quæ sunt iuris diuini, vel naturalis, sibiipsi prouidere. Et tūc est inducendus ad fidem non coactione sed persuasione: & potest etiā inuitis parētibus cōsentire fidei, & baptizari: non autē antequā habeat vsum rationis. Vnde de pueris antiquorū patrū dicitur, quòd saluati sunt in fide parētū, per quod datur intelligi, quod ad parentes ptinet prouidere filijs de sua salute, pręcipue antequā habeāt vsum rationis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ in vinculo matrimoniali vterq; cōiugū habet vsum liberi arbitrij, & vterq; potest inuito altero, fidei assentire: sed hoc non habet locū in puero antequā habeat vsum rōnis: sed postquā habet vsū rōnis tūc tenet similitudo, si cōuerti voluerit.

¶ Ad secundum dicendū, quod à morte naturali non est aliquis eripiēdus cōtra ordinē iuris ciuilis, puta si quis à suo iudice cōdemnetur ad mortē temporalem nullus debet eū violenter eripere. Vnde

¶ Super Quæstionis decimæ Articulum vndecimum.

IN articulo vndecimo eiusdem quæstio. perspice regulam permissionū in regimine propter bonū proueniēs, vel malū vitādum vt inde possis circa diuersa iudicare principes spirituales & tēporales in permissionibus vsurarū & aliorū huiusmodi. Hinc enim elicere potes, quod cū permissio criminum non sit secūdum se mala moraliter (si enim esset mala nō conueniret Deo nec vlla intētione posset bene fieri) si ex rationabili causa permissio fit, bona moraliter est, vtpote rationi cōsona. Causa autem rationabilis in litera ponitur ex parte boni, ne bonum impediatur. iuxta Domini sententiā, Sinite, ne forte simul eradicetis triticū: & ex parte mali, ne fiat iuxta sententiā Augustini, Aufer meretrices. &c. Et propterea ad has causas examinanda est permissio. Sed caue, ne permissio sit admixta participationi.

¶ In eodē articulo vndecimo dubium occurrit. an tolerādi sint libri Iudæorum, sicut tolerādus est cultus eorū. Et est ratio dubij, quia libri defensiui sunt fidei seu perfidię eorū, & cōsequenter cultus & propterea sicut perfidia & cultus toleratur eorū, ita tolerandi sunt libri.

¶ In oppositū autem est, quia libri eorum pleni sunt blasphemijs contra Christum.

¶ Ad hoc dicitur quod libri Iudæorum sunt in duplici differentia, quidam cōpetentes Iudæis absolute, vt sunt libri Testamenti veteris, & expositiones eorum: & hi proculdubio relinquēdi sunt Iudæis. Quidā editi ad confouendam suam perfidiam contra Iesu Christi diuinitatē, ne cōuertantur Iudæi ad Iesu Christi fidē, sed persistāt in sua perfidia obstinati: & ii libri, si facultas adsit, sunt per Ecclesiā cōburendi. Et est ratio differentię inter cultum & istos libros, quia cultus Iudæorū est quasi testis fidei nostræ, sicut figura veritatis & vmbra corporis, vt in litera dicitur. & iam merito tolerandus. Libri autē isti directe blasphemi sunt, & totaliter mendacijs pleni cōtra fidē Iesu Christi & propterea nō tolerandi sunt, si supprimi possunt. Vnde Autor in articulo octauo dixit, quod infideles compellendi sunt, vt fidem non impediant blasphemiis, vel malis persuasionibus Constat enim tales libros blasphemiis, & malis persuasionib. contra fidē esse plenos. Et in articulo decimo de Iudęis dixit, quod cum Iudæi sint serui Ecclesię, potest Ecclesia disponere de rebus eorū, ita quod Ecclesia contra omnes infideles ex prima ratione, & contra Iudæos etiā ex ratione seruitutis potest libros huiusmodi supprimere.

¶ Super Quæstionis decimæ Articulum duodecimum. [*3. q. 68 art. 10. Et quol. 2. q. 4. arti. 7. Et quolib. 3. q. 5. art. 2. cor.*]

IN articulo duodecimo eiusdem quæstionis, dubium duplex occurrit de conclusione, Primum ex Scoto: de pueris infidelium vniuersaliter: secundum ex Durando de pueris infidelium aliquorum scilicet Iudæorum & seruorū. Scotus siquidem in 4. dist. 4. quæst. vlt. tenet, quod Princeps bene faceret, si pueros infidelium inuitis parentibus baptizaret, adhibita cautela ne sequerentur homicidia, & quod nutrirentur religiose. Et ratio sua est, quam Autor tangit in quarto argumento: quia scilicet Deus habet ius dominij supra puerū magis quam parentes. Ergo vinculum potestatis paternæ non obligat in his quæ sunt cōtra præceptum Dei. Non ergo propter inuitos parētes prohibētur pueri à fide Dei.

¶ Et confirmatur, quia Princeps debet cogere seruum plurium subordinatorum dominorum ad seruitium superioris, si inferior dominus vult eo vti cōtra superiorem: ergo maxime debet Princeps zelare pro dominio seruando supremi Domini, scilicet Dei & per consequens non solū licet, sed debet Princeps auferre paruulos à dominio parentum volentiū eos educare contra cultū Dei. Durandus vero in 4. senten. dist. 4. q. 3. articul. 1. tenet quod licet non omniū, tamen eorum infidelium, qui sunt serui, licet filios inuitis parētibus baptizare auferēdo eos à parētum cura. Et ratio sua est illa, quā in secūdo argumēto Autor in litera facit, scilicet quod de filijs seruorum potest dominus facere quod vult, ac per hoc potest eos vendere & donare prope & lōge: ac per hoc auferre à cura parentum: & tūc poterunt baptizari. Et quoniam Iudæi sunt seruituti addicti: vt in articulo decimo Autor dixit, & extra, de Iudæis capit. Et si Iudæos: dicitur, Ideo de filiis Iudæorum sequitur, quod sunt inuitis parentibus ab eis auferendi & baptizandi.

¶ In hac materia diligentius obseruandum est, vt distincte loquamur. Aliud quippe est tractare, an pueri infidelium sint inuitis parentibus baptizandi, & aliud, an pueri tales, scilicet filij seruorum infidelium. Valde enim hæc distāt. Et quia cum Scoto de primo est quęstio, cum Durando vero de secundo, & primum est communius, ideo à primo inchoandum est.

¶ Ad cuius euidentiam sciendum est, quod præsupposito, sicut est rei veritas, quod in puero baptizando sufficiat fides & intentio Ecclesiæ ad hoc, vt baptismus valeat, quòd in cōmentarijs sequētis libri Deo dante in loco proprio firmabitur contra Durandū, tota præsens difficultas in hoc pendere videtur, *sit cōtra naturalem iustitiā huiusmodi pueros auferre à cura parentū infideliū volentiū eos in infidelitate nutrire, an nō. Si enim est cōtra naturalē iustitiā, constat ꝙ illicitū est: quia non sunt facienda mala vt veniant bona. Et si non est contra naturalē iustitiā, nulla videtur iniuria parentibus fieri, quibus naturale ius curam filiorū dedit. Et Autor quidē in litera super parte affirmatiua se fundauit. Scotus autē super negatiua. Et nota quod non est dissentio in hoc an secundū naturalē iustitiā pueri infideliū subsint eorum curæ quo ad diuina exercēda in puero. Hoc enim manifestū est esse verum, quoniā sicut natutali ordine adultus per propriam rationē, ita puer per parentū rationem ordinatur ad Deū. Sed quæstio est, an propter abusum huiusmodi iuris naturalis priuari possint, aut debeāt parētes ipsi abutentes tali iure. Scotus siquidē ad hoc tendit quod quia parentes abutuntur iure suo, quia nutriunt filios ad cultū infidelitatis cōtra Deum, ideo Princeps debet eos priuare tali iure: quia faciendū est, quod conseruetur ius Dei contra ius parentum abutentium illo contra Deum potius, quam econuerso, vt scilicet seruetur ius parentum cum contumelia Dei. Hic enim ordo peruersus est. Vt autem clare veritas elucescat, opus est duplici distinctione. Prima est, quod in subordinatis dominiis potest dominiū inferioris referri ad duos dominos. s. ad ipsum inferiorē dominum & ad supremū dominū, à quo est omne inferius dominium: verbi gratia, Dominiū vnius comitis potest referri ad ipsum comitē, & potest referri ad imperatorē à quo est illius dominiū. Et in proposito dominiū parētum supra paruulos suos potest referri ad ipsos parētes, & potest referri ad Deū, qui instituit ius naturale: quo parentibus cōuenit hoc dominium. Secūda est quod dominiū seu mādatū supremi domini, qd per seipsum mādat seu exercet, dupliciter potest institui. Primo, vt saluis dominiis inferiorū impleatur. Secundo, vt nō obstantibus inferioribus ordinibus, impleatur. Verbi gratia, Potest Cęsar mādare reparationē mœniū dupliciter. Vno modo, vt fiat reparatio salua immunitate ciuium ab oneribus & exactionibus nouis. Alio modo, non obstātibus huiusmodi immunitatibus. Et in proposito potest dupliciter intelligi, Deū, qui est vniuersorū dominus, dominiū seu legē fidei Christianæ instituisse. Vno modo, vt impleatur, saluis naturæ legib. Alio modo, vt nō obstātibus naturæ legibus, impleatur. Ex his autē adiūcta illa maxima, Gratia perficit, nō destruit naturā: & ordo gratiæ perficit, nō dissoluit ordinē naturæ, manifeste apparet primo, quod dominiū parētū supra filios non est tā ipsorū, quam naturæ ac Dei, qui illum instituit: ac per hoc comparatio non est facienda inter parentes & Deum sed inter Deum institutorem naturæ, & seipsum Deum institutorem fidei. Vterque enim ordo ab ipso & ipsius est. Apparet secundo, quod Deus non sic legem fidei instituit, vt voluerit pro ea seruanda legem naturæ solui, quamuis hoc posset: sed instituit vt per media secundū naturæ ordinem instituta lex fidei impleatur, vt patet ex maxima allegata. Et in cōi qa diuina sapiētia disponit omnia suauiter, & infirma per media reducit in summū. Et in proposito, quia statuit, vt adultus media ppria ratione ac volūtate legē fidei impleat, quia suæ curæ naturaliter commissus est. Puer autē media ratione & volūtate parentū, quorū curæ naturaliter cōmissus est. Et si diceretur, ꝙ licet Deus instituerit legē fidei, non ad soluendā, sed perficiendā legē naturæ absolute & simpliciter, tamē in casu quo habētes ius naturale, illo abutūtur, quia merētur priuari illo, statuit legē fidei habere locū ablato ab abutētibus iure suo: aduertāt sic dicētes, quod hoc nihil aliud est quā dicere quod Deus statuit legē fidei seruandā non obstante lege naturæ: quoniā quum lex naturæ secundum se non obstet fidei, quia verum vero non contrariatur: ad hoc solum dicitur non obstante lege naturæ propter casum, in quo obstare potest propter admixtam abusionem. Idē est ergo dicere, quod statuit legem fidei implendam: non obstāte etiam lege naturæ absolute & in casu

Universidad de Deusto Biblioteca

nec aliquis debet rūpere ordinem iuris naturalis,quo filius est sub cura patris: vt eū liberet à periculo mortis æternæ.

¶Ad tertiū dicendum, ꝙ Iudæi sunt serui principū seruitute ciuili, quæ nō excludit ordinē iuris naturalis vel diuini.

¶Ad quartum dicēdum,quod homo ordinatur ad deū per rationem, per quam eum cognoscere potest. Vnde puer antequam vsum rationis habeat,naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parētum,quorum curæ naturaliter subiacet:& secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

¶Ad quintum dicendū,quod periculum quod sequitur de prædicatione omissa nō imminet nisi eis, quibus commissum est officiū prędicādi.Vnde in Ezec. præmittit̄, Speculatorē dedi te filiis Israel. Prouidere autē pueris infideliū de sacramentis salutis,pertinet ad parētes eorū. Vnde eis imminet periculum si propter subtractionem sacramentorum, eorum paruuli detrimentum salutis patiantur.

QVÆSTIO VNDECIMA DE Heresi,inquatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de hæresi.

¶ Circa quā quæruntur quatuor.¶ Primo, vtrum hęresis sit infidelitatis species.¶Secūdo,de materia eius,circa quā est. ¶ Tertio,vtrum hæretici sint tolerandi. ¶Quarto,vtrum reuertentes sint recipiendi.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum hæresis sit infidelitatis species.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ hæresis non sit infidelitatis species. Infidelitas enim in intellectu est, vt supra dictum est. * Sed hæresis non videtur ad intellectum pertinere, sed magis ad vim appetitiuā.Dicit enim Hieronymy.* & habetur in Decr.24.q.3. Hæresis Græce ab electione dicitur,quia scilicet eā sibi vnusquisq; eligat disciplinā,quā putat esse meliorē,electio autē est actus appetitiuę virtutis:vt supra dictum est.* ergo hæresis nō est infidelitatis species.

** q. præ. ar.2.*
Hier. ad cap. 5. ad Gal.
1.2.q.13. ar.1.

¶2 Præterea.Vitiū pręcipue accipit speciē à fine.Vnde Philoso.dicit in 5. Ethic.*quod ille qui mœchatur vt furetur,magis est fur quā mœchus.Sed finis hęresis est cōmodum tēporale, & maxime principatus & gloria:quòd ptinet ad vitium superbię vel cupiditatis. Dicit enim Aug.in lib.*De vtilitate credendi,quòd hæreticus est qui alicuius tēporalis cōmodi & maxime glorię principatusque sui gratia falsas ac nouas opiniones vel gignit,vel sequitur.Ergo hæresis non est species infidelitatis:sed magis superbię.

Cap.1.
Tom. 6.

¶3 Præterea,infidelitas,cū sit in intellectu nō videtur ad carnem pertinere, sed hæresis pertinet ad opera carnis. Dicit enim Apost.ad Gal.5.Manifesta sunt opera carnis,quæ sūt fornicatio,immūditia: & inter cætera postmodū subdit dissentiones, sectę, quę sunt idē quod hęreses. Ergo hęresis non est infidelitatis species.

¶SED CONTRA est,ꝙ falsitas veritati opponitur,sed hęretic⁹ est q falsas, vel nouas opiniōes vel gignit,vel sequitur.Ergo opponit̄ veritati,cui fides innititur.ergo sub infidelitate continetur.

¶RESPONDEO, dicendū ꝙ nomē hęresis,sicut dictū est * electionē importat.Electio autē, vt supra dictū * est, est eorū,quę sunt ad finem, pręsupposito fine.In credendis autem volūtas assentit alicui vero tanquam proprio bono, vt ex supra dictis * patet. Vnde quod est principale verum,habet rationē finis vltimi: quę autē secundaria sunt, habent rationem eorum quę sunt ad finē. Quia vero quicūque credit, alicuius dicto assentit,

Argu.1. 1. 2. q. 3. arti.5.
q. 1. ar. 3. & 4. & q. 4 artic. 4. & 5.

principale videtur esse & quasi finis in vnaquaque credulitate ille,cuius dicto assentitur.Quasi autē secūdaria sunt ea, quę quis tenēdo vult alicui assentire.Sic ergo qui recte fidem Christianā habet, sua volūtate assentit Christo in his, quæ vere ad eius doctrinā pertinēt. A rectitudine ergo fidei Christianæ dupliciter quis potest deuiare. Vno modo, q̄a ipse Christo nō vult assētire:& hic habet quasi malā volūtatē circa ipsum finē: & hoc ptinet ad speciē infidelitatis Paganorū & Iudæorū.Alio modo, p hoc quod intēdit quidē Christo assentire,sed deficit in eligendo ea,quibus Christo assentiat: quia non eligit ea,quę sunt vere à Christo tradita,sed ea,quę sibi ,ppria mēs suggerit. Et ideo hæresis est infidelitatis species ptinens ad eos,qui fidē Christi profitentur,sed eius dogmata corrumpunt.

In corp.

¶AD PRIMVM ergo dicendū,ꝙ hoc modo electio ptinet ad īfidelitatem sicut & volūtas ad fidē:vt supra dictū est.

¶Ad secūdum dicendū, quod vitia habēt speciē ex fine proximo.sed ex fine remoto habēt genus & causam: sicut cum aliquis mœchatur,vt furetur,est ibi quidem species mœchiæ ex proprio fine & obiecto. Sed ex fine vltimo ostenditur, quod mœchia ex furto oritur, & sub eo cōtinetur sicut effectus sub causa,vel sicut species sub genere: vt patet ex his quæ supra de actibus dicta * sunt in cōmuni.Vnde & similiter in ,pposito finis proximus hæresis est adhærere falsæ sententię ,ppriæ,& ex hoc speciē habet.Sed ex fine remoto ostēditur causa eius,scilicet ꝙ oritur ex superbia, vel cupiditate.

1 2. q. 18. art. 6. & 7.

¶ Ad tertiū dicendū,quod sicut hæresis dicitur ab eligendo,ita secta à sectando, sicut Isid.dicit in li.Etym* Et ideo hæresis & secta idē sunt,& vtrūq; pertinet ad opera carnis: nō quidem quantū ipsum actum infidelitatis respectu proximi obiecti,sed ratione causæ, quæ est vel appetitus finis indebiti,secundū quod oritur ex superbia vel cupiditate,vt dictum est: vel etiam aliqua phantastica illusio, quæ est principiū errādi,vt etiā Philosophus dicit in quarto Meta.*phātasia autē quodāmodo ad carnē ptinet inquātum actus eius est cū organo corporali.

Lib.8.c.3.
Tex. 24. tom.3.

ARTICVLVS I.

¶Vtrū hæresis sit proprie circa ea,que sunt fidei.

AD SECVNDVM sic ,pcedit̄.Videtur ꝙ hæresis non sit ,pprie circa ea quæ sunt fidei. Sicut enī sūt hæreses & sectę in Christianis,ita etiā fuerunt in Iudæis & Pharisæis:sicut Isido.dicit in libro Etym.*sed eorū dissētiones nō erāt circa ea quę sūt fidei:ergo hęresis nō est circa ea q̄ sūt fidei , sicut circa ,ppriā materiā.

¶2Præterea,Materia fidei sūt res,q̄ credunt̄:sed hęresis nō solū est circa res sed etiā circa verba & circa expositiones sacræ Scripturæ.Dicit enī Hiero.*ꝙ quicūq; aliter Scripturā intelligit,q̄ sensus Spir.san.efflagitat,àquo scripta est,licet ab ecclesia nō recesserit:tamē hæreticus appellari potest.Et alibi*dicit,ꝙ ex verbis inordinate ,platis fit hæresis.ergo hæresis nō est proprie circa materiā fidei.

4 dist 3. q.2.art.1. ad sextū Et 1. Cor. 11 lect. 4. col.2.
** Lib.8. c.3. 4. & 6. simul sumptis.*
Ad Gal. ca.5.to. 9.
Refertur 4. sent. dist.13.

¶3 Præterea,Etiā circa ea,quæ ad fidem pertinent, inueniuntur quādoque sacri doctores dissentire:sicut Hieronym⁹ & Augustinus circa cessationē legaliū : & tamē hoc est absq; vitio hæresis.Ergo hæresis nō est proprie circa materiam fidei

¶SED CONTRA est,ꝙ Augustinus dicit contra Manichæos,* Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid prauumve quid sapiūt, si correcti vt sanum rectūq; sapiāt,resistāt cōtumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emēdare nolūt,sed defendere persistūt,hęretici sunt.Sed pestifera & mortifera dogmata nō sunt,nisi illa quæ opponūt̄ dogmatibus fidei,per quā iustus viuit, vt dicit̄ Rom.1. ergo hæresis est circa ea quæ sunt fidei, sicut circa propriā materiam.

lib. 18. de ciuit. Dei c.51. tō. 5.

¶RESPONDEO dicendū,quod de hæresi nūc loquimur, secundū quod importat corruptionē fidei Christianæ. Nō autē ad corruptionē fidei Christianæ ptinet,si aliqs habeat aliquā falsam opinionem in his quæ nō sunt fidei, puta in Geometricalibus vel in aliis huiusmodi, quæ omnino ad fidē ptinere nō possunt, sed solū quādo aliqs habet falsā opinionem circa ea,quæ ad fidē ptinēt. Ad quā aliqd ptinet dupliciter,sicut supra dictū est.Vno modo directe & pricipaliter:sicut articuli fidei.Alio modo indirecte & secūdario:sicut ea,ex quib⁹ sequitur corruptio alicuius articuli. Et circa vtraq;. potest esse hęresis eo modo quo & fides.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut hæreses Iudæorum & Pharisæorū erant circa opiniones aliquas ad Iudaismū vel ad Pharisiam pertinentes, ita etiam Christianorū hæreses sunt circa ea quæ pertinent ad fidem Christi.

¶ Ad secūdū dicendū,ꝙ ille dicitur aliter exponere sacrā Scripturā,quā Spiritus sanctus efflagitat,q ad hoc expositionē sacræ Scripturæ retorquet, ꝙ cōtrariat̄ ei qđ est p Spiritū sanctū reuelatū. Vnde dicitur Ezech.13. de falsis ,pphetis qui perseuerauerūt cōfirmare sermonē, scilicet per falsas expositiones Scripturæ. Similiter etiā p verba quæ quis loquit̄ suā fidē profitet̄: est enim cōfessio actus fidei, vt supra dictū est.* Et ideo si sit inordinata locutio circa ea quæ sunt fidei,sequi potest ex hoc corruptio fidei. Vnde Leo Papa in quadā epistola ad Procerū Episcopū Alexandrinū dicit, quod inimici crucis Christi omnibus factis & verbis nostris insidiantur , vt si vllā illis vel tenuē occasionē demus nos,Nestoriano sensui etiā congruere mentiantur.

al. Proterum.

¶Ad tertiū dicendū,ꝙ sicut Aug.*dicit, & habetur in Decret.24.quęst.3.cap.Dixit Apost.Si qui sententiā suā quāuis falsam atq; peruersam nulla ptinaci animositate defendūt,quærūt autē tota solicitudine veritatē corrigi , parati cū inuenerint,nequaquā sunt inter hæreticos deputādi:q̄a.s.nō habēt electionē cōtradicentē Ecclesiæ doctrinæ.Sic ergo aliqui doctores vident̄ dissensisse,vel circa ea, quorū nihil interest ad fidē, vtrū sic vel aliter teneātur, vel etiā in q̄busdā ad fidem ptinentibus,quæ nondū erant per Ecclesiam determinata. Postquā autem essent autoritate vniuersalis Ecclesię determinata,si quis tali ordinationi ptinaciter repugnaret,hæreticus cēsetur.quæ quidē autoritas principaliter residet in summo Pōtifice.Dicitur enim vigesimaquarta quæstione prima quotiēs fidei ratio vētilatur,arbitror omnes fratres nostros & coepiscopos nō nisi ad Petrū,id est ad sui nominis autoritatē referri debere.Cōtra cuius autoritatē nec Hieronym⁹ nec August.nec aliquis sacrorū doctorum suam sentētiam defendit. Vnde

Epis.621. tom.2.
Cap. Quotiescūque.

---

casu,quo propter admixtū abusum obstat.Et propterea si primum est falsum, secundum quoque erit falsum.Vnde euasio hæc nulla est.

¶Et confirmatur, quia in parentibus infidelium concurrunt duo, scilicet ius naturale respectu filiorum curæ, & admixta infidelitas, qua nutriunt eos ad suū ritū. Et licet secundū sit malū,& in eo peccent mortaliter, & propter hoc non solum filijs, sed vita & seipsis priuari possint,ita quod possent iuste annihilari, primū tamen iustū est naturaliter. Et propterea Deus statuens ordinem gratię ad perfectionem ordinis naturæ,illud iustū naturale violari non vult: quamuis ipsi abutentes hoc mereantur.

¶ Ad rationē ergo Scoti dicitur, quod processus suus habet locū tunc solum, quando supremus dominus vult sibi obediri, non obstante inferiori ordine, quod non est in proposito: quoniā Deus statuit vtrumque ordinē, naturę scilicet & fidei:& statuit ordinem fidei implēdum, ministrāte sibi ordine naturæ. Et propterea illis tantum imputatur hoc peccatum, qui secūdum naturæ ordinem ad hoc tenentur. Et sic patet, quòd exēpla Scoti non sunt cōtra propositum, quia pręsupponūt supremum dominū velle impleri ius supremi ordinis non obstante inferioris ordinis iure. Hoc enim etiā ipsa ratio Scoti supponit: & propterea non cōcludit. Hæc autē esse de mente Autoris, qui recte considerat verba literæ & respōsiones ad argumenta, percipere potest. Propterea nanque tam paucis quarto argumento satisfecisse se vidit: quia mediū naturale, quo puer reducendus est in Deū, assignauit.Et hæc de primo.

Supra q. 10.art. 5. Et infra q. 94 art. 1. ad primum.

¶Quo ad secundum tota difficultas consistit in hoc, quia filij seruorum possunt iuste eis auferri. Ablatis autē iuste à cura parentū iam nulli fit iniuria,si Iesu Christo per baptismum cōsecrentur. Ad veritatis autē euidentiam distinguendum est inter id quod prouenit ex seruitute directe, & per se & id quod prouenit ex ea per accidēs seu ex consequēti.Quū enim seruitus,qua homini homo seruus est,ciuilis sit,ad ea tantū,quæ ciuilis ordinis sunt per se,& directe se extēdit, vt effectus causis proportionales sint. propter quod licitū est seruis comedere,colere Deū & alia,quæ sunt iuris naturę & diuini,inuitis dominis exercere.Ex cōsequenti autē,seu per accidens,quemadmodū extēditur ad ea,quæ naturalis iuris sunt:ita ad ea,quæ diuini sunt iuris.Cōstat autem, quod dominus potest vēdere paruulos seruorū suorū in seruos:& per hoc ex cōsequenti subtrahere eos curę parentū,quæ est de iure naturæ. Pari, imo maiori ratione potest eos dare alicui Christiano,vt cōsecrentur Creatori suo: & per hoc inuitis parētibus, ea quæ sunt diuini iuris,in pueros exercere. Et hæc est veritas.Et propter hęc duo Autor duabus viis in litera processit.Ex eo enim quod per se & directe seruitus ad ciuilia se extēdit,dixit quod filij Iudæorū,quos asserit esse seruos Ecclesiæ, nō sunt inuitis parētibus baptizādi:& bene.Ex eo vero,quod ex consequēti seu per accidēs post iustā subtractionē à parētibus hoc potest esse licitum , visus est loco ab autoritate negatiue,s.quod Ecclesia non consueuit, quia Syluester & Ambrosius non quæsiuerunt.Super qua tamen Ecclesiæ cōsuetudine fundat doctrinam suam,reddendo illius rationem.

¶ Ad cuius pleniorem intellectum scito,quod vti hac via,vt scilicet ex cōsequenti pueri infidelium seruorum baptizentur, inuitis parentibus, contingit bene & male.Bene quidem si omnia consonant rectæ rationi:male autē,si aliquid dissonans cōcurrrit. Et quia, vt in pluribus concurrūt multa dissona rectæ rationi,ideo Ecclesia non cōsueuit hoc facere:ideo in litera determinatur tam de pueris Iudæorū,quam aliorū infideliū simul vno contextu , quòd non sunt inuitis parētibus baptizandi.Doctrina nanque moralis secundum id quod vt plurimum conuenit,tradenda est.Interueniunt autem ad minus duo dissonantia. Primum est periculū fidei in ipsis paruulis quum fuerint adulti: quod non euitatur ex subtractione eorum à cura parētum: quia quum adulti fuerint,& parentes suos in alia fide conspexerint,naturalis amor ad parentes inuitabit,& aut vetita cōuersatio magis solicitabit,aut permissa conuersatio facilem viā peruersioni dabit. Secundū est infamia fidei,quasi non sit à Deo, qui corda hominū regit,vt cōpellere velit Ecclesia hoc modo ad fidē, quum tamen oporteat sanctos ab his,qui foris sūnt,testimoniū habere.Vnde dicētes:quod pueri Iudæorū possunt inuitis parentibus baptizari,adhibitis cautelis,dupliciter deficere videntur.Primo in hoc,quod cautelas ex parte autoritatis Ecclesiæ non dicūt,sed paruulorū tantū.Secūdo, quod secundū cautelas, quæ vt plurimum apponi non possunt,doctrinā faciūt, quū tamē oppositum esset docendum,scilicet quod communiter non licet,sed quandoque exclusis inconuenientibus potest licere. Et per hæc patet & responsio ad obiecta , & intentio ac vis rationum literę.Quoniam prima ducens ad incōueniens,vniuersalis est simpliciter. Secūda ostēsiua, est vniuersalis, aut seclusa ratione seruitutis aut melius & profundius directe & per se loquendo,i. stādo infra limites eorū, ad quæ directe & per se extendit infidelium seruitus, vt prædeclaratum est. Et per hæc eadem patet, quod infra tales limites stando optime dixit Autor, quod iniuria fit Iudæis, si filij eorum,ipsis inuitis, baptizantur & alia huiusmodi, quibus non satisfit à Durando,nec aliis,infra illos limites stando,licet egrediendo ad per accidens, & id quod est ex consequēti,ac vt in paucioribus,verum dicatur, nobis non contrarium, sed consonum. Patet nāque,quod Autor fatetur Iudæos esse seruos Ecclesiæ, & ꝙ paruulus sub cura parentū est aliqua res eius & sicut animal irrationale.Et quod Ecclesia non facit eis iniuriam, disponendo de eis, & alienando eos. Et quod plus est, quum parentes infideles liberos constet dare operam continue ad impediendum fidem Christianam in filiis, ex doctrina tradita in articulo octauo,debellari possunt propter hoc: cum his tamē aduerte nouitie,quod pueri infideliū, qui ad partes fidelium, deferuntur, & venduntur Christianis , quamuis non constet de iusta ablatione eorundem à cura parentum, quia tamen sine parentum cura,conuersatione, & cognitione etiam in spe secundum humanum cursum sunt,absque parentibus censentur:& propterea Ecclesia consueuit eos baptizare.

¶ Super Quæstionis Vndecimæ Articulum primum.

IN articulo primo quæstionis vndecimæ, dubiū occurrit nouitiorū,quia nō videtur verū quod hæresis cōstituatur per hoc quod supposita adhæsione ad Christū erretur in his,quæ sunt dicta ab ipso:quoniā cōtingit Christianum recedere etiam à fide ipsius Christi,& nec ipsum,nec Deum credere.Talis est hæreticus, & tamen non supponit Christum:ergo male in litera dicitur.

¶ Ad hoc dicitur,quod assentire Christo,cōtingit dupliciter, scilicet actu mētis vel professione characteris Christiani. Ad hæresim licet sæpe concurrere videatur primū,non tamen est de ratione eius:sed sufficit secundum , scilicet quod charactere fidei in baptismo suscepto, Christum profiteatur.Sic enim in hæresi contingit apostatare, vt inferius patet in q.De apostasia.

¶In eodē primo articulo aduerte,quod quia hæresis est vitium non in intellectu absolute , sed in eo vt moto à voluntate eligente , nulla propositio aut sententia proprie loquendo,potest dici secundum se hæretica, sed solū, vt denominatur ab adhæsione tali ad ipsam. Quum enim vna & eadem propositio,puta mortui non resurgēt, ad omnes infidelitatis species possit pertinere, oportet quod nullam illarum secundum se sibi vendicet. Dicta nanque sententia ab hæretico hæretica,à Iudæo perfida, à Pagano gentilis denominatur. Vnde propositiones ipsæ secūdum se sunt contrariæ fidei: & sic vocandæ sunt,quando contrariantur articulis fidei, vel sacræ Scripturæ , aut determinationi Ecclesiæ de fide.Et istæ distinguēdæ sunt:quia quædam sunt contrariæ fidei secundum se:& quo ad nos:quarū scilicet contrarietas ad fidem est manifesta nobis : quædam secundum se tantum : quæ scilicet contrariæ sunt propositionibus veris pertinentibus ad fidem,sed earum contrarietas non est nobis manifesta:quia Ecclesia non determinauit,sicut ista propositio,Spiritus sanctus non procedit à Filio,secūdum se est contraria fidei: quia cōtrariatur suæ contradictoriæ pertinenti ad fidem.Sed quando vertebatur inter ipsos fideles in dubium,erat contraria secundum se tantum.Postquā autem patefacta est per determinationem Ecclesiæ,est contraria fidei secundum se,& quo ad nos:& sibi assensum pertinacē præstantē post ipsius Euāgelicam professionē in specie hæresis reponit,vt ex supradictis patet , & inde hæretica denominatur,sicut columna dextra dicitur in respectu ad dextrum animalis.

¶ Super Quæstionis vndecimæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæstionis,& specialiter in respōsione ad tertium aduerte diligentissime cùm hæresis ex tribus constituatur, scilicet errore error & sententia fidei spectent ad intellectum: tertium autem scilicet pertinacia, ad voluntatem , & hoc superueniens præcedētibus , ita cōstituat rationem hæresis , vt sine eo hæresis non sit , sicut nec fides sine voluntatis determinatione : manifestum primo est , quod si quis sententiam fidei contrariam secundum se teneret, putans se recte sentire , non intendens ab Ecclesia dissentire , talis adhæsio non est hęresis propter defectum pertinaciæ. Sed & manifectum secundò est, quod si quis cognoscens aliquam propositionem spectare ad fidem , puta Iesus Nazarenus est verus Deus, credat esse falsam,id est, cum occurrit sibi , quod non est vera , consentit tali adhæsioni , quam non putat esse veram: talis adhæsio est vere & proprie hæresis. Sicut namque præsentato cōcubitu cum aliena vxore , consentiens in illum , crimen adulterij incurrit , & sic de aliis ita præsentato errore in fide cum notitia , quod est error in fide, consensus in illum, hęreticum constituit. Et ex hoc patet , quod pertinacia, quæ ponitur de ratione hæresis,non importat obdurationem seu obstinationem : vt distinguitur contra infirmitatem , passionem & transitorium , seu leuem consensum : sicut dicimus aliquam fornicari ex passione , vel ex cholera consensisse in malum aliquod, & non pertinaciter , Sed sumitur pertinacia, vt æquiualet vero consensui præsuppposita notitia, quod sit error , & quod sit in fide. Siue enim ex passione,siue ex infirmitate , siue ex quacunque alia causa perueniatur ad verum consensum in assensum propositionis contrariæ fidei,cum cognitione quod sit cōtraria fidei:vera hæresis incurritur à Christiano. Nam talis vere pertinax pro tūc est:quoniam cognoscit Ecclesiam præcipere quod teneatur Christum esse verum Deum, & ipse non vult pro tunc sic credere. Si quis autem minus perspicax de hac doctrina dubitat, animaduertat, quod fides & infidelitas sunt contraria, & quod quemadmodū illa perficitur assensu intellectus ex consensu voluntatis,ita ista perficitur in dissensu intellectus ex cōsensu volūtatis.& clare videbit , quod consentiens non solum opinioni contrariæ fidei, sed etiam dubio de certa propositione fidei, cognito quod certo spectāt ad fidem est infidelis,& consequēter hęreticus si erat Christianus. Nihil enim est in genere nisi mediāte specie.

¶In eodem secūdo articulo in respōsione ad inde tertiū aduerte quod autoritas vniuersalis Ecclesiæ , determinatiua de fide principaliter residet in summo pōtifice, quod intellige inquantū summus Pontifex est, quia sic,& non vt singularis persona,à Deo gubernatur in his quæ sunt fidei : ita quod non potest determinare contra fidem & propterea nec Hierō.nec Aug.sentētiā suam contra huiusmodi determinationē defendit. Et hinc habes quantū cauere debes à Panormit. extra de electione in c.significasti, volente ꝙ magis doctoris quam Papæ sentētiæ in his quę sunt fidei standū est.Vere ostendit illud , quod medicorum est.

Promittunt medici,tractent fabrilia fabri.

Hæc autem in tractatu quæ de cōparatione autoritatis Papæ & Concilij fecimus , magis ostendimus.

q.3.ar.13.

¶ Super Quæstionis vndecimæ Articulum tertium & quartum.

IN tertio & quarto articulo eiusdem quæstionis, vbi de punitione hæreticorum agitur,dubium occurrit,An hæretici in mente solum incurrant iuris positiui pœnas & præcipue excōmunicationē. Et est ratio dubij, quia hęresis in mente est non solum vera, sed perfecta hæresis , ita quod non est de hæresi sicut de furto. Nā furtum in mente licet sit peccatum mortale , non tamen est furtum perfectum , sed hæreticus in mente est perfecte hæreticus,quia sicut fides est virtus quæ perficitur interius:ita infidelitas perficitur in dissensu interiori ex cōsensu volūtatis.Constat autē quod excōmunicantur non hęretici manifesti aut secundum actus exteriores , sed hæretici absolute & simpliciter. Videtur igitur , quod quantumcunque occulti, sint excommunicati. Ex altera autem parte est:quia Ecclesia non iudicat occulta.

¶ Ad euidentiam huius dubitationis scito,quod gloss. extra de hæreticis cap. multorum. in Clementinis, refert Archidiaconum disputationi hoc reliquisse & plures affert doctores pro parte affirmatiua quo ad excōmunicationem. Affert quoque ad hoc multa iura. Et quoniam allatorum iurium quum multa quæ in principio pro se affert, tenens partem affirmatiuam indubitatam , vidissem, perspexi eiusdem minorem perspicaciam, fultus nihilominus ratione soli-

Universidad de Deusto Biblioteca

dicit Hiero.* Ad Dam. Papam, Hęc est fides, Papa beatiss. quã in catholica didicimus Ecclesia, in qua si minus peritè aut parum cautè fortè aliquid positum est, emendari cupimus à te, qui Petri fidem & sedem tenes. Si autẽ hęc nostra cõfessio Apostolatus tui iudicio cõprobatur, quicũque me culpare voluerit, se imperitum vel maleuolũ, vel etiam nõ catholicum, non me hęreticum comprobabit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum hæretici sunt tolerandi.

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur, ꝙ hęretici sint tolerãdi. Dicit enim Apostol. 2. ad Timot. 2. Seruũ Dei oportet mãsuetũ esse cũ modestia corripientẽ eos, q resistũt veritati, ne quãdo det illis pœnitentiã Deus ad cognoscendã veritatẽ & resipiscãt à laqueis diaboli. Sed hæretici non tolerãtur, sed morti tradũtur, aufertur eis facultas pœnitẽdi. ergo hoc videtur esse cõtra præceptum Apostoli. ¶ 2 Pręterea, Illud ꝙ est necessariũ in Ecclesia, est tolerandũ. Sed hæreses sunt necessarię in Ecclesia. Dicit enim Apostol⁹ primę ad Cor. ca. 11. Oportet hęreses esse, vt & q probati sunt manifesti fiant in vobis. ergo videt', ꝙ hæretici sunt tolerãdi. ¶ 3 Præterea, Dominus mãdauit Mat. 13. seruis suis, vt zizania permitterent crescere vsque ad messem, quæ est finis sæculi, vt ibidẽ exponit. Sed per zizania significantur hæretici secundũ expositionẽ sanctorũ. Ergo hæretici sunt tolerãdi.

¶ SED CONTRA est ꝙ Apo. dicit ad Titium 3. Hęreticum hominẽ post primam & secundã correptionẽ deuita, sciẽs quia subuersus est, q huiusmodi est.

¶ RESPONDEO dicendũ, quod circa hæreticos duo sunt consideranda. Vnum quidẽ ex parte ipsorũ. Aliud verò ex parte Ecclesiæ. Ex parte quidẽ ipsorũ est peccatũ, per quod meruerunt non solùm ab Ecclesia per excõmunicationem separari, sed etiam per mortẽ à mũdo excludi. Multo enim grauius est corrũpere fidẽ, per quã est animæ vita, quã falsare pecuniam, per quã temporali vitæ subuenitur. Vnde si falsarij pecunię, vel alij malefactores statim per sęculares principes iustè morti traduntur, multo magis hæretici statim, ex quo de hæresi cõuincũtur, possunt non solũ excõmunicari, sed & iuste occidi. Ex parte aũt Ecclesiæ est misericordia ad errantiũ conuersionem: & ideo non statim condẽnat, sed post primam & secundã correptionẽ, vt Apostolus docet, postmodũ vero si adhuc pertinax inueniatur, ecclesia de eius conuersione nõ sperãs, aliorum saluti prouidet. eũ ab Ecclesia separando per excõmunicationis sentẽtiam, & vlterius relinquit eũ iudicio sęculari mũdo exterminãdum ꝑ mortẽ. Dicit enim Hiero.* & habetur vigesimaquarta quæstione tertia, Resecãdæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellẽda, ne tota dom⁹, massa, corpus, & pecora, ardeãt, corrũpãtur, putrescãt, intereãt. Arrius in Alexãdria vna scintilla fuit. Sed q̃m non statim oppress⁹ ẽ, totũ orbẽ ei⁹ flãma populata est.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ad modestiã illã ptinet, vt primò & secũdò corripiat'. Quòd si redire noluerit, iã pro subuerso habetur, vt patet in autoritate Apostoli inducta. ¶ Ad secũdũ dicẽdum, quod vtilitas, quæ ex hęresib. ꝓuenit, est præter intentionẽ hæreticorum, dum, s. constantia fidelium cõprobatur, vt Apostolus dicit: & vt excutiamus pigritiam, diuinas Scripturas solicitus intuẽtes, sicut August.* dicit. Sed ex intẽtione eorum est corrũpere fidẽ: quod est maximi nocumẽti. Et ideo magis respiciendũ est ad id, quod est per se de eorũ intentione, vt excludãtur: quã ad hoc quòd est præter eorum intentionem, vt sustineãtur. ¶ Ad tertiũ dicendũ, quod sicut habetur in Decretal. vigesimaquarta quæstione quarta. aliud est excõicatio, & aliud eradicatio. Excõicatur enim ad hoc aliquis (vt ait Apostolus) vt spiritus eius saluus fiat in die Domini. Si tamẽ totaliter eradicẽtur per mortẽ hæretici, nõ est etiam cõtra mandatũ Dñi: qđ est in eo casu intelligendũ, q̃n nõ possunt extirpari zizania sine extirpatiõe tritici, vt suprà dictũ *est, cũ de infidelib. in cõmuni ageretur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum reuertentes ab hæresi, sint ab Ecclesia recipiendi.

Q. præ. artic. 8. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ reuertentes ab hæresi, sint omnino ab Ecclesia recipiendi. Dicitur enim Iere. 3. ex persona Domini, Fornicata es cum amatorib. multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus. *quol. 10. art. 16.* Sed Ecclesię iudicium est iudicium Dei, secundum illud Deut. 1. Ita paruum audietis, vt magnum: neque accipietis cuiusquam personã, quia Dei iudicium est. ergo si aliqui fornicati fuerint per infidelitatem, quæ est spiritualis fornicatio, nihilominus sunt recipiendi. ¶ 2 Præterea Dominus Mat. 18. Petro mãdat, vt fratri peccanti dimittat nõ solũ septies, sed vsq; septuagies septies: per quę intelligitur, secundũ expositionẽ Hiero. ꝙ quotiescunq; aliquis peccauerit, est ei dimittendũ. ergo quotiescũque aliquis peccauerit, in hæresim relapsus, erit ab Ecclesia suscipiẽdus. ¶ 3 Pręterea, Hęresis ẽ q̃dã infidelitas. Sed alij ĩfideles volẽtes cõuerti ab Ecclesia suscipiũt'. ergo ẽt hæretici sunt recipiẽdi.

¶ SED CONTRA est quod Decretalis,* Ad abolẽdam dicit, quod si aliqui post abiurationem erroris, deprehẽsi fuerint in abiuratam hæresim decidisse, sæculari iudicio sunt relinquendi. Non ergo ab Ecclesia sunt recipiendi. *In Dec. Li. 5. tit. 7. cap. 9.*

¶ RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ ecclesia secundũ Dñi institutionẽ charitatẽ suã extẽdit ad oẽs, non solũ amicos, verum etiã inimicos & persequẽtes, secundum illud Mat. 5. Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderũt vos. Pertinet aũt ad charitatẽ, vt aliquis bonũ proximi & velit & operetur. Est aũt duplex bonũ. Vnũ quidẽ spirituale, s. salus animæ, qđ principaliter respicit charitas. Hoc enim qlibet ex charitate debet alij velle. Vnde quantũ ad hoc hæretici, reuertentes, quotiescunq; relãpsi fuerint, ab Ecclesia recipiũtur ad pœnitentiã per quã impẽditur eis via salutis. Aliud autẽ est bonũ, qđ secũdario respicit charitas, s. bonũ temporale, sicut est vita corporalis, possessio mũdana, & bona fama, & dignitas Ecclesiastica, siue sæcularis. Hoc enim nõ tenetur ex charitate aliis velle nisi in ordine ad salutẽ æternã & eorũ, & aliorũ. Vnde si aliquid de huiusmodi bonis existens in vno, impedire possit æternam salutẽ in multis, nõ oportet, ꝙ ex charitate huiusmodi bonum ei velimus: sed potius vt velimus eum illo carere: tũ quia salus æterna præferenda est bono tẽporali: tum quia bonũ multorũ prefertur bono vnius. Si aũt hæretici reuertentes semper reciperentur, vt cõseruarentur in vita, & alijs temporalib. bonis, posset in prẹiudiciũ salutis aliorũ hoc esse: tũ quia si relaberentur, alios inficerent: tũ etiam quia si sine pœna euaderent, alij securiùs in hæresim laberentur. Dicitur enim Eccles. 8. Etenim quia non citò profertur cõtra malos sñia, absq; timore vllo filij hominũ ꝑpetrãt mala. Et ideo Ecclesia qdem primò reuertẽtes ab hæresi nõ solũ recipit ad pœnitentiã, sed etiam cõseruat eos in vita, & interdũ restituit eos dispensatiuè ad ecclesiasticas dignitates, quas prius habebãt, si videãtur verè cõuersi. Et hoc pro bono pacis frequenter legitur esse factũ. sed q̃n recepti iterũ relabũtur, vr̃ esse signũ incõstãtię eorũ circa fidem Et ideo vlterius redeũtes, recipiuntur quidem ad pœnitentiam, non tamen vt liberentur à sententia mortis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ iudicio Dei semper recipiũtur redeuntes: quia Deus scrutator est cordiũ, & verè redeuntes cognoscit. Sed hoc Ecclesia imitari nõ potest. Præsumit enim eos non verè reuerti: qui cùm recepti fuissent, iterum sunt relapsi. Et ideo eis vitam salutis non denegat, sed à periculo mortis eos non tuetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Dominus loquitur Petro de peccato in eum commisso: quod est semper dimittẽdum, vt fratri redeunti parcatur. Non autem intelligitur de peccato in proximum, vel in Deum commisso, quod non est nostri arbitrij dimittere, vt Hierony.* dicit: sed etiam in hoc est à lege modus statutus, secundum quod congruit honori Dei, & vtilitati proximorum. *Supra illud. Mat. 18. Si peccauerit in te to. 9.*

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ alij infideles, qui nunquã fidẽ acceperãt, cõuersi ad fidem, nondum ostendũt aliquod signũ inconstantiæ circa fidẽ: sicut hæretici relapsi. Et ideo nõ est similis ratio de vtrisq;.

QVÆSTIO DVODECIMA, de Apostasia, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de apostasia.

¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, vtrũ apostasia ad infidelitatem pertineat. Secundò, vtrum propter apostasiam à fide, subditi absoluantur à dominio præsidentium apostatarum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum apostasia pertineat ad infidelitatem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ apostasia non pertineat ad infidelitatẽ. Illud enim quod est omnis peccati principium, non videtur ad infidelitatem pertinere, quia multa peccata sine infidelitate existunt. sed apostasia videtur esse omnis peccati principium. Dicitur enim Eccle. 10. Initium superbię hominis apostatare à Deo. Et postea subditur, Initiũ omnis peccati superbia. Ergo apostasia non pertinet ad infidelitatem.

¶ 2 Pręterea, Infidelitas in intellectu cõsistit. sed apostasia magis videtur cõsistere in exteriori opere vel sermone, aut etiã in interiori volũtate. Dicitur enim Prou. 6 Homo apostata vir inutilis, gradiens ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loqtur, prauo corde machinatur malum: & in omni tpe iurgia seminat. Si q s etiã se circũcideret, vel sepulchrũ Mahumeti adoraret, apostata reputaretur. Ergo apostasia nõ pertinet directè ad infidelitatẽ.

¶ 3 Præterea, Hæresis, quia ad infidelitatem pertinet, est quædam determinata species infidelitatis. Si ergo apostasia ad infidelitatem pertineret, sequeretur quod esset quædam determinata species infidelitatis. Quod non videtur secundum prædicta.* Non ergo apostasia ad infidelitatem pertinet. *Q. 10. artic. 1.*

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Io. 6. Multi discipulorum eius abierunt retro, quod est apostatare, de quibus suprà dixerat Dominus, Sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Ergo apostasia pertinet ad infidelitatem.

¶ REPONDEO, dicendum ꝙ apostasia importat retrocessionem quãdam à Deo. Quę quidẽ diuersimodè fit secundum diuersos modos, quibus homo Deo coniungitur. Primò nanque coniungitur homo Deo per fidem. Secundò, per debitum & subiectã voluntatem ad obediendum præceptis eius. Tertiò, per aliqua specialia ad supererogationem pertinentia: sicut per religionem, & clericaturam, vel sacrum ordinem. Remoto autem posteriori remanet pri⁹, sed nõ conuertitur. Contingit ergo aliquẽ apostatare à Deo, retrocedendo à religione, quã professus est, vel ab ordine, quẽ suscepit: & hęc dicitur apostasia religionis seu ordinis. Contingit etiam aliquẽ apostatare à Deo per mentem repugnantem diuinis mandatis. Quibus duabus apostasiis existentibus, adhuc potest remanere homo Deo coniunctus per fidẽ. Sed si à fide discedat, tunc omnino à Deo retrocedere videtur. Et ideo simpliciter & absolutè erit apostasia, per quã aliquis discedit à fide, quæ vocatur apostasia per fidem. Et secundum hunc modum apostasia simpliciter dicta ad infidelitatem pertinet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quod obiectio illa procedit de secunda apostasia, quæ importat voluntatem à mandatis Dei resilientẽ, quæ inuenitur in omni peccato mortali.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad fidẽ pertinet nõ solum credulitas cordis, sed etiã ꝓtestatio exterioris fidei ꝑ exteriora verba & facta. Nã cõfessio est actus fidei. Et per hunc etiã modum quædã exteriora verba vel opera ad infidelitatẽ per-

---

da, ex qua soluuntur omnes difficultates: de stiti à perscrutatione iurium & doctorum allegatorum. *Hiero. in expo. symboli ad Dam. Papam to. 2.* Duab. igitur distinctionibus in hac re vtere. Prima est de occulto, quod est duplex, quoddã per se, & quoddam per accidẽs. Occultum per se est, quod ex sua ratione sibi vẽdicat, non subesse cognitioni sensitiuæ, à qua incipit humana cognitio, secũdum quam Ecclesia iudicat. *4. di. 13. q. 1. ar. 1. cor. Et quol. 10. ar. 15.* Occultum vero per accidens, quod licet sensui subiaceat, testẽ tamen vel testes non habet. Secunda est de actu interiori, quod dupliciter exerceri potest. Primo solus, vt cum quis vult facere malum aliquod, vel odio habet aliquem, vel discredit, & huiusmodi, solùm in corde suo. Secundo potest exerceri, vt causa cõmissionis, vel omissionis exterioris, vt quum quis ex odio facit vel omittit facere aliquid extra, siue illud extra sit locutio, siue operatio quæcũque. ¶ Ex his siquidem sumendum tibi est, quod licet occultissima per accidens & actus interiores, vt rationes exteriorum commissionum, vel omissionum, subiaceant Ecclesiæ iudicio & censuris: occulta tamen per se vt sunt actus interiores soli, ab Ecclesiæ iudicio & censuris aliena sunt. Et ratio est: quia homo videt quæ apparent: Deus aũt intuetur cor, vt dicitur primi Reg. 16. Et propterea Apostolus prohibet horum iudicium, dicens primę ad Corint. quarto. Nolite ante tẽpus iudicare, quousque veniat Dominus, qui manifestabit cõsilia cordiũ. ¶ Ex his autem patet primò, quòd hæreticus perfectissimus in solo corde non est excommunicatus, nec aliarum iuris humani pœnarum reus. Si tamen peccatum hæresis non ratione cẽsuræ annexę, vt in processu annuali Romanæ curiæ reseruatur, sed absolute esset reseruatũ Papæ vel episcopo, nõ posset talis hæreticus ab inferiori absolui: quoniã reseruatio nõ est pœna, sed negatio vel adẽptio iurisdictionis, qua superior potest vti inquãtumcunque occultis. *Ad Gal. 5. tom. 9.* Patet secundo, quod si hæreticus in corde, exteriori aliquo opere, vel verbo peccatum suum exequatur seu dicat, statim est excommunicatus, etiam si nullus audiat, videat, aut quolibet percipiat, nisi ipsemet: quia tunc hæresis peccatũ non nisi per accidens est occultũ Ecclesiæ. Per se enim habet, vnde possit ab Ecclesia sciri, quia est peccatũ exterius. Et propterea oportet cõfessores inquirere, cũ pœnitẽtes tepidi in fide, qui victi tentationib. consentiũt cõtra fidẽ, occurrũt, an etiã secũ solus ore protulerit infidelitatẽ suã, quãdo in illa erat. *Li. 1. con. Manichę. ca. 1. tom. 1.* Patet tertio, quod quum prohibetur inquisitorib. quòd odio vel amore, &c. nõ omittãt procedere contra hæreticos sub excõmunicationis latæ sñiæ pœna, nõ excõmunicatur actus interior solus, sed actus exterior, puta impositio vel omissio ex interiori odio, vel amore ꝓcedẽs. Et simile est in aliis. Et in hoc decepta videtur glossa allata, q̃a non distinxit inter cor solũ, & cor, vt rõem extrinseci. nec inter occultũ ꝑ se, & occultũ per accidẽs, vt nos fecimus.

¶ Super Quæstionis duodecimæ Articulum primum.

IN primo articul. dubium primo occurrit de Apostasia ab ordine, An constitutus in minoribus, seu prima tonsura, peccet relinquendo statum clericalem. Videtur enim quòd sic. Primò quia quælibet apostasia peccatum est, vt in litera dicitur. Imò de omni apostasia dicitur, quòd potest intelligi illa autoritas Prou. 6. Homo apostata vir inutilis, &c. Ex quo habetur, quòd non solum est peccatum, sed etiam mortale peccatum. Secundo, quia facit contra id quod in susceptione primæ tonsuræ suscipit, scilicet Dominus pars hæreditatis meæ. Tertio, quia multæ autoritates ad hoc afferuntur.

¶ Ad euidentiam huius quæstionis sciendum est, quòd relinquere clericatus seu ordinum minorum statum, & exercitium, quum importet retrocessionem à bono supererogationis quidem ante susceptam tonsuram vel ordinem, debito autem post susceptum ordinem, aut tonsuram, (Ex quo enim accitus est in sortem diuinam, debitor factus est sui in ministrum Dei) secundum se non est de genere bonorum, nec indifferentium, sed male sonantium: non ita quòd sit per se malum, sicut mendacium, quia in nulla necessitate posset licere, sed ita quòd solitarie sumptum, malum sit: adiuncta tamen aliqua conditione honestari possit. Et hoc patet ex eo, quòd pro aliqua necessitate licite aliquis post primam tonsuram, & ordinem minorem posset retrocedere, vt si pro pace regni oporteret esse bigamum, vel aliquid huiusmodi. Et quoniam ratio debiti iustitiam constituit, & eius violatio iniustitiam, iuxta modum debiti attendenda est natura peccati. In huiusmodi autem clericis tria inueniuntur debita: primo, quòd ipsi sint ministri Dei: secundo, quòd exerceant ministeria sua: tertiò, quòd deferant signa ministerij, puta habitum & tonsuram. Et quoniam ad primum consecrati sunt per sacramentum ordinis, vel quasi consecrati per sacramentale, scilicet ob primam tonsuram, ab hoc retrocedere peccatum mortale est, quoniam hoc non fit nisi contemptu sacramenti, & sacramentalium, quum neutrum iteretur. A secundo autem recedere absque contemptu, quotidiana experientia, qua multi eorum nunquam exercent actus suos absque remorsu & reprehensione conscientiæ, testatur non esse damnabile. A tertio autem retrocedere, quòd non sit mortale, ex eo probatur: quia hoc est ex iure positiuo, & nec præcepto, nec voto firmatum, nec punitum. Manifestantur hæc ex eo, quod licite huiusmodi clerici cõtrahunt matrimonia, & adeo licitè, vt gaudeant etiam priuilegio clericali, vt patet extrà, de clericis coniugatis in c. 1. in 6. si tamẽ deferunt habitũ & tonsurã. Ex hoc autẽ, quod licitè ducere possunt vxores, sequitur quod licitè ponunt se in statu, in quo minus plene possunt Deo ministrare, vt patet in Decretalibus eodẽ titulo in ca. Diuersis. & in quo oportet eos sæcularibus negotiis immisceri, vt patet ibidem in cap. Ioannes. Ex hoc vero sequitur vlteri⁹, vt textus nũc dictus deducit, quod tonsura ipsius talia exercentis in ministerij clericalis vituperium redundaret. Et sic non solum qui in ætate minori tonsuram susceperunt, vt in ca. Consultationi: sed absolute clerici in minoribus, qui nolunt esse clerici ex mandato iuris non coguntur ad habitum & tonsuram. Et sic de primo ad vltimum infertur, ergo retrocedere ab huiusmodi & tonsura huiusmodi, non est pręceptum, aut punitum à iure. Et licet nec veniale peccatũ videatur, ex quo licite ingreditur statum coniugalem, in quo oportet hominem communiter sæcularibus negotiis immisceri, & consequenter relinquere habitum, & tonsuram, vt Decretalis dicit: veritas tunc videtur quod secundum indulgentiam, qua venialia permittuntur, huiusmodi habitus & tonsuræ demissio fiat, sicut & implicatio in negotiis sæcularibus.

¶ Ad primum ergo in oppositum negatur, quod huiusmodi retrocessio sit apostasia. Ad apostasiam enim requiritur non qualiscunque, sed criminosa retrocessio, qualis nõ est ista, quæ est sine peccato mortali. Vnde Autor in litera licet enumerãdo modos cõiũctionis ad Deũ, dixerit per religionẽ, & clericaturã vel sacrũ ordinẽ, in eligẽdo tamẽ species apostasiæ nulla fecit mentionẽ de clericatura, sed solum de religione, & ordine, insinuãs per hoc, quod apostata hoc modo non est nisi qui à sacro ordine, vel professionẽ religionis retrocedit.

¶ Et confirmatur autoritate iuris, extra, de apostat. in capitulis, Tuæ. & A nobis. Vbi patet, quod apostasiam ob abiectum habitũ, crimẽ, infamia, & punitio coactiua concomitantur, quæ procul sunt à retrocessione, de qua est sermo.

¶ Ad secundũ dicitur, ꝙ licet retrocedens à statu clericali, non prosequatur sortẽ Domini, quam inchoauit, & propterea peccet venialiter, vt dictũ est: non tñ ex hoc sequitur, quod peccet mortaliter, quia nec præcepto, nec voto ad prosequutionem astringuitur.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ nulla est autoritas authentica in contrarium quantum viderim: imò Ricardus, qui allegatur in quarto d. 24. non inuenitur hoc dicere.

¶ In eodem 1. art. aduerte, ꝙ quum apostasia à religione, sit retrocessio à religione, & aliud sit retrocedere à religione, & aliud retrocedere ab hac religione, consequẽs est quod si quis à sua religione retrocedat, in aliam laxiorẽ intrãs, non sit apostata à religione, ac per hoc non incurrit pœnas contra Apostatas statutas: quãuis si ab ordine mendicantiũ ad aliquã monachalem religionẽ, præterquã Carthusiensẽ trãseat absque debita licẽtia, sit excõicatus, non propter apostasiã, sed propter trãsitum talem, iuxta statutum Martini quinti.

¶ In codẽ 1. artic. dubiũ occurrit de Apostasia à religione, an religiosus recedens incõsulto prælato suo, & non subiiciens se alterius obedientiæ, sit apostata proprie. Et videtur quod sic, autoritate Innocẽtij in c. fi. de renun. & in c. Intelleximus, de æta. & qual. ord. Verum si diligẽter cõsiderata fuerit rõ apostasiæ, distinguere oportet: q̃a religiosũ cum habitu sine licẽtia & alterius obediẽtia manere dupliciter cõtingit: primo eo aĩo & intẽtione, vt religiosus amplius non sit & talis est verus apostata. Nec excusatur ab apostasia & censuris annexis, ex hoc quod defert habitũ, sed tenetur ad omnia, ad quæ tenẽtur apostatæ sine habitu. Secundo contingit quod nõ recedat nec vagetur extra animo retrocedẽdi à religione: sed propter prælatorum forte rigorẽ, aut propter libidinẽ vagãdi, aut aliquid huiusmodi & talis non est apostata, sed fugitiuus, & vagus. Et quod hoc sit verũ, patet ex hoc, quod apostasia cõsistit in retrocessione à religione: ac per hoc qui retrocessione à religione nunquam consensit, numquã apostasiã incurrit: quamuis incurrat peccatum inobedientiæ, & rebellionis contra pręceptum prælati exeundo, sicut etiam stans in claustro, & nolens pertinaciter obedire prælato aliquid iustè præcipiẽti, rebellis est nõ apostata, propter quod dictũ Innocentij in primo casu verificatur: & in illo sensu tantũ puto ipsum intendere, qui delationem habitus non excusare apostasiam docere volebat,

¶ In respõsione ad secundum, confirmationẽ habes, quod actus exterior, sola denominatione ab actu interiori dicitur talis, puta fidelis & infidelis, sicut signũ sanitatis sanũ. Et scito quod exercens signa infidelitatis ex timore, vt de Marcellino papa habetur, quod posuit thura idolis, peccat mortaliter, etiãsi sit timor cadens in cõstantissimũ virũ. Nullus enim timor excusat ab his, quæ sunt secundũ se mala, quale est sacrificiũ idolorũ. Et licet talis nõ peccet peccato infidelitatis interiori, peccat tñ peccato infidelitatis exteriori, non opposito fidei, sed opposito fidei cõfessioni. Et propterea licet talis nõ sit hæreticus, nec idolatra secundum mentem: est tamen idolatra actu exteriori, & subiectus iuribus Dei & hominũ contra idolatras: quia homo iudicat ea quæ extrà sunt, & Deus voluntatẽ consentientem in exterius sacrificiũ contra se. Mitius tamen exercenda sunt propter timorem, iura contra ipsum.

¶ *Super Quæſtionis duodecimæ Articulum ſecundum.*

IN articulo ſecundo eiuſdem quæſtio.12. dubium occurrit, an propter excommunicationem, ex quacunque cauſa iuſta, an ſolum propter excommunicationem cauſa apoſtaſiæ à fide, dominium amittatur. Et eſt ratio dubij: quia in Decretis 15. quæſtio. 6. cap. Nos ſanctorum, quod Autor in litera affert, & in ca. Iuratos, abſolute dicitur, quòd excommunicatio abſoluit à iuramento fidelitatis, donec excõmunicatus domin⁹ ad ſatisfactionem veniat. Et in tantum hoc acceptatur, vt Canoniſtæ dubitent, an etiam abſoluat à debito ſoluendi mutuum acceptum. Ex altera parte occurrit, quòd Autor ſpeciale aliquid de apoſtaſia videtur velle dicere. In cuius ſignum in reſponſione ad tertium dicit, quod non eſt eadem ratio de apoſtaſia & aliis criminibus.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in hac reſunt duo, ſcilicet crimen, & ſententia Eccleſiæ. Et quoniam de crimine directè ſpectat ad Theologum, de ſententia autem extenſiuè & ſecundariò, idcirco litera de demerito criminis intelligenda eſt, quòd ſpeciale aliquid quærit & dicit. Poteſt enim Eccleſia non ſolum propter hoc, ſed prpter alia crimina, vt etiam in litera dicitur, eandem pœnam imponere. Quia igitur crimen apoſtaſiæ à fide demeritum hoc ſibi vendicat: quia totaliter ſeparat à Deo: & omnis æquitas poſtulat, vt violanti fidem Deo, abſtrahatur fides aliorum: ideo hoc ſpecialiter de apoſtaſia deciſum eſt. Non tamen dictum eſt, quod pro ſola apoſtaſia pœna hęc incurratur: nec locus ab autoritate negatiuè validus eſt. Quia vero Eccleſia in allegatis iuribus voluit, quòd excommunicati abſolutè, ac per hoc ex quacunque cauſa incurrant eandem pœnam: ideo ex parte ſententiæ Eccleſiæ nihil eſt ſpeciale in apoſtaſia, quod non eſt in excõmunicatione propter alia crimina.

Idem habat Aug. Pſ. 124.

¶ In eodem artic. circa illa verba, Et ideo quam cito aliquis per ſententiam denũtiatur excommunicatus propter apoſtaſiam à fide, ipſo facto eius ſubditi ſunt abſoluti à dominio & iuramẽto, &c. dubium duplex occurrit: primum eſt, An exigatur denuntiatio ad hoc, quod ſubditi abſoluti ſint à dominio & iuramento. Secũdo ſuppoſito, quod ſic, An exigatur denuntiatio talis pœnæ, ſcilicet quod eſt priuat⁹ dominio & iure fidelitatis, vel ſufficiat denunciatio cenſuræ, ſcilicet quòd eſt excommunicatus, & cætera. Et eſt ratio dubij vtriuſque ex litera, quia exprimitur denuntiatio, & hoc quò ad primum, & denũtiatio ſolius cenſuræ, & hoc quò ad ſecundum.

Habetur 15. c. nos Sanctorum.

¶ In oppoſitum autem eſt, quia aut ad obligationẽ pœnarũ à iure per latam ſententiam diffinitarũ exigitur declaratio, aut non. Si non exigitur, ergo non eſt expectanda denuntiatio. Sed quilibet cui cõſtat principem feciſſe aliquid propter quod perſeuerat in excõicatione, eſt abſolut⁹, &c. Si vero exigitur, ergo non ſufficit declaratio, quòd eſt excommunicatus: ſed exigitur declaratio, quòd incurrerit pœnas conſequentes.

¶ Ad hoc dubium, quamuis Canoniſtarũ ſit, pro ſimplicium tamen inſtructione, & ne exurgat ſcrupulus ſolicitans & vexans cõſcientias timoratas, dicitur quod quia regulariter in pœnis, quæ no ſũt eccleſiaſticarũ cẽſurarũ, requiritur declaratio iudicis ad executionem pœnarum, vt in ca. Cum ſecundum, de hæreticis in 6. habetur, & ſufficiat, vt ibidem dicitur, ſententia iudicis ſuper crimine, ad executionem: Ideo indubie tenendum eſt, & quòd exigitur declaratio ſeu denuntiatio iudicis, & quòd ſufficit declaratio criminis ſeu excommunicationis, cui coniuncta eſt à iure talis pœna. Tunc enim in ſuo principali intelligitur declaratum acceſſorium. Dixi autem regulariter, quia Panor. in ca. Cùm non ab homine. extrà de iudiciis, excipit caſum, quando factum eſt notorium, vt nulla ſit opus declaratione. Et à Felino in capit. Rodulphus. de reſcrip. multa ad hoc firmandum afferuntur. Periculoſa tamen videtur mihi huiuſmodi exceptio: quia quandiu notorium facti toleratur à iudice, tolerandũ quoque inſinuatur priuatis. Peruerſusque ordo ſtatuitur, vt priuati teneantur facere quod ſuperior timet attentare. Quod eueniret, ſi principe exiſtente notoriè hæretico Eccleſia tacens vellet ſubditos illi non parere. Accedit ad hæc, quod ſententia declaratoria non ſemper exigitur propter facti, aut iuris incertitudinem, alioquin quando eſſet euidẽtia facti abſque hoc, ꝙ eſſet notorium, nõ eſſet opus declaratione, quod eſt falſum. Sed exigitur propter autoritatiuam manifeſtationem, vt qđ autoritas publica inchoauit lege, autoritas publica perficiat iudice. Quo fit, vt alterũ de duobus dicendũ ſit poſt factum dãnatũ à iure euidẽter etiam conſtans, aut iudicis ſententiã declaratiuam requiri, aut notorietatẽ æquiparare ſententiæ declaratoriæ iudicis. Quod quantum ad claritatẽ notitiæ eſt verũ: ſed quantum ad autoritatem claritatis, neſcio eſſe, nec credo verũ. Puto tamen diſtinguendum inter poſſe & debere. Et quòd quando eſt ita notoriũ, quod nulla poſſit tergiuerſatione excuſari, poſſit executio fieri, nõ tamen teneantur ad exequendum quamdiu iudex tolerat, vt ſic notorium facti ſortiatur effectum ſententiæ declaratoriæ, quantũ ad manifeſtationẽ, & non quantũ ad autoritatem. Et in materia præſentis pœnæ diligenter aduerte, quòd oportet perſeuerantiam cenſuræ eſſe notoriam: quia textus dicit vſque ad ſatisfactionem, & quandiu excommunicatus eſt.

tinent, inquantũ ſunt infidelitatis ſigna, per modũ, quo ſignũ ſanitatis ſanũ dicitur. Autoritas autem inducta etſi poſſit intelligi de omni apoſtaſia, veriſsimè tamen cõtingit in apoſtaſia à fide. Quia enim fides eſt primũ fundamẽtũ rerũ ſperandarũ, & ſine fide impoſsibile eſt placere Deo, ſublata fide, nihil remanet in homine, qđ poſsit eſſe vtile ad ſalutem ęternã. Et propter hoc dicitur Prouer. 6. Homo apoſtata vir inutilis. Fides enim eſt vita animæ: ſecundum illud Ro. 1. Iuſtus ex fide viuit. Sicut ergo ſublata vita corporali, omnia membra & partes hominis à debita diſpoſitione recedunt: ita ſublata vita iuſtitiæ, quæ eſt per fidẽ, apparet inordinatio in omnibus mẽbris. Et primò quidẽ in ore, per quod maximè manifeſtatur cor: ſecũdò in oculis: tertiò in inſtrumentis motiuis: quartò in voluntate, quæ ad malum tendit. Et ex his ſequitur, quòd iurgia ſeminet, alios intendens ſeparare à fide, ſicut & ipſe receſsit.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ ſpecies alicuius qualitatis vel formę nõ diuerſificatur per hoc, ꝙ eſt terminus motus à quo, vel ad quem: ſed potius ecõuerſo ſecundũ terminos motuum ſpecies attenditur. Apoſtaſia autẽ recipit infidelitatẽ, vt terminum ad quẽ eſt motus recedentis à fide. Vnde apoſtaſia nõ importat determinatã ſpeciẽ infidelitatis, ſed quãdã circũſtantiam aggrauantẽ: ſecundũ illud ſecundæ Pet. 2. Melius erat eis veritatẽ nõ cognoſcere, quàm poſt cognitam retroire.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum princeps propter apoſtaſiam à fide, amittat dominium in ſubditos: ita quòd ei obedire non teneantur.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ princeps propter apoſtaſiam à fide non amittat dominium in ſubditos, quin ei teneantur obedire. Dicit enim Ambro.* & habetur 11. q. 4. ꝙ Iulianus imperator quãuis eſſet apoſtata, habuit tamẽ ſub ſe Chriſtianos milites, quibus cùm dicebat. Producite aciẽ pro defenſione reipubli. obediebant ei. ergo propter apoſtaſiam principis ſubditi non abſoluuntur ab eius dominio.

¶ 2 Præterea, Apoſtata à fide, infidelis eſt: ſed infidelib⁹ dominis inueniuntur aliqui ſancti viri fideliter ſeruiſſe: ſicut Ioſeph Pharaoni, & Daniel Nabuchodonoſor, & Mardochæus Aſſuero. ergo ꝓpter apoſtaſiam à fide non eſt dimittendum, quin principi obediatur à ſubditis.

¶ 3 Præterea. Sicut per apoſtaſiã à fide recedit᷑ à Deo, ita ꝑ quodlibet peccatum. Si ergo propter apoſtaſiam à fide perderent principes ius imperandi ſubditis fidelibus, pari ratione propter peccata alia hoc amitterẽt. Sed hoc patet eſſe falſum: non ergo propter apoſtaſiam à fide eſt recedendum ab obedientia principum.

¶ SED CONTRA eſt, quod Gre.* 7. dicit, Nos ſanctorũ prædeceſſorũ ſtatuta tenẽtes eos q̃ excõicatis fidelitate aut iuramẽti ſacramẽto ſunt cõſtricti, apoſtolica autoritate à ſacramento abſoluimus, & ne ſibi fidelitatẽ obſeruẽt, oĩb⁹ modis ꝓhibem⁹, quouſq; ad ſatisfactionem veniãt. Sed apoſtatę à fide ſunt excõicati, ſicut & hęretici, vt dicit Decretalis* extra de hæreticis, Ad abolẽdã. Ergo pricipib⁹ apoſtatãtibus à fide non eſt obediẽdum.

In decretal. L. 5. ti. 7. ca. 9.
Q. 10. ar. 10.

¶ RESPONDEO, dicẽdũ ꝙ ſicut ſuprà dictũ* eſt, infidelitas ſecũdum ſeipſã nõ regugnat dominio, eo ꝙ dominium introductũ eſt de iure gẽtiũ, qđ eſt i⁹ humanũ. Diſtinctio autẽ fideliũ & infideliũ eſt ſecundũ ius diuinum, per qđ nõ tollitur ius humanũ. Sed aliquis per infidelitatẽ peccãs põt ſñaliter ius dominij amittere, ſicut etiã quandoq; propter alias culpas. Ad Eccleſiã autẽ non ꝑtinet punire infidelitatẽ in illis, qui nũquã fidẽ ſuſceperunt, ſecundũ illud Apoſtoli. 1. ad Cor. 5. Quid mihi de his, qui foris ſunt iudicare? Sed infidelitatẽ illorũ, qui fidẽ ſuſceperunt, põt ſentẽtialiter punire, & cõuenienter in hoc puniuntur, ꝙ ſubditis fidelibus dominari nõ poſsint. Hoc enim vergere poſſet in magnã fidei corruptionem: quia, vt dictum eſt, *homo apoſtata prauo corde machinatur malũ, & iurgia ſeminat, intẽdens homines ſeparare à fide. Et ideo quam cito aliquis per ſententiam denuntiatur excommunicatus propter apoſtaſiã à fide, ipſo facto eius ſubditi ſunt abſoluti à dominio eius, & iuramento fidelitatis, quo ei tenebantur.

Ar. præ.

¶ AD PRIMVM ego dicẽdum, quod illo tpe Eccleſia in ſui nouitate nondum habebat poteſtatem terrenos principes compeſcendi: & ideo tolerauit fideles Iuliano apoſtatę obedire in his, quæ nondum erant contra fidem, vt maius periculum fidei vitaretur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd alia ratio eſt de infidelibus aliis, qui nunquam fidem ſuſceperunt, vt dictum eſt.*

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd apoſtaſia à fide totaliter ſeparat hominem à Deo, vt dictum eſt:* quod non contingit in quibuſcunque aliis peccatis.

In cor & 1. ar.
** Ar præced.*

QVÆSTIO DECIMATERTIA, de Peccato blaſphemiæ in generali, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE cõſiderandum eſt de peccato blaſphemiæ, qđ opponitur cõfeſsioni fidei. Et primò, de blaſphemia in generali: ſecundò de blaſphemia, quę dicitur peccatum in Spiritum ſanctum.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrũ blaſphemia opponatur cõfeſsioni fidei. ¶ Secũdò, vtrũ blaſphemia ſemper ſit peccatũ mortale. ¶ Tertiò, vtrũ blaſphemia ſit maximũ peccatũ. ¶ Quartò, vtrum blaſphemia ſit in damnatis.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum blaſphemia opponatur cõfeſsioni fidei.*

AD PRIMVM ſic ꝓceditur. Videt᷑ ꝙ blaſphemia nõ opponatur cõfeſſioni fidei. Nã blaſphemare eſt contumeliã, vel aliqđ conuitiũ inferre in iniuriã Creatoris: Sed hoc magis pertinet ad maleuolẽtiã cõtra deũ q̃ ad infidelitatẽ. ergo blaſphemia nõ opponitur cõfeſsiõi fidei.

¶ 2 Præterea, Ad Ephe. 4. ſup illud, Blaſphemia tollatur à vobis, dicit glo.* quæ fit in Deum vel in Sanctos. Sed cõfeſsio fidei nõ videtur eſſe niſi de his, quæ pertinẽt ad Deũ q̃ eſt fidei obiectũ. ergo blaſphemia nõ ſẽp opponit᷑ cõfeſsioni fidei.

Gloſ. interl.

¶ 3 Pręterea, A quibuſdã dicitur, quòd ſũt tres blaſphemię ſpecies. Quarum vna eſt, cùm attribuitur Deo quod ei nõ conuenit. Secũda eſt, cũ ab eo remouetur quod ei cõuenit. Tertia eſt, cũ attribuit᷑ creaturæ, quòd Deo appropriatur: & ſic videtur quòd blaſphemia non ſolum ſit circa Deum, ſed etiã circa creaturas. Fides autẽ habet deum pro obiecto. ergo blaſphemia non opponitur confeſsioni fidei.

¶ SED CONTRA eſt, quod Apoſtolus dicit 1. ad Timoth. 1. Prius fui blaſphemus & perſecutor, & poſtea ſubdit, Ignorãs feci in incredulitate mea, ex quo videtur, ꝙ blaſphemia ad infidelitatẽ ꝑtineat.

¶ RESPONDEO, dicendũ quòd nomen blaſphemię importare videtur quãdã derogationẽ alicuius excellẽtis bonitatis, & præcipuè diuinæ. Deus autem, vt Dyoniſius dicit 1. c. de di. no. eſt ipſa eſſentia verę bonitatis. Vnde q̃cq̃d deo cõuenit, pertinet ad bonitatẽ ipſi⁹: & quicq̃d ad ipſum nõ pertinet, lõge eſt à rõe perfectæ bonitatis, quæ eſt eius eſſentia. Quicunque ergo vel negat aliq̃d de deo qđ ei cõuenit: vel aſſerit de eo ꝙ ei nõ conuenit, derogat diuinæ bonitati. Quod q̃dẽ poteſt cõtingere dupliciter. Vno quidẽ modo ſecundum ſolã opinionẽ intellectus. Alio mõ cõiuncta quadã affectus deteſtatiõe: ſicut ecõtrario fides dei per dilectionem ꝑficitur ipſius. Huiuſmodi ergo derogatio diuinæ bonitatis vel eſt ſecundum intellectum tãtùm vel etiã ſecundũ affectũ: ſi cõſiſtat tãtũ in corde, eſt cordis blaſphemia. Si autẽ exteri⁹ ꝓdeat ꝑ locutionẽ, eſt oris blaſphemia. Et ſecũdũ hoc blaſphemia cnofeſsioni opponit᷑.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille qui contra deũ loquitur, cõuitiũ inferre intẽdẽs, derogat diuinæ bonitati nõ ſolũ ſecũdum vanitatẽ intellect⁹, ſed etiã ſecundum prauitatẽ voluntatis deteſtantis, & impedientis ꝓ poſſe diuinũ honorẽ, quod ẽ blaſphemia perfecta.

¶ Ad ſecundum dicẽdum quòd ſicut de⁹ in ſanctis ſuis laudatur, inquantum laudantur opera, quæ deus in ſanctis efficit, ita & blaſphemia, quæ fit in ſanctos, ex conſequenti in deum redundat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſecundum illa tria nõ poſſunt, ꝓprie loquendo, diſtingui diuerſæ ſpecies peccati blaſphemię. Attribuere enĩ deo qđ ei nõ cõuenit, vel remouere ab eo qđ ei cõuenit, nõ differũt niſi ſecũdũ affirmationẽ & negationẽ, quæ quidẽ diuerſitas habit⁹ ſpeciẽ nõ diſtiguit, q̃a per eãdẽ ſciẽtiã ĩnoteſcit falſitas affirmationũ & negationũ: & ꝑ eandẽ ignorantiã vtroque modo erratur, cũ negatio ꝓbet᷑ per affirmationẽ, vt habet᷑ primo Poſte. Quod autẽ ea quæ ſũt dei ꝓpria, creaturis attribuãtur, ad hoc pertinere videtur: quod aliquid ei attribuatur qđ ei nõ cõueniat. Quicquid enĩ eſt deo ꝓprium, eſt ipſe deus. Attribuere autem id qđ eſt dei ꝓprium, alicui creaturæ, eſt ipſum deum dicere idem creaturę.

¶ *Super Quæſtionis decimætertiæ Articulum primum.*

IN art. 1. q. 13. dubium multiplex occurrit circa diſtinctionẽ in litera factã de blaſphemia in opinione tm̃, vel etiã cum deteſtatione affectus, & illius mẽbra. Et prĩo circa ipſã diſtinctionẽ, quia inſufficiẽs videtur, q̃m deficit tertium membrum. ſ. in deteſtatione affectus tm̃. Nam contingit diuinæ bonitati derogare tripliciter. Primo intellectu tantũ, ſcilicet opinando de eo falſum. Secundo addendo falſæ opinioni deteſtationem voluntatis. Tertio abſque falſa opinione exercendo ſolam deteſtationem voluntatis: vt communiter fit à Chriſtianis blaſphemis. Dicentes enĩ, quod non poteſt facere Deus, nõ ideo dicunt, quia credunt Deum non poſſe facere, ſed in deteſtationem diuinæ potentiæ loquuntur oppoſitum eius, quod credunt. Quare ergo in litera non numerãtur niſi duo prima. Secundũ dubium eſt circa primũ mẽbrum, ſ. in opinione intellectus tantũ. Et dubitatur ex duplici capite. Primo, quia derogatio, quæ in ſola opinione falſa de Deo cõſiſtit, non eſt blaſphemia, ſed erroris & ignorãtiæ conſequutio. blaſphemia eñ quã in genere peccatorũ mortaliũ ſit, nõ inuenitur in ſolo actu intellect⁹, quoniã abſq; volũtate nullũ eſt peccatũ in moralib⁹. Secundò, derogatio, quę cõſiſtit in falſa de Deo opinione intellect⁹ tantũ, ſi eſt volũtaria, eſt peccatũ infidelitatis: ac per hoc aut blaſphemia eſt ſpecies ĩfidelitatis, quod nõ cõſonat ſupradictis: aut blaſphemia nõ cõſiſtit in ſola opinione intellect⁹. Eſt & tertiũ dubiũ coincidẽs cũ primo. Quomodo de rõe blaſphemiæ ſit falſitas, vt in litera inſinuatur in corpore, & in reſpõſione ad tertiũ. Et expreſsè in reſpõſione ad primũ dicitur, ꝙ ille, qui cõtra Deũ loquitur cõuiciũ inferre intẽdẽs, derogat diuinæ bonitati, nõ ſolũ ſecũdũ veritatẽ intellectus, ſed ẽt ſecundũ prauitatẽ voluntatis &c. Et eſt ratio dubij: quia cõtingit blaſphemare ignominioſè, nominãdo pudẽda membra Chriſti, quę habet, & etiã ipſã altitudinẽ, & iuſtitiã & potẽtiã Dei. Tũc enim nulla eſt falſitas.

¶ Ad euidentiã horũ ex quib. pẽdet intellect⁹ totius materię de blaſphemia, tria declarãda ſunt. Primò in quo actu cõſiſtit blaſphemia. Secũdò, quõ in illo inuenitur ſẽp falſitas. Tertio, quõ ſe habet ad illũ fides & malignitas. Quo ad primũ. Sicut in fide inueniũtur duo, ſ. aſſentire articulis fidei & dicere locutione exteriori, vel interiori eã, quę ſũt fidei, & primũ ꝑtinet ad ipſã fidem, ſecundũ ad confeſſionẽ fidei, iuxta illud, Credidi ꝓpter quod locut⁹ ſum: ita in infidelitate inueniuntur duo, ſ. diſſenſus ad ea quæ ſunt fidei, & dicere int⁹, vel extra cõtraria his, quæ ſunt fidei. Et primũ horũ ſpectat ad infidelitatis vitiũ & illi⁹ ſpecies: ſecundum autem, ad blaſphemiæ vitium, ita quòd blaſphemia conſiſtit in dicere int⁹ vel extra cõtra Deũ. Et quoniã ſẽper in materia morali, quum de actib. eſt ſermo intelligitur de voluntariis: ideo intelligitas, quod blaſphemia conſiſtit in dicere voluntario contra Deum. Et quoniã dicere multipliciter contingit, ſ. enuntiatiuè, imperatiuè, & optatiuè, quocunque modo dicat quis contra Deum blaſphemia eſt.

¶ Quo ad ſecundũ diſcurrendo per ſingula, patet primo in blaſphemia enuntiatiua ſemper eſſe falſitatem, in tribus modis in litera poſitis. In quarto autem qui tamẽ non eſt alius à prædictis, ſ. quum aliquis ignominioſè nominã do membra pudenda Ieſu Chriſti, vel ſanctorum, quæ in veritate habẽt, falſitas inuenitur: quia quum non derogetur Deo, ex hoc, ꝙ dicatur talia habere, ſed ex eo ꝙ vt vituperabilia dicuntur in actu exercito, conſequens eſt vt falſum dicatur, quoniam nihil habent ſancti vituperabile. Et licet blaſphemi huiuſmodi non dicant in actu ſignato Sanctos habere aliquid vituperabile, ſatis tamẽ hoc dicũt in actu exercito ex modo dicẽdi ignominioſe enunciando. Neque enim ſolo vocabulo ſignificatiuo enũtiatur, ſed etiam nutu, & ſignis aliis. In blaſphemia autẽ optatiua, imperatiua, & ſiqua eſt alia eiuſmodi, falſitas nõ cõſiſtit in enunciatione ei⁹ ꝙ eſt vel nõ eſt, ſed vt ſit vel nõ ſit, ꝙ non poteſt vel decet eſſe. Qui eñ optat Deũ nõ eſſe beatũ aut eſſe maledictũ & alia huiuſmodi, nõ dicit Deũ ſic eſſe vel nõ eſſe: ſed vt ſit vel non ſit, ꝙ eſſe nõ poteſt aut debet. Et ſi optatiuè dicãtur, aut exponãtur noĩata pudẽda Sãctorũ ĩ ignominiã, patet falſitas: q̃a dicũt & optãt, vt ſint vituperabilia. Et ex hoc patet, ꝙ nõ eſt differẽtia formalis inter ignominioſe dicẽtẽ pudẽda, quæ habet Sãctus & dicẽtẽ ea, quę nõ habet: q̃m in ratione vituperabilis vtrũq; dicitur & falſo, quãuis à ſecũdo etiã materialiter falſo dicantur & propterea peior ſit.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum blaſphemia ſemper ſit peccatum mortale.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod blaſphemia non ſemper ſit peccatum mortale. Quia ſuper illud ad Coloſ. 3. Nũc aũt deponite & vos, &c. dicit* gloſ. Poſt maiora prohibet minora. Et tamen ſubdit de blaſphemia. Ergo blaſphemia inter peccata minora computatur, quæ ſunt peccata venialia.

ad Coloſ 3. le. 2. colum. 1.
Ex Amb. ilidem.

¶ 2 Præterea. Omne peccatũ mortale opponit᷑ alicui præcepto decalogi. Sed blaſphemia non videtur alicui eorũ opponi. Ergo blaſphemia nõ eſt peccatũ mortale.

¶ 3 Prærerea. Peccata quæ abſque deliberatione committuntur, non ſunt mortalia: ꝓpter quod primi motus nõ ſunt peccatã mortalia, quia deliberationẽ rõnis pręcedunt, vt ex ſupradictis* patet. ſed blaſphemia quãdoque abſque deliberatiõe ꝓcedit. ergo nõ ſẽper ẽ peccatũ mortale.

1 2. q. 74. art. 10.

¶ SED CONTRA eſt quod dicitur Leuit. 24. Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Sed pœna mortis non infertur, niſi pro peccato mortali. ergo blaſphemia eſt peccatum mortale.

¶ RESPONDEO, dicẽdum quòd ſicut ſupra dictum *eſt, peccatum mortale eſt ꝑ quod homo ſeparatur à primo principio ſpiritualis vitæ, qđ eſt charitas Dei. Vnde quæcũq; charitati repugnãt, ex ſuo genere ſũt peccata mortalia. Blaphemia aũt ſecũdũ gen⁹ ſuũ repugnat charitati diuinæ: q̃a derogat diuinę bonitati: vt dictũ eſt,* quę eſt obiectũ charitatis. Et iõ blaſphemia eſt pctm̃ mortale ex ſuo gñe.

1. 2. q. 92. art. 2. & q. 88. ar. 1

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd gl. illa nõ eſt ſic intelligẽda: quòd omnia quæ ſubduntur, ſint peccata mortalia, ſed quia cũ ſuprà nõ expreſsiſſet niſi maiora, poſtmodum ẽt quædã minora ſubdit, inter quæ ẽt quædam de maiorib. ponit.

Ar. pre.

¶ Ad ſecundum dicẽdũ, quòd cùm blaſphemia opponatur cõfeſsioni fidei, vt dictum *eſt, eius ꝓhibitio reducitur ad ꝓhibitionẽ infidelitatis, quæ intelligitur in eo qđ dicitur. Ego ſum Domin⁹ Deus tuus, &c. vel prohibetur per id quod dicitur, Nõ aſſumes nomẽ Dei tui in vanũ. Magis enim in vanũ aſſumit nomẽ Dei q̃ aliquod falſum de Deo aſſerit, quam qui per nomẽ Dei aliquod falſum cõfirmat.

Art. pre.

¶ Ad tertium dicẽdũ, ꝙ blaſphemia po-

¶ Quo ad tertium Blaſ. poſſet eſſe cũ fide, & ſine fide: contĩgit. n. vtroque modo dicere, ꝙ De⁹ non ꝑt facere hoc, vel illud. Et hoc nõ ſolũ verbo exteriori, vt patet, ſed ẽt interiori. Poteſt. n. quis credẽs Deũ omnipotẽtẽ velle dicere ſecũ, vt iniuriã Deo faciat q; De⁹ nõ põt & delectari ĩ hoc mẽdacio: q̃a põt concipere oppoſitũ ei⁹, q̃ credit & ſcit quãuis non poſſit tali oppoſito aſſẽtire. Et licet omnis blaſphemia (vt dictũ eſt) q̃a eſt volũtaria, ſit à volũtate mala: non tamẽ oĩs eſt cũ volũtate affecta ad derogãdũ diuinæ bonitati, ſed aliqua tm̃, vt in litera dicit᷑. Sicut oẽ credere eſt volũtariũ, non tamẽ oẽ credere eſt à volũtate affecta charitate Dei, habet. n. malitia hęc de qua eſt ſermo literę, ſe ad blaſphemiã, ſicut charitas ad fidẽ. ¶ Ex his autẽ facile patet ſolutio dubiorum. Nã ad primũ dicit᷑, ꝙ diſtictio eſt ſufficiẽs, ſi bene intelligat᷑. Põt eñ intelligi dupliciter. Primo ꝙ ad blaſphemiam oẽm concurrat falſitas enuntiatiuæ, & in hoc ſẽſu malè procedit argumẽtũ. Secũdo ꝙ concurrat falſitas vel enuntiatiue vel quocũq; alio modo. Et ſic verũ eſt qđ dicitur & nulla eſt blaſphemia, in qua non ſit falſa opinio hoc mõ. Et per hoc etiã patet ſolutio tertij dubij. Nã conuitiãdo, vel irridẽdo nominãtes potẽtiã excellentiã vel quodcũque aliud diuinũ, dicunt aliquo modo illud vt vituperabile: quòd longe de ab omni re diuina, vt de pudendis dictum eſt. ¶ Ad ſecundum vero dubium ex 1. ca. iã patet, quod ly Tantum, vel ly Sola, &c. non excludit à voluntate: quia non excludit à voluntario, ſed excludit à voluntate affecta deteſtationis malitia. Ad idẽ aũt ex 2. c. iã patet, quod differẽtia inter aſſẽſum & dicere, ſoluit queſtionem. Pctm̃ namque infidelitatis conſiſtit in diſſenſu ad ea quę ſunt fidei: peccatum vero blaſphemiæ conſiſtit in actu dicendi ea quæ ſunt contraria fidei. Et quoniam contingit dicere oppoſitum eius cui aſſentimus: ideo non oportet blaſphemum eſſe infidelem, nec blaſphemiam eſſe ſpeciem infidelitatis

Universidad de Deusto Biblioteca

test absque deliberatione ex surreptione procedere dupliciter. Vno modo, q; aliquis nō aduertat hoc, quòd dicit esse blasphemiam: quod potest contingere, cùm aliquis subitò ex aliqua passione in verba imaginata prorumpit, quorum significationem non considerat & tūc est peccatum veniale, & non habet propriè rationem blasphemiæ. Alio modo, quando aduertit hoc esse blasphemiam, considerans significata verborum: & tunc non excusatur à peccato mortali, sicut nec ille, qui ex subito motu iræ aliquem occidit iuxta se sedentem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum peccatum blasphemiæ sit maximum peccatum.

AD TERTIVM sic proceditur: Videtur q; peccatum blasphemiæ nō sit maximum peccatum. Malum enim dicitur, quia nocet, secūdum Aug. in Enchiridio. * Sed magis nocet peccatum homicidij, quod perimit vitā hominis, quàm peccatum blasphemiæ, quod Deo nullum nocumentum pōt inferre. ergo peccatū homicidij est grauius peccato blasphemiæ.

¶ 2 Præterea, Quicunque peierat inducit Deum testē falsitatis, & ita videtur eū asserere esse falsum. Sed non quilibet blasphemus vsque ad hoc pcedit, vt Deū asserat esse falsum. Ergo periurium est grauius peccatum quàm blasphemia.

¶ 3 Præterea, Sup illud Psal. Nolite extollere in altum cornu vestrum, dicit glo. * Maximū est vitiū excusationis peccati. Nō ergo blasphemia est maximū pctm̄.

¶ SED CONTRA est, quod Isa. 18. super illud, Ad populum terribilē, &c. dicit gl. * Omne peccatum, blasphemiæ comparatum, leuius est.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd sicut suprà dictū est*, blasphemia opponit cōfessioni fidei. Et ideo hēt in se grauitatē infidelitatis, & aggrauat peccatū si superueniat detestatio voluntatis: & adhuc magis si pumpat in verba: sicut & laus fidei augetur per dilectionē & cōfessionē. Vnde cùm infidelitas sit maximum peccatum secundum suum gen9 sicut suprà dictum est:* consequēs est q; ēt blasphemia sit peccatū maximum: ad idē genus pertinens, & ipsum aggrauans.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q; homicidium & blasphemia, si cōparētur secūdū obiecta, in quæ peccat manifestū est q; blasphemia, q̄ est directè peccatū in deū, præpōderat homicidio, quòd est peccatū in pximū. Si autē cōparentur secundū effectū nocēdi, sic homicidiū præpōderat. Plus.n. homicidiū nocet proximo, q̄ blasphemia Deo. Sed quia in grauitate culpæ magis attēditur intētio voluntatis puersæ, quā effect9 operis, vt ex suprà dictis * patet: ideo cū blasphemus intēdat nocumentū inferre honori diuino, simpliciter loquēdo, grauius peccat q̄ homicida. Homicidiū tamē primū locū tenet in pœnis inter peccata in pximū commissa.

¶ Ad secūdū dicēdū, q; sup illud ad Eph. 4. Blasphemia tollat a vobis, dicit gl. * Peius est blasphemare q̄ peierare. Qui em̄ peierat, nō dicit aut sētit aliquid falsū de Deo, sicut blasphem9, sed Deū adhibet testē falsitati: nō tanq̄ æstimās Deū esse falsū testē, sed tanq̄ sperās, q; de9 sup hoc nō testificetur per aliquod euidens signum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd excusatio peccati est quædam circunstantia aggrauans omne peccatum, etiā ipsam blasphemiam & pro tanto dicitur esse maximum peccatum, quia quodlibet facit maius.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum damnati blasphement.

AD QVARTVM sic proceditur Videtur quòd dānati nō blasphement. deterrentur em̄ nunc aliqui mali à blasphemādo propter timorem futurarum pœnarū. Sed dānati has pœnas experiuntur: vnde magis eas abhorrent. ergo multo magis à blasphemando compescuntur.

¶ 2 Præterea. Blasphemia cùm sit grauissimum peccatum, est maximè demeritorium. Sed in futura vita nō est status merendi neque demerendi. Ergo nullus erit locus blasphemiæ.

¶ 3 Præterea, Eccl. 11. dicitur, quòd in quo cūque loco lignum ceciderit, ibi erit. Ex quo patet q; post hāc vitā homini nō accrescit nec meritū, nec peccatum, qđ non habuit in hac vita. Sed multi dānabuntur qui in hac vita nō fuerunt blasphemi. Ergo nec in futura vita blasphemabunt.

¶ SED CONTRA est, qđ dicitur Apoc. 16. Aestuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerūt nomē Domini habentis potestatem super has plagas. Vbi dicit gl. quòd in inferno positi, quamuis sciant se pro meritis puniri, dolebunt tamen, q; Deus tātam potentiam habeat, q; plagas eis inferat. Hoc autē esset blasphemia in præsenti. ergo & in futuro.

¶ RESPONDEO, dicēdum, q; sicut dictū* est, ad rōnē blasphemiæ ptinet detestatio diuinæ bonitatis. Illi aūt q sunt in inferno, retinebūt puersam voluntatē auersam à dei iustitia in hoc q; diligunt ea, p qb. puniūtur, & vellēt eis vti, si possent, & odiunt pœnas, q̄ pro huiusmodi peccatis infligūtur. dolēt tamē ēt de peccatis, quæ cōmiserunt: nō qa ipsa odiant, sed qa pro eis puniūtur. Sic ergo[d] talis detestatio diuinæ iustitiæ est in eis interior cordis blasphemia. Et credibile est, quòd post resurrectionē erit in eis etiā vocalis blasphemia, sicut ī sāctis vocalis laus Dei.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, q; homines deterrētur in pñti à blasphemia pter timorē pœnarū, quas se putāt euadere. Sed[d] dānati in inferno non sperāt se posse euadere. Et iō tāquā desperati ferūt ad oē, ad qđ eis puersa volūtas suggerit.

¶ Ad secūdum dicēdum, q;[d] mereri & demereri ptinet ad statū viæ. vnde bona in viatorib. sunt meritoria: mala verò demeritoria. In beatis aūt bona nō sunt meritoria, sed ptinētia ad eorū beatitudinis pmiū. Et similiter mala ī dānatis nō sūt demeritoria, sed ptinēt ad dānatiōis pœnā.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd quilibet in peccato mortali decedens, fert secum voluntatem detestādi diuinā iustitiā, quan-

Propter quod blasphemia ponitur in litera, opposita confessioni fidei, quæ consistit in dicere, & non ipsi fidei quæ consistit in assensu.

¶ In responsione ad secundum & ad tertium aduerte, q; quia species blasphemiæ non diuersificantur per Deum & sanctos, nec per illa tria in litera numerata, nec per enunciationē & desiderium, nec per honorem, famam & huiusmodi in vna & eadē specie est blasphemia Dei & Sanctorum, siue sit per modum maledictionis, siue contumeliæ, siue irrisionis, siue detractionis. Quum enim quodlibet horū respectu Dei vel sāctorum sit blasphemia, & blasphemia non habeat plures species, proprie loquendo consequens est, quod omnia sint eiusdē speciei. Vnde inferius in q. 76. arti. 2. dicitur quòd maledicere irrationalib. inquātum sunt creaturæ Dei, est peccatum blasphemiæ. Et in art. 4. ad primum dicitur, quòd eadem est ratio de detractione Et Luc. 22. de illudentib. Domino Iesu, & interrogantib. Prophetiza nobis, &c. dicitur, Et alia multa blasphemātes dicebāt Ratio autem quare iniuria sanctorum & Dei est eiusdē speciei, est quia sancti vt sic ad Deū referuntur, nihilque damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu. Et hinc habes confessor, quòd varietas blasphemiarū pro diuersitate specifica non est inquirenda, sed pro maiori grauitate iudicanda, vt in cæteris peccatorum speciebus contingit.

3. q. 80. art. 3. cor. Et 4. dist. 9. art. 3. qō. 3. cor. Et mat. q. 2. arti. 10. cor. 1 Cap. 12. tom. 3.

¶ Super Quæstionis decimætertiæ Articulum tertium. (Gl. ord. in ps. 47. ex Cassio.)

IN articulo tertio eiusdem 13. q. prætermisso secundo, dubium occurrit, Quomodo blasphemia habeat in se grauitatem infidelitatis aggrauans ipsam, quum iam dictum sit, q; blasphemia frequenter sit salua fide, & quòd non est de ratione blasphemiæ dissensus, constituēs infidelitatē. Quomodo ergo stant hæc simul? (Glo. ord.) (Art 1. huius q.)

¶ Ad hoc dicitur quòd de ratione blasphemiæ, licet non sit sentire falsum de Deo, est tamen dicere falsum de Deo, Ad infidelitatis autem genus spectat, non solum sentire falsum de Deo, sed etiam dicere falsa de eodem: non ita quòd blasphemia sit species infidelitatis: sed quia est species cognata illi, & naturali ordine ab illa emanans. Qui enim blasphemat, quauis non sentiat verum esse, quod dicit, dicendo tamen induit personam sentientis sic esse, vt dicit. Dicit enim tanquam si crederet sic esse, aut sic esse possibile, prout diuersimode dicit. Et quoniam litera non dicit, quòd blasphemia habet in se infidelitatē sed habet in se grauitatem infidelitatis, scito quòd quemadmodum sentire falsum de Deo, vt infidelis sentit, est actus secundum se malus: quia cadit super materia indebita, & constituit infidelitatis peccatum in tali gradu: ita dicere falsum de Deo vt blasphemus dicit, constituit blasphemiæ peccatum in tali gradu: quia dicere cadit super materia indebita Et quia materia hæc quę est materia circa quam, quæ obiectum est eadē specie, consequens est vt grauitas vna sit. Et propterea in litera dicitur, quod habet grauitatem infidelitatis, & q; peccatum maximum est ex genere suo sicut & infidelitas. Et consequenter quòd aggrauat grauitatē, in qua cōmunicat cum infidelitate, si superueniat detestatio voluntatis. Quāuis em̄ semper in blasphemia inueniatur voluntas consentiens in hoc, quod est falsum dicere de Deo (aliter peccatum non esset) sicut semper in infidelitate est voluntas consentiens in hoc, quod est sentire falsum de Deo, non tñ semper adest voluntas affecta ad detestandum, quæ in litera dicitur aggrauare. Propter dictā autem differentiam inter sentire & dicere falsum de Deo in responsione ad secundum sub distinctione dicitur, quod qui peierat, non dicit aut sentit aliquid falsum de Deo sicut blasphemus. Si qs autē contendat perfectā blasphemiam præsupponere & claudere infidelitatē, distinguendo de blasphemia secundum perfectam vel imperfectam rationē blasphemiæ, pro eo quòd confessio fidei perfecta fidem præsupponit & claudit, aduertat primo quòd bonū ex causa integra, malum autē ex particulari consurgit defectu: ac per hoc quāuis ad perfectam fidei confessionem exigatur fides, quia aliter virtuosa non est, blasphemia tamen est vitiosa absque infidelitate. Aduertat secundò, q; blasphemia perfectior est, quum ex intentione pfertur in Deum, quàm quum ex ignorantia, quoniam tunc est blasphemia ex vtraque parte, s. ex parte Dei, & ex parte blasphemi. Quando autē non credit quis contra Deum se dicere, blasphemia est solum ex parte Dei blasphemati. Constat autē, quòd blasphemia nō credētis in Christum, est solum blasphemia secundum se: blasphemia autem credentis in Christum, est & secundum se & secundum blasphemātem blasphemia: ac per hoc blasphemia perfectior est sine infidelitate, quā cum infidelitate.

Q. 10. ar. 3. — 1. 2. q. 73. art. 3. & 8. — Est Aug. in 1. contra mendac. c. 19. tom 4. — 3. qō. 63. art. 2. Et Io. 8. lect. 6. col. 1. — Ar prec. & art. 1. huius q. — D. 421. — D. 420 — D. 889.

¶ Et cōfirmatur autoritate 2. Pe. 2. Melius erat eis veritatem non cognoscere, quàm post agnitam retroire & multo magis iniuriari.

¶ Super Quæstionis decimæ tertiæ Articulum quartum

IN articulo quarto eiusdem qō. dubium occurrit, quia ex omnib. quæ in litera numerantur, non concluditur in damnatis actus blasphemiæ, vt patet discurrendo per singula, & omnia simul. Auersio in primis à iustitia Dei in hoc quod amantur, quæ ab illa odio habentur, non constituit blasphemiā, alioquin committens fornicationem, & amans illā quam scit odio haberi à Deo

tum ad aliquid, & secundum hoc poterit ei inesse blasphemia.

QVÆSTIO DECIMAQVARTA, de Blasphemia in Spiritūsanctum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerādum est in speciali de blasphemia in Spiritūsāctū.

¶ Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrū blasphemia vel peccatum in Spiritumsanctū sit idem, quòd peccatum ex certa malitia. ¶ Secūdò, de specie bus huius peccati. ¶ Tertio, vtrū sit irremissibile. ¶ Quartò, vtrū aliquis peccare possit in Spiritumsanctū à principio, antequam alia peccata committat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum peccatum in Spiritumsanctum sit idem quod peccatum ex certa malitia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; peccatum in Spiritū sāctū nō sit idē, quod peccatū ex certa malitia. Peccatū em̄ in spiritūsāctum est peccatū blasphemię: vt patet Matth. 12. Sed nō oē peccatum ex certa malitia, est peccatū blasphemiæ: cōtingit em̄ multa alia peccatorum genera ex certa malitia cōmitti. Ergo peccatum in Spiritumsāctum nō est idem, quod peccatum ex certa malitia.

¶ 2 Præterea, Peccatum ex certa malitia diuiditur cōtra peccatum ex ignorantia, & contra peccatum ex infirmitate. Sed peccatū in Spiritumsanctum diuiditur cōtra peccatum in Filium hominis, vt patet Matt. 12. Ergo peccatum in Spiritumsanctum nō est idem, quod peccatum ex certa malitia: quia quorum opposita sunt diuersa, ipsa quoque sunt diuersa.

¶ 3 Pręterea, Peccatū in Spiritumsāctum est quoddā genus peccati, cui determinatæ species assignantur. Sed peccatum ex certa malitia non est speciale genus peccati, sed est quædā conditio, vel circunstantia generalis quæ potest esse circa omnia peccatorum genera. Ergo peccatum in Spiritumsanctum nō est idem, quod peccatum ex certa malitia.

¶ SED CONTRA est, quod Magister dicit 43. dist. secundi libri sententiarum, q; ille peccat in Spiritumsāctum, cui malitia propter se placet. Hoc autem est peccare ex certa malitia. Ergo idem videtur esse peccatum ex certa malitia, quod peccatum in spiritumsanctum.

¶ RESPONDEO, dicendum q; de peccato seu blasphemia in Spiritūsanctū tripliciter aliqui loquūtur. Antiqui em̄ doctores,* scilicet Athan. Hilar. Ambro. Hier. & Chrys. dicūt esse peccatū ī Spiritumsanctum, quando ad literam aliquid blasphemum dicitur cōtra Spiritumsanctum, siue Spiritussanctus accipiatur secundum quod est nomen essentiale cōueniens toti Trinitati: cui9 quælibet persona & Spiritus est, & sanct9 est: siue prout est nomē personale vni9 in Trinitate personæ. Et secūdū hoc distinguitur Mat. 12. blasphemia in Spiritūsanctum cōtra blasphemiā in Filium hominis. Christ9 enim operabatur quædā humanit9, comedendo, bibēdo & alia huiusmodi faciēdo, & quædā diuinit9, scilicet dęmones eiiciēdo, mortuos suscitādo, & alia hmōi, quæ quidē agebat, & per virtutē propriæ diuinitatis, & per operationē Spiritussancti, quo secūdum humanitatē erat repletus. Iudæi autē primò quidē dixerāt blasphemiā in Filium hominis, cùm dicebāt eum voracē, potatorem vini & publicanorum amatorē, vt habetur Matt. 11. Postmodum autē blasphemauerunt in Spiritumsanctū, dum opera quæ ipse operabatur virtute propriæ diuinitatis, & per operationē Spiritussācti, attribuebāt principi dæmoniorum. Et propter hoc dicuntur in Spiritūsanctū blasphemasse. Aug. autem in libro de Verbis Domini,* blasphemiā vel peccatū in spiritumsanctum dicit esse finalem impœnitentiā: quando scilicet aliqs perseuerat in peccato mortali vsq; ad mortē. Quod quidē nō solum verbo oris fit, sed etiā verbo cordis, & operis, non vno, sed multis. Hoc autē verbum sic acceptū dicitur esse contra spiritumsanctum, quia est cōtra remissionem peccatorum, quæ fit per spiritūsanctum, qui est charitas & Patris & Filij. Nec hoc Dominus dicit Iudæis, quasi ipsi peccarent in spiritumsanctum. Nōdum enim erāt finaliter impœnitētes. sed admonuit eos, ne taliter loquētes ad hoc puenirēt, q; in spiritumsanctum peccarēt. Et sic intelligendum est, quod dicitur Mar. 3. vbi postquā dixerat, qui autē blasphemauerit in spiritumsanctū, &c. subiūgit Euangelista, Quoniā dicebant, spiritū immundū habet. Alij verò aliter accipiūt dicentes peccatū vel blasphemiā in spiritūsanctum esse, quādo aliquis peccat cōtra appropriatū bonum spiritussancti: sic enim spirituisancto appropriat bonitas, sicut & Patri appropriatur potētia, & Filio sapiētia. Vnde peccatū in Patrē dicūt esse, quando peccatur ex infirmitate: peccatū autē in Filium, quando peccatur ex ignorātia: peccatū autē in spiritumsanctum, quādo peccatur ex certa malitia, i. ex ipsa electione mali, vt supra * expositū est. Quod qdē cōtingit dupliciter: Vno modo ex inclinatione habitus vitiosi, q malitia dicitur: & sic non est idē peccare ex malitia, quod peccare in spiritūsanctum. Alio modo cōtingit ex eo, quòd per cōtēptum abiicitur, & remouetur id quod electionē peccati poterat impedire, sicut spes p desperationē, & timor p præsumptionē: & quędā alia huiusmodi, vt infra * dicet. Hæc autem oīa, quæ peccati electionem impediunt, sunt effect9 spiritussancti in nobis. Et ideo sic ex malitia peccare, est peccare in spiritumsanctum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q; sicut confessio fidei nō solùm cōsistit in protestatione oris, sed etiā in protestatione operis: ita etiā blasphemia spiritussā-

Deo, blasphemaret. In hoc etiā, quòd odiunt pœnas, blasphemia nō est, vt patet, quia odium hoc à natura inditum est. In vtroq; autem simul, quia scilicet amare peccata, pro quibus puniuntur, & dolere de pœnis nulla blasphemia est, sed obstinatio. Nullo modo ergo blasphemia ex his concluditur.

¶ Ad hoc dicitur, quod amare malum culpę, & odio habere malū pœnę, contingit dupliciter. Primò absolutè: & sic non spectat ad blasphemiam, vt obiiciendo manifestatur. Secundò in ordine ad Deum, vt prohibitorem mali culpæ & inflictorem mali pœnæ. Et sic est blasphemia: quoniam nihil aliud est amare mala culpæ, vt prohibita à Deo, quàm odio habere prohibitorem. Et similiter odio habere malum pœnę, vt inflictum à Deo, quàm odio habere punitorem. Et hoc modo intendit litera in damnatis esse odium diuinæ iustitiæ. Et ad hoc insinuandum non dicit absolute, quod amant mala aut odiunt pœnas: sed dicit, Amant ea pro quibus puniuntur, & odiunt pœnas, quæ pro huiusm. peccatis infliguntur. Quasi diceret, amant punita, ac per hoc detestantur punitorem & prohibitorem, & odiunt inflicta, ac per hoc inflictorem. Fundatur autem hoc super consummata damnatorum voluntate in malo: vt scilicet amor culpæ cōsummatus, qui hic interpretatiuè erat detestatio prohibitoris, ibi iā fiat consummatiōe detestatio eiusdem. Et similiter odium mali pœnæ, quod hic in impœnitente erat interpretatiuè detestatio punitoris, ibi consummatione fiat detestatio eiusdem: iuxta inductam in litera autoritatem ex Apoc. & glo. Et hoc modo responsio ad tertium intelligenda videtur, quæ adiuta ex responsione ad primum, clariorem reddit expositum sensum.

2. di. 42. ar. 1. & 2. Et ma. q. 3. ar. 14. Et quoli. 2. q. 8. ar. 4 & Ro. 2. col. 5.

¶ Super Quæstionis decimæquartæ Articulum primum.

IN quæstio. 14. arti. 1. duo occurrunt notanda. Primum, quod directe spectat ad propositum, est, quod peccatum in Spiritumsanctum secundum omnem acceptionem, blasphemia dicitur, non quod proprie loquendo sit in specie blasphemiæ, nisi secundum primam acceptionem, in qua manifestè falsum de Deo Iesu Christo dicitur ignominiosè, propter quod etiā iniuria in Filium hominis distincta contra iniuriam in Spiritumsanctum etiam blasphemia dicitur & est. Sed ea ratione & peccatum in Spiritumsanctū, qualitercūque sūptū, blasphemia dicitur: quia est op9 cōtrariū Spirituisancto. Sicut ecōuerso omne op9 piū cōfessio fidei est, vt in litera dicitur in respōsione ad Primū. Quot nāq; modis dicitur vnū oppositorū, tot dicitur & reliquū. (Traslātes illū locum Matth.)

¶ Secundum, quod indirecte occurrit, est ex Scoto in 43. dist. secundi sententiarū q. 2. arguente, quāuis non affirmante, quòd voluntas possit velle malum formaliter ex certa malitia, sic quòd nō velit illud sub aliqua ratione boni etiam apparente. Arguit autē dupliciter. Primo, quia sequeretur quòd voluntas creata non posset tendere in obiectū sub aliqua ratione, sub qua non posset tendere voluntas diuina. Probatur sequela, quia diuina voluntas pōt tendere in omne bonum substratum illi deformitati, licet non illa ratione malitiæ concomitantem.

¶ Secundò, quia posito, quod apprehendatur odiū Dei ab aliqua potentia intellectiua creata non errāte, ex quo nō errat, sequitur quod nō ostēdat odium Dei sub ratione boni, sed tantùm mali. Et tunc sic, Aut voluntas potest illud velle, aut non. Si potest illud velle, patet propositum: quia nulla est bonitas in illo actu prior ipso actu volendi. Si enim assignatur aliqua bonitas propter actum volendi, hoc non est in obiecto, vt præcedit actum, sed est in ipso vt sequitur actum volendi. Si autem nō potest in illud malum ostēsum, nisi sub aliqua ratione boni & non mali: ergo vel simpliciter non potest in illud, vel oportet rōnem esse excęcatam prius naturaliter, quod videtur inconueniens, & contra articulum Parisiensium, qui est contra illud. 7. Ethic. c. 3. Stāte ratione in vniuersali & particulari &c. Sed hęc argumenta soluere non est difficile: Primum enim argumentū in sua consequētia non valet, nec eius pbatio efficax est: quia preter actum substratum malitiæ in peccato est apparēs bonitas illi peccanti nunc, hic, &c. in quam vt ratio est huic totius actus, non potest ferri diuina voluntas: qa vt sic est ratio peccandi. Vnde argumentum in duobus fallitur, Primò, q; rationem boni absolutè supponit esse, quū tamen respectiuè dicatur. Vnum nanque & idem est bonū vni & malū alteri: ac per hoc apparens bonū vni, non est apparens bonū alteri: ac per hoc non oportet quòd si peccatori actus odij Dei appareat bonus, q; etiā Deo possit apparere bonus. Amabile siquidem est bonū, vnicuique autem proprium, vt Philosophus dicit in 8. Ethic. Secūdū est q; non distinguit inter bonitatē secundū se, & vt est ratio talis actus. Dato enim quod omnis bonitas sit amabilis à quocunque, non sequitur tñ, quòd sit amabilis à quocunque, vt ratio omnis act9, cuius potest esse ratio in quocunque, sed solum quòd sit amabilis ab vnoquoque proportionaliter. Et quia peccare consistit in velle bonitatem veram, vel apparentem, vt rationem mali actus, quod solum conuenit volūtati auersæ à Deo: ideo nō sequitur, quod De9 possit velle sub ea ratione qua potest voluntas creata.

Serm. 11. 10. 10. — 1. 2. q. 78. ar. 1. & 3. — Ar. seq. & q. 20. & 23.

¶ Secundum autē argumentum deficit primò: quia ponit malum integrum, quod īplicat duo contradictoria. Destruit em̄ seipsum apud philosophiā. Ponit enim odium Dei, vt est obiectū præueniēs actū volēdi, esse tantùm malum: obiectū enim positū in solo intellectu & in solo esse obiectiuo voluntatis, impossibile est quod sit tm̄ malum: quoniā oportet includere substratum actū, verbi grātia in pposito odiū Dei pręsentatū voluntati includit in se actum voluntatis, qui est odiū: & deformitatē ratione indebitæ materiæ, scilicet Dei. Quū voluntas in hoc peccatū fertur, actus ille cōceptus & eius deformitas exercetur. Vnde hoc argumentum fallit nō distinguendo inter odiū Dei in actu concepto, seu signato, & in actu exercito: vtrūq; enim significat malū, quod impossibile est esse integrum. Et ppterea prima sequela nulla est, quoniā absq; errore odium Dei habet rationem alicuius boni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec hoc est in obiecto ex actu voluntatis in exercito, sed ex se in seipso ante omnem actum exercitum. Secundò deficit, quia ponit intellectum cæcu prius naturaliter, si voluntas fertur in obiectum secundum apparẽtem & non existentem bonitatem. In virtute siquidem huius vltima sequela fundari videtur. Iam autẽ in 1. lib. cùm de peccato angelorum tractaretur & in 2. li. in proprio loco ostẽsum est, ꝙ peccare non contingit, nisi voluntas feratur in bonũ vel apparens bonum. Et ꝙ cũ hoc stat, ꝙ intellectũ non oportet prius naturaliter errare: sed ex hoc ipso defectus intellectus error est qñque, quòd volens non vtitur intellectu ad regulandũ actum volendi quem exercet. Deficit tertio, quia articulũ Parisien. ponit cõtra veram doctrinam Philosophi in 7. Ethic. ad quem tamen articulum alias diximus. scilicet in secundo lib. q. 77. art. 2.

D. 990.

Inf. q. 36. arti. 3. ad 2. Et 2. d. 43. art. 4. & Ro. 2. dec. 1. fi.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, perspice, quòd responsio consistit in hoc, quod sicut omne fidelis opus pium, potest dici confessio ita omne peccatum cordis, oris & operis potest dici blasphemia: ac per hoc multitudo peccatorum, quæ ex certa malitia possunt committi, non obstat qn peccare ex certa malitia sit blasphemia: qñ omnia illa blasphemiæ saltem operis sunt.

¶ *Super Quæstionis decimæ quartæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo, simul cum responsione ad vltimum primi articuli, nota, quòd cum dicitur peccatum in Spiritum sanctum esse speciale genus peccati, & continere sub se sex species, quæ in litera declarantur, non intelligo, ꝙ sit propriè genus vnum diuisum in has species, quoniã differentiæ constitutiuæ illarum specierum non sunt eiusdẽ generis, vt patet discurrendo, sed intelligo, quod sit vnum speciale genus, hoc est cõmune ad certas, & nõ ad omnes peccatorũ species se extendens. Hoc enim sufficit literæ ponenti differentiam inter peccatum in Spiritumsanctum, quando est generalis conditio aut circunstantia cuiusque peccati, & quando est spãle peccatum commune, vt genus ad multas species.

Paulo ante med.

Cap. 3. to 3.

Cap. 82. to 3.

Serm. 31. to 10.

¶ In eodẽ secundo articulo in responsione ad primũ, aduertas despe rationem non consistere in non credere, sed in contemnere misericordiam. Et simile est de præsumptione in respectu iustitiæ. Et in tractatu de spe inferius de hoc tractabitur.

Li. 1. ca. 44. to. 4.

¶ Ad secundũ dicẽdum, quòd secũdum tertiam acceptionẽ blasphemia in Spiritumsanctum distinguitur cõtra blasphemiam in Filium hominis, secũdum quod Filius hominis est etiam filius Dei, id est Dei virtus & Dei sapientia. Vnde secundum hoc peccatum in filiũ hominis erit peccatũ ex ignorãtia, vel ex infirmitate.

¶ Ad tertiũ dicendum quod peccatũ ex certa malitia, secundũ quod prouenit ex inclinatione habitus, nõ est speciale peccatum, sed quædã generalis cõditio peccati. Prout verò est ex spãli cõtẽptu effectus Spiritussancti in nobis, habet rationẽ specialis peccati: Et secundũ hoc etiã peccatum in Spiritũsanctum est speciale genus peccati. & similiter secũdũ primã expositionẽ. Secundum autẽ secundam expositionẽ, non est speciale genus peccati. Nam finalis impœnitẽtia potest esse circunstantia cuiuslibet generis peccati.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum conuenienter assignentur sex species peccati in Spiritumsanctum, scilicet desperatio, præsumptio &c.*

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur ꝙ incõuenienter assignẽtur sex species peccati in spiritũsãctũ, scilicet desperatio, præsũptio, impœnitẽtia, obstinatio, impugnatio veritatis agnitę, & inuidẽtia fraternę gratię: quas spẽs ponit Magister 43. dist. 2. lib. sententiarũ. Negare enim diuinã iustitiã vel misericordiã, ad infidelitatẽ ptinet. Sed per desperationẽ aliquis reiicit diuinã misericordiã, p præsũptionẽ aũt diuinã iustitiã. ergo vnũ quodq; eorũ potius est species infidelitatis, quàm peccati in Spiritumsanctum.

¶ 2 Præterea, Impœnitẽtia videt respicere peccatũ præteritũ, obstinatio aũt peccatũ futurũ. sed præteritũ vel futurũ nõ diuersificãt speciẽ virtutis vel vitij: secũdũ em eandẽ fidem qua credim⁹ Christũ natũ, antiq. crediderũt eũ nasciturũ. ergo obstinatio & impœnitẽtia nõ debẽt poni duæ species peccati in spiritũsãctum.

¶ 3 Præterea, Gratia & veritas per Iesum Christũ facta est, vt habeẽ Ioan. 1. ergo videtur quod impugnatio veritatis agnitæ, & inuidentia fraternæ gratiæ magis pertineant ad blasphemiã in Filiũ, quàm ad blasphemiam in spiritumsanctum.

¶ 4 Præterea, Ber. dicit in lib. de dispensatione & præcepto, * ꝙ nolle obedire est resistere spiritui sãcto. gl. etiã dicit Leui. 7. ꝙ simulata pœnitentia est blasphemia spiritussancti. schisma etiã videt directè opponi spiritui sancto, p quẽ Ecclesia vnitur: & ita videtur quòd non sufficienter tradãtur species peccati in spiritũsanctũ.

¶ SED CONTRA est, ꝙ Aug. dicit in li. de Fide ad Petrũ, * ꝙ illi, qui desperãt de idulgẽtia peccatorũ, vel q sine meritis de misericordia Dei præsumũt, peccant in spiritumsanctũ. Et in Enchiridio * dicit, ꝙ qui in obstinatione mentis diem claudit extremũ, reus est peccati in spiritũsanctũ. Et in li. de verbis domini dicit, ꝙ impœnitẽtia est peccatũ in spiritũsanctum. Et in libro de sermone Domini in monte dicit, quod inuidię facibus fraternitatem impugnare, est peccatũ in spiritumsanctum. Et in lib. de Vnico bap. * dicit, quod qui veritatẽ cõtemnit, aut circa fratres malignus est, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus, cuius inspiratione Ecclesia instruitur: & sic videtur quòd peccet in spiritumsanctum.

¶ RESPONDEO, dicendũ, quod secundum quod peccatum in spiritũsanctũ tertio modo accipitur, cõuenienter prędictæ species ei assignantur, quæ distinguunt secũdũ remotionẽ vel cõtẽptum eorũ, p quæ pót homo ab electione peccati impediri. Quæ quidẽ sunt vel ex parte diuini iudicij, vel ex parte donorũ ipsius, vel etiã ex parte ipsi⁹ peccati. Auertitur em homo ab electione peccati ex cõsideratiõe diuini iudicij, quod habet iustitiã cũ mia: & per spẽ, quæ cõsurgit ex cõsideratiõe misericordię remittẽtis peccа, & præmiãtis bona. Et hæc tollitur p desperationẽ. Et iterũ per timorẽ, qui cõsurgit ex cõsideratiõe diuinæ iustitiæ punientis peccata. Et hic tollitur per præsũptionẽ, dum scilicet aliquis præsumit se gloriã posse adipisci sine meritis, vel veniã sine pœnitẽtia. Dona aũt Dei quibus retrahimur à peccato, sunt duo: quorũ vnũ est agnitio veritatis, cõtra quod ponitur impugnatio veritatis agnitæ, dũ scilicet aliquis veritatẽ fidei agnitã impugnat, vt licẽti⁹ peccet. Aliud est auxilium interioris gratiæ, cõtra quod ponitur inuidẽtia fraternæ gratiæ, dũ scilicet aliquis nõsolũ inuidet personæ fratris, sed etiam inuidet gratiæ Dei creseẽti in mundo. Ex parte verò peccati duo sunt, quæ hominẽ à peccato retrahere possũt. Quorum vnum est inordinatio & turpitudo actus, cui⁹ cõsideratio inducere solet in homine pœnitẽtiã de peccato cõmisso. Et contra hoc ponitur impœnitentia, non quidem eo modo quo dicit permanentiã in peccato vsq; ad mortẽ, sicut suprà impœnitentia accipiebatur (sic enim non esset speciale peccatum, sed quędã peccati circunstantia) sed accipitur hic impœnitẽtia, secundum quod importat propositũ non pœnitẽdi. Aliud autẽ est prauitas & breuitas boni, quod quis in peccato querit: secundũ illud Ro. 6. Quẽ ergo fructũ habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Cuius consideratio inducere solet hominẽ ad hoc quod eius voluntas in peccato non firmetur. Et hoc tollitur per obstinationem: quando scilicet homo firmat suum propositum in hoc, quòd peccato inhæreat. Et de his duobus dicitur Hier. 8. Nullus est qui agat pœnitentiã super peccato suo, dicens, Quid feci? quantùm ad primum. Omnes conuersi sunt ad cursum, quasi equus impetu vadens ad prælium, quantùm ad secundum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ peccatum desperationis vel præsumptionis nõ cõsistit in hoc, quod Dei iustitia vel misericordia non credatur, sed in hoc quòd contemnitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obstinatio & impœnitentia non solum differunt secundum præteritum & futurum, sed secundum quasdã formales rationes ex diuersa consideratione eorum quæ in peccato considerari possunt, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gratiam & veritatem Christus fecit per dona Spiritussancti, quæ hominibus dedit.

¶ Ad quartũ dicendũ, quod nolle obedire pertinet ad obstinationẽ, simulatio pœnitentiæ ad impœnitẽtiam, schisma ad inuidentiam gratiæ fraternæ, per quæ mẽbra Ecclesiæ vniuntur.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum peccatum in Spiritum sanctum sit irremissibile.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd peccatũ in Spiritũsanctum non sit irremissibile. Dicit enim Augu. in lib. de Verbis Dñi. * De nullo desperandum est, quãdiu patientia domini ad pœnitentiã adducit. Sed si aliquod peccatũ esset irremissibile, esset de aliquo peccatore desperandũ: ergo peccatum in Spiritũsanctum non est irremissibile.

¶ 2 Præterea. Nullum peccatum remittitur nisi per hoc, quòd aĩa sanatur à Deo. sed omnipotẽti medico null⁹ insanabilis lãguor occurrit: sicut dicit gloss. sup illud Psalmi. * Qui sanat oẽs infirmitates tuas. Ergo pctm̃ spiritũsãctũ nõ est irremissibile.

¶ 3 Præterea, Liberum arbitriũ se habet ad bonum & malum. Sed quandiu durat status viæ, potest aliquis à quacunq; virtute excidere, cum etiã angelus de cœlo ceciderit. Vnde dicitur Iob 4. In angelis suis reperit prauitatem, quanto magis qui habitãt domos luteas? ergo paritatione potest aliquis à quocunque peccato ad statum iustitię redire. Ergo pèccatum in spiritumsanctum non est irremissibile.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 12. Qui dixerit verbum contra Spiritumsanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro. Et Aug. dicit in lib. de sermone Domini in monte, * quòd tanta est labes huius peccati, quod humilitatem deprecandi subire non potest.

Li. 1. c. 44. to. 4.

¶ RESPONDEO, dicendum quod secundum diuersas acceptiones peccatum in spiritum sanctum diuersimode irremissibile dicitur. Si enim dicatur peccatum in Spiritũsanctum, finalis impœnitentia: sic dicitur irremissibile: quia nullo modo remittit⁹. Peccatũ eni mortale, in quo homo perseuerat vsque ad mortẽ: quia in hac vita nõ remittitur ppœnitentiã, nec etiã in futuro dimittetur. Secũdũ autẽ alias duas acceptiones dicitur irremissibile: nõ ꝙ nullo modo remittatur, sed quia quãtũ est de se, habet meritũ, vt nõ remittatur. Et hoc dupliciter. Vno modo quãtũ ad pœnam. Qui enim ex ignorantia vel infirmitate peccat, nõ habet aliquã excusationẽ, vnde eius pœna minuatur. Similiter etiã, qui blasphemabat in Filiũ hominis, ei⁹ diuinitate nõdũ reuelata, poterat habere aliquã excusationẽ, ppter infirmitatẽ carnis, quã i eo aspiciebat, & sic minorẽ pœnã merebatur. Sed qui ipsã diuinitatẽ blasphemabat, opera Spirit⁹ sancti diabolo attribuẽs, nullã excusationẽ habebat: vnde ei⁹ pœna diminueretur. Et ideo dicitur secundũ expositionẽ Chry. hoc peccatum Iudæis nõ remitti neque in hoc sæculo, neque in futuro: quia pro eo passi sunt pœnã, & in præsenti vita p Romanos, & in futura vita in pœna inferni. Sicut etiã Athan. * inducit exẽplum de eorum parentibus, qui primo quidẽ contra Moysen cõtenderunt propter defectum aquæ & panis: & hoc Domin⁹ sustinuit patiẽter. Habebãt enim excusationẽ ex infirmitate carnis. sed postmodũ grauius peccauerũt, quasi blasphemãtes in Spiritumsanctũ beneficia Dei q eos de Aegypto eduxerat, idolo attribuentes cùm dixerunt, Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegyti. Et ideo Dominus & rẽproliter fecit eos puniri, quia ceciderunt in die illa quasi 23. millia hominum: & in futuro eis pœnã comminatur dicens, Ego autẽ in die vltionis visitabo hoc peccatum eorum. Alio modo potest intelligi quo ad culpam: sicut aliquis dicitur morbus inearabilis secundum naturam morbi, per quem tollitur id, per quod morbus potest curari, puta cùm morbus tollit virtutem naturæ, vel inducit fastidium cibi & medicinę, licet talem morbum deus possit curare: ita etiam peccatum in Spiritum sanctum dicitur irremissibile secundum suam naturam, inquantum excludit ea, per quæ fit remissio peccatorum. Per hoc tamen non præcluditur via remittendi & sanandi omnipotentiæ & misericordiæ dei, per quam aliquando tales quasi miraculosè spiritualiter sanantur.

Hom. 43. in Mat. to. 2.

In tract. quem facit de hoc dicto E. uang.

Li. 5. cap. 6. & 8.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod de nemine desperandum est in hac vita, considerata omnipotẽtia & misericordia dei. Sed considerata conditione peccati, dicuntur aliqui filij diffidentiæ, vt habetur ad Ephe.

¶ Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit ex parte omnipotentiæ Dei, non secundum conditionem peccati.

¶ Ad tertium dicẽdum, quod liberum arbitrium remanet quidẽ sẽper in hac vita vertibile: tamen quandoque abiicit à se id, per qđ verti potest ad bonũ, quantum in ipso est. Vnde ex parte sua peccatum est irremissibile, licet Deus remittere possit.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum homo possit primo peccare in Spiritum sanctum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod homo non possit primò peccare in Spiritum sanctum, non præsuppositis aliis peccatis. Naturalis enim ordo est, vt ab imperfecto ad perfectum quis moueatur: & hoc quidem in bonis apparet secundum illud Prou. 4. Iustorũ semita quasi lux spendens crescit, & proficit vsque ad perfectũ diẽ. Sed perfectum dicitur in malis, quod est maximũ malum: vt patet per Philosophum in 6. Metaph. Cum ergo peccatũ in spiritum sanctũ sit grauissimũ, videtur quod homo ad hoc peccatum perueniat per alia peccata minora.

2. dist. 23. arti. 5. Et vr. qõ. 2. art. 13. ad primum.

3. q. 86. art. 3. ad 2. Et 3. & 2. dist. 43. art. 4. Et mal. q. 3. ar. 14. & 15. Et quol. 2. q. 8. ar. 1. & Ro. 2. col. 5.

¶ 2 Præterea, Peccare in Spiritũ sanctum est peccare ex certa malitia, siue ex electione. Sed hoc non statim potest homo antequam multotiens peccauerit. Dicit enim Philosophus in 6. Ethic. * quod etsi homo possit iniusta facere, non tamen potest statim operari sicut iniustus: scilicet ex electione. ergo videtur quod peccatum in Spiritumsanctum non possit committi nisi post alia peccata.

* Ser. 11. to 19.

¶ 3 Præterea, Pœnitentia & impœnitentia sunt circa idem: sed pœnitentia non est nisi de peccatis præteritis. Ergo etiam neque impœnitentia, quæ est species peccati in Spiritum sanctum. Peccatum ergo in Spiritumsanctum, scilicet quod dictum est impœnitentia, præsupponit alia peccata.

¶ SED CONTRA est, quòd facile est in conspectu Dei subito honestare pauperem, vt dicitur Eccle. 11. Ergo econtrario possibile est secũdum malitiam dæmonis suggerentis, vt statim aliquis inducatur ad peccatum grauissimum, quod est peccatum in Spiritum Sanctum.

¶ RESPONDEO, dicẽdum quòd sicut dictum * est, peccare in Spiritũsanctũ vno modo est peccare ex certa malitia. Ex certa autẽ malitia dupliciter peccare cõtingit, sicut dictum * est. Vno modo ex inclinatiõe habitus, quod non est ꝓprie peccare in Spiritũ sanctũ: & hoc modo peccare ex certa malitia nõ cõtigit à prĩcipio. Oportet enĩ actus peccatorũ præcedere, ex quibus causetur habit⁹ ad peccandum inclinans. Alio modo potest aliquis peccare ex certa malitia, abiiciendo p contẽptũ ea, per quæ homo retrahitur à peccato, quod ꝓprie est peccare in Spiritum sanctũ, sicut dictũ est. * Et hoc etiã plerunque præsupponit alia peccata qa sicut dicitur Prouer. 18. Impius cũ in profundum peccatorum venerit, cõtemnit. Potest tamen cõtingere, quod aliquis in primo actu peccati in Spiritum sanctum peccet per cõtẽptum, tum propter libertatem arbitrij, tum etiam ꝓpter multas dispositiones præcedentes, vel etiã propter aliquod vehemens motiuum ad malum, & debilem affectum hominis ad bonum. Et ideo in viris perfectis hoc vix, aut nunquã accidere potest, quod statim à principio peccent in Spiritũ sanctum. Vnde dicit Orige. ĩ primo Periarchon, * Nõ arbitror, quod aliqs ex his, q in summo perfectoque gradu constiterint, ad subitum euacuetur, aut decidat: sed paulatim ac per partes eum decidere necesse est. Et eadem ratio est, si peccatum in Spiritum sanctum accipiatur ad literam pro blasphemia Spiritus sancti. Talis em blasphemia, de qua Dominus loquitur, semper ex malitiæ contemptu procedit. Si verò per peccatum in Spiritum sanctum intelligatur finalis impœnitentia secundum intellectũ Aug. * quæstionem nõ habet: quia ad peccatum in Spiritum sanctum requiritur continuatio peccatorum vsque in finem vitæ.

Li. 1. c. 44. to. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ tam ĩ bono, quàm in malo, vt in pluribus proceditur ab imperfecto ad perfectum, prout homo proficit vel in bono vel in malo: & tamẽ in vtroq; vnus potest incipere à maiori, quã alius. Et ita illud à quo aliquid incipit potest esse pfectũ in bono vel in malo secundũ genus suũ: licet sit imperfectũ secundũ seriem ꝓcessus hominis, in melius vel in peius proficiẽtis.

¶ Ad secundũ dicendum, quod ratio illa procedit de peccato cõmisso ex malitia quando est ex inclinatione habitus.

¶ Ad tertium dicendum, quod si accipiatur impœnitentia secundũ intentionem Aug. * secundum quod importat permanentiam in peccato vsque ad finem, sic planum est quod impœnitentia præsupponit peccata, sicut & pœnitentia. Sed si loquamur de impœnitentia habituali, secundum quod ponitur species peccati in Spiritum sanctum: sic manifestum est quod impœnitentia potest esse etiam ante peccata. Potest enim ille, qui nunquã peccauit, habere ꝓpositũ vel pœnitendi, vel nõ pœnitẽdi, si cõtigeret eũ peccare.

Quum commune sit omni peccato mortali excludere omnia, perquæ fit remissio peccatorum, quoniã tollit gratiã, quę est vita animæ & constituit ipsã insanabilẽ, imo mortuã, cur peccata in Spiritum sanctum dicãtur specialiter irremissibilia ex parte peccantis, quia excludunt ea, per quæ sit remissio peccatorum, scilicet misericordiam, iustitiam pro se, gratiam, pœnitẽtiam & prouitatẽ ad bonum.

Art. 1 huius q.

Art. 2 huius q.

¶ Ad hoc dicitur, quod inter peccata in Spiritum sanctũ & alia mortalia, hæc est differentia quod peccatum in Spiritum sanctum excludit directe retractiuum à peccato: alia vero non excludunt hoc directe, sed ex quadam sequela. Non enim omnis peccans mortaliter directè excludit misericordiam, sicut desperans: aut gratiam, sicut dolens de diffusione gratiæ diuinæ, & sic de aliis. Et propter ea huiusmodi peccatum dicitur irremissibile & morbus incurabilis ex parte peccantis: quia directè tollit ea, per q̃ fit remissio & cura aliis tollentibus principium curæ ex consequenti.

Art. 2 huius quæst.

Cap. 3. to 4.

¶ *Super Quæstionis decimæquartæ Articulum quartum.*

IN articul. quarto nota, quod ly Primo, positum in titulo, non dicit ordinem ad omnia modam negationem peccatorũ in præterito: sed ad negationem peccatorum perseuerãtium seu permanentium, ita quod non est quæstio, an homo possit peccare in Spiritum sanctum antequam peccet in aliis peccatis, sed an homo mundus à peccato per pœnientiam, vel innocentiam baptismalem, vel etiam per hoc quod nunquã peccauit mortaliter, possit peccare in Spiritũ sanctũ primo. Et hũc esse sensũ intentũ ab Aut ore, litera manifestat, respõdens diuersimode de casu pfectorum, & de casu male dispositorum. Horũ enim a liquis, scilicet ante cõfessionẽ & contritionẽ assueti fũr desperatiõibus, infidelitatibus, & luxuriis absique multa difficultate recidiuãdo, contemnunt Spiritum sanctum propter reliquias præcedentium scelerum ad hoc disponentium.

Serm. 11. de verb. Domini. to. 10.

loco cita.

Universidad de Deusto Biblioteca

QVÆSTIO DECIMAQVINTA

De vitiis oppositis sciētiæ & ītellectui, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vitiis oppositis scientiæ & intellectui. Et quia de ignorātia, quæ opponitur scientiæ, dictum est supra, cùm de causis peccatorum ageretur, quærendum est nunc de cæcitate mentis, & hebetudine sensus, quæ opponuntur dono intellectus.

¶ Et circa hoc q̄runtur tria. ¶ Primo, vtrum cæcitas mētis sit peccatū. ¶ Secūdo, vtrū hebetudo sēsus sit aliud peccatū à cæcitate mētis. ¶ Tertio, vtrū hęc vitia à peccatis carnalib. oriāt.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum cæcitas mentis sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ cæcitas mētis nō sit peccatū. Illud em̄ q̄d excusat à peccato, nō videtur esse peccatū: sed cæcitas mentis excusat à peccato. Dicitur em̄ Ioa. 9. Si cæci essetis, nō haberetis peccatum. ergo cæcitas mentis non est peccatum.

¶ 2 Præterea, Pœna differt à culpa: sed cæcitas mentis est quædam pœna, vt patet per illud quod habetur Isa. 6. Excæca cor populi huius. Non enim esset à Deo, cum sit malum, nisi pœna esset. ergo cæcitas mentis non est peccatum.

¶ 3 Præt. Omne peccatū est volūtariū, vt Aug. dicit.* sed cęcitas mētis nō est volūtaria: q̄a, vt Augu. dicit 10. Cōfes. cognoscere veritatē lucētē oēs amāt. Et Eccl. 11. dicit, Dulce lumē & delectabile oculis videre sole. Ergo cęcitas mētis non est pctm̄.

L. de vera relig. c 4. to. 1. *Cap. 23 to 1.*

¶ SED CONTRA est, quod Grego. 31 Moral.* cæcitatem mentis ponit inter vitia, quæ causantur ex luxuria.

Cap. 31.

¶ RESPONDEO, dicendum q̄ sicut cæcitas corporalis est priuatio ei⁹, quod est pricipiū corporalis visionis: ita etiam cæcitas mētis est priuatio ei⁹ q̄d est principiū mētalis, siue ītellectualis visionis. Cui⁹ q̄dē pricipiū est triplex. Vnū quidē est lumē natualis rōnis. & hoc lumē cū ptineat ad specié animæ rōnalis, nūquā priuat̄ ab aīa: impedit̄ tamē quādoq; à ,pprio actu p impedimēta viriū iferiorū, quib⁹ idiget intellect⁹ humanus ad itelligēdū: sicut patet in amētib⁹ & furiosis, vt in primo dictū est,*. Aliud aūt pricipiū itellectualis visionis est aliquod lumē habituale naturali lumini ratiōis superadditū: & hoc qui dē lumē interdū priuat̄ ab aīa: & talis priuatio est cæcitas, quæ est pœna secūdū q̄ priuatio luminis gratiæ quædā pœna ponitur. Vnde dicit̄ de quibusdā Sapien. tecūdo, Exęcauit illos malitia eorū. Tertiū pricipiū visionis intellectualis est aliq̄ intelligibile pricipiū per q̄ homo ītelligit alia, cui quidē pricipio intelligibili mēs hominis potest intēdere, vel nō intēdere. Et quod ei nō intēdat, cōtigit dupliciter, quādoq; quidē ex hoc, quod habet voluntatē spontaneè se auertentem à cōsideratione talis principij, secundū illud Psal. Noluit intelligere vt bene ageret. Alio modo per occupationē mētis circa alia, quę magis diligit, quibus ab inspectione hui⁹ principij mēs auertitur, secūdum illud Psal. Supercecidit ignis, scilicet concupiscētiæ, & nō viderūt solē. Et vtroq; modo cæcitas mētis est peccatum.

11. q. 8. art. 7. & 8.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ cæcitas, quæ excusat à peccato, est quæ cōtingit ex naturali defectu nō potentis videre. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de secunda cæcitate, quæ est pœna.

¶ Ad tertiū dicēdū, q̄ intelligere veritatē cuilibet est secūdum se amabile, potest tamen per accidēs esse alicui odibile, īquantū scilicet per hoc homo impeditur ab aliis, quæ magis amat.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum hebetudo sensus sit aliud peccatum à cæcitate mentis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod hebetudo sensus non sit aliud a cæcitate mētis. Vnū em̄ vni est cōtrarium. Sed dono intellect⁹ opponitur hebetudo, vt patet p Greg. ī 2. Mora.* cui etiā opponitur cæcitas mētis, eo quod intellectus, principiū quoddā visiuū designat. ergo hebetudo sēs⁹ est idem quòd cæcitas mentis.

Cap. 36.

¶ 2 Præterea, Grego. in 3. Mor.* de hebetudine loquēs, noīat eā hebetudinē sēs⁹ circa intelligētiā. Sed hebetari sēsū circa ītelligētiā, nihil aliud esse videt̄, quā ītelligēdo deficere, qd̄ ptinet ad mētis cæcitatē. Ergo hebetudo sēs⁹ idē est q̄ cæcitas mētis.

Cap. 31.

¶ 3 Præterea, si in aliquo differunt, maximè videntur in hoc differre quòd cæcitas mentis est voluntaria, vt supra dictum * est, hebetudo autem sensus est naturalis defectus. Sed defectus naturalis non est peccatum, ergo secundum hoc hebetudo sensus non esset peccatum. Quod est contra Gregor.* qui connumerat eam inter vitia, quæ ex gula oriuntur.

Ar. prec. *Cap. cit.*

SED CONTRA est quod diuersarum causarum sunt diuersi effect⁹. sed Grego. 31. Mora.* dicit quod hebetudo mentis oritur ex gula, cæcitas autem mentis ex luxuria. Sed hæc sunt diuersa vitia, ergo & ipsa sunt diuersa vitia.

Cap 31.

¶ RESPONDEO, dicendum quod hebes acuto opponitur. Acutum autem dicitur aliquid ex hoc, quod est penetratiuum, vnde & hebes dicitur aliquid ex hoc, quod est obtusum, penetrare non valens. Sensus autem corporalis per quandam similitudinem penetrare dicitur medium: inquantum ex aliqua distantia suum obiectum percipit. vel inquantum potest quasi penetrādo minima vel intima rei percipere. Vnde in corporalibus dicitur aliquis esse acuti sēsus, qui potest percipere sensibile aliquod ex remotis vel videdo, vel audiedo, vel olfaciendo. Et ecōtrario dicitur sensus hebetari, qui non percipit nisi ex propinquo & magna sensibilia. Ad similitudinē aūt corporalis sēsus dicitur etiā circa intelligētiā esse aliquis sensus, qui est aliquorū primorū & extremorū, vt dicitur in 6. Ethic.* Sicut etiā sens⁹ est cognoscitiuus sensibiliū, quasi quorūdam principiorū cognitionis. Hic aūt sēsus, qui est circa intelligētiā, nō percipit suū obiectū per mediū distantiæ corporalis, sed per q̄dā alia media, sicut cū per proprietatem rei percipit eius essentiā, & per effectū percipit causā. Ille ergo dicitur esse acuti sens⁹ circa intelligentiā, qui statī ad apphēsionē ,pprietatis rei, vel etiā effectus, naturā rei cōprehendit, & inquantum vsque ad minimas cōditiones rei cōsiderādas pertigit. Ille aūt dicitur hebes circa intelligentiā, qui ad cognoscendā veritatē rei pertigere nō potest, nisi per multa ei exposita: & tunc etiā nō potest pertingere ad perfecte-considerādū omnia quæ pertinēt ad rei rōnē. Sic ergo hebetudo sensus circa intelligentiā importat quādā debilitatem mētis circa cōsiderationē spiritualiū bonorū. Cęcitas aūt mētis importat omnimodā priuationem cognitionis ipsorū. Et vtrūque opponitur dono intellectus, per quē homo spiritualia bona apprehendēdo cognoscit, & ad eorū intima subtiliter penetrat: habet em̄ hebetudo rationē peccati, sicut & cęcitas mētis inquātū. s. est volūtaria, vt patet in eo, qui affectus circa carnalia de spūalib⁹ subtiliter discutere fastidit vel negligit.

Cap. 8. & 21.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

AATICVLVS III.

¶ Vtrum cæcitas mentis & hebetudo sensus oriantur ex peccatis carnalibus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ cęcitas mētis: & hebetudo sēsus nō oriantur ex vitiis carnalib⁹. Auguſt. enim in libro Retractationū retractans illud quod dixerat in Soliloquiis *, Deus qui nō nisi mūdos scire verū voluisti, dicit, q̄ respōderi potest multos etiā immundos multa veta scire. Sed homines maxime efficiūtur immūdi per vitia carnalia: ergo cæcitas mentis & hebetudo sensus non causantur à vitiis carnalibus.

I. 1. c. 4. Li. 1. c. 1. to. 10.

¶ 2 Præterea, Cæcitas mētis & hebetudo sensus sunt defectus quidā circa partem animæ intellectiuā. Vitia autem carnalia pertinēt ad corruptionem carnis. Sed caro non agit in animā, sed potius econtrario. Ergo vitia carnalia non causant cæcitatem mentis & hebetudinem sensus.

¶ 3 Præterea, vnūquodque magis patitur à propinquiori, quā à remotiori. Sed propinquiora sunt menti vitia spiritualia, q̄ carnalia, ergo cęcitas mentis & hebetudo sensus magis causantur ex vitiis spiritualibus, quam ex vitiis carnalibus.

¶ SED CONTRA est quod Gregor. 31. Mora.* dicit, q̄ hebetudo sensus circa intelligentiam oritur ex gula, cæcitas autem mentis ex luxuria.

¶ RESPONDEO, dicendum quod perfectio intellectualis operationis in homine consistit in quadam abstractione à sensibilium phantasmatibus. Et ideo quanto intellectus hominis magis fuerit liber ab huiusmodi phantasmatibus, tanto potius considerare intelligibilia

loco c. 11.

¶ *Super*

poterit, & ordinare omnia sensibilia, sicut & Anaxagoras dicit, q̄ oportet intellectum esse immixtum ad hoc quod imperet, & agēs oportet quod dominetur super materiā ad hoc, q̄ posit eā mouere, vt narrat Philosophus 8. Physi.* Manifestū est autē quod delectatio applicat intentionē ad ea, in quibus aliquis delectat̄. Vnde Philosophus dicit in 10. Ethic* quod vnusquisq; ea, in quib⁹ delectat̄, optimè operatur, cōtraria vero nequaquā vel debiliter. Vitia autē carnalia, scilicet gula & luxuria consistunt circa delectationes tactus, eiborum scilicet & venereorum, quæ sunt vehemētissimæ inter omnes corporales delectationes. Et ideo per hæc vitia intētio hominis maximè applicatur ad corporalia, & p consequens debilitat̄ operatio hominis circa intelligibilia. Magis autem p luxuriā quā p gulā, quanto delectationes venereorum sunt vehementiores quā ciborum. Et ideo ex luxuria oriē cæcitas mentis, q̄ quasi totaliter spiritualium bonorum cognitionē excludit. Ex gula autē hebetudo sensus, q̄ reddit hominē debilē ad huiusmodi intelligibilia. Et econuerso oppositæ virtutes, scilicet abstinētia & castitas, maximè disponunt hominē ad perfectionē intellectualis operationis. Vnde dicitur Dani. 1. quod pueris his, scilicet abstinētibus & continentibus dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia.

Tex. 77. *Cap. 5. & 4.*

inf. q. 22. art. 1. cor. Et 3. contra c. 118.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quod quāuis aliqui vitiis carnalibus subditi, possint quandoq; subtiliter speculari aliqua circa intelligibilia ,pter bonitatem ingenij naturalis vel habitus superadditi, tamen necesse est vt ab hac subtilitate contemplationis eorum intentio plerunq; retrahatur propter delectationes corporales. Et ita immūdi possunt aliqua vera scire, sed ex sua immunditia circa hoc impediuntur.

¶ Ad secundum dicendum, quod caro non agit in partem intellectiuam, alterando ipsam, sed impediendo operationem ipsius per modum prædictum.

¶ Ad tertiū dicendū, quod vitia carnalia quo magis sunt remota à mēte, eo magis eius intentionē ad remotiora distrahūt: vn de magis impediūt mētis contēplationē.

QVÆSTIO DECIMASEXTA

de Præceptis fidei, sciētiæ & intellectu, in duos Articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandū est de præceptis pertinentibus ad prædicta.

¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primo, de præceptis pertinentibus ad fidem. ¶ Secundo, de præceptis pertinentibus ad dona scientiæ & intellectus.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum in veteri lege debuerint dari præcepta credendi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in veteri lege dari debuerint præcepta credendi. Præceptum em̄ est de eo, quod est debitū & necessariū hōi, q̄ credat, secundū illud Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Ergo maximè oportuit p̄cepta dari de fide.

¶ 2 Præterea, Nouum Testamentū continetur in veteri, sicut figuratū in figura, vt supra dictū * est. Sed in Nouo Testamēto ponunt̄ expressa mandata de fide, vt patet Ioan. 14. Creditis in Deū, & in me credite. Ergo videtur, q̄ in veteri lege etiā debuerint aliqua præcepta dari de fide.

2 2. q. 7. ar. 1. & 3. ad 1.

¶ 3 Præterea, eiusdē rationis est p̄cipere actum virtutis, & ,phibere vitia opposita: sed in veteri lege ponunt̄ multa p̄cepta ,phibentia infidelitatē, sicut Exod. 20. Nō habebis Deos alienos coram me. Et iterum Deut. 13. mandatur, quòd nō audiant verba prophetæ aut somniatoris, qui eos deba fide Dei vellet auertere. Ergo in veteri lege etiā debuerunt præcepta dari de fide.

¶ 4 Præterea, Cōfessio est actus fidei, vt supra dictū * est, sed de confessione & ,pmulgatione fidei dāt̄ p̄cepta in veteri lege. Mandat̄ em̄ in Exo. 12. quod filiis suis interrogātib⁹, rationē assignēt paschalis obseruātię. Et Deut. 12. mādat̄ q̄ ille q̄ dis seminat doctrinā cōtra fidē occidat̄. Ergo lex vet⁹ p̄cepta fidei debuit habere.

¶ 3. ar. 1.

¶ 5 Præterea, omnes libri Veteris Testamēti sub lege veteri continent̄. Vnde Dns Ioan. 15. dicit in lege esse scriptū, Odio habuerunt me gratis, quod tamē scribit̄ in Psal. Sed Eccle. 2. dicitur, Qui timetis Dominum, credite illi. Ergo in veteri lege fuerunt præcepta danda de fide.

¶ SED CONTRA est quod Apostō. ad Rom. 3. legē veterem nominat legē factorum, & diuidit eā contra legē fidei. Ergo in lege veteri non fuerunt præcepta danda de fide.

¶ RESPONDEO, dicendum, quòd lex non imponitur ab aliquo domino, nisi suis subditis, & ideo præcepta legis præsupponunt subiectionem cuiuslibet recipientis legem ad eū, qui dat legem. Prima autem subiectio hominis ad Deum est per fidem, secundum illud Heb. 11. Accedētem ad Deum oportet credere quia est, & ideo fides præsupponitur ad legis præcepta. Et ,pter hoc Exo. 20. id quod est fidei, præmittitur ante legis præcepta, cum dicitur, Ego sum Dominus Deus tuus, q̄ eduxi te de terrā Ægypti. Et similiter Deut. 6. præmittitur, Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est, & postea statim incipit agere de præceptis. Sed quia in fide multa continentur ordinata ad fidem, qua credimus Deum esse, quod est primum & principale inter omnia credibilia, vt dictum est *: & ideo præsuppōsita fide de Deo per quam mens humana Deo subiiciatur, possunt dari præcepta de aliis credendis, sicut Aug. dicit super Ioan.* quòd plurima sunt nobis de fide mandata, exponēs illud, Hoc est præceptū meū. Sed in veteri lege nō erāt sic creta fidei populo exponenda, & ideo suppōsita fide vnius Dei, nulla alia præcepta sunt in veteri lege data de fide.

q. 1. ar. 7. *Trac. 83. tom. 9.*

¶ AD PRIMVM dicendum, quòd fides est necessaria tanquam principium spiritualis vitæ, & ideo præsupponitur ad legis susceptionem.

¶ Ad secundum dicendum, quod ibi etiā Dominus præsupponit aliquid de fide, scilicet fidē vni⁹ Dei, cū dicit, Creditis in Deū. Et aliquid præcipit, scilicet fidem incarnationis, per quā vnus est Deus & homo, quæ quidem fidei explicatio pertinet ad fidem noui Testamenti. Et ideo subdit. Et in me credite.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ præcepta prohibitiua respiciunt peccata, quæ corrumpunt virtutem. Virtus autem corrumpitur ex particularibus defectibus, vt supra dictū est.* Et ideo præsuppōsita fide vnius Dei in lege veteri fuerunt danda pro ,phibitiua præcepta, quibus homines prohiberentur ab his particularibus, ,per quos fides cotrumpi posset.

1 2. q. 18. arti. 9 ad 3. & 3. q. 19. ar. 6. ar. 1. & ar. 7. ad 3.

¶ Ad quartū dicendū, q̄ etiā confessio vel doctrina fidei præsupponit subiectionem hominis ad Deum per fidem. Et ideo magis potuerunt dari p̄cepta in veteri lege pertinētia ad cōfessionē vel doctrinam fidei, quàm pertinentia ad ipsam fidē.

¶ Ad quintum dicēdum, quod in ipsa etiā autoritate præsupponitur fides, p quam credimus Deum esse. Vnde præmittit, Qui timet is Dominū. quod non posset esse sine fide. Quod autem addit, Credite illi, ad quædam credibilia specialia referendum est, & præcipuè ad illa, quæ promittit Deus sibi obedientibus. Vnde subdit, Et non euacuabitur merces vestra.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in veteri lege conuenienter tradantur præcepta pertinentia ad scientiam & intellectum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod in veteri lege inconuenienter traduntur præcepta pertinētia ad sciētiam & intellectū. Scientia enim & intellectus ad cognitionem pertinent. Cognitio autem præcedit & dirigit actionem. Ergo præcepta ad scientiam & intellectum pertinentia debent præcedere præcepta pertinentia ad actionem. Cùm ergo prima præcepta legis sint præcepta decalogi, videtur quod inter præcepta decalogi debuerunt tradi aliqua præcepta pertinentia ad scientiam & intellectum.

inf. q. 46. arti. 2. ad 3. & q. 49 ar. 1. ad 2.

¶ 2 Præterea, Disciplina præcedit doctrinam. prius enim homo ab alio discit, quam alium doceat. Sed dantur in veteri lege aliqua præcepta de doctrina etiam affirmatiua, vt præcipitur Deut. 4. Docebis ea filios aut nepotes tuos. Et etiā prohibitiua, sicut dicitur Deut. 4. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, neque auferetis ab eo. Ergo videtur quod etiam aliqua præcepta dari debuerint inducentia hominem ad discendum.

¶ 3 Præterea, Scientia & intellectus magis videtur necessaria sacerdoti, quam regi. Vnde dicitur Malac. 2. Labia sacerdotis custodiunt sciētiam, & legem requirent ex ore eius. Et Osee 4. dicitur, Quia repulisti scientiam: repellam & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Sed regi mandatur, quod addiscat scientiam legis: vt patet Deut. 17. Ergo multo magis debuit præcipi in lege, quod sacerdotes legem addiscerent.

¶ 4 Præterea: Meditatio eorum, quæ ad scientiā & intellectū pertinent, non potest esse in dormiendo. Impeditur etiā p occupationes extraneas. Ergo incōuenienter præcipitur Deut. 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

Meditaberis ea,sedẽs in domo tua,& ambulans in itinere,dormiens atq; cõsurgens. Incõuenienter ergo traduntur in veteri lege præcepta ad scientiam & intellectum pertinentia.

¶SED CONTRA est,quod dicitur Deut.4.Audiẽtes vniuersi præcepta,hæc dicãt,En populus sapiẽs & intelligẽs.

¶RESPONDEO, dicẽdum,q̃ circa scientiã & intellectum tria possunt cõsiderari. Primo qdẽ acceptio ipsius,secũdo vsus eius,tertio verò cõseruatio ipsius. Acceptio qdẽ scientiæ vel intellectꝰ fit p doctrinã & disciplinã. Et vtrũq; in lege præcipitᵉ. Dicitur eñ Deut.6. Erunt verba hæc quæ ego præcipio tibi in corde tuo,quod ptinet ad disciplinã. Pertinet eñ ad discipulum, vt cor suũ applicet his quæ dicunt. Quod verò subdit,Et narrabis ea filiis tuis,pinet ad doctrinam. Vsus verò scientiæ vel intellectus est meditatio eorum, q̃ quis scit vel intelligit. Et quãtum ad hoc subdit, Et meditaberis sedẽs in domo tua,&c. Cõseruatio autẽ fit p memoriã. Et quantum ad hoc subdit,Et ligabis ea quasi signum in manu tua, erũtq; & mouebunt inter oculos tuos,scribesq; ea in limine & ostiis domus tuæ. Per q̃ omnia iugem memoriã mãdatorum Dei significat. Ea eñ quæ cõtinuè sensibꝰ nostris occurrunt, vel tactu,sicut ea q̃ in manu habemus,vel visu, sicut ea, quæ ante oculos mentis sunt cõtinuè,vel ad q̃ oportet nos sæpe recurre re,sicut ad ostium domus,à memoria nr̃a excidere nõ possunt. Et Deut.4. manifestius dicit. Ne obliuiscaris verborum quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebꝰ vitæ tuæ. Et hæc etiã abundãtius in Nouo Testamento tam in doctrina Euangelica,quam Apostolica mandata leguntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ,q̃ sicut dicitur Deut.4. d.1043. Hęc eñ est vestra sapiẽtia & intellectꝰ corã populis. Ex quo datur intelligi, quòd scientia & intellectus fidelium Dei cõsistit in præceptis legis. Et ideo primò sunt proponenda legis præcepta, & postmodum homines sunt inducẽdi ad eorum scientiam vel intellectum. Et ideo præmissa præcepta nõ debuerunt poni inter præcepta decalogi,quæ sunt prima.

¶ Ad secundum dicendũ, quod etiã in lege ponunt præcepta in cor. ar. ptinentia ad disciplinã,vt dictum est.* Expresius tamen præcipitur doctrina,quã disciplina,qa doctrina pertinet ad maiores, qui sunt sui iuris immediatè sub lege existentes, quibus debent dari legis præcepta. Disciplina aũt pertinet ad minores,ad quos præcepta legis per maiores debent peruenire.

¶ Ad tertiũ dicendum,quod sciẽtia legis est adeo annexa officio sacerdotis, vt simul cum iniunctione officij intelligat etiã & sciẽtiæ legis iniunctio. Et ideo non oportuit specialia præcepta dari de instructione sacerdotũ. Sed doctrina legis Dei non adeo est annexa regali officio,qa Rex cõstituit sup populum in tẽporalibꝰ: & ideo specialiter ꝓcipitur,vt Rex instruat de his q̃ pertinẽt ad legẽ Dei p sacerdotes. ¶ Ad quartũ dicẽdum q̃ illud ꝓceptum legis nõ est sic intelligendum q̃ homo dormiẽdo meditet de lege Dei: sed q̃ dormiẽs, id est vadens dormitũ de lege Dei meditetur,qa ex hoc etiã homines dormiẽdo adipiscunt meliora phãtasmata, secundum q̃ pertranseunt motus à vigilantibus ad dormiẽtes, vt patet p Philosophum in primo Ethic.* Similiter etiã mandatur,vt in omni actu suo aliquis meditetur de lege, nõ q̃ semper actu de lege cogitet,sed q̃ omnia quæ facit,secundum legem moderetur. Cap.vlt.

QVÆSTIO DECIMASEPTIMA DE SPE, in octo articulos diuisa.

CONSEQVENTER post fidẽ cõsiderandũ est de spe. Et primo de ipsa spe, secũdo ad dono timoris : tertio de vitiis oppositis,quarto de præceptis ad hoc ptinentibꝰ. ¶Circa primũ,occurrit primo cõsideratio de ipsa spe. Secundo,de subiecto eius. ¶ Circa primũ quærunt octo. Primò , vtrũ spes sit virtus. ¶ Secũdò,vtrũ obiectum eius sit beatitudo æterna. ¶ Tertiò,vtrũ vnus homo possit sperare beatitudinẽ alterius p virtutẽ spei. ¶Quartò, vtrũ homo licitè possit sperare in homine. ¶Quintò,vtrum spes sit virtus theologica. ¶ Sextò, de distinctione eius ab aliis virtutibus theologicis. ¶ Septimo, de ordine eius ad fidẽ. ¶ Octauò,de eius ordine ad charitatẽ.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum spes sit virtus.

3.dist.25. q.2.art.1. Et vir.4. art.1. * Li.3.c. 18.& 19. tom.1. *cõci.26. in Psal. 118.10.8. *Tess.17 & 18. *Cap.33.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd spes non sit virtus. Virtute enim nullus male vtitur,vt dicit Aug. in lib.de lib.arb.* Sed spe aliquis malè vtitur, quia circa passionem spei contingit esse medium & extrema, sicut & circa alias passiones. ergo spes non est virtus.

¶ 2 Præterea, Nulla virtus procedit ex meritis,quia virtutem Deus in nobis sine nobis operatur,vt Aug.dicit.* Sed spes est ex gratia & meritis prouenientes , vt Magister dicit 20. distin. tertij libri Sententiarum. ergo spes non est virtus.

¶ 3 Præterea, Virtus est dispositio perfecti,vt dicit in 7.Phys. Spes autem est dispositio imperfecti, scilicet eius qui non habet id quod sperat. ergo spes non est virtus.

¶SED CONTRA, est,quod Greg.in 1.Mora. * dicit, quòd per tres filias Iob significantur hæ tres virtutes, fides, spes,charitas. ergo spes est virtus.

¶RESPONDEO, dicendũ quod secundũ Philosophũ in 2.Ethico.* Virtus vniuscuiusq; rei est, q̃ bonum facit habẽtem,& opus eius bonum reddit. Oportet ergo vbicunq; inuenitur aliquis actus hominis bonus,quod respõdeat alicui virtuti humanæ. In omnibꝰ autẽ regulatis & mẽsuratis bonũ cõsideratᵉ per hoc,quod aliquid propriã regulã attingit, sicut dicimus vestẽ esse bonã,q̃ nec excedit,nec deficit à debita mensura. Humanorũ autẽ actuũ,sicut supra dictũ * est, duplex est mẽsura. Vna quidẽ ꝓxima & homogenea, scilicet ratio. Alia autẽ suprema & excedens,scilicet Deus, & ob hoc omnis actus humanus attingens ad rationẽ,aut ad ipsum Deũ,est bonus. Actus autẽ spei,de qua nunc loquimur, attingit ad Deũ. Vt enim supra dictũ est,* cùm de passione spei ageretur,obiectum spei est bonũ futurum arduũ possibile haberi. Possibile autẽ est aliquid nobis dupliciter. Vno modo p nosmetipsos, alio modo p alios,vt patet in 3.* Ethic. Inquãtum ergo speramus aliquid vt possibile nobis p diuinũ auxiliũ,spes nr̃a attingit ad ipsum Deũ,cuiꝰ auxilio innititᵉ. Et ideo patet,q̃ spes est virtꝰ, cũ faciat actũ hois bonũ, & debitã regulã attingẽtem. Cap.6. q.8.art.3. ad 3. 2.2.q.40 art.1. Lib.3.c.3.

¶ Sup Quæstionis decimæ septimæ, Articulum primum.

IN articul.primo quæstionis decimæ septimę dubiũ ex Durãdo in 26.dist.3. Sẽtentiarũ art. 1.occurrit,volente quod spes infusa est virtꝰ,large loquẽdo de virtute:sicut etiã fides.Et remittit se ad 23.dist.eiusdẽ quæstion.4.artic.2. Sed quia hęc soluta sunt superius ideo nõ replico quo ad fidẽ,sed dico similiter sicut de fide dictũ est: qd esse simpliciter & stricte virtus spes infusa:de qua est sermo. Et est sermo de spe formata,vt in precedẽti lib.quæst.65. arti. 4.patet. Ponit enim spes volũtatẽ in ꝓfectione actus,q̃ est sperare,tali supnaturali, qualẽ põt habere,vt inferius patet. art.3. hu ius q.& q.28.ar.2

¶ In eodẽ artic.in respõsione ad secundũ memẽtoi allegatæ doctrinæ ex Prima secundæ vt pspicuum tibi sit quomodo spes dupliciter dicitur ex meritis.f.quo ad rẽ expectatã,& hoc cõmune est spei formatę & informi. Et quo ad actum,& hoc est ꝓpriũ spei formatæ. Spes eñ formata,& inclinat ad sperandum ex meritis , quæ habet, & ipse etiã actus sperandi sub merito cadit,vt pote mediũ ordinãs hominẽ in vitã æternã. Quod de ipso habitu spei quũ coincidat cum prima gratia dici non potest.

¶ Sup Quæstionis decimæ septimæ Articulum secundũ.

3.dist.26. q.2.art.2. cor. fi. & ad 2.& vir.q.4. art.1 & 4 cor.fin.

IN artic.2. eiusdẽ quæstionis dubiũ occurrit, de qua beatitudine æterna sit hic sermo:scilicet de formali , an obiectiua. Quod eñ sit sermo de formali, patet ex eo, quod effectꝰ diuinæ virtutis in litera dicitur. Quod vero de obiectiua,patet ex eo,q̃ subditur. Non enim minus aliquid à Deo sperandũ est quam ipse sit. Et huic dubio annectitur alterũ quomodo cõtextus literæ in hac ratione consonat sibiipsi , assumens q̃ effectũ oportet causæ ꝓportionari, & subsumẽs Deũ prõ effectu ꝓportionato vt glos. ibidem exponit. Ergo obiectum spei est beatitudo æterna.

¶RESPONDEO, dicendũ quod sicut dictũ est,* spes,de qua loquimur,attingit Deum innitẽs eius auxilio ad cõsequẽdum bonũ sperabile. Oportet autẽ esse actũ esse causæ ꝓportionatũ,& ideo bonũ quod ꝓprie & principaliter à Deo speratur debemꝰ,est bonũ infinitũ, quod ꝓportionatur virtuti Dei adiuuãtis. Nã infinitæ virtutis est ꝓprium ad finitũ bonum producere. Hoc autẽ bonũ est vita æterna quæ in fruitione ipsius Dei consistit. Nõ enim minus aliquid ab eo sperãdum est, quã sit ipse, cum nõ sit minor eius bonitas,p quã bona creaturæ cõmunicat,quã eius essentia,& ideo ꝓprium & principale obiectum spei est beatitudo æterna. Art.præced.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ q̃ beatitudo æterna pfectè quidẽ in cor hominis non ascendit, vt scilicet cognosci possit ab homine viatore , quæ & qualis sit,sed secudũ communẽ rationem, scilicet boni perfecti cadere potest in apprehensione hominis. Et hoc modo motus spei in ipsam cõsurgit. Vnde & signanter Apostolus dicit, spes incedit vsq; ad interiora velaminis , quia id quod speramus, est nobis quasi adhuc velatum.

¶ Ad secundũ dicendũ, q̃ quæcunq; alia bona non debemus à Deo petere nisi in ordine ad beatitudinẽ æternam. Vnde & spes qdẽ principaliter respicit beatitudinẽ æternã. Alia verò, q̃ petunt à Deo,respicit secundariò in ordine ad beatitudinẽ ęternã,sicut & fides principaliter qdẽ respicit Deũ , & secundariò respicit ea q̃ ad Deũ ordinãtur, vt suprà dictum* est. Q.1.art.1. & 6.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ homo q̃ anhelat ad aliquid magnũ,paruum videtur omne aliud quod est eo minus. Et ideo homini sperãti beatitudinem æternã, habito respectu ad istã spem, nihil aliud est arduũ, sed habito respectu ad facultatem sperantis , possunt etiam quædam alia esse ardua,& secundũ hoc eorum potest esse spes in ordine ad principale obiectum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum aliquis possit sperare alteri beatitudinem æternam.

3.q.7.art. 4 ad 3.& 3.dist.26. in fi.exp. li.& vir. q.4.arti. 4.cor.

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur q̃ aliquis possit sperare alteri beatitudinem æternam. Dicit enim Apostolus Philippensium primo. Confidens hoc ipsum,quia qui cœpit in vobis opus bonum,perficiet vsq; in diem Christi Iesu. Perfectio autem illius diei,erit beatitudo æterna. ergo aliquis potest alteri sperare beatitudinem æternam.

¶ 2 Præterea,ea,quæ à Deo petimus,speramus obtinere ab eo. Sed à Deo petimꝰ q̃ alios ad beatitudinem æternam perducat,secundum illud Iacobi vlt. Orate pro inuicem, vt saluemini. Ergo possumus aliis sperare beatitudinem æternam.

¶ 3 Præterea. Spes & desperatio sunt de eodẽ. Sed aliqs potest desperare de beatitudine æterna alicuius,alioqui frustra diceret Aug.in lib.de Verbis Dñi* de nemine esse desperandũ dum viuit. Ergo etiã potest sperare aliquis alteri vitã æternã. Seros. 11. tom.10.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in Enchiridio,* q̃ spes nõ est nisi rerum ad Deũ ptinentium , qui curã eorũ, qui spem habent,gerere perhibetur. Cap.8. tom.3.

¶RESPONDEO dicendũ,q̃ spes põt esse alicuius dupliciter. Vno modo absolutè,& sic est solius boni ardui ad se ptinẽtis. Alio modo ex psuppositione alterius, & sic põt esse etiã eorum quæ ad aliũ pertinẽt. Ad cuius euidentiã sciendũ est q̃ amor & spes in hoc differunt,quod amor importat quãdam vnionẽ amãtis ad amatũ: spes autẽ importat quendã motũ siue prorensionẽ appetitus in aliquod bonũ arduum , vnio autẽ est aliquorum distinctorum , & ideo amor directè potest respicere aliũ,quẽ sibi aliquis vnit p amorẽ, habẽs eum sicut seipsum. Motus autem semp est ad ꝓpriũ terminum proportionatũ mobili , & ideo spes directè respicit ꝓprium bonũ, nõ autem quod ad aliũ ptinet. Sed prędsupposita vnione amoris ad alterũ,iam aliquis potest sperare & desiderare alteri vitam eternã , inquãtum est ei vnitus p amorẽ. Et sicut est eadẽ virtus charitatis,qua quis diligit Deum, seipsum & ꝓximũ: ita etiam est eadem virtus spei,qua quis sperat sibiipsi & alij.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum aliquis possit licitè sperare in homine.

Infra.q. 26. ar.1.ad 3.& 4. contra.ca. Cap.8.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ aliquis possit licitè sperare in homine. Spei enim obiectum est beatitudo æterna, sed ad beatitudinem æternam consequendam adiuuamur patrociniis Sanctorum. Dicit enim Gregorius in 1. Dialo. * quòd prædestinatio iuuatur precibus Sanctorum: ergo aliquis potest in homine sperare.

¶ 2 Præterea, Si nõ posset aliquis sperare in homine, nõ esset reputãdum alicui in vitiũ, quod in eo aliquis sperare nõ possit. sed hoc de quibusdã in vitiũ dicitur,vt patet Iere.9. Vnusquisq; à ꝓximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: ergo licitè potest aliquis sperare in homine.

¶ 3 Præterea, Petitio est interpretatiua spei, sicut dictum* est. sed licitè potest homo aliquid petere ab homine. ergo licitè potest sperare de eo. Art.2 hu ius quæst.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Iere.17. Maledictus homo qui confidit in homine.

¶RESPONDEO, dicendũ q̃ spes, sicut dictũ* est, duo respicit, scilicet bonũ qd obtinere intẽdit , & auxiliũ, p quod illud bonũ obtinetur. Bonũ autẽ quod aliqs sperat obtinendũ, habet rationẽ causę finalis, auxiliũ autẽ p quod aliquis sperat illud bonũ obtinere, habet rationẽ causæ efficiẽtis. In genere autẽ vtriusq; causæ inuenit principale & secundarium, principalis eñ finis est finis vltimus, secundarius autẽ finis est bonũ, quod est ad finẽ. Similiter principalis causa agẽs est primum agẽs. Secundaria verò causa efficiẽs est agẽs secundariũ instrumẽtale. Spes autẽ respicit beatitudinẽ æternã, sicut finẽ vltimũ: diuinum autẽ auxiliũ sicut primã causam inducẽtem ad beatitudinẽ. Sicut ergo nõ licet sperare aliquod bonũ præter beatitudinẽ sicut vltimũ finẽ , sed solum sicut id quod est ad finẽ beatitudinis ordinatum, ita etiã nõ licet sperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura sicut de prima causa mouẽte in beatitudinẽ. Licet autẽ sperare de aliquo homine vel de aliqua creatura, sicut de agẽte secundario & instrumẽtali, p quod aliquis adiuuatur ad quæcunq; bona consequenda in beatitudinẽ ordinata. Et hoc modo ad Sanctos conuertimur, & ab hominibus etiam aliqua petimus,& vituperãtur illi, de quibus aliquis cõsidere non potest ad auxilium ferendum. 3.dist.26. q.2.ar.2. Et vir.q. 4.ar.1.ad 6.& 7. & art.2. cor & ad 15. & 16. * 1.2.q. 64.art.4.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum spes sit virtus theologica.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod spes non sit virtus theologica. Virtus enim theologica est, quæ habet Deum pro obiecto. Sed spes nõ habet solum Deũ pro obiecto,sed etiam alia bona, quæ à Deo obtinere speramus. ergo spes non est virtus theologica.

¶ 2 Prẽterea, Virtꝰ theologica nõ cõsistit in medio duorũ vitiorum, vt supra habitum est.* Sed spes cõsistit in medio ꝓsumptionis & desperationis. Ergo spes non est virtus theologica.

¶ 3 Præterea,expectatio pertinet ad longanimitatem, quæ est species fortitudinis. Cùm ergo spes sit quædam expectatio, videtur quod spes non sit virtus theologica,sed moralis.

¶ 4 Præterea , Obiectum spei est arduum , sed tendere in arduum pertinet ad magnanimitatem , quæ est virtus moralis. Ergo spes est virtus moralis,& non theologica.

¶SED CONTRA est,quod primæ ad Corint.13. cõnumeratur spes fidei,& charitati,quæ sunt virtutes theologicæ.

¶RESPONDEO,dicẽdum q̃ cùm differẽtię specificę p se diuidãt genus , oportet attẽdere vnde habeat spes rationẽ virtutis,ad hoc vt sciamus sub qua differẽtia virtutis collocetur. Dictum est* autẽ supra , quod spes habet rationẽ virtutis ex hoc qd attingit supremã regulã humanorum actuum, quã attingit & sicut primam causam efficientem, inquantum Artic.1. & 4.hu ius quæst.

tionato, quũ effectus rationẽ habere nõ possit.

¶ Ad hoc dicitur,q̃ sermo præsens est de beatitudine obiectiua & formali. Sed de beatitudine formali contingit loqui dupliciter. Primo secundũ id quod in se formaliter est. Secũdo,secundũ quod est talis obiecti. Præsẽs sermo est de beatitudine formali , vt est talis obiecti, id est vt est assecutio Dei. Hoc eñ est principale cõsiderandũ in beatitudine hic : & sic à spe principaliter attingit. Spes enim, vt infra patebit , principaliter est de Deo,& de beatitudine formali nõ est nisi vt est ad Deũ cõiuncta. Et ideo principaliter est sermo hic de beatitudine obiectiua connotãte formalẽ: & propterea litera & effectus meminit & Dei,vtrunq; eñ hic inuenitur. Nam beatitudo formalis effectus est quidã diuinę virtutis cõiungẽs Deo. Vnde nõ subsumit Deus vt effectus, sed vt obiectũ effectus,vt etiã ipsa litteræ verba indicant. Et sic omnia consonant.

¶ Super Quæstionis decimæ septimæ Articulum quintum.

IN artic.quinto eiusdẽ quæstionis omissis tertio & quarto, complenda occurrit materia de virtute theologica inchoata in præcedenti libro,in quæstione sexagesimasecunda: Et hoc propter Scotũ, & Durandũ in hoc tractatu de spe loquentes. Scotus igitur in vigesimasexta distinctione tertij Sententiarum adeo deprimit virtutem theologicã, vt etiã spem acquisitã ponat virtutẽ theologicã,quia respicit Deũ pro regula,obiecto & agente secundũ aptitudinem,vt fundatur ab eo. Durãdus autẽ in eadẽ distinctione eiusdem tertij, artic. primo putat spem non esse necessariã ad sperãdum , sed vt prõptius,pfectius & fortius speremus,& cõsonat Scotus in vigesimatertia distinctione eiusdẽ, & in decimaseptima distinctione prima. Sed siquis diligẽter inspiciat naturã virtutis theologicæ facile percipiet hæc omnia falsa esse , quia quum cõmune sit omni virtuti, ex propria natura determinare potentiam,cuius est ad actum semper bonũ & proportionatũ obiecto , oportet virtutẽ theologicã, cuius obiectũ est Deus nõ qualitercunq; sumptus,sed vt excedẽs omnẽ intellectũ,& voluntatem creatam, ex natura suæ esse determinatiuã potentiæ, cuius est ad actum bonum tantummodo & proportionatũ tali obiecto. Et de improportione quidẽ patet , quia quum effectus non sit potior causa , & vires humanæ nõ sufficiant ptinẽtis. Alio modo ex psuppositione alterius , & sic põt esse etiã eorum quæ ad aliũ pertinẽt. Ad cuius euidentiã sciendũ est q̃ amor & spes in hoc differunt,quod amor importat quãdam vnionẽ amãtis ad amatũ: spes autẽ importat quendã motũ siue prorensionẽ appetitus in aliquod bonũ arduum , vnio autẽ est aliquorum distinctorum , & ideo amor directè potest respicere aliũ,quẽ sibi aliquis vnit p amorẽ, habẽs eum sicut seipsum. Motus autem semp est ad ꝓpriũ terminum proportionatũ mobilꝰ , & ideo spes directè respicit ꝓprium bonũ, nõ autem quod ad aliũ ptinet. Sed prędsupposita vnione amoris ad alterũ,iam aliquis potest sperare & desiderare alteri vitam eternã , inquãtum est ei vnitus p amorẽ. Et sicut est eadẽ virtus charitatis,qua quis diligit Deum, seipsum & ꝓximũ: ita etiam est eadem virtus spei,qua quis sperat sibiipsi & alij.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum aliquis possit licitè sperare in homine.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ aliquis possit licitè sperare in homine. Spei enim obiectum est beatitudo æterna, sed ad beatitudinem æternam consequendam adiuuamur patrociniis Sanctorum. Dicit enim Gregorius in 1. Dialo. * quòd prædestinatio iuuatur precibus Sanctorum: ergo aliquis potest in homine sperare.

¶ 2 Præterea, Si nõ posset aliquis sperare in homine, nõ esset reputãdum alicui in vitiũ, quod in eo aliquis sperare nõ possit. sed hoc de quibusdã in vitiũ dicitur,vt patet Iere.9. Vnusquisq; à ꝓximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: ergo licitè potest aliquis sperare in homine.

¶ 3 Præterea, Petitio est interpretatiua spei, sicut dictum* est. sed licitè potest homo aliquid petere ab homine. ergo licitè potest sperare de eo. Art.2 hu ius quæst.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Iere.17. Maledictus homo qui confidit in homine.

¶RESPONDEO, dicendũ q̃ spes, sicut dictũ* est, duo respicit, scilicet bonũ qd obtinere intẽdit , & auxiliũ, p quod illud bonũ obtinetur. Bonũ autẽ quod aliqs sperat obtinendũ, habet rationẽ causę finalis, auxiliũ autẽ p quod aliquis sperat illud bonũ obtinere, habet rationẽ causæ efficiẽtis. In genere autẽ vtriusq; causæ inuenit principale & secundarium, principalis eñ finis est finis vltimus, secundarius autẽ finis est bonũ, quod est ad finẽ. Similiter principalis causa agẽs est primum agẽs. Secundaria verò causa efficiẽs est agẽs secundariũ instrumẽtale. Spes autẽ respicit beatitudinẽ æternã, sicut finẽ vltimũ: diuinum autẽ auxiliũ sicut primã causam inducẽtem ad beatitudinẽ. Sicut ergo nõ licet sperare aliquod bonũ præter beatitudinẽ sicut vltimũ finẽ , sed solum sicut id quod est ad finẽ beatitudinis ordinatum, ita etiã nõ licet sperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura sicut de prima causa mouẽte in beatitudinẽ. Licet autẽ sperare de aliquo homine vel de aliqua creatura, sicut de agẽte secundario & instrumẽtali, p quod aliquis adiuuatur ad quæcunq; bona consequenda in beatitudinẽ ordinata. Et hoc modo ad Sanctos conuertimur, & ab hominibus etiam aliqua petimus,& vituperãtur illi, de quibus aliquis cõsidere non potest ad auxilium ferendum. 3.dist.26. q.2.ar.2. Et vir.q. 4.ar.1.ad 6.& 7. & art.2. cor & ad 15. & 16. * 1.2.q. 64.art.4.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum spes sit virtus theologica.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod spes non sit virtus theologica. Virtus enim theologica est, quæ habet Deum pro obiecto. Sed spes nõ habet solum Deũ pro obiecto,sed etiam alia bona, quæ à Deo obtinere speramus. ergo spes non est virtus theologica.

¶ 2 Prẽterea, Virtꝰ theologica nõ cõsistit in medio duorũ vitiorum, vt supra habitum est.* Sed spes cõsistit in medio ꝓsumptionis & desperationis. Ergo spes non est virtus theologica.

¶ 3 Præterea,expectatio pertinet ad longanimitatem, quæ est species fortitudinis. Cùm ergo spes sit quædam expectatio, videtur quod spes non sit virtus theologica,sed moralis.

¶ 4 Præterea , Obiectum spei est arduum , sed tendere in arduum pertinet ad magnanimitatem , quæ est virtus moralis. Ergo spes est virtus moralis,& non theologica.

¶SED CONTRA est,quod primæ ad Corint.13. cõnumeratur spes fidei,& charitati,quæ sunt virtutes theologicæ.

¶RESPONDEO,dicẽdum q̃ cùm differẽtię specificę p se diuidãt genus , oportet attẽdere vnde habeat spes rationẽ virtutis,ad hoc vt sciamus sub qua differẽtia virtutis collocetur. Dictum est* autẽ supra , quod spes habet rationẽ virtutis ex hoc qd attingit supremã regulã humanorum actuum, quã attingit & sicut primam causam efficientem, inquantum Artic.1. & 4.hu ius quæst.

ciant ad actum proportionatũ,nullus habitus earum virtute acquisitus sufficiet.De non bonitate autem probatur,quia bonitas supernaturalis,qua oportet esse semper bonum actum virtutis theologicæ, ꝓportionatum fini supernaturali,non est ab habitu naturaliter acquisito. Vnde licet fide,spe vel charitate acquisita aliquis innitatur Deo,ad Deum,propter Deum,& cætera,habitus tamen ille acquisitus non ex natura sua, sed ex studio humano inclinat in tales actus non bonos supernaturaliter, nec proportionatos supernaturali obiecto.Et hinc patet necessitas ponendi fidei, spei & charitatis habitus infusos, vt scilicet habeatur habitus ex natura sua determinatiuus ad actus bonos supernaturaliter proportionatos obiecto supernaturali. Ad hoc enim nihil acquisitum sufficit ex natura sua,vt patet.Et per hoc patet responsio ad omnia tam Scoti quàm Durandi.

2.2.q.62. artic.1.

eius auxilio innitit̃, & sicut vltimã causã finalẽ, inquantũ in eius fruitione beatitudinẽ expectat. Et sic patet, ꝙ spei, inquãtum est virt⁹, principale eius obiectũ est Deus. Cũ ergo in hoc cõsistat ratio virtutis theologicæ, ꝙ Deum habeat pro obiecto, sicut supra dictum est, manifestum est, quòd spes est virtus theologica.

¶AD PRIMVM ergo dicendum. quòd quæcunque alia spes adipisci expectat, sperat in ordine ad Deum, sicut ad vltimum finem, vel sicut ad primam causam efficientem, vt dictum est.*

¶Ad secundũ dicendum, ꝙ medium accipitur in regulatis & mensuratis, secundũ quod regula vel mensura attingitur, secundũ autẽ quod exceditur regula, est superfluũ, secundũ autem defectum à regula, est diminutum. In ipsa autẽ regula vel mẽsura non est accipere mediũ & extrema. Virtus autẽ moralis est circa ea q̃ regulantur ratione, sicut circa obiectum proprium: & ideo ꝑ se conuenit ei esse in medio ex parte ꝓprij obiecti. Sed virtus theologica est circa ipsã regulã primã nõ regulatã alia regula, sicut circa ꝓprium obiectũ: & ideo ꝑ se & secundũ propriũ obiectum non conuenit virtuti theologicæ esse in medio. Sed potest sibi competere ꝑ accidẽs, ratione eius quod ordinatur ad principale obiectũ, sicut fides non potest habere mediũ & extrema in hoc, quod innitat̃ primæ veritati, cui nullus potest nimis inniti, sed ex parte eorũ quę credit, potest habere mediũ & extrema, sicut vnũ verũ est mediũ inter duo falsa. Et similiter spes non habet mediũ & extrema ex parte principalis obiecti, quia diuino auxilio nullus potest nimis inniti, sed quantũ ad ea, quæ confidit aliquis se adepturũ, potest ibi esse mediũ & extrema inquantum vel præsumit ea quæ sunt supra suam proportionem, vel desperat de his, quæ sunt ibi proportionata.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ expectatio q̃ ponit̃ in diffinitione spei, non importat dilationem, sicut expectatio, q̃ pertinet ad longanimitatem, sed importat respectum ad auxilium diuinum, siue id, quod speratur, differatur, siue non differatur.

¶Ad quartũ dicendũ, quod magnanimitas tendit in arduũ sperans aliquid, quod

¶In eodem quinto articulo dubium occurrit circa illa verba, Ratio virtutis theologicæ consistit in hoc,quòd Deum habet pro obiecto. Quia theologia nostra habet Deum pro obiecto , vt patet in principio primæ partis, & tamẽ non est virtus theologica,alioquin essent quatuor virtutes theologicę.

¶Ad hoc dicitur, quòd theologia nostra in duobus deficit à ratione virtutis theologicæ.Primò , quia cum differat à fide in hoc, quod fides perficit intellectum respectu actus assentiẽdi , theologia autem respectu actus sciendi,qui importat assensum & euidentiam,& actus quidem assentiendi perfectus redditur ex fide , actus autem sciendi non redditur perfectus ex scientia theologica : consequens est quòd theologia non sit virtus,sed fides. Oportet siquidem virtutem opus suum perfectum reddere. Secũdò, quia differt etiã, in hoc,quòd fidei assensus terminatur immediate ad Deum,theologiæ verò cognitio terminatur ad Deum mediatè:credimus nanque Deo reuelanti, nõ quia credimus alteri.Cognoscimus autem Deum , quia cognoscimus vestigia eius,seu ipsum in vestigiis eius. Et sic licet theologia & fides conueniant in obiecto, differunt tamen in modo attingendi ipsum:scilicet mediate , vel immediate secundum rationem proprij actus. Et propterea theologia nostra in hac vita propter vtranque causam,in patria autem propter secundam non est virtus theologica:licet posset dici, quod numerus virtutum theologicarum non intelligitur assignatus nisi in præsenti vita , iuxta illud Apostoli, Nunc autem manent fides,spes,charitas.

¶In eodem articulo quinto dubium occurrit ex Durando,An spes habeat Deum pro obiecto immediato,an solum pro obiecto principali.Et clauditur in hoc dubio aliud,An ad virtutem theologicam sufficiat habere Deum pro obiecto principali,quamuis mediato.Durandus siquidem in 3. sen. distin.26. articul.2.tenens quòd sufficit habere Deum pro obiecto principali,quamuis mediato,& quod sic spes habet Deum,probat dupliciter. Primò, quia obiectum spei est obiectum amoris concupiscentiæ. Sed Deus non est obiectum immediatum amoris concupiscentiæ,ergo.Probatur minor,quia Deus secũdum se amandus est amore amicitiæ & propter se,non propter nos, quod autem concupiscimus,propter nos amamus,non propter se. Secundò, quia idẽ est obiectum delectationis & spei,licet diuersimodè , scilicet præsens vel futurum. Sed obiectum delectationis immediatum in patria non est Deus, sed beatitudo formalis,ergo beatitudo formalis est immediatum obiectum spei,& mediante ipsa Deus est eius obiectum principale, quia beatitudo formalis habet rationem rei sperandæ , vt est Dei obiectiue. Quòd autem proximum & immediatum delectationis obiectum in patria non sit Deus, sed beatitudo formalis , probat idem in primo sentent.distinct.1. multipliciter. Primò,quia obiectum immediatum amoris concupiscentiæ non est res subiecto distincta ab eo, cui concupiscitur, delectatio autem ad amorem concupiscentiæ spectat.ergo. Maior probatur dupliciter. Inductione primò, quia concupiscens vinum , non ipsum,sed vsum eius concupiscit , & sic de aliis concupitis , ergo mediante vsu vel aliquo huiusmodi : ratione deinde, quia non concupiscimus nisi bonum nostrum. Sed distinctum subiecto non est bonum nostrum, nisi mediante aliquo actu quo nobis coniungitur, ergo. Minor autem principalis, scilicet quòd delectatio de Deo spectat ad amorem concupiscentiæ , probatur , quia delectatio de Deo habito , aut spectat ad amorem beneuolentiæ aut concupiscentiæ. Non beneuolentiæ,quia delectatio beneuolentiæ respõdet desiderio de Deo,cui fatuũ est desiderare aliquod bonũ in seipso. Itẽ amor habens pro obiecto formali bonũ vtile,vel delectabile,est amor concupiscentię.Sic est in proposito.ergo.

¶Secundo principaliter, Idem est obiectum immediatum delectationis & desiderij.Sed obiectum desiderij non est Deus secundum se. Probatur , quia est aliquid futurum:Sed Deus secundum se non est futurus.ergo.

¶Tertiò,Damnati summè tristantur de Deo non secundum se, sed de carentia visionis diuinæ.ergo beati summe gaudent non de Deo secundum se,sed de visione diuina immediatè. Et tenet sequela quia Deus secundum se non est bonus beatis nisi ratione præmij:quod infert , sicut nec malus damnatis, nisi ratione mali pœnæ quam infert.

¶Quarto,quia delectationes secundum Philosophum decimo Ethic.distinguuntur secundum operationes , quas consequuntur , & secundum eas indicantur bonæ vel malæ. ergo illæ operationes sunt causæ earum , & non nisi obiectiuè,ergo obiectum proximum delectationis est operatio.

¶Quintò sic , Immediatum obiectum delectationis est tantum modo proprium illius qui delectatur , ergo non est aliquid subiecto distinctum ab eo, qui delectatur, assumptum probatur ex octauo Ethic. Amabile quidem bonum , vnicuique autem proprium. Consequentia probatur dupliciter. Primò , quia ad delectationem præexiguntur duo , scilicet consecutio boni proprij , & cognitio eiusdem. Secundò , quia conueniens pluribus , ita quod vni formaliter & alteri denominatione extrinseca,nulli conuenit, nisi ratione formalis denominationis , vt patet de sano in animali , & in medicina, & vrina. Sed esse bonum hominis conuenit subiecto in distinctis ab eo formaliter, distinctis autem subiecto denominatione extrinseca. Sol enim est bonus frigescenti causaliter , calor aũt à Sole in illo causatus est bonus illi formaliter , & sic de aliis. ergo esse bonum hominis non conuenit Deo , aut cuicunque separato ab homine, nisi ratione formalis bonitatis in homine : Imò plus, quòd sicut vna numero sanitas , quæ scilicet est in animali, est à qua omnia dicuntur sana,sic nõ est alia bonitas qua Deus dicitur bonũ hominis,& sol vel ignis bonus frigescẽti, quàm bonitas,qua beatus est bonus formaliter,& frigescẽs bene se habet.Deus ergo non est secundum se immediatum obiectum delectationis,sed actus quo nobis coniungitur.

Ar. præc. & art. 2.

¶Ad euidentiam huius alterius ordiri oportet, ostendendo primo,quare & quomodo aliquid est bonum alterius distincti subiecto ab eo. Secundò , quomodo se habet ad amorem amicitiæ & concupiscentię. Deinde descẽdemus ad propositum de virtute theologica & spe. Et sic demum satisfiet obiectis. Bonum quum sit,quod omnia appetant , vt dicitur in primo Ethicorum, & significet finem in actu exercito, vt superius declaratum fuit,eadẽ ratione & eodẽ modo aliqua res est bonum alterius, qua & quo est finis alterius. Et quũ constet , ꝙ vna res subiecto distincta & separata ab altera sit finis illius, ratione alicuius esse quod in se habet, quoniã ratione eius quod in sẽ habet, est propter quã res altera est,aut fit , oportet dicere ꝙ huiusmodi res sperata sit secundũ id quod in se est bonũ alterius.Et si diligẽtius fuerit consideratũ, manifestũ erit,ꝙ quemadmodũ in causa effectiua inueniuntur tria,ratio agẽdi,& actio & passio , vel aliquid ꝑ modũ passionis, & effectus actionis ita in bono quod exercet causam finalẽ , est ratio finalizãdi, est ipsum finalizare & est effectus eius. Et quẽadmodum in effectiuis ratio agẽdi est aliquid in ipso agente,& significatur per ly,Quo agit, ita in finalibus ratio finalizandi est in ipso fine,& significatur ꝑ ly,Cuius gratia.Constat enim quod ly, Cuius gratia Deus est causa finalis,est ipsa sua Deitas,quę est ipse.Sed actus secũdus finis non est nominatus sicut actus secundus agentis,& significatur ꝑ ly , Esse propter quod.Tunc enim tantum finis finalizat in actu,cum actu est propter quod.Effectus quoq; finis innominatus est,& significatur ꝑ ly, Propter finẽ, vt patet. Ex quibus hoc accipiendum est ꝙ sicut ad hoc,quod A. sit actiuum respectu alterius,plura cõcurrunt, scilicet ipsum agens & ratio agendi,actio & passio,& solus horum concursus non impedit immediationẽ agentis;quia nisi aliud agens mediet,immediatum agens secundum se est ipsum A.Ita ad hoc quod E.sit actu finis alterius,plura cõcurrunt,scilicet ipse finis, ratio finalizãdi in eo,ipsum finalizare,& aliquid ꝓpter finẽ,nisi alius finis intersit,immediatus finis secundũ se erit ipsum E. alterius , ac per hoc immediatũ bonũ secundum se illius.Vnde sicut non conuenit negare agens immediatum alterius separari,quia mediat actio,aut quia interuenit passio , ita non conuenit negare finẽ seu bonũ immediatum alterius sperati, quia interuenit esse propter ꝙ,& esse propter finem. Vt autem clarius etiam à nouitiis percipiantur, exemplo simul & autoritate manifestatur. Ponit Aristoteles in duodecimo Metaphysicorum, vltra bonum in ipso vniuerso,bonũ ipsius vniuersi separatum ab ipso,scilicet Deũ.Certum est ex hoc , ꝙ Deus est res separata ab vniuerso, & ꝙ ratio, qua Deus est bonum vniuersi,ipsa sua Deitas est,& ꝙ inter Deum & vniuersum etiã si fingendi daretur licẽtia,nihil mediat. Hinc enim est vniuersum concludens omnia,alioquin vniuersum non est. Inde verò est solus Deus gloriosus in seipso , & est non solum bonum,sed summũ bonum vniuersi. Est enim vniuersum propter Deum vt finẽ immediatũ (vt patet) sicut est ab eo,vt agente immediato.Quãuis igitur nunquã Deus esset finis & bonũ vniuersi,nisi vniuersum esset propter ipsum,qd sonat effectũ causę finalis,non tamẽ propterea mediatio aliqua est.Et hinc patet quã periculosè errauerit Durandus, negans Deum esse secundũ se bonũ immediatũ alicuius. Quod etiam in nobis patet. Constat enim , ꝙ amicus vt sic est amabilis ab amico,ergo vt sic,est bonus amico,quia amabile quidẽ bonum,vnicuiq; autem proprium.Sed vt sic est separatus subiecto ab amico,quia amicitia est ad alterũ.ergo res separata subiecto vt sic,est bonũ immediatum alterius. Et est sermo de amico vt amabilis amore amicitiæ,nõ concupiscẽtiæ.Constat enĩ, ꝙ amico volo bonũ vitæ & reliquorũ bonorum, non vt habeam,aut vtar aut fruar ipso,& vniuersaliter nõ propter me, sed propter ipsum amicũ.Ergo immediatum bonum alterius potest esse res separata subiecto secundũ seipsum.

¶Et hinc incipit patere secundũ , quomodo scilicet se habeat bonũ alterius ad amorẽ amicitiæ & cõcupiscentiæ.Ex hoc enim patet,ꝙ obiectũ immediatum amoris amicitiæ, est separata ab amãte res secundũ seipsam , & hoc qui negat,neget amicitiam, & inter virtutes theologicas neget charitatem esse amorem,quo Deus secundum seipsum,in seipso,propter seipsum amatur. Et sic aut dicãt amari bonũ,non ꝓpriũ, quũ charitate diligimus Deum & alios amicos, aut fateantur Deum & amicos secundum se esse inter propria bona amãtium,quod est verũ.Ex his autẽ patet,ꝙ immediatũ obiectũ amoris amicitiæ est bonũ separatũ à subiecto secundũ seipsum.Et cũ cuiusq; amoris obiectũ immediatũ vt sic, sit ꝓpriũ bonum amãtis,vt patet ex autoritate inducta,cõsequens est,ꝙ res separata secundũ se sit bonũ immediatè amabile amore amicitiæ,ac ꝑ hoc obiectũ dilectionis ad talem amorẽ spectãtis. Neq; enim est amicus q nõ gaudet de bonis amici,secundũ seipsum amicũ tãtum. De cõcupito verò scito ꝙ duplicẽ habet respectũ, scilicet ad concupiscẽtem, & ad eũ,cui cõcupiscitur,siue iste sit ipsemet cõcupiscẽs,siue alter. Concupitũ enim oportet ab aliquo & alicui cõcupisci.Si cõparet̃ ad cõcupiscentem, sic habet rationẽ cuiusdã termini & finis , quoniã terminat actum concupiscẽdi & in hoc exercet rationẽ finis non simpliciter, sed secundum quid,sicut medium in motu habet rationẽ termini secundũ quid,scilicet respectu prçcedẽtis partis. Si autẽ cõparetur ad eum,cui cõcupiscit̃, sic apparet prima fronte, quod habeat rationẽ eius,quod est propter finẽ : quia concupitũ alicui ordinatur in illum tanquam finem,quia vt sic nõ aliter amatur, nisi ꝓpter illum. Veruntamẽ non sic est:quod probatur ex eo, quòd eadem ratio est de dono seu dato alteri,& de cõcupito. Actus enim exterior,signũ & effectus est actus interioris.Quod enim alteri dat̃,illi proculdubio cõcupiscitur.Sed cõstat datum alteri vt sic non ordinari in illum,cui datum est vt finẽ , ergo cõcupitũ vt sic,non ordinat̃ ad eum,cui cõcupiscit̃,vt finẽ. Manifestatur minor ex autoritate Scripturæ tradẽtis,ꝙ Deus dedit filiũ suũ nobis,ita quod in hoc cõmẽdatur charitatis diuinæ excellẽtia,quod non solũ dedit nobis redemptionem,doctrinã,& alios effectus,quos filius Dei fecit,sed dedit nobis ipsum filium,vt discernas,ꝙ non solum dedit filiũ secundũ effectus,sed etiã seipsum, quamuis

quamuis nunquam ista datio exerceatur,nisi concurrẽte aliquo effectu. Hoc enim nõ impedit quin etiã ipse Deus,secundum id quod in se est,detur, alioquin tota fides incarnationis filij Dei perit.Et fundatur hoc quia quot modis contingit aliquid esse bonũ alicuius amati,tot modis contingit esse concupitũ illi,alioquin non posset quis velle alicui omnia sua bona. Sed cõtingit aliquid esse bonũ alterius non solũ propter ipsum, sed econuerso vt finem ipsius.Ergo cõtingit aliquid esse concupitũ alicui,quod non ordinatur ad illud vt finẽ, sed econuerso.Possum enim concupiscere amico mihi, vel amico meo finẽ vltimum,propter quẽ sum⁹ absq; derogatione illius finis , q̃ interueniret , si ipse finis ordinaretur in me,vel amicũ,vt in finẽ. Aliud est ergo concupiscere hoc mihi , & aliud concupiscere hoc propter me. Cum his tamẽ tenet quod omne concupitum secũdum aliquid est propter eum,qui concupiscitur, quia oportet saluare in omni concupito amorẽ amicitiæ, quo magis amatur is cui concupiscitur,quã concupitum.Vnde si concupita res sit simpliciter ordinabilis in eum concupiscibiliter,vt finẽ concupitum, simpliciter habet rationẽ eius,quod est esse propter amicũ.Si autẽ non sit simpliciter ordinabilis in eum vt finẽ,tunc concupitum secundũ quid tantum,scilicet secundum aliquem effectum eius habet rationem eius quod est esse propter amicum.Et quoniam concupitum non est significans amatum propter alterum,sed amatum alteri,& consequenter non significans bonum propter alterum,sed bonũ alterius,cui scilicet concupiscitur, quod amicitia amatur, ad vtrunq; scilicet ordinabile simpliciter, & non ordinabile simpliciter se extendit,& ꝑ consequens oportet vt abstrahat ab vtroque.Et,vt dictũ est,non habet rationẽ eius quod est esse propter amicum seu finem simpliciter , sed eius quod est esse amici vel amico. Et ꝓpterea oportet interuenire aliquid quod saltẽ secundum quid propter amicũ sit.Et hæc de duobus primo propositis.

¶Quo ad tertiũ sciendũ est , quod virtutẽ theologicã oportet habere Deũ, vt supernaturalis ordinis & pro immediato obiecto , & propterea religio & theologia & timor Dñi,non computantur inter virtutes theologicas,vt Autor dicit in quolibeto, De virtutibus,quæst.1.artic.12.ad 11.Et quoniã spes ad amorẽ concupiscentiæ spectãs,Deũ respicit vt primum efficiens & vltimum finẽ,vt in litera dicitur,& ꝓpterea virtus theologica est:oportet dicere,quod vtroq; modo iam mediate respicit Deum.Et quod respiciat Deũ immediate vt efficiens,etiã ipse Durãdus fatetur.Et ꝓpterea ex hoc manifestatur, quod respiciat etiã Deum vt finẽ vltimũ immediate. Cõstat enim quod spes sic respicit Deũ vt agentẽ immediate,quod respicit ipsum vt agat,subueniat , & ꝑ ducat in vltimũ finẽ.Nihil ergo obstat immediationi actio & effectus agẽtis ad quæ respicit spes.Sic quoq; respicit Deũ vt vltimũ finẽ immediate , quod respicit ipsum vt finaliter in actu , secundũ supremũ modum,puta quietãdo & satiando affectum. Non igitur obstat immediationi, quod finalizatio & effectus finis vltimi speretur. Quemadmodum igitur sperans à Deo, immediate sperat,ita Deum sibi immediate sperat vt finem,vt sic ęqua sint à quo, & quod speratur,vt prædictum fuit.Et hanc esse mentem Autoris in responsione ad secundum patet,vbi cum in corpore articuli dixisset,Deũ principale obiectum spei,addidit,quòd est proprium obiectum spei,ita vt quia secundũ ꝓprium obiectum attenditur per se habere vel non habere mediu,ideo spes per se non habet medium.Constat nanq; ꝓprium virtutis obiectum esse immediatum illius obiectum ex natura sua.Vnde ad obiecta respondetur.

¶Ad primum igitur Durãdi negatur,ꝙ Deus secundum se , id est secundum id quod in se est,non sit obiectum amoris concupiscentiæ. Potest enim concupisci alteri,non vt propter illum,sed econuerso vt finis illius:quia sic est bonum illius. Et ad probationem dicitur,quod Deus secundum se debet amari amore amicitiæ principaliter,sed non tantum : quoniam potest amari etiam amore concupiscentiæ.Et cũm dicitur, Quia non potest amari Deus propter nos,respondetur,quod non potest amari propter nos,sed nobis.Quod concupiscitur autem , potest secundum se quidem amari nobis , secundum autem effectum eius propter nos. Et sic spe concupisco Deum ipsum secundum id quod est in se mihi & secundum effectum suum propter me.

¶Ad secundum negatur minor,vt pote falsa & damnanda.Et ad primã probationẽ ex primo sententiarũ dicitur,quod falsum est delectationẽ spectare ad concupiscentiæ amorem tantum. Spectat nãq; etiam ad amorem amicitiæ.Non enim est amicus,qui non delectatur de bonis amici. Vnde beatorũ præcipuum gaudium est de bono Dei in seipso Deo, sicut præcipuus amor eorum est amor boni diuini in seipso. Secũdarium autem eorũ gaudium est de beatitudine formali.Et oppositum sentire miror, quomodo in mentem vacãtis Philosophię & theologiæ cadere possit.Veruntamẽ sigillatim respondendo negatur etiã , quod obiectum immediatũ amoris concupiscentiæ non sit res aliqua distincta subiecto.Et ad inductionẽ dicitur,quod male videtur exponere obiectum mediatũ vel immediatum.Quũ enim distinctio ad minus sit inter duo , distinctio obiectorum non est, vbi duo obiecta non sunt ac per hoc non habet ibi locum distinctio de obiecto mediato & immediato.Distinctio autẽ formalis rerũ omnium,per formã seu formalem rationẽ, quum sit, consequens est vt vbi tantũ duo obiecta sint, vbi sunt duæ rationes obiectorum:sicut ibi tantum sunt duo agentia, vbi sunt duæ rationes agendi , siue vt agentis & instrumenti,siue quocunq; alio modo multiplicẽtur. Constat autẽ quandoq; concupitum esse vnum tantum,vt cum concupiscitur vinum ,quãdoq; multa,vt cum quis vult mœchari vt furetur.Et in primo vnũ obiectum est,scilicet potus vini,in secundo autem duo , quorum vnum est medium ad aliud. Arguens autẽ accipit in vno obiecto duo obiecta,acsi concupiscẽs vnũ appeteret duo , scilicet potum vini & vinum , quod est falsum , quia loquimur quãdo vinũ,non appetit̃, nisi vt potetur.Si enim appeteretur,vt possideretur & potaretur,tunc essent duo ordinata.Vnde ex hoc,ꝙ vinũ,& quicquid eiusmodi est,non appetitur, nisi ratione vsus,non concluditur quod res extra non sit immediatum obiectum concupiscentiæ.Sed si inductio esset sufficiẽs, manifestaret quod res extrà nõ cõcupiscitur,nisi vt est materia vsus. Sed nec ad hoc inductio sufficit: quoniã res extra dupliciter potest esse bonum alterius,ac ꝑ hoc illi cõcupisci. Primo,vt materia vsus, vt vinum potandum, & alia huiusmodi. Secundo , secundum se, & vt materia vsus seu operationis alicuius: & tunc haberet locum distinctio de obiecto mediato & immediato,quãdo res extra secundum se amaretur : quia amatur secundũ quod materia operis.Et esset distinguendum de medio secundũ ordinẽ executionis,vel intentionis,quoniã prępostere se habet. Sed inductio non fit nisi de re extrà , secundum quod est materia vsus, & ideo non sufficit.Finis nanq; secundũ seipsum est bonum eius,quod est ad finem,ac per hoc concupiscitur illi,non vt materia vsus,sed secundum se. Et rursus Deo concupiscimus viuere nostrum. Concupiscimus enim vt Deo viuamus propter ipsum Deum,vt sic vtrinque pateat,scilicet quod finẽ ei,quod propter finem, econtra secundum seipsa separata subiecto:imo in infinitum distantia , vt Deus & nos contingit concupisci. Neque enim concupiscimus Deo nostrum viuere: vt ipse vtatur eo,sed propter eum,quia sibi debetur.Nec Deum nobis vt præcise fruamur Deo,sed quia secundum se est finis noster.

¶Ad rationẽ autẽ dicitur,quum dicitur, Res separata non est bonum nostrũ nisi propter aliquam actionẽ,qua nobis coniungitur, potest dupliciter intelligi.Primo vt ly,Nisi propter actionem , denotet rationem qua est bonum nostrum.Secundò,vt denotet conditionem,sine qua non est bonũ nostrũ.In primo sensu est falsum quod dicitur,vt iam declaratũ est. In secundo autẽ verũ est,sed hoc modo non est ad propositum arguentis , sed primo modo tãtum. Patent hæc in effectiuis.Agens enim non est agens nostri,nisi propter aliquã operationẽ , qua nobis cõiungitur,non tamen propterea est agens mediatũ, aut materia agẽtis,aut secundũ se non est agens , quoniã secundũ id quod in se,habet rationẽ agendi in nos. Simile enim est in bono nostro quod exercet causam finalẽ respectu nostri,vt patet ex dictis. Ad probationẽ autẽ minoris, quod delectatio de Deo in patria spectet ad amorẽ concupiscentiæ , quia respondet desiderio:respondetur,quod delectatio patriæ non oportet,quòd respondeat omni actui charitatis in via,nisi secundũ identitatẽ obiecti formalis charitatis,sed sufficit quod respõdeat primo actui,qui est amare. Amamus autem hic bonum Dei in seipso,& ideo delectabimur ibi de Deo in seipso.

¶Ad secundum dicitur,quod ista propositio, Idem est obiectum desiderij & delectationis,potest dupliciter intelligi.Primo de identitate obiecti omnimoda,& sic est falsa:tum quia actus distinguũtur per obiecta,tum quia delectabile nihil imperfectionis ponit in eo,qui delectatur. Desiderabile autẽ ponit absentiã sui in desiderante,vel cui desideratur. Vnde bonitas diuina est Deo summe delectabilis,non tamen desiderabilis.Secundo potest intelligi de idẽtitate rationis formalis tenentis se pręcise ex parte obiecti,vt sit sensus,quod quicquid est in re,quo res potest delectari , eodem potest desiderari , & sic est vera,quantum est ex meritis rei. Bonum enim diuinum in seipso est ex se summe delectabile & desiderabile. Sed quod non desideretur , est quia non inueniri potest desiderans,quia ponit imperfectionem in eo.Et propterea debet dici , quod omne delectabile potest esse etiã desiderabile formaliter vel virtualiter,scilicet esse tale quod causaret desiderium,si inueniri posset desiderans. Argumentum autem loquitur de idẽtitate omnimoda obiecti, quia ponit futurum ex parte obiecti desiderij. Futuritio enim in desiderio intellectuali redundat in obiectum ex dispositione subiecti , cui oportet obiectum non adesse si desideratur,& ideo ratio nihil concludit.

¶Ad tertiũ negatur sequela , quia dãnati habent voluntatem inordinatã & peruersam.Et ideo non summe dolent de malo culpæ , quod est contra bonũ diuinũ in seipso:sed de malo pœnæ,quod est contra participationẽ eius.Beati vero habẽt voluntatẽ rectã,& magis gaudent de bono diuino in seipso,q̃ de eius participatione.Probatione autẽ allata , scilicet Deus nõ est bonus beatis, nisi ratione prçmij quod dat,falsa est,vt patet ex dictis.

¶Ad quartũ negat̃,quod operationes q̃ sunt causæ delectationũ,sint causæ earũ nõ nisi obiectiuæ:Stat enĩ,quod sint causæ earũ vt afferẽtes obiecta.Et sic est in operatione,qua cõiungit̃ amicus,de quo est delectatio secundũ seipsum, Vnde operatio ponitur propria causa delectationis nõ autẽ ꝓpriũ obiectum.

¶Ad quintum negatur sequela.Et ad primã probationẽ dicitur quod destruit seipsam.Nam si ad delectationẽ præexigitur consecutio boni proprij,consequens est,quod illud exterius cuius consecutio requiritur , est proprium bonum, & non sola consecutio illius sit bonum.Nam ideo consequi illud appetit,quia est proprium bonum,& non ecõuerso, ideo est propriũ bonum:quia consequimur illud.Non ergo consecutione fit bonum nostrum , vt Arguens intendit,sed prius,natura saltem,est bonum nostrum ratione sui , quã consecutione habeatur. Ad secundam autẽ de denominatione,negatur minor, cũ præcisione intellecta:aliter enim nihil cõcludit. Negatur enim ꝙ esse bonũ hominis,intrinsecus ei cõueniat formaliter,extrinsecus autẽ subiecto cõueniat tantũ denominatione extrinseca. Stat enim , quod secundũ vnã rationẽ bonitatis sic sit,& secundũ aliã non.Bonum enim nõ est vnius tantum rationis formalis,sicut sanum,sed est trãscendens cõmune omnibus generibus, vt patet in 1.Ethi.Vnde dico quod Deus inquantum finis, est bonũ denominatione intrinseca,quia est bonũ meũ sua intrinseca bonitate diuina,quæ est finis meus, ꝓpter quẽ ego sum.Sed ego sum bon⁹ illa bonitate diuina denomi-

natione

Universidad de Deusto Biblioteca

est suæ potestatis: vnde propriè respicit operationem aliquorum magnorū. Sed spes secundum quod est virtus theologica, respicit arduum alterius auxilio assequendum, vt dictum est.*

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum spes sit virtus distincta ab aliis virtutibus theologicis.

AD SEXTVM sic pceditur. Videtur quod spes nō sit virt⁹ distincta ab aliis virtutib⁹ theologicis. Habitus enim distinguūtur secundū obiecta, vt supra dictū* est. Sed idē est obiectū spei & aliarū virtutum theologicarū. Ergo spes nō distinguitur ab aliis virtutibus theologicis.

¶2 Prçterea, In symbolo fidei, in quo fidē profitemur, dicitur, Expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Sed expectatio futuræ beatitudinis pertinet ad spem, vt supra dictum est *. ergo spes à fide non distinguitur.

¶3 Præterea, p spem homo tēdit in Deū. Sed hoc propriè pertinet ad Charitatē. Ergo spes à charitate non distinguitur.

¶SED CONTRA. Vbi non est distinctio, ibi non numerus. Sed spes cōnumerat̃ aliis virtutibus theologicis. Dicit em̄ Greg. in 1. Moral.* esse tres virtutes, spē, fidē & charitatē. Ergo spes est virtus distincta ab aliis virtutibus theologicis.

¶RESPONDEO dicendū ꝙ virtus aliqua dicit̃ esse theologica ex hoc, ꝙ habet Deū pro obiecto, cui inhæret: Potest autē aliquis alicui inhærere dupliciter. Vno modo propter seipsum: alio modo inquantum ex eo in aliud deuenitur. Charitas ergo facit hominē Deo inhærere propter seipsum, mentē hominis vniēs Deo p affectum amoris. Spes autē & fides faciunt hominē inhærere Deo sicut cuidam principio, ex quo aliqua nobis proueniunt. De Deo autem puenit nobis & cognitio veritatis, & adeptio perfectę bonitatis. Fides ergo facit hominē Deo inhærere, inquantum est nobis principiū cognoscēdi veritatē. Credimus enim ea vera esse, quæ nobis à Deo dicūtur. Spes autem facit Deo adhærere, prout est in nobis principium perfectæ bonitatis, inquantùm scilicet p spem diuino auxilio innitimur ad beatitudinem obtinēdam.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, qđ Deus secundū aliam, & aliam rationē est obiectū harum virtutum, vt* dictum est.

¶ Ad distinctionē aūt habituū sufficit diuersa ratio obiecti, vt supra habitū est.*

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ expectatio ponitur in symbolo fidei, nō qa sit actus pprius fidei, sed inquantū actus spei præsupponit fidē, vt infra * dicetur, & sic actus fidei manifestatur per actus spei.

¶ Ad tertium dicendum, quod spes facit tendere in Deum, sicut in quoddam bonum finale adipiscendū, & sicut in quoddam adiutorium efficax ad subueniendū. Sed charitas propriè facit tendere in deū vniendo affectum hominis Deo, vt scilicet homo non sibi viuat, sed Deo.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum spes præcedat fidem.

AD SEPTIMVM sic pceditur. Videtur quod spes pcedat fidē, quia sup illud Psal. Spera in Dn̄o, & fac bonitatem, dicit glo.* Spes est introitus fidei, initiū salutis. Sed salus est p fidem, p quā iustificamur. ergo spes præcedit fidem.

¶2 Præterea, Illud quod ponitur in diffinitione alicuius, debet esse prius & magis notū. Sed spes ponitur in diffinitione fidei, vt patet Heb. 11. Fides est substantia sperandarū rerū: ergo spes est prior fide.

¶3 Præterea, Spes præcedit actū meritoriū. Dicit em̄ Apost. 1. ad Cor. 9. ꝙ q arat, debet arare i spe fruct⁹ pcipiēdi. Sed act⁹ fidei est meritori⁹. ergo spes pcedit fidē.

¶SED CONTRA est, quod Mat. 1. dicitur, Abraham genuit Isaac, id est fides spem, sicut dicit glos.*

¶RESPONDEO, dicēdū quod fides absolutè pcedit spē. Obiectū em̄ spei est bonū futurū arduū possibile haberi. Ad hoc ergo, ꝙ aliquis speret, requiritur quod obiectū spei pponatur ei, vt possibile. Obiectum autem spei est vno modo beatitudo æterna, & alio modo diuinum auxiliū, vt ex dictis patet.* Et vtrūq; eorū pponit̃ nobis p fidē, perquā nobis innotescit, quod ad vitā æternā possumus puenire, & quod ad hoc paratū est nobis diuinū auxiliū, secundum illud Hebr. 11. Accedentē ad Deū oportet credere quia est, & qa inquirētib⁹ se remunerator est. Vnde manifestū est qđ fides pręcedit spē.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut glo. ibidem subdit, Spes dicitur introitus fidei, id est rei creditæ, quia per spem intratur ad videndum id quod creditur. Vel potest dici, ꝙ est introitus fidei: quia per eam homo intrat ad hoc, quod stabiliatur & perficiatur in fide.

¶ Ad secundum dicendum: quòd in diffinitione fidei ponitur res speranda, quia proprium obiectum fidei non est apparēs secundum seipsum. Vnde fuit necessarium, vt quadā circūlocutione designaretur per id quod consequitur ad fidem.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ nō omnis act⁹ meritorius habet spē præcedentē, sed sufficit si habeat cōcomitātē vel cōsequentē.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum charitas sit prior spe.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videt̃ ꝙ charitas sit prior spe. Dicit em̄ Ambr.* sup illud Luc. 17. Si habueritis fidē sicut granū sinapis, &c. Ex fide est charitas, ex charitate spes. Sed fides est prior charitate. ergo charitas ē prior spe.

¶2 Prçter.* Aug. dicit. 14. de ciuitate Dei ꝙ boni motus atq; affectus ex amore & sancta charitate veniūt. Sed sperare, secūdum quod est actus spei, est quidā bonus animi motus. ergo deriuatur à charitate.

¶3 Præterea. Magister dicit 26. dist. 3. lib. senten. quod spes ex meritis prouenit, quæ præcedunt nō solum rem speratam, sed etiam spem, quam natura præit charitas. ergo charitas est prior spe.

¶SED CONTRA est, quod Apo. dicit 1. ad Tim. 1. Finis pcepti charitas est de corde puro, & cōscientia bona, glos.* id est, spe. ergo spes est prior charitate.

¶RESPONDEO, dicēdum quod duplex est ordo. Vnus quidē secundum viam generationis & naturæ, secundum quem imperfectum prius est perfecto. Alius autē ordo est perfectionis & formæ, secundū quem perfectū naturaliter pri⁹ est imperfecto. Secundū ergo primū ordinem spes est prior charitate. Quod sic patet, quia spes & omnis appetitiuus motus ex amore deriuatur, vt supra habitū* est, cum de passionibus ageretur. Amor autem quidā est perfectus, quidā imperfectus. Perfectus quidem amor est, quo aliquis secundum se amatur, vt puta cum aliquis secundū se vult alicui bonū, sicut homo amat amicū. Imperfectus amor est,

natiōe extrinseca, & cū hoc stat, quod ego sum bonus bonitate morali quā habeo denominatione intrinseca, & Deus vt bonificās me tali bonitate est bonū meū denominatione extrinseca. *[Art. 1. huius q.]* Et in vtroq; exemplo non numeratur formalis bonitas, vt patet. Hoc enim cōmune est omnibus nominibus ab vno, vel ad vnum, vel in vno. Ex quibus patet vanus & periculosus istius labor, & veritas tenenda. *[3 dis. 26. q. 2. ar. 3. quæ. 1. Et virt. q. 2. art. 3. cor. & q. 4. ar. 3. ad 9. * 1.2.q. 54. art. 2.]*

¶ In eodē quinto articulo, in respōsione ad secūdum aduerte, quod autor duob⁹ modis, & vtroque p accidēs, hactenus dixit virtutē theologicā esse in medio, scilicet ex parte nostri, vt patet in præcedēti lib. quæst. 64. artic. 4. *[Art. præc. & 2. huius q.]* & quantū ad secundariū obiectū, vt patet hic. Et licet habere mediū quantū ad secundarium obiectū, aliquid ex parte nostri cōnotet, vt in fine huius responsionis litera quātum ad spē insinuat, & superius de credito declarauim⁹, *[Cap. 28.]* si tamen aduertimus, ꝙ obiecta hæc secundaria secundū se sunt in medio, quia exceduntur & excedunt, non irrationabiliter dicemus virtutē theologicam non per se sed per accidens esse in medio, duabus viis, scilicet ex parte subiecti, & ex parte obiecti secūdarij. Obiectiones aūt Scoti de actu virtutis theologicæ, quod est in medio etiā in attingēdo obiectū primariū, in loco pdicto solutæ sunt. Obiectiones autē Durandi in quæst. 2. 7. distin. 3. Sententiarū, ad probandum ꝙ virtus theologica est in medio duorū vitiorum nūc soluendæ occurrūt. Arguit ergo, quia sicut inuenitur mediū cum superabundantia & defectu in passionibus respectu regulæ naturalis, ita inuenitur in actibus rationis respectu regulæ supernaturalis excedere, deficere & æquari, vt patet in fide. *[In corp. 1.2.q 54. art. 2.]* Contingit enim credere plusquam oportet, & minus quam oportet, & quantū oportet, licet extrema infidelitatis vitia sint innominata, sic spes est media inter prçsumptionem & desperationem, *[Ar. seq.]* sed hoc facile soluitur, si ratio literæ inspiciatur penes quid attendatur habere per se medium, scilicet penes obiectum, ita ꝙ proprium obiectum sit in medio excessus, vel defectus regulæ. Quod constat non habere locum in Deo glorioso, q est ipsa regula & obiectum proprium virtutis theologicæ. *[1.2.q. 61. ar. 4. cor. Et 3. dist. 23. q. 2. art. 5. Et virt. q. 2. art. 3. ad 15. * Cassio. in hunc locum.]* Vnde argumentum deficit in similitudine, quia in passionibus inuenitur medium cum extremis secundū proprium obiectum, ita quod in obiecto est medium inter excedens & deficiens à regula. Non sic autem est in actibus rationis nostræ habentibus Deum pro proprio obiecto, quoniā in eis secundū proprium obiectum non est mediū, & excedens, & cętera. quoniam ipsum obiectum est ipsa regula, in qua nō sunt extrema. Quod autē dicitur, quod contingit credere plusquam oportet, *[Glo. interli.]* si ad obiectum formale fidei referatur falsissimum est, non em̄ potest nimiū credi Deo. Si vero ad credita referatur, iam dictum est, quod est per accidens tā in fide, quam in spe. Et propterea innominatæ non sunt infidelitatis species, *[Ar. 1. & 2. & 6. huius q.]* nisi multiplicatæ p accidēs secundū errores diuersos, quas superius dictum est esse infinitas.

¶ Super Quæstionis decimæ septimæ Articulum sextum.

IN artic. 6. eiusdem. 17 quæstionis aduerte, quod Autor ex notioribus docens, noluit assumere differētias Dei, vt obiectū est harū virtutū absolute: sed assumpsit differentias eiusdem, vt obiectum est, cui inhæret virtus theologica. Differentiæ siquidē obiecti absolute penes verum & bonum, quo ad fidem & alias virtutes, & penes bonum Dei, & nostrū, quo ad charitatē & spem sumuntur. Sed differentiæ obiecti, vt cui inhæremus, penes modos in litera expressos sumuntur, scilicet penes esse cui creditur, à quo habendum est, & propter quem, & cętera. *[1.2.q. 56. art. 4. Et 3. dist. 20. q. 1. art. 3. Et q. 2. Et virt. q. 4. art. 3.]* Hæc enim Deum trifariam significant. Primū enim, vt dicētem, quod in litera dicitur principium veritatis: secundū vt largientem, quod in litera dicitur principiū bonitatis: tertium vt finem vltimum. *[Lib. 8. in Luc. in titul. de virtute fidei tom. 5.]*

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, aduerte, quod finis vltimus est finis vltimus noster secundum seipsum, *[Cap. 9. tom. 5.]* vt prædictum est. Et est non propter nos, sed propter seipsum & charitas in hoc differt à spe secundum differentias obiecti absolute, quod charitas fertur in vltimum finem propter se ipsum, spes vero in finē vltimum vt nostrum. *[Glo. interli.]* Quod Autor ab effectu significauit, ab adeptione, scilicet dicens ad bonum finale adipiscendum, sicut etiam Deum vt finem vltimum propter se, ab effectu manifestauit, vt homo viuat non sibi, sed Deo. Et hic Autor differentiam inter has virtutes ex parte obiecti, absolute mōstrauit, *[1.2.q. 29. art. 2.]* & ad hoc insinuādum vtranque differentiam, ex parte spei posuit in hac responsione, vt patet in litera.

¶ In respon

quo qs amat aliquid nō secundū ipsum, sed vt illud bonum sibiipsi pueniat, sicut homo amat rem, quā cōcupiscit. Primus autē amor ptinēt ad charitatem, q̄ inhæret Deo secūdum seipsum. Sed spes pertinet ad secundū amorem, qa ille q sperat, aliquid sibi obtinere intēdit. Et ideo in via generationis spes est prior charitate. Sicut em̄ aliquis introducit̃ ad amandum Deum p hoc, ꝙ timēns ab ipso puniri, cessat à peccato, vt August.* dicit sup primā Canonicā Ioan. ita etiam spes introducit ad charitatē inquātum aliquis sperās remunerari à Deo, accendit̃ ad amādum Deū, & seruandum pcepta eius. Sed secundum ordinē pfectionis, charitas prior est naturaliter. Et ideo adueniē te charitate, spes perfectior reddit̃: quia de amicis maximè speramus. Et hoc modo dicit Ambro. ꝙ spes est ex charitate.

¶ Vnde patet responsio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicēdum ꝙ spes & omnis motus appetitiuus ex amore prouenit aliquo, quo scilicet aliquis amat bonum expectatum. Sed nō omnis spes prouenit à charitate, sed solum motus spei formatæ, qua scilicet aliquis sperat bonum à Deo vt ab amico.

¶ Ad tertiū dicēdum, ꝙ Magister loquit̃ de spe formata, quā naturaliter pręcedit charitas, & merita ex charitate causata.

QVÆSTIO DECIMAOCTAua, de subiecto spei, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de subiecto spei. ¶ Et circa hoc quęruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum virtus spei sit in voluntate sicut in subiecto. ¶ Secundò, vtrum sit in beatis. ¶ Tertiò, vtrum sit in damnatis. ¶ Quarto, vtrum in viatoribus habeat certitudinem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum spes sit in voluntate sicut in subiecto.

AD PRIMVM sic procedit̃. Videtur, ꝙ spes nō sit in volūtate sicut in subiecto. Spei em̄ obiectū est bonū arduū, vt supra dictum* est. Arduū autē non est obiectum voluntatis, sed irascibilis. ergo spes non est in voluntate, sed in irascibili.

¶ 2 Præterea, Ei ad quod vnum sufficit, superfluè apponitur aliud. Sed ad perficiendum potentiam voluntatis sufficit charitas, quæ est perfectissima virtutum, ergo spes non est in voluntate.

¶ 3 Præterea, Vna potētia nō potest simul esse in duob⁹ actib⁹, sicut intellectus non potest simul multa intelligere. Sed actus spei simul potest esse cū actu charitatis: ergo cū actus charitatis manifestè pertineat ad volūtatem, act⁹ spei nō ptinet ad ipsam. Sic ergo spes nō est in voluntate.

¶SED CONTRA, Anima nō est capax Dei, nisi secundū mentē, in qua est memoria, intelligētia & volūtas, vt patet p Aug. in lib. de Tri.* Sed spes est virtus theologica, habēs Deum p obiecto. Cùm ergo nō sit neq; in memoria, neq; in intelligētia, q̄ ptinet ad vim cognoscitiuā, relinquit̃, ꝙ sit in volūtate sicut i subiecto.

¶RESPONDEO, dicēdum quod sicut ex pdictis patet,* habitus p actus cognoscunt̃. Actus autē spei est quidā mot⁹ appetitiuę partis, cū sit eius obiectum bonū. Cum autē sit duplex appetitus in homine, scilicet appetitus sensitiuus, q diuiditur p irascibilē & cōcupiscibilē, & appetitus intellectiuus, q dicit̃ voluntas: vt in 1. habitū* est, illi motus q sunt in appetitu inferiori, sunt cum passione, in superiori autē d sine passione, vt ex s̄. dictis * patet. Actus autē virtutis spei nō potest pertinere ad appetitum sensitiuum, quia bonum quod est obiectū principale huius virtutis, nō est aliquod bonū sensibile, sed bonū diuinum. Et ideo spes est in appetitu superiori, q dicitur voluntas sicut in subiecto. Nō autem in appetitu inferiori, ad quem pertinet irascibilis.

¶AD PRIMVM ergo dicendū qđ irascibilis obiectum est arduū sensibile. Obiectū autē virtutis spei est arduū intelligibile, vel potius s̄. intellectū existens.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ charitas sufficiēter pficit voluntatē quātùm ad vnū actum, qui est diligere. Requiritur autē alia virtus ad perficiendum ipsam secundum alium actum eius qui est sperare.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ motus spei & motus charitatis habent ordinem ad inuicem, vt ex suprà dictis patet. * Vnde nihil prohibet vtrunque motum simul esse vnius potentiæ. Sicut & intellectus potest simul multa intelligere adinuicē ordinata, vt in primo habitum * est.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum spes sit in beatis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ spes sit in beatis. Christus enim à principio suæ cōceptionis fuit pfectus cōprehensor. Sed ipse habuit spem, cùm ex eius persona dicatur in Psal. In te Domine speraui, vt glo. exponit, ergo in beatis potest esse spes.

¶ 2 Præterea, Sicut adeptio beatitudinis est quoddam bonum arduum, ita etiam eius continuatio. Sed homines antequā beatitudinem adipiscantur, habent spem de beatitudinis adeptione. Ergo postquā sunt beatitudinem adepti, possunt sperare beatitudinis continuationem.

¶3 Prçterea, Per virtutem spei potest aliquis beatitudinem sperare, non solum sibi, sed etiam aliis, vt supra dictum est.* Sed beati, qui sunt in patria, sperant beatitudinem aliis, alioquin non rogarent pro eis. ergo in beatis potest esse spes.

¶4 Præterea. Ad beatitudinem Sanctorū pertinet non solum gloria animæ, sed etiā gloria corporis. Sed animæ Sanctorū qui sunt in patria, expectāt adhuc gloriam corporis, vt patet Apo. 6. & 12. sup Gen. ad literā, ergo spes potest esse in beatis. *[Aug. 12. super Ge. ad li. c. 35. to. 3.]*

¶SED CONTRA est, quod Apost. dicit ad Rom. octauo. Quod videt quis, quid sperat. Sed beati fruuntur Dei visione. ergo in eis spes locum non habet.

¶RESPONDEO, dicendum ꝙ subtracto eo, quod dat speciē rei, resoluit̃ species & res nō potēst eadē remanere, sicut remota forma corporis naturalis, nō remanet idē secundū speciem. Spes autē recipit speciem à suo obiecto principali, sicut & cæteræ virtutes, vt ex suprà dictis patet. * Obiectū autē principale eius est beatitudo æterna, secundum quod est possibilis haberi ex auxilio diuino, vt suprà dictū est. *[q. præ. ar. 5. & 1. 2. q. 54. art. 2.]* Quia ergo bonū arduum possibile nō cadit sub ratione spei, nisi secūdum quod est futurū, ideo cùm beatitudo iam nō fuerit futura, sed pręsens, nō potest ibi esse virtus spei. *[Arti. 1. & 2.q.p. D. 606.]* Et ideo spes sicut & fides euacuat̃ in patria, & neutrū eorū in beatis esse potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus etsi esset comprehensor, & per consequens beatus quātum ad diuinam fruitionem: erat tamen simul viator, quantum ad passibilitatem naturæ, quam adhuc gerebat, & ideo gloriā impassibilitatis & immortalitatis sperare potuit: non tamē ita, ꝙ haberet virtutem spei, quæ non respicit gloriam corporis sicut principale obiectum, sed potius fruitionem diuinam.

¶ Ad secundū dicendū: ꝙ beatitudo sanctorū dicit̃ vita æterna, qa per hoc, ꝙ Deo fruunt̃, efficiuntur quodāmodo participes æternitatis diuinæ, quæ excedit omne tēpus. Et ita cōtinuatio beatitudinis nō diuersificat̃ per præsens, præteritū & futurū: & ideo beati nō habent spem de continuatione beatitudinis,

¶In reliquis duobus articulis nihil scribendum occurrit.

¶ Super Quæstionis decimæoctauæ, Articulum primum.

IN artic. primo quæstionis decimæoctauæ in responsione ad secundū dubium occurrit circa distinctionē istorū actuū in volūtate, scilicet diligere & sperare. Et est ratio dubij, quia superius in Prima secundæ quæstione quadragesima octaua dictum est *[Trac. q. in causa Io. to. 9.]* quod licet isti actus in appetitu sensitiuo sint diuersi, in volūtate tamē coincidūt. Hic autē manifeste dicitur, ꝙ in volūtate alius actus est sperare & alius diligere.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ cum idētitas vel distinctio huiusmodi actuū in volūtate ambigua sit, nec compertū habeam, ꝙ in cōmētariis sup prima parte opinatus sum, nec vacās nūc moralib⁹ intendā morari in hac naturali speculatione, dici potest ꝙ aliud est loqui de distinctione inter diligere & sperare, de qua hic est sermo, & aliud de distinctione eorūdem ab actibus voluntatis ibidē numeratis, scilicet velle intēdere, &c. de qua ibi fit sermo. Secūdū enim illā viā dicitur, ꝙ hi act⁹ sunt vnius speciei substātialis in esse naturæ, diuersarū aūtē specierum accidentaliū sunt homo albus & Aethiops: diligere enim significat velle bonū alicui: sperare aūt velle bonū arduū possibile sibi: *[1.2.q.40. art. 2. & 3. di. 26. q 1 ar. 5. et veri. q. 4. art. 2. * Q. præc. ar 1 & 1. 2.q.4. ar. 1.]* apparet siquidē in his diffinitionibus, qđ idē est substātialis ratio actus, scilicet, velle, diuersæ autē eius cōditiones videntur, secundum qđ diuersimodè ad bonū tendunt. Et hoc sufficere videtur literę huic. Iuxta viā autem alterā, scilicet multiplicantē actus voluntatis secundū multitudinē passionum vndecim, quę sunt in appetitu sensitiuo, pportionaliter tamē, facile patet responsio. In ambiguis enim flecti ad vtrūque familiare est. *[Li. 14. c. 3. & 6. to. 3.]* Oportet nāque ad per se differētias actus voluntatis in esse naturali peruenire, vt certa hæc veritas sit. Sed siue substantialiter, siue accidētaliter in genere naturæ distinctio fiat, satis est pposito, ꝙ volūtas habet duos act⁹ scilicet diligere, & sperare, qui ita in moralibus accipiūtur distincti, vt diuersi simpliciter habeātur, & diuersis egeāt habitibus charitate scilicet, & spe. *[1.2.q.49. & 54. ar. 2. & suprà q. 4. art. 1.]*

¶ Super Quæstionis decimæ octauæ Articulum secundum.

IN articulo secūdo eiusdē decimæoctauæ quæstionis dubiū occurrit circa hoc, quod ad rationē formalem obiecti spei dicitur spectare esse futurū. *[1.p. q. 80. 81. & 82.]* Primo quia differētiæ tēporis p accidens ad intellectiuā partē se habēt, ppter ꝙ non ponitur memoria, q̄ est respectu præteriti in parte intellectiua specialis potētia, sicut in parte sensitiua. *[D. 978. 1.p.q.8. ar. 5. ad. 21. & 1.2.q. 22. art. 3. ad. 3.]* Spes aūt de qua est sermo, vt in articulo prę cedēti patet, in parte intellectiua est. Nō igitur ad formale abiectū spei spectat esse futurum.

¶ Secūdo, qa Deus qui est principale obiectum spei, non est futurus nisi denominatione extrinseca: quia nos sumus affuturi ipsi Deo, sicut colūna est mihi dextra, quia dextra mea ē iuxta illā: denominatio aūt extrinseca nō intrat formalitatē obiecti virtutis realis & cætera. Ergo.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ nominibus vtēdo vt oēs vtūtur, manifeste constat, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid verè sperari dicatur, oportet ꝙ sit futurū. *[q.17. art. 8.]* Et ppterea si in parte superiori ipsius aīæ propriè ponitur spes, oportet cōsequenter ibi verè saluari futurū, & p se sicut p se ibi inuenit̃ spes. *[1.p q. 85. ar. 4.]* Eadē enim est ratio de obiecto, actu, & habitu. Ad obiectionē vero primā dicitur, ꝙ licet differentiæ tēporis per accidens se habeāt ad partē intellectiuam, quatenus apprehensiua est, non tamen p accidēs habēt se ad eandē quatenus appetitiua est. *[1.2.q 26. art. 4. & 5. & 3. distinctio. 26. q°. 1. Et di. 31. q.2. ar. 1. q.2 & 3. Et vir. q. 4. ar. 4.]* Et ratio diuersitatis est, quia verū & falsum sunt in anima, bonum autem & malū in rebus, vt dicitur. 6. Metaph. ex hoc enim ꝙ intellectus terminatur ad intrà, prouenit quòd accidit rem esse vel fore. Ex hoc vero, quòd *[Q.17. ar. 3.]* voluntas

Universidad de Deusto Biblioteca

titudinis,ſed habent ipſam rem,quia non eſt ibi ratio futuri.

¶ Ad tertium dicendum,ꝙ durāte virtute ſpei,eadem ſpe aliquis ſperat beatitudinē ſibi & aliis. Sed euacuata ſpe in beatis, ſecundum quā ſperabant ſibi beatitudinē, ſperant quidē aliis beatitudinē,ſed nō virtute ſpei,ſed magis ex amore charitatis.Sicut etiā qui habet charitatem Dei, eadem charitate diligit proximum:& tamen aliquis poteſt diligere proximū, non habens virtutem charitatis,ſed alio quodam amore.

¶ Ad quartū dicēdū,quod cū ſpes ſit virtus theologica habēs Deū pro obiecto,principale obiectū ſpei eſt gloria animæ, q̄ in fruitione diuina cōſiſtit,nō autem gloria corporis. Gloria etiam corporis, etſi habeat rationē ardui per comparationē ad naturam humanā,non habet tamen rationē ardui habenti gloriā animæ, tum q̄a gloria corporis eſt minimum quiddam in cōparationem ad gloriam animæ: tum etiam quia habens gloriā animæ,habet iam ſufficienter cauſam gloriæ corporis.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ſpes ſit in damnatis.

3.d.26.q.2.art.5.q.3.& 4. AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ in dānatis ſit ſpes.Diabolus enim eſt damnatus & princeps dānatorum,ſecundū illud Matth.25.Ite maledicti in ignē æternum,q̄ paratus eſt diabolo & angelis eius.Sed diabolus habet ſpē,ſecūdū illud Iob.40. Ecce, ſpes eius fruſtrabitur eum.Ergo videtur ꝙ dānati habeāt ſpē.

¶ 2 Præterea, Sicut fides eſt formata & informis, ita & ſpes. Sed fides informis poteſt eſſe in dæmonib⁹ & dānatis ſecūdū illud Iac.2. Dæmones credunt,& contremiſcunt.Ergo videtur,quòd etiam ſpes informis poteſt eſſe in damnatis.

¶ 3 Præterea, Nulli hominū poſt mortē accreſcit meritū vel demeritū,qđ in vita nō habuit,ſecundū illud Eccle.11.Si ceciderit lignū ad Auſtrū aut ad Aquilonem, in quo loco ceciderit,ibi erit.Sed multi, qui dānabuntur, habuerunt in hac vita ſpem,nunquā deſperātes. Ergo etiam in futura ſpē habebūt.

¶SED CONTRA eſt ꝙ ſpes cauſat gaudiū, ſecundū illud Rom.12. Spe gaudētes. Sed damnati nō ſunt in gaudio, ſed in dolore & luctu,ſecundū illud Iſa.65. Serui mei laudabūt præ exultatione cordis,& vos clamabitis præ dolore cordis,& prę cōtritiōe ſpirit⁹ vlulabitis.Ergo ſpes eſt in dānatis.

¶RESPONDEO,dicendū,quòd ſicut de ratione beatitudinis eſt,vt in ea quietetur voluntas,ita de ratione pœnæ eſt,vt id quod pro pœna infligitur, voluntati repugnet. Non autem poteſt voluntatē quietare vel ei repugnare,quod ignoratur.Et ideo Augu.dicit ſup Geneſ.ad literam,*quod angeli
Lib. 11.c. 17.& 19. tom.3. perfectè beati eſſe non poterant in primo ſtatu ante cōfirmationē,vel lapſum,cum non eſſent prēſcij ſui euentus.Requiritur enim ad perfectā & veram beatitudinē, vt aliquis certus ſit de ſuæ beatitudinis ꝑpetuitate: alioquin voluntas non quietaretur. Similiter etiam cùm perpetuitas dānationis pertineat ad pœnā damnatorū, nō verè haberet rationem pœnę, niſi voluntati repugnaret,quod eſſe non poſſet, ſi perpetuitatem ſuæ damnationis ignoraret.Et ideo ad cōditionem miſeriæ damnatorū pertinet,vt ipſi ſciant, ꝙ nullo modo poſſunt damnationem euadere,& ad beatitudinē peruenire.Vnde dicitur Iob.15.Non credit,ꝙ reuerti poſsit de tenebris ad lucē. Vnde patet,quòd non poſſunt apprehendere beatitudinē, vt bonum poſsibile,ſicut nec beati vt bonum futurum: & ideo neque in beatis neque in damnatis eſt ſpes. Sed in viatoribus,ſiue ſint in vita iſta,ſiue in purgatorio,poteſt eſſe ſpes: q̄a vtrobiq; apprehendunt beatitudinem vt futurum poſsibile.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut Greg. dicit
Cap.24. 83. Mora * hoc dicitur de diabolo ſecundū membra eius, quorum ſpes annullabitur.Vel ſi intelligatur de ipſo diabolo, poteſt referri ad ſpem,qua ſperat de ſanctis victoriam obtinere:ſecundum illud quod ſupra præmiſerat, Habet fiduciam, quòd Iordanis influat in os eius. Hæc autem non eſt ſpes,de qua loquimur.

¶ Ad ſecundū dicendū, quòd ſicut Aug.
Cap.8. tom.3. dicit in Enchiridio *, Fides eſt & malarū rerū,& bonarum, & præteritarū & præſentium,& futurarū, & ſuarum & alienarum. Sed ſpes non eſt niſi rerum bonarū futurarum ad ſe pertinētium:& ideo magis poteſt eſſe fides informis in dānatis, quā ſpes, quia dona diuina non ſunt eis futura poſsibilia,ſed ſunt eis abſentia.

¶ Ad tertium dicendum, quod defectus ſpei in damnatis non variat demeritum, ſicut nec euacuatio ſpei in beatis auget meritum: ſed vtrunque contingit propter mutationem ſtatus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum ſpes viatorum habeat certitudinem.

AD QVARTVM ſic procedtur. Videtur ꝙ ſpes viatiorum nō habeat certitudinem. Spes enim eſt in voluntate ſicut in ſubiecto. Sed certitudo non pertinet ad voluntatē,ſed ad intellectum. Ergo ſpes non habet certitudinem.

¶ 2 Prętęrea,Spes ex gratia & meritis ꝓuenit,vt ſ̄.dictum eſt*.Sed in hac vita ſcire ꝑ certitudinem non poſſumus, ꝙ gratiam habeamus, vt ſ̄. dictum eſt*. Ergo ſpes viatorum non habet certitudinem.

¶ 3 Præterea. Certitudo eſſe non poteſt de eo quod poteſt deficere.Sed multi viatores habentes ſpem, deficiunt à conſecutione beatitudinis. Ergo ſpes viatorum non habet certitudinem.

SED CONTRA eſt ꝙ ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis: ſicut magiſter dicit 26.diſt.tertij ſentētiarum: qđ poteſt accipi ex hoc quod dicitur 2.ad Timo.1. Scio cui credidi, & certus ſum, quia potēs eſt depoſitum meum ſeruare.

¶RESPONDEO, dicēdum quòd certitudo inuenitur in aliquo dupliciter ſcilicet eſſentialiter & participatiuè.Eſſentialiter quidē inuenitur in vi cognoſcitiua:participatiuè autē in omni eo qđ à vi cognoſcitiua mouet̃ infallibiliter ad finē ſuum:ſecundū quem modū dicitur, ꝙ natura certitudinaliter operat̃,tanquā mota ab intellectu diuino certitudinaliter mouēte vnūquodq; ad ſuū finem. Et ꝑ hunc etiā modū virtutes morales certius arte dicunt̃ operari, inquantum per modū naturæ mouētur à ratione ad ſuos actus.Et ſic etiā ſpes certitudinaliter tēdit in ſuum finē, quaſi participans certitudinē à fide quæ eſt in vi cognoſcitiua.

¶ Vnde patet reſponſio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ſpes nō innititur principaliter gratiæ iam habitæ, ſed diuinæ omnipotentiæ & miſericordiæ ꝑ quam etiam qui gratiam non habet,eam conſequi poteſt, vt ſic ad vitam æternā perueniat. De omnipotētia aūt Dei & miſericordia eius certus eſt, quicūq; fidem habet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc, quòd aliqui habentes ſpem deficiant à conſecutione beatitudinis,contingit ex defectu liberi arbitrij ponentis obſtaculum peccati, non autem ex defectu diuinæ ponentię,vel miſericordiæ cui ſpes innititur.Vnde hoc non præiudicat certitudini.

QVÆSTIO DECIMANONA DE DONO timoris,in duodecim articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de dono timoris.

¶ Et circa hoc quæruntur 12.

¶ Primò,vtrum Deus debeat timeri.

¶ Secundò,de diuiſione timoris in timorē filialem,initialem, ſeruilem & mundanum. ¶ Tertiò, vtrum timor mundanus ſemper ſit malus. ¶ Quartò,vtrum timor ſeruilis ſit bonus.

¶ Quintò, vtrum ſit idem in ſubſtantia cum filiali. ¶ Sextò, vtrum adueniente charitate, excludatur timor ſeruilis.

¶ Septimò,vtrū timor ſit initiū ſapiētiæ.

¶ Octauò, vtrū timor initialis ſit idem in ſubſtātia cū timore filiali.¶ Nonò,vtrū timor ſit donū Sp̄s ſancti. ¶ Decimò,vtrū creſcat creſcēte charitate.¶ Vndecimò, vtrū maneat in patria. ¶ Duodecimò,q̄d reſpōdeat ei in beatitudinib⁹& fructib⁹.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum Deus poſsit timeri.

AD PRIMVM ſic proceditur.Vi detur quòd Deus timeri nō poſsit.

voluntas tendit ad extrà,ad rem ſcilicet ſecundum quod in ſe eſt,prouenit quòd aliter ſe habet ad rem habitam, & aliter ad rem habendā. Et quia ſpes eſt in appetitu intellectiuo, qui eſt voluntas,ideo ſpes reſpicit futurum per ſe.

¶ Ad ſecundam autem obiectionem dicitur, vt etiam de fidei obiecto dictum eſt quod aliquid ſpectare ad rationē formalem obiecti, contin-
D.604. git dupliciter. Vno modò ex parte rei obiecti ſecundum ſe:alio modo ex parte ſubiecti. Obiectū ſpei ex parte rei eſt ipſe Deus:ex parte verò noſtri redundat in obiectum eſſe futurū nobis, ſicut obiectū fidei eſſe nō apparens,vt ex antedictis patet. Nihil autē prohibet huiuſmodi cōditiōes denominatiuas
Veri.q.4 art.2. ad.4. eſſe de ratione formali obiecti, ſic ꝙ ſubtractiō earū ſoluat ſpeciē actus & habitus. Obiectū nāque prius cōparatur ad ſubiectū, quàm ad actū vel habitū. Et propterea cōditiones redundantes in obiectū ex ſubiecto, præuenientes actum &
Q.17.art.1. 1.2.q. 112 art.5 habitū, ad integritatem formalis obiecti act⁹ vel habit⁹ ſpectare poſſunt. Nec obſtat quod entia rationis ſunt huiuſmodi denominatiuę cōditiones.Habent enim reales cauſas, quibus repugnāt aliæ reales cauſæ in eodem, ex quibus redundant oppoſitæ denominatiōes in obiectis.Verbi gratia: in obiecto fidei,& ſpei,nō videri, eſt cōditio denominatiua, tantum. Sed cauſa eius, puta talis diſpoſitio ſubiecti,eſt realis,& huic diſpoſitioni reali cōtraria tur alia diſpoſitio realis in eodē,puta eſſe affectū lumine gloriæ conſummatę:ex qua in obiecto redūdat oppoſita denominatio, ſcilicet eſſe viſum.

¶ Super Quæſtionis decimæ octauæ Articulum tertiū.

IN articul.3.in reſponſione ad ſecundū aduerte, quòd autor non dicit fidem informē eſſe in damnatis,ſed dicit cōparatiuam, quòd magis poteſt eſſe fides informis in damnatis, quàm ſpes:ꝙ eſt dicere,ꝙ fides eſt minus incōpoſſibilis ſtatui dānatorum, quā ſpes: neutra tamē in eis eſſe videt̃ iuxta ſuperius determinata in q.1. ar.2.

¶ In articulo quarto nihil occurrit ſcribēdum.

¶ Super Quæſtionis decimæ nonę Articulum primum.

IN artic.1.q.19.aduerte quòd,vt in Primæ partis commentariis dictū eſt,malum culpæ intantum diſtat à malo pœnæ, quòd malum culpæ opponitur bono diuino in ſeipſo, obiectiuè tamen,ſicut charitas tendit in bonum diuinū in ſeipſo: malum verò pœnæ opponitur bono creato

creato. Et propterea in
1.2.q.4. 2.arti.3. cor. litera dicitur, ꝙ malum culpæ priuat ordinem ad finem vltimum. Et
Et 3.diſt. 34.q.2. art.2.q.1. ad 3. quia ſolus vltimus finis eſt finis ſimpliciter, id eſt,& totaliter,& abſque determinatione: reliqui
* 2.q.54. a.31.& q. 42.art.1. *& 3.c.5. nanque fines ſunt fines in hoc, vel illo ordine reſpectu huius vel illius: ideo in litera dicitur, quod quum bonum & malum dicantur ſecundum ordinem finalem, ſolum malum culpæ eſt malum ſimpliciter:malum autem pœnæ, eſt malum iſtius.

¶ Super Quæſtionis decimænonæ Articulum ſecundum.

IN articulo ſecundo eiuſdem quæſtionis dubium occurrit ex Durando in 34. diſtinctio. tertij ſententiarum,quęſtione quarta:Pro quāto hic dicitur, quòd ſi aliquis cōuertatur ad Deū propter timorem culpæ, erit timor filialis. Nam filiorū eſt timere ffenſā patris.Arguit ſiquidem Durādus, Quod hæc opinio in hoc deficere videtur, quod ponit immediatum obiectum timoris malum culpæ.Hoc enim in propoſito falſum eſt: quia timor diuiditur hic, prout per ipſum conuertimur ad Deum,vel auertimur ab eo, fugiendo, vel committendo peccatum:ac per hoc committere vel fugere peccatum,non eſt actus elicitus timoris, ſed imperatus ab eo. Et conſequenter peccatum non eſt immediatū obiectū actus eliciti à timore.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod ratio hęc non valet : quia à perpetratione vel fuga peccat in actu executionis, arguit ad peccare vel non peccare vt ſunt in eſſe obiectiuo. Ordo ſiquidem eſt iſte, quòd timori occurrit obiectiue peccare in patrem:& tunc reſpectu act⁹ eliciti ab habitu timoris, qui act⁹s eſt timere propriū obiectum, eſt peccare in patrem, quod eſt malum culpæ.Et ex hoc timens filius imperat fugam offenſæ, id eſt nō peccare: & tunc non peccare eſt eſt actus imperatus, non elicitus à timore.Et tamen arguens ex hoc, quod ad timorem ſpectat iſte actus imperat⁹, concludit, & male reſpectu actus eliciti, quod non ſit obiectum immediatum malum culpæ. Ad argumentum autem ſuum formaliter diſtinguendum eſt in prima illatione, quod fugere peccatum, dupliciter cō-
5.diſ.34. q.2.art.1. q̄ 2. Et veri.q.2. art.10.ad 13.Et Ro. 8.lec.3.co. tingit: In executione & in appetitu. Primo modo tantum conceditur prima illatio,Sed ſecunda illatio ſimpliciter eſt falſa, vt p̄t ex dictis.

2.& 3. * Cap.15. 1.2.q.4. 1.art. ¶ In eodē ſecundo articulo eiuſdē quęſtionis ī repſōſione ad quintū,dubiū occurrit, an peccatū cōmiſſū ex timore amit-

Obiectum enim timoris eſt malum futurum vt ſupra habitum eſt.*Sed Deus eſt expers omnis mali,cum ſit ipſa bonitas.ergo Deus timeri non poteſt.

¶ 2 Prǽterea, Timor ſpei opponitur. Sed ſpem habemus de Deo.ergo non poſſumus & ſimul eum timere.

¶ 3Præterea, Sicut Philoſophus dicit in 2. Rhetoricæ, *, illa timemus, de quibus nobis mala non proueniūt.Sed mala non proueniunt nobis à Deo, ſed ex nobiſipſis,ſecundū illud Oſee.13.Perditio tua ex te Iſrael, ex me auxilium tuū. ergo Deus timeri non debet.*

SED CONTRA eſt,qđ dicit̃ Ge.10.Quis nō timebit te,ô rex gētium? Et Mala.1.Si ego Domin⁹,vbi timor meus?

¶RESPONDEO dicēdū ꝙ ſicut ſpes habet duplex obiectū,quorū vnum eſt ipſum bonū futurū, cuius adeptionē quis expectat.Aliud aūt eſt auxiliū alicuius,ꝑ quē expectat ſe adipiſci qđ ſperat: ita etiā & timor duplex obiectū habere pōt. Quorū vnū eſt ipſū, qđ hō refugit: aliud autē eſt illud,à quo malū ꝓuenire pōt. Primo ergo modo Deus q̄ eſt ipſa bonitas, obiectū timoris eſſe nō poteſt. Sed ſecūdo mō pōt eſſe obiectū timoris inquātū,ſ. ab ipſo,vel ꝑ cōparationē ad ipſū nobis pōt aliqđ malū imminere. Ab ipſo qdē pōt nobis imminere malū pœnæ,qđ nō eſt ſimpliciter malū,ſed ſecūdū q̄d,bonū autē ſimpliciter. Cùm enī bonū dicat̃ ī ordine ad finē,malū aūt importet hui⁹ ordinis priuationē, illud eſt malū ſimpliciter,qđ excludit ordinē à fine vltimo,qđ eſt malū culpę. Malū autē pœnę eſt qdē malū, īquātū priuat aliqđ particulare bonū. Eſt tn̄ bonū ſimpliciter inquātū depēdet ab ordine finis vltimi.Per cōpationē aūt ad Deū pōt nobis malū pœnę ꝓuenire,ſi ab eo ſeparemur: Et ꝑ hūc modū Deus pōt & dēt timeri.

¶AD PRIMVM ergo dicendū,ꝙ ratio illa ꝓcedit ſecundū quod malum quod homo refugit,eſt timoris obiectū.

¶ Ad ſecūdū dicēdū,ꝙ in Deo eſt cōſiderare & iuſtitiā,ſecundū quā peccātes punit,& miſericordiā,ſecūdū quā nos liberat.Secundū ergo cōſiderationē ipſi⁹ iuſtitiæ īſurgit in nobis timor:ſecundū autē cōſiderationē ipſius miſericordiæ inſurgit ī nobis ſpes. Et ita ſecūdū diuerſas rōnes De⁹ eſt obiectū ſpei& timoris.

¶ Ad tertiū dicēdū,ꝙ malū culpę nō eſt à Deo ſicut ab actore,ſed eſt à nobiſipſis inquātū à Deo recedim⁹. Malū aūt pœnę eſt qdē à Deo actore,inquantū habet rationē boni, prout ſ. eſt iuſtum,ſecundū quod iuſtè nobis pœna infligit̃.Licet hoc primordialiter ex merito noſtri peccati cōtingat, ſecūdū quē modū dicitur Sap.1.Quod Deus mortem nō fecit, ſed impij manib⁹& verbis accerſierunt illā.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum timor conuenienter diuidatur in filialem,initialem,ſeruilem & mundanum.

AD SECVNDVM ſic ꝓcedit̃. Videt̃ ꝙ incōueniēter diuidat̃ timor in infilialē,initialē, ſeruilē, & mundanum. Damaſ.enim in ſecundo lib. * ponit ſex ſpecies timoris,ſ.ſegnitiē, erubeſcētiā, & alia de quibus ſ̄ dictū eſt*,quæ in hac diuiſione nō tāguntur.Ergo videtur,qđ hæc diuiſio timoris ſit inconueniens.

¶2Prętęrea, Quilibet horum timorū eſt vel bon⁹ vel mal⁹.Sed aliq̄s eſt timor, ſ. naturalis, q̄ neq; bon⁹ eſt moraliter, cū ſit ī dęmonib⁹,ſecūdū illud Iac.2.Dæmones credūt & cōtremiſcūt.Neq; etiā mal⁹,cū ſit ī Chriſto,ſecūdū illud Matt.14.Cœpit Ieſ⁹ pauere & tędere.Ergo timor inſufficiēter diuidit̃ ſecūdū p̄dicta.

¶ 3Præterea.Alia eſt habitudo filij ad patrē & vxoris ad virū, & ſerui ad dominū,ſed timor filialis, q̄ eſt filij ī cōparatiōe ad patrē,diſtīguit̃ à timore ſeruili,q̄ eſt ſerui ꝑ cōparationē ad dominū. ergo etiam timor caſtus, q̄ videtur eſſe vxoris per comparationem ad virum, debet diſtingui ab omnibus iſtis timoribus.

¶4Prēt.Sicut timor ſeruilis timet pęnā, ita timor initialis & mūdan⁹. Nō ergo debuerūt ab inuicē diſtīgui iſti timores.

¶5 Præterea,Sicut cōcupiſcentia eſt boni,ita etiā timor eſt mali. Sed alia eſt cōcupiſcentia oculorū, qua quis cōcupiſcit bona mūdi:alia eſt cōcupiſcētia carnis,qua quis cōcupiſcit delectationē ꝓpriam. Ergo etiam alius eſt timor mundanus quo quis timet amittere bona exteriora,& alius eſt timor humanus, quo quis timet propriæ perſonæ detrimētū.

¶SED CONTRA eſt autoritas Magiſtri 34.diſt.tertij lib.ſententiarum.

¶RESPONEO, dicendum ꝙ de timore nūc agimus ſecundū qđ ꝑ ipſum aliquo mō ad deū cōuertimur,vel ab eo auertimur. Cùm enī obiectū timoris ſit malū,quādoq; hō ꝓpter mala, q̄ timet, à Deo recedit, & iſte dicit̃ timor humanus vel mūdan⁹. Quandoq; autē ꝓpter mala,quæ timet,ad Deū conuertitur,& inhæret. Quod qdē malum eſt duplex, ſ.malū pęnæ& malū culpæ.Si ergo aliq̄s cōuertat̃ ad Deū & ei inhęreat ꝓpter timorē pęnæ,erit timor ſeruilis:Si aūt ꝓpter timorē culpę,erit timor filialis.Nā filiorū eſt timere offenſam patris.Si aūt ꝓpter vtrūq;,eſt timor initialis, qui eſt medi⁹ inter vtrūq; timorē. Vtrū autem malum culpæ poſsit timeri, ſupra habitum eſt* cū de paſsiōe timoris ageretur.

¶AD PRIMVM ergo dicendū,ꝙ Damaſ.diuidit timorē 1.2.q.42. art.3.
ſecundum ꝙ eſt paſsio animę. Hæc autem diuiſio timoris attenditur in ordine ad Deum,vt dictum eſt *. * in corp.

¶ Ad ſecundum dicendum, qđ bonum morale præcipuè conſiſtit in cōuerſione ad Deum,malū autem morale ī auerſione à Deo:& ideo oēs prædicti timores morales vel importāt malū morale vel bonum. Sed timor naturalis prēſupponitur bono & malo morali,& ideo nō connumeratur inter iſtos timores.

¶ Ad tertium dicendū qđ habitudo ſerui ad dominū eſt ꝑ poteſtatē dn̄i,ſeruum ſibi ſubiiciētis.Sed habitudo filij ad patrē, vel vxoris ad virum eſt ecōuerſo ꝑ affectū filij ſe ſubdētis patri, vel vxoris ſe cōiungētis viro vniōe amoris. Vn̄ timor filialis & caſtus ad idē ꝑtinent:q̄a ꝑ charitatis amorē de⁹ pater noſter efficit̃,ſecundum illud Ro.8.Accepiſtis Spiritū adoptionis filiorum,ī quo clamamus, Abba pater. Et ſecundum eandē charitatē dicit̃ etiā ſpōſus noſter,ſecundum illud 2.ad Cor.11.deſpōdi vos vni viro virginē caſtā exhibere Chriſto.Timor aūt ſeruilis ad aliud ꝑtinet:q̄a charitatē ī ſui rōe non includit.

¶Ad quartū dicendū, ꝙ p̄dicti tres timores reſpiciūt pęnā,ſed diuerſimodè.Nā timor mundan⁹ ſiue human⁹ reſpicit pœnā à Deo auertētē,quā q̄nq; inimici Dei infligunt, vel cōminant̃. Sed timor ſeruilis & initialis reſpiciunt pęnā, ꝑ quā hōies attrahūt̃ ad Deū,diuinit⁹ īflictā,vel cōminatā quā qdē pęnā principaliter timor ſeruilis reſpicit,timor aūt initialis ſecūdario.

¶Ad quintum dicēdum, ꝙ eadē ratiōe hō à Deo auertitur ꝓpter timorē amittēdi bona mundana, & ꝓpter timorē amittēdi incolumitatem ꝓprij corporis,quia bona exteriora ad corpus pertinent. Et ideo vterq; timor hic ꝓ eodem cōputatur: quāuis mala,q̄ timentur,ſint diuerſa,ſicut & bona,q̄ concupiſcuntur. Ex qua qdē diuerſitate ꝓuenit diuerſitas peccatorū ſecūdū ſpeciē : qb⁹ tn̄ omnib⁹ commune eſt à Deo abducere. 5.diſt.34. q.2.art.1.

ARTICVLVS III. q.3.co.1.et

¶ Vtrum timor mundanus ſit ſemper malus. Rom.8 le. 3.co.2.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ timor mūdanus non ſemper ſit malus. Ad timorem enim humanum prin.

tendi bona mūdana,differ ſpecie à peccato cōmiſſo ex timore amittēdi bonū corporis. Verbi gratia,an negans fidē ne cōfiſcētur bona ſua,differat ſpecie à negante Chriſtū, ne tormēta patiatur. Et ſimile eſt de muliere, quę ꝑmittit ſe opprimi ꝓpter hūc vel illū timorē. Et eſt ratio dubij,quia Autor hoc dicit, quod licet mūdanus timor, quia ex parte auerſionis diſtinguit̃ cōtra alios tres timores, ꝓ vnico cōputetur:peccata tamē diſtīguūtur ſpecie,ſecūdū diuerſitatem horū obiectorū, ad quæ cōuertūtur.Superius aūt ſ.in præcedenti libro,dictū eſt ꝙ peccata huiuſmodi ex iſtis timoribus & amorib⁹ alleuiētur potius quā grauēt̃,nec trahūt̃ ad aliquā mali moralis ſpeciē. Dictū ſiquidē eſt, quod mulier neceſſitate victus adulterio conſentiēs,nō īcurrit duas deformitates auaritiæ & luxuriæ, ſed talis luxuriæ tātū, quæ alleuiatur ex illa cauſa.

¶ Ad hoc dicitur, quod tēdere inordinate ī hæc obiecta,ſ.bonū carnis & bonū mūdi,cōtingit vno mō ſecūdū ſe, vt cōtingit in his, qui ſunt auari vel ambitioſi quo ab bona mūdi,& luxurioſi,vel ebrij quo ad bona carnis: alio modo ſecundū ſolā cōparationē ad aliud bonū maius, quod debet eis anteponi.Vt cōtingit in his, qui contēti quidē ſunt ſuis rebus, & honorib.naturali ſanitate, & licitis delectationibus ſed ſuperueniente

Universidad de Deusto Biblioteca

pertinere videtur, ꝙ hoĩes reueremur. Sed qdã vituperantur de hoc, quòd hoĩes non reuereñt, vt patet Luc.18.de illo iudice iniquo,qui nec Deum timebat, nec homines reuerebatur. Ergo videtur quòd timor mundanus non ſemper ſit malus.

¶2 Præterea, Ad timorem mundanum videntur pertinere pœnæ,quæ per poteſtates ſeculares infliguntur. Sed per huiuſmodi pœnas prouocamur ad bene agendum,ſecundum illud Ro.13.Vis non timere poteſtatem,bonum fac: & habebis laudem ex illa.Ergo timor mundanus non ſemper eſt malus.

¶3 Præterea illud quod ineſt nobis naturaliter,non videtur eſſe malum,eo quod naturalia ſunt nobis à Deo.Sed naturale eſt homini, vt timeat proprij corporis detrimentum & amiſsionem bonorum temporalium:quibus præſens vita ſuſtentatur. Ergo videtur,quòd timor mundanus non ſit ſemper malus.

¶ SED CONTRA eſt,quod Dominus dicit Matt.10. Nolite timere eos,qui corpus occidunt:vbi timor mundanus prohibetur.Nihil autem diuinitus prohibetur niſi malum.Ergo timor mundanus eſt malus.

2.q.1.art.3. & ſupra q.18. ar.2.

RESPONDEO,dicendum quòd ſicut ex ſupradictis patet,actus morales & habitus ex obiectis nomen & ſpeciẽ habent.Proprium autem obiectum appetitiui motus eſt bonum finale,& ideo à ꝓprio fine omnis motꝰ appetitiuus & ſpecificatur & nominatur. Si quis eñ cupiditatẽ nominaret amorẽ laboris,quia propter cupiditatẽ hoĩes laborant,non rectè nominaret.Non enim cupidi laborẽ quærunt ſicut finẽ, ſed ſicut id,quod eſt ad finẽ.Sicut finẽ aũt q̃rũt diuitias.Vñ cupiditas rectè nominat̃ deſideriũ vel amor diuitiarũ, qđ eſt malũ.Et per hunc modũ amor mundanus ꝓpriè dicit̃, quo aliquis mundo innititur tanquã fini:& ſic amor mũdanus ſemper eſt malus. Timor autẽ ex amore naſcit̃. Illud eñ timet homo amittere, quod amat:vt patet per Aug.in lib.83.Quęſtionũ,*Et ideo timor mundanꝰ eſt q procedit ab amore mundano tanquã à mala radice. Et ꝓpter hoc ipſe timor mundanus ſemp eſt. malus.

Quæſtio. 83.to.4.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquis poteſt reuereri homines dupliciter.Vno modo inquantum eſt in eis aliquid diuinum,puta bonum gratiæ, vel virtutis, vel ſaltem naturalis Dei imaginis:& hoc modo vituperantur qui homines non reuerentur. Alio modo poteſt aliquis homines reuereri in quantum Deo contrariantur, & ſic laudantur qui homines non reuerentur:ſecundum illud Eccl.48. de Elia vel de Eliſæo,In diebus ſuis non pertimuit principem.

Ad ſecundum dicendũ, ꝙ poteſtates ſeculares,qñ inferunt pęnas ad retrahendum à peccato,in hoc ſunt Dei miniſtri: ſecundum illud Ro.13.Miniſter eñ Dei eſt vindex in irã ei,qui malũ agit. Et ſecundũ hoc timere poteſtatẽ ſecularem non pertinet ad timorem mundanũ,ſed ad timorem ſeruilem,vel initialem.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ hoc eſt naturale, quòd hõ refugiat proprij corporis detrimentum & damna temporaliũ rerum.Sed ꝙ homo propter iſta recedat à iuſtitia, eſt contra rationem naturalem. Vnde Philoſophus dicit in 3. Ethico. *Quòd quædã ſunt,ſcilicet peccatorum opera, ad quæ nullo timore aliquis dẽt cogi:q̃a peius eſt huiuſmodi peccata cõmittere, quam pœnas quaſcunque pati.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum timor ſeruilis ſit bonus.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit̃. Videt̃ ꝙ timor ſeruilis nõ ſit bonus. Quia cuius vſus eſt malus,ipſum quoq; malũ eſt. Sed vſus timoris ſeruilis eſt malꝰ: q̃a ſicut gl.* dicit Ro.8. Qui timore aliquid facit,etſi bonũ ſit qđ facit,nõ tñ bene facit.Ergo timor ſeruilis non eſt bonus.

¶2 Pręterea, Illud qđ ex radice peccati oritur,nõ eſt bonũ.Sed timor ſeruilis oritur ex radice peccati: quia ſuper illud Iob 3.Quare non in vulua mortuus ſum? dicit Greg.*Cũ ex peccato præſens pęna metuitur, & annexa Dei facies nõ amatur,timor ex timore eſt,non ex humilitate.Ergo timor ſeruilis eſt malus.

3¶ Pręterea,Sicut amori charitatis opponitur amor mercenariꝰ, ita timori caſto vr opponi timor ſeruilis.Sed amor mercenarius ſemper eſt malus. Ergo & timor ſeruilis.

occurſu quo oportet vel aliquid bonũ amittere, vel amicitiã Ieſu Chriſti, malunt hæc conſeruare quàm Chriſti amicitiã, & ſic adulterio, vel infidelitati cõſentiũt.Inter hos ſiquidẽ modoſtã ta eſt differẽtia ꝙ in primo inuenitur peccatum diuerſificari ex horũ obiectorũ diuerſitate:in ſecũdo autem nõ. Et ratio eſt:quia in primo obiectũ illud, materia eſt diſſonans rationi reſpectu actus tẽdẽtis in illud abſolute, in ſecũdo aũt nõ. Et propterea ſi quis negat fidẽ, vel adulteratur propter talẽ timorẽ, qui ex auaritia cõſurgat, vitium vitio accumulat,& peccatũ cõmittit, duas deformitates habens. Si quis aũt negat fidem vel adulteratur propter talẽ timorẽ,qui nõ ex auaritia, ſed amore cõſurgit: alias nõ malo rerũ, non accumulat vitium vitio, ſed ex ipſo adulterio,vel infidelitate fit malus tã timor,quam amor rerũ, nõ alia malitia quã infidelitatis vel adulterij, ac per hoc nõ incurrit peccatũ duarũ deformitatũ:ſed aliqualiter excuſatur eius negatio vel fornicatio ex iuſto amore proueniẽs, ſicut vniuerſaliter ordinans mediũ malum ad finem bonũ vel non malũ, puta virtutẽ,ſanitatẽ,&huiuſmodi, vnicã deformitatẽ incurrit:& aliqualiter excuſatur,quãuis totus appetitus & actus ſit malꝰ moraliter. Et ſic intelligendo dicta hęc, & in cõſequenti articulo, & alibi omnia conſonant.

Cap.1.

*3.d.30.q.2.ar.2.q.1.cor. & q.2. Et Ro.6. le.13 col.3. *Eſt Augu.Enchiridij cap.121 to.3. *4..Mor. c.28.*

¶SED CONTRA,Nullũ malũ eſt à ſpiritufancto.Sec timor ſeruilis eſt à ſpiritufancto:q̃a ſup illud Ro.8.Nõ accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis &c.dicit gl. Vnus ſpiritus eſt q facit duos timores,ſ.ſeruilem & caſtum. Ergo timor ſeruilis non eſt malus.

Glo. ordi.

RESPONDEO dicendũ,ꝙ timor ſeruilis ex parte ſeruilitatis habet, ꝙ ſit malus. Seruitus eñ libertati opponitur. Vñ cùm liber ſit qui cauſa ſui eſt,vt dicitur in 1.Metaph. * ſeruus eſt qui non cauſa ſui operatur, ſed quaſi ab extrinſeco motus.Quicunq; aũt ex amore aliquid facit,quaſi ex ſeipſo operatur, quia ex propria inclinatione mouetur ad operandũ.Et ideo cõtra rationẽ ſeruilitatis eſt,quòd aliq̃s ex amore operetur: ſic ergo timor ſeruilis, inquantum ſeruilis eſt, charitati contrariatur. Si ergo ſeruilitas eſſet de ratione timoris ſeruilis,oporteret quòd timor ſeruilis ſimpliciter eſſet malus. Sicut adulterium ſimpliciter eſt malũ:quia id ex quo eſt,cõtrariatur charitati,& pertinet ad adulterij ſpeciem.Sed prędicta ſeruilitas non pertinet ad ſpeciem timoris ſeruilis,ſicut nec informitas ad ſpeciem fidei informis.Species enim moralis habitus,vel actus ex obiecto accipitur.Obiectum autem timoris ſeruilis eſt pœna, cui accidit, quòd bonum, cui contrariatur pœna,ametur tanquam finis vltimus:& per conſequens pęna timeatur tanquam principale malum, quod non contingit in non habente charitatem.Vel quòd ordinetur in Deum ſicut in finem:& per conſequens pœna non timeatur tanquam principale malum,quod contingit in habente charitatem.Non enim tollitur ſpecies habitus per hoc,quòd eius obiectum vel finis ordinatur ad vlteriorem finem. Et ideo timor ſeruilis ſecundum ſuam ſubſtantiam bonus eſt, ſed ſeruilitas eius eſt mala.

Lib.1. Meta.c.2.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ ꝙ verbũ illud Aug.intelligendũ eſt de eo,qui facit aliquid timore ſeruili, inquantum eſt ſeruilis,vt ſ.non amet iuſtitiam, ſed ſolùm pœnam timeat.

¶ Ad ſecundũ dicendum,quòd timor ſeruilis ſecundum ſuum ſubiectum non oritur ex timore,ſed eius ſeruilitas ex timore naſcitur, inquantum ſcilicet homo affectum ſuum non vult ſubiicere iugo iuſtitiæ per amorem.

¶Ad tertium dicendum,quòd amor mercenarius dicitur, qui Deum diligit propter bona temporalia: quod ſecundum ſe charitati contrariatur, & ideo amor mercenarius ſemper eſt malus. Sed timor ſeruilis ſecundum ſuam ſubſtantiam nõ importat niſi timorem pœnæ,ſiue timeatur,vt principale malum, ſiue non timeatur,vt principale malum

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum timor ſeruilis ſit idem in ſubſtantia cum timore filiali.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd timor ſeruilis ſit idẽ in ſubſtãtia cũ timore filiali.Ita eñ videtur ſe habere timor filialis ad ſeruilem, ſicut fides formata ad informem, quorum vnum eſt cum peccato mortali, aliud verò non.Sed eadẽ ſecundum ſubſtantiã eſt fides formata & informis:ergo & idẽ eſt ſecundũ ſubſtãtiã timor ſeruilis & filialis.

3.diſt.34.q.2.art.3.q.1. Et Ro.8.lec.3.col.2.

¶2 Præterea, Habitus diuerſificantur ſecundum obiecta. Sed idem eſt obiectum timoris ſeruilis & filialis:quia vtroque timore timetur Deus. Ergo idem eſt ſecundum ſuam ſubſtantiã timor ſeruilis & timor filialis.

¶ 3 Præt.ſicut hõ ſperat frui Deo: & ẽt ab eo bñficia obtinere, ita ẽt timet ſeparari à Deo, & pœnas ab eo pati.Sed eadem eſt ſpes,qua ſperamꝰ frui Deo, & qua ſperamus bñficia obtinere ab eo,vt dictũ eſt,*ergo ẽt idẽ eſt timor filialis,quo timemus ſeparationẽ à Deo,& timor ſeruilis,quo timemꝰ ab eo puniri.

q.17.a.2.

SED CONTRA eſt,ꝙ Aug.ſup primã Can.Ioã.*dicit duos eſſe timores,vnũ ſeruilem, & aliũ filialẽ, vel caſtum.

Tract.9. in cap.10. to.9.

¶RESPONDEO dicendũ,ꝙ ꝓpriè obiectũ timoris eſt malũ:& q̃a actꝰ & habitꝰ diſtinguũtur ſecundũ obiecta,vt ex ſupradictis* pt,neceſſe eſt ꝙ ſecundũ diuerſitatẽ malorũ & timores ſpecie differant.Differt autẽ ſpecie malũ pœnæ,qđ refugit timor ſeruilis,& malum culpæ,quod refugit timor filialis,vt ex ſupradictis * pt. Vñ manifeſtũ eſt, ꝙ timor ſeruilis & filialis nõ ſunt idẽ ſecundum ſubſtantiam,ſed differunt ſpecie.

12.q.54.art.2. Ar.2.huius q.

¶AD PRMVM ergo dicendum, quòd fides formata & informis non differunt ſecundum obiectum. Vtraque enim fides & credit Deo,& credit Deum:ſed differũt ſolum per aliquod extrinſecũ,ſ.ſecundum præſentiã & abſentiã charitatis: & ideo nõ differũt ſecũdũ ſubſtãtiã. & ideo nõ eſt ſimilis rõ.

¶ Ad ſecũdum dicendũ,ꝙ timor ſeruilis & timor filialis non habent eandem habitudinem ad deum. Nã timor ſeruilis reſpicit Deum,ſicut principium inflictiuũ pœnarum.Timor autem filialis reſpicit Deũ,non ſicut principiũ actiuũ culpæ,ſed

potius

potius ſicut terminũ,à quo refugit ſeparari per culpã. Et ideo ex hoc obiecto,quod eſt Deus, nõ conſequitur idẽtitatẽ ſpeciei:quia etiã motus naturales ſecundum habitudinem ad aliquem terminum ſpecie diuerſificantur. Non enim idẽ eſt motus ſpecie,qui eſt ab albedine,& qui eſt ad albedinem.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ ſpes reſpicit Deũ ſicut principiũ, tã reſpectu fruitionis diuinæ, quàm reſpectu cuiuſcumq; alterius bñficij. Non autẽ eſt ſic de timore. Et ideo nõ eſt ſimilis ratio.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum timor ſeruilis remaneat cum charitate.

AD SEXTVM ſic proceditur.Videtur quòd timor ſeruilis non remaneat cum charitate. dicit enim Auguſtin. ſuper 1.Can.Ioan.* quòd cùm cęperit charitas habitare,pellitur timor,qui ei præparauit locum.

3.diſt.34.art.2.q.3. ¶ 1.cor.et q.1. Et ver.q.3.14 art.7.ad ſecũdum.

¶2 Præterea,Charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum,qui datus eſt nobis,vt dicitur Ro. 5. Sed vbi Spiritus Domini,ibi libertas:vt dicitur 2.ad Corint.3.Cùm ergo libertas excludat ſeruitutem,videtur quòd timor ſeruilis expellatur charitate adueniente.

¶ 3 Præterea,Timor ſeruilis ex amore ſui cauſatur, inquantũ pœna diminuit proprium bonum.Sed amor Dei expellit amorem ſui:facit enim contemnere ſeipſum,vt patet per autoritatem Aug.14.de ciuit.Dei,*quòd amor Dei vſque ad contemptum ſui facit ciuitatem Dei. Ergo videtur, quòd veniente charitate,timor ſeruilis tollatur.

**Trac.9 Cap.vlt. to.5.*

SED CONTRA eſt,qđ timor ſeruilis eſt donum Spiritusſancti,vt ſupra dictum eſt.*Sed dona Spiritusſancti nõ tolluntur adueniente charitate, per quã Spiritusſanctus in nobis habitat.Ergo aduenięte charitate,nõ tollitur timor ſeruilis.

Ar.4.huius q.

¶RESPONDEO dicẽdum ꝙ timor ſeruilis ex amore ſui cauſatur:quia eſt timor pœnæ, qui eſt detrimentũ proprij boni. Vnde hoc modo timor pœnæ poteſt ſtare cum charitate,ſicut & amor ſui.Eiuſdẽ enim rationis eſt, quod homo cupiat bonum ſuum,& ꝙ timeat eo priuari.Amor autem ſui tripliciter ſe poteſt habere ad charitatem. Vno enim modo contrariatur charitati, ſecundum quod aliquis in amore proprij boni finem cõſtituit.Alio verò modo in charitate includitur, ſecundum quod homo ſe propter Deũ,& in Deo diligit. Tertio modo à charitate quidẽ diſtinguitur,ſed charitati non cõtrariatur, puta cùm aliquis diligit ſeipſum ſecundum rationẽ proprij boni:ita tamen ꝙ in hoc proprio bono non conſtituat finẽ.Sicut etiã & ad proximũ põt eſſe aliqua alia ſpecialis dilectio præter dilectionẽ charitatis,quæ fundatur in Deo,dum proximus diligitur ratione cõmoditatis,conſanguinitatis,vel alicuius alterius conditionis,humanæ,quę tñ referibilis ſit ad charitatem. Sic ergo & timor pœnæ includitur vno modo in charitate.Nam ſeparari à Deo eſt quędam pœna, quã charitas maximè refugit.Vnde hoc pertinet ad timorẽ caſtum.Alio autẽ modo contrariatur charitati, ſecundũ quod aliquis refugit pœnam contrariam bono ſuo naturali, ſicut principale malũ contrarium bono,quod diligitur vt finis:& ſic timor pœnę nõ eſt cum charitate. Alio modo timor pœnæ diſtinguitur quidem ſecundum ſubſtantiam à timore caſto: quia ſcilicet homo timet malum pœnale non ratione ſeparationis à Deo, ſed inquantum eſt nociuum proprij boni,nec tamen in illo bono conſtituitur eius finis:vnde nec illud malum formidatur tanquam principale malum. Et talis timor pœnæ poteſt eſſe cum charitate: Sed iſte timor pœnæ non dicitur eſſe ſeruilis, niſi quando pœna formidatur ſicut principale malum, vt ex dictis *patet.Et ideo timor,inquantum ſeruilis,nõ manet cum charitate. Sed ſubſtantia timoris ſeruilis cum charitate manere poteſt,ſicut amor ſerui manere poteſt cum charitate.

Art.2.et 4. huius.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Aug.ibi loq̃tur de timore,inquantũ ſeruilis eſt.Et ſic procedunt alię duæ rationes.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum timor ſit initium ſapientiæ.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ timor nõ ſit initium ſapientię.Initium enim eſt aliquid rei.Sed timor non eſt aliquid ſapientiæ : quia timor eſt in vi appetitiua, ſapientia autem eſt in vi intellectiua.Ergo videtur quod timor non ſit initium ſapientiæ.

q.45.art.6.ad tertium. Et Ro.8. le.3.col.2.

¶2 Præterea,nihil eſt principium ſui ipſius.Sed timor Dei ipſe eſt ſapientia:vt dicitur Iob 28.Ergo videtur, quòd timor Dei non ſit initium ſapientiæ.

¶3 Præterea,Principio nõ eſt aliquid prius.Sed fides præcedit timorem,ergo videtur quòd timor non ſit initium ſapientiæ.

¶SED CONTRA eſt,quod dicitur in Pſal.Initium ſapientiæ,timor domini.

¶RESPONEO, dicendum ꝙ initium ſapientiæ poteſt aliquid dici dupliciter. Vno modo, quia eſt,initium ipſius ſapientiæ,quantum ad eius eſſentiam. Alio modo,quantum ad eius effectum.Sicut initium artis ſecundum eius eſſentiã ſunt principia,ex quibus procedit ars:initiũ aũt artis ſecundũ eius effectũ eſt,vnde incipit ars operari.Sicut ſi dicamus,ꝙ principiũ artis ædificatiuæ eſt fundamentũ,quia ibi incipit ædificator operari.Cùm aũt ſapientia ſit cognitio diuinorũ, vt infrà dicetur,*aliter conſideratur à nobis, & aliter à Philoſophis. Quia enim vita noſtra ad diuinã fruitionẽ ordinatur, & dirigitur ſecundũ quandã participationem diuinæ naturæ,quæ eſt per gratiã,ſapientia ſecundum nos non ſolũ cõſideratur,vt eſt cognoſcitiua Dei, ſicut apud Philoſophos,ſed etiam vt eſt directiua humanæ vitæ,quæ non ſolũ dirigitur ſecundum rationes humanas, ſed etiam ſecundum rationes diuinas,vt patet per Aug.12. de Trin.*Sic ergo initiũ ſapientiæ ſecũdũ eius eſſentiã ſunt prima principia ſapiẽtię,q̃ ſunt articuli fidei:& ſecũdũ hoc fides dicitur ſapientię initiũ. Sed quantũ ad effectũ,initiũ ſapientiæ eſt,vñ ſapiẽtia incipit operari & hoc mõ timor eſt initiũ ſapientiæ. Aliter tñ timor ſeruilis & aliter timor filialis.Timor eñ ſeruilis eſt ſicut principium extrà diſponens ad ſapientiam,inquantũ aliquis timore pęnæ diſcedit à peccato,& habilitatur per hoc ad ſapientiæ effectum:ſecundum illud Eccle.primo,Timor domini expellit peccatum. Timor autem caſtus vel filialis eſt initiũ ſapientiæ, ſicut primus ſapientiæ effectus. Cum enim ad ſapiẽtiã pertineat,quod humana vita reguletur ſecũdũ rationes diuinas,hinc oportet ſumere principiũ,vt hõ deũ reuereatur,& ſe ei ſubiiciat.Sic enim cõſequẽter in omnibus ſecundũ Deũ regulabit̃.

q.45.art.1.

cap.14. to.3.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ,ꝙ rõ illa oſtendit,ꝙ timor nõ eſt principiũ ſapientiæ, quantũ ad eſſentiam ſapiẽtiæ.

¶ Ad ſecũdũ dicendum,quòd timor dei comparatur ad totam vitam humanam per ſapientiam Dei regulatam, ſicut radix ad arborem.Vnde dicitur Ecc.1.Radix ſapientiæ eſt timere dominũ. Rami enim illius longæui. Et ideo ſicut radix virtute dicitur eſſe tota arbor, ita timor dicitur eſſe ſapientia.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ ſicut dictum eſt,alio modo fides eſt principiũ ſapientiæ,& alio modo timor.Vnde dicitur Eccle. 25. Timor dei initiũ dilectionis eſt. Initium autẽ fidei agglutinandũ eſt ei.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum timor initialis differat ſecundum ſubſtantiam à timore filiali.

AD OCTAVVM ſic ꝓcedit̃. Videtur ꝙ timor initialis differat ſecundũ ſubſtantiã à timore filiali. Timor eñ filialis ex dilectiõe cauſat̃.Sed timor initialis eſt principiũ dilectionis,ſecũdũ illud Eccl.25.Timor domini initiũ dilectiõis eſt.Ergo timor initialis eſt alius à filiali.

¶2 Præterea,Timor initialis timet pęnã, quæ eſt obiectum ſeruilis timoris:& ſic videtur quòd timor initialis ſit idem cũ ſeruili. Sed timor ſeruilis eſt alius ſecũdum ſubſtantiam à filiali.

¶ 3 Præterea, Medium differt eadem ratione ab vtroq; extremorum.Sed timor initialis eſt medium inter timorem ſeruilem & timorem filialem. ergo differt & à filiali & à ſeruili.

¶ SED CONTRA eſt, quod perfectũ & imperfectũ nõ diuerſificent ſubſtãtiã rei. Sed timor initialis & filialis differũt ſecũdũ perfectionẽ & imperfectionẽ charitatis,vt patet per Aug.ſuper primã Can.Io.*Ergo timor initialis nõ differt ſecundum ſubſtantiã à filiali.

¶ Super Quæſtionis decimæ nonæ Articulum ſextum.

IN artic.6.omiſſis 3. 4. & 5.aduerte, quòd timor ſeruilis ſecũdũ ſubſtãtiã ſic habet pro obiecto malũ pœnæ,vt tamẽ non reſpiciat pœnã ſecũdũ omnẽ rationẽ,ſed ſecundũ rationẽ priuatiui boni ꝓprij, vt ſic.Et ꝓpterea malum ſeparationis à Deo in litera attribuitur vtrique timori, ſ. filiali, & ſeruili diuerſa rõne. Nã timori caſto attribuitur ex ꝑte Dei,hoc eſt inquãtũ homo timet ſe non viuere deo:maximè ſiquidẽ charitas facit hominẽ amare ſe, vt viuat Deo. Timori verò ſeruili ex parte boni noſtri,hoc eſt inquantũ hõ timet tanto ſuo bono, ſ. eſſe cum Deo, priuari. procedit eñ ille timor ex amore ſui, vt patet. Vnde in litera primũ explicatur dicẽdo,ꝙ timor pœnæ includitur in charitate ex timore caſto. Secũdũ autẽ dicendo,in calce corporis, ꝙ poteſt eſſe cum charitate.

¶ Super Queſtionis decimæ Articulum octauum.

IN articulo 8.omiſſo ſeptimo, dubium ex Durando in 34. diſt. tertij ſententiarũ,quæſtiones occurrit de idẽtitate timoris initialis & caſti. Nã & concluſionem, & reſponſionẽ ad ſecundũ, & proceſſum autoris nõ hic, ſed in 34. diſt. tertij ſententiarũ eandẽ concluſionem reprehendit. Concluſionem quidem, quia obiectũ timoris initialis diſtinguitur ab obiecto tam ſeruilis,quam caſti timoris : quia eius obiectum eſt vtrunque malum, ſcilicet gehennæ & culpæ, ſeu ſeperationis à Deo.Contra reſponſionem ad ſecundũ pro quanto ibi dicitur, ꝙ timor initialis timet pœnã pro quanto, habet aliquid de timore ſeruili adiunctum : arguit quia impoſſibile eſt duos actus cognoſcendi ſimul eſſe in eadem potentia cognitiua, vt alibi probatum eſt, & ſimiliter duo actus appetẽdi non poſſunt ſimul eſſe in eadem potentia appetitiua. Contra ꝓceſſum verò illũ, quia videt̃ repugnãtia dicere, ſ.quòd timor initialis imperet actũ propter fugam culpæ & pœnæ, & quòd timor initialis non timeat elicitiuè pœnam. Et probatur repugnantia: quia potentia nullum actũ imperat, niſi

in corp.

2.diſ.34.q.2art.3. quæſt. 7. Et Ro.8. le. 3. col. 2.

Tract. 9. in Can. Io.to.9.

mediante actu elicito, Si ergo imperat propter vtrumque, habet ergo actum elicitum circa vtrunque.

¶ Ad hæc dicitur ordinatè, & ad primū, quod falsum est, quod obiectū timoris initialis sit vtrūque malū, s. culpæ & pœnæ, sed culpæ tantum. Et si quando inuenitur apud doctores hoc, vt etiā inuenitur apud Autorem in articulo secundo hui⁹ quæstionis in corpore articuli, interpretādū est iuxta responsionem ad secundum hoc in loco, s. q nō ratione sui, sed ratione adiūcti sibi timoris seruilis, actus suus respicit alterum malum, scilicet pœnæ: alterū autē, scilicet culpæ, ratione sui.

¶ Ad secundum dicitur, (Loco cit.) quod sicut contingit in intellectu esse simul plures actus intelligendi in ordine ad vnum: ita etiā in appetitu contingit; simul esse plures actus appetendi. Et sic est in proposito: quia timor pœnæ & timor culpæ in ordine ad Dei conuersionem concurrunt.

¶ Ad tertium autē quamuis non sit contra præsentis operis doctrinam, quia tamē illa hic exposita est, respōdetur, quòd timorem initialem imperare propter vtrunque malum, actum aliquē, potest dupliciter intelligi. Primo ratione sui solius: & iuxta hunc sensum procedit argumentum, sed non militat contra autorem. Alio modo ratione sui & adiūcti timoris seruilis, & in hoc sensu intēdit hoc Autor, vt tam hic quàm ibi in responsione (Tex.7.) ad primum explicite declarauit, & iuxta hunc sensum nihil valet argumētū: q̄m timor initialis imperās, est non solus vnus timor, sed complectitur vtrunque. s. initialem, vt principalē, & seruilem vt ministrū, seu adiuuātē. (3.di.34.q. 2.art.1.q. 3.& art. 2.q.1.Et Rom.8.le. 3.col.2.)

¶ In eodem articulo octauo in responsione ad secundum aduerte, quod timor seruilis secundum suam substantiam habet multos actus: & quantum ad propositum spectat, duos, scilicet timere pœnā oppositam proprio bono timentis absolutè, & timere pœnā eādem, vt rationem operandi: facit, verbi gratia, quandoque timor nos timere pœnam gehennæ absolutè: quandoque autem facit nos sic timere (Cap.36.) pœnam gehennæ, vt ex illo timore moueamur ad bene agendū: vt illam s. gehennam euadamus. Iste secundus actus est, qui adiungitur timori initiali, & charitati imperfectæ: ita quòd timor initialis imperat talē actū, (Cap.36.) vt vtitur illo in ordine ad finem suum sanctum, qui est subiici Deo: sed adueniente charitate perfecte, cessat ille act⁹. quoniam perfecti in charitate non mouentur ad o-

¶ RESPONDEO dicendū, q timor initialis dicitur ex eo, q est initiū: sed cùm & timor seruilis & timor filialis sint aliquo mō initium sapiētię, vterque pōt aliquo mō initialis dici. Sed sic non accipitur initialis, secūdū quod distinguitur à timore seruili & filiali, sed accipitur secundū quod cōpetit statui incipientiū, in quibus inchoatur quidē timor per inchoationē charitatis, non tamen inest eis timor filialis perfectè: quia nondū peruenerūt ad perfectionē charitatis, & ideo timor initialis hoc mō se habet ad filialē sicut charitas imperfecta ad pfectā. Charitas autē perfecta & imperfecta nō differunt secundū essentiā, sed solū secūdū statū. Et ideo dicēdū est, q ēt timor initialis, prout hic sumit, non differt secundū essentiā à timore filiali.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q timor, qui est initium dilectionis, est timor seruilis, qui introducit charitatem: sicut seta introducit linum, vt Aug.* dicit. Vel si hoc referatur ad timorem initialem, dicitur esse dilectionis initium non absolutè, sed quantum ad statū charitatis perfectæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd timor initialis non timet pœnā, sicut primum obiectū: sed inquantū hēt aliquid de timore seruili adiunctum, qui secundum substantiā manet quidē cum charitate, seruilitate remota. Sad actus eius manet quidem cum charitate imperfecta in eo, qui non solùm mouetur ad bene agēdū ex amore iustitiæ, sed etiā ex timore pęnę. Sed iste actus cessat in eo, qui hēt charitatē perfectam, quæ foras mittit timorē habētē pęnā, vt dicitur primæ Ioan. 4.

¶ Ad tertium dicendum, quòd timor initialis est mediū inter timorē seruilem & filialē, non sicut inter ea quæ sunt vnius generis, sed sicut imperfectū est mediū inter ens perfectū & non ens, vt dicitur in secundo Metaphy.* Quod tamen est idem secundū substantiā, cum ente perfecto. Differt autē totaliter à non ente.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum timor sit donum Spiritussancti.

AD NONVM sic procedit, Videtur q timor nō sit donū Spiritussancti. Nullū em̄ donū Spiritussancti opponitur virtuti, quæ etiā est à spiritusancto: alioquin spiritussanctus esset sibi cōtrarius. Sed timor opponitur spei, quæ est virt⁹. Ergo timor nō est donum spiritussancti.

¶ 2 Præterea, Virtutis theologicæ ꝓpriū est, quòd Deum habeat pro obiecto: sed timor habet Deum pro obiecto, inquātum Deus timetur: ergo timor non est donum, sed virtus theologica.

¶ 3 Pręterea, Timor ex amore cōsequit, sed amor ponitur quædam virtus theologica, quasi ad idem pertinens.

¶ 4 Pręterea. Greg. dicit secundo Moralium,* quod timor datur contra superbiam. Sed superbiæ opponitur virtus humilitatis. Ergo etiam timor sub virtute comprehenditur.

¶ 5 Præterea, Dona sunt perfectiora virtutibus: dantur enim in adiutorium virtutum, vt Gregor. dicit secundo Moralium.* Sed spes est perfectior timore: quia respicit bonum, timor malū. Cùm ergo spes sit virtus, nō debet dici, quòd timor sit donum.

¶ SED CONTRA est, quod Isa. 11. timor domini enumeratur inter septem dona Spiritussancti.

¶ RESPONDEO, dicendum, q multiplex est timor, vt s̄ dictū * est. (* Art 1. huius q.) Timor autem humanus, vt dicit August. in lib. de Gratia & libero. † arb. nō est donū Dei (hoc em̄ timore Petrus negauit Christū) († cap. 18. to. 7.) sed ille timor, de quo dictum * est: Illū timete, qui pōt animā & corp⁹ mittere in gehennā. (Mat. 10.) Similiter etiam timor seruilis non est numerādus inter septem dona Spiritussancti, licet sit à Spiritusancto: quia vt August. dicit in lib. de Natura & gratia,* (Cap. 57. to. 7.) potest habere annexam voluntatem peccandi. Dona autem Spiritussancti non possunt esse cum voluntate peccati: quia non sunt sine charitate, vt dictū est.* (1.2.q 68. art. 5.) Vnde relinquitur, q timor Dei, qui numeratur inter septem dona Spiritussancti, est timor filialis, siue castus. Dictū est em̄ suprà,* (1.2.q. 68. ar. 1. & 2) q dona Spiritussancti sunt quedā habituales pfectiones potentiarū animæ, quibus redduntur bn̄ mobiles à Spiritusancto: sicut virtutibus moralibus potētię appetitiuę redduntur bn̄ mobiles à ratiōe. Ad hoc aūt, quod aliquid sit bene mobile ab aliquo mouēte, primò requiritur, vt sit ei subiectum nō repugnans: quia ex repugnantia mobilis ad mouēs impeditur motus. Hoc autē facit timor filialis vel castus, inquātum per ipsum Deū reueremur, & refugimus nos ipsi subducere. Et ideo timor filialis quasi primum locum tenet, ascendendo, inter dona Spiritussancti: vltimum autem descēdendo: sicut Augustinus dicit in libro* de sermone domini in monte. (li. 1. q. 7. to. 4.)

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd timor filialis nō contrariatur virtuti spei. Non enim per timorem filialem timemus ne nobis deficiat, quod speramus obtinere per auxiliū diuinum. Sed timemus ab hoc auxilio nos subtrahere. Et ideo timor filialis & spes sibiinuicem coherēt: & seinuicē perficiūt.

¶ Ad secundum dicendū, q propriū & principale obiectum timoris est malum, quod quis refugit. Et per hunc modum Deus non potest esse obiectum timoris, sicut suprà dictū est.* (Ar. 1. huius q.) Est autem per hunc modum obiectum spei & aliarum virtutum theologicarum: quia per virtutē spei non solū innititur diuino auxilio ad adipiscendū quæcunque alia bona, sed principaliter ad adipiscendum ipsum Deum tanquam principale bonum. Et idem patet in aliis virtutibus theologicis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc, quòd amor est principiū timoris, nō sequitur quòd timor Dei nō sit habitus distinctus à charitate, quæ est amor Dei: quia amor est principiū omnium affectionum, & tamē in diuersis habitibus perficimur circa diuersas affectiones in Deo. Et ideo amor magis habet rationē virtutis, quàm timor: quia amor respicit bonū, ad qd principaliter virtus ordinatur secundū propriam rationem, vt ex supradictis* patet, (1. 2. q. 55. art. 3.) & propter hoc etiam spes ponitur virt⁹. Timor autem principaliter respicit malum, cuius fugam importat. Vnde est aliquid minus virtute theologica.

¶ Ad quartum dicendū quòd sicut dicitur Eccl̄io. Initium superbiæ hominis apostatare à Deo, hoc est nolle subdi Deo, qd opponitur timori filiali, qui Deum reueretur. Et sic timor excludit principium superbiæ, propter qd datur, s. contra superbiam. Nec tamen seqtur, quòd sit idem cum virtute humilitatis, sed quòd sit principium eius. Dona em̄ spiritussancti sunt principia virtutum intellectualium & moralium, vt suprà dictum* est. Sed virtutes theologicæ sunt principia donorū, vt suprà habitum* est. (* 1. 2. q. 68. art. 5. & 8. * 1. 2. q. 68. art. 4. ad 3.) Vnde patet responsio ad quintum.

¶ Super Quæstionis decimanonæ Articulum nonū.

IN articulo 9. eiusdem quæstionis duo notanda occurrunt. Primo, vt ad hunc locum recurras, cùm quæstio occurrit, an timor sit virtus: quoniā vt in art. patet, Autor de dono loquitur, vt distinguitur contra virtutem, & sic discurrit. Secundo, quod in responsione ad secundum dicitur, quod per virtutem spei non solum innitimur diuino auxilio ad consequēda quæcunque alia bona, sed ad adipiscendum ipsum tāquam principale bonum. Hinc enim videre potes, quam bene dictum sit, quod Deus ipse est principale bonum nostrum, & non solum effectus eius, qui inter quæcunq; alia bona computatur.

... perandum ex timore ꝓprij mali, quum proprium bonum pro nihilo habeant, sed ex amore Dei, & timore ex parte Dei. Primus vero actus cum perfecta charitate vię tamen stare potest: quamuis minimus eo, quod crescente charitate minuitur, vt in artic. 10. huius quæstionis dicitur.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum crescente charitate, diminuatur timor.

AD DECIMVM sic ꝓcedit. Videt quòd crescēte charitate diminuat timor. Dicit em̄ Aug. super primam Cano. Io.* Quantum charitas crescit, tantùm timor decrescit. (3. dist. 34. q. 2. ar. 3. q̄o. 1. Et Psal. 18. to. 10. * Tract. 9. to. 9.)

¶ 2 Pręt. Crescēte spe diminuitur timor. Sed crescente charitate, crescit spes, vt suprà habitum* est. (q. 17. art. 8.) Ergo crescente charitate diminuitur timor.

¶ 3 Præt. Amor importat vnionē: timor aūt separationem. Sed crescente vniōe diminuitur separatio. Ergo crescente amore charitatis, diminuitur timor.

¶ SED CONTRA est, q dicit August. in lib. 83. Quæstio.* (Q. 36. to. 4.) quòd dei timor non solùm inchoat, sed etiam perficit sapientiam, id est, quæ summè diligit Deū & proximum tanquam seipsum.

¶ RESPONDEO dicēdū q duplex est timor dei, sicut dictū* est: (Ar. 4. huius q.) vnus quidē filialis, quo quis timet offensam Patris, vel separationē ab ipso: alius autē seruilis, quo quis timet pœnā. Timor autem filialis necesse est, q crescat, crescente charitate, sicut effectus crescit, crescente causa. Quātò enim aliquis magis diligit aliquē, tanto magis timet eū offendere, & ab eo separari. Sed timor seruilis quantū ad seruilitatē, totaliter tollitur charitate adueniēte: remanet tn̄ secundum substantiam timor pœnæ, vt dictum est.* (Ar. 6. huius q.) Et iste timor diminuitur, charitate crescente, maximè quantū od actū: qa quanto aliquis diligit Deū, tantò minus timet pœnā. Primò quidē, quia minus attendit ad propriū bonū, cui cōtrariatur pœna: secundò quia firmius inhærens magis confidit de pręmio, & per consequens minus timet de pœna.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q August. loquitur de timore pœnæ.

¶ Ad secūdū dicendū, q timor pœnę est, qui diminuitur, crescēte spe. Sed ea crescente, crescit timor filialis: quia quantò aliquis certius expectat alicuius boni cōsecutionē p auxiliū alterius, tātò magis veret eū offēdere, vel ab eo separari.

¶ Ad tertiū dicēdū, q timor filialis non importat separationē, sed magis subiectionē ad ipsum. Separationē autē refugit à subiectione ipsius. Sed quodāmodo separationē importat per hoc, q nō pręsumit se ei ad æquare, sed ei se subiicit. Quæ ēt separatio inuenitur in charitate, inquantū diligit deū s̄ se & supra oīa. Vn̄ amor charitatis augmentatus reuerentiam timoris non minuit, sed auget.

ARTICVLVS IX. [sic]

¶ Vtrum timor remaneat in patria.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur q timor nō remaneat in patria. Dicit em̄ Prouer. primo. Abundantia perfruetur, timore malorum sublato. Quod intelligitur de homine iam sapientia perfruente in beatitudine æterna. Sed omnis timor est alicuius mali: quia malum est obiectum timoris, vt s̄ dictū est.* ergo null⁹ timor erit ī patria. (* Ar. 2. & 3. huius q. & 1.2. q. 41. ar. 1.)

¶ 2 Præterea, Homines in patria erunt deo consomes, secundum illud 1. Ioan. 3. Cùm apparuerit, similes ei erimus. Sed deus nihil timet. Ergo homines ī patria non habebunt aliquem timorem.

¶ 3 Præterea, Spes est perfectior, quàm timor: quia spes est respectu boni, timor respectu mali. Sed spes nō erit in patria. ergo nec timor erit in patria.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Psalmo, Timor domini sanct⁹ permanet in sæculum.

¶ RESPONDEO dicēdum q timor seruilis siue timor pœnæ nullo mō erit in patria. Excluditur enim talis timor per securitatē æternæ beatitudinis, q̄ est de ipsius beatitudinis ratione, sicut s̄ dictū* est. (q. 18. art. 3. & 1. 2. q. 5. ar. 4.) Timor autē filialis sicut augetur augmētata charitate, ita charitate perfecta perficietur. vnde nō habebit in patria eundē actū omnino, quem habet modò. Ad cuius euidentiam sciendū est, quòd proprium obiectū timoris est malū possibile, sicut propriū obiectū spei est bonū possibile. Et cū motus timoris sit quasi fugæ, importat timor fugā mali ardui possibilis. Parua enim mala timorem nō inducūt. Sicut aūt bonū vniuscuiusq; est, vt in suo ordine cōsistat: ita malū vniuscuiusq; est, vt suū ordinem deserat. Ordo autem creaturæ rationalis est, vt sit sub Deo, & s̄ cæteras creaturas. Vn̄ sicut malū creaturę rationalis est, vt subdat se creaturæ inferiori per amorē: ita etiā malū eius est, si non Deo se subiiciat, sed in ipsum pręsumptuosè insiliat, vel contemnat. Hoc autem malum creaturæ rationali, secundum suam naturam consideratæ possibile est, propter naturalē liberi arbitrij inflexibilitatē. Sed ī Beatis fit nō possibile per gloriæ perfectionē. Fuga ergo huius mali, quod est deo non subiici, vt possibilis naturæ, impossibilis aūt beatitudini erit in patria. In via aūt est fuga huius mali, vt omnino possibilis. Et ideo Gregor. dicit 17. Moral.* (Cap. 15.) exponens illud Iob. 26. Colūnæ cæli cōtremiscunt & pauent ad nutū eius. Ipsæ, inquit, virtutes cælestium, quę hūc sine cessatione conspiciunt, in ipsa contēplatione contremiscūt. Sed idem tremor, ne eis pœnalis sit, non timoris est, sed admirationis: quia s. admirātur deū, vt s̄ se existentem, & eis incomprehensibilē. Aug. etiā 14. de ciuitate dei * (cap. 9. to. 5.) hoc modo ponit timorem in patria, quamuis hoc sub dubio derelinquat. Timor, inquit, ille castus permanens in sæculum sæculi, si erit in futuro sæculo, non erit timor exiens à malo, quod accidere potest: sed tenens in bono, quod amitti nō pōt. Vbi enim boni adepti amor immutabilis est, profectò, si dici potest, mali cauēdi timor securus est. Timoris quippe casti nomine ea voluntas significata est, qua necesse erit nolle peccare: & nō solicitudine infirmitatis, ne fortè peccemus, sed trāquillitate charitatis caue re peccatū. Aut si nullius omnino generis timor ibi esse poterit, ita fortasse timor ī sæculū sæculi dictus est pmanēs: qa id pmanebit, quo timor ipse pducit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd in autoritate prædicta excluditur à Beatis timor, solicitudinem habens, de malo præcauens: non autem timor securus: vt August.* dicit. (loco cit.)

¶ Ad secundum dicendū, quòd sicut dicit Dionys. 9. ca. de Diui. no. Eadē & similia sunt Deo & dissimilia. Hæc quidē secūdum contingentē non imitabilis imitationem, id est, inquantum secundum suū posse imitantur deum, qui non est perfectè imitabilis. Hęc autem secundū quod hic causata minus habent à causa infinitis mensuris & incomparabilibus defi-

tioni, scilicet crescente causa, scilicet charitate, crescit effectus, scilicet iste timor. Et ratio sua est: quia quanto separatio à Patre est magis difficilis, tanto minus timetur. Constat autem quod quanto magis creuerit charitas, tanto difficilius potest separari à Deo. Ergo crescente charitate, non crescit timor separationis à Deo. Allatam autem rationem literæ soluit per hoc quòd licet timor castus sit effectus charitatis, exigit tamen tanquam obiectum, malū separationis à Deo vt possibile: quia timor non est de impossibili. Et quia cresente charitate, talis separatio est minus possibilis: ideo minus timetur, & facilius vitatur.

¶ Ad euidentiam huius duo sunt notanda. Primū ne fallamur in separationis vocabulo. Separatio siquidē à Deo potest sumi dupliciter. Primò, vt est pœnalis homini, qui separatur à Deo: & sic clauditur sub malo pœnæ: & spectat ad timorē seruilem, non secundum seruilitatem, sed secundū substantiam: quia coniūgitur Deo, vt opponitur huiusmodi separationi, amatur amore concupiscentiæ, hoc est amore quo quis sibiipsi vult tale bonum. Et sic timor separationis à Deo crescēte charitate, non crescit, sed diminuitur, quemadmodum timor cæterarum pœnarum propter duas rationes, quas in corpore huius articuli habes. Secundo vero modo potest sumi separatio à Deo, vt suprà dictum est, ex parte Dei, hoc est vt sumatur opposita coniunctio charitatis amore quo homo amat se in Deo, & ad Deum: & sic spectat ad timorem castum. Non quòd sit duplex separatio à Deo, vna spectans ad timorem seruilem, & altera ad timorem filialem: sed vna & eadem separatio vt priuatiua boni proprij hominis timetur timore seruili, & vt priuatiua boni diuini, hoc est boni hominis in ordine ad Deum, timetur timore filiali. Et sic est sermo noster de timore separationis à Deo: cùm dicitur, quòd crescit, crescente charitate in via. Nam de patria est alter articulus: & non est præsens sermo de separatione à Deo, hoc est de offensa Dei: quoniam, vt patet in litera, timori casto vtrunque timendum tribuitur, scilicet offendere Deum, & separari à Deo. Sed quia Durandus arguit contra timoris casti augmentum, pro quanto respicit separationem: ideo, vt dictum est, loquimur non de separatione offensæ, quæ est malum culpæ, sed de separatione, quæ est malum pęnæ, nō vt est priuatio boni nostri, sed vt est priuatio boni diuini, vt dictum est. (1.2.q.68. art.6. Et 3. dis. 34. q.1. artic. 3. Et dis. 35. q̄o. 2. art 2. q. 3. & ar. 4. q. 3.)

¶ Secundum est, quòd obiectum timoris multa claudit, scilicet malum arduum, futurum, possibile. Sed quantum ad propositum spectat, claudit duo, s. malum & possibile: quæ ita se habent, quòd conueniunt primo in hoc, q vtrunque exigitur ad obiectum timoris, s. & q sit malū, & quòd sit possibile vt patet, & conueniunt secundo in hoc quòd cæteris paribus, quoduis eorum actum, auget timendum. Nā cæteris paribus, quod est magis malum, est magis timendum: & similiter cæteris parib. quod est magis possibile, est magis timendum. Sed differunt in hoc, quod mali latitudo est mensura simpliciter timoris: ita quod quanto maius est malum, tanto timor eius est simpliciter maior. Possibilis vero latitudo est mensura secundum quid ipsius timoris, quod patet ex eo, quod quantūcunque facillime euenire nobis possit aliquod paruum malum, minus timemus, quàm si magnum aliquod malum possibile immineat, quāuis non facile venturum. Et quoniam in huiusmodi nihil differt esse vel apparere malum vel bonum, vt patet in secundo Physico. eiusdem rationis est esse maius malū, & appretiari; vt maius malum, ac per hoc ad ꝓpositum descendendo separari à Deo tanto maioris mali rationem habet, quanto magis appretiatur. Constat autem, quòd tanto magis appretiatur, quanto magis Deus amatur, & consequenter quanto magis crescit amantis Deū charitas, tanto magis crescit appretiatio separationis à Deo. Et si huic adiungas, quòd in via semper habet rationem possibilis, concludes quòd crescente charitate, timor separationis à Deo crescit simpliciter ex augmento mensuræ simpliciter, & diminuitur secundū quid ex diminutione mensurę secundū quid, scilicet possibilitatis: quia minus possibilis est perfectiori in charitate, quā imperfectiori. Et vt clarius fiat quod dicimus: declaratur exemplo. Certum est quòd quanto aliquis magis diligit amicum, tanto magis appretiat coniuctum cum illo: ac per hoc tanto maius malum æstimat separationem ab illo, & quanto minus diligit quis amicum, tanto minus facit coniuctum cum illo, ac per hoc minus malum æstimat separari ab illo: & demum si nihil diligit, nihil boni in in coniuctu, & nihil mali in separatione illius æstimat. Vbi vides, quòd propria mensura appretiationis mali separationis, est amor amicitiæ: & consequenter prospicere potes, quod optimè Autor infert ex augmento charitatis in via, in qua semper saluatur obiectum timoris in separatione à Deo, quod augetur simpliciter timor separationis. Charitas enim est amor amicitiæ ad Deum, qua amatur coniunctio hominis cū Deo ad Deum, cuius opposita separatio malum est possibile semper in via. Et quanto maior est charitas, tanto magis appretiatur bonum coniunctionis & malum separationis: ac per hoc semper crescit simpliciter timor separationis.

¶ Ad obiectionem ergo Durandi, quanto separatio est difficilior, tanto minus timetur: respondetur, quod verum est, cæteris paribus: sed in proposito non sunt cætera paria: quia

Universidad de Deusto Biblioteca

cientia. Vnde non oportet, quòd si deo non conuenit timor, quia non habet superiorem, cui subiiciatur, quòd propter hoc non conueniat beatis, quorū beatitudo consistit in perfecta subiectione ad Deum.

¶ Ad tertium dicendum, quod spes importat quendam defectum, scilicet fruitionem beatitudinis, quæ tollitur per eius præsentiam. Sed timor importat defectum naturalem creaturæ, secundum quod in infinitum distat à Deo. Quod etiam in patria remanebit: & ideo timor non euacuabitur totaliter.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum paupertas spiritus sit beatitudo respondens dono timoris.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd paupertas spiritus non sit beatitudo respondens dono timoris. Timor enim est initium spiritualis vitæ, vt ex dictis * patet. Sed paupertas pertinet ad perfectionem vitæ spiritualis secundum illud Math. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus. Ergo paupertas spiritus non respondet dono timoris.

2 Præterea, In Psal. dicitur, Confige timore tuo carnes meas. Ex quo videtur, quòd ad timorem pertineat carnē reprimere. Sed ad repressionem carnis maximè videtur pertinere beatitudo luctus. Ergo beatitudo luctus magis respōdet dono timoris, q̃ beatitudo paupertatis.

¶3 Præterea, Donum timoris respondet virtuti spei, sicut dictum* est. Sed spei maximè videtur respondere beatitudo vltima quæ est, Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. quia, vt dicitur Ro. 5. Gloriamur in spe glorię filiorum Dei. Ergo beatitudo illa magis respōdet dono timoris, quam paupertas spiritus.

¶4 Præterea, Supra dictum est *, quod beatitudinibus respondent fructus. Sed nihil in fructibus inuenitur respondere dono timoris. Ergo etiam neque in beatitudinibus aliquid ei respondet.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. * de sermone Domini in monte, Timor Dei congruit humilibus: de quibus dicitur, Beati pauperes spiritu.

¶RESPONDEO dicendū, q timori proprie respondet paupertas spiritus. Cùm enim ad timorem filialem pertineat Deo reuerentiam exhibere, & ei subditum esse, quod ex huiusmodi subiectione consequitur, pertinet ad donum timoris. Ex hoc autē quòd aliquis Deo se subiicit, desinit quærere in seipso vel in aliquo alio magnificari, nisi in Deo. Hoc enim repugnaret perfectæ subiectioni ad Deum. Vnde dicitur in Psal. Hi in curribus & hi in equis, nos autē in nomine Dei nostri inuocabimus. Et ideo ex hoc, quod aliquis perfectè timet Deum, consequens est, quòd non quærat magnificari in seipso per superbiam, neque etiam quærat magnificari in exterioribus bonis, scilicet honoribus & diuitiis: quorum vtrumque pertinet ad paupertatem spiritus, secundum quod paupertas spiritus intelligi potest, vel examinatio inflati & superbi spiritus, vt August.* exponit: vel etiam abiectio temporalium rerum, quæ fit spiritu, id est propria voluntate per instinctum Spiritus sancti, vt Ambros.* & Hieron.* exponunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q cum beatitudo sit act⁹ virtutis perfectæ, omnes beatitudines ad perfectionem spiritualis vitæ pertinent. In qua quidem perfectione principium esse videtur: vt tendens ad perfectam spiritualium bonorum participationem terrena bona contemnat, sicut timor, primū locum habet in donis. Non autem consistit perfectio in ipsa temporalium desertione, sed hæc est via ad perfectionem. Timor autem filialis cui respondet beatitudo paupertatis, etiam est cum perfectione sapientiæ, vt suprà * dictum est.

¶ Ad secundum dicendū, quod directius opponitur subiectioni ad Deum, quam facit timor filialis, indebita magnificatio hominis: vel in se ipso vel in aliis rebus, quā delectatio extranea: quæ tamē opponitur timori ex consequenti, quia qui Deū reueretur, & ei subditur, non delectatur in aliis à Deo. Sed tamen delectatio non pertinet ad rationem ardui, quam respicit timor, sicut magnificatio. Et ideo directè beatitudo paupertatis respondet timori, beatitudo autem luctus ex consequenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd spes importat motum ex habitudine ad terminum, ad quem tenditur. Sed timor importat magis motum, secundum habitudinem recessus à termino à quo. Et ideo vltima beatitudo, quæ est spiritualis perfectionis terminus, congruè respondet spei per modum obiecti vltimi. Sed prima beatitudo, quæ est per recessum à rebus exterioribus impedientibus diuinam subiectionem, congruè respondet timori.

¶Ad quartum dicendum, quod in fructibus illa, quæ pertinēt ad moderatum vsum vel abstinentiam à rebus temporalibus, videntur dono timoris conuenire, sicut modestia, continentia & castitas.

*1. ca. 9. tom. 4. — * li. 1. c. 1. & 9. to. 4 — * Amb. libr. 5. in Luc ca. de beatitudinibus. tom. 5. — * Hie. in Matth. c. 5 tom. 9. — † Ar. 7. et 10. huius q.*

separatio habet rationē maioris mali, respectu perfectioris in charitate, quia ab eo magis appretiatur in bono coniuncto ad Deum, & in malo opposita separatio, ex hoc ipso, quod magis diligit Deum. Et non solum nō sunt cætera paria, sed ista imparitas ex parte appretiati mali longe præeminet imparitati possibilitatis: vt patet ex hoc, quod videmus patrem magis timere separationem filij magis amati, quamuis difficile futuram, quàm separationem filij minus amati facile futuram: & ideo crescente charitate, crescit simpliciter timor separationis ex augmento appretiationis mali separationis, & minuitur secundum quid ex diminutione possibilitatis eueniendi. Facile enim & difficile species sunt possibilis. ¶ Ad solutionem rationis respondetur per idē, s. quia diminutio secundum quid, non tollit augmētum simpliciter. Vnde stat solida ratio, quòd crescente causa, effectus crescit simpliciter, & crescente charitate, crescit appretiatio separationis, ac per hoc timor simpliciter crescit. Nec obstat diminutio possibilis: quia cum augmento simpliciter, stat diminutio secūdum quid. Et sic timor separationis crescente charitate, minuitur secūdum quid, pro quanto securiores sunt de coniunctione ad Deum perfecti in charitate, ex hoc quòd apprehenditur separationem difficilè posse euenire, attento dono perfectæ charitatis percepto.

*Infrà q. 121. artic. 2. col & 3. dis. 34. q. 1. ar. 4. & 5. cor — * Art. 7. hu. q. — Ar. 9. q. ad. 1. — 2. 2. q. 70. art. 3.*

¶ Super

QVÆSTIO VECESIMA

de Desperatione in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vitiis oppositis. Et primo de desperatione, secundo de præsumptione.

¶ Circa Primum quæruntur quatuor.

¶ Primum, vtrum desperatio sit peccatū.

¶ Secundò, vtrum possit esse sine infidelitate. ¶ Tertiò, vtrum sit maximum peccatorum. ¶ Quartò, vtrum oriatur ex accidia.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum desperatio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod desperatio non sit peccatū. Omne enim peccatum habet conuersionē ad commutabile bonum cum auersione ab incommutabili bono: vt per Aug. patet in primo lib. de Lib. arbit. * Sed desperatio non habet cōuersionem ad cōmutabile bonū, ergo non est peccatum.

¶ Præterea, illud quod oritur ex bona radice, non videtur esse peccatum: quia non potest arbor bona fructus malos facere, vt dicitur Math. 7. Sed desperatio videtur procedere ex bona radice, scilicet ex timore Dei, vel ex horrore magnitudinis propriorū peccatorum. ergo desperatio non est peccatorū principiū.

¶3 Prçterea, Si desperatio esset peccatū, etiā damnatis esset peccatū, quòd desperant. Sed hoc non imputatur eis ad culpam, sed magis ad damnationem. Ergo neque viatoribus imputatur ad culpā. Et ita desperatio non est peccatum.

¶SED CONTRA: Illud, per qđ homines in peccato inducuntur, videtur esse non solum peccatū: sed principium peccatorum. Sed desperatio est huiusmodi. Dicit em̄ Apostolus de quibusdā ad Eph. 4. Qui desperātes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ & auaritiæ, ergo desperatio non solùm est peccatū, sed aliorum peccatorum principium.

¶RESPONDEO, dicendum, q secundū Philosophū in 6. Ethic. * illud qđ est ī intellectu, affirmatio vel negatio est ī appetitu psecutio & fuga, & qđ est in ītellectu verū vel falsū, est in appetitu bonū & malū. Et ideo oīs mot⁹ appetitiu⁹, cōfirmiter se habēs intellectui vero, est secundum se bonus. Omnis autē motus appetitiuus, cōformiter se habēs ītellectui falso, est secūdū se mal⁹ & peccatū. Circa Deū vero vera existimatio ī tellectus est, qđ ex ipso puenit hominū salus & venia peccatorib⁹ datur secūdū illud Eze. 18. Nolo mortē peccatoris sed vt cōuertatur & viuat. Falsa autē opinio est, q peccatori pœnitenti veniam deneget, vel q peccatores ad se non cōuertat p gratiā iustificātē. Et ideo sicut motus spei, qui cōformiter se habet ad existimationē verā, est laudabilis & virtuos⁹: ita oppositus motus desperationis, qui se habet conformiter existimationi falsę de Deo, est vitiosus & peccatum.

¶ Super quæstionis vicesimæ Articulum primum.

IN articulo primo, quęst. 20 in respōsione ad primum dubium occurrit ex eo, quod præsens doctrina enarrare videtur doctrinam habitam in præcedenti libr. de specificatione peccati, quod scilicet specificatur ex parte conuersionis, & non ex parte auersionis. Sic namque excipimus peccata contra virtutes theologicas, vbi vniuersale fundamentū prædictæ doctrinæ sustinebitur.

¶ Ad hoc dicitur, quod præsens doctrina, nec contrariatur superiori, nec excipit ab illa, sed cōfirmat illam.

¶ Ad cuius euidentiam scito, quod aliud est loqui de auersione à Deo, & conuersione ad obiectum, quæ inueniuntur in peccato mortali: & aliud est, loqui de auersione à Deo & conuersione ad commutabile bonum, quæ etiam inueniuntur in peccato mortali, quamuis & alij & nos forte quandoque pro eodē his vsi fuerimus, & pia egeant interpretatione, sicubi inueniantur indistincta. Declaratur autem alietas cum vniuersa hac materia, manifestando differentiam in litera positam sic in peccatis oppositis theologicis virtutibus, verbi gratia. In odio Dei tria inueniuntur. Primo conuersio ad propriū obiectū, Deum, scilicet, qui odio habetur. Secundò, auersio formalis istius actus odij à diuina lege, & sicut inuenitur in quolibet alio peccato mortali auersio. Tertiò, conuersio cōcomitans ad commutabile bonum, puta seipsū, qui peccat nimis amando. In aliis autem peccatis conuersio ad propriū obiectum, quæ est essentialis peccato, est ad commutabile bonū: quia obiectū aliorū peccatorum nō est Deus. Et ideo in aliis auersio est ab incommunicabili bono, conuersio vero ad commutabile bonum. In istis vero, vt dictum est, & auersio est ab incommutabili bono, & conuersio essentialis peccati est incommutabile bonum. Sed quia huiusmodi mala conuersio ad incommutabile bonum, secundum ordinationem quidem actus appetitiui ad obiectum, conuersio est ad incommutabile bonum: nam qui odit Deum, actū odij ordinat directè in Deum, vt illius propriū obiectū, & propterea hinc sumit speciē huiusmodi peccatum, sicut cæteræ ab obiectis suis: secundū verò efficaciam actus eiusdē ad obiectum, auersio est ab incōmutabili bono. Nā qui odit Deū, abnegat Deū à sua voluntate. Odio enim habere, nihil aliud est quā abnegare illud suo appetitu: hoc autē non solum est auertere amorem ab illo, sed contra illum etiā appetere. Vnde sicut cōuertens gladiū ad aliquē occidendū, conuertit quidem se ad illum, sed conuersione occisiua: ita in huiusmodi peccatis est conuersio ad incommutabile bonum offensiua. Et ideo Autor in litera dicit huiusmodi peccata principaliter cōsistere in auersione à bono incommutabili. Vt ergo cuncta iuxta vocabula Autoris clare videas, distingue auersionem ab incommutabili bono, in formalem & obiectiuam, & perspice primo, quòd auersio formalis est quæ cōmunis est omni peccato mortali, & dicitur formale in peccato mortali, & non esse illam, de qua hic dicitur, quòd est principaliter intenta, & esse illam de qua superius dictū est, q non specificat peccata. Perspice secundo, q auersio obiectiua Dei, quæ consistit in cōuersione offensiua Dei, vt propriæ materiæ & obiecti illius conuersionis, est de qua hic dicitur, quòd est prīcipaliter intenta. Et probatur hanc esse mentem autoris clare ex cā subiūcta, scilicet quia virtutes theologicæ habēt Deum pro obiecto. Hoc enim manifestat, quod de auersione ex parte obiecti loquitur. Et sic omnia consonant. At si nouitius, aut sciolus quispiam dubitet, vel opponat, quia responsio iuxta argumētum intelligendā est, & arguendo de auersione formali sermo est: patet facile responsio, quòd argumentum de conuersione ad commutabile bonum principaliter quærebat, & fuisset illi satisfactum per illam distinctionem principaliter, vel cōcomitanter: sed ad perfectionem doctrinæ autor docuit hic auersionem ab incommutabili bono dupliciter in quibusdam peccatis inueniri, formaliter & obiectiuè, vt declaratum est.

lib. 1. cap. vlt. et li. 2. cap. 19. tom. 1. — ca. 2. to. 5. — Lib. 2. ca. 18. & 19. tom. 1. — D 456 — 2. di. 43. ar. 3. ad 1.

¶ Super Quæstionis vicesimæ Articulum secundum.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q in quolibet peccato mortali est quodāmodo auersio à bono incommutabili, & conuersio ad bonum cōmutabile. Sed aliter & aliter. Nam principaliter consistunt in auersione à bono incommutabili peccata, quæ opponuntur virtutibus theologicis, vt odium Dei & desperatio & infidelitas: quia virtutes theologicæ habent Deum pro obiecto. Ex cōsequēti autem important conuersionē ad bonum commutabile, inquantū anima deserens Deū, consequenter necesse est, q ad alia conuertatur. Peccata verò alia principaliter consistunt in conuersione ad commutabile bonum. Ex consequēti verò in auersione ab incommutabili bono. Non enim qui fornicatur, intendit à Deo recedere, sed carnali delectatione frui: ex quo sequitur, q à Deo recedat.

¶Ad secūdum dicendū, quòd ex radice virtutis pōt aliquid pcedere dupliciter, Vno modo directè ex parte ipsius virtutis, sicut actus procedit ex habitu. Et hoc modo ex virtuosa radice nō pōt aliquod peccatū procedere. Hoc em̄ sensu Aug. *dicit in lib. de Lib. arb. q virtute nemo malè vtitur. Alio mō procedit aliquid ex virtute indirectè, siue occasionaliter. Et sic nihil phibet aliquod peccatū ex aliqua virtute procedere. Sic enim inter dū aliqui de virtutibus superbiūt, secūdum illud Aug. Superbia bonis operib⁹ insidiatur, vt pereāt. Et hoc modo ex timore d Dei vel ex horrore propriorum peccatorum contingit desperatio, inquantum his bonis aliquis malè vtitur, occasionem ab eis accipiens desperādi.

¶ Ad tertiū dicendum, q damnati non sunt in statu sperādi propter impossibilitatē reditus ad beatitudinē. Et ideo qđ nō sperāt, non imputatur eis ad culpam, sed est pars dānationis ipsorū. Sicut etiā in statu viæ, si quis desperaret de eo, q nō est nat⁹ adipisci, vel qđ nō est debitū adipisci, nō esset peccatū: puta si medic⁹ desperet de curatiōe alicui⁹ īfirmi, vel si aliqs desperet se forte diuitias adepturū.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum desperatio sine infidelitate esse possit.

AD SECVNDVM sic pceditur. Videt q desperatio sine īfidelitate esse nō possit. Certitudo em̄ spei à fide deriuatur. Sed manēte cā, nō tollit effect⁹. Ergo non potest aliquis certitudinē spei amittere desperando, nisi fide sublata.

¶2 Prçterea, Præferre culpā propriā bonitati, vel misericordiæ diuinæ, est negare infinitatem diuinę misericordię vel bonitatis: qđ est īfidelitatis. Sed q desperat, culpā suā pfert misericordiæ, vel bonitati diuinæ secūdū illud Gen. 4. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniā merear. Ergo quicunque desperat, est infidelis.

¶3 Præterea, Quicūq; incidit in hæresim damnatam, est infidelis. Sed desperās videtur incidere in hęresim damnatā, scilicet Nouatianorū, qui dicunt peccata nō remitti post baptismū. Ergo videtur, q quicunque desperat, sit infidelis.

¶SED CONTRA est, quòd remoto posteriori, nō remouetur pri⁹. Sed spes est posterior fide, vt s̄ dictū est.* Ergo remota spe, pōt remanere fides. Non ergo quicunque desperat, est infidelis.

¶RESPONDEO dicēdū q infidelitas pertinet ad intellectū, desperatio autem ad vim appetitiuā, Intellectus autem vniuersaliū est: sed vis appetitiuā mouetur circa particulares res. Est enim motus appetitiuus ab aīa ad res, quæ in seipsis particulares sunt. Cōtingit autē aliquē habentē rectam existimationem in vniuersali circa motū appetitiuū, nō rectè se habere, corrupta eius æstimatione in particulari: qa necesse est q ab ęstimatiōe in vniuersali ad appetitū rei particularis perueniatur mediante æstimatione particulari, vt dicitur in tertio de Anima.* Sicut ex propositione vniuersali non infertur conclusio particularis, nisi assumēdo particularē. Et inde est q aliquis habēs rectā fidē in vniuersali, deficit in motu appetitiuo circa particulare, corrupta particulari ei⁹ æstimatione p habitū, vel p passionē. Sicut ille, q fornicatur eligēdo fornicationē vt bonum sibi vt nunc, habet corruptā æstimationē in particulari, cùm tn̄ retineat vniuersalem æstimationem verā secundū fidē, s. quòd fornicatio sit mortale peccatum. Et similiter aliquis retinendo in vniuersali verā æstimationē fidei, q s. est remissio peccatorū in ecclesia, pōt tn̄ pati motū desperationis, q s. sibi in tali statu existēti non sit sperandū de venia corrupta æstimatione eius circa particulare. Et p hūc modū potest esse desperatio sine infidelitate, sicut & alia peccata mortalia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd effectus tollitur, nō solùm sublata causa prima, sed etiā sublata causa secūda. Vnde motus spei auferri pōt, nō solū sublata vniuersali æstimatiōe fidei, quæ est sicut causa prima certitudinis spei, sed etiam sublata æstimatione particulari, quæ est sicut secunda causa.

¶Ad secundum dicēdum, q si quis in vniuersali æstimaret misericordiā Dei nō esse infinitā, esset infidelis. Hoc aūt non existimat desperans: sed q sibi in statu illo, pter aliquā particularē dispositionē nō sit de diuina misericordia sperandū.

¶Et similiter dicendū est ad tertiū, quòd Nouatiani in vniuersali negant remissionem peccatorum fieri in Ecclesia.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum desperatio sit maximum peccatorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd desperatio non sit maximū peccatorum. Potest enim esse desperatio absque infidelitate: sicut dictum est. * Sed infidelitas est maximum peccatorū, quia subruit fundamentum spiritualis ædificij. ergo desperatio non est maximum peccatorum.

¶2 Præterea, Maiori bono maius malum opponitur, vt patet per Philosophum in octauo Ethic.* Sed charitas est maior spe vt dicitur 1. Cor. 13. Ergo odiū est maius peccatū, q̃ desperatio.

¶3 Præterea, In peccato desperationis est solum inordinata auersio à Deo. Sed in aliis peccatis est non solùm auersio inordinata à Deo, sed etiam inordinata conuersio. ergo peccatum desperationis non est grauius, sed minus aliis.

¶SED CONTRA. Peccatum insanabile videtur esse grauissimum secundum illud Iere. 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Sed peccatum desperationis est insanabile, secundum illud Iere. 15. Plaga mea desperabilis renuit curari. Ergo desperatio est grauissimum peccatum.

¶RESPONDEO dicēdum q peccata, quæ opponūtur virtutibus theologicis sunt secundum suū genus grauiora peccatis aliis. Cùm enim virtutes theologicæ habeant Deū pro

IN articulo secundo hoc solum scribēdum occurrit, vt bene notes, quomodo fides stat cum desperatione, vt etiā hic intelligas, quomodo etiā stat cum blasphemia, quę inter Christianos inuenitur. Vterque siquidem blasphemus & desperās in particulari tantum sufficit, quod erret.

¶ Super quæstionis vicesimæ Articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdem quæstion. 20. dubium occurrit ad hominem, authorem scilicet, quia in quæstio. 17. articulo 6. oppositum dixit, dum assignauit differentiam inter charitatem & duas reliquas virtutes theologicas in hoc, quod charitas facit hominem Deo inhærere propter seipsum. Fides autem & spes faciunt hominem Deo inhærere, sicut cuidam principio, ex quo aliqua nobis proueniunt. Hæc contraria apparent præsenti literę, vbi dicitur, quod odium Dei & infidelitas sunt contra Deum, secundum quod in se est: desperatio autem, secundum quod eius bonum participatur à nobis. Patet namque, quòd licet de charitate & spe consona sit sententia, de fide tamen contraria vtrobique est, dum ibi Deum vt principium, hic Deū, secundum quod est in se, ad fidem refert.

¶ Ad hoc dicitur breuiter, quòd Deus dupliciter respicitur à fide, s. vt cui creditur, & quòd creditur: propter quod actus fidei distinctus est per credere Deo, & credere Deum. Inquantum igitur fides credit Deo, respicit Deum vt dicētem, quod est respicere Deum vt principium veritatis quā reuelat: & hoc superius Autor intendit. Inquantum verò credit Deum, respicit Deum, secundū quòd in se est: credit nāque Deum esse patrem omnipotentem, &c. & hoc intendit hic Autor, vnde nulla est inter dicta contrarietas.

q. 17. 7. — Tex. 58. — Ar prec. & q. 10. arti 3. & q. 14. art. 3. — cap. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiecto, peccata eis opposita important directè & principaliter auersionē à Deo. In quolibet autē peccato mortali principalis rō mali & grauitas, est ex hoc, q̄ auertit se à deo. Si enim posset esse conuersio ad bonum cōmutabile, sine auersione à deo, quamuis esset inordinata, non esset peccatū mortale. Et ideo illud quòd primò, & per se habet auersionē à Deo, est grauissimū peccatū inter peccata mortalia. Virtutibus aūt theologicis opponūtur infidelitas, desperatio, & odiū dei, inter quæ odiū & infidelitas si desperationi cōparentur, inueniūtur secūdū se quidē, id est, secūdū rationē propriæ speciei grauiora. Infidelitas enim prouenit ex hoc, quòd hō ipsam dei veritatem non credit. Odiū verò dei prouenit ex hoc, quòd voluntas hominis ipsi diuinæ bonitati contrariatur. Desperatio aūt ex hoc quòd hō non sperat se bonitatē dei participare. Ex quo patet quòd infidelitas, & odium dei sunt cōtra Deum, secundū q̄d in se est: desperatio aūt secundū quòd eius bonū participatur à nobis. Vnde maius peccatū est, secundum se loquendo, non credere Dei veritatē: vel audire Deum, quàm nō sperare consequi gloriam ab ipso. Sed si cōparetur desperatio ad alia duo peccata ex parte nostra, sic desperatio est periculosior: quia per spē reuocamur à malis, & inducimur ad bona prosequenda. Et ideo sublata spe, irrefrenatè homines labuntur in vitia, & à bonis laboribus retrahuntur. Vnde super illud Prouer. 24. Si desperaueris lapsus in die angustiæ, minuetur fortitudo tua, dicit gl. Nihil est execrabilius desperatione: quā qui habet, & in generalibus huius vitæ laboribus, & quòd peius est, in fidei certamine constantiam perdit. Et Isid. dicit in lib. de Summo bono. *Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ est: sed desperare est descendere in infernum. Lib. 2. c. 14.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum desperatio ex accidia oriatur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd desperatio ex accidia non oriatur. Idem enim non procedit ex diuersis causis. Desperatio aūt futuri sęculi procedit ex luxuria: vt dicit Grego. 31. Moral. cap. 31. * non ergo procedit ex accidia.

¶ 3 Præterea, sicut spei opponitur desperatio, ita gaudio spirituali opponitur accidia. Sed gaudium spirituale procedit ex spe, secūdum illud Rom. 12. Spe gaudentes. Ergo accidia procedit ex desperatione, & non econuerso.

¶ 3 Præterea, Contrariorū cōtrariæ sunt causæ. Sed spes, cui opponitur desperatio, videtur ꝓcedere ex cōsideratiōe incarnationis. Dicit enim Aug. 13. de Trin. * Nihil tam necessariū fuit ad erigendam spem nostram, quàm vt demōstraretur nobis, quantum nos Deus diligeret. Quid verò huius rei isto indicio manifestius, quàm quòd Dei filius naturæ nostrę dignatus est inire consortium? Ergo desperatio magis procedit ex negligentia huius considerationis, quàm ex accidia. cap. 10. tom.

¶ SED CONTRA est, quod 41. Moral. *Greg. desperationem enumerat inter ea quę procedunt ex accidia. cap. 31.

¶ RESPONDEO, dicendum, quòd sicut suprà dictum est, *obiectū spei est bonū arduū: possibile adipisci vel per se, vel per alium. Dupliciter pōt ergo in aliquo spes deficere de beatitudine obtinēda. Vno modo, quia non reputat eā vt bonū arduū: alio modo, quia nō reputat eā vt possibilē adipisci, vel per se vel per aliū. Ad hoc aūt, ꝙ bona spiritualia nō sapiāt nobis quasi bona, vel non videātur nobis quasi magna bona, præcipuè perducimur per hoc quòd affectus noster est instans amori delectationū corporalium, inter quas ꝑcipuè sunt delectationes venereæ. Nā ex affectu harum delectationū contingit, quòd hō fastidit bona spūalia, & non sperat ea quasi quædā bona ardua. Et secūdū hoc desperatio causatur ex luxuria. Ad hoc autem quòd aliquod bonū arduū non æstimet vt possibile sibi adipisci per se vel per alium, perducitur ex nimia deiectione, ꝙ quando in affectu hois dominatur, videtur ei quòd nunquā possit ad aliquod bonū releuari. Et quia accidia est tristitia quædā deiectiua spiritus, ideo per hūc modū desperatio ex accidia generatur. Hoc aūt est propriū obiectū spei, s. quòd sit possibile, Nam bonum & arduum, etiam ad alias passiones pertinent. Vnde specialius oritur ex accidia. Potest tamen oriri ex luxuria, ratione iam dicta. * q. 17. art. 1. & 1. 2. q. 40. art. 2. & 2. in corp.

¶ Vnde patet responsio ad primum.

¶ AD SECVNDVM dicendū ꝙ sicut Philosophus dicit in 2. Rhetoricæ, sicut spes facit delectationē, ita etiā homines in delectationibus existentes efficiuntur maioris spei. Et per hunc etiam modum homines in tristitiis existentes facilius in desperationem incidunt, secundum illud 2. ad Cor. 2. Ne maiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. Sed tamen quia spei obiectū est bonum, in quod naturaliter tendit appetitus, non autem discedit ab eo naturaliter, sed solùm propter aliquod impedimētum superueniens: ideo directius quidē ex spe oritur gaudium, desperatio autem ecōuerso ex tristitia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ipsa negligentia considerandi diuina beneficia ex accidia prouenit. Homo enim affectus aliqua passione, præcipuè illa cogitat quæ ad illam pertinent passionem. Vnde homo in tristitiis constitutus, 'non de facili aliqua magna & iocunda cogitat, sed solum tristitia, nisi per magnum conatum se auertat à tristibus.

QVÆSTIO VECESIMA prima de Præsumptione, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de præsumptione.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò, quid sit obiectum præsumptionis, cui innititur. ¶ Secundò, vtrum sit peccatū. ¶ Tertiò, cui opponatur. ¶ Quartò, ex quo vitio oriatur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrū præsumptio innitatur Deo, an propriæ virtuti.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur quòd præsumptio, quæ est peccatum in Spiritum sanctum, non innitatur Deo, sed propriæ virtuti. Quanto enim minor est virtus, tantò magis peccat, qui ei nimis ꝛinnititur. Sed minor est virtus humana, quàm diuina. Ergo grauius peccat qui præsumit de virtute humana, quā qui ꝓsumit de virtute diuina. Sed peccatū in Spiritū sanctū est grauissimū. Ergo præsumptio, q̄ ponitur ꝑcies peccati in Spiritū sanctū, inhæret virtuti humanæ magis q̄ diuinæ.

¶ 2 Præterea, Ex peccato in Spiritū sanctum alia peccata oriuntur. Peccatum enim in Spiritum sanctum dicitur malitia, ex qua quis peccat. Sed magis videtur alia peccata oriri ex præsumptione, qua homo præsumit de seipso, quàm ex præsumptione qua homo præsumit de Deo: quia amor sui est principium peccandi. vt patet per Aug. 14. de Ciui. Dei. *Ergo videtur quòd præsumptio, quæ est peccatum in Spiritū sanctū, maximè innitatur virtuti humanæ.

¶ 3 Præterea, Peccatum prouenit ex conuersione inordinata ad bonum commutabile. Sed præsumptio est quoddā peccatum: Ergo magis contingit ex cōuersione ad virtutem humanam, quæ est bonum commutabile, quàm ex conuersione ad virtutem diuinam, quæ est bonum incommutabile.

¶ SED CONTRA est, quòd sicut ex desperatione aliquis contemnit diuinā misericordiam, cui spes innititur: ita ex præsumptione contemnit diuinam iustitiā, quæ peccatores punit. Sed sicut misericordia est in Deo, ita etiam & iustitia est in ipso. ergo sicut desperatio est per auersionem à Deo, ita præsumptio est per inordinatam conuersionem ad ipsum.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ præsumptio videt importare quandā immoderantiā spei. Spei autē obiectum est bonum arduum etiā ad alias passiones pertinent. Et est ratio dubij, quia etiam possibile ad alias passiones pertinet. Timor enim & audacia non sunt nisi respectu possibilium.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod hic non est sermo de possibili absolute, sed vt determinat bonū arduum. Tale enim constat solius spei esse proprium obiectum, vt ad quod, & cōsequenter desperationis, vt à quo. Et hæc intentio autoris patet ex eo, quod hic intendit docere, quod luxuria detinendo affectum ad carnalia, ac per hoc spiritualia, aut non bona, aut nō magna bona afferēs, non est propria causa desperationis, sed causa cōmunis multarum malarū passionum erga bona spiritualia: puta odij, abominationis, tristitiæ de bonis spiritualibus, & iræ contra ingerentes spūalia impedientia carnalia. Hæc enim ex paruipensione spiritualium insurgunt: sed accidia deiiciēdo spiritū sic, vt videatur, quod non possit ad spiritualia bona peruenire, est propria cā desperationis, quæ respicit possibile determinans futurū bonum arduum.

¶ Super Quæstionis vicesimæ primæ Articulum primum.

IN arti. 1. q. 21. notato nouitiæ: primo, quòd præsumptio, licet primo imposita fit ad significādum mortale vitium in ordine ad propriam virtutem, de quo in loco ꝓprio inferius erit quæstio: translatū tñ est proper similitudinem, ad significandū vitium theologicū de quo est hic quę stio: vnde præsumptionis vocabulum non solum æquiuocum est in vsu Iuristarum, & Moralium, sed etiam in ipsa morali theologia æquiuocum est. Et propterea in corpore articuli huius vtraq; significatio exprimitur. Obserua igitur caute, de qua præsumptione sermo incidit.

¶ In eodem primo articulo in responsione ad primum, dubium occurrit, Quo pacto verificatur, quòd præsumptio diminuit diuinam virtutē. Videtur em̄ quòd præsumptuosus, sperando veniam sine pœnitentia, aut gloriā sine meritis, plus ꝛsperet, non min⁹ quā conueniat Deo: quoniā plus est habere gloriam sine meritis sicut habuit Christus, quàm cum meritis, sicut habēt alij: & maioris gratiæ esset habere veniam sine pœnitentia, vt habent paruuli in baptismo, quàm cum pœnitentia. Non videtur ergo verum, quòd præsumptuosus dū innititur diuinę virtuti ad consequendū quod Deo non conuenit, diminuat diuinam virtutem, sed potius eam auget in suo affectu & effectu intento. cap. vlt. tom. 3.

Ad hoc

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ cum diuina virtus dupliciter conſideretur: ſ. abſolute & ordinate, & hic nō ſit ſermo de ea abſolute, ſed de ea ordinate: quia eſt ſermo de iuſtitia diuina quā præſumptio cōtemnit, (conſtat nanque diuinā iuſtitiam ad potentia Dei ordinatā pertinere, & hæc duo vitia oppoſita ſpei, ſ. deſperationem & præſumptionē, ita Deū reſpicere, vt illa miſericordiam, hæc iuſtitiā conſtenat) quia in quam, de virtute Dei ordinata eſt ſermo, & virtus Dei à ſua ſapiētia ordinā ſic eſt, vt iuſtitia mediante gloriam pro meritis, & veniam pro pœnitentia faciat: quū præſumptione contemnitur iſte ordo, ac per hoc diuina iuſtitia contemnitur quoque diuina virtus ad opus pœnitētiæ ꝓ quam venitur ad veniam, & ad opus meriti per quod venitur ad gloriā: ac ꝓ hoc minuitur diuina virtus. Ordinata ſiquidē ad duo opera ordine quodā, expectatur factura vnū tātū. Minus autem eſt alterū, quàm vtrūq; facere: & rurſum ordinata ad iuſte perducēdum ad veniam vel gloriam, expectatur perductura nō iuſtè ad veniam, vel gloriā. Minus autē eſt præſuppoſito ordinis ſtatuto, pducere nō iuſtè quā iuſte ad veniam vel gloriā. Diminuit igitur verè diuinā virtutē in ſuo effectu præſumptuoſus. Et hoc intendebat Autor, dum in corpore articuli hanc diminutionem explicās dixit quòd per huiuſmodi præſumptionem tollatur, vel cōtemnatur adiutoriū Spiritusſancti, per quod homo reuocatur à peccato, illa ſcilicet media in iuſtitia. 20. art. 3. & 12. q. 73. art. 3.

¶ Ad obiectionē in oppoſitū dicitur, quod licet abſolute loquēdo, facere veniam ſine pœnitentiā, aut gloriam ſine meritis, in aliquo ſit maius quo ad modum faciēdi, pro quanto ſit finis ſine his quę ſunt ad finem, & forma ſine diſpoſitionibus, & ad hoc tendit argumentū, quo ad rem tamen factā maius eſt facere vtrūque quàm alterū: loquēdo tamen prę-ſuppoſito ordine diuinæ ſapientiæ, minus ſimpliciter eſt facere alterum, quàm vtrūque. Et quia præſumptionis vitium cōtra virtutem diuinam ordinatam ſua ſapientia eſt ideo ſimpliciter dimi nuere diuinam virtutem dicitur. 1. præcul. in ex. pli. c. 2.

¶ Super Quæſtionis vicęſimæ primæ Articulum ſecundum.

IN articulo ſecundo in reſponſione ad ſecundum memēto doctrinæ ſuperius habitæ Quomodo virtus theologica ſit in medio.

¶ In reſponſione verò ad tertium, aduerte hic vulgarem errorem pu-

tantium, quod peccans ſub prætextu, quod poſt cōfitebitur, & faciet pœnitentiam, peius faciat. Habes enim hinc, quòd diminuit, non aggrauat peccatum: eſt enim voluntatis tranſitoriæ & non pertinacis in malo. 9. praet. 1.

¶ In reliquis eiuſdem quæſtionis articulis nihil ſcribēdum occurrit.

num arduū poſsibile. Poſsibile autem eſt aliquid homini dupliciter. Vno modo per propriā virtutem: alio modo non niſi per virtutē diuinā. Circa vtranq; autem ſpē per immoderantiam poteſt eſſe præſumptio. Nā circa ſpem, per quā aliquis de propria virtute cōfidit, attēditur præſumptio ex hoc, quòd aliquis tēdit in aliquod bonū vt ſibi poſsibile, quod ſuam facultatem excedit, ſecūdum quod dicitur Iudith. 6. Præſumentes de ſe humilia. Et talis præſumptio opponit̄ virtuti magnanimitatis, quę mediū tenet in huiuſmodi ſpe. Circa ſpem autē qua aliquis in hęret diuinę potentiæ, poteſt per immoderantiam eſſe præſumptio in hoc, quod aliquis tendit in aliquod bonum vt poſſibile per virtutem & miſericordiā diuinam: quod poſsibile non eſt. Sicut cū aliquis ſperat ſe veniā obtinere ſine pœnitentia, vel gloriā ſine meritis. Hæc autē præſumptio eſt propriè ſpecies peccati in Spirirum ſanctum, quia ſcilicet per huiuſmodi præſumptionem tollitur vel contemnitur adiutorium Spiritusſancti, per quod homo reuocatur à peccato.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ ſicut ſuprà dictū eſt, *peccatum qđ eſt contra Deū ſecūdum ſuū genus eſt grauius cæteris peccatis. Vnde præſumptio, qua qs inordinatè innititur Deo grauius peccatum eſt, quàm præſumptio, qua quis innititur propriæ virtuti. Quòd enim aliquis innitatur diuinæ virtuti ad conſequēdū id, qđ Deo nō cōuenit, hoc eſt diminuere diuinā virtutē. Patet autē quòd grauius peccat, qui diminuit diuinā virtutē, quā q̄ propriā virtutē ſupextollit.

¶ Ad ſecūdū dicendū, ꝙ ipſa præſumptio, qua qs inordinatè prę ſumit de Deo, amore ſui ineludit, quo quis ꝓpriū bonū inordinatè deſiderat. Quod enim multū deſideramus, æſtimamus nobis de facili per alios poſſe prouenire, etiā ſi non poſſunt.

¶ Ad tertiū dicēdum, quòd prę ſumptio de diuina miſericordia habet conuerſionē ad bonū cōmutabile, inquantum procedit ex deſiderio inordinato proprij boni: & auerſionem à bono incōmutabili, inquantū attribuit diuinæ virtuti, quod ei non conuenit. Per hoc enim auertitur homo à virtute diuina. * Art. præc. ad. 1.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum præſumptio ſit peccatum.

AD SECVNDVM ſic ꝓcedit. Videtur quod, prę ſumptio nō ſit peccatum. Nullum enim peccatum eſt ratio, quòd homo exaudiatur à Deo. Sed per præſumptionem aliqui exaudiuntur à Deo. Dicitur enim Iudith. 9. Exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem. Ergo præſumptio de diuina miſericordia non eſt peccatum.

¶ 2 Præterea, Prę ſumptio ꝛportat ſuperexceſſū ſpei, ſed ꝛ ſpe, quæ habetur de Deo, non pōt eſſe ſuperexceſſus, cū eius potētia & miſericordia ſint infinita. Ergo videtur ꝙ præſumptio non ſit peccatum.

¶ 3 Præterea, Id qđ eſt peccatū, nō excuſat à peccato. Sed præſumptio excuſat à peccato. Dicit enim Magiſter 22. diſt. ſecundi libri ſententiarum, quod Adā minus peccauit, quia ſub ſpe venię peccauit, quod videtur ad præſumptionē pertinere. ergo præſumptio non eſt peccatum.

¶ SED CONTRA eſt, ꝙ ponitur ſpecies peccati in Spiritum ſanctum.

¶ RESPONDEO, dicendum quod ſicut ſupradictū* eſt circa deſperationē, oīs mot⁹ appetitiuus q cōformiter ſe habet ad intellectū falſum, ſecūdū ſe malus eſt & peccatū, prę ſumptio autē eſt motus appetitiuus, quia ꝛportat quādā ſpē inordinatā, habet autē ſe cōformiter intellectui falſo, ſicut & deſperatio. Sicut enim falſū eſt, ꝙ Deus pœnitētibus nō indulgeat, vel ꝙ peccātes ad pœnitentiam nō cōuertat: ita falſum eſt ꝙ in peccato perſeuerātib⁹ veniā cōcedat, & à bono ceſſantib⁹ opere gloriā largiat: cui exiſtimationi cōformiter ſe habet præſumptionis mot⁹, & ideo præſumptio eſt peccatū. Minus tamē quā deſperatio: qm̄ magis ꝓpriū eſt Deo miſereri & parcere quā punire: ꝓpter ei⁹ infinitā bonitatē. Iſtud enim ſecundū ſe Deo cōuenit, hoc autem ſecundum noſtra peccata. 1. præcul. in ex. pli. c. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ prę ſumere ponit̄ aliquā do ꝓ ſperare: q a ipſa ſpes recta, quæ habet̄ de Deo, prę ſūptio videtur, ſi menſuretur ſecūdū cōditionē humanam, non autē eſt præſumptio, ſi attendatur immenſitas diuinæ bonitatis.

¶ Ad ſecundū dicendum, quod præſumptio non importat ſuperexceſſum ſpei ex hoc, quòd aliquis minus ſperat de Deo, ſed ex hoc quòd ſperat de Deo aliquid, quod Deo non conuenit. Quod etiam eſt minus ſperare de Deo: quia hoc eſt eius virtutem quodammodo diminuere, vt dictum eſt. *

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccare cum propoſito perſeuerandi in peccato ſub ſpe veniæ, ad prę ſumptionem pertinet. Et hoc non diminuit, ſed auget peccatum. Peccare autē ſub ſpe veniæ quandoque percipiendę cum propoſito abſtinendi à peccato, & pœnitendi de peccato, hoc non eſt prę ſumptionis. Sed hoc peccatum diminuit: quia per hoc videtur habere voluntatem minus firmatam ad peccandum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum præſumptio magis opponatur timori quàm ſpei.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ prę ſumptio magis opponatur timori, quàm ſpei. Inordinatio enim timoris opponitur recto timori. Sed præſumptio videtur ad inordinationē timoris pertinere. Dicitur enim Sapien. 17. Semper prę ſumit ſęua perturbata cōſcientia. Et ibidem dicitur, ꝙ timor eſt præſumptionis aduitoriū. Ergo præſumptio opponit̄ timori magis quàm ſpei.

¶ 2 Prę terea. Contraria ſunt quæ maximè diſtant. Sed præſumptio magis diſtat à timore, quàm à ſpe: quia præſumptio importat motum ad rem, ſicut & ſpes: timor autem motum à re. ergo præſumptio magis contrariatur timori quàm ſpei.

¶ 3 Præterea, præſumptio totaliter excludit timorem, non autem totaliter excludit ſpem, ſed ſolùm certitudinē ſpei. Cum ergo oppoſita ſint quæ ſe interimunt, videtur quòd præſumptio magis opponatur timori, quam ſpei.

¶ SED CONTRA eſt, quod duo inuicem oppoſita vitia contrariantur vni virtuti, ſicut timiditas & audacia fortitudini. Sed peccatum præſumptionis contrariatur peccato deſperationis, quod directè opponitur ſpei. ergo videtur quòd etiam præſumptio directius ſpei opponatur.

¶ RESPONDEO, dicēdum quòd ſicut Auguſtinus dicit in quarto contra Iulianum, * Omnibus virtutibus non ſolùm ſunt vitia manifeſta diſcretione contraria, ſicut prudētiæ temeritas: verūm & vitia quodammodo non veritate, ſed quadam ſpecie fallente ſimilia, ſicut prudentiæ aſtutia. Et hoc etiā Philoſophus dicit in ſecūdo * Ethicorum. Quod virtus maiorem conuenientiam videtur habere cum vno oppoſitorum vitiorum, quàm cum alio: ſicut temperantia cum inſenſibilitate, & fortitudo cum audacia. Præſumptio ergo manifeſtam oppoſitionem videtur habere ad timorem præcipuè ſeruilem, qui reſpicit pœnam ex Dei iuſtitia prouenientē, cuius præſumptio remiſsionem ſperat. Sed ſecundum falſam ſimi litudinem magis cōtrariatur ſpei, quia importat quandā inordinatam ſpem de deo. Et quia directius aliqua opponuntur, quæ ſunt vnius generis, quàm quę ſunt genera diuerſorum, nam contraria ſunt in eodē genere, ideo directius præſumptio opponitur ſpei, quā timori. Vtrunq; enim reſpicit idem obiectum, cui innititur, ſed ſpes ordinatè, præſumptio inordinatè. Cap. 3. 10. Li. 2. c. 8.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut ſpes abuſiuè dicitur de malo, propriè autem de bono: ita etiam præſumptio. Et ſecundū hūc modū inordinatio timoris prę ſūptio dicitur.

¶ Ad ſecundum, dicendum quod contraria ſunt, quę maximè diſtant in eodē genere. Prę ſumptio autem & ſpes important motum eiuſdē generis, qui poteſt eſſe vel ordinatus, vel inordinatus, & ideo prę ſumptio directius contrariatur ſpei, quàm

motum eiusdē generis, qui potest esse vel ordinatus, vel inordinatus & ideo præsumptio directius cōtrariatur spei, quàm timori. Nā spei contrariatur ratione propriæ differentiæ, sicut inordinatum ordinato. Timori autem contrariatur ratione differentiæ sui generis, scilicet motus spei.

¶ Ad tertium dicendum, quod præsumptio contrariatur timori cōtrarietate generis: virtuti autem spei cōtrarietate differentiæ. Idæo præsumptio totaliter excludit timorem etiam secundum genus. Spem autem non excludit nisi ratione differentiæ, excludendo eius ordinationem.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum præsumptio causetur ex inani gloria.

I nſra qu. 132. ar. 5. & 6. Et mal. q. 9. ar. 3.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod præsumptio nō causetur ex inani gloria. Præsumptio enim maximè videtur inniti diuinæ misericordiæ. Misericordia autem respicit miseriam, quę opponitur gloriæ. Ergo præsumptio non oritur ex inani gloria.

1.2.q. 37. ar. 2.

¶ 2 Præterea, Præsumptio opponitur desperationi. Sed desperatio oritur ex tristitia, vt dictum est. * Cùm ergo oppositorum oppositæ sint causæ, videtur quod oriatur ex delectatione. Et ita videtur, quod oriatur ex vitiis carnalibus, quorum delectationes sunt vehementiores.

¶ 3 Præterea, Vitium præsumptionis consistit in hoc, quod aliquis tendit in aliquod bonum, quod non est possibile, quasi impossibile. Sed quod aliquis æstimet possibile: quod est impossibile, prouenit ex ignorantia. Ergo præsumptio magis prouenit ex ignorantia, quàm ex inani gloria.

Cap. 31.

¶ SED CONTRA est, quòd Greg. dicit. 31. Moralium, * quòd præsumptio nouitatum est filia inanis gloriæ.

Ar. 1. huius q.

¶ RESPONDEO, dicendū quod sicut suprà dictum * est, duplex est præsumptio. Vna quidē, quæ innititur propriæ virtuti, attentans scilicet aliquid vt sibi possibile, quod propriam virtutem excedit. Et talis præsumptio manifestè ex inani gloria procedit. Ex hoc enim quòd aliquis multum desiderat gloriā, sequitur quòd attentet ad gloriā quādam super vires suas. & huiusmodi præcipuè sunt noua, quæ maiorem admirationem habent. Et ideo signanter Greg. præsumptionem nouitatū posuit filiam inanis gloriæ. Alia vero est præsumptio, quæ innititur inordinatè diuinæ misericordiæ, vel potentiæ, per quam sperat se obtinere gloriā sine meritis, vel veniam sine pœnitentia. Et talis præsumptio videtur oriri directè ex superbia, ac si ipse tanti se æstimet, quod etiam eum peccantem Deus non puniat, vel à gloria excludat.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVÆSTIO VICESIMA SECVNDA DE Præceptis pertinentibus ad spem & timorem, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de præceptis pertinentibus ad spem & timorem.

¶ Et circa hoc quærūtur duo. ¶ Primò, de præceptis pertinētibus ad spem. ¶ Secùdò, de præceptis pertinētibus ad timorem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum de spe debeat dari aliquod præceptum.

Infrà art. 2. cor.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nullum præceptum sit dandum pertinens ad virtutem spei. Quod enim sufficienter potest fieri per vnum, non oportet quod per aliquid aliud inducatur. Sed ad sperandum bonum sufficienter homo inducitur ex ipsa naturali inclinatione. ergo non oportet, quod ad hoc inducatur homo per legis præceptum.

¶ 2 Præterea, Cùm præcepta dētur de actibus virtutum, principalia præcepta etiam debent dari de actibus principalium virtutum. Sed inter omnes virtutes principaliores sunt tres virtutes theologicæ, scilicet spes, fides, & charitas. Cùm ergo principalia legis præcepta sint præcepta decalogi, ad quæ omnia alia reducuntur, vt suprà habitum est, * videtur quòd si de spe daretur aliquod præceptum, quòd deberet inter præcepta decalogi contineri. Non autem ibi continetur. ergo videtur quòd nullum præceptum in lege debeat dari de actu spei.

1.2.qu. 110.

¶ 3 Præterea, eiusdē rationis est præcipere actū virtutis, & prohibere actū vitij oppositi. Sed nō inuenitur aliquod præceptū datum, per quod prohibeatur desperatio, quę est oppositа spei. ergo videtur quòd nec de spe cōueniat aliquod præceptū dari.

Tra. 83. inter medium & finem.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. dicit super illud Ioānis. 15. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. De fide nobis quàm multa mandata sunt? quàm multa de spe? Ergo de spe conuenit aliqua præcepta dari.

¶ RESPONDEO, dicēdum q̄ præceptorū quæ in sacra Scriptura inueniuntur quædā sunt de substātia legis, quædam verò sunt præambula ad legē. Præambula quidem sunt ad legem illa, quibus non existentibus, lex locū habere non potest. Huiusmodi autem sunt præcepta de actu fidei & de actu spei. Quia per actum fidei mēs hominis inclinatur, vt recognoscat actorē legis talem, cui se subdere debeat. Per spem verò præmij homo inducitur ad obseruantiam præceptorū. Præcepta verò de substantia legis sunt, quæ homini iam subiecto & ad obediendum parato imponuntur pertinentia ad rectitudinem vitæ. Et ideo huiusmodi præcepta statim in ipsa legislatione proponuntur per modū præceptorum. Spei verò & fidei præcepta non erant proponenda per modum præceptorū, quia nisi homo iam crederet & speraret, frustra ei lex proponeretur. Sed sicut præceptum fidei proponendum fuit per modum denūtiationis & cōmemorationis, vt suprà dictum * est, ita etiā præceptum spei in prima legislatione proponendū fuit per modum promissionis. Quod enim obedientibus præmia promittit, ex hoc ipso incitat ad spem. Vnde omnia promissa, quæ in lege cōtinentur, sunt spei excitatiua. Sed quia lege iam impōsita, pertinet ad sapientes viros, vt non solum inducant homines ad obseruātiam præceptorum, sed etiā multo magis ad conseruandum legis fundamētum: ideo post primam legislationem in sacra scripta multipliciter inducuntur homines ad sperandum, etiā per modum admonitionis vel præcepti, & non solum per modum promissionis, sicut in lege: sicut paret in Psal. Sperate in eo omnes congregationes populi: & in multis aliis scripturæ locis.

q. 16 ar. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd natura sufficienter inclinat ad sperandum bonum naturæ humanæ proportionatum: sed ad sperandum supernaturale bonum oportuit hominem induci authoritate legis diuinæ, partim quidem promissis, partim autem admonitionibus vel præceptis. Et tamen ad ea etiam, ad quæ naturalis ratio inclinat, sicut sunt actus virtutū moralium, necessarium fuit præcepta legis diuinæ dari, propter maiorem firmitatem. Et præcipuè quia naturalis ratio hominis obtenebrata erat per concupiscentias peccati.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præcepta legis decalogi pertinent ad primam legislationem. Et ideo inter præcepta decalogi non fuit dandum præceptum aliquod de spe: sed sufficit per aliquas promissiones positas inducere ad spem, vt pater in primo & quarto præcepto.

¶ Ad tertium dicendum, quod in illis, ad quorum obseruantiam homo tenetur ex ratione debiti, sufficit præceptum affirmatiuum dari de eo quod faciendū est, in quibus prohibitiones eorum quæ sunt vitanda intelliguntur: sicut datur præceptum de honoratione parentum. Non autem prohibetur, quod parentes dehonorentur, nisi per hoc quòd dehonorantibus pœna adhibetur in lege. Et quia debitum est ad humanam salutem, vt speret homo de Deo, fuit ad hoc homo inducendus aliquo prædictorum modorum quasi affirmatiuè, in quo intelligeretur prohibitio oppositi.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum de timore fuerit dandum aliquod præceptum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd de timore non fuerit dandum aliquod præceptum in lege. Timor enim dei est de his, quæ sunt præambula ad legem, cùm sit initiū sapientiæ. Sed ea, quæ sunt præambula ad legem, non cadunt sub præceptis legis. Ergo de timore non est dandum aliquod præceptum legis.

¶ 2 Præterea, Posita causa, ponitur effectus. Sed amor est causa timoris: omnis enim timor ex aliquo amore procedit, vt dicit Aug. in lib. 83. q. * Ergo suppōsito præcepto de amore, superfluum fuisset præcipere timorem.

q. 33. ar. 4.

¶ 3 Præterea, Timori aliquo modo opponitur præsumptio, sed nulla prohibitio inuenitur in lege de præsumptione data: ergo videtur quod nec de timore aliquod præceptum dari debuerit.

¶ SED

¶ Super Quæstionis vicesimæ secundæ Articulum secundum.

IN quæst. 22. omisso. 1. art. 2. quæstiuncula occurrit. Quomodo timor filialis ponatur quasi genus ad dilectionem Dei, cùm sit effectus.

¶ Ad hoc dicitur, quòd timor filialis non dicitur quasi genus respectu dilectionis Dei absolutè, sed respectu dilectionis Dei, & principij eorū, quę in Dei reuerētia obseruantur. Dicitur autem quasi genus, inquātum est velut commune quoddam ad vtrunque. & collectio vtriusque. Genus enim est cōllectio specierum. Complectitur siquidem timor filialis & amorē vnīte reuereturparrē, & subiectionem ad Deum: vnde inchoat obseruatio omniū, quæ in Dei reuerentiam exhibentur. Et propterea nō genus, sed quasi genus vtriusque vocari potuit.

¶ In responsione ad primum in eodem ar. reuideto artic. 7. q. 19. vt perspicias principium intrinsecum & extrinsecum legis ex differentia inter timorem seruilem, & filialem, in hoc, quod ille extrā, iste intus, vt pote primus in compositione diuinæ fabricæ secundum diuinam legem.

¶ SED CONTRA est, q̄ dicitur Deu. 10. Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deū tuū. Sed illud à nobis requirit, q̄ nobis præcipit obseruādum. Ergo sub præcepto cadit, quod aliquis timeat Deum.

Ar. præ.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd duplex est timor, scilicet seruilis & filialis. Sicut autē aliquis inducitur ad obseruantiam præceptorum legis per spem præmiorū, ita etiā inducitur ad legis obseruantiā per timorē pœnarum, qui est timor seruilis. Et sicut patet secundum prædicta, * in ipsa legislatione non fuit præceptum dādum de actu spei, sed ad hoc fuerunt homines inducēdi per promissa, ita nec de timore qui respicit pœnam fuit præceptum dādum per præcepti modum, sed ad hoc fuerunt homines inducendi per cōmunicationem pœnarum: quod fuit factū & in ipsis præceptis decalogi, & postmodum consequenter in secundariis legis præceptis. Sed sicut sapiētes, & prophetæ consequēter intēdentes homines stabilire in obseruantia legis, documenta tradiderūr de spe per modum admonitionis, vel præcepti, ita etiā de timore. Sed timor filialis, qui reuerentiā exhibet Deo, est quasi quoddam genus ad dilectionē Dei & principium quoddam omnium eorum, quæ in Dei obseruantur reuerētia: & ideo de timore filiali dantur præcepta in lege, sicut & de dilectione: quia vtrumq; est præambulū ad exteriores actus, qui præcipiuntur in lege, ad quos pertinent præcepta decalogi. Et ideo in autoritate legis inducta requiritur ab homine timor, & vt ambulet in via Dei, colendo ipsum, & vt diligat ipsum.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ timor filialis est quoddā præbulū ad legē, nō sicut extrinsecū aliquid, sed sicut principium legis: sicut etiā dilectio. Et ideo de vtroq; dantur præcepta, quæ sunt quasi quædam principia cōmunia totius legis.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ ex amore sequitur timor filialis, sicut etiā & alia bona opera, quæ ex charitate fiunt. Et ideo sicut post præceptum charitatis dātur præcepta de aliis actibus virtutum, ita etiā simul dantur præcepta de timore & amore charitatis. Sicut etiam in scientiis demonstratiuis non sufficit ponere principia prima, nisi etiam ponantur conclusiones, quæ ex his sequuntur vel proximè, vel remotè.

¶ Ad tertium dicendum, quòd inductio ad timorem sufficit ad excludendam præsumptionem: sicut etiam inductio ad spem sufficit ad excludendam desperationem, vt dictum est. *

Ar. præ. ad 3.

QVÆSTIO VICESIMATERTIA DE CHAritate secundum se, in octo Articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de charitate. Et primò, de ipsa charitate: secundò, de dono sapientiæ ei correspondente.

¶ Circa primū cōsideranda sunt quinq;. Primò de ipsa charitate: secūdò de obiecto charitatis: tertiò de actib⁹ eius: quartò, de vitiis oppositis: quintò, de præceptis ad hoc pertinentibus.

¶ Circa primū est duplex cōsideratio. Prima quidē de ipsa charitate secūm se. 2. de charitate per cōparationem ad subiectum.

¶ Circa primū quęruntur octo. ¶ Primò, Vtrū charitas sit amicitia. ¶ Secūdo vtrū sit aliquid creatū in anima. ¶ Tertiò, vtrū sit virtus. ¶ Quartò, vtrū sit virtus specialis. ¶ Quintò, vtrum sit vna virtus. ¶ Sextò, vtrum sit maximā virtutum. ¶ Septimo, vtrum sine ea possit esse aliqua vera virt⁹. ¶ Octauò, vtrū sit forma virtutum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum charitas sit amicitia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd charitas non sit amicitia. Nihil enim est ita propriū amicitiæ, sicut cōuiuere amico, vt dicit Philosophus in 8. Ethico. * Sed charitas est hominis ad Deum & ad angelos, quorū non est cum hominibus conuersatio, vt dicitur Dan. 2. Ergo charitas non est amicitia.

Cap. 3.

¶ 2 Præterea, Amicitia nō est sine redamatione, vt dicitur in. 8. Ethi. * Sed charitas habetur etiam ad amicos secundum illud Matt. 5. Diligite inimicos vestros. ergo charitas non est amicitia.

*Cap. 3. 2 d 27 q. 2. ar. 1. & virt. q. 1. artic. 5. ad 5. & q. 2. arti. 2. ad octauum * Cap. 5.*

¶ 3 Præterea, Amicitię tres sunt species secundum philosophum in 8. Eth. s. amicitia delectabilis, vtilis, & honesti. Sed charitas non est amicitia vtilis, aut delectabilis. dicit enī Hier. in epist. ad Paulinū, quę ponitur in principio Biblię, Illa est vera necessitudo, & Christi glutino copulata, q̄ nō vtilitas rei familiaris, nō præsentia tm corporū, non subdola & palpās adulatio: sed Dei timor & diuinarū scripturarū studia cōciliant. Similiter etiā non est amicitia honesti, quia charitate diligimus etiā peccatores. Amicitia vero honesti nō est nisi ad virtuosos, vt dicitur in 8. Ethi. * ergo charitas non est amicitia.

¶ SED CONTRA est, q̄ Io. 15. dicitur, Iam non dicā vos seruos, sed amicos meos. Sed hoc nō dicebatur eis nisi rōne charitatis. ergo charitas est amicitia.

¶ RESPONDEO, dicēdū, q̄ secundum Philosophum in 8 Ethi. * Nō quilibet amor habet rōnē amicitiæ, sed amor qui est cum beneuolētia, quā do s. fic amamus aliquē, vt ei bonum velimus. Si autē rebus amatis nō bonū velimus, sed ipsum eorum bonum nobis velimus, sicut dicimur amare vinū, aut equum, aut aliquid huiusmodi, non est amor amicitiæ, sed cuiusdam cōcupiscentiæ. Ridiculum enim est dicere, quod aliquis habet amicitiā ad vinū, vel ad equum. Sed nec benē uolētia sufficit ad rationem amicitię: sed requiritur quædam mutua amatio, quia amicus est amico amicus. Talis autē mutua beneuolētia fundatur super aliquam communicationem. Cum ergo sit aliqua cōmunicatio hominis ad Deum, secundum quod nobis suam beatitudinē communicat, super hanc communicationem oportet aliquā amicitiā fundari. De qua quidē cōmunicatione dicit. 1. ad Corin. 1. Fidelis deus, per quē vocati estis in societatem filij eius. Amor autē super hanc communicationē fundatus, est charitas. Vnde manifestum est, quod charitas amicitia quædam est hominis ad Deum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod duplex est hominis vita. Vna quidē exterior secundū naturā sensibilē & corporalē: & secundum hanc vitam non est nobis communicatio vel cōuersatio cum Deo & angelis. Alia autē est vita hominis spiritualis secūdum mentē, & secundum hanc vitā est nobis conuersatio & cum Deo & angelis. In præsenti q dem statu imperfectę. Vnde dicitur Phil. 3. Nostra cōuersatio in cælis est. Sed ista cōuersatio perficietur in patria: quando seruiet eius seruiēt Deo, & videbūt faciem eius, vt dicitur Apoc. vlti. Et ideo hic est charitas imperfecta, sed perficietur in patria. Ad secundū dicendum, quod amicitia se extendit ad aliquē dupliciter. Vno modo respectu suiipsius: sic amicitia nūquā est nisi ad amicum. Alio modo se extendit ad aliquē respectu alterius personę, sicut si aliquis habet amicitiam ad aliquem hominē, ratione cuius diligit omnes ad illum hominem pertinentes, siue filios, siue seruos, siue qualitercunq; ei attinētes, & tāta potest esse dilectio amici quod propter amicum amentur hi qui ad ipsum pertinēt, etiam si nos offendāt vel odiant. Et hoc modo amicitia charitatis se extendit etiam ad amicos quos diligimus ex charitate in ordine ad deū: ad quē principaliter habet amicitia charitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quod amicitia honesti nō habetur nisi ad virtuosum sicut ad principalem personam. Sed eius intuitu diliguntur ad eum attinentes, etiamsi non sint virtuosi. Et hoc modo charitas, quæ maximè est amicitia honesti, se extēdit ad peccatores: quos ex charitate diligimus propter deum.

puis animæ bonis, habebitur nō solū rō amicitię, sed amicitię maximè honestę. Et si adiunxeris, quod cōmunicatio ista cōsistit in supernaturali consortio diuinæ naturæ, habebitur ratio amicię diuinę: & verè sic est. Charitas enim amicitia, non quęcunque, sed diuina est, consequēs communicationē naturę diuinę in creatura rationali, per quam diuinæ beatitudinis participes sumus, hic in spe, & in patria in re. Exprimitur autem huiusmodi cōmunicatio multis rationibus in Scriptura, quādoq; vt cōciuiū, quādoq; vt domesticorum, iuxta illud ad Ephes. 4. Estis ciues Sāctorū & domestici Dei: quādoq; vt sociorū, quandoq;, vt fratrū, quandoq; vt sponsæ seu vxoris, vt pater ex diuersis locis faciæ Scripturæ. Præcipua tamen & magis propria expressio videtur cōmunicatio filiorū ad patrem, in hac enim & cōsortiū naturę, & reuerentia, & inæqualitas, proportio iustitiæ & amoris & excellentia & relatio ad alios diligendos, & quare, magis exprimi videtur. Quū autem audis charitatē esse amicitiā honesti ita quod Deo bonum volumus propter seipsum, intellige quod duplicia sunt Dei bona, quędam in ipso, quędam ad ipsum. Bona quæ sunt in ipso, scilicet sua vita, sapientia, potētia, bonitas, iustitia, misericordia, & huiusmodi, quæ nihil aliud sunt quā ipsemet Deus, ex charitate Deo volumus, quia cōplacet nobis Deū sic esse sicut est. Quemadmodū enim intellectu recto in Deū tunc ferimur, cū intelligimus eū esse sicuti est: ita appetitum rectum in Deum tunc habemus, cùm cōformis est intellectui recto. Hoc autem est, cum ad petitui consonat Deū esse sicut est: quod signatur per hoc quod dicimus, quod cōplacet nobis Deum esse sicuti est: sicut per oppositum peruersus erga Deum appetitus est, quo alicui displicet Deum esse sicuti est, scilicet supra omnia sapientem, scientem, omnipotētem &c. Bona autem quæ ad Deum sunt, vt honor, regnum & obedientia, & breuiter, vt omnia in gloriam suam fiāt ex charitate, sic Deo volumus, quod hæc non solum complacent, quòd sint: sed desideramus vt sint & augeantur, procuramus quantum possumus quod sint, gaudemus cum sunt, tristamur cum desunt, timemus ne desint, audemus contra impedientes, &c. Et hęc principaliter, vt Deo vel aliqua ex parte vinamus, cui omnia omnino debentur, quia Deus est.

Cap. 3.

¶ *Super*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrũ charitas sit aliquid creatum in anima.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ charitas non sit aliquid creatũ in anima. Dicit enim Aug. in 8. de Trinitate. Qui proximũ diligit, consequẽs est vt ipsam dilectionem diligat. Deus autẽ dilectio est: cõsequẽs est ergo vt præcipuè Deum diligat. Et in 15. de Trinitate dicit, Ita dictũ est, deus charitas est: sicut dictũ est, deus spiritus est. ergo charitas non est aliqd creatũ in anima, sed est ipse deus.

¶ 2 Pręterea, Deus est spiritualiter vita animę, sicut anima vita corporis, secundũ illud Deut. 30. Ipse est vita tua. Sed anima viuificat corpus p seipsam, ergo deus viuificat animam per seipsum. Viuificat autem eam per charitatem secundum illud primę. Io. 3. Nos scimus quoniã trãslati sumus de morte ad vitã: quoniã diligimus fratres. ergo deus est ipsa charitas.

¶ 3 Præterea, nihil creatũ est infinitę virtutis, sed magis omnis creatura est vanitas. Charitas autẽ nõ ẽ vanitas, sed magis vanitati repugnat, & est infinitę virtutis, qa animã hois ad bonũ infinitũ pducit. ergo charitas non est aliqd creatũ in aĩa.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. dicit in tertio de doctrina Christiana, * Charitatẽ voco motũ animi ad fruẽdum deo propter ipsum. Sed motus animi est aliquid creatum in anima. ergo & charitas est aliquid creatum in anima.

¶ RESPONDEO, dicendũ quod Magister pscrutatur hanc quęstionẽ in 17. dis. primi lib. sent. & ponit, quòd charitas non est aliquid creatũ in anima: sed est ipse Spiritus sanctus mẽtẽ inhabitãs. Nec est sua intẽtio, quod iste motus dilectionis, quo deũ diligimus, sit ipse Spiritussanctus: sed ꝙ iste motus dilectionis est à Spiritusancto, nõ mediãte aliquo habitu, sicut à Spiritusancto sunt alij actus virtuosi, mediãtibus habitibus aliarũ virtutũ, puta fidei aut spei, aut alicuius alterius virtutis. Et hoc dicebat ppter excellentiã charitatis. Sed si quis rectè cõsideret, hoc magis redũdat in charitatis detrimẽtum. Nõ enim motus charitatis ita pcedit à Spiritu sancto mouẽte humanã mentẽ, ꝙ humana mẽs sit mota tãtum, & nullo modo sit principiũ huius motus, sicut cũ aliquod corp⁹ mouetur ab aliquo exteriori mouẽte. Hoc enim est cõtra rationẽ voluntarij, cuius oportet principiũ in ipso esse, sicut suprà dictũ est. * Vnde sequeret', qđ diligerẽ non esset voluntarium, quod implicat cõtradictionẽ: cùm amor de sui rõe importet, ꝙ sit actus voluntatis. Similiter etiam non potest dici, quod sic moueat Spiritussanctus voluntatẽ ad actum diligẽdi, sicut mouetur instrumẽtum: quod etsi sit principiũ actus, non tamen est in ipso agere, vel non agere. Sic enim tolleretur ratio voluntarij, & excluderetur rõ meriti: cùm tamẽ suprà habitum sit, * quod dilectio charitatis est radix merendi. Sed oportet quòd sic volũtas moueatur à Spiritusancto ad diligendum, qđ etiã ipse sit efficiẽs hunc actum. Nullus autẽ actus pfectè producitur ab aliqua potẽtia actiua, nisi sit ei cõnaturalis per aliquam formam, quæ sit principium actionis. Vnde Deus, q omnia mouet ad debitos fines, singulis rebus indidit formas p quas inclinãtur ad fines sibi pręstitos à Deo: & secundũ hoc disponit omnia suauiter, vt dicitur Sap. 8. Manifestum est autẽ, quod actus charitatis excedit naturã potentię voluntatis, Nisi ergo aliqua forma superadderetur naturali potentię, per quam inclinaretur ad dilectionis actum, esset actus iste imperfectior actibus naturalibus & actibus aliarum virtutum, nec esset facilis &

1. a. 17. q. 1. art. 1. & arti. 4. q. 4. cor. Et 3. d. 27. q. 2. arti. 4. q. 4. corp. Et vir. q. 1. arti. 11. cor. & q. 2. arti. 11. & 12.
* Cap. 8. to. 3.
† Cap. 17. Cap. 10. to. 3.
1. 2. q. 6. ar. 1.
1. 2. q. 114. ar. 4.

¶ *Super Quæstionis vicesimætertiæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo eiusdem quæstionis omissa quæstione de intentione Magistri sententiarum, quia non est meum videre quid iste vel ille senserit, nota rationes, quibus Autor probat necessitatem habitualis charitatis in anima nostra: & memento, quod quia in præcedenti libro determinauit meritum ex gratia prouenire, & apud Autorem charitas realiter distinguitur à gratia, quæ est in essentia animæ: ideo nõ ex parte actus meritorij, sed aliunde probat necessitatẽ habitus charitatis, propter quòd nullus miretur, si de necessitate charitatis ratione actus meritorij non est sermo hic. Affert igitur Autor vnam rationem principalẽ, & duas accessorias, quare charitatis habitus sit necessarius. Et licet omnes istæ rationes sumantur ex modo operandi perfectè, faciliter & delectabiliter: ex primo tamen, scilicet ex perfectione, stabilitur intentum. Maior siquidem illa, Nullus actus perfectè producitur ab aliqua potentia actiua, nisi sit ei connaturalis per aliquam formam, quæ sit principium actionis: tam clare patet, & in naturalibus & in artificialibus, & in moralibus, vt nulla instantia occurrat. Minor quoque formaliter sublimenda, scilicet, Actus charitatis perfectè producitur ab aliqua potentia, voluntate scilicet existentis in gratia Dei, probatur ex eo, quia aliter non sufficienter & suauiter prouisum fuisset de agente proximo respectu actus charitatis: sicut est prouisum de agente proximo, respectu aliorum actuum. In omnibus enim prouisum est, vt proximum agens perfecte producat actum. Sequitur ergo conclusio. Quod actus charitatis est connaturalis actiuæ potentiæ voluntatis per formam, quæ est principium actus charitatis. Sed non est connaturalis per naturam voluntatis. quia constat quòd excedit naturam voluntatis. Ergo est ei connaturalis per formam superadditam naturali potentiæ, per quam formam inclinatur ad charitatis actum. Hæc est ratio literæ ostensiuè formata, quamuis in litera ducat ad inconueniens: quia scilicet actus charitatis esset imperfectior ex suæ productionis modo, quàm sint actus naturales, & actus virtutum. Secunda ratio est: quia actus charitatis non esset facilis. Et sequela quidem patet, falsitas vero consequentis probatur, quia nulla virtus habet tantam inclinationem ad suum actum sicut charitas. Tertia ratio est: quia actus charitatis non esset delectabilis. Et sequela similiter clara est: & falsitas consequentis probatur: quia nulla virtus ita delectabiliter operatur sicut charitas.

¶ Circa has vltimas rationes dubium occurrit, quia falsum videtur, quòd nulla virtus habeat tantã inclinationem in suum actum & delectationem, sicut charitas. Constat enim, quod proportionaliter loquendo, quælibet virtus æque inclinat ad actum propriũ, cùm sit propriũ principium eius elicitiuum: licet subiectum sic vel aliter dispositum non æque inclinetur ad actum istius virtutis, sicut illius, vt patet. Et simile est de delectatione, in virtutibus saltem quibus non est admixtum malum in materia. Non est iustus, qui non gaudet iustis operibus, nec liberalis qui non gaudet liberalibus, & sic de aliis. Quantum enim est ex parte virtutis, æqua est & inclinatio & delectatio in actu, licet ex parte subiecti aliter contingat.

¶ Ad huius euidentiam scito, quòd actus aliarum virtutũ dupliciter sumi possunt, informes & formati. Actus autem charitatis cum nõ possit esse informis, vno tantũ modo sumi potest. Rursus quãto aliquid est perfectius, tanto appetitus proprius illius est perfectior. Proportionata enim oportet esse: & perfectiori inclinationem propriam perfectiorem coaptari oportet. Si igitur cæteras virtutes ad proprios actus informes ex vna, & charitatẽ ad suum actum ex altera parte referamus: manifestum est, cùm actus charitatis, sit melior aliis actibus: & charitas sit melior cæteris virtutibus, quòd inclinatio charitatis est maior ad suum actum quàm aliarum ad suos. Tum quia in his, quæ non mole magna sunt, idem est maius quod melius: ac per hoc charitatis inclinatio cùm sit melior, erit maior. Tum quia videmus, quod magis inclinatur appetitus superior ad suum bonum, quàm appetitus inferior ad suum, vt testatur maior delectatio consequens satietatem appetitus superioris in suo bono. Plus enim delectatur voluntas in consecutione perfecta sui boni, quàm appetitus sensitiuus in consecutione sui boni, vt in præcedenti libro Auctor in tractatu de delectatione aperuit. Si autem referamus omnes virtutes ad actus formatos, constat etiam quod charitas magis inclinat ad actum formatum, ea ratione, quia quod est per se, potius est eo quod est per aliud. Reliquæ enim virtutes per charitatẽ: charitas autẽ per seipsam in actũ formatum tendit. Et ex hoc patet etiam, quòd nulla ita delectabiliter operatur: tum quia maiorem inclinationem maior sequitur delectatio: tum quia charitas maxime libere operatur, vt pote suprema virtutum, à nulla alia mota, cęteras mouens. Liberum enim sui causa est. vt dicitur primo Metaphys. Constat autem, quod quanto liberius, tanto delectabilius quis operatur. Potest quoque vna communis causa reddi, quare charitas magis inclinat & delectat: quia ex propria ratione habet, quod sit habitualis amor, cui per se primo conuenit inclinatio & delectatio in opere. Omnia enim quæcunque in aliquid inclinantur, inquantum amant illud, inclinantur in illud. Ipse ergo amor magis inclinat ad amandum. Et similiter in quibuscunque delectamur, quatenus amatis. Quanto ergo magis ipse amor in suo amandi opere delectabitur? Et propter hanc rationem, quæ est ex propriis charitatis, quia nulla virtus nisi charitas est amor, Autor sine probatione alia, vt puto, pertransiuit. Et per hãc patet solutio obiectorum in promptu, quia scilicet non est æqua comparatio inclinatorum & inclinationis. Virtutes enim cęterę sunt sicut inclinatę ad suos actus, charitas autẽ est ipsa inclinatio in suũ actum: & ideo charitati primò: reliquis per se secundo conuenit inclinari in suos actus. Iuxta autem antedicta, patet solutio obiectorum ex hoc, quod licet sit æqualiter actus, non tamen est æqualitas quantitiua propter quam inæqualitatem dictum est, quod nulla virtus habet tantam inclinationem ad suum actum.

¶ Circa easdem rationes dubium occurrit: quia si charitas ponit in anima hos tres modos operandi, s. perfecte, faciliter, & delectabiliter, poterit quis expertus in seipso faciliter, delectabiliter, atque vt connaturaliter exercitium actus charitatis scire per experientiam, quæ est maxima certitudo se esse in charitate: quod est inconueniens.

¶ Ad hoc dicitur quod actus refertur ad habitum & potentiam, à quibus est, Et licet referendo actum ad habitum, conuenientia sit inter habitus acquisitos & infusos: quia quilibet perfectionem, facilitatem, & delectationem ex illa habet, vt dictum est, referendo tamen actum ad potentiam operatiuam, differentia est inter actus habituum acquisitorum & infusorum, circa communicationem harum conditionum. Quoniam in acquisitis quantum habet subiectum de habitu, tantum habet de perfectionis, facilitatis, & delectationis modo. Et hoc quia habitus acquiritur ex actibus, ex quibus operatiua potentia continuo perficitur, & inclinatur magis ad similes actus In infusis autem subiectum habet habitum, sine hoc quod subiectum participet ipsum per modum habitus firmiter & conformiter, ad inclinationem illius, propter oppositam causam, quia, scilicet non ex actibus, sed de foris venit: Et propterea euenit, vt in acquisitis, continua delectatio in opere sit signũ generati habitus. In infusis vero habitus est absque delectatione communicata subiecto: propter quod dicitur in litera, quod nulla virtus sic inclinat & delectat, & non dicitur, Nullus habens virtutem tantum inclinatur & delectatur: & quando etiam continua est delectatio in opere, non est infallibile signum, quamuis plurimum verisimile infusi habitus, quia potest ex acquisito simili habitu vel connaturali inclinatione, delectatio in opere simili operi habitus infusi prouenire.

¶ Ad obiectionem ergo dicitur, ꝙ quamuis habẽs habitum infusum, & vtens illo, sit principium actus perfectum, quantũ ad integritatẽ, antequàm firmetur habitus, & quantum ad modum integritatis, postquam habitus infusus firmatus est per modum habitus, & similiter inclinetur, quantum est ex parte habitus, & deberet inde delectari ante firmatũ habitum, & post quasi cõnaturalẽ habitũ infusum factũ simpliciter, inclinetur & delectetur in illius habit⁹ infusi opere: nõ tamẽ sequitur, quod experiẽtia certa cognoscat in se esse habi-

delectabilis. Quod patet esse falsũ: quia nulla virtus habet tantã inclinationẽ ad suum actum sicut charitas, nec aliqua ita delectabiliter operatur. Vnde maximè necesse est, quòd ad actũ charitatis in nobis existat aliqua habitualis forma superaddita potentiæ naturali, inclinãs ipsam ad charitatis actum, & faciens eam promptè & delectabiliter operari.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd ipsa essentia diuina charitas est, sicut & sapientia est, & bonitas est. Vnde sicut dicimur boni bonitate, quæ est Deus, & sapiẽtes sapiẽtia, quæ est Deus (qa bonitas qua formaliter boni sum⁹, est participatio quædã diuinæ sapiẽtiæ) ita ẽt charitas, qua formaliter diligimus pximũ, est quædam participatio diuinæ charitatis. Hic em̃ mod⁹ loquẽdi cõsuetus est apud Platonicos, quorũ doctrinis imbut⁹ fuit Aug. Quod quidã nõ aduertẽtes, ex verbis eius sumpserunt occasionem errãdi.

D.284.

¶ Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ Deus est vita effectiuè, & animæ per charitatẽ, & corporis p animã. Sed formaliter charitas est vita animæ, sicut & aĩa corporis. Vnde p hoc potest cõcludi, ꝙ sicut anima immediatè vnitur corpori, ita charitas animę.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ charitas operatur formaliter. Efficacia autem formę est secũdum virtutẽ agẽtis, qui inducit formam. Et ideo patet quòd charitas nõ est infinita, sed ꝙ facit effectum infinitum, dum coniungit animã Deo iustificando ipsam: hoc demonstrat infinitatem virtutis diuinæ, qui est charitatis actor.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum charitas sit virtus.

AD TERTIVM sic pceditur. Videtur ꝙ charitas nõ sit virt⁹. Charitas em̃ amicitia est quædã. Sed amicitia à Philosophis nõ ponitur virtus: vt in 8. lib. Eth. * patet. Neq; enim connumeratur inter virtutes morales, neq; etiã inter intellectuales. ergo etiã neq; charitas est virt⁹.

¶ 2 Præterea, Virtus est vltimũ potentię, vt dicitur in libro de cęlo & mũdo. * Sed charitas non est vltimum: sed magis gaudium & pax. ergo videtur quòd charitas non sit virtus, sed magis gaudium & pax.

¶ 3 Pręterea, Omnis virtus est quidã habitus accidẽtalis: sed charitas nõ est habitus accidẽtalis, cùm sit nobilior ipsa anima. Nullum autem accidens est nobilius subiecto. ergo charitas non est virtus.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de Morib⁹. Eccle. * Charitas est virtus, quæ (cùm nostra affectio est rectissima) coniungit nos Deo, qua eum diligimus.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd humani actus bonitatẽ habent secũdum quod regulant' debita regula & mẽsura. Et ideo humana virtus, quę est principiũ omnium bonorũ actuũ hominis, cõsistit in attingẽdo regulã humanorũ actuum. quę quidẽ est duplex, vt suprà dictũ * est, s. humana ratio, & ipse deus. Vnde sicut virtus moralis diffinitur per hoc, quòd est secundum rectam rationẽ, vt patet in 2. Ethi. * ita etiam attingere Deum constituit rationẽ virtutis: sicut etiam supra dictũ est * de fide & spe. Vnde cum charitas attingat Deũ, qa coniungit nos Deo, vt patet per autoritatem Aug. inductam: cõsequens est charitatem esse virtutem.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ Philosophus in 8. Ethic. * non negat amicitiã esse virtutẽ. sed dicit, ꝙ est virtus, vel cũ virtute. Posset enim dici, quòd est virtus moralis circa operationes, quæ sunt ad aliũ. Sub alia tamen rõe, quàm iustitia. Nã iustitia est circa operationes, quæ sunt ad alium sub ratione debiti legalis. Amicitia autẽ sub rõne beneficij cuiusdã debiti amicabilis & moralis: vel magis sub rõne beneficij gratuiti, vt patet p Pholosophũ in 8. Ethi. * potest tamẽ dici quòd nõ est virtus p se ab aliis distincta. Nõ enim habet rationẽ laudabilis & honesti nisi ex obiecto, secundum s. quòd fundatur super honestate virtutũ. Quod patet ex hoc, ꝙ non quælibet amicitia habet rationem laudabilis & honesti, sicut patet in amicitia delectabilis & vtilis. Vnde amicitia virtuosa magis est aliquid consequens ad virtutem, quàm sit d virtus. Nec est simile de charitate, quæ non fundatur principaliter super virtutẽ humanam, sed super bonitatem diuinam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ eiusdẽ virtutis est diligere aliquẽ, & gaudere de illo. Nam gaudiũ amorẽ cõsequitur, vt suprà habitum * est, cũ de passionibus ageretur. Et ideo magis ponitur virt⁹ amor, quã gaudiũ: quod est amoris effectus. Vltimum autem d quod ponitur in ratione virtutis, nõ importat ordinem effectus, sed magis ordinem excessus cuiusdã: sicut centum libræ excedũt quadraginta.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ omne accidens secũdũ suũ esse est inferi⁹ substãtia: quia substãtia est ens per se, accidẽs autem in alio. Sed secũdum rõnẽ suæ speciei, accidẽs quidẽ, qđ causat' ex principiis subiecti, est dignius subiecto: sicut effectus causa. Accidẽs autẽ qđ causatur ex parti-

3. d. 27. q. 2. artic. 2. & vir. q. 1. ar. 5. ad 5. & q. 2. ar. 2.
* Cap. 1.
Lib. 1. tex. 116.
cap. 11. to. 1.
Q. 17. ar. 1.
cap. 6.
Q. 4. art. 5. & qõ. 17. ar. 1.
cap. 1.
cap. 13.
D. 87.
1. 2. qõ. 2. ar. 2.
d. 1172.

tum infusum illorũ actuum principiũ, quia actus illi possunt ex alio principio expertas cõditiones & modos habere, s. ex acqsito habitu simili, vel naturali inclinatione. Notanter autẽ dixi expertos: quoniã nos esse perfectũ principium secũdum rem, actus secundũ rem habitus infusi, quamuis in nobis sit: non tamen experimur. Si enim hoc experiẽtia cognosceremus certissima cognitione, charitatẽ, fidẽ & spẽ infusas in nobis esse sciremus. Hoc enim nõ potest supplere habitus acquisitus, aut inclinatio naturalis, vt. s. cõstituat principiũ perfectum actus secundũ rem pertinẽtis ad habitũ infusum, vt patet. Et pterea Autor ex rõne perfecti principij pbauit in litera necessitatẽ charitatis, & in ea fundauit cõclusionẽ, & non super prõptitudine & delectatione, quæ possunt suppleri per inclinationẽ acquisiti habitus vel naturæ.

¶ In eodem articulo secundo, in responsione ad tertiũ dubiũ occurrit circa illã allatã propositionem, Charitas operatur formaliter, &c. Est enim potius ad oppositũ, q̃ ad intentum. Quoniã operari formaliter dupliciter intelligi potest: vel principiare opus vt formam, id est quo aliquid operatur, vt calor est principiũ calefaciẽdi: vel facere effectũ formalẽ, vt calor facit esse calidum id, in quo est. Quocũque autẽ modo sumatur, si forma facit effectũ infinitũ ex mõ faciendi, nõ euaditur quin sit infinita: imò potius infertur infinitas formæ ex effectu formali, & actu elicito si sit infinitus: quia cõstat, ꝙ quãtitas vtriusque sequitur quãtitatem formæ. Non enim calor vt tria cõstituit esse calidũ vt decẽ, nec elicit calefactionẽ vt decẽ. Male igitur ex modo operãdi formaliter, retorquetur infinitas in charitatis autorem, & tollitur ab ipsa charitate.

¶ Ad euidentiã huius rei scito, ꝙ quum formæ accidẽtales à substantialibus proficiscãtur, oportet efficaciã formarum accidentaliũ in substãtiarum virtutes resoluere, quibus sunt cõnaturalia accidẽtia illa, secundũ se vel sua principia, vt patet de calore cõnaturali primo substantiæ ignis. Eius enim efficacia vbicũq; inueniatur, in ignẽ resoluitur. Propter quod in secũdo de anima, augmentũ ex eo, quòd à calore causatur, igni tribuebatur ab Empedocle, & ex natura ignis reprobatur ab Aristot. Propter quòd cùm charitas talis forma accidentalis sit vt nulli creaturæ factæ, aut factibili connaturalis esse possit, sed soli diuinæ substantiæ, non secundum accidentis naturam, sed substantialiter connaturalis sit: efficacia eius in quocunque reperiatur, secundum diuinitatis naturam pensanda est, in Deum resoluenda, vt proximum & connaturale eius principium. Et propterea Autor efficaciam charitatis in Deum reducit, non ea ratione, qua omnium rerum est autor: sed ea speciali ratione, qua charitas est diuini ordinis, soli Deo connaturalis. Nec intendit Autor ponere aliquam infinitatem in effectum charitatis, quam non ponere intendat in ipsa charitate, vt superficies literæ præ se ferre videtur, penes quam procedit dubium motum. Non enim minus est infinita charitas, quàm in charitate esse, & dilectio Dei ex charitate: sed intendit docere vnde habet charitas huiusmodi infinitatem, quia in suo effectu apparet. Et dicit quòd hoc habet ex virtute Dei, qui est proprius actor charitatis, non sicut cõmuniter est creator, sed sicut cõnaturalium sibi cõmunicator. Hinc enim fit, qđ charitas, quæ diuini ordinis est, & formaliter faciat hominẽ sic coniunctũ Deo habitualiter, & per actum elicitũ actualiter. Sic autẽ esse cõiunctũ Deo, infinitum quid est, excedens omnẽ efficaciã omnis agentis creati & creabilis.

¶ Ad literæ autẽ verba, descẽdendo aduertere oportet, ꝙ formæ participatæ in subiecto alterius naturæ, referũtur in duplex agens, vt quod. Alterum vt quod vtitur tantum illa: alterũ vt à quo proficiscitur, & cui connaturalis est. Verbi gratia, Calor participatur in animali, & refertur in animal, quod vtitur ipso, & refertur in ignẽ vnde est. Et licet vtrunq; horũ dici possit, quòd agit & operatur per calorẽ, non solùm tamen differunt prædicto mõ: quia hoc vt vtens, ille vt causa, sed etiã quia proprius effectus caloris, vt sic, nõ attribuitur, pprie loquẽdo animali vtenti, sed igni, nec resoluitur in illud vtẽs, sed in ignẽ, vt patet in exemplo allato ex secũdo de Anima de augmẽto igneo, & augmento animalis. Sic autẽ est in proposito: charitas enim est forma participata in volũtate creata à Spiritu sancto. Et ipsa quidẽ semper operatur formaliter, i. vt quo, & non vt quod. Sed quum habeat duplex quod, s. hominem vtẽtem ea, & Deum, vnde est: licet respectu aliquorum effectuum homo possit dici, quod agit, & charitas quo: respectu tamẽ proprij effectus charitatis, qui ex suæ cognationis origine se tenet, solus Deus est propriè causa agens, vt quod. Talis autẽ effectus est infinitas, quæ charitate fit. Et propterea efficacia charitatis in faciendo effectum infinitum, in Deũ reducitur, vt causam actiuã, vt ꝙ verè & pprie agit, & in ipsam charitatẽ, vt formaliter operantem. Vnde ad obiectionẽ in oppositum dicitur, quòd autor nõ intendit, quòd charitas operatur formaliter, id est, p modum formę, vt distinguitur contra operari effectiuè, id est, per modũ agentis, vt quod est propriè causa efficiens. Et propterea optimè, subtiliter, & clarissimè secundũ se dicit, quòd efficacia formę est secundũ virtutem agentis inducentis formam. Oportet nanque vbi solummodo apparet aliquid operãs per modum formę, requirere aliud operans idẽ per modum proprij actiui, ex quo sit efficacia illius formæ. Cõstat enim quòd operari sic per modum formæ proficiscitur suapte natura ab operari per modum veri agentis. Et sic patet quod neutro illorum modorũ arguendo assumptorũ, præcise sumitur operari formaliter. Reducitur tamen iste modus ad vnum illorum in communi, scilicet operari vt quo, vt patet ex dictis. Patet quoque quòd propositio illa, Charitas operatur formaliter, infert intẽrum, quia scilicet ex tali modo operãdi habetur, quòd non oportet quòd ipsa sit infinita simpliciter, sed quod sit ab infinito simpliciter vt communicatore sibi soli connaturalis proprietatis. Patet tertiò, quòd ex hoc conceditur, quòd charitas est non minus infinita, quam suus effectus formalis, & suus actus elicitus, & quòd infinitatis tã in ipsa, quam in effectu causam quærendam esse in infinito simpliciter Autor docuit ex modo operandi formaliter in charitate inspecto.

¶ *Super Quæstionis vicesimætertiæ Articulum tertium.*

IN artic. tertio, aduerte duo. Primò, quòd Autor in responsione ad primum rationabilius dici putat quod humana amicitia non est virtus, seu consequens virtutem. Diuina autem qualis est charitas, est simpliciter virtus: quia super communicatione diuinæ naturæ, non super virtute propriè fundatur. Secundò, quòd in responsione ad tertium charitatem nobiliorem anima secundum quid ponit: inquantum scilicet est altioris ordinis secundũ rationem suæ speciei, quia scilicet est diuini ordinis. Participatio enim est connaturalium soli Deo, vt dictum est.

¶ *Super*

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis vigesimætertiæ Articulū quartū.*

IN artic. 4. scito quòd bonum diuinum, inquantum beatitudinis obiectum, habere specialē rationē boni, potest intelligi dupliciter. Primò, vt vna particularis ratio distinguitur cōtra aliam particularē. Verbi gratia, vt sapiētia distinguitur à potentia: & sic non est verū, ꝙ bonum diuinū vt obiectū beatitudinis, habeat specialē rationē boni. Deus autē non secundū aliquā specialem rationē est obiectum beatitudinis in patria, sed secūdū seipsum. Scriptū enim 1. Ioan. 2. quòd videbimus eum sicuti est. Alio ergo modo intelligitur vt vniuersalis ratio distinguitur cōtra particulares, seu vt ratio absolutè distinguitur cōtra rationē secundum quid. Et hoc modo verū est, quòd bonū diuinū vt obiectū beatitudinis, habet specialē rationem boni. Deus siquidē ipse secundum seipsum sicuti est, obiectū beatitudinis in patria est. Et quia hæc est suprema & vniuersalissima ratio Dei: aliæ rationes diuini boni distinguuntur ab ista, vt rationes secundū quid à simpliciter, & vt particulares ab vniuersali, non in prædicando, sed quasi in essendo & causando. Vnde Deus vt obiectū beatitudinis naturalis, distinguitur à seipso, vt obiectū beatitudinis supernaturalis, vt secundū quid à simpliciter. Et simile est de quibuscūque aliis rationibus. Et ad hunc sensum reducere memēto quæcunque de huiusmodi scripta. Signum autē huius est, quod de beato scriptū est, quòd super oīa bona sua cōstituet eum, & ꝙ charitas omnibus imperat. Hæc enim ex suprema vniuersalitate obiecti sunt.

¶ *Super Quæstionis vicesimætertiæ Articulū sextū.*

IN articulo sexto omisso quinto, aduerte, quòd vt iam prædictum est, virtutes theologicæ respiciūt Deum vt obiectū, ad quod tendunt: & ei innitūtur vt rōni formali, qua tendūt. Et Autor modo hinc, modo illinc de eis iudicat secundū diuersa proposita. In præsenti siquidem quæstione iudicat de eis, inquātum innituntur Deo vt rationi formali. Et quia fides vt sic credit Deo reuelanti, spes innititur Deo auxiliāti, charitas autē adhæret Deo, quia bonus est in se: ideo charitatē excellere cęteras virtutes rectè cōcluditur absque vlla cōtrouersia ad supradicta, vt facile patet ex distinctione hac, & applicatione ad singula.

¶ In responsione ad primum in eodē sexto articulo aduerte, quòd quia comparationes intelliguntur cæteris paribus: propterea Autor cū vellet dicere, quòd eorum quæ sunt supra nos dilectio cognitioni præfertur, non dixit hoc nisi cum additione, s. & præcipuè dilectio Dei. Videbat siquidem quod dilectio Dei & substātiarum immaterialiū, qualis potest per naturalia sola haberi, non præfertur simpliciter virtuti intellectuali, quæ est sapientia. Et hoc, quia non est virtus, sed dilectio Dei, de qua est sermo, quæ scilicet est ex charitate, quia charitas est virtus. Iam cætera sunt paria, & cōparatio est inter virtutes, ideo præfertur virtutibus omnibus proficiētibus ad cognoscendum Deū. Et ad hoc insinuādum videtur Autor apposuisse illa verba: quāuis etiā si non apposuisset, subintelligeretur, cæteris paribus. Et intellige hæc de cognitione & intellectione viæ, vbi dilectio ad Deū in nobis per speciē attingit. In patria autem secus est, vbi tam visio, quàm dilectio Deū secundum se attingit.

cipatione alicuius superioris naturæ, est dignius subiecto, inquātū est similitudo superioris naturæ, sicut lux diaphano. Et hoc mō charitas est dignior aīa, inquantū est participatio quædā Spiritussancti.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum charitas sit virtus specialis.*

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ charitas nō sit virt⁹ specialis. Dicit enī Hier. * vt breuiter omniū virtutum diffinitionē cōplectar, Virt⁹ est charitas, qua diligitur Deus & ꝓximus. Et Aug. dicit in lib. de Morib⁹ Ecclesię, * ꝙ virtus est ordo amoris. Sed nulla virt⁹ specialis ponitur in diffinitione virtutis cōmunis. Ergo charitas non est specialis virtus.

¶ 2 Pręterea, Id quod se extēdit ad opera omniū virtutum, nō potest esse specialis virtus. Sed charitas se extendit ad opera omniū virtutū, secundū illud 1. ad Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est, &c. Extendit etiam se ad omnia opera humana: secundum illud 1. ad Cor. vlt. Omnia enim opera vestra in charitate fiant. Ergo charitas non est specialis virtus.

¶ 3 Præterea, Præcepta legis respondent actibus virtutum. Sed Aug. in lib. de perfectione humanæ iustitiæ * dicit, quòd generalis iussio est, Diliges: & generalis prohibitio, Non concupisces. ergo charitas est generalis virtus.

¶ SED CONTRA, nullū generale connumeratur speciali. Sed charitas cōnumeratur specialibus virtutibus, scilicet spei & fidei: secūdum illud 1. ad Cor. 13. Nunc autē manet fides, spes, charitas, tria hæc. Ergo charitas est spālis virtus.

¶ RESPONDEO, dicēdū ꝙ actus & habitus specificātur per obiecta, vt ex suprà dictis * patet. Proprium autē obiectum amoris est bonū, vt supra habitum est. * Et ideo vbi est specialis ratio boni, ibi est specialis ratio amoris. Bonū autē diuinum, inquātum est beatitudinis obiectum, habet specialem rationem boni. Et ideo amor charitatis qui est amor huius boni, est specialis amor. Vnde & charitas d est specialis virtus.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ charitas ponitur in diffinitione omnis virtutis, nō quia sit essentialiter omnis virtus, sed quia dependent ab ea aliqualiter oēs virtutes, vt infra * dicetur. Sicut etiā prudētia ponitur in diffinitione virtutū moraliū, vt patet in 2. * & 6. Ethic. * eo quòd virtutes morales depēdent à prudentia.

¶ Ad secūdum dicendū, quòd virtus vel ars, ad quā pertinet finis vltimus, imperat virtutibus vel artibus, ad quas ꝑtinēt alij fines secundarij: sicut militaris imperat equestri, vt dicitur in 1. Eth. * Et ideo quia charitas habet ꝓ obiecto vltimum finē humanæ vitæ, scilicet beatitudinem æternā, ideo extēdit se ad act⁹ totius humanæ vitæ per modum imperij, nō quasi immediatè eliciens oēs actus virtutum.

¶ Ad tertiū dicendū, quòd præceptū de diligēdo, dicitur esse iussio generalis: qa ad hoc reducuntur omnia alia præcepta sicut ad finem: secundum illud primæ ad Timoth. 1. Finis præcepti charitas est.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum charitas sit vna virtus.*

AD QVINTVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ charitas nō sit vna virt⁹ Habitus enim distinguuntur secundū obiecta, sed duo sunt obiecta charitatis, s. De⁹ & proximus: quæ in infinitum ab inuicem distant. Ergo charitas non est vna virtus.

¶ 2 Pręterea, Diuersę rōnes obiecti diuersificant habitum, etiam si obiectū sit realiter idem: vt ex supra dictis * patet. Sed multæ sunt rationes diligendi Deū: quia ex singulis beneficiis eius perceptis, debitores sumus dilectionis ipsius. Ergo charitas non est vna virtus.

¶ 3 Præterea, Sub charitate includitur amicitia ad proximum. Sed Philosophus in 8. Eth. * ponit diuersas species amicitiæ. Ergo charitas non est vna virtus, sed multiplicatur in diuersas species.

¶ SED CONTRA, Sicut obiectum fidei est Deus, ita & charitatis. Sed fides est vna virtus propter vnitatē diuinæ veritatis, secundum illud ad Ephes. 4. Vna fides. Ergo etiā charitas est vna virtus propter vnitatem diuinæ bonitatis.

¶ RESPONDEO, dicendū ꝙ charitas, sicut dictum * est, est quædā amicitia hominis ad Deū. Diuersæ autē amicitiarū species accipiūtur quidē vno modo secundū diuersitatē finis: & secundū hoc dicuntur tres species amicitiæ, s. amicitia vtilis, delectabilis, & honesti. Alio mō secūdū diuersitatē cōmunicationū, in quibus amicitiæ fundātur: sicut alia species amicitię est cōsanguineorū, & alia cōciuium, aut peregrinantiū: quarū vna fundatur sup cōicatione naturali, alia sup cōmunicatione ciuili, vel peregrinationis, vt patet p Philosophum in 8. Ethi. * Neutro autē istorum modorū charitas potest diuidi in plura. Nam charitatis finis est vnus, s. diuina bonitas. Est etiā & vna cōmunicatio beatitudinis æternæ, super quam hæc amicitia fundatur. Vnde d relinquitur, quòd charitas est simpliciter vna virtus non distincta in plures species.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ratio illa directè procederet si deus & proximus ex æquo essent charitatis obiecta. Hoc autē nō est verū: sed deus est principale obiectum charitatis, proximus autem ex charitate diligitur propter Deum.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ charitate diligitur Deus propter seipsum. Vnde vna sola ratio diligendi attenditur principaliter à charitate, scilicet diuina bonitas, quæ est eius substantia: secundum illud Psal. Confitemini domino quoniam bonus. Aliæ autem rationes ad diligendum inducentes, vel debitum dilectionis faciētes, sunt secundarię, & cōsequentes ex prima.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd amicitiæ humanæ, de qua Philosophus loquitur, est diuersus finis & diuersa communicatio. Quod in charitate locum non habet, vt dictum est. * Et ideo non est similis ratio.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum charitas sit excellentissima virtutum.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd charitas nō sit excellētissima virtutum. Altioris enim potētię altior est virtus, sicut & altior operatio. Sed intellectus est altior voluntate, quia dirigit ipsam. Ergo fides, quæ est in intellectu, est excellentior charitate, quæ est in voluntate.

¶ 2 Præterea, Illud per quod aliud operatur, videtur eo esse inferius: sicut minister per quem dominus aliquid operatur, est inferior domino. Sed fides per charitatem operatur: vt habetur ad Gal 5. Ergo fides est excellentior charitate.

¶ 3 Pręterea, Illud, qđ se habet ex additione ad aliud, videtur esse perfectius. Sed spes videtur se habere ex additione ad charitatem. Nā charitatis obiectum est bonum. Spei autem obiectum est bonum arduum. Ergo spes est excellentior charitate.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur primæ ad Corint. 13. Maior horum est charitas.

¶ RESPONDEO, dicēdum quòd cùm bonum in humanis actibus attendatur, secundum quod regulantur debita regula, necesse est quòd virtus humana, quæ est principium bonorum actuum, cōsistat in attingendo humanorum actuū regulam: est autem duplex regula humanorum actuū, vt supra dictum est, * scilicet ratio humana, & Deus. Sed Deus est prima regula, à qua etiā humana ratio regulanda est. Et ideo virtutes theologicæ, quæ consistunt in attingendo illā regulam primam, eo ꝙ earum obiectum est Deus, excellentiores sunt virtu

*[Marginalia: Infrà q. 58. art. 6. & 3. dist. 27. q̄ō. 2. arti 4. q. 2. & 3. Et vir. q. 2. arti. 2. corin. & arti. 5. — * Refertur 3. sen. di. 27. & id habet August. Epist. 29. à med. — *Cap 15. In respōs. ratiocinat. 11 — * 12. q. 18. arti. 2. & q. 54. ar. 2. — * 1. 2. q. 27. ar. 1. — D. 305. — Ar. 7. & 8. huius. q. — * Lib. 2. cap. 6. — * lib. 6. c. vlti. — cap. 1. — Locis supra ar. 4. — q. 17. art. 6. & 1. 2. q. 54. art. 2. — cap. 11. & 12. — Art. 1. huius q. — cap. 11. & 12. — D. 305. — in corp. — 1. 2. q. 66. art 6. Et infra q. 30. art. 4. Et 3. dist. 36. art. 4. cor. Et 4. contra G. 55. ad 15. Et col. 3. le. 3. principio, & col. 2. — Art. 3. huius quæst.]*

¶ *Super Quæstionis vigesimætertiæ Articulum septimum.*

IN arti. 7. aduerte hic discretè quid in re, & quid in sermonis rōne sentiendū, ne apud philosophos & mundi huius sapientes risum excites. Secundū rem quidē absque charitate esse possunt in homine absolute cōsiderato, veræ virtutes & perfectæ perfectione requisita ad virtutē humanā. Sed quoniā quilibet artifex iudicare debet secundū proprias sui generis causas, Medicus quidem secundum humores, Astrologus secundum astra, &c. inde diuersa est ratio sermonis apud Theologos, & alios. Theologus siquidē, cuius obiectum est Deus, & hominē bonū constituit solū in ordine ad finē vltimū simpliciter, qui est obiectū charitatis, distinguēdo, dicit quòd perfectio virtutis est duplex, in genere, & simpliciter: & quòd sine charitate & fide etiā sunt virtutes perfectæ in genere, sed nō simpliciter. Philosophus autem, qui hominem bonū cōstituit in ordine ad vltimum finem naturalem, nec superiorem nouit finē, virtutes humanas sine fide & charitate veras & perfectas virtutes simpliciter dicit. Nec propterea contradicūt, sed imperfecta notitia Philosophiæ de hominis bonitate in causa est. Quod enī Philosophus vocat perfectū simpliciter, quia nō est eius altiorē finē cōsiderare, Theologus vocat perfectum in genere & imperfectū simpliciter, quia eius est altiorē finē considerare. Et si hęc bene notaueris, & scieris applicare, cū reuerētia suscipies dicta Theologorum, & Philosophos non spernes.

¶ In eodē articulo tam in respōsione ad primū, quàm in responsione ad secundū, caue ne fallaris ex eo, quod dicitur, s. sine charitate deest debita ordinatio ad finē vltimum. Si nanque debita ordinatio deficit, actus nō solū est imperfectus, sed malus. Priuatio siquidē boni debiti, malū cōstituit. Caue inquā, quoniā non est sermo de ordinatione debita actui ad hoc, ꝙ sit bonus moraliter, sed ad hoc, quòd sit bonus simpliciter, id est ad vitam æternā. Et ꝓpterea huiusmodi priuatio non cōstituit actū malū moraliter, sed nō bonū simpliciter: & ꝓ tēpore quo obligat pręceptū charitatis, constituit etiā malū. Priuatio siquidem boni debiti quādo, sicut, &c. oportet, constituit vere rationē mali. Sed hoc est extra propositum vbi absolutè, & non pro tali tempore quæstio est.

¶ *Super Quæstionis tertiæ Articulum octauum.*

IN articulo octauo aduerte, quod virtutes aliæ, vt ex supradictis patet, dupliciter sumi possunt. Primò vt sunt virtutes in proprio genere: & sic charitas non est earum forma, sed respectu

virtutibus moralibus vel intellectualibus, quæ cōsistūt in attingendo rationē humanā. Propter quod oportet, quod etiam inter ipsas virtutes theologicas illa sit potior, quæ magis Deū attingit. Sēper autē id quod est p se, maius est eo quod est per aliud. Fides autē & spes attingūt qđ Deū, secundū qđ ex ipso prouenit nobis vel cognitio veri, vel adeptio boni. Sed charitas attingit ipsum Deū, vt in ipso sistat, nō vt ex eo aliqđ nobis proueniat. Et ideo charitas est excellētior fide & spe, & p cōsequēs omnibus alijs virtutibus. Sicut etiā prudentia, quę attingit rationē secundū se, est excellentior, quàm aliæ virtutes morales, quæ attingunt rationem, secundum quod ex ea medium cōstituitur in operationibus, vel passionibus humanis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ operatio intellectus cōpletur, secundū quod intellectū est in intelligente. Et ideo nobilitas operationis intellectualis attēditur secundū mensuram intellectus. Operatio autē voluntatis & cuiuslibet virtutis appetitiuæ perficitur ex inclinatione appetentis ad rem sicut ad terminū: ideo dignitas operationis appetitiuæ attenditur secūdum rē, quæ est obiectum operationis. Ea autē quæ sunt infra animā, nobiliori modo sunt in anima, quā in seipsis, quia vnumquodque est in aliquo per modū eius in quo est, vt habetur in lib. de causis. * Quæ vero sunt supra animā, nobiliori mō sunt in seipsis, quā sint in anima. Et ideo eorū, quę sunt infra nos, nobilior est cognitio, quā dilectio. Propter ꝙ Philosophus in 7. Ethi. prætulit virtutes intellectuales moralibus. Sed eorum, quæ sunt supra nos, & præcipuè dilectio Dei, cognitioni præfertur. Et ideo charitas est excellentior fide.

¶ Ad secundū dicendum, quòd fides non operatur per dilectionem sicut per instrumentum, vt dominus per seruum, sed sicut per formam propriam. Et ideo ratio non sequitur.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ idē bonū est obiectū charitatis & spei. Sed charitas importat vnionē ad illud bonū: spes autē distātiā quandā ab eo. Et inde est ꝙ charitas nō respicit illud bonū vt arduū, sicut spes. Quod enim iam vnū est, non habet rationem ardui. Et ex hoc apparet, quòd charitas est perfectior spe.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum sine charitate possit esse aliqua vera virtus.*

AD SEPTIMVM sic ꝓceditur. Videt ꝙ sine charitate possit esse aliqua vera virtus. Virtutis enī ꝓpriè est bonū actum producere. Sed illi q nō habēt charitatē, faciūt aliquos bonos actus, puta dū nudū vestiunt, famelicū pascunt, & similia operātur. Ergo sine charitate potest esse aliqua vera virtus.

¶ 2 Præterea, Charitas non potest esse sine fide. Procedit enim ex fide non ficta, vt Apostolus dicit primæ ad Timoth. 1. Sed in infidelibus potest esse vera castitas, dum concupiscentias cohibent: & vera iustitia, dum rectè iudicant. Ergo vera virtus potest esse sine charitate.

¶ 3 Pręterea, Scientia & ars virtutes quedā sunt, vt patet in 6. Ethi. * Sed hmōi inueniūtur in hominib. peccatoribus nō habentibus charitatē. Ergo vera virtus potest esse sine charitate.

¶ SED CONTRA est, quod Apostolus dicit primæ ad Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū, ita vt ardeam, charitatem autem non habeā, nihil mihi prodest. Sed virtus vera multū prodest, secundum illud Sap. 8. Sobrietatem & iustitiam docet, prudentiam & virtutē: quibus in vita nihil est vtilius hominibus. Ergo sine charitate vera virtus esse non potest.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd virtus ordinatur ad bonum, vt suprà habitum * est. Bonū autē principaliter est finis. Nam ea, quæ sunt ad finem, non dicūtur bona nisi in ordine ad finem. Sicut ergo duplex est finis, vnus vltimus, & alius proximus, ita etiam est duplex bonum. Vnū quidem vltimum & vniuersale, & aliud proximū & particulare. Vltimum quidem & principale bonū hominis est Dei fruitio, secundum illud Psal. Mihi adhęrere Deo bonū est, & ad hoc ordinatur homo per charitatem. Bonum autem secundarium & quasi particulare hominis potest esse duplex. Vnum quidē, quod est vere bonum, vt pote ordinabile, quantū est in se ad principale bonum, quod est vltimus finis. Aliud autem est bonū apparens & non verum, quia abducit à finali bono. Sic ergo patet, ꝙ virtus vera simpliciter est illa, quæ ordinat ad principale bonū hominis: sicut etiam Philosophus in 8. Ethi. * dicit, ꝙ virtus est dispositio perfecti ad optimum. Et sic nulla vera virtus potest esse sine charitate. Sed si accipiatur virtus secundū ꝙ est in ordine ad aliquem finem particularē, sic potest aliqua virtus dici sine charitate, inquātum ordinatur ad aliquod particulare bonum. Sed si illud particulare bonum non sit verum bonum, sed apparens, virtus etiam, quæ est in ordine ad hoc bonū, non erit virtus, sed falsa similitudo virtutis. Sicut non est vera virtus auarorū prudētia, qua excogitāt diuersa genera lucrorū: & auarorū iustitia, qua grauiū dānorū metu cōtemnunt aliena: & auarorum tēperantia, qua luxurię, quę sumptuosa est, cohibēt appetitū: & auarorum fortitudo, qua, vt ait Horatius,

Per mare pauperiē fugiūt, per saxa, per ignes.

vt Augustinus dicit in quarto libro contra Iulianum. * Si verò illud bonum particulare sit verum bonū, puta conseruatio ciuitatis, vel aliquid huiusmodi, erit quidem vera virtus, sed imperfecta, nisi referatur ad finale & perfectum bonum. Et secundum hoc simpliciter vera virtus sine charitate esse non potest.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus alicuius charitate carētis, potest esse duplex. Vnus quidē secūdū hoc, quòd charitate caret, vt pote cū facit aliquid in ordine ad id, per quod caret charitate. Et talis actus semper est malus: sicut Aug. dicit in quarto cōtra Iulianū. * quòd actus infidelis, inquantū est infidelis, semper est peccatū, etiā si nudū operiat, vel quicquid aliud huiusmodi faciat, ordinans ad finem suæ infidelitatis. Alius autē potest esse actus charitate carētis, non secundū id, qđ charitate caret, sed secundū quod habet aliquod aliud donum Dei, vel fidem, vel spē, vel etiam naturæ bonum, quod non totū per peccatū tollitur: vt supra dictum * est. Et secundū hoc sine charitate potest quidem esse aliquis actus bonus ex suo genere, non tamen perfectè bonus: quia deest debita ordinatio ad vltimum finem.

¶ Ad secūdum dicendū, quod cū finis se habeat in agibilibus: sicut principium in speculabilibus: sicut non potest esse simpliciter vera sciētia, si desit recta æstimatio de primo & indemōstrabili principio: ita nō potest esse simpliciter vera iustitia aut vera castitas, si desit ordinatio debita ad finē, quæ est per charitatem, quātumcūque aliquis se rectè circa alia habeat.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ sciētia & ars de sui rōne importat ordinē ad aliquod particulare bonum, nō autē vltimum finem humanę vitę: sicut virtutes morales, quę simpliciter faciunt hominē bonū, vt suprà dictū est. * Et ideo non est similis rō.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrum charitas sit forma virtutum.*

AD OCTAVVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ charitas nō sit forma virtutum. Forma enim alicui⁹ rei vel est exēplaris vel essentialis. Sed charitas non est forma exēplaris aliarū virtutū: quia sic oporteret, quòd aliæ virtutes essent eiusdē speciei cum ipsa. Similiter etiam nō est forma essentialis aliarum virtutū: quia non distingueretur ab aliis. Ergo nullo modo est forma virtutum.

¶ 2 Præterea, Charitas cōparatur ad alias virtutes, vt radix & fundamentū, secūdū illud Eph. 3. In charitate radicati & fundati. Radix autem vel fundamentū non habet rationē formæ, sed magis rōnē materię: quia est prima pars in generatione. Ergo charitas non est forma virtutum.

¶ 3 Pręterea, Forma & finis & efficiēs nō coincidunt in idem numero, vt patet in secundo Physicorum. * Sed charitas di-

*[Marginalia: *Propos. 12. & 10. inter opera Aristo. to. 3. — Cap. 3. & 4. — 1. 2. q. 55. art. 3. — Lib. 7. Phys. tex. 17. & 18. — Cap. 3. to. 7. — Cap. 3. to. 7. — Q. 10. art. 4. & 1. 2. q. 85. art. 1. & 2. — In corp. & 1 2. q. 57. & q. 66. art. 8. — Supra q. 4. artic. 5. Et 3. dist. 23. q̄ō. 3. ar. 1. q. 1. Et dist. 27. q̄ō. 2. ar. 4. q. 3. Et verit. q. 14. ar. 3. Et vir. q. 2. ar. 3.]*

Universidad de Deusto Biblioteca

Tex. 70. Lib. 2. in Luc. anti redargutio malitiæ Iudæorum to. 5.

respectu moraliũ prudẽtia est sicut forma, respectu intellectualiũ, nullã ꝓpriè loquẽdo, scio formã. Alio ergo modo sumuntur, vt sunt virtutes simpliciter, apud Theologũ. Et sic quia habent, ꝙ sint virtutes in ordine ad actus formatos, vt in litera dicitur, & formatio est ex charitate ordinãte omniũ virtutũ act⁹ in finẽ vltimum simpliciter: ideo charitas est forma virtutum, tanquã constituens eas in esse virtutis simpliciter. Non solùm igit charitas in forma effectiue, quia imperat & ordinat, hoc enim cõmune est omni imperãti & ordinãti sed quia participatio passiua imperij & ordinationis suæ est velut forma cõstituẽs act⁹ alios in esse virtuoso simpliciter. Ab hac em̃ participatione, actus aliarũ virtutũ dicuntur, & sunt formati. Et hoc est proprium charitatis. Et hoc intendebat Autor, & sequitur ex antedictis.

citur finis & mater virtutum. Ergo non debet dici forma virtutum.

¶ SED CONTRA est, ꝙ Ambro. *dicit charitatem esse formã virtutum.

¶ RESPONDEO, dicẽdũ ꝙ in moralibus forma actus attẽditur principaliter ex parte finis. Cuius rõ est, quia principiũ moraliũ actuum est voluntas, cuius obiectum & quasi forma est finis. Sẽper autẽ forma actus cõsequitur formã agẽtis: vnde oportet ꝙ in moralib. id, quòd dat actui ordinẽ ad finẽ, det ei & formã. Manifestum est autẽ secundũ prædicta,* ꝙ per charitatem ordinantur actus omnium aliarũ virtutum ad vltimũ finẽ. Et secundũ hoc ipsa dat formã actibus omniũ aliarũ virtutum & pro tanto dicitur esse forma virtutum. Nam & ipsæ virtutes dicũtur in ordine ad actus formatos.

Ar. præ.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ charitas dicit esse forma aliarũ virtutũ: non quidẽ exemplariter, aut essentialiter, sed magis effectiuè, inquantũ. s. omnibus formã imponit secũdũ modũ prædictum. *

In Cap. D. 306.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd charitas ᵈ cõparatur fundamẽto & radici, inquãtum ex ea sustentãtur & nutriũtur oẽs aliæ virtutes, & nõ secundũ rationẽ, qua fundamentum & radix habent rationem causæ materialis.

D. 627. ¶ Ad tertium dicendũ, quòd ᵈ charitas dicitur finis aliarũ virtutũ, quia omnes alias virtutes ordinat ad finem suum. Et quia mater est quæ in se concipit ex alio, ex hac ratione dicitur mater aliarum virtutum, quia ex appetitu finis vltimi concipit actus aliarum virtutum, imperando ipsos.

QVÆSTIO VICESIMAQVARTA DE charitatis subiecto, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de charitate in comparatione ad subiectum.

¶ Et circa hoc quærũtur duodecim. ¶ Primò, vtrũ charitas sit in voluntate tanquam in subiecto. ¶ Secundò, vtrum charitas causetur in homine ex actibus præcedentibus, vel ex infusione diuina. ¶ Tertiò, vtrum infundatur secundum capacitatem naturalium. ¶ Quartò, vtrum augeatur in habente ipsam. ¶ Quintò, vtrum augeatur per additionem. ¶ Sextò, vtrũ quolibet actu augeatur. ¶ Septimò, vtrũ augeat in infinitũ. ¶ Octauò, vtrum charitas vię possit esse perfecta. ¶ Nonò, de diuersis gradibus charitatis. ¶ Decimò, vtrum charitas possit diminui. ¶ Vndecimò, vtrũ charitas semel habita possit amitti. ¶ Duodecimò, vtrum amittatur per vnum actum peccati mortalis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum voluntas sit subiectum charitatis.

3 di. 27 q. 2. ar. 3. & di. 30. ar. 1. corp. Et ver. q. 14. arti. 5. cor. Et virt. q. 1. art. 5. col. & ad 5. & 12.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ voluntas non sit subiectum charitatis. Charitas enim amor quidam est. Sed amor secundum Philosophum * est in cõcupiscibili. Ergo & charitas est in concupiscibili & non in voluntate.

¶ 2 Præterea, Charitas est principalissima virtutum, vt suprà dictum est. * Sed subiectum virtutis est ratio. Ergo videtur, quòd charitas sit in ratione & non in voluntate.

¶ 3 Præterea, Charitas se extẽdit ad omnes actus humanos: secundũ illud primæ ad Cor. vlt. Omnia vestra in charitate fiant. Sed principium humanorũ actuum est liberum arbitrium. Ergo videtur quòd charitas maximè sit in libero arbitrio, sicut in subiecto, & non in voluntate.

*Annota. * 2. topic. c. 3. * Q. præc. ar. 6. 1. p. q. 81. art. 2.*

¶ SED CONTRA est, quod obiectum charitatis est bonum, quod etiam est obiectum voluntatis. ergo charitas est in voluntate sicut in subiecto.

D. 228. D. 229. & 230.

¶ RESPONDEO, dicendũ quòd cùm duplex sit appetitus, sensitiuus scilicet & intellectiuus, qui dicitur voluntas, vt in primo * habitum est, vtriusq; obiectũ est bonũ, sed ᵈ diuersimodè. Nam obiectum appetitus sensitiui est bonum per sensum apprehensum. Obiectum ᵈ verò appetitus intellectiui vel voluntatis est bonum sub cõmuni ratione boni, prout est apprehensibile ab intellectu. Charitatis autem obiectum non est aliquod bonum sensibile, sed bonum diuinum, quod solo intellectu cognoscitur. Et ideo charitatis obiectum non est appetitus sensitiuus, sed appetitus intellectiuus, id est voluntas.

1. p. q. 81. ar. 2.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ cõcupiscibilis est pars appetitus sensitiui: non autem appetitus intellectiui, vt in primo * ostẽsum est. Vnde amor qui est in cõcupiscibili, est amor sensitiui boni. Ad bonum autem diuinum, quod est intelligibile, concupiscibilis se extendere nõ potest, sed sola voluntas. Et ideo concupiscibilis subiectum charitatis esse non potest.

Tex. 42.

¶ Ad secũdũ dicẽdũ, ꝙ volũtas etiã secũdũ Philosophũ in 3. de Anima, *in rõne ẽ. & ideo p hoc, ꝙ charitas est in volũtate, nõ est aliena à rõne. Tamẽ rõ nõ est regula charitatis, sicut humanarũ virtutũ: sed regulat à Dei sapientia, & excedit regulã rationis humanę: secũdũ illud Ephes. 3. Supereminẽtẽ sciẽtię charitatẽ Christi. Vnde non est in rõne sicut in subiecto, sicut prudentia: neq; sicut in regulãte, sicut iustitia vel temperãtia: sed solùm per quandam affinitatem voluntatis ad rationem.

1. p. q. 83. ar. 4. Cap. 2.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ liberũ arbitriũ nõ est alia potentia à voluntate, vt in primo* dictũ est: & tamẽ charitas nõ est in volũte secundũ rõnẽ liberi arbitrij, cuius act⁹ est eligere. Electio em̃ est eorũ, quæ sunt ad finẽ: voluntas autẽ est ipsius finis: vt dicit in tertio Ethicor.* Vnde charitas, cuius obiectũ est finis vltimus, magis debet dici esse in volũtate, q̃ in libero arbitrio.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum charitas causetur in nobis ex infusione.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ charitas non causetur in nobis ex infusione. Illud enim quod est cõmune omnibus creaturis, naturaliter hominibus inest. Sed sicut Dio. dicit in 4. cap. de Diui. no. omnibus diligibile & amabile est bonum diuinum, quod est obiectum charitatis. Ergo charitas inest nobis naturaliter, & non ex infusione.

¶ 2 Præterea, Quãtò aliqd est magis diligibile, tãtò facili⁹ diligi põt. Sed De⁹ est maximè diligibilis, cũ sit summè bon⁹. Ergo faciliùs est ipsũ diligere, q̃ alia. Sed ad alia diligẽda nõ indigemus aliquo habitu infuso. Ergo nec etiã ad diligendũ Deum.

¶ 3 Præterea, Apostolus dicit primæ ad Tim. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Sed hæc tria ptinent ad actus humanos. Ergo charitas causatur in nobis ex actibus præcedentibus, & non ex infusione.

¶ SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nobris per spiritumsanctum, qui datus est nobis.

¶ RESPONDEO, dicẽdũ ꝙ sicut dictũ* est, charitas est amicitia quædã hominis ad Deũ fundata sup cõicationẽ beatitudinis æternæ. Hæc autẽ cõicatio nõ est secundũ bona naturalia, sed secundũ dona gratuita: quia, vt dicitur Ro. 6. Gratia Dei, vita ęterna. Vnde & ipsa charitas facultatẽ naturæ excedit. Quod autẽ excedit naturæ facultatẽ, nõ põt esse neq; naturale, neq; per potentias naturales acquisitũ: qa effectus naturalis nõ transcẽdit suã cãm. Vnde charitas nõ põt neq; naturaliter nobis inesse, neq; per vires naturales est acqsita: sed per infusionẽ ᵈ spiritussancti, q est amor Patris & Filij: cuius participatio in nobis est ipsa charitas causata, sicut suprà dictum* est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Diony. loquit de dilectione Dei, quæ fundat sup cõicationẽ naturaliũ bonorum: & ideo naturaliter oĩbus inest. Sed charitas fundatur super quadam cõmunicatione supernaturali. Vnde non est similis ratio.

¶ Ad secundũ dicendũ, ꝙ sicut Deus secundum se est maximè cognoscibilis, nõ tamẽ à nobis propter defectũ nostræ cognitionis, quæ depẽdet à rebus sensibilibus: ita etiã Deus in se est maximè diligibilis, inquãtum est obiectum beatitudinis. Sed hoc modo non est maximè diligibilis à nobis, propter inclinationem affectus nostri ad visibilia bona. Vnde patet, quod ad Deum maximè diligẽdum hoc modo, necesse est quòd nostris cordibus etiam charitas infundatur.

¶ Ad tertiũ dicendũ quòd cùm charitas dicitur in nobis ꝓcedere ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, hoc referendum est ad actum charitatis, qui ex præmissis excitatur. Vel etiam hoc dicitur, quia huiusmodi actus disponũt hominem ad recipiẽdum charitatis infusionẽ. Et similiter etiam dicendum est de eo quod August.* dicit, quod timor introducit charitatem. Et de hoc quod dicitur in glossa* Matt. 1. Quòd fides generat spem, & spes charitatem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum charitas infundatur secundum capacitatem naturalium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videt ꝙ charitas infundatur secundũ capacitatẽ naturaliũ. Dicitur enim Matt. 26. Quod dedit vnicuique secundum propriã virtutẽ. Sed charitatem nulla virtus præcedit in homine nisi naturalis, quia sine charitate nulla est virtus, vt dictũ* est. Ergo secũdum quantitatẽ virtutis naturalis infunditur homini charitas à Deo.

¶ 2 Pręterea, Omniũ ordinatorum adinuicem secũdum proportionatur primo: sicut videmus quòd in reb⁹ naturalibus forma proportionatur materiæ, & in donis gratuitis gloria proportionatur gratiæ. Sed charitas cũ sit perfectio naturæ, cõparat ad capacitatẽ naturalẽ: sicut secũdũ ad primũ. Ergo videt ꝙ charitas infundat secũdũ naturalium capacitatem.

¶ 3 Præterea, Homines & angeli secundũ eandẽ rationẽ participãt beatitudinem: qa in vtrisque est similis beatitudinis ratio, vt habetur Mar. 22. & Luc. 20. Sed in angelis charitas & alia dona gratuita sũt data secũdũ capacitatẽ naturaliũ, vt Magister dicit 3. dist. secundi libri sententiarũ. Ergo idẽ videtur esse in hominibus.

¶ SED CONTRA est, quoddicitur, Io. 3. Spiritus vbi vult spirat. Et primæ ad Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus & idẽ Spiritus, diuidens singulis prout vult. Ergo charitas datur non secundum capacitatem naturalium, sed secundum voluntatem Spiritus sua dona distribuentis.

Ar. præc.

¶ RESPONDEO, dicẽdum ꝙ vniuscuiusque rei quãtitas depẽdet à propria causa rei: quia vniuersalior causa effectũ maiorẽ producit. Charitas autẽ cùm superexcedat ꝓportionẽ naturæ humanæ, vt dictũ* est, nõ depẽdet ex aliqua naturali virtute, sed ex sola gratia Spũssancti eam infundẽtis. Et ideo quãtitas charitatis nõ dependet ex cõditione naturæ, vel ex capacitate naturalis virtutis, sed solũ ex voluntate spiritussãcti distribuẽtis sua dona, ꝓut vult. Vnde & Apostolus dicit ad Eph. 4. Vnicuiq; nostrũ data est gratia secundum mẽsuram donationis Christi.

D. 316.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa virtus, secundum quã sua dona Deus dat vnicuique, est dispositio vel præparatio præcedẽs, siue conatus gratiã accipiẽtis. Sed hãc etiam dispositionẽm vel conatum præuenit Spiritussanctus, mouens mentẽ hominis vel plus, vel min⁹, secundum suam ᵈ volũtatem. Vnde & Apostolus dicit ad Colos. 1. Qui dignos nos fecit in partẽ sortis Sanctorum in lumine.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ forma non excedit materiæ proportionem, sed sunt eiusdẽ generis. Similiter etiã gratia & gloria ad idẽ genus referunt: qa gratia nihil est aliud quã quædã inchoatio glorię ĩ nobis. Sed charitas & natura nõ pertinent ad idẽ genus. Et ideo nõ est similis ratio.

1. p. q. 62. art. 6.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ angelus est intellectualis naturæ, & secundũ suã cõditionẽ cõpetit ei vt totaliter feratur in omne id, in qđ fertur, vt in primo habitum est.* Et ideo in superioribus angelis fuit maior conatus, ad bonũ in ꝑseuerãtib. & ad malum in cadẽtibus. Et ideo superiorum angelorũ persistentes facti sunt meliores, & cadẽtes facti sunt priores aliis. Sed homo est naturæ rationalis, cui cõpetit esse quãdoque in potẽtia, & quãdoq; in actu: & ideo nõ oportet ꝙ feratur totaliter in id, in qđ fertur: sed eius, qui habet meliora naturalia, põt esse minor conatus, & ecõuerso. Et ideo nõ est simile.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum charitas augeri possit.

AD QVARTVM sic ꝓcedit. Videt ꝙ charitas augeri nõ possit. Nihil enĩ auget nisi quãtũ. Duplex autẽ est quãtitas, scilicet dimensiua, & virtualis: quarũ prima charitati non cõuenit, cũ sit quędã spiritualis ꝑfectio. Virtualis autẽ quãtitas attendit secũdũ obiecta, secũdũ quę charitas nõ crescit: qa minima charitas diligit omnia, quæ sunt ex charitate diligenda. Ergo charitas non augetur.

¶ 2 Præterea, id quod est in termino, non recipit augmentũ. Sed charitas est in termino, quasi maxima virtutum existẽs, & summus amor optimi boni. Ergo charitas augeri non potest.

¶ 3 Pręterea, Augmẽtũ quidã mot⁹ est. Ergo qđ auget mouet. Quod ergo augetur essentialiter, mouet essentialiter. Sed nõ mouet essẽtialiter, nisi qđ corrũpitur vel generat. Ergo charitas nõ potest augeri essentialiter, nisi forte de nouo generetur vel corrũpatur: quod est incõueniẽs.

** Tract. 5 in Io. tom. 9.*

¶ SED CONTRA est, quod Augu. dicit super Ioã.* quòd charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici.

¶ RESPONDEO, dicẽdũ ꝙ charitas viæ potest augeri. Ex hoc enĩ dicimur esse viatores, ꝙ in Deũ tẽdimus, q est vltimus finis nostræ beatitudinis. In hac ẽt via tantò magis procedimus, quãtò Deo magis propinquamus, cui nõ appropinquatur passib⁹ corporis sed affectib. mẽtis. Hanc aũt ꝓpinquitatẽ facit charitas: qa per ipsam mẽs Deo vnitur. Et ideo de rõne charitatis viæ est, vt possit augeri. Si enim nõ posset augeri, iam cessaret vię ꝓcessus. Et ideo Apostolus charitatẽ viã nominat, dicẽs primæ ad Cor. 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ charitati nõ cõuenit quãtitas dimẽsiua, sed solũ quãtitas virtualis, quę nõ solùm attẽditur secũdum numerum obiectorũ, vt scilicet plura vel pauciora diligãtur sed etiã secũdũ intẽsionẽ actus, vt magis, vel minus aliqd diligatur. & hoc modo virtualis quantitas charitatis augetur.

¶ Ad secundum dicẽdũ, ꝙ charitas est in summo ex parte obiecti, inquatũ scilicet

¶ Super Quæstionis vigesimæquartæ Articulũ tertiũ.

IN art. 3. q. 24. omissis duobus primis, dubiũ occurrit simpliciter, & ad hominẽ. Nã Autor in primo sentẽtiarũ dist. 17 q. 1. ar. 8. mensurat charitatem secundum conatũ recipientiũ. Et ratio dictat, quod, cùm charitas infundatur à Deo in creatura rationali, ex parte vtriusq;, scilicet agentis & recipientis mensuretur. Autor autẽ in corpore articuli solam Dei voluntatẽ mensuram charitatis ponit.

¶ Ad euidentiam huius scito quod dupliciter assignari potest causa quãtitatis charitatis, scilicet simpliciter, & ex suppositione. Si quæritur causa simpliciter, sic est sola voluntas Dei diuidens singulis prout vult. Si quæritur causa ex suppositione voluntatis diuinæ, tanquam æqualiter se habẽtis ad infusionẽ gratiæ, sic causa quãtitatis est conatus seu dispositio proxima. Declaro singula, ꝙ em̃ causa simpliciter quantitatis charitatis sit sola voluntas diuina, ꝓbatur in litera ex eo, quod charitas excedit totam naturæ virtutẽ, & consequenter omnem eius conatum & dispositionem. In cuius signum infimæ naturæ, scilicet humanæ, & etiam in anima secundum naturalem conditionem proportionata corpori imperfecto, quale est fœminei sexus, dedit Deus maiorem charitatem, quam supremo angelo. Tam enim anima Christi, quàm beatæ Virginis beatior est essentialiter omnibus angelis. Amplius, conatus ipse, cui commensurari ex parte recipientis dicitur charitas, non est condistincta causa contra voluntatem Dei, vt est gratiæ causa simpliciter, sed ex parte ipsius diuinæ voluntatis se tenet, vt in responsione ad primum Autor dicit, & probat. Quia Spiritussanctus causans charitatem, dignificat quoque receptiuũ plus & minus, prout causare intendit charitatem, iuxta Apostoli doctrinam allatam in litera. Quod autem supposita diuina voluntate tanquam æqualiter se habente ad infusionem charitatis, ex parte dispositionis proximæ seu conatus attẽdatur quantitatis charitatis, manifestum est. Et quia altius est iudicium secundum cãm simpliciter, quàm secundum causam ex suppositione: ideo Autor seipso doctior hoc in loco quantificauit charitatem ex causa simpliciter, qui in primo sñiarũ quantificauerat eam ex causa ex suppositione. Nec est verum, ꝙ ratio dictet, in creatione noui ordinis rerum, quantitatẽ creatarũ rerum mensurari debere secundum receptiua: quamuis hoc habeat locum in actione dependentiũ à receptiuis, vel coaptorũ naturaliter eisdẽ, vt est de anima rationali respectu materię & aliorũ naturaliũ. Charitas siquidẽ ad nouæ creaturæ ordinẽ spectat, & ideo simpliciter loquẽdo, tam ipsius infusio, quàm dispositio ad eam in quãtum est dispositio ad eam, ad vnã & eandẽ causam spectat, quę est causa charitatis simpliciter, quę est diuina voluntas. Et hæc est vera & formalis decisio. Quum autẽ audiueris, aut videris distinguẽtes Deũ ex vna & dispositiones nostras ex altera parte, causas vt Deo attribuatur id quod solus facit, nobis autẽ id quod per nos facit, non contendes: sed memento apostolicæ sententię, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

¶ In respõsione ad tertiũ in eodẽ articulo dubiũ occurrit triplex ad hominẽ. Primò, quomodo ĩ angelis charitas fuit secũdũ conatũ: cũ apud Autorẽ, angeli fuerĩt creati ĩ gratia, & nõ fuerũt cõsecuti charitatẽ ꝑ aliquẽ conatũ, vt in nobis adultis cõtigit. Secũdò, quomodo conat⁹ accipiẽtis charitatẽ est à Spiritusãcto, vt ĩ respõsione ad primũ dicit. Et tamẽ ĩ angelis quãtitas conat⁹ resoluit ĩ cõditionẽ eorũ naturalẽ hic ĩ hac respõsione. Tertio, quomodo Autor hic docet, ꝙ charitas secũdũ solã Dei voluntatẽ quãtificatur. Et tamẽ in hac respõsione cõcedit, ꝙ in angelis quantificata est secũdum eorum naturalia.

¶ Ad primum horũ dicitur, ꝙ queadmodũ in nobis adultis, cum de nouo infunditur charitas simul tempore, est conatus, id est actus volũtatis vehemens in Deum, & charitas ipsa infunditur proportionata illi actui: ita in creatione angelorum simul tẽpore fuit eorum conatus & ipsius charitatis illũ conatum informantis infusio. Et propterea sicut nobis adultis datur charitas secundũ conatum simultaneũ, ita & in angelis. Differentia autẽ est de conatu seu dispositione præcedente tempore in nobis & angelis: quia in eis non habet locum.

¶ Ad secundum autem dicitur, ꝙ conatus angelorum habet in se duas conditiones. Vna est, ꝙ sit totalis. Altera est ꝙ sit in finem talẽ, puta charitatis. Primum commune fuit omnibus angelis, & hoc resoluitur in conditionẽ naturæ. Secundũ proprium fuit quibusdam & per hoc secundum, conatus ille erat dispositio propria ad charitatem, & vt sic resoluitur in Spiritumsanctum, in responsione ad primum. Vnde nulla est contrarietas.

1. 2. q. 52. arti. 1. & q. 66. art. 1. Et 1. dis. 17. q. 2. artic. 1. Et vir. q. 1. artic. 11. Et quolib. 9. arti. 13.

¶ Ad tertium dicitur, quòd etiam in angelis charitas est quantificata secundum solam Dei voluntatem, per se loquendo. Per accidens enim est quòd conatus proportionaliter dignificati sint secundum dispositiones charitatis à Spiritusancto. Potuisset enim, si voluisset, Spiritussanctus proportionales conatus dignificare, vt essent dispositiones ad charitatẽ non proportionabiles: sed vnum longè altius dignificare, quam proportionalitas requirebat. Sed quia de facto sic credimus, & rationabile est Spiritumsanctum fecisse, distingui potest inter causam & occasionem, seu causam remotam, & dici quod Autor non recedit ab excellentia suæ doctrinæ, quod vere causa propter quam quantificatur charitas, est sola voluntas Dei, dignificans etiam illos conatus. Remota autem causa, seu occasione quãtitatis proportionalis secundum naturalia in angelis, est conditio naturalis. Ex hoc enim, quod actus angelorum secundum excessum naturalium nati sunt obsequi Spirituisancto, occasionatur vt Spiritussanctus dignificet eos proportionaliter. Et sic omnia consonant.

¶ Super Quæstionis vicesimæ quartæ Articulum quartum & quintum.

IN articulis 4. & 5. eiusdem 24. quæstio. in materia de intensione & remissione formarum: quia materia valde ambigua inter tot opiniones habetur & mens Autoris diuersæ interpretationi subesse videtur, absque multo sermone, ne moralis Philosophiæ terminos totaliter exisse videar, modum quo fit intensio & remissio informis, tangemus. Dicimus igitur, quòd opiniones diuersæ sunt: propterea quòd quidam putant formam habere latitudinem perfectionis: quidam vero putant formam non habere latitudinem perfectionis (& horum quidam dicunt formam in indiuisibili consistere) sed inesse ipsius, quo subiecto inest, latitudinem perfectionis habere, & secundum hoc attendi intensionem & remissionem formarum: ita quòd albedo nunquam est intensior, sed album est intensius, propriè loquendo. Opinantium autem formam habere perfectionis latitudinem, alij putant in illa latitudine dari partes successiuas: ita quòd albedo, quæ intenditur, diuiditur in partes successiuas, sicut motus intensionis: & in termino manet albedo terminans partes præcedentes. Alij autem putant in illa latitudine dari partes permanentes & distinctas inter se: ita quòd adueniente vna, non recedit

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia. Alij autẽ putant in illa latitudine dari quasi partes seu gradus permanẽtes, sed nõ in actu, s. vnum tantũ in actu, reliquos in potentia. Et inter hoc est differentia, quę verbalis tantũ videtur, dum quidã putant hoc conuenire formæ secundum se: quidã putant hoc cõuenire formæ in ordine ad subiectum. Sed quia forma accidentalis, quæ sola intenditur & remittitur, secundum se habet ordinẽ ad subiectũ, vt in litera dicitur, ideo idẽ dicitur, in vtraq; opinione. Et quoniã hæc vltima opinio est rationabilior, & omnes difficultates accidẽtes resoluere facile videtur, Peripateticisque cõsentanea videtur: ideo eã declarare volum⁹, quã indubiè cõstat esse Sancti Thomæ, ni fallor. Scito igitur in primis, q̃ quia, vt in litera dicitur, forma secũdũ suã essentiã, habet q̃ insit: clarè latitudo formæ secũdum esse aut inesse, & non secundũ formæ essentiã, ignorãtia propriæ vocis dicitur. Propter q̃ prima opinio excluditur. Iudicium quoq; de forma ex natura motus, quo intẽsio sit fallax inuenitur: quia manifestè patet lumẽ in tendi & remitti absque partib⁹ successiuis. Oportet autẽ vniuersalẽ doctrinã facere de formis, quę intẽduntur: propter q̃ secũda quoq; opinio excludit: partes autẽ aut gradus simul permanẽtes in actu distinctos in vna & eadẽ forma audire ẽt erubescit schola Peripatetica: quæ didicit à suo præceptore, per actus & potẽtiæ naturã existẽtia in aliquo distinguere. Et ex hoc tertia opinio resultatur. Cõsonat autẽ sensui & rationi, vt forma, quæ intẽditur, & remitti tur, gradualẽ perfectionis latitudinẽ habeat: ita q̃ & calor & esse caloris in esse eiusdẽ latitudinẽ huiusmodi habet: & cũ de min⁹ calido, puta vt duo, fit magis calidũ, puta vt quatuor, nõ corrũpitur præcedẽs calor, sed abiicitur solum actualis terminatio caloris ad gradũ vt duo, & quenitur ad actualẽ terminatiõnẽ caloris ad gradũ vt quatuor. Sic ẽm saluatur motus de affirmato in affirmatũ absq; formę corruptione: sicut in vero motu augmẽti, cũ Sortes de tripedali fit quadrupedalis, nõ abiicitur præcedẽs quãtitas, sed solũ actualis terminatio quãtitatis ad tripedalem mẽsurã & peruenitur ad actualẽ terminationem quadripedalis mensuræ eiusdẽ quãtitatis: & propterea nõ remanet tripedalis in actu, sed in potẽtia. Et similiter nõ remanẽt præcedẽtes gradⁿ⁹ caloris in actu, sed in potẽtia. Vnde quemadmodũ in motu diminutionis, quũ Sortes de quadripedali fit tripedalis, fit quãtitas in actu tripedali:

D. 215. & 1051.

1.2 q. 52. articul. 2. Et dist. 17. qõ. 2. articu. 2. Et vide q. 1. arti. 11. cor. & ad 10. & 12.

**Text. 31.*

ita motu remissionis quum de calido vt quatuor, fit calidum vt tria, fit calor in actu tertij gradus, nec refert vtrum hoc fiat per motum, vt cũ aliquid magis calefit, vel per mutationẽ, vt cũ aliquid magis illuminat. Vtrobiq; cũ eadẽ ratio intrisecis. Ex hoc autẽ patet & solutio alteri⁹ difficultatis, an in huiusmodi rẽ fiõe interueniat corruptio. Iã cũ patet, q̃ sola terminatio actualis secũdũ aliquẽ gradũ corrũpit, nõ grad⁹ ipse, sicut in quãtitate molis declaratũ exemplariter est. Ex hoc etiã patet, q̃ non sit intentio per additionẽ gradus ad gradũ, propriè loquẽdo, vt diffusius in cõmentariis super artic. 2. q. 52. in præcedenti libro manifestauimus: sed per eductiouem maiorem formæ de potẽtia subiecti, vel aliquid proportionale in formis infusis ab extra, vt chanitas est. Et propterea in litera dicitur, quòd formã esse maiorẽ, est ipsã magis inesse susceptibili. Non enim negat Autor latitudinem in essentia formæ, sed negat aliam esse latitudinem in esse ipsius formæ, respectu subiecti, & aliam latitudinem aut indiuisibilitatẽ essentiæ formę secũdũ se: quia vult eandem esse rationẽ de essentia formæ, & de esse & inesse: quia ipsa est essentialiter res, cui conuenit esse in subiecto. Et vult huiusmodi latitudinem non conuenire formæ secundum se, id est vt distinguitur cõtra seipsam, pro quanto respicit subiectũ, sicut conuenit latitudo extensiua quantitati molis, & latitudo obiectiua quãtitati habitus scientifici: sed conuenire formæ, vt essentialiter respicit subiectum. Ex hac nanque parte cuilibet formæ vult Autor conuenire maiorem perfectionem intensiuè. Et propterea in calce corporis articuli dicitur, quòd intensio nõ fit per aduentum nouæ formæ. Hoc enim esset, si forma haberet aliquã quantitatem ex seipsa, non per comparationem ad subiectum. Quòd si adhuc de hac mente Autoris dubitas, lege inferius in Tertia parte quæstio. 7. articul. 12. iuncto nono: & videbis latitudinem intensiuam gradualem in essentia formæ absque omni scrupulo. Ex hoc autem, quòd iuxta hãc viã nihil scrupulosũ occurrit, & omnia consonant, apparet quòd hæc sola sit vera, & ab Autore intenta, volente in huiusmodi motu non esse omnino nouũ terminũ, sed antiquũ modo nouo se habẽte secũdum magis, & minus, quòd significat p illas actuales terminationes formæ secundum hunc vel illũ gradũ. Charitas quoq; eodẽ modo intenditur, à Deo tamen effectiuè: ita quòd non corrumpitur præcedens charitas, nec noua aduenit, sed quæ erat terminata ad tertium, terminatur ad quartum vel sextum gradum actualiter. Et si ab importunis aut nouitiis inquirarur, quid est illa terminatio, quæ abiiciatur, qua est terminus à quo, in intensione: dicito, quòd nihil addit supra rem, puta tãtum calorem, nisi actualitatẽ tertij gradus. Actⁿ⁹ enim est terminare, distinguere, & separare. Hæc enim deperditur dum terminatur idem calor ad quartum gradum, & non deperditur quantitas ipsa caloris. Natura siquidem actus & potentiæ philosophiã hanc aperit. In remissionẽ quoque similes sunt termini, scilicet actualitates formæ secundum diuersos gradus, vt si de calido vt sex, fiat calidum vt tria, terminus à quo est actualitas sexti gradus, & terminus ad quem, actualitas tertij, quæ prius erat in potentia. Sed non est similẽ quo ad deperditionem, quia non solum actualitas sexti gradus deperditur, sed deperditur etiam quantitas à sex vsque ad tria. Et hæc sat sint inter moralia.

¶ In eodem quinto articulo in responsione ad primum, aduerte diligenter, q̃ non dicit Autor, q̃ quãtitas cõtinua intendatur in his quæ rarefiũt. Hoc ẽm esset falsum, quia aer rarior non est magis quãtus, sed maius quãtũ, sed mens Autoris est, quòd in rarefactione quãtitas sit maior extẽsiuè nõ per additionem quanti ad quantũ, vt contingit in motu augmẽti, sed p maiorẽ extensionem præcedentis quãtitatis. Et hic modus augendi quãtitatẽ est similis ꝓportionaliter modo quo augetur quãtitas virtualis formarũ. Intenduntur enim nõ p additionẽ aduenientis quãtitatis virtualis, sed per maiorẽ perfectionem præexistentis quantitatis: ita quod ficut in rarefactione est extensio quantitatis dimensiuæ præexistentis, absque nouę quantitatis additione: ita in intensione est quasi extensio quãtitatis virtualis præexistẽtis absque additione. Et quia quãtitas continua infra latitudinem continui cõmunicat, in hoc cũ formis susceptiuis magis & minus, ex eadẽ nanque radice, qua formæ intenduntur & remittuntur, quãtitas hoc modo extẽditur & cõtrahitur, vt in litera dicitur: ideo fortè Autor in Prima secundæ quæst. 52. art. 1. quantitatis continuæ, vt sic, species non excludit à susceipientibus magis & minus: in veritate tamen extra illas sunt. Vnde & in litera non dicitur, quòd quantitas in rarefactione intenditur, sed quòd habet proprium augmentum, sicut aliæ formæ accidentales, per modum intensionis eius in subiecto. In his siquidẽ verbis modus augmenti, quo extenditur in rarefactione quantitas, declaratur, quod est per modũ quo forma intenditur in subiecto, quia scilicet est per maiorem eductionẽ formæ de potentia subiecti: quod in quantitate dimẽsiua facit maius extensiuè, & in quantitate virtuali facit maius intensiuè. Et non significatur per illa verba, quòd quãtitas dimensiua intenditur & remittitur, nisi proportionaliter exponendo, vt declaratum est.

In corp.

¶ In eodem quinto articulo pro responsione ad secundum & tota hac materia, vide scripta super quæst. 52. Primæ secũdæ. ne eadem repetamus. Inde enim & corpus articuli, & c. percipies facilius.

Lib. 3. Text. 59.

¶ *Super Quæstionis vicesimæ quartæ Articulum sextum.*

IN articulo sexto, notãda in titulo nouitie quod charitatem augeri per actus tripliciter intelligi potest. Vno modo effectiuè: & sic nõ est quæstio quia sic tue charitas non fit per actus nostros, sed à Deo, ita nec augetur per eosdem, sed à Deo. Alio modo meritoriè, & hoc tripliciter, vel meritorie solum, vel meritoriè & efficaciter, hoc est cum effectu augmenti. Et hoc tertio modo directè intelligitur in q. quod charitas quolibet suo actu augeatur, Secundus tamen sensus extra quæstionem omnino non est, vt in sequentibus patebit.

¶ In eodẽ articulo in respõsione ad primũ, Durãdus obiũ⁹ occurrit primo sẽtẽtiarũ, dist. 17. quæst. 8. negãs quolibet actu charitatis mereri aliquẽ charitatis augmẽtũ. Et ratio sua est, quia ille solꝰ dignꝰ est accipiẽdis, qui bene vtitur iã acceptis. Sed habẽs habitũ, & remisse vtẽs illo nõ debito modo vtitur suo habitu: q̃ nõ ꝓportionaliter actib⁹ ipsi habitui, ergo nõ quolibet actu charitatis meremur augmẽtũ charitatis, sed solũ p illos, q̃ excellũt vel æquãt ipsũ habitũ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quũ in merito vitę ęternę claudatur meritũ augmenti: nisi charitas viatoris, dum fit comprehensoris ad terminũ augmenti perueniat, mirũ est quomodo iste cõcedat, quòd quolibet actu charitatis mereamur vitam æternam, & non augmentũ charitatis. Nec valet responsio sua, scilicet quòd maius est mereri augmentum, & vitam æternã, quàm vitam æternam: quoniã augmentũ vitæ ordinatur ad augmenti terminum, ac per hoc in merito augmenti in termino claudetur meritum omnis augmẽti, magis quã econtrario, quia terminus augmenti necessariò infert omnia præcedentia, & non econuerso: vt patet in deficiẽtibus à termino. Qui enim meretur episcopatũ, meretur sacerdotium præuium. Vnde ad rationem in oppositũ dicitur, quòd ratio aut est ex quatuor terminis, aut habet fallam Minorẽ, quoniam cõcessa maiore, quum dicitur in minore, quòd remisse vtẽs habitu, non vtitur eo debito modo, aut intendit per ly, Debito modo, idẽ q̃ bene, & sic Minor est falsa, quia vtens habitu charitatis remisse, bene eo vtitur, quod ex hoc patet quod per illũ actum meretur vitam æternam. Iam enim etiam ipse concessit quòd quolibet actu charitatis meremur vitam æternam. Aut intendit per ly, Debito modo, idẽ quod adęquatè, & sic argumentũ est ex quatuor terminis, & nihil concludit, dum in Maiori assumitur, quod solus bene vtens acceptis, dignus est accipiendis. Et in Minori non subsumitur. Sed remisse agens non bene vtitur acceptis: sed subsumitur, Sed remisse agens, non adæquatè vtitur acceptis, &c. Nihil ergo obstant eius obiecta.

¶ In respõsione ad secũdũ in eodẽ articulo idẽ Durandus occurrit ibidẽ, volẽs q̃ habit⁹ acquisit⁹ per quelibet actũ sequẽtẽ augetur, quia par ratio est de omnibus, & quia par ratio est de intẽtione formarũ in natu ralibus, & habituũ in animasita quod sicut vnico actu generatur calor & qualibet simili calefactione augetur, ita in anima vnico actu generatur habitus, licet ꝓ modũ dispositionis, & quolibet simili actu augetur.

Hom. 3. in Exech.

¶ Ad hoc dicitur, quod ista quæstio directè spectabat ad tertium artic. quæst. 52. in Prima secũdæ. Sed non occurrit tunc Durãd⁹. Vnde nunc breuiter dicitur, q̃ longè distat natura habitus in generatione & intensione, à naturis qualitatum naturaliũ, vt patet ex eo quod naturalia non possunt assuefactione causari, vt dicitur in secũdo Ethic. Si infinities nãque proiiciatur lapis sursũ, nõ assuefiet ascensui, aut dissuescet descendere. Constat autem assuetudinem & dissuetudinẽ, multitudinẽ similiũ actuũ importare. Et per hoc patet quãta est differentia inter generationẽ naturaliũ qualitatum, & habitualiũ: & simile est de intensionibus earundem. Vt tamẽ ex sensibilibus doctrina fiat, scito quod quia vnũquodque dũ patitur, dissimile actiuo est, patiens autẽ est simile, vt dicitur in secundo de anima, & ꝓpterea calidi existẽtes nõ sentimus calidũ extrinsecũ, nisi excellat nostrũ esse calidũ: ideo in anima nostra cũ potentia ad esse manluetũ deducẽda est ad actũ, oportet in principio dissimile esse mansuetudinis rationi, seu actiuo. Quũ autẽ in aliquid mãsuetudinis deducta est, puta in primũ gradũ, postea pacⁿ⁹ similes præcedẽtib⁹, sic ꝙ nõ procedũt à maiori rarione, seu actiuo mãsuetudinis, quã vniⁿ grad⁹ potẽtia animę ad esse mãsuetũ nõ patitur ab eis, vt pote à similib⁹: sed cũ actⁿ⁹ aduenit à maiori ratione seu actiuo mãsuetudinis, tũc vt pote dissimilis patiẽs & passa fit similis, dũ fit i actu secũdi grad⁹: & sic deficeps. Et q̃d dixim⁹ de mãsuetudinis habitu, simile est in aliis. Ex hoc patet quãta sit differentia inter actus alicuiꝰ habitꝰ puta mãsuetudinis quo ad vim intẽsiuã eiusdẽ. Nã actⁿ⁹ remissi quo dãmodo disponũt ad augmẽtũ, & quodãmodo ad diminutionẽ. Inquãtũ cũ exercent habitũ illũ, vt pote illi similes, licet nõ perfectè, firmãt, aut firmũ cõ seruãt habitũ: inquãtũ verò deficiunt à similitudine pfectiõis habit⁹, inclinãt ad impfectiorẽ gradũ habit⁹, quòd est disponere ad diminutionẽ. Simile cũ ad simile inclinat. Actus aũt adæquati habituũ, qui habẽt, disponũt ad augmẽtũ habit⁹, dũ & illũ firmãt aut cõseruãt in suæ perfectionis gradu, vt pote per fectè similes perfectioni habitus: & animæ potẽtia per hoc propiquior reddi tur ad vlteriores perfectionis gradũ eiusdẽ habit⁹. Actus vero excedẽtes perfectionẽ habit⁹ virtute actiui principij ipsius habit⁹ excessũ habẽtes, augent seu intẽdũt ipsũ habitũ: tũc enĩ potentia animæ quæ dissimilis actiuo erat mãsuetudini, in tali gradu patitur ab illius actiuo per actus ab illo actiuo prouenientes, secũdũ ꝙ excedit passiuũ adhuc nõ plene assimilatũ sibi, & fit ei similior. Ex his aũt habes, quomodo fit vel nõ fit inter naturaliũ & habitualiũ intẽsionẽ eadẽ ratio, & quòd actⁿ⁹ eliciti habit⁹ vt sic, nõ augent habitũ, sed aliqui disponũt ad diminutionẽ, & aliqui ad augmẽtũ & ꝙ nõ est eadẽ ratio de omnibus actibus similibus, ex quib⁹ fieri dicitur habit⁹. Et quòd illi soli actus similes augẽt, qui ab actiuo secũdũ id qd excellit similitudinem passiui, ad eum proceduñt. Hi siquidẽ actⁿ⁹ vt sic, sũt dissimiles in principio augmẽti, & similes in fine eiusdẽ ipsi passo, & illius habituũ, & sic simile simili tendit & auget. Patet demũ ex his sensꝰ articuli illius in Prima secũdæ, & dictoru ibi in eo. Ad hũc siquidẽ sensũ omnia reducẽda sũt, quũ hic est qd̃ quid est rei huius, vt inductiue facilè potest manifestari. Vnde ex hoc patet, quare calidũ vt quatuor nõ intẽditur si apponat sibi calefactiuũ vt quatuor præcisè aut minus: quia scilicet nihil patiꝰ nisi dissimile, ꝓpter ꝙ licet calefactiuũ vt quatuor, sit generatiuũ eo-

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum charitas augeatur per additionem.

AD QVINTVM sic proceditur. Videt quod charitas augeat per additionem. Sicut enim est augmentum secundum quantitatẽ corporalem, ita secundũ quãtitatẽ virtualẽ. Sed augmentum quantitatis corporalis fit p additionẽ. Dicit enim Philosophus in primo De generatione, * q̃ augmẽtũ est præexistẽti magnitudini additamẽtũ. ergo etiã augmẽtũ charitatis, quod est secundũ virtualem quantitatem, erit per additionem.

¶ 2 Præterea, Charitas in aĩa est quoddã spirituale lumen, secundum illud primæ Io. 2. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet. Sed lumẽ crescit in aere per additionem, sicut in domo lumẽ crescit, alia candela super accensa. Ergo etiã charitas crescit in anima per additionem.

¶ 3 Præterea, Augere charitatẽ, ad Deum ptinet, sicut & ipsam creare: secũdũ illud 2. ad Cor. 9. Augebit incremẽta frugũ institiæ vestræ. Sed Deus primò infundẽdo charitatem, aliquid facit in anima q̃d ibi prius nõ erat. Ergo etiam augendo charitatẽ, aliq̃d ibi facit, quod prius non erat. Ergo charitas augetur per additionem.

¶ SED CONTRA est, quod charitas est forma simplex. Simplex autem ad ditum simplici non facit aliquid maius: vt probatur in 3. Physic. * ergo charitas non augetur per additionem.

¶ RESPONDEO, dicendũ q̃ omnis additio est alicuiꝰ ad aliquid. Vnde in omni additione oportet saltẽ prẽintelligere distinctionẽ eorũ, quorũ vnũ additur alteri ante ipsã additionẽ. Si ergo charitas ad daĩ charitati, oportet præsupponi charitatẽ additã vt distincta à charitate, cui additur, nõ quidẽ ex necessitate secundũ esse, sed saltẽ secundũ intellectũ. Posset enim Deus etiã quantitatẽ corporalẽ augere, addẽdo aliq̃ magnitudinem non prius existentẽ: sed tunc creatã, quæ q̃us priꝰ nõ fuerit in rerũ natura, habet tamẽ in se vnde eius obiectum est summum bonũ. Et ex hoc sequitur, quòd ipsa sit excellẽtior aliis virtutibus. Non tamen est charitas in summo, quantum ad intensionem actus.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd quidã dixerũt charitatẽ, nõ augeri secundũ suã essẽtiã, sed solũ secũdũ radicationẽ in subiecto, vel secũdũ feruorẽ. Sed hi, ꝓpriã vocẽ ignorauerunt. Cũ ẽm accidẽs sit, eius esse est inesse. Vnde nihil est aliud ipsã se cũdũ essẽtiã augeri q̃ eã magis inesse subiecto, ꝙ est magis eã radicari in subiecto. Similiter etiã ipsa essentialiter est virtus ordinata ad actũ. Vnde idẽ est ipsã augeri secũdũ essẽtiã, & ipsã habere efficaciã ad ,pducẽdũ ferutioris dilectionis actum. Augetur ergo[d] essentialiter, non q̃dẽ ita quod esse incipiat, vel esse desinat i subiecto, sicut obiectio illa ,peedit: sed ita ꝙ magis ac magis in subiecto esse incipiat.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ quolibet actu charitatis charitas augeatur

AD SEXTVM sic proceditur. Videt quod quolibet actu charitatis charitas augeatur. Quod enim potest id, quod maius est, pot̃ id, quod minus est. Sed quilibet actus charitatis potest mereri vitã æternã, quæ maius est, quã simplex charitatis augmẽtũ: quia vita ęterna ĩcludit charitatis pfectionẽ. Ergo multo magis q̃libet actⁿ⁹ charitatis charitatẽ auget.

¶ 2 Præterea, Sicut habitⁿ⁹ virtutũ acquisitarũ generatur ex actib⁹: ita etiã augmẽtũ charitatis causat̃ p actũ charitatis. Sed quilibet actⁿ⁹ virtuosꝰ operatur ad virtutis generationẽ. Ergo etiã quilibet actus charitatis operat̃ ad charitatis augmẽtũ.

¶ 3 Præterea, Greg. * dicit, q̃ in via Dei stare, retrocedere est. Sed nullꝰ dũ mouet actu charitatis, retrocedit: ergo quicũq; mouet actu charitatis, ,peedit via Dei. Ergo q̃libet actu charitatis charitas augeť.

¶ SED CONTRA est, quod effectus nõ excedit virtutẽ causæ, sed quãdoque aliquis actus charitatis eum aliquo tempore vel remissione cõmittitur. Non ergo perducit ad excellentiorem charitatem, sed magis disponit ad minorem.

¶ RESPONDEO, dicendum quod augmẽtũ spirituale charitatis quodãmodo simile est corporali augmẽto. Augmẽtũ autẽ corporale in animalibus & plantis non est motus continuus, ita scilicet q̃ si aliquid tãtũ augetur in tãto tẽpore, necesse sit q̃ proportionaliter i qualibet parte illiꝰ tẽporis aliquid augeatur, sicut cõtingit in motu locali. Sed per aliquod tempus natura operatur disponẽs ad augmentum & nihil augens actu: & postmodũ producit in effectũ id, ad quod disposuerat, augendo ipsum animal, vel plantã in actu. ita etiam nõ quolibet actu charitatis charitas augetur: sed quilibet actus charitatis disponit ad charitatis augmẽtũ, inquãtũ ex vno actu charitatis homo redditur promptior iterũm ad agẽdũ secundũ charitatem: & habilitate crescẽte homo prorumpit in actũ feruentioré dilectionis, quousque conetur ad charitatis ,pfectũ: & tunc charitas augetur in actu.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quilibet actus charitatis meretur vitam ęternã: nõ quidẽ ſtari exhibendã, sed suo tẽpore. Similiter etiam quilibet actⁿ⁹ charitatis meretur charitatis augmentũ: non tamen ſtatim augetur, sed quando aliquis conatur ad huiusmodi augmẽtum.

¶ Ad secundum dicendum quod in gene ratione virtutis acquisitæ non quilibet a simile esse mansuetudinis rationi, seu actiuo. Quũ autẽ in aliquid mãsuetudinis deducta est, puta in primũ gradũ, postea pacⁿ⁹ similes præcedẽtib⁹, sic ꝙ nõ procedũt à maiori rarióe, seu actiuo mãsuetudinis, quã vniⁿ grad⁹ potẽtia animę ad esse mãsuetũ nõ patitur ab eis, vt pote à similib⁹: sed cũ actⁿ⁹ aduenit à maiori ratione seu actiuo mãsuetudinis, tũc vt pote dissimilis patiẽs & passa fit similis, dũ fit i actu secũdi grad⁹: & sic deficeps. Et q̃d dixim⁹ de mãsuetudinis habitu, simile est in aliis. Ex hoc patet quãta sit differentia inter actus alicuiꝰ habitꝰ puta mãsuetudinis quo ad vim intẽsiuã eiusdẽ. Nã actⁿ⁹ remissi quo dãmodo disponũt ad augmẽtũ, & quodãmodo ad diminutionẽ. Inquãtũ cũ exercent habitũ illũ, vt pote illi similes, licet nõ perfectè, firmãt, aut firmũ cõ seruãt habitũ: inquãtũ verò deficiunt à similitudine pfectiõis habit⁹, inclinãt ad impfectiorẽ gradũ habit⁹, quòd est disponere ad diminutionẽ. Simile cũ ad simile inclinat. Actus aũt adæquati habituũ, qui habẽt, disponũt ad augmẽtũ habit⁹, dũ & illũ firmãt aut cõseruãt in suæ perfectionis gradu, vt pote per fectè similes perfectioni habitus: & animæ potẽtia per hoc propiquior reddi tur ad vlteriores perfectionis gradũ eiusdẽ habit⁹. Actus vero excedẽtes perfectionẽ habit⁹ virtute actiui principij ipsius habit⁹ excessũ habẽtes, augent seu intẽdũt ipsũ habitũ: tũc enĩ potentia animæ quæ dissimilis actiuo erat mãsuetudini, in tali gradu patitur ab illius actiuo per actus ab illo actiuo prouenientes, secũdũ ꝙ excedit passiuũ adhuc nõ plene assimilatũ sibi, & fit ei similior. Ex his aũt habes, quomodo fit vel nõ fit inter naturaliũ & habitualiũ intẽsionẽ eadẽ ratio, & quòd actⁿ⁹ eliciti habit⁹ vt sic, nõ augent habitũ, sed aliqui disponũt ad diminutionẽ, & aliqui ad augmẽtũ & ꝙ nõ est eadẽ ratio de omnibus actibus similibus, ex quib⁹ fieri dicitur habit⁹. Et quòd illi soli actus similes augẽt, qui ab actiuo secũdũ id qd excellit similitudinem passiui, ad eum proceduñt. Hi siquidẽ actⁿ⁹ vt sic, sũt dissimiles in principio augmẽti, & similes in fine eiusdẽ ipsi passo, & illius habituũ, & sic simile simili tendit & auget. Patet demũ ex his sensꝰ articuli illius in Prima secũdæ, & dictoru ibi in eo. Ad hũc siquidẽ sensũ omnia reducẽda sũt, quũ hic est qd̃ quid est rei huius, vt inductiue facilè potest manifestari. Vnde ex hoc patet, quare calidũ vt quatuor nõ intẽditur si apponat sibi calefactiuũ vt quatuor præcisè aut minus: quia scilicet nihil patiꝰ nisi dissimile, ꝓpter ꝙ licet calefactiuũ vt quatuor, sit generatiuũ eo-

Universidad de Deusto Biblioteca

lidi vt quatuor in subiecto dissimili,nõ tamẽ est generatiuũ nec augmentatiuũ calidi in subiecto iã simili,scilicet calido vt quatuor .Cõuincit aũt hoc ex eo, quod par ratio est de vno & eodẽ actiuo cõtinuato tẽpore ꝓpinquo tali passo,& de alio eiusdẽ ratiõis,& virtutis æqualis,appropĩquato eidẽ passo, vt patet.Cõstat aũt ꝙ A calefactiuũ vt quatuor,post.quã calefecit C patiens vt quatuor, nõ ãpli' potest augere, sed solũ cõseruare factũ.Si remoto igitur A calefactiuo,appropinquãt ipsi C retinẽti calorẽ vt quatuor,aliud calefactiuũ vt quatuor,puta B. nõ poterit intẽdere calorẽ iuuentũ in C,sed cõseruare tãtũ.Et hic patet solutio rationis Durãdi si cõtra hãc doctrinã afferat.Patet enĩ, quod non quodlibet agẽs,nec quilibet act⁹ eiusdẽ rationis secundũ se potẽs habere effectũ positiuũ,intendit seu auget effectum inuentum: & ratio est ex defectu patientis. Deficit si quidem patiẽs proportionatum tali actiuo ad patiendum ab eo, quia similitudo iam posita inter subiectum & actiuum est naturale impedimentum, vt hoc patiatur ab illo , nisi forte conseruatiuè.

3.dist.17 q.1.ar.4. Et virt. qu.1. art. 11. ad.17. & q̃. 2 artic. 2. ad 10. * Tex.8. & 9.

ct⁹ cõplet generationẽ virtutis,sed quilibet operat̃ ad eã vt disponẽs,& vltim⁹, qui est perfectior agẽs in virtute omniũ precedentiũ,reducit eã in actũ:sicut etiã est in multis guttis cauantibus lapidem.

¶ Ad tertium dicẽdum, quod in viis Dei procedit aliquis , non solum dum actu charitatis eius augetur , sed etiam dum disponitur ad eius augmentum.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum charitas augeatur in infinitum.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd charitas non augeatur in infinitum..Omnis enim motus est ad aliquem finem & terminum, vt dicitur in 2.Metaph.*Sed augumentum charitatis est quidam motus. Ergo tendit ad aliquem finem & terminum.Ergo charitas in infinitum non augetur.

¶2Preterea, Nulla forma excedit capacitatem sui subiecti.Sed capacitas creaturæ rationalis,quæ est subiectum charitatis, est finita. ergo charitas in infinitum augeri non potest.

¶3Præterea, Omne finitũ per cõtinuũ augmẽtũ potest pertigere ad quãtitatẽ alteri⁹finiti, quãtũcunq;maioris,nisi fortè id qđ accrescit p augmẽtũ,sẽp sit min⁹& min⁹:sicut Philosoph⁹dicit in 3.Physic.ꝙ si vni lineæ addat̃ qđ subtrahit̃ ab alia linea,quæ in ĩfinitũ diuidit̃, additione facta,nunquã pertĩgetur ad quãdã determinatã quãtitatẽ,quæ est cõposita ex duab⁹ lineis diuersis,ea scilicet ex qua additur, & ea,cui addit̃,qđ ex alia subtrahitur:qđ in proposito non contingit.Nõ enĩ necesse est, vt secundũ charitatis augmentum sit min⁹ quã primum: sed magis probabile est,ꝙ sit æquale aut maius.Cùm ergo charitas patriæ sit quiddã finitum, si charitas viæ in infinitũ augeri potest, sequit̃ ꝙ charitas viæ possit sibi adæqua-

¶ Super quæstionis vigesimæquartæ Articulum septimum.

IN artic.7.eiusdẽ quæstionis occurrit primò dubiũ ex Scoto in tertio sententiarũ distinct.13.quæstio.1. formante ex tribus illis, ex quibus terminari augmentum formatæ in litera dicit̃ , tres rationes,vt ipse dicit,ac oppositũ.Prima ex parte formæ est,Charitas est quædã participatio Dei,ergo secundum aliquem gradum determinatũ partem capit infinitæ charitatis Dei:alioquin posset concludi,ꝙ calor & quæcunque talis forma posset esse infinita , quia quælibet forma est participatio infiniti.Secunda est ex parte efficientis : quia efficit de nihilo naturã limitatã.Tertia est ex parte capacitatis. Tum quia licet capacitas sit respectu formę secundũ quemcunque sui gradũ:non tamen capacitas alicuius finiti ad formã infinitã.Tum quia falsum est capacitatẽ augeri per charitatem:quia forma non dat materiæ aliquid pertinẽs ad propriã causalitatem ipsius materiæ.ergo non auget capacitatem respectu sui.Assumptum probatur,quia posterior causa nõ dat priori aliquid pertinẽs ad propriã eius causalitatem. Quòd si dicatur , quod charitas secundum vnum gradum auget capacitatem,non respectu sui,sed alterius gradus, contrà, Charitas in quocunque gradu est forma eiusdem rationis.ergo capacitas eius in quocunque est eiusdem rationis. Ergo non potest capacitas aliqua augeri per aliquam charitatem receptam.sed tota præsupponitur naturaliter.

¶ Præterea,Posse habere gratiam secundum augmentum, inest homini à natura animæ:ita quod ista potentia fundatur in natura animæ, ita quòd nihil eam mutat,nec auget,vel minuit,quancunque formam recipiat. Sed summa vel minima est ante omnem formam receptam.

¶ Dubium alterum occurrit ad hominem, Autorẽ scilicet , An intendat hic, ꝙ charitatis augmentũ nõ solũ in via,sed simpliciter & absolutè potest esse in infinitũ,sicut cõtingit in numeri augmẽto:an intendat solũ de charitate in statu viæ.Est autẽ ratio dubij.Ex dictis hic,& alibi:ex dictis quidẽ hic,quia titul⁹ articuli est de augmẽto charitatis absolute:cõclusio verò respõsiua est de augmẽto charitatis in via.Rursus,ratio est de forma charitatis absolutè:vt ostendunt illa verba,Ipsa enĩ charitas secundũ rationẽ ꝓpriç speciei,terminũ augmenti nõ habet.Est enĩ paticipatio quædã finitç charitatis,quæ est Spiritussãct⁹.Quũ ista ratio sit de charitate absolutè,nõ magis cõcludit de charitate in statu vitæ,quã patriç,quantum est ex parte charitatis,ac per hoc aut cõcludit de ipsa absolutè,aut nihil valet:cõclusio tamen est de charitate in hac via.

¶ Ex dictis autem alibi quoniam Autor expresse inferi⁹ in tertia parte quęst. 7.Artic.9.10. &.12.tenet in anima Christi summũ gradum gratiæ secundum quantitatem intensiuam. Constat enim idem esse iudicium de charitate & gratia, quum æqualiter augeri creduntur.Hic autem oppositum litera sonat Nam si datur summa charitas,possibilis terminus charitatis augmento ex intrinseco ponitur: cuius oppositum hic dicitur.

¶ Ad horum euidentiã,scito quòd litera aliud in superficie prę se fert,& aliud in veritate significat.Sũptũ nãque ex hac litera videtur ꝙ charitas secundum hanc doctoris sententiã potest absolutè in infinitum augeri, sicut numerus:ita quòd sicut nõ est dabilis suprem⁹ numerus , sed quocunque dato potest dari maior,ita non sit dare supremã charitatẽ,sed quacunque data,possit dari maior,& iste sens⁹ maximè videtur sumptus ex prima ratione literæ, scilicet ex parte formæ.Iuxta hunc sensum accepit Scotus,acceperunt Thomistæ, inter quos fortè ego aliquãdo fui.Sed iste sensus siue sit verus, siue falsus quantum ad sententiã contẽtã ex litera non habetur.Et quidem quòd conclusio literæ hoc nõ dicat,patet:quia de charitate in statu viæ manifestè loquitur. Quod autem rationes literæ hoc non dicãt , discurrendo per singulas patet. Prima quidẽ ratio ex parte formæ quæ maximè hoc videtur dicere, nõ dicit.Nã in litera non dicitur,ꝙ charitas terminũ augmenti non habet, sed interponitur nota specificatiua,significãs secundum quã rationem termin⁹ augmenti negatur à charitate:ita quòd propositio literæ non est affirmatiua latitudinis infinitæ in charitate,nec negatiua absolutè termini augmenti ĩ charitate, sed est negatiua termini augmenti in charitate secũdum rationem ꝓpriç speciei.Iacet enim sic.Ipsa enim charitas secundũ rationem propriç speciei terminum augmenti non habet. Et est sensus,ꝙ charitas,quãtum est ex ratione propriç speciei non habet terminum augmenti.Et fuit fortè causa erroris non vti in proposito distinctione illa de ly secundum quãdo tenetur specificatiuè,& quãdo reduplicatiuè.Creditũ enim est ꝙ ly secũdum rationẽ ꝓprie speciei teneatur reduplicatiuè & reddat rationẽ repugnãtiæ prædicati ad subiectum , vt ita sit dictum,Charitas secũdũ rationẽ propriæ speciei nõ habet terminũ augmenti,ac sic dictũ fuisset,Charitas secundũ rationẽ propriç speciei nõ habet auersionem ab incõmutabili bono:quia charitati,inquãtũ charitas est,repugnat huiusmodi auersio.Non sic autẽ,sed specificatiue accipiedũ est,ꝙ charitas secũdũ rationẽ ꝓpriæ speciei nõ habet terminũ augmenti,sicut quũ dicit̃ charitas secundũ rationẽ propriæ speciei nõ habet connexionẽ cũ fide.Significat̃ enĩ nõ ꝙ charitati in quãtũ charitas repugnet cõnexio cũ fide, sed ꝙ charitati vt habet suam specificã naturã,nõ conuenit cõnexio cũ fide:cũ quo tamẽ stat ꝙ aliũde sibi cõpetere possit talis cõnexio. Et similiter in proposito significatur ꝙ charitas secundum ꝙ habet suã specificã naturã nõ habet terminũ sui augmẽti,cum hoc tamẽ stat,quòd secundum aliã rationẽ habeat terminũ sui augmẽti. Et vt clare percipias literã,memẽto ꝙ in perfectionib⁹ simpliciter,puta sapiẽtia,sciẽtia,& aliis huiusmodi,de quarũ numero cõstat esse charitatẽ, quæ in Deo inuenitur formaliter: & in creaturis consueuim⁹ distĩguere rationẽ genericã,seu communẽ,& rationẽ differentialẽ seu ꝓpriã: & cum loquimur de ipsis secundũ proprias naturas,intẽdim⁹ de rationib⁹ ꝓpriis seu differẽtialib⁹ & tunc perspicies,ꝙ charitas secundũ rationẽ ꝓpriæ speciei idẽ significat ꝙ charitas secundũ ꝓpriã & differentialẽ rationẽ,quãliter pfectiones simpliciter computat̃. Et videbis ꝙ,quia secundũ hãc rationẽ participatio est infinitæ charitatis,sicut nostra sapientia est participatio infinitę sapiẽtiæ,& nostra sciẽtia participatio infinitæ sciẽtiæ:non habet ex hac parte terminũ augmenti,sicut nec sapientia,nec sciẽtia.Et cũ hoc ꝑceperis, restat,vt videas hunc sensũ esse intentũ in litera.Videbis aũt hoc, si supposueris doctrinã hãc esse verã.Hoc enĩ supposito , scrutare rationẽ redditã in litera,quare non habet secundũ rationẽ ꝓpriæ speciei terminum augmenti,qa scilicet est participatio ĩfinitæ charitatis diuinæ.Ex hoc enĩ non concluditur,qđ repugnet ei termin⁹ augmenti,vt patet de sapientia, quę secundũ rationẽ ꝓpriç speciei est participatio infinitę sapientiæ.Et conuincitur ratione,qa ex esse participationẽ formaliter alicui⁹ pfectionis infinitæ non sequit̃ necessario repugnãtia ad habere terminum simpliciter pfectionis intensiuæ.Sed sequit̃ necessariò,ꝙ inde non habet, quod habeat terminum suæ perfectionis intensiuę. Et quia hoc est clarum & constans , ideo Autor pertransiuit,non putãs verba sua in alio accipienda sensu.

¶ Sed restat adhuc dubium ex duplici capite.Primo,quia iuxta hunc sensum autor non concludit charitatẽ in statu viæ posse augeri in infinitũ Nã ex hoc sensu non sequitur charitatem viæ non habere terminum,sed non habere terminum ex sua ratione specifica. Et hoc etiã non magis est de charitate ĩ via, quã in patria verum. Secundo , quia Autor diminutus fuit enumerãdo modos quib⁹ imponitur termin⁹ augmento formæ , & sic malè intulisset , vnde relinquitur, ꝙ charitatis augmẽto nullus termin⁹ pręfigatur in hac vita , aut malè sub primo subsumptum est. Nã quum in litera proponuntur tres modi, quibus terminus augmento formę pręfigi potest, & primus dicitur ex parte formæ,quę habet terminatã mensurã,&c.vel intendit per habere terminatã mensuram hoc quod est formã esse finitæ latitudinis:vel hoc quod est formã quãtum est ex parte rationis formalis specificę habere finitã latitudinem. Si primo modo,vt ipsa verba testantur,tunc malè subsumitur de charitate cum illa specificatione,vt expositum est:quia sub ratione simpliciter latitudinis finitę formę in communi,subsumi debet ratio simpliciter latitudinis finitæ vel non finitę talis formæ,puta charitatis:& nõ ratio cum specificatione respectu latitudinis talis formę,vt tu exposuisti.Si secundo modo,tunc Autor diminutus inuenitur:quia præter hos tres modos inuenitur quartus, scilicet si ex intrinseco absolutè vendicat sibi forma latitudinẽ finitã. Secundũ hunc autem modũ ponitur charitas latitudinis finitæ,& datur charitas in summo, &c.

¶ Ad primũ horum dicit̃,quod nulla illarũ trium rationũ est ratio totalis,sed quęlibet partialis,ita quod quęlibet concludit,quod quãtum est ex illa parte, charitas vię non habet terminũ,vt patet de ratione ex parte agentis,& vltima ex parte subiecti.Sed oẽs inferunt,quod charitas vię nõ habet terminum p locum à sufficienter enumeratis modis,quib⁹ potest augmẽtũ formę terminari.

¶ Ad secundum autẽ(quod difficili⁹ est)dicit̃,qđ Autor quum ꝓponit modos terminãdi augmentum formę in communi, sub primo modo comprehendit omnẽ modum,quo forma ex intrinseco habet terminatã mensurã,& non limitat sententiã suã ad speciales modos,an scilicet ex intrinseco cõmuni,vel specifico,an cum trãsitu ad aliã formã,vt in specieb⁹ mediis, vt patet in exemplo de pallore,an sine trãsitu ad aliã speciẽ,vt in augmento specierum extremarum,post cui⁹ fines nõ contĩgit ampli⁹ progredi,vt ĩ augmẽto nigredinis non est vltra moueri post summã nigredinẽ.Et quia sic communiter & non limitate ꝓponit primum modum terminãdi augmentum formæ, patet, ꝙ licuit sub huiusmodi communi subsumere quodcunq;particulare cõtentum sub illo communi.Et sic nec diminut⁹ fuit Autor in ꝓponendo,nec diuertit in subsumẽdo,sed sicut ex agente proximo,& subiecto disposito ,ita ex parte propriissimę rationis charitatis ostendit charitati viæ non competere terminum augmento.Nec oportuit Autorem discutere, an charitas habeat terminum augmenti absolutè,quia constat quod ad charitatem viæ,de qua loquebatur, non spectat terminus charitatis absolutè.Nec hoc tacuit, quoniam in responsione ad primum expresse dicit,quod motus augmenti charitatis,licet non sit ad terminum in via, est tamen ad terminum in patria.

¶ Ex his autẽ ad principalia dubia respondendo ad primũ ex Scoto dicitur, ꝙ licet conclusio quam ex illis rationib. elicit, non sit intenta ab Autore,ac per hoc non oportet solicitari de argumentis contra conclusionem:inquantum tamẽ contra intentũ afferri possunt,soluenda sunt. Vnde ad primã rationem dicitur

dicit̃ ꝙ non est par rõ de calore & similib⁹:quia charitas est participatio infiniti cũ conuenientia formali:calor autẽ non, vt patet. Non enĩ Deo est calor formaliter:sed bene Deus charitas est formaliter.

¶ Ad secundã vero ex parte agẽtis dicit̃,qđ litera nõ infert ex ĩfinitate agẽtis infinitatẽ formæ,quę sit,vt argues assumit, obiiciens ex hoc,ꝙ De⁹ de nihilo creat potẽtia infinita,nõ tamen forma quælibet creata est finita.Sed Autor ex infinitate agentis ꝓximi charitatis ĩfert,ꝙ quãtũ est ex parte agẽtis nõ habetur termin⁹ augmẽti.Quod clarum est.

¶ Ad tertiã autẽ ex parte subiecti, quæ tã vegementer impugnat̃, dicitur,ꝙ prima obiectio nõ est cõtra intentã cõclusionẽ:quia nõ ponit Autor charitatẽ infinitã intẽsiuè ex hac litera.Secũda autẽ falsè aut æquiuocè de capacitate loqui videtur.Est enĩ in aĩa sicut etiã in materia , potẽtia remota & proxima, hoc est potẽtia subiecti nuda secundũ seipsã, & est ipsamet disposita p aliquã superueniẽtẽ dispositionẽ ad talẽ formã,vt patet in naturalib⁹.Et licet potẽtia subiecti secũdũ seipsã non variet̃,aut

Aug. super psal. 62. to. 8.

re charitatẽ patrię:qđ est incõueniẽs.Nõ ergo charitas vię ĩ ĩfinitũ potest augeri.

¶SED CONTRA,est quod Apostolus dicit ad Philip.3.Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor aũt si quomodo cõprehendã. Vbi dicit glo.* Nemo fidelium etsi multum profecerit, dicat, sufficit mihi. Qui enĩ hoc dicit, de via exit ante finem.Ergo semper charitas in via potest magis ac magis augeri.

¶RESPONDEO dicendum,quòd termin⁹ augmẽto alicui⁹ formæ põt pręfigi tripliciter. Vno modo ex ratiõe ipsi⁹ formæ, quæ habet terminatã mẽsurã: ad quã cũ peruẽtũ fuerit, nõ põt vltra procedi in forma: sed si vltra ꝓcessũ fuerit, peruenietur ad aliã formã.Sicut patet in pallore,cui⁹ terminos per cõtinuã alteratione aliquis trãsit vel ad albedinem,vel ad nigredinẽ pueniẽs.Alio modo ex parte agẽtis,cui⁹ virtus nõ se extẽdit ad vlteri⁹ agendũ formã in subiecto. Tertiò ex

augeat̃,aut minuatur,nisi subiecti natura varietur:potẽtia tamẽ eadẽ secũdũ dispositionẽ variat̃,& fit,& corrũpitur & auget̃,&c.Et hoc intẽdit litera dicẽdo,qđ charitas auget habilitatẽ subiecti ad vlteri⁹ augmẽtũ. Reddit enĩ potẽtiã animę magis dispositã,vt ꝓpinquiorẽ vlteriori gradui,quã erat prius.Et hoc est p se notũ ẽt ad sẽsũ.Res enĩ quãto calidior,tãto dispositior est & ꝓpinquior vlteriori gradui caloris.Min⁹ enĩ distat à decimo gradu caloris,potẽtia reducta ĩ actũ septimi,quã reducta in actũ quĩti:& sic de aliis.Quũ igit̃ dicit̃, qđ forma nõ dat materiæ aliquid ptinẽs ad ꝓpriã causalitatẽ materiæ,negat̃ simpliciter,qa forma disponẽs dat materię subiectũ ꝓpĩqui⁹ respectu ei⁹.adqđ disponit̃ subiectũ.Et ad ꝓbationẽ,qa dicit̃,qđ posterior causa nõ dat priori,negat̃ vniuersaliter:qa de causa disponẽte priorẽ,p sui aduẽtũ,falsa est euidẽter.

¶ Ad primã aũt obiectionẽ cõtra responsionẽ ibi datã,quæ est ex litera supra quo ad hoc,qđ scilicet charitas auget habilitatẽ respectu vlterioris grad⁹,dicitur,negãdo sequelã de capacitate proxima:quia licet charitas sit in quolibet gradu eiusdẽ rationis secũdũ speciẽ,nõ tamẽ est eiusdẽ perfectionis infra latitudinẽ illi⁹ speciei.Et ꝓpterea capacitas ꝓxima est ẽt eiusdẽ ratiõis secundũ speciẽ,& augetur infra latitudinẽ speciei illius. Et ne fiat vis apparẽtiæ in verbo Augmẽti,vel distĩguito ꝙ capacitas nõ est vnica,sed duplex,sed remota & ꝓxima:ꝙ prima est eiusdẽ rationis,& nõ augetur:secũda est etiã vni⁹ rationis,sed nõ pfectionis, & augetur & ꝙ prima & secũda inter se distinguũtur, nõ solũ ratione specifica,sed generica:quia volũtas est in secũdo genere qualitatis,charitas in primo.Et sic vide de qua capacitate loquitur,&c.Vel,& dicti⁹, concẽdito consequẽtiã primã,& negato consequẽtiã secũdã,quia nõ dicim⁹ ꝓprie loquẽdo,qđ aliqua capacitas augetur & aliqua non, sed dicimus ꝙ capacitas animæ quæ inest animæ secundũ naturã suã,licet secundũ seipsã in se sit ĩmutabilis:est tamen vt susceptiua vlterioris charitatis mutabilis per dispositionem propinquam magis ipsam reddentem tali gradui. Et similiter tota & summa præsupponitur,secundum id quod in se est secundũ se & non vt suceptiua vlterioris gradus. Sic enim non tota,nec summa,sed solum fundamentum capacitatis præsupponitur: quoniam integratur & perficitur ex charitate minori, capacitas seu habilitas ad maiorem. Et per hoc patet clarè responsio ad vltimum ex autoritate Augustini.

¶ Ad secundum dubium principale dicitur,quod Autor intendit de augmento charitatis secundum statum viæ tantum,& non augmento charitatis absolutè.& ratio est: quia de augmento charitatis absolutè loquendum erat in tractatu de gratia animæ Christi , qui fuit verus comprehensor ab initio , & non est ei data gratia ad mensuram. Et licet titulus articuli non arctetur secundum verborum sonum ad charitatem viæ,ordo tamen tituli ad præcedentes & subsequentes , aperit, quod de charitate imperfecti status quærit. Postea enim quæritur de perfectione,&c. Nec propterea vilis appareat tibi quòd etiam de charitate viæ, quia hoc singulare declaratum est,quod in infinitum est augmentabilis in via.Nec obstat quod prima ratio se teneat ex parte propriæ differentiæ charitatis,quæ conuenit ei absolutè sicut nec secunda se teneat ex parte agentis proximi infiniti,qui etiã est eius Autor non solũ in via sed in patria.Nõ enĩ est ex extraneis,nec ex cõmunib⁹ ꝓcedere à virtute proximi agẽtis,differẽtiæ ꝓpriæ ratione,ꝓcedere ad ipsam in aliquo sui statu.Et scito ꝙ processus literæ est iste. Præuidens Autor ꝙ charitas in statu viæ est sicut forma ĩ qua nõ contingit sistere motũ,eò ꝙ nõ possit vltra ꝓgredi:ĩtuitus modos,quib⁹ formis pertrãsibilib⁹ (vt sic loqui liceat) ĩponitur terminus, oẽs excludit,vt sic charitas viæ remaneret augmẽtabilis sine termino.Intuitus fuit primo ꝙ licet forma media,puta calor ,sit augmẽtabilis & ptrãsibilis termin⁹ augmẽto eius,ponitur ex mẽsura intrĩseca ꝓpriç rationis,qua motus ducit in aliã speciẽ.Et deduxit hoc nõ habere locũ in charitate, quia ꝓpria rõe non vẽdicat sibi terminũ.Intuit⁹ secũdò,ꝙ licet forma,puta calor alicui⁹ sit augmẽtabilis, ꝓpter defectũ tamẽ agẽtis non auget̃, vt patet iuxta paruũ ignẽ:sed termin⁹ augmẽto ex quãtitate actui ĩponitur ex ĩfinitate virtutis diuinç,quæ est ꝓximũ agẽs charitatẽ:deduxit nõ imponi sic terminũ charitati viæ.Intuitus demũ,ꝙ licet forma,puta calor, sit augmẽtabilis & agẽs possit augere:subiecti tamẽ puta aeris incapacitas terminũ ponit augmẽto:ita ꝙ si ãpli⁹.ageret̃ ad agẽdũ,corrũperetur subiectũ,puta aer cũ suo calore,vt patet. Ex cõcrescẽte habilitate subiecti ad augmẽtũ charitatis in via,deduxit charitatẽ viæ non sortiri hinc terminum:& sic nullo modo terminãda concluditur in via. Quot autem modis in patria terminetur, non est præsentis negotij.

¶ Ad obiecta demũ ex aliis locis doctrinę Autoris dicit̃ ꝙ charitati termin⁹ ĩponi potest,& imposit⁹ est ex extrĩseco in charitate animæ Iesu Christi. Nec hui⁹ oppositũ hic dicitur.s. ꝙ charitas viæ est augmentabilis in infinitũ.Quo modo autem hæc stent simul,in responsione ad tertium literæ tractabitur.

¶ In eodem articulo in responsione ad primũ dubiũ occurrit,Quo pacto charitatis augmentũ in via, est in infinitũ , & tamen est ad terminũ in patria. Si enim est ad terminũ ĩ patria,signetur ille gradus , & sic A, cùm inter A.& datã charitatem in hoc viatore sit finita distantia,impossibile est ꝙ augmẽtũ mediũ sit in infinitum. Nã augmẽtum in infinitũ excedit omnẽ terminum datũ. Adhoc respõdebitur post discussã responsionẽ ad tertiũ.

D. 202.

¶ In eodem articulo in responsione ad tertiũ dubium occurrit de diuersa ratione quãtitatis in via & in patria. Videtur enim fictio,ꝙ forma qualis est charitas , quæ est qualitas spiritualis , sit quanta quãtitatib. duabus diuersarũ rationum. Vna siquidem quantitas est nota nobis.s.secundũ latitudinẽ intensiuã: sicut in cæteris qualitati-

D.313.

parte subiecti qđ non est capax vlterioris perfectiõis.Nullo autẽ istorũ modorum imponitur termin⁹ augmẽto charitatis in statu viæ. Ipsa enĩ charitas secũdũ rationẽ propriæ speciei , terminũ augmẽti nõ habet. Est enim participatio quædã infinitæ charitatis , quæ est Spiritussanctus. Similiter etiã causa agẽs charitatẽ est infinitæ virtutis,scilicet De⁹.Similiter etiã ex parte subiecti terminus huic augmẽto præfigi nõ potest:quia semper charitate excrescente, superexcrescit habilitas ad vlterius augmentum. [d] Vnde relinquitur quod charitatis augmento nullus terminus præfigatur in hac vita.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd augmentũ charitatis est ad aliquẽ finem: sed ille finis nõ est in hac vita,sed futura.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd capacitas creaturæ rationalis per charitatẽ auget̃: quia per ipsã cor dilatatur, secũdũ illud secundę ad Corinth.6.Cor nostrũ dilata

bus quę intenduntur. Altera autem non apparet,nec assignatur Et confirmatur,quia ex differẽtia assignata in litera ĩter charitatẽ viæ & patrię penes causã,scilicet fidẽ,& visionẽ nõ sequit̃ quãtitas diuersarũ rationũ ĩ quãtitate imperfecta vel pfecta, vt patet in aliis amicitiis.Ex imperfecta nãque aut perfecta notitia amici nõ sortitur amicitia quãtitatẽ diuersarũ rationũ,sed diuersę perfectionis secũdũ min⁹ & magis perfectũ.Et confirmatur iterũ,quia quãtitas charitatis in via aut remanet cũ quãtitate illa,quæ aduenit in patria aut non.Si remanet,igitur charitas remanet actu quanta secũdum perfectionem intensiuam duabus quãtitatibus diuersarum rationũ,quod non est intelligibile. Si non remanet,quæratur quare corrũpitur,& à quo,& cui repugnat, &c.

¶ Ad euidentiã huius cõsiderandũ est ꝙ aliud est loqui de intẽsione formarum pure naturaliũ,vt calor,albedo,dulcedo, & huiusmodi:& aliud de intensione formarũ aĩaliũ,vt videre,audire,ĩtelligere,velle,& eorundẽ actuũ habitualiũ prĩcipiorũ : augẽtur siquidẽ huiusmodi habitus proportionaliter sicut actus.Formæ nãque naturales vnius tantũ perfectionis intensiuæ latitudine cõtẽtæ sunt:formæ vero animales plures habẽt latitudines intensiuæ suæ perfectionis:alterã ex parte subiecti,alterã ex parte obiecti,vt patet in sensu visus.Visio enim perfectionis augmẽtũ habet secũdũ ꝙ magis ac min⁹ subiectũ apꝓximatur,seruata ꝓportione.Et rursus perfectionis augmẽtũ habet secundum ꝙ magis ac magis attentio vidẽtis est ad videndũ illud.Et ꝙ diuersarum sint rationũ huiusmodi perfectiones,ex hoc patet ꝙ quãtũcunque crescat visio ex maiori approximatione obiecti:non tamen oportet , ꝙ crescat secũdũ perfectionẽ attentionis,vt experiẽtia testatur.Ex his autẽ ad diuina ascẽdẽdo dicim⁹ ꝙ charitas habet duplicẽ perfectionis latitudinẽ, alterã ex parte obiecti,scilicet secũdũ maiorẽ apꝓximationẽ ad obiectũ:alterã ex parte subiecti secũdũ maiorẽ attẽtionẽ,seu expeditionẽ subiecti. Prima perfectionis latitudo cõsistit in augmẽto charitatis suprà exposito.Secũda vero cõsistit in augmento charitatis ex hoc,ꝙ aĩa expedita à visione enigmatica & posita in faciali visione Dei in ipsũ totaliter actualiter fertur:qđ ipossibile est conuenire viatori.Vnde quãtũcũque aliquis ꝓficiẽdo in hac vita,apꝓpĩquet ad Deũ magis ac magis in charitate crescendo,nũquã peruenire potest ad hoc vt totaliter actualiter amet Deũ,sicut videns illũ facie ad faciẽ.Et ꝓpterea nũquã charitas viæ potest adæquari charitati patriæ,quia alterius rationis est perfectio illa: sicut linea quantumcunque crescat, nunquam æquatur superficiei.

¶ Sed tunc restat adhuc dubiũ,An charitas viæ possit esse æqualis vel maior secũdum illã perfectionem se tenentem penes ꝓpinquitatẽ ad obiectũ charitate alicui⁹ beati ĩ patria.Verbi gratia,An charitas beatæ virginis in hac vita erat maior secũdũ illã quãtitatẽ charitate angelorũ beatorũ.Et est ratio dubij qa sicut quãtitas linęç vni⁹ potest esse multo maior secũdũ longitudinẽ, quã sit quãtitas secundũ longitudinẽ alicui⁹ certæ superficiei: licet nunquã possit ęquari simpliciter quantitati superficiei,ita forte potest esse in proposito.

¶ Ad hoc autẽ dicitur,quod cùm charitas sit eiusdẽ rationis specificæ in via & in patria,& charitas viæ non se habeat ad charitatẽ patriæ,vt semen ad arborem,vel fructũ,quamuis sic se habeat quodammodo ad beatitudinem,sed sicut forma eiusdem speciei imperfecta ad seipsam perfectã , & quãtitas perfectionis charitatis penes ꝓpinquitatẽ ad obiectũ,sit eiusdẽ rationis in via & in patria,& in quantitatibus eiusdẽ rationis cõstat vnam quantitatem infra latitudinem terminatã posse ab altera excedi,consequens est, vt charitas vię in beata Virgine fuerit quandoque maior secundum illam quantitatem quã charitas angelorum,& quãdoque quàm charitas archangelorum,& sic deinceps:sic tamen vt in ingressu patriæ intantũ etiã secundũ hanc quantitatem seipsam in via exercuerit,vt ad prædestinatã sibi mensuram secundum donationẽ Iesu Christi peruenerit.Nunquã tamen fuit in via eius charitas æqualis simpliciter charitati minimi in patria: quia charitas patriæ est quãta duabus diuersarum rationum quantitatibus:ad quarum alterã charitas viæ non potest pertingere.Vnde simile est de augmento lineæ respectu superficiei.Sicut enim linea non potest quantumcunque crescat ad quantitatem superficiei peruenire , potest tamen secundum vnam dimensionem excedere certam datam superficiem : ita charitas viæ nunquam potest adæquare charitatem patrię, potest tamen secundum vnam rationem excedere alicuius charitatem in patria existentis.

¶ Ad primum ergo in oppositum dicitur , quod non est fictio: sed ex naturis rerum notitia sumpta,quod forma animalis,vt actus & habitus habeant quã

Universidad de Deusto
Biblioteca

riores diuersarũ rationũ intensiuas. Quia enim secundũ naturã suã dependet a cõi animalis huiusmodi à duab⁹ diuersarum rationũ, anima scilz & obiecto, non est murus si habeat perfectiones diuersarũ rationum, & ãbas intensiuas.

¶ Ad confirmationẽ dicitur, quod aliud est loqui de notitia amici imperfecta vel perfecta eiusdẽ rationis, & de notitiis diuersarũ rationũ, puta visio faciales & visio per speculũ, aut quodcunque aliud repræsentatiuum. Sicut amicitia quantũcunque crescat, nunquam peruenit ad illã perfectionem, quã ex faciali cõuersatione nata est habere, ita est in proposito.

¶ Ad tertiũ dicitur, q̃ quãtitatis charitas perseuerat eadẽ numero in patria, augmẽtata tũc vsque ad terminũ. Rationabile quippe est, vt visio Dei largiatur nõ solũ alterã perfectionẽ toraliter, actualiter faciendo amare, sed etiã quòd longe magis faciat amare, q̃ prius ex parte obiecti, proportionaliter tamẽ ad præcedens meritũ in via. Vnde aduenĩẽte secũda perfectione, charitas prima etiã maximè augetur, proportionaliter tamẽ ad meritũ: ita quòd tunc incipit maximè amare Deum, & ex parte obiecti & subiecti. Nec putes has perfectiones esse duas res ab inuicẽ realiter distinctas, sicut charitati idẽtificatur realiter perfectio gradualis latitudinis secũdũ accessũ ad obiectũ: ita eidẽ charitati idẽtificatur realiter perfectio gradualis latitudinis secundũ attẽtionẽ seu expeditionẽ subiecti, sicut visioni corporali identificatur realiter & pfectio quã ex approximatiõe obiecti habet, & pfectio quã ex attẽtione animę sortitur: & tamẽ est vna simplex qualitas. Diuersitas aũt rationũ est, quæ facit diuersas partiales ratiões vnius totalis, simplicis tamẽ perfectionis consummatæ charitatis. Et quãuis hæc vna prædictis satisfacere videatur, ad buius tamẽ motum in rẽspõsione ad primũ satis facere nõ põt: quoniã si augmẽtũ charitatis in via fit per appropinquatiõnẽ ad obiectũ in infinitũ, sicut contigit secundũ illã quantitatem in via adæquare & excedere certum beatum: ita contingit, quantum ex natura augmenti adæquare summãin Christo charitatem secũdũ hãc quãtitatẽ, quod est impossibile. Vnde licet in commentariis super Primã secundæ in quæstio. 67. artic. vltimo, hanc viam inchoauerim, diligentius tamen meditatus, aliter dicendum puto.

¶ Ad cuius euidẽtiã scito primò, q̃ charitas duplicem habet statũ, scilicet naturalem, & quasi prænaturalẽ. Stat⁹ naturalis charitatis est esse illo modo, & ea perfectione qua est in cælesti patria. Status aũt quadãmodo prænaturalis est esse sicut in via hac. Probãtur hęc. Et naturalicas quidẽ charitatis in patria paret ex ipsa natura charitatis, quę est amicitia inter hominẽ & Deum cõsequens cõmunicationẽ Dei formitatis. Constat em, q̃ amicorũ est cõiuge re & cõdelectari: quæ in sola patria inter hominẽ & Deũ inueniuntur. Quòd verò in hac via prænaturaliter quodãmodo sit charitas, patet ex hoc q̃ charitas, via nominatur ab Apostolo dicẽte, Adhuc excellẽtiorẽ viã vobis demõstro, &: Quãdiu sum⁹ in corpore, peregrinamur à Dño, quia p fidẽ ãbulamus. Nec habem⁹ manẽtẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirim⁹. Constat aũt, q̃ nõ solũ ciues in peregrinatione & via, sed etiã naturalia quũ mouenẽ ad sua loca, aliquid habẽt prẽternaturalitatis adiũctũ, scilicet esse extra locũ suũ. Existẽte igitur duplici charitatis statu, cõsequẽs est vt duplex quoq; sit illius perfectio: quatenꝰ vnicuq; statui ꝓpria conſonet pfectio. Et quoniã neutri⁹ stat⁹ pfectio consistit in diuisibili, sed latitudinẽ habet: nã charitas in via augeꝰ, & in paterna domo mãsiones multas habet, oportet vtriq; perfectioni latitudinẽ cõsonã, quãtitatẽq; spiritualẽ conuenire. Et quoniã stat⁹ vię & patriæ non vni⁹ & eiusdẽ, sed diuersarũ rationũ est, idcireo perfectiones consequẽtes eos, vt distinguãtur abinuicẽ, diuersarũ quoq; rationũ esse oportet. Sicut vniuersaliter videm⁹ q̃ proprietates consequẽtes res diuersarũ rationũ vt sic, sũt diuersarũ rationũ. Scito secũdò, q̃ difficultas hui⁹ rei cõsistit in assignãdo, quo sũt diuersarũ rationũ, pfectio charitatis in via, & perfectio charitatis ĩ patria. Et quoniã de patria nihil scim⁹ nisi quãtũ Dñs narrauit in scripturis populorũ & pricipũ qui fuerũt in ea: ex his quæ audiuim⁹, nouim⁹, q̃ perfectio viæ habet se ad pfectionẽ patriæ, vt pfectio pueriłis ad virilẽ, dicẽte Apostolo ad hoc ꝓpositũ, Cũ esse parꝰ, loquebar vt parꝰ, &c. Et rursũ ꝙse habet vt lux diei ĩ statu augmẽti ad diurnã, dicente Salomone Prouerb. 4. Iustorũ semita quasi lux splẽdens procedit, & crescit vsq; ad perfectũ diẽ. Habem⁹ siquidem ex his quatuor, primò, diuersã rationẽ pfectionis: secũdò, pmanẽtiã vtriusque pfectionis simul: tertiò augmẽtũ in infinitũ secũdũ perfectionẽ viæ: quartò q̃ quãtũcũque augeatur, ꝓ

Universidad de Deusto Biblioteca

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum charitas in hac vita posit esse perfecta.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd charitas in hac vita non posit esse perfecta. Maximè enĩ hęc perfectio in Apostolis fuisset. sed in eis non fuit. Dicit enim Apostolus ad Phil. 3. Non quòd iam comprehenderim, aut perfectus sim. Ergo charitas in hac vita perfecta esse non potest.

¶ 2 Præterea, Augustinus dicit in lib. 83. quæst.* quòd nutrimentum charitatis est diminutio cupiditatis, sed vbi est perfectio charitatis, nulla est cupiditas. Sed hoc non põt esse in hac vita, in qua sine peccato viuere non possumus: secundum illud primæ Ioannis 1. Si dixerimus quoniam peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus. Omne autem peccatum ex aliqua inordinata cupiditate procedit. Ergo in hac vita charitas perfecta esse non potest.

¶ 3 Præterea, Illud quod iam perfectum est, non potest vlterius crescere. Sed charitas in hac vita semper potest augeri vt dictũ est*. Ergo charitas in hac vita non potest esse perfecta.

Art. præc.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustinus dicit super primam Canon. Ioan. * Charitas cũ fuerit roborata, perficitur, cùm autem ad perfectionem venerit, dicit: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Sed hoc possibile est in hac vita, sicut in Paulo fuit. Ergo charitas in hac vita potest esse perfecta.

Tract. 5. to. 9.

¶ RESPONDEO dicendum, quod perfectio charitatis põt intelligi dupliciter. Vno modo ex parte diligibilis, alio modo ex parte diligentis. Ex parte quidẽ diligibilis perfecta est charitas, vt diligatur aliquid, quantùm diligibile est. Deus autem tantùm diligibilis est, quantũ bonus est. Bonitas autẽ eius est infinitas: vnde infinitè diligibilis est. Nulla autẽ creatura potest eum diligere infinitè, cũ quælibet virt⁹ creata sit finita. Vnde per hũc modum nullius creaturæ charitas potest esse perfecta, sed solũ charitas Dei, qua seipsũ diligit. Ex parte verò diligẽtis, tũc est charitas perfecta, quãdo diligit tãtùm quãtùm potest. Quod quidẽ cõtingit tripliciter. Vno modo sic, quòd totũ cor hominis actualiter sẽper feratur in Deũ. Et hæc est perfectio charitatis patriæ, quæ nõ est possibilis in hac vita, in qua impossibile est propter humanæ viæ infirmitatem sẽper actu cogitare de Deo & moueri dilectione ad ipsũ. Alio modo, vt homo studiũ suũ deputet ad vacandũ Deo, & rebus diuinis, prætermissis aliis, nisi quantùm necessitas præsẽtis vitæ requirit. Et ista est perfectio charitatis, quæ est possibilis in via, non tamen est cõmunis omnibus habẽtibus charitatẽ. Tertio modo ita, quod habitualiter aliquis totum cor suũ ponat in Deo, ita scilicet, qđ nihil cogitet vel velit, q diuinæ dilectioni sit contrarium. Et hæc perfectio est communis omnibus charitatem habentibus.

¶ AD PRIMVM ergò dicendum, quòd Apostolus negat de se perfectionẽ patriæ. Vnde gl.* ibidem dicit, quòd perfectus erat viator, sed nondum ipsius itineris perfectione præuentor.

Glos. ordin. ex August.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc dicitur propter peccata venialia, quæ non contrariantur habitui charitatis, sed actui, & ita non repugnãt perfectioni vię, sed perfectioni patriæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd perfectio viæ non est perfectio simpliciter: & ideo semper habet, quo crescat.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum conuenienter distinguantur tres gradus charitatis, incipiens, proficiens, & perfecta.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter distinguantur tres gradus charitatis, scilicet charitas incipiens, proficiens, & perfecta. Inter principium enim charitatis: & eius vltimam perfectionem, sunt multi gradus medij. Non ergo vnum solum medium debuit poni.

¶ 2 Præterea. Statim cùm charitas incipit esse, incipit etiam proficere. Nõ ergo debet distingui charitas proficiens à charitate incipiente.

¶ 3 Præterea, Quantumcunque aliquis habeat in hoc mundo charitatem perfectam, potest etiam eius charitas augeri, vt dictum est. * Sed charitatem augeri, est ipsam proficere. Ergo charitas perfecta non debet distingui à charitate proficiente. Incõuenienter ergo prædicti tres gradus charitatis assignantur.

Ar. 6. huius q.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit super primam Can. Ioan.* Charitas cùm fuerit nata, nutritur, quod pertinet ad incipientes: cùm fuerit nutrita, roboratur, quod pertinet ad proficientes: cum fuerit roborata, perficitur, quod pertinet ad perfectos. Ergo est triplex gradus charitatis.

Tra. 5 to. 9.

¶ RESPONDEO, dicendum quod spirituale augmentum charitatis, cõsiderari põt, quantùm ad aliquid simile corporali hominis augmento. Quod quidem quãuis in plurimas partes distingui possit, habet tamẽ aliquas determinatas distinctiones secundũ determinatas actiones vel studia, ad quæ homo perducitur per augmentum. Sicut infantilis ætas dicitur antequã habeat vsum rationis, postea autem distinguitur alius status hominis, qñ iam incipit loqui, & ratione vti. Item tertius status eius est pubertas, cùm iam incipit posse generare: & sic deinde quousque perueniatur ad perfectum. ita etiam, & diuersi gradus charitatis distinguuntur secũdum diuersa studia, ad quę homo perducitur per charitatis augmentum. Nam primò quidem incumbit homini studium principale ad recedendum a peccato, & resistendum concupiscentiis eius, quæ in contrarium charitatis mouent. Et hoc pertinet ad incipientes, in quibus charitas est nutrienda vel fouenda, ne corrumpatur. Se-

nis perdit ex hoc, quod permanet in patria. Secunda est, quod ista semper est quædam illius inchoatio, & per illam perficitur ac consummatur.

¶ Ex his enĩ apparet primo, quod nõ sunt diuersarũ rõnum, sicut cognitio fidei, & visio aperta, ad quas consequuntur: quoniam cognitiones istæ incompossibiles sunt & essentialiter diuersificantur. Perfectiones autem charitatis sic sunt diuersarũ rationum, quod & simul permanent, & vni numero simplici charitati identificantur realiter.

Infrà q̃ 284. art. 2. Et 3. di. 27. q. 3 ar. 4. Et di. 29. q. 1 ar. 8. q. 1. & 2. Et virt. q̃ 10 art. 10 & 11. Et opu. 18. c. 5. 6. & 7.

¶ Apparet secũdo, quod sunt diuersarum rationum sicut includẽs hoc & aliud contentum vno tantum. Et ad hoc deseruit exemplum literæ de superficie & linea. Superficies enim includit longitudinem, & addit latitudinem: Linea vero sola longitudine est contẽta. Et similiter charitas patriæ claudit in se pfectionẽ viæ, & addit perfectionẽ patriæ: charitas vero viæ sola perfectione viæ est contenta.

** Q. 36. to. 4.*

¶ Apparet tertio, quod diuersarũ sunt rationũ, sicut via præternaturalitatis sẽper habẽs aliquid admixtũ & termin⁹ ĩ statu naturalissimo. Charitas enĩ quia est amicitia ad Deũ, consequens consortium diuinæ naturæ, est amicitia habens suũ naturalẽ statum solũmodo in patria, vbi similes Deo erimus, & videbim⁹ ipsum sicut est. Nũc autem in via apud Apostolum semper aliquid præternaturalitatis habet admixtũ, ex vi ipsius peregrinationis. Et quia quicquid imperfectionis in hoc præternaturali statu habet, deponetur, & ad naturalẽ, & perfectionis vndiq; statũ perducta erit in patria: ideo diuersa ratio perfectionis charitatis in via & in patria ab Apostolo declaratur exẽplo perfectiõis puerilis, & perfectionis virilis. Quum essem paruulus, &c. Sicut enĩ pueritia tendit ad virilitatẽ, & perficitur in illa abiecta non perfectione acquisita in pueritia, sed imperfectione pertinente ad statũ pueritiæ: sic charitas viæ tendit semper ad charitatẽ patriæ: & ea pficietur abiecta non perfectione, quã hîc habuit, sed admixta imperfectione pertinente ad viæ statum, &c.

¶ His autem declaratis superest respondere objectis & quæsitis.

¶ Ad obiectiones siquidem allatas in principali dubio, s. moto in rñsione ad tertiũ de diuersa ratione quantitatis charitatis in via, & in patria, iam patet responsio.

¶ Ad primam quidem, quòd nõ est fictionis, sed naturæ huiusmodi actũ animaliũ habere perfectiones diuersarũ rationũ, & pręcipuè actuũ habentium diuersos status.

¶ Ad confirmationem iã patet, quòd ex diuersa ratione fidei & visionis, consequitur diuersæ rationis perfectio in charitate, tam ex parte subiecti, quàm obiecti.

¶ Ad alteram confirmationem potest dici dupliciter. Primò, quòd non incõuenit remanere quãtã, perfectionibus diuersarũ rõnum, sicut ẽt superficies est quanta, dimẽsionibus diuersarũ rationũ. Secundò & melius, q remanet quanta in actu, perfectione patrię tãtũ. Perfectione verò vię remanet quãta in potentia, sicut trigonũ dicitur esse potẽtia in tetragono, secũdo de Anima: & sicut in virilitate remanet perfectio pueritię, non q sint in viro duę perfectiones in actu, scilicet acquisita ĩ puritia, & quę aduenit in virilitate: sed vna in actu, scilicet virilitatis claudẽs in se illã pueritię vt quã perfecit. Sic nãque putandũ est in patria, quòd perfectio patriæ claudit in se perfectionẽ viæ vt perfectã à perfectione patriæ, & non seorsum distinctam in actu.

¶ Ad dubium verò motum in responsione ad primum, & illius rationẽ iã patet responsio, quia motus augmenti in via est ad terminũ alterius rationis ĩ patria: & ideo distãtia est finita, & motus est infinitus in potẽtia secũdũ alterius rationis distantiã: quoniã prima finitas attenditur secundũ elongationẽ status patriæ à statu viæ. Infinitas autem secundo dicta attenditur secundum progressũ infra statũ viæ. Ratio autẽ pcedit, si esset ad terminum eiusdem rationis, &c.

Infrà q̃ 283. art. 4. Et q. 184. art. 2. & 3. di. 29. ar. 8. q. 1. Et opus. 61. c. 2. Et Psal 24 col. 4.

¶ Ad aliud vero dubiũ, Quomodo cũ augmento in infinitũ in via stat, charitatem non posse augeri in infinitum in patria, dicitur quod hæc negatio, s. non est eiusdem rationis quantitas charitatis patriæ, & viæ, sufficit ad hoc, quod sint incommensurabiles hæ quãtitates: ac per hoc charitas patriæ non respondet secundũ aliquã commẽsurationẽ charitati viæ: sicut nec quãtitas superficiei est commẽsurabilis quantitati lineæ. Et cum hoc stat, quod respondet charitas patriæ charitati viæ vt terminus, vt virilitas pueritiæ. Constat nãque non esse commensurabilẽ huiusmodi terminum augmẽto pręcedẽti: quia sũt diuersarũ rationũ. Et rursus stat, quod augmẽtum charitatis in via est augmentũ charitatis secundum quid, pro quanto est augmẽtum charitatis in statu præternaturali habente semper aliquid imperfectionis admixtum. Nã huiusmodi augmẽtũ pro quãto est est in infinitum, conuenit charitati, secundũ q consequitur imperfectã, & præternaturalẽ ipsius causã quo ad actum, s. cognitionẽ fidei. Et hoc rñ habes ex sequẽti articulo in responsione ad tertiũ, vbi dicitur, quod perfectio vię non est perfectio simpliciter: & ideo semper habet quo crescat. Si enim non est perfectio simpliciter, relinquitur q sit perfectio secundum quid, ex quo est perfectio. Et quia augmẽtum est ad perfectionẽ, sequitur q augmentũ viæ nõ est nisi augmẽtũ secũdũ quid. Augmento autẽ secũdũ quid, quãuis ĩ infinitũ, nõ oportet rñdere augmẽtum infinitũ simpliciter. Et hęc dicta sũt, sequẽdo dictã viã, scilicet, qđ charitas nec absolute, nec ĩ patria est augmẽtabilis ĩ infinitũ secũdũ ipsũ charitatis habitũ: qđ ideo appono, quia posset dici q charitas patrię, quãuis sit finita, & in sũmo quo ad habitũ: quo ad actũ tamẽ põt augeri in infinitũ ex parte subiecti, hoc est ex parte conatus maio-

cundum autem studium succedit, vt homo principaliter intendat ad hoc, q in bono proficiat. Et hoc studium pertinet ad proficientes, qui ad hoc principaliter intendunt, vt in eis charitas per augmentum roboretur. Tertium autem studium, vt homo principaliter intendat, vt Deo inhæreat, & eo fruatur: & hoc pertinet ad perfectos, qui cupiunt dissolui, & esse cum Christo, sicut etiam videmus in motu corporali, quod primum est recessus à termino. Secundum autem est appropinquatio ad alium terminum. Tertium est quies in termino.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q omnis illa determinata distinctio, quæ potest accipi in augmento charitatis, comprehenditur sub istis tribus, quæ dicta sunt: sicut etiam omnis diuisio continuorum comprehenditur sub tribus his, principio, medio, & fine: vt Philosophus dicit in 1. de Cælo.*

Tex. 2.

¶ Ad secundum dicẽdum, q illi, in quib⁹ charitas incipit, quamuis proficiãt, principalior tamen cura imminet, vt resistant peccatis, quorum impugnatione inquietantur. Sed postea hanc impugnationem minus sentientes, iam quasi securius intendunt ad profectum: ex vna tamen parte facientes opus, & ex alia parte habentes manum ad gladium: vt dicitur in Esdra de ædificatoribus Hierusalem.

¶ Ad tertium dicendũ, quod perfecti etiã in charitate proficiũt. Sed non est ad hoc principalis eorũ cura: sed iam eorũ studium circa hoc maxime versatur, vt Deo inhæreant. Et quãuis etiam hoc quærant incipientes & proficientes: tamen magis sentiunt circa alia suã solicitudinẽ: incipientes quidem de vitatione peccatorũ, proficientes verò de profectu virtutum.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum charitas posit diminui.

1. dist. 17. q. 2. art. 5. Et mal. q. 7. artic. 2.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quod charitas posit diminui. Contraria enim nata sunt fieri circa idem. Sed augmẽtatio & diminutio sunt contraria. Cum ergo charitas augeatur, vt dictum est supra*, videtur etiã, quòd posit diminui.

Art. 4. huius q.

¶ 2 Præterea, Aug. 10. Confes. ad Deũ loquens dicit, Minus te amat, qui tecum aliquid amat. Et in lib. 83. quęst.† dicit quod nutrimentũ charitatis est diminutio cupiditatis. Ex quo videtur, quod etiã econuerso augmentum cupiditatis sit diminutio charitatis, sed cupiditas, qua amatur aliquid aliud, quã Deus, potest in homine crescere. Ergo charitas põt diminui.

† Cap. 29. tom. 8. Q. 36. tom. 4.

¶ 3 Præterea, Sicut Augušt. dicit 8. super Genes. ad literã, * Non ita Deus operatur, hominem iustum iustificando eum, ‖ vt si abscesserit, maneat in absente, quod facit. Ex quo potest accipi quod eodem modo Deus operatur in homine, charitatem eius cõseruando, quo operatur primo, ei charitatem infundẽdo. Sed in prima charitatis infusione, minus se præparanti, Deus minorem charitatem infundit. Ergo etiam in cõseruatione charitatis, minus se præparanti minorem charitatem conseruat. Potest ergo charitas diminui.

Cap. 12. tom. 3.

¶ SED CONTRA est, quod charitas in Scriptura igni comparatur, secundũ illud Cant. 8. Lampades eius, scilicet charitatis, lãpades ignis atq; flãmarum. Sed ignis quãdiu manet, semp ascẽdit. Ergo charitas, quãdiu manet, ascẽdere põt, sed descẽdere, id est diminui non potest.

¶ RESPONDEO, dicendũ quod quantitas charitatis, quã habet incõparatione ad obiectũ propriũ minui nõ potest sicut nec augeri: vt supra dictũ est. * Sed cum augeatur secundũ quantitatẽ, quam habet p comparationẽ ad subiectum, hic oportet considerare vtrũ ex hac parte diminui possit. Si autẽ diminuatur, oportet q vel diminuatur per aliquẽ actum, vel p solã cessationem ab actu. Per cessationẽ quidem ab actu diminuuntur virtutes ex actibus acquisitæ, & quãdoq; etiã corrũpuntur: vt supra dictũ est.* Vnde de amicitia Philosophus dicit in 8. Ethic*. quod multas amicitias inappellatio soluit, id est nõ appellare amicũ, vel non colloqui ei. Sed hoc ideo est: qa cõseruatio vniuscuiusq; rei dependet ex sua causa. Causa autẽ virtutis acquisitę est actus humanus. Vnde cessantib⁹ humanis actibus, virtus acquisita diminuit, & tandẽ totaliter corrumpitur. Sed hoc in charitate locum nõ habet: qa charitas non causatur ab humanis actib⁹, sed solũ à Deo, vt supra dictũ*. Vnde relinquitur, quod etiã cessante actu propter hoc nec diminuitur nec corrumpitur, si desit peccatũ in ipsa cessatione. Relinquitur ergo, quod diminutio charitatis non possit causari, nisi vel à Deo, vel ab aliquo peccato. A Deo quidẽ non causatur aliquis defectus in nobis, nisi p modum pœnæ, secũdũ quod subtrahit gratiam in pœnã peccati. Vñ nec ei cõpetit diminuere charitatẽ, nisi p modũ pœnę: pœna autẽ debet peccato. Vñ relinquitur, q si charitas diminuatur, quod causa diminutionis eius sit peccatũ, vel effectiuè, vel meritoriè. Neutro autẽ modo peccatũ mortale diminuit charitatẽ, sed totaliter corrumpit ipsam, & effectiuè, quia omne peccatũ mortale cõtrariatur charitati, vt infra dicetur. * Et etiã meritoriè, quia qui peccãdo mortaliter aliquid contra charitatẽ agit, dignus est vt Deus ei subtrahat charitatẽ. Similiter etiã nec p peccatũ veniale charitas diminui potest neque effectiuè neque meritoriè. Effectiuè quidem non: quia ad ipsam charitatẽ non attingit. Charitas enim est circa finẽ vltimum: veniale autẽ peccatum est quędam inordinatio circa ea, quæ sunt ad finem: non autẽ diminuitur amor finis ex hoc, quod aliquis inordinationẽ aliquã cõmittit circa ea, quæ sunt ad finem, sicut aliquãdo contingit, quod aliqui infirmi multum amãtes sanitatem, inordinatè tamen se habent circa dietæ obseruationẽ. Sicut etiam in speculatiuis scientiis falsæ opiniones circa ea quæ deducuntur ex principiis, nõ diminuũt certitudinẽ principiorum. Similiter etiã veniale peccatum non meretur diminutionem charitatis. Cum enim aliquis delinquit in minori, non meretur detrimentum pati in maiori. Deus enim nõ plus se auertit ab homine, quam homo auertat se ab ipso. Vnde qui inordinate se habet circa ea, quæ sunt ad finem, non meretur detrimẽtum pati in charitate, per quam ordinatur ad vltimũ finem. Vnde consequens est, quod charitas nullo modo diminui possit, directè loquendo: potest tamen indirectè dici diminutio charitatis, dispositio ad corruptionem ipsius, quæ fit, vel per peccata venialia vel etiam per cessationem ab exerci-

ris secundum se & secundum dignificationem à Deo, quia per hoc subiectũ magis dispositum melius vtitur eodem habitu, quàm subiectum minus dispositum, & secundum hoc quocunque angelo creato beato, Deum nonsolum potest creare meliorem in esse naturæ, sed etiam beatiorem: pro quanto semper factus in melioribus naturalibus esset melius dispositus ad vtendum summo charitatis habitu propter maiorem conatum, & maiorem dignificationem illius conatus ab ipso Deo ad charitatem.

¶ Super Quæstionis vicesimæ quartæ Articulum decimum.

IN artic. 10. omissis 8. & 9. dubiũ occurrit, quomodo peccatũ mortale effectiuè tollit charitatem, quum charitas à solo Deo effectiuè, cõseruetur. Communiter quoq; dicitur: quod peccatum mortale corrumpit charitatẽ demeritoriè. Autor autem in litera dicit, q duob⁹ modis, scilicet effectiue, & demeritoriè.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quod charitas sine dubio corrumpitur effectiuè à quolibet peccato mortali, & non solũ demeritoriè. Modus autem est in attingendo compositum ex anima, & charitate ex parte subiecti efficiendo in eodẽ dispositionem contrariam charitati.

¶ Ad cuius euidentiam scito, quod quemadmodum in naturalibus anima rationalis à solo Deo fit in corpore, & tamen quia cõpositum ex anima rationali & corpore ex parte subiecti subiacet agenti naturali puta igni, cum ignis agendo in corpus humanum efficit tantum caloris, vt cõtrarietur mansioni animæ in corpore, ignis effectiuè dicitur expellere animam à corpore: & si in ipsa expulsione anima desineret esse, ignis non solum diceretur effectiuè expellere animã à corpore, sed corrumpere ipsam: ita proportionaliter est in proposito, quia licet à solo Deo sit charitas in anima effectiuè, à voluntate tamẽ humana dependet effectiuè peccatum mortale, inducendum in animam propriam, contrarium inhæsioni charitatis in anima illa, ac per hoc peccans mortaliter effectiuè expellit charitatem ab anima. Et quia charitas est forma, quæ in sui expulsione ab anima desinit esse: ideo nõ solum effectiuè expellit ab anima charitatem: sed corrũpit ipsam charitatem.

¶ Ad primam ergo obiectionem in oppositum dicitur, quod quia plus requiritur ad cõstructionẽ, quàm ad destructionem & bonum consurgit ex causa integra, malum autem ex particularibus defectibus, ideo non est mirum, si charitas requirat Deum ex sua gratia agentem nec ad eius actionem ponendam sufficiant opera nostra, & ad faciendum Deum non conseruantem hanc charitatem in hoc sufficiãt opera nostra. Neque enim hoc ex infirma virtute conseruantis procedit, sed ex natura rei cõseruandæ in hoc. Oportet enim actus sicut fieri, ita & conseruari in patiente disposito, ac per hoc sicut non fieri, ita nec conseruari in subiecto contrariè disposito. Et propterea ipsa res quæ conseruanda erat ab actore contrariæ dispositionis in subiecto, corrũpi effectiuè dicit.

¶ Ad obiectionẽ autẽ ex dicto communi dico, qđ videor experiri dictum Arist. in secundo Metaphysicæ, quantam vim habet cõsuetudo. Ex dictis enim manifeste cõstat, quod peccans mortaliter, vt sic, non solum demeretur perdere charitatem, sed si esset extra statũ meriti, vel demeriti, ex ipsa contrarietate ad charitatem expellit charitatẽ ab anima: ac p hoc corrũpit ipsam effectiuè. Et tamen quia apud multos vox ignorantiæ videtur inualuisse, negare videntur id quod (si diligenter perspicerent) docent in similibus, puta in effectiuè expellente animam rationalem à corpore, & in effectiuè apponente obstaculum inter aerẽ & corpus illuminans eundem.

Art. 4. ad. 29.

1. 2. q. 15. tom. 3. Cap. 5.

¶ In eodem articulo decimo dubiũ occurrit circa illud, Quantitas charitatis, quam habet in comparatione ad obiectum proprium minui non potest, sicut nec augeri vt suprà dictũ est. Videtur enim hoc falsum, & cõtrariari supradictis, q charitas augeri potest ex parte obiecti.

Art. 2. huius. Quæstio.

¶ Ad hoc dicitur, quod Autor hic loquitur de quãtitate extensiua, quã habet charitas per comparationem ad obiectũ charitatis, quod est diligibile. Hanc enim quãtitatem in præcedenti libro patet conuenire habitui in cõparatione ad obiectum. Et huiusmodi quantitas in charitate nec augeri, nec minui potest: qa minima charitas diligit omnia, quæ sunt ex charitate diligẽda, vt expresse in articulo quarto huius quæstionis, ad quem litera se refert, in responsione ad primum patet. De quantitate autem intensiuè loquendo, patuit quod potest intendi ex parte diligibilis, quia Deus est magis ac magis diligibilis: adeo vt ex hac parte à nullo nisi à seipso perfecte diligatur, vt in articulo octauo Autor dixit. Nihil igitur falsi aut contrarij prædictis hic dicitur.

Art. 11. huius q.

¶ In

Universidad de Deusto Biblioteca

¶In responsione ad primum aduerte, quod cũ negatur in litera, quod cõtraria habent fieri circa idẽ, vniuersaliter loquendo: non intelligas exceptionẽ factã de fieri in potẽtia, quãtum est ex natura cõtrariorum: sed de fieri reducibili ad actũ simpliciter: & absolutè. Oportet nanq; ex diffinitione contrariorum ꝓficisci, quod habeãt fieri circa idẽ, alioquin contraria non essent. Sed qđ alterum tãtum cõtrariorũ tali subiecto coæuũ sit, aliunde potest ꝓcedere: puta quia inest à natura, vel propter causam agentẽ. Et propterea alterum contrariorũ nunquã fiet in eodẽ. Sic autẽ est in proposito, quoniã charitas cum habeat latitudinẽ, secundum quã possit augeri, secudũ eãdem potest diminui. Potest siquidẽ Deus eã diminuere, quã auxit. Sed quoniã sine pœnitentia sunt dona Dei, & ex parte nostra nulla inuenitur causa sufficiens ad diminutionẽ: ideo diminutio non potest fieri circa charitatẽ, sic, quod sit reducibilis ad actũ absolute, & simpliciter: quamuis secundum potentiã Dei, & ipsius charitatis latitudinem possit reduci ad actum.

In corp. — In corp. — Arti.3. 1.& 12. q.113. art.3.

¶In eodẽ articulo decimo, in respõsione ad secundũ dubium nouitiorum occurrit circa illud, Quod enim in peccato veniali amatur propter Deum, amatur habitu, etsi non actu. Et est ratio dubij, quia amãs delectationẽ in potu superfluo scienter, & aduertẽter, nec actu amat illam ꝓpter Deũ, vt patet: nec habitualiter intẽdit ordinare illam in Deum. Et confirmatur, seu augetur dubium quia tale amabile non est amabile propter Deum: ergo nec actu, nec habitu amatur propter Deum, &c.

3.dist.31. q.1.art.2. Et 4.dist. 14.q.1. art.4.q.1. cor. Et 4. contra.c. 69. Et veri. q.2.art. 12.

¶ Ad hoc dicitur, quod dubiũ procedit ex hoc, quod non intelligitur: quid significat amare habitu propter Deum. Pro cuius claro intellectu consideráda est differentia inter amare actu vel virtute, vel habitu aliquid propter Deũ. Nã amare actu ꝓpter Deũ, est actualiter in actu exercito referre amorem illum in Deum, quod fit dum aliquis videt pauperem, & considerat illum esse pauperẽ Christi, & vt Christo placeat, dat illi eleemosynam. Amare autem virtualiter est ex præcedenti intẽtione ad Deũ operari pia opera, vt quum quis à principio officij intẽdit ex charitate dicere deuote, & attẽte officiũ diuinum: & postea præter intentionem euagatus persoluit illud, talis amãdo, deuote & attente virtualiter persoluit, ac dixit officiũ, manet enim vis primæ intentionis in toto. Amare autẽ habitu, nec actualẽ relationem, nec præcedentem intentionem perseuerantem ponit, sed solum habitus concomitantiã, & efficatiã, quantum est ex parte habitus, importat: ita que sicut nihil aliud est dicere, amare habitu Deum quàm dicere habet habitum, quo Deus amari potest: ita nihil aliud est dicere, amatur hoc habitu ꝓpter Deũ, quam habere habitum, quo propter Deum hoc amari potest. Et per hoc patet, quod non oportet amãtem habitu hoc, ordinare illud intentione habituali ad Deum, vt prima obiectio supponebat. Et similiter non oportet hoc esse amabile propter Deum: quia intelligitur amare habitu hoc propter Deum, quãtũ est ex parte habitus: hoc est quod quãtum est ex efficacia, & natura habitus, quẽ homo in charitate existẽs habet, amare potest hoc ꝓpter Deũ quãuis aliter sit ex defectu amabilis: quia non est referibile in Deum. Et per hoc cessat secunda obiectio.

Cap.18. tom.3. — *Cap.7. — To.30. in Euang. — Q.23. art 1.& q.14.art. 1. — ticul.2. Lib. de bono perseuerã. Cap.14. — Lib.1.c. 37.to.4.

¶In responsione ad tertium eiusdẽ decimi articuli nota diligenter hic, ꝙ quia in augmẽto charitatis requiritur motus liberi arbitrij non minus, quàm in infusione eiusdem propter conatum requisitum, vt patet ex supradictis, peccata venialia, quæ impediunt intensiorem motũ liberi arbitrij, ac per hoc conatum impediunt augmentum charitatis: ac per hoc obicem ponunt actioni diuinæ augmentatiuæ charitatis: sicut in infusione, obicem ponunt, ne maior infundatur. Et hæc memento applicare cum de augmento charitatis ex susceptione sacramentorum tractabis.

¶ Super

tio operum charitatis.

¶AD PRIMUM ergo dicendum, ꝙ contraria sunt circa idẽ, quando subiectũ equaliter se habet ad vtrunq; contrariorũ. Sed charitas non eodem modo se habet ad augmentum & dimiuutionem. Potest enim habere causam augmentem, sed non potest habere causam minuentẽ: sicut dictũ est.* Vnde ratio nõ sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quod duplex est cupiditas. Vna quidẽ qua finis in creaturis constituitur, & hæc mortificat totaliter charitatẽ, cùm sit venenum ipsius, vt Aug. dicit ibidem. Et hoc facit, quòd Deus minus ametur, scilicet quàm debet amari ex charitate, nõ quidem charitatẽ diminuendo, sed eam totaliter tollendo. Et sic intelligendum est, quod dicitur, Minus te amat, qui tecum aliquid amat. Subditur enim, Quod nõ ꝓpter te amat: quod non contingit in peccato veniali, sed solum in mortali. Quod enim amatur in peccato veniali, propter Deum amatur habitu, etsi non actu. Est autem alia cupiditas venialis peccati, quæ semper diminuitur per charitatem. Sed tamen talis cupiditas charitatem diminuere non potest, ratione iam dicta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in infusione charitatis requiritur motus liberi arbitrij, sicut suprà dictum est.* Et ideo illud, quod diminuit intensionem liberi arbitrij, dispositiuè operatur ad hoc, quod charitas infundenda sit minor. Sed ad conseruationem charitatis non requiritur motus liberi arbitrij: alioquin non remaneret in dormiẽtibus. Vnde per impedimentum intẽsionis motus liberi arbitrij, non diminuitur charitas.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum charitas semel habita posit amitti.

AD VNDECIMUM sic procedit. Videtur ꝙ charitas semel habita nõ posit amitti. Si enim amittitur, non amittitur nisi propter peccatum. Sed ille qui habet charitatem, non potest peccare. Dicitur enim 1.Ioan.3. Omnis enim, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quia semen ipsius in eo manet, & non potest peccare: quoniam ex Deo natus est. Charitatem autem non habent nisi filij Dei. Ipsa enim est, quæ distinguit inter filios regni, & filios perditionis vt. Aug. dicit in 15.de Trin.* Ergo ille qui habet charitatem, non potest eam amittere.

¶ 2 Præterea. Augu.dicit in 8.de Trin.* quod dilectio si non est vera, dilectio dicenda non est. Sed sicut ipse dicit in epist. ad Iulianũ comitem, Charitas, quæ deficere potest, nunquam vera fuit. Ergo neque charitas fuit. Si ergo charitas semel habeatur, nunquam amittitur.

¶ 3 Præterea, Greg.dicit in homil. Pẽtecostes,* ꝙ amor Dei magna operat, si est: si desinit operari, charitas non est. Sed nullus magna operando amittit charitatem. ergo si charitas insit, amitti non potest.

¶ 4 Præterea, Liberũ arbitrium non inclinatur ad peccatum nisi per aliquod motiuum ad peccandum. Sed charitas excludit omnia motiua ad peccãdum, & amorẽ sui & cupiditatem, & quicquid aliud huiusmodi est. Ergo charitas amitti non potest.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Apoc. 2. Habeo aduersum te pauca, quod primam charitatem reliquisti.

¶RESPONDEO, dicendũ quod p charitatẽ Spiritussanctus in nobis habitat, vt ex supra* dictis patet. Tripliciter ergo possumus cõsiderare charitatẽ. Vno modo ex parte Spiritussancti mouentis animã ad diligendum Deum. Et ex hac parte charitas impeccabilitatẽ habet ex virtute Spiritussancti, qui infallibiliter operatur quodcunq; voluerit. Vnde impossibile est hæc duo simul esse vera, qđ Spiritussanctus velit aliquem mouere ad actum charitatis, & quod ipse charitatem amittat peccando. Nam donum perseuerãtiæ cõputatur inter beneficia Dei, quib⁹ certissimè liberãtur quicunq; liberãtur, vt August. dicit in lib. de Prædestinatione Sanctorum.* Alio modo potest considerari charitas secundum propriã rationem. Et sic charitas nõ potest aliquid, nisi id quod pertinet ad charitatis rationem. Vnde charitas nullo modo potest peccare, sicut nec calor potest infrigidare: & sic etiam iniustitia non potest bonum facere: vt August. dicit in lib.de sermone domini in monte*. Tertio modo potest cõsiderari charitas ex parte subiecti, qđ est vertibile secundum arbitrij libertatẽ. Potest autẽ attendi cõparatio charitatis ad hoc subiectũm & secundum vniuersalem rationem, qua comparatur forma ad materiam, & secundum specialem rationem, qua cõparatur habitus ad potentiã. Est autem de ratione formæ, ꝙ sit in subiecto amissibiliter, quando non replet totam potentialitatem materiæ, sicut patet in formis generabilium, & corruptibilium, quia materia horum sic recipit vnã formam, quod remanet in ea potentia ad aliã formam, quasi non repleta tota materiæ potentialitate per vnam formam. Et ideo vna forma potest amitti p acceptionem alterius. Sed forma corporis cælestis, qa replet totã materiæ potentialitatem, ita ꝙ non remanet in ea potentia ad aliam formã, inamissibiliter inest. Sic ergo charitas patriæ quia replet totam potentialitatẽ rationalis mentis, inquantũ scilicet omnis actualis motus eius fertur in Deũ, inamissibiliter habetur. Charitas autẽ viæ non sic replet potentialitatẽ sui subiecti: quia non semper actu fertur in Deum. Vnde quando actu in Deum non fertur, potest aliquid occurrere p quod charitas amittatur. Habitui verò ꝓpriũ est vt inclinet potentiã ad agẽdum: quod cõuenit habitui, inquãtum facit aliquid videri bonum, quod ei conuenit, malum autẽ quod ei repugnat. Sicut enim gustus diiudicat sapores secundum suam dispositionem, ita mens hominis diiudicat de aliquo faciendo secundum suam habitualem dispositionem. Vnde & Philosophus dicit in 3.Ethic.* ꝙ qualis vnusquisque est, talis finis videtur ei. Ibi ergo charitas inamissibiliter habetur, vbi id quod conuenit charitati, non potest videri nisi bonum, scilicet in patria, vbi Deus videtur per essentiam, quę est ipsa essentia bonitatis: & ideo charitas patriæ amitti non potest. Charitas autem viæ, in cuius statu non videtur ipsa essentia Dei, bonitatis esse essentia, potest amitti.

Cap.5.

¶AD PRIMUM ergo dicendum, quod autoritas illa loquitur secundum potestatem Spiritussancti: cuius conseruatione à peccato immunes redduntur, quos ipse mouet quãtùm ipse voluerit.

¶Ad secundũ dicendum, quòd charitas, quæ deficere potest ex ipsa ratione charitatis, vera charitas non est. Hoc enim esset, si hoc in suo amore haberet, quod ad tempus amaret, & postea amare desineret: qđ nõ esset veræ dilectionis. Sed si charitas amittatur ex mutabilitate subiecti contra propositum charitatis, quod in suo actu includitur, hoc non repugnat veritati charitatis.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ amor Dei semp magna operatur in proposito: quod pertinet ad rationem charitatis, non tamen semper

semper magna operatur in actu propter cõditionem subiecti.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ charitas secundũ rationẽ sui actus excludit omne motiuũ ad peccãdũ. Sed quãdoq; cõtingit, ꝙ charitas actu nõ agit: & tunc potest interuenire aliquod motiuum ad peccandum: cui si consentiatur, charitas amittitur.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum charitas amittatur per vnum actum peccati mortalis.

3.dist.31. q.1.art.1. Et veri. q.2.art. 6.& 13. *Cap.3. tom.4.

AD DVODECIMUM sic proceditur. Videtur quòd charitas non amittatur per vnum actum peccati mortalis: dicit enim Origenes in 1.Periarch.* Si autem satietas capit aliquem ex his, qui in summo perfectóque constiterit gradu, non arbitror quòd ad subitum quis euacuetur, aut decidat: sed paulatim, ac etiam per partes eum decidere necesse est. Sed homo decidit, charitatem amittens. ergo charitas non amittitur per vnum solum actum peccati mortalis.

Serm.9.

¶ 2 Præterea, Leo Papa dicit in sermone de Passione*, alloquẽs Petrũ, Vidit in te Dñs nõ fidẽ fictã, non dilectionẽ auersam: sed cõstantiã fuisse turbatã. Abundauit fletus, vbi nõ defecit affectus: affectus charitatis lauit verba formidinis. Et ex hoc accepit Pet. ꝙ dicit in Petro charitatẽ nõ fuisse extinctã, sed sopitã. Sed Petrus negãdo Christum, peccauit mortaliter. ergo charitas nõ amittitur per vnum actum peccati mortalis.

¶ 3 Præterea, Charitas est fortior quam virtus acquisita. Sed habitus virtutis acquisitæ non tollitur per vnum actum peccati contrarium. ergo multo minus charitas tollitur per vnum actum peccati mortalis contrarium.

¶ 4 Præterea, Charitas importat dilectionẽ Dei & ꝓximi. Sed aliquis cõmittẽs aliquod peccatũ mortale, retinet dilectionẽ Dei, & ꝓximi, vt vr̃. Inordinatio enim affectionis circa ea, quę sunt ad finẽ, non tollit amorẽ finis, vt suprà dictum est.* ergo potest remanere charitas ad Deũ, existente peccato mortali p inordinatam affectionem circa aliquod temporale bonum.

Arti.10. huius quæst.

¶ 5 Præterea, Virtutis theologicæ obiectũ est vltim⁹ finis. Sed aliæ virtutes theologicæ, scilicet fides & spes, non excluduntur per vnum actum peccati mortalis, imò remanent informes. ergo etiam charitas potest remanere informis, etiam vno peccato mortali perpetrato.

¶SED CONTRA, Per peccatum mortale fit homo dignus morte æterna, secundum illud Rom.6. Stipendia peccati mors. Sed quilibet habens charitatem, habet meritum vitæ æternæ. Dicitur enim Ioan.14. Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. In qua quidem manifestatione vita æterna consistit secundũ illud Ioan.17. Hęc est vita æterna, vt cognoscãt te verũ Deum, & quem misisti Iesum Christum. Nullus autem potest esse simul dignus vita æterna & morte æterna. ergo impossibile est quod aliquis habeat charitatem cum peccato mortali. Tollitur ergo charitas per vnum actum peccati mortalis.

¶RESPONDEO, dicendum ꝙ vnũ cõtrarium p aliud cõtrarium superueniens tollit. Quilibet autem actus peccati mortalis contrariatur charitati secundum propriã rationẽ, q̃ cõsistit in hoc, ꝙ Deus diligatur sup omnia: & ꝙ homo totaliter illi se subiiciat, omnia sua referendo in ipsum. Est ergo de ratione charitatis, vt sic diligat Deum, ꝙ in omnibus velit se ei subiicere, & præceptorum eius regulã in omnibus sequi. Quicquid em̃ cõtrariatur præceptis eius, manifestè cõtrariatur charitati. Vnde se habet, ꝙ charitatẽ excludere possit. Et siquidẽ charitas esset habitus acquisitus ex virtute subiecti dependẽs, non oportet ꝙ statim p vnum actũ cõtrarium tolleretur. Actus enim nõ directe cõtrariat habitui, sed actui. Cõtinuatio autẽ habitus in subiecto nõ requirit cõtinuitatẽ actus. Vnde ex superueniẽte cõtrario actu nõ statim habitus acquisitus excludit. Sed charitas, cũ sit habitus à infusus, dependet ex actione Dei infundẽtis, q̃ sic se habet in infusione, & cõseruatione charitatis, sicut sol in illuminatione aeris, vt dictum est.* Et ideo sicut lumẽ statim cessaret esse in aere, per hoc ꝙ aliquod obstaculũ poneret illuminationi Solis: ita etiã charitas statim deficit esse in anima p hoc, ꝙ aliquod obstaculum ponitur influẽtiæ charitatis à Deo in animã. Manifestũ est autẽ, ꝙ p quodlibet mortale peccatum, quod diuinis p̃ceptis cõtrariatur, ponit prædictæ infusioni obstaculum: qa ex hoc ipso, ꝙ homo eligẽdo p̃fert peccatum diuinæ amicitiæ, q̃ requirit, vt Dei voluntatem sequamur, cõsequens est, vt statim per vnum actum peccati mortalis habitus charitatis perdatur. Vnde & Aug.dicit 8.sup Gen.ad literã,* quod homo, Deo sibi p̃sente, illuminatur, absente autem continuo tenebratur: à quo non locorum interuallis, sed voluntatis auersione discedit.

D.311. — Art.10. huius quæst. — Cap.12. tom.3.

¶AD PRIMUM ergo dicendum ꝙ verbum Origenis potest vno modo sic intelligi, quod homo, q̃ est in statu perfecto, non subitò procedit in actum peccati mortalis. Sed ad hoc disponitur p aliquã negligẽtiã pręcedentẽ. Vnde & peccata venialia dicũt esse dispositio ad mortale: sicut suprà dictũ est.* Sed tamẽ per vnũ actũ peccati mortalis si eum cõmiserit, decidit, charitate amissa. Sed qa ipse subdit, si aliquis breuis lapsus acciderit, & cito resipiscat, nõ penitus ruere videt, Potest aliter dici, quod ipse intelligit eũ penitus euacuari, & decidere q sic decidit, vt ex malitia peccet, quod non statim in viro perfecto à principio contingit.

¶Ad secundũ dicendum, ꝙ charitas amittitur dupliciter. Vno modo directè per actualẽ contemptum: & hoc modo Petrus charitatem nõ amisit. Alio modo indirectè, quãdo cõmittitur aliquod cõtrariũ charitati propter aliquã passionem concupiscẽtiæ, vel timoris. Et hoc modo Petrus contra charitatem faciens, charitatem amisit, sed eam citò recuperauit.

¶ Ad tertium patet responsio ex dictis.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ non quælibet inordinatio affectionis, q̃ est circa ea quæ sunt ad finẽ, id est, circa bona creata, constituit peccatũ mortale: sed solùm quãdo est talis inordinatio, quæ repugnat diuinæ voluntati. Et hæc d inordinatio directe cõtrariatur charitati, vt dictum est.*

¶ Ad quintũ dicendũ, quod charitas importat vnionẽ quandã ad Deum, non autẽ fides, neq; spes. Omne autẽ peccatum consistit in auersione à Deo, vt suprà dictũ est. Et ideo omne peccatũ mortale cõtrariatur charitati. Nõ autẽ omne peccatũ mortale cõtrariat fidei vel spei: sed quædã determinata peccata, p quę habitus fidei, vel spei tollitur: sicut & p omne peccatum mortale habitus charitatis tollitur. Vnde patet, quòd charitas nõ potest remanere informis, cum sit vltima forma virtutum ex hoc, quod respicit Deum in ratione finis vltimi, vt dictum est.*

QVÆSTIO VICESIMA quinta, de Obiecto charitatis, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de obiecto charitatis.

¶ Circa quod duo considerãda occurrunt. Primò quidẽ de his quæ sunt ex charitate diligenda. Secũdò, de ordine diligendorũ. Circa primũ quæruntur duodecim. ¶ Primò, vtrũ sol⁹ Deus sit ex charitate diligẽdus, vel etiã proximus. ¶Secundò, vtrũ charitas sit ex charitate diligẽda. ¶ Tertio, vtrũ creaturæ irrationales sint ex charitate diligendæ. ¶ Quartò vtrũ aliquis possit ex charitate seipsum diligere. ¶ Quintò, vtrũ corpus propriũ. ¶ Sextò, vtrũ peccatores sint ex charitate diligendi. ¶ Septimò, vtrũ peccatores seipsos diligant. ¶ Octauò, vtrum inimici sint ex charitate diligendi. ¶ Nonò, vtrũ sint eis signa amicitiæ exhibẽda. ¶ Decimò, vtrum angeli sint ex charitate diligendi. ¶ Vndecimò, vtrum dęmones. ¶ Duodecimò, de enumeratione diligendorum ex charitate.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum dilectio charitatis sistat in Deo, an se extendat etiam ad proximum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quòd dilectio charitatis sistat in Deo, & non se extendat ad proximum. Sicut enim Deo debemus amorem, ita timorem, secundum illud Deuteron. 10. Et nunc Israel quid dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas, & diligas eum? Sed alius est timor, quo timetur homo, qui dicitur timor humanus: & alius timor, quo timetur Deus, qui est vel seruilis, vel filialis, vt ex

3.q.188. art.2.c.2. Et veri. q.1.art.4.

¶ Sup Quæstionis vicesimæ quartæ Articulum duodecimum.

IN artic. 12. omisso 11. valde notãdo aduerte, quod sicut ponẽs obstaculũ Soli, ipso actu ponendi obstaculũ, effectiuè expellit lumẽ, ipsa vero priuatio seu cõtrarietas obstaculi formaliter expellit lumẽ: ita peccatũ mortale quãdo actualiter ꝑpetratur, affectus, vt actio peccantis expellit habitũ charitatis. Ipsa vero priuatio, seu contrarietas maculę obstantis conseruationi charitatis formaliter expellit charitatem.

Art. 10. huius q. & 1.art.3. 88.

¶ In eodẽ articulo dubium occurrit inter responsionẽ ad secũdum, & tertium. Nam primo dicitur, quòd charitas indirecte perditur p peccatum mortale ex passione. Postmodũ verò dicitur, quod inordinatio peccati mortalis directe contrariatur charitati. Quomodo stãt hæc duo simul?

¶ Ad hoc dicitur, quod ipsa litera se declarat ex qua parte vtrobiq; loquatur. Nam ex parte causæ non omne peccatum mortale directe cõtrariatur charitati, vt in responsione ad secundũ dicitur. Ex parte autem inordinatiõis ipsius peccati, omne peccatũ mortale directe cõtrariatur charitati: quia contrariatur ordini diuinæ amicitiæ inter Deũ & hominem, quæ requirit Deũ pręferri reliquis amatis: cui tamen aliquid præfertur in quolibet peccato mortali, alioqui mortale peccatum nõ esset.

D.307. In cor. art.10. — Q.23. art.8.

¶ Sup Quæstionis vicesimæ quintæ Articulum primum, secundũ & tertium.

IN artic.1.2. & 3. simul quæstionis 25. aduerte diligẽter charitatem respicere Deum vt obiectum formalẽ, proximum, vt obiectum materiale sub formali, & vt materiam: seipsam autẽ charitatem, & reliqua bona, vt materiam tantum, quãquam difformiter, quia seipsam vt materiã principalem & formalẽ respectu aliorum, reliqua autẽ vt materiã secundariã in ordine ad principalẽ. Declaro singula, charitate Deus diligitur vt amicus, ratione cuius diligitur omne quod ex charitate diligitur, & ex hoc ꝙ diligitur vt amicus, est obiectum: ex hoc, ꝙ ratione eius

Universidad de Deusto Biblioteca

Q.19.art. 2. Cap.8. tom.5.

eius omnia diliguntur, est formale. Proximus diligitur, vt obiectum: quia diligitur vt amicus, vt in articulo secundo, in respõsione ad secundum habes. Diligitur autem vt obiectum materiale: quia diligitur, vt amicus diuinus, seu in Deo: quia ratio amandi est Deus, vt in primo habes articulo. Et quoniam proximus diligitur etiam, vt aliquid Dei prout diligitur ad honorem, & gloriam Dei, sic diligitur, vt materia ordinabilis in Deum principalem amicum. Charitas, & reliqua non possunt diligi vt amicus, & propterea non diliguntur vt obiectum, sed vt bonum, quod amico volumus, quod est diligi, vt materiam ad aliud ordinatam. Sed charitas est primum, & ex necessitate volitum amico: quoniã non diligitur quis ex charitate, nisi sibi velit diligens charitatem, vt in primo, & secundo articul. dicitur. Reliqua autem sunt amico ex charitate volita, quatenus ordinantur ad bonum ipsius, quatenus amatur vt amicus, hoc est inquãtum Deus, vel Dei est.

Glos. interli. — 1.2.q.64. arti.2. & hic.q.17. arti.6. & q.19.ar.3. — D.45. — D.359.

¶Sed occurrit hic vnum dubium, quia falsum videtur, quod in dilectione proximi ex charitate oporteat velle ei charitatem, quoniam constat dantem eleemosynam pauperi ex charitate, nõ velle propterea, illi charitatem, sed subsidiũ, & sic de aliis similibus.

¶Ad hoc dicitur, quod proximus, si diligitur, vt amicus, oportet vt ametur ad charitatem: vt in litera dicitur in responsione ad primum, quod in illorum scilicet Dei, proximi, & amicorum dilectione includitur dilectio charitatis. Sed cũ proximus diligitur ex charitate, vt aliquid Christi, seu Dei, tunc non oportet desiderare ei charitatem. Dans autem eleemosynam pauperi ex charitate vt sic solum Deum respicit, vt amicum: proximum autem, vt rem Dei indigentem tali auxilio: imo tũc charitas imperat amicitiæ naturali ipsius proximi vt velit tale subsidium proximo propter Deum, ita quod diligẽs Deum, & propterea dãs eleemosynam pauperi vt sit, aut conseruetur in charitate, vere diligit illum pauperem, vt amicum ex charitate. Dans autem eleemosynã præcise ex charitate tãtum, diligit quidem illum amicitia naturali, domestica, vel politica, pro quanto vult illi bonum, sed ex charitate non vt amicũ, sed vt rem Dei. Et hæc intellige de hoc proximo in particulari,

vt ex suprà dictis* patet. Ergo etiam alius est amor charitatis quo diligitur De⁹, & alius est amor, quo diligitur proximus.

¶2 Præterea, Philosophus dicit 8. Ethic.* quod amari est honorari. Sed alius est honor, qui debetur Deo, qui est honor latriæ: & alius est honor, qui debetur creaturæ, qui est honor duliæ. Ergo etiam alius est amor, quo diligitur Deus, & alius quo diligitur proximus.

¶3 Præterea, Spes generat charitatem, vt habetur in glos.* Matth.1. Sed spes ita habetur de Deo, quod reprehenduntur sperantes in homines, secundum illud Iere. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine. Ergo charitas ita debet Deo, quod ad proximum se non extendat.

¶SED CONTRA est, quod dicitur 1. Ioã.4. Hoc mãdatũ habemus à Deo vt qui diligit Deum, diligat & fratrẽ suũ.

¶RESPONDEO, dicẽdum quod sicut supra dictum* est, habitus nõ diuersificantur nisi ex hoc, quòd variant speciem actus. Omnis enim actus vnius speciei, ad eundem habitum pertinet. Cum autem species actus ex obiecto sumatur secundũ formalẽ rationẽ ipsius, necesse est ꝙ idem d specie sit actus, q fertur in rationẽ obiecti, & qui fert in obiectum sub tali ratione, d sicut eadẽ est specie visio, qua videtur lumen, & qua videt color, secundum luminis rationẽ. Ratio autẽ diligendi proximũ, Deus est. Hoc eñ debemus in proximo diligere, vt in Deo sit. Vnde manifestum est, ꝙ idẽ specie actus est quo diligitur Deus, & quo diligitur proximus. Et propter hoc habitus charitatis non solùm se extendit ad dilectionem Dei, sed etiã ad dilectionẽ proximi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd proximus timeri potest dupliciter, sicut & amari. Vno modo ꝓpter id quod est proprium sibi, puta cùm aliquis timet tyrannum, propter eius crudelitatẽ: vel cùm amat ipsum, propter cupiditatẽ acquirẽdi aliquid ab eo. Et talis timor humanus distinguitur à timore Dei & similiter amor. Alio modo timetur homo & amatur ꝓpter id quod est Dei in ipso: sicut cùm secularis potestas timetur, propter ministerium diuinũ, quod habet ad vindictã malefactorũ, & amatur propter iustitiã. Et talis timor hominis nõ distinguitur à timore Dei, sicut nec amor.

¶Ad secundum dicendum, quòd amor respicit bonum in cõmuni: sed honor respicit propriũ bonũ honorati. Defertur enim alicui in testimoniũ ꝓprię virtutis. Et ideo amor nõ diuersificat specie propter diuersam quantitatem bonitatis diuersorũ, dummodo referãtur ad aliquod vnum bonum cõmune. Sed honor diuersificatur secundum ꝓpria bona singulorum. Vnde eodẽ amore charitatis diligimus omnes proximos, inquantum referuntur ad vnum bonum commune quod est Deus. Sed diuersos honores diuersis deferimus, secundum propriam virtutẽ singulorum. Et similiter Deo singularem honorem latriæ exhibemus, ꝓpter eius singularem virtutem.

¶Ad tertium dicẽdum, quod vituperantur, q sperãt in homine, sicut in principali autore salutis: non autem qui sperãt in homine sicut adiuuante ministerialiter sub deo. Et similiter reprehensibile esset siquis ꝓximũ diligeret tãquam principalẽ finem: nõ autẽ si qs ꝓximum diligat ꝓpter Deum, qđ pertinet ad charitatem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum charitas sit ex charitate diligenda.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur, ꝙ charitas nõ sit ex charitate diligẽda. Ea enim quæ sunt ex charitate diligẽda, duob⁹ præceptis charitatis cõcluduntur, vt patet Matth. 22. Sed sub neutro charitas cõtinetur: quia nec charitas est Deus, nec proximus. Ergo charitas non est ex charitate diligenda.

¶2 Præterea, Charitas fundatur super cõmunicationem beatitudinis, vt supra dictum est. Sed charitas nõ potest esse particeps beatitudinis. ergo charitas nõ est ex charitate diligenda.

¶3 Præterea, Charitas est amicitia quædã vt suprà dictũ est*. Sed nullus potest habere amicitiam ad charitatẽ, vel aliquod accidens, quia huiusmodi redamare non possunt: quod est de ratione amicitiæ, vt dicitur in 8. Ethic. * Ergo charitas nõ est ex charitate diligenda.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit. 8* de tri. Qui diligit proximum, cõsequens est vt etiam ipsam dilectionem diligat. Sed proximus diligitur ex charitatę. Ergo consequens est, vt etiam charitas ex charitate diligatur.

¶RESPONDEO, dicendũ quod charitas amor quidã est. Amor autẽ ex natura potẽtiæ, cuius est actus, habet quod possit supra seipsum reflecti. Quia enim volũtatis obiectũ est bonum vniuersale, quicquid sub rõne boni cõtinetur, potest cadere sub actu volũtatis. Et quia ipsum velle, est quoddã bonũ, potest velle se velle: sicut & intellectus, cuius obiectũ est verũ, intelligit se intelligere: qa hoc etiam est quoddã verũ. Sed amor etiã ex ratione ꝓpriæ speciei habet, quod supra se reflectatur, qa est spontaneus motus amantis ad amatum. Vnde ex hoc ipso, quod amat aliquis, amat se amare. Sed charitas nõ est simpliciter amor, sed habet rationẽ amicitiæ, vt supra dictũ est*. Per amicitiã autẽ amatur aliquid dupliciter. Vno modo sicut ipse amicus, ad quẽ amicitiã habemus, & cui bona volumus. Alio modo sicut bonum quod amico volumus. Et hoc modo charitas per charitatem amatur, & non primo: quia charitas est illud bonum quod optamus omnibus, quos ex charitate diligimus. Et eadem ratio est de beatitudine, & aliis virtutibus.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ qđ Deus & ꝓximus sunt illi, ad quos amicitiã habemus. Sed in illorũ dilectione includit dilectio charitatis. Diligimus eñ proximũ & Deum, inquantum hoc amamus, vt nos, & proximus, Deum diligamus: quod est charitatem habere.

¶Ad secundum dicendum, quòd charitas est ipsa communicatio spiritualis vitæ, per quã ad beatitudinem peruenitur: & ideo amatur sicut bonum desideratum omnibus, quos ex charitate diligimus.

¶Ad tertium diendum, quod ratio illa procedit secundũ quod p amicitiã amãtur illi, ad quos amicitiam habemus.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum etiam creaturæ irrationales sint ex charitate diligendæ.

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur, ꝙ etiã creaturæ irrationales sint ex charitate diligendæ. Per charitatẽ enim maxime cõformamur Deo. Sed De⁹ diligit creaturas irrationales ex Charitate. Diligit enim omnia, quæ sunt, vt habetur Sapien.11. Et omne quod diligit, seipso

quoniam etiam hic proximus diligitur à quocunque in charitate existente in communi ad charitatem, ita quod in dilectione proximi, vt amici in communi, & in dilectione proximi, & particulari, vt amici diuini, includitur dilectio charitatis in particulari, hoc est vt sit, vel conseruetur, aut augeatur in charitate. Et hic habes vnde mensurare possumus amorem nostrũ, cùm in particulari amamus amicos sanguinis, vel domus, vel ciuitatis, &c. an optemus eis hæc in ordine ad charitatem in eis, an absolute, an inquantum quædam res Dei sunt. Nam primo modo est vera dilectio eorum ex charitate, vt amicorum diuinorum. Secũdo vero est solum dilectio humanæ amicitiæ. Tertiò autem est dilectio humanæ amicitiæ imperata à charitate respiciẽte ad Deũ vt amicum, & ad proximum vt ad rem quandam ipsius amici.

1 dist.17. q.1. art.5. Et dist.26. art.1. ad quintum. — Q.23. art.1. — Cap.3. — Cap.7. tom.3.

¶ Super Quæstionis vicesimæ quintæ Articulum secundum.

D.725.

IN articulo secundo eiusdem quæstionis declarandum illud speciale occurrit, quod amor ex propriæ speciei ratione habere dicitur, licet commune sit omnibus voluntatis actibus ex communi ratione immaterialis potentiæ, quod quilibet potest esse obiectum eiusdem potentiæ, ac per hoc potentia potest super quemlibet suum actum reflecti, non tamẽ est commune omnibus actib⁹ huiusmodi, quòd quilibet possit esse obiectum actus eiusdem rationis. Nullus enim irascitur contra iram suã, nec desperat se desperare. Et rursus licet aliquis actus huiusmodi possit est obiectum actus eiusdem rationis (Potest eñ aliquis desiderare se desiderare, iuxta illud, Concupiuit anima mea desiderare) non tamen conuenit hæc ei ex ratione propriç speciei, sed aliunde. Propter quod in litera de amore specialiter dictum est, quod ex ratione propriæ speciei habet quod reflectatur supra seipsum: hoc est, quod sit obiectum act⁹ eiusdem rationis in eadem potentia. Et ratio assignatur, quia est spõtaneus motus amantis ad amatum: Hoc est, quia ad rationem amoris sufficit, quod sit spõtaneus motus amantis ad amatum. Ex hac enim sufficientia sequitur, quod amor ipse, ex hoc ipso, quod est amor, est amabilis. Nam ex hoc, quod

Q.23. art.1. — 3.dist.28. art.2. & 5. Et Vir. q.2. art.7. cor.

seipso diligit, qui est charitas. ergo & nos debemus creaturas irrationales ex charitate diligere.

¶2 Præterea, Charitas principaliter fertur in Deũ. Ad alia aũt se extẽdit, secundũ quod ad Deũ pertinẽt. Sed sicut creatura rationalis ptinet ad Deũ, inquãtum similitudinẽ habet imaginis, ita etiã creatura irrationalis, inquantũ habet similitudinẽ vestigij. ergo charitas etiã se extẽdit ad creaturas irratiõales.

¶3 Præterea, Sicut charitatis obiectũ est Deus, ita & fidei. Sed fides se extendit ad creaturas irrationales, inquantũ credim⁹ cœlum & terrã esse creata à Deo, & pisces & aues esse productos ex aquis, & gressibilia animalia & plantas ex terra. ergo Charitas etiam se extendit ad creaturas irrationales.

¶SED CONTRA est, ꝙ dilectio charitatis solũ se extẽdit ad Deum & ad ꝓximũ. Sed noĩe ꝓximi non põt intelligi creatura irrationalis: qa non cõmunicat cum homine in vita rationali. ergo charitas nõ se extẽtit ad creaturas irratiõales.

q.23.art. 1. & arti. præ.

¶RESPONDEO, dicẽdum quod charitas secundũ ꝓdicta* est amicitia quædã. Per amicitiã autẽ amat aliquid dupliciter. Vno quidẽ modo amicus, ad quẽ amicitia habetur. Et alio modo bona, q̃ amico optat. Primo ergo modo nulla creatura irrationalis potest ex charitate amari. Et hoc triplici rõne. Quarũ duæ pertinẽt cõmuniter ad amicitiã, quæ ad creaturas irrationales haberi nõ potest. Primo quidẽ quia amicitia ad eum habetur, cui volumus bonũ. Sed non proprie possumus bonum velle creaturæ irrationali: quia nõ est eius ꝓpriẽ habere bonũ, sed solũ creaturę rationalis, quæ est domina vtẽdi bono, quod habet p liberum arbitriũ. Et ideo Philosophus dicit in 2. Physic.* ꝙ huiusmodi rebus nõ dicimus aliquid bene, vel male cõtingere, nisi secundum similitudinẽ. Secundò, quia omnis amicitia fundat sup aliqua cõmunicatione vitæ: nihil enim ita ꝓprium est amicitiæ, sicut bona vita, vt patet p Philosophũ 8. Ethic.* Creaturæ autẽ irrationales nõ possunt cõmunicationẽ habere in vita humana, quæ est secundum rationẽ. Vnde nulla amicitia potest haberi ad creaturas irrationales, nisi forte secundũ metaphorã. Tertia ratio est propria charitati: qa charitas fundat super cõmunicatione beatitudinis æternæ: cuius creatura irrationalis capax nõ est. Vnde amicitia charitatis nõ potest haberi ad creaturã irrationalẽ: Possunt tamẽ ex charitate diligi creaturæ irrationales: sicut bona, q̃ aliis volumus, inquantum, scilicet ex charitate volumus eas cõseruari ad honorẽ Dei, & vtilitatẽ hominum. Et sic etiã ex charitate Deus eas diligit. Vnde patet responsio ad primũ.

Tex.59. — Cap.3. & 4.

¶AD SECVNDVM dicendum, quòd similitudo vestigij non dat capacitatem vitæ æternæ, sed similitudo imaginis. Vnde non est similis ratio.

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ fides se potest extendere ad omnia quocũq; modo vera. Sed amicitia charitatis se extendit ad illa sola, q̃ nata sunt habere bonũ vitæ æternæ. Vnde nõ est simile.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum homo debeat seipsum ex charitate diligere.

1.dist.32. q.1.art.2. ad tertiũ. & 3.dist. 26 art. & Vir q.2. 4.art.7. cor. & ad 10.11 12. 13 & 14. * Homil. 17.in Euang. *Cap.3. & 8. † q.2.3. art.1.

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur quòd homo non diligat seipsum ex charitate, dicit enim Greg. in quadam homil.* quod charitas minus quã inter duos haberi non potest. ergo ad seipsum nullus habet charitatem.

¶2 Præterea, Amicitia de sui ratione importat redamationẽ & æqualitatẽ, vt patet in 8 Ethico.* Quæ quidẽ non possunt esse homini ad seipsum. Sed charitas amicitia quædã est, vt supra dictũ est.† ergo ad seipsum aliquis charitatẽ habere non põt.

¶3 Præterea, Illud quod ad charitatem pertinet, non potest esse vituperabile: quia charitas non agit perperàm, vt dicitur primæ ad Cor.13. Sed amare seipsum est vituperabile. Dicitur enim secundo ad Timoth. 3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines amantes seipsos. ergo homo non potest seipsum diligere ex charitate.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Leuit.19. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Sed amicum ex charitate diligimus. ergo nõsipsos ex charitate debemus diligere.

¶RESPONDEO, dicẽdum quod cum charitas sit quædã amicitia, sicut dictũ est,* dupliciter possumus de charitate loqui. Vno modo sub cõmuni ratione amicitiæ: & secundũ hoc dicendũ est, ꝙ amicitia ꝓpriè non habetur ad seipsum, sed aliquid maius amicitia: quia amicitia vnionẽ quandã importat. Dicit eñ Dionys.* quod amor est virtus vnitiua. Vnicuiq; autẽ ad seipsum est vnitas, q̃ est potior vnione ad aliũ. Vnde sicut vnitas est principiũ vnionis, ita amor, quo qs diligit seipsum, est forma, & radix amicitiæ. In hoc enim amicitiã habemus ad alios, quod ad eos nos habemus, sicut ad nosipsos. Dicitur enim in 9. Ethic.* quod amicabilia, q̃ sunt ad alterum, veniunt ex his q̃ sunt ad seipsum. Sicut etiã de principiis nõ habetur sciẽtia: sed aliquid maius, scilicet intellectus. Alio modo possumus loqui de charitate secundũ propriã rationem ipsius, prout scilicet est amicitia hominis ad Deum principaliter, & ex consequenti ad ea quæ sunt Dei. Inter q̃ etiam est ipse homo, qui charitatem habet. Et sic inter cætera, quæ ex charitate diligit quasi ad Deum pertinentia etiam seipsum ex charitate diligit.

q 23 art. 1. — Cap.4. de diui.nom.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod Greg. loquitur de charitate secundum cõmunẽ amicitiæ rationẽ. Et secundum hoc etiam procedit secunda ratio.

¶Ad tertium dicendum, quod amãtes seipsos vituperãtur, inquãtum amant se secundum naturã sensibilem, cui obtemperãt: quod non est vere amare seipsum secundum naturã rationalem, vt sibi velint ea bona, quæ pertinent ad perfectionem rationis. Et hoc modo præcipuè ad charitatem pertinet diligere seipsum.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum homo debeat corpus suum ex charitate diligere.

AD QVINTVM sic ꝓceditur. Videtur, quod homo nõ debeat corp⁹ suum ex charitate diligere. Nõ enim diligimus illum cui cõuiuere non volumus. Sed homines charitatẽ habẽtes refugiũt corporis conuictũ, secundum illud Ro. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? & Philip.1. Desiderium habẽs dissolui, & esse cũ Christo. ergo corpus nostrum non est ex charitate diligendum.

¶Præterea, Amicitia charitatis fundatur super cõmunicatione diuinæ fruitionis: Sed huiusmodi fruitionis corpus particeps esse non potest. ergo corpus non est ex charitate diligendum.

¶Præterea, Charitas cũ sit amicitia quædam, ad eos habetur, qui redamare possunt: Sed corpus nostrum non potest nos ex charitate diligere. ergo non est ex charitate diligendum.

¶SED CONTRA est, ꝙ Aug. in 1. de doct. Christ.* ponit quatuor ex charitate diligenda: inter quæ vnum est corpus proprium.

¶RESPONDEO, dicendum, quod corpus nostrum secundum duo potest considerari. Vno modo secundũ eius naturam. Alio modo secundum corruptionem culpæ & pœnæ. Natura autem corporis nostri nõ est à malo principio creata, vt Manichæi fabulãtur, sed est à Deo. Vnde possumus ea vti ad seruitium Dei: secundum illud Rom. 6. Exhibete membra vestra arma iustitiæ Deo. Et ideo ex dilectione charitatis, qua diligimus Deum, debemus etiam corpus nostrum diligere. Sed infectionem culpæ, & corruptionem pœnæ in corpore nostro diligere non debemus, sed potius ad eius remotionem anhelare desiderio charitatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod Apostolus non refugiebat corporis cõmunionem, quantum ad corporis naturam, imò secundum hoc nolebat ab eo spoliari secundum illud 2. ad Corin.5. Nolumus expoliari, sed superuestiri. Sed volebat carere infectione cõcupiscentiæ, quæ remanet in corpore, & corruptione ipsius, quæ aggrauat animã, ne possit Deũ videre. Vnde signanter dixit, de corpore mortis huius.

¶Ad secundum dicendũ, quod corpus nostrum, quãuis Deo frui non possit, cognoscendo & amando ipsum: tamen per opera, quę per corpus agimus, ad perfectam Dei fruitionẽ possumus venire. Vnde ex fruitione animæ redundat quędã beatitudo ad corpus, scilicet sanitatis, & incorruptionis vigor, vt Augus.

est spontaneus motus in amatũ sequit, quod ipse motus sit cõplacẽs amãti: ac p hoc amabilis, qa in quodlibet cõplacens alicui, potest habere spõtaneũ motũ amãtis ad amatũ, ex quo aliud nõ requiritur. Non sic autẽ desideriũ: quoniã desideratũ vt sic est absens: desideriũ autẽ vt sic, nõ est absens: ac per hoc, vt sic non constituit se desiderabile, sed aliunde, scilicet ex hoc, ꝙ non habetur, ꝓpter quod in incipientiũ, aut etiã proficiẽtium persona, patientiũ interruptionẽ desiderij diuini dictũ est. Concupiuit anima mea desiderare in omni tẽpore iustificationes tuas. Et simile est in actu spei, timoris, & huiusmodi.

Cap.8.

¶ Super Quæstionis vicesimæ quintæ Articulum quartum.

IN articul. 4. eiusdem quęstionis aduerte, ne fallaris in secũdo distinctionis, mẽbro, putãs qđ ex propria charitatis ratione homo diligat seipsum non vt volẽs sibiipsi charitatẽ, sed vt quã dã rem Dei. Hoc enim falsum esse etiã patet ex litera ibidẽ dicẽte, prout est amicitia ad Deũ principaliter, & ex consequẽti ad ea quæ sunt Dei Dicendo amicitiam ad ea quæ sunt Dei, insinuat ad ea quæ sunt Dei, vt amica, inter quæ est ipse homo charitatẽ habens: diligit ergo se quis ex propria charitatis ratione vt amicum Dei.

¶ Super Quæstionis vicesimæ quintæ Articulum quintum.

3.dist.28. art.7. & Virt.c.2. art 7.cor. ad 14. & 15.

IN articul.5. in responsione ad tertiũ, dubiũ adhuc post responsionẽ restat de charitate, qua diligimus etiam corpus ꝓximi quod non potest nos redamare, quomodo ex charitate diligit.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ corpus ꝓximi diligitur ex charitate, non vt amicus diligitur, ꝓpriè loquendo, sed vt pars amici: & ꝓpterea sufficit redamatio amici, cuius est pars, respectu aũt proprij corporis neutrius redamatio requiritur. Et hoc singulare voluit Autor per illã responsionẽ docere.

¶ Sup Quæstionis vicesimæ quintæ Articulum sextũ.

IN artic.6. in responsione ad quintum, nota quã temerarie cũ peccatoribus habitas, aut conuersaris, præsumens te esse perfectum quod si

Cap.25. & 26. tom 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc nō sentis de teipso, fuge peccatorū consortia in cōmuni conuersatione, comedēdo, colloquendo, connegotiādo: &c, quoniā perfectorū est, aut perfecti personā induentis tute conuersari cum peccatoribus.

Epi. 56. tom. 2.

¶ *Sup Quæstionis vicesimæ quintæ Articulum septimum.*

3. dist. 28. art. 4. Et vir. qō. 2. artic. 8. ad 8. & 9.

IN articul. septimo fige in corde tuo cōclusiones huius artic. & qualiter mali, vt sic, non amāt seipsos, & quinque signa veri amoris ꝓprij, qui solis bonis conuenit, & velle interiorē hominē, hoc est partē rationalē viuere: velle illi bona virtutum: operari ad hæc, conuersari secum intus delectabiliter, concordare cū illo seu illa. Et per signa examinare ipsum, an vere sis bonus an vere ames teipsum, an sis tu tibi inimicus: & hæc frequēter, imo quotidie meditare.

Hom. 30. in Euan.

Aug. dicit in epist. ad Diosc. * Et ideo qa corpus aliquo modo est particeps beatitudinis, potest dilectione charitatis amari.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ redamatio habet locū in amicitia, quæ est ad alterum: non autē in amicitia, quæ est ad seipsum, vel secundum animam, vel secundum corpus.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum peccatores sint ex charitate diligendi.

AD SEXTVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ peccatores nō sint ex charitate diligendi. Dicitur enim in Psalm. Iniquos odio habui. Sed Dauid charitatem perfectā habebat. Ergo charitate magis sunt odiendi peccatores, quàm diligēdi.

¶ 2 Præterea, probatio dilectionis exhibitio est operis, vt Greg. dicit in Homilia * Pentec. Sed peccatorib⁹ iusti non exhibēt opera dilectionis, sed magis opera, quæ videntur esse odij: secundum illud Psal. In matutino interficiebā omnes peccatores terræ. Et Dominus præcepit Exod. 22. Maleficos nō patieris viuere. Ergo peccatores nō sunt ex charitate diligendi.

¶ 3 Præterea, Ad amicitiā pertinet, vt amicis optemus, & velimus bona. Sed sancti ex charitate optant peccatoribus mala, secundum illud Psalm. Conuertantur peccatores in infernum. Ergo peccatores non sunt ex charitate diligendi.

¶ 4 Præterea. Propriū est amicorū de eisdē gaudere, & idē vel le. Sed charitas nō facit velle ꝙ peccatores volunt: neq; facit gaudere de hoc, de quo peccatores gaudent: sed magis facit contrarium. Ergo peccatores non sunt ex charitate diligendi.

Cap. 5.

¶ 5 Præterea, Proprium est amicorum simul conuiuere, vt dicitur in 8 Ethic. * Sed cum peccatoribus nō est conuiuendum: secundum illud 2. ad Corinth. 6. Recedite de medio eorum. Ergo peccatores non sunt ex charitate diligendi.

Cap. 30. tom. 3.

¶ SED CONTRA est, ꝙ Aug. dicit in 1. de doc. Chri. * quòd cùm dicitur, Diliges proximum tuum, manifestum est omnem hominem proximum esse deputandum. Sed peccatores non desinunt esse homines: quia peccatum non tollit naturam. Ergo peccatores sunt ex charitate diligendi.

¶ RESPONDEO, dicendū quod in peccatoribus duo possunt cōsiderari, scilicet natura & culpa. Secundum naturā quidē, quā à Deo habēt, capaces sunt beatitudinis, sup cuius cōmunicatione charitas fundat, vt suprà dictū est. * Et ideo secundum naturā suā sunt ex charitate diligēdi. Sed culpa eorū Deo contrariatur, & est beatitudinis impedimentum. Vnde secundū culpā, quæ Deo aduersatur, sunt odiendi quicunque peccatores, etiā pater & mater & propinqui: vt habetur Luc. 14. Debemus enim in peccatoribus odire, quòd peccatores sunt, & diligere, quòd homines sunt beatitudinis capaces. Et hoc est eos vere ex charitate diligere propter Deum.

q. 23. art. 1. & 5. & in ista q. art. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quod iniquos prophe ta odio habuit, inquātum iniqui sunt, habēs odio iniquitatem ipsorum: quod est ipsorum malum. Et hoc est perfectū odium, de quo ipse dicit, Perfecto odio oderā illos. Eiusdē autem rationis est odire malum alicuius, & diligere bonum eius. Vnde etiā illud odium perfectum ad charitatem pertinet.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ amicis peccatorib⁹, sicut Philosophus dicit in nono Ethicorum, * nō sunt subtrahēda amicitiæ beneficia, quousq; habeatur spes sanationis eorum: sed magis est eis auxilium dādum ad recuperationē virtutis, quā ad recuperationē pecuniæ, si eam amisissent: quāto virtus est magis amicitiæ affinis, quàm pecunia. Sed quādo in maximā malitiā incidunt, & insanabiles fiunt: tunc nō est eis amicitiæ familiaritas exhibenda. Et ideo huiusmodi peccātes, de quib⁹ magis præsumitur nocumentum aliorum quā eorum emēdatio, secundum legē diuinā, & humanā præcipiuntur occidi. Et tamē hoc facit iudex non ex odio eorum, sed ex amore charitatis, quo bonum publicum præfertur vitæ singularis personæ. Et tamen mors ꝓ iudicē inflicta peccatori prodest siue conuertat ad culpæ expiationē, siue etiā non cōuertatur ad culpæ terminationem: quia ꝓ hoc tollitur ei potestas amplius peccandi.

Cap. 3. tom. 5.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ huiusmodi increpationes quæ in sacra Scriptura inueniūtur, tripliciter possunt intelligi. Vno modo ꝓ modū pronuntiationis, non ꝓ modū optationis, vt sit sensus Psal. 9. Conuertātur peccatores in infernū, id est, cōuertētur. Alio modo ꝓ modū optationis, vt tamē desideriū optātis non referat ad pœnā hominum, sed ad iustitiā puniētis (secundum illud, Lętabitur iustus, cum viderit vindictā) qa nec ipse Deus puniens lætatur in perditione impiorum, vt dicit Sap. 1. sed in sua iustitia: quia iustus dns, & iustitias dilexit. Tertiò vt desiderium referatur ad remotionē culpæ, non ad ipsam pœnam, vt scilicet peccata destruantur & homines remaneant.

¶ Ad quartum dicendū, ꝙ ex charitate diligimus peccatores: non quidē vt velimus q̄ ipsi volunt, vel gaudeamus de his de quibus ipsi gaudēt, sed vt faciamus eos velle quod volumus, & gaudere de eis de quibus gaudemus. Vnde dicitur Iere. 15. Ipsi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos.

¶ Ad quintū dicēdum, ꝙ conuiuere peccatorib⁹ infirmis quidē est vitādum ꝓpter periculum, quod eis imminet, ne ab eis subuertātur. Perfectis autē de quorum corruptione non timetur, laudabile est, ꝙ cum peccatoribus cōuersentur vt eos cōuertant. Sic enim Dominus cum peccatoribus māducabat & bibebat, vt dicit Matth. 9. conuictus tamē peccatorum quantum ad cōsortium peccati, vitandus est omnibus. Et sic dicitur 2. ad Cor. 6. Recedite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis, scilicet secundum peccati consensum.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum peccatores diligant seipsos.

AD SEPTIMVM sic ꝓceditur. Videtur, ꝙ peccatores seipsos diligāt. Illud enim quod est principiū peccati, maxime in peccatorib⁹ inuenitur. Sed amor sui est principium peccati. Dicit enim Aug. 14. de ciuit. Dei, * quod facit ciuitatē Babylonis. Ergo peccatores maximè amant seipsos.

*3. dist. 29. art. 1. & vlt. q. 2. ante 12. ad sextum. Et Psal. 10. col. 2. * Cap. 7. tom. 5.*

¶ 2 Præterea, Peccatū nō tollit naturā. Sed hoc vnicuiq; cōuenit ex sua natura, ꝙ diligat seipsum: vnde etiā creaturæ irrationabiles naturaliter appetunt ꝓpriū bonū, puta cōseruationē sui esse, & alia huiusmodi. Ergo peccatores diligūt seipsos.

¶ 3 Præterea, Omnibus est diligibile bonum, vt Dio. dicit in 4. * cap. De diui. no. Sed multi peccatores reputant se bonos. Ergo multi peccatores seipsos diligunt.

par. 1.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Psalm. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.

¶ RESPONDEO, dicendum quod amare seipsum vno modo cōmune est omnib⁹, alio modo ꝓpriū est bonorū, tertio modo ꝓprium est malorū. Quod em aliquis amet id quod seipsum esse æstimat, hoc cōmune est omnib⁹. Homo autē dicit esse aliquid dupliciter. Vno modo secundū suā substātiam, & naturā: & secundū hoc oēs æstimāt bonū cōmune se esse id, qđ sunt, scilicet ex anima, & corpore cōpositos, & sic etiā oēs homines boni, & mali diligunt seipsos: inquantum diligunt suiipsorū conseruationē. Alio modo dicit homo esse aliquid secundū principalitatē, sicut princeps ciuitatis dicitur esse ciuitas. Vnde ꝙ principes faciunt, dicit ciuitas facere. Sic autē nō oēs æstimāt se esse id quod sunt. Principale em in homine est mens rationalis. Secundariū autē est natura sensitiua & corporalis: quorū primum Apostolus nominat interiorē hominem, secundum exteriorē: vt patet secundo ad Corinth. 5. Boni autē ęstimāt principale in seipsis rationalē naturā, siue interiorē hominē: vnde secundum hoc ęstimāt se esse qđ sunt. Mali autē æstimāt principale in seipsis naturā sensitiuā, & corporalem, scilicet exteriorē hominem: vnde non recte cognoscentes seipsos, non vere diligunt seipsos, sed diligunt id quod seipsos esse reputant. Boni autem vere cognoscentes seipsos, vere seipsos diligunt. Et hoc probat Philosophus in nono Ethico. * ꝙ quinq;, quæ sunt amicitiæ ꝓpria. Vnusquisq; enim amicus primò quidem vult suum amicum esse & viuere, secundò vult ei bona, tertiò operat bona ad seipsum: quartò cōiuiit ei delectabiliter, quintò cōcordat cum ipso quasi cū eodē delectatus & contristatus. Et secundū hoc boni diligunt seipsos, quātum ad interiorē hominē, quia etiā volunt ipsum seruari in sua integritate, & optāt ei bona ei⁹, q̄ sunt bona spiritualia, & etiā ad assequēda opera intendunt & delectabiliter ad cor proprium redeunt: quia ibi inueniunt bonas cogitationes in præsenti, & memoriā præteritorum, & spem futurorum bonorū, ex quibus delectatio causatur. Similiter etiā non patiuntur in seipsis voluntatis dissensionem: qa tota anima eorum tendit in vnum. E contrario autē mali non volunt cōseruari in integritate interioris hominis, neq; appetunt eius spiritualia bona, neq; ad hoc operantur, neq; delectabile est eis secum cōuiuere, redeundo ad cor: quia inueniunt ibi mala & præsentia, & præterita, & futura, quæ abhorrent, neq; etiā sibiipsis cōcordāt propter conscientiā remordentem, secundum illud Psalmi 46. Arguā te & statuā contra faciem tuā. Et per eadem probari potest, quòd mali amant seipsos secundum corruptionē exterioris hominis: sic autem boni non amant seipsos.

Cap. 4. tom. 5.

¶ AD

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ amor sui, qui est principiū peccati, est ille, qui est proprius malorū perueniens vsq; ad contemptum Dei, vt ibidem dicitur: quia mali etiam sic cupiunt exteriora bona, quòd spiritualia contemnunt.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ naturalis amor etsi nō totaliter tollatur à malis: tamē in eis peruertitur per modum iam dictum. *

In corp.

¶ Ad tertium dicendum, quòd mali inquantum æstimant se bonos, sic aliquid participant de amore sui. Nec tamen est ista vera sui dilectio, sed apparens, quæ etiam non est possibilis in his, qui valde sunt mali.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum sit de necessitate charitatis, vt inimici diligantur.

*3. dist. 30. art. 1. Et vir. q. 2. art. 8. & Opusc. 4. cap. 8. & Opusc. 180 cap. 15. Et Rom. 12. lect. 3. * Cap. 73.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ nō sit de necessitate charitatis, vt inimici diligantur. Dicit enim Aug. in Enchiridio, * quòd hoc tam magnum bonum, scilicet diligere inimicos, non est tantæ multitudinis quātùm credimus exaudiri, cùm in oratione dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Sed nulli dimittitur peccatum sine charitate, quia vt dicitur Prou. 10. Vniuersa delicta operit charitas. ergo non est, de necessitate charitatis diligere inimicos.

¶ 2 Præterea, Charitas nō tollit naturā. Sed vnaquæq; res etiā irrationabilis naturaliter odit suū cōtrarium, sicut ouis, lupū, & aqua ignē. ergo charitas non facit, quòd inimici diligātur.

¶ 3 Prætera, Charitas non agit perperam. Sed hoc videtur esse peruersum, quod aliquis diligat inimicos, sicut & quòd aliquis odio habeat amicos. Vnde 2. Reg. 19. exprobrando dicit Ioab Dauid, Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. ergo charitas non facit, vt inimici diligantur.

¶ SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Matth. 5. Diligite inimicos vestros.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd dilectio inimicorū tripliciter potest cōsiderari. Vno modo vt inimici diligātur, inquantum sunt inimici: & hoc est d peruersum & charitati repugnans, quia hoc est diligere malum alterius. Alio modo potest accipi dilectio inimicorū, quantū ad naturam, scilicet in vniuersali, & sic dilectio inimicorū est de necessitate charitatis, vt scilicet aliquis diligens Deū & proximū, ab illa generalitate dilectionis proximi, inimicos suos non excludat. Tertiò potest cōsiderari dilectio inimicorū in speciali, vt scilicet aliquis in speciali moueatur motu dilectionis ad inimicum. Et istud non est de necessitate charitatis absolutè: quia nec etiam moueri motu dilectionis in speciali ad quoslibet homines singulariter est de necessitate charitatis: quia hoc esset impossibile, est tamē de necessitate charitatis secundū præparationē animi, vt scilicet homo habeat animū paratū ad hoc, ꝙ in singulari inimicū diligeret, si necessitas occurreret. Sed quòd absque articulo necessitatis homo etiam hoc actu impleat, vt diligat inimicum propter Deū, hoc pertinet ad perfectionē charitatis. Cùm enim ex charitate diligatur proximus propter Deum, quantò aliquis magis diligit Deum, tantò etiā magis ad proximum dilectionem ostēdit, nulla inimicitia impediente. Sicut si aliquis multum diligeret aliquem hominē, amore ipsius, filios eius amaret, imò etiam inimicos sibi. Et secundum hunc modum loquitur Augustinus. *

Loco cita to arg. 1.

¶ AD SECVNDVM, dicendum ꝙ vnaquæq; res naturaliter odio habet id, quod est sibi cōtrarium, inquantum est sibi cōtrarium. Inimici autem sunt nobis cōtrarij inquantum sunt inimici. Vnde hoc debemus in eis odio habere. Debet em nobis displicere, ꝙ nobis inimici sunt. Non autem nobis sunt contrarij inquantum homines sunt, & beatitudinis capaces. Et secundum hoc debemus eos diligere.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ diligere inimicos inquantū sunt inimici est vituperabile: & hoc non facit charitas, vt * dictum est.

In corp.

ARTICVLVS IX.

¶ Sup Quæstionis vicesimæ quintæ Articulum octauū & nonum.

¶ Vtrum sit de necessitate salutis, quod aliquis signa & effectus dilectionis inimico exhibeat.

3. dist. 31. art. 1. ad 1. & art. 1. & Rō. 12. lect. 3. col. 1. fin.

IN artic. 8. & 9. aduertria, primò, ꝙ quia regula generalis est, quòd præcepta affirmatiua, quātum est ex iure naturæ non obligant nisi in articulo necessitatis vt Author hic insinuat, & in quarto sententiarum expresse tenet: & ideo nec interior dilectio inimicorū in speciali, nec exterior beneficentia est in præcepto, nisi in articulo necessitatis. Sufficit

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd ex necessitate charitatis sit, quòd aliquis homo signa vel effectus dilectionis inimico exhibeat. Dicitur enim 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere & veritate. Sed opere diligit aliquis, exhibendo ad eum, quem diligit, signa & effectus dilectionis. Ergo de necessitate charitatis est, vt aliquis huiusmodi signa & effectus inimicis exhibeat.

¶ 2 Præterea, Matth. 5. Dominus similiter dicit, Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos. Sed diligere inimicos est de necessitate charitatis. Ergo & benefacere inimicis.

¶ 3 Præterea, Charitate amatur non solum Deus, sed etiam proximus. Sed Gregor. * dicit in homil. Pente. ꝙ amor Dei non potest esse ociosus: magna enim operatur si est. Si desinit operari, non est amor. ergo charitas, quæ habetur ad proximum, non potest esse sine operationis effectu. Sed de necessitate charitatis est, vt omnis proximus diligatur etiam inimicus. Ergo de necessitate charitatis est, vt etiam ad inimicos signa & effectus dilectionis ostendamus.

¶ SED CONTRA est, quod Mat. 5. super illud, Benefacite his, qui oderunt vos. dicit glos. quòd benefacere inimicis est cumulus perfectionis. Sed id, quod pertinet ad perfectionem charitatis, non est de necessitate ipsius. Ergo non est de necessitate charitatis, quòd aliquis signa & effectus dilectionis inimicis exhibeat.

¶ RESPONDEO, dicendū quòd effectus & signa charitatis ex interiori dilectione procedunt, & ei ꝓportionantur. Dilectio autē interior ad inimicum in cōmuni quidē est de necessitate præcepti absolutè: in speciali autem est non absolutè, sed secundum præparationem animi, vt suprà dictum est. * Sic ergo dicendum est, de effectu, & signo dilectionis, exterius exhibendo. Sunt enim quædam signa vel beneficia dilectionis, quæ exhibētur proximis in cōmuni, puta cùm aliquis orat pro omnibus fidelibus, vel pro toto populo, aut cùm aliquod beneficium impendit aliquis tori cōmunitati. Et talia beneficia vel dilectionis signa, inimicis exhibere est de necessitate præcepti. Si enim nō exhiberentur inimicis, hoc pertineret ad liuorē vindictæ, contra id quod dicitur Leuit. 19. Non quæres vltionē, & non eris memor iniuriæ ciuiū tuorum. Alia vero sunt beneficia vel dilectionis signa, quæ quis exhibet particulariter aliquibus personis. Et talia beneficia vel dilectionis signa inimicis exhibere non est de necessitate salutis, nisi secūdum præparationē animi, vt scilicet subueniatur eis in articulo necessitatis, secūdū illud Prou. 25. Si esurierit inimic⁹ tu⁹, ciba illum: si sitit, da illi potū. Sed quòd præter articulum necessitatis, huiusmodi beneficia aliquis inimicis exhibeat, pertinet ad perfectionem charitatis: per quam aliquis nō solum cauet vinci à malo, quod necessitatis est, sed etiam vult in bono vincere malum, quòd est etiā perfectionis: dum scilicet non solùm cauet propter iniuriam sibi illatam detrahi ad odium, sed etiam propter sua beneficia intendit inimicum pertrahere ad suum amorem.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum debemus angelos ex charitate diligere.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ angelos ex charitate non debeamus diligere. Vt enim Aug. dicit in lib. de Doc. Christ. * Gemina est dilectio charitatis, scilicet Dei & proximi. Sed dilectio angelorum non continetur sub dilectione Dei, cùm sint substantiæ creatę: nec etiam videtur contineri sub dilectio ne proximi: cùm non communicent nobiscum in specie. Ergo angeli nō sunt ex charitate diligendi.

enim ꝙ homo sit paratus ad faciendū, quod tenetur secundū Deū, quā do, vbi, &c. tenebic: quæ præparatio animi est ꝓculdubio in omni habēte charitatē, non minus quàm præparatio animi ad martyrium in articulo necessitatis.

Hom. 30. in Euan.

¶ Secundò, quòd quia loqui huic personæ, salutare illam, emere, vendere, cōuiuari cum isto, & alia huiusmodi, nō sunt actus, qui fiūt ad cōmunitatem, sed ad personas in speciali: ideo non est necessitatis, sed pfectionis quòd aliquis inimico suo loquatur, quod illum saluter, aut aliquid huiusmodi faciat. Et ꝓ prerea caue tu Confessor, ne neges absolutionē, volēti hæc signa dilectionis inimico exhibere. Habes enim in litera regulā distinguentē inter beneficia, quæ exhibentur proximis in communi, & ista sunt, quæ omnibus, aut cōmunitati exhibentur. Et beneficia, quæ exhibentur particulariter aliquibus per sonis: & ista sunt, quę ad particulares, vt sic, sunt quę diximus. Non enim homo tenetur cuilibet homini loqui, nec quēlibet hominem salutare, nec cum quolibet negotiationis cōmerciū habere, & alia huiusmodi. Habes & causam regulæ exterioris, regulā interiorē, qua dicitur ꝙ ex præcepto charitatis non tenetur desēdere ad diligendū hunc, sed sufficit diligere ipsum in cōmuni vel in cōmunitate, vt in litera dicitur.

Ar. præc.

¶ Tertiò, ꝙ cùm inter aliquos ex neutra parte in veritate est inimicitia, sed quia præesset odium vel offensa, neuter vult se flectere, vt loquatur alteri, aut alter tātū recusat loqui alteri, in neutro casu fit contra charitatis præceptū. Et ratio est: quia homo non tenetur ad locutionem, & alia particularia beneuolentiæ signa respectu omniū hominū (vt dictum est) nisi in articulo necessitatis. Et propterea non tenetur loqui, aut respondere isti. Vnde & Dauid, quāuis pepercisset Absalom filio suo, noluit etiā eum videre, sed dixit, Reuertatur in' domum suam, & faciem meam non videat 2. Reg. 4. Hæc autē quamuis vera sint per se loquendo, per accidens tamen ratione scandali, si quādoq; oporteret loqui inimico, prudentis arbitrio, qui circa particularia versatur, relinquetur.

3. dist. 28. art. 3. & vlt. q. 2. articul. 7.

¶ *Sup Quæstionis vicesimæ cor. & ad quintæ, Articulum vltimum.*

*7. & 9. * Lib. 1. c. 26 tom. 3.*

IN reliquis articulis eiusdem 25. quæst. vsque ad vltimum, nihil scribendum occurrit. In vltimo autem in responsione ad primum, dubium

Universidad de Deusto Biblioteca

dubiũ occurrit: quoniá iam dictũ est, ꝙ charitas est vna virtus in specie sub vna ratione formali, *Arti 3. huius q.* omnia, ad quæ se extendit, diligens. Nunc verò dicitur, quòd est diuersa ratio diligibilitatis in diuersis diligibilibus, *Cap. 5.* Repugnant igitur ad inuicem hæc.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ nulla est repugnantia inter dicta, sed explanatio vnitatis & diuersitatis inuẽtę *Cap. 30. to.3.* in obiecto charitatis. Est siquidẽ in eo vnitas formalis atoma quo ad rẽ, q̃ est obiectũ formale charitatis. Est & in diuersarũ rationum habitudo ad illud vnũ formale obiectũ. Nec hoc est singulare in hac re, sed cõmuniter inuenitur in his, q̃ *q.23.ar.1* sunt ad vnũ vel ab vno. Ita ꝙ, exẽpli gratia, quẽadmodũ sanitas est obiectũ formale medicinæ, & vnius est in se ratio formalis sanitas: diuersa tamẽ est habitudo sanorũ ad sanitatẽ, quia diæta est conseruatiua, medicina est factiua, homo est susceptiuus, &c. Ita in proposito obiectũ formale charitatis est ipsa deitas, ad quã aliter se habet Deus, aliter participans in se ipso vt sic, & aliter diligẽs participationẽ in alio, & aliter diffusio eius vsq; ad corpus. Et simile est de communicatione beatitudinis, q̃ ad deitatis cõmunicationẽ spectat: quia aliter se habet Deus, &c. Nec facias vim: ꝙ in litera dicatur ꝙ Deus se habet vt causa. Est enim & causa communicationis essentialiter, eminẽtissime præhabẽs beatitudi- *q.3. ar. 1.ad.1.* nẽ, quam cõmunicat. Est ergo in charitatis abiecto vna ratio diligibilitatis secundũ formalẽ ra- *3.dist.28. art.5. & d.31.q.2. ar.3.q.2. & Ro.13 lec.2 fi.* tionem, qua ex charitate diligitur, quicquid diligitur. Est & diuersa ratio diligibilitatis secundum diuersam habitudinem diligibiliũ ex charitate ad illam vnam rationem formalem.

¶ 2 Præterea, Magis cõueniunt nobiscum bruta animalia, quàm angeli. Nam nos & bruta animalia sumus in eodem genere propinquo. Sed ad bruta animalia nõ habemus charitatem, vt suprà dictum * est, ergo etiam neque ad angelos.

¶ 3 Præterea, Nihil est ita ꝓprium amicorum, sicut cõuiuere, vt dicit in 8. Eth. * Sed angeli nõ conuiuunt nobiscum, nec etiam eos videre possumus. ergo ad eos charitatis amicitiã habere non valemus.

¶ SED CONTRA est, ꝙ August. dicit in primo de Doctr. Christ. * Iã verò, si vel cui præbẽdum à nobis est, vel à quo nobis prębendũ est officiũ misericordię, rectè ꝓximus dicitur: manifestũ est præcepto quo iubemur diligere proximum etiã sanctos angelos cõtineri à quib⁹ multa nobis misericordiæ impẽdunt officia.

¶ RESPONDEO, dicendũ quod amicitia charitatis, sicut suprà dictũ * est fundatur super communicatione beatitudinis æternæ, in cuius participatione communicant cum angelis homines. Dicitur enim Matth. 22. ꝙ in resurrectione erunt homines sicut angeli in cœlo. Et ideo manifestum est, quòd amicitia charitatis etiam ad angelos se extendit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd proximus non solùm dicitur communicatione speciei: sed etiam communicatione beneficiorum pertinentiũ ad vitam æternam, super qua communicatione amicitia charitatis fundatur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ bruta animalia conueniunt nobis in genere propinquo ratione naturæ sensitiuæ, secũdũ quã non sumus participes æternæ beatitudinis, sed secundũ mentẽ rationalem, in qua communicamus cum angelis.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ angeli nõ conuiuũt nobis exteriori cõuersatione, q̃ nobis est secundũ sensitiuã naturã. Conuiuimus tamen angelis secundũ mentẽ, imperfectè quidẽ in hac vita, perfectè autẽ in patria, sicut & suprà dictum est.*

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrũ debeamus dæmones ex caritate diligere.

AD VNDECIMVM sic ꝓceditur. Videt ꝙ dæmones ex charitate debeamus diligere. Angeli enim sunt nobis proximi, inquantum communicamus cum eis rationabili mente. Sed etiã dæmones sic nobiscũ cõmunicant, quia data naturalia in eis manent integra, scilicet esse, viuere, & intelligere: vt dicit Dionys. in 4. cap. de di.no. ergo debemus dæmones ex charitate diligere.

¶ 2 Præterea, dæmones differunt à beatis angelis differentia peccati: sicut & peccatores homines à iustis. Sed iusti homines ex charitate diligunt peccatores. ergo etiam ex charitate debent diligere dæmones.

¶ 3 Præterea, Illi, à quib⁹ beneficia nobis impẽdunt, debent à nobis ex charitate diligi, tanquã proximi, sicut patet ex autoritate Augu. suprà inducta. Sed dæmones nobis in multis sunt vtiles, dũ nos tẽtando, nobis coronas fabricãt: sicut Aug. dicit *Cap.17. o.5.* 11. de Ciu. Dei.* ergo dæmones sunt ex charitate diligendi.

¶ SED CONTRA est quòd dicitur Isa. 28. Delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Sed perfectio pacis & fœderis est per charitatem. Ergo ad dæmones, qui sunt inferni incolæ, & mortis procuratores, charitatem habere non debemus.

Art.6. ¶ RESPONDEO, dicendũ ꝙ sicut suprà dictũ est, * in peccatoribus ex charitate debemus diligere naturã, peccatũ odire. In nomine autem dæmonis significatur natura peccato deformata, & ideo dæmones ex charitate nõ sunt diligẽdi. Et si nõ fiat vis in nomine, & quæstio referatur ad illos spiritus, q dæmones dicunt, vtrũ sint ex charitate diligẽdi: respõden- *Ar.2.& 3.huius q.* dum est secundum præmissa, * ꝙ aliquid ex charitate diligit dupliciter. Vno modo sicut ad quẽ amicitia habetur, & sic ad illos spiritus charitatis amicitiã habere non possumus. Pertinet enim ad rationem amicitiæ, vt amicis nostris bonum velimus. Illud autẽ bonũ vitæ æternæ quod respicit charitas, spiritibus illis à Deo æternaliter dãnatis ex charitate velle non possumus. Hoc enim repugnaret charitati Dei, p quã eius iustitiã approbamus. Alio modo diligitur aliquid, sicut quod volumus permanere vt bonum alterius: per quẽ modum ex charitate diligimus irrationabiles creaturas, inquãtum volumus eas pmanere ad gloriã Dei, & vtilitatẽ hominum: vt suprà dictũ est.* Et p hunc modum, & naturã dæmonum etiam ex charitate diligere possumus, inquãtum scilicet volumus illos spiritus in suis naturalibus conseruari ad gloriam Dei. *Arti.9. huius q.*

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ mẽs angelorum non habet impossibilitatẽ ad æternã beatitudinem habẽdam, sicut habet mẽs dæmonum: & ideo amicitia charitatis, quæ fundatur sup cõmunicatione vitæ æternæ magis, quã sup cõmunicatione naturæ, habetur ad angelos, non autem ad dæmones.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ homines peccatores in hac vita habent possibilitatem perueniendi ad beatitudinẽ æternam: quod non habent illi, qui sunt in inferno damnati: de quibus quantùm ad hoc est eadem ratio, sicut & de dæmonibus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ vtilitas, quæ nobis ex dæmonibus prouenit, nõ est ex eorum intẽtione, sed ex ordinatione diuinæ prouidentiæ. Et ideo ex hoc non inducimur ad habendum amicitiam eorum, sed ad hoc ꝙ simus Deo amici, qui eorum peruersam intentionem conuertit in nostram vtilitatem.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum conuenienter enumerentur quatuor ex charitate diligenda, scilicet Deus, proximus, corpus nostrum, & nosipsi.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ incõuenienter enumerẽtur quatuor ex charitate diligenda, scilicet Deus, proximus, corpus nostrum, & nosipsi. Vt ẽm August. dicit sup Ioan.* Qui non diligit Deum, nec seipsum diligit. In Dei ergo dilectione includitur dilectio suiipsius. Nõ ergo est alia dilectio suiipsius, & alia dilectio Dei. *3.dist.28. art.7.& virt.q.2. art.7. † Trac. 87.10.9.*

¶ 2 Pręterea, Pars non debet diuidi contra totum. Sed corpus nostrum est quædam pars nostri. Non ergo debet diuidi quasi aliud diligibile corpus nostrum à nobisipsis.

¶ 3 Præterea, Sicut nos habemus corpus, ita etiã ꝓximus. Sicut ergo dilectio, qua q̃s diligit ꝓximũ, distinguitur à dilectione qua q̃s diligit seipsum: ita dilectio, qua q̃s diligit corpus ꝓximi, debet distingui à dilectione, qua q̃s diligit corp⁹ suũ. Nõ ergo cõueniẽter distinguuntur quatuor ex charitate diligẽda.

¶ SED CONTRA est, quod August. dicit in 1. de Doc. Christ.* Quatuor sunt diligẽda: vnũ quod suprà nos est, scilicet Deus: alterũ, qđ nos sumus: tertiũ qđ iuxta nos est, scilicet ꝓximus: quartũ, quod infra nos est, scilicet propriũ corpus. *Cap.23. & 26. to.3.*

¶ RESPONDEO, dicendũ ꝙ, sicut dictũ* est, amicitia charitatis sup cõicatione beatitudinis fundat, in qua qdẽ cõicatione, vnum quidẽ est qđ consideraẽ, vt principium influẽs beatitudinẽ, scilicet Deus. Aliud est beatitudinẽ directè participãs, scilicet homo & angelus. Tertium autẽ est id, ad quod p quandã redundantiã beatitudo deriuat, scilicet corpus humanum. Id quidẽ qđ est beatitudinẽ influens, est ea ratione diligibile, q̃a est beatitudinis causa. Id autẽ quod est beatitudinẽ participãs potest esse duplici ratione diligibile, vel q̃a est vnũ nobiscum, vel quia est nobis cõsociatũ in beatitudinis participatione, & secundum hoc sumunt duo ex charitate diligibilia, prout scilicet homo diligit & seipsum, & proximum. *q.23. art.1.& 5. q.huius art.3.6.& 10.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ diuersa habitudo diligẽtis ad diuersa diligibilia facit diuersã rationẽ diligibilitatis: & secundũ hoc q̃a est alia habitudo hominis diligẽtis ad Deũ & ad seipsum: ꝓpter hoc ponunt duo diligibilia, cũ dilectio vni⁹ sit causa dilectiõis alteri⁹. Vnde ea remota, alia remouet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd subiectum charitatis est mẽs rationalis, quæ potest esse beatitudinis capax, ad quam corpus directè non attingit, sed solùm per quãdam redundantiam. Et ideo homo secundum rationalem mentem, quæ est principalis in homine, alio modo se diligit secundum charitatem, & alio modo secundum corpus proprium.

¶ Ad tertium dicendũ, quod homo diligit proximũ & secundum animã & secundum corpus ratione cuiusdã cõsociationis in beatitudine. Et ideo ex parte ꝓximi est vna tãtum ratio dilectionis. Vnde corpus ꝓximi non ponitur spãle diligibile.

QVÆSTIO VIGESIMASEXTA DE ORDINE charitatis, in tredecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ordine charitatis. ¶ Et circa hoc quæruntur tredecim. ¶ Primò, vtrum sit aliquis ordo in charitate.

¶ Secund

¶ Super Quæstionis vicesimæ sextæ Articulum primum.

IN articulo primo q. vicesimæ sextæ in princip. corporis articuli, dubium primo occurrit circa processum Autoris. Videtur enim nullo pacto probare illam propositionem, quam tamẽ concludit, scilicet vbicũque est aliquod principium, ibi est aliquis ordo. Infert namque eam ex duabus propositionibus. Prima est, prius & posterius dicuntur secundum relationem ad aliquod principium. Secunda est, Ordo includit in se aliquem modum prioris & posterioris. Ex his enim propositionibus bene sequitur, quod ordo attendatur secundum aliquod principium. Nam si ordo *3.dist.19. artic.1.& virt. q. 2. art.9.* includit prius & posterius, & hæc referuntur ad principiũ: sequitur quod ordo ad principium reducendus sit, ac per hoc vbi est ordo, ibi est principium. Sed in litera concluditur non ista, sed eius conuertens: scilicet quod vbi est principium, ibi est ordo.

¶ Dubium secundo occurrit in eodem processu circa virtutem secundæ propositionis. scilicet, Ordo includit in se aliquem modum prioris & posterioris. Contradicit enim doctrinæ traditæ in tractatu de Trinitate. Nam dictum est, quòd in diuinis est ordo, non quo alter est prior altero, sed quo alter est ab altero. Non *Tex. 16. tom.3.* ergo ordo vniuersaliter includit aliquem modum prioris & posterioris.

q. præce. art.12. & q.23. art.1. ¶ Ad primum dubium, dicitur, quòd autoris intentio non est, ex illis propositionibus syllogizare conclusionem illam. Clare nanque liquet quod sua Conuertens syllogizaretur potius ex illis. Sed intentio Autoris est ex vna causa deducere duos effectus adinuicem sic ordinatos, quod secundus includit & assequitur primum, ita vt etiam cau- ** Ar.7. q.23.* sa ipsa non possit esse in actu sine secundo effectu, quod est dicere, Vbicunque est illa causa, oportet adesse talem ** q. 23. art.7.q.1. art.1.* secundum effectum. Et vt melius quod dicimus percipiatur, intentio Autoris est, quod ex hoc ipso, quod aliquid ponitur habere rationem *D.222.* principij in actu, sequitur statim ratio prioris & posterioris, quia prioritas ponitur in principio, & posterioritas in principiato. Et rursus ex hoc ipso, quod aliquid ponitur habere rationem principij in actu, ponitur ordo inter ipsum principium prius & principiatum posterius. Ordo igitur licet includat prius & posterius,

¶ Secundò, vtrum homo debeat deũ diligere plus quam proximum. ¶ Tertiò, vtrum plus quàm seipsum. ¶ Quartò vtrũ se plus quam proximum. ¶ Quintò, vtrũ homo debeat plus diligere proximum quàm corpus proprium. ¶ Sextò, vtrum vnum proximum plus quàm alterum. ¶ Septimò, vtrum plus proximũ meliorem, vel sibi magis coniunctum. ¶ Octauò, vtrum plus coniunctum sibi secundũ carnis affinitatem, vel secundum alias necessitudines. ¶ Nonò, vtrũ ex charitate plus debeat diligere filium, quàm patrem. ¶ Decimo, vtrum plus debeat diligere matrem, quàm patrem. ¶ Vndecimo, vtrum plus vxorem, quàm patrẽ vel matrem. ¶ Duodecimò, vtrum magis benefactorem, quam beneficiatũ. ¶ Decimotertiò, vtrum ordo charitatis maneat in patria.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum in charitate sit ordo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod in charitate non sit aliquis ordo. Charitas enim est quædam virtus. Sed in aliis virtutibus non assignatur aliquis ordo. Ergo neque in charitate aliquis ordo assignari debet.

¶ 2 Præterea, Sicut fidei obiectum est prima veritas, ita charitatis obiectũ est summa bonitas. Sed in fide non ponitur aliquis ordo, sed omnia æqualiter creduntur. Ergo nec in charitate debet poni aliquis ordo.

¶ 3 Præterea, Charitas in volũtate est. Ordinare autem non est voluntatis, sed rationis. Ergo ordo nõ debet attribui charitati.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Cant. 2. Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatẽ.

¶ RESPONDEO dicẽdum ꝙ sicut Philosophus dicit in 5.* Metap. Pri⁹ & posterius dicitur secundũ relationẽ ad aliquod principium. Ordo autem includit in se aliquẽ modũ prioris & posterioris. Vnde oportet ꝙ vbicunq; est aliquod principium, sit etiam aliquis ordo. Dictũ autem est supra, * ꝙ dilectio charitatis tendit in Deum, sicut in principium beatitudinis, in cuius communicatione amicitia charitatis fundatur: & ideo oportet quòd in his, quæ ex charitate diliguntur, attendatur aliquis ordo secundum relationem ad primum principium huius dilectionis, quod est De⁹.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ charitas tendit in vltimum finem sub ratione finis vltimi, quod non conuenit alicui alij virtuti, vt supra dictum est.* Finis aũt habet rationem principij in appetibilibus & in agendis, vt ex supradictis* patet: Et ideo charitas maxime importat cõparationẽ ad primũ principiũ. Et ideo in ea maxime cõsideratur ordo secũdũ relationẽ ad primũ principium.

¶ Ad secundũ dicendũ, quod fides pertinet ad vim cognoscitiuam, cuius operatio est d secundũ quod res cognitæ sunt in cognoscente. Charitas autem est in vi effectiua: cuius operatio consistit in hoc quod anima tendit in ipsas res. Ordo aũt principalius inuenitur in ipsis rebus, & ex eis deriuatur ad cognitionẽ nostrã. Et ideo ordo magis appropriatur charitati, quam fidei: licet etiã in fide sit aliquis ordo, secũdum quod est principaliter de Deo: secundario autẽ de aliis, quę referuntur ad Deum.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ ordo pertinet ad rationẽ, sicut ad ordinãtẽ, sed ad vim appetitiuã pertinet sicut ad ordinatam. Et hoc modo ordo in charitate ponitur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum Deus sit magis diligendus quam proximus.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quod Deus non sit magis diligẽdus, quã proximus. Dicitur enim primæ Io. 4. Qui nõ diligit fratrem suum quẽ videt, Deũ, quẽ non videt, qũo pôt diligere? Ex quo videtur ꝙ illud sit magis diligibile, quod est magis visibile. Nã & visio est principiũ amoris, vt dicitur ĩ 9. Ethic.* Sed Deus est minus visibilis, quam proximus. Ergo est minus ex charitate diligibilis.

¶ 2 Præterea, Similitudo est causa dilectionis, secundum illud Eccle. 13. Omne animal diligit simile sibi. Sed maior est similitudo hominis, ad proximum suum, quàm ad Deum. ergo homo ex charitate magis diligit proximum, quàm Deum.

¶ 3 Pręterea, Illud qđ in proximo charitas diligit, Deus est: vt patet per August. in 1. de Doct. Christ.* Sed Deus nõ est maior in seipso, quàm in proximo. Ergo non est magis diligendus in seipso, quã in proximo. Ergo non debet magis diligi Deus, quàm proximus.

¶ SED CONTRA. Illud magis est diligẽdũ, propter qđ aliqua odio sũt habenda. Sed proximi sunt odio habẽdi propter Deũ, si scilicet à Deo abducũt: secundũ illud Luc. 14. Si quis venit ad me, & nõ odit patrẽ & matrẽ, & vxorẽ, & filios, & fratres, & sorores: nõ potest meus esse discipulus. Ergo De⁹ est magis ex charitate diligẽdus, quàm proximus.

¶ RESPONDEO dicẽdũ ꝙ vnaquæque amicitia respicit principaliter id, in quo principaliter inuenitur illud bonum, super cuius cõmunicatione fundatur. Sicut amicitia politica principali⁹ respicit principẽ ciuitatis, à quo totum bonum ciuitatis dependet: vnde & ei maximè debetur fides & obedientia à ciuibus. Amicitia aũt charitatis fũdatur super cõmunicatione beatitudinis, quæ consistit in Deo essentialiter sicut in primo principio, à quo deriuatur in omnes, q sunt beatitudinis capaces, & ideo prĩcipaliter maximè Deus est ex charitate diligendus. Ipse enim diligitur, sicut beatitudinis causa: proximus autẽ, sicut beatitudinẽ ab eo simul nobiscũ participãs.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod dupliciter est aliquid causa dilectionis. Vno mõ sicut id quod est rõ diligẽdi. Et hoc mõ bonũ est causa diligẽdi, q̃a vnũquodq; diligitur, inquantum hẽt rationẽ boni. Alio modo, q̃a est via q̃dã ad acquirendum dilectionem. Et hoc modo visio est causa dilectionis: nõ quidẽ ita quòd ea ratiõe sit aliquid diligibile, quia est visibile, sed quia per visionem perducimur ad dilectionem. Ergo nõ oportet, quod illud quod est magis visibile, sit magis diligibile, sed quod prius occurrat nobis ad diligendũ. Et hoc mõ argumẽtatur Apostolus. Proximus eñ, quia est nobis visibilis, primo occurrit nobis diligẽdus. Ex his enim, quę nouit animus, discit ignota amare, vt Grego. dicit in quadam homilia. * Vnde si aliquis proximum non diligit, argui potest qđ nec Deum diligit, nõ propter hoc, ꝙ proximus sit magis diligendus, sed quia prius diligendus occurrit. Deus autem est magis diligibilis propter maiorem bonitatem. *Homi. 11. Euange. in princ.*

est tamen effectus prius principij in actu. Et ex hac radice optimè sequitur, quod vbicunque est aliquod principium in actu, ibi est ordo. In litera ergo Autor ex notioribus doctrinam tradens, ex relatione prioris & posterioris ad principium: & ex inclusione prioris & posterioris in ordine, causam connexionis ordinis cum principio, ab effectu manifestatam intendebat. *3.dist. 9. art.3.cor. & ad 5. & virt. q.2.ar.7. cor.& ad 7.& 8.* Hoc enim quod est principium, principiare aliquid, est causa eius quod est prius & posterius clausa in ordine, dici per relationem ad principium. **cap.vlt. tom.5.* Et ex illa causa, vt monstratum est, sequitur mediate, quod vbi est principium, est ordo inter prius & posterius.

¶ Ad secundum dicitur cum Autore in primo sententiarum distinctione vicesima, quod sicut scientia includit aliquid ratione generis: puta esse qualitatem & aliquid ratione differentiæ: *cap.22. et 27.tom.3.* puta esse, quo certe cognoscitur: ita ordo ratione generis includit prius & posterius, & non ratione proprij differentialis conceptus. Et quia ad diuina omnia transferũtur sublatis imperfectionibus, ideo ordo in diuinis est sine priori & posteriori. Sicut etiam est ibi principium absque principiato. Loquimur enim modò vtendo terminis, prout communiter in philosophia vtimur, & creaturis communes sunt. Superius autem cum de Deo erat sermo, expoliauimus eos ab his, quæ imperfectionis sunt. Et hæc sunt pro omnium similium solutione.

¶ Super quæstionis vicesimæ sextæ Articulum secundum.

IN articuli secundi argumento secundo aduerte, quod quia argumentum consistebat in via maioris similitudinis hominis ad proximum quàm ad Deum, responsio, non negando hoc ex alia causa, aufert vim illatiuam cõclusionis, scilicet ex prioritate & causalitate. Et intendit, quod maior similitudo, cęteris paribus, *D. 106.* ẽ rõ maioris amoris. Hic autem cætera non sunt paria: sed similitudo ad Deum est & prior, & causa similitudinis ad proximum. Et hæc prioritas causalis dat, quod ratione similitudinis nõ *D. 424.* maioris, sed maiori ac priori vinculo inexistentis homo tenetur magis Deum, quàm proximum diligere.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis vicesimæsextæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio dubium occurrit circa rationem allatā in litera, quia vnaquæq; pars naturaliter plus amat bonum cōmune totius, quàm particulare bonū propriū, ex duplici capite. Primò ex naturalibus & cōmunib⁹. Sed quia hęc in cōmen. priorib. discussa sunt, nolo replicare. Secūdò ex partibus politicis. Dupliciter aūt confutatur hæc ratio ex hoc capite à Durando in 2. Senten. distinct. 29. quæstio. 2. Primò, quia insufficiens signū amoris maioris alicuius assumitur, exponere se hominē morti pro illo. Nam & pro amico laudabiliter quis morti exponit se: & tamen non propterea magis diligit amicum quàm seipsum, vt constat. Similiter pro saluatione bonorum temporalium suorū exponit quis se morti cōtra inuasorem, & non magis diligit illa. Secundò, quia falsum est, quod ciuis diligat magis bonum cōmune, quam seipsum. Nam aut fit comparatio amoris secundum bona eiusdem rationis aut diuersarum. Si eiusdem rōnis, scilicet bonum honestum, constat quòd quilibet magis amat se quam commune bonum. Quod patet ex contrario, quia magis debet odio habere malum culpę in se: quàm in communitate totius absque se. Si diuersarum rationum, scilicet honestum in communitate, & vtile, seu delectabile in se, tunc licet verum sit, quod ciuis magis diligat bonum commune, quàm proprium in tali sensu, non tamen est verum simpliciter. Quia vt in 9. Ethico. patet, & ratione conuincitur, magis diligit se secundum bonum honestum, quam secundum bona alia, ponendo vitam pro bono communi vel amico. Eligit enim sibiipsi optimum secundū rationem. ¶ Ad euidentiam huius aduertendum est, quod in litera Autor affert signum nouum pro illa conclusione, scilicet, Pars amat magis bonum totius, quàm proprium. Et est, quod vnaquæque pars habet principalem inclinationem ad actionem communem vtilitati totius. Experimur siquidem in partibus officialibus corporis, quòd præcipua cuiuscunque partis actio est ad commune totius bonum, vt patet de actione manus, pedis, oculi, cordis, hepatis, dentium, &c. Si ergo ita esse in partibus naturalibus comprobatur, cùm partes politicæ sint sic dispositæ, sicut si essent à natura, eo quod ars, quæ rationem perficit, imitatur naturam, consequens est, vt virtutes politicæ inclinent ciues principaliter ad actiones communes pro bono totius: ac per hoc comprobetur quod magis suapte natura inclinantur ciues ad amandum commune bonum, quam proprium.

¶ Ad obiectiones autē primo loco allatas dicitur, quod optime dicitur, quod ex hoc quod aliquis exponit se morti pro aliquo, non sequitur, quod illum magis se amet, nec Autor hoc attulit signum, nec somniauit etiam: sed ex hoc, quod ciues secundum politicas virtutes, res & corpora exponunt pro bono communi, signum habuit, quod pars amat plus totum, quàm se. Hæc autem duo distant, sicut cælum & terra: quamuis etiam ineptè afferatur, quod quis exponit se morti pro salute rerum suarum: quoniam hoc fit non pro illis, sed pro seipso: ad cuius felicitatem illæ res sunt oportunæ.

¶ Ad obiectionem autem secundo loco allatam, dicitur quod fit comparatio secundum bona eiusdē rationis, proportionalitate tamen totius & partis seruata. Sed illud bonum, in quo fit comparatio, non est bonum honestum, vt argumentum assumit, sed est bonū vtile vel delectabile. In hoc enim genere communitas est totū, & ciuis pars, ita quod intendit Autor, quòd quia virtus politica inclinat ciuem ad dispendium rerum exteriorum, vel vitæ corporalis pro salute reipublicæ in rebus, vel in personis, signū habemus, quod pars plus diligit totum quam seipsam. Et quod ista sit intentio Autoris, patet ex prima parte quæstio. 60. articu. vltim. vbi post exemplum de parte naturali, subiungit de parte ciuili, quòd est virtuosi ciuis, vt se exponat mortis periculo pro reipublicæ conseruatione. Et si homo esset naturalis pars huius ciuitatis, hæc inclinatio esset ei naturalis. Hæc ille. Vnde habet, quod si homo esset naturalis pars huius ciuitatis, naturaliter exponeret se morti, vt totum, quod est ciuitas, viueret: sicut manus exponitur naturaliter pro esse totius hominis. Constat autem quod sicut esse manus, & totius hominis, eiusdem sunt rationis proportionaliter: ita esse ciuis & ciuitatis. Et confirmatur manifeste sic esse, quia non fit hic comparatio inter bonum, vtile & honestum: sicut cùm quis moritur pro amico: sed tota vis rationis pendet ex comparatione partis ad totum: quia pars secundum id quod est, totius est, vt ibidem patet. Ex ratione ergo, quia pars est ciuis quilibet, debet totius ciuitatis bonum temporale proprio temporali bono præponere: non autem bonum proprium alicuius ciuis tenetur suo præponere. Et hoc hic docemur. Vnde extra propositum sunt quæ pro amico agenda sunt. Verificatur tamen in proposito, quod ciuis vitam ciuitatis, vitæ propriæ anteponens, sibiipsi optimum eligit secundum rationem, & seipsum maximè amat secundum virtutem excellenter operans.

¶ In responsione ad secundum nota elegātem glossam & intellectum illius propositionis, Amabile quidem bonum, vnicuique autem proprium, quod quia esse ꝓprium multis modis contingit, vnumquodque bonum alicuius, eo modo quo est proprium, est amandum. Et sic quum in proposito dupliciter contingat aliquid esse bonum alterius, aut scilicet quia est propter ipsum, aut econtra, bonum totius est bonum partis, non ita, quod sit propter partem, sed econtra, quod scilicet pars est propter totum. Et propterea pars amat bonum totius tanquam proprium, non ita quod referat bonum totius in seipsam partem, sed econtrario, ita scilicet quod refert seipsam in bonum totius. Habes quoque ex hoc loco quam bene dictum superius sit contra Durandi phantasiam, quod Deus secundum seipsum est proprium bonum cuiusque creaturæ & specialiter intellectualis.

¶ Ad secūdū dicēdū, q̃d similitudo, quā habem⁹ ad Deū, est prior: & cā similitudinis, quā habem⁹ ad ꝓximū. Ex hoc em̄, q̃d participam⁹ à Deo, id quod ab ipso ēt proximus habet, similes proximo efficimur. Et ideo ratiōe similitudinis magis debemus deū, quàm proximū diligere.

¶ Ad tertium dicendū, quod Deus secūdum substantiā suā consideratus in quocunque sit, ęqualis est: quia nō minuitur per hoc, quod est in aliquo. Sed tamē nō ęqualiter habet proximus bonitatē Dei: sicut habet ipsā De⁹. Nā De⁹ habet ipsā essentialiter, ꝓximus aūt participatiue.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum homo debeat ex charitate plus Deum diligere, quam seipsum.*

Infrà q̃o. 44. art. 8. & 3. dist. 29. art. 3. Et vir. q. 2. art. 4. ad 2. & ar. 9. ad 7 & quo. 1. art. 9. cor. * cap. 9.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod homo nō debeat ex charitate plus Deū diligere, quā seipsū. Dicit enim Philosophus in nono Ethic. *quod amicabilia, quæ sunt ad alterum, veniunt ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum. Sed causa est potior effectu. ergo maior est amicitia hominis ad seipsū, quam ad quemcunque alium. ergo magis se debet diligere, quàm Deum.

¶2 Prętérea, Vnūquodq; diligitur inquātum est propriū bonū: sed id quod est ratio diligendi, magis diligit̃ quā id, quod propter hanc rationē diligitur, sicut prĩcipia q̃ sunt ratio cognoscēdi, magis cognoscuntur. ergo homo diligit magis se ipsū, quā quodcūq; aliud bonū dilectū. Nō ergo magis diligit deū, quā seipsum.

¶3 Præterea, quātum aliquis diligit Deū, tantū diligit frui eo. Sed quantū aliquis diligit frui Deo, tantū diligit seipsū: q̃a hoc est summum bonū quod aliquis sibi velle potest. ergo homo nō plus debet ex charitate Deum diligere, quā seipsū.

ca. 22. to. 3.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 1. de Doct. Christ.* Si teipsum nō ꝓpter te debes diligere, sed ꝓpter ipsū, vbi dilectiōis tuæ rectissim⁹ finis est, nō succenseat aliquis alius homo, si & ipsū propter Deū diligas. Sed propter quod vnūquodq; , illud magis. ergo magis debet homo diligere Deū, quàm seipsum.

¶ RESPONDEO, dicendū, quòd à Deo duplex bonū accipere possum⁹, s. bonum naturæ, & bonum gratiæ. Super cōmunicatione autē bonorū naturaliū nobis à Deo facta, fundatur amor naturalis, quo non solum hō in suæ integritate naturæ super oīa diligit Deum & plus quā seipsū, sed ēt quęlibet creatura suo modo, id est, vel ĩtellectuali, vel rationali, vel animali, vel saltē naturali amore, sicut lapides & alia quę cognitiōe carent, q̃a vnaquæq; pars naturaliter plus amat cōmune bonum totius, quàm particulare bonū proprium. Quod manifestatur ex opere. Quælibet enim pars habet inclinationē principalē ad actionē communem vtilitatis totius. Apparet ēt hoc in politicis virtutib⁹, secūdū quas ciues pro bono cōmuni & dispēdia propriarū rerum & personarum interdū sustinent. Vnde multò magis hoc verificat̃ in amicitia charitatis, q̃ fundatur super cōmunicationē donorū gr̃æ. Et ideo ex charitate magis debet homo diligere Deū, qui est bonum cōmune omniū, quàm se ipsum: quia beatitudo est ĩ Deum sicut ĩ communi & fontali principio omnium, qui beatitudinem participare possunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Philosophus loq̃t de amicabilib⁹, q̃ sūt ad alterū, in quo bonū q̃d est obiectū amicitiæ, inuenit̃ secundū aliquē particularē modū: nō aūt de amicabilibus, quæ sunt ad alterum, in quo bonum prędictū inuenitur secundum rationem totius.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ bonū toti⁹ diligit quidem pars, secundum quod est sibi conueniens, non autē ita, quod bonum totius ad se referat, sed potius ita quod seipsam refert in bonum totius.

¶ Ad tertiū dicēdum, q̃d hoc quod aliq̃s velit frui Deo, pertinet ad amorem, quo Deus amat̃ amore cōcupiscētię. Magis autē amamus Deū amore amicitiæ: quā amore cōcupiscētiæ: q̃a mai⁹ est ĩ se bonum Dei, q̃d participare possum⁹ fruēdo ipso. Et ideo simpliciter homo magis diligit Deum ex charitate, quàm seipsum.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrū homo ex charitate magis debeat diligere seipsum, quàm proximum.*

3. dist. 29. ar. 5. & 4. di. 38. q. 1. ar. 4. q̃o. 1. cor. & quol. 8. ar. 8. cor. s. * Art. 1. & 2. huius q. & q̃o. 25. art. 1. & 12.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod homo ex charitate non magis debeat diligere seipsum, quam proximum. Principale enim obiectū charitatis est De⁹, vt s̃* dictū est. Sed quādoq; hō habet proximū magis Deo cōiunctum, quàm sit ipse. Ergo magis debet aliquis talem diligere, quā seipsum.

¶2 Preterea. Detrimētum ipsius, quē magis diligimus, magis vitamus. Sed homo ex charitate sustinet detrimentum pro proximo, secundū illud Prouerb. 12. Qui negligit damnum propter amicum, iustus est. Ergo homo debet ex charitate magis alium diligere, quàm seipsum.

¶3 Præterea, ad Cor. 3. dicitur, ꝙ charitas non quærit quæ sua sunt. Sed illud maxime amamus, cuius bonū maxime quærim⁹. Ergo p charitatē aliq̃s nō amat seipsū magis q̃ ꝓximū.

¶ *Super quæstionis vicesimæsextæ Articulum quartum.*

IN articulo quarto nota, quod hinc elicere potes, non esse de mente Autoris, quod homo auget magis commune bonum creatum, quàm seipsum secundum spirituale bonum. Sed ipsemet in bonis spiritualibus tenet primum locum amabilis post Deum, pro quo non potest quis peccare: pro beatitudine autem & virtute cuiusque communitatis nemo debet peccando sibi nocere.

seipsum

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Leuit. 19. & Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ex quo videtur: quod dilectio hominis ad seipsum est sicut exemplar dilectionis, quæ habetur ad alterum. Sed exemplar potius est quàm exemplatum. Ergo homo ex charitate magis debet diligere seipsum quàm proximum.

¶ RESPONDEO, dicendū ꝙ in homine duo sunt. s. natura spiritualis & natura corporalis. Per hoc autem homo dicitur diligere seipsum, quòd diligit se secundum naturam spiritualem, vt supradictum est. * Et secundum hoc debet homo magis se diligere post Deum, quàm quemcunque alium. Et hoc patet ex ipsa ratione diligēdi. (q. 23. ar. 7) Nam sicut suprà dictum est: *Deus diligitur vt principium boni: super quo fundatur dilectio charitatis. (q. 25. art. 1. & 12.) Homo autem seipsum diligit ex charitate secūdum rationem, qua est particeps prædicti boni. Proximus autē diligitur secundum rationem societatis in ipso bono. Consociatio autem est ratio dilectionis secundum quandam vnionem in ordine ad Deum. Vnde sicut vnitas potior est quàm vnio, ita quòd homo ipse participet bonum diuinum, est potior ratio diligendi, quàm quòd alius associetur sibi in hac participatione. Et ideo homo ex charitate debet magis seipsum diligere, quàm proximum. Et huius signum est, quod homo non debet subire aliquod malum peccati, quod contrariatur participationi beatitudinis, vt proximum liberet à peccato.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dilectio charitatis non solùm habet quantitatē ex parte obiecti, quod est De⁹, sed ex parte diligentis, qui est ipse homo, charitatē habens: sicut & quantitas cuiuslibet actionis dependet quodammodo ex ipso subiecto. Et ideo licet proximus melior, sit Deo propinquior: quia tamen non est ita propinquus charitatem habenti, sicut ipse sibi, non sequitur quòd magis debeat proximum, quam seipsum diligere.

¶ Ad secundū dicendum: quòd detrimenta corporalia debet homo sustinere propter amicum, & in hoc ipso seipsum magis diligit secundum spiritualem mentem, quia hoc pertinet ad perfectionem virtutis: quæ est bonū mentis, sed in spiritualibus non debet homo pati detrimentum peccando, vt proximū liberet à peccato, sicut dictum est *. (In corp.)

(Reg. 3.) ¶ Ad tertiū dicendum, quòd sicut August. dicit in regula*, cū dicitur, Charitas non quærit, quæ sua sunt, sic intelligitur, ꝙ communia propriis anteponit. Semper autem commune bonum est magis amabile vnicuique quam proprium bonum. Sicut etiam ipsi patri est magis amabile bonum totius, quàm bonum partiale suiipsius, vt dictum est *. (Ar. prac.)

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum homo magis debeat diligere proximum, quàm corpus propriū.*

1. 2. q. 73. art. 5. cor. Et opusc. 18 c. 16.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd homo non magis debeat diligere proximum, quàm corpus proprium. In proximo enim intelligitur corpus nostri proximi. Si ergo debet homo diligere proximum plus quàm corpus proprium, sequitur, ꝙ plus debeat diligere corpus proximi, quàm corpus proprium.

¶2 Præterea. Homo plus debet diligere animam propriā, quam animam proximi, vt dictum est. * (Ar. prac.) Sed corpus propriū propinquius est animæ nostræ, quàm proximus. Ergo plus debemus diligere corpus proprium, quàm proximum.

¶3 Prętérea, Vnusquisque exponit id quod minus amat, pro eo quod magis amat. Sed nō omnis hō tenetur exponere corpus propriū pro salute proximi: sed hoc est perfectorum, secūdum illud Ioan. 15. Maiorem charitatē nemo habet: quā vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ergo homo non tenetur ex charitate plus diligere proximum, quàm corpus proprium.

(li. 1. c. 27. tom. 3.) ¶ SED CONTRA est, quod Augustinus dicit de Doctrina Christiana, * quòd plus debemus diligere proximum quàm corpus proprium.

¶ RESPONDEO dicēdū ꝙ illud magis est ex charitate diligendum, quod habet pleniorem rationem diligibilis ex charitate: vt dictū est.* (q. 25. art. 1. 2. & 12) Consociatio autē in plena participatione beatitudinis, q̃ est ratio diligendi proximū, est maior ratio diligēdi quā participatio beatitudinis per redūdātiam, quæ est ratio diligendi propriū corpus. Et ideo proximū, quantum ad salutē animæ, magis debemus diligere, quàm propriū corpus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ secundum Philosophum in 9. Ethico. * (cap. 8.) Vnumquodque videtur esse id quod est præcipuum in ipso. Vnde cū dicitur proximus magis esse diligendus, quàm corpus proprium: intelligitur hoc quantum ad animam, quæ est potior pars eius.

¶ Ad secundum dicendum, quod corpus nostrum est propinquius animæ nostræ quàm proximus, quantùm ad constitutionem proprię naturæ: sed quantùm ad participationem beatitudinis maior est consociatio animæ proximi ad animam nostram, quàm etiam corporis proprij.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cuilibet homini imminet cura proprij corporis: non autē imminet cuilibet homini cura de salute proximi, nisi forte in casu. Et ideo non est de necessitate charitatis, quod homo proprium corpus exponat pro salute proximi, nisi in casu, quo tenetur eius saluti prouidere. Sed quod aliquis sponte ad hoc se offerat, pertinet ad perfectionem charitatis.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum vnus proximus sit magis diligendus, quàm alius.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd vnus proximus non sit magis diligendus quàm alius. Dicit enim Aug. in primo de Doctrin. Christina.* Omnes homines æque diligendi sunt. Sed cùm omnibus prodesse nō possis, his potissimum cōsulendum est, qui pro locorū & tēporū, vel quarūlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadā sorte iūgūt̃. Ergo ꝓximorū vn⁹ nō est magis diligendus, quā alius.

¶2 Præterea, Vbi vna & eadē est ratio diligendi diuersos, nō debet esse inæqualis dilectio. Sed vna est rō diligendi oēs proximos, scilicet De⁹: vt patet per Aug. in primo de Doctri. Christi. * ergo oēs proximos æqualiter diligere debemus.

¶3 Præterea, Amare est velle bonum alicui. vt patet per Philosophum in secundo Rhetoricæ. * sed omnibus proximis æquale bonum volumus, scilicet vitam æternam. Ergo omnes proximos æqualiter debemus diligere.

¶ SED CONTRA est, ꝙ tātò vnusquisque magis debet diligi, quanto grauius peccat, q contra eius dilectionē operatur. sed grauius peccat qui agit contra dilectionē aliquorū proximorū, quàm q agit cōtra dilectionē aliquorū aliorū. Vnde Leui. 20. præcipitur, ꝙ qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur: ꝙ non pręcipitur de his, qui alios homines maledicunt. Ergo quosdā proximorū debemus magis diligere, quàm alios.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ duplex opinio circa hoc fuit. Quidā enĩ dixerūt ꝙ oēs proximi sunt æqualiter ex charitate diligēdi, quantū ad affectū, sed nō quātū ad exteriorē effectū, ponentes ordinē dilectionis esse intelligendū secūdum exteriora beneficia, quæ magis debemus impendere proximis quàm alienis: non autem secundū interiorē affectum, quem æqualiter debemus impendere omnibus, etiam inimicis. Sed hoc irrationabiliter dicitur. Nō enim minus est ordinatus affectus charitatis: qui est inclinatio gratiæ: quā appetitus naturalis, qui est inclinatio naturæ. Vtraq; enĩ inclinatio ex diuina sapiētia ꝓcedit. Videmus autē in naturalibus, ꝙ inclinatio naturalis proportionatur actui vel motui, qui conuenit naturæ vniuscuiusq;: sicut terra habet maiorē inclinationē grauitatis, quam aqua: quia competit ei esse sub aqua. Oportet ergo ꝙ etiā inclinatio gratiæ, q̃ est effectus charitatis, pro-

¶ *Super Quæstionis vicesimæ sextæ Articulum quintum.*

IN articulo quinto in responsione ad vltimum, aduerte duo. Primò, quod illa iam dicta regula, quod præcepta affirmatiua obligant quo ad exercitium solum in casu necessitatis, Autor dicit, quod etiam pro salute spirituali proximi, homo non tenetur proprium corpus exponere, nisi in casu necessitatis: extra autem casum necessitatis ad perfectionē charitatis hoc spectat. Propter quod laudabiliter se sponte exponūt religiosi tempore pestis ad spiritualia ministranda infectis, quibus ipsi non obligantur: & simile est in aliis. Secundò, ratione literæ, quia homini cuilibet imminet cura proprij corporis: non autem cura salutis proximi, nisi in casu, ex hac enim radice multæ quæstiones soluendæ sunt in materia defensionis, vt inferius patebit.

3. dist. 29. art. 6. & vir. q. 2. art. 9. * cap. 28. tom. 3.

¶ *Super quæstionis vicesimæsextæ Articulum sextum.*

IN articulo sexto occurrunt duo dubia ad hominem primo explananda, vt sensus literæ habeatur. (cap. 28. tom. 3.) Est ergo dubiū circa secundā responsionem datam ad primū in illa differentia inter beneuolentiam & beneficētiam, s. ꝙ aliquibus sumus benefici, & aliquibus nō. (ca. 4. to 6.) Beneuoli autē omnibus sumus. Repugnat siquidē hæc doctrina duobus supradictis ab Autore. Primò doctrinæ traditæ in quæstione vigesima sexta, articulo octauo & nono. Nam aut est sermo de beneuolentia & beneficentia in communi, aut ĩ pariculari. Si in communi, omnibus sumus beneuoli & benefici ex charitate, vt ibi dictū est: si in particulari, non omnibus sumus beneuoli nec benefici. Neutro ergo modo saluatur doctrina huius responsionis, quod omnibus sumus beneuoli, non omnibus autem benefici, nisi difformiter interpretando quod est tāto doctore indignum. Secundo repugnat corpori præsentis articuli. Nā cōtra primam opinionē cōclusum est, quod proportionalis est interior dilectionis affectus exteriori beneficentiæ. Si enim beneuolentia & beneficentia proportionatæ sunt, nō erit beneuolentia ad omnes, & beneficentia ad quosdam. Et si vna est ad quosdam, & altera ad omnes, sequitur quòd non respondeant sibi inuicem proportionaliter. ¶ Ad primum dubiū dicitur, quod sermo præsentis responsionis ad neutrum modum arctatur. Sed simpliciter & absolutè est, ita quòd intentio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Autoris est dicere, quod ista propositio est simpliciter vera, Existens in charitate est beneuolus omnibus: & non beneficus omnibus. Et ratio est, quia minima charitas extendit se ad omnia obiecta diligibilia, vt patet ex supradictis. Non omnis autem beneficentia extenditur se ad omnes quibus potest bene fieri. Vnde patet, quod nec dissormiter oportet hoc interpretari nec vlla repugnantia est, sed declaratio differētiæ inter beneuolentiam & beneficentiam, vt tendunt in omnia sua obiecta simpliciter & absolutè.

Art. 1. huius q.

¶ Ad secundum autem dubium dicitur, quòd procedit ex malo intellectu literæ. Non enim in litera docemur proportionalitatem simpliciter & absolutè inter diligere & benefacere, quin potius (vt modo expositum est) falsa inuenitur ista proportionalitas: Sed traditur in litera proportio inter beneficentiam & beneuolentiam: ita quòd beneficentia præsupponit maiorem beneuolentiam vt causam. Et hoc contra opinionem dicētem, quòd erat maior beneficentia absque maiori beneuolentia. Ex hac autem proportione scilicet quòd maior beneuolentia & maior beneficentia mutuò se inferunt, non sequitur q̄ si beneuolentia est ad omnes, beneficentia sit ad omnes (hoc enim est extra rationem maioris & minoris intensiue, de quibus est sermo) sed bene sequitur, quòd maior sit beneuolentia ad illos, ad quos est maior beneficentia.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum, aduerte, quod prima responsio dicens: quod ex charitate æqualiter omnes diligimus, quantum ad bonum quod volumus dilectis: potest male & bene intelligi. Male quidem, si intelligatur, quòd charitas vult omnibus bonum æquale, sic quòd non vult eis bonum inæquale: in sequenti siquidem articulo oppositum docet Autor. Bene autem, si intelligatur quòd charitas vult omnibus bonum æquale in genere, vt in litera dicitur, seu specie, pura felicitatem æternam. Cum quo tamen stat quòd vult maius secundum gradum bonum vni, quàm alteri.

¶ *Super Quæstionis vicesimæsextæ Articulum septimum.*

IN articulo septimo dubium occurrit, quomodo verificantur verba literæ, cum dicitur, quòd diuersitas dilectionis, quæ est secundum charitatem, quantum ad speciem attenditur secundum propinquitatem ad Deū. Et est ratio dubij, quia charitas non est diuersarum specierū secundum diuersitatem bonorum quæ vult dilectis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd portionetur iis, quæ sunt exterius agēda: ita scilicet vt ad eos intensiorē charitatis affectum habeamus, quibus conuenit nos magis beneficos esse. Et ideo dicendū est, quod etiam secundum affectū oportet magis vnum proximorum, quā alium diligere. Et ratio est, quia cū principium dilectionis sit Deus, & ipse diligens, necesse est, q̄ secundū propinquitatē maiorē ad alterū istorū principiorū maior sit dilectionis affectus. Sicut em̄ supradictum est, *in omnib⁹, in quib⁹ īuenitur aliquod principiū, ordo attēdit secūdū cōparationē ad illud principiū.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ dilectio potest esse inęqualis dupliciter. Vno mō ex parte eius boni qđ amico optamus: & quantum ad hoc omnes homines equè diligimus ex charitate: quia omnibus optamus bonum idem in genere, s. beatitudinem æternam. Alio modo dicitur maior dilectio propter intensiorem actum dilectionis: & sic non oportet omnes æquè diligere.

Vel aliter dicendum, q̄ dilectio inæqualiter potest ab aliquo haberi dupliciter. Vno modo ex eo, quòd quidā diligūtur, & aliquem diligunt. Et hanc etiam inæqualitatem oportet seruare in beneficentia: quia nō possumus omnibus prodesse. Sed in beneuolētia dilectionis talis ięqualitas haberi nō debet. Alia vero est ĩæqualitas dilectionis ex hoc, q̄ qdā pl⁹ aliis diligūtur. Aug. ergo non intēdit hāc excludere ĩæqualitatē, sed primam, vt patet ex iis quæ de beneficentia dicit.

¶ Ad secūdū dicēdū, q̄ non oēs proximi æqualiter se habent ad Deū: sed qdā sūt ei propinquiores propter maiorē bonitatē, qui sunt magis diligendi ex charitate, quā alij qui sunt ei minus ,ppinqui.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de quantitate dilectionis ex parte boni, quod amicis optamus.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrū magis debeamus diligere meliores, quàm nobis coniunctiores.

AD SEPTIMVM sic procedit. Videtur quòd magis debeamus diligere meliores, quàm nobis cōiunctiores. Illud enim videtur esse magis diligendum, quod nulla ratione debet odio haberi, quā illud quod aliqua ratione est odiēdum, sicut & albius est, quod est nigro impermixtius: sed personę nobis cōiunctæ sunt secundum aliquam rationē odiendæ: secundum illud Lucæ 14. Si qs venit ad me, & non odit patrem & matrem &c. Homines autē boni nulla rōne sūt odiēdi. Ergo videtur quòd meliores sūt magis amandi, quā coniunctiores.

¶ 2 Prętera, Secūdū charitatē hō maxime Deo assimilatur. Sed De⁹ diligit magis meliorē quàm sibi cōiūctiorē. Ergo & homo per charitatē magis debet meliorem diligere, quàm sibi cōiunctiorē.

¶ 3 Prætera, secundū vnāquamq; amicitiam illud est magis amādū, quod magis pertinet ad id, supra quod amicitia fūdatur. Amicitia em̄ naturali magis diligim⁹ eos, qui sunt nobis magis secūdū naturā cōiūcti, puta parentes vel filios. Sed amicitia charitatis fundatur super cōmunicatione beatitudinis, ad quā magis pertinent meliores quàm nobis cōiūctiores.

sermo literæ quantum ad radices, est de vera diuersitate specifica. Sed quantum ad charitatem est de diuersitate specifica reductiua seu similitudinari. Intendit siquidem Autor vt ipsemet explicat pro radice, quòd diuersæ dilectionis species sunt secundum diuersa bona, quæ optamus iis, quos diligimus. Et hæc propositio est manifesta, quia alterius speciei est dilectio honoris à dilectione diuitiarum, & huiusmodi. Ex hac autem radice de dilectione in communi, manuducit autor intellectum discipuli ad discernendum ĩ dilectione charitatis diuersitatem ex parte obiecti, vnde dilectio habet speciem, & diuersitatem ex parte subiecti, vnde habent intensionem, & diuersitatem charitatis ex parte obiecti secundum diuersos gradus beatitudinis, vocat secundum speciem: non quia sit diuersitas specifica in charitate, aut in gradibus voluitis, sed quia est similis diuersitati specificæ dilectionis, & ex illa parte se tenet. Vnde dilectio diuersitatem specificam sortitur.

¶ In eodem articulo septimo dubium occurrit circa illud, Possum velle, quod iste qui est mihi coniunctus, sit melior alio. Et circa eius causam, quia scilicet bonitas accedere & recedere, augeri vel minui potest. Circa ipsam quidem conclusionem ex Durando in 29. dist. tertij sententiarum, quæstio. 1. multipliciter probantis quod licet secundum velle complacentiæ seu approbationis charitas velit inæqualia bona: Quia in domo Patris mei mansiones multæ sunt, Ioan. 14. secundum velle tamē desiderij, charitas non vult inæqualia bona omnibus, sed omnino æquale, scilicet summum bonum gratię & gloriæ, cuius pura creatura est capax: ita quod in isto non est latitudo. Probatur autem hoc triplicitèr. Primo Charitate optamus bonum diuinum omnibus, quatenus sunt eius capaces. Sed omnes sunt æqualis boni gratiæ & gloriæ capaces. ergo. Secundo, quia charitas non æmulatur, primæ ad Corinthios. 13. Esset autem æmulatio, si non optaretur vnicuique tantum bonum, quanti est capax, sine cuiusquam detrimento. Tertiò, quia in præiudicium diuini amoris esset, nisi cuilibet ex charitate optaretur bonum, quo efficacius tenderet in Deum. Tale autem est summum bonum gratiæ, cuius creatura pura est capax, ergo. Et subdit Durādus quod hæc operatio est conditionata, scilicet suppositā ordinatione & voluntate diuina.

¶ Ad hæc vt vltimo inducta verba ostendunt, respondendum forte non esset: spiritus enim contradictionis videtur excæcasse hunc hominem, vt prius magnificet fumbrias, quasi contradicendo Autori, con-

Ergo ex charitate magis debemus diligere meliores, q̄ nobis coniunctiores.

¶ SED CONTRA est, quod dicit primæ ad Timoth. 5. Si quis suorū & maxime domesticorū curā nō habet, fidē negauit, & est ifideli deterior. Sed interior charitatis affectio debet respōdere exteriori affectui. Ergo charitas magis dēt haberi ad ,ppiquiores quā ad meliores.

¶ RESPONDEO, dicendū, quòd omnis actus, oportet quod ,pportionet & obiecto & agēti. Sed ex obiecto habet speciem, ex virtute autem agentis habet motum suæ intentionis. Sicut motus habet speciem ex termino ad quem est, sed intentionē velocitatis habet ex dispositione mobilis & virtute mouentis. Sic ergo dilectio specié hēt ex obiecto, sed intentionē habet ex parte ipsius diligentis. Obiectum autem charitatiuę dilectionis Deus est, hō autem diligēs est. Diuersitas ergo dilectionis, quę est secū dum charitatem, quantum ad specié, est attēdenda in proximis diligendis secūdum cōparationē ad Deum, vt s. ei qui est Deo propinquior, maius bonum ex charitate velimus: quia licet bonum, qđ omnibus vult charitas, scilicet beatitudo æterna, sit vnum secundum se, habet tamen diuersos gradus secundum diuersas beatitudinis participationes. Et hoc ad charitatem pertinet, vt velit iustitiā Dei seruari, secūdū quā meliores perfectius beatitudinē participant. Et hoc pertinet ad speciem dilectionis. Sunt enim diuersæ dilectionis species secundū diuersa bona, q̄ optamus his, quos diligimus: Sed intentio dilectionis est attendenda per cōparationē ad ipsum hominē, qui diligit. Et secundū hoc illos, qui sunt propiquiores, intensiori affectu diligit hō ad illud bonum, ad quod omnes diligit, quàm meliores ad maius bonum. Est etiam & ibi alia differentia attendēda. Nā aliqui ,pximi sunt propinqui nobis secundum naturalem originem, qua discedere non possunt: quia secundū eā sunt id quod sunt. Sed bonitas virtutis secundū quā aliqui appropinquāt Deo, pōt accedere, & recedere, augeri, & minui, vt ex supradictis *patet. Et ideo posūm ex charitate velle quod iste, qui est mihi cōiunctus, sit melior alio: & sic ad maiorē beatitudinis gradum peruenire possit. Est autē & alius modus, quo plus diligim⁹ ex charitate magis nobis cōiūctos qa plurib⁹ modis eos diligimus. Ad eos em̄ q nō sūt nobis cōiūcti, nō habem⁹ nisi amicitiā charitatis. Ad eos verò, q sunt nobis coniūcti, habem⁹ aliquas alias amicitias, secundū modū cōiūctiōis eorū ad nos. Cū aūt bonū, super qđ fūdatur quælibet alia amicitia honesta, ordinet sicut ad finē ad bonū, super qđ fūdat charitas, cōsequens est vt charitas imperet actui cuiuslibet alteri⁹ amicitiæ, sicut ars, quæ est circa finem, imperat arti, quę est circa ea, quæ sunt ad finem. Et sic hoc ipsum quod est diligere aliquē, quia cōsanguineus vel coniunctus est, vel quia conciuis, vel propter quodcunq; huiusmodi aliud licitum ordinabile in finem charitatis, potest à charitate imperari. Et ita charitate eliciente cum imperante pluribus modis diligim⁹ magis nobis

Hom. 30. in Euan.

9. 24. art. 10. & 12.

de actu desiderij. & deinde limitat ad velleitatem, quia etiam homo optat quandoque volare. Numquid Paulus Apostolus de velleitate dicebat, Charitas non æmulatur? Nunquid cum de desiderio disputatur, de velleitate, quæ est etiam impossibilium, tractatur? Dicito ergo simpliciter, quòd desiderij actu possum velle bona inæqualia proximis ex charitate. Et ad primam rationem

1. 2. q. 19. art. 10.

neganda est vtraque præmissa. Nam vt ex dictis patet, ego non teneor in particulari diligere omnes, & consequenter nec omnibus de siderare totum id, cuius est capax, sed sufficit velle approbationis & complacentiæ, vt complaceat mihi in præparatione animi, quemlibet habere bonum diuinum, quatenus est capax. Falsum quoque est omnes esse capaces æqualis boni: & hoc loquendo non de capacitate secundū quid, scilicet secundum naturalia aut potentiam Dei, sed de capacitate simpliciter, quæ attenditur secundum dispositionem diuinæ sapientiæ, quia omnia in numero, pondere, & mensura disposuit, & secundum mensuram donationis Christi, quia vnicuique diuisit mensuram fidei, dedit gratiam.

In corp. ar.

*In q. 32. art. 9. Et 3. dist. 29 art. 6. Et vir. q. 2. arti. 9. ad 12. & 13. *1. b. 4. c. 7*

¶ Ad secundum dicitur primò, quòd non est æmulatio in gratuitis. Ex quo enim ego non teneor tibi, aut illi, maius bonum desiderare: si tibi ex mea beneuolentia desidero, pro te oro &c. nulla est æmulatio, sicut nec iniuria. Secundò, quòd non est æmulatio, desiderium maius habēs fundamentum rationabile, sicut est, cùm quis magis coniuncto sanguine vel spiritu maius bonum optat. Coniunctio siquidem illa maior, illud maius desiderium sustinet.

ca. 7. to. 1.

¶ Ad tertium dicitur, q̄ nullum præiudicium amori diuino fit ex hoc, quòd aliquis non optat id, ad quod non tenetur. Constat autem quod habens charitatem, non tenetur nisi in communi diligere omnes ad vitam æternam. Et propterea non tenetur ad optandū, quod hic tendat in Deū meliori via: quia possibile est. Et hæc sint pro conclusione illa literæ dicta, s. possum velle, q̄ ille, qui est mihi coniunctus, sit melior alio.

¶ Circa causam autem dictæ conclusionis in litera redditam, scilicet quia bonitas accedere & recedere, augeri vel

Ar. prec.

minui potest, dubium occurrit: quia ex ista differentia coniunctionis ad hominem, & coniunctionis ad Deum, in hoc quod coniunctio ad hominem est immutabilis, coniunctio verò ad deum est mutabilis: non apparet vnde sequatur, quod possim mihi coniuncto maius bonum optare, nisi forte in casu recessus bonitatis ab altero. Nonnihil quoque scrupuli occurrit cùm charitas non possit diminui, quomodo in litera dicitur, quòd potest appropinquatio ad coniunctos.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ in propinquis nostris nō præcipimur odire, q̄ propinqui nostri sunt, sed hoc solū quod impediūt nos à Deo. Et in hoc nō sunt ,ppinqui, sed inimici: secundū illud Matt. 10. Inimici hominis domestici ei⁹.

¶ Ad secūdum dicendum, quòd charitas facit hominem conformari Deo secūdū proportionē, vt scilicet ita se habeat homo ad id, quod suum est, sicut Deus ad id quod suum est. Quædā enim possumus ex charitate velle, quia sunt nobis conuenientia: q̄ tamē Deus nō vult, quia nō cōuenit ei vt ea velit, sicut supra habitū est, *cū de bonitate voluntatis ageretur.

¶ Ad tertiū dicendū, quod charitas non solum elicit actū dilectionis secundū rationem obiecti, sed etiā secundū rationē diligentis, vt dictū est.* Ex quo cōtingit quod magis coniunctus magis amatur.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum sit magis diligendus ille, qui nobis est magis coniunctus secundum carnalem originē.

AD OCTAVVM sic procedit. Videtur quòd non sit magis diligēdus ille, qui est magis nobis coniunctus secundum carnalem originem: dicitur em̄ Prou. 18. Vir amicabilis ad societatē magis erit amicus, quàm frater. Et Valer⁹ Maximus * dicit, quòd amicitiæ vinculum prævalidū est, neque vlla ex parte sanguinis viribus inferius. Hoc ēt certi⁹ & explorati⁹ q̄ istud nascēdi sors for tuitū opus dedit: hoc vniuscuiusq; solido iudicio inchoata volūtas cōtrahit. ergo illi qui sunt coniuncti sanguine non sunt magis diligendi, quàm alij.

¶ 2 Prætera, Ambros. in 1. de offic.* non minus vos diligo, quos in euangelio genui, quā si in coniugio suscepissem. Non em̄ vehemētior est natura ad diligendū, quā gratia. Plus certè diligere debem⁹, quos perpetuo nobis cōputam⁹ futuros, quam quos tantū in hoc seculo. Nō ergo consanguinei sunt magis diligendi his, qui sunt aliter nobis coniuncti.

¶ 3 Prætera, Probatio dilectionis est exhibitio operis. vt Grego. dicit in Hom.* Sed quibusdā magis debem⁹ impendere dilectionis opera: quā ēt consanguineis: sicut magis est obediēdū in exercitu duci, quā patri. Ergo illi, qui sunt sanguine coniuncti, non sunt maxime diligendi.

¶ SED CONTRA est, q̄ specialiter in præceptis decalogi mādat de honoratiōe parentū, vt patet Exod. 20. Ergo illi qui sunt nobis cōiuncti secūdū carnis originē, sunt à nobis specialius diligendi.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd sicut dictū est,* illi, q̄ sunt nobis cōiūcti sunt ex charitate magis diligēdi: tū quia intensius diliguntur: tum etiā quia pluribus rationibus diligūtur. Intēsio autem dilectionis est ex cōiūctiōe dilecti ad diligentem, & ideo diuersorū dilectio est mēsuranda secundū diuersam rationem cōiunctionis, vt s. vnusquisq; diligatur magis in eo quod pertinet ad illā cōiūctionem, secundū quā diligitur. Et vltērius cōparanda est dilectio dilectioni secundum comparationē cōiunctionis ad

Deum diminui.

¶ Ad hoc dicitur: Quòd ex illa differentia secundum mutabile & immutabile consequitur, quod immutabilis coniunctio (quia ex sua immutabilitate per seuerat) redundare possit in desiderium maioris boni, vt pote adhuc mutabilita ti supposīti. Exquo enim intēsius amo mihi cōiunctū, & bonū quod desidero, mutabile est, possum in maius, ac maius bonum desiderium meum extēdere. Nec vllum est alicui præiudicium si suapte natura potest mutari in illis bonum illud. Patet autem hoc ab oppositis. Non potest ex charitate pater habens filiū baptizatum in patria, velle quòd sit melior Ioanne Baptista, quia iam immutabilis est bonitas eorum, sed inter viatores potest velle, quod filius sit melior illo religioso viro non optando diminutionem alterius, sed accessum & augmentum bonitatis in suo, non curando de illo alio, nisi in communi. Diminutio autem bonitatis in via dupliciter potest contingere. Primo secundum bonitatem disponentem pro charitatis conseruatione & augmento, vt patet, cùm existens in charitate declinat & assuefit ad venialia multa & periculosa. Secundò, secundum ipsam charitatem, non per diminutionē eiusdem numero charitatis, sed per recuperationem maioris charitatis post lapsum. Si enim S. Petrus cecidit à charitate vt decem, & per primam contritionem non fuit dispositus ad charitatem vt decem, sed vt octo, charitas in eo diminuta est. Et hoc sæpe accidere videtur trepide resurgentibus.

Cap. 2.

¶ *Super quæstionis vicesimæsextæ Articulum octauum.*

IN articulo octauo habes vnde solutas dubia de Orationum suffragiis impendendis magis coniunctis secundum carnē an spiritum. Hinc siquidem habes: quòd magis tenetur coniunctis spiritualiter, quàm carnaliter, cæteris paribus. Et quemadmodum pater spiritualis plus in spiritualibus tenetur filiis huiusmodi, quàm carnalibus vt sicita filius secundum carnem plus tenetur in spiritualibus coniunctis sibi secundum spiritum, quàm patri, qui eum genuit.

3. di. 29. art. 7. & virt. q. 6. art 9. ad 18 & Eph. 5. lect. 10. col. 1.

¶ *Super Quæstionis vicesimæ sextæ Articulum nonum.*

IN articulo nono perspice differentiam inter primam & tertiam literæ rationem, Quare filius est magis, quàm pater diligendus, attendi penes hoc, quod primæ medium est maior similitudo dilectionis filij ad dilectionem suiipsius. Ex hoc enim cōcluditur maior. Tertiæ vero medium est, quod ipse filius, quia

c. 12. to. 5

est pars quædam parentis, est propinquior parenti. Et propterea non sunt vna, sed duæ rationes, quamuis propinquæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Refert 3. Sē. di. 29. ¶ *Super Quæstionis vicesimæsextæ Articulum decimum.*

IN articulo decimo solicite conserua, quòd formalis est sermo, & cæteris paribus. Ex hoc enim soluuntur quæstiones. Et si in tuo codice deest responsio ad tertium, prout in pluribus quæsitis tam impressis quam scriptis codicibus inueni deficere: scito respondendum esse, quòd maior excellentia principij in patre, præponderat maiori labori matris in generatione, quoniam ratio boni magis attenditur in obiecto per se dilectionis, quam ratio difficilis seu laboriosi. Et pcipuè hoc īuenitur in pposito quoniam maternus labor intra latitudinē passiui materialisque principij concluditur. Totam namque latitudinē passiui materialisq; principij, excedi ab actiuo principio constat. Et ideo vndique argumentum deficit, quamuis directè ex propriis patris & matris, vt principia sunt generationis, procedat.

Art. 4 ad 1. & art. 7. — cap. 12.

¶SED CONTRA est, quod Ambros. dicit, *Primò De⁹ diligēd⁹ est secūdò, parentes: inde, filij, post, domestici.

¶RESPONDEO, dicendū q̄ sicut supra dictū est, *grad⁹ dilectionis ex duob⁹ pēsari pōt. Vno mō ex parte obiecti. Et secundū hoc id qđ hēt maiorē rationē boni, est magis diligendū, & quod est Deo similius. Et sic pater est magis diligēdus, q̄ fili⁹: quia s. patrem diligimus sub rōne principij, q̄ hēt rationē eminētioris boni & Deo similioris. Alio mō computatur gradus dilectionis ex parte ipsius diligentis; & sic magis diligitur, quod est coniunctius. Et secundum hoc filius est magis diligēdus q̄ pater, vt Philosophus dicit in octauo Ethico*. Primò quidē, q̄a parentes diligunt filios, vt aliqd sui existētes. Pater aūt nō est aliquid filij. Et ideo dilectio secundum quā pater diligit filiū, similior est dilectioni, qua q̄s diligit seipsū. Secūdo, q̄a parentes magis sciunt aliquos esse suos filios, quàm econuerso. Tertiò, q̄a filius est magis propinquus parēti, vtpote pars existens, q̄ pater filio, ad quē habet habitudinem principij. Quartò, quia parentes diutius amauerunt. Nam statim pater, incipit diligere filium: filius autem tempore procedente incipit diligere patrē. Dilectio autem quantò est diuturnior, tātò est fortior: secundum illud Eccle. 9. Non derelinquas amicū antiquum: nouus enim non erit similis illi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principio debetur subiectio, reuerētia, & honor: effectui autem proportionaliter competit recipere influentiam principij & prouisionem ipsius. Et propter hoc parentibus à filiis magis debetur honor: filiis autem magis debetur cura prouisionis.

¶Ad secūdum dicendum, quòd pater naturaliter plus diligit filiū secundū rationē cōiunctionis ad seipsum. Sed secūdū rationē eminentioris boni filius naturaliter plus diligit patrem.

cap. 32. tom. 4. ¶Ad tertium dicendūm, q̄ sicut Aug. dicit in primo de Doct. *Christ. Deus diligit nos ad vtilitatē nostram & suum honorē. Et ideo quia pater comparatur ad nos in habitudine principij, sicut & Deus: ad patrem propriè pertinet, vt ei à filiis honor impendatur, ad filium autem vt eius vtilitati à parentibus prouideatur: quamuis in articulo necessitatis filius obligatus sit ex beneficiis susceptis, vt parentibus maximè prouideat.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum homo magis debeat diligere matrem, quam patrem.

3. dist. 29. art. 7. ad 4. & 5. & Ephes. 9. le. 7. fi. * cap. 19. † q. 90. art. 2. & q. 118. ar. 2. *ca. 7. & li. 8. c. 12.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd homo magis debeat diligere matrem, quàm patrem. vt enim Philosophus dicit in primo de generatione animalium, *Fœmina in generatione dat corpus. Sed homo non habet animam à patre, sed per creationem a Deo: vt in primo dictum† est. Ergo homo plus habet à matre quàm à patre. Plus ergo debet diligere matrem quàm patrem.

¶2Præterea, Magis amantē dēt magis diligere. Sed mater plus diligit filium q̄ pater. Dicit em̄ Philosophus in 9. Ethic.* qđ matres magis sunt amātes filiorū. Laboriosior em̄ est generatio matrum, & magis sciunt, qui ipsarū sint filij, quàm patres. Ergo mater est magis diligenda, quàm pater.

¶3Pręterea, Ei debetur maior dilectionis affectus, qui pro nobis plus laborauit, secūdū illud Ro. vltimo, Salutate Mariam quæ multum in nobis laborauit. Sed mater plus laborat in generatione & educatione, quàm pater. Vnde dicitur Ecclesi. 7. Gemitum matris tuæ ne obliuiscaris. ergo plus debet homo diligere matrem quàm patrem.

c. 44. to 5. ¶SED CONTRA est, quod dicit Hierony. super Ezechi.* quòd post Deum omnium patrem diligendus est pater & postea addit de matre.

¶RESPONDEO, dicendū, quòd in istis comparationibus id, quod dicitur, est intelligendū per se, vt videlicet intelligatur esse quęsitum de patre, inquātū est pater, & an sit plus diligendus matre, inquantum est mater. Potest enim in omnibus huiusmodi tanta esse distantia virtutis & malitiæ, vt amicitia soluatur vel minuatur: vt Philosophus dicit in 8. Ethico. *ideo, vt Ambros.* dicit, Boni domestici sunt malis filiis præponendi. Sed per se loquendo, pater magis est amādus quā mater. Amantur enim pater & mater, vt principia quædam naturalis originis. Pater autem habet excellentiorem rationem principij, quàm mater: quia pater est principium per modum agentis, mater autem magis per modum patientis & materiæ. Et ideo per se loquendo, pater magis est diligendus.

cap. 7. li. de offic. 7. to. 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ in generatione hōis mater ministrat materiam corporis informem. Formatur aūt per virtutē formatiuā: q̄ est in semine patris. Et quāuis huiusmodi virtus non possit creare animam rationalē: disponit tamē materiam corporalem ad huiusmodi formæ susceptionem.

¶Ad secundum dicendum, quòd hoc pertinet ad aliā rationē dilectionis. Alia enim est species amicitiæ, qua diligimus amātem, & qua diligimus generantem: nunc aūt loquimur de amicitia, quę debetur patri & matri, secundū generatiōis rationē.

¶Ad tertium patet.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrū homo plus debeat diligere vxorem quàm patrem & matrem.

3. dist. 29. ar. 7. ad 3. Et vir. q. 2. art. 9. ad 18.

AD VNDECIMVM sic proceditur: Videtur quòd homo plus debeat diligere vxorem, quàm patrem & matrem. Nullus enim dimittit rem aliquam nisi pro re magis dilecta. Sed Genes. secundo dicitur, quòd propter vxorem relinquet homo patrem & matrem. Ergo magis debet diligere vxorem, quàm patrem & matrem.

¶2Pręterea, Apostolus dicit ad Ephesios quinto, quòd viri debent diligere vxores sicut seipsos. Sed homo debet magis diligere seipsum quàm parentes. Ergo etiam magis debet diligere vxorem, quàm parentes.

¶3Præterea, Vbi sunt plures ratiōes dilectionis, ibi debet esse maior dilectio: Sed in amicitia, quæ est ad vxorem, sunt plures rationes dilectionis. Dicit enim Philosophus in octauo Ethic. *quòd in hac amicitia videtur esse vtile & delectabile, & propter virtutem si virtuosi sint coniuges. Ergo maior debet esse dilectio ad vxorem, quàm ad parentes. Cap. 12.

¶SED CONTRA est, quod vir debet diligere vxorē suam sicut carnem suam, vt dicitur ad Ephes. 5. Sed corpus suū minus debet homo diligere, quàm proximum, vt supra dictū *est. Inter proximos autem magis debemus parentes diligere: ergo magis debemus diligere parentes quàm vxorem. Art. 5.

¶RESPONDEO dicendum q̄ sicut dictum * est, gradus dilectionis attendi potest secundum rationem boni, & secundum coniunctionē ad diligentem. secundum ergo rationem boni, quod est obiectum dilectionis, magis sunt diligendi parentes quā vxores: quia diliguntur sub ratione principij, & eminentioris cuiusdam boni. Secundum autem rationem cōiunctionis magis diligēda est vxor: quia vxor cōiungitur viro vt vna caro existens, secundum illud Matthæi decimonono, Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Et ideo intensius diligitur vxor: sed maior reuerentia est parentibus exhibenda. Art. 9.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non quātum ad omnia deseritur pater & mater propter vxorem. In quibusdā enim magis debet homo assistere parētibus, quàm vxori. Sed quantum ad vnionem carnalis copulæ & cohabitationis, relictis omnibus parentibus, homo adhæret vxori.

¶Ad secundum dicendum, quod in verbis Apostoli non est intelligendū, q̄ hō debeat diligere vxorem suā ęqualiter sibi ipsi. Sed quia dilectio quā aliquis habet ad seipsum: est ratio dilectionis, quā quis habet ad vxorem sibi coniunctam.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiam in amicitia paterna inueniuntur multæ rōnes dilectionis, & quantum ad aliquid præpōderant rationi dilectionis, quæ habetur ad vxorem, secundum scilicet rōnem boni, quamuis illæ præponderent secundum coniunctionis rationem.

¶Ad quartum dicendū, quòd illud etiā non est sic intelligendū, quòd ly Sicut, importet æqualitatem, sed rationem dilectionis. Diligit enim homo vxorē suā principaliter rōne carnalis cōiunctiōis.

¶ *Super Quæstionis vicesimæ sextæ Articulum vndecimum.*

IN articulo vndecimo quum dicitur in calce, quod homo diligit vxorem principaliter ratione carnalis coiunctionis, non denotatur finis amoris, sed species vnionis causantis amorem. Non enim principale bonum quod homo vult vxori, est coniunctio carnalis, cùm hoc sit bonum vtile ad generandum, & delectabile, & velit ei bonum honestum, quod est maius, sed principalis ratio amoris ad vxorem, vt vnio est ratio amoris, est coniunctio carnalis: quia hanc sequitur quæcunque alia est inter eos vnio, siue voluntatum, siue rerum.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum homo magis debeat diligere benefactorem quam beneficiatum.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd homo magis debeat diligere benefactorem, qua beneficiatum. Dicit enim August. in lib. de Catechizandis rudibus. * Nulla maior est prouocatio ad amādum quàm preuenire amando. Nimis enim durus est animus, qui dilectionem etsi non vult impēdere, nolit rependere. Sed benefactores pueniunt nos in bñficio charitatis. ergo benefactores maxime debem⁹ diligere.

3. dis. 29. arti. 7. ad secundum Et 9. Ethico. lect. 7 * Cap. 4 tom. 4.

¶ *Super Quæstionis vicesimæ sextæ Articulum duodecimum.*

IN eodem & sequenti, hoc est, duodecimo articulo dubiū relinquitur, an magis diligendus sit filius, quam vxor.

¶ Ad quod dicitur, quòd quantum ad rationem boni, vxor magis diligitur: quia diligitur vt com principium ad filiorum procreationem, filius autem vt effectus. Constat enim excellentioris boni rationem habere comprincipium, quàm effectum. Sed quantum ad coniunctionē filius magis amatur quàm vxor, quia filius est aliquid substantiæ parentis, & pars eius: coniunx autem non non est pars coniugis, vt patet. Et ideo coniuges magis se inuicem honorant: intensius autem amant filios, cuius signum est maior tristitia de morte filij, quàm coniugis, vt sic, cæteris paribus.

Ezech. 44. to. 5. — Cap. 7.

¶2Pręterea, Tantò aliquis est magis diligēdus: quanto grauius homo peccat, si ab eius dilectiōe desistat, vel cōtra eū agat. Sed grauius peccat qui benefactorē non diligit vel contra eum agit, quàm si diligere desinat eum cui hactenus benefecit. ergo magis sunt amandi benefactores quàm hi, quibus benefacimus.

¶3Præterea, Inter omnia diligenda maxime diligendus est Deus: & post eum pater vt Hieronymus dicit.* Sed isti sūt maxime benefactores. ergo benefactor est maximè diligendus.

¶SED CONTRA est, q̄ Philosophus dicit in nono Ethico.* quòd benefactores magis videntur amare beneficiatos, quàm econuerso. Cap. 7.

¶RESPONDEO dicendū, quòd sicut supra dictū* est, aliquid diligit magis dupliciter. Vno mō quia habet rationem excellentioris boni: alio modo ratiōe maioris cōiunctionis. Primo quidē modo benefactor est magis diligendus, quia cū sit pricipiū boni in beneficiato, habet excellentioris boni rationē, sicut & de patre dictū est.* Secūdo autē modo magis diligimus beneficiatos, vt Philos. pbat ī 9. Ethic.* per quatuor rōnes. Primò quidē, quia beneficiatus est quasi quoddā opus bñfactoris. Vñ consueuit dici de aliquo, iste est factura illius. Naturale est aūt cuilibet, vt diligat opus suū, sicut videmus, q̄ poetæ diligūt poemata sua. Et hoc ideo: q̄a vnumquodq; diligit suum esse & suū viuere, qđ maximè manifestatur in suo agere. Secūdò, q̄ vnusquisq; naturaliter diligit illud, ī quo inspicit suū bonū: hēt quidē ergo & benefactor in beneficiato aliquod bonum, & econuerso. Sed benefactor inspicit in beneficiato suū bonum honestum, & beneficiatus in benefactore suum bonū vtile. Bonum autē honestū delectabilius cōsideratur, q̄ bonū vtile. Tum quia est diuturnius. Vtilitas enim citò trāsit, quia & delectatio memoriæ non est sicut delectatio rei præsentis. Tūm ēt, quia bona honesta magis cū delectatiōe recolim⁹, quā vtilitates, quæ nobis ab aliis euenerūt. Tertiò, quia ad amātem pertinet agere: vult enim & operat̄ bonū amato. Ad amatū autem pertinet bonū pati. Et ideo excellētius est amare. Et ppter hoc ad benefactorem pertinet, vt plus amet. Quartò, q̄a difficilius est bñficia impēdere, quā recipere. Ea verò, in quib⁹ laboram⁹, plus diligim⁹. Quę vero nobis de facili pueniunt, quodāmodo cōtēnim⁹.

Ar. 9. & 11. huius q. — Ar. 9. huius q. — Cap. 7.

¶ *Super quæstionis vicesimæsextæ Articulum decimumtertium.*

IN articulo decimotertio eiusdem quæstiōis aduerte, quòd Autor probat beatum in patria plus intensiue diligere seipsū, quam beatiorem hominem, vel angelum: non solum ex parte subiecti (quia scilicet intensio actus se tenet ex parte cōiunctionis ad subiectum: nullus autem est sibi cōiunctior, quàm ipsemet) sed etiam ipsius charitatis ordine in suis actibus per hoc, quòd charitas vnicuique datur à Deo principaliter ad actum, quo ipse recipiens bene se habeat. Dat enim De⁹ charitatem homini, vt amico propter bonum, s. ipsius hominis, cui datur, & datur charitas secundario ad actum erga pximos. Ex hoc enim manifestato ordine consequens est, vt magis intēdat habens perfectam charitatem principali actui, quam secundario: & per hoc intensius se diligat in Deo, quàm beatiorem. Nec obstat, vt in responsione ad vltimum dicitur, quòd Deus est in patria tota diligendi rō: quia vnicuique beato Deus est tota diligendi ratio, vt est illius beati bonum proprium. Diligere ergo Deum, vt tota ratione diligendi, claudit in se prius diligere seipsū quàm proximos. quia claudit in se Deum esse, & consequenter diligit vt proprium bonum diligentis & non claudit in se Deum diligi, vt bonum alterius, sed illud infert, si Deus est alterius bonum.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ in benefactore est vt beneficiatus pуocetur ad ipsum amandū: Benefactor autē diligit beneficiatum nō quasi prouocatus ab illo, sed ex seipso motus. Quod autem ex se est, potius est eo quod per aliud.

¶Ad secundū dicendum, quod amor beneficiati ad benefactorem est magis debitus, & ideo contrarium habet rationē maioris peccati. Sed amor benefactoris ad beneficiatum est magis spontaneus: & ideo habet maiorem promptitudinem.

¶Ad tertiū dicēdum, quod Deus etiam plus nos diligit, quàm nos eum diligamus: & parentes plus diligunt filios, quàm ab eis diligantur. Nec tamen oportet, quod quoslibet beneficiatos plus diligamus quibuslibet benefactoribus. Benefactores em̄ à quibus maxima beneficia recipimus, s. Deum & parentes præferimus his quibus aliqua minora beneficia impendimus.

ARTICVLVS XIII.

¶ Vtrum ordo charitatis remaneat in patria.

3. dist. 31. q. 2. art. 3. q. 1. & 2. 3. dist. Et vir. q. 2. ar. 9 ad duode. * Cap. 8. to. 1.

AD TERTIVMDECIMVM sic proceditur. Videtur quod ordo charitatis nō remaneat in patria. Dicit em̄ Aug. in lib. de vera religione. * Perfecta charitas est, vt plus potiora bona, & minus minora diligamus. Sed in patria erit perfecta charitas. Ergo plus diliget aliquis meliorem, quàm vel seipsum, vel sibi coniunctum.

¶2Præterea: Ille magis amatur, cui maius bonum volumus. Sed quilibet in patria existēs vult maius bonū ei, qui plus bonum habet: alioquin voluntas eius nō per omnia diuinæ volūtati cōformaretur. Ibi aūt plus bonum habet, qui melior est. ergo in patria quilibet magis diliget meliorem, & ita magis alium, quàm seipsum, & extraneum, quàm propinquum.

¶3Præterea, tota ratio dilectionis in patria Deus erit: tunc enim implebitur, quod dicitur 1. ad Cor. 15. Vt sit Deus omnia in omnibus. Ergo magis diligitur, qui est Deo propinquior: & ita aliquis magis diliget meliorem, quàm seipsum, & extraneū quàm coniunctum.

¶SED CONTRA est, quod natura non tollitur per gloriā, sed perficitur. Ordo autē charitatis suprà * positus ex ipsa natura procedit: omnia autem naturaliter plus se quàm alia amant. Ergo iste ordo charitatis remanebit in patria. Ar. 4. & 5. huius q.

¶RESPONDEO, dicendum quòd necesse est ordinem charitatis remanere in patria, quantùm ad hoc quòd Deus est super omnia diligendus. Hoc enim simpliciter erit tunc, quādo homo perfectè eo fruetur. Sed de ordine suiipsius, ad alios distinguendū videtur, quia sicut suprà * dictum est, dilectionis gradus distingui potest, vel secūdum differentiam boni, quod quis alij exoptat, vel secundum intentionem dilectionis. Primo quidem modo plus diliget meliores, quàm seipsum, minus verò minus bonos. Volet enim quilibet beatus vnumquemq; habere, quod sibi debetur, secundum diuinam iustitiam propter perfectam conformitatem voluntatis humanæ ad diuinā. Nec tunc erit tempus proficiendi per meritum ad maius præmium, sicut nunc accidit, quando potest homo meliorem & virtutem & præmium desiderare. Sed tunc voluntas vniuscuiusque infra hoc sistet, quod est determinatū diuinitus. Secundo vero modo aliquis plus seipsum diliget, quàm proximum ēt meliorē: quia intētio actus dilectionis puenit ex parte subiecti diligētis, vt suprà dictū est. * Et ad hoc etiā donū charitatis vnicuiq; confertur à Deo, vt primò quidē mētē suā in Deū ordinet, quod pertinet ad dilectionē suiipsius. Secūdariò verò ordinem aliorum in Deū velit, vel etiam operetur secundum suum modū. Sed quantum ad ordinem proximorum adinuicē simpliciter quis magis diliget meliorem secundum charitatis amorem. Tota enim vita beata consistit in ordinatione mentis ad Deū. Vnde totus ordo dilectionis beatorū obseruabitur p cōparationem ad Deū, vt scilicet ille magis diligatur & propinquior sibi habeatur ab vnoquoq;, qui est Deo propinquior. Cessabit enim tunc prouisio, quæ est in præsenti vita necessaria, quia necesse est, vt vniusquisque magis sibi cōiuncto, secūdū quācunq; necessitudinē prouideat magis, quàm alieno, ratione cuius in hac vita ex ipsa inclinatione charitatis homo plus diligit magis sibi coniunctū, cui magis debet impendere charitatis effectum. Continget tamen in patria, quòd aliquis sibi coniunctum pluribus modis diliget: Non enim cessabunt ab animo beati honestæ dilectionis causæ, tamē omnibus istis rationibus præfertur incomparabiliter ratio dilectionis, quæ sumitur ex propinquitate ad Deum.

D. 317. — Ar. 7. et 9. huius q. — art. 7. & 9. huius q. — D. 100.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, q̄ quantum ad cōiunctos sibi, ratio illa concedenda est. Sed quantum ad seipsum, oportet, quòd aliquis plus se, quàm alios diligat, tanto magis, quantò perfectior est charitas: quia perfectio charitatis ordinat hominem perfectè in Deum, quod pertinet ad dilectionē suiipsius, vt dictum est *. D. 101.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de ordine dilectionis secundum gradum boni, quod aliquis vult amato. In corp. art.

¶Ad tertium dicendum, quòd vnicuique erit Deus tota ratio diligendi, eo quòd Deus est totū hominis bonum. Dato enim per impossibile, quòd Deus nō esset hominis bonum, nō esset ei ratio diligendi. Et ideo in ordine dilectionis oportet, quòd post Deum homo maximè diligat seipsum.

QVÆSTIO VICESIMASEPTIMA, de Principali actu charitatis, qui est dilectio, in septem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de actu charitatis. ¶ Et primò, de principali actu charitatis, qui est dilectio. Secundò, de aliis actibus, vel effectibus. ¶ Circa primum quæruntur octo.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Primò, quid sit magis proprium charitatis, vtrũ amare, vel amari. ¶ Secũdò, vtrum amare, prout est actus charitatis, sit idem quod beneuolentia. ¶ Tertiò, vtrum Deus sit propter seipsum amãdus. ¶ Quartò vtrum possit in hac vita immediatè amari.
¶ Quintò, vtrum possit amari totaliter.
¶ Sextò, vtrum eius dilectio habeat modum. ¶ Septimò, quid sit melius, vtrum diligere amicum, vel diligere inimicum. Octauò, quid sit melius, vtrum diligere Deum, vel proximum.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum charitati sit magis proprium amari quàm amare.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd charitati sit magis propriũ amari quàm amare. Charitas enim in melioribus melior inuenitur. Sed meliores debent magis amari. Ergo charitati magis est proprium amari.

¶ 2 Præterea, Illud, quod in pluribus inuenitur, videtur esse magis conueniens naturæ, & per consequens melius. Sed sicut Philosophus dicit in octauo* Ethi. Multi magis volunt amari, quàm amare: sempérque amatores adulationis sunt multi: ergo melius est amari, quàm amare: & per consequens magis conueniẽs charitati. [cap. 8. to. 5]

¶ 3 Pręterea, Propter quod vnũquodq;, & illud magis. Sed homines ꝑpter hoc quod amantur, amant. Dicit enim Aug. in lib. de Catechizandis rudibus,* quòd nulla est maior prouocatio ad amandũ, quàm præuenire amando. ergo charitas magis consistit in amari, quàm in amare. [cap. 40. 4.]

¶ SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in octauo Ethic.* qđ magis existit amicitia in amare, quàm in amari. Sed charitas est amicitia quædam. Ergo charitas magis consistit in amare, quàm in amari. [cap. 8.]

¶ RESPONDEO, dicendũ, quòd amare conuenit charitati, inquantum est charitas. Charitas enim, cùm sit virtus quædam, secundum suam essentiam, habet inclinationẽ ad propriũ actũ, amari autem non est actus charitatis ipsius qui amat, sed actus charitatis eius est amare. Amari autem competit ei secundũ cõmunem rationem boni, prout s. ad eius bonum alius ad actum charitatis mouetur. Vnde manifestum est, quòd charitati magis conuenit amare, quàm amari. Magis enim conuenit vnicuique, quod conuenit ei per se & substantialiter, quã quod conuenit ei per aliud. Et huius duplex est signum. Primũ quidem, ꝙ amici magis laudantur ex hoc, quod amant, quã ex hoc, quod amãtur, quinimo si nõ amant, & amentur, vituperãtur. Secũdò, quia matres, quę maximè amãt, plus quęrunt amare quàm amari. Quædam enim vt Philos. dicit in eod. libro * filios suos dant nutrici, & amant quidem. Redamari autem non quærunt, si non contingat. [cap. 8.]

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ meliores ex eo quòd meliores sunt, sunt magis amabiles. Sed ex eo, ꝙ in eis est ꝑfectior charitas, sunt magis amantes, secundum tamẽ proportionem amati. Nõ enim melior minus amat id quod infra ipsum est, quàm amabile sit. Sicut ille, q est minus bonus, non attingit ad amandum meliorem, quantùm amabilis est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Philosophus dicit ibidem,* homines volunt amari, inquantum volũt honorari. Sicut enim honor exhibetur alicui, vt quoddam testimonium boni in ipso qui honoratur, ita per hoc quod aliquis amatur, ostenditur in ipso esse aliquod bonum, quia solum bonum amabile est. Sic ergo amari & honorari quærunt homines propter aliud, s. ad manifestationem boni in amato existentis. Amare autem quærunt charitatem habentes secundũ se, quasi ipsum sit bonũ charitatis: sicut & quilibet actus virtutis, est bonum virtutis illius. Vnde magis pertinet ad charitatem, velle amare quàm velle amari. [cap. eod.]

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ propter amari aliqui amãt: non ita ꝙ amari sit finis eius quod est amare, sed eo quòd est via quædam ad hoc inducẽs, quòd homo amet.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum amare, secundum quod est actus charitatis, sit idem quod beneficentia.*

AD SECVNDVM sic ꝓcedit. Videtur quòd amare secundum ꝙ est actus charitatis, nihil sit aliud quàm beneuolentia. Dicit enim Philosophus in secundo Rhetoricæ,* quod amare est velle alicui bonum. Sed hoc est beneuolentia: ergo nihil aliud est actus charitatis quàm beneuolentia. [cap. 4.]

¶ 2 Pręterea, Cuius est habitus, eius est actus. Sed habitus charitatis est in potentia voluntatis, vt suprà dictum * est. ergo etiã actus charitatis est actus voluntatis. Sed non est nisi in bonum tendens, quod est beneuolentia: ergo actus charitatis nihil aliud est, quàm beneuolentia. [q. 24. art. 1]

¶ 3 Præterea Philosophus in nono Ethico.* ponit quinque ad amicitiam pertinentia: quorum primum est quòd homo velit amico bonum: secundum est, quòd velit ei esse & viuere: tertium est quod ei delectabiliter conuiuat: quartum est, ꝙ eadẽ eligat: quintum est, quòd ei condoleat & congaudeat. Sed prima duo ad beneuolentiam pertinent. Ergo primus actus charitatis est beneuolentia. [cap. 4.]

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in eodem lib.* ꝙ beneuolentia neq; est amicitia, neq; est amatio, sed est amicitiæ principiũ. Sed charitas est amicitia, vt s̃ dictũ *. Ergo beneuolentia non est idẽ quod dilectio, q̃ est charitatis actus. [cap. 5.] [q. 23. art. 1]

¶ RESPONDEO dicendum ꝙ beneuolentia propriè dicitur actus voluntatis quo alteri bonum volumus. Hic autẽ voluntatis actus differt ab actuali amore tam secundũ ꝙ est in appetitu sensitiuo, quàm etiã secundũ quod est in appetitu intellectiuo, qui est voluntas. Amor enim qui est in appetitu sensitiuo quædã passio est. Omnis autẽ passio cum quodã impetu inclinat in suũ obiectũ. Passio autem amoris hoc habet ꝙ non subito exoritur, sed per aliquã assiduã inspectionẽ rei amatæ. Et ideo Philosophus in 9. Ethic.* ostendens differentiã inter beneuolentiã & amorem, qui est passio, dicit ꝙ beneuolentia non habet dissentionem & appetitum, id est aliquẽ impetũ inclinationis, sed ex solo iudicio rõnis homo vult bonũ alicui. Similiter etiã talis amor est ex quadã consuetudine Beneuolẽtia autem interdum oritur ex repentino, sicut accidit nobis de pugilibus qui pugnãt, quorum alterum vellemus vincere. Sed amor qui est in appetitu itellectiuo, etiã differt à beneuolẽtia: importat enim quandam vnionẽ secundũ affectum amantis ad amatum, inquantũ s. amans æstimat amatum quodammodo vt vnum sibi vel ad se pertinens: & sic mouetur in ipsum. Sed beneuolentia est simplex actus voluntatis quo volumus alicui bonũ etiã non præsupposita prædicta vnione affectus ad ipsũ. Sic ergo in dilectione secundũ quod est actus charitatis includitur quidem beneuolentia, sed dilectio siue amor addit vnionem affectus. Et propter hoc Philosophus dicit ibid.* quod beneuolentia est principium amicitiæ. [cap. 5.] [cap. eod.]

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus ibi diffinit amare, non ponens totam rationem ipsius, sed aliquid ad rationem eius pertinens in quo maximè manifestatur dilectionis actus.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd dilectio est actus voluntatis in bonum tendens, sed cum quadã vnione ad amatum quæ quidem in beneuolẽtia nõ importatur.

¶ *Super Quæstionis vicesimæ septimæ Articulum primum.*

IN art. primo quæstionis vigesimę septimæ, ĩ responsione ad primum perspice primò Autorem vti distinctiõe facta ĩ corpore articuli. Et propterea distinguere habentes maiorem charitatem in seipsos, vt meliores, & vt perfectioris sunt charitatis. Hoc enim est distinguere habentes charitatem secundum communem rationem boni. Nam sic maior charitas constituit hominem meliorem, & consequenter magis amabilem, & secundum propriam rationem charitatis: nam sic est virtus inclinans ad actum amandi, & maior constituit hominem magis amantem.

¶ Perspice secundo, quòd quia in hac responsione non solum charitati tribuitur magis amare, quã amari vtendo doctrina corporis articuli: sed alia sit comparõ, scilicet maioris ad minorem charitatem, secundum magis & minus amare, dicẽdo, quod maior charitas facit magis amantes, & meritò adiunctum est hoc: quia si proprium est charitati amare, consequens est, vt maior charitas facit magis amare, & maxima maximè amare faciat iuxta regulam, Sicut simpliciter ad simpliciter: ita magis, &c. Et hoc quidem absolutè verissimũ est, respectu formalis obiecti charitatis, quod est Deus, vt patet, Sed respectu secũdarij obiecti hoc est proximi, limitatur in litera hac adiectione, scilicet secundum proportionem amati: & intendit quod perfectior charitas magis diligit proximum secundum proportionem, qua proximus ille est diligibilis, quàm perfectior charitas diligat proximum secundũ ipsius proximi proportionem, & hoc est dicere quòd perfectior magis, quàm imperfectior diligit proximum attenta amabilitate proximi: quod declaratur in litera positis duobus, altero perfectior est, altero imperfectioris charitatis. Constat enim quod perfectior est melior & magis amabilis, & imperfectior minus bonus, ac minus amabilis. In amore autem mutuo istorum hæc est differentia, quòd minus bonus amatur à perfectiori, quãtum amabilis est: quia charitas ĩperfectior non solum adæquat, sed excedit bonitatem minus boni. Melior autem nõ amatur ab imperfectiore, quantum amabilis est, quia charitas imperfectior non adæquat bonitatem meliorem. Ex hoc ergo quòd perfectior amat minus bonum, quantũ amabile est, & imperfectior non redamat meliorem quãtum amabilis est, manifestum est, quod perfectior magis amat, secũdum proportionem amati, hoc est magis quàm imperfectior: attenta amabilitate obiecti.

¶ In eodem artic. primo in responsione ad primũ aduerte, quòd quum in litera dicitur, quòd amari quæritur eadem ratione qua quæritur honorari, scilicet vt manifestatiuum boni proprij, non est intelligendum quod hæc sit per se ratio appetitus eius, quod est amari: quoniam hoc falsum est. Amari enim per se ordinatur ad habendum id quod bono proprio intus debetur ab alio: amatum enim ad intima penetrat. Sed intelligendũ est, quòd hæc est ratio quare communiter ab hominibus homines appetunt amari. Sic enim directe respõdet argumento de accidẽte, vt in pluribꝰ [3. dist. 27. q. 1. art. 1. cor. & ad secundum] [cap. 4.]

¶ *Super Quæstionis vicesimæseptimæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo duo notanda occurrũt. Primò diuersa differentia beneuolentiæ ab amore actuali in parte sensitiua, & in parte intellectiua. Nam ab illo ex communibus omni passioni actuali, scilicet esse cum impetu, & ex propriis passionis amoris actualis, scilicet non subito exortu, totaliter distinguitur. Ab isto autẽ ex vna tantũ conditione secernitur, scilicet ex hoc, quòd amor exigit vnionem, quam nõ exigit beneuolentia, sed includit illã. Et ideo actus dilectionis charitatis claudit in se beneuolentiã. Est enim amor amicitiæ. & addit (vt in litera dicitur.) Ex his aũt non accipias, quòd beneuolentia est propria voluntati: sed quòd sicut in parte sensitiua inuenitur participatio amoris amicitiæ, à fortiori inueniri potest beneuolẽtia, quæ minus importat, quàm amor amicitiæ. Nec cõtra hoc militãt rationes in litera ex Arist. allatæ: quoniã afferũtur ad cõcludendã separationem beneuolentiæ ab amore sensitiuo, & non ad inferendã incõpossibilitatẽ coincidentiæ. Stat enim ex rationibus & Arist. & literæ, quòd beneuolentia non exigat conditiones quas exigit passionis amor: ac per hoc illa potest esse sine isto cum quo stat, ꝙ potest coincidere, Cõpatiẽdo etiam secum cõditiones amoris, quas non exigit s̃m se beneuolentia, sicut in litera dr̃, ꝙ coincidit cũ dilectione charitatis, cõpatiendo secũ cõditionẽ amoris, s. vnionẽ quam secundum se non exigit.

¶ Secundò in responsione ad primum, quòd illa diffinitio, Amare est velle bonũ alicui, non cõtinet totum, sed principale pertinens ad amorem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ intantũ illa, quæ Philosophus ibi ponit ad amicitiam pertinent, inquantũ proueniũt ex amore, quẽ quis habet ad seipsum, vt ibidem dicitur: vt scilicet hæc omnia aliqs erga amicum agat sicut ad seipsum, quod pertinet ad prædictam vnionem affectus.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum Deus sit propter seipsum ex charitate diligendus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ Deus non propter seipsum, sed propter aliud diligatur ex charitate. Dicit enim Greg. in quadam homil.* Ex his quæ nouit animꝰ, discit incognita amare. Vocat autem incognita intelligibilia & diuina, cognita aũt sensibilia. ergo Deus est propter aliud diligendus. [4. dist. 2. q. 1. art. 1. quæ. 1. ad secũdum. Et opusc. 62. c. 7. 8. 9. & 14.] [* Hom. 11. in Euang.]

¶ 2 Pręterea, Amor sequit̃ cognitionem. Sed Deus ꝑ aliud cognoscitur: secũdum illud Ro. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur. Ergo ẽt propter aliud amatur, & non propter se.

¶ 3 Præterea, Spes generat charitatem, vt dicitur in gl. Mat. 1. Timor etiam charitatem introducit, vt Aug. dicit super primam Can. Io.* Sed spes expectat aliquid adipisci à Deo: timor autem refugit aliquid quod à Deo infligi potest. Ergo videtur quòd Deus propter aliquod bonum speratum, vel propter aliquod malum timendum sit amandus. Non ergo amandus propter seipsum. [Tract. 9. to. 9.]

¶ SED CONTRA est, quòd sicut Aug. dicit in 1. de Doct. Christi.* Frui est amore inhærere alicui propter seipsum. Sed Deo fruendũ est: vt in eodem libro † dr̃. Ergo Deꝰ diligẽdus est ꝑpter seipsũ. [* cap. 4. to. 3.] [† cap. 4. & 5.]

¶ RESPONDEO, dicendum ꝙ ly propter, importat habitudinem alicuius causę: est aũt quadruplex genus causæ, s. finalis, formalis, efficiens & d materialis: ad quam reducitur etiam materialis dispositio, d quæ nõ est causa simpliciter, sed secundum quid. Et secundum hæc quatuor genera causarũ dicitur aliquid propter alterũ diligendum. Secundũ quidem genus causæ finalis, sicut diligimus medicinã propter sanitatem. Secundum autẽ genus causæ formalis, sicut diligimus hominẽ propter virtutẽ: quia s. virtute formaliter est bonus, & per consequens diligibilis. Secundũ autẽ causam efficientẽ, sicut diligimus aliquos inquãtũ sunt filij talis patris. Secundũ autẽ d dispositionẽ, quæ reducitur ad genꝰ causæ materialis, dicimur aliquid diligere ꝑpter id quod nos disponit ad eius dilectionẽ puta propter aliqua beneficia suscepta, quãuis postquã iam amare incepimus, nõ propter illa beneficia amemus amicũ, sed propter eius virtutẽ. Primis ergo tribus modis Deum non diligimus propter aliud, sed propter seipsum. Non enim ordinatur ad aliud sicut ad finem, sed ipse est finis vltimus omniũ. Neq; etiã informat̃ aliquo alio ad hoc, ꝙ sit bonus, sed eius substãtia est eius bonitas, secundũ quã exẽplariter d oĩa bona sunt. Neq; iterũ ei ab altero bonitas inest, sed ab ipso oĩbus aliis. Sed quarto mõ põt diligi ꝑpter d aliud: quia s. ex aliquibꝰ aliis disponimur ad hoc, qđ in Dei dilectione proficiamus: puta per beneficia ab eo suscepta, vel per premia sperata, vel per pœnas, quas ꝑ ipsum vitare intẽdimus. [D. 322.] [D. 354.] [D. 1637.] [D. 284.] [D. 98.]

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd ex his quæ animus nouit, discit incognita amare: nõ quòd cognita sint ratio diligẽdi ipsa incognita, per modum causæ formalis, vel finalis vel efficiẽtis, sed quia ꝑ hoc homo disponitur ad amãdũ ĩcognita.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd cognitio Dei acquiritur quidem per alia: sed postquam iam cognoscitur, non per alia cognoscitur, sed per seipsum: secundũ illud Ioannis quarto. Iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim videmus & scimus, quia hic est verè saluator mundi.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ spes & timor ducunt ad charitatem per modum dispositionis cuiusdam, vt ex supra dictis * patet. [q. 17. arti. 8.]

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum Deus in hac vita possit immediate amari.*

AD QVARTVM sic proceditur. Vr̃ quod Deus in hac vita non possit immediatè amari. Incognita enim amari non possunt: vt Augustinus dicit 10. de Trinit.* Sed Deum non cognoscimus immediatè in hac vita: quia videmus nunc per speculum in ænigmate: vt dicitur primæ ad Cor. 13. Ergo neque etiam eum immediatè amamus.

¶ 2 Præterea, Qui nõ potest, quod minus est, nõ potest quod maius est. Sed maius est amare Deũ quàm cognoscere ipsum: qui enim adhæret Deo per amorẽ, vnus spiritus cum illo est, vt dicitur primæ ad Cor. 6. Sed homo non p̃t Deũ cognoscere immediatè. Ergo multò minꝰ amare.

¶ 3 Præterea, Homo à Deo disiũgitur per peccatũ, secundum illud Isa. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Sed peccatum magis est in voluntate, quã in intellectu. Ergo minus potest homo Deũ diligere immediate, quã in intellectu. Ergo minus potest homo Deum diligere immediatè, quàm Deum immediatè cognoscere.

¶ SED CONTRA est, quòd cognitio Dei, quia est mediata, dicitur ænigmatica, & euacuatur in patria, vt patet 1. ad Corin. 13. Sed charitas viæ non euacuatur, vt ibidem dicitur, Ergo charitas viæ immediatè Deo adhæret.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd sicut suprà * dictum est, actus cognitiuæ d virtutis perficitur per hoc, ꝙ cognitum est in cognoscente. Actus autẽ appetitiuæ virtutis perficitur per hoc, ꝙ appetitus inclinatur ad rem ipsam. Et ideo oportet quòd motus appetitiuę virtutis sit in re secundũ cognitionem ipsarum rerum: actus autẽ cognitiuæ virtutis est secundũ modũ cognoscẽtis. Est aũt ipse ordo rerũ talis secundũ se, ꝙ Deus est ꝑꝑ seipsum cognoscibilis & diligibilis, vt pote essentialiter existẽs ipsa veritas & bonitas, per q̃ illa cognoscũtur & amantur. Sed quo ad nos qa nostra cognitio à sensu ortũ habet, priꝰ sunt cognoscibilia, quæ sunt sensui ꝓpinquiora: & vlteriꝰ terminus cognitionis est in eo, qđ est maximè à sensu remotũ. Secũdũ hoc ergo dicendũ est, ꝙ dilectio, quæ ẽ appetitiuæ virtutis actus ẽt in statu viæ tendit in Deũ primò, & ex ipso deriuat̃ ad alia, & secundũ hoc charitas Deum immediatè diligit, alia verò, Deo mediãte. In cognitione verò est ecõuerso, quia s. per alia Deũ cognoscimꝰ, sicut causã ꝑ effectꝰ, vel ꝑ modũ eminẽtiæ, aut negationis, vt patet ꝑ Diony. in lib. de Diuin. nomin.* [1. p. q. 82. ar. 2.] [D. 222.] [Cap. 4. par. 1.]

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd quamuis incognita non possint amari: tamen non oportet quòd sit idem ordo cognitionis & dilectionis. Nam dilectio est cognitionis terminus. Et ideo vbi desinit cognitio, s. in ipsa re, quæ per aliam cognoscitur, ibi statim dilectio incipere potest.

¶ Ad secundũ dicẽdum, ꝙ quia dilectio Dei est maius aliquid, quàm eius cognitio, maximè secundum statum viæ: ideo præsupponit ipsam. Et quia cognitio non quiescit in rebus creatis, sed per eas in aliud tendit, in illo dilectio incipit: & per hoc ad alia deriuatur per modum cuiusdam circulationis, dum cognitio à creaturis incipiens, tendit in Deum, & dilectio à Deo incipiens sicut ab vltimo fine, ad creaturas deriuatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per charitatem tollitur auersio à Deo, quæ est per peccatũ, non autem per solam cognitionem. Et ideo charitas est, quæ diligendo, animum immediatè Deo coniungit spiritualis vinculo vnionis.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum Deus possit totaliter amari.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videt̃ ꝙ Deus non possit totaliter amari. Amor enim sequit̃ cognitionem. Sed Deus non potest totaliter à nobis cognosci: quia hoc esset eũ comprehẽdere. Ergo non potest à nobis totaliter amari.

¶ 2 Pręterea, Amor est vnio quædam, vt patet per Diony. 4. c. de Diui. nomi. Sed cor hominis nõ põt totaliter Deo vniri: quia Deus est maior corde nostro, vt dicitur 1. Ioan. 3. Ergo Deus non potest totaliter amari.

¶ 3 Præterea, Deus seipsum totaliter amat. Si ergo ab aliquo alio totaliter amatur, aliquis alius diligit Deum tãtum, quantum ipse se diligit. Hoc autem est inconueniens. Ergo Deus non potest totaliter diligi ab aliqua creatura.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

¶ RESPONDEO, dicendũ quòd cùm dilectio intelligatur quasi medium inter amantẽ & amatum, cùm quæritur an

¶ *Super Quæstionis vigesimæseptimæ Articulum quartum*

IN arti. quarto omisso tertio aduertendũ est, quòd amari immediatè significat esse immediatum terminum non immediatum mouens ad amãdum. Et quia Deus secundũ seipsum est immediatus, & primus terminus amoris charitatis, etiam in via (quoniã est obiectum formale eius) ideo in via etiã Deꝰ immediate amatur, cũ quo stat ꝙ mouet ad actũ amãdi in speculo creaturæ, vt superius dictũ est. [3. dis. 27. q. 3. arti. 3. Et di. 34. q. 1. ar. 1. ad quintum. Et vir. q. 10. art. 11. ad sextum. Et vir. q. 2. ar. 2. ad 11.] [* ca. 1. & 2. to. 3.]

¶ *Super quæstionis vigesimæseptimæ Articulum quintum.*

IN arti. quinto aduertẽ, quod quæstio hæc communis est charitati viæ, & charitati patriæ: quia est de amari ex charitate absolute. Et propterea nõ oportet discutere, quomodo ex parte diligẽtis, Deus totaliter diligat̃: qa & si hic nõ fit, sufficit ꝙ fiat in patria. [3. di. 27. q. artic. 2. Et vir. q. 2. art. 10. ad 5.]

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis vigesimæseptimæ Articulum sextum*

IN art. 6. in corpore nota rationem, quare appetitus finis est infinitus: quia s. finis nō habet rationem mesurati, sed mensuræ. In mensura autem non potest esse excessus, aut defectus: alioquin mensuræ esset alia mensura, & sic procederetur in infinitum. Et patet sequela, quia excessus vel defectus attenditur penes aliquā mensuram, quæ exceditur, vel à qua aliquid deficit. Et hoc fundamētum bene notato in appetibilibus & agibilibus: quoniā omnium mensura est finis, quia penes finem sumitur omnium horum ratio & pluries oportet hac oppositione vti.

¶ In codē sexto articulo in respōsione ad tertiū circa illa verba, Act⁹ interior charitatis habet rationem finis, quia vltimum bonū hominis cōsistit in hoc, quod anima Deo inhæreat, aduerte, quòd Autor cōparat hic actum interiorem charitatis ad actus exteriores imperatos, qui sunt ad finē, & respectu eorū dicit quod actus interior est finis, & non comparat actum interiorē charitatis ad actum non imperatum, sed naturalem in intellectu beati causato à Deo præsente sub claro lumine gloriæ: tum quia talis actus quum sit obiectum amoris, habet magis rationē finis, quam ipse actus amādi, cui ex hoc ipso quod est actus voluntatis, minus cōuenit ratio finis: quia ratio finis est ratio obiecti voluntatis: tum quia Autor loquitur de actu quo anima inhæret vltimo fini, scilicet Deo, vt patet in litera, vt distinguitur ab actibus quibus non inhæremus, sed accedimus ad Deum. Visio autem Dei in patria non excluditur ab actu voluntatis, quo anima inhæret Deo: sed includit ipsum, vt propriam ipsius causam. Et ꝓpterea attribuitur hic esse vltimum actui voluntatis, & propterea esse mensuram aliorum, non vt excludit visionem in patria, sed vt claudēs illam in se: ita vt totalis adhæsio ad Deum, cuius vna pars actus voluntatis ex vna sumatur parte, s. ex parte finis, reliqua ex parte eius quod est ad finē. Totum enim illud & singulas eius partes, quia sunt cōsecutio vltimi finis, sine mensura & modo appetendum est: ita quòd quanto plus, tanto melius reliqua mēsurata oportet esse. Et hæc dicta sunt, ne putes verba Autoris sibi ipsi contrariari: sed cognoscas, quòd cum ex pluribus integretur cōsecutio vltimi finis, qui Deus est, s. actus intellectus & vo-

3. dist. 27. q 3 art. 3. Et vir. q 2. ar. 2 ad 13 — ** Cap. 3. & 4. to. 6.* — *† cap. 8. to. 1.* — *† cap. 3 to. 3.* — *In principio.* — *Tex. 82.*

Deus possit totaliter diligi, tripliciter pōt intelligi. Vno modo, vt modus totalitatis referatur ad rem dilectā: & sic Deus est totaliter diligendus, quia totū quod ad Deum pertinet, homo diligere debet. Alio mō pōt intelligi ita, ꝙ totalitas referatur ad diligentē: & sic ēt Deus totaliter diligi debet, quia ex toto posse suo homo debet diligere Deū: & quicquid habet, ad Dei amorem ordinare, secundum illud Deut. 6. Diliges dominū Deū tuū ex toto corde tuo. Tertio modo pōt intelligi secundū cōparationē diligētis ad rem dilectā, vt s. modus diligentis adæquet modū rei dilectæ. Et hoc nō potest esse. Cùm enim vnūquodque intantū diligibile sit, inquantum est bonum. Deus, cuius bonitas est infinita, est infinitè diligibilis. Nulla autē creatura pōt Deum infinitè diligere: quia omnis virtus creaturæ siue naturalis, siue infusa, est finita. Et ꝑ hoc patet respōsio ad obiecta. Nam primæ tres obiectiones procedūt secundum hunc tertium sensum. Vltima autem ratio procedit in sensu secundo.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum diuinæ dilectionis sit aliquis modus habendus.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd diuinæ dilectionis sit aliquis modus habendus. Ratio enim boni consistit in modo, specie, & ordine, vt patet per Aug. in libro de Natura boni.* Sed dilectio Dei est optimum in homine, secūdum illud ad Col. 3. Super omnia charitatem habete. Ergo dilectio Dei debet modum habere.

¶ 2 Præterea, Aug. dicit in libro de Mori. Eccle. † Dic mihi, quæso te, quis sit diligendi modus. Vereor enim ne plus minúsve quàm oportet inflammer desiderio & amore Domini mei. Frustra autem quæreret modum, nisi esset aliquis diuinæ dilectionis modus.

¶ 3 Præterea, sicut Aug. dicit quarto super Gen. ad literam, * Modus est quem vnicuique propria mensura præfigit. Sed mensura voluntatis humanæ, sicut & actionis exterioris, est ratio. Ergo sicut in exteriori effectu charitatis oportet habere modum à ratione præfixum (secundum illud Roman. 12. Rationabile obsequium vestrum) ita etiam interior dilectio Dei debet modum habere.

¶ SED CONTRA est, quòd Bern. dicit in libro de Diligēdo Deum, * quòd causa diligendi Deum, Deus est: modus, sine modo diligere.

¶ RESPONDEO, dicendum ꝙ sicut patet ex inducta autoritate Aug. modus importat quandā mensuræ determinationem. Hęc aūt determinatio inuenitur & in mensura & in mensurato, aliter tamē & aliter. In mensura enim inuenitur essentialiter: quia mēsura secundum seipsam est determinatiua & modificatiua aliorū. In mēsuratis aūt inuenitur mēsura secundū aliquid, id est, inquantū attingunt mensurā. Et ideo in mēsura nihil potest accipi immodificatū: sed res mēsurata est immodificata, nisi mensurā attingat, siue deficiat, siue excedat. In omnibus aūt appetibilibus & agibilibus mēsura est finis: qa eorū, quæ appetim⁹ & agimus, oportet propriā rōnem ex fine accipere, vt patet per Philosophū in secundo Physi.* Et ideo finis secundū seipsum habet modū. Ea verò quæ sunt ad finē, habēt modum ex eo quòd sunt fini proportionata. Et ideo sicut Philosophus dicit in primo Politic.* Appetitus finis in omnibus artibus est absq; fine & termino: eorum autem quæ sunt ad finem, est aliquis terminus. Non enim Medicus imponit aliquem terminum sanitati, sed facit eam perfectam, quātumcunq; potest: sed medicinæ imponit terminum. Non enim dat tantùm de medicina, quantùm potest, sed secundum proportionem ad sanitatem. Quam quidem proportionem si medicina excederet, vel ab ea deficeret, esset immoderata. Finis autē omniū actionū humanarū & affectionum est dilectio Dei, per quam maximè attingimus vltimū finē, vt suprà dictū est.* Et ideo in dilectione Dei non potest accipi modus, sicut in re mensurata, vt sit in ea accipere plus & minus: sed sicut inuenitur modus in mensura, in qua non potest esse excessus. Sed quantò plus attingitur regula, tantò melius est: & ita quantò Deus plus diligitur, tantò est dilectio melior.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud quod est per se, potius est eo quod est per aliud. Et ideo bonitas mensuræ, quę per se habet modum, potior est quàm bonitas mensurati, quæ habet modum per aliud. Et sic etiam charitas, quæ habet modum sicut mensura, præeminet aliis virtutibus, quæ habent modum sicut mensuratæ.

¶ Ad secundum dicendū, quòd sicut Aug. ibidem * subiungit, modus diligendi Deum est, vt ex toto corde diligatur, id est, vt diligatur quantumcunque potest diligi. Et hoc pertinet ad modum, qui conuenit mensuræ.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd affectio illa cuius obiectum subiacet iudicio rationis est ratione mensurāda. Sed obiectum diuinæ dilectionis, quod est Deus, excedit iudicium rationis, & ideo mēsuratur ratione, sed rationem excedit. Nec est simile de interiori actu charitatis, & exterioribus actibus. Nam interior actus charitatis habet rationem finis, quia vltimum bonū hominis consistit in hoc, quòd anima Deo inhæreat, secundum illud Psal. mihi adhærere Deo bonum est. Exteriores autem actus sunt sicut ad finē: & ideo sunt commensurandi, & secundum charitatem & secundum rationem.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum sit magis meritorium diligere inimicum, quàm amicum.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd magis meritoriū sit diligere inimicum, quàm amicum. Dicitur enim Matt. 5. Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Diligere ergo amicum, nō meretur mercedē: sed diligere inimicum, meretur mercedem, vt ibidem ostenditur. Ergo magis est meritorium diligere inimicos quàm amicos.

¶ 2 Præterea, Tantò aliquid est magis meritorium, quantò ex maiori charitate procedit. Sed diligere inimicū est perfectorū filiorū Dei, vt Aug. dicit in Enchiridio * Diligere autem amicum est etiam charitatis imperfectæ. Ergo maioris meriti est diligere inimicum, quàm amicum.

¶ 3 Præt. vbi est maior conat⁹ ad bonū, ibi vr̄ esse mai⁹ meritū, qa vnusquisq; ꝓpriā mercedē accipiet secundū suū laborē, vt dr̄ 1. ad Cor. 3. Sed maiori conatu indiget homo ad hoc ꝙ diligat inimicū, q̄ ad hoc vt diligat amicū, qa difficilius est. Ergo vr̄ ꝙ diligere inimicū sit magis meritoriū, q̄ diligere amicum.

¶ SED CONTRA est, quia illud quòd est melius, est magis meritorium. Sed melius est diligere amicum, quia melius est diligere meliorem: amicus autem qui amat est melior quàm inimicus, qui odit. ergo diligere amic

luntatis, illius tātum partis Autor meminit explicitè, quæ præsenti seruit proposito.

¶ *Super Quæstionis vicesimæseptimæ Articulum septimum.*

IN artic. 7. dubium ex Durādo in tertio sententiarum distinctione trigesima, quæstio. vltima occurrit, An diligere cęteris paribus amicum, sit magis meritorium quàm diligere inimicū. Ipse siquidem tripliciter probare nititur, quòd dilectio inimici est magis meritoria. Primò quia dilectio inimici ex natura operis exigit maiorē conatum, quia est difficilior secundum se. Secundò, quia tota ratio dilectionis inimici est charitas, non autem tota ratio dilectionis amici. Tertiò, quia dilectio inimici includit dilectionem amici, vt patet, ergo melior.

¶ Ad hoc dicendum, est, secundum Autoris doctrinam, quòd cæteris paribus, dilectio amici est melior & magis meritoria. Et per se ac essentialis ratio est, quia obiectum in tali dilectione est melius & magis cōiunctum: ita quòd est & Deo propinquius, quia melius: & diligenti propinquius, quia magis cōiūctum: ac per hoc vtrique dilectionis charitatiuæ mēsuræ conformis. Constat autem, quòd actus habens materiam per se magis consonam, cæteris paribus, est melior. Et quoniam esse meritorium simpliciter apud Deum consequitur maiorē bonitatem simpliciter, quicquid sit de merito respectu huius: Ideo optimè valet sequela, Actus charitatis est simpliciter melior, ergo magis meritorius simpliciter, & nihil officit, siue sit magis debitus, siue non, vt Durandus fingit. Dilectio siquidem nostra erga Deum est maxime debita: & non propterea perdit rationem meritorij & magis meritorij. Sed ille deceptus est declinans à merito ad meritum ab hoc. Et rursus debuit considerare, quod non est sermo de bono & meliori in communi,

cap. 6. — *q. 13. art. 6.* — *cap. 8. & 11. to. 1.* — *Infrà art. 8. ad secundum. Et 3. dist 30. arti. 3. & arti. 4. ad tertium. Et virt. q. 2. artic 8 con. si. & ad 17.* — ** cap. 71. tom.*

muni sed de bono & meliori secūdum charitatē.

¶ Ad primā ergo obiectionem in oppositū dicitur cum Autore in responsione ad vltimū huius quęstionis, quòd quū duo cōcurrant ad virtutem, bonum & difficile, plus facit ad rationem virtuosi actus bonum, quàm difficile. Et propterea non quanto difficilior ex natura operis, nisi sit etiā melior actus, iudicatur simpliciter magis meritorius. Et propterea licet dilectio inimici sit difficilior nō tamē est magis meritoria, sicut etiā dilectio proximi est magis difficilis quàm dilectio Dei, quū sit naturalissima, non tamē est magis meritoria.

¶ Ad secundum dicitur quòd receditur ab hypothesi. Nā quæstio est, cæteris paribus, modò cætera non sunt paria, nisi ponatur ex charitate pariter amicum & inimicum diligi: sic quod quęcunq; alia ratio diligendi non consideretur.

¶ Ad tertiū dicitur, quòd ratio illa infert oppositum intenti: quoniā dilectio inimici, vt quatuor, supponit eandem charitatē diligere amicū plus quā vt quatuor: quoniā eadem charitas magis tendit in obiectū propinquius, quā remotū. Quū ergo dicitur, Dilectio proximi includit dilectionē amici, distinguēdum est de dilectione habituali, vel actuali amici. Nam si de habituali est sermo, verū assumitur: sed oppositum concluditur, vt deductū est, quia eadē charitas magis tēdit in propinquū, quam remotum. Et propterea negāda est sequela: quoniā non includit illam gradualiter, & aliquid addit: sed includit illā vt cōem causam sui, & dilectionis amici. Si vero de dilectione actuali amici est sermo, falsum manifestè assumit. Non enim in actu, quo diligo Ioannem inimicum, clauditur actus, quo diligo Petrum amicum.

¶ *Super Quæstionis vicesimæseptimæ Articulum octauum*

IN artic. 8. responsio ad tertium cōmendanda est memoriæ: quia pluries oportet ea vti, nihilque aliud scribendum occurrit.

¶ *Super Quæstionem vicesimaoctauam.*

IN articulis hoc solum scribendum occurrit iuxta primū articulum quòd charitas ex hoc, quòd est amor Dei parit gaudiū secundum vtrāque rationē, s. amicitiæ, & cōcupiscentiæ, seu de ipso Deo in se, & de pręsentia eius. Nam ex natura rei amatæ, s. Dei, habet quòd non nisi gaudere possit de bono diuino: quia bono diuino nihil dani accidere potest, sed semper optimum & immutabile, ac per hoc semper materia gaudi est apud amantem. Et ex natura talis amoris Dei, qualem significat charitas, habet, quòd Deū præsentem faciat amanti, secundum nobilissimum effectū, ipsam s. gratiam & charitatem, eleuātem creaturam in Deitatis consortium. Et propter huiusmodi præsentiam amanti parit etiam gaudium magnum. Sed primum est maius & essentialius charitati: quia est de Deo in se directè. Augetur quoq; primū gaudium ex materia secundi. s. tali præsentia Dei in anima dum in sanctificatione diuini nominis, in regnum Dei in voluntatis diuinæ expletionem retorquetur. Hæc enim tam in se quā in proximo maximè materia gaudij explentis desiderium amantis Deū sunt: sicut bonum diuinum in seipso est materia gaudij complentis amorem complacentiæ Dei. Hoc enim nō desiderat charitas, sed amat & cōplacet ei. Illa verò desiderat: quia esse & non esse possūt: charitas ergo, vt sic, facit gaudiū his modis. Quomodo autē faciat etiā gaudium ex cōi ratione, qua est amor faciens amatū in amante. & ecōuerso, ex communibus dictis in pręcedēti libro sumere potes, & applicare.

¶ *Super*

q. 25. ar. 1. — *in corp.* — *Infrà qō. 182. arti. 2. cor. Et 3. dist. 30. art. 4. Et quoli. 6. art. 11. cor.* — *art. præ.* — *Cap. 3. to. 5.*

amicum est magis meritorium, quàm diligere inimicum.

¶ RESPONDEO, dicendū ꝙ ratio diligēdi proximū ex charitate, Deus est, sicut supra dictum est.* Cùm ergo quęritur quid sit melius vel magis meritoriū, vtrum diligere amicū vel inimicū, dupliciter istæ dilectiones cōparari possunt. Vno modo ex parte proximi qui diligitur: alio modo ex parte rationis, propter quā diligitur. Primo quidē modo dilectio amici præeminet dilectioni inimici, quia amicus & melior est & magis coniunctus. Vnde est materia magis conueniens dilectioni. Et propter hoc actus dilectionis super hanc materiā trāsiens melior est: vnde & eius oppositum est deterius. Peius enim est odire amicum, quàm inimicū. Secundo aūt modo dilectio inimici præeminet propter duo. Primò quidē, quia dilectionis amici pōt esse alia ratio, quàm Deus: sed dilectionis inimici solus Deus est ratio. Secūdò, qa præsupposito, ꝙ vterq; propter Deū diligatur, fortior ostenditur esse Dei dilectio, quæ animū hominis ad remotiora extendit, s. vsq; ad dilectionē inimicorum, sicut virtus ignis tātò ostēditur esse fortior, quātò ad remotiora diffundit suū calorē. Tātò ergo ostēditur diuina dilectio esse fortior, quātò propter ipsam difficiliora implemus: sicut & virtus ignis tātò est fortior, quātò comburere potest materiam minus combustibilem. Sed sicut idē ignis in ꝓpinquiora fortius agit, quā in remotiora, ita etiam charitas feruentius diligit coniunctos, quàm remotos. Et quantùm ad hoc dilectio amicorum secundum se considerata, est feruentior & melior quàm dilectio inimicorum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Domini est per se intelligendum. Tunc enim dilectio amicorum apud Deū mercedem non habet, quādo propter hoc solū amātur, quia amici. Et hoc videtur accidere, qn̄ sic amātur amici, ꝙ inimici non diligūtur. Est tn̄ meritoria amicorū dilectio si propter Deum diligentur, & nō solùm quia amici sunt.

¶ Ad alia patet responsio ꝑ ea, quæ dicta sunt.* Nam duæ rōnes sequentes procedunt ex parte rationis diligendi, vltima verò ex parte eorum, quæ diliguntur.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrum sit magis meritorium diligere proximum, quàm diligere Deum.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ magis sit meritoriū diligere proximum, quàm diligere Deū. Illud videtur esse magis meritoriū, quod Apostol⁹ magis eligit. Sed Apostolus prę elegit dilectionē proximi dilectioni Dei secundum illud ad Roma. 9. Optabā anathema esse à Christo pro fratribus meis. Ergo magis est meritorium diligere proximum, quàm diligere Deum.

¶ Præt. minus vr̄ esse meritorium aliquo mō diligere amicū, vt dictū* est. Sed De⁹ maximè est amicus, q. prior dilexit nos, vt dicitur primæ Ioānis quarto. Ergo diligere Deū videt' esse minus meritoriū.

¶ 3 Præt. Illud qđ est difficilius, vr̄ esse virtuosius & magis meritoriū: quia virt⁹ est circa difficile & bonum, vt dr̄ in secūdo Eth.* Sed facilius est diligere Deū, quàm proximū. Tum qa naturaliter oīa Deum diligunt. Tum qa in Deo nihil occurrit, quod non sit diligēdum: qđ circa proximū non cōtingit. Ergo magis est meritoriū diligere proximū, q̄ diligere Deum.

¶ SED CONTRA est, quia ꝓpter quod vnumquodque, illud magis. Sed dilectio proximi non est meritoria, nisi propter hoc, quòd proximus diligitur propter Deum. Ergo dilectio Dei est magis meritoria, quàm dilectio proximi.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd cōparatio ista potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt seorsum cōsideretur vtraque dilectio: & tunc non est dubiū, quòd dilectio Dei est magis meritoria. Debetur enim ei merces ꝓpter seipsam, quia vltima merces est frui Deo, in quē tendit diuinæ dilectionis motus. Vnde & diligenti Deū merces promittitur Io. 14. Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & manifestabo ei meipsum. Alio modo pōt attendi ipsa cōparatio vt dilectio Dei accipiatur, secundum quod solus diligitur: dilectio aūt proximi accipiatur, secūdum quod proximus diligitur propter Deum. Et sic dilectio proximi includit dilectionē Dei: sed dilectio Dei non includit dilectionē proximi. vnde erit cōparatio dilectionis Dei perfectæ, quæ extendit se etiam ad proximum, ad dilectionem Dei insufficientem & imperfectam: quia hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum, & hoc sensu dilectio proximi præeminet.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ secundū vnā glossę expositionē, hoc Apostolus tunc nō optabat, quādo erat in statu gratię, vt s. separaret à Christo pro fratrib⁹ suis. Sed hoc optauerat, quoniā erat in statu infidelitatis. Vnde in hoc non est imitandus. Vel pōt dici, sicut dicit Chry. * in libro. de cōpunctione, quòd per hoc non ostenditur, quòd Apostolus plus diligeret proximum, quàm Deum, sed quòd plus diligeret Deum quàm seipsum. Volebat enim ad tempus priuari fruitione diuina: quod pertinet ad dilectionem sui, ad hoc, quòd honor Dei procuraretur in proximis: quod pertinet ad dilectionem Dei.

li. 1. à medio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dilectio amici pro tanto est quādoque minus meritoria: quia amicus diligitur propter seipsum: & ita deficit à vera ratione amicitiæ charitatis, quæ est Deus. Et ideo quod Deus diligatur propter seipsum, non diminuit meritum, sed hoc constituit totam meriti rationem.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd plus facit ad rationem meriti & virtutis bonum quàm difficile. Vnde non oportet, quòd omne difficilius sit magis meritorium, sed quòd sic est difficilius, vt etiam sit melius.

QVÆSTIO VIGESIMAOCTAVA DE Gaudio, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectibus consequentibus charitatis actum principalem, qui est dilectio. Et primò de effectibus interioribus. Secundò de exterioribus.

¶ Circa primum tria consideranda sunt. Primò, de gaudio.
¶ Secundò, de pace. Tertiò, de misericordia.
¶ Circa primum quæruntur quatuor.
¶ Primò, vtrum gaudium sit effectus charitatis.
¶ Secundò, vtrum huiusmodi gaudium compatiatur secum tristitiam.
¶ Tertiò, vtrum illud gaudium possit esse plenum.
¶ Quartò, vtrum sit virtus.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum gaudium in nobis sit effectus charitatis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod gaudium non sit effectus charitatis in nobis. Ex absentia enim rei amatæ magis sequitur tristitia, quàm gaudium. Sed Deus, quem per charitatem diligimus, est nobis absens, quamdiu in hac vita viuimus. Quamdiu enim sumus in corpore, peregrinamur à Domino: vt dicitur 2. ad Cor. 5. ergo charitas in nobis magis causat tristitiam quàm gaudium.

¶ 2 Præterea, Per charitatē maximè meremur beatitudinē. Sed inter ea, per quæ beatitudinem meremur, ponitur luctus, q. ad tristitiam

Infrà. qō. 35. art. 2. & 3. cor. Et 3. qō. 89. art. 6. cor. Et ma. q. 10. art. 3. cor. Et opus. 4. cap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

triſtitiam pertinet ſecundum illud Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam conſolabuntur: ergo magis eſt effectus charitatis triſtitia, quàm gaudium.

¶ 3 Præterea, Charitas eſt virtus diſtincta à ſpe: vt ex ſupradictis* patet. Sed gaudium cauſatur ex ſpe, ſecundum illud Roma. 12. Spe gaudentes. non ergo cauſatur ex charitate. *q. 17. art. 6.*

¶ SED CONTRA eſt, q̃a ſicut dicit Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritũ ſanctũ, q̃ datus eſt nobis. Sed gaudiũ in nobis cauſatur ex Spiritu ſancto, ſecundũ illud Roma. 14. Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudiũ in Spiritu ſancto. Ergo charitas eſt cauſa gaudij.

¶ RESPONDEO, dicendũ q̃ ſicut ſuprà dictũ* eſt, cũ de paſſionibus ageret, ex amore ꝓcedit & gaudiũ & triſtitia, ſed cõtrario modo. Gaudiũ em̃ ex amore cauſatur, vel ꝓpter præſentiam boni amati, vel ẽt propter hoc, q̃ ipſi bono amato propriũ bonũ ineſt & cõſeruatur. Et ſecundũ hoc maximè ptinet ad amorẽ beneuolentię, per quẽ aliquis gaudet de amico, proſperè ſe habẽte, ẽtſi ſit abſens. Ecõtrario autẽ ex amore ſequitur triſtitia, vel propter abſentiã amati vel propter hoc q̃ amatũ, cui volumus bonũ, ſuo bono priuatur, aut aliquo malo deprimitur. Charitas aũt eſt amor Dei, cuius bonum immutabile eſt: quia ipſe eſt ſua bonitas. Et ex hoc ipſo, quòd amatur eſt in amãte per nobiliſſimum ſuum effectum: ſecundũ illud 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et ideo ſpirituale gaudiũ quod de Deo habetur, ex charitate cauſatur. *I. 2. q. 25. a. 1. & 2. & 3.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ quãdiu sum̃ in corpore, dicimur peregrinari à Domino, in cõparatione ad illã preſentiã, qua quibuſdã eſt præſens per ſpei viſionẽ. Vnde & Apoſt. ſubdit ibidẽ, Per fidẽ enim ambulam̃ & non per ſpeciẽ. Eſt aũt & præſens ſe amãtibus etiã in hac vita p gratiæ inhabitationẽ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd luctus, qui beatitudinem meretur, eſt de his, quæ ſunt beatitudini contraria. Vnde eiuſdem rationis eſt, quòd talis luctus ex charitate cauſetur, & tale gaudium ſpirituale de Deo: quia eiuſdem rationis eſt gaudere aliquo bono, & triſtari de his quæ ei repugnant.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd de Deo poteſt eſſe ſpirituale gaudium dupliciter. Vno modo, ſecundũ quod gaudemus de bono diuino in ſe conſiderato. Alio modo ſecundum quod gaudemus de bono diuino, prout à nobis participatur. Primũ autem gaudiũ melius eſt: & hoc procedit principaliter ex charitate. Sed ſecundũ gaudiũ procedit etiã ex ſpe, per quã expectamus diuini boni fruitionem. Quãuis etiam ipſa fruitio vel perfecta, vel imperfecta, ſecundum menſuram charitatis obtineatur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum gaudium ſpirituale, quod ex charitate cauſatur, recipiat admixtionem triſtitiæ.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q̃ gaudium ſpirituale, quod ex charitate cauſatur, recipiat admixtionem triſtitiæ. Congaudere enim bonis proximi, ad charitatem pertinet, ſecundum illud primæ ad Corinth. 13. Charitas non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Sed hoc gaudium recipit permixtionem triſtitiæ: ſecundum illud Roma. 12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Ergo gaudium ſpirituale charitatis admixtionem triſtitiæ patitur.

¶ 2 Præt. Pœnitentia, ſicut dicit Greg.* eſt anteacta mala flere & flenda iterũ non committere. Sed vera pœnitentia nõ eſt ſine charitate: ergo gaudiũ charitatis habet triſtitię admixtionẽ. *Hom. 34. in Euãg.*

¶ 3 Præt. Ex charitate cõtingit, q̃ aliquis deſiderat eſſe cũ Chriſto: ſecundum illud Philip. primo, Deſideriũ habẽs diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. Sed ex iſto deſiderio ſequit̃ in homine quædã triſtitia: ſecundũ illud Pſal. Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus eſt. Ergo gaudiũ charitatis recipit admixtionẽ triſtitiæ.

¶ SED CONTRA eſt, quòd gaudium charitatis eſt gaudium de diuina ſapientia. Sed huiuſmodi gaudium non habet permixtionem triſtitiæ: ſecundum illud Sapien. 8. Non habet amaritudinem converſatio illius. Ergo gaudiũ charitatis non patitur permixtionem triſtitiæ.

¶ RESPONDEO, dicendũ q̃ ex charitate cauſatur duplex gaudiũ de Deo, ſicut ſuprà dictũ eſt.* Vnum quidẽ principale, quod eſt propriũ charitatis, quo ſ. gaudemus de bono diuino ſecundũ ſe conſiderato. Et tale gaudiũ charitatis permixtionem triſtitię nõ patitur, ſicut nec illud bonũ, de quo gaudetur, pòt aliquam mali admixtionem habere. Et iõ Apoſtolus dicit ad Phil. 4. Gaudete in Domino ſemper. Aliud autẽ eſt gaudiũ charitatis, quo gaudet aliquis de bono diuino, ſecundum quod participatur à nobis. Hæc aũt participatio poteſt impediri per aliud contrarium. Et ideo ex hac parte gaudiũ charitatis poteſt habere permixtionẽ triſtitiæ: prout ſcilicet aliquis triſtatur de eo, quod repugnat participationi diuini boni vel in nobis, vel in proximis, quos tanquam noſipſos diligimus. *Ar. prę. ad 3.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ fletus proximi nõ eſt niſi de aliquo malo. Omne aũt malũ importat defectũ participationis ſummi boni. Et ideo intantũ facit charitas condolere proximo, inquãtum participatio diuini boni in eo impeditur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd peccata diuidunt inter nos & Deum: vt dicitur Iſa. 59. Et ideo hæc eſt ratio dolendi de peccatis præteritis noſtris, vel etiam aliorum, inquantum per ea impedimur à participatione diuini boni.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis in incolatu huius miſeriæ aliquo modo participemus diuinum bonum per cognitionem & amorem: tamen huius vitæ miſeria impedit à perfecta participatione diuini boni, qualis erit in patria. Et ideo hęc triſtitia qua quis luget de dilatione gloriæ, pertinet ad impedimentum participationis diuini boni.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ſpirituale gaudium, quod ex charitate cauſatur, poſſit in nobis impleri.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd ſpirituale gaudium, quod ex charitate cauſatur, non poſſit in nobis impleri. Quantò enim maius gaudium de Deo habemus, tantò gaudium eius in nobis magis impletur. Sed nunquam poſſumus tantùm de Deo gaudere, quantùm dignum eſt, vt de Deo gaudeatur, quia ſemper bonitas eius, quæ eſt infinita, excedit gaudium creaturæ, quod eſt finitum. ergo gaudium de Deo nunquam poteſt impleri.

¶ 2 Præt. illud quod eſt impletũ, nõ pòt eſſe maius. Sed gaudiũ etiã beatorum poteſt eſſe maius: quia gaudiũ vnius eſt maius, quàm alterius. Ergo gaudiũ de Deo non pòt in creatura impleri.

¶ 3 Præterea, Nihil aliud videtur eſſe comprehenſio, quam cognitionis plenitudo. Sed ſicut vis cognoſcitiua creaturæ eſt finita, ita vis appetitiua eiuſdem. Cùm ergo Deus non poſſit aliqua creatura comprehendi, videtur quòd non poſſit alicuius creaturæ gaudium de Deo impleri.

¶ SED CONTRA eſt, quòd Dominus diſcipulis dicit Io. 15. Vt gaudiũ meũ in vobis ſit, & gaudiũ veſtrum impleatur.

¶ RESPONDEO, dicendum q̃ plenitudo gaudij poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ex parte rei, de qua gaudetur, vt ſcilicet tantum gaudeatur de ea, quantum eſt dignum de ea gaudeti. Et ſic ſolùm Dei gaudiũ eſt plenũ de ſeipſo, quia gaudium Dei eſt infinitum, & hoc eſt condignum infinitæ bonitati Dei. Cuiuſlibet autem creaturæ gaudium oportet eſſe finitum. Alio modo poteſt intelligi plenitudo gaudij ex parte gaudẽtis. Gaudium autem comparatur ad deſiderium, ſicut quies ad motum, vt ſuprà dictum eſt,* cùm de paſſionibus ageretur. Eſt autẽ quies plena, cùm nihil reſtat de motu. Vnde tunc gaudium eſt plenum, quãdo iam nihil deſiderandum reſtat: quandiu autem in hoc mundo ſumus, non ceſſat in nobis deſiderij motus: quia adhuc reſtat, quòd Deo magis appropinquemus per gratiam, vt ex ſupradictis patet. Sed quando iam ad beatitudinem perfectam peruentum fuerit, nihil deſiderandum reſtabit: quia ibi erit plena Dei fruitio, in qua homo obtinebit quicquid etiam circa alia bona deſiderauerit, ſecundum illud Pſal. Qui replet in bonis deſiderium tuum. Et ideo quieſcet de ſiderium, non ſolùm quo deſideramus Deum, ſed etiam erit omnium deſideriorũ quies. Vnde gaudium beatorum eſt perfectè plenum. Et etiã ſuperplenũ, quia plus obtinebunt, quam deſiderare ſuffecerint. Non enim in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe: vt dicitur 1. ad Cor. 2. Et hinc eſt, quòd dicitur Luc. 6. Menſuram bonam & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Quia cùm nulla creatura ſit capax gaudij de Deo ei condigni: inde eſt quòd iſtud gaudium omnino plenum non capitur in homine, ſed potius homo intrat in ipſum ſecundum illud Mat. 25. Intra in gaudium Domini tui. *I. 2. q. 35. art. 1. & 2. & 4.*

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd ratio illa procedit de plenitudine gaudij ex parte rei, de qua gaudetur.

¶ Ad ſecundum dicendũ, quòd cùm peruentũ fuerit ad beatitudinẽ, vnuſquiſq; attinget terminũ ſibi prefixum ex prędeſtinatione diuina, nec reſtabit vlterius aliquid quò tẽdatur: quãuis in illa terminatione vnus peruenìat ad maiorem propinquitatem Dei, alius ad minorem. Et ideo vniuſcuiuſq; gaudiũ erit plenũ ex parte gaudentis: quia vniuſcuiuſque deſiderium plenè quietabitur. Erit tamen gaudiũ vnius maius quam alterius, propter pleniorem patticipationem diuinæ beatitudinis.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ cõprehenſio importat plenitudinem cognitionis ex parte rei cognitæ: vt ſcilicet tantum cognoſcatur res, quantùm cognoſci poteſt. Habet tamen etiam cognitio aliquam plenitudinem ex parte cognoſcentis, ſicut & de gaudio dictum eſt. Vnde & Apoſtolus dicit ad Coloſſ. 1. Impleamini pleamini agnitione voluntatis eius in omni ſapientia & intellectu ſpirituali. *1. 2. q. 35. art. 1. & 2. & 4.*

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum gaudium ſit virtus.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd gaudium ſit virtus. Vitium enim contrariatur virtuti. Sed triſtitia ponitur vitium: vt patet de accidia & de inuidia. Ergo etiam gaudium debet poni virtus.

¶ 2 Præterea, Sicut amor & ſpes ſunt paſſiones quædam, quarum obiectum eſt bonum, ita & gaudiũ. Sed amor & ſpes ponuntur virtutes. Ergo & gaudium debet poni virtus.

¶ 3 Præterea, Præcepta legis dantur de actibus virtutum. Sed præcipitur nobis, quòd de Deo gaudeamus: ſecundum illud ad Phil. 4. Gaudete in Domino ſemper. Ergo gaudium eſt virtus.

¶ SED CONTRA eſt, quòd neque connumeratur inter virtutes theologicas, neque inter virtutes morales, neque inter virtutes intellectuales, vt ex ſupradictis patet.*

¶ RESPONDEO, dicendum quòd virtus, ſicut ſuprà habitum eſt,* eſt habitus quidã d operatiuus. Et ideo ſecũdum propriam rationẽ habet inclinationem ad aliquem actum. Eſt autem contingens ex vno habitu plures actus eiuſdẽ rationis ordinatos prouenire: quorũ vnus ſequatur ex altero. Et quia poſteriores actus non procedunt ex habitu virtutis, niſi per actũ priorem: inde eſt, quòd virtus non diffinitur, nec denominatur, niſi ab actu priori: quãuis etiam alij actus ab ea conſequantur. Manifeſtum eſt autem ex his quæ ſuprà de paſſionibus dicta* ſunt, quòd amor eſt prima affectio appetitiuæ potentiæ, ex qua ſequitur & deſiderium & gaudium. Et ideo habitus virtutis idem eſt, qui inclinat ad diligendum & ad deſiderandum bonũ dilectum & ad gaudendum de Deo. Sed quia dilectio inter hos actus eſt prior, inde eſt quòd virtus non denominatur à gaudio nec à deſiderio, ſed à dilectione: & dicitur charitas. Sic ergo gaudiũ non eſt aliqua virtus à charitate diſtincta, ſed eſt quidam charitatis actus ſiue effectus. Et propter hoc connumeratur inter fructus, vt patet Gal. 5. *I. 2. q. 57. 60. & 62. D. 57. I. 2. quæ 55 art. 1 & 4. I. 2. quæ 25 art. 2. & 4. q. 24 art. 4. & 7.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd triſtitia, quæ eſt vitiũ, cauſatur inordinato amore ſui, quod non eſt aliquod ſpeciale vitiũ, ſed quędam generalis radix vitiorũ: vt ſuprà dictum eſt.* Et ideo oportuit triſtitias quaſdam particulares ponere ſpecialia vitia: quia non deriuantur ab aliquo ſpeciali vitio, ſed à generali. Sed amor Dei ponitur ſpecialis virtus, quæ eſt charitas, ad quam reducitur gaudium (vt dictum eſt*) ſicut proprius actus eius. *q. 77. art. 4.*

¶ Ad ſecundum dicendũ, quòd ſpes conſequitur ex amore, ſicut & gaudium. Sed ſpes addit ex parte obiecti quandam ſpecialem rationem, ſcilicet arduum & poſſibile adipiſci. Et ideo ponitur ſpecialis virtus. Sed gaudium ex parte obiecti nullam ſpecialem rationẽ addit ſupra amorem, quæ poſſit cauſare ſpecialem virtutem. *art. 2.*

¶ Ad tertium dicendum, quòd intantum datur præceptum legis de gaudio, inquantum eſt actus charitatis, licet non ſit primus actus eius.

¶ *Super Quæſtionis vicęſimæoctauæ Articulum quartum.*

IN artic. 4. eiuſdẽ quæſtionis vigeſimæoctauę in reſponſione ad primũ aduerte, q̃ dupliciter poſſet impediri, quòd triſtitia non eſſet ſpeciale aliquod vitiũ. Primò, ſi daretur aliquod ſpeciale vitiũ circa amorẽ ad quem ſequitur illa triſtitia: & hoc impedimentũ in litera tollitur ex hoc quòd amor ſui, ex quo ſequuntur quędã ſpecialia vitia triſtitiæ, non eſt ſpeciale, ſed generale vitiũ, & radix vitiorum. Alio modo ſi daretur, ali quod ſpeciale vitiũ circa odium boni eiuſdẽ rõnis cum delectabili, cui opponitur triſtitia illa, quæ eſt ſpeciale vitium. Tũc enim illud vitium circa odium haberet ſe ad triſtitiã, ſicut charitatis virtus ad gaudiũ. Sequitur etiã triſtitia ad odiũ, ſicut gaudiũ ad charitatẽ. Et licet in litera hoc impedimentum non explicetur, implicitè tamen in proximo impedimento dictũ eſt: quia ſunt impedimenta eiuſdẽ rationis, ſ. ſi haberetur vitiũ ſpeciale circa priorẽ actum eiuſdem rationis, tũc triſtitia nõ poneretur ſpeciale vitium.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimænone Articulum primum.*

IN art. 1. eiuſdem quæſtionis vigeſimænonæ aduerte, quòd impotẽtia conſequendi diuerſa appetibilia ſimul, poteſt intelligi dupliciter. Primò ex parte appetibilium: q̃a ſ. implicat contradictionem ea ſimul haberi, vt pote q̃ ſit hodie & cras ſimul. Alio modo ex parte alicuius impedimẽti, vel defectus: q̃a licet nõ repugnet illa ſimul haberi, ego tamẽ non poſſum illa ſimul habere, vt ſi deſiderẽ ſanitatẽ, pulchritudinẽ, diuitias, & alia huiuſmodi, & deficiant mihi, &c. Litera nõ primo, ſed ſecundo modo intelligẽda eſt. Cõſiſtit enim pax in vnione appetibilium poſſibiliũ ſimpliciter, à quorũ cõſecutione appetitus deficit. *I. 2. quæ 25 art. 2. & 4.*

¶ In eodem primo articulo in reſpõſione ad primũ vide, quòd ad pacem vnius cum altero requirũtur ex Auguſtino duo, ſcilicet cõcordia, & ordo vtriuſque cõcordantis, quo vterque in ſuis imperturbatus maneat, & propterea ſi vi, aut metu fiat concordia, nõ eſt pax. Et ideo vulgò dicitur, Eſt pax, ſed mala voluntas: quoniam eſt tũc cõcordia cõtra id quod homo magis vellet: ac p̃ hoc reſtat voluntas ad frangendam pacem, cui cõſentit, vt perueniat ad id, quod magis vellet. *q. 77. art. 4.*

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum pax ſit idem quod concordia.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd pax ſit idem quod concordia. Dicit enim Auguſt. 19. de Ciuitate Dei,* Pax hominũ eſt ordinata cõcordia. Sed non loquimur nunc niſi de pace hominum. Ergo pax eſt idem quod cõcordia.

¶ 2 Præterea, Concordia eſt quædam vnio voluntatum. Sed ratio pacis in tali vnione conſiſtit. Dicit enim Dion. 11. ca. de Diui. no. quòd pax eſt omnium vnitiua, & conſenſus operatiua. Ergo pax eſt idem quod concordia. *3. diſ. 27. q. 2. art. 1. ad ſextũ. Et 2. ad Theſſal. 3. lect. 2. in principio. * cap. 13.*

¶ 3 Præterea, Quorum eſt idem oppoſitum, & ipſa ſunt idem. Sed idem opponitur concordiæ & paci, ſ. diſſenſio. Vnde dicitur primæ ad Corint. 14. Non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. Ergo pax eſt idem quod concordia. *Io. 5.*

¶ SED CONTRA eſt, quòd concordia poteſt eſſe aliquorum impiorum in malo. Sed non eſt pax impiis, vt dicitur Iſa. 48. Ergo pax non eſt idem quod concordia.

¶ RESPONDEO, dicendũ q̃ pax includit concordiam, & aliud addit. Vnde vbicunque eſt pax, ibi eſt concordia, non tamen vbicunq; eſt concordia, ibi eſt pax, ſi nomen pacis propriè ſumatur. Concordia enim propriè ſumpta eſt ad alterum, inquantum ſ. diuerſorum cordium voluntates ſimul in vnum conſenſum conueniunt. Contingit etiam vnius hominis cor tendere in diuerſa. Et hoc dupliciter. Vno quidẽ modo ſecundum diuerſas potentias appetitiuas, ſicut appetitus ſenſitiuus plerumque tendit in contrarium rationalis appetitus, ſecundum illud ad Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Alio modo inquantum vna & eadem vis appetitiua in diuerſa appetibilia tendit, quæ ſimul aſſequi non poteſt. Vnde neceſſe eſt eſſe repugnantiã motuum appetitus. Vnio autem horum motuum eſt quidem de ratione pacis. Non enim homo habet pacatum cor, quandiu non habet id quod vult. Etſi habeat aliquid quod vult, tamen adhuc reſtat ei aliquid volendũ, quòd ſimul habere non poteſt. Hæc autẽ vnio non eſt de ratione cõcordię. Vnde concordia importat vnionem appetituum diuerſorum appetentium. Pax autem ſupra hanc vnionem importat etiam appetituum vnius appetentis vnionem.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Aug. loquitur ibi de pace, quæ eſt vnius hominis ad alium. & hanc pacem dicit eſſe concordiam, non quamlibet, ſed ordinatam, ex eo ſ. quod vnus homo concordat cum alio, ſecundum illud quod vtriſque conuenit. Si enim homo concordat cum alio non ſpontanea voluntate, ſed quaſi coactus timore alicuius mali ſibi imminentis, talis concordia non eſt vera pax, quia non conſeruatur ordo vtriuſque concordantis, ſed perturbatur ab aliquo timorem inferente. Et propter hoc præmittit, quòd pax eſt tranquillitas ordinis, quæ quidem tranquillitas conſiſtit in hoc quòd omnes motus appetitiui in vno homine conquieſcunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſi homo ſimul cum alio homine in idem conſentiat, non tamen conſenſus eius eſt omnino ſibi vnitus, niſi etiam ſibiinuicem omnes motus appetitiui eius ſint conſentientes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd paci opponitur duplex diſſenſio, ſcilicet diſſenſio hominis ad ſeipſum, & diſſenſio hominis ad alterum. Concordiæ autem opponitur hæc ſola ſecunda diſſenſio. *3. diſ. 29. q. 1. art. 3. ad 5. Et 4. diſt. 49. 1. arti. 2. q. 4. Et ver. q. 22. artic. 1. ad 11. * Dion. 11. lect. 1. col. 1. fin.*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum omnia appetant pacem.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd non omnia appetant pacem. Pax enim ſecundum Dio.* eſt vnitiua conſenſus. Sed in iis, quæ cognitione carent, non poteſt vniri conſenſus. Ergo huiuſmodi pacem appetere non poſſunt.

¶ 2 Præterea, Appetitus non fertur ſimul ad contraria. Sed multi ſunt appetentes bella & diſſentiones. Ergo non omnes appetunt pacem.

¶ 3 Præterea, Solum bonum eſt appetibile. Sed quædam pax videtur eſſe mala: alioquin Dominus non diceret Matt. 10. Non veni mittere pacem. Ergo non omnia pacem appetunt.

¶ 4 Piæ

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ 4 Præterea, Illud quod oĩa appetunt, vř esse summũ bonum, quod est vltimus finis. Sed pax non est huiusmodi: quia etiã in statu viæ habetur. Alioquin frustra Dominus mandaret Mat. 9. Pacem habete inter vos. Ergo non omnia pacem appetunt.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. dicit decimonono de Ciuitate Dei,* quòd omnia pacem appetunt. Et idem etiam dicit Dionysius nono cap. de Diui. nomi.

Cap. 13. to. 5.

¶ RESPONDEO, dicẽdum ꝙ ex hoc ipso, quòd homo aliquid appetit, consequens est ipsum appetere eius, quod appetit, assecutionem: & per consequens remotionem eorũ, quæ assecutionem impedire possunt. Potest autem impediri assecutio boni desiderati per contrarium appetitum vel suiipsius, vel alterius. Et vtrumq; tollitur per pacem, sicut suprà dictum est. *Et ideo necesse est, quòd omne appetẽs appetat pacẽ: in quãtùm scilicet omne appetens appetit tranquillè & sine impedimento peruenire ad id quod appetit: in quo consistit ratio pacis, quam August.* diffinit tranquillitatem ordinis.

Ar. præ. Loco cit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd pax importat vnionem, non solùm appetitus intellectualis, seu rationalis aut animalis, ad quos potest pertinere consensus, sed etiam appetitus naturalis. Et ideo Diony. dicit, quòd pax est operatiua & consensus & connaturalitatis, vt in consensu importetur vnio appetituum ex cognitione procedentium: per connaturalitatem autem importetur vnio appetituum naturalium.

¶ Ad secundũ dicẽdum, ꝙ illi ẽt, qui bella quærũt & dissensiones, non desiderant, nisi pacem, quam se habere non existimãt. Vt enim dictũ est,* non est pax si quis cum alio cõcordet cõtra id quod ipse magis vellet. Et ideo homines quærunt hãc concordiam rumpere bellando, tanquam defectum pacis habentẽ, vt ad pacem perueniãt: in qua nihil eorũ volũtati repugnet. Et propter hoc omnes bellantes quærunt per bella ad pacem aliquam peruenire perfectiorem, quàm prius haberent.

In corp.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ pax cõsistit in quietatione & vnione appetitus. sicut aũt appetitus potest esse simpliciter boni vel boni apparentis: ita etiam & pax potest esse & vera & apparẽs. Vera quidẽ pax nõ põt esse nisi circa appetitũ veri boni: quia omne malũ etsi secundũ aliquid appareat bonũ, vnde ex aliqua parte appetitum quietet: habet tamẽ multos defectus, ex quibus appetitus remanet inquietus & perturbatus. Vnde pax vera nõ potest esse nisi in bonis & bonorum. Pax autẽ, quæ malorũ est, est pax apparens, & non vera. Vnde dř Sap. 14. In magno viuẽtes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd cùm vera pax non sit nisi de bono, sicut dupliciter habetur verũ bonum, s. perfectè & imperfectè: ita est duplex pax vera, quædam perfecta, quæ cõsistit in perfecta fruitione summi boni per quam omnes appetitus vniũtur quietati in vno. Et hic est vltimus finis creaturæ rationalis, secundum illud Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem. Alia est pax imperfecta, quæ habetur in hoc mundo: quia etsi principalis animæ motus quiescat in Deo: sunt tamen aliqua repugnantia & intus & extrà, quæ perturbant hanc pacem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum pax sit proprius effectus charitatis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ pax non sit proprius effectus charitatis. Charitas enim non habetur sine gratia gratum faciente. Sed pax à quibusdam habetur, qui non habent gratiam gratum facientem, sicut & gentiles aliquando habent pacem. Ergo pax non est effectus charitatis.

3. q°. 89. ar. 6. cor. Et mal. q. 10. art. 2. cor. Et virt. q. 2. arti. 2. ad 5. Et opusc. 4. c. 2.

¶ 2 Præterea, Illud non est effectus charitatis, cuius contrarium cũ charitate esse potest. Sed dissensio, quæ cõtrariatur paci, potest esse cum charitate. Videmus enim quòd etiã sacri doctores, vt Hiero.* & Aug. in aliquibus opinionibus dissenserunt. Paulus etiam & Barnabas dissensisse leguntur. Act. 15. Ergo videtur, quòd pax non sit effectus charitatis.

* Epist. 8. 9 & 11. inter opera Aug. to. 2.

¶ 3 Præterea, Idem non est proprius effectus diuersorum. Sed pax est effectus iustitiæ, secundum illud Isa. 32. Opus iustitiæ est pax. Ergo non est effectus charitatis.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Psalmo, Pax multa diligentibus legem tuam.

¶ RESPONDEO, dicendũ ꝙ duplex vnio est de ratione pacis, sicut dictum est:* quarum vna est secundũ ordinationẽ propriorũ appetituum in vnũ, alia verò est secundũ vnionẽ appetitus proprij, cum appetitu alterius. Et vtranq; vnionẽ, efficit charitas. Primam quidẽ vnionẽ, secundum quod Deus diligitur ex toto corde, vt s. omnia referamus in ipsum: & sic omnes appetitus nostri feruntur in vnum. Aliã verò prout diligimus proximũ, sicut nosipsos: ex quo cõtingit, ꝙ homo vult implere voluntatẽ proximi, sicut & suiipsius. Et ꝑpter hoc inter amicabilia, vnũ ponit̃ idẽtitas electionis: vt patet in 9.* Eth. & Tulli⁹ dicit in li. de Amicitia, ꝙ amicorũ est idẽ velle & nolle.

Art. 1. Cap. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ à gratia gratum faciente nullus deficit nisi propter peccatum: ex quo cõtingit, quòd homo sit auersus à fine debito, in aliquo indebito finẽ constituẽs. Et secundum hoc appetitus eius non inhæret principaliter vero finali bono, sed apparenti. Et propter hoc sine gratia gratum faciente non potest esse vera pax, sed solùm apparens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 9. Eth.* Ad amicitiã non pertinet concordia in opinionibus, sed concordia in bonis conferentibus ad vitã, & præcipuè in magnis, quia dissentire in aliquibus paruis, quasi non videtur esse dissensus. Et propter hoc nihil prohibet aliquos charitatẽ habẽtes in opinionibus dissentire. Nec hoc repugnat paci, quia opiniones pertinent ad intellectum, qui pręcedit appetitũ, qui per pacem vnitur. Similiter etiam existente cõcordia in principalibus bonis, dissensio in aliquibus paruis non est contra charitatem. Procedit enim talis dissentio ex diuersitate opinionum, dum vnus æstimat hoc, de quo est dissensio, pertinere ad illud bonum in quo conueniunt: & alius æstimat non pertinere. Et secũdum hoc talis dissensio de minimis & de opinionibus repugnat quidem paci perfectæ, in qua plenè veritas cognoscetur, & omnis appetitus complebitur: non tamen repugnat paci imperfectæ, qualis habetur in via.

cap. 1. & 3. tom. 5.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pax est opus iustitiæ indirectè, inquantum. s. remouet prohibens. Sed est opus charitatis directè: quia secundum propriam rationẽ charitas pacẽ causat. Est enim amor vis vnitiua, vt Diony. dicit 4. capit. de Diui. nomi. Pax autem est vnio appetitiuarum inclinationum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum pax sit virtus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod pax sit virtus. Præcepta enim non dantur nisi de actibus virtutum. Sed dantur præcepta de habenda pace, vt patet Marci 9. Pacem habete inter vos. Ergo pax est virtus.

¶ 2 Pręterea, Nõ meremur nisi in actibus virtutũ. Sed facere pacẽ est meritorium, secũdũ illud Mat. 5. Beati pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur. Ergo pax est virtus.

¶ 3 Præterea, Vitia virtutibus opponuntur. Sed dissensiones, quæ opponuntur paci, numerantur inter vitia, vt patet ad Gal. 5. Ergo pax est virtus.

¶ SED CONTRA, Virtus nõ est finis vltimus, sed via in ipsum. Sed pax est quodãmodo finis vltimus, vt Aug. dicit 10. de Ciuit. Dei.* Ergo pax nõ est virtus.

Cap. 11. to. 5.

¶ RESPONDEO, dicendũ ꝙ sicut suprà dictũ est,* cùm omnes actus se inuicẽ consequantur, secundum eandem rationem ab agente procedentes, omnes huiusmodi actus ab vna virtute procedunt, nec habent singuli singulas virtutes à quibus procedant, vt patet in rebus corporalibus. Quia enim ignis calefaciendo liquefacit & rarefacit, non est in igne alia virtus liquefactiua & alia rarefactiua: sed omnes actus hos operatur ignis per vnã suam virtutem calefactiuam. Cum ergo pax causetur ex charitate secundum ipsam rationem dilectionis Dei & proximi, vt ostensum est: non est alia virtus, cuius pax sit actus proprius nisi charitas, sicut & de gaudio dictum est.*

q. præt. ar. 4. Ar. præ. q. præ. ar. 4.

> *¶ Super Quæstionis vicesimenonæ Articulum quartum.*
>
> IN ar. 4. omissis secũdo & tertio, nota quòd cùm dicitur quòd pax est actus charitatis, potius causalis, quã formalis propositio est. Pax nãque significare formaliter vř perfectionẽ cõsequentẽ actũ charitatis, quo Deus proximúsque amatur. Et quia ꝑfectio illa non est res absoluta, distincta ab actu charitatis, sed est vel ipse act⁹, vt vniens appetitiones in vnum: vel proprietas relatiua consequens ipsum, & hoc magis videtur verũ, & cõsonat fundamento, s. vnioni appetituũ & autoritati Aug. 19. de Ciuitate Dei, s. quòd est tranquillitas ordinis, secundum hoc pax est actus charitatis causaliter, quia ab ipsa, vt propria causa resultat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ideo præceptum datur de pace habenda, quia est actus charitatis. Et propter hoc etiam est actus meritorius: & ideo ponitur inter beatitudines, quæ sunt actus virtutis perfectę, vt supra dictum* est. Ponitur etiam inter fructus, inquantum est quoddam finale bonum, spiritualem dulcedinem habens.

1. 2. q. 69. art. 1. & 70. art. 3.

¶ Et per hoc patet solutio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ vni virtuti multa vitia opponuntur secundum diuersos actus eius. Et secundum hoc charitati non solùm opponitur odium ratione actus dilectionis, sed etiam accidia vel inuidia ratione gaudij, & dissensio ratione pacis.

QVÆSTIO TRIGESIMA DE MIsericordia, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de misericordia. ¶ Et circa hoc quærũtur quatuor. ¶ Primò, vtrũ malum sit causa misericordiæ ex parte eius, cui⁹ miseretur. ¶ Secũdò, quorũ sit misereri. ¶ Tertiò, vtrum misereri

misericordia sit virtus. ¶ Quartò, vtrùm sit maxima virtutum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum malum sit proprie motiuum ad misericordiam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd malũ non propriè sit motiuũ ad misericordiam. Vt enim suprà ostẽsum est,* culpa est magis malum quàm pœna. Sed culpa non est prouocatiuum ad misericordiam, sed magis ad indignationem. Ergo malum non est misericordiæ prouocatiuum.

q. 19. art. 1. & 1. 2. q. 79. art. 1. ad 4. & 1. p. q. 48. ar. 6.

¶ 2 Præterea, Ea, quæ sunt crudelia seu dura, vidẽtur quẽdam excessum mali habere. Sed Philosoph⁹ dicit in 2. Rhetori.* ꝙ durũ est aliud à miserabili, & expulsiuũ miserationis. Ergo malum inquantũ huiusmodi non est motiuum ad misericordiam.

*Cap. 8.

¶ 3 Præterea, Signa malorũ nõ verè sunt mala. Sed signa malorũ magis ꝑuocãt ad misericordiã, vt patet ꝑ Philosophũ in 2. Rhetor.* Ergo malũ non est ꝑpriè prouocatiuũ misericordię.

Cap. 8.

¶ SED CONTRA est, quod Damasc. dicit in secũdo lib.* quòd misecicordia est species tristitiæ. Sed motiuũ ad tristitiam est malum. Ergo motiuum ad misericordiam est malum.

Cap. 14.

¶ RESPONDEO, dicendũ ꝙ sicut Aug. dicit 9. de Ciui. Dei,* misericordia est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, qua vtique si possumus subuenire, cõpellimur. Dicit̃ enim misericordia ex eo, ꝙ aliquis habet miserum cor super miseria alterius. Miseria aũt felicitati opponitur. Est aũt de ratione beatitudinis siue felicitatis, vt aliquis potiat̃ eo quod vult, & quod ꝑtinet ad iustitiam. Nam, si cut Aug. dicit 13. de Trin.* Beatus est qui habet omnia, quę vult, & nihil mali vult. Et ideo ecõtrario ad miseriam pertinet, vt homo patiatur quę non vult. Tripliciter autem aliquis vult aliquid. Vno quidẽ modo appetitu naturali: sicut omnes homines volunt esse & viuere. Alio modo homo vult aliquid per electionem ex aliqua præmeditatione. Tertio modo homo vult aliquid non secundum se, sed in causa sua, puta qui vult comedere nociua, quodammodo dicimus eum velle infirmari. Sic ergo motiuum misericordiæ est tanquam ad miseriam pertinens: primò quidẽ illud quod contrariatur appetitui naturali voluntatis, s. mala corruptiua & cõtristantia: quorum contraria homines naturaliter appetunt. Vnde Philosophus dicit in 2. Rhetoric.* quòd misericordia est tristitia quędam super apparenti malo corruptiuo, vel contristatiuo. Secundò huiusmodi magis efficiuntur ad misericordiam prouocantia, si sint contra voluntatem electionis. Vnde & Philosophus ibidem dicit, quòd illa mala sunt miserabilia, quorũ fortuna est cã, vt puta cùm aliquod malum eueniat, vñ sperabatur bonum. Tertiò aũt sunt adhuc magis miserabilia, si sunt cõtra totã voluntatẽ, puta si aliquis semper sectatus est bona, & eueniunt ei mala. Et ideo Philosophus dicit in eodem libro, quòd misericordia est maximè sup malis eius, qui indignus patitur.

Cap. 5. to. 5. Cap. 4. to. 3. Cap. 8.

> *¶ Super Quæstionis trigesimæ Articulum tertium.*
>
> IN q. 30. artic. 3. nota, ꝙ si non penetras specialem & cõem rationẽ boni, secundũ quam distinguitur charitas & misericordia, vide articulum primũ sequẽtis quæstionis in corpore & ad vltimum: quia sic clara erũt tibi omnia.
>
> ¶ Secũdò nota, quòd in rñsione ad secundũ, ly, Vt ibidẽ dicitur, refertur nõ solum ad vltimã sententiã, s. & ab eodẽ more descendẽs sed ad penultimam etiã, s. & vtrũque est laudabile, ita quòd Autor nõ asserit, sed recitat vtrunque esse laudabile secundũ sententiã Aristotelis. Inferius autem ipse reprehendit hoc dictum Aristotelis, autoritate Scripturæ in loco proprio, s. in tractatu de inuidia.
>
> ¶ Super

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ de rõne culpæ est, quòd sit voluntaria: & quantùm ad hoc non habet rationẽ miserabilis, sed magis rationẽ puniendi. Sed quia culpa potest esse aliquo modo pœna, inquãtum. s. habet aliud annexum, quod est contra voluntatem peccantis: secundum hoc potest habere rationem miserabilis. Et secũdum hoc miseremur & cõpatimur peccãtibus: sicut Greg. dicit. in quadam Hom.* quòd vera iustitia non habet dedignationẽ, s. ad peccatores, sed cõpassionẽ, & Matth. 9. dicitur, Videns Iesus turbas, misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes, sicut oues non habentes pastorem.

Hom. 34. in Euãg.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd quia misericordia est cõpassio miseriæ alterius, propriè misericordia est ad alterum: non aũt ad seipsum, nisi secundũ quandam similitudinem, sicut & iustitia, secundum quod in homine cõsiderantur diuersæ partes, vt dicitur in 5. Ethi.* Et secundũ hoc dicitur Eccles. 30. Miserere animæ tuæ, placens Deo. Sicut ergo misericordia non est propriè ad seipsum, sed dolor, puta cũ patimur aliquid crudele in nobis: ita etiã si sint aliquæ personæ ita nobis cõiunctæ, vt sint quasi aliquid nostri, puta filij aut parẽtes: in eorũ malis nõ miseremur sed dolem⁹, sicut in vulnerib⁹ ꝑpriis. Et secundũ hoc Philosophus* dicit, quòd durum est expulsiuum miserationis.

Cap. vlt. loco citato in arg.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd sicut ex spe & memoria bonorum sequitur delectatio: ita ex spe & memoria malorũ sequitur tristitia, non tamen tam vehemens, sicut ex sensu præsentium. Et ideo signa malorum, inquantum repræsentant nobis mala miserabilia sicut præsentia, commouent ad miserendum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum defectus sit ratio miserendi ex parte miserentis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd defectus non sit ratio miserẽdi ex parte miserẽtis. Proprium enim Dei est misereri. Vnde dicitur in Psal. Miserationes eius super omnia opera eius. Sed in Deo nullus est defectus. Ergo defectus non potest esse ratio miserendi.

3. dis. 27. q. 3. arti. 3. cor.

¶ 2 Præterea, Si defectus est ratio miserendi, oportet quòd illi, qui sunt maximè cum defectu, maximè misereantur. Sed hoc est falsum. Dicit enim Philosophus in 2. Rhet.* quòd qui ex toto perierunt, non miserẽtur. Ergo videtur, quòd defectus non sit ratio miserendi ex parte miserentis.

cap. 8.

¶ 3 Præterea, Sustinere aliquam contumeliam ad defectum pertinet. Sed Philosophus dicit ibidem, quòd illi qui sunt in contumeliatiua dispositione, non miserentur. Ergo defectus ex parte miserentis non est ratio miserendi.

¶ SED CONTRA est, quòd misericordia est tristitia quædam. Sed defectus est ratio tristitiæ, vnde infirmi facilius contristantur, vt suprà dictum* est. Ergo ratio miserendi est defectus miserentis.

solut. inueniet infrà q. 35. ar. 1. ad 2.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd cùm misericordia sit cõpassio super miseria aliena, vt dictum est,* ex hoc contingit quòd aliquis misereatur, ex quo contingit, ꝙ de miseria aliena doleat. Quia aũt tristitia seu dolor est de proprio malo, intãtũ aliquis de miseria aliena tristatur, aut dolet, inquantũ miseriã alienã apprehendit, vt suam. Hoc autem contingit dupliciter. Vno modo secundum vnionem affectus, quod fit per amorem. Quia enim amans reputat amicum tanquam seipsum, malum ipsius reputat tanquã suum malum: & ideo dolet de malo amici, sicut de suo. Et inde est quòd Philosophus in 9. Eth.* inter alia amicabilia ponit hoc, quod est cõdolere amico. Et Apostolus dicit ad Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Alio modo contingit secundũ vnionem realem: vt pote cum malum aliquorum propinquum est, vt ab eis ad nos transeat. Et ideo Philosophus dicit in 1. Rhet.* quòd homines miserentur super illos, qui sunt eis coniuncti & similes: quia per hoc fit eis æstimatio, quòd ipsi etiam posint similia pati. Et inde est etiam, quòd senes & sapientes, qui considerãt se posse in mala incidere, & debiles, & formidolosi sunt magis misericordes. Econtrario autem illi qui reputãt se esse felices & intantum potentes, quòd nihil mali putant se posse pati, non ita commiserentur. Sic ergo semper defectus est ratio miserendi: vel inquantum aliquis defectũ alicuius reputat suum propter vnionem amoris, vel propter posibilitatem similia patiendi.

Ar. præ. Ca. 3. to. 5. Cap. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Deus non miseretur, nisi propter amorẽ, inquantum amat nos tanquam aliquid sui.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illi qui iã sunt in infimis malis, non timent se vlterius pati aliquid: & ideo non miserentur. Similiter etiam nec illi, qui valde timent: quia tantùm intendunt propriæ pasioni, quòd non intendunt miseriæ alienæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illi qui sunt in contumeliatiua dispositione, siue quia sint cõtumeliam pasi, siue quia velint contumeliam inferre, prouocantur ad irã & ad audaciam: quæ sunt quædã pasiones virilitatis, extollentes animum hominis ad arduum. Vnde inferunt homini ęstimationem, quod non sit aliquid in futurum passurus. Vnde tales dum sunt in hac dispositione, non miserentur: secundum illud Prouerb. 27. Ira nõ habet misericordiam neq; erũpens furor. Et ex simili ratione superbi non miserentur, qui contemnunt alios, & reputant eos malos. Vnde reputant, quòd dignè patiantur quicquid patiuntur. Vnde & Greg.* dicit, quòd falsa iustitia, scilicet superborum, non habet compasionem, sed dedignationem.

Hom. 34. in Euãg.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum misericordia sit virtus.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd misericordia nõ sit virtus. Principale enim in virtute est electio, vt patet per Philosophum in 2. Ethic.* Electio autem est appetitus præconsiliati: vt in eodem libro dicitur. Id ergo quod impedit consilium, non potest dici virtus. Sed misericordia impedit consilium: secundum illud Salustij, † Omnes homines qui de rebus dubiis consultant, ab ira & misericordia vacuos esse decet. Non enim animus facilè verum pręuidet, vbi ista afficiunt. Ergo misericordia non est virtus.

1. 2. q. 59. articul. 1. ad 3. Et 3 dis. 23. qu. 1. ar. 3. q. 2. ad 2. Et mal. q. 10. art. 2. ad 8. * Cap. 3. & 5. † In coniur. Catil. in oratione Cæsaris.

¶ 2 Præterea, Nihil quod est cõtrariũ virtuti, est laudabile. Sed nemesis contrariatur misericordiæ, vt Philosophus dicit in 2. Rhetor.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cap.9. † Cap. 9.

Rhetor. * Nemeſis autem eſt paſsio laudabilis, vt dicitur in 3. Ethic. † Ergo miſericordia non eſt virtus.

¶ 3 Præterea, Gaudiū & pax nō ſunt ſpeciales virtutes, quia cōſequūtur ex charitate, vt ſuprà dictum eſt *: ſed ēt miſericordia conſequitur ex charitate. Sic enim ex charitate flemus cum flentibus: ſicut gaudemus cum gaudentibus. Ergo miſericordia non eſt ſpecialis virtus.

q.præc.ar. 4.

¶ 4 Præterea. Cùm miſericordia ad vim appetitiuā pertineat, nō eſt virtus intellectualis, nec eſt virtus theologica, cum nō habeat Deum pro obiecto. Similiter etiam nō eſt virtus moralis: quia nec eſt circa operationes, hoc enim pertinet ad iuſtitiā. Nec eſt circa paſsiones: nō enim reducitur ad aliquam duodecim medietatū, quas Philoſophus ponit in 2. Ethic. * Ergo miſericordia non eſt virtus.

Cap. 27. tom 5. Cap. 5. to. 5. In fine orationis pro Q. Ligario.

¶ SED CONTRA eſt, quòd Aug. dicit in 9. de Ciuita. Dei, * Lōgè melius, & humanius & piorū ſenſibus accōmodatius Cicero * in Cæſaris laude locutus eſt, vbi ait, Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior miſericordia eſt. Ergo miſericordia eſt virtus.

¶ RESPONDEO, dicēdum ꝙ miſericordia importat dolorem de miſeria aliena. Iſte autem dolor pōt nominare vno quidē modo motum appetitus ſenſitiui. Et ſecundum hoc miſericordia paſſio eſt, & nō virtus. Alio verò modo poteſt nominare motū appetit⁹ intellectiui, ſecundū ꝙ alicui diſplicet malū alterius. Hic aūt motus poteſt eſſe ſecundum rationē regulatus, & poteſt ſecundū hunc motum ratione regulatum regulari motus inferioris appetitus. Vnde Aug. dicit in 9. de Ciuitate Dei, * quòd iſte motus animi ſcilicet miſericordia, ſeruit rōni, quādo ita præbetur miſericordia, vt conſeruetur iuſtitia, ſiue cùm indigenti tribuitur, ſiue cùm ignoſcitur pœnitenti. Et quia ratio virtutis humanæ conſiſtit in hoc, ꝙ motus animi rōne reguletur, vt ex ſuperioribus patet, * conſequens eſt miſericordiam eſſe virtutem.

Cap. 5. to. 5. 1.2. q. 59. art. 4 & q. 65. art. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ autoritas illa Saluſtij intelligitur de miſericordia, ſecundū ꝙ eſt paſſio ratione non regulata. Sic enim impedit conſiliū rationis, dum facit à iuſtitia diſcedere.

¶ Ad ſecūdum dicendū, ꝙ Philoſophus loquitur de miſericordia & nemeſi, ſecūdum quod vtrunque eſt paſſio: & habēt quidem cōtrarietatem ex parte æſtimatiōis, quā habēt de malis alienis, de quibus miſericors dolet, in quātum æſtimat aliquē indigna pati. Nemeſicus aūt gaudet, in quātū æſtimat aliquos dignè pati: & triſtatur, ſi indignis bñ accidat. Et vtrunque eſt laudabile, & ab eodem more deſcēdēs: vt ibidē dr̄. Sed ꝓpriè miſericordię opponitur īuidia, vt infrà dicet *.

q. 76. artic. 3.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ gaudium & pax nihil adiiciūt ſup rationē boni, quod eſt obiectū charitatis. Et ideo nō requirunt alias virtutes, quàm charitatē. Sed miſericordia reſpicit quādā ſpecialē rationē, ſcilicet miſeriā ei⁹, cui⁹ miſeretur.

¶ Ad quartum dicendū, ꝙ miſericordia ſecundum quod eſt virtus, eſt virtus moralis, circa paſſiones exiſtens: & reducitur ad illam medietatem, quæ dicitur nemeſis, quia ab eodem more procedunt: vt in 2. Rhetor. * dicitur. Has autē medietates Philoſophus non ponit virtutes, ſed paſſiones: quia etiam ſecūdum quod ſunt paſſiones, laudabiles ſunt. Nihil tamen prohibet, quin ab aliquo habitu electio proueniant, & ſecundum hoc aſſumunt rationem virtutis. Cap.9.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum miſericordia ſit maxima virtutum.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ miſericordia ſit maxima virtutū. Maximè enim ad virtutē pertinere videtur cultus diuinus. Sed miſericordia cultui diuino præfertur, ſecundū illud Oſee 6. & Matt. 12. Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Ergo miſericordia eſt maxima virtus.

¶ 2 Præterea, Super illud primæ ad Tim. 5. Pietas ad omnia vtilis eſt: dicit gl. Ambroſ. Omnis ſumma diſciplinę Chriſtianę in miſericordia & pietate eſt. Sed diſciplina Chriſtiana continet omnem virtutem. Ergo ſumma totius virtutis in miſericordia conſiſtit.

¶ 3 Præterea, Virtus eſt, quæ bonum facit habentem. Ergo tantò aliqua virtus eſt melior, quantò facit hominē Deo ſimiliorem: quia per hoc melior eſt homo, ꝙ Deo eſt ſimilior. Et hoc maximè facit miſericordia: qa de Deo dicitur in Pſal. Quòd miſerationes eius ſunt ſuper oīa opera eius. Vnde & Luc. 6. Dominus dicit, Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. Miſericordia igitur eſt maxima virtutum.

¶ SED CONTRA eſt, quòd dicit Apoſtolus ad Col. 3. cùm dixiſſet, Induite vos ſicut dilecti Dei viſcera miſericordiæ: &c. poſtea ſubdit, Super omnia charitatem habere. Ergo miſericordia non eſt maxima virtutum.

¶ RESPONDEO, dicēdū ꝙ aliqua virtus pōt eſſe maxima dupliciter. Vno mō ſecundū ſe, alio modo per comparationem ad habentē. Secundū ſe quidē miſericordia maxima eſt. Pertinet enim ad miſericordiā ꝙ alij effundat, & quod pl⁹ eſt, ꝙ defect⁹ aliorū ſubleuet. & hoc maximè ſuperioris eſt. Vñ & miſereri ponitur ꝓprium Deo. Et in hoc maximè dr̄ eius omnipotentia manifeſtari. Sed quo ad habentem, miſericordia nō eſt maxima, niſi ille qui habet, ſit maximus, qui nullū ſupra ſe habeat, ſed omnes ſub ſe. D. 89.

¶ Super Quæſtionis trigeſimæ Articulum quartum.

IN articulo quarto vnum magnum dubiū occurrit, An miſericordia ſecundum ſe ſit maxima virtutū. Et eſt ratio dubij, quia non apparet penes quid attenditur magnitudo virtutis ſecundum ſe: didicimus nāque hactenus virtutes ſecundum ſe ſortiri ſua loca, iuxta nobilitatē obiectorum formalium: propter quod theologicæ ſunt nobiliſſimæ, & inter eas charitas. Vnde charitas ſecundum ſe eſt longe maior miſericordia, cuius oppoſitum in litera dicitur.

¶ Amplius motiuum literæ ad hoc, quia ſ. influere & ſubleuare defectum alterius, vt ſic, eſt ſuperioris & melioris, bene cōcludit, quòd miſericordia ſecundum ſe eſt ſuperior & melior miſeris, ſeu miſerabilibus, reſpectu quorū ponitur ſuperior & melior, ſed non cæteris virtutibus, ad quas tamen in litera cōparatur. Et confirmatur. Quia licet influere & ſubleuare ſit ſuperioris in tali genere, non tamen ſimpliciter, ſicut generare ſibi ſimile eſt perfecti, non tamen perfecti ſimpliciter, ſed in tali genere. Stat enim quòd aliquid impotens generare vt angelus, ſit perfectior omni generatiuo inferioris ordinis, ita licet miſericordia ſit ſuperior inter virtutes ad proximū, virtus tamen altioris ordinis, vt fides, ſpes, charitas, eſt perfectior ſecundum ſe. Et confirmatur iterum: quia præcipere vt ſic, ſuperioris eſt, & conſequēter ſecundum hanc rationem prudentia eſſet etiam ſecūdum ſe maxima virtutum. Deficit ergo ratio literæ vndique.

¶ Nonnullūm quoque dubium occurrit de miſericordia per comparationē ad habentē, quum dicitur, quòd miſericordia non eſt maxima, niſi ille, qui habet eā, ſit maximus. Ex hoc enim videtur, quòd in deo miſericordia ſit maxima vtroq; modo & ſecundū ſe, & quo ad habentem. Vtriuſque tamen oppoſitum videtur verū: quia charitas Dei, qua ſeipſum diligit, & ſecūdum ſe melior eſt, vt patet ex dictis, & quo ad habentē: quia melior eſt Deus, formaliter loquendo ſua charitate quam miſericordia.

¶ Ad euidentiam huius prænotandus eſt ſenſus diſtinctionis literæ, cùm dicitur, ꝙ aliqua virtus poteſt eſſe maxima dupliciter. Vno modo ſecūdum ſe: alio modo per cōparatiōnē ad habentē. Intēdit ſiquidē, quòd virtus duplici ratione poteſt dici maior, vel melior. Aut quia eſt melior habenti illam: quia ſcilicet facit illum meliorem, quàm faciat eundem alia virtus. Aut quia ſecundum ſeipſam, ſecluſa habitudine ad habentem, ponit maiorem bonitatem: hic eſt ſenſus terminorum & diſtinctionis. Attenditur autem magnitudo virtutis ſecundum ſe, penes perfectionem, quam ipſa ſimpliciter ſumpta exigit in ſeipſam, & non penes obiectum aut modum: quoniam ſi virtus aliqua ſecundum ſeipſam, ſecluſa habitudine ad habentem, exigit ſimpliciter & abſolute ſumpta maiorem in ſeipſa perfectionem, quàm alia virtus, conſtat quod eſt ſecundum ſe maior illa. Dico autem ſimpliciter & abſolutè, ad differentiam virtutum, quæ ex modo operandi exigunt maiorem perfectionem in ſe. Verbi gratia diligere Deum infinitè, exigit in charitate perfectionē infinitā, quā tamen non exigit diligere Deum ſimpliciter & abſolutè, & ſimile eſt in aliis. Oportet ergo, vt virtus ſecundū ſe maxima, non ex modo ſed ex ratione ſuæ ſpeciei exigat in ſeipſa perfectionem maximam. Intuendum eſt ergo an hoc conueniat miſericordiæ. Ex actu autem eius apparet, quòd miſericordia in ſe ipſa exigit immunitatem à miſeria. Nam ſi diſtinguamus miſericordiam, in miſericordiam ſimpliciter, & miſericordiam reſpectu talis, vel talis miſeriæ, inueniemus, quòd qua ratione miſericordia reſpectu talis miſeriæ, puta paupertatis, immunis eſt vt ſic, à paupertate, quia ad ipſam ſpectat dando ſubleuare paupertatē, eadem rōne miſericordia ſimpliciter & abſolutè libera eſt à miſeria, quia eius eſt ſubleuare à miſeria non hac, vel illa. Et quoniam omnis potentialitas miſeria quædam eſt (propter quod omnē creaturam miſeriæ alicui ſubiectā eſſe aliquo modo oportet) conſequens eſt, vt miſericordia ſecundū ſe exigat in ſeipſa ſuperioritatem talē, ac tātam, vt actus purus ſit, vt ſumma natura ſit, vt Deus ſit. Et propterea Deo propriū ponitur, miſereri, & eius omnipotentiā, quæ ſuper actualitate eius pura fundatur, manifeſtare. Et hæc videtur intentio literæ. In qua aduertendum eſt, quòd quia conſideratio miſericordiæ ſecundum ſe eleuat eam ſuper virtutum ordinē, quæ ſunt diſpoſitiones perfecti ad optimum extrinſecum: aut quæ bonum reddūt habentem, & huiuſmodi. Ideo ſingularis eſt doctrina hic tradita. Et vt in ſequētibus in tractatu de iuſtitia & humilitate patebit, tanquam res altioris ordinis, quàm ſit virtus, ſemota eſt.

¶ Ad primam ergo obiectionem dicitur, quod iam oſtenſum eſt penes quid attenditur quantitas virtutis ſecundum ſe, ſ. ſecundū perfectionem quam in ſeipſa exigit, ſecluſo reſpectu ad habētē. Perfectio autē virtutis ex obiecto, per ſe & eſſentialiter eſt virtuti. Sed ad eam rationem perfectionis in virtute ſpectat, qua bonū reddit habentem. Habenti ſiquidem virtutem, melius eſt circa nobiliorem materiam verſari. Secundum ſe autem virtus poteſt aliunde excellentiam maiorē exigere, vt patet ex dictis. Propter quod charitas in ordine ad habentem, eſt maxima virtutum: miſericordia autem ſecundum ſe.

¶ Ad obiectionem verò primam contra motiuum literæ dicitur, quòd quia ad miſericordiam ſpectat ſubleuare miſeriam, & miſeria opponitur maximè virtutibus: vt pote in earum oppoſitis quaſi conſiſtens: ideo omnes virtutes, vt à miſeria reducibiles ad bonitatem, ſubſunt miſericordiæ. Et propterea ſi miſericordia prēſtat omnibus miſerabilibus, præſtat quoque omnibus virtutibus, quas miſerendo nata eſt largiri.

¶ Ad ſecundam autem dicitur, quòd miſericordia talis eſt perfectionis in genere. Sed miſericordia ſimpliciter eſt perfectionis ſimpliciter ſummæ. Vnde non poteſt altioris ordinis virtus dari.

¶ Ad tertiā demum dicitur, quòd licet præcipere ſit etiā ſuperioris, lōge altius tamē miſereri eſt ſuperioris: quia prēcipere eſt ſuperioris in motione intimatiua: miſereri verò eſt ſuperioris in ſubleuatiōe à miſeria: & ſic miſereri cōparatur ad prēcipere, vt vniuerſale ad particulare: quia & præcipere quoddā miſereri eſt, & actus efficax ad actū abſtrahētē ab efficacia. Cōtingit eni præcipiēti nō obediri. Miſereri autē non in præparatione animi, ſed perfectū, efficax eſt, alioquin à miſeria nō ſubleuaret.

¶ Ad alterum dubium de miſericordia in Deo dicitur, ꝙ miſericordia ſecundum ſe eſt maior charitate ſecundū ſe, vt in litera dicitur, ꝑter rationem dictā. In tali autem habente vtramque, ſcilicet in Deo, videtur mihi quòd formaliter loquendo prēſcindendo vtrinque miſericordiam & charitatem, charitas ſit melior, quia melius eſt Deo diligere ſe, quā ſubleuare cætera à miſeria: ſicut melius eſt lucido habere in ſe lumē, quàm illuminare alia. Sed quia miſericordia Dei ſupponit & includit charitatem: quia (vt in reſponſione ad primum articuli ſecundi huius quæſtionis dicitur) Deus nō miſeretur niſi ꝑpter amorē, in quātum amat nos tanquā aliquid ſui, & addit ſuper illā, ſicut lucens addit ſupra lucidū in ſe. Et abſolutè loquendo melius eſt lucere, quā lucidum in ſe eſſe tantum. Et, vt dicitur in primo Rethor. virtus eſt potentia benefactiua: ideo ſimpliciter loquēdo miſericordia Dei etiam in ipſo Deo melior eſt, quā charitas, vt pote extendens ſuppoſitam charitatem ſuam ad benefaciendum omnibus, ſubleuando oīm miſerias. Et propterea in litera dicitur, ꝙ miſericordia nō eſt maxima habenti, niſi habēs ſit maximus. Et ſic patet ꝙ miſericordia & ſecundū ſe, & in Deo eſt maxima virtutum. In creaturis autem miſericordia non eſt maxima virtutū, quia melius eſt eis coniungi ſuperiori, qđ ſit per virtutes theologicas, quā habere miſericordiā, quæ non eleuat in ſublimitatē ſimpliciter: quia ī nulla creatura poteſt haberi miſericordia ſimpliciter & abſolutè, ſed talis tm̄. Repugnat ſiquidē hoc creaturæ, nō ſolū puræ, ſed etiā animæ Chriſti, nō min⁹ quā virtus creatiua ſimpliciter. Propter quòd miſerationes Dei ſunt ſuper omnia opera eius.

¶ In eodem quarto articulo duo dubia reſtant. Primum de comparatione miſericordiæ ad reliquas virtutes, quæ ſunt ad proximum: quòd tractatis omnibus virtutibus videndum eſt. Secundum in reſponſione ad primum, Quomodo ſacrificio exteriori non colimus Deum propter ſeipſum, ſed propter nos & proximos, quod in tractatu de religione videndum eſt.

Etenim qui ſuprà ſe aliquem habet, mai⁹ eſt & melius cōiungi ſuperiori, quā ſupplere defectum inferioris. Et ideo quātū ad hominē, qui habet Deum ſuperiorem, charitas, per quā Deo vnitur, eſt potior quàm miſericordia, per quā defectus proximorum ſupplet. Sed inter omnes virtutes, quæ ad proximū pertinēt, potiſſima eſt miſericordia, ſicut etiam eſt potioris actus. Nā ſupplere defectū alterius, ī quātū huiuſmodi, eſt ſuperioris & melioris.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Deū nō colimus per exteriora ſacrificia, aut munera propter ipſum, ſed propter nos, & propter proximos. Nō enim indiget ſacrificiis noſtris: ſed vult ſibi ea offerri propter noſtram deuotionē & proximorum vtilitatem. Et ideo miſericordia, qua ſubuenitur defectibus aliorum, eſt ſacrificium ei magis acceptum, vt pote, propinquius vtilitatem proximorum inducens: ſecundum illud Hebr. vlt. Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci: talib⁹ eñ hoſtiis promeretur Deus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſumma religionis Chriſtianæ in miſericordia cō ſiſtit, quantum ad exteriora opera: interior tamen affectio charitatis, qua cōiungimur Deo, præponderat & dilectioni & miſericordiæ in proximos.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per charitatem aſſimilamur Deo, tanquam ei per affectum vniti: & ideo potior eſt quàm miſericordia, per quam aſſimilamur Deo per ſimilitudinem.

QVÆSTIO TRIGESIMA prima, de Beneficentia, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de exteriorib⁹ actibus vel effectib⁹ charitatis. Et primò, de beneficentia: ſecundò, de eleemoſyna, quę eſt quędam pars beneficentiæ: tertiò de correctione fraterna, quæ eſt quædam eleemoſyna.

¶ Circa primū quærūtur quatuor. ¶ Primò, vtrū beneficentia ſit actus charitatis. ¶ Secundò, vtrū ſit omnibus benefaciendum. ¶ Tertiò, vtrum magis coniunctis ſit magis benefaciendum. ¶ Quartò, vtrū beneficentia ſit virtus ſpecialis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum beneficentia ſit actus charitatis.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd beneficentia non ſit actus charitatis. Charitas enim maximè habetur ad Deum. Sed ad Deum non poſſumus eſſe benefici: ſecundum illud Iob. 35. Quid dabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Ergo beneficentia non eſt actus charitatis.

¶ 2 Præterea, Beneficētia maximè cōſiſtit in collatione donorū. Sed hoc pertinet ad liberalitatē. Ergo beneficentia nō eſt actus charitatis, ſed liberalitatis.

¶ 3 Præterea, quòd quis dat, vel dat ſicut debitū, vel dat ſicut nō debitū: ſed beneficium quod impenditur tanquā debitū, pertinet ad iuſtitiam: quòd autem impenditur tanquam non debitum, gratis datur, & ſecundum hoc pertinet ad miſericordiam. Ergo omnis beneficentia vel eſt actus iuſtitiæ, vel eſt actus miſericordię. Non eſt ergo actus charitatis.

* q.13. ar.1. † Cap. 4

¶ SED CONTRA, Charitas eſt amicitia quædā, vt dictum * eſt. Sed Philoſoph⁹ in nono † Ethicorū: inter alios amicitiæ act⁹ ponit hoc vnū qđ eſt operari bonū ad amicos, quod eſt amicis benefacere. Ergo beneficētia eſt actus charitatis.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd beneficentia nihil aliud importat, quā facere bonum alicui. Poteſt autem hoc bonum cōſiderari dupliciter. Vno modo ſecundū communē rationem boni: & hoc pertinet ad communem rationem beneficētiæ: & hoc eſt actus amicitiæ, & per cōſequens charitatis. Nam in actu dilectionis includitur beneuolētia, per quā vult aliquis bonum amico, vt ſuprà habitum eſt. * Voluntas autē eſt effectiua eorum quæ vult, ſi facultas adſit: & ideo ex cōſequēti benefacere amico ex actu dilectionis conſequitur. Et propter hoc beneficētia ſecundum communem rationē eſt amicitiæ vel charitatis actus. Si autē bonum, qđ quis facit alteri, accipiatur ſub aliqua ſpeciali ratione boni: ſic beneficētia accipiet ſpecialem rationem, & pertinebit ad aliquem ſpecialem virtutem.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ ſicut Dio. dicit. 4. c. de Diui. no. Amor mouet ordinata ad mutuam beatitudinē, & inferiora cōuertit in ſuperiora, vt ab eis perficiantur, & ſuperiora mouet ad inferiorum prouiſionē: & quātùm ad hoc beneficētia eſt effectus dilectionis. Et ideo noſtrum non eſt Deo benefacere, ſed eū honorare, nos ei ſubiiciēdo. Eius autem eſt ex ſua dilectione nobis benefacere.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in collatione donorū duo ſunt attendenda: quorum vnum eſt exterius datū, aliud autem eſt interior paſſio, quā habet quis ad diuitias, in eis delectatus. Ad liberalitatem autem pertinet moderari interiorem paſſionem: vt ſcilicet aliquis non ſuperexcedat concupiſcēdo & amādo diuitias. Ex hoc enī efficitur homo facilè emiſſiuus diuitiarū. Vnde ſi homo det aliquod donum magnum: & tamen cum quadam cōcupiſcentia retinendi, datio nō eſt liberalis. Sed ex parte exterioris dati, collatio beneficij pertinet in generali ad amicitiā, vel charitatem. Vnde hoc non derogat amicitiæ, ſi aliquis rem, quam concupiſcit retinere, det alteri propter amorem: ſed magis ex hoc oſtenditur amicitiæ perfectio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut amicitia ſeu charitas reſpicit in beneficio collato communem rationem boni, ita iuſtitia reſpicit ibi rationem debiti. Miſericordia verò reſpicit ibi rationem reuelantis miſeriam, vel defectum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum ſit omnibus benefaciendum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod non ſit omnibus benefaciendum. Dicit enim Auguſtinus in primo de Doctrina Chriſtiana, * quòd omnibus prodeſſe nō poſſumus. Sed virtus non inclinat ad impoſſibile. ergo non oportet omnibus benefacere. 4. ad. 15. q.2. ar. 6. qō. 1. Et opuſ 4. cap 8. * Cap. 28 to3.

¶ 2 Præterea, Eccl. 12. dicitur, Da bono, & non recipias peccatorem. Sed multi homines ſunt peccatores. Non ergo omnibus eſt benefaciendum.

¶ 3 Præterea, Charitas non agit perperam, vt dicitur. 1. ad Corinth. 13. Sed benefacere quibuſdam eſt agere perperam, puta ſi aliquis benefacit inimicis reipublicæ: vel ſi benefaciat excōmunicato, quia per hoc ei cōmunicat. Ergo cū benefacere ſit actus charitatis, non eſt omnibus benefaciendum.

¶ SED CONTRA eſt, quòd Apoſtol. dicit ad Galat. vlt. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd, ſicut ſuprà dictum eſt. * beneficentia conſequitur amorem ex ea parte, qua mouet ſuperiora ad prouiſionem inferiorum. Gradus autē in hominibus non ſunt immutabiles, ſicut in angelis: quia homines poſſunt pati multiplices defectus. Vnde qui eſt ſuperior ſecundum aliquid, vel eſt, vel poteſt eſſe inferior ſecundū aliud. Et ideo cùm dilectio charitatis ſe extēdat ad omnes, etiam beneficentia ſe debet extendere ad omnes, pro loco tamen & tempore. Omnes enim actus virtutum ſunt ſecundum debitas circunſtantias limitandi. Ar. præc. ad. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſimpliciter loquen-

¶ Super Quæſtionis trigeſimæ primæ Articulum primum.

IN quæſt. 31. art. 1. in reſponſione ad primum collige, quòd licet benefacere ſit actus charitatis in quolibet: non tamen in quolibet eſt actus reſpectu cuiuſlibet. Poteſt nanque charitas Dei benefacere, poteſt etiam charitas hominis & angeli benefacere. Sed charitas creaturæ non poteſt benefacere Deo: ſicut nec etiā Deus poteſt benefacere ſibiipſi, quia nihil poteſt Deo boni accreſcere. * q.23. ar. 1. & quæ. 27. ar. 2.

¶ Super quæſtionis trigeſimæ primæ Articulum ſecundum.

IN articulo ſecundo in reſponſione ad tertium, dubium occurrit, An damnatis ad mortē fame vel ſiti, licitum ſit occultè miniſtrare cibum vel potum. Et eſt ratio dubij, quia in litera excipitur, niſi ſecundum ordinem iuſtitiæ paterētur. Sed quia hoc ad materiam iuſtitiæ ſpectat, ideo illucuſque differatur tractandum.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

do, non possumus omnibus benefacere in speciali. Nullus tamen est, de quo nõ possit occurrere casus, in quo oporteat ei benefacere etiam in speciali. Et ideo charitas requirit, vt homo etiã si nõ actu aliquibus benefaciat, habeat tamen hoc in animi sui præparatione vt benefaciat cuicũque, si tẽpus adesset. Aliquod tamen beneficiũ est quod possumus omnibus impendere, si non in speciali, saltem in generali: sicut cũ oramus pro omnibus fidelibus & infidelibus.

¶ Ad secundum dicẽdũ, ꝙ in peccatore duo sũt, scilicet culpa & natura. Est ergo subueniendũ peccatori, quãtùm ad sustentationẽ naturæ: non est autẽ ei subueniendũ ad fomentum culpæ. hoc enim non esset benefacere: sed potius malefacere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd excõmunicatis & reipublicæ hostibus sunt beneficia subtrahenda, inquantũ per hoc arceantur à culpa. Si tamen immineret necessitas, ne natura deficeret, esset eis subueniendum, debito tamen modo, puta ne fame aut siti morerentur, aut aliquod huiusmodi dispendium, nisi secundum ordinem iustitiæ, paterentur.

Infr. q°. 31. art. 9. Et. 4. dist. 15. q° 2. ar. 6. q. 3. Et quoli. 4. art. 15.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum sit magis benefaciendum his, qui sunt nobis magis coniuncti.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd non sit magis benefaciendum iis, qui sunt nobis magis coniuncti. Dicitur enim Luc. 14. Cùm facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres, neque cognatos. Sed isti sunt magis cõiuncti. Ergo nõ est magis benefaciẽdũ cõiunctis, sed potius extraneis & indigentibus. Sequitur enim, Sed cùm facis conuiuium, voca pauperes & debiles, &c.

¶ 2 Præterea, Maximum beneficium est, quòd homo aliquẽ in bello adiuuet. Sed miles in bello magis debet iuuare extraneũ commilitonem, quàm consanguineum hostem. Ergo beneficia non sunt magis exhibenda magis coniunctis.

¶ 3 Præterea, prius sunt debita restituẽda, quàm gratuita beneficia impendenda. Sed debitum est, quòd aliquis impendat beneficium ei, à quo accepit. Ergo benefactoribus magis est benefaciendum, quàm propinquis.

q. 26. art. 9. ¶ 4 Præterea Magis sunt diligendi parẽtes quàm filij, vt suprà dictum est.* Sed magis est benefaciendum filiis: quia non debẽt filij thesaurizare parẽtibus, sed ecõuerso: vt dicitur. 2. ad Cor. 12. Non est ergo magis benefaciendum magis coniunctis.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustin. dicit in primo de Doctri. Christ.* (Cap. 28. to. 3.) Cùm omnibus prodesse nõ possis, iis potissimùm consulendum est, qui pro locorũ & temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur.

¶ RESPONDEO dicendum quòd gratia & virtus imitantur naturæ ordinem, qui ex diuina sapientia est institutus. Est autẽ talis ordo naturæ vt vnumquodque agẽs naturale per prius magis diffundat suam actionẽ ad ea, quæ sũt sibi magis ꝓpinqua, sicut ignis magis calefacit rẽ sibi magis ꝓpinquã. Et similiter Deus in substantias sibi propinquiores per prius & copiosiꝰ dona suę bonitatis diffundit. vt patet per Dion. 7. cap. Cæl. hier. Exhibitio autẽ beneficiorũ est quædã actio charitatis in alios, & ideo oportet quòd ad magis ꝓpinquos simꝰ magis benefici. Sed ꝓpinquitas vnius hominis ad aliũ potest attẽdi secundũ diuersa, in quibus sibi adinuicẽ homines communicant, vt consanguinei naturali cõmunicatione, conciues in ciuili, fideles in spirituali, & sic de aliis. Et secundũ diuersas cõiunctiones sunt diuersimode diuersa beneficia dispensanda: nã vnicuique est magis exhibẽdum beneficium pertinẽs ad illam rem, secundum quam est magis nobis cõiunctus, simpliciter loquendo. Tamen hoc potest variari secundum diuersitatem locorum, & temporũ, & negotiorũ. Nam in aliquo casu est magis subueniendum extraneo, puta si sit in extrema necessitate, quàm etiam patri non tantam necessitatem patienti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dominus non prohibet simpliciter vocare amicos, aut cõsanguineos ad conuiuium, sed vocare eos ea intentione, quòd te ipsi reinuitent. Hoc enim non erit charitatis, sed cupiditatis. Potest tamẽ contingere, quod extranei sint magis inuitãdi in aliquo casu propter maiorem indigentiam. Intelligendum est enim, quod magis coniunctis magis est, cæteris paribus, benefaciendũ. Si autem duorum vnus est magis coniunctus & alter magis indigens, non potest vniuersali regula determinari cui sit magis subueniendũ: quia sunt diuersi gradus & indigentiæ & propinquitatis: sed hoc requirit prudentis iudicium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonũ multorum commune diuinius est, quam bonum vnius. Vnde bono communi reipublicæ vel spiritualis, vel tẽporalis, virtuosum est etiam, quòd aliquis propriam vitã exponat periculo. Et ideo cùm cõmunicatio in bellicis actibus ordinetur ad cõseruationẽ reipublicæ: in hoc miles impendens commilitioni auxiliũ, non impendit ei tãquã priuatæ personæ, sed sicut totam rempublicam iuuans. Et ideo non est mirum si in hoc præfertur extraneus coniuncto secundum carnem.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd duplex est debitum. Vnum quidem quod nõ est numerandum in bonis eius, qui debet, sed potius in bonis eius, cui debetur: puta, si aliquis habet pecuniam, aut rẽ aliquã alterius, vel furto sublatam, vel mutuò acceptã, siue depositã, vel aliquo simili modo: quantùm ad hoc debet homo prius reddere debitũ, quàm ex eo benefacere cõiũctis, nisi fortè esset tãtæ necessitatis articulꝰ, in quo etiã liceret ipsi rẽ alienã accipere ad subueniendum necessitatẽ patiẽti, nisi fortè & ille cui res debet, ĩ simili necessitate esset: in quo tamen casu pẽsanda esset vtriusque cõditio secundũ alias cõditiones requisitas prudẽtis iudicio: quia in talibꝰ nõ potest vniuersalis regula dari ꝓpter varietatẽ singulorum casuũ, vt Philosophꝰ dicit in nono Ethicorũ.* (Cap. [illegible] to. 5.) Aliud autẽ est debitũ, qđ cõputatur in bonis eius qui habet, & nõ eiꝰ cui debetur: puta si debeatur nõ iustitiæ necessitate, sed ex quadã morali æquitate, vt cõtingit in beneficiis gratis susceptis. Nulliꝰ autẽ benefactoris beneficiũ est tãtũ, sicut parẽtũ: & ideo parẽtes in recompẽsandis beneficiis sũt omnibꝰ aliis præferẽdi, nisi necessitas ex alia parte præpõderaret, vel aliqua cõditio, puta cõmunis vtilitas ecclesiæ vel reipublicæ. In aliis aũt est æstimatio habẽda & cõiũctionis & beneficij suscepti, quę similiter nõ potest communi regula determinari.

¶ Ad quartum dicendum, quòd parentes sunt sicut superiores. Et ideo amor parẽtum est ad benefaciẽdũ, amor autẽ filiorum ad honorandũ parentes: & tamẽ in necessitatis extremæ articulo magis liceret deserere filios, quàm parentes, quos nullo modo deserere licet propter obligationem beneficiorum susceptorum: vt patet per Philosophum in 8. Ethic.* (Cap. 10. to. 5.)

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum beneficentia sit virtus specialis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd beneficẽtia sit specialis virtꝰ. Præcepta enĩ ad virtutes ordinãtur: quia legislatores intẽdunt facere homines virtuosos, sicut dicitur in secũdo Ethicorũ.* (cap. 1. & l. 1. c. 9. & 13.) Sed seorsũ datur præceptum de beneficẽtia & dilectione. Dicitur enĩ Matth. 5. Diligite inimicos vestros, & benefacite iis, qui oderunt vos. Ergo beneficentia est virtus distincta à charitate.

¶ 2 Præterea, Vitia virtutibus opponũtur. Sed beneficentiæ opponuntur aliqua specialia vitia, per quæ nocumentum proximo infertur, puta rapina, furtum, & alia huiusmodi. Ergo beneficentia est specialis virtus.

¶ 3 Præterea, Charitas non distinguitur in multas species. Sed beneficentia videtur distingui in multas species, secundũ diuersas beneficiorum species. Ergo beneficentia est alia virtus à charitate.

¶ SED CONTRA est, quòd actus interior & exterior non requirunt diuersas virtutes. Sed beneficentia & beneuolentia non differunt: nisi sicut actus exterior & interior: quia beneficentia est executio beneuolentiæ. Ergo sicut beneuolentia non est alia virtus à charitate, ita nec beneficentia.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd virtutes diuersificant secundum diuersas rationes obiecti. Eadẽ autẽ est ratio formalis obiecti charitatis & beneficentiæ. Nã vtraque respicit

rationem

¶ Super Quæstionis trigesimæ primæ Articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdem quæst. trigesimæ primæ in responsione ad tertium notandũ occurrit, quòd Autor censet posse præponderare debito restituendi domino proprio rem suam sibi necessariam in extrema necessitate, debitum benefaciendi alteri etiam in extrema necessitate, ita quòd si ego habeo panem Petri in extrema necessitate constituti, potest contingere, quòd debeo illum panem magis dare Ioanni etiam in extrema necessitate constituto, puta si vita Ioannis est, vnde pendet publica salus: Petri autem mors parũ aut nihil damni affert Ecclesiæ seu reipublicæ. Et est dictum hoc satis singulare. Et aduerte quòd non dicit, quod liceat priuatæ personæ auferre panem à Petro in extrema necessitate constituto, vt benefaciat alteri præponderanti: sed dicit quòd licet non reddere illi rem suam, sed benefacere de illa alteri præponderanti. Aliud enim est maius vinculũ vicere minus, & aliud facere malũ, vt eueniant bona: quòd videtur contingere auferenti priuata autoritate ab existẽte in extrema necessitate.

¶ In eodẽ articulo tertio ĩ respõsione ad quartũ perspice quoq;, quòd licet filij magis diligantur absolute, quàm parentes: in casu tamẽ necessitatis parẽtes sũt magis diligẽdi opere & veritate, propter vinculum suscepti bñficij. Et eadẽ ratione magis relĩqui debet coniux, quàm parentes in articulo necessitatis.

¶ Super Quæstionis trigesimæ primæ Articulum quartum.

IN articulo quarto nota responsionẽ ad vltimum, vt possis diuersitatem specificam peccatorum discernere & præcipuè maledictionem, an odij, vel iræ, an vtriusque sint, prout vnum vitium imperat alteri: sicut per oppositum vna virtus imperat alteri.

¶ Super

rationem communem boni: vt ex prædictis patet.* Vnde beneficentia nõ est alia virtus à charitate, sed nominat quendam charitatis actum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd præcepta non dantur de habitibus virtutum, sed de actibus. Et ideo diuersitas præceptorum non significat diuersos habitus virtutum, sed diuersos actus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut omnia beneficia proximo exhibita, inquãtum cõsiderantur sub communi ratione boni, reducuntur ad amorem, ita omnia nocumenta, inquantum considerantur secundum communem rationem mali, reducuntur ad odium. Prout autem considerantur secundum aliquas speciales rationes vel boni, vel mali, reducuntur ad aliquas speciales virtutes, vel vitia. Et secundum hoc etiam sunt diuersæ beneficiorum species.

¶ Vnde patet responsio ad tertium.

QVÆSTIO TRIGESIMA secunda, de Eleemosyna in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de eleemosyna. ¶ Et circa hoc quęrunt decẽ. ¶ Primò, vtrum eleemosynæ largitio sit actus charitatis. ¶ Secundò, de distinctione eleemosynarum. ¶ Tertiò, quę sint potiores eleemosynæ, vtrum spirituales, vel corporales. ¶ Quartò, vtrum corporales eleemosynę habeant effectum spiritualem. ¶ Quintò, vtrum dare eleemosynas sit in pręcepto. ¶ Sextò, vtrum corporalis eleemosyna sit danda de necessario. ¶ Septimò, vtrũ sit danda de iniustè acquisito. ¶ Octauò, quorum sit dare eleemosynam. ¶ Nonò, quibus sit danda. ¶ Decimò, de modo dandi eleemosynas.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum dare eleemosynã sit actus charitatis.

AD PRIMVM sic, proceditur. Videtur quòd dare eleemosynam non sit actus charitatis. Actus enim charitatis non potest esse sine charitate. Sed largitio eleemosynarum potest esse sine charitate: secundum illud primæ ad Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, charitatem autẽ nõ habuero: nihil mihi prodest. Ergo dare eleemosynam non est actus charitatis.

¶ 2 Præterea, Eleemosyna computatur inter opera satisfactionis: secundum illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Sed satisfactio est actus iustitiæ. Ergo dare eleemosynam non est actus charitatis, sed iustitiæ.

¶ 3 Præterea, Offerre hostiã Deo est actus latriæ. Sed dare eleemosynam est offerre hostiã Deo, secundum illud ad Hebr. vlt. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Ergo non est actus charitatis dare eleemosynam, sed magis latriæ.

Cap. 1. tom 4. ¶ 4 Præterea, Philosophꝰ dicit in. 4.* Eth. quòd dare aliquid ꝓpter bonum, est actus liberalitatis. Sed hoc maximè fit largitione eleemosynarũ. Ergo dare eleemosynã nõ est actꝰ charitatis.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur primæ Ioannis tertio. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?

¶ RESPONDEO, dicendum quòd exteriores actus ad illam virtutem referuntur, ad quam pertinet id, quod est motiuum ad agendum huiusmodi actus. Motiuum autẽ ad dandum eleemosynas est, vt subueniatur necessitatem patienti. Vnde quidam diffinientes eleemosynam dicunt, quòd eleemosyna est opus, quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum: quod quidem motiuum pertinet ad misericordiam, vt suprà dictum est.* Vnde manifestum est, quòd dare eleemosynam propriè est actus misericordiæ. Et hoc apparet ex ipso nomine. (q. 30. ar. 1.) Nam in Græco eleemosyna à misericordia deriuatur, sicut in Latino miseratio. Et quia misericordia est effectus charitatis, vt suprà ostensum* est: ex consequenti dare eleemosynam est actus charitatis, misericordia mediante. (ἐλεημοσύνη ab ἔλεος)

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquid dicitur esse actus virtutis dupliciter. Vno modo materialiter, sicut actus iustitiæ est facere iusta, & talis actus virtutis potest esse sine virtute. (* q. 30. ar. 2. & 3.) Multi enĩ non habẽtes habitum iustitię iusta operantur ex naturali ratione, vel ex timore, siue ex spe aliquid adipiscẽdi. Alio modo dicitur esse aliquid actus virtutis formaliter, sicut actus iustitiæ est actio iusta eo modo, quo iustus facit, scilicet prõptè & delectabiliter. Et hoc modo actus virtutis non est sine virtute. Secundum hoc ergo dare eleemosynas materialiter potest esse sine charitate. Formaliter autem eleemosynas dare, id est, propter Deum delectabiliter & promptè, & omni eo modo, quo debet, non est sine charitate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nihil prohibet, actum qui est (D. 1175.) propriè vnius virtutis, elicitiuè attribui alicui virtuti, sicut ordinanti & imperanti ad suum finem. Et hoc modo dare eleemosynam ponitur inter opera satisfactoria, inquantum miseratio in defectum patientis ordinatur ad satisfaciendum pro culpa. Secundum autẽ quod ordinatur ad placandum Deum, habet rationẽ sacrificij: & sic imperatur à latria. Vnde patet responsio ad tertium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dare eleemosynã pertinet ad liberalitatem, inquantum liberalitas aufert impedimentum huius actus, quod esse posset ex superfluo amore diuitiarum, propter quem aliquis efficitur nimis retentiuus earum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum conuenienter eleemosynarum genera distinguantur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter eleemosynarum genera distinguantur. (4. dist. 15. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2.) Ponuntur enim septem eleemosynæ corporales, scilicet, Pascere esurientem, potare sitientẽ, vestire nudum, recolligere hospitem, visitare infirmum, redimere captiuum, & sepelire mortuum, quæ in hoc versu continentur.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

¶ Ponuntur etiam aliæ septem eleemosynę spirituales, scilicet docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristẽ, corrigere peccantem, remittere offendenti, portare onerosos & graues, & pro omnibus orare: quæ etiam in hoc versu continentur.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Ita tamen quòd sub eodem intelligantur consilium & doctrina. Videtur autem quòd inconuenienter huiusmodi eleemosynæ distinguantur. Eleemosyna enim ordinatur ad subueniendum proximo: Sed per hoc, ꝙ proximus sepelitur, in nullo ei subuenitur: alioquin non esset verum qđ Dominus dicit Matthæi decimo, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant. Vnde Dominus Matth. 25. commemorans misericordiæ opera, de sepultura mortuorum mentionẽ non facit. Ergo videtur quòd inconuenienter huiusmodi eleemosynæ distinguantur.

¶ 2 Præterea, Eleemosyna datur ad subueniendum necessitatibus proximi, sicut dictum est.* Sed multæ aliæ sunt necessitates humanæ vitæ, quàm prædictæ, sicut quòd cæcus indiget (ar. præc.) ductore, claudus sustentatione, pauper diuitiis: ergo inconuenienter prædictæ eleemosynæ enumerantur.

¶ 3 Præterea, Dare eleemosynam est actus misericordię, sed corrigere delinquentem magis videtur ad seueritatem pertinere, quàm ad misericordiam. Ergo non debet computari inter spirituales eleemosynas.

¶ 4 Præterea, Eleemosyna ordinatur ad subueniendũ defectui. Sed nullus est homo, qui defectu ignorantiæ non patiatur in aliquibus. Ergo videtur ꝙ quilibet debeat docere quemlibet, si ignorat id, quod ipse scit.

¶ SED CONTRA, quod Greg.* dicit in quadam homil. (Homil. 9. in Euãg.) Habens intellectũ, curet omnino ne taceat: habens rerum affluentiam, vigilet ne à misericordiæ largitate torpescat: habens artẽ, qua regitur, magnopere studeat vt vsum atque vtilitatem illius cum proximo partiatur: habens loquendi locum apud diuitem, damnationẽ pro retento talẽto timeat, si cùm valet, non apud eum pro pauperibus intercedat. Ergo prædictæ

¶ Super Quæstionis trigesimæ secundæ Articulum primum.

IN quæstionis trigesimæ secundæ articu. primo in responsione ad secundum, dubium occurrit, Quo pacto actꝰ superioris virtutis potest imperari ab inferiori virtute, vt ĩ litera dicitur, ꝙ actꝰ charitatis potest imperari à iustitia & à religione. Et est ratio dubij: quia ĩperare est superioris.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ actꝰ superioris virtutis sicut & aliarũ, potest dupliciter sumi, scilicet & materialiter & formaliter: quæ distinctio declaratur in litera in responsione ad primũ. Et formaliter sũptus non imperatur ab inferiori virtute (quia ecõuerso) quia imperanti respondet vlterior finis. Superioris autem semper vlterior est finis, quam imperantis, vt patet in architectonico, & manuali, & similibus. Materialiter autem sumptus actus superioris virtutis potest imperari ab inferiori virtute: quia finis inferioris virtutis est vlterior respectu actus materialiter sumpti & hoc modo dare eleemosynam potest simul esse actus charitatis media misericordia, & actꝰ iustitiæ, media pœnitentia, & actus religionis, & actus liberalitatis remouẽdo prohibẽs: vt patet cũ quis ex charitate, & vt satisfaciat ꝓ peccatis suis, & ad honorem Dei, absque cupiditatis obstaculo, eleemosynam pauperi Christi dat. Et hanc distinctionem ac doctrinam bene notato: quia sæpe oportet illa vti.

4. dist. 15. q. 2. art. 1. q. 3.

¶ Super Quæstionis trigesimæ secundæ Articulum secundum.

IN articulo secundo in responsione ad primũ perspice vir inhumane, quòd beneficiũ sepulturæ est defũcto beneficiũ & secundum quod viuit in memoria aliorum, & secundum prosecutionẽ proprij affectus ipsius. Sicut enim exequens ordinata à defuncto, voluntatem eius consummat, & quasi durantem adhuc facit: itã sepeliens affectum continuat, quẽ defunctus ad corpus habebat: differt autem multum hoc nihil esse sensibile à defuncto, & hoc, nihil esse illi.

eleemosynæ conuenienter distinguuntur secundum ea in quibus homines abundant & deficiunt.

¶RESPONDEO, dicendum quod prædicta eleemosynarũ distinctio cõuenienter sumitur secundũ diuersos defectꝰ proximorũ. Quorũ quidã sunt ex parte animæ, ad quos ordinãtur spirituales eleemosynæ. Quidam verò ex parte corporis, ad quos ordinãtur eleemosynæ corporales: defectus enim corporalis aut est in vita, aut est post vitã. Siquidem est in vita, aut est communis defectus respectu eorũ, quibus omnes indigent: aut est specialis propter aliquod accidẽs superueniens. Si primo modo, aut defectꝰ est interior, aut exterior. Interior quidẽ est duplex. Vnus quidẽ, cui subuenitur per alimentũ siccũ, scilicet fames. Et secundũ hoc ponitur pascere esurientem. Alius autẽ est cui subuenitur per alimẽtũ humidũ, scilicet sitis: secundũ hoc dicitur potare sitientem. Defectus autẽ cõmunis respectu exterioris auxilij est duplex. Vnus respectu tegumenti: & quantũ ad hoc ponitur vestire nudum. Alius autem respectu habitaculi: & quantũ ad hoc ponitur suscipere hospitẽ. Similiter autẽ si sit defectus aliquis specialis, aut est ex causa intrinseca, sicut infirmitas. Et quantũ ad hoc ponitur visitare infirmũ. Aut est ex causa extrinseca: & quantùm ad hoc ponitur redemptio captiuorũ. Post vitam autem exhibetur mortuis sepultura. Similiter autẽ spiritualibus defectibꝰ, spiritualibꝰ actibus subuenitur dupliciter. Vno modo poscẽdo auxiliũ à Deo: & quãtùm ad hoc ponitur oratio, qua quis pro aliis orat. Alio modo impendẽdo humanũ auxiliũ: & hoc tripliciter. Vno modo contra defectũ intellectus. Et si quidẽ sit defectus speculatiui intellectus, adhibetur ei remediũ per doctrinã. Si autẽ practici intellectus, adhibetur ei remediũ per cõsiliũ. Alio modo est defectus ex passione appetitiuæ virtutis, inter quos maximus est tristitia, cui subuenitur per consolationẽ. Tertio modo ex parte inordinati actus: qui quidem tripliciter cõsiderari potest. Vno modo ex parte ipsiꝰ peccãtis, inquãtũ procedit ab eius inordinata volũtate: & sic adhibetur remediũ per correctionẽ. Alio modo ex parte eius, in quẽ peccatur: & siquidẽ sit peccatũ in nos, remediũ adhibemꝰ remittẽdo offensã: si aũt sit in Deũ, vel in proximũ, nõ est nostri arbitrij remittere: vt Hieroym. dicit super Matth.* Tertio modo ex parte sequelæ ipsiꝰ actus inordinati, ex qua grauãtur ei conuiuentes etiam præter peccãtis intẽtionẽ: & sic remediũ adhibetur supportãdo, maximè in iis qui ex infirmitate peccant, secundũ illud Ro. 15. Debemus nos firmiores infirmitates aliorũ portare: & nõ solum secundũ quòd infirmi sunt siue graues ex inordinatis actibus, sed etiam quæcunque eorum onera sunt supportanda: secundum illud. Gal. 6. Alter alterius onera portate.

Super illud Mat. 18. Si peccauerit in te, &c.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sepultura mortui non confert ei quantùm ad sensum, quẽ corpus post mortem habeat. Et secundum hoc Dominus dicit, quòd interficientes corpus, nõ habẽt amplius quid faciant. Et propter hoc etiam Dominus nõ cõmemorat sepulturã inter alia misericordiæ opera: sed enumerat solũ illa quæ sũt euidentioris necessitatis. Pertinet tamẽ ad defunctũ, quid de eiꝰ corpore agatur. Tum quãtũ ad hoc, quòd viuit in memoriis hominũ, cuiꝰ honor dehonestatur, si insepultꝰ remaneat. Tũ etiã quãtùm ad effectũ, quẽ adhuc viuẽs habebat de suo corpore, cui piorũ affectꝰ cõformari debet post mortẽ ipsiꝰ: & secundũ hoc cõmendãtur aliqui de mortuorũ sepultura, vt Tobias, & illi qui Dñm sepelierũt: vt patet p August. in lib. de Cura pro mortuis agenda.*

cap. 3. 10. 4.

¶Ad secundum dicẽdũ, ꝙ omnes aliæ necessitates ad has reducũtur. Nã cæcitas & claudicatio sunt infirmitates quædam. Vnde dirigere cæcum & sustẽtare claudum, reducũtur ad visitationẽ infirmorum. Similiter etiã subuenire homini contra quancunque oppressionẽ illatã extrinsecus, reducitur ad redemptionem captiuorũ. Diuitiæ autẽ, quibus paupertati subuenitur, nõ quæruntur nisi ad subueniẽdum prædictis defectibus. Et ideo non fuit specialis mẽtio de hoc defectu facienda.

¶Ad tertium dicendũ, quòd correctio peccantiũ quãtũ ad ipsam executionẽ actꝰ, seueritatẽ iustitiæ cõtinere videtur. Sed quãtum ad intẽtionẽ corrigẽtis, qui vult hominẽ à malo culpæ liberare, pertinet ad misericordiã, & dilectionis effectum secundũ illud Prouerb. 27. Meliora sunt verbera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.

¶Ad quartum dicendum, quòd nõ quælibet nesciẽtia pertinet ad hominis defectũ, sed solùm ea, qua quis nescit ea quæ conuenit eum scire: cui defectui per doctrinã subuenire ad eleemosynam pertinet. In quo tamẽ obseruandæ sunt debitæ circunstantiæ personæ & loci & temporis: sicut & in aliis actibus virtuosis.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ secundæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio in propositione primi argumenti, An dare eleemosynã magis indigenti vel minus indigenti meliori, sit melius, occurrit tractandum & dicendum, quòd nisi indigẽtia sit multo maior in vno, quàm in alio, melius est dare minꝰ indigẽti iusto, quã magis indigenti peccatori. & similiter minus indigendi meliori, quã magis indigenti minꝰ bono. Et ratio est, quia licet in magis indigente sit maior materia misericordię: in bono tamen & meliori est maior materia charitatis, quæ apud nos est maior virtus, & est ratio misericordiæ, quoniã ideo miseremur alicuius quia ex charitate miseriã illiꝰ quasi nostrã ex vnione affectꝰ reputamꝰ. Bonitas autem actꝰ magis crescit ex ratiõe charitatis, quã alterius virtutis, quũ ipsa sit primo bona & forma reliquarum ex fine vltimo sibi proprio obiecto.

4. dist. 15. q. 2. artic. 3. q. 3. Et 3. contra cap. 134. ad 2.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum eleemosynæ corporales sint potiores, quam spirituales.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ eleemosynę corporales sint potiores quã spirituales. Laudabiliꝰ enĩ est magis indigẽti eleemosynã facere. Ex hoc em eleemosyna laudẽ habet, quòd indigẽti subuenit. Sed corpus, cui subuenitur per eleemosynas corporales, est indigẽtioris naturę, quàm spiritus, cui subuenitur p eleemosynas spirituales. Ergo eleemosynæ corporales sunt potiores.

¶2 Præterea, Recõpensatio beneficij laudem & meritũ minuit. Vnde & Dominꝰ dicit Luc. 14. Cùm facis prãdiũ aut cœnã, noli vocare vicinos diuites, ne fortè & ipsi te reinuitẽt. Sed ĩ eleemosynis spiritualibꝰ sẽper est recõpẽsatio: quia qui orat pro alio, sibi proficit: secundũ illud Psal. Oratio mea in sinu meo cõuertetur. Qui etiam alium docet, ipse in scientia proficit, quod non contingit in eleemosynis corporalibus. Ergo eleemosynæ corporales sunt potiores, quàm spirituales.

¶3 Præterea, ad laudem eleemosynæ pertinet, quòd pauper ex eleemosyna data consoletur. Vnde Iob. 31. dicitur. Si nõ benedixerunt mihi latera eius. Et ad Philemonem dicit Apostolus, Viscera sanctorũ requieuerunt per te, frater. Sed quandoque magis est grata pauperi eleemosyna corporalis, quã spiritualis. Ergo eleemosyna corporalis potior est quàm spiritualis.

¶SED CONTRA est, quod August. in lib. de * Sermone Domini in monte, super illud, Qui petit à te, da ei, dicit, Dandum est, quod nec tibi nec alteri noceat. Et cùm negaueris qđ petit, indicanda est iustitia, vt non eum inanem dimittas, & aliquando melius aliquid dabis, cũ iniustè petentem correxeris. Correctio autem est eleemosyna spiritualis: ergo spirituales eleemosynæ sunt corporalibus præferendæ.

Li. 1. cap. 40. li. 1. to. 4.

¶RESPONDEO, dicendum quòd comparatio istarum eleemosynarum potest attẽdi dupliciter. Vno modo simpliciter loquendo, & secundum hoc eleemosynæ spirituales præeminẽt triplici ratione. Primò quidẽ, qa id quod exhibetur, nobiliꝰ est, scilicet donũ spirituale, quod præeminet corporali, secundũ illud Prouerb. 4. Donũ bonũ tribuã vobis, legẽ meam ne derelĩquatis. Secũdò, ratione eius cui subuenitur, quia spiritꝰ nobilior est corpore. Vnde sicut homo sibiipsi magis debet prouidere quãtùm ad spiritum, quàm quãtùm ad corpꝰ, ita & proximo, quẽ debet sicut seipsũ diligere. Tertiò, quantũ ad ipsos actꝰ, quibꝰ subuenitur proximo: quia spirituales actus sunt nobiliores corporalibꝰ, qui sũt quodãmodo seruiles. Alio modo possunt cõparari secundũ aliquẽ particularẽ casum, in quo quædã corporalis eleemosyna alicui spirituali præfertur: puta, magis est pascendum fame morientem, quàm docendum, sicut & indigenti secundum Philosophum * melius est ditari, quàm philosophari, quamuis hoc sit simpliciter melius.

Li. 3. to. 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dare magis indigenti, meliꝰ est, cæteris paribꝰ. Sed si minꝰ indigẽs sit melior, & melioribus indigeat, dare ei, melius est. Et sic est in proposito.

¶Ad secundũ dicẽdũ, quòd recõpẽsatio nõ minuit meritum & laudẽ eleemosynæ, si nõ sit intẽta: sicut & humana gloria, si nõ sit intẽta, nõ minuit rationẽ virtutis: sicut de Catone Sallustiꝰ * dicit, ꝙ quo magis gloriã fugiebat, eo magis eũ gloria sequebat'. Et ita cõtingit in eleemosynis spiritualibꝰ. Et tamẽ intẽtio bonorũ spiritualium nõ minuit meritũ, sicut intentio bonorum corporalium.

In cõ Catil.

¶Ad tertium dicendum, quod meritum dantis eleemosynã attenditur secundum id in quo debet rationaliter requiescere voluntas accipientis, nõ in eo, in quo requiescit, si sit inordinata.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum eleemosynæ corporales habeant effectum spiritualem.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd eleemosynæ corporales non habeant effectum spiritualem. Effectus enim non est potior sua causa. Sed bona spiritualia sunt potiora corporalibus. Nõ ergo eleemosynæ corporales habent spirituales effectus.

¶2 Præterea, Dare corporale pro spũali vitiũ est simoniæ: Sed hoc vitiũ est oĩno vitãdũ. Non ergo sunt dãdæ eleemosynę ad consequendum spirituales affectus.

¶3 Præterea, Multiplicata cã, multiplicatur effectus. Si ergo eleemosyna corporalis causaret spiritualẽ effectũ, sequeretur ꝙ maior eleemosyna magis spiritualiter ꝓficeret. Quod est cõtra illud, qđ legitur Luc. 21. de vidua mittẽte duo ęra minuta in gazophylaciũ: quę secũdũ sẽtẽtiã Domini plꝰ omnibꝰ misit. Non ergo eleemosyna corporalis habet spiritualẽ effectũ.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Eccl. 29. Eleemosyna viri gratiam hominis quasi pupillam conseruabit.

¶RESPONDEO, dicendũ, ꝙ eleemosyna corporalis tripliciter põt considerari. Vnõ modo secundũ suã substãtiã: & secundũ hoc nõ habet nisi corporalẽ effectũ, inquantũ scilicet supplet corporales defectꝰ ꝓximorũ. Alio modo potest cõsiderari ex parte causæ eiꝰ, inquãtũ scilicet aliquis eleemosynã corporalẽ dat ꝓpter dilectionẽ Dei & ꝓximi. Et quantum ad hoc affert fructũ spiritualẽ: secundum illud Eccle. 29. Perde pecuniã propter fratrẽ, pone thesaurum in præceptis Altissimi, & proderit tibi magis quã aurum. Tertio modo ex parte effectus: & sic habeo spiritualẽ fructum, inquantũ scilicet ꝓximꝰ, cui per corporalẽ eleemosynam subuenitur, mouetur ad orandũ pro benefactore. Vnde & ibidem subditur, Cõclude eleemosynã in sinu pauperis: & hęc pro te exorabit ab omni malo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit de corporali eleemosyna secundum suam substantiam.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ ille qui dat eleemosynã, non intendit emere aliquid spirituale per corporale: quia scit spiritualia in infinitum corporalibus præeminere. Sed intẽdit per charitatis affectum spiritualem fructum promereri.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ vidua, quę minus dedit secundũ quantitatẽ, plus dedit secundum suam proportionem, ex quo pensatur in ipsa maior charitatis affectus, ex quo corporalis eleemosyna spiritualem efficaciam habet.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ secundæ Articulum quartum.*

IN articulo quarto in responsione ad secundum habes solutionem dubij, Quo pacto liceat eleemosynaliter dare aliquid pro spirituali. Habes siquidẽ ꝙ quia datio est eleemosynalis: ideo deficit intẽtio emẽdi missas vel orationes vel gratiã Dei. Quia vero ibi est duplex charitatis effectus, scilicet ipsum piũ opus eleemosynę, qđ est actꝰ charitatis p misericordiam, & ipsa oratio pauperis ex accepta eleemosyna moti ad orandũ: ideo hinc merito spiritualẽ fructum expectat absque vllo vitio.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum dare eleemosynam sit in præcepto.*

AD QVINTVM sic procedit'. Videtur ꝙ dare eleemosynã non sit in præcepto. Consilia .n. à præceptis distinguũtur. Sed dare eleemosynã est cõsiliũ, secũdũ illud Dan. 4. Cõsilium meũ Regi placeat, Peccata tua eleemosynis redime. Ergo dare eleemosynã nõ est ĩ pręcepto.

¶2 Præterea, Cuilibet licet sua re vti, & eam retinere. Sed retinendo rem suã, aliquis eleemosynam non dabit. Ergo licitum est eleemosynam non dare. Non ergo dare eleemosynam est in præcepto.

¶3 Præterea, Omne quod cadit sub pręcepto, aliquo tẽpore obligat trãsgressores ad peccatũ mortale: quia præcepta affirmatiua obligant pro tẽpore determinato. Ergo si dare eleemosynã caderet sub præcepto, esset determinare aliquod tẽpus, in quo homo peccaret mortaliter, nisi eleemosynã daret. Sed hoc nõ videt': quia semper ꝓbabiliter æstimari potest, ꝙ pauperi aliter subueniri possit: & ꝙ id, quod est in eleemosynas erogandũ, posset ei esse necessarium vel in pręsenti, vel in futuro. Ergo videtur quod eleemosynam dare, non sit in præcepto.

¶4 Præterea, Oĩa præcepta ad præcepta decalogi reducũt'. Sed ĩter illa præcepta nihil cõtinet' de datione eleemosynarũ. Ergo dare eleemosinas nõ est ĩ pręcepto.

¶SED CONTRA, Nullus punitur pœna æterna pro omissione alicuius, qđ non cadit sub præcepto. Sed aliqui puniuntur pœna æterna pro omissione eleemosynarum, vt patet Matth. 25. Ergo dare eleemosynam est in præcepto.

¶RESPONDEO, dicẽdum ꝙ cùm dilectio proximi sit in præcepto, necesse est oĩa illa cadere sub præcepto, sine qbꝰ dilectio ꝓximi nõ conseruatur. Ad dilectionẽ aũt ꝓximi pertinet, vt ꝓximo nõ solũ velimus bonũ, sed etiã operemur. secundũ illud primæ Io. 3. Non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere & veritate. Ad hoc autẽ, ꝙ velimus & operemur bonũ alicuius, requirit' ꝙ eiꝰ necessitati subueniamꝰ: qđ fit per eleemosynarũ largitionẽ, & ideo eleemosynarũ largitio est ĩ præcepto. Sed qa præcepta dãtur de actibꝰ virtutũ, necesse est ꝙ hoc mõ donũ eleemosynæ cadat sub præcepto, secundũ ꝙ actꝰ est de necessitate virtutis, scilicet secũdũ ꝙ recta rõ requirit, secundũ quã est aliquid cõsiderandũ ex parte dãtis, & aliquid ex parte eiꝰ, cui est eleemosyna dãda: ex parte quidẽ dãtis cõsiderandũ est, vt id qđ est in eleemosynas erogandũ, sit ei superfluũ secundũ illud Luc. 11. Quod superest, date eleemosynã. Et dico superfluũ nõ solũ respectu suiipsius, ꝙ est supra id, qđ est necessariũ indiuiduo, sed ẽt respectu aliorũ, quorũ cura sibi incũbit. Quia prius oportet, ꝙ vniusquisque sibi prouideat, & iis quorũ cura ei incũbit, & postea de residuo aliorum necessitatibꝰ subueniat: respectu quorũ dicitur necessarium personæ, secundum ꝙ persona dignitatem importat. Sicut & natura primò accipit cibũ ad sustentationẽ proprij corporis, qđ est necessariũ ministerio virtutis nutritiuæ. Superfluũ autẽ erogat ad generationẽ alterius per virtutẽ generatiuã. Ex parte autẽ recipiẽtis requiritur, ꝙ necessitatẽ habeat, alioquin non esset ratio, quare eleemosyna ei daretur. Sed cùm nõ possit ab aliquo vno omnibꝰ necessitatẽ habẽtibus subueniri, non omnis necessitas obligat ad præceptũ, sed illa sola, sine qua is qui necessitatem patitur, sustẽtari non potest. In illo em casu locũ habet qđ Ambrosius * dicit, Pasce fame moriẽtẽ, si non paueris occidisti. Sic ergo dare eleemosynã de superfluo est in præcepto, & dare eleemosynã ei, qui est in extrema necessitate. Aliàs autẽ eleemosynas dare, est in consilio, sicut & de quolibet meliori bono dantur consilia.

Li. off. & Refertur di. 86. ca. Pasce.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ Daniel loquebatur Regi, qui nõ erat legi Dei subiectꝰ. Et iõ ea ẽt, quę ptinẽt ad pręceptũ legis, quã nõ profitebatur, erant ei proponẽda per modũ consilij. Vel potest dici ꝙ loquebatur in casu illo, in quo dare eleemosynam non est in præcepto.

¶Ad secundùm dicendum, ꝙ bona tẽporalia, quæ homini diuinitus cõferuntur, eius quidem sunt quãtũ ad proprietatẽ, sed quantũ ad vsum non solũ debent esse eius, sed etiã aliorũ, qui ex eis sustentari possunt ex eo, ꝙ ei superfluunt. Vnde Basilius * dicit, Si fateris ea tibi diuinitus prouenisse, scilicet temporalia bona, an

In serm. ad diuites auaros, super illud ... c. 12. destruam horrea.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ secundæ Articulum quintum.*

IN articulo quinto eiusdem 32. quæst. aduertendum est, quod doctrina Autoris hoc in loco à plerisque fuit male intellecta. Acceperunt nanque, quod secũdum doctrinam Autoris hic, ad hoc, quòd eleemosyna sit in præcepto, duo simul requirantur, scilicet superfluitas in debente, & extrema necessitas in eo cui debetur. Quum tamen expressè cõcludendo in calce corporis articuli dicatur distinctè. Sic ergo dare eleemosynam de superfluo est in præcepto, & dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate: alias autẽ est in consilio. Et quoniam iam multi anni sunt, quòd contra hunc sensum, tractatum specialem scripsi, vbi euidenter illum confutaui, pertranseundum puto.

¶ In eodem articulo aduerte, quòd quum duo capita seorsum ponant eleemosynam in præcepto, scilicet, superfluitas & necessitas extrema, dum litera inuestigat rationem, quare non sufficit quælibet necessitas, sed requiritur extrema, affert impotentiam vnius ad subueniendum omnibus necessitatem patientibus, pro ratione. Et intendit quòd si omnis necessitas occurrentium mihi, obligaret me ad subueniendum eis, tunc necessitas huiusmodi esset obligatiua ad impossibile. Constat enim ex facti euidentia, quod communiter homini cuilibet occurrũt tot necessitatem patientes, quod nullus sat est ad subueniendum eis. Et propterea nõ quęlibet, sed extrema necessitas occurrentis mihi, me obligat ad executionem præcepti affirmatiui de eleemosyna. Tunc enim est tempus, pro quo obligat, nec tã multorum, aut frequens est huiusmodi occursus, vt non possit ab vno fieri satis occurrẽti: quia et si de suo non potest, de alieno potest subuenire.

4. dist. 15. q. 2. ar. 1. q̃. 4. & ar. 4. q. 1. Et quoli. 7. ar. 12.

¶ In eodem articulo in responsione ad tertium. dubium occurrit de tempore, pro quo superfluitas obligat ad dandum eleemosynam ex duplici capite. Primò, quia si habens superflua, tenetur pro tempore, quo habet superflua, dare eleemosynam, sequitur quòd continue peccet mortaliter, cessando ad horam à danda eleemosyna. Et tenet sequela: quia totum illud tempus est tempus superfluitatis. Secundò quia sequeretur, qđ non posset quis ex superfluis secundum præsentẽ statum emendo ascẽdere ad statum altiorẽ, puta, vt ex ciue sit dominꝰ alicuius castri, &c. Et tenet sequela, quia si tenetur dare superfluũ, secundum præsentem statum in eleemosynam, non potest in præiudicium præcepti mutare statum.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd cùm dare eleemosynam de superfluo intantum cadat sub præcepto, inquantum est actus virtutis & tunc actus virtutis requirat non solùm circũstantiam temporis, sed alias circunstantias, consequens est vt deficiente aliqua alia circunstantia, quanuis temporis circunstantia exigeret, actus ille licitè omittatur. Potest enim contingere, quòd ego habeam superfluum, & nullus mihi nunc occurrat indigens: & sic licet tempus adsit, persona indigens deest. Et simile est de loco. Considerandum nihilominus est, quòd aliud est tempus superfluitatis habitæ, & illud est tempus dandi illud superfluum. Tempus enim mensurans ipsum habere superfluum, currit etiam homine dormiente, & vacante diuinis, & aliis maioribus bonis. Tempus autem dandi eleemosynam de superfluo, oportet quòd non sit impeditiuum maioris boni, & aliorum opportunorum: sicut & in naturalibus tempus generandi non debet opportuna indiuidui, & alia potiora impedire: propter ꝙ non est æquale tempus superfluitatis tempori largitionis. Sed tempus largitionis exigit vltra tempus superfluitatis, alias circunstantias tam ex parte dantis, quàm accipientis, quam actus dandi. Et propterea non continuò peccat habens de superfluo, non continuè largiens. Satis enim est si secundum rectam rationem det, vel dando ordinet eleemõsynã qñ, vbi, quibꝰ, &c.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd ille, qui alias licitè potest mutare statum, & hoc probabiliter expectat, non habet pro superfluo, secundum præsentem statuum, quicquid sibi in statu huiusmodi expectationis opportunum censetur. Vnde licitè potest & futuro statui opportuna seruare, & pro illo habendo exponere. Præceptum enim de eleemosyna superflui præsupponit superfluum, non

Universidad de Deusto Biblioteca

vetat mutationem status. Sed in hoc falsũ cõtingit iudicium aliquorum, quòd superfluum indicant non consideratis omnibus. Attestantur aũt dictis multæ ecclesiæ habentes superfluum in possessionibus, quæ licet sint superfluæ ministris absolute, non sũt tamen dispensatoribus in pauperes & hospites perpetuò, à quibus habita ratione personarum, locorum, &c. eleemosynæ de superfluo sunt ordinatæ.) Hoc enim non minus licet priuatæ personæ habenti maximos reditus.

In ser. 81. to. 3. *Ca. sicut ij. di. 47.

¶ *Super Quæstionis trigesimæsecundæ Articulum sextum.*

IN articulo sexto eiusdem quæstionis nota, quòd cùm in calce eiusdem dicitur, quòd in casibus laudabiliter prætermitteret aliquis id quod ad decentiam, &c. &c. ly, Laudabiliter, non sumitur, vt distinguitur contra ly, Ex debito præcepti, sed cõtra ly, Vituperabiliter, ita quòd non ex vinculo præcepti, sed honestate consilij benefaceret. Sed est sensus, quòd non malè, sed benefaceret in his casibus. Et patet hanc esse intentionem Autoris ex titulo & materia. Ex titulo quidem, quia in hoc articulo discutitur, an liceat de necessario dare, & non an sit in præcepto vel consilio. Ex materia autem, quia constat, quòd tam magna necessitas Reipublicæ, quàm extrema necessitas alicuius occurrentis, necessitat ex ordine charitatis, qui est in præcepto præponere bonum commune priuato, & vitam proximi, opportunis ad decentiam status, vt patet.

Infra qõ. 217. ar. 1. ad 2. Et 4. di art.

¶ *Super quæstionis trigesimæsecundæ Articulum septimum.*

Cap. 1.

IN articulo septimo circa distinctionẽ de illicitè acquisito, dubium occurrit, penes quid attenditur iniustitia acceptionis & dationis secundum se, vt distinguitur contra iniustam acceptationem vel dationem, non secundum se, sed secundum causam, vt de turpi lucro dicitur. Et est ratio dubij, quia datio vel acceptio secundum se, aut attenditur penes materiam acceptã, vel datam, aut penes materiam, pro qua datur, vel accipitur. Si attenditur penes materiam, quæ datur, vel accipitur, sic nulla acceptio est illicita, nisi cadat super indebitam materiam, puta alienum inuito domino, vt contingit in rapina, furto, vsura. Et similiter nulla datio est illicita, nisi detur in debita materia, puta Alienum. Et sic quum in simonia & subuersione iustitiæ datio & acceptatio cadat super debita materia, scilicet pecunia propria voluntariè, &c. non erit datio & acceptio secundum se iniusta. Si autem attenditur penes materiam pro qua, sic etiam pro meretricio, pro adulterio, & huiusmodi dare & accipere erit secundum se iniustum, sicut dare pro beneficio Ecclesiastico, vel subuersione iustitiæ. Vtrobique siquidem datur & accipitur pro actu peccati.

¶ Ad hoc dicitur, quòd datio vel acceptio pro tanto dicitur secundum se illicita, quia est lege prohibita, & non propter materiam, pro qua, aut quæ datur vel accipitur. Vnde quia ex meretricio, lenocinio, & aliis huiusmodi, non est prohibita datio vel acceptio, ideo non dicuntur illicitæ, nisi secundum causas suas. In simonia autem & eius mediatoribus, & in iudicis corruptione, quia dare & accipere est prohibitum, ideo dicitur, quòd tam dare quàm accipere est illicitum.

¶ Sed hæc responsio licet posset habere locum in iis, quæ sunt mala, quia prohibita, non tamen habet locum in prohibitis, quia mala. Vnde oportet aut dicere, quòd inter dare & accipere in simonia & in meretricio non est differentia, nisi quia illud est prohibitum, & hoc non, & per hoc neutrum est ex natura sua malum moraliter, aut vtrumque fateri malum, sed alterum prohibitum, alterum permissum: aut refutata responsione dicta, alterum malum, & alterum non malum fateri, vt litera insinuat, & causam, quam quærimus diuersitatis, reddere.

4. dis. 15. q. 2. art. 4. q. 1. & 3. & quol. 12. artic. 30. cor.

¶ Aliter ergo dicitur, quòd iniustitia huiusmodi actuum accipiendi & dandi, attenditur penes materiam quæ datur, vel accipitur. Sed oportet vigilem esse, vt actui communi, puta dare vel accipere, assignetur materia proportionata, puta suum vel alienum, voluntariè vel inuoluntariè. Actui verò speciali, puta emere & vendere assignetur materia proportionata, puta vendibilis, vel non vendibilis, & sic de aliis. Et vt intelligi facilius possit solutio, scito quòd actus potest esse malus dupliciter. Vno modo secundum se. Alio modo, vt imperatus est ab aliquo alio.

Refertur dis. 86. c. Pasce ex lib. off.

iniustus est Deus inæqualiter res nobis distribuens; Cur tu abundas, ille verò mendicat, nisi vt tu bonæ dispensationis merita consequaris, ille verò patientiæ brauiis decoretur? Est panis famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui conseruas, discalciati calceus, qui penes te marcessit, indigentis argẽtum, quod possides inhumatũ. Quocirca tot iniuriaris, quot dare valens es. Et hoc idẽ dicit Ambrosius,* vt habetur in Decret. distinctione quadragesimaseptima.*

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ est aliquod tempus dare, in quo mortaliter peccat si eleemosynã dare omittat. Ex parte quidẽ recipiẽtis, cum apparet euidens & vrgens necessitas nec apparet in prõptu, q. ei subueniat. Ex parte verò dãtis, cũ habet superflua, quæ secũdũ statũ præsentẽ nõ sunt sibi necessaria, prout ꝓbabiliter æstimari põt. Nec oportet, ꝙ cõsideret oẽs casus, qui possunt cõtingere in futurũ. Hoc eñ esset de crastino cogitare, qđ dominus ꝓhibet Matt. 6. Sed debet diiudicari superfluũ & necessarium secundũ ea, quæ probabiliter, & vt in pluribus occurrunt.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ omnis subuentio proximi reducitur ad præceptum de honoratione parẽtũ. Sic eñ & Apostolus interpretat͛ primæ ad Timo. 4. dicẽs. Pietas ad omnia vtilis est, ꝓmissionẽ habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ: quod dicit, quia in præcepto de honoratione parentum additur promissio, Vt sis longæuus super terram. Sub pietate autẽ cõprehenditur omnis eleemosynarum largitio.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum quis debeat dare eleemosynam de necessario.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ aliquis non debeat eleemosynã dare de necessario. Ordo enim charitatis nõ minus attenditur penes effectum beneficij, quàm penes interiorem affectum. Peccat autem qui præpostere agit in ordine charitatis, quia ordo charitatis est in præcepto. Cum ergo ex ordine charitatis plus debeat aliquis se, quàm proximum diligere, videtur quod peccet si subtrahat sibi necessaria, vt alteri largiatur.

¶ 2 Præterea, Quicunque largitur de iis, quæ sunt necessaria sibi, est propriæ substantiæ dissipator, quod pertinet ad prodigum, vt patet per Philosophũ in quarto Ethicorum.* Sed nullum opus vitiosum est faciendum, ergo non est danda eleemosyna de necessario.

¶ 3 Præterea, Apostolus dicit primę ad Timoth. quinto: Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Sed ꝙ aliquis det de iis quæ sunt sibi necessaria, vel suis, videtur derogare curæ quã quis debet habere de se & de suis. ergo videtur quod quicunque de necessariis eleemosynam dat, grauiter peccet.

¶ SED CONTRA est, quod Dominus dicit Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Sed ille qui dat omnia, quæ habet, pauperibus, non solùm dat superflua, sed etiam necessaria. ergo de necessariis potest eleemosynam dare.

¶ RESPONDEO, dicendum quod necessariũ dupliciter dicitur. Vno modo sine quo aliquid esse nõ potest, & de tali necessario omnino eleemosyna dari nõ debet: puta si aliquis in articulo necessitatis constitutus haberet solũ vnde posset sustentari, & filij sui, vel alij ad eum pertinẽtes. De hoc enim necessariò eleemosynam dare, est sibi & suis vitam subtrahere. Sed hoc dico, nisi fortè talis casus immineret, vbi subtrahendo sibi, daret alicui magnæ personæ, per quã Ecclesia, vel Respublica sustẽtaretur, quia pro talis personę liberatione, seipsum & suos laudabiliter periculo mortis exponeret, cùm bonum commune sit proprio præferendum. Alio modo dicitur aliquid necessarium, sine quo non potest cõuenienter vita transigi secundum conditionem & statum propriæ personæ, & aliarũ personarum, quarum cura ei incumbit. Huiusmodi necessarij terminus nõ est in indiuisibili constitutus, sed multis additis, non potest diiudicari esse vltra tale necessarium, & multis subtractis, adhuc remanet, vnde possit conuenienter aliquis vitam transigere secundum propriũ statum. De huiusmodi ergo eleemosynam dare est bonũ, & nõ cadit sub præcepto, sed sub consilio. Inordinatum esset autẽ, si aliquis tantũ sibi de bonis propriis subtraheret, vt aliis largiretur, ꝙ de residuo non posset vitam trãsigere cõuenienter secundum proprium statum, & negotia occurrentia. Nullus enim inconueniẽter viuere debet. Sed adhuc tria sunt excipienda, quorum primum est, quando aliquis statum mutat, puta per religionis ingressum. Tũc enim omnia sua propter Christum largiens, opus perfectionis facit, se in alio statu ponẽdo. Secũdò, quando ea quæ sibi subtrahit, etsi sint necessaria ad cõuenientiã vitæ, tamen de facili resarciri possunt, vt non sequatur maximum incõueniens. Tertiò, quãdo occurreret extrema necessitas alicuius priuatæ personæ, vel etiã aliqua magna necessitas Reipublicæ. In his enim casibus laudabiliter prætermitteret aliquis id quod ad decentiam sui stat⁹ pertinere videret, vt maiori necessitati subueniret. Et per hoc patet de facili responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum possit fieri eleemosyna de iniuste acquisitis.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ possit eleemosyna fieri de illicitè acquisitis. Dicitur eñ Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Mammona enim significat diuitias. Ergo de diuitiis iniquè acquisitis potest sibi aliquis spirituales amicos facere, eleemosynas largiendo.

¶ 2 Præterea, Omne turpe lucrũ est, quod videtur esse illicitè acquisitũ. Sed turpe lucrũ est, qđ de meretricio acquiritur. Vnde & de huiusmodi sacrificiũ vel oblatio Deo offerri nõ debet: secũdũ illud Deuteron. 23. Nõ offeres mercedẽ ꝓstibuli in domo Dei tui. Similiter ẽt turpiter acquiritur, qđ acquiritur ꝑ aleas, quia, vt Philosoph⁹ dicit in tertio Ethicorũ, Tales ab amicis lucrãtur, quib⁹ oportet dare. Turpissimè etiã acquiritur aliquid per simoniam, per quã aliquis Spirituisancto iniuriam facit, & tamẽ de huiusmodi eleemosyna fieri potest. Ergo de malè acquisitis potest aliquis eleemosynam facere.

¶ Præterea, Maiora mala sunt magis vitãda, quã minora. Sed min⁹ peccatũ est detẽtio rei alienæ, quàm homicidiũ, quod aliqs incurrit, nisi aliqs in vltima necessitate subueniat, vt patet ꝑ Ambrosiũ* dicentem, Pasce fame moriẽtẽ, quoniam si

alio. Exemplum primi, Accipere alienum inuito domino. Exemplum secundi, vt accipere mutuũ, vt det meretrici. In proposito non est sermo de malitia actus, vt est imperatus ab aliquo alio, sed de malitia actus secundũ se. Et dicimus ꝙ tũc actus dãdi, accipiendi, emendi, vendendi, & similium est secundum se illicitus, quando res data vel empta, &c. est in debita materia emptionis vel dationis, &c. Et quando res data accepta vel empta est materia non repugnans acceptioni vel venditioni, actus secũdũ se est licitus. Et hæc est differentia inter emere & vendere in simonia & meretricio. Nam in meretricio res vendita est vsus venereus, &c. qui, etsi sit secundum se malus, non tamẽ constituit venditionẽ malã, & hoc quia est materia vendibilis. In simonia autem res vendita est res sacra, quæ est inuendibilis, & propterea constituit venditionem iniustam. Et simile est in subuersione iustitiæ. Nõ enim est vendibilis iniustitia. Signum autem huius differentiæ est, quòd dare mulieri pro venereo vsu, antequàm fiat, malum est, pro quanto imperatur à luxuria. Post factum autem non est malum, sed actus iustitiæ à nullo vitio imperatus. Dare autem pro sacris, & huiusmodi, tam ante, quàm post factum semper est malum. Hoc enim manifestat hunc actum esse secundum se malum, & illum non, vt patet. Quod enim quandoque licitum est, non est secundum se prauum, & quod secundum se est prauum, semper est prauum. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Serm. 35. to. 10.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum aduerte, quòd tria tractantur acquisita per meretricium, per simoniam, & per ludum, non vt sic, sed in ordine ad eleemosynam. Et propterea satisfit hic de iis, quę possunt esse materia eleemosynæ. Vtrum autem lucrum meretricium possit esse oblatio altaris, inferius in quæstionis octuagesimæ sextæ articulo tertio ad primum declarabitur. Et similiter cui danda sit pecunia simoniaca, in quæstionis centesimæ articulo vltimo ad quartum tractabitur.

D. 543. Ser. 35. to. 10. *Li. 2. q. 34. to. 4. † Serm. 81. et Li. 7. in Luc. cap. vlt. In serm. de diui. te fert. agri.

¶ Circa acquisita tamen per ludum occurrit hoc vnum dubium. Quomodo trahere alium ad ludum ex cupiditate lucri obliget ad restitutionem. Et est ratio dubij, quia aut est sermo de tractu per inuitationem, aut per coactionem. Si est sermo de tractu coactiuo, constat verum esse, sed nimis lato vocabulo vsus fuisset autor. Si de tractu inuitatiuo, falsum apparet, cùm lusores, prout contingit, se præueniant inuitando, nec propterea ad restitutionem tenentur.

In corp. D. 837.

¶ Ad hoc dicitur, quòd hic est sermo de quocunque tractu, modo causetur inuoluntarium mixtum, ita quòd ex hoc ille venit ad ludum ductus precibus, insultatione, exprobatione, & huiusmodi, licet voluntariè ludat. Sicut etiam voluntariè aliquis soluit vsuram, huiusmodi tamen voluntarium non transfert à se dominium, quia mixtum est, & non omnino liberum. Consentaneum autem rationi est vt huiusmodi commutationes, quæ sunt in ludo, quia sunt ex natura sua turpes, nisi causa recreationis fiant, ad hoc vt efficaces sint, liberam omnino voluntatem exigant, sicut etiam donationes, quæ fiunt meretricibus, si extortæ blanditiis & illecebris sint, non sunt validæ. Sufficere quippe debet iusta merces: propter admixtionem siquidem inuoluntarij in huiusmodi turpibus, restitutioni obnoxia sunt sic accepta. Et per hoc patet, quòd illi, qui inuitati sponte ludunt, non trahuntur ab alio. Quare autem acquisitum ex ludo sit turpe lucrum, nota hic rationem ex Philosopho, vt inferius in quæstione centesima sexagesima octaua declaratur, quare, & quantum turpe, an scilicet cum mortali sit lucrum ex ludo principaliter intentum.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ secundæ Articulum octauum.*

IN articulo octauo in responsione ad secundum aduerte, quòd Autor de vxore duo dicit, Primum, quòd si habet ex lucro proprio, quod potest facere eleemosynam: Secundum quòd si nihil præter dotem habet, quòd non potest, quia est subdita viro in dispositione domus. Et primum quidem clarum est quando absque subtractione debiti officij in domo mulier lucratur Secundum autem dubitationem habet, quoniam in octauo Ethicorum Aristoteles vult regimen viri & vxoris in domo esse secundum dignitatem, & non dominari virum in omnibus. Et in secundo œconomicorum vult bonam mulierem omnib⁹, quæ intus sunt, dominari. Si ergo mulier non solum respectu actus matrimonij, sed regiminis domestici assumitur in sociam secundum dignitatem suam, scilicet quo ad ea, quæ intus sunt disponenda, consequens est, vt iuxta dispensationem sibi conuenientem possit eleemosynas facere.

4. dist. 15. q. 2. art. 5. q. 1. 2. 3. & 4. Et opu. 73. c. 17. & quol. 3. art. 51. Super 1. ad Ti. 4.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia dare eleemosynas non spectat ad regimen domus, sicut emere & commutare, quæ domi sunt pro illius commodis, sed est libera alienatio rerum pro extraneorum subleuatione, ideo licet vxori conueniat secundũ rectã rationẽ regimen eorũ, quę intus sunt in domo, non tamen propterea con-

Ser. 35. to. 10.

non paueris, occidisti. Ergo aliqs potest eleemosynã facere in aliquo casu de male acquisitis.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustinus dicit in libro de verbis Domini,* De iustis laboribus facite eleemosynas. Nõ enĩ corrupturi estis iudicẽ Christũ, vt non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis. Nolite velle eleemosynas facere de fœnore & vsuris. Fidelib⁹ dico, quibus corpus Christi erogamus.

¶ RESPONDEO dicendũ, quod tripliciter potest aliquid esse illicitè acquisitum. Vno enĩ modo, id quod illicitè ab aliquo acquiritur, debetur ei, à quo est acquisitũ, nec potest ab eo retineri, qui acquisiuit, sicut cõtingit in rapina, & furto, & vsuris. Et de talibus cùm homo teneatur ad restitutionem, eleemosyna fieri nõ potest: alio verò modo est aliquid illicitè acquisitum, quia ille, quidẽ qui acquisiuit, retinere nõ potest, nec tamẽ debetur ei, à quo acquisiuit, quia scilicet cõtra iustitiã accepit, & alter cõtra iustitiã dedit. Sicut contingit in simonia, in qua dãs, & accipiens cõtraiustitiã legis diuinę agit. Vnde nõ debet fieri restitutio ei, qui dedit, sed dẽt in eleemosynas erogari. Et eadẽ ratio est in similibus, in quib⁹ scilicet & datio & acceptio ẽ cõtra legẽ. Tertio modo est aliquid illicitè acquisitum, nõ quidẽ quia ipsa acqsitio sit illicita, sed qa id, ex quo acquiritur, est illicitũ, sicut patet de eo, quod mulier acquirit per meretricium. Et hoc propriè vocatur turpe lucrum: ꝙ enĩ mulier meretricium exerceat, turpiter agit, & cõtra legẽ Dei. Sed in eo qđ accipit, nõ iniustè agit, nec cõtra legẽ. Vnde qđ sic illicitè acquisitũ est, retineri potest, & de eo eleemosyna fieri.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Augustin. dicit in lib. de Verbis Domini, Illum Verbum Domini, quidã malè intelligendo rapiunt res alienas, & aliqd inde pauperibus largiũtur, & putãt se facere quod præceptum est. Intellectus iste corrigẽd⁹ est. Sed omnes diuitiæ iniquitatis dicũt͛, vt dr̃ in lib. de * Quæstionib⁹ Euãgelij, qa nõ sũt istæ diuitiæ secundũ Augustinũ, nisi iniquis, qui ĩ eis spẽ cõstituũt. Vel secũdũ † Ambrosiũ iniquũ mãmona dixit, qa variis diuitiarũ illecebris nostros tẽtãt affect⁹. Vel quia ĩ pluribus prædecessorib⁹, quib⁹ patrimonio succedis, aliquis reperit͛, qui ĩiuste vsurpauit aliena, quãuis tu nescias, vt Basili⁹* dicit. Vel oẽs diuitię dicũt͛ iniquitatis, id ẽ inęqualitatis: qa nõ ęqualiter sũt omnib⁹ distributæ, vno egẽte, & alio supabũdãte.

¶ Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ de requisito per meretriciũ iã dictũ, est* qualiter eleemosyna fieri põt. Nõ autẽ fit de eo sacrificiũ vel oblatio ad altare, tũ ꝓpter scãdalum, tum ꝓpter sacrorũ reuerẽtiã. De eo ẽt qđ est ꝑ simoniã acquisitũ põt fieri eleemosyna, quia nõ ẽ debitũ ei, q dedit, sed meret͛ illud amittere. Circa illa verò, quæ ꝑ aleas acquirũtur, videt͛ esse aliquid illicitum ex diuino iure, scilicet ꝙ aliquis lucretur ab his, qui rẽ suã alienare nõ possunt, sicut sunt minores, & furiosi, & huiusmodi: & ꝙ aliquis trahat alium ex cupiditate lucrãdi ad ludũ, & ꝙ fraudulẽter ab eo lucretur. Et in his casibus tenetur ad restitutionẽ: & sic de eo nõ potest eleemosynã facere. Aliquid aũt videtur esse vlterius illicitũ ex iure positiuo ciuili, qđ prohibet vniuersaliter tale lucrũ. Sed qa ius ciuile nõ obligat oẽs, sed eos solos qui sunt his legibus subiecti, & iterũ per dissuetudinẽ abrogari potest, ideo apud illos, qui sunt huiusmodi legibus obstricti, tenẽtur vniuersaliter ad restitutionẽ, qui lucrãtur: nisi fortè cõtraria cõsuetudo præualeat, aut nisi aliquis lucratus sit ab eo, qui traxit eũ ad ludũ, ĩ quo casu nõ tenet͛ restituere, quia ille quia amisit, nõ est dignus recipere. Nec põt licitè retinere, tali iure positiuo durãte. Vnde debet de hoc eleemosynam facere in hoc casu.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd in casu extremæ necessitatis oĩa sunt cõmunia. vnde licet ei, qui talem necessitatẽ patitur, accipere de alieno ad sui sustẽtationẽ, si nõ inueniat qui sibi dare velit. Et eadẽ ratione licet habere aliqd de alieno, & põt de hoc eleemosynã dare, quinimò & accipere, si aliter subueniri nõ possit necessitatẽ patiẽti. Si tamẽ fieri põt sine periculo, debet requisita dñi volũtate, pauperi ꝓuidere extremã necessitatem patienti.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrum ille, qui est in potestate alicuius constitutus, possit eleemosynam facere.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd ille, qui est ĩ potestate alteri⁹ constitutus, possit eleemosynã facere. Religiosi enĩ sũt in potestate suorũ prælatorũ, quib⁹ obediẽtiam vouerũt. Sed si eis non liceret eleemosynã facere, dãnũ reportarẽt ex statu religiõis, qa, sicut Ambros. dicit, * sũma Christianæ religionis in pietate cõsistit, quæ maximè ꝑ eleemosynarũ largitionẽ commendatur. Ergo illi, qui sũt in potestate alteri⁹ constituti, possunt eleemosynam facere.

¶ 2 Præterea, Vxor est sub potestate viri, vt dicitur Genesis tertio. Sed vxor potest eleemosynã facere, cùm assumatur ĩ viri societatem. Vnde & de beata Lucia dicitur, ꝙ ignorãte spõso eleemosynas faciebat. Ergo per hoc ꝙ aliquis est in potestate alterius cõstitutus, non impeditur, quin possit eleemosynas facere.

¶ 3 Præterea, Naturalis quædã subiectio est filiorũ ad parẽtes. Vnde apostolus ad Ephes. dicit, Filij obedite parẽtibus vestris in Domino. Sed filij, vt videtur, possunt de rebus patris eleemosynas facere, quia sunt quodammodo ipsorũ, cum sint hæredes, ideo cùm possit eis vti ad vsum corporis, multò magis videtur, quòd possint eis vti eleemosynas dãdo, ad remediũ animæ suæ. ergo illi qui sunt in potestate constituti, possũt eleemosynas dare.

¶ 4 Præterea, serui sũt sub potestate dominorũ, secũdũ illud ad Titum. 2. Seruos dominis suis subditos esse. Licet autẽ eis aliquid in vtilitatem domini facere, qđ maximè fit, si pro eis eleemosynas largiãtur. Ergo illi qui sunt in potestate constituti possunt eleemosynas facere.

¶ SED CONTRA est, ꝙ eleemosynæ non sunt faciẽdæ de alieno, sed de iustis laboribus propriis vnusquisque eleemosynã facere debet, vt Aug. dicit in lib. de verbis domini.* Sed si subiecti aliis eleemosynã facerẽt, hoc esset de alieno. Ergo illi, qui sunt sub potestate cõstituti aliorũ, non possunt eleemosynam facere.

Universidad de Deusto Biblioteca

uenit ei eleemoſynarum largitio. Sed hoc ſpectat ad dominum rerum, quę dãtur in eleemoſynam, & propterea ſpectant ad virum, vt caput & monarcham in domo.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæ ſecundæ Articulum nonum.*

IN artic. 9. in calce reſponſionis ad vltimum, dubium occurrit ab obiicientibus contra hoc, quod diſtributor eleemoſynarũ poſſit pro ſe, ſi indigeat, eo tenore, quo pro aliis, diſpenſare, ex eo quod in iure ciuili dicitur: ꝙ ſi dedero tibi centum, vt cui volueris dares, ſi conſumpſeris, mandati teneris. Ex hoc enim apparet, quòd oportet ipſum dare alteri vt mandatum expleat.

¶ Ad hoc dicitur, quod verba illa ſunt intelligenda formaliter ſi, ſ. ipſe diſtributor, non vt diſtributor conſtitutus à principali, applicaret ſibiipſi pauperi vt alteri, ſed abſolutè conſumpſiſſet. Si enim vt diſtributor, paupertatis propriæ intuitu fecit, iã mãdatum impleuit, dando cui voluit, ratione duce, quæ ipſum non deterioris conditionis eſſe dictat ex hoc, quòd eſt diſtributor quàm ſi non eſſet. Stat ergo ſolida literæ doctrina, quòd diſtributor liberè inſtitutus poteſt ſeipſum inter pauperes computare ſi eſt, & abſque fraude tantũ ſibi diſtribuit ſicut ſibi ſimilibus diſtribuit. Debet enim ſe, vt extraneũ computare, & in perſona donantis diſtribuere.

cap. 71. inter opera Auguſt. to. 3.

¶RESPONDEO, dicendum ꝙ ille, qui eſt ſub poteſtate alterius conſtitutus inquantum huiuſmodi ſecundum ſuperioris poteſtatem regulari debet. Hic eſt enim ordo naturalis, vt inferiora ſecundum ſuperiora regulentur. Et ideo oportet, ꝙ ea in quibus inferior ſuperiori ſubiicitur, diſpenſet non aliter quàm ei ſit à ſuperiore commiſſum. Sic ergo ille, qui eſt ſub poteſtate conſtitutus, de re, ſecundum quam ſuperiori ſubiicitur, eleemoſynam facere non debet, niſi quatenus ei à ſuperiore fuit commiſſum. Si quis verò habeat aliquid ſecundum quod poteſtati ſuperioris non ſubſit, iam ſecundũ hoc non eſt poteſtati ſubiectus, quantum ad hoc proprij iuris exiſtens, & de hoc poteſt eleemoſynam facere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd monachus ſi habet diſpenſationẽ à prælato commiſſam, poteſt eleemoſynas facere de rebus monaſterij: ſecundũ ꝙ ſibi eſt cõmiſſum. Si verò non habet diſpẽſationem, quia nihil propriũ habet, tunc nõ poteſt facere eleemoſynã ſine licẽtia Abbatis, vel expreſſe habita, vel ꝓbabiliter præſumpta, niſi fortè ĩ articulo extremæ neceſſitatis, in quo licitũ eſſet ei furari, vt eleemoſynã daret. Nec ꝓpter hoc efficitur peioris cõditionis, quia, ſicut dicitur in libro de Eccl. dogma.* Bonũ eſt facultates cũ diſpẽſatione pauperib⁹ erogare: ſed melius eſt pro intẽtione ſequendi Dominũ, inſimul omnia donare, & abſolutum ſolicitudine, egere cũ Chriſto.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod ſi vxor habet alias res præter dotem, quæ ordinatur ad ſuſtentandum onera matrimonij, vel ex proprio lucro, vel quocunque alio licito modo, poteſt dare eleemoſynas, etiam irrequiſito aſſenſu viri, moderatas tamen, ne ex earum ſuperfluitate vir depauperetur. Aliàs autem non debet dare eleemoſynas ſine conſenſu viri, vel expreſſo vel præſumpto, niſi in articulo neceſſitatis, ſicut de monacho dictum eſt. Quamuis enim mulier ſit æqualis viro in actu matrimonij, tamen in iis, quæ ad diſpoſitionem domus pertinent, vir caput eſt mulieris ſecundum Apoſtolum primæ ad Corint. vndecimo. Beata autem Lucia ſponſum habebat, non virum. Vnde conſenſu matris poterat eleemoſynam facere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea, quæ ſunt filij familias, ſunt & patris: & ideo non poteſt eleemoſynã facere, niſi fortè aliquã modicam, de qua poteſt præſumere, ꝙ patri placeat, niſi fortè alicuius rei eſſet ſibi à patre diſpenſatio cõmiſſa. Et idem dicendum eſt de ſeruis. Vnde patet ſolutio ad quartum.

ARTICVLVS IX.

¶ *Vtrum ſit magis propinquioribus eleemoſyna danda.*

4. diſt. 15. q. 2. ar. 6. q. 3. Et Rom. 12. lect. 2. ſi. & 1. cor. 16. co. 1.

AD NONVM ſic proceditur. Videtur quòd non ſit magis propinquioribus eleemoſyna faciẽda. Dicitur enim Eccleſ. 12. Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorem: benefac humili, & non des impio. Sed quandoque contingit, quòd noſtri propinqui ſunt peccatores, & impij. Ergo non ſunt eis magis eleemoſynæ faciendæ.

¶2 Præterea, Eleemoſynæ ſunt faciendæ propter retributionẽ mercedis æternæ, ſecundũ illud, Matth. ſexto, Et pater tuus, q videt in abſcondito, reddet tibi: Sed retributio æterna maximè acquiritur ex eleemoſynis, quæ ſanctis erogãtur, ſecũdum illud Lucæ decimo ſexto, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula: quod exponens Auguſtinus in libro de Verbis Domini* dicit, Qui ſunt qui habebunt ęterna habitacula, niſi ſancti Dei? & qui ſunt, qui ab eis recipiendi ſunt in tabernacula, niſi qui eorum indigentiæ ſeruiunt? Ergo magis ſunt eleemoſynæ dãdæ ſanctioribus, quàm propinquioribus.

Ser. 33. to. 10.

¶3 Præterea, Maximè homo eſt ſibi propinquus. Sed ſibi nõ poteſt homo eleemoſynam facere. Ergo videtur quod nõ ſit magis facienda eleemoſyna perſonæ magis coniunctæ.

¶SED CONTRA eſt, quod Apoſtolus dicit primæ ad Timoth. 5. Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum, curam habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

¶RESPONDEO, dicendum quod ſicut Auguſtinus dicit in primo de Doctrina Chriſti.* illi qui ſunt nobis magis coniuncti, quaſi quadam ſorte nobis obueniunt, vt eis magis prouidere debeamus. Eſt tamen circa hoc diſcretionis ratio adhibenda ſecundum differentiam coniunctionis & ſanctitatis & vtilitatis. Nam multò ſanctiori magis indigentiam patienti, & magis vtili ad commune bonum, eſt magis eleemoſyna danda, quàm perſonæ propinquiori, maximè ſi non ſit multum coniuncta, cuius cura ſpecialis nobis immineat, & ſi magnam neceſſitatem non patitur.

Cap. 18. to. 2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatori non eſt ſubueniendum, inquantum eſt peccator, id eſt, vt per hoc in peccato foueatur, ſed inquantum homo eſt, id eſt, vt natura ſuſtentetur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd opus eleemoſynæ ad mercedem retributionis æternę dupliciter valet. Vno quidem modo ex radice charitatis, & ſecundũ hoc eleemoſyna eſt meritoria, prout in ea ſeruatur ordo charitatis, ſecũdũ quẽ ꝓpinquiorib⁹ magis prouidere debemus cæteris paribus. Vnde Ambroſius dicit in primo de Officiis,* Eſt illa ꝓbanda liberalitas, vt proximos ſanguinis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. Melius eſt enim vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab aliis ſumptũ depoſcere: alio modo valet eleemoſyna ad retributionem vitæ æternæ ex merito eius, cui donatur, qui orat pro eo qui eleemoſynam dedit. Et ſecundum hoc loquitur ibi Auguſtinus.

cap. 30. to. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quod cùm eleemoſyna ſit opus miſericordiæ, ſicut miſericordia nõ eſt proprie ad ſeipſum, ſed per quandam ſimilitudinem, vt ſuprà dictum eſt,* ita & proprie loquẽdo, nullus ſibi eleemoſynã facit, niſi forte ex pſona alterius, puta cùm aliquis diſtributor ponitur eleemoſynarũ, põt & ipſe ſibi accipere, ſi ĩdigeat eo tenore, quo & aliis miniſtrat.

q. 30. ar. 1. ad. 2.

ARTICVLVS X.

¶ *Vtrum eleemoſyna ſit abundanter facienda.*

*Infra q. 117. ar. 1. ad. 2. Et 2. cor. 8. co. 2. & 3. & c. 9. co. 4. & 5. * ca. 30. to 1. † Et cap. eodem.*

AD DECIMVM ſic proceditur. Videtur quòd eleemoſyna non ſit abundanter facienda. Eleemoſyna enim maxime debet fieri coniunctioribus. Sed illis non debet ſic dari, vt ditiores inde fieri valeant, ſicut Ambr. dicit in 1. de Offi.* ergo nec aliis debet abundanter dari.

¶3 Præterea. Ambr. dicit ibidem, †Nõ debent ſimul effundi opes, ſed diſpenſari. Sed abundantia eleemoſynarum ad effuſionem pertinet. Ergo eleemoſyna non debet fieri abundanter.

¶3 Præterea. Secundæ ad Cor. octauo dicit Apoſtolus, non vt aliis ſit remiſsio (id eſt vt alij de noſtris otioſe viuant) nobis autẽ ſit tribulatio, id eſt paupertas. Sed hoc contingeret, ſi eleemoſyna daretur abundanter. Ergo non eſt abundanter eleemoſyna largienda.

¶SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃ Tobię 4. Si multũ tibi fuerit, abũdãter tribue.

¶RESPONDEO, dicendum, quòd abundãtia eleemoſynę poteſt cõſiderari & ex parte dantis, & ex parte recipiẽtis. Ex parte quidem dantis, cum ſcilicet aliquis dat, quod eſt multũ ſecũdũ proportionem propriæ facultatis, & ſic laudabile eſt abundanter dare. Vnde & Domin⁹ Lucę vigeſimo primo, laudauit viduam, quæ ex eo, qđ deerat illi, omnẽ victũ, quẽ habuit, miſit. Obſeruatis tamẽ iis, quę ſuprà dicta ſunt de eleemoſyna faciẽda de neceſſariis. Ex parte verò eius, cui datur, eſt abundãs eleęmoſyna dupliciter. Vno modo, ꝙ ſuppleat ſufficiẽter eius indigẽtiã: & ſic laudabile eſt abũdãter eleemoſynam tribuere. Alio modo, vt ſuperabũdet ab ſuperfluitatem. & hoc non eſt laudabile, ſed melius eſt pluribus indigentibus elargiri. Vnde & Apoſtolus dicit primę ad Corĩt. decimo* tertio. Si diſtribuero in cibos pauperũ. Vbi gloſ. dicit, Per hoc cautela eleemoſynæ docetur, vt non vni, ſed multis detur, vt pluribus proſit.

Gloſſ. in perl. ibid.

¶ *Super quæſtionis trigeſimæſecundæ Articulum decimum.*

IN articulo decimo dubium occurrit circa illud, ſcilicet quod dare eleemoſynam alicui, vt ſuperabundet ad ſuperfluitatem, non eſt laudabile, ſed melius eſt pluribus egentibus elargiri, an dare ſic abundanter ſit peccatũ. Litera enim dicit, quod non eſt laudabile, & tamen ſubiungit. Sed meli⁹ eſt, in quibus verbis videtur contradictio, q a ly, Melius, cõparatur ad bonũ. Ac per hoc ſi dare pluribus eſt melius, dare vni ſic, erit bonum, & conſequẽter laudabile, & ſi nõ eſt laudabile, non eſt bonum. Et conſequenter dare pluribus non erit melius illo, niſi ſicut nix eſt albior coruo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd dare eleemoſynã alicui ſic abundãter, vt habeat ſuperfluum, cõtingit pro nũc dupliciter. Primò, quod ſuperfluitas intendatur. Et ſic non eſt laudabile, ſed vituperabile, & peccatũ, quia act⁹ dãdi eleemoſynã tendit ad finẽ indebitũ, finis enim proprius eius ſubuentio eſt, non ſuperfluitas. Secũdò, ꝙ ſuperfluitas eſt credita, vt & ipſe habeat vnde aliis benefaciat, vt cõtingit in iis, qui Eccleſiis abundantiſſimè legarunt, & ſic non eſt peccatum, nec eſt multum laudabile, ſed melius eſt pluribus indigentibus ſubuenire, vt in litera dicitur. Et experientia in huiuſmodi diuitiis Eccleſiarum teſtis locuples eſt. Perſpiciens ergo Autor, quod ſic abundãter dare, aut non eſt laudabile, quia malum aut quia minus bonum, dixit vtrunque, & quòd non eſt laudabile, & ꝙ dare pluribus eſt melius, quando ſcilicet illud eſt bonum. Nulla ergo repugnantia eſt.

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæ tertiæ Articulum primum.*

IN articul. 1. quæſt. 33. aduerte, quòd correctio fraterna ponit act⁹ charitatis, mediante miſericordia: quia eſt ſpecies eleemoſynæ. Et vt in quæſtione præcedenti dictum eſt, dare eleemoſynã hoc modo eſt act⁹ charitatis, ita quod tam charitas, quàm miſericordia ſe habet vt imperans, illa vt benefaciat, iſta vt miſeriam auferat, illa principalius, iſta ſub illa. Prudentia vero & dirigit & exequitur admonitionis actũ ad emendationis finem.

Lib. 1. cap. 30. tom. 1.

Interli.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de abundantia ſuperexcedente neceſſitatem recipientis eleemoſynam.

¶ Ad ſecundũ dicendum, ꝙ autoritas illa loquitur de abundantia eleemoſynæ ex parte dãtis. Sed intelligendũ eſt, ꝙ Deus non vult ſimul effundi omnes opes, niſi in mutatione ſtatus. Vnde ſubdit ibidem, niſi fortè, vt Eliſæus boues ſuos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura domeſtica teneretur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ autoritas inducta quãtùm ad hoc, quod dicit, Non vt aliis ſit remiſsio vel refrigeriũ, loquitur de abundãtia eleemoſynæ, quæ ſuperexcedit neceſſitatem recipientis, cui nõ eſt dãda eleemoſyna, vt inde luxurietur, ſed vt inde ſuſtentetur. Circa quod tamẽ eſt diſcretio adhibenda propter diuerſas cõditiones hominum, quorũ quidam delicatius nutriti, indigent magis delicatis cibis aut veſtibus. Vnde Ambro. dicit in libro de Offic.* Conſideranda eſt in largiẽdo ætas atq; debilitas. Nonnunquam etiã verecũdia, quæ ingenuos prodit natales, aut ſi quis ex diuitiis in egeſtatẽ cecidit ſine vitio ſuo. Quantum verò ad id, quod ſubditur, Nobis autem tribulatio, loquitur de abundantia ex parte dantis. Sed ſicut glo.* ibidem dicit, non hoc ideo dicit, quin melius eſſet, ſcilicet abundanter dare. Sed de infirmis timet, quos ſic dare monet, vt egeſtatem non patiantur.

QVÆSTIO TRIGESIMATERTIA, de Correctione fraterna, in octo articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de correctione fraterna. ¶Et circa hoc quæruntur octo. ¶Primò, vtrũ fraterna correctio ſit actus charitatis. ¶ Secundò, vtrum ſit ſub præcepto. ¶ Tertiò, vtrum hoc præceptum extendat ſe ad omnes, vel ſolùm in Prælatis. ¶ Quartò, vtrum ſubditi teneantur ex hoc præcepto prælatos corrigere. ¶ Quintò, vtrum peccator poſsit corrigere. ¶ Sextò, vtrum aliquis debeat corrigi, qui ex correctione fit deterior. ¶ Septimò, vtrum ſecreta correctio debeat præcedere denuntiationem. ¶ Octauò, vtrum teſtium inductio debeat præcedere denuntiationem.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum fraterna correctio ſit actus charitatis.*

*Infra art. 4. cor. Et 24. di. 10. q. 1. art 1. ad 6. * Ordin.*

AD PRIMVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd fraterna correctio nõ ſit actus charitatis. Dicit enim gloſſ.* Matth. 18. ſup illud, Si peccauerit in te frater tuus, ꝙ frater eſt arguẽdus ex zelo iuſtitiæ, ſed iuſtitia eſt virtus diſtincta à charitate. ergo correctio fraterna non eſt actus charitatis, ſed iuſtitiæ.

¶ 2 Præterea, Correctio fraterna fit per ſecretam admonitionem. Sed admonitio eſt cõſilium quoddam, quod pertinet ad prudentiam. Prudentis enim eſt eſſe bene conſiliatiuum, vt dicitur in ſexto Ethicorum.* Ergo fraterna correctio non eſt actus charitatis, ſed prudentiæ.

Cap. 5.

¶ 3 Præterea, Contrarij actus non pertinent ad eandem virtutem. Sed ſupportare peccantem eſt actus charitatis, ſecũdum illud ad Galat. 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti, quæ eſt lex charitatis. Ergo videtur quòd corrigere fratrem peccantem, quod eſt contrarium ſupportationi, non ſit actus charitatis.

¶SED CONTRA, Corrigere delinquentẽ eſt quædã eleemoſyna ſpiritualis. Sed eleemoſyna eſt actus charitatis, vt ſuprà dictũ eſt.* Ergo correctio fraterna eſt actus charitatis.

q. 32. art. 1.

¶RESPONDEO, dicendum quòd correctio delinquẽtis eſt quoddã remedium, quod debet adhiberi cõtra peccatũ alicuius. Peccatũ autem alicuius dupliciter cõſiderari poteſt. Vno quidem modo, inquantũ eſt nociuum ei qui peccat. Alio modo, inquãtum vergit in nocumentũ aliorũ, qui ex eius peccato læduntur, vel ſcãdalizantur, & etiam inquantum eſt nocumentum boni communis, cuius iuſtitia per peccatum hominis perturbatur. Duplex ergo eſt correctio delinquentis. Vna quidẽ quæ adhibet remediũ peccato, inquantũ eſt quoddam malũ ipſius peccãtis, & iſta eſt propriè fraterna correctio quæ ordinatur ad emendationẽ delinquentis. Remouere autem malum alicuius, eiuſdem rationis eſt, ſicut bonũ eius procurare. Procurare autem fratris bonum pertinet ad charitatem, per quam volumus & operamur bonũ amico. Vnde etiã correctio fraterna eſt actus charitatis, quia p eam repellimus malum fratris, ſcilicet peccatum, cuius remotio magis pertinet ad charitatem, quam etiam remotio exterioris damni, vel etiam corporalis nocumenti, quanto contrarium ad bonum virtutis, magis eſt affine charitati quàm bonum corporis vel exteriorum rerum. Vnde correctio fraterna eſt actus charitatis potius, quam curatio infirmitatis corporalis, vel ſubuentio, qua excluditur exterior egeſtas. Alia vero correctio eſt, quæ adhibet remedium peccati delinquentis, ſecũdum quod eſt in malum aliorum, & præcipuè in nocumentum communis boni. Et talis correctio eſt actus iuſtitiæ, cuius eſt conſeruare rectitudinem iuſtitiæ vnius ad alterum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gloſſ. illa loquitur de ſecunda correctione, quæ eſt actus iuſtitiæ. Vel ſi loquatur etiã de prima tunc iuſtitia ibi ſumitur, ſecundũ ꝙ eſt vniuerſalis virtus, vt infrà* dicetur, prout etiã omne peccatũ eſt iniquitas, vt dicetur primæ Ioan. 3. quaſi cõtra iuſtitiã exiſtẽs.

q. 5. art. 5.

¶ Ad ſecundum dicendum quòd ſicut Philoſophus dicit in ſexto Ethicorum,* Prudentia facit rectitudinem in iis, quæ ſunt ad finem, de quibus eſt conſilium & electio. Tamen cum per prudentiam aliquid rectè agimus ad finem alicuius virtutis moralis, puta temperantiæ, vel fortitudinis, actus ille eſt principaliter illius virtutis, ad cuius finem ordinatur. Quia ergo admonitio, quæ fit in correctione fraterna, ordinatur ad amouendum fratris peccatum, quod pertinet ad charitatem, manifeſtum eſt quòd talis admonitio principaliter eſt actus charitatis, quaſi imperantis, prudentiæ verò ſecundariò quaſi exequentis & dirigentis actum.

Cap. 3. 7. & 11.

¶ Ad tertium dicendum quod correctio fraterna nõ opponitur ſupportationi infirmorum, ſed magis ex ea cõſequitur: In tantũ enim aliquis ſupportat peccantem, inquãtum contra eum non turbatur: ſed beneuolentiam ad eum ſeruat, & ex hoc contingit, quòd eum ſatagit emendare.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum correctio fraterna ſit in præcepto.*

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Videtur ꝙ correctio fraterna non ſit in præcepto. Nihil enim quod eſt impoſsibile, cadit ſub præcepto, ſecundum illud Hieronym.* Maledictus qui dicit Deum aliquid impoſsibile præcepiſſe. Sed Eccleſiaſt. 7. dicitur, Conſiderat opera Dei, quod nemo poſsit corrigere quẽ ille deſpexerit. Ergo correctio fraterna non eſt in præcepto.

¶ 2 Præterea, Omnia p̃cepta legis diuinæ ad p̃cepta decalogi reducuntur. Sed correctio fraterna nõ cadit ſub aliquo præceptorũ decalogi: ergo nõ cadit ſub p̃cepto.

¶ 3 Præterea, Omiſsio præcepti diuini eſt peccatũ mortale, quod in ſanctis viris nõ inuenitur. Sed omiſsio fraternę correctionis inuenitur in ſanctis & in ſpiritualib⁹ viris. Dicit enim Auguſtinus in primo de ciuitate Dei,* ꝙ non ſolũ inferiores, verum etiã ij, qui ſuperiorem vitæ gradum tenent, ab aliorum reprehenſione ſe abſtinent propter quandam cupiditatis maculam, non propter officia charitatis. ergo correctio fraterna non eſt in præcepto.

¶ 4 Præterea, illud quod eſt in præcepto, habet rationem debiti. Si ergo correctio fraterna caderet ſub p̃cepto, hoc fratrib⁹ deberem⁹, vt eos peccãtes corrigeremus. Sed ille, qui debet alicui debitũ corporale, puta pecuniã, non debet eſſe contẽtus vt ei occurrat creditor, ſed debet eum quærere vt debitũ reddat. Oportet ergo,

¶ *Super Quæſtionis trigeſimæ tertiæ Articulum ſecundum.*

IN articulo ſecundo in reſpõſione ad tertium nota pro timoratis conſcientiis, quòd quando correctio fraterna omittitur, vel propter defectũ ſpei, quia ſcilicet nõ ſperat illum ſe emendaturum: vel propter reſpectum humanum, quia timet ne illũ offendat, vel quia timet ne reputetur præſumptuoſus, vel propter ignorãtiam q a non credit in tali caſu ſe obligari, & breuiter ex quacunque cauſa omittatur, ſi hoc ſaluatur in præparatione animi, ſcilicet quòd ſi crederet probabiliter, quòd illum à mortali peccato retraheret, omnia poſtponeret charitati fraternæ, nõ eſt peccatum mortale. Et ratio eſt, quia in tali omiſſione non tollitur ratio finis. Saluatur enim intentio emendationis fratris, quam intendit charitas, & defectus contingit in aliis circuſtantiis, puta conſideratione temporis, medij occurſus, vel debiti, & huiuſmodi. Virtutis autem bonum non tollitur ſubſtantialiter ſaluo bono, quod eſt ex fine, vnde ſpecificatur, quãuis deficiat in aliqua circunſtantia, vt in litera dicitur, propter quẽ defectum veniale peccatũ incurritur. Et hoc manifeſtè in hac reſponſione docemur dum penes dominium vel non dominium paſſionum in animo ſupra charitatem fraternam decernitur mortale vel veniale.

*4. diſt. 19. q. 2. art. 2. q. 1. Et virt. q. 1. art. 1. ad 16. * in exp. ſymboli ad Damaſ. tom. 2.*

Cap. 9. tom. 5.

¶ In reſpõſione ad quartum aduerte, quòd illa verba, Ita qui habet ſpiritualiter curam alicuius, debet eum quærere ad hoc, vt eum corrigat de peccato, habet dubium tangens etiam ſe-

quòd homo quæreret correctione indigẽtes ad hoc, quòd eos corrigeret, quod videtur incõueniens, tum ꝓpter multitudinem peccantium, ad quorum correctionem vnus homo nõ posset sufficere, tum etiam, quia oporteret, quòd religiosi de claustris suis exirent ad corrigendos homines, quod est inconueniens. Non ergo fraterna correctio est in præcepto.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de Verbis * Dñi, Si neglexeris corrigere, peior eo factus es, q̃ peccauit. Sed hoc nõ esset, nisi ꝑ huiusmodi negligentiã aliquis præceptum omitteret. Ergo correctio fraterna est in præcepto. *Ser. 16. tom. 10.*

¶RESPONDEO, dicendũ ꝙ correctio fraterna cadit sub ꝑcepto. Sed considerandũ est, ꝙ sicut præcepta negatiua legis ꝓhibent actus peccatorũ, ita præcepta affirmatiua inducunt ad actus virtutũ. Actus autẽ peccatorũ sunt secundũ se mali, & nullo modo bene fieri possunt, nec aliquo tempore aut loco, q̃a secundum se sunt cõiuncti malo fini, vt dicit̃ in secundo* Ethicorũ, *Cap. 6.* & ideo præcepta negatiua obligãt semp, & ad semp. Sed actus virtutum non quolibet modo fieri debent, sed obseruatis debitis circunstãtiis, q̃ requiruntur ad hoc, ꝙ sit actus virtuosus, vt scilicet fiat vbi debet, & quãdo debet, & secundũ quod debet. Et q̃a dispositio eorũ, q̃ sunt ad finẽ, attendit̃ secundũ rationem finis, in istis circunstantiis virtuosi actus, præcipuè attendenda est ratio finis, q̃ est bonum virtutis. Si ergo sit aliqua talis omissio alicuius circunstãtiæ circa virtuosum actũ, quæ totaliter tollat bonũ virtutis, hic actus cõtrariat̃ præcepto. Si autẽ sit defectus alicui⁹ circunstãtię, q̃ non totaliter tollat virtutẽ, licet non ꝑfectè attingat ad bonũ virtutis, nõ est cõtra præceptum. Vnde & philosophus dicit in 2. Ethic. * *Cap. vlt.* Quòd si parũ discedat̃ à medio, nõ est contra virtutem, sed si multũ discedatur, corrũpitur virtus in suo actu. Correctio autẽ fraterna ordinatur ad fratris emẽdationẽ, & ideo hoc modo cadit sub ꝑcepto, secundum quod est necessaria ad iustũ finẽ, non autẽ ita, quod quolibet loco vel tẽpore frater delinquẽs corrigat̃.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ in omnibus bonis agẽdis operatio hominis nõ est efficax, nisi adsit auxiliũ diuinũ, & tamẽ homo debet facere quod in se est: Vnde August. dicit in lib. de Correctione & grã, *Cap. 15. tom. 7.* Nesciẽtes quis ꝑtineat ad ꝑdestinatorũ numerũ, & quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt oẽs velimus saluos fieri. Et ideo omnibus debemus fraternæ correctionis officiũ impẽdere sub spe diuini auxilij. Ad secundũ dicendũ, ꝙ sicut suprà dictum est*, *q. 32. art. 5. ad 4.* omnia præcepta, q̃ pertinent ad impendendũ aliquod beneficium proximo, reducuntur ad præceptũ de honoratione parentum.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ correctio fraterna tripliciter omitti potest. Vno quidẽ modo meritoriè, quãdo ex charitate aliquis correctionẽ omittit. Dicit enim August. in 1. de Ciuitate Dei, * *Cap. 9. tom. 5.* Si ꝓpterea quisq; obiurgandis & corripiendis malè agentibus parcit, q̃a oportunum tẽpus inquirit̃, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiãtur, vel ad bonã vitam & piam eruditos impediant aliquos infirmos, & premant, atq; auertant à fide, nõ videtur esse cupiditatis occasio, sed cõsilium charitatis. Alio modo prętermittitur fraterna correctio cum peccato mortali, quando scilicet formidatur (vt ibi dicitur) iudiciũ vulgi & carnis excruciatio vel peremptio, dum tamen hæc ita dominent̃ in animo, ꝙ fraternæ charitati præponant̃. Et hoc videtur cõtingere, quãdo aliquis præsumit de aliquo delinquẽte probabiliter, ꝙ posset eum à peccato retrahere, & tamẽ propter timorem, vel cupiditatẽ prætermittit. Tertio modo huiusmodi omissio est peccatum veniale, quando timor vel cupiditas tardiorem facit hominem ad corrigenda delicta fratris, non tamen ita, ꝙ si ei constaret ꝙ fratrẽ posset à peccato retrahere, propter timorem vel cupiditatem dimitteret, quibus in animo suo præponit charitatem fraternam. Et hoc modo quandoque viri sancti negligunt corrigere delinquentes.

¶Ad quartũ dicendũ, ꝙ illud quod debetur alicui determinatæ & certæ personæ, siue sit bonũ corporale, siue spirituale, oportet ꝙ ei impẽdamus, non expectantes ꝙ nobis occurrat, sed debitã solicitudinẽ habẽtes, vt eum inquiramus. Vnde sicut ille, qui debet pecuniam creditori, debet eum requirere cùm tẽpus fuerit, vt ei debitum reddat: ita qui habet spiritualiter curã alicuius, debet eũ quærere ad hoc, quòd eum corrigat de peccato. Sed illa beneficia, quæ non debentur certæ personæ, sed cõmuniter omnibus proximis, siue sint corporalia, siue spiritualia, non oportet nos quærere quibus impendamus, sed sufficit ꝙ impendamus eis, qui nobis occurrũt. Hoc enim quasi pro quadã sorte habendũ est, vt August. dicit in * 1. de doct. Christia. *Cap. 28. tom. 3.* Et propter hoc dicit in lib. de Verbis Dñi, *Ser. 16. tom. 10.* ꝙ admonet nos Dominus noster non negligere inuicem peccata nostra, nõ quęrendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas. Alioquin efficeremur exploratores vitæ aliorum, cõtra id quod dicitur Prouerb. 24. Ne quæras impietatem in domo iusti, & non vastes requiem eius. Vnde patet, ꝙ nec religiosos oportet exire claustrum ad corrigendum delinquentes.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum correctio fraterna pertineat solum ad Prælatos.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ correctio fraterna non pertineat nisi ad Prælatos. Dicit enĩ Hier. Sacerdotes studeant illud euangelij implere, Si peccauerit in te frater tuus, &c. Sed nomine Sacerdotum consueuerunt significari Prælati, qui habent curam aliorum. Ergo videtur quòd ad solos Prælatos pertineat fraterna correctio.

¶2 Præterea, Fraterna correctio est quædam eleemosyna spiritualis. Sed corporalem eleemosynã facere pertinet ad eos, qui sunt superiores in temporalibus, scilicet ad ditiores. Ergo & fraterna correctio pertinet ad eos, qui sunt superiores in spiritualibus, scilicet ad Prælatos.

¶3 Pręterea, Ille, qui corripit aliũ, mouet eũ sua admonitione ad melius. Sed in rebus naturalib⁹ inferiora mouẽtur à superiorib⁹. Ergo etiã secundũ ordinem virtutis, qui sequitur ordinem naturæ, ad solos Prælatos ꝑtinet inferiores corrigere.

¶SED CONTRA est, quod dicitur 24. quæst. 3. Tam sacerdotes quam reliqui fideles omnes summam debent habere curam de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigantur à peccatis: aut si incorrigibiles appareãt, ab Ecclesia separentur. *Cap. Tam sacerdotes.*

¶RESPON

quentem articulum, An Prælati teneãtur quærere defectus subditorum propter præceptum correctionis fraternæ. Vbi nota, quòd non est dubium, An Prælatus teneatur vigilare suꝑ gregem suum, & inquirere si defectus committuntur à subditis, & corrigere eos. Hoc enim constat esse verissimũ, quia tenentur ad hoc ex præcepto iustitiæ, quam profitẽtur ex officio. Sed dubium est, An ex præcepto charitatis debentis correctionem fraternã, Prælatus teneatur ad inquirendum delicta subditorum. Et est ratio dubij, quia hic litera dicit, quòd habens spiritualiter curam alicuius tenetur ad inquirendum eũ. Inde autem dicit, quòd præceptum de correctione fraterna datum est cuilibet. Constat autem, quòd communia omnibus præcepta obligant ad cõmunes omnibus actus. Et sic aut omnes, aut nullum obligant ad inquirendum.

¶ Ad huius euidentiam sciendum est quòd affinitas inter præceptum correctionis fraternę & pręceptum correctionis prælatiuæ, respectu huius subditi, quo ad se obscuritatem parit. Prælatus enim vt sic, non solùm tenetur ad procurãdum commune bonum animarum sibi cõmissarum, quod principaliter intendere debet: sed etiã bonum animæ istius subditi sui. In cuius signum tenetur ei sacramentum pœnitentiæ exhibere, quod ad ipsius solius spiritualem emendationẽ sit. Et rursus Prælatus, vt homo talis, tenetur ad emendationem fratris procurandã per correctionem fraternam. Intendere ergo ad emẽdationem proximi, qui est principalis actus pręcepti de correctione fraterna, & est secundarius actus præcepti de correctione pręlatiua in vno & eodem, quum iungitur, difficultatem facit. Diligentius tamen perscrutanti apparet, ꝙ quemadmodum iustitia & charitas seu misericordia sunt diuersę virtutes, ita & præcepta de actibus earum diuersa sunt, nec coincidunt. Et quemadmodum differentia hominis à seipso secundum hoc, quòd est esse, vel non esse prælatum, non affert, aut aufert nouum præceptum, nisi quod ad prælationis officium vt sic, spectat (ad nihil enim tenetur aliquis factus Prælatus, ad quod prius non tenebatur, nisi ad officium prælationis, & illud vt sic concomitans) ita non consonat rationi, vt factus quis Prælatus teneatur ad inquirendum pro correctione fraterna. Esset enim hoc nouum præceptum, ad q̃d prius non tenebatur, & tamen non per se spectat ad prælationis officium, sed ad communẽ hominum statum. Est autem ratio huius, quia præceptum eleemosynę non solum præsupponit indigentiam proximi, sed notitiam illius indigentiæ, ita quòd omne eleemosynæ præceptum consistit in hoc, Da indigenti noto, & non in hoc, quòd quærat notitiam indigentię. Et propterea quantum est ex vi istius præcepti, neque subditus, neque prælatus tenetur inquirere. Grauior tamen est cura prælatorum, vt Augustin. dicit, quia si occurrat aliquis indigens correctione Prælato & alteri, magis tenetur Prælatus ad correctionem, quàm subditus: sicut magis tenetur Prælatus ad non scandalizandum illum, sicut vniuersaliter magis tenetur ad obseruantiam communium præceptorum Prælatus quam alij, pro quanto tenetur ad excellentiorem vitam & doctrinam, quàm alij. Quomodo autem Prælatus ex præcepto sui officij teneatur etiam ad notitiam quærendam de peccatis subditorum, vt eos corrigat propter seipsos vel commune bonum, non est præsentis quæstionis, vbi de præcepto correctionis fraternæ solùm tractatur. Propter bonum autem ipsius peccatoris præsentis est tractatus, in quo Autor simul de correctione fraterna & prælatiua in ordine ad bonum peccatoris tractat. Et dicendum est, quòd ad hoc sufficit vigilantia & custodia, ad quam Prælatus communiter tenetur. Et secundum occurrentes casus iuxta signa alicuius particularis peccatoris inquirere, si correctione opus est, ad quod maxima opus est prudentia, ne multa suspicio præcipitem & exosum Prælatum reddat, nec incuria multiplicationem pariat peccatorum occultorum in iudicio. Hæc enim inquisitio, quæ ad emendationem peccatoris ordinatur, non videtur scientificè determinãda: sed prudentiæ, quæ circa particularia versatur, relinquitur considerare qualiter, & quãdo, & cuius quærendum est peccatum sanãdum. *4. dist. 19. q. 2. art. 2. Et vir. q. 3. art. 1.*

¶ Et hæc pro tertio etiã articulo sufficiant.

¶ Sup Quæstionis trigesimæ tertiæ Articulum quartum.

IN articul. quarto in responsione ad secundum, dubium magnum est, Quomodo Paulus

¶RESPONDEO, dicendũ, quòd sicut dictũ est, * duplex est correctio. Vna quidẽ, quæ est actus charitatis, quæ specialiter tendit ad emendationẽ fratris delinquentis ꝑ simplicẽ admonitionẽ, & talis correctio ꝑtinet ad quẽlibet charitatem habentẽ, siue sit subditus, siue Prælatus. Est autem alia correctio, q̃ est actus iustitiæ, per quã intendit̃ bonum cõmune, quod nõ solùm ꝓcuratur per admonitionem fratris, sed etiã interdum ꝑ punitionẽ, vt alij à peccato timẽtes desistãt. Et talis correctio pertinet ad solos prælatos, qui non solum habent admonere, sed etiam corrigere puniendo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ etiã in correctione fraterna, q̃ ad omnes pertinet, grauior est cura Prælatorũ, vt dicit August. in 1. de Ciuitate Dei. * *Cap. 9. tom. 5.* Sicut enim temporalia beneficia potius debet aliquis exhibere illis, quorum curã temporalem habet: ita etiam beneficia spiritualia, puta correctionem, doctrinã, & alia huiusmodi, magis debet exhibere illis, qui sunt suæ spirituali curæ cõmissi. Non ergo intendit Hieronymus dicere, quòd ad solos Sacerdotes pertineat præceptũ de correctione fraterna, sed quòd ad hos specialiter pertinet.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut ille, qui habet vnde corporaliter subuenire possit, quantùm ad hoc diues est, ita ille, qui habet sanum rationis iudicium, ex quo possit alterius delictum corrigere, quantum ad hoc est superior habendus.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ etiã in rebus naturalibus quædã mutuò in se agunt, q̃a quãtùm ad aliquid sunt se inuicem superiora, prout scilicet vtrunque est quodãmodo in potentia, & quodãmodo in actu respectu alterius. Et similiter aliquis inquãtum habet sanũ rationis iudicium in hoc, in quo alter delinquit, potest eũ corrigere, licet non sit simpliciter superior.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum quis teneatur corrigere Prælatũ suum.

4. dist. 19. q. 2. art. 2. q. 3. Et virt. q. 3. art. 1. ad. 18. & Ga. 2. lect. 3. princ. Et ad col. ca vlti. fin.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ aliquis nõ teneatur corrigere Prælatũ suum. Dicitur enim Exodi 19. Bestia quæ tetigerit montem, lapidabitur. Et secundi Regum sexto dicitur, ꝙ Oza percussus est à Domino, quia tetigit arcam. Sed per montem & arcã significatur Prælatus. Ergo Prælati non sunt corrigendi à subditis.

¶2 Præterea, Galat. 2. super illud, In faciẽ ei restiti, dicit glos. vt par. Ergo cùm subditus non sit par Prælato, non debet eum corrigere.

¶3 Præterea, Gregorius dicit, Sãctorum vitã corrigere non præsumat, nisi qui de se meliora sentit. Sed aliquis non debet de se meliora sentire, quàm de Prælato suo. Ergo Prælati non sunt corrigendi.

¶SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in regula, * *Cap. 34. tom. 1.* Non solum vestri, sed etiã ipsius, id est Prælati miseremini, qui inter vos quantò in loco superiori, tantò in periculo maiori versatur. Sed correctio fraterna est opus misericordiæ. ergo & Prælati sunt corrigendi.

¶RESPONDEO, dicẽdum quòd correctio, quæ est actus iustitiæ per correctionẽ pœnæ, nõ cõpetit subditis respectu Prælati. Sed correctio fraterua, quæ est actus charitatis, pertinet ad vnumquẽque respectu cuiuslibet personæ, ad quã charitatem debet habere, si in eo aliquid corrigibile inueniatur. Actus enim ex aliquo habitu vel potentia procedens se extendit ad omnia, quæ continentur sub obiecto illius potẽtiæ, vel habitus, sicut visio ad omnia, quæ continentur sub obiecto visus. Sed quia actus virtuosus debet esse moderatus debitis circunstantiis, ideo in correctione, qua subditi corrigunt Prælatos, debet modus cõgruus adhiberi, vt scilicet nõ cum ꝓteruia & duritia, sed cum mansuetudine & reuerentia corrigãtur. Vnde Apostolus dicit primæ ad Timoth. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Et ideo Dionys. redarguit Demophilum monachũ, quia sacerdotem irreuerenter correxerat, eum percutiens, & de Ecclesia eiiciens.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ tunc Prælatus inordinatè videtur tangi, quãdo irreuerẽter obiurgatur, vel etiam quãdo ei detrahitur. Et hoc significatur ꝑ cõtactũ montis & arcæ, dãnatum à Deo.

¶Ad secundum dicendum, quòd in faciẽ resistere corã omnibus, excedit modum fraternæ correctionis: & ideo sic Paulus Petrum non reprehendisset, nisi aliquo modo par esset, quantùm ad fidei defensionẽ. Sed in occulto admonere & reuerenter, hoc potest etiã ille, qui nõ est par. Vnde Apostolus ad Colos. vlti. scribit de subditis, vt prælatũ suum admoneãt, cùm dicit, Dicite Archippo episcopo, Ministerium tuum imple. Sciendum tamen est, ꝙ vbi immineret periculum fidei, etiã publicè essent prælati à subditis aguẽdi. Vnde & Paulus, qui erat subditus Petro, propter imminens periculũ scãdali circa fidem, Petrũ publicè arguit. Et sicut glos. * *Ep. 19. tom. 2.* August. dicit ad Gala. 2. ipse Petrus exemplum maioribus præbuit, vt sicubi forte rectum tramitem reliquissent, non dedignentur etiam à posterioribus corrigi.

¶Ad tertium dicendum, quòd præsumere se esse simpliciter meliorem, quã prælatus, videtur esse præsumptuosæ superbiæ. Sed æstimare se meliorem quantum ad aliquid, non est præsumptionis, quia nullus est in hac vita, qui non habet aliquem defectum. Et etiam considerandũ est, quòd cùm aliquis prælatum charitatiuè monet, non propter hoc se maiorem existimat. Sed auxilium impartitur ei, qui quantò in loco superiori, tanto in periculo maiori versat̃, vt Aug. dicit in regula. * *Loco citato.*

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum peccator debeat corrigere delinquentem.

4. dist. 19. q. 2. ar. 2. q. 2. Et Matth. 7 col. 2. & Rom. col. 2.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd peccator corrigere debeat delinquentem. Nullus enim propter peccatũ, quod cõmisit, à præcepto obseruando excusatur. Sed correctio fraterna cadit sub præcepto, vt dictum est. ergo videtur quòd propter peccatum, quod quis commisit, non debeat prætermittere huiusmodi correctionem.

¶2 Præterea, Eleemosyna spiritualis potior est quàm corporalis eleemosyna. Sed ille qui est in peccato, non debet abstinere, quin eleemosynã corporalẽ faciat. ergo multò minus debet abstinere à correctione delinquentis propter peccatum præcedens.

¶3 Præterea. 1. Io. 3. dicitur. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Si ergo propter peccatum aliquis impeditur à correctione fraterna, nullus erit qui possit corrigere delinquentem. Hoc autem est inconueniens. ergo & primum.

Paulus fuit par Petro quantum ad fidei defensionem, quum Petrus esset solus vniuersalis pastor ex papatus officio omnibus pręstans etiam quo ad fidei defensionẽ vt caput membris.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quantum ad fidei defensionem executiuè Paulus erat par Petro. Vnde & in litera ponitur ly: Aliquo modo, quasi diceret, quòd non simpliciter in defensione fidei, sed aliquo modo in hoc erãt par. Significat autem paritas hæc vniuersalem curam in vtroque defendendi fidem à Domino Iesu Christo habitã, quia cum æqualitate. stat summa autoritas ex officio defendẽdi fidem in solo Petro, sicut si Papa committeret autoritatem episcopalem in aliqua diœcesi archipresbytero: ille esset æqualis episcopo ex delegata potestate exequendi, non autem ex officio.

¶ In eadem respõsione ad secundum aduerte, quod quum doctrina apostolica non solum verbo, sed facto Ecclesiæ proponatur, ex facto Pauli docemur, quòd, vbi esset periculum fidei non informis sed formatæ in Ecclesia aliqua, & esset spes subueniendi tali periculo, non per secretam monitionem, sed solum per hoc essent ꝓ prælati à subditis publice arguendi sicut publice errant. Factum enim Petri non erat tam grande, vt haberet etiam rationem scandali actiui, vt inferius in quæstio. de scandalo Autor dicit. Et periculum charitatis periculum vitæ est, quia fides sine operibus mortua est. Et rursus totum Ecclesiæ studium est ad fidem formatam generandam, nutriendam, atque tuendam. Reliqua nanque pars redigenda est in fasciculos ad comburendum. Quare arguens Paulus Petrũ propter periculum salutis credentium, nec tam paruum peccatum (scandalosum tamen) sufferens, docuit alios, quam magnanimos se exhibere debent, in sceleribus arguendis, verbis tamen Prælatorum suorum scãdalizantium Ecclesiam, & trahentium exemplo suo alios in damnationem. Et ad hoc tenẽtur Principes tam Ecclesiæ, quam orbis quum Papa scandalizat Ecclesiam, & reuerẽter ad partem monitus non resipisceret: probabile nanq; est, quod verebitur principes palàm arguentes, quãuis subditorum salutem contemnant. Et si ipse non fiat bonus, saltem alios non scandalizabit: multo enim magis ad hoc tenẽtur qui possunt opem ferre, quã ad eruendũ eos qui ducuntur ad mortẽ corporalẽ. Debent enim opponere se murum ex aduerso pro domo Israel. Vidẽtes enim fratres suos indigere, & claudentes viscera suæ misericordię cum effectu ab eis, quomodo charitatem Dei habent?

¶ Super Quæstionis trigesimæ tertiæ Articulum quintum.

IN articul. 5. nota quòd quæstio ista de ministratione in peccato ter in hoc opere tractatur. Primò hoc, quo ad correctionem, Secundo, inferius in tractatu de iustitia quo ad iudicium. Et demum tertia parte in tractatu de sacramentis quo ad act⁹ sacramẽtales. Et vera conclusio est ꝙ in solis actibus sacris ministerium in peccato mortali facit nouũ peccatum mortale, vt in Quolibeto diximus ex doctrina Autoris, in Tertia parte.

¶ In proposito ergo scito quòd Autor hoc in loco ostendit, quòd etiam absque peccati venialis incursu potest peccator corrigere, & hoc ostendit sic, Peccatum nõ tollit id vnde homini conuenit corrigere delinquentem, quia non tollit rectum iudicium rationis, &c. ergo non per se contrariatur officio correctionis fraternæ. Per accidens autem peccatũ tripliciter impedire quũ possit, scilicet vel ratione suppositi indigni, vel ratione superbię, vel ratione scandali, quum peccatum reddat hominem indignũ non contrariè, sed negatiuè ad corrigẽdũ. Propter quod litera quum dixit, indignus redditur, subdidit declarando non est dignus. Et ratio est, quia non tollit rationem corrigendi, scilicet rectum iudicium. Contraria enim mutuo se excludunt, & scandalum ac superbia euitabilia sunt, si tanquam ingemiscens corrigat, consequens est vt non solum per se loquẽdo, sed etiam per accidens, existens in peccato mortali, qui scilicet nec contritus est, non nouiter peccat si absque superbia & scandalo fraternã exerceat correctionem, imò ad ipsam sic tenetur. Et confirmatur. Quia opus misericordiæ facit, quo ad veniam & contritionem peccati se disponit multo magis quam per opera misericordiæ corporalis.

¶ Super Quæstionis trigesimæ tertiæ Articulum sextum.

IN articul. sexto aduerte imprudentiam eorum, qui patienter ferentes blasphemias & alia

alia vitia filiorũ, aut domesticorum, & experti admonitiones nõ prodesse sed obesse, ita vt quoties monentur, peius faciãt, non tamẽ cessant verbis eos arguere, inuoluũtur eorũ potius peccãtium ertatis, augendo indirecte eorũ excessus: non seruato rationis ordine, quã charitatis præcepta exequantur.

Lib. 3. c. 32.

Ar. prac. & art. 3. ad. 2.

¶ SED CONTRA est quod Isidorus dicit in libro de Summo bono, * Non debet vitia aliorum corrigere, qui est vitiis subiectus, & Ro. 2. dicitur, Inquo aliũ iudicas, teipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas.

¶ RESPONDEO dicendum quòd sicut dictum est * correctio delinquentis pertinet ad aliquẽ, inquantũ viget in eo rectũ iudicium rationis. Peccatũ autem (vt supra dictũ est *) nõ tollit totũ bonũ naturæ, quin remaneat in peccãte aliquid de recto iudicio rationis & secundũ hoc potest sibi cõpetere à subditis delictũ arguere. Sed tamen p peccatũ d præcedens, impedimentũ quoddã huic correctioni affertur propter tria. Primò quidẽ, quia ex peccato pcedenti indignus redditur, vt aliũ corrigat, & præcipuè si maius peccatũ cõmisit, non est dignus, vt alium corrigat de minori peccato. Vnde super illud Matth. 7. Quid vides festucã, &c. dicit Hierony. * De iis loquitur, qui cũ mortali crimine detinẽtur obnoxij, minora peccata fratribus non cõcedunt. Secundò redditur indebita correctio ,ppter scãdalum, quod sequitur ex correctione, si peccatũ corripientis sit manifestũ: qa videtur, q ille qui corrigit, non corrigat ex charitate, sed magis ad ostentationẽ. Vnde sup illud Matth. 7. Quomodo dicis fratri tuo, &c. exponit Chrys. * in quo proposito, puta ex charitate, vt salues proximũ tuum? non, quia teipsum antè saluares. Vis ergo non alios saluare, sed p bonã doctrinã malos actus celare, & scientiæ laudes ab hominib⁹ quærere. Tertio modo ,ppter superbiã corripiẽtis, inquãtum scilicet aliquis ,ppria peccata paruipendẽs, seipsum proximo præfert in corde suo, peccata eius austera fœueritate diiudicans, ac si ipse esset iustus. Vnde Augu. dicit in libro de Sermone Dñi in monte, * Accusare vitia officiũ est bonorum virorum & beneuolorũ. Quod cùm mali faciũt, alienas partes agunt. Et ideo sicut Augu. dicit in eodẽ, Cogitemus cum aliquem reprehẽdere nos necessitas cogit, vtrũ tale sit vitium, quod nunquã habuimus. Et tũc cogitemus nos homines esse, & habere potuisse. Vel tale quod aliquãdo habuimus & iam nõ habemus: & tunc tãgat memoriã cõmunis fragilitas, vt illã correctionẽ nõ odiũ, sed misericordia præcedat. Si autẽ inuenerimus nos in eodẽ vitio esse, nõ obiurgemus, sed cõgemiscamus, & ad æqualiter conandũ inuitemus. Ex his ergo patet, d q si peccator cum humilitate corripiat delinquentẽ, non peccat, nec sibi nouã condẽnationẽ acquirit, licet per hoc vel in cõscientia fratris, vel saltẽ sua pro peccato præterito condẽnabilem se esse ostendat. Vnde patet responsio ad obiecta.

Hom. 17. tom. 3.

Lib. 2. c. 30. & 4.

1. 2. q. 85. ar. 1. & 2.

D. 405. 601. & 792.

** Tom. 9.*

D. 351. 419. 796 940. & 965.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum quis debeat à correctione cessare propter timorem, ne ille fiat deterior.

4. dist. 33. q. 2. art. 2. q. 2. ad. 1. Et vir. 41. art. 1. ad 1. & Ephe. 5. le. 4 fi.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q aliquis non debeat à correctione cessare ,ppter timorem ne ille fiat deterior. Peccatũ enim est quædã infirmitas animæ secũdum illud Psalmiste, Miserere mei Dñe: quoniã infirmus sum. Sed ille, cui imminet cura infirmi, etiã ,ppter eius cõtradictionẽ, vel contẽptum nõ debet cessare, quia tunc maius imminet periculum, sicut patet circa furiosos. Ergo multò magis debet homo peccantem corrigere, quantumcunque grauiter ferat.

In epist. ad Titũ. cap. 1.

¶ 2 Præterea, secundum Hieronymum. * veritas vitæ non est dimittenda propter scandalum. Præcepta autem Dei pertinent ad veritatem vitæ. Cùm ergo correctio fraterna cadat sub præcepto, vt dictum est, * videtur quòd non sit dimittenda propter scandalum eius, qui corripitur.

Ar. 2.

¶ 3 Præterea, secundum Apostolum ad Rom. 3. Non sunt facienda mala, vt veniant bona. Ergo pari ratione non sunt prætermittenda bona, ne veniant mala. Sed correctio fraterna est quoddam bonum. Ergo non est prætermittenda propter timorem, ne ille, qui corripitur, fiat deterior.

Glossa Ordinar. ibid.

¶ SED CONTRA est, q dicitur Prouerb. 9. Noli arguere derisorẽ, ne oderit te. Vbi dicit gloss. * Nõ est timẽdum ne tibi derisorẽ, cùm arguitur, cõtumelias inferat, sed hoc potius prouidendum, ne tractus ad odium, inde fiat peior. Ergo cessandum est à correctione fraterna quando timetur, ne fiat ille inde deterior.

¶ Sup Questionis trigesimæ tertiæ Articulum septimum.

Art. 2. 1. & 3.

¶ RESPONDEO, dicendũ q sicut dictũ * est, duplex est correctio delinquẽtis. Vna quidẽ pertinẽs ad Prælatos, quæ ordinatur ad bonũ cõmune, & habet vim coactiuã. Et talis correctio non est dimittẽda ,ppter turbationem eius, qui corripitur, tum quia si propria spõte emendari non velit, cogendus est p pœnas, vt peccata dimittat, tum etiã quia si incorrigibilis sit, p hoc prouidetur bono cõmuni, dũ seruatur ordo iustitiæ, & vnius exemplo alij deterrentur. Vnde iudex nõ prætermittit ferre sententiam condãnationis in peccantem propter timorẽ turbationis ipsius, vel etiã amicorum eius. Alia verò est correctio fraterna, cuius finis est emẽdatio delinquẽtis, nõ habẽs coactionem: sed simplicẽ admonitionem. Et ideo vbi ,p babiliter æstimatur, q peccator admonitionẽ non recipiat, sed ad peiora labat', est ab huiusmodi correctione desistendũ: quia ea, quæ sunt ad finem, debent regulari, secundum quòd exigit ratio finis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd medicus quadã coactione vtitur in phrenetico, qui curã eius recipere non vult. Et huic alsimilatur correctio prælatorum, quæ habet vim coactiuam, non autem simplex correctio fraterna.

¶ Ad secundum dicendũ, quod de correctione fraterna datur præceptũ, secundũ quod est actus virtutis. Hoc autẽ est secũdũ quod ,pportionatur fini. Et ideo quãdo est impeditiua finis, puta cũ efficitur homo deterior, iam non pertinet ad veritatem vitæ, nec cadit sub præcepto.

¶ Ad tertiũ dicendum q ea, quæ ordinãtur ad finẽ, habent rationẽ boni ex ordine ad finẽ. Et ideo correctio fraterna, quãdo est impeditiua finis, scilicet emẽdationis fratris, iam nõ habet rationẽ boni. Et ideo cum prætermittitur talis correctio, nõ prætermittit bonũ, ne eueniat malũ.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrũ in correctione fraterna debeat ex necessitate præcepti admonitio secreta præcedere denuntiationem.

4. dist. 19. q. 2. art. 3. q. 1. Et quæl. 11. art. 13.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in correctione fraterna non debeat ex necessitate præcepti admonitio secreta præcedere denuntiationẽ. In operibus enim charitatis præcipuè debemus Deum imitari secundũ illud Ephe. 5. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. Deus autem interdum publice punit hominem pro peccato, nulla secreta admonitione præcedente. Ergo videtur, quòd non sit necessarium admonitionem secretam præcedere denuntiationem.

¶ 2 Præter. Sicut Aug. * dicit in lib. cõtra Mẽdaciũ. Ex gestis sanctorũ intelligi potest, qualiter sunt præcepta sacrę scripturæ intelligenda. Sed in gestis sanctorũ inuenitur facta publica denũtiatio peccati occulti, nulla secreta monitione ꝑceden te sicut legitur Gen. 37. q Ioseph accusauit fratres suos apud patrẽ crimine pessimo. Et Act. 5. dicitur, q Petrus Ananiã & Saphiram occultè defraudãtes de precio agri, publicè denuntiauit, nulla secreta admonitione præmissa. Ipse etiã Dñs nõ legitur secreto admonuisse Iudã antequã eum denuntiaret. Non ergo est de necessitate præcepti, vt secreta admonitio præcedat publicam denuntiationem.

Cap. 15. tom. 4.

¶ 3 Præterea, Accusatio est grauior quã denũtiatio. Sed ad publicã accusationem potest aliquis accedere, nulla admonitione secreta præcedẽte. Determinatur emẽ in Decretali, q accusationẽ dẽt præcedere inscriptio. Ergo videtur, q non sit de necessitate præcepti, q secreta admonitio præcedat publicam denunciationem.

¶ 4 Præterea, Non videt' esse probabile, q tam sibi proditionẽ, vel occisionẽ, rapinã, &c. præparatã propter periculũ irregularitatis, quoniã ad occisionẽ proditoris procederetur. Et est ratio dubij, quia ad præcepta charitatis quilibet tenetur. Et tamen nullus tenetur ad id quod inhabilem eum reddit ad executionẽ sui officij. Constat autem, quòd secundum ius canonicum nõ nisi in causa propria licet clericis absque nota irregularitatis causam sanguinis coram iudice proponere, cum protestatione expressa, &c. vt patet in 6. de Homicidio, cap. Prælatis.

¶ Ad hoc dicitur quòd ius naturæ, Diuinum, & Ecclesiæ, ita se habent, quòd sicut gratia perficit naturam, & non destruit illam, ita ius Ecclesiasticum perficit ius Diuinum & non destruit illud. Et propterea sicut nullum præceptum diuinum est contra præcepta iuris naturæ, ita nullum præceptũ Ecclesiæ est contra præceptũ iuris Diuini. Quum autem tam rationalis natura, quã charitatis lex mandet, vt periculo non solum Reipublicæ, sed cuiuscunque proximi, si possumus, subueniamus & in casu paratæ proditionis, homicidij, rapinæ, aut huiusmodi solo verbo manifestitiuo possumus consulere periculo proximi, consequens est vt nulla Ecclesiæ lex intelligatur mãdare oppositum. Quanuis enim Ecclesiastica lex aliquid ; prohibeat clericis, quod alias licite fieri posset, nunquam tamen prohibet eisdem, aut aliis, ad quòd alias tenentur. Vnde & in proposito Ecclesiæ Prælatis habentibus iurisdictionem temporalem, quia tenentur ad iustitiã vindicatiuam, etiam in causa sanguinis, nulla irregularitas imminet, si exorto homicidio, cõmittat iudici suo, vt veritate comperta, iustitiã faciat, vt patet extrà in ca. Episcopus, ne clerici vel mona. se im. &c. In proposito ergo cùm casus accidit, quod sacerdos nõ potest aliter succurrere periculo proximi nisi reuelando præparationem & præparãtem, non debet dicere, Capiatis talem, &c. sed, Caueatis à tali, & præmittat expressam protestationem, q, solùm cautelã proximi intendit, vt conformet se canoni si iudici reu elat. Aduertatque diligenter, & discernat necessitatem reuelandi personam. Nam si ad euitandum periculũ sufficit reuelare præparationẽ, sed princeps postmodũ vult extorquere reuelationẽ personæ, non debet clericus personam manifestare. Cessat enim tunc ratio reuelandi, quæ ipsum obligabat. Et p hæc patet solutio obiectorũ. Canones enim ꝓhibentes agi tationem causæ sanguinis à clericis, prohibent actus ad quos non tenẽtur simpliciter, aut p seipsos, & nõ eos, ad quos tenẽtur. Et confirmatur hoc ex eo, q nullus ſtatus, nullũ votũ, nullum præceptũ excusat hominẽ potentẽ subuenire à subuẽtione proximi in casu extremæ necessitatis, aut inhabilẽ reddit ad huiusmodi subuentio nẽ in casu extremæ necessitatis, nisi ſtatus perfectionis charitati contrarius inueniatur, quod est impossibile. Constat autẽ in proposito casum esse extremæ necessitatis, quãdo aliud non est remedium ad euitandã mortem alicuius nisi reuelatio personæ siat talis, puta iudici.

Serm. 16. tom. 10.

¶ In responsione ad tertium, dubium ex Durãdo ambiguo in quæst. 4. dist. 16. lib. 4. occurrit, An secreta monitio præcedere debeat accusationem. Et sine argumentis scito, q accusatio dupliciter occurrere potest, primò, vt licita : secundò, vt debita. Et quãdo aliquis licet accusare, si sperat per secretã monitionem emendationẽ peccatoris, necimminet ex dilatione punitionis illius pœnitentis dãnum cõmunis boni, tũc in foro pœnitentiæ, tenetur præmittere correctionẽ secretã, quia & bonum cõmune & bonũ famæ proximi saluari potest tunc cum spe salutis proximi. Sed quãdo aliquis tenetur ad accusandum, quod tunc solum (vt inferius patebit) quando bonum cõmune hoc exigit, tunc non habet locũ secretæ monitionis præmissio, quia siue emẽdetur, siue nõ, cõmune bonum non patitur dilationem. Et hoc est q Autor in litera dicit, in hac responsione, dum ait, quòd quãdo imminet periculum multitudinis, nõ habet locum præceptũ Domini de secreta monitione: quia non peccat frater in te tantũ. Hæc eñ verba dicuntur respondendo ad argumentum de accusatione: quia accusatio solũ propter periculum, seu malũ multitudinis est necessaria, vt inferius patet.

Serm. 16.

¶ In eodẽ articulo in responsione ad quintũ, dubium occurrit, An cum proceditur p viam denũtiationis, possit Prælatus præcipere, aut inquirere? & est ratio dubia : qa inquisitio est alia via ,pcedendi, quã denuntiatio, & habent diuersos fines. Nã illa ad bonum peccatoris, hæc ad bonũ commune ordinatur.

Sup illud verbum Matt. 18. tom. 9.

¶ In oppositũ autẽ est, quod Autor hic excipit, quando per aliqua indicia manifestantur.

seruari fama fratris peccãtis : tum qa vno infamato, alij infamãtur, secundum illud Aug. in epist. ad plebem Hipponensem *. Cum de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falsi sonuerit, vel veri parũerit, instant, sataguut, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur: tũ etiam, quia ex peccato vnius publicato, alij prouocantur ad peccãdum. Sed quia conscientia præferenda est famæ, vo luit Dominus, vt salutem cum dispendio famæ, fratris conscientia per publicã denũtiationem à peccato liberetur. Vnde patet, quòd potest esse de necessitate præcepti, quod secreta admonitio publicam denuntiationem præcedat.

Epist. 137 tom. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ q omnia occulta sunt Deo nota. Et hoc modo se habẽt occulta peccata ad iudicium diuinũ, sicut publica ad humanũ. Et tamẽ plerunq; Deus peccatores quasi secreta admonitione arguit, interius inspirando vel vigilãti, vel dormiẽti': secundũ illud Iob 33. Per somniũ in visiõe nocturna, qñ irruit sopor sup homines, tunc aperit aures virorũ: & erudiés eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his quæ fecit.

¶ Ad secundũ dicendum q Dominus peccatum Iudæ, tanquã Deus, sicut publicũ habebat, vnde statim poterat ad publicandum procedere. Tamen ipse non publicauit, sed obscuris verbis eum de peccato suo admonuit. Petrus autem publicauit peccatum occultum Ananiæ & Sapphiræ, tanquam executor Dei, cuius reuelatione peccatum cognouit. De Ioseph autem credendum est, quòd fratres suos quandoque admonuerit, licet non sit scriptum. Vel potest dici, quòd peccatum publicum erat inter fratres : vnde dicit pluraliter. Accusauit fratres suos.

¶ Ad tertiũ dicendum, q quãdo imminet periculum multitudinis, non habent ibi locum hæc verba Domini: quia tunc frater peccans, non peccat in te tantum.

¶ Ad quartum dicendũ, quod huiusmodi proclamationes, q in capitulis Religiosorum fiũt, sunt de aliquibus leuib⁹ quę, famæ non derogãt, vnde sunt quasi quædã cõmemorationes potius oblitarũ culparũ, quàm accusationes vel denũtiatiões. Si essent tamen talia, de quib⁹ frater infamaretur, contra præceptũ Dñi ageret, q p hunc modũ peccatũ fratris publicaret.

¶ Ad quintum dicendum, quod Prælato non est obediendum contra præceptum Domini, secundũ illud Act. 5. * Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Et ideo quando Prælatus præcipit, vt sibi dicatur quòd quis sciuerit corrigẽdum, intelligendum est præceptum sanè', saluo ordine fraternæ correctionis, siue præceptum siat cõmuniter ad omnes, siue ad aliquem specialiter. Sed si Prælatus expresse præciperet contra hunc ordinem à Domino institutũ, & ipse peccaret præcipiens & ei obediens, quasi contra præceptum Domini agens. Vnde nõ esset ei obediendum, quia Prælatus non est iudex iudiciorum occultorũ, sed solus Deus. Vnde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi inquantum per aliqua indicia manifestantur, puta per infamiam, vel per aliquas suspiciones : in quibus casibus potest Prælatus præcipere eodem modo, sicut & iudex secularis vel ecclesiasticus potest exigere iuramentum de veritate dicenda.

Sup cap. 18. Matt.

¶ Ad hoc dicitur, q inquisitio, propriè loquendo, non habet locum in processu p denuntiationem, quoniã inquisitionẽ præcedere debet infamia : ita q etiam si duo vel plures iurent vidisse se aliquem cõmisisse crimen aliquod, & nulla adest infamia : non est propterea inquirendũ, vt in cap. Inquisitionis. extrà, de accusationib. dicitur. Sed nec est puniẽdus iudicialiter nisi fraterna correctione præmissa, processum sit per denuntiationis viam vt prædictũ est. Præcipere autem potest Prælatus subditis inductis per testes, quũ per denũtiationem proceditur, de veritate dicenda: sicut iudex iuramentũ potest exigere. Excepto igitur Autoris in litera non restringitur ad casum, quando proceditur p denuntiationem: sed in communi loquitur ad perfectionẽ doctrinę, quãdo obligat præceptum Prælati, vt pæter ex eo quod dicit, puta per infamiam. Constat namque infamiam ad formã pertinere inquisitionis.

¶ Sup Questionis trigesimæ tertiæ Articulum octauum.

IN articul. 8. aduerte, q duplex remedium cõtra peccatũ, inquantum nocet ipsi peccanti, statutum est. Primũ consummabile à quocunque: & est secreta monitio. Secũdum consummabile à solo Prælato: & est medicinalis punitio ,ppter ipsum sanandum, vt vel coactus pœna emendetur. Et à primo pertinitur ad vltimum per medium, testium scilicet adhibitionẽ, vt in litera dicitur. Et hinc habes affinitatem supradictã inter præceptum de correctione fraterna datum cuilibet, & de correctione prælatiua ad emendationem ipsius fratris.

¶ In eodẽ arti. in respõsione ad primum, dubiũ ex Durand. in prædicta questione stimulat. Vide quã Autor hic reprobat, quia enim sequi opinionẽ quo ad hoc q crimine fratris existẽte occulto non sint adhibendi testes, si actus iteretur, vt conuincatur : quia non debemus esse alienæ vitæ exploratores, secundum

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum testium inductio debeat præcedere publicam denuntiationem.

3 dist. 19. q. 2. art. 3. quæst. 2. & quoli. 11. art. 12. & 13.

AD OCTAVVM sic ꝓceditur. Videtur quòd testiũ inductio non debeat præcedere publicã denuntiationẽ.

Peccata

Universidad de Deusto Biblioteca

dum Aug. Et quia magis eſt ſecūdum charitatem in tali caſu reuelare ei, qui poteſt impedire iterationē actus quàm permittere & afferre teſtes. Et ad autoritatem Auguſtini in regula dicit, ꝙ non videtur loqui de eo quod eſt crimen ſecūdum ſe, ſed occaſio criminis, ſcilicet fixione oculi. Nec dicit ad hoc explorandum teſtes induci, ſed ſi forte aliqui ſint præſentes, qui non aduertunt, inducendi ſunt vt aduertant.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ mirum eſt de iſto homine, & preceptū Dñi, Matth. 18. & verba Aug. in regula non aduertente. Aug. enim expreſſe in regula, & de quolibet ſe loqui fatetur, cùm dicit, Et hoc ꝙ dixi de oculo nō figendo, etiam in cæteris inueniendis, prohibēdis, indicandis, conuincēdis, iudicandiſq; peccatis diligenter & fideliter obſeruetur: & teſtib⁹ demonſtrandum ſi poſt admonitionem idipſum fecerit, vt duorum vel trium poſſit ore conuinci, expreſſe dicit, Quid clarius? Vnde dicendum eſt quòd ſi eſt ſpes correctionis, quia vel coram ipſis erubeſcens reſipiſcet, vel quia vexatio dabit intellectum, abſque dubio ex charitate demonſtrandum eſt, ſi iteratur peccatum propter rationem Augu. ſcilicet qa fratres noſtros, quos indicādo corrigere poſſumus, non debemus tacendo permittere perire. Nec hoc eſt exploratorem fieri alienæ vitæ, ſed occurrentem morbum proximi velle demonſtrando curare: ex quo ſimplex admonitio non ſufficit ad curam illius. Sapiens enim & amicus medicus infirmū, ſi non poteſt leuiori remedio curare, grauiori vtitur ad medelam. Nec eſt verum quod magis eſſet ſecundum charitatem indicare ei, qui impediret iterandum actū, quoniam hoc remediū non eſt curatiuum morbi, quoniam impeditus à reiterando reiteraret ſi poſſet. Charitas autē quærit ſanare morbum proximi. Et propterea ſuadet demonſtrare iterandum actum, ne putreſcat occultus morb⁹. Non tamen propterea occaſio ei danda eſt, vt iteret actum malū: quoniam non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. Sed permittendus eſt iterare adhibitis teſtibus, vt vel ſic curetur. Omnis enim fructus eſt, vt auferatur peccatum.

De verb. do. Ser. 16 tom. 10. — *Cap. 23. tom. 1.* — *Reg. 3. c. 23. tom. 1.* — *art. 6. huius q.*

¶ In eadem reſponſione ad primum, dubium occurrit. An inductis teſtibus ad videndum iteratum crimen, ſi deſit ſpes emendationis peccatoris, procedendum ſit ad publicam denuntiationē. Et eſt ratio dubij, quia apparet, quòd non eſt procedendum ex eo, quòd non eſt ſpes emendationis, ad quam ordinatur denuntiatio. Apparet quoque oppoſitum ex eo, quod crimen iam non eſt amplius occultum: quoniam poteſt teſtibus conuinci.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum procedere in criminibus corrigendis, ordinetur ad emendationem peccatoris, vt ad finem, vt ex Auguſtino in regula, & extra, de accuſationibus, capit. ſuper his, patet, & ex fine ſumenda ſit ratio eorum, quæ ad finem ordinantur: ſi poſt inductionem teſtium probabiliter creditur, quòd peccator videns ſe denuntiatum, deterior efficietur, deſiſtendum eſt à denuntiatione. Et ſimiliter ſi poſt denuntiationem probabiliter conſtet, quòd ſi conuincatur, ibit in perditionem, debet iudex non procedere ad conuincendum hominem talem: & hoc dico, ſi peccatum eſt tale quod ſibi ſoli nocet. Secus enim eſſet ſi peccatum eſſet in aliorum nocumentum vel periculum, quoniam tunc non ipſius ſolius habenda eſt ratio. Nec obſtat, ꝙ peccatum iam non eſt occultum, quoniam adhuc infrà latitudinem occultorum computatur, quando alios non ſcandalizat, nec nocet alicui alteri, quamuis tribus aut quatuor tacentibus notum ſit.

Peccata enim occulta nō ſunt aliis manifeſtanda, qa ſic homo magis eſſet proditor criminis, quā corrector fratris: vt Augu.* dicit. Sed ille, qui inducit teſtes, peccatum fratris alij manifeſtat. ergo in peccatis occultis nō debet teſtium inductio præcedere publicam denunciationem.

¶ 2 Præterea, Homo debet diligere proximum, ſicut ſeipſum. Sed nullus ad ſuum peccatum occultum inducit teſtes. ergo neque ad peccatum occultum fratris debet inducere.

¶ 3 Præterea, Teſtes inducuntur ad aliquid probandum, ſed in occultis non poteſt fieri probatio per teſtes: ergo fruſtra huiuſmodi teſtes inducuntur.

¶ 4 Pręterea, Aug. dicit ī regula,* ꝙ prius Præpoſito debet oſtēdi, quàm teſtib⁹. Sed oſtēdere Præpoſito vel Prælato, eſt dicere Eccleſiæ. Nōn ergo teſtiū inductio debet præcedere publicā denunciationem.

¶ SED CONTRA eſt quod Dominus dicit Matth. 18. Adhibe tecum vnū vel duos, vt in ore duorum, &c.

¶ RESPONDEO, dicendum ꝙ de vno extremo ad aliud extremum conuenienter trāſitur p medium. In correctione autē fraterna dñs voluit, ꝙ principiū eſſet occultum, dum frater corriperet fratrem inter ſe & ipſum ſolum. Finem autem voluit eſſe publicū, vt ſcilicet eccleſię denuntiaretur. Et ideo cōuenienter in medio ponitur teſtiū inductio: vt primò paucis indicetur peccatū fratris, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe, vt ſaltem ſic ſine multitudinis infamia emendetur.

¶ AD PRIMVM, ergo dicendū, ꝙ quidā ſic intellexerunt ordinē fraternæ correctionis eſſe ſeruādum, vt primò frater ſit in ſecreto corripiendus, & ſi audierit, bene quidē: ſi autē non audierit, ſi peccatū ſit omnino occultū, dicebāt non eſſe vlterius ꝓcedendum. Si autē incipit iam ad notitiā plurium deuenire, aliquib⁹ indiciis debet vlterius ꝓcedi, ſecūdū quod dñs mādat. Sed hoc eſt cōtra id quod Auguſt. dicit in regula,* ꝙ peccatum fratris non debet occultari ne putreſat in corde. Et ideo aliter dicendū eſt ꝙ poſt admonitionem ſecretā ſemel vel pluries factā, quādiu ſpes ꝓbabiliter habetur de correctione, p ſecretā admonitionem ꝓcedendum eſt. Ex quo autē probabiliter iam cognoſcere poſſumus, ꝙ ſecreta admonitio non valet, ꝓcedendum eſt vlterius, quātuncunq; ſit peccatū occultum ad teſtiū inductionē. Niſi fortè probabiliter æſtimaretur, ꝙ hoc ad emendationē fratris nō proficeret, ſed exinde deterior redderetur: qa propter hoc eſt totaliter à correctione ceſſandum, vt ſupra dictum eſt.*

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ homo non indiget teſtibus ad emendationē ſui peccati: quod tamen poteſt eſſe neceſſarium ad emendationem peccati fratris. Vnde non eſt ſimilis ratio.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ teſtes poſſunt induci propter tria. Vno modo ad oſtendendū, ꝙ hoc ſit peccatū, de quo aliquis arguitur, vt Hieron. dicit: ſecundo modo ad cōuincendum de actu, ſi actus iteratur, vt Auguſt. dicit in regula: tertio modo ad teſtificandum, quòd frater admonens fecit qđ in ſe fuit, vt Chry.* dicit.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Aug. intelligit, quòd prius dicatur Prælato, quam teſtibus, ſecundum quod Prælatus eſt quędam ſingularis perſona, quæ magis poteſt prodeſſe quàm alij: non autem, quòd dicatur ei tanquam Eccleſiæ, id eſt ſicut in loco iudicis reſidenti.

QVÆSTIO TRIGESIMA-quarta de Odio, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de vitiis oppoſitis charitati. ¶ Et primò de odio, quod opponitur ipſi dilectioni: ſecundò, de accidia, & inuidia, quæ opponuntur gaudio charitatis: tertiò, de diſcordia & ſchiſmate, quę opponuntur paci: quartò, de offenſione & ſcandalo, quæ opponuntur beneficētiæ & correctioni fraternæ. ¶ Circa primum quæruntur ſex. ¶ Primò, vtrū Deus poſsit odio haberi. ¶ Secūdò, vtrum odium Dei ſit maximū peccatorū. ¶ Tertiò, vtrum odiū proximi ſemper ſit peccatum. ¶ Quartò, vtrum ſit maximum inter peccata, quæ ſunt in proximum. ¶ Quintò, vtrum ſit vitiū capitale. ¶ Sextò, ex quo capitali vitio oriatur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum quis poſſit Deum odio habere.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ Deum nullus odio habere poſsit. Dicit enim Dionyſ. 4. cap.* de Diuinis nominib⁹, ꝙ omnibus amabile & diligibile eſt primum bonum & pulchrum. Sed Deus eſt ipſa bonitas & pulchritudo. Ergo à nullo odio habetur.

¶ 2 Præterea, In apocryphis Eſdræ dicitur, ꝙ omnia inuocant veritatem, & benignantur in operibus eius. Sed Deus eſt ipſa veritas, vt dicitur Ioan. 14. ergo omnes diligunt Deum, & nullus eum odio habere poteſt.

¶ 3 Præterea, Odium eſt auerſio quædā. Sed ſicut Dionyſ. dicit in 1. cap. de Diui. no. Deus omnia ad ſeipſum conuertit. ergo nullus eum odio habere poteſt.

¶ SED CONTRA eſt, quod dicitur in Pſalm. 73. Superbia eorū, qui te oderunt, aſcēdit ſemp: & Io. 15. Nunc autē & viderunt & oderunt me, & Patrē meum.

¶ RESPONDEO, dicendum ꝙ ſicut ex ſuprà dictis patet,* odium eſt quidam motus appetitiuæ potentiæ, qui non mouetur niſi ab aliquo apprehēſo. Deus autem dupliciter ab homine apprehendi poteſt. Vno modo ſecundū ſeipſum, puta cùm p eſſentiā videtur. Alio modo per effectus ſuos, cùm ſcilicet inuiſibilia Dei p ea quæ facta ſunt, intellecta cōſpiciuntur. Deus autē p eſſentiam ſuam eſt ipſa bonitas, quā nullus habere odio pōt, qa de ratione boni eſt, vt ametur. Et ideo impoſſile eſt, ꝙ aliquis videns Deum per eſſentiam, eum odio habeat. Sed effectus eius aliqui ſunt, qui nullo modo poſſunt eſſe cōtrarij voluntati humanæ: qa eſſe, viuere, & intelligere, eſt & appetibile & amabile omnib⁹: quæ ſunt quidā effectus Dei. Vnde etiā ſecundū quod Deus apprehēditur vt actor horū effectuū, nō poteſt odio haberi. Sunt autē quidam effectus Dei, qui repugnāt inordinatæ volūtati: ſicut inflictio pœnæ, & etiam cohibitio peccatorū per legē diuinam, quæ repugnat voluntati deprauatæ p peccatum. Et quantū ad conſiderationē talium effectuū ab aliquibus Deus odio haberi poteſt, inquātum ſcilicet apprehēditur peccatorum prohibitor, & pœnarū inflictor.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ ratio illa ꝓcedit quātum ad illos, q vident Dei eſſentiā, q̄ eſt ipſa eſſentia bonitatis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procedit quantum ad hoc, quòd apprehenditur Deus vt cauſa illorum effectuum, qui naturaliter ab hominibus amantur: inter quos ſunt opera veritatis præbētis ſuam cognitionem hominibus.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ Deus cōuertit omnia ad ſeipſum, inquantum eſt eſſendi principiū: quia omnia inquantū ſunt, tendūt in Dei ſimilitudinē, q eſt ipſum eſſe.

¶ Sup Quæſtionis trigeſimæquartæ, Articulum primum.

IN articulo primo quæſtio. trigeſimæquartę diligenter & cautè aduerte, quòd verba literæ poſſunt bene & male intelligi. Male quidem, ſi ex eis ſumatur, quòd odium non poteſt terminari ad ipſum Deum, ſecundum id quod eſt in ſeipſo ſed ſolùm, ſecundum quod induit rationem cauſæ alicuius diſplicētis alicui. Hic ſiquidem ſenſus apparet in ſuperficie literæ: ſed falſus eſt & alienus ab Autoris intentione. Falſus quidem, quia poſſum ex iniqua voluntate velle, quòd Deus non ſit, quamuis ſciam hoc eſſe impoſſibile. Voluntas enim peruerſa etiā impoſſibilium eſt. Inquit enim peccator, Quamuis ſciam hoc nō poſſe eſſe: tamen ego vellem, quòd ſic eſſet, vt opto. Nec obſtat, quòd voluntas impoſſibilium ſit velleitas: quia velleitas talis maximū peccatum eſt, & atteſtatur quàm mala voluntas eſſet efficaciter, ſi poſſet, vt patet in damnatis. Alienus autem ab Autoris intentione comprobatur ex articulo ſequenti: vbi odium Dei ideo peſſimum ponitur, quia opponitur optimo, ſcilicet charitati. Conſtat autem oppoſita eſſe circa idem, & charitatem diligere Deum in ſeipſo ſecundum id ꝙ eſt in ſeipſo: ac per hoc odium oppoſitum velle malum Deo ſecundum id quod eſt in ſeipſo ſecundum ſe. Et propterea eſt maximum peccatorum, ſicut charitas eſt maxima virtutum: vt ex ſupradictis comparando virtutes theologicas patet. Bene autem intelligitur litera, ſi intelligamus, quòd volūtas non poteſt exire in actum odij reſpectu Dei, ex clara Dei viſione: quia tunc obiectum mouens voluntatem eſt vndique bonum, & voluntas naturaliter in illud tendit actu amoris. Nec ex apprehenſione ipſius, vt cauſa naturaliter à nobis amatorum eadē ratione, qua nec ipſi effectus poſſunt odio haberi, vt ſuperius declarauimus. Sed ex apprehenſione ipſius, vt autor eſt effectuum diſplicentium, poteſt voluntas odio habere Deum, ita quòd licet apprehenſio inchoet ab effectu, & Deo vt cauſa, odium tamen terminari poteſt ad ipſum Deum ſecundum ſe, & tunc propriè eſt odium Dei, quamuis etiam infra latitudinem odij Dei, ſit odio habere eum, vt cauſam talis rei ſibi diſplicentis: quoniam Deus eſt cauſa per intellectum, & voluntatem, & actionem: quæ omnia ſunt ipſe Deus. Sed peius odium in primo gradu eſt poſitum, quòd contra Deum in ſeipſo directè penetrare intendit. Quia ergo odij obiectum vt ſic, eſt malum: vel malū apparens, in litera ratio apparētis mali redditur, quare ſcilicet Deus apparet alicui malus. Terminus autē odij, qđ ſcilicet ex hac apparētia odio habeatur, Deus ipſe dictus eſt in hoc art. inquantū cauſa talis effect⁹, & hic eſt terminus odij Dei neceſſario. In ſequēti verò ponitur termin⁹ Deus abſolutè: & hic eſt terminus odij poſſibiliter. Non enim oportet odiū Dei in quocunq; in tm̄ progredi malū, vt etiā in ipſum Deū ſecundum ſe penetrare intendat: puta ꝙ nollet eum eſſe trinū, & vnū, &c. Ex his autem habes vnde vel accuſantes, vel ignorātes doctrinā Autoris repellere, vel docere valeas diſtinguēdo de odio haberi in ratione motiui, vel terminatiui tātum. Et dicendo ꝙ Deus ſecundū ſe in ratione motiui nō poteſt odio haberi, quia non poteſt ſeipſum mouere ad ſui odium: quū habeat rationem omnis boni eminēter, ſed in ratione terminatiui poteſt odio haberi: quoniā velleitatis iniquę terminus eſſe poteſt quantūcunq; ſumma bonitas. Dixit autē terminatiui tātùm, quia Deū ſecundum ſe habere rationē vtriuſq; reſpectu odij eſt impoſſibile. In cuius ſignū clarè viſus Deus nō poteſt odio haberi: quia ſecundum ſe & mouet & terminat voluntatē noſtrā.

Hom. 61. tom. 1. — *Suprà q. 13. art. 4. & 4. diſ. 50. q. 2. art. 1. q. 5. & lectā 5. lec. 8. col. 1. & c. 15. le. 5. col. 1. ſi. & Ro. 8. lect. 2. col 2. principio.* — ** Par. 1 li. 3.* — *12. q. 29. art. 1.*

¶ In eodē 1. art. dubium occurrit circa illud, Effectus aliqui Dei ſunt, qui nullo modo poſſunt eſſe contrarij voluntati humanæ, vt eſſe & viuere, &c. Vnde ſecundum qđ Deus apprehēditur vt autor horū, non poteſt odio haberi. Cōtradicimus, inquit Martinus de Magiſtris, beato Thomæ in hac concluſione & ratione. Conſtat enim ꝙ hæc Thomæ ratio nihil concludit: quia aut intelligit de voluntate ordinata, & nihil concludit (quia multa poſſum⁹ velle, & nolle ad quæ ordinata voluntas non ſe extēdit) aut de voluntate, ſiue ordinata, ſiue inordinata, & ſic falſum aſſumitur: quia cōſtat, ꝙ eſſe, viuere, & intelligere repugnāt volūtati inordinatæ. Concluſio verò falſa oſtenditur, tum ex iis, qui interimūt ſeipſos: tum quia Deus ſi cōſeruaret vitā, operam efficacem danti ad interimendū ſe, odio haberetur vt autor vitæ illius: tum quia de Iuda ſcriptum eſt, Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet: tum quia ſicut Mithridates odio habuit conſeruatiuum ſuæ vitæ contra aſſumptū venenū, ita odio habuiſſet quodcunque animatum conſeruans tunc ſuam vitam.

Infra q° 39. arti. 2. ad 3. Et 1.2. q. 73. arti. 4. ad tertium. — *q. 14. art.*

¶ Ad hæc dicitur, ꝙ ſermo formalis omnia ſoluit, & oſtendit veram eſſe doctrinā hanc. Eſſe nanque & viuere, & huiuſmodi dupliciter conſiderari poſſunt. Primò, ſecundum id quod ſunt: ſecundo, ſecundū aliquid eis adiunctum. Si conſideretur eſſe ſecundū ſe ſic, quum nihil habeat in ſe fugibile, non pōt odio haberi: ſi verò conſideretur ſecundum adiunctā ſibi miſeriam, vel pœnam, vel quodcunque aliud contrariū voluntati alicuius, ſic poteſt odio haberi. Et quia primo modo conſideratur p ſe & formaliter, ſecūdo autem modo p accidens: ideo doctrina Autoris primo modo loquens, non eſt impugnanda, ſed veneranda & explicāda pro minus eruditis. Eſt igitur literæ huius cōcluſio & ratio, quòd quia iſti effectus, ſcilicet eſſe, viuere, &c. nihil in ſe continēt contrariū humanæ voluntati, ſiue ordinatę, ſiue inordinatę, ideo nec ipſi ſecundum ſe, nec Deus vt autor eorum ſecundum ſe poteſt odio haberi. Et ratio quidem ſtat ſolida & efficax: quia impoſſibile eſt odio haberi niſi contrarium. Nulli autem voluntati quantumcunque inordinatæ contrarium eſt eſſe, aut viuere ſecundum ſe, quāuis ſit alicui contrarium ſecundum aliquid adiunctum in re vel apparentia. Et per hoc patet ſolutio omniū obiectionū. Nam interimentibus ſeipſos, & Mithridati, & damnatis, & Iudæ, abominabilis erat vita propter adiunctam miſeriam, & Iudæ melius in veritate fuiſſet nō eſſe natum propter adiunctam iniquitatem & maiorē miſeriā. Diſtinctio ergo p ſe & per accidēs, hoc eſt per aliud, omnia tibi in hac materia aperiet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum odium Dei ſit maximum peccatorum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ odiū Dei non ſit maximum peccatorum. Grauiſsimum enim peccatum eſt peccatum in Spiritum ſanctum, quod eſt irremiſsibile, vt dicitur Matth. 12. Sed odiū Dei non cōputatur inter ſpecies peccati in Spiritū ſanctum, vt ex ſuprà dictis* patet. ergo odium Dei non eſt grauiſsimum peccatorum.

¶ 2 Præterea, Peccatū cōſiſtit in elōgatione à Deo. Sed magis videtur eſſe elongatus à Deo infidelis, qui nec Dei cognitionem habet, quàm fidelis, q ſaltem quāuis Deū cognoſcat, ipſum tamē odio habet. ergo videtur, ꝙ grauius ſit peccatū infidelitatis, quàm peccatum odij in Deum.

¶ 3 Pręterea, Deus habet odio ſolū ratiōe ſuorū effectuū, qui repugnāt voluntati, inter quos præcipuus eſt pœna. Sed odire pœnā, non eſt maximum peccatorū. Ergo odium Dei nō eſt maximū peccatorum.

¶ SED CONTRA eſt, ꝙd optimo opponit̃ peſſimū: vt patet p Philoſophū in 8. Ethi.* Sed odiū Dei opponitur dilectioni Dei, in qua cōſiſtit optimum hominis. Ergo odiū Dei eſt peſſimū peccatū.

¶ RESPONDEO, dicendū ꝙ defectus peccati cōſiſtit in auerſione à deo, vt dictū eſt.* Huiuſmodi autē auerſio ratione culpæ nō haberet, niſi volūtaria eſſet. Vnde ratio culpæ cōſiſtit in voluntaria auerſione à deo. Hæc autē volūtaria auerſio à deo p ſe quidē importat̃ in odio dei, in aliis autē peccatis quaſi participatiuè, & ſecundū aliud. Sicut em̄ voluntas p ſe inhæret ei, quod amat, ita ſecundū ſe refugit id quod odit. Vnde quando aliquis odit deū, voluntas eius ſecundū ſe ab eo auertitur. Sed in aliis peccatis, puta cùm aliquis fornicat̃, non auertitur à deo ſecundum ſe, ſed ſecundū aliud: inquantū ſcilicet appetit inordinatā delectationē, quæ habet annexam auerſionem à deo. Semper autem id, quod eſt per ſe, eſt potius eo, quod eſt ſecundum aliud. Vnde odium dei inter alia peccata eſt grauius.

¶ AD PRIMVM, ergo dicendum, ꝙ, ſicut Grego. dicit 25. Moralium,* aliud eſt bona non facere, & aliud eſt bonorū odiſſe datorem: ſicut aliud eſt ex præcipitatione, aliud ex deliberatione peccare. Ex quo datur intelligi, ꝙ odire deū omnium bonorum datorem, ſit ex deliberatione peccare: quod eſt peccatū in ſpiritū ſanctum. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ odium dei maximè eſt peccatū in ſpiritum ſanctum, ſecundū quod peccatū in ſpiritum ſanctum nominat aliquod genus ſpeciale peccati. Ideo tamen non computatur inter ſpecies peccati in ſpiritum ſanctū: quia generaliter inuenitur in omni ſpecie peccati in ſpiritum ſanctum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ipſa infidelitas non habet rationē culpæ, niſi in

¶ Super Quæſtionis trigeſimæ quartæ Articulum ſecundum.

IN articul. 2. eiuſdem 34. quæſtion. recolito, ꝙ iuxta ſuperius dicta, ſicut dupliciter cōſideratur amor, ſ. ſecundū concupiſcentiā & ſecundū amicitiā & ſecundū concupiſcentiā terminatur ad rē concupitā, ſecundū amicitiā ad perſonā cui cōcupiſcitur: ita dupliciter ſumitur odiū, ſecundū abominationē, & terminatur ad rē contrariā: & ſecundū inimicitiā, & terminatur ad perſonā, cui malum volumus. Et intelligēda eſt differētia hæc terminorū formaliter ex hoc, qa pſona vt ſic, eſt obiectum odij & inimicitiæ, & res vt ſic obiectū odij abominationis, ſicut in amore cō cupiſcentiæ, & amicitiæ contingit: ita ꝙ ſi quandoq; perſona contraria appetitui nr̄o occurrit, quā tamen aliter amamus, habetur odio abominationis, vt habet rationē rei contrariæ nobis, vt patet de matre odiente vitā filiæ, pro qua à viro ſuo deſpicitur, cui tā filiæ benefacit continuè. Ex hac autē differētia ſequitur, quòd odij actus dupliciter exprimitur, ſcilicet p ly Nolle aliquid, & per ly Malum velle alicui. Vt enim terminatur ad rem & habet rationem refutantis & abominantis, exprimitur per volūtatis actum, qui eſt nolle illud, vt in exemplo dato, mater de liberatē nollet vitam filiæ contrariam amori concupiſcētiæ, quo vult ſe amari à viro. Vt autē terminatur ad perſonā, & habet rationē inimicitiæ, exprimitur per velle malum illi perſonæ: quod in exemplo dato non habet directè locum, quia non vult mater filiæ ſecundum ſe malum mortis. In cuius ſignum infirmam fouet, & adiuuat, vt viuat: ſed eſt conſideranda via redundantiæ: quoniam odium abominationis quando terminatur ad perſonam ſub ratione rei, ſed formaliter refutet contrarium amori concupiſcentiæ. Redundat tamen in contrariū amoris amicitiæ, vt in exemplo dato, licet mater refutet vitam filiæ, vt contrarium amabilitati propriæ à viro, tamen ex hoc conuincitur, quòd magis amat ſe gratam viro, quàm vitam filiæ: ac per hoc vult potius filiæ malum mortis, quàm ſibi malum minoris gratiæ coram viro, & ſic per viam redundantiæ odium abominationis, quando eſt ad rem, quæ eſt perſona, vel aliquid eius aliquo modo, ſiue vt pars, ſiue vt poſſeſſio, vel huiuſmodi, eſt etiam odium inimicitiæ. Ex his autem habes, & quòd Deus odio habetur à peccatore. Primò, vt res contraria ſuæ peruerſæ voluntati, & hoc dupliciter: primò participatiuè, quum ſcilicet tranſgreſſio fit præceptorum. Secundò formaliter, quum peruenitur ad ipſum peccatum odij Dei. Cùm enim aliquis furatur voluntariè, refutat præceptum Dei, ac per hoc interpretatiuè refutat Deum prohibitorem illius, vt contrarium ſuæ voluntati, qua vult habere alienum: ſi autem in tantum malitia excreuerit, vt in ipſum prohibitorem dirigat aciem intentionis, iam odium abominationis eſt Dei, vt eſt res contraria amori concupiſcentiæ. Et quia, vt dictum eſt, odium abominationis perſonæ redundat in odium inimicitiæ eiuſdem: ideo in quolibet peccato participatiuè clauditur odium Dei vtroque modo, ſcilicet quòd referatur Deus ordinator, & quod vult, interpretatiuè tamen, peccator Deo ordinatori malum oppoſitum, puta non eſſe ordinatorem. Deinde ſi contingat ſcelus creſcere, formaliter odio habet Deum vt ordinatorem. Et ſi amplius creſcat in immenſum, etiam formaliter Deum ipſum in ſeipſo odio inimicitiæ proſequitur, in quo conſummatur ſumma iniquitatis. Et quoniam peccatum mortale omne opponitur charitati, quæ eſt amicitia ad Deum ſecundum ſeipſum: ideo etiam huiuſmodi odium participatiuè clauditur in omni peccato mortali, pro quanto in eo clauditur voluntas, quod Deus non ſit Deus. Ex hoc nanque, quod aliquid præponitur Deo in amore, aufertur quantum eſt ex parte huiuſmodi amantis à Deo natura ſua, quæ omnibus præponitur, & ſi hoc non penetras, memento, quòd hoc quod facit affirmatio vel negatio in intellectu, facit proſecutio vel fugam

D. 1179. — *Cap. 10. tom. 5.* — *1.2. q. 71. art. 6.* — *Cap. 16.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ga in voluntate. Ac per hoc sicut intellectus affirmans alium Deum: aut negans proprietatē Dei, aufert à Deo, quod sit Deus: ita voluntas nolens Deū vt optimū, vt rendens in aliud vt maius, aufert à Deo, q̄ sit Deus: hoc autem sit in omni peccato mortali, & propterea omne peccatū, quod vocatur mortale, verè dignum morte æterna est: vtpote offendens Deum non qualitercunque, sed hostiliter, ad deiciendum scilicet Deū à sua deitate: & ex his patet sensus articuli huius, quare scilicet odium Dei sit grauissimum, & quomodo inueniatur in quolibet mortali.

¶ In eodē artic. 2. in respōsione ad primū dubium ex Martino de Magistris, occurrit contra hāc responsionē Autoris arguente, dicendo. Ista solutio non soluit, quia argumentum procedit de peccato in Spiritum sanctum irremissibili. Solutio autem procedit de peccato in Spiritum sanctum remissibili.

Cap. 28. tom. 2.

¶ Ad hoc dicendū quod cūm omne peccatum in Spiritū sanctum sit irremissibile, obiectio istius est nulla. Ac si propter diuersum modū irremissibilitatis, quia scilicet aliquod peccatum in Spiritum sanctū dicitur irremissibile omnino vt finalis impœnitētia, & ali

Cap. 16.

Supra q. 25. art. 6. Et Psal. 24. co 11.

quod irremissibile ex sui merito vt reliqua, arguēs distinguat irremissibile omnino à remissibili: respondetur, quod assumptū est falsum, scilicet q̄ argumentū loquatur de peccato in Spiritū sanctū irremissibili omnino, hoc est de finali impœnitētia, quoniā tale peccatum, vt suprà in quæst. 10. patet, non est speciale genus peccati: sed potest odium Dei & quodcunque aliud esse in quo quis finaliter pœnitentiam non assumet. Sed argūmentum procedit de peccato in Spiritum sanctum, vt est speciale genus peccati, vt patet tam arguēdo, quū dicitur, Non computatur inter species peccati in Spiritum sanctum, quàm respondendo, quum generis, & speciei meminit, & doctrinæ in primo articulo dictæ quæstionis traditæ, quòd scilicet genus peccati in Spiritum sanctum iuxta tertiam acceptionem sumitur penes peccare ex electione mali, quòd hic vocatur peccare ex deliberatione, quod est distinguendum, vel ex habitus inclinatione, vel contemnendo impeditiuum peccati: sicut ibi distinguitur peccare ex electione mali. Idem enim est iudicium de peccare ex electione & liberatione mali.

¶ In eodem articulo secundo in responsione ad secūdum dubium ex eodem Martino occurrit contra Autorem hic arguente. Hæc solutio, inquit, deficit in hoc, quòd dicit, q̄ infidelitas, quæ est culpa, semper causatur ex odio Dei. Hoc enim constat esse falsum: nam non credere Deum trinum & vnum in multis Paganis, aliunde procedit, vt patet.

¶ Secundo deficit in hoc, quòd innuit quòd peccatum, quod est causa, semper est grauius eo quod ex illo causatur. Nam odium oritur frequenter ex ira, & secundum Thomam ex inuidia: & tamen est grauius vtraque: & multa mortalia oriuntur ex venialibus. Imò hæc opinio non concordat dictis eiusdem Thomæ art. 5. eiusdem quæstionis, vbi probando quòd odium non est vitium capitale, assumit hoc principium. In iis, quæ contra naturam sunt, ciiusmodi sunt omnia vitia, paulatim & non subitò illud quod est contra naturam corrumpitur: & ex hoc probat odium non esse vitium capitale. Ex quo videtur inferri duo. Primum est quòd ex odio Dei non oritur infidelitas. Secundū est, quòd ex hoc, quòd odium Dei est causa infidelitatis, non potest inferri, quòd odium Dei sit infidelitate grauius.

¶ Ad hæc dicitur, quòd argumenta laborant quasi in æquiuoco, quoniam sermo literæ partim est de odio participatiue, seu secundum effectum, & partim de odio speciali peccato, & secundum affectum. Quum enim dicitur, quòd odium est ratio culpæ seu peccati in infidelitate, sermo est de odio participatiue, & secundum effectum. Quum autem dicitur, quòd odium est grauius peccatum, sermo est de odio secundum se, seu secundum affectum. Nec hoc est Sophisticum & indignum doctrina: sed ex eo, quòd est per participationem ostendere seipsum secundum se, sicut si ex ignitis ostenderetur natura ignis. In quolibet enim peccato mortali, vt iam ostensum est, cluditur odiū Dei, vt ratio peccati mortalis in illo, quod iuxta huius responsionis in litera processum iterum aperitur, vt magis etiam hæc litera pateat. Infidelitas, inquit, habet rationem culpæ ex hoc quod est voluntaria: quia, &c. Quod autē sit voluntaria supple mortaliter, habet ex odio secundum effectum contra veritatem fidei. Patet enim in infidelitate inueniri voluntariam refutationē veritatis diuinæ, quæ est odium secundum effectum ipsius diuinæ veritatis, ex quacunque causa infidelitas oriatur. Et patet huiusmodi odium in ea inuentum, esse rationem voluntarij peccati mortalis in illa: quoniam tale odiū est actus voluntaris participatus in infidelitate, quo actus dicitur voluntarium mortale, quod conuincitur ex eo, q̄ in quolibet peccato mortali oportet inueniri formaliter, vel participatiuè actus voluntarios cōtrarios dilectioni Dei, quæ est charitas: alioquin peccatum mortale nō esset. Nam quòd charitati non contraria tur, cum illa stat, & mortale peccatum non est. Ex hoc autem, quod odium Dei participatiuè, seu secundum effectum est ratio voluntarij peccati mortalis in infidelitate, & in reliquis peccatis mortalibus, optimè infertur, quod odiū Dei secundum se, secundum affectum, & quod est odium Dei, vt est speciale peccatum, est grauius cæteris: sicut id quod est per essentiā, est maius eo quod est per participationem, sicut essentialis causa gratuitatis peccati est secundum se grauior suo effectu.

Cap. 4. & 5. 20. & 11. 4. cap. 11.

1. 2. q. 29 art. 2.

Infrà q. 158. ar. 4. & 6. Et 1. 2. q. 46. art. 6. & ma. q. 12. ar. 4. et 5.

¶ Ad primum ergo in oppositum dicitur, quod aliud est infidelitatem causari ex odio Dei, & aliud culpabilitatem & peccatum in infidelitate causari ex odio dei. Autor non dixit primū. sed secundum: & tamē argumētum primo modo procedit. Et rursus, Autor non loquitur de odio Dei secundum se, sed secundum effectum.

c. 12. to. 3.

¶ Ad secundum dicitur, quòd Autor nunquam somniauit, quòd arguēs sumit, scilicet quòd peccatum, quod est causa, semper sit grauius peccato, quod causatur: sed vt dictum est, & in litera patet, dicit quod peccatum quod est causa, supple per se & essentialis, voluntarij, culpabilitatis, & peccati in actu peccati, ex suo genere est grauius peccato, quod est eius, quantum ad hæc, effectus. Hæc autem propositio est euidens: quoniam ex quo vtrunque est peccatum, & hoc habet rationem peccati voluntarij: quia illud est peccatum voluntarium, oportet vt illud sit maius peccatum, & magis voluntarium, ac per hoc grauius, iuxta illlam maximam. Propter quòd vnumquodque, illud magis. Et rursus iuxta illam, Quod est per essentiam seu secundum se, est maius participatis. Et hoc in proposito locum habet: quia quamuis de facto participatū, seu secundum effectum odium inueniatur sine hoc, quod deturetur ab odio secundum se, & secundum affectum: secundum tamen habitudinem eorum inter se odium secundum effectum habet propria causa odium secundum affectum, & est illo imperfectius, hoc est minus malum, vtpote effectus participatus sua causa secundum se: & hoc intendit litera. Vnde non oportet obiecta aliter soluere: quia non contra hunc planum sensum literæ procedunt, sed contra impositam à seipso Martino phantasiam, vt prædictum est. Et scito, quod inter infidelitatem & alia peccata, quo ad causari ex odio Dei, quo ad culpam, &c. hæc est differentia, quod infidelitas causatur, vt effectus proximus. Peccata verò contra proximum, vt iniustitia, & huiusmodi, causantur, vt effectus remoti. Et ratio est, quia infidelitas & odium Dei communicantur in obiecto, scilicet Deo. Infidelitas enim contra veritatem diuinam, quę Deus est, peccat, & similiter odium Dei contra Deum est. Odium ergo veritatis diuinæ secundum effectum in infidelitate conuenit cum odio Dei secundum effectum in obiecto. Et propterea infidelitas cognata est odio Dei. Reliqua peccata, quæ non habent Deum pro obiecto, licet odium Dei includant, vt prius declaratum est, remotiora sunt à Dei odio propter alietatem obiecti.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum omne odium proximi sit peccatum.

AD TERTIVM sic, q̄ceditur. Videtur, quòd nō omne odium proximi sit peccatum. Nullum enim peccatum inuenitur in præceptis, vel consiliis legis diuinæ: secundum illud Prouerb. 9. Iusti sunt omnes sermones mei: non est in eis prauum quid, nec peruersum. Sed Luc. 14. dicitur, Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem, non potest esse meus discipulus. Ergo non omne odium proximi est peccatum.

¶ 2 Præterea, Nihil potest esse peccatū in quo Deū imitamur. Sed imitādo Deum, quosdā odio habemus. Dicitur em̄ Rom. 1. Detractores, Deo odibiles. ergo possumus aliquos odio habere absq; peccato.

¶ 3 Præterea, nihil naturalium est peccatū: quia peccatū est recessus ab eo, quod est secundum naturā, vt Dam. dicit in secundo libro. *Sed naturale est vnicuique rei, quòd odiat illud quod est sibi contrarium, & quòd nitatur ad eius corruptionem: ergo videtur non esse peccatum q̄ aliquis habeat odio inimicum suum.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur. 1. Ioan. 2. Qui odit fratrem suum, in tenebris est. Sed tenebræ spirituales sunt peccata. Ergo odium proximi non potest esse sine peccato.

¶ RESPONDEO, dicēdum quòd odium amori opponitur, vt suprà dictum est. *Vnde tantùm habet odium de ratione mali, quantùm amor habet de ratione boni: amor autem debetur proximo secundum id quod à Deo habet, id est, secundum naturam & gratiā. Non autem debetur ei amor secundum id, quod habet à seipso & diabolo, scilicet secundū peccatum & iustitiæ defectum. Et ideo licet habere odio peccatum in fratre, & omne illud quod pertinet ad defectum diuinæ iustitiæ. Sed ipsam naturā & gratiam fratris non potest aliquis habere odio sine peccato. Hoc autē ipsum, quod in fratre odimus culpam & defectū boni, pertinet ad fratris amorem. Eiusdem enim rationis est, quòd velimus bonum alicuius, & quòd odiamus malū ipsius: vn de simpliciter accipiendo odium fratris, semper est cum peccato.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ parentes, quantùm ad naturam & affinitatem, qua nobis coniunguntur, sunt à nobis secundum præceptum Dei honorandi, vt patet Exod. 20. Odiendi autem sunt quantùm ad hoc, quòd impedimentum præstant nobis ascendendi ad perfectionem diuinæ iustitiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Deus in detractoribus odio habet culpam, non naturam. Et sic sine culpa possumus odio detractores habere.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ homines secūdum bonum iustitiæ in punitione nostra. Inimicus autem vult absolutè mihi malum, sicut amicus vult absolutè mihi bonum, cuius etiam signum est, quòd Deus nulli etiam damnato est inimicus, quamuis multos puniat, volens eis non malum absolutè, sed bonum iustitiæ in eis, quod malum pœnæ eorum habet annexum. Vnde soluio est solida: quoniam falsissimum est, quòd naturaliter odio habemus punitores nostros, vt inimicos: licet verum sit, quod naturaliter odio habeamus pœnas.

¶ Super Quæstionis trigesimæquartæ Articulū quartum.

IN articulo quarto dubium occurrit circa rationem redditam, Quare odium proximi, vt deordinat peccantem, est grauius, quàm exterioris actus peccatum contra p̄ximum: quia scilicet per odium deordinatur voluntas quæ est potissimū in homine, & ex qua est radix peccati, oportet siquidem ad hoc, quòd ratio valeat ex alia parte subintelligere, quòd per peccata exteriora in proximum non deordinatur voluntas: quod constat esse falsum. Præterea, peccatum deordinans hominis voluntatem, & aliam eius partem, magis deordinat eum, quàm deordinans voluntatem solam. Sed peccatum actus exterioris in proximum, ita se habet ad odium proximi, vt patet. Ergo. Et confirmatur, quia maior defectus est in ramo & radice, quàm in radice tantum. Sic aūt est iuxta similitudinem literæ, de voluntate, & aliis potētis, seu actibus.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sanè intelligendo, poterit ex alia parte oppositum dici. Est autem sanus intellectus, quod odium deordinat formaliter voluntatem: peccatum autem exterioris actus in proximū non deordinat formaliter voluntatem, sed actū illū exteriorem, quem constat esse alterius potentiæ. Peccatum enim non deordinat formaliter, nisi id in quo est subiectiue. Licet aūt omne peccatum sit radicaliter in voluntate, vt in subiecto: tamen in potentia alia libera & rationali per participationem multa peccata sunt.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd cùm cōparatio sit inter distincta, quando comparantur duo, quorum primum claudit in secundo, non intelligitur cōparatio secundi ad primum, vt includit primum, & aliquid vltra: sed quantum ad illud, in quo distinguitur à primo. Vnde non comparatur deordinatio voluntatis deordinationi voluntatis, & alterius potentiæ, sed ex vna parte sumitur deordinatio voluntatis, & ex altera deordinatio actus exterioris liberi seu humani, & tunc dicitur, quòd quia voluntas est potissima in homine, & ex qua est radix peccati, aliæ autem potentiæ sunt inferiores, & vt rami: ideo deordinatio voluntatis est maior, quàm deordinatio aliarum virtū. Constat nanque, quòd potioris deordinatio potior est, & malū in radice peius est, quàm in ramo, vt sic. Quū autem audis voluntatem esse potissimum in homine, nō putes Autorem sui oblitum, sed in subiecta loqui materia, s. morali. In homine nāque in ordine ad moralia potissimum est voluntas, vt patet: quāuis simpliciter potior sit intellectus, vt in primo libro habitum est.

¶ In eodem articulo dubium occurrit, Quo pacto potest esse actus exterior inordinatus ex zelo iustitiæ absque peccato. Quòd enim possit propter ignorantiam aliquam, puta, facti, omni cautela adhibita, actus exterior inordinatus accidere sine peccato, clarū est. Potest em̄ aliquis ex huiusmodi ignorātia occidere patrē propriū & tūc actus exterior erit inordinatus, cadēs super materiā repugnāntē, s. patris vitā: & tamē sine peccato. Sed quòd hoc possit etiam ex zelo iustitiæ accidere, vt litera dicit, non apparet, quia si ex zelo iustitiæ secundum scientiam occidit, iam actus exterior non erit inordinatus. Et sic exterior est inordinatus, iam non ex zelo iustitiæ secundū scientiā proueniat, sed ex zelo iustitiæ, non secundū scientiā, & tunc constat esse peccatū.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Autor profert sermonem conditionalem, ad cuius veritatem neutrius partis veritas exigitur. Et propterea non oportet solicitari, quo modo possent actus esse inordinati absque peccato. Exemplorum quoq; quamuis non requiratur veritas, attamen quia etiam exempla sub diiunctione allata sunt, sufficit pro altera parte verificari.

¶ In eodem articul. quarto dubium est circa illā propositionem, Si quid culpæ est in exterioribus peccatis, quæ contra proximum committuntur, totum est ex interiori odio. Tum quia non omne quod exterius committitur contra proximum, ex odio fit: sed aliquando ex ira, aliquando ex inuidia, aliquando ex luxuria, vt patet de adulterio, detractione, & vindicta. Tum quia in præcedentibus determinatum fuit, quòd actus exterior habet malitiam secundū se, quam magis dat voluntati, quàm ab ea accipiat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd iuxta Apostoli sententiam omnia prohibita contra proximum, vt, Non occides, Non adulterabis, &c. in hoc vno comprehenduntur, Diliges proximum tuum, &c. Ac per hoc in quocunque commisso contra proximum, contrarium dilectionis eiusdem incurrit: quod constat esse odium proximi, ideo omne exterius peccatum commissum in proximum, odium in se proximi claudit, & ex illo procedit participatio

lum, sed odientes culpam inimicus autem vult absolutè mihi malum, sicut amicus vult absolutè mihi bonum, cuius etiam signum est, quòd Deus nulli etiam damnato est inimicus, quamuis multos puniat, volens eis non malum absolutè, sed bonum iustitiæ in eis, quod malum pœnæ eorum habet annexum. Vnde soluio est solida: quoniam falsissimum est, quòd naturaliter odio habemus punitores nostros, vt inimicos: licet verum sit, quod naturaliter odio habeamus pœnas.

¶ Super Quæstionis trigesimæquartæ Articulū quartum.

IN articulo quarto dubium occurrit circa rationem redditam, Quare odium proximi, vt deordinat peccantem, est grauius, quàm exterioris actus peccatum contra p̄ximum: quia scilicet per odium deordinatur voluntas quæ est potissimū in homine, & ex qua est radix peccati, oportet siquidem ad hoc, quòd ratio valeat ex alia parte subintelligere, quòd per peccata exteriora in proximum non deordinatur voluntas: quod constat esse falsum. Præterea, peccatum deordinans hominis voluntatem, & aliam eius partem, magis deordinat eum, quàm deordinans voluntatem solam. Sed peccatum actus exterioris in proximum, ita se habet ad odium proximi, vt patet. Ergo. Et confirmatur, quia maior defectus est in ramo & radice, quàm in radice tantum. Sic aūt est iuxta similitudinem literæ, de voluntate, & aliis potētis, seu actibus.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sanè intelligendo, poterit ex alia parte oppositum dici. Est autem sanus intellectus, quod odium deordinat formaliter voluntatem: peccatum autem exterioris actus in proximū non deordinat formaliter voluntatem, sed actū illū exteriorem, quem constat esse alterius potentiæ. Peccatum enim non deordinat formaliter, nisi id in quo est subiectiue. Licet aūt omne peccatum sit radicaliter in voluntate, vt in subiecto: tamen in potentia alia libera & rationali per participationem multa peccata sunt.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd cùm cōparatio sit inter distincta, quando comparantur duo, quorum primum claudit in secundo, non intelligitur cōparatio secundi ad primum, vt includit primum, & aliquid vltra: sed quantum ad illud, in quo distinguitur à primo. Vnde non comparatur deordinatio voluntatis deordinationi voluntatis, & alterius potentiæ, sed ex vna parte sumitur deordinatio voluntatis, & ex altera deordinatio actus exterioris liberi seu humani, & tunc dicitur, quòd quia voluntas est potissima in homine, & ex qua est radix peccati, aliæ autem potentiæ sunt inferiores, & vt rami: ideo deordinatio voluntatis est maior, quàm deordinatio aliarum virtū. Constat nanque, quòd potioris deordinatio potior est, & malū in radice peius est, quàm in ramo, vt sic. Quū autem audis voluntatem esse potissimum in homine, nō putes Autorem sui oblitum, sed in subiecta loqui materia, s. morali. In homine nāque in ordine ad moralia potissimum est voluntas, vt patet: quāuis simpliciter potior sit intellectus, vt in primo libro habitum est.

¶ In eodem articulo dubium occurrit, Quo pacto potest esse actus exterior inordinatus ex zelo iustitiæ absque peccato. Quòd enim possit propter ignorantiam aliquam, puta, facti, omni cautela adhibita, actus exterior inordinatus accidere sine peccato, clarū est. Potest em̄ aliquis ex huiusmodi ignorātia occidere patrē propriū & tūc actus exterior erit inordinatus, cadēs super materiā repugnāntē, s. patris vitā: & tamē sine peccato. Sed quòd hoc possit etiam ex zelo iustitiæ accidere, vt litera dicit, non apparet, quia si ex zelo iustitiæ secundum scientiam occidit, iam actus exterior non erit inordinatus. Et sic exterior est inordinatus, iam non ex zelo iustitiæ secundū scientiā proueniat, sed ex zelo iustitiæ, non secundū scientiā, & tunc constat esse peccatū.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Autor profert sermonem conditionalem, ad cuius veritatem neutrius partis veritas exigitur. Et propterea non oportet solicitari, quo modo possent actus esse inordinati absque peccato. Exemplorum quoq; quamuis non requiratur veritas, attamen quia etiam exempla sub diiunctione allata sunt, sufficit pro altera parte verificari.

¶ In eodem articul. quarto dubium est circa illā propositionem, Si quid culpæ est in exterioribus peccatis, quæ contra proximum committuntur, totum est ex interiori odio. Tum quia non omne quod exterius committitur contra proximum, ex odio fit: sed aliquando ex ira, aliquando ex inuidia, aliquando ex luxuria, vt patet de adulterio, detractione, & vindicta. Tum quia in præcedentibus determinatum fuit, quòd actus exterior habet malitiam secundū se, quam magis dat voluntati, quàm ab ea accipiat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd iuxta Apostoli sententiam omnia prohibita contra proximum, vt, Non occides, Non adulterabis, &c. in hoc vno comprehenduntur, Diliges proximum tuum, &c. Ac per hoc in quocunque commisso contra proximum, contrarium dilectionis eiusdem incurrit: quod constat esse odium proximi, ideo omne exterius peccatum commissum in proximum, odium in se proximi claudit, & ex illo procedit participatio volunt bonum iustitiæ in punitione nostra. Inimicus autem vult absolutè mihi malum, sicut amicus vult absolutè mihi bonum, cuius etiam signum est, quòd Deus nulli etiam damnato est inimicus, quamuis multos puniat, volens eis non malum absolutè, sed bonum iustitiæ in eis, quod malum pœnæ eorum habet annexum. Vnde soluio est solida: quoniam falsissimum est, quòd naturaliter odio habemus punitores nostros, vt inimicos: licet verum sit, quod naturaliter odio habeamus pœnas.

¶ Super Quæstionis trigesimæquartæ Articulū quartum.

IN articulo quarto dubium occurrit circa rationem redditam, Quare odium proximi, vt deordinat peccantem, est grauius, quàm exterioris actus peccatum contra p̄ximum: quia scilicet per odium deordinatur voluntas quæ est potissimū in homine, & ex qua est radix peccati, oportet siquidem ad hoc, quòd ratio valeat ex alia parte subintelligere, quòd per peccata exteriora in proximum non deordinatur voluntas: quod constat esse falsum. Præterea, peccatum deordinans hominis voluntatem, & aliam eius partem, magis deordinat eum, quàm deordinans voluntatem solam. Sed peccatum actus exterioris in proximum, ita se habet ad odium proximi, vt patet. Ergo. Et confirmatur, quia maior defectus est in ramo & radice, quàm in radice tantum. Sic aūt est iuxta similitudinem literæ, de voluntate, & aliis potētis, seu actibus.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sanè intelligendo, poterit ex alia parte oppositum dici. Est autem sanus intellectus, quod odium deordinat formaliter voluntatem: peccatum autem exterioris actus in proximū non deordinat formaliter voluntatem, sed actū illū exteriorem, quem constat esse alterius potentiæ. Peccatum enim non deordinat formaliter, nisi id in quo est subiectiue. Licet aūt omne peccatum sit radicaliter in voluntate, vt in subiecto: tamen in potentia alia libera & rationali per participationem multa peccata sunt.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd cùm cōparatio sit inter distincta, quando comparantur duo, quorum primum claudit in secundo, non intelligitur cōparatio secundi ad primum, vt includit primum, & aliquid vltra: sed quantum ad illud, in quo distinguitur à primo. Vnde non comparatur deordinatio voluntatis deordinationi voluntatis, & alterius potentiæ, sed ex vna parte sumitur deordinatio voluntatis, & ex altera deordinatio actus exterioris liberi seu humani, & tunc dicitur, quòd quia voluntas est potissima in homine, & ex qua est radix peccati, aliæ autem potentiæ sunt inferiores, & vt rami: ideo deordinatio voluntatis est maior, quàm deordinatio aliarum virtū. Constat nanque, quòd potioris deordinatio potior est, & malū in radice peius est, quàm in ramo, vt sic. Quū autem audis voluntatem esse potissimum in homine, nō putes Autorem sui oblitum, sed in subiecta loqui materia, s. morali. In homine nāque in ordine ad moralia potissimum est voluntas, vt patet: quāuis simpliciter potior sit intellectus, vt in primo libro habitum est.

¶ In eodem articulo dubium occurrit, Quo pacto potest esse actus exterior inordinatus ex zelo iustitiæ absque peccato. Quòd enim possit propter ignorantiam aliquam, puta, facti, omni cautela adhibita, actus exterior inordinatus accidere sine peccato, clarū est. Potest em̄ aliquis ex huiusmodi ignorātia occidere patrē propriū & tūc actus exterior erit inordinatus, cadēs super materiā repugnāntē, s. patris vitā: & tamē sine peccato. Sed quòd hoc possit etiam ex zelo iustitiæ accidere, vt litera dicit, non apparet, quia si ex zelo iustitiæ secundum scientiam occidit, iam actus exterior non erit inordinatus. Et sic exterior est inordinatus, iam non ex zelo iustitiæ secundū scientiā proueniat, sed ex zelo iustitiæ, non secundū scientiā, & tunc constat esse peccatū.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Autor profert sermonem conditionalem, ad cuius veritatem neutrius partis veritas exigitur. Et propterea non oportet solicitari, quo modo possent actus esse inordinati absque peccato. Exemplorum quoq; quamuis non requiratur veritas, attamen quia etiam exempla sub diiunctione allata sunt, sufficit pro altera parte verificari.

¶ In eodem articul. quarto dubium est circa illā propositionem, Si quid culpæ est in exterioribus peccatis, quæ contra proximum committuntur, totum est ex interiori odio. Tum quia non omne quod exterius committitur contra proximum, ex odio fit: sed aliquando ex ira, aliquando ex inuidia, aliquando ex luxuria, vt patet de adulterio, detractione, & vindicta. Tum quia in præcedentibus determinatum fuit, quòd actus exterior habet malitiam secundū se, quam magis dat voluntati, quàm ab ea accipiat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd iuxta Apostoli sententiam omnia prohibita contra proximum, vt, Non occides, Non adulterabis, &c. in hoc vno comprehenduntur, Diliges proximum tuum, &c. Ac per hoc in quocunque commisso contra proximum, contrarium dilectionis eiusdem incurrit: quod constat esse odium proximi, ideo omne exterius peccatum commissum in proximum, odium in se proximi claudit, & ex illo procedit participatio

in omnibus, etiam in ipsa ira, & inuidia, vt inferius clarificabitur.

¶ Ad secundum dicitur, quòd impertinens est obiectio: Nam alia est quæstio de bonitate & malitia actus secundum se, & à voluntate finis, &c. & alia est quæstio de culpa actus exterioris in proximum secundum se, & ex odio. Et de illa quæstione satis dictum est. De hac verò dicitur, quòd quicquid culpæ est, ex odio est: quia quicquid habet mali ex genere suo, habet ex odio participato in ratione sui generis. Nisi enim homicidium ex genere suo clauderet in se odium vitæ humanæ, non esset malum moraliter. Vnde si occidatur homo à iudice, à quo fit sine odio vitæ humanæ, non est homicidium.

Homilia 10. tom. 2.

¶ In eodem quarto articulo dubium adhuc est, quia Autor videtur diminutus. Quærit nanque vniuersaliter, An odium proximi sit grauissimū peccatorum, quæ in proximum committuntur. Et soluit particulariter, quòd odium est grauissimum respectu peccatorum exteriorum, quæ in proximum committuntur. Constat enim quòd præter odium proximi, & peccata exteriorum actuum in proximum, sunt alia peccata in proximum, scilicet concupiscere vxorem proximi, concupiscere res illius, inuidere proximo, despicere proximum, &c.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia ratio difficultatis exigentis specialem articulum de comparatione odij ad alia peccata in proximum, fuit actus exterior nocens proximo: Ideo Autor ad id, in quo difficultas erat aspiciens, determinauit, relinquens pro manifesto, quod odium proximi esset peius cæteris interioribus peccatis in proximum, ex vniuersalitate obiecti & immensitate rationis illius. Extendit siquidem se odium contra omne bonum proximi, & absque mensura in quodlibet fertur. Cætera autem aut secundum quoddam genus boni, aut sub quadam modificatione in proximum insurgunt, vt patet de inuidia, & aliis allatis, excepta superbia, quæ non computatur inter peccata in proximum: quia Deo se opponit. Vnde non est diminutio in Autore. Et scito, quod comparatio odij ad alia peccata est accipienda proportionaliter, vt scilicet odium vitæ proximi sit peius, quàm inuidia eiusdem, vitæ. Et similiter odium fraternæ gratiæ sit peius, quàm inuidia eiusdem, & sic de aliis. Secus autem est respectu diuersorum: nam inuidia fraternæ gratiæ lōgè maius peccatū est, quàm odium proximi, secūdū bona exteriora.

¶ In eodem quarto articulo Martinus occurrit, arguens contra secundā conclusionem, scilicet quod peccata exteriora quantum ad nocumentum quod proximo infertur, peiora sunt, quàm interius odium, supponendo quod actus exterior malus non addit malitiam aliquam super malitia actus interioris: quod pro nunc, probat ex litera hac dicente: Si quid culpæ est in exterioribus peccatis, quæ contra proximum committuntur, totum est ex interiori odio.

¶ Arguit ergo primo, nullus actus exterior proximo nocuus, est odio proximi culpabilior: ergo non est grauius peccatum, quantū ad nocumentum. Antecedens probatur, quia actus exterior aut habet aliquid culpę, quod non habet interior, aut nihil. Si nihil, habetur intentum: si aliquid, aut secundum illud subordinatur actui interiori malo, vel non: si non, ergo secundum illud non est culpabilis: si sic, ergo in actu interiori est aliquid grauitatis correspondens illi parti, quæ dicebatur non haberi ab actu interiori.

¶ Præterea, Ex nullo communi actibus bonis & malis attenditur grauitas peccatī: sed nocere proximo est commune actibus bonis & malis. ergo ex nocumento proximi non aggrauatur peccatum. Patet Minor: quia etiam iusta occisio nocet proximo.

¶ Tertio, quia huiusmodi grauitas aut pensatur ex nocumento, quod infertur proximo tantum, & hoc non: quia tunc occisio sui non esset hac grauitate grauior, aut ex nocumento, quod infertur siue proximo, siue sibipsi: & tunc vel in hac comparatione comparas actum exteriorem & interiorem simul ad interiorem tantum, & sic nihil ad propositum: aut comparas actum exteriorem ad interiorem cui subordinatur, & tunc si actus interior volendi occidere proximum ex odio magis nocet odienti, quàm homicidium proximo noceat: Ergo quantum est ex parte nocumenti, actus interior grauior est, quàm exterior. Antecedens patet: quia mors spiritualis prior est corporali.

¶ Deinde arguit tractando autoritates Augustini, & Chrysostomi allatas in litera pro dicta secunda conclusione.

¶ Et primò contra distinctionem literæ ex autoritate Chrysostomi. Quanto aliqua sunt maiora in peccato, tanto sunt magis deordinata & grauioris culpæ. Sed secundum autoritatem Chrysostomi allatam, adulterium & homicidiū sunt maiora in peccato, quàm ira & odium: ergo sunt maiora in deordinatione & culpa, ac per hoc distinctio literæ non valet ad autoritatem hanc.

¶ Secūdo ex autoritate Augustini. Malū dicitur, quia nocet: quia licet homicidium plus noceat proximo, odiū tamē plus nocet simpliciter: quia nocumē-

tum illatum sibiipsi per odium est maius, quàm nocumentum illatum proximo per homicidium.

¶ Ad haec dicitur, suppositis his, quae in praecedenti lib. dicta sunt, ꝙ suppositum est falsum: quoniā actus exterior addit bonitatem, vel malitiā actui interiori, vt etiam August. dicit. Actus enim exterior auget bonitatē vel malitiā actus interioris: ita quòd velle homicidiū committere, minus malum est quàm volendo committere homicidiū. Ipsa eñ executio addit grauitatē: & quantū ad propositū spectat, ratione nocumēti illati proximo ex ipsa executione quam non infert actus exterior.

catis, quae contra proximum committuntur, totum est ex interiori odio. sed quantum ad nocumentum, quod proximo infertur, peiora sunt exteriora peccata, quàm interius odium.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum odium sit vitium capitale.

AD QVINTVM, sic proceditur. Videtur quod odium sit vitium capitale. Odium enim directè opponitur charitati. sed charitas est principalissima virtutum, & mater aliarum: ergo odium est maximum vitium capitale & principium.

¶ 2 Praeterea, Peccata oriuntur in nobis secundum inclinationem passionum, secundum illud ad Roma. 7. Passiones peccatorum operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Sed in passionibus animę ex amore & odio videntur omnes aliae sequi, vt ex supradi-

¶ Ad probationem autē ex hac litera, conceditur litera haec, sed negatur sequela illius suppositi ex hac litera. Nā ex hoc, ꝙ quicquid vitae est in arbore, est in radice: nō sequitur, ꝙ arbor nihil vitae aut vitalis perfectionis addat supra radicem. Multas enim perfectiones vitales addit arbor supra radicē, vt patet, & simile est in proposito, quū Autor expresse in litera assimilet radici voluntatem interius. Vnde cum hoc, quòd quicquid culpae est in actu exteriori, est ex interiori odio participato, & iclusō in actu exteriori: stat quod actus exterior addat culpabilē grauitatē: imò ex hoc ipso quod actus interior progreditur in exteriorem, crescit malitia: sicut ex hoc, quod radix profert plantam, crescit vita. Ad primum autem argumentum negatur Maior. ad probationem dicitur, quod actus exterior habet aliquid grauitatis culpabilis, quod non habet actus interior solus. Sic enim ad ipsum fit comparatio. Nam si ad actum interiorem coniunctum exteriori fieret comparatio, diceretur quod vna & aequa est vtriusque malitia per viam redundātiae hinc & inde, vt in praecedenti lib. patet.

Infrà q°. 158. ar. 6. Et ma. q. 12. art. 5.

¶ Et cum arguitur, Aut illud grauitatis quod addit exterior actus, subordinatur interiori, aut non: respondetur, quod iam digressio fit ab actu interiori solo, seu secundum se ad ipsummet coniunctum, seu vt ratio est exterioris actus. Et propterea egredimur extra propositam comparationem. Veruntamen sequendo diuersionem argumenti, respondetur, quod subordinatur vt executio appetitui. Et cum ex hoc infertur, Ergo in actu interiori est aliquid grauitatis correspondens illi parti, quam addere dicitur actus exterior, conceditur: quia, vt dictum est, ex actu exteriori deterior fit actus interior coniunctus. Sed quum dicitur, Ergo haec grauitas praeerat in actu interiori, negatur. Aliud est enim grauitatem hanc inueniri in actu interiori coniuncto exteriori, & aliud est inueniri in actu interiori secundum se: primum est verum: secundum falsum. Et rursus aliud est huiusmodi grauitatem in actu interiori coniuncto exteriori inueniri, & aliud est in eodem praeueniri: primum est verum: secundum falsum. Et rursus aliud est huiusmodi grauitatem oriri radicaliter ex actu interiori, & aliud est perfectionem & consummationem habere ex illo. nam primum est verum, secundum falsum. Ad haec ergo distinctè considera, & solues obiecta.

¶ Ad secundum dicitur, quod Maior modificatione eget. Nam aliud est loqui de communi bonis & malis actibus in sua abstractione sumpto, & aliud de eodem contracto ad consonantiam vel dissonantiam rationi rectae. Nam licet primo modo nō aggrauet: secundo tamen modo aggrauat. & sic est in proposito. Nocere proximo contra rectae rationis iudicium est non commune nobis & malis actibus: sed contractum ad malum morale. & ex hoc oportet peccatum grauari.

¶ Ad tertium dicitur, quod in litera explicatur, quod neutro modo est sermo: sed tertio modo, scilicet ex nocumento quod infertur ei contra quem peccatur. Sub hoc enim comprehenditur siue ipse, siue alius, non vt ipse, vel alius, sed vt est is, contra quem directè, seu per se peccatur. Et ex hoc excluditur obiectio apposita de nocumento propriae mortis spiritualis. Nam huiusmodi nocumentum non per se intenditur per odientem aut occidentem: sed malum illius, qui odio habetur, vt occiditur, siue ipse, siue alius sit, per se & directe intenditur per odium & homicidium. Contra illum enim peccatur homicidio, vel odio per se directe. Mors autem spiritualis propria praeter intionem incurritur. Mallet enim non incurrere illam odiens aut occidens: qui tamen directe vult se, vel illum occidere.

¶ Ad obiecta deinde ex autoritatibus respondetur. Et quātum ad illud Chrysostomi, negatur maior, quo ad deordinationem peccantis. Quod enim maius est in peccato, non oportet quòd sit maius ex parte deordinationis peccantis. Potest enim maius esse peccato aliunde, scilicet ex nocumento, vt in litera dicitur. Et sic intellexit Chrysostomus.

¶ Ad illud ex August. iam responsum est, scilicet quod grauitas peccatorum quo ad nocumentum attenditur penes nocumentum per se intentum, & non penes id quod praeter intentionem peccantis interuenit. Arguens autem de tali per accidens nocumento loquitur, quod est commune omni peccato mortali.

¶ Super Quaestionis trigesimaequartae Articulum quintum.

IN artic. 5. eiusdem 34. quaestio. Martinus occurrit: primo arguens contra rōnē conclusionis, deinde soluens eā. Ratio, inquit, multipliciter deficit. Primò quia non consonat aliis Sancti Thomae opinionibus, quoniam cū hoc ꝙ aliquod vitiū est maximum in grauitate, stat quod sit vitium capitale. ergo ex grauitate odij nō potest concludi, quod odiū non est vitium capitale. Secūdò quia vitium minus graue aut pōt oriri ex grauiori, aut nō. Si sic, ergo nulla rō cogit quin simul stet odium esse grauissimū capitale: si non, ergo tot & tāta.

¶ Deinde soluendo rationem dicit. Concedo quod regulariter ita est, quod ab aliquo quod est minus secundum naturam, primo receditur, sed non oportet, ꝙ à quolibet quod est minus secūdū naturā, primo recedatur, quā proueniatur ad vltimum. Non enim oportet adulterum prius fuisse fornicarium.

ctis*. patet. Ergo odium debet poni inter vitia capitalia.

¶ 3 Praeterea, Vitiū est malum morale. sed odium principalius respicit malum quā alia passio. Ergo videtur, quòd odium debet poni vitium capitale.

¶ SED CONTRA est, quòd Greg. 31. moral. * non enumerat odium inter septem vitia capitalia.

¶ RESPONDEO dicendum ꝙ sicut suprà dictum * est, vitium capitale est, ex quo vt frequentius alia vitia oriuntur. Vitium autem est contra naturam hominis, inquantum est animal rationale. In iis autem, quae contra naturam fiunt, paulatim id quod est naturae corrūpitur. Vnde oportet, quòd primo recedatur ab eo quod est minus secundū naturam: & vltimo ab eo quod est maximè secundum naturam: quia id quod est primū in cōstructione, est vltimum in resolutione. Id aūt, quod est maximè & primo naturale homini, est qđ diligat bonum, & pręcipue bonū diuinū

¶ Ad horum primum dicitur, quod argumenta illa non sunt contra hāc literā, vt Arguēs somniauit: quoniā Autor nō ex excellentia grauitatis, sed ex ordine dilectionis naturaliū perfectionum ordinate se habentiū procedit: & concludit odiū non esse vitiū capitale: vt clare patet in litera. Ex hoc nāq;, quod magis secundū naturā est pfectio dilectionis Dei & proximi, quàm aliae perfectiones aliarum virtutum, & primum in compositione est vltimum in destructione, procedit & infert, quod prior est deiectio aliarū virtutum per alia vitia, quàm deiectio dilectionis per vitium odij. Vbi patet, quod siue sit grauius, siue non, nihil refert quo ad rationem istam. Et propterea non sunt recitata omnia, quae ille somniauit esse contra hanc rationem.

1.2.q.15. art.1. et 2. *cap.31.* *1.2.q.94. ar.3.&4.* *D.392.*

¶ Ad solutionem ratiōis dicitur, quòd ipsa respōsio istius est confirmatio rationis: quoniam ratio non affertur ad ostendendū quòd quicunque odit, oportet quòd habuerit omne minus vitium: sed ad ostendendum naturalem ordinem vitij, quod est odium ad alia vitia. Naturalis autem ordo optimè ostenditur per id quod regulariter inuenitur. Et ideo ex illa concessione, quòd hoc est verum regulariter, non soluitur, sed confirmatur ratio quae loquitur de necessitate naturalis progressus vitiorum secundum se, & non de necessitate logica aut contra libertatem huius peccantis, qui prius eligere potest posterius, quàm prius.

¶ In eodem quinto articulo in responsione ad primum, Martinus occurrit contra Autorem hic dicens, Ista solutio non placet mihi. Tum primò quia secundum Aristotelem in Praedicamentis, qui vult redire à vitiis ad virtutes, paulatim recedere debet, & secundum gradus virtutum ascendere. Tum Secundò, quia secundum doctrinam omnium Sanctorum in virtutibus primò gradum incipientium, deinde proficientiū, & tertiò perfectorum attingimus. Tum tertiò quia vel loquitur hic Thom. de charitate infusa vel acquisita. Si de acquisita, illa non est perfectissima virtus: si de infusa, tunc constat, quod multae virtutes sine ea frequenter acquiruntur.

¶ Ad primū horū dicitur, qđ primū documentū s. de recessu à vitio non est Arist. sed oppositū poti⁹ ab ipso docemur in 2. Ethic. vbi non exēplariter sed ex pposito docet detētum aliquo vitio, valde elongare se ab illo debere: ita vt in aliud extremū vitium videatur declinare: qm̄ sic veniet ad medium virtutis, queādmodum faciunt volētes curuas virgas dirigere, retorquendo prius eas ī alterā partem. Veruntamen hoc non est ad propositum: quoniā ordo virtutum non attenditur, per se loquendo, secundum recessum à vitio. Non oportet enim virtuosum vitiosum fuisse. Et propterea prima obiectio nihil dicit contra primitatem virtutis charitatis.

¶ Ad secundum quoque conceditur totum, sed nihil contra propositum: quoniam cum hoc, quod charitas est prima virtutum, stat quod primo est charitas incipiens, deinde proficiens, & tertio perfecta.

¶ Ad tertium autem dicitur quod sermo est de charitate infusa, nam acquisita non est specialis virtus. Et falsum est aliquam virtutem simpliciter haberi sine claritate infusa: vt patet ex Aug. & Autore, &c.

¶ In eodem 5. artic. in responsione secunda, Martinus occurrit dicens, Haec solutio Thomae iudicio meo non sufficit: quia vt patet ex maiore, argumentum procedit de passionibus malam inclinationem habentibus. Odium autē mali oppositi bono non naturali, non habet inclinationem malam. ergo, &c.

¶ Ad hoc dicitur, quòd falsum assumitur, quod argumentum procedat de passionibus malam inclinationem habentibus. Et ex ipso argumento patet oppositum: quia procedit ex eo, quòd amor & odium sunt primae passiones. Constat aūt, quod primitas non attribuitur amori, vt habet malā inclinationē sed absolute vt est passio amoris. Vnde optime Autor distinguēdo odiū penes diuersa obiecta, soluit ostendendo quali odio conuenit permitas & quali non.

¶ In eodem artic. 5. in responsione ad tertium Martinus occurrit, dicens quod haec solutio non sufficit: quia odium vel est respectu mali veri, vel respectu mali apparentis tantum. Si respectu mali veri, ergo cum vitium mortale, de quo maior argumenti assumitur, sit malum verum, sequitur quod argumentum cōcludit. Si respectu mali apparentis, tunc sequitur ꝙ per odiū appetitur odito id quod est secundum veritatem bonum, licet ab odiente aestimetur malum: quod est falsum.

¶ Ad hoc dicitur quod odij vitiū proculdubio est verū malū moraliter, & est respectu mali apparētis quidem vt psonae odio habitae, veri aūt vt concupiti personae odio habitae, ita ꝙ sicut amor est respectu boni vt personae amatę (amatur enim psona vt bona, & est etiā respectu boni vt concupiti psonę amatę: concupiscit e m̄ amās aliquē bonū illi) ita vitiū quod est odiū, terminat' ad psonā rōne mali, quae tamē in veritate est bona. Et ppterea respectu psonae odio habitae, odiū est respectu boni secūdū rē. mali aūt scđm apparētiā: & terminatur ad malū concupitū illi sub rōne mali. Et ideo respectu cōcupiti odiū est mali etiā secundū veritatē, vt patet, quū quis pximū odio habet volēs illi malū mortis. Constat enim quod odium, vt terminatur ad proximum, est respectu boni secundum rem mali, aut secundum aestimationē tantū. Vt vero terminatur ad mortem volitam illi, terminatur ad malum secundū veritatē & secund

& secundum aestimationem. Vnde patet responsio ad argumētum: quia cùm quaeritur, vel est respectu mali: respondetur quòd diuersimode vnum & idem odium est respectu vtriusque. Est enim respectu veri mali vt concupiti. Et propterea non sequitur quòd argumentum concludit. Et est respectu boni, aestimati tamen mali vt personae odio habitae. Et propterea nō sequitur quòd odio appetatur verū bonum: vt patet.

¶ In articulo quinto & sexto, eiusdem quaestionis trigesimae quartae dubium occurrit quia doctrina Autoris videtur contraria dictis. Iam eñ dictum est & quòd odiū Dei participatur in omni peccato mortali, & quod odium proximi participatur in peccato in proximum: imo ipse Autor dixit in praecedenti articulo, quod quicquid culpae est in exterioribus peccatis in proximum, totum est ex interiori odio. Modò verò dicitur, quòd nec odium proximi nec Dei est primum sed vltimum potius peccatum. Quomodo stant haec simul? Constat enim quod participatum aliquid posterius est seipso secundum se. Ignis enim prius est ignitis & aqua madefactis, & sic de aliis.

In corp.

& bonum proximi. Et ideo odium, quod dilectioni huic opponitur, non est primū in destructione virtutis, quae sit per vitia, sed vltimum. Et ideo odium nō est vitium capitale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd sicut dicitur in 7. Physico. Virtus vniuscuiusque rei consistit in hoc ꝙ sit bene disposita secūdum suam naturam. Et ideo in virtutibus oportet esse primū & principale, quod est primum & principale ī ordine naturali. Et propter hoc charitas ponitur principalissima virtutū. Et eadem ratione odium nō potest esse primum in vitiis, vt dictū est*.

¶ Ad secundum dicendum, quod odium mali, quod contrariatur naturali bono, est primum inter passiones animae, sicut & amor naturalis boni. Sed odium boni connaturalis non potest esse primum, sed habet rationem vltimi: quia tale odium attestatur corruptioni naturae iam factae, sicut & amor extranei boni.

¶ Ad tertium dicendum, quod duplex est malum, quoddam verum, quod scilicet repugnat naturali bono. Et huiusmodi mali odium potest habere rationem prioritatis inter passiōes. Est autem aliud malum non verum, sed apparens, quod scilicet est verum bonum & connaturale: sed aestimatur vt malum propter corruptionem naturae. Et huius-

¶ Ad hoc dicitur quòd odium Dei vel proximi sumi potest dupliciter. Vno modo proprie, vt speciale peccatum: & sic non clauditur in caeteris peccatis odium Dei nec in omnibus peccatis cōtra proximum odium proximi: & sic est sermo Autoris de odio Dei & proximi, cùm negat habere rationem prioris peccati. Alio modo communiter pro odiosa voluntate: prout scilicet omnis refutatio boni, quomodolibet fiat, odij rationem videtur habere. Occidens namque hominem ex ira, pro quanto in ira illa clauditur nolle vitam illius, odium illius dici potest. Propriè tamen odium non est, quia non est ibi nolle vitam illius absolute, sed specificatum in velle vindictam. Et hoc modo odium in quolibet mortali, & odium proximi in quolibet contra proximum clauditur: & communicatio vocabulorum simul cum penuria propriorum facere videtur in hac re obscuritatem. Et scias quod proportio odiosae voluntatis ad odium propriè videtur esse sicut proportio febrilis aegritudinis ad mortem: vt sicut nonnulla mors est & mortis participatio, aegritudo quaelibet febrilis, ita quodlibet in proximum, nonnullum odium proximi, & quodlibet mortale, nonnulla refutatio diuini boni est. Et sicut mors maius malum est, quàm quaecunque febris, ita odium Dei simpliciter, & proximi in suo ordine, vt dictum est, pessimum est. Et secundum hoc quum dixit Autor in praecedenti articul. quòd ex odio procedit interiori, &c. odij nomen communiter accepit pro odiosa voluntate. Nec obstat, quod de odio, vt speciale vitium est, tractabit, quia ex illa ratione habet intentum. Quoniam si omne peccatum exterius in proximum totam culpam habet ex odiosa voluntate, quae odium interpretatiuè est: consequens manifestè est, quòd odium propriè maximae culpae rationem habet. Potes autem aliter eandem sententiam dicere, quòd odium sicut & superbia, contemptus Dei, & huiusmodi, potest dupliciter sumi. Primò secundum affectum: & sic est speciale vitium, & habet rationem vltimi. Alio modo secundum effectum, & sic clauditur, vt dictum est, in omni peccato: & est causa peccati. Et si nouitij non intelligunt differentiam hanc, aduertant quod cum affectus odij sit velle malum, effectus eiusdem est quomodocunque actum malum appetere, cogitare, facere. Sicut affectus inobedientiae est contemnere praeceptum: effectus autem est quomodolibet non seruare praeceptum: & sic de aliis.

¶ Super Quaestionis trigesimae tertiae Articulum sextum.

IN articulo sexto dubium occurrit: quoniam contextus literae dissonus videtur. Fundatur siquidem primo ortus odij super fuga tristitiae: deinde infertur quod odium oritur ex praesentia tristitiae, quę est inuidia, quum debuisset consequenter inferri, quòd ex fuga tristitiae nasceretur.

¶ Ad hoc dicitur, quod contextus literae formalis subtilis, ac optimè consonus est: cum enim peccatum odij, de quo est sermo, sit essentialiter actus refutans bonum quod vere est bonum, & bonum vt sic, non sit refutabile, oportet ad hoc, vt actus refutationis respectu boni inueniatur, quod bonum induat rationem alicuius refutabilis, vt sic actus odij tendens in illam rationem, penetret ad bonum vestitum illa ratione. Et quia odium tale, scilicet vere boni est valde alienum à naturali: consequens est vt ratio qua fit refutabile, sit de eorum ordine, quae valde refutantur à natura, vt sic valde exosa vestis reddat exosum vestitum, quod nudum esset multum amabile. Talis autem rō est ratio peior ratione contristātis, quā cōstat esse malam, quia contristans tristitiam ingerit, quam naturaliter multum fugimus. Obiectum igitur odij, scilicet vere bonum, ad hoc vt odij obiectum sit, rationem tristis induit prius, vt sic deteriorando induat rationem mali absolute: & sic magis refutabilis

modi mali odium oportet, quod sit in vltimo. Hoc autem odium est vitiosum, non autem primum.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum odium oriatur ex inuidia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod odium non oriatur ex inuidia. Inuidia enim est tristitia quędam de alienis bonis. Odium autem nō oritur ex tristitia, sed potius econuerso: tristamur enim de praesentia malorum, quae odimus. ergo odium non oritur ex inuidia.

¶ 3 Pręterea, Odiū dilectioni opponitur. Sed dilectio proximi refertur ad dilectionem Dei, vt suprà habitū * est, ergo & odium proximi refertur ad odium dei. sed odium Dei non causatur ex inuidia. Non enim inuidemus iis, qui maximè à nobis distant: sed iis qui propinqui videntur, vt patet per Philosophum in secundo Rhetoricorum *, Ergo odiū non causatur ex inuidia.

¶ 3 Praeterea, Vnius effectus vna est causa. Sed odium causatur ex ira. Dicit enim Aug. ī regula *, quod ira crescit in odiū. Non ergo causatur odium ex inuidia.

¶ SED CONTRA est, quod Greg. dicit 31. * Moralium, quòd de inuidia oritur odium.

rationem habet. Quod autem bonum alterius induat rationem contristantis me, non habet, inquantū est bonum, sed habet inquantum est obiectū tristitię meae, quę est inuidia: & sic odiū ex parte obiecti directe oritur ex inuidia. Ambiguitas autem cōtextus ex mala applicatione literae oritur. Nam odiū potest considerari dupliciter. Primò, distinguendo ea quae in odio inueniūtur, & cōparando ea adinuicē. Inueniuntur enim in peccato odij duo. Primo terminatio ad bonum: quod vere est bonum. Et ex hoc habet rationem peccati, & alieni à natura. Secundò, terminatio ad rationem, qua illud bonum offertur vt malum, quoniam actus odij refutatio est, quae respectu mali vt sic est. Et ex hoc habet rationem quasi excusabilis & eligibilis, vt pote refutatio mali naturaliter fugibilis. Et cōparando haec duo inter se, quia, vt dictum est, rō tristis est causaliter illa ratio mali, inducens odij obiectum: optimè dicitur quod primum oritur ex secundo, quod refutatio boni oritur ex refutatione tristis, quod odium boni oritur ex fuga tristitiae. Si autem consideretur totū ipsum odij vitium, sic dicimus quod causatur ex electa tristitia praecedente, quae est inuidia generans ipsi odio proprium obiectum. Inuidendo enim fit bonum alterius contristans nos: & ex hoc crescit in odium nobis. Vnde contextus literae consonus est, primo distinguens intrinseca odij, & comparans inter se: secundo reddens radicem vnde illa proueniunt, scilicet electam tristitiam boni.

Infrà q°. 36. arti. 4. & mal. q. 10. art. 3. *q. 15. art. 1. & q. 16. art 2.* *Cap. 10.* *Reg. 3.* *Cap. 31.*

¶ Potest & breuius & subtilius dici, quòd fuga tristitiae in litera proposita non importat actum appetitus rationalis, sed naturalem abominationem appetitus naturalis respectu tristitiae, secundum quam etiam electa & praesens tristitia fugitur, vt pote naturali appetitui contraria. Et quia naturalis huiusmodi fuga est causa dicti augmenti, scilicet quòd triste crescat in malum absolute, quod significat odibile, & tanto citius & vehementius, quanto saepius & intensius actualis tristitia repetitur: ideo Autor primò fugam naturalem tristitiae vt causam posuit, & inde ad effectum processit, quem ex illa causa praesens tristitia producit. Non ergo fugam tristitiae contra illius praesentiam distinxit, sed naturalem fugam simul stantem cum actuali praesentia tristitiae, pro causa assignauit, quare inuidia ex parte obiecti parit odium, & in litera declaratur. Quia sicut delectans parit ipsum amabile ex naturali appetitu ad delectationem: ita contristans parit seipsum odibile ex naturali fuga tristitiae: delectabile enim parit rationem boni absolutè, & triste parit rationem mali absolute, ac per hoc illud amabile, hoc odibile generat.

¶ In eodem articulo aduerte ex secundo Physicorum quod naturale non dicitur vno modo. Et propterea cum audis dilectionem boni alterius esse naturalem, intelligesane, hoc est secundum naturam. Sic enim omnes virtutes sunt naturales, & omnia vitia contra naturam. Est tamen in his latitudo magna. Et propterea aliquid magis, & aliquid maximè dicitur secundum naturam, & contra naturam.

¶ In eodem articulo sexto in responsione ad vltimum dubium occurrit, An peccatum odij sit vnius tantum, aut plurium specierum. Et est ratio dubij. Tum quia dilectio charitatis, cui directe contrariatur odium, est vnius tantum speciei: vni autem vnum tantum est contrarium, vt patet 10. Metaphy. Tum quia peccata non distinguuntur specie penes materialem, sed penes formalem diuersitatem obiecti. constat autem quod sicut omnia mala, vt conueniunt ratione vindictae, spectant ad vnum irae vitium: ita omnia mala, vt conueniunt in ratione mali absolutè, spectant ad vitium odij. Et sic licet mala materialiter diuersificentur, ratio tamen formalis indiuisa manet: ac per hoc peccatum eiusdem est speciei. Et confirmatur, quia si peccatum odij & irae diuersificatur secundum speciem ex diuersitate malorum, sequitur quòd eaedem erunt differentiae diuersorum generum & non subalternatim positorum, contra doctrinam Philosophi in Antepraedicamentis.

¶ Ex altera autem parte est, quia appetens ex ira occidere hominem, differt specie ab appetente ex ira rapere tantum bona, sicut homicida à raptore. Ex eadem ratione, volens ex odio occisionem alicuius, & volens ex odio violenter auferre alicui bona, differt sicut homicidium à rapina. Et confirmatur, quia nisi sic esset, odium Dei & proximi essent eiusdem speciei: quod nefas est dicere.

¶ Ad hoc dicitur quod odium cum dupliciter sumatur, pro passione concupiscibilis, & pro vitio, & praesens dubiū sit de vitio odij secundū morales species: manifeste patet quòd, odium Dei & proximi differunt specie secūdū genericam differentiam peccati in Deum & in proximū. Sed de odio proximi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo ipsi proximo malum volumus, difficultatem facit diuersitas formalis malorum, quæ proximo ab odiente desiderantur, puta mors, paupertas, infamia, & cæt. Oportet nanque trium horum vnũ fateri, scilicet vel ꝙ odiens desiderans tot diuersa mala vnius tantum speciei, peccatum committat: aut quòd odium distingatur specie, secundũ formalem diuersitatem huiusmodi malorum, aut quod hæc desideria sunt quidem diuersarum specierum, sed non odij, sed imperata ab odio: & tunc oportet illis assignare species suas. Primum horum nõ potest sustineri: quia cùm velle & facere aliquid sint eiusdem speciei, sicut ex odio faciens rapinam vel homicidiũ peccat diuersis speciebus: ita ex odio desiderans seu volens ista, peccat secundum diuersas species. Et confirmatur hoc per simile, eadem ratione in iræ vitio. Constat enim ex ira vindictã homicidij vel rapinę tam velle, quàm facere in distincta specie mala incidere. Et similiter in vitio maledictionis. Vnde inferius in quæst. 76. arti. 4. ad secundum, Autor dicit, Si ille qui maledicit velit malum occisionis alteri, desiderio non differt ab homicida: differt tamen, inquantum actꝰ exterior aliquid adiicit voluntati. Secundũ autẽ repugnat doctrinæ Autoris superi in quæstio. 31. arti. 4. ad secundũ, dñi dicit ꝙ omnia nocumenta, inquantum considerantur secundum communem rationem mali, reducuntur ad odium: prout autem cõsiderantur secundum aliquas speciales rationes mali, ad aliqua specialia vitia. Ex hoc enim patet quod odij in proximum species vnitatem habent ex ipsa ratione mali: quia scilicet vult malum proximo. Alia autem vitia specialia sunt, quæ volunt proximo malum tale vt sic, puta mortis, infamiæ, rapinæ, & similium.

Ar prec.

Cap. 17. 13. & 14. Cap. 2.

art. 1.

¶ Tertiũ autem rationi consentaneum est, vt scilicet vitium odij imperet actib' interioris desiderij respectu talium malorum, sicut imperat quandoque actus exterioris respectu eorundem malorum. ita quod sicut aliquis ex odio detrahit, vel contumeliatur, vel rapit, occidit, vel aliquid huiusmodi facit: ita aliquis ex odio desiderat proximi infamiam, vel dehonorationem, vel mortem, vel perditionem bonorum, &c. Et sicut odium cũ opere, vnum constituit peccatum multarum difformitatum: ita & odium cum desiderio talis mali vnum constituit plurium deformitatum peccatum. Vt scias autem assignare vnicuique desiderio suam speciem, non vageris per nouas species vitiorum, sed memento illius regulæ, Eiusdem virtutis vel vitij est velle aliqd, & facere illud. Et rõ est, quia actus exterior & interior respectu eiusdẽ obiecti non requirunt diuersas virtutes aut vitia. Et ꝓterea ad illud vitium spectat velle mortẽ, ad quod spectat facere mortem, quod constat esse homicidiũ: & similiter ad illud, velle infamiam, ad quod spectat facere eãdẽ, quod constat esse detractionem: & sic de aliis. Et idem est iudicium de desideriis iratorum & medicorum. Et ex his patet responsio ad obiecta.

¶ Sed restat vnum nouitiorum dubium. Quo pacto odium proximi est speciale vitiũ, si eius obiectum est ratio mali proximi, & nullum malum speciale, cùm genus non sit præter suas species, nec possit inueniri odium proximi separatum ab aliis vitiis, quia quicunque desiderat malum alicui, desiderat ei aliquod malum.

¶ Sed hoc facile soluitur, discernendo inter actum animæ, & rationem obiectiuam in communi. Quamuis nanque reperiri non possit in rerum natura ratio generis, præter suas species: potest tamen inueniri in rerum natura actus animæ terminatus ad rationem generis, & non terminatus ad aliquam speciem. vt patet in'intellectu, quum intelligitur anima in communi. Et similiter est in voluntate, quæ tendit in bonum vel malum intellectum. Potest siquidẽ terminare actum suum ad rationem communem, non terminando eundẽ ad speciales. Et hoc modo voluntas vult malum alicui: nec est verum, quòd non possit separatum hoc vitium ab aliis inueniri. Quum enim quis proximo suo desiderat, vt habeat malum, vel cum desiderat, vt habeat omne malum, non descendendo ad tale, vel tale: solo odij peccato inquinatur, vt patet ex suprà allegatis. Constat autem hæc posse accidere.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd sicut dictum * est, odium proximi est vltimum in progressu peccati, eo quòd opponitur dilectioni, qua naturaliter proximus diligitur. Quòd autem aliquis recedat ab eo, quod est naturale, contingit ex hoc, quod intendit vitare aliquod quod est naturaliter fugiendum. Naturaliter autem omne animal fugit tristitiam, sicut & appetit delectationẽ, sicut patet per Philosophum in septimo, * & decimo * Ethico. Et ideo sicut ex delectatione causatur amor, ita ex tristitia causatur odium. Sicut ergo mouemur ad diligendum ea quæ nos delectant, in quantum ex hoc ipso accipiuntur sub ratione boni, ita mouemur ad odiendũ ea quæ nos contristant, inquantum ex hoc ipso accipiuntur sub ratione mali. Vnde cùm inuidia sit tristitia de bono proximi, sequitur quod bonum proximi reddatur nobis odiosum. Et inde est quòd ex inuidia oritur odium.

Cap. 17. 13. & 14. Cap. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ quia vis appetitiua, sicut & apprehensiua reflectitur super suos actus: sequitur quòd in motibus appetitiuæ virtutis sit quædam circulatio. Secundum ergo primum processum appetitiui motus ex amore consequitur desiderium: ex quo consequitur delectatio, cùm quis consecutus fuerit quod desiderabat. Et quia hoc ipsum, quod est delectari in bono amato, habet quandam rationem boni, sequitur quòd delectatio causet amorẽ. Et secundum eandem rationem sequitur, quòd tristitia causet odium.

¶ Ad secũdum dicendum, quod alia, ratio est de dilectione & odio. Nam dilectionis obiectum est bonum, quod à Deo in creaturas deriuatur. Et ideo dilectio per prius est Dei, & per posterius est proximi. Sed odium est mali, quod non habet locum in ipso Deo, sed in eius effectibus. Vnde etiam suprà dictum * est, quod Deus nõ habetur odio, nisi inquantum apprehenditur secundũ suos effectus. Et ideo per prius est odiũ proximi, quàm odium Dei. Vnde cùm inuidia ad proximum sit causa odij, quod est ad proximum, sit per consequens causa odij quod est in Deum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nihil ꝓhibet secundum diuersas rationes aliquid oriri ex diuersis causis. Et secundũ hoc odium potest oriri & ex ira, & ex inuidia. Directius tamen oritur ex inuidia, per quam ipsum bonũ proximi redditur contristabile, & per consequens odibile. Sed ex ira oritur odium secundum quoddam augmentum. Nã primò per iram appetimus malum proximi, secundum quandam mensurã: prout scilicet habet rationem vindictæ. Postea autem per continuitatem iræ peruenitur ad hoc quòd homo malum proximi absolutè desideret: quod pertinet ad rationem odij. Vnde patet, quòd odium ex inuidia causatur formaliter secundum rationem obiecti, ex ira autem dispositiuè.

¶ In eodem articulo sexto in responsione ad vltimum Martinus occurrit contra illud. Ex inuidia generatur odium formaliter, secundum rationem obiecti: ex ira autem dispositiuè tantum. Non placet, inquit, mihi: quia secũdum ipsum malum alterius absolutè est obiectum odij: sed inuidus & iratus conueniunt in hoc, quòd vterque appetit malum alterius in ordine ad aliud, inuidus quidem in ordine ad suã gloriam, vel excellentiã: iratus autem in ordine ad vindictam. Non ergo inde oritur formaliter ex parte obiecti, & hic non: sed par est de vtroque ratio.

¶ Ad hoc dicitur quòd inter iram & inuidiam est maxima differentia, quo ad duo in proposito. Primò, quod ira respicit malum, non vt malum, sed vt iustum. Inuidia autem respicit bonum vt malum: & hinc fit, quod ex obiecto formali affinis sit odio, quod est de bono vt malo. Vnde est eadem ratio, vt patet. Secundo, quod obiectum inuidiæ est contristans, eo quod ipsa est essentialiter tristitia. Obiectum autem irati quamuis supponat contristans, non tamen est contristans vt sic, quum ira non sit tristitia formaliter, & hinc in litera ponitur odium oriri ex inuidia, quia contristans vt sic, parit odibile, sicut delectans vt sic parit amabile. Ex iraigitur & inuidia pro quanto sunt mali contracti, nascitur dispositiuè odiũ ex parte subiecti, quamuis magis ex inuidia propter propinquitatem rationum formalium obiecti: quia tam inuidia quam odium est respectu mali formaliter. Sed ex inuidia pro quanto est formaliter respectu contristantis, nascitur ex parte obiecti formaliter odium: quia constristans vt sic, parit odibile.

*Mal. qũ. 11. art. 1. cor. fi. & art. 3. * cap. 5. L. 2. c. 14. * 1. 2. q. 35. ar. 8.*

QVÆSTIO TRIGESIMA QUINTA DE ACCIDIA, IN QUATUOR ARTICULOS DIUISA.

DEINDE considerandũ est de vitiis oppositis gaudio charitatis: quod quidem est & de bono diuino, cui gaudio opponitur accidia, & de bono proximi, cui gaudio opponitur inuidia. Vnde primò considerãdum est de accidia: secundò de inuidia.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.
¶ Primò, vtrum accidia sit peccatum.
¶ Secundò, vtrum sit speciale vitium.
¶ Tertiò, vtrum sit mortale peccatum.
¶ Quartò, vtrum sit vitium capitale.

ARTICVLVS I.

¶ Vtram accidia sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd accidia non sit peccatum. Passionibus enim non laudamur, neque vituperamur, secundum Philosophum in secundo Ethic. * Sed accidia est quædam passio. Est enim species tristitiæ, vt Damasc. * dicit, & suprà habitum est, * ergo accidia non est peccatum.

Mal. qũ. 11. art. 1.

¶ Ad hoc dicitur quod accidia est tristitia de bono diuino in eo, qui contristatur. Et propterea dicitur, quod est respectu boni proprij & boni spiritualis, inquantum habet rationem boni diuini. Considerandum est enim, quòd charitas licet principaliter gaudeat de bono diuino in ipso Deo, secundario tamen & consequenter gaudet de bono diuino, & ipso etiam Deo in seipso amante, & etiam in proximo. Et licet vna sit charitas gaudens de his tribus: vitium tamen oppositum non est vnum: quia malum multifariam cõtingit, sed triplex, scilicet odium, accidia, & inuidia. Odium siquidem refutat bonum tam in Deo, quàm in proximo absolute. Inuidia autem in proximo, vt in quæstio ne sequente patebit. Accidia autem in ipso contristante refutante bonũ, non quodcunque, forma liter loquendo, sed diuinum: quia quicquid refutat, inquantum habet rationem diuini boni in ipso contristante, refutat. Vnde conceditur, quòd directe opponitur gaudio charitatis, pro quanto claudit in se amorem concupiscentiæ. Propter quod ex ea nascitur desperatio, quæ Deum à nobis aufert, & hoc modo est respectu finis vltimi. Et quia omne concupitũ à charitate, in Deum amicitia amatum finaliter referrur: ideo accidia tristatur de bono diuino in nobis: quod propter Deum habere debemus. Vnde Autor in articulo tertio, quum dixisset qd proprius effectus charitatis est gaudium de Deo, caute subiunxit quod accidia est tristitia de bono spirituali in quantum diuinum: & non dixit, quòd est tristitia de Deo, quãuis etiam si dixisset de Deo, in nobis intelligi potuisset. Et sic omnia consonant simpliciter, & in doctrina Autoris.

Cap. 1.

Li. 2. cap. 14.

Glos. ord.

¶ 2 Præterea, Nullus defectꝰ corporalis, q statutis horis accidit, habet rationẽ peccati. Sed accidia est huiusmodi. Dicit enim Cassianus in lib. * de institutis monasteriorum, Maxime accidia circa horam sextam monachum inquietat, vt quædam febris ingruens tempore præstituto, ardentissimos æstus accessionũ suarũ solitis ac statutis horis animæ inferẽs ægrotanti. Ergo accidia non est peccatum.

Cap. 31.

¶ 3 Præt. Illud quod ex radice bona ꝓcedit, non videtur esse peccatum. Sed accidia ex bona radice ꝓcedit. Dicit enim Cassianus in eodem libr. quòd accidia prouenit ex hoc, quòd aliquis ingemiscit se fructum spiritualem non habere, & absentia lõgęque posita magnificat monasteria. Quod videtur ad humilitatẽ pertinere. ergo accidia non est peccatum.

¶ 4 Præterea, Omne peccatum est fugiẽdum, secundum illud Eccles. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatũ. Sed Cassianus dicit in eodem lib. Experimẽto probatũ est accidiæ impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam. ergo accidia non est peccatum.

¶ SED CONTRA, Illud quod inter dicitur in sacra Scriptura, peccatum est. Sed accidia est huiusmodi. Dicitur enim Eccles. 6. Subiice humerum tuum, & porta illam, scilicet spiritualem sapiẽtiã, & non accidieris in vinculis eius. ergo accidia est peccatum.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd accidia secundũ Damascenum * est quædam tristitia aggrauãs: quę scilicet ita deprimit animum hominis, vt nihil ei agere libeat, sicuti ea, q̃ sunt acida, frigida sunt. Et ideo accidia importat quoddam tædium operandi: vt patet per hoc quod dicitur in glossa * super illud Psalmistæ, Omnem escam abominata est anima eorum. Et à quibusdã dicitur, quod accidia est torpor mentis bona negligẽtis incohare. Huiusmodi autẽ tristitia semper est mala. Quandoque quidem etiam secundum seipsam, quandoq; verò secundum effectum. Tristitia enim secundũ se mala est, quæ est de eo quod est apparens malũ & vere bonum: sicut e contrario mala delectatio est, quæ est de eo, quod est apparens bonũ, & vere malum. Cùm ergo spirituale bonũ sit vere bonum, tristitia quæ est de spirituali bono, est secundum se mala. Et etiã tristitia, quæ est vere de malo, mala est secundũ effectũ, si sic aggrauet hominem vt cum totaliter à bono opere retrahat. Vnde & apostolus secundæ ad Corinthios secundo, non vult vt pœnitens maiori tristitia de peccato absorbeatur: quia ergo accidia, secundum quod hic sumitur, nominat tristitiam spiritualis boni, est dupliciter mala & secundum se, & secundum effectum. & ideo accidia est peccatum. Malum enim in motibus appetitiuis dicimus esse peccatũ, vt ex supradictis * patet.

Cap. 31.

1. 2. q. 74. art. 3. & Supra q. 10. art. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ passiones secundum quod applicantur ad aliquod malũ, vituperantur, sicut & laudantur ex hoc, quod applicantur ad aliquod bonum. Vnde tristitia secundum se non nominat nec aliquid laudabile, nec vituperabile: sed tristitia de malo moderata nominat aliquid laudabile. Tristitia autem de bono & iterum tristitia immoderata nominat aliquid vituperabile. Et secundum hoc accidia ponitur peccatum.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ passiones appetitus sensitiui, & in se possunt esse peccata venialia, & inclinant animã ad peccatũ mortale. Et quia appetitus sensitiuus habet organũ corporalẽ: sequitur, quod per aliquã corporalẽ transmutationẽ hõ fit habilior ad aliquod peccatũ. Et ideo potest contingere, ꝙ secũdũ aliquas transmutationes corporales certis temporibus prouenientes, aliqua peccata nos magis impugnent. Omnis autẽ corporalis defectus de se ad tristitiã disponit. Et ideo ieiunantes circa meridiem, quando iam incipiunt sentire defectum cibi, & vrgeri ab æstibus solis, magis ab accidia impugnantur.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd ad humilitatem pertinet, vt homo defectus proprios considerans, seipsum non extollat. Sed hoc non pertinet ad humilitatem: sed potius ad ingratitudinem, ꝙ bona quæ quis à Deo possidet, contemnat. Et ex tali contemptu sequitur accidia. De his enim tristamur, quę quasi mala, vel vilia reputamus. Sic ergo necesse est, vt aliquis aliorum bona extollat, quòd tamen bona sibi diuinitus prouisa non contẽnat, quia sic ei tristia redderentur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd peccatum semper est fugiendum. Sed impugnatio peccati quandoque est vincenda fugiẽdo, quandoque resistendo. Fugiendo quidem, quando continua cogitatio auget peccati incentiuum, sicut est luxuria. Vnde dicitur primæ ad Corinthios sexto, Fugite fornicationem. Resistendo autem, quando cogitatio per seuerans tollit incentiuum peccati, quod prouenit ex aliqua leui apprehensione: Et hoc contingit in accidia: quia quantò magis cogitamus de bonis spiritualibus, tantò magis nobis placentia redduntur, ex quo cessat accidia.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum accidia sit speciale vitium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd accidia non sit speciale vitium. Illud enim quod conuenit omni vitio, non constituit specialis vitij rationem. Sed quodlibet vitium facit hominem tristari de bono spirituali opposito. Nam luxuriosus tristatur de bono continentiæ, & gulosus de bono abstinentiæ. Cùm ergo accidia sit tristitia de bono spirituali, sicut dictum * est, videtur quòd accidia non sit speciale peccatum.

Mal. qũ. 11. art. 2. & art. 3. Et 4. cor.

Ar. prec.

¶ 2 Præterea, accidia cùm sit tristitia quædam, gaudio opponitur. Sed gaudium non ponitur vna specialis virtus. ergo neq; accidia debet poni speciale vitium.

¶ 3 Præterea, Spirituale bonum cùm sit quoddã commune obiectum, quod virtus appetit, & vitium refugit, non constituit specialem rationem virtutis aut vitij, nisi per aliquid additum contrahatur. Sed nihil videtur quod contrahat ipsum ad accidiam, si sit vitium speciale, nisi labor. Ex hoc enim aliqui refugiunt spiritualia bona, quia sunt laboriosa. Vnde & accidia tędium quoddam est: refugere autem labores & quærere quietẽ corporalem, ad idem pertinere videtur, scilicet ad pigritiã. ergo accidia nihil aliud est quàm pigritia. Quod videtur esse falsum. Nam pigritia solicitudini opponitur, accidiæ autem gaudium. Non ergo accidia est speciale vitium.

¶ SED CONTRA est, quod Gregor. 13. Moral * distinguit accidiam ab aliis vitiis. Ergo est speciale vitium.

1. 2. q. 70. art. 1.

¶ RESPONDEO, dicendũ ꝙ cùm accidia sit tristitia de spirituali bono, si accipiatur spirituale bonum communiter, non habebit accidia rationem specialis vitij: quia sicut dictum est *, omne vitium refugit spirituale bonum virtutis oppositæ. Similiter etiam non potest dici quòd sit speciale vitiũ accidia, inquãtum refugit spirituale bonum, prout est laboriosum vel molestum corpori, aut delectationis eius impeditiuum: quia hoc etiam non separaret accidiã à vitiis carnalibus, quibus aliquis quietem & delectationem corporis quærit. Et ideo dicendum est, quòd in spiritualibus bonis est quidã ordo. Nam omnia spiritualia bona, quæ sunt in actibus singularum virtutum, ordinantur ad vnum spirituale bonum, quod est bonum diuinum, circa quod est specialis virtus, quæ est charitas. Vnde ad quãlibet virtutem pertinet gaudere de proprio spirituali bono, quod consistit in proprio actu. Sed ad charitatem pertinet specialiter illud gaudium spirituale, quo quis gaudet de bono diuino. Et similiter illa tristitia, qua quis tristatur de bono spirituali, quod est in actibus singularum virtutum, non pertinet ad aliquod vitium speciale, sed ad omnia vitia. Sed tristari de bono diuino de quo charitas gaudet, pertinet ad speciale virium, quod accidia vocatur.

Cor. & ar.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum accidia sit peccatum mortale.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod accidia non sit peccatum mortale. Omne enim peccatum mortale contrariatur præcepto legis Dei. Sed accidia nulli præcepto videtur contrariari, vt patet discurrenti per singulẽ præcepta decalogi. Ergo accidia non est peccatum mortale.

Mal. qũ. 11. artic. 1, cor. & ar. 3.

¶ Præterea, Peccatum operis in eodem genere non est minus, quàm peccatum cordis. Sed recedere opere ab aliquo spirituali bono in Deum ducente, non est peccatũ mortale: alio-

Universidad de Deusto Biblioteca

quin mortaliter peccaret quicunque consilia non obseruaret. Ergo recedere corde per tristitiã ab huiusmodi spiritualibus operibus, non est peccatum mortale. Non ergo accidia est peccatum mortale.

¶3 Preterea, Nullum peccatũ mortale in viris perfectis inuenitur. Sed accidia inuenitur in viris perfectis. Dicit enim Cassianus in lib. 10. de Institutis Cœnobiorũ, * q̃ accidia est solitariis magis experta, & in eremo cõmemorantibus infestior hostis ac frequens. Ergo acidia non est peccatum mortale.

In princip. sui. 9.

1.2.q.88. ar.1.&2.

¶SED CONTRA, Illud quod dicitur secũdæ ad Cor. 7. Tristitia sęculi mortem operatur. Sed huiusmodi est accidia. Non enim est tristitia secundum Deũ, quæ cõtra tristitiam sęculi diuiditur, & mortem operatur. Ergo est peccatũ mortale.

¶RESPONDEO, dicendum quòd sicut dictũ * est, peccatũ mortale dicitur, qđ spirituale vitã tollit, q̃ est p charitatẽ, secũdũ quã Deus nos inhabitat. Vñ illud peccatũ ex suo genere est peccatũ mortale, qđ de se secũdũ ꝓpriã rõnem cõtrariat charitati. Huiusmodi aũt est accidia. Nã proprius effectus charitatis est gaudiũ de Deo, vt s̃ dictum est. * Accidia autem est tristitia de bono spirituali, inquantum est bonum diuinum. Vnde secundum suum genus accidia est peccatum mortale.

q.28.ar.1

¶Sed considerandum est in omnibus peccatis, quæ sunt secundum suum genus mortalia, quòd non sunt mortalia, nisi quando suam perfectionem consequuntur. Est enim consummatio peccati in consensu rationis. Loquimur enim nunc de peccato humano, quod in actu humano consistit, cuius principium est ratio. Vnde si sit inchoatio peccati in sola sensualitate, & non pertingat vsque ad consensum rationis propter imperfectionem actus, est peccatum veniale. Sicut in genere adulterij concupiscentia, quæ consistit in sola sensualitate, est peccatum veniale: si tamen peruenitur vsque ad consensum rationis est peccatum mortale. Ita etiam & motus accidiæ in sola sensualitate, quandoque est propter repugnantiam carnis ad spiritum: & tunc est peccatum veniale. Quandoque verò contingit vsque ad rationem, quæ consentit in fugam & detestationem boni diuini, carne contra spiritum omnino præualente: & tunc manifestum est, quòd accidia est peccatum mortale.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd accidia contrariatur præcepto de sanctificatione sabbati, in quo secundum quod est præceptum morale, præcipitur quies mẽtis in Deo, cui etiam contrariatur tristitia mentis de bono diuino.

¶Ad secundum dicendũ, quòd accidia nõ est recessus mentalis à quocunque spirituali bono: sed à bono diuino, cui oportet mentem inhærere ex necessitate. Vnde si quis contristetur de hoc, quòd aliquis cogit eum implere opera virtutis, quæ facere non tenetur, non est peccatum accidiæ. Sed quando cõtristatur in iis, quæ ei imminent facienda propter Deum.

¶Ad tertium dicendum, quòd in viris sanctis inueniuntur aliqui imperfecti motus accidiæ, qui tamen non pertingunt vsq; ad consensum rationis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum accidia debeat poni vitium capitale.

Infrà q. 36 art. 4. co. Et 2. dis.42.q. 2.artic.3. col.fi. Et mal.q.11. artic.4. *q. præc. arti.5.& 1.2.q.84. ar 4.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd accidia non debeat poni vitium capitale. Vitium enim capitale dicitur quod mouet ad actus peccatorum, vt suprà habitum est.* Sed accidia non mouet ad agendum, sed magis retrahit ab agendo. Ergo non debet poni vitium capitale.

¶2 Præterea, Vitium capitale habet filias sibi deputatas. Assignat autem Gregor. 31. † Moral. sex filias accidiæ, quæ sunt malitia, rancor, pusillanimitas desperatio, torpor circa præcepta, euagatio mentis circa illicita: quæ non videntur conuenienter oriri ex accidia. Nam rancor idem esse videtur quod odiũ quod oritur ex inuidia, vt suprà dictum* est. Malitia autem est genus ad omnia vitia. Et similiter euagatio mentis circa illicita: & in omnibus vitiis inuenitur. Torpor autem circa præcepta idem videtur esse, quod accidia. Pusillanimitas autem & desperatio ex quibuscunque peccatis oriri possunt. Non ergo conuenienter ponitur accidia esse vitium capitale.

† cap.31. * q.præc. ar.6.

¶3 Præterea, Isidorus in lib. de Summo bono distinguit vitium accidiæ à vitio tristitiæ dicẽs tristitiã esse inquantum recedit à grauiori & laborioso, ad quod tenetur: accidiã aũt inquantum se conuertit ad quietẽ indebitam. Et dicit de tristitia oriri rãcorẽ, pusillanimitatẽ, amaritudinẽ, desperationẽ. De accidia verò dicit oriri septem, quæ sunt ociositas, somnolẽtia, importunitas mentis, inquietudo corporis, instabilitas, verbositas, curiositas. Ergo videtur vel quòd à Greg. † vel ab Isidoro malè assignetur accidia vitium capitale cum suis filiabus.

† li'r 31. mor. c.31. *lib.2.de summo bo

¶SED CONTRA est, quòd idem Gregor. dicit 31. Moral.* accidiam esse vitium capitale, & habere prædictas filias.

¶RESPONDEO dicẽdũ, quòd sicut s̃ dictũ † est, vitiũ capitale dicit̃ esse ex quo promptũ est, vt alia oriantur secũdũ rationẽ causæ finalis. Sicut aũt homines multa operantur ꝓpter delectationẽ, tũ vt ipsam consequantur: tũ ẽt ex eius impetu ad aliquid agendũ permoti: ita etiam propter tristitiam multa operantur, vel vt ipsam euitent, vel eius ꝑondere in aliqua agenda prorũpentes. Vnde cũ accidia sit tristitia quædã, vt suprà dictum * est, conuenienter ponitur vitium capitale.

no.c.27. † ca 31.1. 2.q.84.artic.4 D. 302.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ q̃ accidia aggrauãdo animũ, hominẽ impedit ab illis operibus, quæ tristitiã causant. Sed tñ inducit animũ ad aliqua agẽda, vel q̃ sũt tristitiæ cõsona, sicut ad plorãdũ, vel etiam ad aliqua per q̃ tristitia euitatur.

Ar.1.& 1.2.q.35. ar.8.

¶Ad secundum dicendum, q̃ Greg. cõuenienter assignat filias accidiæ: qa ẽm, vt Philosophus dicit in 8.* Ethicorum, nullus diu absq; delectatiõe põt manere cũ tristitia, necesse est quòd ex tristitia aliqd dupliciter oriatur: vno mõ, vt hõ recedat à cõtristantibus: alio mõ, vt ad alia transeat, in quibus delectatur: sicut illi qui nõ possunt gaudere in spiritualibus delectationibus, trãsferũt se ad corporales, secũdũ Philosophũ in decimo Ethicorum*. In fuga aũt tristitiæ talis processus attenditur: qa primò hõ fugit contristantia, secundò etiã impugnat ea quę tristitiam ingerunt. Spiritualia autem bona, de quibus tristatur accidia, sunt & finis, & id quod est ad finẽ. Fuga autem finis fit per desperationem: fuga autem bonorum quæ sunt ad finem, quantum ad ardua, quæ sub sunt consiliis, fit per pusillanimitatẽ: quantum aũt ad ea, quæ pertinent ad cõmunem iustitiã, fit per torporem circa præcepta. Impugnatio autẽ contristantiũ bonorum spiritualiũ, quandoq; quidẽ est circa homines, qui ad bona spiritualia inducuntur: & hic est rancor. Quandoque verò se extendit ad ipsa spiritualia bona, in quorũ detestationem aliquis adducitur, & hoc propriè est malitia. Inquantum autem propter tristitiã à spiritualibus aliquis transfert se ad delectabilia exteriora, ponitur filia accidiæ euagatio circa illicita. Per quod patet responsio ad ea, quæ circa singulas filias obiiciebantur. Nã malitia non accipitur hîc, secundum quòd est genus vitiorum, sed sicut dictum est. * Rancor etiam non accipitur hîc communiter pro odio, sed pro quadam indignatione, sicut dictum est: & idem dicendum est de aliis.

c.35 & 6. lib.10. Ethic.c.6. in verbis præced. huius sol.

¶Ad tertium dicendũ, q̃ ẽt Cassianus in lib. de Instit. cœnobiorũ distinguit tristitiã ab accidia. Sed conueniẽtius Greg. accidiã tristitiã nominat: qa, sicut s̃ dictũ* est, tristitia nõ est vitium ab aliis distinctũ, secũdũ quod aliqs recedit à graui & laborioso opere, vel secundũ quascunq; alias causas aliquis tristetur: sed solùm secundũ quod tristatur de bono diuino, quod pertinet ad rationẽ inuidiæ, q̃ intãtũ conuertit ad quietẽ indebitã, inquãtũ aspernatur bonũ diuinũ. Illa autẽ q̃ Isid. ponit oriri ex accidia & tristitia, reducuntur ad ea q̃ Greg. ponit. nã amaritudo, quã Isid. ponit oriri ex tristitia, est qdã effectus rancoris. Ociositas aũt & somnolẽtia reducũtur ad torporẽ circa p̃cepta, circa q̃ est aliquis ociosus, oĩa ea prætermittens, & somnolẽtus ea negligẽter implens. Omnia aũt alia quinque, q̃ ponit ex accidia oriri, pertinent ad euagationem mentis circa illicita: quæ quidem secundum qđ in ipsa arce mẽtis residet, volẽtis importunè ad diuersa se diffũdere, vocat̃ importunitas mẽtis: secũdũ aũt qđ pertinet ad cognitionẽ dicit̃ curiositas: quãtùm aũt ad locutionem dicit̃ verbositas: quantùm autem ad corpus in eodem loco nõ manens, dicitur inquietudo corporis, quando s. aliquis p inordinatos motus mẽbrorũ vagacitatẽ indicat mẽtis: quantùm aũt ad diuersa loca dicitur instabilitas: vel potest accipi instabilitas secundum mutabilitatem propositi.

Art.3.

QVÆSTIO TRIGESIMASEXTA de Inuidia, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de inuidia.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, quid sit inuidia. ¶ Secundò, vtrum sit peccatum. ¶Tertiò, vtrum sit peccatum mortale.

¶ Quartò, vtrum sit vitium capitale, & de filiabus eius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum inuidia sit tristitia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd inuidia non sit tristitia. Obiectum enim tristitiæ est bonum. Dicit enim Gregorius in quinto Moral.* de inuido loquens, Tabescentem mentem sua pęna faciet, quam felicitas torquet aliena. ergo inuidia non est tristitia.

infrà ar.2. & mal.q. 10. arti.1. ad 6. & arti.2. ad 1. Et qõ. 11. arti. 3. & 4. cor. Et Iob 5. principio. *Cap.34.

¶2 Pręterea, Similitudo non est causa tristitiæ, sed magis delectationis. Sed similitudo est causa inuidiæ. Dicit enim Philosophus in secũdo Rhet.† Inuidebunt tales, quibus sunt aliqui similes aut secundum genus, aut secundũ cognationem, aut secundum staturam, aut secundum habitum aut secundum opinionem. Ergo inuidia non est tristitia.

¶3 Præterea, Tristitia ex aliquo defectu causatur. Vñ illi qui sunt in magno defectu, sunt ad tristitiã ꝓni, vt s̃ dictũ * est, cũ de passionibus ageretur. Sed illi, quibus modicũ deficit, & qui sũt amatores honoris, & qui reputãtur sapiẽtes, sunt inuidi, vt patet p Philosophum in secũdo Rhetor.* ergo inuidia nõ est tristitia.

¶4 Præterea, Tristitia delectationi opponitur. Oppositorũ aũt non est eadẽ causa. Ergo cùm memoria bonorũ humanorum sit cã delectationis, vt suprà dictũ est,* non erit causa tristitiæ: est aũt causa inuidiæ. Dicit enim Philosophus in secũdo Rhetor.* q̃ iis aliqui inuident, qui habent aut possederunt quæ ipsis conueniebant, aut quæ ipsi quandoque possidebant. Ergo inuidia non est tristitia.

¶SED CONTRA est, q̃ Dam. in 2. lib. ponit inuidiã speciem tristitiæ, & dicit q̃ inuidia est tristitia ĩ alienis bõis.

¶RESPONDEO, dicendũ q̃ obiectum tristitiæ est malum propriũ. Cõtingit autem id, quod est alienum bonũ, apprehendi vt malũ proprium. & secũdum hoc de bono alieno potest esse tristitia. Sed hoc cõtingit dupliciter. Vno mõ: qñ quis tristatur de bono alicuius, inquantum imminet sibi ex hoc periculum alicuius nocumenti. Sicut cum homo tristatur de exaltatione inimici sui, timens ne eum lędat. Et talis tristitia nõ est inuidia, sed magis timoris effectus, vt Philosophus dicit in secũdo* Rhetoric. Alio modo bonum alterius æstimatur vt malũ ꝓpriũ, inquãtum est diminutiuum proprię glorię, vel excellentiæ. Et hoc mõ de bono alterius tristatur inuidia. Et ideo præcipuè de illis bonis homines inuident, in quibus est gloria, & in qb⁹ homines amãt honorari, & ĩ opinione esse, vt Philosoph⁹ dicit ĩ secũdo Rhetori.*

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ nihil prohibet id quod est bonum vni, apprehendi vt malum alteri. Et secundũ hoc tristitia aliqua potest esse de bono, vt dictum est.*

¶Ad secundum dicendum, q̃ quia inuidia est de gloria alterius, inquãtũ diminuit gloriam, quam quis appetit: consequens est, vt ad illos tantùm inuidia habeatur, quibus homo vult se ęquare, vel præferre in gloria. Hoc aũt nõ est respectu multum à se distantium. Nullus ẽm nisi insanus studet se æquare vel præferre in gloria iis, qui sunt multò eo maiores, puta plebeius homo regi, vel etiam rex plebeio, quẽ multum excedit. Et iõ iis qui multum distant vel loco, vel tempore, vel statu, homo nõ inuidet, sed his qui sunt propinqui, quibus se innititur æquare vel præferre. Nam cùm illi excedunt in gloria, accidit hoc contra nostrã vtilitatem: & inde causatur tristitia. Similitudo autem delectationem causat, inquantum concordat voluntati.

¶Super Quæstionis trigesimæsextæ Articulum primum.

IN art.1.q.36. circa diffinitionẽ inuidiæ, scilicet quòd est tristitia de bono alterius, quatenus est diminutiuum propriæ gloriæ, vel excellentiæ, dubium ex Martimo occurrit, multipliciter hoc impugnante. Primò autoritate Aristotelis in secundo Rhetor. vbi differentiam inter inuidiam & nemesin, ac timorem ponit, per hoc quòd nemesis est de bono indigni, timor de bono alterius quatenus nociuum: inuidia autem de bono alterius propter ipsum proximum. Vbi patet quòd tristitia de bono proximi quia inde eueniet diminutio gloriæ nostræ, timor est non inuidia.

*c.10.

¶Deinde super hac autoritate fundat quatuor argumenta.

¶ Primum est, Nulla tristitia de bono alterius inquantum per hoc imminet nobis periculum alicuius nocumenti est inuidia. Patet ista ex ipso Thoma etiam in hoc articulo. Sed tristitia de bono alterius inquantum est diminutiuum proprię gloriæ vel excellentię est tristitia de bono proximi inquantum imminet nobis periculum alicuius nocumenti. ergo huiusmodi tristitia non est inuidia. Minor patet, quia diminutio gloriæ vel excellentiæ est maius nocumentum, quàm diminutio diuitiarum.

1.2.q.36. cap.10. 12.q.31. art.3. cap.10.

¶Secundũ est, Nullus timor est inuidia: sed tristitia de bono proximi, vt diminutio propriæ excellentiæ est timor. ergo nõ est inuidia. Maior patet quia contra se inuicem timor & inuidia distinguuntur ab Aristot. & Thoma. Minor patet quia omnis tristitia ex apprehensione futuri corruptiui, aut contristatiui de prope apparentis est timor, secundum Aristo. in eodem libro.

¶ Tertium est, Quicquid facit tristitiã de bono alterius nõ esse ꝓpter ipsum ꝓximũ, de cuius bono tristamur, sed propter eũ qui tristatur, facit tristitiã nõ esse inuidiã. Sed esse diminutiuũ ꝓpriæ excellentiæ facit tristitiã de bono proximi esse non propter proximũ, de cuius bono tristamur, sed propter nos, qui tristamur. ergo. Maior patet ex diffinitione Aristo. Minor ex terminis est nota.

¶ Quartum est, Possibile est quòd aliquis tristetur de bono proximi propter ipsum proximum, quia scilicet non vult sibi bene esse, & non quia diminutiuum propriæ excellentiæ: & possibile est quòd aliquis tristetur de bono proximi quatenus diminutiuo propriæ excellentiæ, & non propter ipsum proximum. Sed in huiusmodi casu primum est inuidia, & non secundum. igitur. Ex his patet quòd opinio Tho. contradicit Aristot. & sibiipsi.

¶ Ad horum euidentem notitiam. exponenda est primò sententia Aristot. de obiecto inuidiæ. Secundo ostẽditur, quòd via Martini est & contra Aristot. & contra veritatem. Tertio conferenda est sententia Aristot. cum doctrina Autoris. Quarto respondebitur obiectis.

¶Quo ad primum, Aristot. in secundo Rhetor. tractans de passionibus animę, ponit quatuor tristitiæ passiones circa bonum alienum, scilicet timorem, æmulationem, indignationem & inuidiam Et ad timorem spectare vult dolere de aliena prosperitate, quatenus ex illa aliquod imminet nobis malum. Ad æmulationem vero spectat dolere de alieno bono, non quia alius hoc habet, sed quia ipse illo caret. Ad indignationem autem spectat dolere de prosperitate indigni: ad inuidiam demum spectat dolere de prosperitate æqualis & similis. Vbi perspice primo quatuor rationes formales obiecti doloris in alieno bono. Perspice secundo, quod indignatio & inuidia in sola conditione hominis, de quo est dolor, differunt. Nam vtraque est dolor perturbans de prosperitate aliena. Sed indignatio est de prosperitate indigni: inuidia vero de prosperitate æqualis & similis. Ita quod sicut indignatus ægre fert indignũ prosperari: non propterea, quia timet quòd ex indigni prosperitate aliquid mali sibi eueniat, sed ea ratione quia indignus prosperatur: ita inuidus ægre fert hominem æqualem & similem prosperari: nõ quia timeat quòd ex illius prosperitate aliquid alterum sibi mali eueniat, sed ea ratione quia æqualis & similis prosperatur. Et per hoc vterq; dolet, non quia sibi timet, sed quia alter prosperatur. Hæc est plana sentẽtia Arist. ibidẽ, vt patet intuẽti. Hęcde primo.

¶ Quoad secundum quanta differentia est inter prosperitatem alterius hominis absolutè, & prosperitatem alterius hominis æqualis & similis, tanta est distantia inter phantasiam Martini, & sñiam Aristot. Nam Martinus ponit inuidiam esse dolere de bono alterius hominis absolutè seu propter ipsum hominem. Aristot. autẽ ponit inuidiã esse dolorẽ de prosperitate alterius hominis æqualis & similis. Et propterea credens se sequi Arist. longe aberrauit ab eius doctrina. Fuit aũt, vt puto, rõ erroris sui illud Aristot. verbũ, Propter ipsum proximum. Putauit enim Martinus proximum esse nomen substantiæ: & quasi dixisset propter ipsum alium hominẽ. quum tñ sit nomen accidentis, cõprehendentis vtrunque dictum accidens, s. æquale & simile. Nam statim posita diffinitione inuidiæ supradicta, volens declarare rationem in homine inuentã, quare sua prosperitas ab inuido ægrè feratur, dixit, quod est propter ipsum proximum, seu propinquum, hoc est propter proximitatem seu propinquitatem illius hominis, quod sub aliis verbis dixerat, æqualis & similis, hoc est q̃ prosperitas aliena iõ subiacet inuidiæ, quia est ęqualis & similis, seu quia est propinqui. Contra veritatem autẽ est quia eiusdem moris est velle alicui homini malum, puta mortem absolute, & dolere de bono opposito, hoc est vita ipsius absolutè, vt patet. Sed velle alicui absolutè malum mortis spectat ad vitiũ odij. Ergo tristari de vita alicuius absolutè, spectat ad odium. Et idem est de aliis bonis ac malis iudicium. Nõ ergo inuidia distinguitur ab odio: quia odium est respectu mali alieni propter ipsum hominem, quia s. ipsi absolutè malũ volumus, & inuidia est de bono propter eundẽ, quia scilicet ipsi absolutè bonum volumus, vt Martinus somniare videtur. Sed vterque iste motus vnius & eiusdẽ moris est, odij scilicet. Hæc de secundo.

cap.9. cap.10.

¶Quo ad tertium, sentẽtia Aristo. per doctrinam Autoris non excluditur, sed exponitur. Declarantur singula. Ratio inprimis ab Aristotele explicata in obiecto inuidiæ, manifeste tenet ex parte rei. Nam prosperitas propinqui seu similis & æqualis in re ipsa inuenitur, & nihil aliud in re ipsa, quæ est inuidiæ obiectum secundum veritatem inuenitur mouens ad inuidiam, nisi prosperitas propinqui, vt patet. Et propterea inuidia est semper praua, quia dolor est de prosperitate propinqui, de qua est gaudendum. Et quoniam in hoc quod dico prosperitas æqualis & similis, clauditur excessus quidam respectu æqualis & similis, ex hoc namque quod alterum similium & æqualium prosperatur, excedit reliquum: ideo dicendo quod ratio obiecti inuidiæ est prosperitas similis & æqualis, dicitur quod est bonum excedens in simili & ęquali. Et si amplius scrutati fuerimus, vnum aliud includitur in prosperitate similis & æqualis, s. mutatio relationis in se & suo correlatiuo. Nam vbi prius erant correlatiua æquiparantiæ, quia erant similes & æquales, prosperitas similis & æqualis transfert ipsum in relatiuum, secundum excessum, & correlatiuum excessi, non per diminutionem aliquam in eo qui exceditur, sed per solam augmentationem in eo qui excedit. Et propterea dicendo, quod obiectum inuidiæ est prosperitas similis & æqualis, simul dicitur quod est bonum excedens in simili & æquali: ac per hoc habens se ad alterum, vt excedens ad excessum. Et si profundius adhuc prospexerimus, videbimus quod hæc ipsa mutatio relationum est secundum rem diminutiua excellentiæ in altero: non absolutè, sed relatiuè: hoc est, non minuit in eo aliquod bonũ, sed tollit ab eo relationem excellentiæ cuiusdam, quam prius habebat in hoc, quod erat alteri par. Tollit, dico, non nocendo illi quouis modo, sed per proprium augmentum. Perspicuè quoque circunspicientibus apparebit adhuc, quòd hæc ipsa diminutio relatiua absque sui defectu, & si mala aut nociua minimè sit secundum rem & veritatem, habet tamen mali speciem: non mali culpæ, de quo scriptum est, Ab omni specie mali abstinete vos, sed mali pœnæ. Nam transire de æquali ad esse excessum ex defectu proprio, malum est: sine defectu autem proprio malum non est, sed mali speciem seu similitudinem præfert. Prosperitas ergo æqualis & similis, claudit in se rationem excedentis, ac per hoc mutantis relationem ad suum simile & æquale, in relationem excedẽtis ad excessum: ac per hoc quodammodo minuentis relatiuam excellentiam in suo simili & æquali: ac per hoc licet in se sit bona, quandam tamen habet speciem mali pœnæ, respectu illius similis & æqualis, quem modo excedit: & totum hoc est in re, quia ita res se habet. Et si his adiunxerimus id quod talis prosperitas sortitur in respectu ad inuidiam ex communi ratione tristitiæ, hoc est ex communi conditione, quam tristitiæ ratio in omni suo obiecto ex parte eius, qui tristatur, supponit, scilicet quòd ipso nolente accedat (est enim tristitia de iis quæ nobis nolentibus fiunt seu sunt) oportet superaddere ad dictum inuidiæ obiectum rationem noliti: ita quod prosperitas æqualis & similis nolita est proprium obiectum tristitiæ. Nam si volita esset, causaret gaudium. Et si nec volita nec nolita esset, nec gaudium, nec tristitiam causaret : sed quia nolita est, tristitiam causat. Hæc omnia clara sunt secundum Aristotelem, & idem omnino sentit Autor, quamuis aliis verbis vnum horum explicuerit. Quod enim obiectum inuidiæ sit bonum excedens, expresse habes & in hoc articulo in responsione ad secundum, & in sequenti articulo, vbi dicit, Quarto modo aliquis tristatur de bonis alicuius, inquantum excedit ipsum in bonis: & hoc propriè est inuidia, & istud semper est prauum, ;&c. hæc ibi. Et sic habes omnia apud ipsum, quæ ex ratione excedentis deducta sunt. Quod exigatur ratio propinqui, in hoc articulo, in responsione ad secundum habes, vbi dicitur quod iis qui sunt propinqui, quibus nititur aliquis se æquare vel præ-

In corp. ar.1.&2. q.39.

Universidad de Deusto Biblioteca

ferre. Quod etiam præexigatur ratio noliti, ibidem patet, quum subditur. Nam quum illi excedunt, accidit hoc contra nostram voluntatem: & inde causatur tristitia. Quod concurrat etiam species mali, in hoc articulo patet, quum dicitur, Bonum alterius æstimatur vt malum proprium. Non dixit est, sed æstimatur: quia in veritate non est malum, sed similitudo mali. Speciem igitur mali in quadam quasi diminutione excellentiæ relatiuæ in obiecto inuidiæ inuentam in ordine ad nolentem obiectum illud Autor explicauit per illa verba. Æstimatur vt malum proprium, inquantum est diminutiuum propriæ excellentiæ. Vnde nulla est inter Aristotelem & Autorem in hoc dissonantia: sed explicuit iste quod ille implicitè dixerat, & insinuauerat, dicendo statim post diffinitionem inuidiæ. Hoc autem non: quia ipsi aliquid accidet alterum, sed propter ipsum propinquum, &c. Excludendo enim euentum alicuius alterius, nõ excludit hoc ipsum quod euenit, scilicet quòd exceditur ab æquali & simili: sed potius includitur quum subditur, Sed propter ipsum propinquum: ita quod differentia inter obiectum inuidiæ & timoris non consistere dixit in hoc, quod alterum habeat rationem mali, alterum non: sed in hoc, quod malum in obiecto timoris est aliquid alterum ab ipso bono prouenturum. Malum verò in obiecto inuidiæ non est aliquid alterum ab ipso bono futurum: sed est ipsum bonum, habens mali speciem. Hoc enim denotant illa Aristotelis verba, non quia ipsi aliquid accidet alterum, sed propter ipsum propinquum: nisi quis dicat, quod frustra Aristoteles dixit, Si aliquid alterum. Et vt clarius percipiatur quod dicimus, ponamus exemplum ad propositum, Prosperitas mihi æqualis & similis seu propinqui potest esse obiectum æmulationis, indignationis, timoris, & inuidiæ. Æmulationis quidem, si doleo: non quia ille prosperatur, sed quia non similiter procedo. Indignationis verò, si doleo, quia ille est indignus prosperitate. Timoris autem, si doleo, quòd ex illius prosperitate, rapinæ, cædes, &c. stent. Hæc enim mala aliquid alterum sunt ab ipsa prosperitate, & futura ex illa putantur. Inuidiæ autem inquantum excedit me propinquum: ita quod hoc ipsum quòd me propinquum excedit in se quidem bonum, in ordine autem ad me præcipuè inuitum mali speciem habet. Vnde stant hæc duo simul, quod inuidus non tristatur de prosperitate propinqui: quia aliquid alterum accidet ei, & quod tristatur quia hoc ipsum accidit ei, scilicet excedi, quod mali speciem habet. Nec oportuit Aristotelem clarius hæc explicare, vt explicuit Autor: quia iste etiam nouitiis scripsit, ille eruditis, apud quos constat, quòd sicut impossibile est delectari nisi de bono secundum rem vel apparentiam: ita impossibile est tristari nisi de malo secundum rem vel apparentiam. Hæc de tertio.

¶ Quo ad quartum iam patet responsio, & ad autoritatem Aristotelis, quòd est male intellecta: quoniam æquiuocat de ly Proximo, vt est nomen accidentiæ, & vt est nomen substantiæ. Aristoteles enim vtitur nomine, Proximi, vel propinqui, vt est nomen accidentis: sicut vtitur nomine æqualis & similis, & indigni. Martinus autem intellexit nomine proximi alium hominem secundum se.

¶ Ad primum autem argumentum dicitur, quòd bonum aliquid esse diminutiuum propriæ excellentiæ contingit dupliciter. Vno modo vt factiuum diminutionis secundum rem, siue sic esse diminutiuum secundum rem sit in re, siue sit secundum æstimationem tantum. Et sic conceditur quod spectat ad speciem timoris: liciti quidem, si ita sit in re: illiciti autem, si est secundum æstimationem tantum, ita quod qui tristatur de prosperitate propinqui, quia inde lædetur in propria excellentia, non laborat inuidia, sed timore. Et similiter qui tristatur de prosperitate alterius, quia putat, quamuis vanè, quod ex illius prosperitate proueniet sibi diminutio propriæ excellentiæ, non laborat inuidia, sed timore, sicut qui tristatur de prosperitate alterius: quia putat, quamuis vanè, quod inde proueniet sibi diminutio opum vel regni, & aliorum bonorum. Eiusdem siquidem rationis est velle vel nolle vnum & idem secundum rem, vel secundum apparentiam. Adulteri siquidem est appetere coniugatam secundum rem, & appetere quam putat coniugatam, licet falso. Alio modo contingit bonum alterius esse diminutiuum propriæ excellentiæ: quia ipsum in ordine ad me habet quandam speciem diminutiui excellentiæ meæ: & sic esse diminutiuum propriæ excellentiæ spectat ad inuidiam. Nam inuidus tristatur de prosperitate æqualis & similis, propter hoc, quod est prosperitas æqualis, & similis, quod est excedere me, quod est similitudinariè diminuere excellentiam meam, dum mutat relationem meam. Et hoc est quod prius dictum est, Aristotelem docuisse, scilicet quod timor est de bono: quia inde aliquid alterum accidet. Inuidia autem non, quia inde aliquid alterum accidet, sed quia ipsum tale est, scilicet excedens habens mali speciem. Et quia hinc soluuntur tria prima argumenta, & explanatur Aristoteles & Autor, & omnia consona apparent: conijcere potes, quòd vera doctrina hæc est.

¶ Ad quartum argumentum dicitur, quod tristari de bono proximi, hoc est alterius hominis, quia nolo illi bene esse, est possibile: sed non spectat ad inuidiam, sed ad odium, cuius est velle malum alteri homini non porpter aliud, sicut ad amorem amicitiæ spectat gaudere de bono alterius hominis absolutè, seu propter ipsum hominem, qui bene habet.

¶ In eodem articulo primo in responsione ad tertium Martinus occurrit dicens, Infero contra Thomam, quòd ex pusillanimitate non sequitur inuidia. Thomas enim imponit Aristoteli quòd pusillanimes sint inuidi &c. applicat ad hoc probandum rationem Aristotelis, quia omnia eis magna videntur. Hæc opinio Thomæ non bene concordat cum iis, quæ eodem loco dixit. Et ideo arguitur sic, Nullus inuidet in iis, in quibus se multum putat deficere. Sed pusillanimis omnia reputat magna, vt Aristoteles dicit, & Thomas approbat, ergo pusillanimis ex sua pusillanimitate potius retrahitur ab inuidia: quàm inducatur. Maior & Minor sunt Thomæ hîc.

¶ Ad hoc dicitur, quòd pusillanimitas causat inuidiam in subiecto disposito: hoc est infra latitudinem hominum similium. Inuidia enim, vt Aristoteles diffusè declarat, inter similes est. Causat autem inuidiam ex ratione reddita ab Aristotele & Autore hîc, quia scilicet omnia magna putat, ita quòd prosperitas similis, vni magnanimo nullam, aut paruulam inuidiam excitabit: quia pro nihilo aut quasi nihilo reputans illam prosperitatem, non reputat se excedi. Alteri verò pusillanimi inuidiam magnam excitabit, pro quanto ex quacunque minima prosperitate similis, reputat se multum excedi. Vnde quia pusillanimitas similis facit vel auget obiectum inuidiæ, scilicet rationem excedentis boni in simili: ideo inclinat ab inuidiam. Et hoc clarè sonat textus Aristotelis secundum planum literæ contextum. Sensus enim Martini & extortus est, & Aristoteli tribuit quòd per extranea vagatur. Ad quid enim seruit? ad quod propositum ibi oportebat de pusillanimibus loqui, vbi æquales sunt qui inuident, inuestigatur, nisi quia ipsi sunt inuidi? Et propterea ambitiosis copulantur, quia vtrique magnificant obiectum inuidiæ, quamuis ex diuersa radice, vt clare contextus ostendit.

¶ Ad argumentum autem in oppositum dicitur, quòd multus excessus inter aliquos inuenitur dupliciter, scilicet vel vt præexistens: & sic retrahit ab inuidia: Vel vt aduenient alteri similium: & sic quanto maior excessus aduenit, tãto maior est inuidia. Et propterea Iob 5. dicitur Paruulũ occidit inuidia. Superueniente enim vni similiũ excellẽtia, alter si pusillanimis sit, longe maiori torquetur inuidia: quia quo magis se excedi putat, tanto magis torquetur. Autor ergo cum Aristo. primò in hac responsione ad tertium, loquitur de multo excessu, vel defectu præexistente, de quo solo est vera maior. Postmodum cum ad pusillanimes venit, de multo excessu superueniente, supposita similitudine inter eos loquitur. Et de hoc est vera Minor: & ideo argumentum nihil valet.

¶ In eodem articulo primo in responsione ad quartum non mireris, quòd dicãtur senes inuidere iuuenibus: & cum hoc dicatur quòd inuidi sunt similes aut secundum genus, aut secundum ætatem, &c. vt patet in secundo Rhetor. Aristot. Nam senes habent ætatem iuuenilem in præterito sui. Et ideo recolentes se olim iuuenes non assecutos quod isti iuuenes assequuntur, inuident illis. Et rursus cogitantes se similes iuuenibus in natura, cum diuturniore expectatione tanti temporis non assequi, quod illi medico tempore, scilicet iuuentutis assequuntur, inuident. Semper ergo concurrit similitudo aliqua aliquo modo, vt diffusè Aristoteles ibibem prosequitur de inuidia.

¶ Super Quæstionis trigesimæsextæ Articulum secundum.

IN quæstione trigesima sexta dubium accidit in secundo articulo, de nemesi, quæ ab aliis vocatur indignatio, quia vere pertinere videtur ad bonos mores, nec prohiberi in doctrina fidei. Primum probatur sic: quia, tristari de vere malo, est actus bonus ex genere suo. Sed nemesis est tristitia de vere malo. Nam vere malum est quod bonum fit in indigno. Dissonat namque rationi hoc quod dico, bonum indigno: sicut consonat oppositum, scilicet bonum digno. Et licet huiusmodi bonum commune bonis & malis sit paruum: aliquod tamen bonum est tantum vt gaudij & tristitiæ humanæ materia fit. Nec obstat si dicatur, quòd licet bonum indigno dissonet: tamen bonum ad correctionem vel damnationem seu aliquod huiusmodi non dissonat indigno. Hæc enim accidentia sunt talis boni indigno. Sermo autem doctrinalis formalis est, & de tristitia de bono indigni vt sic, quæstio est. Hanc enim Aristoteles ad bonos mores pertinere, & Autor prohiberi à doctrina fidei affirmat.

¶ Secundum autem declaratur: quia æmulatio iniquorũ prohibita in Scriptura, intelligenda est, vt ab ipsamet Scriptura declaratur, cùm subditur. Noli æmulari vt maligneris: ac si diceret, Noli æmulari sic vt velis fieri malus, vt habeas bona, quæ habent impij.

¶ In oppositum autem est doctrina Autoris.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sic proiectio mercis in mare potest considerari dupliciter, s. secundum se: & sic habet rationẽ mali & contristantis. Et simpliciter, hoc est omnibus consideratis circũstantiis, & sic habet rõnem boni, & appetibilis, vt saluetur vita. Ita bonum indigni potest dupliciter considerari. Primo secundum se & sic habet rationem mali, pro quanto habet rationem iniusti non ea ratione, qua iniustum dicitur malum culpæ aut pœnæ, quia nec culpa est, nec pœna habenti, nec culpa aliorum, nec pœna aliorum, quoniam non oportet bonum indigni esse cum damno alterius, vt patet de bono vitæ, vel sanitatis corporeæ, quæ habẽtis sic est, vt nulli auferatur. Sed ea ratione iniustum est, qua monstra iniusta sunt: qua leo faciem hominis, iniuste haberet. Alio modo potest cõsiderari bonum indigni simpliciter, cum omnibus adiacentibus circunstantiis, prout inuenitur, & sic quum sit quædam distributio diuinæ prouidentiæ, rationem boni habet. Misericordia quippe Patris est bene facere etiam iis, qui oderunt eum. Quum autem rationalis naturæ ma

¶ Ad tertium, dicendum, quòd nullus conatur ad ea, in quibus est multum deficiens. Et ideo cum aliquis in hoc eum excedat, non inuidet. Sed si modicum deficiat, videtur quòd ad hoc pertingere possit, & sic ad hoc conatur. Vnde si frustraretur eius conatu propter excessum gloriæ alterius, tristatur. Et inde est, quòd amatores honoris sunt magis inuidi. Et similiter etiam pusillanimes sunt inuidi: quia omnia reputant magna: & quicquid boni alicui accidat, reputant se in magno superatos esse. Vnde & Iob.5. dicitur, Paruulum occidit inuidia. Et Gregor. dicit in 5. Moralium.* ꝙ inuidere non possumus, nisi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. *Lib.5.c.33.*

¶ Ad quartum dicendum, quòd memoria præteritorum bonorum, inquantum fuerũt habita, delectationẽ causãt. Sed inquantum sunt amissa, causant tristitiã: & inquantum ab aliis habentur causant inuidiam, quia hoc maximè videtur gloriæ propriæ derogare. Et ideo dicit Philosophus in secundo Rhetoric.* ꝙ senes inuident iunioribus: & illi qui multum expenderunt ad aliquid consequẽdum, inuident iis, qui paruis expensis illud sunt consecuti. Dolent enim de amissione suorum bonorum, & de hoc, quòd alij consecuti sunt bona. *Cap.10.*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum inuidia sit peccatum.

Infrà q. 158. art.1. cor. & mal. q. 10. art.1. Et Psal. 36. in principio

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inuidia nõ sit

peccatũ. Dicit enim Hieronymus ad Lætam de instructione filiæ,* Habeat socias, cum quibus discat, quibus inuideat, quarum laudibus mordeatur. Sed nullus est solicitandus ad peccandum. Ergo inuidia non est peccatum. *Ante medium.*

¶ 2 Præt. Inuidia est tristitia de alienis bonis, vt Dam.* dicit. Sed hoc quãdoq; laudabiliter fit. dicit enim Prouer.29. Cum impij sumpserint principatũ, gemet popul⁹. ergo inuidia non est semp peccatũ. *Li.2.cap.14.*

¶ 3 Præterea, Inuidia zelũ quendã nominat. Sed zelus quidã est bonus, secũdum illud Psal. Zelus domus tuæ comedit me. Ergo inuidia non semper est peccatum.

¶ 4 Præterea, Pœna diuidit contra culpã. Sed inuidia est quædã pœna. Dicit enim Greg.5. Mora.* Cũ deuictũ cor liuoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicãt, quàm grauiter animũ vesania infliget. Color quippe pallore afficit, oculi deprimuntur, mẽs accẽditur, mẽbra frigescunt: fit in cogitatione rabies, in dẽtibus stridor. Ergo inuidia nõ est peccatũ. *Cap.34.*

¶ SED CONTRA, ꝙ dr̃ ad Galat. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocãtes, inuicem inuidẽtes.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd sicut dictũ* est: inuidia est tristitia quędã de alienis bonis. Sed hæc tristitia põt cõtingere quatuor modis. Vno quidem mõ, cùm aliquis dolet de bono alicui⁹, inquantum ex eo timetur nocumentũ vel sibiipsi, vel etiã aliis bonis: & talis tristitia non est inuidia, vt dictũ est,* & potest esse sine peccato. Vnde Greg.22. Mora.* ait, Euenire plerũque solet vt non amissa charitate, & inimici nos ruina lætificet, & rursum eius gloria sine inuidiæ culpa cõtristet, cùm & ruẽte eo, quosdam bene erigi credimus, & ꝓficiẽte illo, plerosq; iniustè opprimi formidamus. Alio modo põt aliquis tristari de bono alterius, non ex eo quòd ipse habet bonum, sed ex eo, quòd nobis deest bonũ illud, quod ipse habet. Et hoc ꝓpriè est zelus: vt Philosoph⁹ dicit in secũdo Rhet.* Et si iste zelus sit circa bona honesta, laudabilis est: secundũ illud primæ ad Cor.14. Æmulamini spiritualia. Si autem sit de bonis tẽporalibus, põt esse cum peccato & sine peccato. Tertio modo aliquis tristatur de bono alterius, inquantũ ille, cui accidit bonum, est eo indignus. Quæ quidem tristitia non potest oriri ex bonis honestis, ex quibus aliquis iustus efficit: sed sicut Phi *Art.præc. Art.præc. Cap.11. Cap.11.*

lum, quod solum in moralibus malum est, geminum tantum sit scilicet culpę & pœnæ, oportet vt bonum indigni si tristitiam de se malam, vel bonam reddit, vere malum culpæ aut pœnæ sit, ad constituendam tristitiam malam, aut vere bonum, ad constituendum tristitiã malam. Nulla autem apparet ratio mali pœnæ aut culpæ hic in ipso habente, vt patet. Sed in distributione actiua apparet ratio mali culpæ, iniustæ scilicet distributionis, & in proportionalitate personarum: quibus distribuendum est, & rerum quæ distribuendæ sunt, apparet & malum pœnæ in genere humano, dũ diuitię, potẽtia, honor, & huiusmodi debita dignis, dantur indignis & per hoc priuantur digni. Vnde & Aristotel. in secundo Rhetoric. fundat doctrinam suã super hoc, scilicet, quod præter dignitatem fit, iniustum est. Sed si diligẽter consideremus & confiteamur quod in distributione actiua horum non potest inueniri malum culpæ, quia est actio diuinæ prouidentiæ, & quod viris vere bonis non debentur bona huiusmodi temporalia secundum se: sed solum in ordine ad vitam ęternam: quia sic solùm cadunt sub merito, vt in vltimo articulo Primæ secundæ dictum est: & hoc quia sunt adeo parua bona, vt non sint bona simpliciter, clare videbimus quòd nec mali culpæ, nec mali pœnæ ratio in huiusmodi bonis indignorum inuenitur, & quod Aristoteles, qui bona tantum præsentia in humano genere nouit, & prouidentiam diuinam respectu singulorum hominum negasse videtur in duodecimo Metaphysi. id quod in distributione humana iniustum inuenit: eleuauit ad distributionem huiusmodi bonorum, quæ non ab homine, sed à Deo misericorditer dante hæc minima bona malis fit. Si quid autem mali pœnæ alterius in huiusmodi bonis ex praua hominũ voluntate annectitur, tristari de hoc non pertinet ad nemesim: vt in litera dicitur. Non est ergo eiusdem rationis tristari de vexatione boni & prosperitate mali, vt Aristoteles putauit, licet vtrobique sit indignitas. Et ratio est, quia vexatio boni in se habet, vnde sit malum pœnæ saltẽ. Prosperitas autẽ mali non habet in se mali culpæ aut pœnæ rationẽ, sed solius naturalis inconsonantiæ: sicut monstrum, propter quod rationi dissonat, quemadmodũ & monstrũ. Quia ergo nulla est in prosperitate indigni ratio mali: & est in eadẽ ratio boni iustitiæ ac misericordiæ diuinæ sic dispẽsantis: consequẽs est quòd tristari de huiusmodi bonis indignorũ, est tristari de diuina distributione. Propter quòd glossa ex Aug. in Psal.36. super illud verbũ, Desine ab ira, &c. dicit, Inde irasci & dedignari est cõtra Deum murmurare. Est igitur tristitia de bono indigni simpliciter mala: quia est de bono simpliciter, scilicet secundũ Diuinam distributionem, quamuis tristari de huiusmodi bono indigni vt sic, abstrahendo à diuina prouidentia, magis boni quàm mali rationẽ habeat, sicut tristari de monstro & de habentibus speciem mali. Inficiari siquidẽ nemo potest, quin, vt dictum est, secũdum humanæ distributionis rationẽ, apud quam huiusmodi bona distribuere indignis iniustũ est, iniusti rationẽ habeat, ac per hoc secũdum se quandã mali speciẽ mentibus humanis ingerat, quo fit vt nullã peccati rationẽ videam, quãdo aliquis tristatur de prosperitate indigni, quia est indignus, si non extendit se tristitia ad idem bonũ, inquantũ est à Deo distributum. Extendit siquidem se ad hoc, quando simpliciter tristatur de bono indigni. Non se extendit autem, quando tristatur de bono indigni sic, vt complaceat tamen sibi simpliciter diuina distributio. Veruntamen quia huiusmodi tristitia secũdum quid parat viã tristitiæ simpliciter, quæ est mala: ideo etiam cauenda videtur, quasi dispositio ad malũ. Vnde & in Psal.72. ad hoc periculum insinuandũ dici videtur. Mei autem penè moti sunt pedes, & pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum vidẽs. Nec hoc dissonat à doctrina autoris, imo ex ipsa deducitur pro quanto excusat Aristot. ex ratione bonorũ tẽporalium secũdum se: & rationem peccati assignat ex ratione eorundem vt ordinatorum ad æternã felicitatem ex diuina prouidẽtia. Et ex iis patet solutio obiectorũ. Nam bonum indigni dissonat vt monstrũ, & est aliquid magnũ apud iustitiam humanam. Et ordinari à Deo ad correctionem vel damnationem, licet accidat, id est, sit extra rationem formalem boni indigni secundum se: non tamen accidit eidẽ simpliciter prout est. Et rursus licet accidat illi, vt quædam res est, non tamen accidit ei vt fit: quoniam nõ accidit ei, quod est fieri agens & finis. Et propterea huic, quòd est hæc bona huiusmodi indignis distribui, non accidit à quo & propter quid, vnde sumitur ratio iusti vel iniusti moralis, quod in operatione consistit.

¶ In eodem secundo articulo quæst.36. circa primũ modũ tristitiæ, qui est timoris affectus & effectus diligenter & caute obserua, quod in litera non dicitur huiusmodi tristitiam esse bonam, sed dicitur, quod non est inuidia, & quod potest esse sine peccato. Et primum horum declaratũ est: secundum autem insinuat, quòd potest etiam esse cum peccato. Iudicanda est enim huiusmodi tristitia secundum regulas timoris: Nam sicut timor potest esse cũ peccato & sine peccato, ita & tristitia, quæ timorem sequitur. Qui enim timet bonis, ne opprimantur, aut iustitiæ vel cultui diuino, ne cõculcetur, ob potentiam, diuitias, &c. & propterea tristatur de potentia & diuitiis alicuius, si clara est huiusmodi malorum sequela, non peccat. Cuius signũ est, quod si haberet potestatem priuãdi illum huiusmodi potentia, & diuitiis, benefaceret priuando illum. Si autem aliquis timet ex alterius potentia lædi iuste, vel non iniuste & ideo de illius potentia tristatur, peccat: quoniam huiusmodi timor non debet in tantũ progredi, vt nolit bonum alterius. sed sat est, quod liceat sibi timere malum proprium. Cuius signum est, quòd si haberet potestatem priuandi illum tali potentia, non licite propter hoc priuaret illum. Eadem siquidem ratione actus interior & exterior sibi respondens est bonus, vel malus. Similiter si ambiguũ est, An aliquis potentia vel diuitiis abutetur in alterius damnum, quamuis licite timeat & caueat, non tamen licite tristatur absolute de illius potentia, vel diuitiis: sicut nec licite posset propter ea illum priuare potestate, vel diuitiis. Vnde collige quòd huiusmodi timoris affectus & effectus, qui est tristari de bono proximi vt nociuo, fræno eget rectæ rationis conferentis qualitatem mali suæ causæ, & præponentis præponenda vt tristitia de bono ex sancta seu recta detestatione mali excusanda sit.

¶ In eodem secundo articulo circa secundum modum tristitiæ, hoc est zelum seu æmulationẽ, quum dicitur, quòd si est de bonis temporalibus, potest esse cum peccato, & sine peccato, Martinus occurrit dicens, Hęc Thomæ opinio videtur mihi contradicere Arist. qui vniuersaliter ponit zelum esse boni moris: & ponit temporalia inter bona zelabilia.

¶ Ad hoc dicitur, quod in nullo contradicitur Aristot. quoniã æmulatio temporalium regulanda est secundum regulas desiderij tẽporalium: & sicut desiderare bona tẽporalia simpliciter & absolute nullum malum est, sed naturalis ac bonus affectus, quoniam his homo indiget: ita tristitia de eo quod est non habere temporalia, nihil mali, sed naturalem affectum rationi cõsonum importat. Sed quemadmodum cum bono absolute desiderio temporalium stat quod desiderium ad hoc quod in hoc homine respectu talium tẽporalium nunc sit rectum, requiruntur aliquæ cõditiones, puta quod congruat sibi: non enim congruit cuilibet quodcunque bonũ temporale: ita ad hoc quod tristitia, quia non habeo nunc tale temporale bonum, eget aliqua conditione sine qua est mala moraliter, & cum qua est bona. Si enim plebeius idiota tristatur, quia non est rex, tristitia ista non est secũdum rectam rationem. Et propterea mirum est de Martino non vidente infinitas æmulationes temporalium posse esse malas, consideratis conditionibus personarum & bonorum &c. Recta ergo est autoris doctrina, nec contradicit Aristot. sane intellecto. Sciuit Aristoteles, quòd æmulatio ambitiosorum, & auarorum, & indignorũ, non est boni moris. Sed dicens æmulationem esse boni moris, intelligebat seruata proportione, ob cuius defectum Autor dicit quandoque esse peccatum.

¶ In eodem secundo articulo circa tertium modum tristitiæ, scilicet nemesim seu indignationem, iterum dubium occurrit ex Martino nouiter viso, post superius scripta. Nititur siquidẽ primo probare, quod indignatio non est peccatum: deinde soluere, vt dicit, rationes sancti Thomæ ad oppositum. Probat ergo indignationem non esse peccatum. Primò autoritate Aristotelis: secundo ratione Aristotelis. Tristitia de malo indigni est laudabilis, ergo tristitia de bono indigni est laudabilis. Tertiò, Tristitia de eo, quod si in facultate mea esset, possem rationabiliter impedire, est bona: Sed vir bonus & iustus si in facultate sua esset, posset indignum ab assecutione talis boni impedire rationabiliter: imò vt videtur, si cooperaretur, peccaret: sicut Prælatus peccat conferendo beneficium indigno scienter. ergo.

¶ Quartò vir bonus & iustus scit, quod affluentia huiusmodi bonorum communiter facit de indignis indigniores. ergo rationabiliter potest tristari de prosperitate indignorum. Et ideo, inquit, miror opinionem Thomę in hac parte satis aperte reprehendentis Aristot. quia considerauit illa bona temporalia secundum se. Et addit Thomas hanc tristitiam esse in sacra Scriptura prohibitam, quod non reputo verum, vt patebit respondendo ad ea, quibus hoc ipsum probare conatur.

¶ Affert igitur secundo, vt dicit, Thomæ rationes. Prima est, Bona temporalia comparata æternis, parua sunt: ergo non debet vir iustus tristari, si adsunt indignis. Secunda est, Bona temporalia proueniunt indignis ex iusta Dei ordinatione, disponentis ea ad correctionem, vel damnationem eorũ, ergo vir iustus non debet de hoc tristari. Tertia ex auctoritate Psalmi, Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris, &c. Quarta ex auctoritate Psalmi, Penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.

¶ Et ad primam dicit, negando consequentiã: tum quia bona temporalia sunt magna absolute: tum quia quantumcumque parua, illis tamen mali indigni, & boni digni sunt.

¶ Ad secundum negat similiter sequelã: quia de miseriis pauperum, quamuis ordinatæ sint iustè à Deo, laudabiliter tristamur, miserentes.

¶ Ad tertiam & quartam dicit, quod zelare ibi sumitur pro imitari, ac si diceret, Nec imiteris facientes iniquitatem. Et similiter zelaui super iniquos, hoc est volui imitari iniquos. Vel exponendum est de tristitia absorbente & inuoluente, ita quod impellit ad sequendam semitam peccatorum affluentium in bonis temporalibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

losophus dicit in secundo Rhet.* est de diuitiis,& talib⁹,quę possũt prouenire dignis & indignis.Et hęc tristitia secũdum ipsũm vocatur nemesis, & ptinet ad bonos mores.Sed hoc ideo dicit,quia considerabat ipsa bona temporalia secũdum se,prout possunt magna videri,nõ respicientibus ad æterna.Sed secundũ doctrinã fidei,tẽporalia bona,quę indignis proueniunt, ex iusta Dei ordinatione disponuntur,vel ad eorum correctionẽ,vel ad eorum dãnationem : & huiusmodi bona quasi nihil sunt in cõparatione ad bona futura,quæ seruantur bonis. Et ideo huiusmodi tristitia prohibet̃ in Scriptura sacra,secundũ illud Ps.Noli ęmulari in malignantibus : neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ.& alibi, Penè effusi sunt gressus mei,quia zelaui super iniquos,pacẽ peccatorũ vidẽs.Quartò modo aliquis tristatur de bonis alicui⁹,inquantũ alter excedit ipsũ in bonis.Et hoc ꝓpriè ẽ inuidia. Et istud semp est prauũ, vt Philosoph⁹ dicit in secũdo Rhet.*Quia dolet de eo,de quo est gaudendum, s. de bono proximi.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ibi sumitur inuidia ꝓ zelo, quo quis debet incitari ad proficiendũ cum melioribus.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd ratio illa procedit de tristitia alienorum bonorum secundum primum modum.

¶ Ad tertiũ dicendum,ꝙ inuidia differt à zelo,sicut dictũ est.*Vñ zelus aliquis potest esse bon⁹. Sed inuidia semp est mala.

¶Ad quartum dicendum,quòd nihil prohibet aliquod peccatum ratione alicuius adiuncti pœnale esse, vt suprà dictum est,* cum de peccatis ageretur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum inuidia sit peccatum mortale.

ADTERTIVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ inuidia nõ sit peccatũ mortale.Inuidia enĩ cùm sit tristitia, est passio appetitus sensitiui. Sed in sensualitate non est peccatum mortale : sed solũ in ratione, vt patet per Aug.12. de Trinit.* Ergo inuidia non est peccatũ mortale.

¶2 Præterea, In infantibus non põt esse peccatum mortale. Sed in eis potest esse inuidia : dicit enim Aug. in primo Confessio.* Vidi ego,& expertus sum zelantem puerum:nondum loquebatur,& intuebat̃ pallid⁹amaro aspectu collactaneũ suũ. Ergo ĩuidia nõ est peccatũ mortale.

¶3 Præterea, Omne peccatum mortale alicui virtuti contrariatur. Sed inuidia non contrariatur alicui virtuti,sed nemesi, quæ est quædam passio, vt patet per Philosophum in 2. Rhet.* Ergo inuidia non est peccatum mortale.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Iob. 5. Paruulũ occidit inuidia. Nihil autẽ occidit spiritualiter nisi peccatũ mortale. Ergo inuidia est pecatum mortale.

¶RESPONDEO, dicendum ꝙ inuidia ex genere suo est peccatũ mortale. Genus autẽ peccati ex obiecto consideratur.Inuidia autem secundum rationẽ sui obiecti contrariatur charitati, per quam est vita animę spiritualis:secundum illud 1.Ioan.2.Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Vtriusq; autem obiectum & charitatis & inuidiæ est bonum proximi, sed secundum contrarium motum. Nam charitas gaudet de bono proximi, inuidia autem de eodẽ tristatur, vt ex supradictis patet. * Vnde manifestum est, quòd inuidia ex suo genere est peccatum mortale.Sed,sicut suprà dictum * est, in quolibet genere peccati mortalis inueniuntur aliqui imperfecti motus in sensualitate existẽtes,qui sunt peccata venialia.Sicut in genere adulterij, prim⁹ motus cõcupiscẽtię,& in genere homicidij, prim⁹ motus iræ:ita ẽt in genere inuidiæ inueniunt̃ aliq primi motus,quãdoq; ẽt in viris pfectis, q sunt peccata venialia.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ motus inuidiæ,secundũ ꝙ est passio sensualitatis,est quoddã imperfectũ in genere actuũ humanorum,quorũ principium

¶ Ad hæc respondendo non oportet alia facere fundamenta:sed ex prius positis ad authoritatem Arist.patet responsio in litera.

¶ Ad rationem secundò allegatam negatur sequela,quoniam non est eadem vtrobique ratio.

¶ Ad tertiũ negatur Minor, tum quia nec reges, nec leges ab indignis auferunt,quũ possint, bona tẽporalia:imò esset subuertere pacem humani generis, si daretur operã vt tollerentur ab indignis tẽporalia,aut impedirẽtur indigni ab assecutione tẽporaliũ. Nam sic & filius peccator impediendus esset ab assequẽda hæreditate, & ab hoc vt instituatur hæres à patre,& mercator peccator ne lucraret̃ & miles aut dux peccator ne victoriã haberet, & alia huiusmodi sequerentur: quæ etiã cogitare est fatuum. Nullũ quoq; peccatũ est cooperari peccatoribus ad bona tẽporalia habẽda,quãuis sint illis indigni: sicut nec De⁹ peccat , qui huiusmodi temporalia donat.

¶ Ad quartum dicitur, quòd hoc est ꝑ accidens quòd ex bonis tẽporalibus aliqui fiant peiores, ac per hoc indigniores. Per accidens enĩ est, qđ aliquis abutat̃ bono.Sermo autẽ doctrinalis est de iis,quæ sunt per se. Et rursus tristari de bonis indigni,qa fit peior, non spectat ad nemesim , sed ad charitatem. Nemesis enim est tristitia,qua indignus prosperatur: non quia fit magis indignus. Hoc enim charitatis, vt dictum est,esset.

¶ Ad cõfutandas autem solutiones Martini dico, quod prima rõ male soluitur : quoniã rõ cõsistit in hoc,Huiusmodi bona sunt quasi nihil in cõparatione ad bona æterna. Quod autem quasi nihil est,pro nihilo reputatur, ac per hoc de huiusmodi non debet esse tristitia simpliciter & absolutè. Solutio autẽ dicẽs, quod ista sunt magna absolute,pro quãto est vera,nõ soluit,quia est vera,vt ly Absolute,id est,seclusis circunstãtiis,significat, sicut proiectio mercis in mare absolute dicitur inuoluntaria,& ęquiualet ad ly,Secundũ quid.Est autem falsa,vt ly Absolute æquiualet ad ly omnibus cõsideratis.& sic debet iudicari ad hoc,vt sint materia tristitiæ simpliciter,& non primo modo. Quod etiam dicitur,quod illis mali sunt indigni, verum est,quia etiam quantumcunque minimis sunt indigni,cum digni sint,vt in nihilum redigantur. Quod verò dicitur,quòd boni sunt istis digni,minus theologicè dicitur,quoniã ista sunt adeo vilia,vt non mereantur ad dignitatem bonorum spectare, vnde dominus ista non in præmium,quod dignitatem respicit,sed per ad administrationẽ quandam docet bonis affutura.Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius , & hæc omnia adiiciẽtur vobis.Solutio igitur confutatur ex hoc: quia bona temporalia simpliciter,hoc est omnibus consideratis,prout s.sunt in vniuerso,sunt fere nihil,ac per hoc non sunt obiectum tristitiæ simpliciter,sed solum secundũ quid,& propterea non est laudabilis tristitia simpliciter eorum,quum adsunt indignis. Solutio vero secũdæ rationis confutatur ex hoc ꝙ male sumitur & applicatur ratio Autoris.Nam autor inducit illam ad destruendum fundamentum Arist.quod consistit in hoc,quòd indigni prosperitas est iniusta.Et hoc efficaciter excludit ratio Autoris ex hoc,quòd ex diuina dispositione hæc proueniunt indignis.Ex hoc enim patet haberi, quòd nihil iniusti continetur in prosperitate indigni.Martinus autem aliter accipit hanc rationẽ,quasi quia hoc est effectus Dei.ergo non licet de eo tristari quod nec somniauit Autor, & ideo solutio sua confutatur,vt pote extra propositũ rationis. Glossæ autem super Psalmos allatæ confutantur ex hoc,quod dato quod ipsæ sint veræ,non tamen excludunt quin ad literam exponendo de æmulatione & zelo , ibi sit sermo,nulla facta mentione de imitatione,aut inuolutione.

¶ In eodem articulo secundo circa quartum modũ tristitię,hoc est inuidiam, circa illud,Tristitia de bono alterius , inquantũ alter excedit ipsum in bonis, semper est peccatum:Martinus occurrit arguens dupliciter.Primò quia verus Theologus rectè dolet, quia hæreticus excedit ipsum in fama , qua attrahit alios ad hæresim.Secundò,quia doctior recte dolet,quia garrulus excedit ipsum in fama:quum ille excessus non sit sine iniuria viri docti.

¶ Ad hoc breuiter dicitur,quòd iste bonus homo non ꝑcipit sententiam Autoris,nec verba propria: quoniam dolere de bono alterius , quia ille excedit, non esset formaliter loquendo alia appositione , vt Arguens apponit nocumentum proueniens ex hæretico , vel iniuriam ex garrulo : & si quid est huiusmodi.Hæc enim sunt extra propositum : & propterea non oportet aliter respondere.

¶ In eodem articulo secundo in responsione ad primum , Martinus occurrit dicens, Ista solutio non sufficit,s.quòd inuidia sumatur à Hieronymo pro zelo seu æmulatione.Arguo,inquit,sic:Hieronymus,vult,quòd filia mordeatur aliarum laudibus & similiter Quintilianus vult , quòd puer victus fleat.Tũc sic,nullus flet aut mordetur,nisi quia tristatur quòd ab alio exceditur : ergo vir bonus vult quòd filius vel filia tristetur, ꝙ alij excedũt ipsum vel ipsam qđ est contra Thomam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd morsus & fletus ex alienis laudibus & huiusmodi optatur in pueris discentibus : non quia alij excedunt, sed quia ipsi non proficiunt sicut illi, quod proprie spectat ad zelum seu æmulationem. Vnde falsum assumitur formaliter, & per se loquendo.

¶ Super Quæstionis trigesimæsextæ Articulum tertium.

IN articulo tertio circa rationem pro conclusione,Martin⁹occurrit,arguens contra Autorem,quòd ista ratio non sufficiat: tum quia per istum concludetur tã faciliter quòd nemesis & zel⁹ essent peccata mortalia, & contrariarentur charitati, quia tristantur de bono proximi , & sic habent idem obiectum cum charitate secũdum contrarium motũ. Tum quia non quicquid contrariatur operi charitatis,est peccatum mortale.Sunt enim aliqua charitatis opera,ad quę non tenemur , sicut osculum leprosi, & alia supererogationis opera.

¶Ad horum primum negatur sequela.Et de zelo seu ęmulatione quidem patet, quòd non cõmunicat in obiecto cum charitate : quoniam tristitiæ talis obiectum non est bonum proximi,sed carere bono proximi.Tristatur enim non quia alter habet, sed quia ipse non habet. Vnde tristitia æmulatiua habet bonum proximi pro exercitatiuo : defectum autem tristantis pro obiecto. Huiusmodi autem tristitia non est contraria,sed conformis sæpe charitatis motui:quoniam charitatis est dolere de malo sui subiecti.

¶ De nemesi verò,quia etiam non est idem obiectũ illius & charitatis,quando indignationis obiectum est non bonum proximi absolutè,sed tale bonum scilicet temporalis prosperitatis,non hominis absolute,sed hominis talis,scilicet indigni. Charitatis autem obiectum est bonum proximi absolutè. Non ergo ratio literæ habet locum in æmulatione & indignatione , sicut in inuidia quæ tristatur de bono proximi , quia excedit : quod s.excedere infra latitudinem boni absolute clauditur,quia spectat ad bonum ipsius proximi secundum se : consequitur enim quantitatem & augmentum boni in ipso proximo Ex hac enim parte se tenere,patet ex supradictis.

¶ Ad secundum dicitur quòd aliud est loqui de exterioribus, aut secundariis charitatis actibus,quales sunt , de quibus Arguens loquitur: & aliud de principali charitatis actu interiori , qui est dilectio , cuius terminus est gaudium. Quicquid enim contrariatur dilectioni proximi,oportet esse peccatum mortale. Constat autem quod tristitia de bono proximi contrariatur dilectioni proximi , quia spectat ad contrarium motum motui charitatis, vt terminus. Nam motus charitatis ad bonum proximi est amando,desiderando, gaudendo:cui contrariatur directe motus audiendo , fugiendo,tristando.Vnde patet quod ex hoc quòd cõtrariatur gaudio,cõtrariatur dilectioni. Et hoc est quòd Autor intendit, & non intendit quòd omne contrarium cuiuscunque charitatis operi est peccatum mortale.Stat ergo solida ratio literæ.

¶ In eodem articulo tertio in responsione ad tertium Martinus occurrit , dicens contra Autorem,quòd hæc responsio non satisfacit, quia argumentum semper stat in vigore,siue opponatur misericordiæ , siue nemesi,quia secundum Arist.misericordia & nemesis passiones sunt.

¶ Ad hoc dicitur primò : ꝙ locus ab autoritate negatiue nihil valet. Quãuis enim Arist.non posuerit misericordiã inter virtutes, sed laudabiles passiones, non propterea sequitur quin talis passio reducta ad medium secundũ rectam rationem

Cap.9. Li.2.c.11. In corp. 1.2.q.87. ar.1. Mal. q°.10.art.2. & q°.11. ar.3.cor. Cap.12. to.3. Cap.9. Cap.55. Art.1. q.35.ar.3. &c. 2.q. 22.art.5. ad 1.

est rõ. Vnde talis inuidia non est peccatũ mortale.Et similis est ratio de inuidia paruulorum,in quibus nõ est vsus rõnis. Vnde patet responsio ad secundum.

¶ Ad tertium dicẽdum , quòd inuidia secundum Philosophum in secundo Rhet.* opponitur & nemesi & misericordiæ, sed secundũ diuersa. Nam misericordiæ opponitur directè secundum contrarietatem principalis obiecti. Inuidus enim tristatur de bono proximi.Misericors autẽ tristatur de malo proximi.Vnde inuidi non sunt misericordes,sicut ibidẽ dicitur,nec ecõuerso.Ex parte verò eius, de cuius bono tristat̃ inuidus opponitur inuidia nemesi. Nemesicus enim tristat̃ de bono indignè agentiũ:secũdũ illud Psal. 72.Zelaui sup iniquos pacẽ peccatorũ videns.Inuidus autẽ tristatur de bono eorum q sunt digni. Vnde patet quòd prima cõtrarietas est magis directa: quã secũda.Misericordia autẽ quędã virtus est, & charitatis proprius effectus.Vnde inuidia misericordiæ opponit̃ & charitati.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum inuidia sit vitium capitale.

ADQVARTVM sic proceditur. Videtur quòd inuidia nõ sit vitium capitale.Vitia enim capitalia distinguuntur contra filias capitalium vitiorum. Sed inuidia est filia inanis gloriæ. Dicit enim Philosophus in 2.Rhet. quod amatores honoris & gloriæ magis inuident. Ergo inuidia non est vitium capitale.

¶2 Præterea, Vitia capitalia vidẽtur esse leuiora,quã alia quæ ex eis oriuntur.Dicit enim Greg.31.Moral.* Prima vitia deceptæ mẽti, quasi sub quadã rõne se ingerunt:sed quæ sequuntur, dũ mentẽ ad omnem insaniam protrahunt, quasi bestiali clamore mentẽ cõfundunt. Sed inuidia vr̃ esse grauissimũ peccatum. Dicit enim Greg. 5.Moral.*Quamuis per omne vitiũ quod perpetratur,humano cordi antiqui hostis virus infundatur:in hac tamen nequitia tota sua viscera serpens concutit, & imprimẽdæ malitiæ pestem vomit.Ergo inuidia nõ est vitiũ capitale.

¶3 Prẹterea.Videtur quòd incõuenienter eius filiæ assignẽtur à Greg.31.Moral. * vbi dicit quòd de inuidia oritur odiũ, susurratio,detractio,exultatio in aduersis proximi & afflictio in prosperis.Exultatio enim in aduersis proximi & afflictio in prosperis,idem videtur esse quod inuidia, vt ex præmissis * patet.Non ergo ista debent poni vt filiæ inuidiæ.

¶SED CONTRA est autoritas Greg.31.Moral. * q ponit inuidiã vitium capitale,& ei prædictas filias assignat.

¶RESPONDEO, dicẽdum ꝙ sicut accidia est tristitia de bono spirituali diuino,ita inuidia est tristitia de bono ꝓximi.Dictum est aũt suprà,*accidiã esse vitium capitale ea rõne,quia ex accidia homo impellitur ad aliqua faciẽda vel vt fugiat tristitiã,vel vt tristitię satisfaciat.Vñ eadem rõne inuidia ponit̃ vitiũ capitale.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ sicut Greg.dicit in 31.Moralium,*Capitalia vitia tãta sibi cõiunctione cõiunguntur,vt non nisi vnũ de altero proferatur. Prima nãque superbiæ soboles inanis est gloria, quę dũ oppressam mẽtem corrũpit, mox inuidiã gignit,qa dũ vani nominis potentiã appetit,ne quis hãc alicuius adipisci valeat,tabescit.Nõ est ergo contra rõnem vitij capitalis,ꝙ ipsum ex alio oriatur,sed qđ non habeat aliquã principalẽ rationẽ producendi ex se multa genera peccatorũ. Fortè tamen ꝓpter hoc, ꝙ inuidia manifeste ex inani gloria nascitur,non ponit̃ vitium capitale neq; ab Isidoro in libro de Summo bono,* neque à Cassiano in li.de Institutis cœnobiorũ. *

¶Ad secundum dicẽdum,quòd ex verbis illis non habetur,ꝙ inuidia sit maximum peccatorũ:sed ꝙ quãdo diabol⁹inuidiam suggerit, ad hoc hominẽ inducit qđ ipse principaliter in corde habet. Quia sicut ibi inducit̃ cõsequenter:inuidia diaboli, mors introiuit in orbẽ terrarum. Est tamen quædã inuidia,quę inter grauissima peccata cõputatur,s.inuidentia fraternæ gratiæ:secundum ꝙ aliquis dolet de ipso augmẽto gratiæ Dei non solum de bono proximi.Vnde ponitur peccatum in Spiritũ sanctum:quia per hanc inuidentiam homo quodãmodo inuidet Spiritui sancto,qui in suis operibus glorificatur.

¶ Ad tertiũ dicendum,quod numerus filiarũ inuidiæ sic põt sumi. Quia in conatu inuidiæ est aliquid tãquã principium, & aliquid tanquã mediũ,& aliquid tanquam terminus.Principium quidẽ est, vt aliquis diminuat gloriã alteri⁹,vel in occulto, & sic est susurratio : vel manifeste, & sic est detractio. Mediũ autẽ est , quia aliquis intendens diminuere gloriã alterius,aut põt,& sic est exultatio in aduersis:aut nõ potest,& sic est afflictio in prosperis. Terminus autem est in ipso odio, quia sicut bonum delectat & causat amorem,ita tristitia causat odiũ , vt supra dictũ est.*Afflictio autem in prosperis proximi vno modo est ipsa inuidia : inquantũ s. aliquis tristatur de ꝓsperis alicuius, secundũ quod habent gloriã quandam. Alio verò mõ est filia inuidiæ secundum quòd prospera proximi eueniunt contra conatũ inuidentis , qui nititur impedire. Exultatio autẽ in aduersis non est directe idem ꝙ inuidia, sed ex ea sequitur.Nã ex tristitia de bono proximi,quę est inuidia, sequitur exultatio de malo eiusdem.

QVÆSTIO TRIGESIMA septima de Discordia,quę paci opponitur,in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de peccatis,quæ opponunt̃ paci. Et primò de discordia, quæ est in corde.Secũdò,de cõtentione,quæ est in ore.Tertiò de iis,q̃ pertinẽt ad op⁹,s.de schismate,rixa,& bello. ¶Circa primum quęrũntur duo.¶Primò, vtrum discordia sit peccatum. ¶ Secundò,vtrum sit filia inanis gloriæ.

rationem possit sortiri virtutem propriam,vt superius Autor docuit.

¶ Dicitur secundò, quod Aristot. nesciuit virtutes etiam morales, quæ attenduntur penes morem ex theologalibus virtutibus deriuatum, qualis est misericordia,quę, vt est virtus,est proprius effectus charitatis vt in litera hac non frustra dicitur. Et propterea argumento optimè satisfactum est à Theologo,in doctrina morali Theologica , ex hoc, quòd inuidia contrariatur virtuti misericordiæ & virtuti charitatis , & non solum passionibus.

¶ Super Quæstionis trigesimæsextæ Articulum tertium & quartum

IN articulis tertio & quarto eiusdem quæstionis, dubium occurrit, An inuidiæ vitiũ diuidatur in plures species, an sit vna species specialissima. Et est ratio dubij: quia diffinitio inuidiæ,scilicet quòd est tristitia de bono alterius inquantum videtur diminutiuum proprię gloriæ,vel excellentiæ,nullam vnam formalem rationem importat.Tristitia namq; de bono proximi tot specierum est, quot odiũ proximi. Habent namque se odium & tristitia sicut amor & delectatio,quorum consecutio secũdum,speciei diuersitatem vel identitatem per se nota est.Determinatio autem adiuncta, inquantum apparet diminutiuũ propriæ gloriæ vel excellentiæ, dupliciter offendit. Primò: quia hæc determinatio non est differentia contractiua obiecti ad propriam speciẽ,sed est designatiua finis ad quẽ ordinatur tristitia boni alterius : quod scilicet ordinatur ad gloriam , vel excellentiam propriam. Quod sic manifestatur. Eiusdem rationis est appetere aliquid propter propriam gloriam , vel excellentiam , & refutare impeditiuum illius:sicut eiusdem grauitatis est in lapide appetere locum deorsum, & excludere impedientia ipsum à loco deorsum. Vnde ex hac determinatione ostenditur,quod inuidia non est quæcunque tristitia de bono proximi, sed imperata à vana gloria vel superbia. Et sic nullius vnius speciei est. Secundò , quia sub disiunctione dicitur propriæ gloriæ vel excellentiæ : ac per hoc, aut vtriusque speciei est, aut nullius determinatæ. Et augetur dubitatio, si species sortitur iuxta species gloriæ vel excellentiæ. In oppositum autem est quod inuidiæ species non assignantur.

¶ Ad hoc dicitur quòd inuidiæ vitium relatum ad proximum (quod dico propter inuidiam fraternæ gratiæ,quod scilicet Spiritus sanctus diffundatur: quoniam hoc contra Deum tendit) vnius tantum speciei specialissimæ est.Sicut enim magnanimitas in omnibus apparens magna, vnius est rationis:ita inuidia in omnibus bonis proximi horrens excellentiam respectu sui,vnius est rationis:ita quòd ratio formalis,qua bona proximi obiectũ sunt inuidiæ,est excellentia non absolute,sed respectu illius qui inuidet. Vnde bona ipsa materialiter se habent in obiecto inuidiæ: excellere autem inuidum, formaliter. Et quoniam excellentia vt sic vnius rationis specialissimæ non minus quàm magnitudo in omnibus , quã respicit magnanimitas , apparet: ideo ex nulla parte inuidia inuenitur habere plures species quamuis latitudinem habeat & vna sit grauior altera,puta in spiritualibus,quàm in temporalibus,& circa maiora, quam circa minora.

¶ Ad obiectionem autem primam in oppositum dicitur, quod tristitia de bono proximi absolute spectat ad speciem odij, intantũ quòd etiam tristitia de excellentia boni proximi absolute spectat ad odium. Sed tristitia de bonis proximi,vt excellunt illum, spectat ad inuidiam : ita quod inuidus non tristatur de excellentia proximi absolute,sed respectu sui : odiens autem odit illam absolute.

¶Ad secundum verò dicitur, quòd aliud est appetere propriam excellentiam,& aliud est refutare alienam in actibus & habitibus animæ : licet in naturalibus , quæ imperfectum bonũ assequuntur per vnum fiat vtrunque. Anima enim alio actu amat bonum, & alio odit malum contrarium : quamuis ignis calefaciendo inducat calorem , & expellat frigus contrarium. Vnde in proposito verum est, quòd ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ, satis propinquè oritur tristitia de aliena excellentia respectu sui: non tamen sunt idem vt patet ex separatione. Stat namque quod inordinate quis appetat propriam excellentiam, & non inuideat alienæ, vt de dæmonibus patet, qui sine mutua ad inuicem inuidia appetierunt inordinate proprias excellentias , & tamen aliqui aliis apprehendebantur futuri excellentiores. Vnde inuidia habet pro ratione formali excellentiam alterius respectu sui , & non imperatur ab ipsa. Et hoc designatur , cum dicitur, quòd est tristitia de alieno bono vt diminutiuum proprię excellentiæ.

¶ Ad vltimum dicitur quòd licet gloria inanis prius oriatur, vt Gregorius dicit , ex superbia, quàm inuidia : quia directius vt proprius effectus , sicut gloria ab excellentia emanat, & vt in pluribus inuidia circa excellentiam huius boni quod gloria est , versari videatur , & ex appetitu gloriæ imperari videatur: inuidia tamen per se circa excellentiam alienam respectu sui versatur. Et propterea non est diuersæ aut incertæ speciei.Nec Autor de hoc dubitauit,cuius doctrinam diffusam habes in quæstione de Malo,& in quęstione de Inuidia. Sed non determinando , distinctione vsus est : vbi de hoc non erat quæstio.

¶ Super Quæstionis trigesimæsextæ Articulum quartum.

IN articulo quarto eiusdem quæstionis circa filias inuidiæ aduerte,ꝙ filias non

Cap.9. Suprà q.34.art.6. Et mal. q.8.art.1. co.,& ad 1. & q°.10.art.2. Cap 32. Cap.34. Cap.31. Art.præ. Cap.31. Q.præc. ar.4. Cap.31. Li.2. Li.5.c.1. q.34.ar.6.

non oportet eiusdē, aut alterius speciei esse cum matre, sed vtroque modo cōtingit. Nam exultatio in aduersis eiusdem est rationis cum inuidia, vt patet. Afflictio autem in prosperis vt est filia, non est eiusdem rationis cum inuidia, sed cum vitio illo, contra cuius conatum prosperitas est, si aliquis conetur famam alienam detrahendo lędere, & nihilominus ab ipso infamatus, ab aliis melior æstimatur: tristitia de illa æstimatione contra conatum detractoris insurgentis, ad detractionis vitium spectat: ad quod spectasset gaudere de illius infamia, si euenisset.

Infrà q. 42. ar. 2. ad 2.

¶ *Super Quæstionis trigesimæseptimæ Articulum primum.*

IN artic. primo quæstionis trigesimæ septimæ, vbi dicitur, quòd discordia per accidens, non est peccatū, nisi sit vel cum errore circa ea, quæ sunt de necessitate salutis, vel pertinacia indebite adhibeatur, aduerte quod error circa ea, quæ sunt de necessitate salutis, cōtingit alicui dupliciter, scilicet cum culpa, vt error Iudæorum, & eorum qui negligunt quærere eorum noticiam, quæ ad se spectant: & sine culpa vt error mulierum & simplicium facientium quod in se est, ad hoc vt sciant ea quæ sunt de necessitate salutis. Et sicut error culpabilis vel excusabilis est, ita discordia per accidēs, consequens ex errore peccatum est, vel à peccato excusatur.

q. 19. art. 1. & 3.

¶ In responsione ad secundum in eodem articulo dubiū de actu Pauli occurrit ex alio capite: & hoc, scilicet quòd Paulus excitauit partes, scilicet Pharisæos & Sadducæos ad suas proprias opiniones ac voluntates, vt ex eis solueretur concordia eorundem contra Paulum. Constat enim, quòd non sunt facienda mala, vt veniant bona.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud fuit in hoc actu Pauli intentum, & aliud præcognitum tantum & permissum AEstimauit siquidem Paulus vtrosque proprias opiniones sectaturos, ac per hoc concordiam contra eum tollendam. Intendit autem solum excitare Pharisæos in defensionem resurrectionis, ac per hoc ipsius Pauli: Sadducæorum autem pertinaciam excedam permittere. Non enim ex intentione Pauli. Sadducæi in actum suæ hæresis prodierunt, sed ex eorum propria

q. 19. art. 2.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum discordia sit peccatum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̀ discordia nō sit peccatum. Discordare enim ab aliquo, est recedere ab alterius volūtate. sed hoc non vr̄ esse peccatum, quia voluntas proximi nō est regula volūtatis nostræ, sed sola volūtas diuina. Ergo discordia nō est peccatum.

¶ 2 Præterea, Quicūque inducit aliquem ad peccādum, & ipse peccat. Sed inducere inter aliquos discordiā, nō vr̄ esse peccatum. Dicitur enim Act. 23. q̀ sciēs Paulus, quia vna pars esset Sadducæorum, & altera Pharisęorū, exclamauit in cōcilio, Viri fratres, ego Pharisæus sum filiꝰ Pharisæorū, de spe & de resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cùm hoc dixisset, facta est dissensio inter Pharisęos & Sadducæos. Ergo discordia non est peccatū.

¶ 3 Præt. Peccatum præcipuè mortale in sanctis viris nō inuenitur. Sed in sanctis viris inuenitur discordia. Dicitur enim Act. 15. Facta est dissensio inter Paulū & Bernarbā, ita vt discederēt abinuicē. ergo discordia nō est peccatum, & maxime mortale.

¶ SED CONTRA est, quod ad Gal. 5. dissentiones, id est, discordię ponuntur inter opera carnis, de quibus subditur, Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Nihil autem excludit à regno Dei, nisi peccatum mortale. Ergo discordia est peccatum mortale.

¶ RESPONDEO, dicēdum q̀ discordia cōcordiæ opponitur. Concordia, autē, vt suprà dictū est, * ex charitate causatur: in quantū s. charitas multorū corda coniungit in aliquid vnū, qđ est principaliter quidē bonum diuinū: secūdariò autē bonū proximi. Discordia igitur eadē ratione est peccatū, in quantū huiusmodi concordię contrariatur. Sed sciendum, quod hęc cōcordia p discordiā tollitur dupliciter. Vno quidē modo per se, alio vero modo per accidens: per se quidē in humanis actibus & moribꝰ dicitur esse id quod est secundum intentionem. vnde per se discordat aliquis à proximo, quādo sciēter & ex intentione dissentit à bono diuino, & à proximi bono, in quo debet cōsentire. Et hoc est peccatū mortale ex suo genere ꝓpter cōtrarietatem ad charitatē, licet primi motus huius discordiæ propter imperfectionē actus sint peccata venialia. Per accidēs autē in humanis actibus consideratur ex hoc, quod aliquid est præter intentionē. Vnde cum intentio aliquorū est ad aliquod bonum quod pertinet ad honorem Dei vel vtilitatē proximi, sed vnus æstimat hoc esse bonum, alius autem habet contrariā opinionem, discordia tunc est per accidens contra bonum diuinum, vel proximi. Et talis discordia non est peccatum nec repugnat charitati, nisi huiusmodi discordia sit vel cū errore circa ea quæ sunt de necessitate salutis, vel pertinacia indebite adhibeatur. Cùm etiam supra dictum est, * quòd concordia, quæ est charitatis effectus, est vnio voluntatū nō vnio opinionū. Ex quo patet quod discordia quādoque est ex peccato vnius tantum, puta cùm vnus vult bonū, cui alius scienter resistit. Quādoq; aūt est cū peccato vtriusque, puta cū vterq; dissentit à bono alterius & vterq; diligit bonum proprium.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̀ voluntas vnius hominis secundū se cōsiderata, non est regula volūtatis alterius, sed inquantū voluntas proximi inhæret volūtati Dei, fit per cōsequens regula regulata secundum propriā regulā. Et ideo discordare à tali voluntate est peccatum, quia p hoc discordatur à regula diuina.

¶ Ad secundum dicendū, quòd sicut volūtas hominis adhærēs Deo est quædam regula recta à qua peccatū est discordare: ita etiam volūtas hominis Deo cōtraria, est quædā peruersa regula, à qua bonū est discordare. Facere ergo discordiā per quam tollitur bona cōcordia, quam charitas facit, est graue peccatū. Vnde dicitur Prou. 6. Sex sunt quę odit Dominus & septimū detestatur anima eius. Et hoc septimum ponit eū, qui seminat inter fratres discordias. Sed causare discordiā per quam tollitur mala concordia, scilicet in mala volūtate, est laudabile. Et hoc modo laudabile fuit, q̀ Paulus posuit dissensionē inter eos, qui erāt cōcordes in malo. Nam & Dominus de se dicit, Mat. 10. Non veni pacem mittere, sed gladium.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd discordia, quę fuit inter Paulum & Barnabam, fuit per accidēs, & non per se: vterque enim intendebat bonum. Sed vni videbatur hoc esse bonū, alij aliud: quod ad defectū humanum pertinebat. Non enim erat talis controuersia in iis, quę sunt de necessitate salutis: quamuis hoc ipsum fuerit ex diuina prouidentia ordinatum propter vtilitatem inde consequentem.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum discordia sit filia inanis gloriæ.*

Infrà q. 132. art. 5. & 6. & q. 9. art. 1.

AD SECVNDVM sic proceditur Videtur quòd discordia non sit filia inanis gloriæ. Ira enim est aliud vitium ab inani gloria. Sed discordia videtur esse filia iræ, secundum illud Prouerbio. 15. Vir iracundus prouocat rixas. Ergo non est filia inanis gloriæ.

¶ 2 Præterea, Aug. dicit super Ioan. exponens illud quod habetur Ioan. 7.* Nondū erat spiritus datus, Liuor separat, charitas iungit: sed discordia nihil est aliud, quàm quædam separatio voluntatum. Ergo discordia procedit ex liuore, id est ex inuidia magis, quàm ex inani gloria.

Trac. 32. to 8.

¶ 3 Præterea, illud, ex quo multa mala oriuntur, videtur esse vitiū capitale: sed discordia est huiusmodi: quia super illud Mat. 12. Omne regnum cōtra se diuisum desolabitur, dicit Hieronymus, Quo modo concordia paruæ res crescunt, sic discordia maximæ dilabuntur. Ergo ipsa discordia debet poni vitium capitale magis, quàm filia inanis gloriæ.

In cōmēt. in Mat. 5.

¶ SED CONTRA est, autoritas Gregor. 31. Moral. *

Cap. 31.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd discordia importat quandam disgregationem voluntatum, inquantum scilicet voluntas vnius stat in vno, & voluntas alicuius alterius stat in altero. Quòd autem voluntas alicuius in proprio sistat, prouenit ex hoc, quòd aliquis ea, quæ sunt sua, præfert iis, quæ sunt aliorum. Quod cùm inordinatè fit, pertinet ad superbiam & inanem gloriam. Et ideo discordia, per quam vnusquisque sequitur quod suum est, & recedit ab eo quod est alterius, ponitur filia inanis gloriæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd rixa non est idem quod discordia. Nam rixa cōsistit in exteriori opere: vnde conuenienter causatur ab ira, quæ mouet animum ad nocendum proximo. sed discordia consistit in disiunctio-

voluntate, quia parati erant, proposita quæstione de resurrectione, illam impugnare. Constat autem quòd licitum est permittere & vti malis vt eueniant bona: quamuis non liceat facere, aut inducere ad mala, vt veniant bona.

¶ *Super Quæstionis trigesimæseptimæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo dubium occurrit, An discordiæ ortus ex inani gloria vel inuidia sit effectiue, vel finaliter.

¶ Ad hoc dicitur quòd cum ortus vitij ex vitio, qui metaphoricè appellatur filiatio, sit ortus appetitus ex appetitu, appetitus autem vnus oriatur ex alio, inquantum ex appetitu vnius appetibilis oritur appetitus alterius appetibilis, vt patet in bonis, dum ex amore filij amamus pædagogum, & in malis, dum ex odio vxoris odio habentur consanguinei, in huiusmodi verò ortu dependentia secundum ordinem causæ finalis appareat, quoniam appetibile vt sic causam finalem importat, & respectu appetitus & alterius appetibilis consequens est, vt secundum rationem causæ finalis intelligamus assignari filias vitiorum & virtutum. Et in proposito siquidem apparet, quòd discordia secundum terminū ad quem, habet pro fine superbiam, vel vanam gloriam: quoniam ideo aliquis scienter elegit propriam voluntatem præferre iniustę alterius voluntati, vt excellat vel in re, & hoc est superbia: vel in apparentia, & hoc est vana gloria. Et ex hoc quòd aliquis excellentiam appetit in re, vel in apparentia, oritur discordia. Innascitur nanque vt apperat in sua voluntate persistere, vt sic excellat. Secundum autem terminum à quo, eodem ordine ab inuidia nascitur. Nam ex hoc, quòd dolemus de bono proximi, vt excedente nostrum, appetimus recessum à bona voluntate eiusdem & recessum à voluntate proximi eligimus ad consummandam detestationem boni illius, vt diminutiuum apparet nostri: vt sæpe hæc apparent inter discordias principum vicinorum, recolenda tamen sunt hic & in similibus duo. Alterum est, quòd appetibile in anima habet etiam causalitatem effectiuā vt Auer. dicit in 12. Metaph. comment. 96. Alterum verò quod sermo moralis

lis intelligitur secūdum id quod vt in pluribus inuenitur. Vnde nihil obstat si quandoq; aliunde vitiū posit oriri, nec etiā si quandoque causalitas effectiua inferatur: sed proposito moralis doctrinæ finis pręcipuè accommodandus videtur.

In corp.

ne motuū volūtatis, quam facit superbia vel inanis gloria, ratione iam dicta.*

¶ Ad secundum dicendū, quòd in discordia consideratur quidem vt terminus à quo, recessus à voluntate alterius: & quantum ad hoc causatur ex inuidia. Vt terminus autem ad quem, accessus ad id quod est sibi proprium: & quantùm ad hoc causatur ex inani gloria. Et quia in quolibet motu terminus ad quem est potior termino à quo, finis enim est potior principio, potius ponitur discordia filia inanis gloriæ, quā inuidię, licet ex vtraque oriri possit secundum diuersas rationes, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ideo concordia paruæ res crescunt, & per discordiam maximæ dilabuntur: quia virtus quanto magis est vnita, tantò est fortior, & per separationem diminuitur, vt dicitur in lib. de causis.* Vnde patet, quòd hoc pertinet ad proprium effectum discordiæ, quæ est diuisio voluntatum: non autem pertinet ad originem diuersorum vitiorum à discordia, per quod habeat rationem vitij capitalis.

propos. 17. inter opera Aris. to. 3.

QVÆSTIO TRIGESIMAOCTAVA, de Contentione, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de contentione. ¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primo, vtrum contentio sit peccatum mortale. ¶ Secundò, vtrum sit filia inanis gloriæ.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum contentio sit peccatum mortale.*

2. Timot. cap. 2. lect. 2. col. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod contentio non sit peccatum mortale. Peccatum enim mortale in viris spiritualibus non inuenitur: in quibus tamen inuenitur contentio, secundum illud Luc. 22. Facta est contentio inter discipulos Iesu, quis eorum esset maior. Ergo contentio non est peccatum mortale.

¶ 2 Præterea, Nulli bene disposito debet placere peccatum mortale in proximo. Sed dicit Apostolus ad Philip. primo, Quidam ex contentione Christum annuntiant. Et postea subdit, Et in hoc gaudeo & gaudebo. Ergo contentio non est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, Contingit, quòd aliqui vel in iudicio, vel in disputatione contendunt non aliquo animo malignandi, sed potius intendentes ad bonum: sicut illi, qui contra hæreticos disputando contendunt. Vnde super illud primi Reg. 4. Accidit quadam die, &c. dicit glo. Catholici contra hæreticos contentiones non commouent, nisi prius ad certamen conuocentur. Ergo contentio non est peccatum mortale.

¶ 4 Præterea, Iob videtur cum Deo contendisse: secundum illud Iob 19. Nunquid qui contendit cum Deo, tam facilè conquiescit? Et tamen Iob nō peccauit mortaliter: quia Dominus de eo dicit. Non estis locuti rectè coram me sicut seruus meus Iob, vt habetur Iob vltim. Ergo contentio non semper est peccatum mortale.

¶ SED CONTRA, est quòd contrariatur præcepto Apost. qui dicit 2. ad Timoth. 2. Noli verbis contendere & Gala. 5. Contentio numeratur inter opera carnis, quæ qui agunt, regnum Dei non possidebunt: vt ibidem dicitur. Sed omne quod excludit à regno Dei, & quod contrariatur præcepto, est peccatum mortale. Ergo contentio est peccatum mortale.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd contendere est contra aliquem tendere. Vnde sicut discordia cōtrarietatem quandam importat in voluntate, ita contētio contrarietatem quandam importat in locutione. Et propter hoc etiam cùm oratio alicuius per contraria se diffundit, vocatur contentio, quæ ponitur vnus color rhetoricus à Tullio, * qui dicit, Contentio est, cùm, ex contrariis rebus oratio efficitur, hoc pacto, Habet assentatio, id est, adulatio iucunda principia, eadem exitus amarissimos affert. Contrarietas autem locutionis potest attendi dupliciter. Vno modo quantum ad intentionem contendentis: alio modo quantum ad modum. In intentione quidem considerandum est vtrum aliquis contrarietur veritati, quod est vituperabile: vel falsitati, quod est laudabile. In modo autem considerandum est, vtrum talis modus contrariandi conueniat & personis & negotiis: quia hoc est laudabile. (vnde Tullius dicit in 2. Rhetoric. quòd contentio est oratio alicuius ad confirmandum & confutandum accommodata) vel excedat conuenientiam personarum & negotiorum, & sic cōtentio est vituperabilis. Si ergo accipiatur contentio, secundum quòd importat impugnationem veritatis & inordinatum modum, sic est peccatum mortale. Et hoc modo diffinit Ambros.* contentionem, dicens, Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Si autem contētio dicatur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ, sic contentiò est laudabilis. Si autem accipiatur contētio, secundum quod importat impugnationem falsitatis cum inordinato modo, sic potest esse peccatum veniale, nisi fortè tanta inordinatio fiat in contendendo, quòd ex hoc generetur scandalum aliorum. Vnde Apostolus, cùm dixisset 2. ad Timot. 2. Noli verbis contendere, subdit, Ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionem audientium.

Lib. 4. Rhetor. paulo ante med.

id habet glo. ordin. ad Ro. 1. Sup illud, Homicidijs, contentione, &c.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd in discipulis Christi non erat contentio cum intentione impugnandi veritatem: quia vnusquisque defendebat, quod sibi verum videbatur. Erat autem in eorum contentione inordinatio: quia contēdebant de quo non erat contēdendum, s. de primatu honoris. Nondum enim erāt spirituales, sicut gloss. ibidē dicit. Vnde & Dominus consequenter eos compescuit.

¶ Ad secūdum dicendū, quòd illi qui ex contentione Christū prædicabant, reprehēsibiles erant: quia quamuis non impugnarent veritatem fidei, sed eam prædicarent: impugnabant tamen veritatem, quantum ad hoc, quòd putabant se suscitare pręssuram Apostolo, veritatem fidei prædicanti. Vnde Apostolus non gaudebat de eorum contentione, sed de fructu qui ex hoc proueniebat, s. quòd Christus annuntiabatur, quia ex malis etiam occasionaliter subsequuntur bona.

¶ Ad tertium dicēdum, quod secundum completam rationem cōtentionis, prout est peccatum mortale, ille in iudicio contendit, qui impugnat veritatem iustitiæ: & in disputatione contendit, qui intendit impugnare veritatem doctrinæ. Et secundum hoc catholici non contendunt contra hæreticos, sed potius econuerso. Si autem accipiatur contentio in iudicio vel disputatione secūdum imperfectam rationem, scilicet secundum quod importat quandam acrimoniam locutionis, sic non semper est peccatum mortale.

¶ Ad quartum dicendum, quòd contentio ibi sumitur communiter pro disputatione. Dixerat enim Iob 13. ca. Ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio. Non tamen intendens neque veritatem impugnare, sed inquirere: neque circa hanc inquisitionem aliqua inordinatione vel animi, vel vocis vti.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum contentio sit filia inanis gloriæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod contentio non sit filia inanis gloriæ. Contentio enim affinitatem habet ad zelum. Vnde dicitur primæ ad Corinth. 3. Cùm sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secūdum homines ambulatis? zelus autem ad inuidiam pertinet. Ergo contentio ex inuidia magis oritur.

¶ 2 Præterea, Cōtentio cum clamore quodam est. Sed clamor ex ira oritur: vt patet per Gregor. 31. Moral. * Ergo & contentio oritur ex ira.

¶ 3 Præterea, Inter alia, scientia videtur esse materia superbiæ & inanis gloriæ: secundum illud primæ ad Corin. 8. Sciētia inflat. Sed contentio plerunque prouenit ex defectu scientię, per quam veritas cognoscitur, non impugnatur. Ergo contentio non est filia inanis gloriæ.

¶ SED CONTRA, est autoritas Gregor. 31. Moral.*

¶ RESPONDEO dicendū, q̀ sicut suprà dictū* est, discordia est filia inanis gloriæ, eo quòd discordantium vterque in sensu proprio stat, & vnꝰ alteri nō ac-

¶ *Super Quæstionis trigesimæoctauæ Articulum primum.*

IN primo artic. quæstionis trigesimæ octauæ, aduerte quod intentio tripliciter potest ferri ad veritatē impugnādam, sicut & alios fines, s. materialiter, formaliter & virtualiter. Materialiter quidem tantùm, cùm aliquis impugnat quidem veritatem, sed non vt eam impugnet, sed vel tentationis, vel exercitij gratia. Et hoc non pertinet ad contentionem, cuius est veritatem velle supprimere. Formaliter verò, cùm aliquis cognoscit aliquā veritatem, & ad hoc tēdit, vt eam impugnet. Virtualiter autem, cùm aliquis sic contra aliqua proposita intendit procedere, vt non sit sibi curæ, an vera sint vel falsa quæ impugnare proponit. Hæc enim intentio tantæ efficaciæ est, vt etiam ad ipsam veritatem impugnandam se extēdat. Clauditur enim in intenta impugnatione etiam veritatis impugnatio, vt patet.

¶ Ex his duobus modis contentio tendit ad veritatem impugnandam: & habet perfectam rationem contentionis, & peccati mortalis. Et est sermo de veritate non solū fidei & morali, sed etiam spectāte ad perfectionem intellectus, vt sunt veritates vniuersales: & de veritate in singulari spectante ad bonum vel malū proximi, vt patet in iudicio & fama &c. si enim contenderet quis, quod festuca non erat in terra, nō peccaret mortaliter, ꝓpter perfectionem materiæ, s. veritatis impugnatę: quoniam nihil refert, an sic vel aliter fuerit, sicut nec mendacium in huiusmodi esset perniciosum propter eandem rationem, s. imperfectionem materiæ. Et scito qđ hac distinctione vti potes in similibus vitiis, in quibus de intēto fine agitur. Et si eā applicabis, multa peccata discernes an sint venialia an mortalia, vt patet in detractione, cōtumelia, mēdacio, susurratione, discordia & similibꝰ. In his enī quando malum, quod est peccati filius, non est formaliter intentum nec

infrà q. 132. ar. 5. & ma. q. 9. ar. 3. cor. Et ad 4.

cap. 31.

cap. 3.

q. præ. art. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

nec ita cadit sub intentione, vt non sit illi curæ, an eueniat, non est mortale peccatum. Sicut enim contendens absque intentione impugnandi veritatem tam formaliter, quàm virtualiter excusatur, si veritatis impugnatio eueniat præter suam intentionem: ita in aliis si denigratio famæ, si damnum intellectus, inimicitia, &c. consequatur.

¶ In secundo autem articulo nihil occurrit scribendum præter prius scripta in quæstione præcedenti.

¶ Super Quæstionis trigesimanonæ Articulum primum.

IN corpore primi articuli quæstionis. 39. tria simul dubia occurrunt. Primum est, in quo consistit vnitas Ecclesiæ, cui opponitur schisma. Secūdum vero, quomodo vnitas est à charitate, vt litera dicit. Tertium autem, quomodo schisma opponitur illi vnitati. Et primi quidem dubij, in quo scilicet cōsistat vnitas Ecclesiæ, cui opponitur schisma, ratio est: quia cùm vnū sequatur ens, omnis vnitas oportet quod sit secundū aliquid esse, & omne tollēs vnitatem tollat aliquod esse. Constat autē, quòd secluso esse relatiuo mēbrorū Ecclesiæ ad vnum caput, nullum esse apparet commune membris Ecclesiæ inter se, fundās vnitatem Ecclesiæ quæ tolli dicitur per schisma. Nā esse fidei, spei, sacramentorum, & cultus stat cum schismate. Esse autem charitatis indirectè quidem per omne peccatum mortale, directè autem per explicitum ipsius contemptum perditur. Sed hoc non est schismatis vitium. Nam qui vult charitatem, nec in se nec in alio esse, non propterea schismaticus est.

¶ Secundi verò dubij, quomodo scilicet vnitas hæc Ecclesię sit in charitate, ratio est: tum quia schisma tollit illud esse, quod sine charitate possidetur: vt patet cùm aliqui in peccato mortali præexistentes fiunt de nouo schismatici: tum quia schismatic⁹ est, qui renuit subesse Romano pōtifici. Hoc autem non directè charitati, sed obedientiæ opponitur. *4. dis. 13. q. 2. ar. 1. ad secundum. 14. q. 1. c. schisma.*

¶ Tertij autem dubij ratio est, quia quum vnum oppositorum tollat reliquum & vnitas Ecclesiæ non sit ab Ecclesia auferibilis: sicut nec esse ipsi⁹ quantūcunque fiant infinita schismata: alioquin aut possent esse plures Ecclesiæ quam vna, aut possent desinere esse ante consummationem sæculi: consequens est quòd schisma non tollat vnitatem Ecclesię: & consequenter male ex hoc eius natura monstratur.

quiescit. Proprium autem superbię est & inanis gloriæ propriā excellentiā quærere. Sicut aūt discordātes aliqui sunt ex hoc, q̄ stant corde in propriis, ita contēdentes sunt aliqui ex hoc, q̄ vnusquisq; verbo id quod sibi videtur, defendit. Et ideo eadē ratione ponitur contentio filia inanis gloriæ, sicut & discordiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd cōtentio sicut & discordia habet affinitatem cū inuidia, quantū ad recessum eius à quo aliquis discordat, vel ex quo contēdit. Sed quantū ad id, in quo sistit ille, qui cōtendit, habet conuenientiā cū superbia & inani gloria: inquantum s. proprio sensu statur, vt supra dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd clamor assumitur in contentione, de qua loquimur, ad finem impugnandæ veritatis. Vnde non est principale in contentione. Et ideo non oportet quòd contētio ex eodē deriuetur, ex quo deriuatur clamor.

¶ Ad tertium dicendū, quòd superbia & inanis gloria occasionem sumunt præcipuè à bonis etiā sibi cōtrarijs, puta cū de humilitate aliquis superbit. Est enim huiusmodi deriuatio non per se, sed per accidens, secundum quem modum nihil prohibet contrariū à contrario oriri. Et ideo nihil prohibet ea, quæ ex superbia vel inani gloria per se & directè oriūtur, causari ex contrariis eorum, ex quibus occasionaliter superbia oritur.

QVÆSTIO TRIGESIMAnona, de Schismate, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vitiis oppositis paci, pertinentibus ad opus, quæ sunt schisma, rixa, seditio, bellum. ¶ Primò ergo circa schisma quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum schisma sit speciale peccatū. ¶ Secundò, vtrum sit grauius infidelitate. ¶ Tertiò, de potestate schismaticorum. ¶ Quartò, de pœna eorum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum schisma sit peccatum speciale.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd schisma non sit peccatum speciale. Schisma enim, vt Pelagius papa * dicit, scissuram sonat. Sed omne peccatum scissuram quandam facit, secundum illud Isa. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Ergo schisma non est speciale peccatum.

¶ Præterea, illi vidētur esse schismatici, qui Ecclesię nō obediunt. Sed per omne peccatū fit homo inobediens præceptis Ecclesiæ: quia peccatum secundum Ambro.* est cęlestium inobedientia mandatorū. Ergo omne peccatum est schisma: *Li. de paradiso ca. 8. to. 4.*

¶ 3 Præterea, Hæresis etiam diuidit hominem ab vnitate fidei. Si ergo schismatis nomen diuisionem importat, videtur quòd non differat à peccato infidelitatis, quasi speciale peccatum.

¶SED CONTRA est, quod August. cōtra Faustū * distinguit inter schisma & hęresim, dicēs, quòd schisma est eadem opinantem atque eodem ritu colentem quo cæteri, solo cōgregationis delectari dissidio. Hęresis verò diuersa opinatur ab iis quæ catholica credit Ecclesia. Ergo schisma nō est generale peccatum. *Li. 20. c. 32. to. 6.*

¶RESPONDEO dicēdum, quòd sicut Isido. dicit in lib. Etymo *. Nomen schismatis à scissura animorum vocatum est. Scissio autē vnitati opponitur. Vnde peccatū schismatis dicitur, quod directè & per se opponitur vnitati. Sicut enim in rebus naturalibus id quod est p accidens non constituit speciem: ita etiam nec in rebus moralibus, in quibus id quod est intētum, est per se: quod autem sequitur præter intentionē, est quasi per accidēs. Et ideo peccatum schismatis propriè est speciale peccatū ex eo, quod intendit se ab vnitate separare, quam charitas facit: quæ non solum alteram personam alteri vnit spirituali dilectionis vinculo, sed etiā totā Ecclesiā in vnitate spūs. Et ideo propriè schismatici dicuntur, quia propria sponte & intētione se ab vnitate Ecclesiæ separāt, quæ est vnitas principalis. Nā vnitas particularis aliquorū adinuicem ordinatur ad vnitatē Ecclesiæ, sicut cōpositio singulorum membrorū in corpore naturali ordinatur ad totius corporis vnitatem. Ecclesiæ autē vnitas in duobus attenditur, s. in connexione mēbrorum Ecclesiæ adinuicem seu cōmunicatione: & iterum in ordine omnium membrorum Ecclesiæ ad vnū caput: secūdum illud ad Col. 2. Inflatus sensu carnis suæ & tenēs caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & cōstructum crescit in augmentū Dei. Hoc autē caput est ipse Christus, cui⁹ vicē in Ecclesia gerit summus Pontifex. Et ideo schismatici dicuntur, qui subesse renuūt summo Pontifici, & qui mēbris Ecclesiæ ei subiectis cōmunicare recusant. *Li. 8. c. 3.*

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd diuisio hominis à Deo per peccatum non est intenta à peccāte, sed præter intētio-

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quòd quum Ecclesia militans, de qua sola est sermo, sit congregatio omniū fidelium, & vna numero, oportet quod tam entitas, quàm vnitas eius numeralis, constituatur ex aliquo esse, non quo aliquis est in se, sed quo ad aliud ordinatur. Inter entis autem genera, solum relatio, actio & passio separata iungunt. Esse namque substātiæ, quantitatis & qualitatis, sic in vno supposito consistit, quod ad aliud non se extendit. Actione autē & passione iunguntur etiam cælum & terra & esse relatiuo totum vniuersum. Vnde Ecclesiæ esse & vnitas secundum hæc consideranda est. Tria autem inuenimus in ipsis fidelibus. Primò vnitatem virtutum theologicarum & sacramentorum. Singuli nanque fideles credunt vnum, sperant vnum, amant vnum, scilicet Deum trinum, & vnū, &c. & tenent eadem sacramenta Et si fideles non haberent aliam vnitatem, Ecclesia non esset propriè loquendo vna, sed fideles essent similes in prædictis. Inuenimus ergo secūdo vnitatem capitis, nō solū in cælo, Christi: sed in terra sui vicarij ex qua vnitate apponit̃ in ipsis fidelib⁹ esse relatiuū ordinis, s. ad caput vnū & actionis & passionis, secundū pręcipere & obedire. Mouentur, siquidē singuli fideles à Spiritusancto, nō solùm ad credēdum, sperandū, &c. sed etiā ad obediendū vni, & eidē capiti Christi vicario. Et si apud fideles nulla alia esset vnitas, Ecclesia non diceret̃ vna: sed sub vno. Essent enim fideles, sicut multa regna sub vno rege.

¶ Inuenimus igitur tertiò vnitatem collectionis vniuersorū fidelium, ex qua vnitate apponitur singulis fideliū esse relatum, s. esse partē vnius numero populi, ciuitatis, domus, ac per hoc dependentia apponitur vnicuiq; à toto. Pars enim quælibet à suo toto pendet. Hinc secundum actionē & passionē modus, & regula habetur. Mouētur siquidē fideles à Spiritu sancto ad opera vitæ spiritualis, s. credere, sperare, diligere, sanctificare, & sanctificari, obedire, præcipere, illuminare, &c. nō solùm secundū substantiam, sed etiam quo ad modum operandi, vt s. hæc operētur vt partes vnius totius. Et huius rei non est quærenda alia causa, nisi quia sic disposuit Spiritussanctus, qui inter articulos fidei posuit vnam sanctā Ecclesiam, vltra sanctorum communionē. Ipse nanque Spiritus diuidēs singulis prout vult, voluit Ecclesiam catholicā id est vniuersalem, esse vnam, & non plures. Et propterea mouet singulos ad interius & exterius operandum vt partes vnius, & ꝓpter illud vnum, & secūdum illud vnum: quilibet enim fidelis credit se mēbrum Ecclesiæ & vt mēbrum Ecclesiæ credit, sperat, ministrat sacramenta, suscipit, docet, discit, &c. Et propter Ecclesiā hæc facit, vt pars propter totum, cuius est quicquid est: & secundum Ecclesię fidem & traditionem hæc operatur. Et hinc fit vt inter Ecclesias quæ videntur omnino se paratę, puta Scotię & Hispaniæ, nō solùm sit conuenientia in fide, spe, charitate, sacramentis, & obedientia ad vnum caput, sed etiam colligatio partis ad partem, in vna numero congregatione quæ primo & principaliter regitur à spiritusancto, cuius vnitas est summum bonum, non simpliciter, sed in genere bonorum ad proximū spectantiū: vt pote bonum totius mundi, non qualecunque, sed spirituale: non per accidēs, sed per se: nec secundarium, sed principale: quia est ipsum esse Ecclesię, vt vni⁹ toti⁹ rationē habet. Signū aūt vni⁹ totius est vnitas synodi vniuersalis. Hęc est Ecclesiæ vnitas, cui opponit̃ schisma. Nā ex eo aliquis ē schismatic⁹, qđ tenuit vt pars Ecclesiæ operari. Nec refert ex quacunq; causa hoc oriatur. Dūmodo eñ ad hoc deueniat, q̄ renuit se habere vt pars vni⁹ Ecclesiæ catholicæ, schisma incurrit. Ex quacunq; siquidē diuersitate vel sententiarū, vel affectionum intantum aliquis exorbitet, vt velit sanctificare, vel sanctificari, docere vel doceri, prouidere vel prouideri, non vt pars Ecclesiæ catholicæ, sed tanquā ipsimet sint velut quoddā totū seorsū, schismatici sunt. Et p hoc p̄t solutio primi dubij. Sed respōsio ad obiectionē de charitate, in solutiōe secūdi dubij patebit.

¶ Dicitur ergo ad secundum dubium, quod quia amoris est vnire, & vnitas Ecclesiæ est vnitas spiritualis, ideo attribuitur amori spirituali, qui est charitas, nō quòd ista vnio sit charitas, sed quia est effectus charitatis. Mouet enim Spiritussanctus per charitatem singulos fideles, ad volendum se esse partes vnius collectionis catholicæ, quam ipse viuificat, ac per hoc ad constituēdam vnam Ecclesiā catholicam. Verum effectus charitatis sunt duplices, quidam semper formati, vt contritio: quidam qui possunt esse informes, vt misereri, dare eleemosynā propter Christum. Vnitas etiā ecclesiastica licet simpliciter sit formata, sicut Ecclesia semper est in gratia: vt tamen est in hoc vel in illo potest

potest esse informis. Et propterea stat vnitatē hāc esse effectum charitatis, & tamen possideri cū peccato mortali. Et stat aliquem nolle charitatem esse in se, vel in alio, & non esse schismaticū nisi ad hoc deueniret, quod nollet hunc effectum charitatis esse, qui est vnitas Ecclesiæ. Et tunc etiā esset distinguendum, quia aliud est nolle vnitatem Ecclesiæ esse, & aliud est, subtrahere se animo ab vnitate Ecclesiæ: sicut aliud est nolle fidē Christi esse, & aliud est non credere ea quæ sunt fidei. Vtrobique enim primū spectat ad odium rerum spiritualium, secundum autē ad propria vitia schismatis & hęresis. Ad id verò quod de obedientia obiicitur, dicitur quod nolle pertinaciter obedire summo Pōtifici non est schisma, sed nolle subesse sibi, vt capiti totius Ecclesiæ, est schisma, sicut non credere, est hæresis.

¶ Ad tertium autem dubium dicitur, quod contra vnitatem Ecclesiæ, dupliciter cōtingit peccare. Primò secundum intellectum, s. non credendo Ecclesiam esse vnam capite vel collectione: & hoc esset peccatum infidelitatis. Secundo, secundum voluntatem & hoc dupliciter. Primò secundum intentionem cum scilicet aliquis, licet credat Ecclesiam esse vnam, intendit tamen eius vnitatem destruere odio, vel ira concitatus in illam, vel Papam, &c. Secundo secundum operis voluntatem: cum scilicet aliquis vult potius taliter se gerere, ac si non esset pars Ecclesiæ quàm à proposito desistere: Et hoc videtur contingere iis, qui præsumunt synodos vniuersales congregare, vel congregatas, sed dissolutas tenere. Et vtroque modo schisma incurritur: sicut homicidiū incurrit, non solum qui directè intendit occidere, sed etiam qui potius vult opus agere vnde mors hominis sequitur, quam opus tale relinquere. *4. dis. 13. q. 2. ar. 2. ad 4. Et mal. q. 2. arti. 10. ad quartum.* Duplici autem distinctione opus est, vt perspiciatur, quomodò schisma tollat vnitatē Ecclesiæ. Altera est de auferre secundum affectū vel effectū: altera est de eo à quo aufertur: s. ab Ecclesia, vel à seipso. Schismatic⁹ enim secundum affectum tollit vnitatem ab ipsa Ecclesia, sicut odio habens Deum tollit bonitatem ab ipso, quantum in se est: secundum autem effectum tollit vnitatem Ecclesiæ à seipso. Ad hoc enim efficaciter operatur, vt in ipso non sit vnitas Ecclesiæ, vt ipse non sit pars collectionis catholicæ.

¶ In eodem articulo aduerte, quod quia bonum consurgit ex causa integra apud Diony. 4. ca. de Diuinis nominib. *Cap. 21.* malum autem ex singulis defectibus: ideo ad habendū hoc bonum, quod est esse membrum Ecclesiæ catholicæ, exiguntur duo. Primò quòd se habeat vt pars illius in credendo, sperando, amando, sanctificando, &c. Secundò, quòd subsit Romano Pontifici vt capiti Ecclesiæ catholicæ. Propter quod in litera dicitur, quòd vnitas Ecclesiæ consistit in commixtione membrorum: & hoc quantum ad primum. Fit enim hoc per hoc quòd omnes sunt compartes vnius, & in ordine omnium ad vnum caput. & hoc quantum ad secundum. Sed ad incurrendum hoc malum, quod est esse schismaticum, sufficit alterum illorum scilicet vel deficere à subiectione capitis, vel communione cum vniuersis. Et propterea in litera subduntur hæc duo genera schismaticorum, vt ibi patet.

¶ In eodem articulo dubium occurrit, An persona veri, certi, & indubitati Papæ possit esse schismatica. Et videtur quòd non: *cap. 10.* quoniam ab vnitate capitis deficere non potest: quia ipse est caput. Ab vnitate quoque Ecclesię deficere non potest: quoniam Ecclesia est in ipso, iuxta illud Cypriani, quæstione 1. scire debes. Vbi dicitur, Scire debes episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in episcopo: & si quis cum episcopo non sit, in Ecclesia non esse.

¶ In oppositum autem est, quoniam Papa potest incurrere in hæresim, & consequenter in schisma. quia omnis hęreticus est schismaticus, licet non econtrario.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet diuersæ sint hic opiniones, absque dubio tamen patet, quòd Papæ persona crimen schismatis etiam sine hæresi incurrere potest. Quod probatur ex eo, quòd adunatio partium, sine quibus totum saluari potest, cum ipso toto, non est indissolubilis. Sed adunatio personæ papæ cum toto, id est Ecclesia, est talis, s. quòd sine ipsa Ecclesia saluatur in sua vnitate, ergo persona Papæ pōt dissoluere se ab Ecclesię vnitate. Hoc autem est esse schismaticum. Minor patet ex eo, quòd sede vacāte Ecclesia est vna sine vlla persona Papæ. Contingeret autē hoc in animo quidem Papæ, si nollet communicare cum Ecclesia, vt pars illius, vt caput illius in spiritualibus, sed habere se tantum vt dominus temporalis: in opere verò si facto hoc faceret, vel si excommunicare præsumeret Ecclesiam. Constat nanque quod in huiusmodi mala posset persona Papæ incidere: ac per hoc vere schismaticus esse.

¶ Ad primum autem in oppositum dicitur, quod persona Papæ potest renuere subesse officio Papæ, quod per accidēs est pro tunc in ipso. Et si hoc in animo pertinaciter gereret, esset schismaticus per separationem sui ab vnitate capitis. Ligatur siquidem persona sua legibus officij sui, quo ad Deum, vt in præcedenti libro declaratum est.

¶ Ad secundum dicitur, qđ Ecclesia est in Papa, quando ipse se habet vt Papa, vt caput Ecclesię. Quando autē ipse nollet se habere vt caput eius, neq; Ecclesia in ipso, neque ipse in Ecclesia esset. *D. 707.*

¶ In responsione ad secundum aduerte diligenter, quòd recusare præceptum vel iudicium Papæ contingit tripliciter. primò, ex parte rei iudicatæ, seu præceptæ: secundò, ex parte personæ iudicantis: tertiò, ex parte officij ipsius iudicis. Si quis enim etiam pertinaciter cōtemnat sententiā Papæ, quia scilicet non vult exequi quæ mandauit, puta abstinere à tali bello, restituere talē statum, &c. licet grauissimè erret, non tamen est ex hoc schismaticus. Contingit nanque & sæpe, nolle exequi præcepta Superioris: retenta tamē recognitione ipsius

nē eius accidit ex inordinata conuersione ipsius ad commutabile bonū. Et ideo non est schisma, per se loquendo.

¶ Ad secūdum dicendū, quòd nō obedire præceptis cum rebellione quadā, cōstituit schismatis rationem. Dico autē cum rebellione, cùm & ptinaciter præcepta ecclesiæ cōtemnit, & iudiciū eius subire recusat. Hoc autem nō facit quilibet peccator: vnde nō omne peccatū est schisma.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd hæresis & schisma distinguūtur secundū ea, quibus vtrūque per se & directè opponitur. Nā hæresis p se opponitur fidei: schisma autē per se opponitur vnitati ecclesiasticæ charitatis. Et ideo sicut fides & charitas sunt diuersæ virtutes, quāuis quicunque careat fide, caret charitate: ita etiā schisma & hæresis sunt diuersa vitia, quamuis quicunq; est hæreticus, sit etiā schismaticus: sed non conuertitur. Et hoc est quod Hier. dicit in epistola ad Gal. Inter schisma & hæresim hoc interesse arbitror q̄ hęresis peruersum dogma habet: schisma ab Ecclesia separat. Et tamē sicut amissio charitatis est via ad amittendam fidē: secundū illud 1. ad Timoth. 1. A quibus quidā aberrātes, scilicet à charitate, & aliis huiusmodi, conuersi sunt in vaniloquiū: ita etiā schisma est via ad hæresim. Vnde Hiero. ibidē subdit, q̄ schisma à principio aliqua in parte potest intelligi diuersum ab hæresi. Cæterū nullū schisma est quod non sibi aliquā hæresim confingat, vt rectè ab Ecclesia recessisse videatur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrū schisma sit grauius peccatū infidelitate.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd schisma grauius peccatū sit, quā infidelitas. Maius enim peccatū grauiori pœna punit̃: secundum illud Deut. 25. Pro mēsura peccati erit & plagarū modus. Sed peccatū schismatis grauius inuenitur punitū, quam etiā peccatum infidelitatis, siue idololatrię. Legitur enim Exo. 32. quòd propter idololatriā sunt aliqui humana manu gladio interfecti. De peccato autē schismatis legitur Num. 16. Si nouā rē fecerit Dominus, vt aperiēs terra os suum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, descenderintq; viuentes ad infernū: scietis q̄ blasphemauerunt Dominū Deū. Decē etiam tribus, quæ vitio schismatis à regno Dauid recesserūt, sunt grauissimè punitæ: vt habetur 4. Reg. 17. Ergo peccatū schismatis est grauius peccato infidelitatis.

¶ 2 Præt. Bonū multitudinis est mai⁹ & diuinius, quā bonū vnius, vt patet p Philosophū in 1. Eth.* Sed schisma est cōtra bonum multitudinis, id est cōtra ecclesiasticā vnitatē. Infidelitas autē est cōtra bonū particulare vnius, quod est fides vni⁹ hominis singularis. Ergo videt̃, q̄ schisma sit grauius peccatū quàm infidelitas.

¶ 3 Prędterea, Maiori malo mai⁹ bonū opponit̃, vt patet per Philosophū in 8. Ethi. *Sed schisma opponit̃ charitati, quæ est maior virtus, quā fides: cui opponit̃ infidelitas, vt ex pręmissis patet.* Ergo schisma est grauius peccatū, quàm infidelitas,

¶SED CONTRA, Quòd se habet ex additione ad alterum, potius est vel in bono, vel in malo. sed hęresis se habet per additionem ad schisma: addit enim peruersum dogma, vt patet ex autoritate Hierony. suprà inducta*. ergo schisma est minus peccatum quàm infidelitas. *Q. 10. art. 2. & q. 13. ar. 6.* *Ar. præ. arg. 3.*

¶RESPONDEO, dicendum quòd grauitas peccati dupliciter potest considerari. Vno modo secūdū suam speciem: Alio mō secūdum circunstātias. Et quia circūstantię particulares sunt infinitę, ita & infinitis modis variari possunt, cū quęritur in cōmuni de duob⁹ peccatis quod sit grauius, intelligēda est quæstio de grauitate, quæ attenditur secundum genus peccati. Genus autem seu species peccati attēditur ex obiecto, sicut ex supradictis patet.* Et ideo illud peccatū, qđ maiori bono contrariatur, ex suo genere est grauius: sicut peccatum in Deū, quàm peccatū in proximū. *1. 2. q. 71. ar. 1. & q. 73. ar. 1. 2. & 4.* Manifestum est autem quòd infidelitas est peccatū cōtra ipsum Deum, secundū quod in se est veritas prima cui fides innititur. Schisma aūt est cōtra ecclesiasticā vnitatē, quæ est quoddā bonū participatū, & minus quàm sit ipse Deus. Vn̄ manifestū est, quòd peccatū infidelitatis ex suo genere est graui⁹ quàm peccatū schismatis: licet possit cōtingere quòd aliquis schismaticus graui⁹ peccet, quā quidā infidelis, vel ꝓpter maiorem cōtemptū, vel propter maius periculum, qđ inducit, vel ꝓpter aliqđ huiusmodi.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, q̄ populo illi manifestū erat iā p legē susceptā q̄ erat vnus De⁹, & quod nō erāt alij dij colēdi: & hoc erat apud eos p multiplicia signa confirmatū. Et ideo nō oportebat, quòd peccātes cōtra hanc fidē per idololatriā punirent̃ inusitata aliqua sola pœna, sed solùm cōmuni: Sed nō erat sic notum apud eos, quòd Moyses deberet esse semp eorū princeps. Et ideo rebellātes eius principatui, oportebat miraculosa & incōsueta pœna puniri. Vel pōt dici quòd peccatū schismatis quandoq; grauius est punitū in populo illo, q̄a erat ad seditiones & schismata prōptus. Dr̃ eñ Esdr. 4. Ciuitas illa à diebus antiquis aduersū reges rebellat, & seditiōes & prælia cōcitātur in ea. Pœna aūt maior quandoq; infligit̃ ꝓ peccato magis consueto, vt suprà habitū est.* Nā pœnæ sunt medicinæ q̄dā ad arcēdū homines à peccato. Vn̄ vbi ē maior ꝓnitas ad peccādū, dēt seuerior pœna adhiberi. Decē aūt trib⁹ nō solū fuerunt punitę ꝓ peccato scismatis, sed ēt ꝓ peccato idololatriæ, vt ibidē dr̃. *1. 2. q. 105. ar. 2.*

¶ Ad secundū dicendū, quòd sicut bonū multitudinis est mai⁹ quàm bonū vnius, qui est de multitudine: ita etiā bonū multitudinis, ad quod vnus ordinatur, est mi

Universidad de Deusto Biblioteca

ipsius in Superiorem. Si quis vero personam Papæ suspectā rationabiliter habet, & propterea non solum præsentiam eius, sed etiam immediatum iudicium recusat, paratus ad nō suspectos iudices ab eodem suscipiendos, nec schismatis, nec alterius vitij crimen incurrit. Naturale nanque est euitare nociua, & cauere à periculis. Potestque persona Papæ tyrannicè gubernare: & tanto facilius, quāto potentior est, & neminem in terris timet vltorem. Cùm quis autem Papæ pręceptum vel iudicium ex parte sui officij recusat, nō recognoscēs eum, vt superiorem, quamuis hoc credat: tunc propriè schismaticus est. Et iuxta hunc sensum intelligenda sunt verba literæ huius & similium. Inobediendia enim quantumcunq; pertinax, non constituit schisma, nisi sit rebellio ad officium Papæ, vel Ecclesię: ita vt renuat illi subesse, illum recognoscere vt superiorem, &c.

3. qō. 64. art. 9. ad secūdum. & tertiū. & 4. dist. 25. qō. 1. art. 1. & quolibet. 12. ar. 16.

¶ *Super Quæstionis trigesimanonæ reliquos art.*

IN reliquis eiusdē quęstionis articulis nihil scribendum occurrit, nisi quòd in tertio articulo notatur distinctio potestatis ordinis & iurisdictionis, quo ad originē & permanentiam, quòd illa per consecrationem, hæc per simplicem hominis iniunctionem fit. Et ideo illa indelebilis est, ista autem à volūtate hominis pendet.

¶ In quarto autē aduertatur quòd sicut petens mutuū ab vsurario, propter suam necessitatem, non peccat: quia petit opus bonum à potente illud bene exhibere si vult, ita petens in necessitatis articulo baptismum à schismatico excusatur. Petit nanque bonum à potente illud bene exhibere si vult.

Li. 2. epi. 4. ad Antoni.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ Articulum primum.*

IN articul. primo quæstionis quadragesimæ circa primam conditionem belli iusti, dubium occurrit, An appellatione principis in hoc loco intelligātur soli illi Principes, qui non habent Superiorem. Et videtur quod sic: quia habentes Superiorem, possunt re-

nus quàm bonum extrinsecum, ad quod multitudo ordinatur: sicut bonū ordinis exercitus est minus quā bonū ducis: & similiter bonū ecclesiasticę vnitatis cui opponitur schisma, est minus quā bonū veritatis diuinæ, cui opponitur infidelitas.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd charitas habet duo obiecta, vnū principale, scilicet bonitatē diuinā: & aliud secundarium, s. bonum proximi. Schisma autem & alia peccata, quæ fiunt in proximū, opponūtur charitati, quātùm ad secundariū bonū qd̄ est minus quàm obiectū fidei, qd̄ est ipse Deꝰ. Et ideo ista peccata sunt minora quā infidelitas. Sed odiū Dei, quod opponitur charitati, quantū ad principale obiectū, nō est minus. Tamē inter peccata, quæ sunt in proximū, peccatū schismatis videtur esse maximū: quia est contra spirituale bonum multitudinis.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum schismatici habeant aliquam potestatem.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd schismatici habeāt aliquam potestatem. Dicit enim August. in lib. contra Donatistas.* Sicut redūtes ad Ecclesiam, qui priusquam recederent, baptizati sunt, non rebaptizantur: ita redeuntes, qui priusquam recederent, ordinati sunt, non vtique rursus ordinantur. Sed ordo est potestas quædam. Ergo schismatici habent aliquam potestatem, quia retinent ordinem.

** Li. 2. c. 3. to. 7.*

¶ 2 Præterea, Aug. dicit in lib. de Vnico baptismo.* Potest sacramentū tradere separatꝰ, sicut potest habere separatus. Sed potestas tradēdi sacramentū est maxima potestas. Ergo schismatici, q sunt ab Ecclesia separati, habēt potestatē spiritualē.

Li. 6. de baptis. cō. Dona. c. 5. to. 7. & ad Bonifac. epist. 50.

¶ 3 Præterea, Vrbanus Papa dicit,* quòd ab Episcopis quōdā catholicè ordinatis, sed in schismate à Romana Ecclesia separatis, qui cōsecrati sunt, eos cū ad Ecclesiæ vnitatē redierint, seruatis ppriis ordinibꝰ, misericorditer suscipi iubemus, si eos vita & conscientia commendat. Sed hoc non esset, nisi spiritualis potestas apud schismaticos remaneret. Ergo schismatici habent spiritualem potestatem.

** 9 q. 1. c. ordinationis.*

¶ SED CONTRA, est q Cyprianus dicit in quadā epistola:* & habetr 7. quæst. 1. c. Nouatianus. Qui nec vnitatem (inquit) Spiritus, nec cōuentionis pacem obseruat, & se ab Ecclesiæ vniculo & à sacerdotum collegio separat, nec Episcopi potestatem habere potest, nec honorem.

¶ RESPONDEO, dicendum q duplex est spiritualis potestas. Vna quidē sacramentalis, alia iurisdictionalis. Sacramētalis quidē potestas est, quę p aliquam consecrationē cōfertur. Omnes aūt consecrationes Ecclesiæ sunt immobiles, manēte re, quę cōsecratur, sicut etiā patet in rebꝰ inanimatis. Nā altare semel cōsecratū, nō consecratr iterū, nisi fuerit dissipatū. Et ideo talis potestas secundū suā essentiam remanet in homine, qui per consecrationē eā est adeptus, quandiu viuit, siue in schisma, siue in hæresim labatur: qd̄ patet ex hoc, q rediens ad Ecclesiā, non iterū cōsecratur. Sed qa potestas inferior non debet exire in actu, nisi secundū qd̄ mouetur à potestate superiori, vt ēt in rebus naturalibꝰ patet: inde est q tales vsum potestatis amittunt, ita s. quòd non liceat eis sua potestate vti. Si tamē vsi fuerint, eorum potestas effectum habet in sacramentalibus: quia in his homo nō operatur, nisi sicut instrumētum Dei. Vnde effectus sacramentales nō excluduntur propter culpā quamcunq; conferentis sacramentū. Potestas autē iurisdictionalis est, quæ ex simplici iniunctione hominis cōfertur. Et talis potestas nō immobiliter adhæret: vnde in schismaticis & hæreticis non manet. Vnde non possunt nec absoluere, nec excommunicare, nec indulgētias facere, aut aliquid huiusmodi. Quod si fecerint, nihil est actū. Cùm ergo dicitur, tales non habere potestatē spiritualem, intelligendū est vel de potestate secunda: vel si referatur ad primam potestatem, non est referendum ad ipsam essentiam potestatis, sed ad legitimū vsum eius.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum sit conueniens pœna schismaticorum, vt excommunicentur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd pœna schismaticorum non sit conueniens, vt excōmunicentur. Excōmunicatio enim maximè separat hominem à cōmunione sacramentorum, sed Aug. dicit in lib. contra Donatistas,* quòd baptisma potest recipi à schismatico. Ergo videtur, quòd excommunicatio non est conueniens pœna schismaticis.

Li. 6. cap. 5. to. 7.

¶ 2 Præterea, Ad fideles Christi pertinet, vt eos, q sunt dispersi, reducant. Vnde cōtra quosdā dicitur Ezech. 34. Quod abiectum est, non reduxistis: quod perierat, nō quæsistis. Sed schismatici conuenientius reducuntur per aliquos, qui eis communicent. Ergo videtur quòd non sint excommunicandi.

¶ 3 Prętereа, Pro eodē peccato non infligitur duplex pœna, secūdum illud Nahū primo, Non iudicabit Deus bis in idipsum. Sed pro peccato schismatis aliqui pœna temporali puniuntur, vt habetur 23. quæst. 5.* vbi dicitur, Diuinæ & mundanæ leges statuerunt, vt ab Ecclesiæ vnitate diuisi, & eius pacem perturbantes, à secularibus potestatibus comprimantur. Non ergo sunt puniendi per excommunicationem.

ca. quasi nos.

¶ SED CONTRA est, quod Nume. 16. dicitur, Recedite à tabernaculis hominum impiorum, qui scilicet schisma fecerunt: & nolite tangere ea quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd per quæ peccat quis, per ea debet puniri, vt dicitur Sap. 11. Schismaticus autem, vt ex dictis patet* in duobus peccat. In vno quidem, quia separat se à communione membrorum Ecclesiæ, & quantum ad hoc conueniens pœna schismaticorum est, vt excommunicentur: in alio verò, quia subdi recusant capiti Ecclesiæ, & ideo quia coerceri nolunt per spiritualem potestatem Ecclesiæ, iustum est vt potestate temporali coerceantur.

Ar. 5. huius quæst.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd baptismum à schismaticis recipere non licet, nisi in articulo necessitatis, quia melius est de hac vita cum signo Christi exire à quocunque detur, etiamsi sit Iudęus, vel Paganus, quàm sine hoc signo, quod per baptismum confertur.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd per excommunicationem non interdicitur illa communicatio, per quam aliquis salubribus monitis diuisos reducit ad Ecclesiæ vnitatem, cùm etiam ipsa separatio quodammodo eos reducat, dum de sua separatione confusi, quandoque ad pœnitentiam reducuntur.

¶ Ad tertium dicendū, quòd pœnæ præsentis vitæ sunt medicinales. Et ideo quando vna pœna non sufficit ad coercendum hominem, superadditur altera, sicut & medici diuersas medicinas corporales opponunt, quando vna non est efficax. Et ita Ecclesia quando aliqui per excommunicationē sufficienter non reprimuntur, adhibet coertionem brachij secularis. Sed si vna pœna sit sufficiens, non debet alia adhiberi.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA, de Bello, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de bello. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò vtrum aliquod bellum sit licitum. ¶ Secundò, vtrum clericis sit licitum bellare. ¶ Tertiò, vtrum liceat bellantibus vti insidiis. ¶ Quartò, vtrum liceat in diebus festiuis bellare.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum bellare sit semper peccatum.*

AD PRIMVM sic pceditur. Vr̄ q bellare semp sit peccatū. Pœna em̄ nō infligitr nisi p peccato. Sed bellātibus à Domino indicitr pœna: secundum illud Mat. 26. Omnis q acceperit gladiū, gladio peribit. ergo omne bellū est illicitū.

¶ 2 Præterea, Quicquid cōtrariatr diuino præcepto, est peccatū: sed bellare cōtra-

currere ad Superiorē, & prosequi ius suū corā eo: sicut de priuatis psonis, in litera dicitur propter hanc rationē. Et confirmatur: qa aliter contemneretr autoritas Superiori. Si enim cuilibet Principi liceret mouere bellū cōtra alterū, iam licitū esset vnicuique Principi ius sibiipsi dicere cōtra alterū Principē & sic Superioris autoritas cōtēpta postponeretur.

¶ In oppositum autem est, qa Princeps in litera sumitr, vt distinguitr contra priuatā psonā, vt patet in litera. Cōstat autē, q nō omnis taliter Princeps caret Superiore. Prętereа ī litera dr̄, q ad eos spectat gladiū mouere bellicū cōtra extraneos, ad quos spectat gladio materiali vti cōtra intraneos

Infrà qō. 41. art. 1. ad tertiū. & q. 42. art. 2. ad primum & q. 66. artic. 8. ad primum.

riatur diuino præcepto. Dicitur enim Mat. 5. Ego autē dico vobis, non resistere malo: & Ro. 12. dicitur, Non vos defendentes charissimi, sed date locum irę. Ergo bellare semper est peccatum.

¶ 3 Præterea, Nihil cōtrariatr actui virtutis nisi peccatū: sed bellare contrariatur paci. Ergo bellum semper est peccatum.

¶ 4 Præterea, Omne exercitiū ad rē licitā licitū est, sicut patet in exercitiis scientiarū. Sed exercitia bellorū, quæ fiūt in torneamentis prohibentur ab Ecclesia: quia moriētes in huiusmodi tyrociniis, ecclesiastica sepultura priuātur. Ergo bellum videtur esse simpliciter peccatum.

¶ SED CONTRA est, quod Augu. dicit in sermone de puero Cēturionis,* Si Christiana disciplina oīno bella culparet, hoc potiꝰ cōsiliū salutis petētibꝰ in Euāgelio daretr, vt abiicerēt arma, seq; militiæ omnino subtraherēt. Dictū est autē eis, Neminē cōcutiatis: estote cōtēti stipēdiis vestris: quibꝰ propriū stipēdiū sufficere præcepit, militare non prohibuit.

Habetur epi. 5. ad Marcell. to. 2.

¶ RESPONDEO dicendum, q ad hoc, q aliquod bellū sit iustū, tria requiruntur. Primò quidē autoritas Principis, cuius mādato bellū est gerēdū. Nō enim pertinet ad personā priuatā bellū mouere: quia pōt ius suū in iudicio Superioris prosequi. Similiter etiā cōuocare multitudinē, q in bellis oportet fieri, nō pertinet ad priuatā personā. Cùm autem cura Reipublicæ cōmissa sit Principibus, ad eos pertinet Rēpublicā ciuitatis, vel regni, seu puinciæ sibi subditæ tueri. Et sicut licitè defendunt eā materiali gladio contra interiores quidē perturbatores, dum malefactores puniūt, secūdū illud Apostoli ad Rom. 13. Nō sine cā gladium portat: minister enim Dei est, vindex in irā ei, qui malè agit: ita etiā gladio bellico ad eos ptinet rēpublicā tueri ab exterioribus hostibꝰ. Vnde & Principibꝰ dicitr in Psal. 81. Eripite pauperē, & egenū de manu peccatoris liberate. Vnde Aug. dicit cōtra Faustū,* Ordo naturalis mortaliū paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiēdi belli autoritas atq; cōsiliū penes Pricipes sit. Secūdò requiritr cā iusta, vt scilicet illi, qui impugnātur ppter aliquā culpā, impugnationē mereantr. Vnde Aug. dicit ī lib. 83. q.* Iusta bella solēt diffiniri, quæ vlciscūtur iniurias, si gēs vel ciuitas plectēda est, quæ vel vīdicare neglexerit, qd̄ à suis improbè factū est: vel reddere, qd̄ per iniuriā ablatū est. Tertiò requiritur vt sit ītētio bellātiū recta, qua scilicet intēditur, vel vt bonū pmoueatr, vel vt malū vitetur. Vnde Aug. in lib. de Verbis Domini.* Apud veros Dei cultores ēt illa bella peccata nō sūt, quæ nō cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio gerūtur, vt mali coerceantur, & boni subleuētur. Potest aūt cōtingere, vt si sit legitima autoritas indicētis bellū, & causa iusta, nihilominꝰ propter prauā intētionē bellū reddatur illicitū. Dicit em̄ August. in lib. cōtra Faustū,* Nocendi cupiditas, vlciscēdi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominādi, & si qua sunt similia, hæc sunt quæ in bellis iure culpantur.

li. 22. ca. 74. to. 6. *q. 10. to. 4.* *Habetur 23. q. 1. ca Apud.* *lib. 22. c. 74. to. 6.*

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut Aug.* dicit, Ille accipit gladiū, q nulla superiori aut legitima potestate, aut iubente vel cōcedēte, in sanguinē alicuius armatr. Qui verò ex autoritate Pricipis, vel iudicis, si sit psona priuata: vel ex zelo iustitiæ quasi ex autoritate Dei, si sit psona publica, gladio vtitr, nō ipse accipit gladium, sed ab alio sibi cōmisso vtitur.

Habetur li. 22. contra Faustum cap. 70. to. 6.

neos. Sed contra intraneos non requiritur Princeps carens Superiori. ergo nec ad mouendum bellum.

¶ Ad euidentiam autoritatis requisitæ ab bellum, sciendū est q non est quęstio de bello defensiuo, quando scilicet aliquis bellum facit defēdendo se ab indicto sibi bello (hoc em̄ à naturæ iure quilibet populus habet) sed quæstio est de indictione belli, quæ scilicet autoritas ad hoc exigatur. Et licet varia in hoc videatur opinio, si tn̄ rectè discernamus, vna est sententia. Quū enim bellū sit reipublicæ inuasio, & hoc actiuè, quia legitima, quantū est ex parte autoritatis, bella à republica sunt, tanta differentia est inter autoritatē mouendi gladiū belli cum & gladium priuatū quāta differentia est inter rem publicam & priuatam, in defensionis & vindictæ iure. Ad priuatam nanque personam nō spectat nisi vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, extra moderamen aūt inculpatæ tutelæ est, vt quis priuatꝰ se vel alios vlciscatur, propter quod nō licet priuato occidere occisorem sui patris. Respublica autē & suorū mēbrorū & sui sic curam habet, vt non solum possit moderate vi vim repellere, sed etiā vindicare iniurias sui vel suorū, nō solum contra sibi subditos, sed extraneos. Et de subditis quidē patet, quoniā punitiua iustitia ad rempublicā spectat. De extraneis vero probatur ex eo, q respublica debet esse sibi sufficiens: vt patet in tertio Politicorū. Constat autē, quod nisi posset licitè de extraneis populis & Principibus se vindicare, valde esset imperfecta, & deficeret. Nam tyranni & iniusti, rapiētes, occidētes, capiētes, & quōlibet īiuriā faciētes, alienæ reipub. ciuibus, remanerēt naturaliter inulti, & naturalis ratio deficeret ī necessariis. In naturæ nāque legibꝰ sistendo, nō oportet respublicas diuersas cōicare in vno Principe. Et si vna alterā opprimeret in suis mēbris capiēdo, dilaniando: si altera innocēs nō posset vindicare se & suos cōtra opprimētē pugnādo, & inulti mali naturaliter manerēt, & naturalis rō quæ vniuersalioris est prouidētiæ quā naturalis instinctꝰ aīaliū, defecisset nō puidendo reipublicæ de armis vltionis. Attestātur hoc gesta Ionathæ & Simonis cōtra filios Iābri, in vindictā sāguinis Ioānis fratris sui, primi Mach. 9. Approbare hoc cōmunis omniū gētiū vsꝰ vr̄ tāquā à natura inditū. Verba quoq; Autoris in litera hac manifestè hoc significāt, cū autoritate Aug. Probatur quoq; hoc idē aliter: quia si respublica nō posset inducere bellū, sed ad hoc esset opꝰ autoritate alteriꝰ Superioris, aut esset opꝰ Superiori respectu sui tātū, aut respectu illiꝰ tm̄ cōtra quē est mouēdū bellū, aut respectu vtriusq;. Nō respectu Superioris tātū: quia quæcūque respublica est sic disposita, q non potest sibiipsi de oībus prouidere, sed ab aliquo, puta Rege depēdet, hoc ideo est, qa Rex ille est pars illiꝰ reipublicę, nēpe caput illius. Vnde hoc non arguit rēpublicā nō posse, sed rēpublicā imperfectā, absque scilicet suo capite, non posse. Et ppterea oportet te lectorē sanè intelligere quæ dicimꝰ: quia de republica perfecta loquimur. Nec à Superiori illius, cōtra quē mouendū est bellū: tū quia vt plurimū contingit illū carere Superiori, vel si habet, esse cōplicē saltē negligendo vindictā. Tum quia licet antequā bellū indicatur si spes est iustitiæ, petēda est iustitia à Superiori illiꝰ, quia actor sequitur forū rei: vt fecit populus Israel, petens iustitiā à tribu Beniamin de viris Gabaa, Iudicū 20. Et si fecerit iustitiam, non est mouendū bellum: & si neglexerit, potest moueri bellū. Hoc tamē non propterea est vt habeatur autoritas indicēdi bellū: quoniā nec ille hostiū Superior hanc dat, nec hæc petitur: sed vt actus actiuorū fiant in patiente disposito. Passum em̄ dispositum ad hoc, vt contra ipsum bellum fiat, est nolens satisfacere. Si enim satisfacere vellet, iustum bellū non moueretur. Nec à Superiori vtriusque: tum quia hoc est per accidens: tū quia ex neutra parte ostensum est opus esse autoritate. Cùm igitur dicitur quod ad indicendum iustum bellum requiritur autoritas Principis, intelligēdum est vel de republica perfecta, vel perfectè gerente vices reipublicæ, vt sunt Reges, vel alij similes principatus. Vnde & rationes vtriusque partis soluendæ sunt.

¶ Ad primam igitur de Principibus carentibus Superiore dicitur, q inter priuatam & publicam personam hæc est differentia, q priuatus habet proprium Superiorem, cùm sit pars alicuius reipublicæ. Homo enim est animal politicum, qui ad Superiorem potest recurrere pro vltione inimicorū suorum, siue intus, siue extrà: & propterea ex sua natura non habet autoritatē vindicatiuā. Ipsa autē Respublica, seu Princeps ex suæ naturæ perfectione, vt ostēsum est, habet autoritatem vindicatiuam: & ideo non oportet quod recurrat ad Superiorem pro tali autoritate. Et ratio literæ optimè habet locum in priuata persona, & non in publica: quia illa est pars, hæc totum, vt dictum est.

¶ Ad confirmationem dicitur q Principes sunt in duplici differentia. Quidam enim sunt simpliciter capita & domini perfectè gerentes vices Reipublicæ, Quidā verò sunt secundū quid capita & dn̄i imperfectæ Reipublicæ vices gerētes. Primi habēt autoritatem vindicatiuā intꝰ & extrà: secūdi autē habēt tātū quātū eis tributū est. In hoc secundo ordine sūt comites, marchiones, & duces qui sūt partes vniꝰ regni. Rex siquidē est caput, & dn̄s non solū regni, sed cuiuslibet reipublicæ ipsius. Dicti autē domini sūt capita & domini secūdum quid. In cuius signū oēs Respublicæ vnius regni cōicant in vno tribunali regio, & oēs stipēdia regia soluūt. Sunt etiā in hoc eodē ordine communitates oēs, quæ subsunt alteri tanquā Regi, quales videntur esse omnes, quę subsunt Romanæ ecclesiæ. In primo autē ordine sunt communiter Reges omnes & cōitates simpliciter liberæ. Et de his quidē communitatibus planū est, quia quęlibet est perfecta respublica. De regibus quoque eadē ratione patet. quia scilicet regnū pfectā Rempublicam significat, & Rex vices illius perfectè gerit: licet alicubi statuta sint talia, vt Reges fere solo noīe sint Reges. Sed nos de Rege, qui est simpliciter dominus, loquimur. Ex hac autē assignata differentia inter principes patet, qd̄ illi domini qui ob imperfectionē dominij habēt Superiorē, nō possūt indicere bellū absq; sui Superioris autoritate. Faceret siquidē ei iniuriā, vsurpātes sibi Superiorū autoritatē, præ se ferentes capita simpliciter, & dominos simpliciter Reipublicæ, cū non sint. Illi aūt domini, qui pfectè capita & domini sūt, licet habeāt Superiorē, puta Imperatorē, nullā faciūt ei iniuriā, bellū ppria autoritate indicēdo: qa vtūtur iure suo. Sūt em̄ sub eo sicut vna pfecta cā vniuersalis, sub alia vniuersaliori & non sicut impfecta sub pfecta, sicut illi de secūdo ordine. Vel potiꝰ sūt sub eo secūdū qd̄, & non simpliciter. Et hoc vr̄ veriꝰ ex præscripta consuetudine. Vnitas em̄ Imperatoris & illiꝰ dominiū de iure positiuo cum sit, quia nec naturalis ratio, nec autoritas sacræ Scripturæ cogit oēs quartas terræ, nec oēs nationes vniꝰ quartę, ad electionē vniꝰ pricipis tēporalis, vt patet: & constat ex electione pēdere naturaliter principatū tēporale alicuiꝰ, nisi sit tyrānicꝰ. Quū inquā de iure positiuo sit, potest p consuetudinē abrogari & tolli. Propter q Pricipes & communitates, quæ consueuerunt consuetudine antiquissima vti autoritate indictiua belli, possunt licitè illa vti: si tamē bona fide in pacifica possessione fuerūt, & sunt. Quod dico ppter vsurpātes sibi hoc ex magnitudine potētiæ, & rebelles suis dn̄is, non potuerūt, nec pn̄t coerceri.

¶ Ad rationes autem pro omnibꝰ Principibus dicitur, & ad primam, quòd verum est quod litera accipit Principem vt personam publicam: sic enim distinguitur contra priuatam. Sed non accipit personam publicam imperfectè, sed perfectè: & ideo non extenditur litera nisi ad Principes perfectè.

¶ Ad secundā verò dicitr, q cōtra interiores & exteriores spectat ad eosdem ex natura officij. Ad multos tamē spectat ex cōmissione vti gladio contra internos: quibus non conceditur indicere bellū contra externos, vt patet in rectoribus, ciuitatibus, & multis dominis, qui in dominio suo iudicant in cā sanguinis. Facilius enim conceditur hoc à perfectè principibus, quàm autoritas contra externos. Litera ergo loquitur de iis, qui ex propria hoc possunt autoritate, quales non sunt omnes domini, sed tantùm perfectè domini.

¶ In eodē articulo circa iustitiā causæ belli, aduerte quod quia amici ac socij vnum censentur, ideo iusta causa indicendi bellum est pro vltione sociorum: nec minus potest socios & extraneos ad bellum gerendum Princeps inuitare quàm ad exercendam iustitiam intus ministros extraneos conducere.

¶ In eodem articulo circa rectitudinē intentionis, scito q quemadmodū carnifices iudicum, si ex odio vel feritate occidunt dānatos iustè, peccant quidem mortaliter, sed non tenentur ad restitutionē læsis ex morte, nec vestium occisorū: ita milites bellum iustum exercentes, & concessa auferentes, quamuis pessimo animo faciant, peccant, sed non tenentur restituere.

¶ In rn̄sione ad primum scito, q iam solutū est dubiū, quod apud multos videtur esse, qūo Respublica non accipit gladium, quando bellum indicit. Iam enim monstratū est, quod concessa est ei à iure naturalis rationis autoritas vindicatiua suorum, tam contra intraneos, quàm extraneos perturbatores.

Universidad de Deusto Biblioteca

vnde ei pœna nō debetur. Nec tamen illi etiam, qui cum peccato gladio vtuntur, semper gladio occidūtur: sed ipsi suo gladio semper pereūt, quia pro peccato gladij æternaliter puniūtur, nisi pœniteant.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ huiusmodi præcepta, sicut Augustin.* dicit in lib. de Sermone Domini in monte, semper sunt seruanda in præparatione animi, vt scilicet semper homo sit paratus nō resistere vel se nō defendere, si op⁹ nō fuerit. Sed quandoque est aliter agendū propter cōmune bonum vel etiam illorū, cum quibus pugn tur. Vnde Aug. dicit in Epistola ad Marcellinum,* Agenda sunt multa etiam cum inuitis, benigna quadā asperitate plectendis. Nā cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur. Quoniam nihil est īfelicius * infelicitate peccātiū, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala volūtas, velut hostis interior roboratur.

li. 1. c. 34. 35. & 36. to. 4. & epist 5. ad Marcell. to. 2. — *Ibidem.* — *Alias, facilitate seu felicitate.*

¶ Ad tertium dicēdum, quòd etiā illi, qui iusta bella gerunt, pacē intendunt: & ita paci nō cōtrariātur nisi malę, quā Domin⁹ nō venit mittere in terrā, vt dicit Matth. 10. vnde Aug. dicit ad Bonifaciū, Nō quæritur pax, vt bellū exerceat: sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Esto ergo bellādo pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas.

¶ Ad quartum dicendum, quòd exercitia hominū ad res bellicas spectātia nō sunt vniuersaliter ꝓhibita: sed inordinata exercitia & periculosa, ex quib⁹ occisiōes & deprædationes proueniūt. Apud antiquos autē exercitatiōes ad bella sine huiusmodi periculis erāt. Et iō vocabantur meditationes armorū, vel bella sine sāguine: vt per Hiero. patet in quadā epistola.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum clericis & episcopis sit licitū pugnare.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ clericis & episcopis liceat pugnare. Bella enim intantum sunt licita & iusta, vt dictū* est, inquātum tuētur pauperes & totā rēpublicā ab hostiū iniuriis. Sed hoc maximè videtur ad Prçlatos pertinere. Dicit em̄ Greg. in quadā homil* Lup⁹ sup oues venit, cū quilibet iniustus & raptor fideles quosq; atq; humiles opprimit. Sed is, q̃ pastor videbat esse, & nō erat, reliquit oues & fugit: qa dum sibi ab eo periculum metuit, resistere eius iniustitiæ non præsumit. Ergo prælatis & clericis licitum est pugnare.

Ar. præc. — *Hom. 14. in Euāg.*

¶ 2 Prçterea, 23.q.8. Leo papa scribit, Cùm sępe aduersa à Saracenorū partibus proueniant nuntia, quidam in Romanū portum Saracenos clam furtiuéque vēturos esse dicebant: pro quo nostrum congregari præcepimus populum, maritimumque ad littus descendere decreuimus. Ergo episcopis licet ad bella procedere.

¶ 3 Præterea, Eiusdē rationis esse videtur, ꝙ homo aliquid faciat, & ꝙ faciēti consentiat: secundum illud Ro. 1. Non solùm digni sunt morte qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus. Maximè autem consentit, qui ad aliquid faciēdum alios inducit. Licitum autē est episcopis & clericis inducere alios ad bellandum. Dicitur enim 23.q.8.* quòd hortatu & precibus Adriani Romanæ vrbis episcopi, Carolus bellum contra Longobardos suscepit. Ergo etiam eis licet pugnare.

Cap. Hortatu.

¶ 4 Præterea, illud qđ est secundum se honestum & meritorium, non est illicitum prælatis & clericis. Sed bellare est quandoque & honestum & meritorium. Dicitur em̄ 23.q.8.* ꝙ si aliquis ꝓ veritate fidei & saluatione patriæ ac defensione Christinorum mortuus fuerit, à Deo cæleste præmium consequetur. Ergo licitum est episcopis & clericis bellare.

cap Omni timore.

¶ SED CONTRA est, quod Petro in persona episcoporum & clericorū dicitur Matth. 26. Cōuerte gladium tuum in vaginam. Non ergo licet eis pugnare.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ ad bonū societatis humanę plura sunt necessaria. Diuersa aūt à diuersis meli⁹ & expediti⁹ agunt, q̃ ab vno, vt patet p Philosophū ī sua Politica*. Et quędā negotia sūt adeo sibi repugnātia, vt cōuenieter simul exerceri nō possint: & iō illis, qui maiorib⁹ deputātur, prohibētur minora. Sicut secūdū leges humanas militib⁹ q deputātur ad exercitia bellica, negotiatiōes interdicunt. Bellica autē exercitia maximè repugnāt illis officiis, q̃b⁹ episcopi & clerici deputātur ꝓpter duo. Primò generali rōe: qa bellica exercitia maximas inquietudines habēt. Vnde multū impediūt animū à cōtēplatione diuinorū & laude Dei & oratiōę ꝓ populo, quæ ad officiū ptinēt clericorū. Et iō sicut negotiatiōes ꝓpter hoc, ꝙ nimis implicāt animū, interdicunt clericis, ita & bellica exercitia, secūdū illud 2. ad Tim. 2. Nemo militās deo implicat se secularib⁹ negotiis. Secūdo ꝓpter specialē rationē. Nā oēs clericorū ordines ordinātur ad altaris ministeriū, in quo sub sacramēto repræsentatur passio Christi: secundū illud 1. ad Cor. 11. Quotiescūq; māducabitis panē hūc, & calicem bibetis, mortē Domini annuntiabitis, donec veniat. Et ideo non competit eis occidere, vel effundere sanguinē: sed magis esse paratos ad propriā sanguinis effusionē pro Christo, vt imitētur opere quod gerunt ministerio. Et propter hoc est institutū, vt effundētes sanguinē, etiā sine peccato sint irregulares. Nulli aūt q est deputatus ad aliquod officiū, licet id per qđ suo officio incongruus redditur. Vnde clericis nō licet oīno bella gerere, quæ ordinātur ad sanguinis effusionem.

lib. 1. c. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ prælati debēt resistere nō solū lupis, qui spūaliter interficiūt gregē: sed ēt raptorib⁹ & tyrānis, q corporaliter vexāt. Nō aūt materialib⁹ armis in ꝓpria psona vtēdo, sed spūalib⁹: secūdum illud Apost. 2. ad Corin. 10. arma militiæ nostræ nō carnalia sūt, sed potētia Deo: quę quidē sunt salubres admonitiones, deuotæ orationes, cōtra pertinaces excommunicationis sententia.

¶ Ad secundū dicēdū, ꝙ prælati & clerici ex autoritate Superioris possunt interesse bellis, nō quidē vt ipsi ꝓpria manu pugnēt, sed vt iustè pugnātibus spūaliter subueniant suis exhortationibus & absolutionibus, & aliis huiusmodi spūalib⁹ subuentionibus, sicut & in veteri lege mandabatur Iosue 6. ꝙ sacerdotes sacris buccinis in bellis clangerent. Et ad hoc primò fuit concessum, ꝙ episcopi vel clerici ad bella procederent. Quòd autem aliqui propria manu pugnent, abusionis est.

¶ Ad tertium dicēdū, ꝙ sicut suprà dictū est, * oīs potētia vel ars, vel virtus, ad quam pertinet finis, habet disponere de iis, quæ sunt ad finē. Bella autē carnalia in populo fideli sunt referēda sicut ad finē, ad bonū spūale diuinū, cui clerici deputāt. Et iō ad clericos ptinet disponere & inducere alios ad bellādum bella iusta. Non enim interdicitur eis bellare, quia peccatum sit, sed quia tale exercitium eorum personæ non congruit.

q. 23. art. 4.

¶ Ad quartū dicendum, ꝙ licet exercere bella iusta sit meritorium: tamen illicitū redditur clericis propter hoc, ꝙ sunt ad opera magis meritoria deputati, sicut matrimonialis actus potest esse meritorius: & tamen virginitatem vouentibus damnabilis redditur, propter obligationē eorum ad maius bonum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum sit licitum in bellis vti insidiis.

Infra q̃o. 71. art. 3. ad 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ non sit licitū in bellis vti insidiis. Dicitur enim Deuter. 16. Iustè, quod iustum

¶ In rñsione ad 4. scito ꝙ exercitia bellica periculosa, in hoc discernūtur à nō periculosis, ꝙ in illis vt in plurib⁹ lęsiones notabiles eueniunt: in istis autē vel rarò, vel nūquā. Moralia em̄ iudicātur secūdū id, qđ in plurib. inuenitur. Propterea oportet prudenter arbitrari, circunspecta natura exercitij, quæ sint illicita in particulari. Gladiatoriæ enim exercitia artis proculdubio licita sūt, cū enses ipsi absq; acumine sint. Et similiter hastiludia illa, quæ cū lāceis ꝓportionaliter dispositis, vt de ensib. diximus, fiūt eadem ratione.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ Articulum secundum.

IN articulo secundo circa calcem corporis articuli dubium occurrit, An liceat clericis in articulo necessitatis pugnare manu propria in bello.

¶ Ad hoc dicitur quod articulus necessitatis dupliciter cōtingere potest in bello. Primò scilicet defensiue, vt scilicet nisi clerici aliq pugnēt, ciuitas vel exercit⁹ euertitur ab hoste. Secūdò, ratione victoriæ: quia scilicet nisi clerici aliqui pugnēt, nō haberet victoria tūc parata. In primo casu clerici non peccāt pugnando manu ꝓpria, quia lex positiua, qua clerici arcētur, ne pugnēt manu ꝓpria, venit ad casum in quo si legislator adesset, dispēsaret. Cū em̄ finis legis sit commune bonū, & legis spiritualis bonū spirituale, & bonū commune tēporale & spirituale, quod iusto bello defensiuo seruatur, præstet bono particulari alicuius, quo habilis est ad altaris ministeriū, consequēs est, vt licitè clericus sciēs benè dirigere bombardas, aliis ad hoc non existentibus, vel alio simili casu manu propria saluet patriā, vel exercitū sine tali auxilio pereuntē. Nec solū videtur ꝙ hoc possit clericus, sed etiā quòd ad hoc teneatur in tali articulo ꝓpter eādē rōnem præsertim si cum infidelib⁹ agatur. Nec obstat quod fiāt & remaneāt irregulares: qa irregularitas sine peccato & cū merito æternæ vitę incurri pōt. Propter quod sicut laicus ad hoc tenetur, sic & cleric⁹ in casu, in quo lex quo ad peccatū locū non habet: licet sēper hēat locū quo ad irregularitatē: quia irregularitas sequitur factū. Nec obstat dictis ratio literæ, scilicet nulli deputato ad aliquod officiū licet id, per quod suo officio incongru⁹ redditur: quoniam hoc est verum regulariter, secus autē est in singulari casu.

¶ In secundo autem casu non videtur communiter licitum. Et ratio diuersitatis est: quia victoria est necessaria propter recuperationem rerum, vel punitionē, aut expulsionem hostium: quæ non sunt necessaria, sicut salus, quæ in primo casu defenditur. Dixi autem communiter: quia si parta tunc victoria, esset pax vniuersalis Ecclesiæ, aut fidei Christianę magna protectio, crederem clericum licitè manu propria pugnādo, illam facere. Et hęc intelligo saluis aliis conditionibus iusti belli: scilicet ꝙ clerici publica autoritate hoc faciant, & cōstet de iustitia belli: quoniam in eis non habet locum obedientia excusans.

¶ In eodem articulo, in responsione ad tertium aduerte, ꝙ quia alia conditio belli iusti est iustitia causæ, & alia autoritas, qua indicitur, attendere oportet in bellis nō solùm autoritatem indicentis, sed etiā causā: & hinc sumere, ꝙ nulla autoritas sufficit ad iustitiā belli, si iustitia desit in cā. Vnde licet ad Papam spectet indicere bellum, vt in hac litera dicitur: si tamen Papa indiceret bellum, non propterea iustum oportet illud esse, cū persona, quæ Papatus autoritate fungitur, possit esse iniusta, & libidine dominandi vel vindictæ affecta: sicut & alia enormia crimina habere. Nec excusantur dātes ei auxilium in bello sine iusta cā, sicut nec ministrantes eidem ad rapinam homicidia, veneficia, adulteria, luxurias, & huiusmodi.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ Articulum quartum.

IN articulo quarto eiusdem quæstionis, omisso

tertio, dubia duo occurrunt. Primum est, An necessitas excusans bellum à peccato in die festo sit sola necessitas defensionis. Et hoc propter id quod in litera dicitur, scilicet pro tuitione Reipublicæ: & Machabæi dixerunt pugnandū in sabbato contra venientes aduersus se. Et Nicolaus Papa: vt habetur 23. q. 8. Si nulla, dicit, Si ineuitabilis vrget importunitas, licere omni tēpore bellum, ne tentetur Deus.

*To. 4. * & est 1. inter 21. Epist. quæ habentur tom. 2.*

¶ Secundum est de qualitate illiciti, an scilicet absque necessitate bellare in festo sit sic illicitum quod sit mortale peccatum, an veniale.

¶ Ad primū horum dicitur, quòd non solùm defensionis, sed victorię cā aggredi licitum est bellando, quando opus est. Si enim secundum iura canonica licitum est quando piscium tēporaneus euentus occurrit, in festo piscari, vt patet extrā de feriis ca. Licet. multo magis oblata opportunitate victoriæ, qua si quis in instāti nō vtitur, postea non habetur, licet aggredi hostes in die festo. Est siquidem in hoc & in similibus casibus, necessitas consequendi tantum bonum, scilicet pacem, pro qua tot incommoda suscipiuntur. Nec litera oppositum sentit. quoniam in reipublicæ tuitione oīs iusta causa belli intelligi potest. Vltio enim perturbatorum, & reparatio rerum nonnulla reipublicæ tuitio est, quamuis locus ab autoritate negatiuè, s. ex non nominata alia causa, nisi defensionis, vt etiam in Machabęis accidit, non valeat. Nicolaus autem Papa, non de necessitate exercendi actum bellandi hoc vel illo tempore, sed de necessitate belli loquitur. Vnde dicit, Si nulla vrget necessitas, non solùm quadragesimali tēpore, sed omni tempore, est à prælijs abstinendū. Constat autem ex Augu. ad Bonifaciū, vt habetur 23.q.1. Noli æstimare, ꝙ pacem habere est voluntatis: bellū aūt debet esse necessitatis. Non enī bellādū est, nisi necesse sit, vel recuperare vel vlcisci, vt ex dictis patet.

Lib. q. super Iosue. q. 10. to. 4. — *li. 1 c. 29 & li. 3. c. 10. to. 1.*

¶ Ad secundū dicitur, ꝙ cùm bellare non sit de genere suo opus seruile, nec secundum se malū, sed pro causato illicitū, pro quāto fini ipsius sabbati improportionatū est, nulla ratio apparet, quare sit peccatū mortale in festo absque necessitate, si diuina nō omittātur propterea. Videm⁹ etiam hastiludia ordinata & choreas & nuptias, huiusmodi inquietantia mentem in festis fieri absque scrupulo mortalis peccati.

iustū est exequeris. Sed insidiæ cùm sint fraudes quædam, vidētur ad iniustitiam pertinere. Ergo non est vtendum insidiis etiam in bellis iustis.

¶ 2 Præterea, Insidiæ & fraudes fidelitati videntur opponi, sicut & mendacia. Sed quia ad omnes fidem debemus seruare, & nulli homini est mentiendū, vt patet p Aug. in lib. cōtra mendaciū*. Cùm ergo fides hosti seruanda sit, vt August. dicit * ab Bonifacium, videtur ꝙ non sit contra hostes insidiis vtendum.

¶ 3 Præterea, Mat. 7. dicitur, Quæ vultis vt faciant vobis hoīes, & vos facite illis: & hoc est obseruandū ad oēs proximos. Inimici autē sunt proximi. Cùm ergo null⁹ sibi velit insidias vel fraudes parari, vr̄ ꝙ nullus ex insidiis debeat gerere bella.

¶ SED CONTRA est, quod Augu. dicit lib. 83. q.* Cùm iustum bellum suscipitur, vt apertè pugnet aliquis, an ex insidiis, nihil ad iustitiā interest. Et hoc ꝓbat autoritate Domini, qui mandauit Iosue, vt insidias poneret habitatoribus ciuitatis Hai, vt habetur Iosue 8.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ insidiæ ordinantur ad fallendum hostes. Dupliciter autē aliquis potest falsi ex facto, vel dicto alterius. Vno modo ex eo, ꝙ ei dicitur falsum, vel non seruatur promissum: & istud semper est illicitum. Et hoc modo nullus debet hostes fallere. Sunt enim quædam iura bellorum & fœdera etiā inter ipsos hostes seruāda, vt Ambr. dicit in lib. de Officiis.* Alio modo aliqs potest falli ex dicto vel facto nostro, qa ei propositum aut intellectum non aperimus. Hoc autem semper facere non tenemur: quia etiam in doctrina sacra multa sunt occultanda, maximè infidelibus, ne irrideant, secūdum illud Matth. 7. Nolite sanctū dare canibus. Vnde multò magis ea, quæ ad impugnādum inimicos paramus, sunt eis occultanda. Vnde inter cætera documenta rei militaris hoc præcipuè ponitur de occultādis cōsiliis, ne ad hostes perueniāt, vt patet in lib. Stratagematum Frācorum. Et talis occultatio ptinet ad rationē insidiarum, quibus licitū est vti in bellis iustis. Nec propriè huiusmodi insidiæ vocantur fraudes, nec iustitiæ repugnant, nec ordinatæ voluntati. Esset enim inordinata volūtas, si aliquis vellet, nihil sibi ab aliis occultari.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum liceat diebus festis bellare.

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ diebus festis non liceat bellare. Festa enim sunt ordinata ad vacandum diuinis, vnde intelliguntur per obseruationē sabbati, quæ pręcipit Exo. 20. Sabbatū em̄ interpretat requies. Sed bellum maximā inquietudinē habēt. Ergo nullo modo est in diebus festis pugnandum.

¶ 2 Præterea, Isa. 58. reprehenduntur quidam, ꝙ in diebus ieiunij repetunt debita, & committunt lites, pugno percutientes. Ergo multò magis in diebus festis illicitum est bellare.

¶ 3 Præterea, Nihil est inordinatè agendū ad vitandum incommodum temporale. Sed bellare in die festo, hoc videtur esse secundum se inordinatum. Ergo pro nulla necessitate temporalis incommodi vitandi, debet aliquis in die festo bellare.

¶ SED CONTRA est, quod primi Machab. 2. dicitur, Cogitauerūt laudabiliter Iudæi dicentes, Omnis homo quicūque venerit ad nos in bello in die sabbatorum, pugnemus aduersus eum.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ obseruatio festorū nō impedit ea, quæ ordinantur ad hominis salutem etiā corporalem. Vnde Dominus arguit Iudæos dicēs Io. 7. Mihi indignamini, quia totū hominem sanū feci sabbato? Et inde est, ꝙ Medici licitè possunt medicari homines in die festo. Multò autē magis est obseruanda salus reipublicę, per quam impediuntur occisiones plurimorum, & innumera mala & temporalia & spiritualia, quā salus corporalis vnius hominis. Et ideo pro tuitione reipublicæ fideliū licitū est iusta bella exercere diebus festis, si tamē hoc necessitas exposcat. Hoc enim esset tentare Deū, si quis imminente tali necessitate, vellet à bello abstinere. Sed necessitate cessante, non est licitum bellare in diebus festis propter rationes inductas.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVÆSTIO QVADRAGESIMAPRIMA, de Rixa, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de rixa.

¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, vtrum rixa semper sit peccatum. ¶ Secundò, vtrum sit filia iræ.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum rixa sit semper peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ rixa non semper sit peccatum. Rixa enim videtur esse contentio quædam. Dicit enim Isido. in lib. Ethimologiarum,* ꝙ rixosus est à rictu canino dictus. Semper enim ad contradicēdum paratus est, & iurgio delectatur, & prouocat contendentem. Sed contentio non semper est peccatum: ergo neque rixa.

¶ 2 Præterea, Gen. 26. dicitur, ꝙ serui Isaac foderunt altum puteum, & pro illo quoque rixati sunt. Sed non est credendum, quod familia Isaac rixaretur publicè, eo non contradicente, si hoc esset peccatum. ergo rixa non est peccatum.

¶ 3 Præterea, Rixa videtur esse quoddam particulare bellum. Sed bellum non semper est peccatum: ergo rixa non semper est peccatum.

¶ SED CONTRA est, ꝙ ad Gal. 5. rixæ ponuntur inter opera carnis, quæ qui agunt, regnū Dei nō cōsequuntur. Ergo rixæ non solùm sunt peccata, sed etiam sunt peccata mortalia.

¶ RESPONDEO, dicendum ꝙ sicut cōtentio importat quandam cōtradictionem verborum, ita etiam rixa importat quandam contradictionem in factis. Vnde super illud Gal. 5. Rixæ. dicit gl.* ꝙ rixæ sunt quando ex ira inuicem se percutiunt. Et ideo rixa videtur esse quoddam priuatum bellum, quod inter priuatas personas agitur, non ex aliqua publica autoritate, sed magis ex inordinata voluntate: & ideo rixa semper importat peccatū. Et in eo quidē qui alterum inuadit iniustè, est peccatū mortale. Inferre enim nocumentū proximo etiā opere manuali, nō est absque mortali peccato. In eo autem qui se defendit, pōt esse sine peccato: & quādoque cū peccato veniali, & quādoque cū peccato mortali secundum diuersum motum animi eius, & diuersum modū se defendendi. Nam si solo animo repellendi iniuriam illatam, & cum debita moderatione se defendat, non est peccatū, nec propriè potest dici rixa ex parte eius. Si verò cū animo vindictæ vel odij, vel cum excessu debitæ moderationis se defendat, semp est peccatum. Sed veniale quidē quando aliquis leuis motus odij, vel vindictæ se immiscet, vel cū non multum excedit moderatā defensionem. Mortale autē quando obfirmato animo in impugnantem insurgit ad eū occidendum, vel eum grauiter lędendum.

Gl. interli.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ rixa non simpliciter nominat cōtentionē. Sed tria in pręmissis verbis Isidori ponūtur, quæ inordinationē rixæ declarāt. Primo quidē, ꝙ prōptitudinē animi habet ad cōtēdēdū: qđ significat cùm dicit, Sēper ad cōtradicendū paratus, scilicet siue aliis bene, siue malè dicat, aut faciat. Secūdo, quia in ipsa cōtradictione delectatur. Vnde sequitur, Et in iurgio delectatur. Tertiò, qa ipse alios ꝓuocat ad cōtradictiones: vnde sequitur, Et prouocat contendentem.

¶ Super Quæstionem quadragesimam primam.

IN quæst. 41. vtroque art. nil scribendum occurrit, nisi vt aduertas quod quia particulari effectui particularis causa vt propria assignanda est: ideo rixæ quę ad malum proximi cum particularibus circunstantiis tendit, scilicet cognitione & repugnātia, ira ponitur propria mater: vtpote quæ ad malum machinatur cum scientia punitionis repugnantis, & non odium, quod malum optat, absoluendo se à sic, vel sic. Inter huiusmodi namque desiderium & rixam distantia est, sicut inter vniuersale & particulare, seu absolutū & dearticulatum. Inter irati aūt desideriū & rixā ꝓpinquitas tanta est, vt ex contracto irati desiderio ad malū, sic rixa statī proueniat. Et ꝓpterea in litera dicitur in rñsione ad quartū, quòd præter intētionē odij est rixa: & tamen potest ab eo ꝓuenire, vt in corpore articuli dicitur. Et siquidē pręter intētionem odij formaliter, quia nō determinatur ex formali intēto ad taliter offendendū, potest tamen ex odio ꝓuenire: quia intētio odij potest se extendere ad imperandam rixam, sicut & alia vitia.

Infrà q̃o. 42. ar. 2 cor. — ** lib. 10. c. 17.*

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Ad secundum dicendum, quòd ibi non intelligitur, ꝙ serui Isaac sint rixati, sed quòd incolæ terræ rixati sunt contra eos. Vnde illi peccauerunt, non autem serui Isaac, qui calumniam patiebantur.

qō. præc. art. 1. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ad hoc, quòd iustum sit bellum, requiritur, quòd fiat autoritate publicę potestatis: sicut suprà dictum * est. Rixa auté fit priuato affectu iræ vel odij. Si enim minister Principis aut iudicis publica potestate aliquos inuadat, qui se defendant, non dicuntur ipsi rixari, sed illi qui publicæ potestati resistunt. Et sic illi qui inuadunt, non rixantur neque peccant, sed illi qui se inordinatè defendunt.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum rixa sit filia iræ.

Infra qō. 158. ar. 7. cor. & 3. q. 7. arti. 2. ad 1. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ rixa non sit filia iræ. Dicitur enim Iac. 4. Vnde bella & lites in vobis, nónne ex concupiscentiis, quę militant in membris vestris? Sed ira non pertinet ad concupiscibilem. Ergo rixa non est filia iræ, sed magis concupiscentiæ.

¶ 2 Præterea, Prouer. 28. dicitur, Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat. Sed idem videtur esse rixa, quod iurgium. Ergo videtur quòd rixa sit filia superbiæ, vel inanis gloriæ: ad quam pertinet se iactare & dilatare.

¶ 3 Præterea, Prouerb. 18. dicitur, Labia stulti immiscēt se rixis. Sed stultitia differt ab ira: non enim opponitur mansuetudini, sed magis sapientiæ vel prudentiæ. Ergo rixa non est filia iræ.

cap. 31. ¶ 4 Pręterea, Prouer. 10. dicitur, Odium suscitat rixas. Sed odium oritur ex inuidia, vt dicit Greg. 31. Moral. * Ergo rixa non est filia iræ, sed inuidiæ.

¶ 5 Præterea, Prouer. 17. dicitur, Qui meditatur discordias, seminat rixas. Sed discordia est filia inanis gloriæ, vt suprà dictum* est. ergo & rixa.

q. 37. art. 2. cap. 31. ¶ SED CONTRA est, quod Grego. dicit 31. Moral. * ꝙ ex ira oritur rixa: & Prouerb. 15. & 29. dicitur, Vir iracundus prouocat rixas.

Ar. præc. ¶ RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum est, * rixa importat quandam contradictioné vsque ad facta peruenientem, dum vnus alterum lædere molitur. Dupliciter autem vn' alium lædere intendit. Vno modo quasi intendens absolutè malum ipsius. Et talis læsio pertinet ad odium, cuius intentio est ad lædendum inimicum vel in manifesto vel in occulto. Alio modo aliquis intendit aliũ lædere, eo sciēte & repugnante: quod importatur nomine rixæ. Et hoc propriè pertinet ad iram, quæ est appetitus vindictæ. Non enim sufficit irato, ꝙ latenter noceat ei, cōtra quem irascitur: sed vult ꝙ ipse sentiat, & quòd contra volũtatem suam aliquid patiatur in vindictam eius, quod fecit, vt patet per ea quæ suprà dicta * sunt de passione iræ. Et ideo rixa propriè oritur ex ira. *1.2. q. 46 arti. 6. ad 2.*

** 1.2. qō. 25. art. 1. & 2.* ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut suprà dictum est, * omnes passiones irascibilis ex passionibus concupiscibilis oriuntur. Et secundum hoc illud quod proximè oritur ex ira, oritur etiam ex concupiscentia sicut ex prima radice.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ iactatio & dilatatio sui, quæ fit per superbiam vel inanem gloriam, non directè concitat iurgium aut rixam, sed occasionaliter: inquantum scilicet ex hoc concitatur ira, dum aliquis sibi ad iniuriam reputat, ꝙ alter ei se se præferat. Et sic ex ira sequuntur iurgia & rixæ.

1.2. q. 48 ar. 3. † alias, affectum. ¶ Ad tertium dicendum, quòd ira, sicut suprà dictum est, * impedit iudicium rationis, vnde habet similitudinem cum stultitia, & ex hoc sequitur quòd habeant communem effectũ †. Ex defectu enim rationis contingit, quòd aliquis inordinatè alium lædere molitur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ rixa etsi quãdoque ex odio oriatur, non tamen est proprius effectus odij: quia præter intentionem odientis est, quod rixosè & manifestè inimicum lædat. Quandoque enim etiã occultè lædere quærit: sed quando videt se præualere cũ rixa & iurgio, lęsioné intendit. Sed rixose aliquem lædere est proprius effectus iræ, ratione iam dicta. * *in corp.*

¶ Ad quintum dicendũ, ꝙ ex rixis sequitur odium & discordia in cordibus rixantium. Et ideo ille qui meditatur, id est q. intendit inter aliquos seminare discordias, procurat ꝙ adinuicé rixentur: sicut quodlibet peccatũ potest imperare actum alterius peccati, ordinando illum in suum finem. Sed ex hoc non sequitur, ꝙ rixa sit filia inanis gloriæ proprie & directè.

QVÆSTIO QVADRAGESIMASECVNDA, de Seditione, quæ paci opponitur in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de seditione, quæ opponitur paci.

¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primò, vtrum sit speciale peccatum. ¶ Secundò, vtrum sit mortale peccatum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum seditio sit speciale peccatum ab aliis distinctum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ seditio non sit speciale peccatum ab aliis distinctum. Quia, vt Isidorus dicit in lib. Etymologiarum *. Seditiosus est qui dissensionem animorum facit, & discordias gignit. Sed ex hoc, quòd aliquis aliquod peccatum procurat, non peccat alio peccati genere, nisi illo quod procurat. Ergo videtur quod seditio non sit speciale peccatum à discordia distinctum. *Suprà q. 30. art. 1. cor. * lib. 10. c. 18.*

¶ 2 Præterea, Seditio diuisionem quandam importat. Sed nomen etiam scismatis sumitur à scissura, vt suprà dictum est. * Ergo peccatum seditionis non videtur esse distinctum à peccato schismatis. *q. 39. arti. 1.*

¶ 3 Præterea, Omne speciale peccatum ab aliis distinctum, vel est vitiũ capitale, aut ex aliquo vitio capitali oritur. Sed seditio neq; cōputat' īter vitia capitalia, ne q; inter vitia, quę ex capitalib' oriuntur, vt patet in 31. Moral. * vbi vtraq; vitia numerãtur. Ergo seditio nõ est speciale peccatũ ab aliis distinctum. *Cap. 31.*

¶ SED CONTRA est, quòd 2. ad Corinth. 12. Seditiones ab aliis peccatis distinguuntur.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ seditio est quoddam speciale peccatũ, quod quantùm ad aliquid cõuenit cum bello & rixa, quantùm auté ad aliquid differt ab eis. Cõuenit quidem cum eis in hoc, ꝙ importat quandam contradictioné. Differt autem ab eis in duobus. Primò quidem, quia bellũ & rixa importãt mutuã impugnationé in actu: sed seditio potest dici, siue fiat huiusmodi impugnatio ī actu, siue sit præparatio ad talé impugnationé. Vnde gloss. * 2. ad Cor. 12. dicit, ꝙ seditiones sũt tumultus ad pugnã: cũ scilicet aliqui se præparãt & intēdũt pugnare. Secũdò differũt: quia bellũ ꝓpriè est cōtra extraneos & hostes, quasi multitudinis ad multitudiné. Rixa autem est vni' ad vnũ, vel paucorũ ad paucos. Seditio auté propriè est inter partes vnius multitudinis inter se dissentiētes: puta cũ vna pars ciuitatis excitatur in tumultũ contra aliã. Et ideo quia seditio habet spãle bonũ, cui opponitur, scilicet vnitatem & pacem multitudinis, ideo est speciale peccatum. *Gl. interli.*

¶ AD PRIMVM ergo dicédum, ꝙ seditiosus dicitur qui seditioné excitat. & quia seditio quandã discordiã importat: ideo seditiosus est, qui discordiã facit non quamcunque, sed inter partes alicuius multitudinis. Peccatum autem seditionis non solùm est in eo qui discordiam seminat, sed etiam in eis qui inordinatè ab inuicem dissentiunt.

¶ Ad secundum dicendum, quod seditio differt à schismate in duobus. Primò quidem, quia schisma opponitur spirituali vnitati multitudinis, scilicet vnitati ecclesiasticæ: seditio auté opponitur temporali, vel seculari multitudinis vnitati, puta ciuitatis, vel regni. Secundò, quia schisma non importat aliquam præparationem ad pugnam corporalé, sed solum importat dissensionem spiritualem. Seditio autem importat præparationem ad pugnam corporalem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd seditio sicut & schisma, sub discordia continetur. Vtrumque enim est discordia quædam non vnius ad vnum, sed partium multitudinis adinuicem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum seditio sit semper peccatum mortale.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd seditio non semper sit peccatum mortale. Seditio enim importat tumultum ad pugnam: vt patet per gl. supra inductam. * Sed pugna non semper est peccatum mortale: sed quandoque est iusta & licita, vt suprà ha- ** art. præce. in cor.*

¶ Super Quæstionis quadragesimæsecundæ Articulum primum.

IN primo artic. quæstionis quadragesimæsecundæ in responsione ad vltimũ, aduerte ꝙ Autor dicit schisma & seditioné contineri sub discordia inter vitia numerata à beato Gregorio in 21. Moraliũ, & ꝓpterea oriri ex superbia, seu inani gloria, ex qua oritur discordia. Et verificatur cōtinētia hæc secũdũ actũ interiorē. Nã tam seditio, quàm schisma secundũ actũ interiorem, discordia quædam est: scilicet partiũ multitudinis, &c.

¶ Super Quæstionis quadragesimæsecundæ Articulum secundum.

IN articul. 2. eiusdem quæstionis in responsione ad tertiũ aduerte, quod excitatio contra tyrannũ, tunc ex euentu priore illicita iudicatur, quando inordinatè perturbatur tyráni regimen. Quis sit auté mod' ordinatus perturbandi tyrannũ, puta secũdum regimen tantũ, vel secũdũ regimen & titulum, nõ est præsētis intētiõis: sat est nunc, ꝙ vtrumque tyrannũ licet ordinatè perturbare absque seditione, quandoque illum vt bono reipublicæ vacet, istum vt expellatur.

¶ In calce harum quæstionũ de vitiis oppositis paci aduerte ordiné. Post discordiam in corde, & contētioné in ore, quatuor vitia in opere ordinata vidēt' ab Autore hic secundum maiorem extensionem. Nam schisma respectu Ecclesiæ vniuersalis, quæ Vrbem comprehendit, bellum ad diuersa regna, nationes, &c. rixas ad personas vndecunque, seditio ad partes vnius multitudinis se extendit.

*† q. 40 artic. 1. * Ar. pr.* bitum est. † Ergo multò magis seditio potest esse sine peccato mortali.

¶ 2 Præterea, Seditio est discordia quædam, vt dictum est. * Sed discordia potest esse sine peccato mortali, & quãdoque etiam sine omni peccato. Ergo etiam seditio.

¶ 3 Præterea, Laudantur qui multitudinem à potestate tyrannica liberant. Sed hoc non de facili potest fieri sine aliqua dissensione multitudinis, dum vna pars multitudinis nititur retinere tyrannum, alia verò nititur eum abiicere. Ergo seditio potest fieri sine peccato.

¶ SED CONTRA est, quod Apostolus 2. Ad Corint. 12. prohibet seditiones inter alia, quæ sunt peccata mortalia. Ergo seditio est peccatum mortale.

Ar. præc. li. 2. c. 21. & 19. ca. 21. to. 5. ¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut dictum * est, seditio opponitur vnitati multitudinis, id est populi, ciuitatis, vel regni. Dicit autem Aug. 19. de Ciuitate Dei, * quod populũ determinant sapientes, nõ omné cœtum multitudinis, sed cœtum iuris cõsensu, & vtilitatis communione sociatũ. Vnde manifestum est, vnitaté, cui opponitur seditio, esse vnitatem iuris & cõmunis vtilitatis. Manifestũ est ergo, quod seditio opponitur & iustitiæ, & cõmuni bono: & ideo ex suo genere est peccatũ mortale: & tantò grauius, quantũ bonum cõmune, quod impugnatur per seditionem, est maius quàm bonũ priuatũ, qđ impugnatur per rixam. Peccatũ autem seditionis primò quidem, & principaliter pertinet ad eos, qui seditioné procurant, qui grauissimè peccant. Secundò autem ad eos, qui eos sequũtur, perturbantes bonum commune: illi verò qui bonum commune defendunt, eis resistentes, non sunt dicendi seditiosi: sicut nec illi qui se defendunt, dicuntur rixosi, vt suprà dictum est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pugna, quæ est licita, fit ꝓ cõi vtilitate, sicut supra dictũ est. Sed seditio fit cõtra cõe bonũ multitudinis: vnde sẽper est peccatum mortale.

¶ Ad secundum dicendum, quòd discordia ab eo quod non est manifestè bonũ, potest esse sine peccato. Sed discordia ab eo quod est manifestè bonum, non potest esse sine peccato: & talis discordia est seditio, quæ opponitur vtilitati multitudinis, quæ est manifestè bonum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd regimen tyrannicũ non est iustum: quia non ordinatur ad bonum commune: sed ad bonum priuatum regētis: vt patet per Philosophũ in 3. * Politicorum, & in 8. Ethic. † Et ideo perturbatio huius regiminis non habet rationem seditionis, nisi fortè quando sic inordinatè perturbatur tyranni regimen, ꝙ multitudo subiecta maius detrimentum patitur ex perturbatione consequenti, quàm ex tyranni regimine. Magis auté tyrannus seditiosus est, qui in populo sibi subiecto discordias, & seditiones nutrit, vt tutius dominari possit. Hoc enim tyrannicũ est, cùm sit ordinatũ ad bonum proprium præsidentis, cum multitudinis nocumento. ** Cap. 5. † cap. 10.*

QVÆSTIO QVADRAGESIMATERTIA, de Scandalo, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum restat de vitiis, quæ beneficentiæ opponuntur: inter quę alia quidem pertinēt ad rationem iustitiæ, illa scilicet, quibus aliquis iniustè proximum lædit, sed contra charitaté specialiter scandalum esse videtur: & ideo considerandum est hic de scandalo. ¶ Circa quod quæruntur octo. ¶ Primò, quid sit scãdalũ. ¶ Secundò, vtrum scandalum sit peccatum. ¶ Tertiò, vtrum sit peccatũ speciale. ¶ Quartò, vtrũ sit peccatum mortale. ¶ Quintò, vtrum perfectorum sit scandalizari. ¶ Sextò, vtrum eorum sit scandalizare. ¶ Septimò, vtrum spiritualia bona sint dimittenda propter scandalum. ¶ Octauò, vtrum sint propter scandalum temporalia dimittenda.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum scandalum conuenienter diffiniatur, quod est dictum vel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ.

*4. di. 38. q. 2. ar. 1. Et quoli. 4. ar. 23. ad 3. Et Roma. 7. lec. 2. col. 3. & ca. 14. lec. 2. * in princi art. seq. † cap. 27. to. 6.* AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ scandalum inconuenienter diffiniatur esse dictum, vel factum minus rectum, præbens occasionem ruinæ. Scandalum enim peccatum est, vt post dicetur. * Sed secundum Augustin. 22. † contra Faustum, Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Ergo prædicta diffinitio est insufficiés: quia prætermittit cogitatum siue concupitum.

¶ 2 Præterea, Cùm inter actus virtuosos, vel rectos vnus virtuosior, vel rectior altero sit, illud solùm videtur non esse minus rectum quod est rectissimum. Si ergo scandalum sit dictum, vel factum minus rectum, sequitur, quòd omnis actus virtuosus præter optimum sit scandalum.

¶ 3 Præterea, Occasio nominat causam per accidens. Sed id quod est per accidens, non debet poni in diffinitione, quia non dat speciem. Ergo incõuenienter in diffinitione scandali ponitur occasio.

¶ 4 Præterea, Ex quolibet facto alterius potest aliquis sumere occasionem ruinę: quia causæ per accidens sunt indeterminatæ. Si ergo scandalum est, quod prębet alij occasioné ruinæ, quodlibet factum, vel dictum poterit esse scandalum: quod videtur esse inconueniens.

¶ 5 Præterea, Occasio ruinæ datur proximo, quando offenditur, aut infirmatur. Sed scandalum diuiditur contra offensionem, & infirmitatem. Dicit enim Apostolus ad Rom. 14. Bonũ est non manducare carnem, & nõ bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. ergo prędicta diffinitio scandali non est conueniens.

¶ SED CONTRA est, quod Hier. * exponés illud quod habetur Mat. 15. Scis quia Pharisæi audito hoc verbo, &c. dicit. Quando legimus, Quicunque scãdalizauerit, hoc intelligimus, qui dicto vel facto occasionem ruinæ dederit. *tom 9.*

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut Hier. ibidé dicit, qđ Grecè scãdalũ dr̃, nos offēsioné, vel ruiná, & impactioné pedis possum' dicere. Cōtingit em̃, ꝙ quãdoq; aliquis obex ponitur alicui in via corporali, cui impingés, disponitur ad ruiná: & talis obex dicitur scãdalũ. Et similiter in processu viæ spũalis cōtingit aliqué disponi ad ruiná spiritualé per dictũ, vel factũ alteri': inquãtũ, scilicet aliq̃s sua admonitione vel inductione, aut exéplo alterũ trahit ad peccãdũ. Et hoc ꝓpriè dicitur scandalũ. Nihil auté secũdũ ꝓpriam rationem disponit ad spiritualẽ ruiná, nisi secundum quòd habet aliqué defectũ rectitudinis: quia id qđ est pfectè rectũ, magis munit hominé contra casum, quã ad ruinam inducat. Et ideo cõuenienter dicitur, ꝙ dictũ, vel factũ minus rectum, præbens occasioné ruinæ, sit scandalum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cogitatio, vel concupiscētia mali latet in corde. Vnde non proponitur alteri, vt obex disponés ad ruinam, & propter hoc non potest habere scandali rationem.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ min' rectũ non dicitur hoc, quod ab aliquo alio superatur in rectitudine: sed quod habet aliqué rectitudinis defectũ. Vel q̃a est secundũ se malũ, sicut peccatũ. Vel q̃a habet speciem mali, sicut cùm aliquis recũbit in idolo. Quãuis enim hoc secundũ se non sit peccatũ, si aliquis hoc non corrupta intētione faciat: tamẽ quia habet quãdam speciem mali, vel similitudinem venerationis idoli, potest alteri præbere occasionem ruinæ. Et ideo Apostolus monet primæ ad Thess. 5. Ab omni specie mala abstinete vos. Et ideo conuenienter dicitur minus rectum, vt comprehendantur tam illa quæ sunt secundum se peccata, quàm illa quæ habent speciem mali.

¶ Ad tertium dicendũ, qđ sicut suprà habitũ est, * nihil potest esse homini sufficiens causa peccati, qđ est spiritualis ruina, nisi ꝓpria volũtas. Et ideo dicta, vel facta, vel cõcupita alteri' hominis possũt esse solùm causa imperfecta, aliqualiter inducẽs ad ruinã. Et ꝓpter hoc non dicit' dãs causã ruinę, sed dãs occasioné: ꝙ significat causã impfectã, & nõ sẽper causã p accidẽs. Et tamẽ nihil ꝓhibet ī quibusdã diffinitionib' poni id qđ est p accidẽs, q̃a id quod est secundum accidens vni, potest per se alteri conuenire: sicut in diffi-

¶ Super Quæstionis quadragesimæ tertiæ quatuor primos articulos.

IN quæstionis quadragesimætertiæ primis quatuor articulis dubia duo occurrunt, primum simpliciter, secundum ad hominem, Autorem scilicet. Primũ dubium est, Quomodo verificatur, quòd inducere aliquem ad peccandum est scandalum. Si enim hoc verificatur, vt sonat, sequitur, ꝙ prouocans mulieré ad adulterium, peccat peccato scandali: & similiter inducens alium ad furandum, &c. Hoc autem communi animi conceptioni dissonare apparet. Si autem in aliquo particulari sensu intelligitur, oportet explanare illum.

¶ Secundum autem dubiũ est, quia Autor in primo articulo in rñsione ad quartũ ponit, qđ causa per se inducens ad peccatum, est nõ solum intentio operantis, sed conditio operis mali, vel habentis speciem mali. In tertio autem articulo ponit tñ' per se actiuum scãdalum ex intentione operantis, & quod ex natura facti tantum scandalizat, ponit inter per accidens. Quomodo stãt ista duo simul?

¶ Ad primum horum dicitur, ꝙ verba hæc intelliguntur formaliter, ꝓpriè loquẽdo, de scãdalo, vt est speciale peccatum, ita quòd aliud est inducere ad cõsensum ī hoc, vel illo actu, & aliud est inducere ad peccatum. Qui enim prouocat, & inducit aliquem ad consensũ fornicationis, furti, adulterij & hmõi, vt cõsentiés incurrat malũ culpæ, hic proprie peccat peccato scandali: quia intendit rectè nocumentũ animæ, cuius oppositum directè intẽdit correctio fraterna, vt in litera dicitur. Qui aũt prouocat, vel inducit, vt impleatur volũtas sua, vel alterius, & breuiter non propter hũc finẽ, vt incurrat malũ culpæ: nõ scãdali peccato speciali peccat, sed spectat sua inductio ad speciẽ peccati ad quod ꝓuocat: puta furti, si furtũ suadet, & sic de aliis.

¶ Ad secundum autem dicitur, quòd nulla contrarietas est inter dicta literæ, quia in primo articulo, per se & per accidens cadunt super causare peccatum alterius: in tertio autẽ articulo per se, & per accidens cadunt super scandalizare. Et vult Autor, quod per se causare peccatum alterius, distinguatur in per se, & per accidẽs scandalizare: ita ꝙ omnis scandalizans, siue per se, siue per accidens, dat per se occasionem peccati: & in hoc non distinguitur scandalizans per acci- *1.2. q. 75. arti. 3. & q. 80. arti. 1.*

Tex. 52. dens, à scandalizante per se: sed in hoc quòd scandalizans per se tendit ad hoc, vt alter peccet: scandalizans verò per accidens, nõ ad hoc tendit. Sed tamen conditio operis sui mali, vel secundum mali speciem ad hoc tendit, & operans de hoc non curat, suæ cupiens satisfacere volũtati. Patet autem hanc esse mentem Autoris diligenter consideranti literam.

¶ In eisdem articulis dubium occurrit, An scandalizare per accidens, reducatur ad speciem scandali, vel illorum peccatorum, ad quæ mouet. Et est ratio dubij: quia hinc apparet, ꝙ reducatur ad scandali speciem. Nam

nitione fortunæ ponitur causa per accidens, vt patet secundo Physic.*

¶ Ad quartum dicendum, quòd dictum vel factum alterius potest esse dupliciter alteri causa peccandi. Vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem, quando aliquis suo malo verbo, vel facto intendit alium ad peccandum inducere, vel etiam si ipse hoc non intendat, & ipsum factum est tale quod de sui ratione habet, quòd sit inductiuum ad peccandum, puta cùm aliquis publicè facit peccatũ, vel quod habet similitudinem peccati. Et tũc ille qui huiusmodi actum facit, propriè dat occasionem ruinæ: vnde vocatur scandalum actiuum. Per accidens autem aliquod verbum, vel factum vnius est alteri causa peccandi, quando etiam præter intentionem operantis, & præter conditionem operis, aliquis malè dispositus ex huiusmodi opere inducitur ad peccandum, puta cùm aliquis inuidet bonis aliorum. Et tunc ille qui facit huiusmodi actum rectum, non dat occasionem, quantùm in se est: sed alius sumit occasionem, secundũ illud ad Rom. 7. Occasione aũt accepta, &c. Et ideo hoc est scandalũ passiuũ sine actiuo: quia ille qui rectè agit, quantùm est de se, non dat occasionem ruinæ, quam alter patitur. Quandoque ergo contingit, quòd etiam sit simul scandalũ actiuũ in vno, & passiuũ in altero, puta cùm ad inductionem vnius alius peccat. Quandoque verò est scandalũ actiuũ sine passiuo, puta cũ aliquis inducit verbo vel facto aliũ ad peccandum, & ille non consentit. Quandoque verò est scandalum passiuum sine actiuo, sicut iam dictum est.* *In huius solut.*

¶ Ad quintum dicendum, quod infirmitas nominat promptitudinem ad scandalum. Offensio autem nominat indignationem alicuius contra eum, qui peccat, quæ potest esse quandoque sine ruina. Scandalum autem importat ipsam impactionem ad ruinam.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum scandalum sit peccatum.

4. di. 38. q. 2. ar. 2. q. 1. & ar. 4. q. 1. cor. Et Rom. 14. lect. 2. col. 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ scandalũ non sit peccatum. Peccata enim non eueniunt ex necessitate: quia omne peccatum est voluntarium, vt suprà habitum est.* Sed Matth. 18. dicitur. Necesse est vt veniant scandala. Ergo scandalum non est peccatum.

** 1. 2. q. 74. ar. 1. & 2.*

¶ 2 Præterea, Nullum peccatum procedit ex pietatis affectu: quia non potest arbor bona fructus malos facere, vt dicitur Mat. 7. Sed aliquod scandalum est ex pietatis affectu. Dicit enim Dominus Petro. Matth. 16. Scandalum mihi es. Vbi dicit Hierony. quod error Apostoli pietatis affectu veniens, nunquam incentiuum videtur esse diaboli. Ergo non omne scandalum est peccatum.

¶ 3 Præterea, Scandalum impactionem quandam importat. Sed non quicunque impingit, cadit. Ergo scandalum quod est spiritualis casus, potest esse sine peccato.

¶ SED CONTRA est, quod scandalum est dictum, vel factum minus rectum. Ex hoc autem habet aliquid rationem peccati, quod à rectitudine deficit. Ergo scandalum semper est cum peccato.

¶ RESPONDEO, dicendum ꝙ sicut iam suprà dictum est,* duplex est scandalum, scilicet passiuum in eo, qui scandalizatur: & actiuum in eo, qui scandalizat, dans occasionem ruinæ. Scandalum ergo passiuum semper est peccatum in eo, qui scandalizatur. Non enim scandalizatur, nisi inquantum aliqualiter ruit spirituali ruina, quæ est peccatum. Potest tamen esse scandalum passiuum sine peccato eius, ex cuius facto aliquis scandalizatur: sicut cum aliquis scandalizatur de iis, quæ alius benefacit. Similiter etiam scandalum actiuum semper est peccatum in eo, qui scandalizat: quia vel ipsum opus, quod facit, est peccatum: vel etiam si habeat speciem peccati, dimittendum est semper propter proximi charitatem: ex qua vnusquisque tenetur saluti proximi prouidere. Et sic qui non dimittit, contra charitatem agit. Potest tamen esse scandalum actiuum sine peccato alterius, qui scandalizatur, sicut suprà dictum est.* *Ar. præc.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc quod dicitur, Necesse est vt veniãt scandala, non est intelligendũ de necessitate absoluta, sed de necessitate cõditionali: qua scilicet necesse est præscita, vel prænũtiata à Deo euenire, si tamen coniunctim accipiatur, vt in primo lib. dictum* est. Vel necesse est euenire scandala necessitate finis: quia vtilia sunt ad hoc, vt qui ꝓbati sũt, manifecti fiant. Vel necesse est euenire scandala secundũ cõditionẽ hominũ, qui sibi à peccatis nõ cauẽt. Sicut si aliquis medicus, vidẽs aliquos indebita diæta vtẽtes, dicat, Necesse est tales infirmari: quòd intelligendum est sub hac conditione, si diætã nõ mutẽt. Et similiter necesse est euenire scandala, si homines conuersationem malam non mutent. *q. 23. art. 6. ad 2.*

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ scandalũ ibi largè ponitur pro quolibet impedimento. Volebat enim Petrus Christi passionem impedire, quodam pietatis affectu motus ad Christum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nullus impingit spiritualiter, nisi retardetur aliqualiter à processu in via Dei, quod fit saltem per peccatum veniale.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum scandalum sit speciale peccatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd scandalum non sit speciale peccatum. Scandalum enim est dictum, vel factum minus rectum. Sed omne peccatum est huiusmodi. Ergo omne peccatum est scandalum. Non ergo scandalum est speciale peccatum. *4. dis. 38. q. 2. ar. 2. q. 2. & q. 3. cor.*

¶ 2 Præterea, Omne speciale peccatũ, siue omnis specialis iniustitia inuenitur separatim ab aliis, vt dicitur in quinto Ethic.* Sed scandalum non inuenitur separatim ab aliis peccatis. Ergo scandalum non est speciale peccatum. *cap. 5.*

¶ 3 Præterea, Omne speciale peccatũ cõstituitur secundũ aliquid, qđ dat speciẽ morali actui. Sed ratio scãdali cõstituitur ꝑ hoc, ꝙ corã aliis peccatur. In manifesto autem peccare etsi sit circunstantia aggrauans, non videtur constituere peccati speciem. Ergo scandalum non est speciale peccatum.

¶ SED CONTRA. Speciali virtuti speciale peccatum opponitur. Sed scandalum opponitur speciali virtuti, scilicet charitati. dicitur enim Rom. 14. Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Ergo scandalum est speciale peccatum.

¶ RESPONDEO dicendum, quod sicut suprà dictũ est,* duplex est scandalum: actiuum scilicet, & passiuum. Passiuum quidem scandalum non potest esse speciale peccatum, quia ex dicto, vel facto alterius aliquem ruere contingit secundum quodcunque genus peccati: nec hoc ipsum quod est occasionem peccandi sumere ex dicto, vel facto alterius specialem rationem peccati constituit: quia non importat specialem deformitatẽ speciali virtuti oppositã. Scãdalũ autẽ actiuũ potest accipi dupliciter, per se scz, & per accidẽs. Per accidẽs quidem quãdo est præter intẽtionẽ agẽtis, vt puta, cũ aliquis facto suo, vel verbo inordinato nõ intẽdit alteri dare occasionẽ ruinæ, sed solùm suæ satisfacere voluntati. & sic etiã scandalũ actiuũ nõ est speciale peccatũ, quia quod est per accidens, non constituit speciem. Per se autem est actiuum scandalum, quando aliquis suo inordinato dicto, vel facto intendit alium trahere ad peccandum: & sic ex intentione specialis finis sortitur rationẽ specialis peccati. Finis enim dat speciem in moralibus, vt dictum est suprà.* Vnde sicut furtum est speciale peccatum, aut homicidium propter speciale nocumentum proximi, quod intenditur: ita etiam scandalum est speciale peccatum propter hoc, quod intenditur speciale proximi nocumentum: & opponitur directè correctioni fraternæ, in qua attenditur specialis nocumenti remotio. *Ar. præc. quæst.* *1. 2. q. 1. ar. 3. & q. 18. artic. 6. & 7.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omne peccatum potest materialiter se habere ad scandalum actiuum, sed formalem rationem specialis peccati potest habere ex intentione finis, vt dictum est.*

¶ Ad secundum dicendum, quod scandalum actiuum potest inueniri separatim ab aliis peccatis: vt puta, cùm aliquis proximum scandalizat facto, quod de se non est peccatum, sed habet speciem mali. *in corp.*

¶ Ad tertium dicendum, quòd scandalum non habet rationem specialis peccati ex prædicta circunstantia, sed ex intentione finis, vt dictum est.* *in corp.*

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum scandalum sit peccatum mortale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ scandalum sit peccatum mortale. Omne enim peccatum, quod contrariatur charitati, est peccatum mortale: vt suprà dictum est.* Sed scandalum contrariatur charitati, vt dictum est. † Ergo scandalum est peccatum mortale. *4. di. 38. q. 2. ar. 2. q. 3. & ar. 3. q. 2. cor. * q. 24. arti. 11. & q. 35. arti. 3. & 3. huius quæst.*

¶ 2 Præterea, Nulli peccato debetur pœna damnationis æternæ, nisi mortali. Sed scãdalo debetur pœna damnationis æternæ, secũdũ illud Matth. 18. Qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris: quia vt dicit Hieronym. multò melius est pro culpa breuem recipere pœnam, quàm æternis seruari cruciatibus. Ergo scandalum est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, Omne peccatum quod in Deum committitur, est peccatum mortale: quia solum peccatum mortale auertit hominem à Deo. Sed scandalum est peccatum in Deum. Dicit enim Apostolus primæ ad Corin. 8. Percutientes conscientiam fratrum infirmam, in Christo peccatis. Ergo scandalum semper est peccatum mortale.

¶ SED CONTRA, Inducere aliquem ad peccandũ venialiter, potest esse peccatũ veniale. Sed hoc pertinet ad rationem scandali. Ergo scandalum potest esse peccatum veniale.

¶ RESPONDEO, dicendum ꝙ sicut suprà dictũ* est, scãdalum importat impactionem quãdam, per quam aliquis disponitur ad ruinã. Et ideo scandalũ passiuũ quãdoque quidem potest esse peccatũ veniale, quasi habens impactionẽ tantùm: puta cũ aliqs ex inordinato dicto, vel facto alteri⁹ cõmouetur motu venialis peccati. Quãdoque verò est peccatum mortale, quasi habẽs cũ impactione ruinã, puta cũ aliquis ex inordinato dicto, vel facto alterius procedit vsque ad peccatum mortale. Scandalũ aũt actiuũ, si sit per accidẽs, potest esse quãdoq; quidẽ peccatũ veniale, puta cùm aliquis, vel actũ venialis peccati, vel actũ qui nõ est secũdũ se peccatũ sed habet aliquã speciẽ mali, cum aliqua leui indiscretione cõmittit. Quandoque verò est peccatũ mortale, siue quãdo cõmittit actũ peccati mortalis, siue quãdo contemnit salutẽ proximi: vt si pro ea cõseruãda nõ prętermittat aliqs facere qđ sibi libuerit. Si verò scandalũ actiuum sit per se, puta cũ intẽdit inducere istum ad peccandũ: si quidẽ intendat inducere ad peccandũ mortaliter, est peccatũ mortale: & similiter, si intẽdat inducere proximum ad peccandũ venialiter per actum peccati mortalis. Si verò intẽdat inducere proximum ad peccandũ venialiter per actum peccati venialis, est peccatũ veniale. Et per hoc patet responsio ad obiecta. *Ar. 1. huius q.*

Nam sicut detractio materialiter, & per accidens reducitur ad detractionis speciẽ: & similiter contumelia, si fama, & honor lædatur proximi, præter intentionem, & verbis materiã detractionis, vel contumeliæ continentibus: ita scandalum materialiter, & per accidens ex dicto, vel facto materiam scandali continente, ad scandali speciẽ reducẽda est, præsertim cũ passiuum infert scãdalũ. Inde autem apparet ꝙ reducatur ad speciem peccati, ad quod mouet: quia implicitum ad eandem speciẽ, ad quam spectat explicitum. Constat autem quod explicitè inducere filium ad tenendam concubinã, spectat ad speciẽ fornicationis: igitur tenendo cõcubinã publicè, & occasionẽ ex hoc dando filio, vt imitetur patrem, quod est implicitè ducere filium ad concubinatum, ad speciẽ fornicationis, & non scandali reducitur: & simile est in aliis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd scandalizare per accidens dupliciter contingit, vt in litera dicitur, scilicet faciendo actum malum coram aliis, qui inde exemplum sumunt peccandi, & faciendo actum non malũ secundum se, sed habentem mali speciẽ: vnde etiam alij inducũtur ad peccandũ. Scandalizare primo modo nõ sortitur speciẽ scandali etiã reductiuè, ꝑpter rationẽ literę: qa scilicet manifectè peccare est circunstãtia aggrauãs, non varians speciẽ. nec est ibi alius finis intẽtus. Vnde spectat tale scãdalũ ad speciẽ peccati, quod fit adiuncta circunstãtia mali exempli: scandalizare autem secundo modo reductiuè spectat ad speciẽ scãdali: quia nullã aliã habet rationem peccati, nisi quia scãdalizat: sicut de detractione dubium mouendo, dictum est: vt enim in litera dicitur, qui operahabente speciem mali, scandalizat, nullo alio peccat vitio, nisi scãdali, per se quidem si intendit ruinã, reductiuè autem, si non intendit illã. Et per hæc patet responsio ad dubium: quoniam vtraque pars est vera secundum diuersa. *Ar. præc.* *In hoc loco to. 9.*

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum scandalum passiuum possit etiam in perfectos cadere.

4. dis. 38. q. 2. ar. 3. q. 1.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ scãdalum passiuũ possit etiam in perfectos cadere. Christ⁹ enim fuit maximè perfectus. Sed ipse dixit Petro, Scandalum mihi es. Ergo multò magis alij perfecti possunt scandalum pati.

¶ 2 Præterea, Scandalum importat impedimentum aliquod, quod alicui apponitur in vita spirituali. Sed etiam perfecti viri in processibus spiritualis vitæ impediri possunt, secundum illud primæ ad Thessal. 2. Voluimus venire ad vos: ego quidem Paulus semel & iterum, sed impediuit nos Satanas. Ergo etiam perfecti viri possunt scandalum pati.

¶ 3 Præterea, Etiã in pfectis viris peccata venialia inueniri possunt, secũdum illud primæ Io. 1. Si dixerimus, quoniã peccatum nõ habemus, ipsi nos seducim⁹. Sed scandalum passiuum non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale, vt dictum est.* Ergo scãdalum passiuum potest in perfectis viris inueniri.

¶ SED CONTRA est, quod super illud Matth. 18. Qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis, dicit Hiero.* Nota, quòd qui scandalizatur, paruulus est, maiores enim scandala non recipiunt.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ scandalum passiuum importat quandã commotionem animi à bono in eo, qui scãdalũ patitur. Nullus enim cõmouetur, qui rei immobili firmiter inhæret. Maiores autẽ siue pfecti, soli Deo inhærent, cuius est immutabilis bonitas: qa etsi inhæreãt suis Prælatis, nõ inhærent eis, nisi inquãtum illi inhærẽt Christo, secundum illud primæ ad Corint. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Vnde quantũcunque videãt alios inordinatè se habere dictis, vel factis, ipsi à sua rectitudine nõ recedunt, secũdũ illud Psal. 124. Qui cõfidit in Domino, sicut mons Sion, non cõmouebitur in æternũ, qui habitat in Hierusalẽ. Et ideo in iis qui perfectè Deo adhęrent per amorẽ, scandalũ non inuenitur, secũdũ illud Psal. 118. Pax multa diligẽtibus legẽ tuam & non est illis scandalum.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ tertiæ Articulum quintum & sextum.

IN art. 5. & 6. hoc aduerte, ꝙ cùm in sexti corpore dicitur, quòd scandalum actiuũ propriè est cùm quis tale aliquid dicit, vel facit, quod de se tale est, vt alterum natum sit inducere ad ruinam (quod quidem est solũ id quod inordinatè fit, vel dicitur) Autor per id quod inordinatè fit, aut dicitur, intelligit non solum secundum se malum, sed habens speciem mali: quoniam vtrunque inordinatè fit, & est peccatum, vt patet in articulo secundo. *art. 8.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut suprà dictum* est, scandalum largè ponitur ibi pro quolibet impedimento. Vnde Dominus Petro dixit, Scãdalũ mihi es: quia nitebatur eius propositum impedire circa passionem subeundam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in exterioribus actibus perfecti viri possunt impediri. Sed in interiori voluntate per dicta, vel facta aliorum nõ impediuntur, quominus tendant in Deum secundum illud Rom. 8. Neque mors, neque vita poterit nos separare à charitate Dei.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ perfecti viri ex infirmitate carnis incidunt interdum in aliqua peccata venialia, non autem ex aliorum dictis, vel factis scandalizantur secundum veram scandali rationem. Sed potest esse in eis quædã appropinquatio ad scandalum: secundum illud Psal. 72. Mei penè moti sunt pedes.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum scandalum actiuum possit inueniri in viris perfectis.

4. di. 38. q. 1. ar. 3. q. 2.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ scãdalum actiuum possit inueniri in viris perfectis. Passio enim est effectus actionis. Sed ex dictis, vel factis perfectorũ, aliqui passiuè scandalizantur, secundum illud Matth. 15. Scis, quia Pharisæi, audito hoc verbo, scandalizati sunt? Ergo in perfectis viris potest inueniri scandalum actiuum.

¶ 2 Præterea, Petrus post acceptũ Spiritum sanctũ in statu perfectorũ erat. Sed postea Gentiles scandalizauit. Dicitur eñ ad Gal. 2. Cùm vidisse, ꝙ nõ rectè ambularẽt ad veritatẽ Euangelij, dixi Cephæ, id est Petro, corã omnib⁹, Si tu cùm Iudæ⁹ sis, Gentiliter, & non Iudaicè viuis, quomodo Gentes cogis Iudaizare? ergo scandalum actiuum potest esse in viris perfectis.

¶ 3 Præterea, Scandalum actiuum quandoque est peccatum veniale. Sed peccata venialia possunt esse in viris perfectis. Ergo scandalum actiuum potest esse in viris perfectis.

¶ SED CONTRA est, Plus repugnat perfectioni scandalũ actiuum, quã scandalum passiuũ. Sed scandalum passiuũ non põt esse in viris perfectis. ergo multò minus scandalũ actiuũ.

¶ RESPONDEO, dicendũ ꝙ scandalum actiuum propriè est, cũ aliquis tale aliquid dicit, vel facit quod de se tale est, vt alterum natum sit inducere ad ruinam: quod quidẽ est solum illud, quod inordinatè fit, vel dicitur. Ad perfectos autem pertinet ea, quæ agunt secundũ regulam rationis ordinare: secũdum illud primæ ad Cor. 14. Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis. Et pręcipuè hanc cautelam adhibent in iis, in quibus non solũ ipsi offenderent, sed etiam aliis offensionem pararẽt. Et siquidem in eorum manifestis dictis, vel factis aliquid ab hac moderatione desit, hoc prouenit ex infirmitate humana, secundũ quã à perfectione deficiũt: non tamen intantũ deficiunt, vt multum ab ordine rationis recedatur, sed modicum & leuiter: quod non est tam magnum, vt ex hoc rationabiliter possit ab alio sumi peccandi occasio.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ scandalum passiuum semper ab aliquo actiuo causatur. Sed non semper ab aliquo scandalo actiuo alterius, sed eiusdem, qui scandalizatur: quia scilicet ipse seipsum scandalizat.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Petrus peccauit quidem, & reprehẽsibilis fuit secundũ sentẽtiã Augustini,* & ipsi⁹ Pauli, subtrahẽs se à Gẽtilib⁹, vt vitaret scãdalũ Iudæorũ, quia hoc incautè aliqualiter faciebat: ita ꝙ ex hoc Gẽtiles, ad fidẽ conuersi scandalizabantur, non tamẽ factũ Petri erat tã graue peccatum, ꝙ merito possent alij scandalizari. Vnde patiebatur scandalum passiuum: nõ autem erat in Petro scandalum actiuum. *Epist. 8. & 9. to. 2.*

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ peccata venialia perfectorum præ-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipuè consistunt in subitis motibus, qui cũ sint occulti, scandalizare non possunt. Si qua verò etiã in exterioribus dictis, vel factis venialia peccata committant, tam leuia sunt, vt de se scandalizandi virtutem non habeant.

ARTICVLVS VII.

Vtrum bona spiritualia sint propter scandalum dimittenda.

3.9ũ 42. art. 2. Et 4 dis. 38. q.2. ar.4 q.1. & 2. Et Rom. 14. lec. 3. co.2. * Li.3. c. 2.to.7.

¶ *Super quæstionis quadragesimæ tertiæ Articulum septimum.*

IN artic. 7. vbi dicitur de scandalo pusillorũ (si autẽ post redditã ratiõ huiusmodi scãdalum duret, iã videtur ex malitia esse) aduerte, q Autor nõ assertiuoverbo vtitur sed opinatiuo, dicendo, Iã videtur ex malitia esse. Potest siquidẽ cõtigere, q pusilli nõ sint capaces rõnis redditæ, vel, pter pristinã cõsuetudinẽ, quæ facit apparere dissonũ qđ veritati cõsonat: vel propter rationẽ apud eos magis apparẽtẽ, vel aliquid huiusmodi: & tũc ex quo malitia nõ facit scãdalũ, sed ignorãtia, vel infirmitas, quãuis reddita sit ratio, cessandũ est ab huiusmodi spũalibus nõ necessariis

cap. 9. to. 5.

*In Mat 15. to. 8.

¶ 4 Præterea, Hieron.* dicit, q dimittendum est propter scandalũ omne, quod potest prætermitti, salua triplici veritate, scilicet vitæ, iustitiæ, & doctrinæ. Sed impletio consiliorum, & largitio, eleemosynarũ, multoties põt prætermitti, salua triplici veritate prædicta, alioquin semper peccarent oẽs, qui prætermittunt: & tamẽ hæc sunt maxima inter spũalia opera. ergo spiritualia opera, debent prætermitti propter scandalum.

¶ 5 Præterea, Vitatio cuiuslibet peccati est quoddã spirituale bonum: quia quodlibet peccatũ affert peccanti aliquod spirituale detrimentum. Sed videtur q pro scandalo proximi vitando debeat aliquis quandoque peccare venialiter, puta cum peccãdo venialiter impedit peccatũ mortale alterius. Debet enim homo impedire damnationẽ proximi, quantum potest sine detrimento propriæ salutis, quæ non tollitur per peccatum veniale. Ergo aliquod bonũ spirituale debet homo prætermittere propter scandalum vitandum.

Hom. 7. in Ezec.

¶ SED CONTRA est, quod Greg. dicit super Ezech.* Si de veritate scandalũ sumitur, vtilius nasci permittitur scandalum, quàm quod veritas relinquatur. Sed bona spiritualia maximè pertinent ad veritatem. Ergo bona spiritualia non sunt propter scandalum dimittenda.

¶ RESPONDEO dicendũ, q cùm duplex sit scãdalũ, actiuũ scilicet & passiuũ, quæstio ista nõ habet locũ de scãdalo actiuo, qa cùm scãdalum actiuũ sit dictũ, vel factũ min⁹ rectũ, nihil est cum scãdalo actiuo faciẽdum. Habet autẽ locum quæstio, si intelligat de scãdalo passiuo. Cõsiderãdũ est ergo qđ sit dimittẽdum, ne ali⁹ scãdalizetur. Est autẽ in spiritualib⁹ bonis distinguẽdum. Nã quædã horũ sunt de necessitate salutis, quæ prætermitti nõ possunt sine peccato mortali. Manifestũ est autẽ, q null⁹ debet mortaliter peccare, vt alteri⁹ peccatum impediat, quia secundum ordinẽ charitatis pl⁹ debet homo suã salutẽ spirituale diligere, quàm alterius. Et ideo ea, quæ sunt de necessitate salutis, prætermitti nõ debẽt ꝓpter scãdalum vitãdum. In his autẽ spiritualib⁹ bonis, quæ nõ sunt de necessitate salutis, videtur distinguendũ. Quia scãdalum, qđ ex eis oritur, quãdoque ex malitia procedit: cum scilicet aliqui volunt impedire huiusmodi spũalia bona, scãdala concitando. Et hoc est scãdalum Phariſæorum, qui de doctrina Domini scãdalizabantur: quod esse contẽnẽdum, Dominus docet Matt. 15. Quãdoq; verò scãdalum procedit ex infirmitate, vel ignorantia. Et huiusmodi est scãdalum pusillorum, propter quod sunt spiritualia bona vel occultanda, vel etiam interdum differenda, vbi periculum non imminet, quousque reddita ratione huiusmodi scandalum cesset. Si autẽ post redditam rationẽ huiusmodi scandalum duret, iam videtur ex malitia esse. Et sic propter ipsum non sunt huiusmodi spiritualia opera dimittenda.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q pœnarum inflictio non est propter se expetenda. Sed pœnæ infligũtur, vt medicinæ quædã ad cohibenda peccata. Et ideo intãtum habent rationem iustitiæ, inquãtum per eas peccata cohibentur. Si autẽ per inflictionẽ pœnarum manifestum sit plura, & maiora peccata sequi: tunc pœnarũ inflictio nõ cõtinebitur sub iustitia. Et in hoc casu loquitur Augu. quando scilicet ex excõmunicatione aliquorum imminet periculum scismatis: tunc enim excommunicationem ferre, non pertinet ad veritatem iustitiæ.

¶ Ad secundum dicendũ, q circa doctrinam duo sunt considerãda, scilicet veritas quæ docetur, & ipse actus docendi. Quorum primum est de necessitate salutis, vt scilicet cõtrarium veritati nõ doceat, sed veritatẽ secundũ cõgruẽtiã tẽporis & psonarum ꝓponat ille cui incumbit docẽdi officium. Et ideo ꝓpter nullum scãdalum qđ sequi videat, debet homo prætermissa veritate, falsitatẽ docere. Sed ipse act⁹ docẽdi inter spirituales eleemosynas cõputatur, vt suprà dictum est.* Et iõ eadẽrõ est de doctrina, & de aliis misericordiæ operibus de quib⁹ postea dicetur. *

¶ Ad tertium dicendum, quod correctio fraterna, sicut suprà dictum est,* ordinatur ad emendationem fratris. Et ideo intantum computanda est inter spiritualia bona, inquantum hoc consequi potest. Quod non contingit, si ex correctione frater scandalizetur. Et ideo si propter scandalum correctio dimittatur, non dimittitur spirituale bonum.

¶ Ad quartum dicẽdum, q in veritate vitæ, doctrinæ & iustitiæ, non solùm comprehenditur id, qđ est de necessitate salutis, sed etiã id per quod perfectiõ⁹ peruenitur ad salutem: secundum illud primæ ad Corin. 12. Æmulamini charismata meliora. Vnde etiã consilia non sunt simpliciter prætermittẽda, nec ẽt misericordiæ opera propter scandalum: sed sunt interdum occultanda, vel differenda propter scandalum pusillorum, vt dictum est*. Quãdoq; tamẽ cõsiliorum obseruatio, & impletio operũ misericordiæ, sunt de necessitate salutis. Quod patet in iis, q iam nouerunt cõsilia: & in iis, quibus ex debito imminet defectib⁹ aliorũ subuenire, vel in tpalibus, puta pascẽdo esurientẽ, vel in spiritualib⁹, puta docẽdo ignorantem: siue huiusmodi fiant debita propter iniunctum officiũ, vt patet in Prælatis, siue propter necessitatẽ indigentis. Et tũc eadem ratio est de huiusmodi, sicut de aliis, quæ sunt de necessitate salutis.

¶ Ad quintũ dicendum, q quidam dixerunt peccatum veniale esse cõmittẽdum propter vitandũ scandalum. Sed hoc implicat contraria. Si enim faciendum est, iam non est malũ, neque peccatum. Nam peccatum non potest esse eligibile. Contingit tamẽ aliquid propter aliquam circunstantiam non esse peccatũ veniale, qđ illa circunstantia sublata, peccatũ veniale esset. Sicut verbũ iocosũ est peccatum veniale, quando absque vtilitate dicitur. Si autem ex causa rationabili proferatur, non est otiosum, neq; peccatũ. Quamuis autẽ per peccatum veniale gratia non tollatur, per quam est hominis salus: inquantum tamẽ veniale disponit ad mortale, vergit in detrimentum salutis.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum propter scandalum sint temporalia dimittenda.

ADOCTAVVM sic proceditur. Videtur q temporalia sint dimittẽda, ꝓpter scandalũ. Magis eũ debem⁹ diligere spirituale salutẽ ꝓxima, quæ impeditur per scandalũ, quã quecunque temporalia bona. Sed id qđ min⁹ diligim⁹, dimittimus ꝓpter id qđ magis diligim⁹. Ergo temporalia magis debemus dimittere ad vitandum scandalũ proximorum.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ tertiæ Articulum octauum.*

IN articul. octauo in principio corporis nota diligenter, quòd sicut magna est differentia inter communitatem & Rectores illius respectu bonorum cõsum, quia Rector est sicut depositarius, & dispensator, ipsa verò Cõitas est domina rerum suarum: ac per hoc cõmunitas non tenetur ad conseruãda bona sua, licet Rectores teneantur ad conseruatiõnẽ, sicut depositarij bonorũ alienorum, &c. ita magna est differentia inter prælatos Ecclesiæ, includendo etiam Papã, & ipsã Ecclesiã, quia nec Papa nec aliquis Prælat⁹ est dominus rerum Ecclesiæ, sed Ecclesia ipsa est domina: quia donatores non donant, & trãsferunt iura sua in Papam, aut Prælatum, sed in Ecclesiã Romanam, vel talem. Et propterea de Prælatis dicitur in litera, quod tenentur de necessitate salutis ad conseruationẽ bonorum Ecclesiæ. Non aũt hoc dicitur de ipsa Ecclesia quæ est domina, quæ potest de suis disponere, sicut domina. Nec putes propterea, q Papa habet plenitudinẽ potestatis ecclesiasticæ, ob hoc possit de bonis Ecclesiæ disponere, sicut potest Ecclesia: quoniã plenitudo potestatis ecclesiasticæ ipsius Papæ, intelligitur in spũalibus tãtũ. De temporalibus enim in ordine ad spiritualia potestatẽ habet. Hãc enim spiritualem potestatem dedit Christus Petro, Matthæi decimosexto cap. Tibi dabo claues regni cælorũ. Et quodcũque ligaueris super terrã, erit ligatũ & in cælis, & quodcũque solueris super terrã, erit solutũ & in cælis. Claues regni cælorũ dixit, & nõ regni mundi huius: & spirituale cibũ mãdauit dandũ Ioannis vltimo, Pasce oues meas. Vnde ita tenentur ad restitutionem qui à Papa bona Ecclesiæ pro libito Papæ habuerunt, vt ditentur, exaltentur, & magnificentur: sicut qui ab illis Prælatis similia Ecclesiæ bona acceperũt. Omnis nanque donatio Ecclesiasticæ rei pietate, vel necessitate vacua, non distributio, sed dissipatio est à dispensatore vsurpata.

¶ In eadem parte eiusdem articuli, caue ne hæc sententia, scilicet quod Prælati tenentur ad temporalia Ecclesiæ

q.32. ar. 1.3.

in solut.4. arg.

q.33. ar. 1.1.

4. di. 58. q.2. ar. 2. q. 3. Et Rom. 14. lec. 3. col. 2.

in corp. art.

In glo. ordinar. Matt. 15.

siæ bona de necessitate salutis, &c. velamen fiat auaritiæ personarũ ecclesiasticarũ. Et sub hoc præextu pauperes sine misericordia vexẽtur repetendo bona Ecclesiæ, postposito charitatis ordine tẽporalia spiritualibus præponant. Meminerint in primis pauperes esse, non solum qui egent cibo, potu aut veste, quæ sunt necessaria naturæ: sed qui egent opportunis ad conuenientiã sui status. Ac per hoc eleemosynaliter se posse distribuere illis sicut & aliis pauperibus. Ac ꝑ hoc nõ teneri ad eorum vexationem, si sibi commissa est dispensatio.

Meminerint, deinde ad repetitionem bonorum esse præceptum affirmatiuum, & obligare non ad semper, sed pro loco & tempore. Ac per hoc propter scandalum pusillorum dissimulari potest ad tẽpus repetitio, sicut propter alias causas rationabiles potest differri. Hæc siquidẽ ratione Ecclesiã non exigere de cimas alicubi dicitur in calce huius articuli. Meminerint tertiò qđ grauiorem Deo exhiberent famulatum, quandoque procurando, quod ecclesia donaret, quum scilicet spirituali bono populi expedit, quã solicitando repetitionẽ. Temporalia nãq; propter spiritualia & non econtra sunt, & esse debent apud Christianos.

¶ In eodem articul. circa scandalum ex malitia, duo verba literæ notanda sunt. Primum est ly. Propter eos, q sic scãdala concitant. Secundũ est ly passim, cum in responsione ad secundum dicitur, Si passim permitteretur malis hominib⁹, vt aliena raperent, &c. Primum siquidem dictũ est ad distinguendũ inter illos sic concitantes scandala, & populum. Quamuis enim propter talium malitiã non sint temporalia dimittenda, propter populi tamẽ interitum spiritualem vitãdum, vel salutem spiritualem propagandã tẽporalia dimittenda sunt.

Art. præc.

Vnde si princeps aliquis potius populum ad infidelitatẽ duceret, quàm sufferret ergò à se rapta ab Ecclesia, vel alio principe, vt Ieroboam fecit in populo Israel, ne perderet regnum, dimittenda essent temporalia, non propter Principem, sed propter populi salutem. Non enim ponendum est offendiculum fidei propter tẽporalia. Et hoc quod dicimus de salute populi, intelligendum est vniuersaliter de quacunque rationabili causa inductiua ad dimittẽdum temporalia, exorto ex malitia scandalo. Autor enim solum hoc dicit, quod propter eos, qui malitiosẽ

Lib. 1. cap. 4. tom. 4.

¶ 2 Præterea, Secundum regulam Hieronymi,* omnia q̃ possunt prætermitti salua triplici veritate, sunt propter scandalum dimittenda. Sed temporalia possunt prætermitti, salua triplici veritate. Ergo sunt propter scandalum dimittenda.

¶ 3 Præterea in tẽporalib⁹ bonis nihil est magis necessarium quàm cib⁹. Sed cibus est prætermittendus propter scandalum: secundũ illud Rom. 14. Noli cibo tuo illũ perdere, pro quo Christus mortuus est. Ergo multò magis omnia alia temporalia sunt propter scandalum dimittenda.

¶ 4 Præterea, Tẽporalia nullo conueniẽtiori modo cõseruare, aut recuperare possumus, quàm p iudicium. Sed iudiciis vti non licet, & præcipuè cum scãdalo. Dicitur enim Matth. 5. Et qui vult tecũ in iudicio cõtendere, & tunicã tuam tollere, dimitte ei & palliũ. Et primæ ad Cor. 6. Iã quidẽ omnino delictũ est in vobis q iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriã accipitis? quare non magis fraudem patimini? Ergo videtur, quòd temporalia sint propter scandalum dimittenda.

¶ 5 Præterea, Inter omnia temporalia minus videtur dimittẽda, quæ sunt spiritualib⁹ annexa. Sed ista sunt ꝓpter scãdalum dimittenda. Apostolus enim seminans spiritualia, tẽporalia stipendia non accepit, ne offendiculum daret Euãgelio Christi: vt patet primæ ad Corinth. 9. Et ex simili causa Ecclesia in aliquibus terris non exigit decimas, propter scãdalum vitandum. Ergo multò magis alia temporalia sunt propter scandalum dimittenda.

¶ SED CONTRA est, quod beatus Thomas Cãtuarien. repetit res Ecclesiarum cum scandalo Regis.

¶ RESPONDEO dicendũ, q circa tẽporalia bona distinguendum est. Aut enim sunt nostra, aut sunt nobis ad cõseruãdum pro aliis cõmissa: sicut bona Ecclesiæ cõmittuntur Prælatis, & bona cõmunia quibuscũq; Reipublicæ rectorib⁹. Et taliũ conseruatio, sicut & depositorũ imminet iis, quib⁹ sunt cõmissa ex necessitate. Et ideo nõ sunt propter scãdalum dimittẽda: sicut nec alia quæ sunt de necessitate salutis. Tẽporalia verò bona, quorum nos sumus domini, dimittere, ea tribuendo si penes nos ea habemus: vel nõ repetendo, si apud alios sint, propter scandalum, quãdoq; quidem debemus, quandoq; autẽ non. Si enim scãdalum ex hoc oriatur propter ignorãtiam vel infirmitatem aliorũ, qđ suprà* diximus esse scãdalum pusillorũ, tunc vel totaliter dimittẽda sunt tẽporalia vel aliter scãdalum sedãdum, scilicet per aliquã admonitionẽ. Vnde Augu.* dicit in lib. de sermone Domini in mõte, dãdum est qđ nec tibi, nec alteri noceat, quantũ ab homine credi potest. Et cùm negaueris quod petit, indicãda est ei iustitia: & melius aliquid dabis, cùm petentẽ iniustè, correxeris. Aliquando verò scãdalum nascitur ex malitia: qđ est scãdalum Phariſæorũ. Et propter eos q scãdala concitãt, non sunt tẽporalia dimittẽda: quia hoc & noceret bono cõmuni, daretur enim malis rapiẽdi occasio, & noceret ipsis rapientib⁹, q retinẽdo aliena in peccato remanerẽt. Vnde Greg. dicit in moralib⁹. Quidã dum temporalia à nobis rapiunt, solummodo sunt tolerãdi: quidã verò æquitate seruata, prohibẽdi: non sola cura, ne nostra subtrahãtur, sed ne rapientes non sua, semetipsos perdãt. Et per hoc patet solutio ad primum.

¶ AD SECVNDVM dicendũ, q si passim permitteretur malis hominib⁹ vt aliena raperent, vergeret hoc in detrimẽtum veritatis, vitæ & iustitiæ. Et ideo non oportet propter quodcunque scãdalum temporalia dimitti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est de intentione Apostoli monere, quòd cibus totaliter propter scãdalũ dimittatur (qa sumere cibum est de necessitate salutis) sed quòd talis cib⁹ est propter scãdalum dimittendus: secundum illud primæ ad Corin. 8. Non mãducabo carnem in æternum, ne frater em meum scandalizem.

¶ Ad quartum dicendum, quod secundũ Augustinum lib.* de Sermone Domini in monte, illud præceptum Domini est intelligendum secundum præparationem animi, vt scilicet homo sit paratus prius pati iniuriã, vel fraudem, quàm iudicium subire, si hoc expediat. Quãdoque tamen nõ expedit, vt dictum est. Et similiter intelligendum est verbum Apostoli.

¶ Ad quintum dicendũ quòd scandalum, quod vitabat Apostolus, ex ignorãtia procedebat Gentilium, qui hoc nõ consueuerant. Et ideo ad tempus abstinendum erat, vt prius instruerentur hoc esse debitum. Et ex simili causa Ecclesia abstinet à decimis exigendis in terris, in quibus nõ est consuetum decimas soluere.

Lib. 1. cap. 34. 35. & 36. tom. 4.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA QUARTA, de præceptis charitatis, in octo articulos diuisa

DEINDE considerandum est de præceptis charitatis.

¶ Et circa hoc quærũtur octo.

¶ Primò, vtrum de charitate sint danda præcepta. ¶ Secundò, vtrum vnum tantùm, vel duo. ¶ Tertiò, vtrum duo sufficiãt. Quartò, vtrum conueniẽter præcipiatur, vt Deus ex toto corde diligatur. ¶ Quintò, vtrum conueniẽter addatur, Ex tota mente, &c. ¶ Sextò, vtrum præceptum hoc possit in vita ista impleri. ¶ Septimò, de hoc præcepto, Diliges proximum tuum sicut teipsum. ¶ Octauò, vtrum ordo charitatis cadat sub præcepto.

¶ *Super*

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum de charitate debeat dari aliquod præceptum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod de charitate non debeat dari aliquod præceptum: charitas enim imponit modum actibus omnium virtutum, de quibus dãtur præcepta, cum sit forma virtutum, vt suprà dictum est.* Sed modus non est in præcepto, vt communiter dicitur. Ergo de charitate non sunt danda præcepta.

3 contra c. 116. & 117. q. 23. art. 8.

¶ 2 Præterea, Charitas, quæ in cordib⁹ nostris p Spiritũ sanctũ infundit, facit nos liberos: qa vbi Spiritus Domini, ibi libertas: vt dicitur 2 cundæ ad Corinth. 3. Sed obligatio, quæ ex præceptis nascitur, libertati opponitur, quia necessitatem imponit. Ergo de charitate non sunt danda præcepta.

¶ 3 Præterea, Charitas est præcipua inter omnes virtutes, ad quas ordinãtur præcepta, vt ex supradictis patet.* Si ergo de Charitate dantur aliqua præcepta, deberent poni inter præcipua præcepta, quæ sunt præcepta decalogi. Non autem ponuntur. Ergo nulla præcepta sunt de charitate danda.

q. 31. art. 4. arg. 1. & 1. 2. q. 90. art. 2. & q. 100. ar. 2.

¶ SED CONTRA, Illud quod Deus requirit à nobis cadit sub præcepto. Requirit autem Deus ab homine, vt diligat eum, vt dicitur Deuteron. 10. Ergo de dilectione charitatis, quæ est dilectio Dei, sunt danda præcepta.

¶ RESPONDEO dicendum, q sicut suprà dictũ est,* præceptum importat rationẽ debiti. Intantum ergo aliquid cadit sub præcepto, inquantum habet rationem debiti. Est autem aliquid debitum dupliciter. Vno modo per se: alio modo propter aliud. Per se quidem debitum est in vnoquoque negotio, id quod est finis: quia habet rationẽ per se boni. Propter aliud autem est debitũ, id quod ordinatur ad finẽ: sicut

q. 16. art. 1. & 2. q. 99. art. 1. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

medico p se debitũ est,vt sanet:propter aliud autẽ, vt medicinam det ad sanandum. Finis autẽ spiritualis vitæ est,vt homo vniatur Deo,quod fit p charitatem.Et ad hoc ordinãtur,sicut ad finẽ omnia q̃ pertinent ad spiritualẽ vitam. Vnde Apostolus dicit primæ ad Timot. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & cõscientia bona, & fide nõ ficta. Omnes enim virtutes,de quarũ actib⁹ dãtur præcepta,ordinãtur,vel ad purificãdum cor à turbinibus passionũ,sicut virtutes,q̃ sunt circa passiones:vel saltẽ ad habendã bonã conscientiã,sicut virtutes q̃ sunt circa operationes vel ad habendã rectã fidem, sicut illa q̃ pertinent ad diuinũ cultum.Et hæc tria requiruntur ad diligẽdum Deum. Nam cor impurũ à Dei dilectione abstrahit̃ propter passionẽ inclinãtem ad terrena.Conscientia verò mala facit horrere diuinã iustitiam propter timorẽ pœnæ. Fides autẽ ficta trahit effectum in id quod de Deo fingitur, separans à diuinitate & à Dei vnitate. In quolibet autem genere id quod est per se,potius est eo quod est propter aliud. Et ideo maximum præceptum est de charitate,vt dicitur Matthæi.22.

[1.2.q.100 art.10. D. 1045. & 1047.]

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut suprà dictum* est,cum de cæteris præceptis ageretur, modus d dilectionis non cadit sub illis præceptis, quæ dantur de aliis actibus virtutum:puta sub hoc pręcepto,Honora patrem tuum & matrem tuam,non cadit, quòd hoc ex charitate fiat: cadit tamen actus dilectionis sub præceptis specialibus.

¶Ad secundum dicendũ, quòd obligatio præcepti non opponitur libertati, nisi in eo, cuius mens auersa est ab eo, quod præcipitur. Sicut patet in his,qui ex solo timore præcepta custodiunt. Sed præceptum dilectionis non potest impleri,nisi ex propria voluntate:& ideo libertati non repugnat.

¶Ad tertium dicendum,quòd omnia præcepta decalogi ordinantur ad dilectionem Dei & proximi. Et ideo præcepta charitatis non fuerunt connumeranda inter præcepta decalogi, sed in omnibus includuntur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum de charitate fuerint danda duo præcepta.

[1.2.q.99. ar.1.ad 2. Et infra q.58.art.1.ad.6. & 3.contra.c.116. & 117. * Artic. præced. † q.23. art.5. * lib.1.ca.27.tom.3.]

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd de charitate non fuerint danda duo præcepta.Pręcepta enim legis ordinãtur ad virtutem:vt suprà dictum est. * Sed charitas est vna virtus : vt ex supradictis patet. Ergo de charitate non fuit dandum,nisi vnum præceptum.

¶ 2 Præterea,Sicut August.dicit in lib.de Doctr. * Christian. Charitas in proximo non diligit,nisi Deum.Sed ad diligendũ Deum sufficienter ordinamur per hoc præceptum , Diliges Dominum Deum tuum. Ergo non oportuit addere aliud præceptum de dilectione proximi.

¶ 3 Præterea, Diuersa præcepta diuersis præceptis opponuntur.Sed non peccat aliquis prætermittens dilectionem proximi,si non prætermittat dilectionem Dei:quinimo dicitur Lucæ.14.Si quis venit ad me,& non odit patrem suum,& matrẽ suam,non potest meus esse discipulus.Ergo non est aliud pręceptum de dilectione Dei,& de dilectione proximi.

¶ 4 Præterea,Apostolus dicit ad Rom.13.Qui diligit proximũ, legem impleuit. Sed non impletur lex nisi per obseruantiam omnium præceptorũ. Ergo omnia p̃cepta includũtur in dilectione proximi. Sufficit ergo vnum præceptum de dilectione p̃ximi.Non ergo de hoc debent esse duo præcepta charitatis.

¶SED CONTRA est,quod dicit̃ primæ Io.4.Hoc mãdatũ habemus à Deo,vt qui diligit Deũ,diligat fratrẽ suum.

[1.2.q.100 arti.1 ad 2.& q.91.art.3 & q.94. art.2.]

¶RESPONDEO,dicendũ quòd sicut suprà dictũ*est, cùm de præceptis ageretur,hoc modo se habẽt præcepta in lege,sicut p̃positiones in scientiis speculatiuis:in quib⁹ conclusiones virtute cõtinentur in primis principiis. Vnde qui pfectè cognosceret principia secundũ totam suã virtutem, non opus haberet,vt eis conclusiones seorsum p̃ponerentur. Sed q̃a non omnes,qui cognoscunt principia,sufficiunt considerare quicquid in principiis virtute continet̃, necesse est p̃pter eos,vt in scientiis ex principiis conclusiones deducãtur.In operabilib⁹ autem in quibus præcepta legis nos dirigunt, finis habet rationẽ principij,vt suprà dictũ est *. Dilectio autẽ Dei finis est ad quẽ dilectio proximi ordinatur.Et ideo non solùm oportet dari pręceptum de dilectione Dei,sed & de dilectione proximi propter minus capaces,qui non de facili considerant vnum horum præceptorum sub alio contineri.

[q.23.art.7.ad.2. & q.16. ar.1.ad.1.]

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet charitas sit vna virtus,habet tamen duos actus, quorum vnus ordinatur ad alium sicut ad finẽ.Præcepta autẽ dantur de actibus virtutum.Et ideo oportuit esse plura præcepta charitatis.

¶ Ad secundum dicendum, quod Deus diligitur in proximo sicut finis in eo,quod est ad finem:& tamen oportuit de vtroque explicitè dari præcepta,ratione iam dicta.*

[In corp. artic.]

¶ Ad tertium dicendum,quòd id quod est ad finem, habet rationem boni ex ordine ad finem. Et secundum hoc etiam recedere ab eo,habet rationem mali,& non aliter.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in dilectione proximi includitur dilectio Dei:sicut finis in eo quod est ad finem,& econuerso:& tamen oportuit vtrunque præceptum explicitè dari,ratione iam dicta. *

[In corp. artic.]

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum sufficiant duo præcepta charitatis.

[3.contra c. 116.& 117.Et vir.q.2. arti.4.ad 6.Et Ro. 13.lect.2. co.1.fi.Et Galat.5. le.3.col.2. q.25.art. 12. & q.26.]

AD TERTIVM sic proceditur.Videtur quòd nõ sufficiant duo præcepta charitatis. Præcepta enim dantur de actibus virtutum. Actus autem secundum obiecta distinguuntur. Cùm ergo homo quatuor debeat ex charitate diligere,scilicet Deum, seipsum, proximũ,& corpus proprium, vt ex supradictis * patet:videtur quòd quatuor debeant esse præcepta charitatis.Et sic duo non sufficiunt.

¶ 2 Præterea,Charitatis actus non solùm est dilectio,sed gaudium,pax, beneficentia. Sed de actibus virtutum sunt danda præcepta. Ergo duo præcepta charitatis non sufficiunt.

¶ 3 Præterea,Sicut ad virtutem pertinet facere bonum : ita & declinare à malo. Sed ad faciendum bonum inducimur per præcepta affirmatiua, ad declinandum à malo per præcepta negatiua. Ergo de charitate fuerunt danda præcepta, non solum affirmatiua,sed etiam negatiua. Et sic duo præcepta prædicta charitatis non sufficiunt.

¶SED CONTRA est,quòd Dominus dicit Matth. 22. In his duobus mandatis tota Lex pendet & Prophetæ.

[* q.23. art.1. † Hom.17 in Euã. * q.25. art4.]

¶RESPONDEO, dicendũ,quòd charitas,sicut suprà dictum est,* est amicitia quædam. Amicitia autem ad alterum est. Vnde Gregor. dicit in quadam homil. † Charitas minus quàm inter duos haberi non potest.Quomodo autẽ ex charitate aliquis seipsum diligat,suprà dictum est.* Cum autem dilectio , & amor sit boni , bonum autem sit,vel finis , vel id quod est ad finem : conuenienter de charitate duo præcepta sufficiunt .Vnum quidem quo inducimur ad Deum diligendum sicut finem:aliud autem quo inducimur ad diligendum proximum propter Deum,sicut propter finem.

[Cap.22. & 26. tom.3.]

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum,ꝙ sicut Aug.dicit in 1. de doct. Christ. *Cùm quatuor sint ex charitate diligenda, de secundo & quarto,id est de dilectione sui, & corporis proprij nulla præcepta danda erant. Quantuncunque enim homo excidat à charitate,remanet illi dilectio sui,& dilectio corporis sui.Modus autem diligendi pręcipiendus est homini, vt scilicet se ordinatè diligat, & corpus proprium. Quod quidem fit per hoc,quòd homo diligit Deum,& proximum.

[q.28.art. 4.& q. 29.art.3.]

¶ Ad secũdum dicendũ , quòd alij actus charitatis cõsequuntur ex actu dilectionis, sicut effectus ex causa, vt ex suprà dictis*patet. vnde in præceptis dilectionis virtute includuntur p̃cepta de aliis actib⁹. Et tamen p̃pter tardiores inueniuntur de singulis explicitè præcepta tradita. De gaudio quidẽ Philip.4.Gaudete in Domino semp.De pace autẽ ad Heb. 12. Pacem sequimini cum omnibus.De beneficentia autem ad Gala. vlt.Dum tempus habemus , operemur bonum ad omnes. De singulis beneficentiæ partibus inueniuntur præcepta tradita in sacra Scriptura,vt patet diligenter consideranti.

¶ Ad tertium dicendũ,quòd plus est operari bonum,quàm vitare malum. Et ideo in præceptis affirmatiuis virtute includũtur præcepta negatiua.Et tamen explicitè inueniuntur præcepta data contra vitia charitatis opposita. Nam contra odiũ dicitur Leuitici. 19. Ne oderis fratrẽ tuũ in corde tuo.Contra accidiã dicitur Eccles.6.Ne accidieris in vinculis eius.Contra inuidiam Gal.6. Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi,inuicem prouocantes,inuicem inuidẽtes. Contra discordiam verò primæ ad Corint. 1. Idipsum dicatis omnes,& non sint in vobis schismata. Cõtra scãdalum autem ad Rom.14. Ne ponatis offendiculum fratri,vel scandalum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum conuenienter mandetur,quod Deus diligatur,ex toto corde.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter mandetur, ꝙ Deus diligatur ex toto corde. Modus enim virtuosi actus nõ est in præcepto,

¶ Super Quæstionis quadragesimæ quartæ Articulum quartum. [D. 1025.]

IN articul.4.omissis secundo,& tertio, nota, quòd in actu virtutis inuenimus tria,scilicet substantiam actus, modum eius intrinsecum,& modum extrinsecum,exempli gratia. In actu quo honoratur pater, est primò substantia actus,qui est ipsa honoratio , seu subuentio. Et secundo quantitas actus , scilicet tanta vel proportionalis subuentio,scilicet vt decet filium sic constitutum , respectu patris in tali articulo. Et hoc, & similia vocantur modus intrinsecus. Est tertio ordo istius actus ad alterum finem , puta ex charitate , seu propter Deum honorare patrem [infra art. 5.& locis ibidẽ notatis.]

[Art.1.ad 1.& 1.2. q.100. art.q 9.] [Tex.63]

tre.Et huiusmodi relationes vocãtur mod⁹ extrinsecus.Et ratio est q̃a circũstãtiæ istæ opponuntur actui ex extranea virtute:illæ autẽ ab illamet virtute,cui est p̃prius actus.Et p̃pterea circunstantiæ illæ, q̃ nõ extrahunt actũ à p̃pria virtute , ad modũ intrinsecũ spectãt.Circũstantiæ autẽ , quæ ad alterã trahũt virtutem , ad intrinsecũ modum spectant.

[loco. cit.]

¶ In proposito igitur in dilectione Dei,substãtia actus est diligere Deũ, modus autẽ eius est , ex toto corde ipsum diligere. Et q̃a hæc cõditio actus, scilicet ex toto corde, nõ trahit actũ extra virtutẽ charitatis, à qua est dilectio:quia non sic se habet, ꝙ ex charitate p̃uenit diligere Deũ, & ex alia virtute diligere ex toto corde eum : sed vtrũq; p̃uenit ex vna,& eadẽ charitate:ideo conditio ista modus intrinsecus est dilectionis Dei. Oportet quoq; nosse, ꝙ modus intrinsecus actus virtuosi est duplex, quidã sine quo virtuosus nõ esset:quidã reddẽs actũ perfectiorẽ. Exẽplũ primi,si filius subueniret q̃dẽ patri, sed non quantũ tenetur. Exẽplũ secundi, Si fili⁹ subueniret patri, quantũ tenetur, sed non cum illa promptitudine, qua deberet. [D.1047.] Inter hos autẽ modos hæc est differẽtia, ꝙ modus extrinsecus nõ cadit sub præcepto illius actus,vt in litera dicitur in responsione ad primũ.Modus autem intrinsec⁹, sine quo act⁹ non est virtuosus , cadit sub illo p̃cepto, vt ibidẽ & in corpore dicit̃.Modus autẽ perficiẽs, ad finem præcepti spectat ad hoc eñ tẽdit præceptor, vt pfectè impleatur q̃d præcipitur. Vnde in proposito diligere Deũ intense,est modus intrinsecus spectãs ad finẽ præcepti, quia ad hoc tẽdit præcipiẽs , vt Deus magis, ac magis diligatur. Sed diligere Deũ ex toto corde est modus intrinsecus, sine quo actus dilectionis nõ est actus charitatis:quia quãtuncũq; Deus diligatur nisi diligatur sup omnia, q̃d importat ly,Ex toto corde,non diligitur ex charitate:non satisfit præcepto charitatis.Et propterea in litera dicitur ꝙ hoc cadit sub præcepto.

¶ Super

cepto, vt ex supra dictis patet. * Sed hoc quod dicitur ex toto corde,importat modum diuinæ dilectionis. Ergo inconuenienter præcipitur, quòd Deus ex toto corde diligatur.

¶ 2 Præterea, Totum & pfectum est cui nihil deest,vt dicit̃ in 1. Physic. * Si ergo in præcepto cadit , ꝙ Deus ex toto corde diligat̃, quicũq; facit aliquid q̃d nõ pertinet ad Dei dilectionẽ , agit cõtra præceptum : & per cõsequens peccat mortaliter. Sed peccatũ veniale non pertinet ad Dei dilectionẽ.Ergo peccatũ veniale erit mortale:quod esset inconueniens.

¶ 3 Præterea,diligere Deũ ex toto corde est pfectionis, q̃a secundum Philosophũ totum & pfectum idem sunt. Sed ea quæ sunt perfectionis, non cadunt sub præcepto,sed sub consilio. Ergo nõ debet præcipi, quòd Deus ex toto corde diligatur.

¶SED CONTRA est,quod dicitur Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

¶RESPONDEO, dicẽdum quòd cùm pręcepta dentur de actib⁹ virtutum, hoc modo aliquis actus cadit sub præcepto,secũdum ꝙ est actus virtutis.Requiritur autẽ ad actum virtutis,nõ solùm, ꝙ cadat super debitam materiã , sed etiam quòd vestiatur debitis circunstantiis,quibus sit p̃portionatus tali materiæ. Deus autem est diligendus sicut finis vltimus, ad quem omnia sunt referenda. Et ideo totalitas quædã fuit designanda circa præceptum de dilectione Dei.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sub d præcepto, q od datur de actu alicuius virtutis,nõ cadit modus,quẽ habet ille actus ex alia superiori virtute : cadit tamẽ sub præcepto modus ille, qui pertinet ad rationẽ p̃priæ virtutis.Et talis modus significatur cũ dicit̃, Ex toto corde.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ dupliciter cõtingit ex toto corde Deum diligere. Vno quidẽ modo in actu,id est, vt totũ cor hominis semp actualiter in Deum feratur. Et ista est perfectio patriæ. Alio modo,vt habitualiter totum cor hominis in Deũ feratur:ita,scilicet, ꝙ nihil contra Dei dilectionẽ cor hominis recipiat. Et hæc est perfectio viæ,cui non contrariatur peccatum veniale:quia non tollit habitum charitatis, cum non tendat in oppositũ obiectũ,sed solùm impedit charitatis vsum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ perfectio charitatis , ad quam ordinantur consilia , est media inter duas perfectiones prædictas: vt scilicet , homo quantùm possibile est, se abstrahat à rebus temporalibus etiam licitis,quæ occupãdo animum, impediũt actualem motum cordis in Deum.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum super hoc,Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,conuenienter addatur,Et ex tota anima tua,& ex tota fortitudine tua.

[3.dist 27. in expos. lib.cir.fi. Et vir.q. 2.art.10. ad.1.]

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ incõuenienter Deut. 6. sup hoc quod dicit̃, Diliges dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, addatur,Et ex tota anima tua,& ex tota fortitudine tua. Non enim accipitur hic cor pro membro corporali , quia diligere Deum, non est corporis actus.Oportet ergo ꝙ cor accipiatur spiritualiter.Cor autẽ spiritualiter acceptũ, vel est ipsa anima vel aliquid animæ. Superfluum ergo fuit vtrumque ponere.

¶ 2 Præterea , Fortitudo hominis præcipuè dependet ex corde , siue spiritualiter hoc accipiatur , siue corporaliter. Ergo postquam dixerat,Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo,superfluum fuit addere,ex tota fortitudine tua.

¶ 3 Præterea,Matth.22.dicitur,In tota mente tua:quod hîc nõ ponitur. Ergo videtur quòd inconuenienter hoc præceptum detur Deuter.6.

¶SED CONTRA est authoritas Scripturæ.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ hoc præceptũ diuersimode inuenit̃ traditũ in diuersis locis.Nam,sicut dictũ est Deut. 6.ponuntur tria,scilicet ex toto corde,& ex tota anima , & ex tota fortitudine. Matth.22.ponuntur duo horũ,scilicet ex toto corde, & ex tota anima:& dimittitur,Ex tota fortitudine, sed additur,In tota mẽte.Sed Mat.12.ponunt̃ quatuor,scilicet ex toto corde,& ex tota anima,& ex tota mẽte, & ex tota virtute:quæ est idem fortitudini.Et hæc etiã quatuor tanguntur Luc.10.Nã loco fortitudinis,seu virtutis ponit̃,ex omnib⁹ virib⁹ tuis.Et ideo horũ quatuor est ratio assignãda.Nã ꝙ alicubi vnum horũ omittitur,hoc est,q̃a vnum intelligitur ex aliis. Est ergo considerandum, ꝙ dilectio est actus voluntatis, quæ hîc significat̃ per cor.Nam sicut cor corporale est principium omniũ corporalium motuum , ita etiam voluntas,& maximè quãtum ad intentionẽ finis vltimi , qui est obiectũ charitatis, est principium omnium spiritualium motuum.Tria autẽ sunt principia actuũ , q̃ mouent̃ à voluntate:scilicet intellectus q̃ significatur,p mentem:vis appetitiua inferior q̃ significatur p animã : & vis executiua exterior quæ significatur p fortitudinem,seu virtutẽ,siue vires.Præcipitur ergo nobis,vt tota nostra intentio feratur in Deum,quod est ex toto corde:& quòd intellectus noster subdatur Deo,quod est ex tota mente,& ꝙ appetitus noster regularetur secundũ Deum,quod est ex tota anima:& ꝙ exterior actus noster obediat Deo, quod est ex tota fortitudine,vel virtute,vel virib⁹ Deũ diligere.Chrysost.* tamẽ sup Mat.accipit ecõtrario cor & animã , quã dictum sit. Aug.† vero in primo de doct.Christ.refert cor ad cogitationes,& animã ad vitã,mentẽ ad intellectum.Quidã autẽ dicũt, Ex toto corde,id est intellectu:Anima,id est volũtate:mẽte,id est memoria.Vel secundũ Greg. Nysenum p cor significat animam vegetabilem:per animam,sensitiuã : p mentem,intellectiuã:quia hoc ꝙ nutrimur , sentimus, & intelligimus,debemus ad Deum referre. Et per hæc patet responsio ad obiecta.

[* Hõ.42. in Matt. in opere imperf. tom.2. † Cap.22. tom.3.]

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum hoc præceptum de dilectione Dei possit in via impleri.

[3.dist.27. q.3.art.4. Et vir.q. 2.art.10. co.& ad. 1.& opusc. 4.col.4. opusc.18. ca.5.6.7. & 15. * Ad Damasum tom.2. † Amb. de paradiso.cap. 8. tom.4. In resp.ratiocinat. 16.]

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ hoc præceptũ de dilectione Dei possit seruari in via. Quia,secundũ Hierony.in expositione catholicæ fidei,*maledict⁹ qui dicit Deũ aliquid impossibile p̃cepisse. Sed Deus hoc p̃ceptum dedit vt patet Deut. 6. Ergo hoc p̃ceptũ potest in via impleri.

¶ 2 Præterea.Quicunque non implet præceptũ,peccat mortaliter:quia secundum Ambr. * peccatum nihil est aliud, quam transgressio legis diuinæ, & cælestium inobedientia mandatorum.Si ergo hoc præceptum non potest in via seruari,sequitur quòd nullus possit esse in via ista sine peccato mortali: quod est contra id quod Apostolus dicit primæ ad Corinth.1. Confirmabit vos vsque in finem sine crimine. Et primæ ad Timoth.3.Ministrent,nullum crimen habentes.

¶ 3 Præterea,Præcepta dantur ad dirigendos homines in viam salutis:secundum illud Psalm. 18. Præceptum Domini lucidũ illuminans oculos.Sed frustra dirigitur aliquis ad impossibile.Non ergo impossibile est hoc præceptum in via ista seruari.

¶SED CONTRA est,quod Aug.dicit in lib.de perfectione iustitiæ, ꝙ in plenitudine charitatis patriæ præceptum illud implebitur,Diliges Dominum Deum tuum , &c. Nam cum aliquid adhuc est carnalis concupiscentiæ, quod continendo frænetur,non omnino ex tota anima diligitur Deus.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd præceptum aliquod dupliciter potest impleri.Vno modo perfectè:alio modo imperfectè.Perfectè quidem impletur præceptum,quando peruenitur ad finem,quẽ intendit præcipiens.Impletur autẽ,sed imperfectè,quando etsi non pertingit ad finẽ præcipiẽtis , nõ tamen receditur ab ordine ad finẽ.Sicut si dux exercitus præcipiat militibus , vt pugnent,ille perfectè implet præceptum qui pugnando hostem vincit,quod dux intendit.Ille autẽ implet,sed imperfectè,cuius pugna ad victoriam non pertingit: nõ tamen cõtra disciplinam militarẽ agit. Intendit autẽ Deus per hoc præceptũ,vt homo sibi totaliter vniatur : quod fiet in patria quãdo Deus erit omnia in omnibus,vt dicitur primę ad Corinth.15.Et ideo plenè & perfectè in patria implebitur hoc præceptum.In via autem impletur, sed imperfectè . Et tamen in via tantò vnus alio perfectius implet,quãtò magis accedit per quandam similitudinem ad patriæ perfectionem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum , ꝙ ratio illa probat, quòd aliquo modo potest impleri in via,licet non perfectè.

¶Ad secundum dicendum,quòd sicut miles, qui legitime pugnat, licet non vincat, non inculpatur ; nec pœnam meretur:

ita

Universidad de Deusto Biblioteca

ita etiam qui in via hoc præceptum non implet, nihil contra diuinam dilectionem agens non peccat mortaliter.

¶ Ad tertium dicendum, quod sicut Aug. dicit in lib. de Perfectione Iustitiæ,* Cur non præciperetur homini ista perfectio, quamuis eam in hac vita nemo habeat? Non enim rectè curritur, si quo currẽdum est, nesciatur, Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur?

* resp. ratiocinat. 6. to. 7.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum conuenienter detur præceptum de dilectione proximi.

Quoli. 4. ar. 24. ad 1. Et Rõ. 13. lect. 2. Et Galat. 5. lect. 3. col. 2. & opusc. 42. cap. 14. *Cap. 8.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd incõuenienter detur præceptũ de dilectione proximi. Dilectio enim charitatis ad omnes homines extenditur, etiam ad inimicos, vt patet Matth. 5. Sed nomen proximi importat quandam propinquitatem, quæ non videtur haberi ad oẽs homines. Ergo videtur, quòd inconuenienter detur hoc præceptum.

¶ 2 Præterea, Secundũ Philosophũ in 9. Ethicor.* amicabilia, quæ sunt ad alterum, venerunt ex amicabilib9, quæ sunt ad seipsum: ex quo videt̃, quod dilectio suiipsius sit principium dilectionis proximi. Sed principiũ potius est eo, quod est ex principio. Ergo nõ debet homo diligere proximũ sicut seipsum.

¶ 3 Præterea. Homo seipsum diligit naturaliter, non autem proximum. Inconuenienter ergo mandatur, quòd homo diligat proximum sicut seipsum.

¶ SED CONTRA est quod dicit̃ Matth. 22. Secundũ præceptum est simile huic, Diliges proximũ tuum sicut teipsum.

¶ RESPONDEO, dicendũ quod hoc præceptum cõuenienter traditur. Tangitur enim in eo, & diligendi ratio, & dilectionis modus. Ratio quidẽ diligẽdi tãgitur, ex eo quod proximus nominat̃. Propter hoc enim ex charitate diligere debemus alios: quia sunt nobis proximi, & secundum naturalẽ Dei imaginẽ, & secundum capacitatẽ gloriæ. Nec refert vtrũ dicat̃ proximus, vel frater, vt habet̃ primæ Ioan. 4. vel amicus, vt habetur Leuit. 19. quia per omnia hæc eadẽ affinitas designatur. Modus autẽ dilectionis tangitur, cùm dicit̃, Sicut teipsum. Quod non est intelligendum quãtùm ad hoc, quod aliquis proximum sibi æqualiter diligat̃, sed similiter sibi. Et hoc tripliciter. Primò quidem ex parte finis: vt scilicet aliquis diligat proximũ propter Deũ, sicut seipsum propter Deũ debet diligere, vt sic sit dilectio proximi sancta. Secundo ex parte regulæ dilectionis, vt scilicet aliquis nõ condescẽdat proximo in aliquo malo, sed solùm in bonis: sicut & suæ volũtati satisfacere debet homo solùm in bonis, vt sic sit dilectio proximi iusta. Tertiò ex parte rationis dilectionis, vt scilicet non diligat aliquis proximũ propter propriã vtilitatem vel delectationẽ: sed ea ratione, quod velit proximo bonũ, sicut vult bonum sibiipsi, vt sic dilectio proximi sit vera. Nã cùm quis diligit proximũ propter suã vtilitatẽ, vel delectationẽ, nõ verè diligit proximũ, sed seipsũ. Et per hoc patet respõsio ad obiecta.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum ordo charitatis cadat sub præcepto.

1. 2. q. 100. arti. 9. & 3. di. 19. ar. 1. ad 5. & dist. 36. art. 6. & veri. q. 24. artic. 12. ad 16. & ar. 14. ad. 2. 3 & 7. & virt. q. 2. art. 9. ad 11. q.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd ordo charitatis non cadat sub præcepto. Quicunq; enim trãsgreditur præceptum, iniuriam facit. Sed si aliquis diligat aliquem quãtum debet, & alterum quemcunq; plus diligat, nulli facit iniuriam: ergo non transgreditur præceptum. ordo ergo charitatis non cadit sub præcepto.

¶ 2 Præterea, Ea quæ cadũt sub præcepto sufficienter nobis traduntur in sacra Scriptura. Sed ordo charitatis, qui suprà positus est, nusquam traditur nobis in sacra Scriptura. Ergo non cadit sub præcepto.

¶ 3 Præterea, Ordo distinctionem quandã importat. Sed indistinctè præcipitur dilectio proximi, cùm dicitur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. ergo ordo charitatis non cadit sub præcepto.

¶ SED CONTRA, Illud quod Deus in nobis facit per gratiam, instruit per legis pręcepta, secundum illud Hieremiæ 31. Dabo legem meam in cordibus eorum. Sed Deus causat in nobis ordinẽ charitatis, secundum illud Cãtic. 2. Ordinauit in me charitatem. Ergo ordo charitatis sub præcepto legis cadit.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut dictum est*, modus, qui pertinet ad rationem virtuosi actus, cadit sub præcepto, quod datur de actu virtutis. Ordo autem charitatis pertinet ad ipsam rationẽ virtutis, cùm accipiatur secundũ proportionẽ dilectionis ad diligibile, vt ex suprà dictis* patet. Vnde manifestũ est, quod ordo charitatis debet cadere sub pręcepto.

art. 4. ad 1. — q. 25. art. 12. & q. 26. art. 1. & 2. D. 1047.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quod homo plus satisfacit ei, quẽ plus diligit: & ita si minus diligeret aliquis eum, quẽ plus debet diligere, pl9 vellet satisfacere illi, cui minus satisfacere debet: & sic fieret iniuria illi, quẽ pl9 deberet diligere.

¶ Ad secundũ dicendum, quod ordo quatuor diligẽdorũ ex charitate in Sacra scriptura exprimitur. Nam cũ mandatur, quod Deũ ex toto corde diligamus, datur intelligi, quod Deũ sup omnia debemus diligere. Cũ autẽ mãdatur, quod aliquis diligat proximũ sicut seipsum, prefertur dilectio sui ipsi9 dilectioni proximi. Similiter etiam cum mãdatur. 1. Ioan. 3. quod debemus pro fratribus animam ponere, id est vitam corporalem, datur intelligi, quod proximũ plus debemus diligere, quàm corpus propriũ. Similiter etiam, cùm mandatur ad Galat. vltimo, quod maximè operemur bonũ ad domesticos fidei, & 1. ad Timoth. 5. vituperatur qui non habet curam suorum, & maximè domesticorum, datur intelligi, quòd inter proximos, meliores & magis propinquos magis debemus diligere.

¶ Ad tertium dicendum, quod ex hoc ipso quod dicitur, Diliges proximum tuum, datur cõsequenter intelligi, quod illi qui sunt magis proximi, sunt magis diligendi.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ quartæ Articulum octauum.

IN articul. 8. eiusdem quæstionis omissis. 5. 6. & 7. nota ex litera differentiã inter supradictos modos intrinsecos act9 virtuosi: quia scilicet aliquis pertinet ad rationẽ virtuosi actus. Et per hoc intelligere aliud mẽbrũ, scilicet quod aliquis spectat ad perfectionẽ virtuosi actus, infra latitudinẽ illi9 virtutis, vt promptius, delectabilius, intensius, firmius operari. Et vt scias quis est modus pertinẽs ad rationẽ virtuosi act9, cõsidera si spectat ad reddendũ actũ proportionatum suæ materiæ circa quã est, vt in 4. arti. Autor dixit. Si nanq; circũstãtia aliqua talis est, vt cũ ipsa actus sit proportionatus, sine ipsa autẽ act9 non sit proportionatus, cõstat quod ad ipsam rationẽ virtuosi actus, respectu talis obiecti spectat. Si autẽ sine ipsa actus proportionatus est tali obiecto, patet quod non spectat ad rationẽ virtuosi actus respectu talis obiecti, vt patet in exẽplis allatis. Et in proposito, quia ordo charitatis spectat ad rationẽ virtuosi actus, quoniã sine ipso actus dilectionis non est proportionatus obiecto diligibili (Non enim dilectio proximi est proximo proportionata, si minus diligitur quã propriũ corpus diligentis. Et similiter dilectio domesticorũ non est eis proportionata, si minus diliguntur quàm extranei, & sic de aliis) ideo ordo charitatis concluditur sub præcepto. Et vnico verbo ratio hæc explanata tãgitur in litera, dicendo, Cum accipiatur secundum proportionem diligentis ad diligibile.

¶ In eodem articulo dubium est de ratione reddita in litera, scilicet, cum ordo charitatis accipiatur secundum proportionem dilectionis ad diligibile. Quoniam superius in quæst. 26. de ordine charitatis dictum est, quòd ordo charitatis attenditur penes duo, scilicet diligentem & diligibile. Quomodo ergo nunc soli diligibili attribuitur?

¶ Ad hoc dicitur, quòd verba literæ sunt intelligenda de diligibili simpliciter, vel huic, ita quòd ordo charitatis meę accipitur secundum proportionem dilectionis vel ad diligibile simpliciter, vel ad diligibile mihi: vt sic quicunq; ordo charitatis ex parte diligentis cadat sub præcepto, reducatur ad proportionem diligentis ad diligibile, vt hic dicitur: nec discrepat à suprà dictis, ad quæ se remittens hic Autor voluit hæc intelligi iuxta suprà determinata, quæ ad hanc breuem glossam reducuntur. Ordo enim charitatis ex parte diligibilis habet, vt propinquius Deo magis diligatur. Ex parte autem diligentis habet, vt propinquius mihi magis diligatur à me. Sed hic ordo reducitur ad proportionẽ dilectionis ad diligibile: quia propinquius mihi est magis diligibile à me. Et propterea sicut actus dilectionis respectu magis propinqui Deo, est improportionatus obiecto, nisi magis ametur quàm minus propinquum: ita actus meæ dilectionis respectu domestici mei, est improportionatus obiecto, nisi magis ametur à me, quam extraneus.

¶ In eodem articul. 8. in responsione ad primum, dubium occurrit, tum quoniã argumento non videtur responsio satisfacere. Non enim respondet illi compossibilitati, scilicet quòd aliquis diligit aliquem, puta fratrem carnalem quantũ debet: & cum hoc multo plus diligit consobrinum sine iniuria fratris carnalis, ex quo diligit ipsum fratrem carnalem quantum debet. Ad hoc enim in quo consistit vis argumenti, non respondetur an sit hoc incompossibile: & si est incompossibile, quare est incõpossibile: & tamen oportebat hæc in responsione docere. Tum quoniã propositio assumpta pro fundamento responsionis, scilicet homo plus satisfacit ei, quem plus diligit, impertinens, & falsa est. Impertinẽs quidem: quia satisfacere est actus iustitiæ: quæstio autem est de actu amoris amicitiæ. Falsa verò, quia maior dilectio non est ratio maioris satisfactionis, per se loquẽdo. Accidit enim homini diligenti, quòd teneatur facere satis dilecto. Et consequenter accidit homini plus diligenti aliquem, quòd teneatur plus dilecto plus satisfacere. Tum tertiò cõcessa dicta propositione, nõ rectè in litera proceditur ad intentum, quia subiuncta conditionalis, scilicet: & ita si minus diligeret aliquis eum quẽ plus debet diligere, plus vellet satisfacere illi, cui minus satisfacere debet: hæc, inquam, cõditionalis non infert efficaciter cõclusionem subiunctam, scilicet, Et sic fieret iniuria illi, quem plus deberet diligere: quoniam ex hoc quòd ego volo plus facere satis cui minus teneor: dũmodo faciam satis tibi, cui magis teneor, dando totum quod teneor: nõ facio tibi iniuriam: verbi gratia, & est exemplum ad propositum. Ego plus teneor fratri carnali, quam consobrino. Et hoc tamen quod ego fratri carnali relinquo de bonis meis, quantum leges statuunt, & vltra hoc talentum vnum auri: consobrino autem relinquo longè maius, puta decem millia talẽtorum, nullam iniuriam facio fratri carnali. Nulli enim iniuriam facit qui vtitur iure suo.

¶ Ad hæc dicitur, quod hic est sermo nõ de satisfactione exteriore, sed de satisfactione interioris amoris, quæ nihil aliud est, quã habere versus aliquẽ debitũ amorem, ita quod satisfactio addit supra amorem, rationem debiti. Et quod Autor destruit illam compossibilitatem ex eo, quod charitatis obiectum distributum est sic per prius & posterius, vt charitas habeat comparatiuã dilectionem, scilicet, plus Deo quàm aliis, plus sibi quã proximis, cui, plus quã corpori, & inter proximos plus coniuncto Deo, vel sibi, quàm remotiori. Et non debet solam absolutam dilectionem, vt argumentũ assumit. Non enim est putandum, quòd debeo fratri carnali tantam dilectionem absolutè, puta diligere secundũ quatuor gradus: sicut qui accipit mutuum, debet tantùm absolutè, puta

puta

centum, sed debet charitas dilectionem cõparatiuam, scilicet plus Deo, &c. vt dictum est: nec est quærenda alia causa, nisi quia hæc materia est magis proportionata actui dilectionis simpliciter, vel ad hoc, quàm altera. Et ad hoc insinuandum Autor in hac responsione semper comparatiua dilectione & satisfactione vsus est. Et per hoc patet solutio omnium.

¶ Sed hæc responsio falso innititur: nã si satisfactio addit ratiõne debiti, falsa est illa propositio, Homo plus satisfacit ei, quem plus diligit. Stat enim quod plus diligit sine debito, ac per hoc sine satisfactione. Quod etiam dicitur, quod charitas habeat necessario dilectionem comparatiuam respectu quorũcunque, non videtur vsquequaq; verum, vt patebit.

¶ Dicendum est ergo, quod hic est opus duplici distinctione. Prima est circa dilectionem, quòd duplex est: quædã ex debito, vt diligere Deũ, diligere patrẽ & proximum in cõmuni, & huiusmodi. Quædã ex supererogatione, vt diligere in particulari extra articulum necessitatis extraneos vel inimicos, & huiusmodi. Secunda est circa satisfacere, quod aliud est loqui de satisfacere, & aliud de facere. Nam satisfacere est actus iustitiæ, claudens rationẽ debiti: facere cõmune est tã ad id quod ex debito, quã ad id quod gratuito facimus. Hæc autẽ quatuor ita se habẽt inter se, quod amori ex debito respondet satisfacere: amori autẽ ex supererogatione respõdet facere. Ac per hoc homo plus diligens ex debito aliquẽ, plus ei satisfacit. Plus autẽ diligens aliquẽ ex supererogatione, plus ei facit.

¶ In litera ergo sermo totus est de diligere ex debito. Et propterea infra latitudinẽ seu rationem dilectionis ex debito sunt omnia dicta literæ exponenda, ita scilicet quod omnia sunt vera, salua ratione dilectionis ex debito. Sic enim verissima est proposito assumpta, Homo plus satisfacit ei quem plus diligit. Dilectio enim ex debito infert satisfactionem, & maior dilectio maiorem satisfactionem. Oportuit autem Autorem ordinem debiti amoris ex charitate declarare ex ordine sui effectus, qui est satisfacere. Quoniam ordo satisfactionis ad iustitiam manifestè spectat, & iniuriam alteri fieri, si peruertatur, manifestat. Vnde patet solutio secundæ obiectionis, ex hoc quod sanè intellecta illa proposito est vera & pertinens ad propositum.

¶ Ad primã autẽ obiectionẽ dicitur, quod dilectio ex debito respectu creaturæ, neq; est infinita simpliciter: quia nulla creatura est amabilis infinite: neq; est terminata ad certũ terminũ simpliciter, puta tantũ & non plus (quoniã tam pater, quã mater, quã extraneus sufficienter modo à me amatus, potest ex debito ampli9 amari, puta si accidat maior necessitas) sed est quodãmodo interminata & quodãmodo terminata. Nã extra necessitatis casum, sufficit vnũquẽq; diligere tantũ quãtum exterior actus illi debitus exigit. Verbi gratia, sufficit diligere patrẽ quantũ honoris actus illi debitus exigit, fratrẽ quantũ fraterna conuersatio atq; cõmunio requirit, & sic de aliis. Et quia sic diligere est vnũquenq; in suo gradu diligere: ideo huiusmodi dilectio sic est ad quemlibet absolutè, quod seruat cõparatiuã dilectionẽ ad alios: alias non in suo gradu quilibet amaretur. In casu autẽ necessitatis, si multorum est simul casus, plus amatus ex debito præponendus est: quia plus sibi debet fieri satis, cui plus debetur. Si autem vni tantũ posterioris gradus accidat casus, tũc ille magis diligendus pro tunc est quo ad hoc, sicut & magis est illi satisfaciendũ. Ex quibus patet primò, quod est implicatio incompossibilium, dicere quod ego diligam ex debito fratrem, quãtum debeo. Et cũ hoc diligã etiam ex debito plus consobrinum, nisi in casu in quo non peruertitur charitatis ordo: quoniã hoc habet charitatis ordo, vt in casu remotior prædiligatur. Patet secundò, quod Autor ex hoc ipso quod loquit̃ de dilectione ex debito, interimit illã assumptã, arguẽdo propositionẽ modo dictã, tanquam incompossibilia continentem.

¶ Ad tertiũ dicitur, quod stãdo infra terminos dilectionis ex debito, optima est illatio literę: quia vt dictũ est, huiusmodi dilectio est cõparatiua, quia vnũquẽq; in suo gradu diligit. Et cõsequẽter vnicuiq; iuxta suũ gradũ facit satis. Ex hoc enim manifestè sequitur, quod plus faciens satis illi, cui minus debetur, detrahit excellentiæ illius, cui magis debetur: quia qui aufert ab eo istam excellentiã, scilicet quod magis ametur, quàm alteri minus amãdus, aufert ab illo amorẽ, & satisfactionẽ debitã secundũ suum gradũ: quoniã secundũ suũ gradũ debet pręponi, & tamẽ de facto postponitur. Et propterea optime infertur, quod fit illi iniuria. Exẽplum autẽ de fratre & cõsobrino fallit: quia trãsit ad plus facere, quũ sermo noster sit de plus satisfacere. Et similiter trãsit ad amorẽ supererogationis, quũ sermo noster sit de amore debito. Concedimus enim quod põt cõsobrino plus facere, quã fratri carnali relinquendo ei maiores opes, quia hoc spectat ad amorẽ supererogationis respectu vtriusq;, scilicet tam fratris quã cõsobrini: & tu supererogatiõis amore potes plus amare consobrinũ quã fratrẽ carnalẽ. Ordo enim charitatis statut9 est tantũ in amore debito, & nõ in amore supererogationis. Quoniã in amore supererogationis quocũq; ordine nulli fit iniuria, sicut fit, ĩ amoris debiti ordine præpostero, vt Autor in litera docet, & declaratũ est. Veruntamẽ etiã oportet quod eadẽ charitas qua plus facis cõsobrino, faciat te plus satisfacere fratri, & simpliciter, & in casu: sicut charitas supererogãs inimico facit plus satisfacere amico simpliciter, & in casu.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA quinta de Dono sapientię, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de Dono sapientiæ quod respõdet charitati. Et primo de ipsa sapientia, secundò de vitio opposito. ¶ Circa primum quæruntur sex. ¶ Primò, vtrum sapientia debeat numerari inter dona Spiritussancti. ¶ Secundò, in quo sit sicut in subiecto. ¶ Tertiò, vtrum sapientia sit speculatiua tantùm, vel etiã practica. ¶ Quartò, vtrum sapientia, quæ est donũ, possit esse cum peccato mortali. ¶ Quintò, vtrum sit in omnib9 habentibus gratiam gratum facientem. ¶ Sextò, quæ beatitudo ei respondeat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum sapientia debeat inter dona Spiritussancti computari.

infra art. 4. ad. 1. & 2. Et 3. dist. 35. q. 1. art. 1. q. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sapientia nõ debeat inter dona Spiritussancti computari. Dona enim sunt perfectiora virtutibus, vt suprà dictũ* est. Sed virtus se habet solùm ad bonũ. Vnde &* Aug. dicit in lib. de Libero arbitrio, quod nullus virtutibus malè vtitur: ergo multò magis dona Spiritussancti se habent solùm ad bonum. Sed sapientia se habet etiam ad malum. Dicitur enim Iac. 3. Quædã sapientia est terrena, animalis, diabolica. Ergo sapientia non debet poni inter dona Spiritussancti.

1. 2. q. 68. art. 8. — Lib. 3. ca. 18. & 19. art. 9.

¶ 2 Præterea, Sicut Aug. dicit 12. de Trini.* Sapiẽtia est diuinarũ rerũ cognitio. Sed cognitio diuinarũ rerum, quã homo potest per sua naturalia habere, pertinet ad sapientiã, quæ est virtus intellectualis. Cognitio enim diuinorum supernaturalis pertinet ad fidẽ, quæ est virtus theologica, vt ex supra dictis * patet, ergo sapientia magis deberet dici virtus, quã donum.

Lib. 12. c. 19. tom. 3. — q. 4. art. 7. & 1. 2. q. 62. articu. 3.

¶ 3 Præterea, Iob. 28. dicitur, Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, & recedere à malo, intelligentia. Vbi secundum literã Septuaginta interpretũ: qua vtitur Aug.* habetur, Ecce, pietas ipsa est sapientia. Sed tam timor, quàm pietas ponuntur dona Spiritussancti. Ergo sapientia non debet numerari inter dona Spiritussancti, quasi donum ab aliis distinctum.

Lib. 14. de Tri. 1. & lib. 12 cap. 14. tom. 3.

¶ SED CONTRA est, quod Isa. 11. dicitur, requiescet super eũ Spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus.

¶ RESPONDEO, dicẽdum quòd secundum Philosophũ in principio Metaph.* Ad sapientem pertinet cõsiderare causam altissimã, per quã certissime de aliis iudicatur, & secundũ quã omnia ordinari oportet. Causa autem altissima dupliciter accipi potest, vel simpliciter, vel in aliquo genere. Ille ergo qui cognoscit causam altissimã in aliquo genere & per eã potest de omnib9, quæ sunt illius generis, iudicare & ordinare, dicitur esse sapiẽs in illo genere, vt in medicina vel architectura, secundũ illud. 1. ad Cor. 3. Vt sapiẽs architectus fundamentũ posui. Ille autẽ qui cognoscit causam altissimã simpliciter, quę est Deus, dicitur sapiens simpliciter, inquãtum per regulas diuinas omnia potest iudicare & ordinare. Huiusmodi autem iudiciũ consequitur homo per Spiritũsanctum: secundum illud. 1. ad Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia. Quia, sicut ibidem dicit̃, Spiritus omnia scrutatur etiã profunda Dei. Vnde manifestum est quòd sapientia est donum Spiritussancti.

Lib. 1. c. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod bonũ dicitur dupliciter. Vno modo, quia est verè bonũ & simpliciter perfectum: alio modo dicitur aliquid esse bonũ secũdum quandã similitudinem, quod est in malitia perfectum, sicut dicitur bonus latro, vel perfectus latro: vt patet per Philosophum in 5. Metaphy.* Et sicut circa ea quæ sunt vere bona, inuenitur aliqua altissima causa, quæ est summũ bonũ, quod est vltimus finis, per cuius cognitionẽ di-

Tex. 21.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ quartæ Articulum primum.

IN articul. 1. quæst. 45. in respõsione ad secũdum dubiũ occurrit circa differẽtiã inter fidem & sapientiã. Non enim videtur rectè differẽtiã assignare penes hoc, quod fides assentit veritati diuinæ secundũ seipsum, Sapientia autẽ iudicat secũdum veritatẽ diuinam: aut enim differẽtia ista consistit in differẽtia inter actũ assensus & iudicij, aut in differentia rei, cui assentitur & quæ iudicatur: aut in ratione assensus & iudicij. Non in hoc vltimo: quoniam vtrobique dicitur in litera, secundum veritatem diuinam. Non in secundo, quia tã fides quàm sapientia est principaliter Dei, & secundariò aliorum. Non in primo: quia in ratione assensus importatur iudicium. Quicunq; enim assentit absque formidine iudicat sic esse, & econuerso.

¶ Ad hoc dicitur, quod differentia ista consistit in primo, in differentia scilicet inter assensum & iudicium. Assensus nanque est determinatio sui ad alteram partem contradictionis: Quicunq; enim assentit alicui affirmationi, vel negationi siue ex euidentia rei, siue ex autoritate dicentis, siue ex signis, ex hoc dicitur assentire, quod seipsum secundum intellectiuam partem determinat ad talem partem. Iudicium autem est determinatio rei vt est, vel esse debet. Ex hoc enim aliquis dicitur iudicare aliquid, quod determinat illud sic esse vel sic debere esse. Et quamuis vtrũq; alterum inferat, quia determinans seipsum ad alteram partem, determinat illam sic esse, & econtrà, determinans aliquid sic esse, determinat se ad illam partem: formaliter tamẽ differunt, vt dictũ est. Et assensus prior videtur iudicio secundũ naturã. Et differẽtiæ quidem signũ est, quod videmus quod nesciẽtes determinare, quæ cõtradictionis pars vera sit in aliqua materia, puta conceptionis beatæ Virginis, abstinent à iudicio: & cum hoc determinantes se ad vnam partẽ, credũt illam, tanquã aliud sit iudicare, aliud assentire. Et dum audimus bellorũ, aut quorumcunque gestorum historias, credere nos fatemur, non iudicare, tanquã nos determinemus ad narrata, non narrata* ipsa. Ordinis verò signum est, quod qualiter vnusquisque affectus est, taliter iudicat de re, vt patet in gustu febricitantis. Hoc enim insinuat, quod prius natura est determinatio sui ad aliquid, quàm iudiciũ de illo. Et propterea sapientia in litera ponitur differens à fidẽ secundũ differentiam iudicij ab assensu: & ponitur posterior fide. Inter fidẽ ergo & sapientiam hæc est differẽtia, quod fidei primo est assensus: sapiẽtiæ vero primo est iudiciũ. Dico autem primò, tum quia vnum infert reliquũ: tum quia nõ intelligo dona Spiritussancti sic distingui à virtutibus theologicis, vt perficiant ad actus disparatos: sed vt perficiant inchoationem bonitatis, quã actus, qui non primò, sed secundario sunt theologicarum virtutũ, ab illis sortiũtur. Verbi gratia. Fidei actus primò est assentire, & eiusdem est etiam percipere, & iudicare & secũdũ Deum & secundũ causas creatas, & applicare ad singularia, vt patet in homine existẽte in peccato mortali, cauẽte tamẽ se ab idololatria, homicidio, furto, eunte ad prædicationes, & missas. Talis enim absque donis

* Vel, causa.

Spiritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritussancti, quæ non possunt esse informia, q fidem percipit diuina iudicat cauendum ab idolatria secundum altissimam causam, & ab homicidio etiam secundū causam creatam, quia non est nocendum proximo, & applicat se ad particulares executiones obsequij fidei in missis, &c. qui tamen actus spectat ad dona intellectus, sapientiæ, scientiæ, & consilij. Sed hi actus nō perfecti sunt ita à fide quin egeant dono rum perfectione, à quibus cum eliciuntur, non alij, sed alio modo, vt scilicet oriuntur ex instinctu Spiritussancti eliciūtur, vt de dono sapientiæ in ꝓposito dicitur, quod à sapientia eliciur iudicium secundum quandam connaturalitatem ad diuina.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ quintæ Articulum secundum.

Cap.3. IN articul. 2. eiusdem quæstionis dubiū est, Quare fides cum charitate non sufficit ad iudicandum per connaturalitatem secundum causam diuinam, cùm fides intellectui, & charitas voluntati sit sit ad hoc. Vt quid multiplicatio hæc enrium, vt oporteat addere donum sapientiæ? Et simile est de aliis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd iam ostensa est necessitas donorum vltra virtutes, in quæst. 68. præcedentis libri, quoniam scilicet oportet animæ adesse dispositionem, qua mobilis sit à Spiritu sancto per instinctum ad iudicandum, secundū causam altissimam, & hæc est donum sapientiæ: & sic de aliis, vt ibi diffuse declaratum est. Et nunc additur etiā, quia oportet habere singulos habitus primò respicientes actus, qui secundario à virtutibus respiciuntur. Vnde nullum donū ponitur pro assensu, qui primo est fidei, sed pro aliis actibus secundarijs. Sic enim anima perfecta redditur ad opera supernaturalia proximè & completè.

¶ Sup Quæstionis quadragesimæ quintæ Articulum tertium.

IN articul. 3. in responsione ad primum perspice quod practicū & speculatiuū vniuntur in vno superioris ordinis, & hinc vide quàm bene alibi scripserimus.

¶ Super

citur homo verè sapiens: ita etiam in malis est inuenire aliquid, ad quod alia referūtur, sicut ad vltimum finem, per cuius cognitionē homo dicitur esse sapiens ad male agendū, secundum illud Hieremiæ. 4. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Quicunq; autem auertitur à fine debito, necesse est quòd aliquem finem indebitum sibi præstituat: quia omne agens agit propter finem. Vnde si præstituat sibi finē in bonis exterioribus terrenis, vocatur sapientia terrena: si autem in bonis corporalibus, vocatur sapientia animalis: si autem in aliqua excellentia, vocatur sapiētia diabolica, propter imitationem superbiæ diaboli: de quo dicitur Iob. 41. Ipse ex rex super omnes filios superbiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sapientia quæ ponitur donū Spiritussancti, differt ab ea quæ ponitur virtus intellectua lis acquisita. Nam illa acquiritur studio humano: hæc autem est de sursum descēdens, vt dicitur Iac. 3. Similiter &'differt à fide. Nam fides assentit veritati diuinæ secundum seipsam. Sed iudicium, quod est secundum veritatem diuinam, pertinet ad donū sapientiæ. Et ideo donum sapientiæ præsupponit fidem: quia vnusquisque bene iudicat qui cognoscit, vt dicitur in primo Ethicorum*.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut pietas, quæ pertinet ad cultum Dei, est manifestatiua fidei, inquantum per cultū Dei protestamur fidem: ita etiam pietas manifestat sapientiam. Et propter hoc dicitur quòd pietas est sapientia, & eadem ratio ne timor. Per hoc enim ostenditur quòd homo habet rectum iudicium de diuinis, quòd Deum timet & colit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum sapientia sit in intellectu sicut in subiecto.

3 dist. 35. q. 2. art. 1. q. 3. Cap. 18. tom. 2. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ sapientia nō sit in intellectu sicut in subiecto. Dicit enim Augu. in lib. de Gratia noui Testamenti,* quòd sapientia est charitas Dei. Sed charitas est sicut in subiecto in voluntate, non intellectu: vt suprà † habitum est. Ergo sapientia non est in intellectu sicut in subiecto.

† q. 24. tom. 1. ¶ 2 Præterea, Eccles. 6. dicitur, Sapientia doctrinæ secundum nomen eius est, dicitur enim sapientia quasi sapida scientia: quod videtur ad affectum pertinere, ad quem pertinet experiri spirituales delectationes siue dulcedines. Ergo sapientia non est in intellectu, sed magis in affectu.

¶ 3 Præterea, Potentia intellectiua sufficiēter perficitur per donum intellectus. Sed ad id quod potest fieri per vnum, superfluum est plura ponere. Ergo non est in intellectu.

¶ SED CONTRA est, quod Gregor. dicit in 2. Moral. * ꝙ sapientia contrariatur stultitiæ. Sed stultitia est in intellectu. ergo & sapientia.

Ar. prec. ¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est,* sapientia importat quandā rectitudinē iudicij secundum rationes diuinas. Rectitudo autē iudicij potest contingere dupliciter. Vno modo secundū perfectū vsum rationis: alio modo propter cōnaturalitatem quandā ad ea, de quib⁹ iam est iudicandū: sicut de iis, quæ ad castitatē pertinēt, p rationis inquisitionē rectè iudicat ille qui didicit scientiā moralem. Sed per quandā connaturalitatē ad ipsam, recte iudicat de eis ille, qui habet habitum castitatis. Sic ergo circa res diuinas ex rationis inquisitione, rectum iudicium habere pertinet ad sapientiam, quæ est virtus intellectualis. Sed rectum iudicium habere de eis secundum quandā connaturalitatem ad ipsas, pertinet ad sapientiam, secundum quod donum est Spiritus sancti. Sicut Dionys. dicit in 2. cap. de Diuin. no. quòd Hierotheus est perfectus in diuinis, non solùm discens, sed & patiens diuina. Huiusmodi autem compassio siue connaturalitas ad res diuinas fit per charitatem, quæ quidem vnit nos Deo: secundum illud. 1. ad Corinth. 6. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Sic ergo sapientia, quæ est donum, causam quidem habet in voluntate, scilicet charitatem: sed essentiam habet in intellectu, cuius actus est recte iudicare, vt suprà habitum* est.

Ar. prec. & 2. q. 11. arti. 1. ad 2. & q. 14. ar. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Augustinus loquitur de sapientia, quantum ad suam causam, ex qua etiam sumitur nomen sapientiæ: secundum quod saporem quendā importat.

¶ Vnde patet responsio ad secundū: si tamē iste sit intellectus istius autoritatis, quod non videtur, quia talis expositio non conuenit, nisi secundum nomen quod habet sapientia in Latina lingua. In Græco autē non cōpetit, & forte nec in aliis linguis. Vnde potius videtur nomen sapientiæ ibi accipi pro eius fama, quæ à cunctis commendatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intellectus habet duos actus, scilicet præcipere & iudicare, ad quorum primum ordinatur donum intellectus: ad secundum autem secundum rationes diuinas donum sapientiæ, sed secundum rationes humanas donum scientiæ.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum sapientia sit speculatiua tantum an etiam practica.

Supra. q. 10. arti. 7. cor. Et 2. q. 64. art. 5. cor. Et lib. 35. q. 2. ar. 1. q. 3. cor. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sapientia non sit practica, sed speculatiua tantùm. Donū enim sapientiæ est excellentius, quàm sapientia, secundū quod est intellectualis virtus. Sed sapientia, secundū quod est intellectualis virtus, est speculatiua tantùm. Ergo multò magis sapiētia, quæ est donum, est speculatiua, & non practica.

¶ 2 Præterea, Practicus intellectus est circa operabilia, quæ sunt cōtingentia. Sed sapientia est circa diuina, quæ sunt æterna & necessaria. Ergo sapientia non potest esse practica.

Cap. 28. ¶ 3 Præterea, Greg. dicit in 6. Moral. quòd in contemplatione principium, quod Deus est, quæritur. In operatione autem sub graui necessitatis fasce laboratur. Sed ad sapientiam pertinet diuinorum visio, ad quam non pertinet sub aliquo fasce laborare: quia, vt dicitur Sap. 8. Non habet amaritudinem conuersatio eius, nec tædium conuictus illius. Ergo sapientia est contemplatiua tantùm, non autem practica siue actiua.

¶ SED CONTRA est, quod dicit ad Colos. 4. In sapiētia ambulate ad eos q foris sunt. Hoc aūt pertinet ad actionē. Ergo sapientia non est solum speculatiua, sed etiam practica.

Cap. 14. tom. 3. ¶ RESPONDEO, dicendū quòd sicut Augustinus dicit in 12. de Trinit.* Superior pars rationis sapientiæ deputatur, inferior autem scientiæ. Superior autem ratio, vt ipse in eodem lib.* dicit, intendit rationibus supernis, scilicet diuinis & conspiciendis, & consulendis: conspiciendis quidem secundum quod diuina in seipsis contemplatur: consulendis autem, secū dum quod per diuina iudicat de humanis actib⁹, per diuinas regulas dirigens actus humanos. Sic ergo sapientia, secundum quod est donum, non solùm est speculatiua, sed etiā practica.

* Cap. 7.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quantò aliqua virtus est altior, tantò ad plurima se extendit, vt habetur in libro de Causis.* Vnde ex hoc ipso, quòd sapientia, quæ est donum, est excellentior quam sapientia, quæ est virtus intellectualis, vt pote magis de propinquo Deum attingens per quādam spiritus vnionem animæ ad ipsum: habet quòd non solū dirigat in contemplatione, sed etiam in actione.

propos. 10.

¶ Ad secundum dicendum, quòd diuina in se quidem sunt necessaria & æterna. Sunt tamen regulæ contingentium, quæ humanis actibus subsunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd prius est considerare aliquid in seipso, quam secundum quod ipsum ad alterum comparatur. Vnde ad sapientiam per prius pertinet contemplatio diuinorum, quæ est visio principij, & posterius dirigere actus humanos secundū rationes diuinas. Nec tamen in actibus humanis ex directione sapientiæ prouenit amaritudo aut labor. Sed potius amaritudo propter sapientiam vertitur in dulcedinem, & labor in requiem.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum sapientia possit esse sine gratia, & cum peccato mortali.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd sapiētia possit esse sine gratia & cum peccato mortali. Dicipue

cipuè sancti gloriantur: secundū illud 2. ad Corinth. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Sed de sapientia sua non debet aliquis gloriari: secundum illud Ier. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua. Ergo sapientia potest esse sine gratia cum peccato mortali.

Ar. 1. huius q. ¶ 2 Præterea, Sapientia importat cognitionem diuinorum, vt dictum est.* Sed aliqui cum peccato mortali possunt habere cognitionem veritatis diuinæ, secundum illud Rom. 1. Veritatem Dei in iniustitia detinet. Ergo sapientia potest esse cum peccato mortali.

Cap. 18. tom. 3. ¶ 3 Præterea, Aug. dicit in 15. de Trin.* de charitate loquens, Nullū est isto Dei dono excellētius: hoc solum est q d diuidit inter filios regni æterni, & filios perditionis æternæ. Sed sapiētia differt à charitate. Ergo nō diuidit inter filios regni & filios perditionis. Ergo potest esse cum peccato mortali.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur, Sap. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

art. 2. huius q. art. 2. & supra q. 23. art. 6. † 2. 24. art. 12. ¶ RESPONDEO, dicendū ꝙ sapientia, quæ est donum Spiritussancti, sicut dictū est,* facit rectitudinem iudicij circa res diuinas, vel per regulas diuinas de aliis ex quadā connaturalitate siue vnione ad diuina, quæ quidem est per charitatem, vt dictū est.* Et ideo sapiētia de qua loquimur, præsupponit charitatem. Charitas aūt non potest esse cū peccato mortali, vt ex supradictis † patet. Vnde relinquitur, ꝙ sapientia, de qua loquimur, non potest esse cum peccato mortali.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd illud intelligendū est de sapientia in rebus mūdanis, siue etiā in reb⁹ diuinis per rationes humanas, de qua sancti non gloriātur. Sed eam se fatentur non habere, secundū illud Prou. 30. Sapientia hominū non est mecum. Gloriātur aut é de sapientia diuina, secundum illud. 1. ad Cor. 1. Facta est nobis sapientia à Deo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de cognitione diuinorum, quæ habetur per studium & inquisitionem rationis, quæ potest haberi cum peccato mortali, non autem de illa sapientia, de qua loquimur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sapientia etsi differat à charitate, tamen præsupponit eam: & ex hoc ipso diuiditur inter filios perditionis & regni.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum sapientia sit in omnibus habentibus gratiam.

1. 2. q. 68 ar. 5. ad. 1. *¶ Super Quæstionis quadragesimæ quintæ Articulum quintum.*

IN arti. 5. omisso quarto, dubium occurrit, Quo pacto sapientię donum secundū altiorem gradū spectet ad gratiā gratis datā, cùm sapientiæ donū secundum totā latitudinem perfectionis suæ gratū faciat. Cō stat enim quod sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, &c. Ac per hoc sapiētiæ donum simpliciter gratum facies, maius, magis gratum faciet. Gratia autē gratis data differt à gratum faciente, penes gratum facere & non gratum facere, apud Autorem in prima secundæ quæstio. 111. artic. primo ad vltimum.

Cap. 36. ¶ Ad huius rei euidentiā scito⁹, quod sapientia sicut & scientia dupliciter potest augeri, scilicet intensiuè & extensiuè. Ex parte, scilicet subiecti vel obiecti, vt superius declaratum fuit. Et licet vtrunq; perficiat habentem, diuersimode tamē, quia augmentū intensiuum per se primò ordinatur ad perfectionem habentis in seipso. Per hoc enim quod aliquis magis cognoscit, & magis ex ipso scit regulare seipsum, magis Deo vnitur. Augmentū verò extensiuum ad sui & aliorum vtilitatem ordinatur. Per hoc enim q⁹ aliquis plura cognoscit de Deo & directione actuum secundū Deum, quā suæ salutis necessitas poscit, & ipse redditur melius dispositus in seipso, & ad alios in Deū reducendos, ordinatur.

Quum autē gratia gratū faciens ordinatur ad vnionē habētis eam cū Deo, gratia autem gratis data ad vtilitatē alio rum, consequēs est, vt sapientiæ augmētum extensiuū ex ea parte, qua ad aliorum vtilitatē ordinatur, inter gratias gratis datas sit: ex ea verò parte, qua bonitatē habentis perficit, ad gratiæ gratū faciēs bene esse spectet. Et per hæc patet solutio obiectorū. Nam augmentū intensiuū sapientiæ, de quo regula sicut simpliciter, verificatur, ad gratiā gratū faciē tem spectare concedimus: & abundantia extē siua sapientiæ, vt sic, nō gratū, nec gratiorem facit. Formaliter enim intelligendū est cum dicitur, quòd gratia gratis data non gratum facit.

¶ In vltimo articul. nihil occurrit scribendum.

¶ Super

qui sapientiā sortiuntur. Quidā enim tantùm sortiuntur de recto iudicio tam in contēplatione diuinorum, quàm etiā in ordinatione rerum humanarū, secundū diuinas regulas, quātùm est necessarium ad salutē. Et hoc nulli deest sine peccato mortali existenti p gratiā gratum facientem, quia si natura non deficit in necessariis, multò minus gratia. Vnde dicitur. 1. Ioan 2. Vnctio docet vos de omnib⁹. Quidā autē altiori gradu perficiunt sapientiæ donū. Et quantum ad contēplationem diuinorum, in quantū scilicet altiora quædā mysteria & cognoscunt, & aliis manifestare possunt, & etiā quātum ad directionem humanorū secundum regulas diuinas, inquantum possunt secundū eas non solùm seipsos, sed etiā alios ordinare. Et iste gradus sapiētiæ non est cōmunis omnibus habentib⁹ gratiā gratum faciētem, sed magis pertinet ad gratias gratis datas, quas Spiritussanctus distribuit, prout vult, secundum illud 1. ad Cor. 12. Alij datur per Spiritum sermo sapientiæ, &c.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus loquitur ibi de sapientia, secundum quod se extendit ad occulta mysteria diuinorum, sicut & ibidem dicitur, Loquimur Dei sapientiā in mysterio, quæ abscondita est.

¶ Ad secundum dicendum, quod quāuis ordinare alios homines, & de eis iudicare, pertineat ad solos Prælatos: tamen ordinare proprios actus & de eis iudicare, pertinet ad vnumquemque, vt patet per Dionys. in epistola ad Demophylum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd amentes baptizati, sicut & pueri, habent quidem habitum sapientiæ, secundum quòd est donum Spiritussancti: sed non habent actum propter impedimē tum corporale, quo impeditur in eis vsus rationis.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum septima beatitudo respondeat dono sapientiæ.

1. 2. q. 69. art. 3. cor. fi. & ad 1. & art. 4. cor. fin. & 3. dist. 34. q. 1. art. 4. & 6. cor. AD SEXTVM si proceditur. Videtur quòd septima beatitudo non respōdeat dono sapientiæ. Septima enim beatitudo est, Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Vtrumque autem horum pertinet immediatè ad charitatem. Nam de pace dicitur in Psalm. 118. Pax multa diligētibus legē tuam. Et Apostolus dicit Rom. 5. Charitas dei diffusa est in cor dibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Qui quidē est Spiritus adoptionis filiorū, in quo clamamus, Abba pater, vt dicitur Rom. 8. Ergo septima beatitudo magis debet attribui charitati, quàm sapientiæ.

¶ 2 Præterea, Vtrumque magis manifestatur per proximum effectum quàm per remotum. Sed proximus effectus sapiētiæ videtur esse charitas: secundū illud Sap. 7. Per nationes in animas sanctas se transfert, amicos dei & prophetas constituit. Pax autem & adoptio filiorum videntur esse remoti effectus, cum procedant ex charitate, vt dictū * est. Ergo beatitudo sapientię respondens, deberet magis determinari secundum dilectionem charitatis quàm secundum pacem.

¶ 3 Præterea, Iaco. 3. dicitur, Quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde autem pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Beatitudo ergo correspondens sapientiæ non magis debuit accipi secundum pacem, quam secundum alios effectus cælestis sapientiæ.

q. 39. ar. 3. ¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit in lib. de Sermone Domini in monte,* quòd sapientia conuenit pacificis, in quibus nullus motus est rebellis, sed obtemperans rationi.

lib. 1. c. 9. tom. 4. ¶ RESPONDEO dicendum, quod septima beatitudo cōgruè adaptatur dono sapientiæ, & quātùm ad meritum, & quātùm ad præmiū. Ad meritum quidē pertinet qd dicitur, Beati pacifici. Pacifici autē dicuntur quasi pacem faciētes vel in seipsis, vel in aliis, quorum vtrumque contingit per hoc, ꝙ ea in quibus pax constituitur, ad debitum ordinem rediguntur. Nam pax est tranquillitas ordinis, vt * Augustinus dicit 19. de Ciuit. Dei. Ordinare autem pertinet ad sapientiam, vt patet per Philosophum in principio Metaph.* Et ideo esse pacifici conuenienter attribuitur sapientiæ: ad præmium autem pertinet

cap. 13. tom. 5. * lib. 1. cap. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

tinet qđ dicitur, Filij Dei vocabuntur. Dicuntur autem aliqui filij Dei, inquantũ participant ſimilitudinem filij vnigeniti & naturalis: ſecundũ illud Rom. 8. Quos pſciuit conformes fieri imaginis filij ſui: qui quidē eſt ſapientia genita. Et ideo participando donum ſapientiæ, ad Dei filiationem homo pertingit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitatis eſt habere pacem. Sed facere pacem eſt ſapientiæ ordinantis. Similiter autem Spiritusſanctus intantum dicitur ſpiritus adoptionis, inquantum per eum datur nobis ſimilitudo filij naturalis, qui eſt genita ſapientia.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illud eſt intelligendum de ſapientia increata, quæ primò ſe nobis vnit per donum charitatis: & ex hoc reuelat nobis myſteria, quorum cognitio eſt ſapientia infuſa. Et ideo ſapientia infuſa, quæ eſt donum, non eſt cauſa charitatis, ſed magis effectus.

art. 3. huius q.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ ſicut iam dictũ eſt, *ad ſapientiã, ſecũdum ꝙ eſt donũ, pertinet non ſolũ cōtēplari diuina, ſed etiã regulare humanos actus. In qua quidē directione primò occurrit remotio à malis, quæ contrariantur ſapientiæ. Vnde & timor dicitur eſſe initium ſapientiæ inquantum facit recedere à malis. Vltimum autem eſt ſicut finis, quo omnia ad debitũ ordinem rediguntur: quod pertinet ad rationē pacis. Et ideo cōuenienter Iacobus dicit, quòd ſapientia, quę de ſurſum eſt, quæ eſt donum Spiritusſancti, primum eſt pudica, quaſi vitans corruptelas peccati: deinde autem pacifica quod eſt finalis effectus ſapientiæ, propter ꝙ ponitur beatitudo. Iam verò omnia quæ conſequuntur, manifeſtant ea per quæ ſapientia ad pacem perducit ordine congruo. Nam homini p pudicitiã à corruptelis recedenti primò occurrit, ꝙ quantùm ex ſe poteſt, modum in omnibus teneat: & quantum ad hoc dicitur, modeſta. Secundò, vt in iis in quibus ipſe ſibi non ſufficit, aliorum monitis acquieſcat: & quantũ ad hoc ſubdit, ſuadibilis. Et hęc duo pertinent ad hoc, quòd homo conſequatur pacem in ſeipſo. Sed vlterius ad hoc, quòd homo ſit pacificus etiam aliis, primò requiritur, vt bonis eorum non repugnet: & hoc eſt quod dicit, Bonis conſentiens. Secundò, quòd defectibus proximi compatiatur in affectu, & ſubueniat effectu: & hoc eſt quod dicitur, Plena miſericordia & fructibus bonis. Tertiò requiritur, vt charitatiuè emendare peccata ſatagat: & hoc eſt quòd dicit, Iudicãs ſine ſimulatione, ne ſcilicet correctionem prætendens, odium intendat explere.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA SEXTA de Stultitia, quæ Sapientiæ oppoſita eſt, in tres articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ eſt de Stultitia, quæ opponitur ſapientiæ. ¶ Et circa hoc quæruntur tria. ¶ Primò, vtrũ ſtultitia opponatur ſapientiæ. ¶ Secundò, vtrum ſtultitia ſit peccatum. ¶ Tertiò, ad quod vitium capitale reducatur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum ſtultitia opponatur ſapientiæ.

Supra. q. 8 art. 6. ad 1.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ſtultitia non opponatur ſapientiæ. Sapientiæ enim directè videtur opponi inſipientia. Sed ſtultitia non videtur eſſe idem ꝙ inſipientia: quia inſipientia videtur eſſe ſolùm circa diuina, ſicut & ſapientia. Stultitia autem ſe habet & circa diuina, & circa humana. Ergo ſapientiæ non opponitur ſtultitia.

¶ 2 Præterea, Vnum oppoſitorum non eſt via perueniendi ad aliud. Sed ſtultitia eſt via pueniēdi ad ſapiētiam. Dicitur enim 1. ad Cor. 3. Si quis videt inter vos ſapiēs eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Ergo ſapientiæ non opponitur ſtultitia.

¶ 3 Præterea, Vnum oppoſitorũ non eſt cauſa alterius. Spiētia autē eſt cauſa ſtultitiæ. Dicitur enim Ier. 10. Stultus factus eſt omnis homo à ſciētia ſua. Sapiētia autem quædã ſciētia eſt. Et Iſa. 47. dicitur, ſapientia tua & ſcientia, hæc decepit te. Decipi autē ad ſtultitiã pertinet. * ergo ſapiētiæ nõ opponit ſtultitia.

Lib. 10. cap. 18. *ca. 27.

¶ 4 Præterea, Iſidorus dicit in lib. Etymologiarũ, * ꝙ ſtultus eſt qui p ignominiã non cōmouetur ad dolorē, & qui non mouetur iniuria. Sed hoc pertinet ad ſapientiã ſpiritualē, vt Gregor. dicit in 10. Moral. *Ergo ſapiētiæ non opponitur ſtultitia.

¶ SED CONTRA eſt quòd Grego. dicit in 2. Moral.* Quòd donum ſapientiæ datur contra ſtultitiam.

Cap. 36.

¶ RESPONDEO, dicendũ quòd nomē ſtultitiæ à ſtupore videtur eſſe ſumptũ. Vnde Iſido. dicit in lib. Ethymologiarũ. *Stultus eſt q propter ſtuporē non mouetur. Et differt ſtultitia à fatuitate, ſicut ibidē dicitur: quia ſtultitia importat hebetudinē cordis, & obtuſionē ſenſuum: fatuitas autem importat totalem ſpiritualis ſenſus priuationem: & ideo conuenienter ſtultitia ſapientiæ opponitur. Sapiens enim, vt ibidē Iſidorus dicit, dictũ eſt à ſapore: quia ſicut guſtus eſt aptus ad diſcretionē ſaporis ciborum, ſic ſapiēs ad dignoſcentiã rerũ atq; cauſarũ. Vnde patet, ꝙ ſtultitia opponitur ſapientiæ ſicut contrarium: fatuitas autē ſicut pura negatio. Nam fatuus caret ſenſu iudicãdi: ſtultus autē habet ſenſum, ſed hebetatum; ſapiens autem ſubtilem & perſpicacem.

Lib. 10. cap. 13.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſicut Iſidorus ibidē dicit, inſipiēs contrarius eſt ſapienti, eò quòd ſine ſapore eſt diſcretionis & ſenſus. Vnde idē videtur eſſe inſipientia cum ſtultitia. Præcipuè autem videtur aliquis eſſe ſtultus, quando patitur defectũ in ſumma iudicij, quæ attenditur ſecundũ cauſam altiſſimã. Nam ſi deficiat in iudicio circa aliquid modicum, non ex hoc vocatur aliquis ſtultus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod ſicut eſt quædam ſapientia mala, vt ſuprà dictum eſt, * quæ dicitur ſapientia ſeculi, quia accipit pro cauſa altiſſima, & fine vltimo aliquod terrenum bonũ, ita etiam eſt aliqua ſtultitia bona huic ſapientiæ malæ oppoſita, per quam aliquis terrena contemnit. Et de hac ſtultitia loquitur Apoſtolus.

q. præc. art. 4. & 1. ad 1.

¶ Ad tertium dicendum, quod ſapientia ſeculi eſt, quæ decipit & facit eſſe ſtultum apud Deum: vt patet per Apoſtolum. 1. ad Corinth. 3.

¶ Ad quartum dicendum, quod non moueri iniuriis quandoque quidem contingit ex hoc quòd homines non ſapiunt terrena, ſed ſola cæleſtia. Vnde hoc nõ pertinet ad ſtultitiã mundi, ſed ad ſapientiam Dei, vt Greg.* ibidē dicit. Quandoque autem contingit ex hoc, quod homo eſt ſimpliciter circa omnia ſtupidus, vt patet in amentibus, qui non diſcernunt quid ſit iniuria. Et hoc pertinet ad ſtultitiam ſimpliciter.

Lib. 10. cap. 27.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum ſtultitia ſit peccatum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd ſtultitia non ſit peccatum. Nullum enim peccatum prouenit in nobis à natura. Sed quidam ſunt ſtulti naturaliter. ergo ſtultitia non eſt peccatum.

Infra art. 3 cor.

¶ 2 Præterea, Omne peccatum eſt voluntariũ: vt Aug. dicit.* Sed ſtultitia non eſt voluntaria. Ergo non eſt peccatum.

Lib. de vera relig. Cap. 14. tom. 1.

¶ 3 Præterea, Omne peccatũ opponitur alicui præcepto diuino. Sed ſtultitia nulli præcepto opponitur. Ergo ſtultitia non eſt peccatum.

¶ SED CONTRA eſt, quod dicitur Prouer. 1. Proſperitas ſtultorum perdet eos. Sed nullus perditur niſi pro peccato. ergo ſtultitia eſt peccatum.

¶ RESPONDEO, dicendum quod ſtultitia, ſicut dictũ eſt, * importat quendam ſtuporem ſenſus in iudicando: & præcipuè circa altiſſimam cauſam, quæ eſt finis vltimus & ſummum bonum. Circa quod aliquis poteſt pati ſtuporem in iudicando, dupliciter. Vno modo ex diſpoſitione naturali, ſicut patet in amentibus, & talis ſtultitia non eſt peccatum. Alio modo inquantum immergit homo ſenſum ſuum rebus terrenis quo redditur eius ſenſus ineptus ad percipienda diuina: ſecundum illud 1. ad Cor. 2. Animalis homo nõ percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, ſicut etiam homini habenti guſtum infectũ malo humore, non ſapiunt dulcia. Et talis ſtultitia eſt peccatũ. Et per hoc patet reſponſio ad primum.

art. præc.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis ſtultitiam nullus velit: vult tamen ea, ad quæ conſequitur eſſe ſtultum, ſcilicet abſtrahere ſenſum ſuum à ſpiritualibus, & immergere terrenis. Et idem etiam contingit in aliis peccatis. Nam luxurioſus vult delectationem, ſine qua non eſt peccatum, quanuis non ſimpliciter velit peccatum: vellet enim frui delectatione ſine peccato.

¶ Ad tertium dicendum, quod ſtultitia [d] opponitur præceptis quæ dantur de contemplatione veritatis: de quibus ſupra habitum eſt, *cùm de ſcientia & intellectu ageretur.

D. 1043. q. 10. ar. 2

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ſtultitia ſit filia luxuriæ.

AD TERTIVM ſic pceditur. Videtur quod ſtultitia non ſit filia luxuriæ. Greg. enim 13. Moral. enumerat luxuriæ

Iob. 5 principio. * Cap. 31.

¶ Super Quæſtionem quadrageſimam ſextam.

IN quæſti. 46. aduerte quod ea quæ p metaphorã explanãtur, oportet ſanè intelligi iuxta ſubiectã materiã, ne penuria vocabulorum nos fallat. Cũ igitur ſtultitia penes hebetudinē attendi dicitur, & penes hoc idē attēdi dictũ ſit vitiũ contrariũ dono intellectus, vt patet in quæſt. 15. artic. 2. ſcito quod obtuſio ſenſus ſpiritualis q eſt intellectus, inquantũ impedit perceptionē diuinorũ, contrariatur intellectus dono: inquantũ autem impedit iudicium eorundē ſecundũ altiſſimã cauſam, cõtrariatur dono ſapientiæ. Et illo modo conſtituit hebetudinē, vel cæcitatē mentis: iſto autē ſtultitiã, vel fatuitatē. Et hæc pro tota hac quæſtione ſufficiant, ac de tractatu charitatis.

¶ Super

¶ Super Quæſtionis quadrageſimæ ſeptimæ Articulum primum.

IN quæſtio. 47. vbi incip. quartus huius operis tractatus, in articulo primo in reſponſione ad tertium, aduerte differentiam inter artem & prudentiam, quod licet vtraque ordinetur ad opus, & in hoc eodem fine conueniant (quia totius practicæ rationis quæ comprehendit artem & prudentiam, finis eſt opus) differentia tamen inter eas eſt, quod applicatio ad opus eſt ipſa prudentia. Applicatio artis autē non eſt ab ipſa arte. Non enim ars medicinæ applicat ſe ad ſanandũ: ſed vt dicit nono Metaphy. applicatur ab electione, quæ eſt extrinſeca ab arte. Prudentia autem applicat ſeipſam ad opera, quia ipſe actus voluntatis qui eſt vti ipſamet, ad prudentiæ rationem ſpectat quæ in ratione eſt, non abſolute, ſed vt mouetur à voluntate, ſicut & præceptum. Et hinc fit, vt applicari vel non applicari ad opus voluntarie, non vituperet artem, ſed prudentiã. Neque enim minus doctus Medicus cēſetur qui noluit quando oportuit ſanare, ſed minus prudens habetur, qui quando oportet, vbi oportet, &c. non vult exequi à ſe, vel alio, quæ excutioni eſſent mandanda. Et quia accidentia imitãtur ſubſtantiam, ſicut de ipſa ſubſtantia applicationis ad opus dictum eſt: ita de qualitate applicationis cõtingit, vt ſcilicet taliter applicari ad opᵘ puta male, ſi voluntariè fiat, artē non vituperat, ſed prudētiam, tanquam artis peccatum ſit id ſolum, quod in defectu cognitionis conſiſtit: prudentiæ autē & id quod in cognitiõis, & id qđ in appetitus defectu cōſiſtit. Propter quòd ars eſt contrariorũ, vt medicina ſani & ægri: Prudentia aũt non eſt boni, & mali, ſed boni tãtum. Hæc enim claudit in ſua ratione determinatum appetitum ad bonũ: illa autem non, ſed vt extrinſecum eum ſuſcipit.

¶ Super Quæſtionis quadrageſimæ ſeptimæ Articulum ſecundum.

IN articulo ſecundo, in reſponſione ad ſecundum, nota nouitie, quod actus ſpeculationis poteſt referri ad res circa quas verſatur, ſcilicet obiectum, enuntiabilia, præmiſſas, concluſiones, diſcurſus à tali re in talem, vt cauſa in effectum vel contra, & ſimilia: & ſic non ſubiacet conſilio & prudentiæ, ſed regulandus eſt ſecundum logicam, & efficaciã habet ſecundum lumen in intellectus maius vel mi-

xurię filia: inter quas tñ nõ cõtinet ſtultitia: ergo ſtultitia nõ pcedit ex luxuria.

¶ 2 Pręterea, Apoſtolᵘ dicit 1. ad Corinth. 3. Sapientia huius mũdi ſtultitia eſt apud Deũ. Sed ſicut Greg. dicit 10. Moral. Sapiētia huiᵘ mũdi eſt cor machinationibᵘ tegere: qđ ptinet ad duplicitatem, ergo ſtultitia eſt magis filia duplicitatis quàm luxuriæ.

cap. 27.

¶ 3 Pręterea, Ex ira aliqui pcipue vertuntur in furorem & inſaniam, quæ pertinent ad ſtultitiam. ergo ſtultitia magis oritur ex ira, quàm ex luxuria.

¶ SED CONTRA eſt ꝙ dicit Prouer. 7. Statim ſeqtur, ſ. meretricē, ignorans, quod ad vincula ſtultus trahatur.

¶ RESPONDEO, dicendũ, quòd ſicut iam dictum eſt*, ſtultitia ſecundũ ꝙ eſt peccatum, prouenit ex hoc, quòd ſenſus ſpiritualis hebetatus eſt, vt non ſit aptus ad ſpiritualia iudicãda. Maximè aũt ſenſus hominis immergitur ad terrena per luxuriã, quæ eſt circa maximas delectationes, quibus anima maximè abſorbet. Et ideo ſtultitia, quæ eſt peccatum, maximè naſcitur ex luxuria.

Art. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ ꝙ ad ſtultitiam pertinet, quòd homo habeat faſtidium de Deo & de donis ipſiᵘ, Vnde Grego*. duo nũerat inter filias luxuriæ, quæ ptinent ad ſtultitiam, ſcilicet odium Dei, & deſperationē futuri ſeculi, quaſi diuidens ſtultitiã ĩ duas partes.

Lib. 31. Moral. cap. 31.

¶ Ad ſecundum dicendũ quòd verbũ illud Apoſtoli nõ eſt intelligendũ cauſaliter, ſed eſſentialiter quia ſ. ipſa ſapientia mũdi eſt ſtultitia apud Deũ. Vñ nõ oportet, quòd quæcunque pertinent ad ſapiētiã mundi, ſint cau ſa huius ſtultitiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ira, vt ſuprà dictum eſt*, ex ſua acuitate maximè immutat corporis naturam: vnde maximè cauſat ſtultitiam, que prouenit ex impedimento corporali. Sed ſtultitia q̃ prouenit ex impedimento ſpirituali, ſ. ex immerſione mentis ad terrena maximè prouenit ex luxuria, vt dictum eſt*.

1. 2. q. 48. art. 2. & 3 — in corp.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA ſeptima de Prudentia ſecundum ſe, in ſexdecim articulos diuiſa.

CONSEQVENTER poſt virtutes theologicas primò cōſiderandum eſt circa virtutes cardinales de prudentia. Et prĩo de prudentia ſecundum ſe: ſecundo de partibᵘ eius: tertio, de dono ei correſpondente: quartò de vitiis oppoſitis: quinto de pręceptis ad hoc pertinentibus.

¶ Circa primum quæruntur ſexdecim. ¶ Primò, vtrum prudentia ſit in voluntate, vel in actione. ¶ Secũdò, ſi eſt in ratione, vtrum in practica tantùm vel etiã in ſpeculatiua. ¶ Tertio, vtrum ſit cognoſcitiua ſingularium. ¶ Quarto, vtrum ſit virtus. ¶ Quinto, vtrum ſit virtus ſpecialis. ¶ Sexto, vtrum præſtituat finem virtutibus moralibus. ¶ Septimo, vtrũ conſtituat medium in eis. ¶ Octauo, vtrum præcipere ſit proprius actus eius. ¶ Nono, vtrum ſolicitudo vel vigilantia pertineat ad prudentiã. ¶ Decimo, vtrũ prudētia ſe extēdat ad regimē multitudinis. ¶ Vndecimo, vtrũ prudētia, q̃ eſt reſpectu boni pprij, ſit eadē ſpecie cũ ea, q̃ ſe extēdit ad bonũ cōmune. ¶ Duodecimò, vtrũ prudētia ſit in ſubditis, an ſolũ in prĩcipibᵘ. ¶ Decimotertio, vtrũ inueniatᵉ ĩ malis. ¶ Decimoquarto, vtrũ inueniatur ĩ omnibus bonis. ¶ Decimoquintò, vtrum inſit nobis à natura. cimoſextò, vtrum pereatur per obliuionem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum prudentia ſit in cognoſcitiua an in appetitiua.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd prudentia non ſit in cognoſcitiua: ſed in vi appetitiua. Dicit eñ Aug. in lib. de Moribus Eccleſiæ*, Prudentia eſt amor, ea quibus adiuuatur ab eis quibus impeditur, ſagaciter eligens. ſed amor non eſt in vi cognoſcitiua, ſed in appetitiua. Ergo prudentia eſt in vi appetitiua.

¶ 2 Præterea, ſicut ex prædicta diffinitione apparet, ad prudētiam pertinet eligere ſagaciter. Sed electio eſt actus appetitiuę virtutis, vt ſupra habitum eſt †. Ergo prudentia nõ eſt in vi cognoſcitiua, ſed in vi appetitiua.

¶ 3 Præterea, Philoſophus dicit in 6. Ethic.* ꝙ in arte quidē volens peccans, eligibilior eſt, circa prudentiã autē minus: quemadmodũ & circa virtutes, ſed virtutes morales, de qbus ibi loquitur, ſunt in parte appetitiua, ars autem in ratione. Ergo prudentia magis eſt in parte appetitiua, quam in ratione.

1. q°. 22. ar. 1. ad 3. & 12. q. 61. arti. 2. cor. & q. 83. art. 3. cor. & Mal q°. 4 artic. 5. ad 4. & virt. q. 5. ar. 1 1. co. fin. * cap. 15. † q. 13. ar. 1.

¶ SED CONTRA, eſt quod Aug. dicit in lib. 83. quęſt. Prudentia eſt cognitio rerum appetendarum & fugiendarũ.

cap. 5. quæſt. 61.

¶ RESPONDEO dicendum, quod, ſicut Iſidorus * dicit in lib. Etymol. prudens dicitur quaſi porro videns. Perſpicax enim eſt & incertorum videt caſus. Viſio autem non eſt virtutis appetitiuæ, ſed cognoſcitiuæ. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ prudentia directe pertinet ad vim cognoſcitiuam, non autem ad vim ſenſitiuam: quia per eam cognoſcimus ſolum ea, quæ præſto ſunt, & ſenſibus offeruntur. Cognoſcere autē futurum ex præſentibus vel præteritis, quod pertinet ad prudētiam, pprie rõnis eſt: quia hoc per quandam collationem agitur. Vnde relinquitur quòd prudentia proprie ſit in ratione.

* Lib. 10 cap. 15.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod, ſicut ſupra dictũ eſt, *voluntas mouet omnes potentias ad ſuos actᵘ. Primᵘ aũt actᵘ appetitiuæ virtutis eſt amor: vt ſupra dictũ eſt. * Sic ergo prudentia dicitur eſſe amor: nõ quidē eſſentialiter, ſed inquãtũ amor mouet ad actũ prudētiæ. Vnde & poſtea ſubdit Aug. ꝙ prudentia eſt amor bene diſcernēs ea quibus adiuuetur ad tēdendũ in Deũ, ab iis, quibus impediri poteſt. Dicitur autem amor diſcernere in quantum mouet rationē ad diſcernendum.

1. 2. q. 82. art. 4 * 1. 2. q. 25. ar. 1. & 2.

¶ Ad ſecundum dicendũ, qđ prudens conſiderat ea, quæ ſunt procul, inquantum ordinantur ad adiuuandum, vel impediendũ ea quæ ſunt præſentialiter agēda. Vnde patet, ꝙ ea quæ cōſiderat prudentia, ordinantur ad alia ſicut ad finē. Eorum autē quæ ſunt ad finem, eſt conſilium in ratione, & electio in appetitu: quorum duorum conſiliũ magis proprie pertinet ad prudentiam. Dicit enim Philoſophus in 6. Ethico. * quòd prudēs eſt bene conſiliatiuus. Sed quia electio pręſupponit cõſilium, eſt enim appetitus præconſiliati, vt dicitur in 3. Ethi.* ideo etiã eligere poteſt attribui prudentiæ conſequenter, inquantum ſcilicet electionem per conſilium dirigit.

cap. 5. cap. 3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd laus prudentiæ non conſiſtit in ſola conſideratione, ſed in applicatione ad opus: quod eſt finis practicæ rationis. Et ideo ſi in hoc defectus accidat, maxime eſt contrarium prudentiæ: quia ſicut finis eſt potiſſimus in vnoquoque: ita defectus qui eſt circa finem, eſt peſſimus. Vnde ibidem Philoſophus ſubdit, quòd prudentia non eſt ſolum cũ ratione ſicut ars. Habet enim, vt dictum eſt, * applicationem ad opus, quod fit per voluntatem.

In hac ſoluit et 1. 2. q. 37. ar. 4

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum prudentia pertineat ſolum ad rationem practicam, an etiam ad ſpeculatiuam.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quod prudentia non ſolum pertineat ad rationem practicam, ſed etiam ad ſpeculatiuam. Dicitur enim Prouerb. 10. Sapientia eſt viro prudentia: ſed ſapientia principalius conſiſtit in contemplatione. ergo prudentia.

1. 2. q. 75. art. 3. diſt. 35. q°. 2. ar. 4. q. 4.

¶ 2 Pręterea, Ambroſius dicit in primo de officiis*, Prudentia in veri inueſtigatione verſatur, & ſcientiæ plenioris infundit cupiditatem. Sed hoc pertinet ad rationem ſpeculatiuã. ergo prudentia conſiſtit etiam in ratione ſpeculatiua.

cap 24.

¶ 3 Præterea, In eadē parte animæ ponitur à Philoſopho ars, & prudentia, vt patet in 6. *Ethic. ſed ars non ſolũ inuenitur practica, ſed etiam ſpeculatiua: vt patet in artibus liberalibus. Ergo prudentia inuenitur practica & ſpeculatiua.

ca. 1. et 12

¶ SED CONTRA eſt, ꝙ Philoſophus dicit ĩ 6. Ethic.* ꝙ prudētia eſt recta ratio agibilium. Sed hoc nõ ptinet niſi ad rationē practicã: ergo prudētia nõ eſt niſi in ratione practica.

cap. 5.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut Philoſophus dicit in ſexto. *Ethic. Prudētia eſt bene poſſe cõſiliari. Conſilium au-

cap. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

mus, Poteſt quoque referri ſpeculationis actus ad hominem, qui ſpeculari debet & ſic eſt voluntarius, & cadit ſub conſilio vel prudentia, an ſcilicet ſit ſpeculandum in tali materia, puta geometria vel phyſica, an tali hora, &c. Et ſi recte inſpiciamus ad ſupradicta, non eſt ipſe ſpeculationis actus, qui eſt materia proxima conſilij: ſed actus voluntatis, qui vocatur vti, quo voluntas exercet actum ad ſpeculandum: ita quod cōſilium ſit, an intellectu vtendum ſit ad ſpeculationem talis rei, tali hora, tanto tempore, &c. Et ſic conſilium eſt de vſu, qui eſt actus appetitus, tanquam materia proxima, & de ſpeculationis actu, tanquam materia remota: quia ſcilicet eſt materia vſus, qui eſt materia conſilij.

Q.45.art. 2. & 5.

tē eſt de iis, quę ſunt per nos agēda in ordine ad finē aliquē. Ratio autē eorum, quæ ſunt agenda propter finem, eſt ratio practica. Vnde manifeſtum eſt ꝙ prudētia non conſiſtit, niſi in ratione practica.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ſicut ſuprà dictū eſt, * ſapiētia cōſiderat cauſam altiſsimā ſimpliciter. Vnde cōſideratio cauſæ altiſsimæ in quolibet gn̄re pertinet ad ſapientiā in illo genere. In genere aūt humanorum actuū cauſa altiſsima eſt finis communis toti vitæ humanæ: & hunc finem intendit prudētia. Dicit enim Philoſophus in 6. Ethico.* ꝙ ſicut ille qui ratiocinatur bn̄ ad aliquē finem particularē, puta ad victoriam, dicitur eſſe prudens, non ſimpliciter, ſed ī hoc genere, ſcilicet in rebus bellicis: ita ille qui bene ratiocinatur ad totum bn̄ viuere, dicitur prudēs ſimpliciter. Vnde manifeſtum eſt, quod prudentia eſt ſapiētia in rebus humanis, non autem ſapientia ſimpliciter, quia non eſt circa cauſam altiſsimā ſimpliciter: eſt enim circa bonum humanum. Homo autem nō eſt optimum eorum, quæ ſunt. Et ideo ſignanter dicitur, quòd prudentia eſt ſapientia viro: non autem ſapientia ſimpliciter.

¶Ad ſecūdum dicendum, quod Ambroſius & etiam Tullius * nomen Prudētiæ largius ſumunt pro qualibet cognitione humana, tam ſpeculatiua quàm practica. Quamuis dici poſsit, quòd ipſe actus ſpeculatiuæ rationis, ſecundum quod eſt voluntarius, cadit ſub electione & cōſilio quantum ad ſuum exercitium: & per conſequens cadit ſub ordinatione prudentiæ. Sed quantum ad ſuam ſpeciem, prout cōparatur ad obiectum, quod eſt verum neceſſarium: non cadit ſub conſilio, nec ſub prudentia.

¶Ad tertium dicendum, quod omnis applicatio rationis rectæ ad aliquid factibile pertinet ad artem. Sed ad prudentiā non pertinet niſi applicatio rationis rectæ, & ad ea de quibus eſt conſilium: & huiuſmodi ſunt, in quibus non ſunt viæ determinatæ perueniendi ad finem, vt dicitur in 3. Ethico. * Quia ergo ratio ſpeculatiua quædam facit, puta ſyllogiſmum, propoſitionem, & alia huiuſmodi, in quibus proceditur ſecundum certas & determinatas vias: inde eſt quod reſpectu horum poteſt ſaluari ratio artis, non autem ratio prudentiæ. Et ideo inuenitur aliqua ſpeculatiua ars, non autem aliqua prudentia.

ca.5.& 9.

¶ In reſponſione ad tertium aduerte primo, quòd ſicut facere dupliciter ſumitur, ſcilicet vt diſtinguitur contra agere & vt extendit ſe ad actionem tranſeuntem & immanentem: ita factibile ſumi poteſt, vt diſtinguitur, contra agibile, & ſic eſt materia artis & vt extendit ſe ad factibile, ſiue per actionem immanentem, ſiue tranſeūtem (& ſic ſumitur in litera) & eſt communis materia artis, & ſpeculatiuarum ſcientiarum, quæ vocantur artes.

Lib.2.de inuent.pagin.4.ante fi.

¶Aduerte ſecundo, quòd quia de facto, ita eſt quod aliquæ ſcientiæ ſpeculatiuæ vocantur artes, & manifeſtè differūt in materia ab arte quæ in 6. Ethicor. ponitur quinta virtus intellectualis & nulla ponitur prudentia ſpeculatiua (cùm tamen materia prudentiæ ſit magis propinqua materiæ illarum ſpeculatiuarum artium) voluit Autor, ſublata per intellectum, id eſt non conſiderata differentia materiæ ſcilicet agibilis & factibilis, intus ſcilicet & extra reddere rationem quare artis ratio & non prudētiæ ad ſpeculatiuos extendatur habitus. Ex hac ſcilicet differentia, quia prudentia eſt eorū, quæ non ſunt determinatæ viæ, ars verò vt in pluribus per determinatas procedit vias. Ex hoc enim fit vt ſpeculatiui habitus quaſi aliquid facientes per determinatas vias artis rationem induunt, non autem prudentiæ, non tamen continentur ſub arte, quia hæc propriè eſt ratio recta factibilium propriè, quæ ſcilicet ſunt extra, quorum intellectus practicus eſt factiuus.

cap.3.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum prudentia ſit cognoſcitiua ſingularium.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd prudentia non ſit cognoſcitiua ſingularium. Prudentia enim eſt in ratione, vt dictum eſt. Sed ratio eſt vniuerſalium, vt dicitur in 1. Phyſic*. Ergo prudentia nō eſt cognoſcitiua niſi vniuerſalium.

¶2 Pręterea, Singularia ſunt infinita. Sed infinita non poſſunt cōprehendi à rōne. Ergo prudentia, quæ eſt ratio recta, non eſt ſingularium.

¶3 Præterea, Particularia per ſenſum cognoſcūtur. Sed prudētia nō eſt in ſenſu. Multi enim habentes ſenſus exteriores perſpicaces, non ſunt prudentes. Ergo prudentia non eſt ſingularium.

¶SED CONTRA eſt ꝙ Philoſophus dicit in 6. Ethic. * quod prudentia non eſt vniuerſalium ſolùm, ſed oportet etiam ſingularia cognoſcere.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut ſ. dictū eſt*, ad prudentiam pertinet non ſolū cōſideratio rationis, ſed etiam applicatio ad opus, quod eſt finis practicæ rationis. Nullus aūt pōt conuenienter alteri aliquid applicare, niſi vtrumq; cognoſcat, ſcilicet & id quod applicandum eſt, & id cui applicandū eſt. Operationes aūt ſunt in ſingularibus. Et ideo neceſſe eſt quod prudens & cognoſcat vniuerſalia principia ratiōis, & cognoſcat ſingularia, circa q̄ ſunt operationes.

¶AD PRIMVM ergo dicendū ꝙ ratio primò quidē & principaliter eſt vniuerſalium. Poteſt d tamen vniuerſales rationes ad particularia applicare. Vnde ſyllogiſmorum concluſiones non ſolum ſunt vniuerſales: ſed etiam particulares, quia intellectus per quandam reflectionem ſe ad materiam extendit: vt dicitur in tertio de* anima.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd quia infinitas ſingularium non poteſt ratione humana comprehendi: inde eſt quòd ſunt incertæ prouidentiæ noſtræ, vt dicitur Sapien. 9. tamen per experientiam ſingularia infinita reducuntur ad aliqua finita, quæ vt in pluribus accidunt: quorum cognitio ſufficit ad prudentiam humanam.

¶Ad tertium dicendū, quòd ſicut Philoſophus dicit in 6. Ethic.* prudētia nō cōſiſtit in ſenſu exteriori quo cognoſcim⁹ ſenſibilia ꝓpria: ſed in ſenſu īteriori, qui ꝑficitur per memoriā & experimentū ad promptè iudicandū de particularib⁹ expertis. Non tamen ita, quod prudētia ſit in ſenſu interiori, ſicut ī ſubiecto principali, ſed principaliter quidem eſt in ratione, per quandam autem applicationem pertingit ad huiuſmodi ſenſum.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum prudentia ſit virtus.*

¶ In eadem reſponſione dubium occurrit, quia hic dicitur, Omnis applicatio rationis rectæ ad aliquod factibile, pertinet ad artem. In præcedenti vero articulo dictum eſt quòd applicatio rationis rectæ ad opus factibile, non eſt artis, ſed voluntatis.

¶ Ad hoc facile dicitur, quod applicatio huiuſmodi pertinet ad voluntatem vt applicantem, & pertinet ad artem vt applicatam. Vnde nulla eſt repugnātia, ſed ſecundum diuerſa propoſita modo huic, modo illi attribuitur. Quamuis poſſet dici quod in hoc loco applicatio pro regulatione ſumitur. Hoc enim erat ad propoſitum literæ, quod omnis regulatio factibilis ſecundum rectam rationem ſpectet ad artem.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæ ſeptimæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio in reſponſione ad ſecundum, aduerte quod certitudo prudentiæ eſt duplex, quædam in ſola cognitione cōſiſtens: & hæc in vniuerſali quidem eſt eadē cum certitudine ſcientiæ moralis, cuius vniuerſale eſt verum, vt in pluribus. In particulari autem non excedit certitudinem opinionis, cum de futuris concludit aut abſentibus. Et hæc non eſt propria prudentia. Quædam autem eſt certitudo practicæ veritatis, quæ conſiſtit in conformiter ſe habere appetitui recto. Et hæc eſt propria prudentiæ, quæ non in ſola ratione conſiſtit. Et talis certitudo ſemper adeſt prudentiæ etiam reſpectu ſingularium abſentium & futurorum. Quoniam prudens præcipiens ſic agendum pro republica, quamuis non eueniat intentus finis, aut impediatur actio: habet tamen actum præcepti & veriſſimum, optimum, & certum, vt pote conſonum rationi & appetitui rectis. Dicuntur autem prouidentiæ noſtræ incertæ & propter incertitudinem euentus, & propter occulta nobis.

Infrà q°. 15.cor. & 9.49.art. 2 ad 1. et. artic.5. ad 2. 4. art.7.cor.

ar.1.& 2. Tex. 49.

cap.7.

¶ In reſponſione ad tertium habes, quod prudentia eſt principaliter in ratione: ſecundario autem in cogitatiua. Sed hoc habet quæſtionem, quia in illa potentia ponenda eſt principaliter prudentia, cuius eſt præcipuus prudentiæ actus: ſed præcipuus actus prudentiæ eſt præceptum ſingulare, ſequens minorem ſingularem. Hæc autem ſingularia ſpectant ad cogitatiuam directè. Et confirmatur. Quia virtus ponitur in potentia conſummatiua operis: vnde temperantia ponitur in concupiſcibili, & continentia, quæ non non eſt in illa, non eſt virtus, quamuis rectè diſponat partem ſuperiorem. Sed cogitatiua eſt quæ conſummat diſcurſum de ſingularibus. Ergo in ipſa ponenda eſt.

D.353.

Text.10. to.2.

¶ Ad hoc dicitur quòd propter rationes dictas oportet tam in intellectu quam cogitatiua ponere habitū, quo bene diſponatur ad prudentiæ actus. Et licet, ſecundum quod apparet 6. Ethico. capit.1. & cap. penultimo. intellectus ex ſcientia in propoſito morali: cogitatiua autem ex habitu circa ſingularia intellectiuo & ratiocinatiuo perficiatur, pro quanto rectè iudicat de fine ſingulari & recte præcipit de ſingulari opere (ac per hoc prudentia principaliter videatur eſſe cogitatiua) ſecundum tamen Autoris doctrinam, in intellectu principaliter ponitur.

cap.8.to.5

Et probatur quod ita ſit tali ratione, Eiuſdem eſt habitus, cuius eſt actus: ſed actus prudentiæ eſt intellectus: ergo. Probatur minor. Actus prudentiæ eſt cognoſcere vniuerſale & ſingulare, & applicare illud huic, vt patet. ergo eſt intellectus, aut cogitatiuæ. Non enim poteſt eſſe duorum diſparatorum, vt patet ſecundo de Anima in proceſſu inueſtigatiuo ſenſus communis. Ergo vel eſt cogitatiuæ ſolius vtentis intellectu. & hoc non, quia cogitatiua non ſe extendit ad vniuerſale. Vel eſt intellectus ſolius, vel vtentis cogitatiua, & habetur intentum, quod ſcilicet eſt principaliter in intellectu, in quo habitus ipſe eſt ſubiectiue, & ſecundario in cogitatiua, in qua eſt experimentalis habitus, reddens cogitatiuam habilem ad cooperandum intellectui in conſiliando, iudicando, & præcipiendo de ſingularibus, ita quod hi actus principaliter ſunt intellectus, miniſterialiter autem cogitatiuæ. Propter quod miniſterium, videtur magis naturalis & ætatem ſequi prudentia, quam ſcientia, vt dicitur 6. Ethic.

expertis. Non tamen ita quod prudentia ſit in ſenſu interiori, ſicut in ſubiecto principali: ſed principaliter quidem in ratione, per quandam autem applicationem pertingit ad huiuſmodi ſenſum.
ARTICVLVS IIII.
¶ Vtrum prudentia ſit virtus.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod prudentia nō ſit virtus. Dicit enim Aug. in primo de Lib. arbitr *. quod prudentia eſt appetendarū & vitandarū rerū ſcientia. Sed ſciētia cōtra virtutē diuiditur, vt patet in prędicamentis. Ergo prudentia non eſt virtus.

¶3 Pręterea, Virtutis non eſt virtus. Sed artis eſt virtus, vt Philoſophus dicit in 6. Ethic*. Ergo ars non eſt virtus. Sed in arte eſt prudētia. Dicitur enim 2. Parap. 2. de Hiram, quod ſciebat cælare omnē ſculpturā, & adinuenire prudenter qd̄ cunque in opere neceſſarium erat. Ergo prudentia non eſt virtus.

¶3 Præterea. Nulla virtus poteſt eſſe immoderata. Sed prudentia eſt immoderata: alioquin fruſtrà diceretur in Prouer. 23. capite. Prudentiæ tuæ pone modum. Ergo prudentia non eſt virtus.

¶SED CONTRA eſt ꝙ Grego. in 2. Moral*. Prudētiā, tēperātiā, fortitudinē, & iuſtitiā, dicit eſſe quatuor virtutes.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut ſuprà dictū eſt*, cum de virtutibus in cōmuni ageretur, virtus eſt quę bonū facit habentem, & opus eius bonū reddit. Bonū autem poteſt dici dupliciter. Vno modo materialiter, pro eo quod eſt bonum: alio modo formaliter ſecūdum rationem boni. Bonum autem inquantū huiuſmodi, eſt obiectum appetitiuæ virtutis. Et ideo ſi qui habitus ſunt, qui faciant rectam conſiderationem rationis, non habito reſpectu ad rectitudinē appetitus, minus habent de ratione virtutis, tanquam ordinantes ad bonum materialiter, id eſt ad id quod eſt bonū, non ſub ratione boni. Plus autem habent de ratiōe virtutis habitus illi, qui reſpiciūt rectitudinē appetitus, quia reſpiciūt bonum nō ſolum materialiter, ſed etiā formaliter, id eſt, id qd̄ eſt bonum ſub rōne boni. Ad prudentiam autem pertinet, ſicut dictū eſt*, applicatio rectæ rationis ad opus, quod nō fit ſine appetitu recto. Et ideo prudentia non ſolum habet rationem virtutis quam habent alię virtutes intellectuales: ſed etiam habet rationem virtutis, quam habent aliæ virtutes morales, quibus etiam connumeratur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ Auguſtinus ibi largè accepit ſcientiam pro qualibet recta ratione.

¶Ad ſecūdum dicēdum, quòd Philoſophus dicit artis eſſe virtutem: quia non importat rectitudinē appetitus. Et ideo ad hoc, quod homo rectè vtatur arte, requiritur quod habeat virtutē, q̄ faciat rectitudinem appetitus. Prudētia aūt non habet locum in iis, quæ ſunt artis, tū quia ars ordinatur ad aliquem particularē finē: tū quia ars habet determinata media per quæ peruenitur ad finē: dicitur tamen aliquis prudenter operari in iis, q̄ ſunt artis per ſimilitudinē quandam. In quibuſdam autē artibus propter incertitudinē eorū, quibus peruenitur ad finē, neceſſariū eſt conſiliū, ſicut in medicinali & in nauigatoria, vt dicitur in 3 Ethi.*

¶Ad tertium dicendū quod illud dictum Sapientis non eſt ſic intelligendū, quòd ipſa prudentia ſit moderanda, ſed quia ſecūdum prudentiam eſt aliquis modus imponendus.

ne conſiſtit, habet communem rationem virtutis intellectualis: quia ſcilicet eſt verorum tantum, quia ſcilicet eſt vniuerſalium, quæ vt in pluribus vera ſunt. Sed quia hoc non conuenit prudentiæ, ſecundum propriam rationē, qua ab aliis intellectualibus virtutibus differt, qua ſcilicet pceptiua eſt operis ſingularis: ideo habet ſpiritualem rationem virtutis, qua eſt virtus ſimpliciter, ſicut virtus moralis, & ex eadem radice, ſcilicet rectitudine appetitus.

Infrà q°. 55.ar.1 ad 1.& 1. 2. q.17.ar.5. ad 3.& q. 61.arti.1. cor.

cap 13. cap.5.

¶In reſponſione ad tertium conclude nouitie, ergo ly Prudentiæ, eſt caſus genitiui. Argumentū autem procedebat ex caſu datiuo.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæſeptimæ Articulum quintum.*

IN articulo quinto in reſponſione ad tertium, dubium occurrit, quia hic ponitur differentia inter prudentiam & moralem virtutem ex parte rationis formalis: quia ſcilicet agibile eſt obiectum prudentiæ ſub ratione veri, moralis autem virtutis ſub ratione boni. In præcedenti autem articulo dictum eſt, quod prudentia reſpicit bonum ſub ratione boni. Quomodo ſtant hæc ſimul?

cap.36.

Ar.1.ad 3.& 1. 2. q.55.ar.2. & 3.& q. 56.& 57.

¶ Ad hoc dicitur, quod prudentia habet vtrūq;, & quod reſpicit verum vt verum (vt propterea ponitur inter intellectuales virtutes) & reſpicit verum vt bonum, & propterea conumeratur virtutibus moralibus: & ponitur prima virtus cardinalis. Et ne duas rationes formales vni habitui tribuas, quas vni potentiæ non licet tribuere, memento quòd non ſecūdum idem hæc verificātur. Sed prudentia ſecūdum cognitionem reſpicit verum, ſecundum pręceptum ſeu; applicationem reſpicit bonum. Et ſimiliter prudentia ſecundum id quod habet ex appetitu, reſpicit bonum. Eſt enim perfectio intellectus, vt ſubeſt appetitui recto, commune eſt autem ſubordinatis poſſe habere plures rationes. Optime ergo poſita eſt differentia inter prudentiam & moralem virtutem: quia illa veri, iſta boni. Neque enim obſtat quod illa boni & veri, iſta autem boni tantum.

Art.1.ad 3.& ar.3.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæ ſeptimæ Articulum ſextum.*

IN articulo ſexto eiuſdē quæſtionis quadrageſimæ ſeptimæ nota in titulo quòd præſtituere finē virtuti morali poteſt dupliciter intelligi. Primo pro ſtatuere, vt virtus moralis tendat in talem finem. Et hoc ſpectat ad datorem naturæ. Genitor ſiquidem dat naturam determinatam ad talem finem, ſic non quæritur hic. Alio ergo modo ſumitur pro dictare, quis eſt ille ſtatutus finis. Et ſic quæritur in propoſito, An prudentia primo dictet euidenter finem moralium virtutum. Et eſt ſermo de fine proprio earundem.

cap.3.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum prudentia ſit virtus ſpecialis.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd prudētia non ſit ſpecialis virtus. Nulla enim ſpecialis virtus ponitur in communi diffinitione virtutis. Sed prudentia ponitur in communi diffinitione virtutis: quia in ſecundo Ethic*. diffinitur virtus habitus electiuus in mediocritate exiſtens, determinata ratione quo ad nos, prout ſapiens determinabit. Recta autem ratio intelligitur ſecundum prudētiam: vt dicitur in 6.* Ethi. Ergo prudentia non eſt ſpecialis virtus.

3.di.9.q. 2.ar.1.q.2 cor.& di. 33.q.1.ar. 1.q.2.& q. 2.ar.1.q.3 ad 2.

¶2 Præterea, Philoſophus dicit in 6. Ethic*. quod virtus moralis rectè facit operari finem: prudentia autem ea quæ ſunt ad finem. Sed in qualibet virtute ſunt aliqua operanda propter finem. Ergo prudentia eſt in qualibet virtute. Nō eſt ergo virtus ſpecialis.

** cap.6. *ca.5.& vlt. cap.12.*

¶3 Præterea, Specialis virtus habet ſpeciale obiectū. Sed prudentia non habet ſpeciale obiectum, eſt enim recta ratio agibilium, vt dicitur in 6. Ethic*. Agibilia autem ſunt omnia opera virtutum. Ergo prudentia non eſt ſpecialis virtus.

cap.5.

¶SED CONTRA eſt, ꝙ condiuiditur & connumeratur aliis virtutibus. Dicitur enim Sapien. 7. Sobrietatē & prudentiam docet, iuſtitiam & virtutem.

¶RESPONDEO dicēdum, quòd cùm actus & habitus reſpiciant ſpeciem ex obiectis, vt ex ſupradictis* patet, neceſſe eſt quod habitus, cui reſpondet ſpeciale obiectum ab aliis diſtinctum, ſpecialis ſit habitus: & ſi eſt bonus, eſt ſpecialis virtus. Speciale autem obiectum dicitur non ſolum ſecundū materialem conſiderationem ipſius, ſed magis ſecundum rationē formalem, vt ex ſupradictis patet*. Nam vna & eadem res cadit ſub actu diuerſorum habituum, & etiam diuerſarum potentiarum ſecundum rationes diuerſas. Maior autem diuerſitas obiecti requiritur ad diuerſitatem potentiæ, quàm ad diuerſitatem habitus, cùm plures d habitus inueniantur in vna potentia, vt ſupra dictum eſt*. Diuerſitas ergo rōnis obiecti, quæ diuerſificat pòtentiam, multo magis diuerſificat habitum. Sic ergo dicendum, ꝙ cum prudentia ſit in ratione, vt dictum eſt*, diuerſificatur quidem ab aliis virtutibus intellectualibus ſecundum materialem diuerſitatem obiectorum. Nam ſapientia, ſcientia & intellectus ſunt circa neceſſaria: ars autem & prudentia circa contingentia. Sed ars circa d factibilia, quæ ſ. in exteriori materia conſtituuntur, ſicut domus, cultellus, & huiuſmodi. Prudentia autem eſt circa agibilia: quæ ſcilicet in ipſo operante conſiſtunt, vt ſupra habitum eſt*. Sed à virtutibus moralibus diſtinguitur prudentia ſecundum formalē rationem potentiarum diſtinctiuam, ſcilicet intellectiui, in quo eſt prudentia: & appetitiui, in quo eſt virtus moralis. Vnde manifeſtum eſt prudentiam eſſe ſpecialem virtutem ab omnibus aliis virtutibus diſtinctam.

1.2.q 1.arti.2.& q. 18.arti.2. & q.54. art.2.1.2. q.54.ar.2

** 1.2.q. 54.art.2 & in hac q.ar.1.*

D.205. 1.2.q.54. ar.1.

** ar.2.huius q.*

D.23.

1.2.q.57. ar.4.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd illa diffinitio nō datur de virtute in cōmuni, ſed de virtute morali: in cuius diffinitione conuenienter ponitur virtus intellectualis, communicans in materia cum ipſa, ſcilicet prudentia. Quia ſicut virtutis moralis ſubiectum eſt aliquid participans rationem: ita virtus moralis habet rationem virtutis, inquātum participat virtutem intellectualem.

¶Ad ſecundum dicendum, quod ex alia ratione habetur, quod prudētia adiuuet omnes virtutes, & in omnibus operetur. Sed hoc non ſufficit ad oſtendendum, quod nō ſit virtus ſpecialis: quia nihil prohibet in aliquo genere eſſe aliquam ſpeciē, quæ aliqualiter operetur in omnibus ſpeciebus eiuſdem generis, ſicut Sol aliqualiter influit in omnia corpora.

¶Ad tertium dicendum, quod agibilia ſunt quidem materia prudentiæ, ſecundum quod ſunt obiectum rationis, ſcilicet ſub ratione veri. Sunt autem materia moralium virtutum, ſecundùm quod ſunt obiectum virtutis appetitiuæ, ſcilicet ſub ratione boni.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum prudentia præſtituat finem virtutibus moralibus.*

Universidad de Deusto Biblioteca

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod prudentia præstituat finem virtutibus moralibus. Cùm enim prudentia sit in ratione, virtus autẽ moralis in vi appetitiua, videtur quod hoc modo se habeat prudentia ad virtutem moralem, sicut ratio ad vim appetitiuã. Sed ratio præstituit finem potentiæ appetitiuæ. Ergo prudentia præstituit finẽ virtutibus moralibus.

¶2 Præterea, Homo excedit res irrationales secũdum rõnem: sed secundũ alia cũ eis cõmunicat. Sic ergo se habẽt alię partes hominis ad rationẽ, sicut se habet homo ad creaturas irrationales. Sed homo est finis creaturarũ irratiõalium, vt dicit̃ in secundo Politicorum.* Ergo oẽs aliæ partes hominis ordinantur ad rõnẽ sicut ad finẽ. Sed prudentia est recta ratio agibiliũ. Ergo oĩa agibilia ordinãt̃ ad prudẽtiam sicut ad finẽ. Ipsa ergo præstituit finem omnibus virtutibus moralibus.

¶3 Pręt. Propriũ est virtutis, vel artis, seu potentiæ, ad quã pertinet finis, vt præcipiat aliis virtutibus, seu artibus, ad quas pertinent ea quę sunt ad finem. Sed prudẽtia disponit de aliis virtutib⁹ moralib⁹, & præcipit eis. Ergo p̃stituit eis finẽ.

¶SED CONTRA est, ꝙ Philosophus dicit in sexto Ethicorum*, quòd virtus moralis intentionẽ finis facit rectã. Prudentia autẽ, quæ ad hanc. Ergo ad prudentiam non pertinet præstituere finem virtutibus moralibus, sed solum disponere de iis quæ sunt ad finem.

¶RESPONDEO, dicendũ quòd finis virtutũ moraliũ est bonũ humanũ. Bonum autẽ humanæ animæ est secũdũ rõnẽ esse, vt patet p Dionysiũ quarto cap. de Diui. nomi. Vnde necesse est, ꝙ fines moraliũ virtutũ præexistãt ĩ rõne: Sicut aũt in rõne speculatiua sũt q̃dam vt naturaliter nota, quorum est intellect⁹, & q̃dã, quæ p illa innotescunt, scilicet cõclusiones, quarũ est scientia: ita in rõne practica p̃existũt quædam, vt principia naturaliter nota, & hmõdi sunt fines virtutũ moraliũ: quia finis se habet in operabilibus, sicut principiũ in speculatiuis, vt supra habitum est*. Et quædã sunt in rõne practica, vt conclusiones. Et huiusmodi sunt ea q̃ sunt ad finẽ, in quæ peruenim⁹ ex ipsis finibus. Et horum est prudentia, applicans vniuersalia principia ad particulares cõclusiones operabiliũ. Et ideo ad prudentiam non pertinet præstituere finem virtutibus moralibus, sed solùm disponere de iis quæ sunt ad finem.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ ꝙ virtutibus moralib⁹ p̃stituit finẽ rõ naturalis, q̃ dicitur synderesis, vt in P̃mo habitũ est*: non aũt prudentia ratione iã dicta*. Et p hoc patet respõsio ad secũdũ.

¶Ad tertium dicendũ, quòd finis nõ pertinet ad virtutes morales, tanquam ipsæ præstituant finem: sed quia tẽdunt in finem à ratione naturali præstitutum, ad quod iuuãtur per prudentiã, quæ eis viã parat, disponendo ea quę sunt ad finem. Vnde relinquitur quòd prudentia sit nobilior virtutibus moralibus, & moueat eas. Sed synderesis mouet prudentiam, sicut intellectus principiorum scientiã.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum ad prudẽtiam pertineat inuenire medium in virtutibus moralibus.

AD SEPTIMVM sic p̃ceditur. Videtur ꝙ ad prudentiã non pertineat inuenire mediũ in virtutibus moralibus. Conseq. enĩ mediũ est finis moraliũ virtutũ. Sed prudentia nõ pręstituit finem moralibus virtutibus, vt ostẽsum est*. Ergo non inuenitur in eis medium.

¶2 Præterea, Illud quod est per se, nõ videt̃ causam habere. Sed ipsum esse est sui ipsius causa: quia vnũquodq; dicit̃ esse per causam suam. Sed existere in medio

Prima q. 22. art. 1. ad secundum, & Prima secundæ. q. 66. art. 1. ad tertiũ.

¶In eodem articulo sexto eiusdem quæstionis, dubium est simpliciter, & ad hominem, Simpliciter quidem propter rationes illatas à Scoto, in trigesima sexta distinctio. tertij sententia. articulo secundo, quibus infert quòd prudentia dictat de fine proprio virtutis moralis. Et primo sic, Virtus moralis, puta castitas, semper sequitur naturæ ordine prudentiam aliquam: ergo sequitur dictamen proprij finis qui eligitur, quia virtus moralis generatur ex electione proprij finis. Secundo, quia aliter non saluaretur vna prudentia respõdens vni virtuti propriæ & per se morali. Probatur, quia virtus moralis est vna vnitate finis, ad cuius electionem principaliter inclinat. Et si ad dictandum de illo fine nulla esset prudentia, quot essent dictamina mediorum, tot essent prudentiæ, quia nullũ esset obiectũ à quo sumeretur veritas tot dictaminum, sublato à singulis dictamine de fine.

Lib. 1. Polit. cap. 5. & li. 2. Phys. tex. 24. art. 2.

¶ Ad hominem autem, scilicet diuum Thomã, dubium est, quoniam in Prima secundæ quæst. 66. artic. 3. ad tertium, expresse dicit quod prudentia dirigit virtutes morales etiam in præstituendo finem. Et probat, quia finis virtutis moralis est attingere medium, quo prudentia determinatur.

cap. 12.

¶ Ad euidentiam huius rei simpliciter aduerte, quod dupliciter verti potest in dubium propositio dicens, quòd prudentia est de iis quæ sunt ad finem. Primo absolute, & sic dicendum est de prudentia respectu eorum quæ sunt ad finem sicut de scientia respectu conclusionum. Scientia namque semper est conclusionum: sed tamen scientia secundæ conclusionis est materialiter scientia principij tertiæ conclusionis: quia illamet propositio, quæ fuit conclusio secundæ, est principium tertiæ demonstrationis: & sic de aliis. Et similiter prudentia semper est respectu eorum quæ sunt ad finẽ. Sed cum hoc stat, quod prudentia respectu huius ad talem finem, sit materialiter de fine respectu alterius subordinati illi medio: & sic deinceps, prout contingit plura subordinari media ad vnum finem principalẽ. Quod enim fuit ad finem in primo discursu, fit finis in secũdo discursu: & sic deinceps in tertio, & reliquis. Est etiã vnũ aliud hic aduertendũ, quod sicut scientia dicitur cõclusionũ tantũ, vt scitarum, & cum hoc stat quod est præmissarum vt cognitarũ. (Vtitur enĩ eis vt cognitis, applicãdo ad conclusionem) ita prudentia est tantum eorum quæ sunt ad finem, vt rerũ præceptarum & cum hoc stat, imo exigitur, quòd sit finis, vt aspecti & intẽti. Videtur siquidem prudentia fine, applicando ipsum ad id quod est ad finem. Secundo potest verti in dubiũ respectu finium propriorum, & moraliũ, & iuxta hunc sensum tractatur in litera, & impugnatur à Scoto: Autor enim sentit quod virtuti morali finis præstituitur à synderesi: quia naturalis ratio dictat, quod in timoribus bonum rationis, & similiter in concupiscentiis & similiter in ira, & operationibus spectandum est.

¶Ad primam ergo rationem Scoti dicitur, quod licet virtutem moralẽ præcedat naturaliter prudentia, nõ prudentia tamen dictatiua de fine: sed sufficit naturalis ratio dictatiua de fine & prudentia dictatiua de mediis ad finẽ. Probatio autem dicens, quia virtus moralis generatur ex electione finis, implicat in adiecto: quia electio non est finis, sed eorum quæ sunt ad finem.

¶Ad secundum autem dicitur, quod ad vnitatem prudentiæ respectu omniũ mediorum ad finem, sufficit vnitas finis aspecti à prudentia: & nõ requiritur vnitas finis dictati ab illa. Accidit enim vnitati finis respectu eorum quæ sunt ad finem, & directiui eorum in illũ, quod sit dictatum ab hoc vel altero. Sufficit enim quod sit aspectum à directiuo mediorũ in illũ. Argumentum autem procedit ac si directiuum mediorum non cognosceret finẽ ad quẽ dictat media: & hæc sat sunt argumẽtis Scoti. Si quis tamen quæreret, quare in parte intellectiua ponãtur duæ virtutes, respectu vnius materiæ moralis, scilicet synderesis & prudẽtia, altera respectu finis, altera respectu eorũ quæ sunt ad finẽ: in parte autẽ appetitiua vna tantũ ponitur virtus respectu finis, & eorũ, quæ sunt ad finẽ, puta castitas: Respondendũ est quod ex hoc quod cognitio perficitur, secundũ quod res sunt in anima, sequitur quod alia sit virtus qua anima iudicat aliqua secũdũ seipsa, & alia qua iudicat aliqua per resolutionẽ in alia. Aliter siquidẽ oportet esse dispositũ circa hæc, & circa illa, vt patet ex diuersitate luminis. Et propterea tã in intellectu practico, quam speculatiuo alia est virtus respectu principiorum, & alia respectu conclusionum. Ex hoc autem ꝙ appetitio perficitur, secũndum quod anima tendit ad res, sequitur quod sicut in rebus per eandem naturam aliquid mouetur ad medium & terminum, vt patet in grauibus & leuibus: ita appetitus per eandem virtutem tendat in finem, vt terminum, & id quod est ad finem, vt medium.

¶Ad dubium autẽ ad hominem, dicta in prima secundæ approbo: adiunctis dicendis in hoc & sequẽti articulo.

Q. 5. ar. 7. & q. 13. ar. 7. ad 2 & q. 16. ar. 1. 2. & 3. & q. 15. art. 3.

¶ In responsione ad tertium, aduerte tria. Primò, quod formalis responsio ad argumentum consistit in hoc, quòd prudentia non præcipit virtuti morali simpliciter sed disponendo ea quæ sunt ad finem. Secũdo, quod ex eodem medio poterat argui econtra subsumẽdo: Sed virtus moralis est de fine: ergo præcipit prudẽtiæ, ex quo ipsa nõ est de fine. Et ex hoc sequitur quod virtus moralis est nobilior prudẽtia. Nec euaditur, vt in Prima secũdæ dicebatur, quia prudentia dirigit in præstituendo finẽ, ideo Autor hæc tractat in responsione hac. Tertio, quod hæc difficultas de superioritate & nobilitate inter virtutem moralẽ & prudentiam, obscura propterea, quia virtus moralis est de fine, prudentia autem de iis quæ sunt ad finẽ, in pręcedenti libro loco allegato soluta est dupliciter, Primo, quia prudentia est etiam de fine applicitè. Secundo, quia virtus moralis non est de fine absque mendicatione à prudentia. Et quamuis vtrũque horum sit verum in se, & nonnihil respõdeat difficultati: solutio tamen difficultatis similiter hinc sumenda est, quod virtutem aliquam esse finis contingit dupliciter, scilicet executiuè & autoritatiuè. Virtus illa, quæ est de fine executiuè, per modum exequentis tendit in illum, vt patet in omnibus executiuis actibus. Virtus autem illa quę est de fine autoritatiuè, intendit primo illũ & circa illũ versatur ante omnẽ electionẽ, differentia aũt inter istas ad propositũ est, ꝙ cum dicitur ꝙ virtuti de fine propriũ est pręcipere ei quæ est de iis quæ sunt ad finem, intelligitur de ea quæ est de fine autoritatiuè. Hæc enĩ est quę finẽ præstituit aliis, & præcipit, vt patet in artibus architectonicis, & charitate respectu aliarum virtutũ. Virtus igitur moralis nõ est de fine autoritatiuè, sed executiue. Quod patet ex eo, ꝙ virt⁹ ex principali actu suo iudicãda est. Cõstat aũt ꝙ pręcipu⁹ act⁹ virtutis moralis est electio: vt patet ex ipsa eius diffinitione 2. Ethic. Virtus est habitus electiuus, &c. electio aũt ad executionẽ spectat. Sequit̃ enĩ p̃ceptũ, & est ipsa executio appetit⁹ in appetibile. vñ nihil restat nisi exterior executio post electionẽ. Et p̃pterea virtus moraliũ nõ pręcipit prudẽtiæ nec est ea prior naturaliter: & tñ oporteret eã præcedere naturaliter prudẽtiã, si esset de fine autoritatiuè. Esset autẽ hoc, si virtus moralis esset primò habit⁹, intentiuus finis, hoc est, si primo p̃ficeret intentionem finis: quoniã intentio non dependet ab iis quæ sunt ad finẽ. Dico aũt primo, ꝙ virtus moralis perficiẽdo primo electionẽ, perficit secũdario intẽtionẽ. Propter quod in 6. Ethico. dicitur ꝙ facit intẽtionẽ rectam, & quod principiũ prudẽtiæ firmat in anima. Et hoc est quod in litera à posteriori declaratur, dicendo ꝙ finis nõ pertinet ad virtutes morales, tanquã ipsæ p̃stituant finem. Et, exclusa superioritate virtutis moralis respectu prudentiæ, declaratur superioritas ecõtrario: quia prudentia mouet eam, disponẽdo ea quæ sunt ad finẽ, quæ eliguntur à virtute morali, vt in sequenti patebit articulo.

Q. 79. ar. 12. In corp. — Infrà q̃. 113. ar. 12 q. 141. ar. 8. & Prima secundæ q. 61. art. 3. ad tertium. — art. præc.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ septimæ Articulum septimum.

IN articulo. 7. eiusdem quadragesimæ septimæ quęstio. aduerte quatuor. Primo differentiam inter finẽ & medium in virtutibus moralibus, ꝙ licet coincidant in vnam rem, alia tamen est vtriusque ratio. Medium enim in cõparatione ad extrema dicitur. Et in proposito mediũ non secundum quãtitatẽ: sed rõnẽ, seu p̃portionem dicitur: vt in secũdo patet Ethicorum, & opponitur vtrique extremo, scilicet proportionato per excessum, & improportionato per defectũ: finis autem hoc nõ respicit. Et propterea non mireris, si post quęstionem de præstitutione finis, quæritur de intentione medij moralium virtutũ.

¶Secundo, ꝙ mediũ moralis virtutis dupliciter interpretari possumus. Primo, formaliter, pro ipsa medij ratione: secundo materialiter, pro re denominata media. Si sumat̃ primo mõ, sic est bonitas rationis: si secũdo modo, sic est res bona bonitate rationis. Et primo modo est finis moralis virtutis, secundo autem est id quod est ad finem. Vnde moralis virtus eligit operationem seu passionem talem, tantam, &c. vt bonam secundum rationem: materia enim est pro

conuenit virtuti morali per se, quasi positum in eius diffinitione, vt ex dictis patet*. Non ergo prudentia causat mediũ in virtutibus moralibus.

¶3 Præterea, Prudentia operatur secũdũ modum rationis. Sed virtus moralis tẽdit ad medium per modũ naturæ: quia, vt Tullius dicit in secundo Rhetoricę*, Virtus est habitus per modũ naturæ rationi cõsentaneus. Ergo prudẽtia nõ p̃stituit medium virtutibus moralibus.

¶SED CONTRA est, ꝙ in s̃ posita* diffinitione virtutis moralis dicitur qđ est in medietate existens determinata ratione, prout sapiens determinabit.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd hoc ipsũ quod est cõformari rationi rectæ, est finis p̃pri⁹ cuiuslibet virtutis moralis. Temperantia enim hoc intẽdit, ne p̃pter cõcupiscẽtias hõ diuertat à rõne. Et similiter fortitudo ne à recto iudicio rõnis diuertat p̃pter timorẽ vel audaciã. Et hic finis præstitutus est homini secundum naturalẽ rationẽ. Naturalis enĩ ratio dictat vnicuique, vt secũdũ rationem operetur. Sed qualiter & per quæ homo in operando attingat mediũ rationis, pertinet ad rationẽ prudentiæ. Licet enĩ attingere mediũ sit finis virtutis moralis, tamen per rectam dispositionẽ eorum quæ sunt ad finem, mediũ inuenitur. Et per hoc patet respõsio ad primũ.

¶AD SECVNDVM ergo dicẽdũ, ꝙ sicut agẽs naturale facit vt forma sit in materia: non tamen facit vt formæ conueniant ea quæ per se ei insunt: ita etiã prudẽtia mediũ cõstituit in passionibus & operationibus, non tamen facit quod medium quærere conueniat virtuti.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ virtus moralis per modũ naturæ intendit peruenire ad medium. Sed quia mediũ, secundũ quod medium, non eodem modo inuenitur in omnibus: ideo inclinatio naturę, q̃ semper eodem modo operatur, ad hoc non sufficit, sed requiritur ratio prudentiæ.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrũ præcipere sit principalis act⁹ prudentiæ.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod præcipere nõ sit principalis actus prudentiæ. Præcipere enĩ pertinet ad bona quæ sunt fienda. Sed August. 14. de Trinitate,* ponit actum prudentiæ p̃cauere insidias. Ergo pręcipere nõ est principalis actus prudentiæ.

¶2 Præterea, Philosoph⁹ dicit ĩ 6. Ethic*. quod prudentis est bene cõsiliari. Sed alius actus videtur esse consiliari & pręcipere, vt ex supradictis patet*. Ergo prudẽtię principalis act⁹ non est præcipere.

¶3 Præt. Præcipere vel ĩperare videt̃ pertinere ad volũtatẽ, cui⁹ obiectũ est finis, & quæ mouet alias potẽtias animæ. Sed prudẽtia nõ est in volũtate, sed in ratione. Ergo prudẽtiæ act⁹ nõ est præcipere.

¶SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in sexto Ethicorũ, * quòd prudentia præceptiua est.

¶RESPONDEO dicendum quod prudentia est recta ratio agibilium, vt supra dictũ est*. Vnde oportet quod ille sit præcipuus act⁹ prudentiæ, qui est præcipuus actus rationis agibilium. Cuius quidem sunt tres act⁹, quorũ primus est cõsiliari: quod pertinet ad inuẽtionẽ. Nam cõsiliari est quærere, vt supra habitũ est*. secũd⁹ act⁹ est iudicare de inuẽtis, & hoc facit speculatiua rõ. Sed practica ratio, quæ ordinat̃ ad opus, procedit vlteri⁹. Et est tertius actus eius præcipere, qui quidẽ actus consistit in applicatione consiliatorũ & iudicatorũ ad operandũ. Et quia iste actus est propinquior fini rationis practicæ, ĩde est quòd iste est principalis actus rationis practicæ, & per cõsequens prudentiæ. Et huius signum est, ꝙ perfectio artis consistit in iudicando, non aũt in præcipiendo. Ideo reputatur melior artifex, qui volens peccat in arte, quasi habens rectum iudicium, quàm q peccat nolẽs, quod videtur esse ex defectu iudicij. Sed in prudẽtia est ecõuerso, vt dicitur in sexto Ethicorũ.* Imprudẽtior enim est, qui volens peccat, quasi deficiens in principali actu prudentiæ, qui est præcipere, quam qui peccat nolens.

¶AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ actus p̃cipiẽdi se extẽdit & ad bona p̃sequẽda, & mala cauẽda: & tamẽ p̃cauere insidias nõ attribuit Aug. prudẽtiæ quasi ad principalẽ actum ipsius: sed quia iste actus prudentiæ non manet in patria.

¶Ad secũdũ dicẽdũ, ꝙ bonitas cõsilij requiritur, vt ea, q̃ sunt bene inuenta, applicẽtur ad opus. Et ideo pręcipere pertinet ad prudentiam, quæ est bene cõsiliatiua.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd mouere absolutè pertinet ad voluntatem. Sed præcipere importat motionem cum quadã ordinatione. Et ideo est actus rationis, vt supra dictum est.*

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum solicitudo pertineat ad prudentiam.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quod solicitudo non p̃tineat ad prudentiã. Solicitudo enim inquietudinẽ quandã importat. Dicit enĩ Isid. in libro Etym.* quod solicitus dicitur, qui est inquietus. Sed motio maximè p̃tinet ad vim appetitiuam. Ergo & solicitudo. Sed prudentia nõ est in vi appetitiua, sed in ratione: vt suprà habitũ est. † Ergo solicitudo non pertinet ad prudentiam.

¶2 Præterea, Solicitudini videt̃ opponi certitudo veritatis. Vnde dicitur primi Reg. 9. ꝙ Samuel dixit ad Saul. De asinis, quas nudiustertius perdidisti, ne solicit⁹ sis: quia inuẽtæ sunt. Sed certitudo veritatis pertinet ac prudentiã, cũ sit virt⁹ intellectualis. Ergo solicitudo opponitur prudẽtiæ magis, quàm ad eã pertineat.

¶3 Præt. Philosophus dicit in 4. Ethic.* quòd ad magnanimũ pertinet pigrũ esse & otiosum: pigritiæ autem opponitur solicitudo. Cum ergo prudentia nõ opponatur magnanimitati, quia bonũ nõ est bono contrarium, vt dicitur in prædicamentis*. Ergo videtur quòd solicitudo non pertineat ad prudentiam.

¶SED CONTRA est, ꝙ dicitur 1. Petr. 4. Estote prudẽtes, & vigilate ĩ orõnibus. Sed vigilãtia est idẽ solicitudini. Ergo solicitudo pertinet ad prudentiã.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicit Isid. i libr. Etym.* solicitus dicitur quasi solers cit⁹, inquantũ scilicet aliquis ex quadam solertia animi velox est ad prosequendũ ea, quę sunt agenda. hoc autem pertinet ad prudentiã, cuius pręcipuus actus est circa agẽda pręcipere de pręcõsiliatis & iudicatis. Vñ Philosophus dicit in sexto Ethic.* quòd oportet operari quidẽ velociter cõsiliata, cõsiliari aũt tardè. Et inde est quòd solicitudo propriè ad prudẽtiam pertinet. Et propter hoc Aug. dicit lib. de Moribus Ecclesię, † quòd prudentię sũt excubiæ atque diligentissima vigilãtia, ne subrepente paulatim mala suasione, fallamur.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ

ar 5. huius q̃.

est propter formam, & id quod est ad finem, vt materiale, est finis: ipse autẽ finis, formale est.

De inuẽ. pag. 4. ante fi. — ar. 5. ar. 1.

¶Tertio, quod quemadmodum naturalis rõ dictat finem virtutũ moraliũ: ita etiam dictat medium earundem, inquantũ opponitur vni extremo, scilicet excessui. Dictat siquidẽ naturalis rõ cuilibet, quod non est irascendũ, delectãdum, &c. plusquam oportet. Sed ã sit irascendum, tristandũ, delectandum, nihil, vel vsque ad tantũ terminũ, nõ dictat naturalis rõ sufficienti euidentia absque rationis discursu. Propter quod de hoc variæ dicũtur opiniones, & ad moralẽ philosophiã spectat hoc in communi determinare, vt euidens nobis sit. Ad prudentiam autem spectat vti principiis his, Non est plus vel minus delectandum, operandũ, &c. sed moderare, & applicare eas ad particulares passiones, s. hanc irã, hanc tristitiam, &c. Et sic determinare, quę sit tristitia media, non maior nec minor quam oporteat nunc, hic, mihi, in tali casu, &c. Et hoc est ratio quare prudentiæ tribuitur inuenire medium, synderesi autem præstituere finem.

infrà q̃. 51. art. 2. Et 3. dist. 33. q̃. 1. arti. 3. & Ro 8. le. 1. col. 1. — * cap. 9. to. 3. — * Cap. 5. — * art. 6. & 7. huius q̃. & 1. 2. q. 14. & 17.

¶ Quarto, quòd modus inueniendi medium in moralibus à prudẽtia est ex parte materiæ, ita quòd sicut in naturalibus, agens disponendo materiam, inducit formam in materiam, ita in moralibus recta ratio, determinando operationem seu passionẽ in qua saluatur ratio medij, & præcipiendo quod illa operatio eligatur, facit quod appetitus eligens huiusmodi operationem eligit operationem in medio consistentem, quod est eligere materiã medij, & id quod est ad finem, puta tantum, talemque sumere cibum, propter ipsum bonum rationis, quod est medium.

cap. 10. — art. 1. huius q. — 1. 2. q. 14. art 1.

¶ Ex his autem patet, & quomodo prudentia disponit ea quæ sunt ad finem, & parat per hoc viam virtuti morali, vt attingat finem, eligendo illa quæ sunt ad finem. Et propterea in Prima secundæ dictum est, quod inueniendo, dirigit in præstituendo finem, & non simpliciter: & quomodo mouet virtutem moralem, ducendo illam de potentia ad actum, determinando, eligendo, & præcipiendo electionem illorũ: & quare magis in diffinitione moralis virtutis positum est mediũ, quam finis seu bonum rationis: quia scilicet doctrina ex propriis non ex communibus esse debet, medium autem specificat finem & bonum rationis, ad hoc scilicet medium. Et similiter specificat qualis est operatio eligenda, media scilicet, non extrema: & ratio dicit tãtum in communi quòd sit bona.

cap. 5.

¶ In responsione ad tertium, habes vnde reddere potes aliam rationem, quare virtus moralis non potest esse à natura: quia scilicet medium non potest esse determinatum à natura, quia natura determinata est ad vnum. Medium autem non vno, sed multis modis oportet esse, propter quòd ratione determinetur in vnoquoque secundum contingentia. Ex hoc nãque quod medium non est à natura determinatum, sequitur quòd virtus, quæ nata est tendere ad medium, non est à natura: quoniam natura genita virtus, ad vnum determinata est, vt patet in habitu principiorum.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ septimæ articulum nonum.

ar. 2. huius q & 1. 2. q. 7. — Infrà q̃. 48. art. vnico ad quintum. Et q. 54. ar. 2. cor. — * Lib. 30. — † art. 1. huius q.

IN articulo nono omisso octauo, aduerte vt penetres proprium significatum Solicitudinis, quòd Solicitus sicut & Solicito Solicitas, à cieo deriuatur, secundum Grãmaticam, mediante cito & citus: & sicut diuersimode inueniuntur composita, vt excito, concito, suscito, &c. ita inuenitur solicito, à solo & cito, mutato o, in i, quasi ex solo, id est, quietis loco moueo. Sed quoniam non solùm in actiua, sed passiua significatione inueniuntur composita huiusmodi, vt patet de Acitus: ideo propriè loquando, solicitus passiuam habet significationem, quasi solo citum, id est, motum, ad similitudinẽ commoti ex suo loco, inquietum significat. Verùm quia ad inquietudinem mentis circa agenda, cauenda, euẽtusq;, impositum est nomẽ Solicitudinis: ideo propriè significare videt̃ inquietã attẽtionem. Quandiu nanq; soliciti sumus, inquiete attendimus, & econuerso quãdiu inquietẽ attendimus, soliciti sumus. Et iuxta hanc significationem omnis Oratorum, Poetarum, ac etiam sacræ Scripturæ vsus cõsonus inuenitur. Et iuxta hanc significationem optimè spectat ad prudẽtiam. Inquieta siquidem attentio ad præcipiendũ, cauendum, circunspiciẽdum, discendũ, &c. maxime ad prudentiam spectat. Vnde Apostolus solicitudinẽ omniũ se habere Ecclesiarũ cõtestatur, qui inquiete attendebat, quomodo p̃ficiebant, in quo deficerent, quo egerent, &c. Nec hæc dicimus, vt Isidorum reprehendamus: quoniam ille non deriuationem, sed etymologiam vocabuli dixit, iuxta rei significa-

cap. 3. — cap. de oppositis. — Lib. 10. cap. 18. — cap. 9. — cap. 24. to. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tæ, vel literarum similitudinem: quę in pluribus locis affert Autor, vtens etiam iis minimis locis sanctorum Patrum ad clarificandam rem his specialiter quos sacrorũ doctorum lectio exercet. Explanatur nihilominus ex illa etymologia, quòd Solicitus est actiuè citus, id est, festinus: qui enim inquiete attendit alicui, festine exequitur, cum tempus est, & potest, alioquin non inquiete attendebat, quærit enim hic quiescere.
cap.3. & 7.

¶ In responsione ad primum aduerte, quòd solicitudo seu inquieta attentio, nisi sit ratione regulata, non spectat ad prudẽtiam. Et propterea autor Solicitudinis vocabulum ad bonum determinãs (quamuis multi ad effundendum sanguinem soliciti sint,) dixit quòd consistit in præcepto & directione rationis. Puto autem hoc ipsum dixisse: quia licet solicitudo absolutè ad bonum & malum sit in morali, tamen scientia ad bonum tantum vsurpata est.
2.2. li.44 art.2.

¶ Super Quæstionis quadragesimæseptimæ Articulum decimum.

IN articulo decimo in responsione ad secundum, dubium occurrit circa illud, bonum proprium non potest esse fine communi, & eius probationem. Nam potest quis habere bonum honestum, puta virtutem temperantiæ, & vtile, puta diuitias: & delectabile in ioco vel ludo, absque communi bono. Nec ex hoc, quòd Romani amabant magis communes, quam proprias diuitias, probatur, quod propriæ non possunt esse absque communibus.
Infrà qũ. 49. art. 3. ad tertiũ. Et 1. qũ 22. art. 1. cor. * cap.1. to.5.
Cap.3.

¶ Ad hoc dicitur quod Autor loquitur ad literam de bono vtili & delectabili, & intẽdit quod non potest haberi secundum rectam rationem sine bono communi, id est, sine relatione ad bonum commune. Hoc est nisi proprium pro communi bono sit paratum, non recta ratione habetur. Et hoc probatur per Romanos non ex abdicatione fatua bonorum, sed ex recta ratione propria bona pro communibus sic ponebant, vt mallent propria non habere, communitare ea habente, quàm communitatem non habere, & se habere. Optimum autem fuisset & ipsos & communitatem habere.

¶ Super Quæstionis quadragesimæseptimæ Articulum undecimum.

IN articulo vndecimo eiusdem quæstionis dubium occurrit multiplex. Primum est, Quo pacto in virtute boni viri includitur virtus principis, cùm distinguantur specie, vt in corpore articuli dicitur prudentia monastica, quæ est virtus boni viri, & prudentia politica, quę est vir⁹ Principis. Secũdũ est, Quo pacto valet ratio literę, quia ad bonũ virtum pertinet posse bene principari, & bene subiici. Ex hoc enim sequitur, quòd includat virtutem Principis, sequitur etiam quod includat virtutem subditi, pari ratione. Et cum virtus Principis distinguatur specie à virtute subditi, vt in litera dicitur ex Aristotele, sequitur quòd virtus boni viri includat opositas virtutes. Tertium dubium est. Quia falsum est quod ad bonum virũ spectet posse bene præsse & subesse. Multi enim sunt viri boni, qui non possent bene præsse, vt experiẽtia testatur. Quartum est dubium politicũ in præcedenti libr. quæst. nona, quare ſ. virtus boni viri magis identificatur virtuti Principis, quàm ciuis, vt dicatur quod eadẽ est virtus boni viri & boni principis, & quòd non est eadem virtus boni viri & boni ciuis, cum etiã ad bonum ciuem spectet posse bene præsse & subesse, vt in eodem tertio Politicorum dicitur. Ad horum cuidentiam scito, quòd sunt hic quatuor genera virtutum, ſ. virtus viri, virtus ciuis, virtus subditi, & virtus Principis: & (vt in primo Politicorum capite penultimo, & tertio Politicorũ capite secundo patet) virtus viri est perfecta virtus, quæ est prudentia monastica. Hæc enim omnes virtutes morales connexas habet: vt supèrius patuit. Virt⁹ ciuis est bene se habere ad Remp. Virtus principis est bene præcipere simpliciter. Virt⁹ subditi est, quantum sibi attinet parere. Ex quibus dicitur quòd in virtute boni viri claudituri in potentia proxima, & virtus subditi, & virtus Principis. Et de virtute quidem subditi facilè patet, quia prudens non est, qui subesse nescit. De virtute autem Principis ex hoc probatur, quia cui tantũ naturalis luminis, & studiosæ exercitationis conceſſum est, vt prudentiæ virtutem, quæ sine aliis moralibus esse nequit, acquisierit, valde propinquus est, vt etiam Princeps sit. Et per hoc patet solutio primorum duorum dubiorum.
li. 4. c. 4. Cap.1. li.3.ca.8. fo.1.ſ. Ar.5. huius qũ. & 1.2.q.34 ar.2. 1.2. in pro log. & q. 102. ar.1.

mot⁹ quidẽ pertinet ad vim appetitiuã, sicut ad principium mouens: tamen secundum directionem rationis, in quo consistit ratio solicitudinis.

¶ Ad secundum dicendũ, quod secũdum Philosophũ in primo Ethi*. Certitudo nó est similiter quærẽda in omnibus, sed in vnaquaq; materia secundũ proprium modum. Quia vero materiæ prudentiæ sunt singularia contingentia, circa quæ sunt operationes humanę, nó potest certitudo prudentiæ tanta esse, quòd omnino solicitudo tollatur.

¶ Ad tertium dicendum, quod magnanimus dicitur esse piger & otiosus: non quia de nullo sit solicit⁹, sed quia nó est superflue solicitus de multis: sed cõfidit in cis, de quibus confidẽdum est, & circa illa non superflue solicitatur. Superfluitas enim timoris & diffidentiæ facit superfluitatem solicitudinis: quia timor facit consiliari nos, vt suprà dictũ est*, cum de passione timoris ageretur.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.

AD DECIMVM sic ꝓceditur. Videtur quod prudentia non se extẽdat ad regimẽ multitudinis, sed solum ad regimẽ suiipsius. Dicit enim Philosophus in 5. Ethico*. quod virtus relata ad bonũ commune, est iustitia. Sed prudẽtia differt à iustitia. Ergo prudentia non refertur ad bonum commune.

¶ 2 Præterea, Ille videt esse prudẽs, q̃ sibiipsi bonũ q̃rit & operatur. Sed frequẽter illi, qui quærunt bona communia, negligunt sua. Ergo non sunt prudentes.

¶ 3 Præterea, Prudentia diuiditur contra temperantiam & fortitudinem. Sed tẽperantia & fortitudo videntur dici solũ per comparationem ad bonũ propriũ. Ergo etiam & prudentia.

¶ SED CONTRA est, quod Dominus dicit Matthæi 24. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam?

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut Philosophus dicit in 6. Ethic*. Quidam posuerunt, quod prudẽtia nõ se extẽdit ad bonũ commune, sed solum ad bonũ propriũ. Et hoc ideo, quia æstimabãt ꝓ non oportet hominẽ quærere nisi bonũ ꝓpriũ. Sed hæc æstimatio repugnat charitati, quæ nõ quærit quæ sua sunt: vt dicitur primæ ad Cotin. 13. Vñ & Apostolus de seipso dicit primæ ad Cor. 10. Nõ quærẽs quod mihi vtile sit, sed qd̃ multis, vt salui fiant. Repugnat etiam ratiõi rectæ, quæ hoc iudicat, quòd bonum cõmune sit melius quàm bonũ vnius. Quia ergo ad prudẽtiam pertinet rectæ consiliari, iudicare & præcipere de iis, per q̃ perueniatur ad debitum finem, manifestũ est quòd prudentia non solũ se habet ad bonum priuatũ vnius hominis, sed etiã ad bonum commune multitudinis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝓ Philosophus ibi loquitur de virtute morali. Sicut aũt omnis virtus moralis relata ad bonũ cõmune, dicitur legalis iustitia: ita prudẽtia relata ad bonũ cõmune, vocat̃ prudentia politica. Nã sic se habet politica ad iustitiã legalẽ, sicut se habet prudẽtia sipliciter dicta ad virtutẽ moralẽ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ille qui quærit bonũ commune multitudinis, ex consequenti etiam quærit bonum suum propter duo. Primo quidẽ, quia bonũ ꝓpriũ non potest esse sine bono cõmuni, vel familię, vel ciuitatis aut regni. Vñ Maxim⁹ Valerius* dicit de antiquis Romanis quod mallebant esse pauperes in diuite imperio, quã diuites in paupere imperio. Secũdò, quia cũ homo sit pars domus, vel ciuitatis, oportet quòd cõsideret quid sit sibi bonum ex hoc, ꝙ est prudens circa bonũ multitudinis. Bona enim dispositio partiũ accipitur secũdũ habitudinẽ ad totum: quia, vt Aug. dicit in li. Cõfess.* Turpis est omnis pars suo toti nõ conueniens, vel non congruens.

¶ Ad tertium dicendum, quod etiã tẽperantia & fortitudo possunt referri ad bonum cõmune. Vnde de actibus earũ dãtur precepta legis, vt dicitur in quinto Ethi*. Magis tamen prudentia & iustitia, quæ pertinẽt ad partem rationalem, ad quã directè pertinẽt communia, sicut ad partem sensitiuã pertinẽt singularia.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrũ prudẽtia, quæ est respectu boni proprii, sit eadem specie cum ea, quæ se extendit ad bonum commune.

AD VNDECIMVM sic procedi tur. Videt ꝙ prudentia, q̃ est respectu boni ꝓprij, sit eadẽ specie cum ea, q̃ se extẽdit ad bonũ cõmune. Dicit enim Philoso. in 6. Ethi*. ꝙ politica & prudẽtia idẽ habit⁹ est: esse autẽ non idẽ ipsis.

¶ 2 Præterea, Philoso. dicit in 3. Politico.* quòd eadẽ est virtus viri boni, & boni Principis. Sed politica maximè est in Principe, in quo est sicut architectonica. Cũ ergo prudẽtia sit virtus boni viri, videt ꝙ sit idẽ habitus prudentia & politica.

¶ 3 Præterea, Ea, quorũ vnum ordinatur ad aliud, non diuersificant speciem aut subiectum habitus. Sed bonũ ꝓpriũ, q̃d ptinet ad prudẽtiã simpliciter dictã, ordinatur ad bonũ cõmune, q̃d ptinet ad politicã. Ergo politica & prudẽtia nõ diferũt specie, ne q; sẽdm habit⁹ substãtiã.

¶ SED CONTRA est, ꝙ diuersæ sciẽtiæ sũt politica, q̃ ordinat̃ ad bonũ cõe ciuitatis: & œconomica, quę de iis est, q̃ ptinẽt ad bonũ cõmune dom⁹ vel familiæ: & monastica, q̃ est de iis q̃ pertinent ad bonũ vnius personæ. Ergo pari ratione & prudẽtiæ sunt species diuerſe, secundũ hanc diuersitatem materiæ.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut supra dictum est*, species habituum diuersificant secundum diuersitatẽ obiẽctis, quę attenditur penes rationẽ formalem ipsius. Ratio autẽ formalis omniũ, quę sunt ad finẽ attendit̃ ex parte finis, sicut ex supradictis pt̃*. Et ideo necesse est, ꝙ ex relatione ad diuersos fines diuersificentur species habitus. Diuersi autẽ fines sunt bonum proprium vnius, & bonũ familię, & bonũ ciuitatis & regni. Vnde necesse est, quòd prudentię differant specie secundum differentiã horũ finium, vt ſ. vna sit prudentia simpliciter dicta, quę ordinatur ad bonum propriũ. Alia autem est œconomica, quæ ordinatur ad bonum commune domus, vel familiæ. Et tertia politica, quæ ordinatur ad bonum commune ciuitatis vel regni.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd Philosophus nõ intendit dicere, quòd politica sit idem secundum subſtantiam habitus cuilibet prudentiæ, sed prudentiæ, quæ ordinatur ad bonum commune. Quæ quidem prudentia dicitur secundum cõem rõnem prudentia, prout scilicet est quædam ratio recta agibilium. Dicitur autem politica secundum ordinem ad bonum commune.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Philosophus ibidem dicit, Ad bonum virum pertinet posse bene principari, & bene subiici. Et ideo in virtute boni viri includitur etiam

¶ Ad tertium autem dicitur, quòd licet multi sint boni viri prudentia infusa quæ sequitur gratiam, qui nesciunt præesse: communiter tamen boni viri prudentia acquisita sciunt saltem in potentia proxima præesse: & de hac prudentia loquitur Philo. quæ hic tractatur.

¶ Ad quartum dicitur præmittendo duo. Primum est quòd hic non est sermo de identitate, qua aliqua dicuntur vna res, sed de identitate subiectitata quòd non intendimus dicere, quòd vna virtus est eadem alteri secundum vnitatem realem cum illa, sed secundum vnitatem subiecti: ita quòd virtus boni viri est eadem subiecto virtuti Principis, & econtra. Non est autem sic sic eadem virtuti ciuis, quia potest esse bonus ciuis & non vir.

¶ Secundum est, quòd ciues sunt in duplici differentia: quidam præclari, quidam communes, & quòd licet virtus ciuis absolutè & viri boni sit eadem, virtus tamen boni viri & præclari ciuis, eadem est subiecto, quoniam ad vtrumque spectat posse & scire bene præesse & subesse, vt ibidem ab Aristotele dicitur. Ratio ergo quare virtus boni viri & principis coeunt, est secundum Aristotelem: quia Princeps tenet locum rationis præceptiuæ simpliciter, & non ad hoc vel illud particulare. Ad perfectionem autem rationis præceptiuæ simpliciter exigitur omnis moralis virtus. Vnde etiam bene subesse debet scire & posse Principes: alioquin non bene præest. Ciuis autem absolutè locum tenet participantis rationem, vt nauta in naui, cui non est opus nisi secundum suũ officium, quod particulare est, bene se habere.
Infrà qũ. 49. art. 3. ad tertiũ Et q. 50. art. 2. cor. * cap. 3. Ar. 8. cap. 8. cap. 5.

¶ Super quæstionis quadragesimæseptimæ Articulum duodecimum.

IN articulo duodecimo dubium est, de qua prudentia est sermo, monastica, an politica. Et est ratio dubij, quia argumenta omnia pro & contra sunt de prudentia politica, vt patet intuenti. Determinatio autem corporis articuli, & responsiones, ad prudentiam monasticam declinant, dùm dicunt quòd seruus, inquantum habet rationis arbitrium, est animal rationale, est consiliariuus, habet prudentiã, præcipit sibipsi. Hæc enim monasticæ sunt prudentiæ.
cap. 8.

¶ Ad hoc dicitur, quòd totus sermo est de prudẽtia politica: ita ꝙ sensus tituli est. An prudentia politica sit in solis Principibus, an etiam in subditis. Et ratio est, quia sic solum saluatur sermo formalis in argumentis pro & contra, & conclusionibus de prudentia architectonicè & manualiter. Hæc enim distinctio nõ monasticæ, sed politicæ prudentiæ est.

¶ Ad obiecta autem in oppositum dicitur, quòd subditus seu seruus non est velut mobile & organum irrationale, sed rationale: & propterea secundum politicæ prudentiæ rationem obsequi & seruire debet, & consiliari vt ipsum decet: ne velut brutum animal exequatur. Et similiter imperare, ne propter iram, ebrietatem, timiditatem, dimittat seruire, subiici, &c. Et hæc inferius in quæstione quinquagesima articulo secũdo clarius patent.

¶ Super Quæstionis quadragesimæseptimæ Articulum decimum tertium.

IN articulo decimotertio dubium occurrit circa illud, Prudentia vera & perfecta in peccatoribus esse non potest: cùm superius dictum sit, quod virtutes morales acquisitæ possint esse sine charitate: ac per hoc in peccatoribus.
Infrà qũ. 50. arti. 3. ad 2. Et q. 51. ar. 1. ad tertiũ. & vir. q. 1. ar. 2. co. & ad tertium.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sermo literæ huius formaliter intellectus, est verissimus, & intelligendus est proportionaliter, quod licet prudentia infusa non possit esse in peccatoribus simpliciter. prudentia autem acquisita non potest esse in peccatoribus infra vitæ naturalis terminos. Qui enim peccatores sunt in iis quæ solo naturali lumine dictantur, prudentes non sunt prudentia acquisita: & qui peccatores sunt absolutè, siue in naturaliter siue in supernaturaliter notis, prudentia infusa carent. Sed memento quod peccator respectu prudentiæ acquisitæ & infusæ, non eodem modo sumitur quia vnicus actus im prudentię tollit insulam, non autem acquisitam: & quia Autor theologicè loquitur, de prudentia infusa & peccatoribus, id est existentibus in mortali peccato etiam vnico, intendere videtur.
cap. 5. & 7. cap. 12.

¶ In eodem articulo circa prudentiam imperfectam propter defectum præcepti, nota quòd deficere in præcepto contingit dupliciter. Primò deficiendo ab iis, quæ ita sunt necessaria ad finem totius vitæ, vt sine his finis intentio vera non saluetur: secundò deficiendo ab iis, quæ opportuna quidem sunt ad finem, & sine eis licet finis intentio saluetur, impeditur tamen illius via, horum priuatione. Primo modo prudentia defieeret in præcepto simpliciter. secundo autem modo secundum quid: quia ibi à fine auersio esset, & peccatum mortale, hic autem circa finem, & veniale. Et quia Autor de defectu simpliciter loquitur, ideo dixit quod prudentia imperfecta ob defectum præcepti non est nisi in malis.

¶ In eodem artic. in responsione ad secundum, dubium esset, Quomodo fides dicitur in sui

Universidad de Deusto Biblioteca

ratione non claudere appetitum recti operis, cùm fides sit in intellectu moto à voluntate ad credendum Deo, quod est opus rectum. Sed hoc cessat ex eo quòd Autor hoc in loco distinguit rectum opus contra cognitionem rectam: & vult prudentiam à fide differre in hoc, quòd ista claudit in se appetitum recti operis rectitudine moris, seu charitatis: illa autem non, licet illa claudat in se appetitum recti operis rectitudine intellectuali: propter quod in sola cognitione non omnino, sed sic, rectum excludendo, appetitum consistere dicitur.

1.2.q.58. arti.5. & q.85. ar.1.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ septimæ Articulum decimum quartum, & decimum quintum & decimum sextum.

IN tribus articulis vltimis quæstionis quadragesimæseptimæ nihil aliud est scribendum, nisi quòd pro vltimo, quomodo scilicet passio corrumpit æstimationem prudentiæ, videre potes quæ diffuse scripsimus in præcedenti libro, vbi *(cap.11.)* declarauimus, quomodo qualis vniusquisque est, talis finis ei videtur, & progressum generationis *(in corp.)* prudentiæ.

¶ Pro antepenultimo verò aduerte in responsione ad secundum diuinæ adoptionis sufficientiā, vt egentibus consilio filiis, discretionem tribueret mali & boni consilij. Et exercentibus se in actibus infusarum virtutum augmentum vsque ad perfectionem solidi cibi largiatur. *(infrà q. 51. arti. 1 ad tertiū.)*

(Ar. præc. & 8.) ¶ In responsione autem ad tertium, quum legis in iuuene nō esse prudentiam secundum habitum, nec secundum actum, intellige non de actu prudentiæ secundum suam substantiam, sed de actu formato prudentiæ: hoc est, quod iuuenis non habet actum prudentiæ eo modo quo prudens habet ipsum, qui ex habitu prudentiæ operatur, quamuis habeat quandoque *(cap.36.)* actum prudentiæ eo modo quo habet actum aliquis ante habitum: sicut multi etiam operantur iusta, sed non vt iusti: & multi operantur fortia, sed non vt fortes. Per hoc enim habetur *(1.2.q.65. art.1.)* differentia īter īfusam & acquisitam prudentiam, quòd illa secundum habitum potest esse in puero & iuuene, & secundum actum etiam formatum ex habitu infuso: ista neutro modo.

(Ar.4.) ¶ In penultimo autem articulo dubium duplex occurrit. Primum in corpore articuli: vbi dicitur quod fines virtutum sunt determinati, viæ autem quæ sunt ad fines, sunt indeterminatæ: de qua in determinatione est sermo, non de numerali: (quia sic etiam fines essent indeterminati, cùm habeant infinita singularia) nec specifica: tum quia non sunt infinitę species sub prudentia vnius speciei: tum quia differētia inter medium in Milone & Philosopho nō est nisi numeralis sub eadem specie, sicut prudentia est eiusdem speciei in vtroque.

¶ Secundum autem est circa rationem redditam in responsione ad tertium, Quare prudentia non potest esse homini naturalis: quia scilicet ratio, cum sit vniuersalium, ad infinita singularia se extendit. Probandum enim erat, quod ad infinitas vias ratio hominis se extendit, quoniam hoc est oppositum eius quod inuenitur in brutis, quæ per determinatas vias procedendo, à natura, prudentias sortita sunt suas. *(in princ. & libr.6. cap.8.)* In litera autem probatur, quod ad infinita singularia se extendit.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd diuersitas finium & diuersitas viarum ad fines virtutum in hoc conueniunt: quod tā fines quam viæ in infinitis saluantur singularibus. Differunt autem in hoc, quod ratione finium determinatæ sunt: vnde & ratione comprehenduntur quot sunt, rationes autem viarum, indeterminatæ sunt. Quod ex hoc patet, quod nulla ratione comprehendi potest, quot sunt modi quibus medium virtutis constituitur, sed iuxta diuersitatem personarum, locorum, temporum, instantium, operationum, &c. *(2.dist.23. q.2.ar.2. cor.fin.& veri.q.18. arti.7. ad 7.c.11.)* tanta sit diuersitas, vt nō solum indeterminata sit nobis, sed simpliciter infinita videatur, in potentia tamen. Huiusmodi autem diuersitas quod specifica sit, patet ex autoritate huius literæ, diuidētis indeterminationem mediorum contra determinationem finium. Cōstat enim finium determinationem esse specificam: & per hoc insinuatur quod mediorum indeterminatio est specifica: vt sicut affirmatio *(cap.10.& lib.9.c.5. & 6.)* determinationis ponitur causa affirmationis naturalitatis, ita negatio determinationis *(cap.1.)* mediorū ponitur causa negationis naturalitatis. Et ratione probatur: minus enim videtur, quod ex finitis literarum elementis fiāt infinitæ secundum speciem distinctæ dictiones *(Art.4.)* ob variam earum compositionem, quàm ex infinitis concurrentibus *(ar.1.& 3.)* singularibus personarū, &c. resultent infinitæ species modorum: quoniam facilius ex infinitis infinitas specifica, quàm ex finitis fit. sed constat ibi infinitatem specificam. ergo rationale est & hic īfinitatē specificā ponere. *(ar.6.)*

¶ Ad primam autem obiectionem in oppositum dicitur, quòd non inconuenit infinitas viarum species sub vnius speciei prudentia contineri. *(c.7.& 8.)* quia sub vna formali ratione prudentiæ tota earum diuersitas continetur, sicut sub vna Grammatica infinitæ possunt dictiones contineri.

¶ Ad secundum autem dicitur, quod hi modi non distinguuntur specie

rectū: tū quia principia prudentiæ sunt fines operabiliū, de quib⁹ aliquis habet rectā æstimationem per habitus virtutū moralium, quę faciunt appetitum rectū. Vnde prudentia nō potest esse sine virtutibus moralibus, vt suprà ostēsum est.* Tū ēt qa prudētia est p̄ceptiua rectorū operū, qđ nō cōtigit nisi existēte appetitu recto. Vñ fides, licet sit nobilior, q̄ prudētia ꝓpter obiectū: tñ prudētia secūdū sui ratiōnē magis repugnat peccato, qđ procedit ex peruersitate appetitus.

¶ Ad tertium dicendū, quod peccatores possunt quidē esse bene cōsiliatiui ad aliquem finem malū, vel ad aliquod particulare bonum. Ad finem autem bonum totius vitæ non sunt bene cōsiliatiui p̄fectè: quia consilium ad effectū non perducunt. Vnde non est in eis prūdentia, q̄ se habet solùm ad bonū. Sed, sicut Philosophus dicit in 6. Ethic.* est in talibus dinotica, id est naturalis industria, q̄ se habet solū ad malum, quam supra diximus *falsam prudētiam, vel prudētiā carnis.

ARTICVLVS XIIII.

¶ Vtrū prudētia sit ī omnibus habētib⁹ gratiā.

AD QVARTVMDECIMVM sic proceditur. Videt̄ quod prudētia non sit in omnibus habentibus gratiam. Ad prudētiam enim requiritur industria quædā, per quam sciant bene ꝓuidere q̄ agenda sūt. Sed multi habētes gratiā, carent tali industria. Ergo nō oēs habentes gratiam habent prudentiam.

¶ 3 Pręterea, Prudens dicitur q est bene consiliatiuus, vt dictū est*: sed multi habent gratiā, q nō sunt bene consiliatiui, sed necesse hñt regi cōsilio alieno. Ergo nō oēs habētes gratiā habēt prudentiā.

¶ 3 Pręt. Philosophus dicit in 3. Top. ꝙ iuuenes nō cōstat esse prudētes. Sed multi iuuenes habēt gratiā. Ergo prudētia nō inuenitur in omnibus gratiā habētibus.

¶ SED CONTRA est, quòd null⁹ habet gratiam, nisi sit virtuosus. Sed nullus potest esse virtuosus, nisi habeat prudentiam. Dicit enim Grego. in 2. Moral. * quod cæteræ virtutes, nisi ea quæ appetunt, prudenter agant, virtutes esse nequaquam possunt: ergo omnes habentes gratiam habent prudentiam.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd necesse est virtutes esse connexas, ita vt qui vnā habet, omnes habeat, sicut suprà ostensum est.* Quicunque autem habet gratiā, habet charitatem. Vnde necesse est ꝙ habeat oēs alias virtutes. Et ita cū prudentia sit virtus, vt ostensum est*, necesse est quòd habeat prudentiam.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ duplex est industria. Vna quidē, quæ est sufficiens ad ea, q̄ sunt de necessitate salutis: & talis industria datur omnibus habētibus gratiā: quos vnctio docet de omnibus, vt dicitur primæ Ioannis secundo. Est autem alia industria plenior, per quā aliquis sibi & aliis pōt ꝓuidere, nō solùm de iis, quæ sunt necessaria ad salutem, sed etiam de quibuscunq; pertinentibus ad humanā vitā. Et talis industria non est ī omnibus habentibus gratiam.

¶ Ad secūdum dicendum, quòd illi qui indigent regi cōsilio alieno, saltē in hoc sibiipsi cōsulere sciunt, si gratiā habent, vt aliorum requirant consilia, & discernant consilia bona à malis.

¶ Ad tertium dicēdū, ꝙ prudentia acquisita causatur ex exercitio actuū. Vñ indiget ad sui generatiōnem experimēto & tēpore, vt dicitur in secundo Ethic*. Vñ non potest esse in iuuenibus, nec secundū habitū nec scđm actū. Sed prudētia gratuita causatur ex infusiōe diuina. Vñ in pueris baptizatis nondū habētib⁹ vsū ratiōis, est prudētia scđm habitū, sed nō scđm actū, sicut & in amentib⁹. In iis aūt, q iā habent vsum rationis, est etiā scđm actum, quantū ad ea quæ sunt de necessitate salutis. Sed per exercitiū meret̄ augmentū quousq; perficiatur, sicut & cæteræ virtutes. Vnde & Apost. dicit ad Heb. 5. ꝙ perfectorū est solidus cib⁹: eorum, q pro cōsuetudine exercitatos habent sensus ad discretionē boni & mali.

ARTICVLVS XV.

¶ Vtrum prudentia insit nobis à natura.

AD QVINTVMDECIMVM sic proceditur. Videt̄ quod prudētia īsit nobis à natura. Dicit em̄ Philoso. in 6. Ethic.* quod ea q̄ pertinent ad prudentiā, naturalia vidētur esse, s. synesis, gnome, & huiusmodi: non aūt ea q̄ pertinet ad sapiētiā speculatiuā. Sed eorum, q̄ sunt vni⁹ gñis, eadē est originis ratio. Ergo etiam prudentia inest nobis à natura.

¶ 2 Præt. Ætatum variatio est secundum naturam. Sed prudentia cōsequitur ętates, secundum illud Iob duodecimo: ī antiquis est sapientia, & in multo tēpore prudentia. Ergo prudentia est naturalis.

¶ 3 Præt. Prudentia magis cōuenit naturæ humanæ, quam naturæ brutorum animalium. Sed bruta animalia habēt quasdā naturales prudētias: vt patet per *Philosophum in octauo De historiis animalium. Ergo prudentia est naturalis.

¶ SED CONTRA est, quod Philosoph⁹ dicit in secūdo Ethi.* quod virtus ītellectualis plurimū ex doctrina habet & generationem & augmētū, ideo experimēto indiget & tēpore. Sed prudētia est virtus intellectualis, vt supra habitū est.* Ergo prudentia non inest nobis à natura, sed ex doctrina & experimento.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut ex præmissis patet*, prudētia includit cognitionē & vniuersaliū, & singulariū operabiliū, ad quæ prudēs vniuersalia principia applicat. Quātū ergo ad vniuersalem cognitionem eadē ratio est de prudentia & sciētia speculatiua: qa vtriusq; prima principia vniuersalia sūt naturaliter nota, vt ex supradictis patet*, nisi ꝙ principia cōmunia prudētiæ sunt magis cōnaturalia hōi. Vt enim Philosophus dicit in decimo Ethi*. Vita, quę est secundū speculationē, est melior q̄ quæ est secundū hominem. Sed alia pricipia vniuersalia posteriora, siue sint rōnis speculatiuæ, siue practicæ, nō habentur per naturam, sed per inuentionem secundū viā experimenti, vel per disciplinā. Quātum autem ad particularem cognitionē eorum, circa quæ operatio cōsistit, est iterum distinguendū: quia operatio consistit circa aliqd, vel sicut circa finē, vel

cie in genere moris, nisi secundum quod diuersarum sunt virtutum, puta prudentię, temperantiæ, &c. sed distinguūtur specie in genere vitę humanę: ita quod vniuersę viæ prudētiæ sunt vnius speciei, puta prudentiæ: sunt autem infinitarum specierum viæ humanæ, sicut mas & fęmina sunt vnius speciei in genere animalis, puta hominis vel bouis. Sunt autem diuersarū specierum in genere sexus: distinguūtur enim vt viæ, quamuis non distinguantur termino: sicut arcus in infinitū multiplicabiles super puncta semicirculi, distinguuntur vt viæ inter eosdem terminos. *(1.2.q.63. ar.1.& 2.)*

¶ Ad secundum dubium dicitur, qđ ex hoc quòd *(Ar.6.)* ratio est infinitorū singulariū, sequit̄ quod sit infinitorū modorū, qui ex varia tot singularium concurrētia consurgunt. Ac per hoc ꝙ sint infinitæ vię rationis ad finem: qđ erat ꝓbandū. Ex hoc enim prouenit qđ prudentia, quæ est recta rō humanarū viarum, non possit esse naturalis: quia natura ad determinatam viam, & non solum terminū inclinat: vt patet in naturalib. compositis & operibus animalium irrationalium.

¶ Super Quæstionem quadragesimamoctauam.

IN quæstione quadragesima octaua, vnico contenta articulo nihil occurrit scribēdū aliud, quàm vt partes quasi integrales prudētiæ ita figantur in animo, & exercitatione firment̄ in operibus, initium sumēdo à docilitate, si nō semper, frequētissime tamen. Audimus enim ad propositū multa interrogantes, ratiocinantes, vel quasi proponentes saltem singularia, quæ plurimum prosunt prudentiæ aliorum gubernatiuæ. *(1.2.q.53. artic.1.co. Et veri. q.18. art. 7. ad sextum.)*

¶ Super

sicut circa ea quæ sunt ad finem. Fines autem recti humanæ vitę sunt determinati, & ideo potest esse naturalis inclinatio respectu horum finium, sicut suprà dictum est*, ꝙ quidam habent ex naturali dispositione quasdā virtutes quibus inclinantur ad rectos fines: & per consequēs etiā habent naturaliter rectū iudicium de huiusmodi finib⁹. Sed ea quæ sunt ad finem in rebus humanis, nō sunt determinata: sed multipliciter diuersificantur secūdum diuersitatem personarum, & negotiorum. Vnde, quia inclinatio naturæ semper est ad aliquid determinatum, talis cognitio non potest homini inesse naturaliter, licet ex naturali dispositione vnus sit aptior ad huiusmodi discernenda, quā alius, sicut etiam accidit circa conclusiones speculatiuarum scientiarum. Quia ergo prudentia non est circa fines, sed circa ea quæ sunt ad finē, vt suprà habitum est*, ideo prudentia non est naturalis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus ibi loquitur de pertinentib. ad prudentiam, secundum quòd ordinatur ad fines. Vnde suprà præmiserat, quòd principia sunt eius, qđ est gratia, id est finis. Et propter hoc facit interea mentionem de eubolia, quæ est consiliatiua eorum quæ sunt ad finem.

¶ Ad secūdum dicendū, quòd prudentia magis est in senibus, non solùm propter naturalem dispositionē, quietatis motibus passionum sensibilium, sed etiam, propter experientiam longi temporis.

¶ Ad tertiū dicēdum, ꝙ ēt in brutis animalibus sunt determinatæ viæ p̄ueniēdi ad finē. Vnde videmus ꝙ omnia animalia eiusdē speciei similiter operant̄. Sed hoc nō pōt esse in homine propter rationem eius, quæ cùm sit cognoscitiua vniuersalium, ad infinita singularia se extendit.

ARTICVLVS XVI.

¶ Vtrum prudentia possit amitti per obliuionē.

AD DECIMVMSEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ prudentia possit amitti per obliuionē. Sciētia enim cùm sit necessariorum, est certior, quàm prudentia, quę est contingentium operabilium. Sed scientia amittitur per obliuionem. Ergo multò magis prudentia.

¶ 2 Præterea, Sicut Philosophus dicit in secundo Ethic.* Virtus ex eisdem generatur & corrūpitur cōtrario modo factis. *(Cap.1.& 2.)* Sed ad generationem prudentiæ necessarium est experimentū: qđ fit ex multis memoriis, vt dicitur in principio Metaphy.* *(li.1.c.1.)* Ergo cū obliuio memoriæ opponat̄, vr̄ ꝙ prudētia per obliuionē possit amitti.

¶ 3 Præterea, Prudentia non est sine cognitione vniuersalium. Sed vniuersalium cognitio potest per obliuionem amitti. ergo & prudentia.

¶ SED CONTRA est, quòd Philosophus dicit in 6. Ethi.* *(Cap.5.)* quòd obliuio est artis, & non prudentiæ.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ obliuio respicit cognitionem tantùm, & ideo per obliuionem potest aliquis artem totaliter perdere, & similiter scientiam, quæ in ratione consistunt. Sed prudentia non consistit in sola cognitione, sed etiā in appetitu: quia, vt dictum * est, *(Art.8.)* principalis eius actus est pręcipere, quod est applicare cognitionem habitam ad appetendū & operandum. Et ideo prudentia non directè tollitur per obliuionem, sed magis corrumpitur per passiones. Dicit enim Philosophus in 6. Ethi.* *(Cap.5.)* quòd delectabile & triste peruertit æstimationem Prudentiæ. Vnde Dan. 13. dicitur. Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. & Exo. 23. dicitur, Ne accipias munera, quæ excęcant etiam prudentes. Obliuio tamen potest impedire prudentiam, inquantū procedit ad pręcipiendum ex aliqua cognitione, quæ per obliuionem tolli potest.

(In corp. & 1.2 q. 53. ar. 1.) ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd scientia est in sola ratione. vnde de ea est alia ratio, vt supra dictum est*.

¶ Ad secundum dicendū, quòd experimentum prudentiæ non acquirit̄ ex sola memoria, sed ex exercitio rectè præcipiendi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd prudentia principaliter cōsistit non in cognitione vniuersalium, sed in applicatione ad opera, vt dictum est *. *(Art.3.)* Et ideo obliuio vniuersalis cognitionis, non corrumpit id quod est principale in prudentia: sed aliquod impedimentum ei affert, vt dictum est *. *(In corp.)*

QVÆSTIO QVADRAGESIMA OCTAua, de Partibus prudentiæ, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de partibus prudentię. Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò, quę sunt partes prudētiæ. ¶ Secundò, de partibus quasi integralibus eius. ¶ Tertiò, de partibus subiectiuis eius. ¶ Quartò, de partibus potentialibus.

ARTICVLVS VNICVS.

¶ Vtrum conuenienter assignentur tres partes prudentiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter assignentur tres partes prudentiæ. Tullius enim in secundo Rhet.* ponit tres partes prudētiæ, s. memoriam, intelligentiam, & prudentiam. Macrobius * autem secundum sentētiam Platonis, attribuit prudentiæ sex, scilicet rationem, intellectum, circumspectionem, prouidentiam, docilitatem, & cautionem. Arist. autem in 6. Ethic.* dicit ad prudentiam pertinere euboliam, synesim, & gnomen. Facit etiam mentionem circa prudentiam de eustochia, & solertia, sensu, & intellectu. Quidam autem alius Philosophus Græcus dicit, quòd ad prudentiam decem pertinent, scilicet eubolia, solertia, prouidentia, regnatiua, militaris, politica, œconomica, dialectica, rhetorica, physica. Ergo videtur quòd vel vna assgnatio sit superflua, vel alia diminuta. *(Infra q. 49. Et 3. dist. 33. q. 3. ar. 1. * de inuen. fol. 4. ante finē. * lib. 1. in somni. Scip. * Cap. 9. 10. 11. to. 5.)*

¶ 2 Pręterea, prudentia diuiditur contra scientiam. Sed politica, œconomica, dialectica, rhetorica, physica, sunt quædam scientiæ. Non ergo sunt partes prudentiæ.

¶ 3 Præterea, Partes non excedunt totum. Sed memoria intellectiua vel intelligentia, ratio, sensus & docilitas, non solùm pertinent ad prudentiam, sed etiam ad omnes habitus cognoscitiuos. Ergo non debent poni partes prudentiæ.

¶ 4 Pręterea, Sicut cōsiliari & iudicare & præcipere sunt actus rationis practicæ: ita etiā & vti, sicut suprà habitum est *. *(1.2.q.16. ar.1.)* Sicut ergo eubulia adiungitur prudentiæ, quæ pertinet ad cōsilium, & synesis & gnome, quæ pertinent ad iudicium: ita etiam debuit poni aliquid pertinens ad vsum.

¶ 5 Præterea, Solicitudo ad prudentiam pertinet, sicut suprà dictum est *. ergo etiam inter partes prudentiæ solicitudo poni debuit. *(Q. præc. ar. 9.)*

¶ RESPONDEO, dicendum quòd triplex est pars. s. integralis, vt paries, tectum & fundamētum sunt partes domus: subiectiua, sicut bos & leo sunt partes animalis: & potētialis, sicut nutritiuum, & sensitiuum sunt partes animæ. Tribus ergo modis possunt assignari partes alicui virtuti. Vno modo ad similitudinem partium integralium, vt. s. illa dicantur esse partes virtutis alicuius, quæ necesse est concurrere ad perfectum actum virtutis illius. Et sic ex omnibus enumeratis possunt accipi octo partes prudentiæ. s. sex, quas enumerat Macrobius, * quibus addenda est septima scilicet memoria, quam ponit Tullius: & eustochia siue solertia, quam ponit Aristot. *(Loc.cit.)* Nam sensus prudentię, etiam intellectus dicitur. Vnde Philosophus dicit in 6. Ethi.* Horum ergo oportet habere sensum, hic autem est intellectus. *(Cap.11.)* Quorum octo quinque pertinent ad prudentiam secūdum id, quod est cognoscitiua. s. memoria, ratio, intellectus, docilitas, & solertia. Tria verò alia pertinent ad eam, secundum quod est præceptiua, applicando cognitionem ad opus. s. prouidentia, circunspectio, & cautio. Quorum diuersitatis ratio patet ex hoc, quòd circa cognitionem tria sunt considerāda. Primò quidē ipsa cognitio, quę si sit præteritorū, est memoria: si autem præsentium, siue contingentium, siue necessariorum, vocatur intellectus, siue intelligentia. Secundò ipsa cognitionis acquisitio, quæ fit vel per disciplinam, & ad hoc pertinet docilitas: vel per inuentionem, & ad hoc pertinet eustochia, quæ est bona coniecturatio. Huius autē pars, vt dicitur in 6. Eth. * est solertia, quæ est vera cōiecturatio medij, *(Cap.9.)* vt dicitur. in 1. Post.* *(Circa fin.)* Tertiò cōsiderādus est vsus cognitionis, secundum. s. quod ex cognitis aliquibus procedit ad alia cognoscenda vel iudicāda. Et hoc p̄tinet ad rationē. Ratio aūt ad hoc, ꝙ rectè præcipiat, tria debet habere. Primò q̄dē, vt ordinet aliquid accōmodū ad finē: & hoc p̄tinet ad ꝓuidētiam. Secūdò, vt attēdat circūstantias negotij: qđ pertinet ad circūspectionē. Tertio vt vitet impedimēta: qđ pertinet ad cautionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quadragesimanonæ Articulum primum.*

IN quæstionis quadragesimænonæ articulo primo ad secundum nota, quod tertium documentum à quarto in hoc differt, quod tertium refert solicitudinem meditatiuā ad simulachra. Quartum autem ad res ipsas memorandas.

q. 47. art. 11.

¶ Partes autem subiectiuæ virtutis dicũtur species eiusdē diuersæ. Et hoc modo partes prudentiæ, secundum quod propriè sumũtur, sunt prudētia, per quā aliquis regit seipsum: & prudentia p quam aliquis regit multitudinem, quæ differũt specie, vt dictum est. * Et iterũ prudētia, quæ est multitudinis regitiua, diuiditur secundum diuersas species multitudinis. Est enim quædam multitudo adunata ad aliquod speciale negotium, sicut exercitus congregatur ad pugnandum, cuius regula est prudentia militaris. Quedā verò multitudo est adunata ad totam vitam, sicut multitudo vnius domus, vel familiæ, cuius regula est prudentia œconomica. Et etiā multitudo vnius ciuitatis vel regni, cuius quidem regula directiua est in principe regnatiua, in subditis autem politica simpliciter dicta. Si verò prudentia sumatur largè, secundum quod includit etiam scientiam speculatiuam, vt suprà dictũ est, * tũc etiam partes eius ponuntur dialectica, rhetorica, & Physica, secundum tres modos procedendi in scientiis. Quorum vnus est per demõstrationē ad sciētiam causandā: qđ pertinet ad Physicam, vt sub Physica intelligantur oēs scientiæ demonstratiuæ. Alius modus est ex pbabilibus ad opinionē faciēdam quod ptinet ad dialecticā. Tertius modus est ex quibusdā cõiecturis ad suspicionem d inducendā, vel ad aliqualiter persuadendum: quod pertinet ad rhetoricam. Potest tamē dici, quòd hæc tria pertinent ad prudentiam, etiam propriè dictam, quæ ratiocinatur interdum quidem ex necessariis, interdũ ex probabilibus, interdum autem ex quibusdam coniecturis. Partes autem potentiales alicuius virtutis dicuntur virtutes adiũctæ, quæ ordinantur ad aliquos secundarios actus vel materias, quasi non habentes totam potentiam principalis virtutis. Et secundum hoc ponuntur partes prudentiæ eubulia, quæ est circa consilium: & synesis, quæ est circa iudicium eorum, in quibus oportet quandoque à communi lege recedere. Prudentia verò est circa principalem actum, qui est præcipere.

Q. præce. ar. 2. ad 2.
D. 1093.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ diuersæ assignationes differunt, secundum quòd diuersa genera partium ponuntur, vel secundum quod sub vna parte vnius assignationis includuntur multæ partes alterius assignationis: sicut Tullius * sub prouidentia includit cautionem & circunspectionem: sub intelligentia autem rationem, docilitatem, & solertiam.

Loco cita to.

¶ Ad secundum dicendum, quòd œconomica & policita non accipiuntur hic secundũ qđ sunt scientia, sed secundum quod sunt prudentiæ quedā. De aliis aũt trib⁹ patet rñsio ex dictis*.

In corp.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd omnia illa ponuntur partes prudentiæ non secundum suam communitatem, sed secundum quod se habent ad ea, quæ pertinent ad prudentiam.

¶ Ad quartum dicendum quòd rectè præcipere & ratione vti, semper se comitantur: quia ad præceptum rationis sequitur obedientia inferiorum virium, quæ pertinent ad vsum.

¶ Ad 5. dicendũ ꝙ solicitudo includitur in rõne prouidentiæ.

QVÆSTIO QVADRAGESIMANONA, de singulis prudentiæ partibus integralibus, in octo articulos diuisa

DEINDE considerandum est de singulis prudentiæ partibus quasi integralibus.

¶ Et circa hoc quæruntur octo. ¶ Primo, de memoria. ¶ Secundò, de intellectu vel intelligentia. ¶ Tertiò, de docilitate. ¶ Quartò, de solertia. ¶ Quintò, de ratione. ¶ Sextò, de prouidentia. ¶ Septimò, de circunspectione. ¶ Octauò, de cautione.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum memoria sit pars prudentiæ.

Suprà q. 48. cor. Et 3. dist. 33. q. 3. ar. 1. q. 1.
** Li. de memo. c. 1*
** Li. 6. c. 5. to. 5.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ memoria non sit pars prudentiæ. Memoria enim, vt dicit Philosophus, * est in parte animæ sensitiua. Prudentia autē in ratiocinatiua, vt patet in sexto Ethi.* Ergo memoria non est pars prudētiæ.

¶ 2 Præt. Prudentia p exercitiũ acquiritur & perficit̃. Sed memoria inest nobis à natura. Ergo memoria nõ est ps* prudētiæ.

¶ 3 Præterea, Memoria est præteritorum: prudentia autem futurorum operabilium: de quibus est consilium, vt dicitur in sexto Ethi.* ergo memoria non est pars prudentiæ.

Cap. 2. & 7. to 5. De inuēt. fol. 4.

¶ SED CONTRA est, quod Tullius in secundo Rhet. * ponit memoriam inter partes prudentiæ.

¶ RESPONDEO, dicendum ꝙ prudentia est circa contingētia operabilia, sicut dictum est *. In his autem non potest homo dirigi per ea, quæ sunt simpliciter, & ex necessitate vera, sed ex his, quæ vt in plurib. accidũt. Oportet enim principia conclusionibus esse proportionata & ex talibus talia cõcludere, vt dicitur in 6. Ethi.* Quid autē vt in plurib. sit verum, oportet per experimentum considerare. Vnde & in secundo Ethic.* Philosophus dicit, quòd virtus intellectualis habet generationem & augmentum ex experimento & tempore. Experimentum autem est ex pluribus memoriis, vt patet in 1. Meta. * Vnde consequens est, quòd ad prudentiam requiritur plurium memoriam habere. Vnde conuenienter memoria ponitur pars prudentiæ.

¶ *Super Quæstionis quadragesimanonæ Articulum secundum.*

IN artic. 2. habes aperte, quod prudētiæ principium & conclusio est in cogitatiua. Ipsa enim assueta ad rectũ de particulari fine iudicium, actum habet, qui intellectus & sensus vocatur diuersa ratione, vt in litera dicitur.

q. 47. ar. 2. & 4.
** Cap. 1.*
In princ. lib. to. 5.
Cap. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd sicut dictũ est. * prudentia applicat vniuersalem cognitionem ad particularia, quorum est sensus: vnde multa, quæ pertinent ad partem sensitiuam, requiruntur ad prudentiam, inter quę est memoria.

Q. 47. ar. 3. & 7.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut prudentia aptitudinem quidem habet ex natura (sed eius complementum est ex exercitio vel gratia) ita etiam, vt Tullius dicit in sua Rhetorica, * memoria non solùm à natura perficitur, sed etiam habet plurimum artis & industriæ. Et sunt quatuor, per quæ homo proficit in bene memorando. Quorum primum est, vt eorum, quæ vult memorari, quasdam similitudines assumat conuenientes: nec tamen omnino consuetas, quia ea quæ sunt inconsueta, magis miramur: & sic in eis animus magis & vehementius detinetur, ex quo fit, quòd eorum quæ in pueritia vidimus, magis memoremur. Ideo autem necessaria est huiusmodi similitudinum vel imaginum adinuentio: quia intentiones simplices & spirituales facilius ex anima elabuntur, nisi quibusdam similitudinibus corporalibus quasi alligentur, quia humana cognitio potentior est circa sensibilia: vnde & memoratiua ponitur in parte sensitiua. Secundò oportet, vt homo ea quæ memoriter vult tenere, sua consideratione ordinatè disponat, vt ex vno memorato, facilè ad aliud procedatur. Vnde Philosophus dicit in libro de Memoria: * A locis videmur reminisci aliquando. Causa autem est, quia velociter ab alio in aliud veniunt. Tertiò oportet, vt homo solicitudinem apponat & affectum adhibeat ad ea, quę vult memorari: quia quantò aliquid magis fuerit impressum animo, tantò minùs elabitur. Vnde & Tullius dicit in sua Rhetorica, quòd solicitudo cõseruat integras simulachrorum figuras. Quartò oportet, quòd ea frequenter meditemur, quæ volumus memorari. Vnde Philosophus dicit in li.* de Memoria, quod meditationes memoriam saluant: quia, vt in eodem libro dicitur, consuetudo est quasi natura. Vnde quæ multotiēs intelligimus, citò reminiscimur, quasi naturali quodam ordine ab vno ad aliud procedentes.

li. 3. ad Heren. pag. 4. ante fi.
Cap. 3.
Cap. 3. to. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex præteritis oportet nos quasi argumentum sumere de futuris: & ideo memoria præteritorum, necessaria est ad benè consiliandum de futuris.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum intellectus sit pars prudentiæ.

Suprà q. 48. corp. Et 3. dist. 33. q. 3. ar. 1. q. 1.
** Cap. 3. & 6.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus non sit pars prudentiæ. Eorum enim quæ ex opposito diuiduntur, vnum non est pars alterius. Sed intellectus ponitur virtus intellectualis condiuisa prudentiæ, vt patet in sexto Ethi. * Ergo intellectus non debet poni pars prudentiæ.

† Q. 8. ar. 2.
** 1. 2. q. 62. ar. 2. & sup. q. 4.*

¶ 2 Præterea, Intellectus ponitur inter dona spiritussancti & correspõdet fidei, vt supra habitum est.† Sed prudentia est alia virtus à fide: vt per supra dicta* patet. Ergo intellectus non pertinet ad prudentiam.

† Cap. 7. & 8. to. 5.
** Tex. 18.*

¶ 3 Præterea, Prudentia est singularium operabilium: vt dicitur in 6. Ethi.† Sed intellectus est vniuersalium cognoscitiuus & immaterialium, vt patet in tertio de Anima *. Ergo intellectus non est pars prudentiæ.

† Lib. 2. de Inuēt. fol. 4.

¶ SED CONTRA, est ꝙ Tullius† ponit intelligentiam partem prudentiæ, & Macrob. intellectum, quod in idē redit.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd intellectus non sumitur hic pro potentia intellectiua, sed prout importat quandam rectam æstimationem alicuius extremi principij, quod accipitur vt per se notum, sicut & prima demonstrationum principia intelligere dicimus. Omnis autem deductio rationis ab aliquibus procedit, quæ accipiuntur vt prima: vnde oportet quod omnis processus rationis ab aliquo intellectu procedat. Quia ergo prudentia est recta ratio agibilium, ideo necesse est quòd

est quod totus processus prudentiæ ab intellectu deriuetur, & propter hoc intellectus ponitur pars prudentiæ.

In corp.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio prudentiæ terminatur, sicut ad conclusionem quandam, ad particulare operabile, ad quod applicat vniuersalem cognitionē, vt ex dictis patet. * Conclusio autem singularis syllogizatur ex vniuersali & singulari propositione. Vnde oportet quod ratio prudentiæ ex duplici intellectu procedat, quorum vnus est qui est cognoscitiuus vniuersalium, quod pertinet ad intellectum qui ponitur virtus intellectualis: quia naturaliter nobis cognita sunt, non solùm vniuersalia principia speculatiua, sed etiam practica: sicut nulli esse malefaciēdum, vt ex dictis patet*. Alius autem intellectus est, qui, vt dicitur in 6. Ethi*. est cognoscitiuus extremi, id est alicuius primi singularis, seu principij contingentis operabilis propositionis, s. minoris, quam oportet esse singularem in syllogismo prudentiæ, vt dictum est. * Hoc autem principium singulare est aliquis singularis finis, vt dicitur ibidem: vnde intellectus, qui ponitur pars prudentiæ, est quædam recta æstimatio de aliquo particulari fine.

** q. 47. ar. 3. & 6.*
** Cap. 11.*
** Q. 47. ar. 3. 6. & 7.*

¶ Ad secundum dicendũ, quòd intellectus, qui ponitur donum Spiritussancti, est quædam acuta perspectio diuinorum, vt ex prædictis* patet: aliter autem ponitur intellectus pars prudentiæ, vt dictum est *.

** q. 8. ar. 1. & 2.*
** In corp.*

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ipsa recta æstimatio de fine particulari, & intellectus dicitur, inquantum est alicuius principij: & sensus, inquantum est particularis. Et hoc est quod Philosophus dicit in 6. Ethi*. Horum. s. singularium, oportet habere sensum: hic autem est intellectus. Non autem hoc est intelligendum de sensu particulari, quo cognoscimus propria sensibilia, sed de sensu interiori, quo de particulari iudicamus.

Cap 11. to. 5.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum docilitas debeat poni pars prudentiæ.

¶ *Super Quæstionis quadragesimanonæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio nota in respõsione ad secundum in quo consistit docilitas acquisita: quia innata à nobis non est, & attende quãtam solicitudinem ad documenta maiorum exigat prudētia. Et tu adde, ꝙ non solùm maiorũ, sed etiam minorum recordationes & suggestiones docilitas excitat: vt inde ratio discurrere perfectè possit. Et nota quòd tam negligentia, quàm contemptus audiendi viuos vel vita functos, mater est imprudentiæ.

Suprà q. 48. artic. vnico cor. Et 3. dist. 33. q. 3. ar. 1.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd docilitas non debeat poni pars prudentiæ. Illud enim quod requiritur ad omnem virtutem intellectualem, nō debet appropriari alicui earum. Sed docilitas necessaria est ad quemlibet virtutem intellectualem. Ergo non debet poni pars prudentiæ.

¶ 2 Præterea, Ea quæ ad virtutes humanas pertinent, sunt in nobis: quia secundum ea, quæ in nobis sunt, laudamur vel vituperamur. Sed non est in potestate nostra, vt dociles simus: sed hoc ex naturali dispositione quibusdam conuenit. Ergo non est pars prudentiæ.

¶ 3 Preterea, Docilitas ad discipulum pertinet. Sed prudētia cùm sit preceptiua, videtur magis ad magistros ptinere, q etiā præceptores dicuntur. Ergo docilitas non est pars prudentiæ.

** lib. 1. in som. Scip.*
** Ar præ. ad 1. & q. 4. 47. ar. 3.*

¶ SED CONTRA, est quòd Macrobius* secundum sententiam Platonis, ponit docilitatem inter partes prudentiæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum * est, prudentia consistit circa particularia operabilia, in quibus cùm sint quasi infinitæ diuersitates, non possunt ab vno homine sufficienter omnia considerari: nec per modicum tempus, sed per temporis diuturnitatem. Vnde in iis quæ ad prudentiam pertinent, maximè indiget homo ab alio erudiri, præcipuè ex senibus, qui sanum intellectum adepti sunt circa fines operabiliũ. Vnde Philosophus dicit in 6. Ethi*. Oportet attendere expertorum & seniorum & prudentium in demonstrabilibus enũtiationibus & opinionibus, nō minus quàm demonstrationibus. Propter experientiam enim vident principia. Vnde & Prou. 3. dicitur, Ne innitaris prudentiæ tuæ. & Eccle. 6. dicitur, In multitudine presbyterorum, id est seniorum prudentium stā, & sapientiæ illorum ex corde cõiungere. Hoc autem ptinet ad docilitatē, vt aliquis sit bene disciplinæ susceptiuus: & ideo conuenienter docilitas ponitur pars prudentię.

Cap. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etsi docilitas vtilis sit ad quamlibet virtutem intellectualem, præcipuè tamen ad prudentiam pertinet, ratione iam dicta*.

In corp.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd docilitas sicut & alia, quæ ad prudentiam pertinent, secundũ aptitudinem quidem est à natura. Sed ad eius consummationem plurimum valet humanum studium, dum s. homo solicitè, frequenter & reuerenter applicat animum suum documentis maiorum, non negligens ea propter ignauiam, nec contemnens propter superbiam.

¶ Ad tertium dicendum, quod per prudentiā aliquis præcipit non solùm aliis, sed etiam sibiipsi, vt dictum est*, vnde etiam in subditis locum habet, vt suprà dictum est*, ad quorum prudentiam pertinet docilitas, quamuis etiam ipsos maiores oporteat dociles quantùm ad aliqua esse: quia nullus in iis quæ subsunt prudentiæ, sibi quantùm ad omnia sufficit, vt dictum est*.

** q. 47. ar. 12. ad 3.*
Ibidem.
In corp.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum solertia sit pars prudentiæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd solertia non sit pars prudentiæ. Solertia enim se habet ad facilè inuenienda media in demonstrationibus: vt patet in 1. Poster *. Sed ratio prudentiæ non est demõstratiua, cùm sit contingentium. Ergo ad prudentiam non pertinet solertia.

¶ 2 Preterea, Ad prudentiam pertinet bene consiliari: vt dicitur in 6. Ethic *. Sed in bene consiliando non habet locum solertia, quæ est eustochia quædam, id est bona coniecturatio, quæ est sine ratione & velox. Oportet autem consiliari tardè, vt dicitur in 6. Ethi. Ergo solertia non debet poni pars prudentiæ.

¶ 3 Præterea, Solertia, vt dictum est *, est quædam bona coniecturatio. Sed coniecturatione vti est proprium Rhetoricis. Ergo solertia magis pertinet ad Rhetoricam, quàm ad prudentiam.

¶ SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in lib. * Etymologiarum, Solicitus dicitur quasi solers & citus. Sed solicitudo ad prudentiam pertinet, sicut suprà dictum est*. Ergo & solertia.

¶ *Super Quæstionis quadragesimanonæ Articulum quartum.*

IN articulo quarto aduerte, quod eustochia plurimum confert prudētiæ, si comites habeat alias partes, præcipuè circunspectionē & cautionem, nec ita sibi credit, vt docilitatē aspernetur: habet enim multùm periculi annexũ eustochia propter ipsius excellentiam, præsertim vbi plures successus prosperos habuit.

¶ *Super Quæstionis quadragesimanonæ Articulum quintum.*

IN arti. 5. scito ꝙ intellectus & ratio vt actus sunt, ponũtur partes prudentiæ & quod æquiualet dicere, potētia secundum quod subest intellectui, ponitur vna pars, & secũdum quod subest discursui, altera pars prudentiæ, & dicere, quod vterque actus ponitur pars prudentiæ.

Suprà q. 48. artic. vnic. corp. & 3. dist. 33. q. 3. ar. 1. q. 4.
** Circa finem.*
† Cap. 5.
q. præc. ar. 1.
lib. 10. ca. 18.
Q. 47 ar. 9.

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ prudentis est rectam æstimationem habere de operandis. Recta autem æstimatio siue opinio acquiritur in operatiuis sicut in speculatiuis dupliciter. Vno quidem modo per se inueniendo: alio modo ab alio addiscendo. Sicut autem docilitas ad hoc pertinet, vt homo bene se habeat in acquirendo rectā opinionem ab alio: ita solertia ad hoc pertinet, vt homo benè se habeat in acquirendo rectam æstimationem per seipsum: ita tamen vt solertia accipiatur pro eustochia, cuius est pars. Nam eustochia est bene coniecturatiua de quibuscunque. Solertia autem est facilis & prompta coniecturatio circa inuentionem medij, vt dicitur in 1. Poster. Tamē ille Philosophus, qui ponit solertiam partem prudentiæ, accipit eam communiter pro omni eustochia. Vnde dicit, Solertia est habitus, qui prouenit ex repentino, inueniens quod congruit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd solertia non solùm se habet circa inuentionem medij in demonstratiuis, sed etiam in operatiuis, puta cum aliquis videns aliquos alicui amicos factos, coniecturando, putat eos fuisse inimicos eiusdem, vt ibidem Philosophus dicit. & hoc modo solertia pertinet ad prudentiam.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd Philosophus vnam rationem inducit in 6. Ethic *. ad ostendendum, quòd eubulia, quæ est bene consiliatiua, non est eustochia, cuius laus est in veloci consideratione eius, quod oportet. Potest autem aliquis esse bene consiliatiuus, etsi diutius consilietur vel tardius: nec tamen propter hoc excluditur, quin bona coniecturatio ad bene consiliandum valeat, & quandoque necessaria sit, quando, s. ex improuiso occurrit aliquid agendum, & ideo solertia conuenienter pars prudentiæ ponitur.

Cap. 9.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd Rhetorica etiam ratiocinatur circa operabilia. Vnde nihil prohibet idem ad Rhetoricam & prudentiam pertinere: & tamen coniecturatiõ hic non sumitur solùm secundum quod pertinet ad coniecturas, quibus vtuntur Rhetores: sed secundum quod in quibuscunque coniicere dicitur homo veritatem.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum ratio debeat poni pars prudentiæ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ratio non debeat poni pars prudentiæ. Subiectum enim accidentis non est pars eius. Sed prudentia est in ratione sicut in subiecto: vt dicitur in 6. Ethi*. Ergo ratio non debet poni pars prudentiæ.

Ca. 5. to. 5.

Præ

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quadragesimanonæ Articulum sextum.*

IN art. 6. in responsione ad primũ, dubium occurrit, quia non apparet quin sumendo prudentiam propriè, vt s. est præceptiua eorum, quæ sunt ad finem virtutis, idem ponatur pars suiipsius, dũ prouidẽtia ponitur pars prudentiæ. Prouidentia enim humana vt ad prudentiam spectat, nihil aliud est quàm rõ præceptiua eorũ quæ sunt ad finem virtutis.

Lib. 1. in som. Scip. in 2. fol.

¶ Ad hoc dicitur, quod diligenter notanti responsionem literæ apparet solutio, consistens in hoc, quod prudentia potest dupliciter sumi. Vno modo, vt significat formalem & principalem prudentiæ partem, quæ est recta ratio præceptiua, vt s. distinguitur à cęteris ad ipsam requisitis. Et sic prudentia est prouidentia, vt in corpore articuli probatur. Alio modo vt significat eandem partem & omnes alias in ordine ad ipsam: & sic est velut nomẽ cuiusdam totius, formaliter tamen principalem partem importans, quasi sicut animatum significans animã in concreto. Et sic prouidẽtia ponitur principalis & formalis pars eius: ac si diceretur, quod esse præceptiuum eius, quod est ad finem vitæ humanæ, est pars prudentiæ connumerata septẽ aliis. Aduerte tamen q prudentia licet modo dicto coincidat cum prouidentia, non tamen ita coincidere accipias, vt synonima: quoniam formaliter distinguũtur, sicut commune & proprium. Nã prouidentia actũ, qui est rectè ordinare: prudẽtia verò actũ, qui est rectè præcipere, respicit formaliter. Cõstat autẽ quòd præcipere se habet ad ordinare vt inferi⁹ ad superius. Vnde in litera prouidẽtia penes ordinationem semp declarat, & includere dr rectè ordinare ad finẽ rectitudinẽ consilij, iudicij & præcepti in respõsione ad 3m. Posset tamen aliter prouidẽtia poni pars prudẽtiæ, ẽt vt præceptiua est, ponendo quod prouidentia non ponitur pars prudentiæ, nisi secundum quod dicit cognitionem futurorum. Et sic prouidentia non pertineret ad applicationem, sed ad cognitionem prudentiæ, vt s. duæ ad acquisitionem, s. docilitas & custochia: tres ad ipsam cognitionem, s. memoria præteritorum, intellectus pręsentium, prouidentia futurorum: & vna ad vsum cognitionis, s. ratio: & duæ ad applicationem s. circunspectio & cautio. Ipsa autẽ applicatio medij accõmodi nõ ps, sed substãtia prudẽtiæ poneretur, quæ in recto præcepto consistit: exigit namque prudentia considerationem futurorum euentuum, & non solum exercendorũ per nos, licet ab homine male cognosci possint: propter quod incertæ dicuntur prouidentiæ nostræ Sapi. 14.

** lib. 6. cap. 5 to. 5. — D. 141. — Cap. 3. to. 5. — D. 1084. — Ar. 2 huius q. & q. præ. art. 2. & 5. — Suprà q. 48. artic. vnic. corp. Et 1. q. 22 artic. 1. corp. — * Li. 10, c. 35.*

¶ 2 Præterea, Illud quod est multis commune, nõ debet alicuius eorũ poni pars, vel si ponatur, debet poni pars eius cui potissimè cõuenit. Ratio autem necessaria est in omnibus virtutib⁹ intellectualibus, & præcipuè in sapientia & sciẽtia quę vtũtur ratione demonstratiua. Ergo ratio non debet poni pars prudentiæ.

¶ 3 Præterea, Ratio non differt p essentiã potẽtię ab intellectu, vt prius habitũ est. Si igitur intellectus ponitur pars prudẽtiæ, superfluum fuit addere rationem.

¶ SED CONTRA est, q Macrob.* secundum sententiam Plotini, rationem numerat inter partes prudentiæ.

¶ RESPONDEO, dicẽdum q opus prudentis est esse bene consiliatiuum, vt dicitur in 6. Ethi.* Consilium autẽ est inquisitio quædam ex quibusdam ad alia procedens: hoc autem est opus rationis. Vnde ad prudentiã necessarium est quòd homo sit bene ratiocinatiuus. Et quia ea, quæ exiguntur ad perfectionem prudentiæ, dicuntur quasi integrales partes prudentiæ: inde est, quòd ratio inter partes prudentiæ connumerari debet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio non sumitur hic pro ipsa potentia rationis, sed pro eius bono vsu.

¶ Ad secũdum dicendũ, quod certitudo rationis est ex intellectu. Sed necessitas rationis est ex defectu intellectus. Illa enim in quibus vis intellectiua plenariè viget, ratione non indigent: sed suo simplici intuitu d veritatem comprehendũt, sicut Deus & angeli. Particularia autem operabilia, in quibus prudentia dirigit, recedunt præcipuè à conditione intelligibilium, & tãto magis, quantò sunt minus certa seu determinata. Ea enim quæ sunt artis, licet sint singularia, tamen sunt magis determinata & certa. Vnde in pluribus eorũ non est cõsilium propter certitudinem: vt dicitur in 3. Ethic*. & ideo quamuis in quibusdã aliis virtutibus intellectualibus sit certior ratio, quam prudẽtia: tamẽ ad prudentiã maximè requirit, q sit homo bene ratiocinatiu⁹, vt possit bene applicare vniuersalia principia ad particularia quę sunt varia & incerta.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd d etsi intellectus & ratio non sint diuersę potentię, tamen denominãtur ex diuersis actibus. Intellectus enim nomen sumitur ab intima penetratione veritatis: nomen autem rationis ab inquisitione & discursu, & ideo vtrunque ponitur pars prudentiæ, vt ex dictis patet*.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum prouidentia debeat poni pars prudentiæ.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd prouidẽtia non debeat poni pars prudentiæ. Nihil enim est pars suiipsius. Sed prouidentia videtur idem esse quod prudentia: quia, vt Isido. dicit in libro Etymo.* Prudens dicitur quasi procul videns: & ex hoc etiam nomen prouidentiæ sumitur, vt Boetius dicit in libro de Consolatione. Ergo prouidentia non est pars prudentiæ.

¶ 2 Præterea, Prudentia est solùm practica. Sed prouidentia potest etiam esse speculatiua: quia visio ex qua sumitur nomen prouidentiæ, magis pertinet ad speculatiuam, quàm operatiuam. Ergo prouidentia non est pars prudentiæ.

¶ 3 Præterea, Principalis actus prudentię est præcipere, secundarius autem iudicare & consiliari. Sed nihil horum videtur importari propriè per nomen prouidentiæ. Ergo prouidẽtia nõ est pars prudẽtię.

¶ SED CONTRA est, autoritas Tullij * & Macro. * qui ponunt prouidentiam partem prudentiæ, vt ex suprà dictis patet.*

** lib. 1 de Inuent. * lib 1. in som. Scip. * Q. 48. * Q. 47. ar. 7.*

¶ RESPONDEO, dicendũ q sicut suprà dictum est,* prudentia propriè est circa ea quę sunt ad finem: & hoc ad eius officium propriè pertinet, vt ad finẽ debitè ordinentur, & quamuis aliqua necessaria sint propter finẽ, quæ subiiciuntur diuinę prouidentiæ, humanæ tamen prouidentiæ non subiiciuntur nisi contingentia operabilia quæ per hominem possunt fieri propter finem. Præterita autem in necessitatem quãdam transeunt, quia impossibile est nõ esse quod factum est. Similiter etiam præsentia, inquãtum huiusmodi, necessitatem quandã habẽt: necesse est enim Sortẽ sedere, dũ sedet. Vnde consequens est, quòd contingentia futura secundũ quod sunt per hominem in finem humanæ vitæ ordinabilia, pertineant ad prudentiam: vtrunque autẽ horum importatur in nomine prouidentię. Importat enim prouidentia respectum quendam alicuius distantis ad ea, quæ in præsenti occurrunt, & ordinanda sunt. Vnde prouidentia est pars prudentiæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd quandocunque multa requiruntur ad vnum, necesse est vnum eorum esse principale, ad quod omnia alia ordinãtur: vnde in quolibet toto necesse est esse vnam formalem partem & prædominantem à qua totum vnitatem habet. Et secũdum hoc prouidentia est principalior inter omnes partes prudẽtiæ, quia omnia alia, quæ requiruntur ad prudentiam, ad hoc necessaria sunt, vt aliquid rectè ordinetur ad finem. Et ideo nomen ipsius prudentię sumitur à prouidentia sicut à principaliori sua parte.

¶ Ad secũdum dicendũ, quòd speculatio est circa vniuersalia & circa necessaria, quæ secundum se non sunt procul, cùm sint vbique & semper: etsi sint procul quo ad nos, inquantum ab eorum cognitione deficimus. Vnde prouidentia non propriè dicitur in speculatiuis, sed solùm in practicis.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd in recta ordinatione ad finẽ q includitur in rõne prouidentiæ, importat rectitudo cõsilij & iudicij & præcepti, sine qbus recta ordinatio ad finẽ esse nõ potest.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum circunspectio possit esse pars prudentiæ.*

Sup. quæ. 48. artic. vnic. corp. Et 3. dist. 32. qõ. 3. ar. 1. q. 2.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q circunspectio nõ possit esse pars prudẽtiæ. Circunspectio em videtur esse cõsideratio quædam eorũ quæ circũstant. Huiusmodi aũt sunt infinita, quæ non possunt cõprehendi rõne, in qua est prudentia. Ergo circunspectio non debet poni pars prudentię.

¶ 2 Pręterea, Circunstantiæ magis videntur pertinere ad virtutes morales, quam ad prudẽtiam. Sed circunspectio nihil aliud esse videtur quàm respectus circunstantiarum. Ergo circunspectio magis videtur ad morales pertinere virtutes, quam ad prudentiam.

¶ 3 Præterea, Qui potest videre quæ procul sunt, multò magis potest videre quæ circunstant. Sed per prouidentiã homo est potens prospicere quæ procul sunt. Ergo ipsa sufficit ad considerandum ea, quæ circunstant. Non ergo oportuit præter prouidentiam ponere circunspectionem partem prudentiæ.

¶ SED CONTRA est autoritas Macrobij*, vt dictũ est*.

¶ RESPONDEO dicendum, q ad prudentiam, sicut dictum* est, præcipuè pertinet rectè ordinare aliquid in finem. Quod quidẽ rectè nõ fit, nisi & finis bonus sit, & id quod ordinatur in finẽ, sit etiã bonũ & cõueniens fini. Sed quia prudentia, sicut dictũ est*, est circa singularia operabilia, in quib. multa cõcurrũt, contingit aliquid scdm se cõsideratũ, esse bonũ & cõueniẽs fini, qd tamẽ ex aliqb. cõcurrẽtibus reddit vel malũ, vel non opportunũ ad finem. Sicut ostendere signa amoris alicui secundũ se consideratum, videtur esse conueniẽs ad alliciendum eius animum ad amorem: sed si contingat in animo illius superbia, vel suspicio adulationis, non erit hoc conueniens ad finem: & ideo necessaria est circunspectio ad prudentiam, vt scilicet homo id quod ordinatur in finem compareret etiam cum iis quæ circunstant.

*Lib. 1. in som. Scip. * q. præc. ar. 1. * q. 47. art. 6. & 7. & art. 6. præc. * q. 47. art. 3.*

¶ *Super Quæstionis quadragesimanonæ Articulum septimum & octauum.*

IN artic. 7. & 8. simul dubium occurrit: quia ex quo ad prudentiam spectat actus secundum se congruus fini: & ad circunspectionem actus secundum circunstãtias cõgruus fini, & eiusdem rationis est facere bonum, & vitare malum oppositum, consequens est, quod vitatio mali oppositi tam bonitati actus secũdum se, quàm secundum suas circunstantias, non spectet ad cautionem, sed primum ad prouidentiam, secundum ad circunspectionẽ. Quod est ergo illud malum, pro quo vitãdo opus est cautione? Si dicatur, vt litera dicit in responsione ad secundum vltimi articuli, quod est malum extrinsecorum impedimentorum, optime dicitur in ordine ad substantiam actus, sed non in ordine ad circunstantias: quia circunstantiæ etiam extrinseca mala excludũt, vt patet discurrenti per circunstantias. Et cõfirmatur: quia in litera septimi art. extrinseca mala euẽtuum vitare, ad circunspectionem spectare dicitur, in exemplo de ostensione signi amoris ad alliciendum, &c. vt patet ibi. Et augetur dubium, quia in corpore octaui artic. dicitur quòd ad cautionem spectat vitare mala, quæ habent speciem boni. Constat enim quòd mala ex genere ad prouidentiam, mala ex circunstantiis ad circunspectionem, vitare spectat. Quæ ergo sunt ista mala habentia boni speciem vitanda à prudentia, præter etiam extrinseca impedimenta, quæ condiuiduntur istis malis?

¶ Ad hoc dicitur, quod licet facile dici ab aliquo posset, quod hæc tria in hoc distinguuntur, quòd prouidẽtia respicit actum, vt bonũ ex genere ad finẽ, circunspectio, vt bonum ex circunstantiis, cautio vt remotum à malis vtrique bonitati oppositis: ita quod illa duo respiciant actum, secundum terminũ ad quem, scilicet bonitatem, hoc autem tertiũ respiciat eundem secundum terminũ à quo: quia tamen Autor actus istos distinguit, secundũ proprias difficultates, nec est alia difficultas recessus à malo & accessus ad bonum oppositũ, sed eadem: ideo attendendum est quod in litera tria mala numerãtur ad cautelam spectantia, scilicet extrinsecorum impedimentorum, & habentia boni speciem & euentuum, quod in responsione ad vltimũ addi videtur. Ita quod intentio Autoris est quod actus fini consonus secundum se tanquam bonus ex genere & bonus etiam ex circunstantiis eget cautela ad euitandum mala extrinsecorum impedimentorum. Verbi gratia, Actus ieiunandi propter castitatem quãdo oportet, &c. eget cautione, vt homo euitet ire ad socios tales, qui inducent forte ad frangendum ieiunium. Et quoniam huiusmodi impedimenta contingunt dupliciter, scilicet secundum manifestam oppositionem, & secundum occultam sub specie boni, & speciali acumine opus est, ad comprehendendum latentes sub specie boni insidias: ideo Autor contra impedimenta distinxit mala sub specie boni, quasi occulta contra aperta.

Locis supra art. 7. inductis. — Lib. 3. ca. 18. & 19.

¶ Patet autẽ ambo spectare ad cautionẽ ex eo quod incautos dicimus, qui incidunt in quoduis horum. Euẽtus autẽ mali sunt in duplici ordine. Quidam pertinentes ad circunstantias, & hi pertinẽt ad circũspectionem: & talis est euẽtus in exẽplo literæ, spectat enim ad circunstantiam circa quid. Amãs enim aliquẽ debet perspicere qualis est quem amat & ex consideratione conditionum personæ amatæ, quæ est materia & obiectum amoris, circunstantias actui adhibere. Quidam autem ex extrinsecis ab actu, & circunstantiis proueniunt, vt illi qui consequuntur impedimenta tam aperta quàm sub specie boni, & tales spectant ad cautionem. Breuiter autem dicitur, & sine tot difficultatibus resolutè, quòd circumspectio ad actum visionis interioris spectat, & habet pro obiecto circumadiacentia, & obuenire possibilia bona & mala, vt ipsum nomen circunspectionis sonat. Cautio vero ad actum applicationis spectat, & ad mala tantum vitanda refertur. Oportet nanque rationem practicam vtrunque actum habere, scilicet videre circumquaque, & vti tali visione applicando ad vitandum mala. Vnde incircumspectos dicimus, qui non vident circumquaque, incautos vero, qui licet circumspiciant omnia, non tamen student, vt vitent mala quæ præuident. Et per hoc solutio omnium pateret, nisi obstaret quod Autor circunspectionem ad applicationem pertinere posuit: & ideo sola prior solutio consona Autori videtur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q licet ea quæ possunt circunstare, sint infinita: tamen ea, quæ circunstant in actu, non sunt infinita: sed pauca quædã sunt quæ immutãt iudiciũ rationis in agẽdis.

¶ Ad secundum dicendum quòd circunstãtiæ pertinent ad prudentiam quidẽ sicut ad determinandũ eas: ad virtutes autem morales, inquantum per circunstantiarum determinationem perficiuntur.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q sicut ad prouidẽtiã ptinet prospicere id qd est p se cõueniẽs fini: ita ad circũspectionẽ ptinet cõsiderare an sit cõueniens fini secundũ ea quæ circũstant. Vtrũque aũt horũ habet specialem difficultatẽ: & ideo vtrunque eorum seorsum ponitur pars prudentię.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrum cautio debeat poni pars prudentiæ.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Vr q cautio non debeat poni pars prudẽtiæ. In eis enim in qbus malũ non põt esse, nõ est necessaria cautio. Sed virtutib⁹ nemo malè vtit, vt dicit Aug. in li. *de lib. Arb. Ergo cautio non pertinet ad prudentiam quæ est directiua virtutum.

¶ 2 Præterea, Eiusdem est prouidere bona, & cauere mala: sicut eiusdem artis est facere sanitatẽ, & curare ægritudinẽ. Sed prouidere bona ptinet ad prudentiã: ergo etiã cauere mala. Non ergo cautio debet poni pars alia prudẽtiæ à prouidẽtia.

¶ 3 Præterea, Nullus prudens conatur ad impossibile: sed nullus potest præcauere omnia mala quæ possunt contingere. Ergo cautio non pertinet ad prudentiam.

¶ SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Ephes. 5. Videte quomodo cautè ambuletis.

¶ RESPONDEO dicendum, q ea circa quæ est prudentia, sunt cõtingentia operabilia, in quibus sicut verũ potest admisceri falso, ita & malum bono propter multiformitatẽ huiusmodi operabilium in quibus bona plerunque impediũtur à malis, & mala habẽt speciẽ boni. Et ideo necessaria est cautio ad prudentiã: vt sic accipiantur bona, quòd vitentur mala.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd cautio non est necessaria in moralibus actibus, vt aliquis sibi caueat ab actibus virtutum: sed vt sibi caueat ab eis, per quæ actus virtutum impediri possunt.

¶ Ad secundum dicendũ, quod opposita mala cauere, eiusdẽ rationis est, & prosequi bona, sed vitare aliqua impedimẽta extrinseca, hoc pertinet ad aliam rationem. Et ideo cautio distinguitur à prouidentia, quamuis vtrumque pertineat ad vnam virtutem prudentiæ.

¶ Ad tertiũ dicendũ, qd malorũ, quę homini vitãda occurrũt, quędã sunt, quę vt in plurib⁹ accidere solent: & talia cõprehẽdi rõne possunt: & cõtra hæc ordinat cautio, vt totaliter vitent, vel vt min⁹ noceant. Quædã verò sunt quæ in paucioribus & casualiter accidũt: & cũ sint infinita, rõne cõprehẽdi nõ possunt, nec homo sufficit ea præcauere, quãuis p officium prudẽtiæ homo cõtra oẽs fortunæ insultus disponere possit, vt minus lædatur.

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA, de Prudentiæ partibus subiectiuis, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA cõsiderandũ est de partib⁹ subiectiuis prudentię. Et quia de prudẽtia, p quã aliquis regit seipsum iã dictum est, restat nunc dicendũ de speciebus prudentiæ, quibus multitudo gubernatur.

¶ Circa quas quærunt quatuor. ¶ Primo, vtrũ lex positiua debeat poni species prudẽtię. ¶ Secũdò, vtrũ politica. ¶ Tertio, vtrũ œconomica. ¶ Quartò, vtrũ militaris.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum regnatiua debeat poni species prudentiæ.*

*Supr. qõ. 48. artic. vnico cor. Et 3. dist. 33. qõ. 3. ar. 1. q. 4. — * Cap. 6. — † Cap. 5.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod regnatiua non debeat poni species prudentiæ: regnatiua enim ordinatur ad iustitiam conseruandã. Dicitur enim in quinto Ethi.* quod princeps est custos iustitiæ. Ergo regnatiua magis pertinet ad iustitiã quam ad prudẽtiam.

¶ 2 Præterea, Secũdum Philosophum in 3. Politicorum, † regnum est vna sex specierũ politiarũ: sed nulla species prudentiæ sumitur secundum alias quinq; politias, quæ sunt aristocratia, timocratia, tyrannis, olicratia, democratia. Ergo nec secundùm regnum debet sumi regnatiua.

¶ 3 Præterea, Leges ponere nõ solũ pertinet ad reges, sed etiã ad quosdam alios principatus, & etiam ad populum: vt patet per Isidor. in lib. Ety. * Sed philosophus in sexto Ethicorũ ponit legis positiuam partem prudentiæ. Inconueniẽter ergo loco eius ponitur regnatiua.

** Lib. 5. cap. 10.*

¶ SED CONTRA est, quòd Philosophus dicit in tertio Politi.* quòd prudentia est propria virtus principis. Ergo specialis prudentia debet esse regnatiua.

** cap. 8.*

¶ RESPONDEO, dicendũ q sicut ex supra dictis patet,* ad prudentiã pertinet regere & pręcipere, & ideo vbi inuenit specialis ratio regiminis & præcepti in humanis actibus, ibi etiam inuenitur specialis ratio prudẽtiæ. Manifestum est autem, quòd in eo, qui nõ solum seipsam habet regere, sed etiã cõmunitatem perfectam ciuitatis vel regni, inuenitur specialis & perfecta ratio regiminis. Tanto enim regimen perfectius est, quãto vniuersalius est ad plura se extendẽs & vlteriorẽ finẽ attingẽs: & ideo regi, ad quem pertinet regere ciuitatem vel regnũ, prudentia competit secundum specialem & perfectissimam sui rationem. Et propter hoc regnatiua ponitur species prudẽtiæ.

cap. 3. — Q. 47. ar. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd omnia, quæ sunt virtutum moraliũ, pertinent ad prudentiã, sicut ad dirigentem. vnde & ratio recta prudentiæ ponitur in diffinitione virtutis moralis, vt supra dictũ est*. Et ideo etiam executio iustitiæ, prout ordinat ad bonũ cõmune, qd per-

q. 47. art. 5. ad 1. Et 1. 2. q. 58 art. 1. & 2. ad 4. & art. 4.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum primum.*

IN quæst. 50. articul. 1. dubium occurrit circa illud dictũ, scilicet quòd leges ponere non conuenit aliis principatibus, & populo, nisi secundum quod participant aliquid de regimine regio. Videtur enim oppositum, quia Rex participat populum, & non econtra: quoniam Rex fit naturaliter à populo & Rex quasi gerens vicem totius populi, leges ponit.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet prima facie videatur distinguendum & dicendum, quod regimen regium & populare comparantur dupliciter, scilicet ordine formali, & sic cùm perfectiora in entibus sint exemplaria imperfectiorum, regimen regium vt pote perfectissimum, est exẽplar omnis regiminis. (Ac per hoc in litera dicitur, quod alij principatus, etiam popularis, intantùm leges ponunt inquantum participant regimen regium) vel ordine generationis, & sic regimen populare secundum actum electionis est prius regimine Regis, vt obiiciendo dicitur. Sed si diligenter consideretur, quod electio regiminis non est pars regiminis, sed præuium ad omnem speciem regiminis: ad electionem siquidem populi spectat secundum naturale ius, an populare, an optimatum, an regale sit futurũ regimen: manifeste patet, quod hic etiam secundum generationis ordinem regalis principatus dependet à populari, qui in litera populus vocatur: magis autem distinguẽdum est de populi significatione. Quandoque enim sumitur populus pro regimine populari, quandoque autem pro ipso populo. Regimen autem regium à populi quidẽ electione depen

Universidad de Deusto
Biblioteca

dependet, qui vota sua & potestatem in eũ transtulerũt: & propterea vices populi gerere dicitur. Non dependet autem à regimine popularis, sed econtra, vt in litera dicitur nec vices illius gerit.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum secundum.*

Cap. 10. IN articulo secundo in responsione ad secundum, aduerte quod politica quæ quasi manualis est, nõ vnius, sed multarum est specierũ iuxta multitudinẽ formalium partium ciuitatis: sicut nautica distinguitur in eam quæ regit remonẽ, & eam quę regit remos, &c. Propter huiusmodi enim diuersitatem diximus superius ex Aristot. esse tot genera virtutũ. Simile enim est in omnibus huiusmodi: propter quod etiam œconomica in multas species diuiditur, eadem ratione, propter diuersas scilicet partes formales.

Locis supra art. 1. notatis.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum tertium.*

Ar. præ. IN responsione ad secundum dubium occurrit circa illud scilicet, peccator non potest prouidẽ se habere ad totum bene viuere domesticæ conuersationis: tũ quia magis exigitur virtuosa vita ad totum bene viuere, secundum ciuilem conuersationem quã secũdum domesticã: quia ad bene se habere secundum domesticam conuersationẽ sufficit filiis suis, vxori, &c. quantum ad se attinet bene se habere. Sic autẽ bene se habere, distinguitur contra bene se habere simpliciter, vt patet primo Politicorũ, ex ca. penultimo.

Cap. 8. ¶ Ad hoc dicitur quod dictum Autoris intelligendum est de patrefamilias, cuius est prouidere: propter quod dixit prouide se habere. Oportet enim patrem familias esse bonum virum, sicut & principem ciuitatis, eadem ratione.

¶ In articulo quarto nihil aliud scribendum occurrit,

tinet ad officiũ regis, indiget directione prudentiæ. Vnde istæ duæ virtutes sunt maxime ꝓpriæ regi, scilicet prudentia & iustitia: secundũ illud Hier. 23. Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Quia tamen dirigere magis pertinet ad regem, exequi autem ad subditos: ideo regnatiua magis ponitur species prudentiæ quæ est directiua, quàm iustitiæ quæ est executiua.

¶ Ad secundum dicẽdum, quod regnum inter alias politias est optimum regimẽ, vt dicitur in 8. Ethi.* Et ideo species prudẽtiæ magis debuit denominari à regno, ita tamen quod sub regnatiua cõprehendantur omnia alia regimina recta, non autem peruersa quæ virtuti opponuntur. Vnde non pertinent ad prudentiam.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ Philosophus denominat regnatiuã à principali actu regis qui est leges ponere. Quod etsi cõueniat aliis, non cõuenit eis, nisi secundum ꝙ participant aliquid de regimine regis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum politica conuenienter ponatur pars prudentiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd politica inconuenienter ponatur pars prudentiæ. Regnatiua enim est pars politicæ prudẽtiæ, vt dictum est.* Sed pars non debet diuidi contra totum. Ergo politica non debet poni alia species prudentiæ.

¶ 2 Præterea, Species habituum distinguuntur secundũ diuersa obiecta: sed eadẽ sunt, quæ oportet regnãte præcipere, & subditũ exeq. Ergo politica, secũdum quòd ptinet ad subditos non debet poni species prudentiæ distincta à regnatiua.

¶ 3 Præterea, Vnusquisque subditorũ est singularis persona. Sed quælibet singularis persona seipsam sufficienter dirigere potest per prudentiam communiter dictam. Ergo non oportet poni aliam speciem prudentiæ, quæ dicatur politica.

¶ SED CONTRA, est ꝙ Philosophus dicit in 6. Eth.* Eiꝰ autẽ quæ circa ciuitatẽ, hæc quidẽ architectonica prudẽtia legis positiua: hæc autẽ cõmune nomẽ habet politica, circa singularia existens.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd seruus per imperiũ mouetur à domino, & subditꝰ à principãte: aliter tamẽ quàm irrationabilia & inanimata moueantur à suis motoribus. Nã inanimata & irrationabilia agũtur solùm ab alio, non autẽ ipsa agũt seipsa: quia nõ habẽt dominiũ sui actus per liberũ arbitriũ. Et ideo rectitudo regiminis ipsorũ nõ est in ipsis, sed solum in motoribus. Sed homines serui, vel quicunq; subditi ita aguntur ab aliis per præceptum, quòd tamẽ agunt seipsos per liberum arbitriũ: & ideo requiritur in eis quædã rectitudo regiminis, per quã seipsos dirigant in obediendo principãtibus: Et ad hoc pertinet species prudentiæ, quæ politica vocatur.

ar. præ. ¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sicut dictũ est,* regnatiua est perfectissima species prudentiæ: & ideo prudentia subditorũ, quę deficit à prudẽtia regnatiua, retinet sibi nomen cõmune, vt prudẽtia dicat: sicut in logicis cõuertibile, quod non significat essentiam, retinet sibi commune nomẽ proprij.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd diuersa ratio obiecti diuersificat habitum secũdum speciem: vt ex suprà dictis patet. Eadem autem agenda considerantur quidem à Rege secundũ vniuersaliorem rationem, quàm considerentur à subdito, qui obedit. Vni enim regi in diuersis officiis multi obediũt. Et ideo regnatiua comparatur ad hanc politicam, de qua loquimur, sicut ars architectonica ad eam, quæ manu operatur.

¶ Ad tertium dicendum, quod prudentia communiter dicta regit homo seipsum, in ordine ad proprium bonum. Per politicam autem, de qua loquitur, in ordine ad bonum commune.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum œconomica debeat poni species prudentiæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod œconomica non debeat poni species prudentiæ: quia, vt Philosophus dicit in 6. Ethic.* prudentia ordinatur ad bene viuere totum. Sed œconomica ordinatur ad aliquem particularem finem, scilicet ad diuitias, vt dicitur in 1. Ethi.* Ergo œconomica non est species prudentiæ. *Supra qũ. 47. ar. 11. Et q. 48. ar. vnico. cor. fi. & ad 2. Et 3. dist. 33.*

¶ 2 Præterea, Sicut supra habitum est*, prudentia non est nisi bonorum. Sed œconomica potest etiam esse malorum. Multi enim peccatores prouidi sunt in gubernatione familiæ. Ergo œconomica non debet poni species prudentiæ. *qũ. 3. ar. 1. q. 4. Et 6. Eth. lect. 7. Cap. 5.*

¶ 3 Præterea, Sicut in regno inuenitur principans & subditus, ita etiam in domo. Si ergo œconomica est species prudẽtiæ, sicut & politica, deberet etiam pat erna prudentia poni, sicut & regnatiua: non autem ponitur. Ergo nec œconomica debet poni species prudentiæ. *Cap. 1. Q. 47. ar. 13.*

¶ SED CONTRA est, ꝙ Philosoꝰ dicit in 6. Eth.* ꝙ illarũ, quæ se habẽt ad regimẽ multitudinis, hæc quidem œconomica, hæc autem legis positiua, hæc autem politica. *Cap. 8.*

¶ RESPONDEO dicẽdum, ꝙ ratio obiecti diuersificata secundum vniuersale & particulare, vel secundum totũ & partem, diuersificat artes & virtutes, secundum quam diuersitatem vna est principalis respectu alterius. Manifestum est autem quòd domus medio modo se habet inter vnam singularem personam, & ciuitatem, vel regnum. Nam sicut vna singularis persona est pars domus, ita vna domus est pars ciuitatis vel regni. Et ideo sicut prudentia communiter dicta, quæ est regnatiua vnius, distinguitur à politica prudentia: ita oportet, quod œconomica distinguatur ab vtraque. *Cap. 5. & 7.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ diuitiæ cõparantur ad œconomicam non sicut finis vltimus, sed sicut instrumenta quædã: vt dicitur in 1. Politicorum*. Finis autem vltimus œconomicæ est totum bene viuere, secundum domesticam cõuersationem. Philosophus autem in 1. Ethic*. ponit exemplificando, diuitias, finem œconomicæ, secundũ studium plurimorum. *Cap. 1.*

¶ Ad secũdum dicendũ, quòd ad aliqua particularia, quæ sunt in domo disponenda, possunt aliqui peccatores prouide se habere: sed non ad ipsum totum bene viuere domesticæ conuersationis, ad quod præcipuè requiritur vita virtuosa.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ pater in domo habet quandã similitudinem regij principat⁹: vt dicitur in 8. Eth*. nõ tamẽ habet perfectam potestatẽ regiminis, sicut Rex. Et ideo non ponitur separatim potestas paterna species prudentiæ, sicut regnatiua. *Cap. 10.*

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum militaris debeat poni species prudentiæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videt quod militaris non debeat poni species prudẽtiæ. Prudentia enim cõtra artem diuiditur, vt dicitur in 6. Eth.* Sed militaris videtur esse quædam ars in rebus bellicis, sicut patet per Philosophum in 3. * Eth. ergo militaris non debet poni species prudentiæ. *Locis supra art. 3. notatis. Cap. 3. 4. & 10. 5. * Cap. 8. & lib. 1. Cap. 1. & 2.*

¶ 2 Præterea, Sicut militare negotiũ continetur sub politico: ita etiam & plura alia negotia, sicut mercatorum, artificum, & aliorum huiusmodi. Sed secundum alia negotia quæ sunt in ciuitate non accipiuntur aliquæ species prudentiæ: ergo etiam neque secundum militare negotium.

¶ 3 Præterea, In rebus bellicis plurimum valet militum fortitudo. Ergo militaris magis pertinet ad fortitudinem, quam ad prudentiam.

¶ SED CONTRA est, ꝙ dicit Prouerb. 24. Cum dispositione initur bellum, & erit salus, vbi sunt multa consilia. sed consiliari pertinet ad prudentiã. Ergo in reb⁹ bellicis maximè necessaria est aliqua species prudentiæ, quæ militaris dicitur.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd ea, quæ secũdum artem & rationem aguntur, conformia esse oportet iis, quæ secundũ naturam, quæ à ratione diuina sunt instituta. Natura autem ad duo tendit. Primo quidem ad regendam vnamquãque rem in seipsa: secundo verò ad resistendum extrinsecis impugnantibus & corruptiuis. Et propter hoc nõ dedit solum animalibus vim concupiscibilem, per quam moueãtur ad ea, quæ sunt saluti eorum accommoda, sed etiam vim irascibilem, per quam animal resistit impugnantibus. Vnde & in iis quæ sunt secundũ rationem, nõ solũ oportet esse prudentiã politicã, per quã disponãtur cõuenienter ea, quæ pertinẽt ad bonum commune, sed etiam militarẽ, per quã hostiũ insultus repellantur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ militaris põt esse ars, secundum ꝙ habet quasdam regulas vtendi quibusdã exterioribus rebus, puta armis & equis: sed secundũ quod ordinatur ad bonum commune, habet magis rationem prudentiæ.

¶ Ad

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ primæ Articulum primum.

¶ IN artic. primo quæstionis quinquagesimæ primæ ad secundum nota, quòd si argumentum tendat contra materiam consilij, prima responsio: si contra perfectionem formalẽ, quòd rectitudo inquisitiua est, secunda responsio amplectenda est.

¶ In responsione ad tertium eiusdem artic. primi dubiũ occurrit: quia responsio non videtur satisfacere argumento. Nam argumentum tendebat ad hoc, quod eubulia non esset virtus, eo quod esset in peccatoribus: respõsio autẽ ostendit quod non est in peccatoribus, inquantũ peccant. Ex hac enim responsione non habetur quod non sit in eis, qui sunt peccatores: quod erat intẽtum argumenti. Ex eo namq; ꝙ illi qui sunt peccatores habent eubuliam non in peccãdo, sed in aliis, sequitur quod eubulia non est virtus. Nam in illis, qui sunt peccatores, nulla est virtus, quum omnes sint connexæ, vt argumentum assumit.

*c. 2. qõ. 7. arti. 6. & 8. ad 33. q. 3. arti. 1. q. 2. Et 6. Ethic. lect. 8. & 9. * lib. 2. cap. 18.*

¶ Ad hoc dicitur, quod responsio optimè euacuat argumẽtum. Nam responsio ostendendo quod peccator peccando contrariatur rectitudini cõsilij, satis per hoc ostendit ꝙ in illo qui est peccator, nõ est eubulia, oportet eñ eubuliam re ctè cõsiliari nõ solum in huius, vel illius virtutis materia, sed in omnium virtutum materiis. Et si in vna deficit, ipsa deficit. Et propterea ex hoc ꝙ in peccatore deficit in illa materia in qua peccat, sequitur quod absolutè in illo non sit.

Tex. 17.

1. 2. q. 65. ar. 1.

¶ In eadem responsione dubium occurrit. Quomodo omne peccatum est contra bonam consiliationem, cùm pluries contigat peccare in nullo offendendo cõsilium, sed præceptum: vt patet cùm quis in eodem perseuerãs consilio & iudicio, contrarium præcipit ex passione, vel illud ex negligentia non præcipiẽdo, peccat. Si dicatur, vt litera innuere videtur, quod peccat contra consilium, quia non est firmus in suo consilio: cõtrà. Firmitas consilij cùm distinguatur à firmitate præcepti, sicut & ipsum cõsilium à præcepto: quoniam modus est cuiusque suus, negligens in præcipiendo & perseuerans in consilio, est firmus in consilio, & tamen peccat.

q. 47. ar. 4. & 1. 2. q. 55. 2. & 3.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia omne peccatũ lib. arbitrij fit, cui⁹ ꝓprius actus est electio qui appetitus est præconsiliati: ideo omne peccatũ contra consilium aliquod formaliter vel virtualiter committitur: nam

gotia quæ sunt in ciuitate, ordinantur ad aliquas periculares vtilitates. Sed militare negotium ordinatur ad tuitionem totius boni communis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd executio militiæ pertinet ad fortitudinem. Sed dirẽctio ad prudentiam, & præcipue secundum quòd est in duce exercitus.

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA PRIMA, de Virtutibus adiunctis prudentiæ, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de virtutibus adiunctis prudentiæ, quæ sunt quasi partes potentiales ipsius.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo vtrum eubulia sit virtus. ¶ Secundo, vtrum sit specialis virtus à prudentia distincta.

¶ Tertio, vtrũ synesis sit specialis virtus.

¶ Quarto, vtrũ gnome sit specialis virtus.

ARTICVLVS I.

¶ Virum eubulia sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod eubulia non sit virtus. Quia secundum Aug. in libro de Libe. arb.* virtutibus nullus malè vtitur. Sed eubulia, quæ est bene consiliatiua, aliqui male vtuntur, vel quia astuta consilia excogitant ad fines malos consequendos: aut etiam ad bonos fines consequendos aliqua peccata ordinant, puta qui furatur, vt elemosynam det. Ergo eubulia non est virtus.

¶ 2 Præterea Virtus perfectio quædã est, vt dicitur in 7. Phy.* Sed eubulia circa consilium consistit, quod importat dubitationem & inquisitionẽ quę imperfectionis sunt. ergo eubulia non est virtus.

¶ 3 Præterea, Virtutes sunt connexæ ad inuicẽ, vt supra habitum est.* Sed eubulia non est connexa aliis virtutibus. Multi enim peccatores sunt bene consiliatiui, & multi iusti sunt in consiliis tardi. Ergo eubulia non est virtus.

¶ SED CONTRA, est quod eubulia est rectitudo cõsilij, vt Philosophus dicit in 6. Ethic. Sed recta perfectio rationem virtutis. ergo eubulia est virtus.

¶ RESPONDEO, dicendum quòd sicut supra dictum est* de ratione virtutius humanæ est, quod faciat actũ hominis bonũ. Inter cæteros autem actus hominis, propriũ est ei consiliari: quia hoc importat quandam rationis inquisitionem circa agenda, in quibus consistit vita humana. Nã vita speculatiua est supra hominem, vt dicitur in 10. Ethic.* Eubulia autem importat bonitatem consilij. Dicitur enim ab eu, quod est bonum & bene, quod est consiliũ, quasi bona consiliatio: vel potius bene cõsiliatiua. Vnde manifestũ est qd eubulia est virtus humana.

cap. 7.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est bonũ cõsilium, siue aliquis malum finem in consiliando præstituat, siue etiam ad bonum finem malas vias ad inueniat. sicut etiam in speculatiuis non est bona ratiocinatio, siue aliquis falsum concludat, siue etiam concludat verum ex falsis dictis: quia non vtitur cõuenienti medio. Et ideo vtrumque prædictorum est contra rationem eubuliæ: vt Philosophus dicit in 6. Ethi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etsi virtus sit essentialiter perfectio quędã: non tamẽ oportet quod omne illud quod est materia virtutis, importet pfectionem. Oportet enim circa omnia humana perfici per virtutes, & non solum circa actus rationis inter quos est consiliũ, sed etiam circa passiones appetitus sensitiui, quæ adhuc sunt multo imperfectiores. Vel potest dici quòd virtus humana est perfectior secũdum modum hominis, qui non potest per certitudinem comprehendere veritatem rerum simplicium, intuitu simplici: & præcipuè in agibilibus, quę sunt contingentia.

¶ Ad terium dicendum, quod in nullo peccatore, in quantum huiusmodi, inuenitur eubulia. Omne enim peccatum est contra bonam consiliationem. Requiritur enim ad bene consiliandum non solum adinuentio vel excogitatio eorum quæ sunt opportuna ad finem, sed etiam aliæ circunstantiæ, s. tempus congruum, vt nec nimis tardus, nec nimis velox sit in consiliis, & modus consiliandi, vt s. fit firmus in suo consilio, & aliæ huiusmodi debitæ circunstantiæ, quæ peccatores peccando non obseruant. Quilibet autem virtuosus est benè consiliatiuus in iis, quæ ordinantur ad finem virtutis: licet fortè in aliquibus particularibus negotiis non sit benè consiliatiuus, puta in mercationibus, vel in rebus bellicis, vel in aliquo huiusmodi.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum eubulia sit virtus distincta à prudentia.

AD SECVNDVM sic, proceditur. Videtur quod eubulia nõ sit virtus distincta à prudentia: quia vt Philosophus dicit in sexto Ethic.* videtur prudentis esse bene consiliari. Sed hoc pertinet ad eubuliam, vt dictum est.* ergo eubulia non distinguitur à prudentia.

¶ 2 Præterea, Humani actus, ad quos ordinantur humanæ virtutes, præcipuè specificantur ex fine, vt suprà dictum est.* Sed ad eundem finem ordinantur eubulia & prudentia, vt dicitur 6. Ethi.* non autem ad quendam particularem finem, sed ad communem finem totius vitæ. ergo eubulia non est virtus distincta à prudentia.

¶ 3 Præterea, In scientiis speculatiuis ad eandem scientiam pertinet inquirere & determinare. ergo pari ratione in operatiuis hoc pertinet ad eandem virtutem. Sed inquirere pertinet ad eubuliam, determinare autem ad prudentiam. ergo eubulia non est alia virtus à prudentia.

¶ SED CONTRA, est ꝙ prudentia est præceptiua, vt dicitur in 6. Ethi.* hoc autem non conuenit eubuliæ. ergo eubulia est alia virtus à prudentia.

Locis supra artic. 1. notatis. cap. 5. Art. præ.

1. 2. q. 18. ar. 1. cap. 11.

cap. 10.

¶ RESPONDEO dicẽdum, ꝙ sicut dictũ est suprà,* virtus propriè ordinatur ad actum, quę reddit bonũ: & ideo oportet secundũ differentiã actuum esse diuersas virtutes, & maximè quando non est eadem ratio bonitatis in actibus. Si enim esset eadem ratio bonitatis in eis, tunc ad eandem virtutem pertineret diuersi actus. Sicut ex eodẽ dependent bonitas amoris, desiderij, & gaudij: & ideo omnia ista pertinent ad eãdem virtutem charitatis. Actus autẽ rationis ordinati ad opus sunt diuersi, nec habent eandem rationem bonitatis, ex alio enim efficitur homo bene consiliatiuus, & bene iudicatiuus & bene præceptiuus. Quod patet ex hoc, quod ista aliquãdo ab inuicem separantur. Et ideo oportet aliam esse virtutem eubuliam, per quam homo est bene cõsiliatiuus, & aliam prudentiam, per quam homo est bene præceptiuus. Et sicut consiliari ordinatur ad præcipere tanquam ad principalius, ita etiam eubulia ordinatur ad prudentiam tanquam ad principaliorẽ virtutem, sine qua nec virtus esset, sicut nec morales virtutes sine prudentia, nec cæteræ virtutes sine charitate.

Art. præc. & 1. 2. q. 55. art. 2. & 3.

¶ AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad conuersandum cum mulieribus.

¶ In eodem art. in respon. quod prudentia bene consiliatur imperatiuè, quum eubulia sit prior natura saltem quam prudentia.

Prius est enim rectè consiliari, & deinde iudicare, & demum præcipere. Quomodo ergo prudentia præcipit iam facto?

¶ Ad hoc dicitur, quòd quum prudentia se habeat ad eubuliã & alias adiũctas virtutes, quemadmodum militaris se habet ad equestrẽ & gladiatoriam, vt patet ex ordine finis, ista rũ subseruientiũ ad finem principantis, consequens est, vt sicut militaris imperat subseruientibus sibi artibus, ita prudentia præcipiat ministrantibus sibi virtutibus. Relucet autem hoc in exterioribus, in quibus præcipiẽs subiecto, distinguitur à consiliãtibus. Princeps namque, cuius est præcipere, imperat consiliariis & simile accidit intus in anima.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum dicitur quòd quia finis principalis est vltimum in executione, & primum in intentione: ideo virtus vel ars, cuius est respicere illum finem principalem, vt proprium, imperat ministrantibus tali ordine, quod primo est intentio illius finis: secundo executio ministrantium & earum fines & demum est executio principalis, vt patet in militari. Prius enim est executio equestris & gladiatoriæ & frænefactiuæ, quã executio militaris. Imperat tamen militaris his omnibus ex priore intentione finis: Et simile patet in principe, & consiliariis, &c. Neq; enim Princeps primo præcipit agenda, & deinde consilium adhibet: sed intendens præcipere, adhibet cõsilium ad inuenienda quæ sunt præcipienda ad talem finem, oportet enim consilia cõgruere præcepto: alioquin quamuis aliàs optima, tunc vana & nulla reputarentur, vt patet in dantibus consilia de illis mediis, quæ nostro non subsunt pro tunc imperio. Sic etiam contingit in anima intendente finem aliquem, puta castitatem, & volẽte præcipere sibi media congrua, consiliatur, & quũ contulerit quod ieiunia, disciplinæ, lectiones sacræ, orationes mentales, expediunt, in hoc bonum consilium est, si media quę suo subsunt imperio, concluditur. Contingit enim infirmum esse corpore sic, vt peccaret ieiunando, & huiusmodi. Imperat ergo prudentia ebuliæ, vt architectonica ministrantibus.

¶ In articulum tertium eiusdem quæstionis in responsione ad primum, nota duplex iudicium concurrere ante actum præcepti, scilicet de fine particulari, & hoc fit in minori propositione: & de eo quod est ad finem, quod præcipiendum est, & hoc fit in conclusione. Et licet vtrumque iudicium spectet ad synesim, primi tamen bonitas virtuti morali tribuitur: secundi autem synesi, quia illius est magis finis: istius autem est magis id quod est ad finem. Ministrat enim hæc prudentiæ, quæ est eorum quæ sunt ad finem; illa autem intentionem finis rectam facit.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ primæ Articulum quartum.

IN artic. quarto dubium occurrit, Quo pacto gnome est virtus. Et est ratio dubij. quia si est virtus, aut naturalis, aut acquisita. Sed naturalis nõ est: quia

1 1. q. 57. ar. 6. & 3 dist. 33. q. 3. art. 1. q. 2 Arist. 6. Eth. le. 9. Cap. 1. Cap. 11. Cap. 10.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ ad prudentiam pertinet bene consiliari imperatiuè, ad ebuliam autem elicitiuè.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd ad vnum finem vltimum, quod est bene viuere totum, ordinantur diuersi actus secundum quendã gradũ. Ná præcedit consiliũ, sequitur iudiciũ & vltimũ est præceptum, quod immediatè se habet ad finẽ vltimũ. Alij aũt duo actus remote se habent: qui tamẽ habent quosdam proximos fines. Consiliũ quidẽ inuentionẽ eorum, quæ sunt agẽda, iudiciũ aũt certitudinẽ. Vnde ex hoc non sequitur, quod eubulia & prudentia nõ sint diuersę virtutes: sed quòd eubulia ordinetur ad prudentiam. sicut virtus secundaria ad principalem.

¶ Ad tertiũ dicendum, quod etiã in speculatiuis alia rationalis scientia est dialectica, quæ ordinatur ad inquisitionem inuentiuam, & alia scientia demonstratiua quæ est veritatis determinatiua.

ARTICVLVS III.

¶ Verum synesis sit virtus.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur q̃ synesis non sit virtus. Virtutes enim nõ insunt nobis à natura vt dicitur in 2. Eth.* Sed synesis inest aliquibus à natura, vt dicit Philosophus in sexto Ethicorum.* Ergo synesis non est virtus.

¶ 2 Præterea, Synesis, vt in eodẽ libro dicitur,* est solũ iudicatiua. Sed iudicium solum sine præcepto potest esse etiam in malis. Cum ergo virtus sit solum in bonis, videtur quod synesis non sit virtus.

¶ 3 Præterea, Nunquã est defectº in præcipiẽdo, nisi sit aliquis defectus in iudicãdo, saltẽ in particulari operabili, in quo omnis malus errat. Si ergo synesis ponit virtus ad bene iudicandum, vt q̃ non sit necessaria alia virtus ad bene præcipiendũ. & ideo prudẽtia erit supflua: qd est inconueniens. Non ergo synesis est virtus.

¶ SED CONTRA, Iudiciũ est pfectius q̃ cõsiliũ. Sed eubulia quæ est bene cõsiliatiua, est virtus. Ergo multo magis synesis, quę est bene iudicatiua, est virtº.

¶ RESPONDEO, dicendum q̃ synesis importat iudiciũ rectũ: nõ quidem circa speculabilia, sed circa particularia operabilia, circa quæ etiam est prudẽtia. Vnde secũdum synesim dicũtur aliqui in Græco syneci, id est sensati, vel eusyneci, id est homines boni sensus. Sicut ecõtrario q̃ carẽt hac virtute, dicũtur asyneci, id est insensati. Oportet aũt q̃d secundũ differentiã actuũ, q̃ non reducũtur in eandem causam, sit etiã diuersitas virtutũ. Manifestũ est autẽ quod bonitas consilij & bonitas iudicij, non reducũtur in eandẽ causam Multi enim sunt bene cõsiliatiui q̃ tamẽ nõ sunt bene sensati, quasi præter synderesim, quæ habitus principiorũ est, nulla virtus ponitur naturalis in intellectu practico, sicut nec in speculatiuo, nisi habitus principiorum. Nec acquisita, quia acquirũtur virtutes intellectus experimẽtis, quæ ex memoriis consurgunt, vt patet in prologo Metaphysicæ. Hæc autem præter communes regulas iudicanda sunt raro contingentia: ac per hoc ab vno & eodem homine parum, aut nihil experimento probabilia & sic virtus hæc nunquam habebitur.

¶ Ad hoc dicitur quod virtutes sunt in duplici differentia. Nam quædam sunt, quarum materiæ in communi vita frequenter occurrũt, vt virtutes quæ cardinales vocantur, vt patet discurrenti per earum materias, scommutationes, distributiones, appetitus, ac delectationes ciborum & venereorum, timoresq; periculorum. Quædam vero sunt quarum materiæ non communiter aut frequenter accidunt, vt patet de magnificentia & magnanimitate. Non enim magnæ diuitiæ, aut magni honores crebro occurrunt. Et quia exercitationes earum non sunt similes: ideo etiam connexio ipsarum cum aliis non intelligitur simili modo, sicut de primis. Nam cũ virtutes omnes cõnexæ sint, primas tantum connexio ponit in actu simpliciter: secundas autem in actu secundum quid, id est, in potentia propinqua actui simpliciter. Pauper enim virtuosus non est magni ficus simpliciter, sed in potentia propinqua, præparatione scilicet animi. Ex his autem omnibus hoc habetur ad propositum, quod virtutes aliquæ ineſſe nobis dicuntur, quando sunt in potentia propinqua præparati animi. Sic enim contingere, videtur de gnome. Ipsa enim tunc haberi dicitur, quando in suis principiis mens exercitata est, quamuis casus non occurrant.

¶ Ad cuius euidentiam recolendum est, quod quemadmodum prudentia sit ex eustochia per inuentionem, & docilitate per disciplinam & consummatur exercitatione: ita gnome sit & inuentione ex naturali perspicacitate, plurimum ad tale iudicium conferente. Cuius signum est quod viri quantumcunque doctissimi, deficientes in naturali sagacitate, nesciunt vltra legum verba decernere. Sit & disciplina ex lectione exceptionũ, & gestorum sapientium, ac proborum, & eorum

2. 47. ar. 2. & 13.

Locis supra art. 3. citatis.

rectè iudicãtes. sicut etiã in speculatiuis aliqui sunt bene inquirẽtes propter hoc, quòd ratio eorũ própta est ad discurrendum per diuersa: quod videtur prouenire ex dispositione imaginatiuæ virtutis, quę de facili potest formare diuersa phãtasmata. Et tũ huiusmodi quandoq; non sunt boni iudicij, quod est propter defectum intellectus, qui maximè contingit ex mala dispositione cõmunis sensus non bene iudicantis. Et ideo oportet præter eubuliam esse aliam virtutem, quæ est bene iudicatiua, & hæc dicitur synesis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ rectum iudicium in hoc cõsistit, q̃ vis cognoscitiua apprehẽdit rẽ aliquam, secũdũ quod in se est. Quod quidẽ prouenit ex recta dispositione virtutis apprehẽsiuæ, sicut in speculo si fuerit bene dispositũ, imprimunt formæ corporũ secũdum q̃ sunt. Si vero fuerit speculum male dispositũ, apparẽt ibi imagines distortæ, & prauè se habẽtes. Quod autem virtus cognoscitiua sit benè dispositа ad recipiendũ res, secundũ qd̃ sunt, cõtingit q̃dem radicaliter ex natura, consummatiuè aũt ex exercitio vel ex munere gratię. Et hoc dupliciter. Vno modo directè ex parte ipsius cognoscitiuæ virtutis, puta quia non est imbuta prauis cõceptionibus, sed veris & rectis. Et hoc pertinet ad synesim, secũdum quod est spãlis virtus. Alio modo indirectè ex bona dispositione appetitiuę virtutis: ex qua sequitur q̃ homo benè iudicet de appetibilibus. Et sic bonum virtutis iudiciũ cõsequitur habitus virtutum moraliũ, sed circa fines: synesis aũt est magis circa ea quę sunt ad finem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in malis quidem potest iudicium rectum esse in vniuersali, sed in particulari agibili semper eorum iudicium corrumpitur: vt supra habitum est.

¶ Ad tertium dicendũ, quod contingit quãdoque id quod bene iudicatũ est differri, vel negligenter agi, aut inordinate. ideo post virtutẽ, quæ est bene iudicatiua, necessaria est finalis virtus principalis quæ est bene præceptiua s. prudentia.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum gnome sit specialis virtus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd gnome non sit specialis virtº à synesi distincta: quia secundum synesim dicitur aliquis bene iudicatiuus. Sed nullus potest dici bene iudicatiuus, nisi in omnibus bene iudicet. Ergo synesis se extendit ad omniã diiudicanda. Non est ergo aliqua alia virtus bene iudicatiua, quæ gnome dicatur.

¶ 2 Præterea, Iudiciũ mediũ est inter cõsilium & præceptum. Sed vna tantũ virtutum ab Aegyptiis oppressoribus suis, quãuis hoc diuina etiam fecerint autoritate, & in materia temperantiæ præter communes regulas corpus incolume subiicientes menti, pluries occurrit propter occurrentem finem etiã cũ corporis dispẽdio abstinere vt in actibus lectionis, sermonis velocis, equitationis necessariæ, seruitij infirmorum, & huiusmodi. Et per hæc patet responsio ad obiecta, quia scilicet est virtus acquisita, & quomodo acquiritur.

Tex. 57. & 48.

Cap. 11.

rationibus: Legentes enim quod præter communes regulas modestiæ Dauid vt habetur primi regum vigesimo secundo, actus furentis vel epileptici assumpsit, vt vitã saluaret, docemur, quod Scultitiã simulare loco, prudentia summa est, sic dato q̃ materia gnomes raro occurrat, ac p̃ hoc non habeatur frequenter gnome cõsummatè: haberi tñ põt sicut aliæ virtutes similes in principiis suis & p̃xima dispositione: quãuis exercitiũ gnomes nõ ita rarũ sit: qñ & in materia iustitiæ & priuatis plonis pluries accidit in recõpẽsatione bonorũ, quę nõ possunt aliter recuperare, faciẽtes suiipsi iustitiã, vt fecerũt filij Israel, petẽtes mu

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ secundæ Articulum primum.

IN articulo primo quę stionis quinquagesimæ secundæ, aduerte quod donum consilij ab eubulia tã acquisita quã infusa nõ solũ differt secundum communẽ differẽtiã doni à virtute, quia perficit altiori modo, scilicet ad superhumanè operandũ: sed secundum propriã rationẽ: quia eubulia est rectè consiliatiua actiuè: donũ aũt cõsilij est rectè consiliatiuũ passiuè, quo ad ipsam ac quisitionẽ consilij, vt in responsione ad primum dicitur, quamuis acceptum iam cõsilium actiuè dirigat: vt in sequenti articulo in responsione ad vltimum dicitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd synesis est verè iudicatiua de omnibus quæ secundum communes regulas fiunt, sed præter communes regulas sunt quædam alia diiudicanda, vt iam dictum est*.

art. prec.

¶ Ad secundum dicendum, quòd iudicium debet sumi ex principiis propriis rei, inquisitio autem fit etiam per communia. Vnde etiam in speculatiuis dialectica, quæ est inquisitiua, procedit ex communibus: demonstratiua autẽ, quæ est iudicatiua, procedit ex propriis. Et ideo eubulia, ad quã pertinet inquisitio consilij, est vna de omnibus, non autem synesis, quæ est iudicatiua. Præceptum autẽ respicit in omnibus vnã rationem boni: & ideo etiam prudentia non est nisi vna.

¶ Ad tertium dicendum, quod omnia illa, quæ præter communem cursum contingere possunt, considerare pertinet ad solam prouidentiam diuinam: sed inter homines ille, qui est magis perspicax, potest plura horum sua ratione diiudicare. Et ad hoc pertinet gnome, quæ importat quandam perspicacitatem iudicij.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA
secunda, de Dono consilij, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de dono consilij, quod respondet prudentiæ.

¶ Et circa hoc quæ runtur quatuor. ¶ Primò, vtrũ consilium debeat poni inter septem dona spiritus sancti.

¶ Secundo, vtrũ donũ consilij respondeat virtuti prudentiæ.

¶ Tertiò, vtrum donum consilij maneat in patria.

¶ Quartò, vtrũ quinta beatitudo, quæ est, Beati misericordes, respondeat dono consilij.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum consilium debeat poni inter dona Spiritus sancti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod cõsiliũ nõ debeat poni inter dona Spiritus sancti: dona enim Spiritº sancti in adiutoriũ virtutum dantur, vt patet per Gregorium in secundo Moral*. Sed ad consiliandũ homo sufficienter perficitur p̃ virtutẽ prudentiæ vel etiã eubuliæ, vt ex dictis patet. Ergo consilium non debet poni inter dona Spiritus sancti.

3. dist. 35. q. 2. art. 4 q. 1.

Cap. 36. 7 q. 47 & 51. art. 1. & 2.

¶ 2 Præterea, Hæc videtur esse differentia inter septẽ dona Spiritus sancti, & gratias gratis datas, q̃ gratiæ gratis datæ nõ dãtur omnibus, sed distribuuntur diuersis: dona autem Spiritussancti dantur omnibus habentibus Spiritũ sanctum. Sed consilium videtur esse de iis, quę specialiter aliquibus à Spiritu sancto dantur, secundum illud 1. Mach. 2. Ecce Simon frater vester, ipse vir consilij est. Ergo cõsilium magis debet poni inter gratias gratis datas, quàm inter septem dona Spiritus sancti.

¶ 3 Præterea, Romanorũ octauo dicitur. Qui Spiritu Dei agũtur, hi filij Dei sunt. Sed iis qui ab alio aguntur, nõ cõpetit cõsilium. Cùm ergo dona spiritus sancti maximè competant filiis Dei, qui acceperunt spiritũ adoptionis filiorũ, videtur quòd consilium inter dona spiritus sancti poni non debeat.

¶ SED CONTRA est quod Isa. 11. dicitur, Requiescet super eum spiritus consilij & fortitudinis.

¶ RESPONDEO dicendum, quod dona Spiritus sancti, vt supra dictum est*, sunt quædã dispositiones, quibus anima redditur bene mobilis à Spiritu sancto. Deus aũtẽ mouet vnũquodque secundum modum eius, quod mouetur: sicut creatura corporalem mouet per tempus & locum, creaturam aũtẽ spiritualem per tẽpus, & non per locum, vt Augustinus dicit in octauo super Genesim ad literã*. Est aũt, ppriũ rationali creaturæ, quod per inquisitionẽ rationis moueatur ad aliquid agẽdũ: quæ quidẽ inquisitio consiliũ dicitur. Et ideo Spiritus sanctus dicitur per modum consilij creaturã rationalem mouere. Et propter hoc consilium ponitur inter dona Spiritus sancti.

1. 12. q. 68. ar. 1.

Cap. 22. to. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quod prudentia vel eubulia, siue sit acquisita, siue sit infusa, dirigit hominẽ in inquisitione consilij secundum ea quæ ratio cõprehendere potest. Vnde homo per prudentiam vel eubuliã sit bene consilians vel sibi, vel alij. Sed quia humana ratio nõ potest cõprehendere singularia & cõtingẽtia, quæ occurrere possunt, fit quòd cogitationes mortalium sũt timidæ, & incertę prouidẽtiæ nostræ, vt dicitur Sap. nono. Ideo indiget homo in inquisitiõe cõsilij dirigi à Deo, qui omnia comprehendit. Quod fit per donũ cõsilij, p quod homo dirigitur, quasi consilio à Deo accepto. Sicut etiã in rebus humanis, qui sibiipsis non sufficiunt in inquisitione consilij, à sapientioribus consilium requirunt.

¶ Ad secundum dicendum, quod hoc potest pertinere ad gratiam gratis datã, quod aliquis ita sit boni consilij, quod aliis cõsilium præbeat: sed quod aliquis à Deo consilium habeat, quid fieri oporteat in iis quę sunt necessaria ad salutem, hoc est commune omnium sanctorum.

¶ Ad tertium dicendũ, quod filij Dei aguntur à spiritu sancto secundum modum eorum, saluato scilicet libero arbitrio, quæ est facultas voluntatis & rationis. Et sic inquantum ratio à spiritu sancto mouetur vel instruitur de agendis, competit filiis Dei donum consilij.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum donum consilij respondeat virtuti prudentiæ.

3. dist. 34. q. 1. ar. 2. cor. col. 1. fi. Et dist. 35. q. 2 arti. 4. q 1. ar. 2. cor. * 2. q. 68 ar. 8.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod donum consilij non respondeat conuenienter virtuti prudentiæ. Inferius enim in suo supremo attingit id, quod est superius: vt patet per Dionysium septimo capite de Diui. no. Sicut homo attingit angelum secundum intellectum. Sed virtus cardinalis est inferior dono, vt suprà habitum est*. Cùm ergo consilium sit primus & infimus actus prudentiæ, supremus autem actus eius est præcipere, medius autem iudicare: videtur quod bonum respondens prudentiæ, non sit consilium, sed magis iudicium vel præceptum.

¶ 2 Præterea, Vni virtuti sufficienter auxilium præbetur per vnum donum: quia quanto aliquid est superius, tanto est magis vnitum, vt probatur in libro de causis: sed prudentiæ auxilium præbetur per donum scientiæ, quæ non solum est speculatiua, sed etiam practica, vt supra habitum est*. Ergo donum consilij non respondet virtuti prudentiæ.

q. 9. ar. 3.

¶ 3 Præterea, Ad prudentiam propriè pertinet dirigere, vt supra habitum* est: sed ad donum consilij pertinet, quod homo diligatur à Deo, sicut dictum est*. Ergo donum consilij non pertinet ad virtutem prudentiæ.

q. 47. ar. 8. * ar. præc.

¶ SED CONTRA est, quia donum consilij est circa ea quæ sunt agenda propter finem: sed circa hæc est etiam prudentia. Ergo sibiinuicem correspondent.

¶ RESPONDEO dicendum, quod principium motiuum inferius adiuuatur præcipuè, & perficitur per hoc, quòd mouetur à superiori motiuo principio: sicut corpus in hoc q̃ mouetur à spiritu. Manifestũ est autem quod rectitudo rationis humanæ comparatur ad rationem diuinam, sicut principium motiuum inferius, quod mouetur ad superius, & refertur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ tertiæ Articulum primum.*

Ar. prec. IN quæstionis quinquagesimæ tertiæ ar. primo dubium occurrit, An imprudentia priuatiuè sit separabilis à prudentia contrariè. Et est rō dubij, ꝙ parte negatiua quidem, quia sequeretur, cuilibet virtuti morali opponi peccatū, non solum declinando in cōtraria vitia, sed in priuatiue oppositū. Par enim est ratio de prudentia & aliis virtutibus moralibus. Consequens autem est falsum: quia omnis intemperatus in excessū aut defectum declinat, & sic de aliis.

art. prec. & 1.2. q. 68. ar. 2.

D. 1114.

¶ Præterea, carens in actu suo prudentia, quā debet habere, non minus in contrarium prudentiæ incurrit, quàm carens modestia, quam debet habere, incurrat contrarium modestiæ. & sic de aliis. Non est igitur separabilis imprudentia priuatiuè ab imprudentia contrariè.

3.d. 35. q. 2. arti. 4. q. 3.

¶ Pro parte vero affirmatiua, quia minus requiritur ad priuationem quàm cōtrarium, cum quasi forma positiua sit, contingit que imprudēter se hominem habere absque ōni actu, vt patet cùm potest & debet consiliari, & non consulit.

¶ Præterea, imprudentia priuatiuè est peccatum ex ratione negligentiæ, sicut cæteræ priuationes bonorum debitorum. Imprudentia autem contrariè, est peccatum ex propria ratione imprudentiæ, vt in litera dicitur: ergo non coincidunt, sed separantur. Probatur sequela, quia si coincidere nt, sequeretur quod etiam imprudens priuatiuè peccaret secundum propriam rationem imprudentiæ, & non solum secundum rationem negligentiæ.

cap. 3. 10. 5.

cap. 7.

¶ Ad hoc dicitur, quòd imprudentia priuatiuè dupliciter sumi potest. Primo, vt priuat prudentia habituali, & sic pōt separari ab imprudentia contrariè, quādo aliquis negligit exercere se in legibus, documentis, lectionibus & auscultationibus opportunis, ex quibus tempore suo posset prudenter se habere in occurrentibus, tunc talis est imprudens priuatiuè: & illa priuatio nullam habet rationem peccati, nisi ratione negligentiæ. Notanter autem dico, quod illa priuatio non est peccatum, nisi ratione negligentiæ: quia non est hic quæstio de ipso, qui priuatur debita prudentia, an sit imprudens contrariè, sed de ipsa priuatione prudentiæ, an sit peccatum imprudentiæ contrariè sumptæ, an secundum se non est ipsum. Ratio enim ęterna est suprema regula omnis humanę rectitudinis. Et ideo prudētia quæ importat rationis rectitudinē, maximè perficitur, & iuuat secūdū qđ regulatur & mouetur à Spiritu sācto: qđ pertinet ad donū cōsilii, vt dictū est*, Vnde donum consilij respondet prudentiæ, sicut ipsam adiuuans & perficiens.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ iudicare & præcipere nō est moti, sed mouētis. Et quia in donis Spiritus sācti mēs humana nō se habet vt mouēs, sed magis vt mota, vt suprà dictū* est, inde est quòd nō fuit cōueniēs, ꝙ donū correspondēs prudentiæ, præceptū diceretur vel iudiciū, sed cōsiliū: per quod pōt significari motio mētis cōsiliatæ ab alio consiliāte.

¶ Ad secundū dicēdum, quod sciētiæ donum non directè respondet prudētiæ, cūm sit in speculatiuis, sed secundum quandā extēsionem eam adiuuat. Donum autem consilij directè respondet prudentiæ, sicut circa eadem existens.

¶ Ad tertium dicendū, quòd mouēs mōtū ex hoc ꝙ mouet, mouet. Vnde mēs humana ex hoc ipso, quod dirigitur à Spiritu sancto, fit potens dirigere se & alios.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum donum consilij maneat in patria.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd donum consilij non maneat in patria. Consilium enim est eorum quæ sunt agēda propter finem. Sed in patria nihil erit agendum propter finem: quia ibi homines vltimo fine potiētur. Ergo in patria non est donum cōsilij.

¶ 2 Præterea, Consilium dubitationē ipōtat. In iis enī quę manifesta sunt, ridiculū est cōsiliari, sicut patet ꝑ Philosophū in tertio Ethic*. In patria aūt tollet omnis dubitatio. Ergo in patria non est cōsilij.

¶ 3 Præterea, In patria sācti maximè Deo cōformātur, secundū illud primæ Ioan. 3. Cū apparuerit, similes ei erim⁹. Sed Deo non conuenit consilium, secundum illud Roma 11. Quis cōsiliarius eius fuit? Ergo etiam neque sanctis in patria competit donum consilij.

¶ SED CONTRA est quod Greg. dicit 17. moral*. Cūque vniuscuiusque gentis, vel culpa vel iustitia ad supnæ curiæ consilium ducitur, eiusdem gētis præpositus, vel obtinuisse in certamine, vel non obtinuisse perhibetur.

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ sicut dictū est*, dona Spiritus sancti ad hoc ptinent, ꝙ creatura rationalis moueatur a Deo. Circa motionem aūt humanæ mētis à Deo, duo cōsiderari oportet. Primò quidē, ꝙ alia est dispositio eius quod mouetur, dum mouetur, & alia dū est in termino motus. Et quidē, quando mouēs est solum principium mouēdi, cessāte motu, cessat actio mouētis super mobile, quod iam peruenit ad terminū: sicut dom⁹ post quā ædificata est, non ædificatur vlterius ab ædificatore. Sed quādo mouens nō solùm est causa mouēdi, sed etiam est causa ipsius formæ, ad quam est motus, tūc non cessat actio mouētis etiā post adeptionē formę, sicut sol illuminat aęrē ēt postquā est illuminatus. Et hoc mō Deo causat in nobis & virtutē & cognitionē, non solū quādo primo acquirim⁹, sed ēt quādiu in eis perseueramus. Et sic cognitionē agēdorū causat Deo in beatis, nō quasi in ignorātib⁹, sed quasi cōtinuādo in eis cognitionē eorū quæ agēda sūt, cū quædā sint, quæ Beati vel Angeli, vel homines non cognoscunt, quæ nō sunt de essentia beatitudinis, sed pertinēt ad gubernatione rerū secundū diuinā prouidentiā. Et quātū ad hoc est aliud considerandū, scilicet ꝙ mēs beatorū moueat aliter a Deo, & aliter mens viatorum. Nam mens viatorū mouetur à Deo in agendis per hoc, ꝙ sedatur anxietas dubitatiōis in eis præcedēs. In mēte verò beatorum circa ea, quæ nō cognoscūt, est simplex nescięti a, qua etiā Angeli purgātur, secundū Dionysiū. 7. cap. Cæleſt. hierarc. Non autem præcedit in eis inquisitio dubitatiōis, sed simplex cōuersio ad Deū. Et hoc est Deū cōsulere: sicut Augūst. dicit. 5. sup Gē. ad literā* qùòd Angeli de inferioribus Deū consulunt. Vnde & instructio, qua super hoc à Deo instruūtur, cōsiliū dicitur. Et secūdū hoc donū cōsilij est in beatis, inquātū in eis à Deo continuatur cognitio eorū quæ sciunt, & inquātū illuminātur de iis quæ nescīunt circa agenda.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ etiā in beatis sūt aliqui actus ordinati ad finē, vel quasi procedentes ex cōsecutione finis: sicut quod Deum laudāt, vel qui bus alios pertrahūr ad finē, quē ipsi sunt consecuti, sicut sunt ministeria Angelorū, & orationes Sanctorū. Et quātum ad hoc habet in eis locum donum consilij.

¶ Ad secundum dicendū, quòd dubitatio pertinet ad consiliū secundum statum vitæ præsentis, nō autem pertinet secundū quod est consilium in patria: sicut etiam virtutes cardinales non habent omnino eosdem actus in patria & in via.

¶ Ad tertium dicendū, quod consiliū nō est in Deo sicut i recipiēte, sed sicut i dante. Hoc autem modo cōformātur Deo sācti in patria, sicut recipiens influenti.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum quinta beatitudo, quæ est de misericordia, respondeat dono consilij.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod quinta beatitudo, quæ est de misericordia, non respondeat dono consilij. Omnes enim beatitudines sunt quidam actus virtutum, vt supra habitū est*: sed per consilium in omnibus virtutū actibus dirigimur. Ergo cōsilio nō respōdet magis quīta beatitudo, quā alia.

¶ 2 Præterea, Præcepta dātur de iis quæ sūt de necessitate salutis: cōsiliū autē datur de iis, quæ non sunt de necessitate salutis: misericordia autē est de necessitate salutis, secūdum illud Iac. 2. Iudiciū sine misericordia fiet illi, q non facit misericordiā. Paupertas autē non est de necessitate salutis, sed pertinet ad pfectionē vitæ, vt patet Matt. 19. Ergo dono consilij magis respōdet beatitudo paupertatis, quā beatitudo misericordiæ.

¶ 3 Præterea, Fructus consequūtur ad beatitudines, importāt enim delectationem quandam spiritualem, quæ consequitur perfectos actus virtutū. sed inter fructus non ponitur aliquid respondens dono consilij: vt patet Galat. 5. Ergo etiam beatitudo misericordiæ non respondet dono consilij.

¶ SED CONTRA est, ꝙ Aug. dicit in lib. de sermone Domini in monte*, Cōsilium conuenit misericordibus: quia vnicū remediū est de tantis malis erui, dimittere aliis, & dare.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd consiliū propriè est de iis quæ sunt vtilia ad finē. Vnde ea quæ maximè sunt vtilia ad finem, maximè debent correspondere dono consilij. Hoc autem est misericordia, secundū illud 1. ad Timoth. 4. Pietas ad omnia vtilis est. Et ideo specialiter dono consilij respondet beatitudo misericordiæ, non sicut elicienti, sed sicut dirigenti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd etsi consilium dirigat in omnibus actibus virtutum, specialiter tamen dirigit in operibus misericordiæ ratione iam dicta*.

¶ Ad secundum dicendum, quod consilium secūdum quod est donū Spiritussancti dirigit nos in omnibus quæ ordinantur in finem vitæ ęternæ, siue sint de necessitate salutis, siue non: & tamen non omne opus misericordiæ est de necessitate salutis.

¶ Ad tertium dicēdum, ꝙ fructus importat quiddam vltimum.

1.2. q. 69. arti. 3. ad 3. Et 3. dist. 34. qu. 1. art. 4. cor. & Mat. 5. col. 10.

Lib. de vera religi. cap. 14.

** 1. 2. q. 69 ar. 1.*

Cap. 19.

Li. 1. cap. 6

in corp.

In pra

genus, & speciem reduci ex suprādictis in 1.2. quæstio. 72. art. 6. pater, non velle enim consiliari, aut iudicare, vel præcipere, pro tanto peccatum est, pro quanto participat se velle non consiliari, vel non iudicare, tum quia velle omittere est primum in genere peccati omissionis, vt pote per se & directè volūtarium, tum quia potens rationale, & debens facere, & non faciens, ab electione determinatur ad non facere, secundū Aristotel. doctrinam 9. Met. Et propterea voluntaria in directè dicitur, quando electio determinans imꝑlicitè tantū intermittit, vt quī quis aliis occupatur, nihil cogitans de cōsiliando, iudicando, vel præcipiendo. Volens enim occupari, implicitè vult non consiliari. Ex quo incompossibilia simul sunt occupari, & consiliari, qui enim vult aliquid cum quo aliud simul esse non potest, ex consequenti vult illo carere, inquit Dīus Tho. 1.2. q. 71. art. 5. Malè autem fundata est, quia in litera expresse de prudentia contrariè subiungitur, quòd sine contemptu & detrimento necessariorum ad salutē esse potest. Et in responsione ad primū comparatio peccantis per imprudētiā volendo, ad peccantem per imprudentiam non volēdo, couincit imprudentiam contrariè (de qua est sermo) ad vtrunque modū peccandi se extendere.

¶ Ad obiecta autem in oppositum pro parte negatiua dicitur, quod de imprudentia vt priuat actuali prudentia, procedunt.

¶ Ad primum autē pro parte affirmatiua dicitur quod licet priuatio ex communi ratione priuationis non sit necessariò connexa positiuo cōtrario, talis tamen priuatio necessariò infert contrariū, sicut priuatio sanitatis ægritudinem. Vnde imprudens absque omni actu incidit in imprudētiā contrariè, non minus quā intemperatus absque actu incidit in contrarium temperantiæ, eadē ratione. Et si contra hoc insterur, quia ex nullo actu nullius fit habitus, concedatur. sed addatur quod priuatio ſpectat ad contraria reductiuè, ac per hoc non oportet ꝙ faciat habitum, aut fiat ab habitu.

¶ Ad secundum autem, quod de habituali imprudentia priuatiuè loquitur, admisso antecedente, neganda est sequela: Et ad probationem dicitur quod huiusmodi imprudentia separabilis est ab imprudentia contrariè, vt patet ex dictis. Licet negligentia qua est peccatum talis priuatio sit ſpecies imprudentiæ contrariè oppositæ solicitudini.

¶ In eodē articulo in respōsione ad tertiū, dubiū occurrit circa illud, Per pœnitētiā tollitur habitus contrarius in quo propriè consistit peccatū imprudentiæ. Et dupliciter circa hoc dubitatur. Primo quo pacto per vnum actum pœnitentiæ corrumpitur habitus acquisitus imprudentiæ, cùm regulare sit quod habitus acquisiti morales nec vno actu fiant, nec vno actu corrumpantur. Secundo, quo pacto peccatū imprudentiæ cōsistit propriè in habitu, cùm omne peccatum præter originale consistat in actu.

¶ Ad primum horum dicitur, quod habitus dupliciter potest corrumpi. Vno modo, quia qualitas illa definit esse, sicut lumen definit esse in aere in absentia luminantis. Alio modo, quia subtrahitur aliquid quod est de ratione illius, sicut ſcientia conclusionis definit per obliuionem medij. Quamuis autem habitus acquisitus, moralis vitij non corrumpatur primo per vnū actum pœnitentiæ, in cuius signum remanet in pœnitente inclinatio magna ad pristinos actus malos: corrūpitur tamen per vnū actum pœnitentiæ. Secundo modo, quoniam mutatur voluntas, quæ est de ratione omnis virtutis & vitij moralis, vt patet ex suprādictis. Prudentia enim & imprudentia sunt in intellectu, vt subest voluntati. Iustitia autem & reliqui habitus sunt electiui.

In practicis autē nō est vltimū in cognitiōe, sed in operatione, quę est finis. Et iō iter fructº nihil ponitur qđ prineat ad cognitionē practicā: sed solū ea quæ prinēt ad operationes, in quibus cognitio practica dirigit: iter quæ ponitur bonitas & benignitas, quę respōdent misericordię.

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA TERTIA, DE VITIIS PRUDENTIÆ OPPOSITIS, & primò de Imprudentia, in sex articulos diuisa.

POSTEA considerādum est de vitiis oppositis prudētiæ. Dicit em Aug. in 4. cōtra Iulianum, quod oīb⁹ virtutib⁹ nō solū sūt vitia manifesta discretione contraria, sicut prudentiæ temeritas, verū etiā vitia quodāmodo nec veritate, sed quadā specie fallēte similia, sicut ipsi prudentiæ astutia. Primò ergo considerandū est de vitiis quæ manifestè contrarietatē habēt ad prudētiā: quæ scilicet vitia proueniūt ex defectu prudētię, vel eorū quę ad prudentiā requirūtur. Secūdò, de vitiis quę habent quandam similitudinē falsam cū prudentia: quæ scilicet cōtingūt per abusum eorū quę ad prudentiā requiruntur.

¶ Quia verò solicitudo ad prudētiā pertinet, circa primum considerāda sunt duo: primò quidē de imprudētia: secūdò, de negligentia, quę solicitudini opponitur.

¶ Circa primū quærūtur sex. ¶ Primò de imprudentia, vtrū sit peccatū. ¶ Secundò, vtrū sit speciale peccatū. ¶ Tertiò, de præcipitatione, siue temeritate. ¶ Quartò, de incōsideratione. ¶ Quintò, de incōstātia. ¶ Sextò, de origine horum vitiorum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum imprudentia sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod imprudentia nō sit peccatū. Omne em peccatū est voluntarium, vt Aug. dicit*. Imprudentia autem non est aliquid voluntarium. Nullus enim vult esse imprudens. Ergo imprudentia non est peccatum.

¶ 2 Præterea, Nullum peccatū nascitur cū homine, nisi originale. Sed imprudentia nascitur cū homine: vnde & iuuenes imprudentes sunt. Nec est originale peccatum, quod opponitur originali iustitię. Ergo imprudentia non est peccatum.

¶ 3 Præterea, Omne peccatū p pœnitētia tollitur. Sed ipsa prudētia nō tollitur p pœnitētiā. ergo imprudētia nō est peccatū.

¶ Ad secūdum autem dicitur quod peccatum dupliciter sumi potest. Primò, secundum suam essentiam, & sic non in habitu, sed actu consistit. Est enim dictum, factū, vel concupitum, &c. Secundò, vt perseuerat in denominando, peccatorem, puta furem, vel adulterū: & sic consistit in habitu contrario, qui per pœnitentiam tollitur. Tamdiu enim aliquis fur est & dicitur, quandiu non mutatur voluntas de furando in non furandum, & sic de aliis. Et si contra hoc Thomista aliquis memor dictorū in præcedēti libro insteret, quia non ab habitu, sed à macula peccati post actum peccati peccator dicitur: respondeatur quod strictius sumitur hic esse peccatorē, quā ibi. Nam ibi peccator dicitur omnis, cuius peccatum non est deletum, quamuis volūtas sit mutata. Hic autē peccator, vt à voluntate peccandi pendet, sumitur. Vnde si quis primò fur aut mendax, &c. fuisset, & postmodū abstineret, à peccatis non charitate, sed amore virtutis moralis, talis esset apud Theologum peccator & habēs maculā furti, aut mendacij: non tamen esset fur aut mendax propriè, nec peccator apud Philosophum moralē. Nec alienum est à ratione, vt qui Philosophiā theologizāque moralem tradimus, nunc theologorū, nūc Philosophorū moraliū more loquamur, iuxta ꝓpositi diuersitatē, medium enī vtrumque extremum sapit.

cap. 5.

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ secundæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo aduerte, quod dona aliter respondēt virtuti theologicę, & aliter virtuti morali. Nam dona medium tenent locum inter theologicas, & morales virtutes, sunt enim nobiliora moralibus: sed theologicę sunt nobiliores ipsis, vt ex supra dictis patet: & propterea theologicis virtutibus respondent quasi organa, moralibus aūt quasi formæ. Et ad hoc insinuandum Autor in tractatu hic de prudentia, quę primum tenet in moralibus locum, assignando eidem donum, non concludit quod respondet prudentiæ simpliciter & absolutè, sed addidit sicut adiuuans & perficiens.

** alias actus.*

¶ *Super quæstionis quinquagesimæ secundæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio aduerte tu qui speculatiuis vacas, quod ministeria angelorum & orationes sanctorum, quantum ad executionem, & quantum ad donum consilij spectant: & cùm non spectent ad essentiam beatitudinis secundum plānum sensum literæ, ad secundum modum consilij purgatiui, scilicet à nescientia, pertinent, ac per hoc non in verbo, sed in huiusmodi disciplinali cognitione, vident beati quid agendum, orandum ve pro nobis sit: licet ipsas orationes nostras ad eos directas in verbo forte videant.

¶ In artic. 4. nihil scribendum occurrit.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ tertiæ Articulum secundum.*

IN artic. 2. eiusdē quæst. 53. dubium occurrit in corpore articuli circa illud, Prudentia participatur quodammodo in omnibus virtutibus, inquantū est directiua earum. Videtur enim hoc esse falsum, quum nec intellectuales virtutes, nec theologales dirigantur à prudentia. Et de intellectualibus quidem patet sexto Ethicorū. De theologalibus aurē patet, ex eo, quod charitas est forma omnium virtutum, dirigens omnes in finem proprium ipsius charitatis.

¶ Ad hoc dicitur, quod prudentia licet diuersimode, omnium tamen virtutū actus dirigit. Cuius ratio in litera tangitur, quia scilicet in omni actu virtutis oportet actum rationis aliquem ad prudentiā spectantem, puta, consiliari, iudicare vel præcipere, rectū cōcurrere, sicut in omni actu vitij defectū alicuius eorū oportet interuenire. Verū quia actus rationis huiusmodi respectu ali-

quarum virtutum puta moraliū,& artis principantur,respectu autem aliquarum vt intellectualium reliquarū & theologalium famulantur,& ministrant, vt Medicus sanitati, quemadmodum in sexto Ethicorum dicitur, idcirco cū excellentia dictarum virtutū stat,quod dirigantur à prudentia.Manifesta autem est directio omniū quo ad actus exercitiū. Prudentis siquidem est discernere nō solū quando speculādum est & vtendum hac,vel illa virtute morali & intellectuali, sed etiam theologica. Non enim semper est actu elicito amādus Deus,nec *Ar. præc.* sēper actuali assensu credendū, sed oportet aliis quandoque intendere actualiter, & quietem ab omni actu virtutis eligere quandoque, dum in corpore hoc peregrinamur. Huiusmodi autem vicissitudines nisi prudentia dispenset,errabimus,sæpe,& multa, ad quæ tenemur omittem⁹ bona simpliciter, vel tēpore debito, dum tempus misericordię occupabimus oratione vel econuerso,& tempus audiendi,prouidendi,vigilandi,& cætera,occupabimus contemplatione speculatiua vel econuer- *Quæ. 49.* so,& sic de aliis.

¶ In responsione ad tertium eiusdē articuli dubium occurrit, quomo- *Ar.1.ad1.* do verificatur, ꝙ quando corruptio diuersarū circunstantiarum habet idem motiuum,non diuersificatur species peccati,an scilicet intelligatur de motiuo peccantis an de motiuo peccati secundum se, an de vtroque. Si nanque intelligatur de motiuo peccātis,sequeretur,quod cognoscens non suam in Ecclesia, nō vt iniuriam faciat loco sacro, sed ex sola libidine cognoscendi illam ibi oblatam,nō esset sacrilegus. Si verò intelligitur de motiuo peccati secundum se,sequeretur quod nulla circunstātia vnquā variaret speciem peccati:quia nulla circunstātia habet rationē motiui secundū se in peccato. Habere nanque rationem motiui est esse obiectum seu finem .Et nisi circūstantia transeat in rationē obiecti seu finis,nunquam habet rationem motiui. Circunstantia autem actus,puta locus, nunquam trāsit in obiectū ex parte actus peccati,sed ex parte peccan- *Q.48.& 60.ar.1.* tis,quia illius est circunstantia,istius autem pōt esse obiectum.Si autem intelligatur de motiuo ex parte vtriusque,sequitur idem quod in primo casu:quia tunc locus nō habet rationem obiecti respectu actus illius secundum se,vt patet, nec habet rationem obiecti ex parte peccantis, quia ex sola libidine mulieris mouetur.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet prima facie videatur litera loqui de motiuo peccantis, quoniam exempla dat de huiusmodi motiuis, dum dicit, vt faceret iniuriam loco sacro, secundum veritatem tamen loqui-

proprie cōsistit peccatum imprudentię.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum imprudentia sit speciale peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod imprudentia nō sit speciale peccatū. Quicūque enim peccat,agit contra rationem rectam quæ est prudētia. Sed imprudētia cōsistit in hoc, ꝙ aliquis agit cōtra prudētiā, vt dictū* est. Ergo īprudētia nō ē speciale peccatū.

¶ 2 Præterea, Prudentia magis est affinis moralibus actibus quàm scientia. Sed ignorātia quæ opponitur scientiæ, ponitur inter generales causas peccati. Ergo multo magis imprudentia.

¶ 3 Præterea, Peccata cōtingunt ex hoc ꝙ virtutum circūstantiæ corrūpūtur. Vnde & Diony.dicit 4.ca.de Diui.no.ꝙ malum contingit ex singularibus defectib⁹. Sed multa requiruntur ad prudētiā, sicut rō, intellectus, docilitas, &c. quæ supra† posita sunt, ergo multæ sunt imprudētiæ species. ergo non est speciale peccatum.

¶ SED CONTRA, Imprudentia cōtraria est prudentiæ, vt dictum est*. Sed prudentia est vna virtus specialis. Ergo imprudentia est vnum vitium speciale.

¶ RESPONDEO dicendum, quod aliquod vitiū vel peccatū potest dici generale dupliciter. Vno mō absolute, q.a scilicet est generale respectu omniū peccatorū: alio mō, q.a est generale respectu quorundam vitiorū, quę sunt species ei⁹. Primo autē modo pōt dici aliquod vitiū generale dupliciter. Vno modo per essētiā, q.a scilicet prædicatur de omnib⁹ peccatis. Et hoc mō imprudentia non est generale peccatum: sicut nec prudentia generalis virtus, cùm sint circa actus speciales, scilicet circa ipsos actus rōnis. Alio modo per participationē, & hoc modo imprudētia est generale peccatum. Sicut enim prudētia participatur quodāmodo in omnibus virtutibus, inquantū est directiua earū, ita & imprudētia in omnibus vitiis & peccatis. Nullum enim peccatū potest accidere, nisi sit defectus in aliquo actu rationis dirigētis, quod pertinet ad imprudētiam. Si verò dicatur peccatū generale nō simpliciter, sed secūdū aliquod gen⁹, q.a scilicet cōtinet sub se multas species, sic imprudētia est generale peccatū. Cōtinet eñ sub se diuersas species tripliciter. Vno quidē modo per oppositū ad diuersas partes subiectiuas prudētiæ. Sicut eñ distinguit' prudētia in monasticā, quæ est regitiua vnius, & in alias species prudētiæ, q̄ sunt multitudinis regitiuę, vt supra habitū est*, ita etiā īprudētia. Alio modo secūdū partes quasi potētiales prudētiæ, quæ sunt virtutes adiūctæ, & accipiūtur secundum diuersos act⁹ rationis. Et hoc modo quantū ad defectū consilij, circa qđ est eubulia est pręcipitatio siue temeritas imprudentiæ species. Quātum verò ad defectū iudicij, circa qđ sunt synesis & gnome, est inconsideratio. Quantum vero ad ipsum præceptum, quod est proprius actus prudentię, est incōstatia & negligētia. Tertio modo pōt sumi ꝑ oppositū ad ea quæ requiruntur ad prudētiā, quę sūt quasi partes īegrales prudentiæ. Sed quia omnia illa ordinātur ad dirigēdū prędictos tres rationis act⁹, inde est ꝙ omnes defectus oppositi reducūtur ad quatuor prędictas partes, sicut incautela & incircūspectio includūt sub inconsideratiōe. Quod autē aliquis deficiat à docilitate & memoria, vel ratione, pertinet ad præcipitationē. Imꝓuidētia verò & defectus intelligentiæ & solertiæ pertinent ad negligentiam & inconstantiam.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd ratio illa procedit de generalitate, quæ est secundum participationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd q.a sciētia est magis remota à moralib⁹ quā prudentia, secundum propriā rationem vtriusq;, inde est quòd ignorantia non habet de se rationem peccati mortalis, sed solum rationem negligentiæ præcedentis vel effect⁹ sequentis, & propter hoc ponitur inter generales causas peccati. Sed imprudentia secundum ꝓpriam rationem importat vitiū morale, & ideo magis potest dici speciale peccatum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quando corruptio diuersarum circunstātiarū habet idē motiuū, nō diuersificatur peccati species, sicut eiusdē speciei est peccatum, vt aliquis accipiat nō sua, & vbi nō deberet & quādo nō debet. Sed si sint diuersa motiua, tūc essēt diuersæ species, puta si vn⁹ acciperet vbi non deberet, vt faceret iniuriā loco sacro, qđ faceret spēm sacrilegij. Alius, quando non debet ꝓpter solū superfluū appetitū habendi, quod esset simplex auaritia. Et ideo defectus eorū quæ requiruntur ad prudentiam, non diuersificant species nisi quatenus ordinātur ad actus rationis, vt dictum est*.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum præcipitatio sit peccatum sub imprudentia contentum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd præcipitatio non sit peccatum sub imprudentia contentum. Imprudentia enim opponitur prudentię. Sed præcipitatio opponitur dono consilij. Dicit enim Gregorius in secūdo Moral *. quod donum consilij datur contra præcipitationem. ergo præcipitatio non est peccatum sub imprudentia cōtētum.

¶ 2 Præterea, Præcipitatio videtur ad temeritatem pertinere. Temeritas aūt pręsumptionem importat, quæ pertinet ad superbiam. ergo præcipitatio non est vitium sub imprudentia contentum.

¶ 3 Præt. Præcipitatio videtur īportare quādā inordinatā festinationē. Sed in cōsiliādo nō solū cōtingit esse peccatū per hoc, ꝙ aliqs est festin⁹, sed ēt si sit nimis tard⁹, ita ꝙ prætereat' opportunitas operis & ēt secūdū īordinationes aliarū circunstātiarū, vt dicit' in sexto Ethicorū *. ergo non magis præcipitatio debet poni peccatū sub imprudētia contētum, quā tarditas aut aliqua alia huiusmodi ad inordinationem consilij pertinentia.

¶ SED CONTRA est ꝙ dicitur Prouerbiorū quarto. Via īpiorū tenebrosa, nesciūt vbi corruāt. Tenebræ aūt viæ impietatis ꝑtinēt ad īprudētiā. ergo corruere siue præcipitari ad imprudētiā ꝑtinet.

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ præcipitatio in actibus animæ metaphorice dicitur secundū similitudinē à corporali motu acceptā. Dicitur autem præcipitari

tur de motiuo vniuersaliter, quocunque scilicet modo contingat esse motiuum,ita quod sensus est,quòd quando est vnum solum motiuum,tunc omniū circunstantiarum, scilicet quando,vbi, cur quid, &c. corruptio vnius est speciei.Quando vero plura sunt motiua,siue ex parte peccantis,vt cùm quis fornicatur,vt furetur,siue ex parte naturæ ipsius circunstantiæ,quæ nata est habere propriū motiuum in aliqua materia,vt patet de speciebus gulæ secundum circunstantias assignatas in prima secundæ quæstio 72. arti. nono,vbi hæc doctrina fundatur, distinctio apponitur specifica, & in hoc non est difficultas, sed consistit difficultas in discernendo, quando circunstantia habet proprium motiuū & quando non habet aliud motiuum, quam motiuum actus.Si quis nāque diligenter cōsideraret circūstantiam,Quid, animaduerteret quod nō sufficit ad hoc quod circunstantia habeat speciale motiuum, illam secundum se opponi alteri virtuti, sed exigitur quod sit directè intenta.Constat enim quod quando quis inducit mulierē ad consensum fornicationis, circunstantiam,Quid,esse ruinam animæ illius mulieris, & tale malum secundum se opponi bono correctionis fraternę & pertinere ad scandali vitium Et tamen actus requisitiuus & inductiu⁹ mulieris ad fornicationis copulā est in specie fornicationis tantū, nec trahitur ad speciē etiam scandali,ad quam traheretur, si malum peccati mulieris esset directe intentum.Ex hac eadē radice apparet,ꝙ non sufficit etiam consequi ad principale intentū ex natura actus.Ruina nāque mulieris ex natura act⁹ requirētis & stimulantis eā ad fornicandū, nata *In cor. & 1. 2. q. 72.ar.9. infra ar. 5 cor & q.127.ar. 1 ad.1.& mal.q.15. ar. 4.cor.* est sequi. Et tamē quia fornicatio nō intēdit nisi suæ satisfacere voluptati,huiusmodi malū nō habet rationē motiui & consequenter nec circunstantiæ ad suā speciē trahentis. Et ex hoc apparet quod cū sit eadem de omnibus circun- *Cap. 36.* stantiis ratio, ad hoc ꝙ circunstātia trahat actū ad suam speciem, exigitur quod sit per se intenta à peccāte, ac per hoc tunc tantum habet circunstantia propriū motiuum, quando illud est intentum per se à peccāte. Ex altera autē parte apparet oppositū, quoniam sequeretur, vt dictum est,quod committens adulteriū in Ecclesia solo appetitu suæ satisfaciendi voluptati,nō *Cap. 9.* esset sacrilegus, quod omnium aures offendit.

¶ In hoc dubio libenter essē discipulus,quoniam docere nec me, nec alios noui.

¶ In eadem responsione ad tertiū, aduerte quod licet malum consilium, malum iudiciū & malum præceptum distinguantur specie, infra rationis limites,ac per hoc vt in litera dicitur,defectus conditionum prudentiæ-

dentiæ non faciūt diuersitatem specificam, nisi secundū horum diuersitatem actuū,relati tamē hi actus ad materiā vnā, sunt vnius speciei, verbi gratia,consilium iudiciū & præceptum de iniusta percussione clerici ad vnicā speciem sacrilegij spectāt,quod est motiuū ad omnia. Vnde percussio talis,licet multarū sit specierum,si species defectuū rationis connumerādæ sunt,quia tamē species rōnis nō addūt in infinitum, ideo non cōputātur inter exprimēda de necessitate in confessione.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ tertiæ Articulum tertium.

IN articuli tertij responsione ad secundū, *Quæ.præ. Art.2.* nota quid propriè importet temeritas, inordinationem, scilicet ex contemptu regulæ. Ex hoc enim poteris interpretari canones, quando temere transgredientes excommunicāt, seu aliter puniūt, verba enim iuris non frustra apposita, nec impropriè sumenda sunt, quamuis quandoque communiter sumantur. In materia tamē pœnali, vt pote restringenda, proprietas vocabulorū restrictiua pœnarum amplectēda est. Memento ergo quod temeritas *Cap. 9.* species est præcipitationis cōtemptum addens.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ tertiæ Articulum quartum.

Supra ar. 2.cor. & infra art 5.cor. Et mal.q.15. ar.4.cor. IN articu.quarto eiusdem quinquagesimæ tertiæ quæstionis aduerte, quod litera accepit tres terminos, scilicet considerationem, iudicium, & intellectum, vt distinguitur cōtra rationem. Et ex coniunctiōe illorum duorū actuum, scilicet considerationis, & iudicij in tertio, scilicet in intellectu, concludit coniunctionē illorū duorum inter se, ac per hoc infert defectum cōsiderationis ad defectū iudicij pertinere, quod erat intētum. Assumptā autem primò propositionē, scilicet quod cōsideratio importat actum intellectus veritatem rei intuentis, Autor non aliter manifestat, fortè quia vocabulum ipsum à visione syderum venit, & frequenti vsu considerare mouemur oblata ante oculos, & non considerasse dicimus quę ante oculos habuimus, tāquam consideratio sit non simplex visio, aut iudicium, sed attentio ad visa, vt iudicemus plenè, & quasi metiamur illa, vt in syderum inspectione contingit Astrologis. Propter quod in litera dicitur in responsione ad secundum, quod consideratio perficitur in iudicij actu.

secundum corporalē motū, quod à superiori in ima peruenit, secundum impetū quēdā proprij motus, vel alicuius impellētis, nō ordinatè descēdēdo per gradus. Summū autem animæ est ipsa ratio, imū autē est ipsa operatio ꝑ corpus exercita. Gradus autē medij, ꝑ quos oportet ordinatè descēdere, sūt memoria pręteritorū intelligentia præsentiū, solertia ī cōsiderādis futuris euentibus, rōcinatio conferēs vnū alteri, docilitas, per quā aliquis acquiescit sentētiis maiorū, per quos quidē gradus aliqs ordinatè descēdit, rectè cōsiliādo. Si quis autē feratur ad agēdū per impetū voluntatis, vel passionis ꝓtrā sitis huiusmodi gradib⁹, erit pręcipitatio. Cū ergo inordinatio cōsilij ad imprudētiā pertineat, manifestum est ꝙ vitiū præcipitationis sub imprudentia continetur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cōsilij rectitudo pertinet ad donum consilij & ad virtutē prudentiæ, licet diuersi modè, vt supra dictum est*, & ideo præcipitatio vtrique contrariatur.

¶ Ad secundum dicendum, quod illa dicuntur fieri temere, quæ ratione non reguntur. Quod quidē potest cōtingere dupliciter. Vno modo ex impetu voluntatis vel passionis, alio modo ex cōtēptu regulæ dirigētis. Et hoc ꝓpriè īportat temeritas. Vnde videtur ex ea radice superbię prouenire, quæ refugit subesse regulę alienæ, præcipitatio autem se habet ad vtrumque. Vnde temeritas sub præcipitatione continetur, quamuis præcipitatio magis respiciat primum.

¶ Ad tertiū dicēdū, quod in inquisitione consilij multa particularia sunt cōsiderāda. Et ideo Philosop. dicit ī 6. Ethicorū*. Oportet consiliari tarde. Vnde præcipitatio directius opponitur rectitudini consilij quam tarditas superflua, quæ habet quandam similitudinem recti consilij.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum inconsideratio sit speciale peccatum sub imprudentia contentum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod incōsideratio non sit peccatum speciale sub imprudentia contentum. Lex enim diuina ad nullum peccatū nos īducit, secūdū illud Psal.18. Lex Domini immaculata. Inducit autē ad nō cōsiderādū, secundū illud Mat.10. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. ergo inconsideratio non est peccatum.

¶ 2 Præterea, Quicunque cōsiliat', oportet quod multa cōsideret. Sed per defectum consilij est præcipitatio, & per cōsequēs ex defectu cōsiderationis. ergo præcipitatio sub inconsideratione cōtinetur. Non ergo incōsideratio est speciale peccatū.

¶ 3 Præterea, Prudentia cōsistit in actibus ratiōis practicæ, q sūt cōsiliari, iudicare de consiliatis, & præcipere. Sed cōsiderare præcedit omnes istos act⁹, quia ꝑtinet etiā ad intellectum speculatiuū. ergo inconsideratio non est speciale peccatum sub imprudentia contentum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Prouerb.4. Oculi tui videāt recta, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos, quod pertinet ad prudentiam. Sed contrarium huius agitur per inconsiderationē. ergo inconsideratio est speciale peccatum, sub imprudentia contentum.

¶ RESPONDEO dicēdū, ꝙ consideratio importat actū intellectus, veritatem rei intuentis. Sicut autē inquisitio ꝑtinet ad rationē, ita iudiciū ꝑtinet ad intellectum. Vnde & in speculatiuis demōstratiua sciētia dicitur iudicatiua, inquātū per resolutionē in prima principia intelligibilia de veritate īquisitorū diiudicatur. Et ideo consideratio maximè pertinet ad iudiciū. Vnde & defect⁹ recti iudicij ad vitium inconsiderationis pertinet, prout scilicet aliquis in rectè iudicando deficit ex hoc, quòd contemnit vel negligit attendere ea, ex quibus rectū iudiciū procedit. Vnde manifestum est quod inconsideratio est peccatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dominus nō ꝓhibet cōsiderare ea quæ sunt agēda, vel dicēda, quādo homo habet opportunitatem, sed dat fiduciā discipulis in verbis inductis, vt deficiēte sibi opportunitate, vel ꝓpter īperitiā, vel quia subito pręoccupātur, in solo diuino cōfidāt cōsilio: quia cū ignoramus quid agere debeamus, hoc solū habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad Deū, sicut dicitur secūdo Paralipomenō vigesimo primo. Alioquin si homo prætermittat facere quod potest, solū diuinū auxilium expectans, videtur tentare Deum.

¶ Ad secundum dicendū, quod cōsideratio eorū, quę in cōsilio attēdūtur, ordinat' ad rectè iudicādum. Et iō cōsideratio in iudicio ꝑficitur. Vnde ēt inconsideratio maximè opponitur rectitudini iudicij.

¶ Ad tertiū dicēdum quod incōsideratio hic accipitur secundū determinatā materiam, id est secundū agibilia humana, in quibus plura sunt attēdēda ad rectè iudicādum, quam etiam in speculatiuis, quia operationes sunt in singularibus.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum inconstantia sit vitium sub imprudentia contentum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod inconstantia non sit vitium sub imprudentia contentum. Inconstantia enim videtur in hoc consistere, ꝙ homo nō persistat in aliquo difficili. Sed persistere in difficilib⁹ pertinet ad fortitudinē. ergo inconstantia magis opponitur fortitudini, quam prudentiæ.

¶ 2 Præterea, Iaco.3. dicitur, Vbi zelus & cōtentio, ibi inconstātia, & oē opus prauum. Sed zelus ad inuidiā pertinet. ergo inconstantia non pertinet ad imprudentiam, sed magis ad inuidiam.

¶ 3 Præterea, Ille videtur esse incōstās, q nō perseuerat ī eo quod proposuerat, qđ quidē pertinet in delectationib⁹ ad incōtinentē, in tristitiis autem ad mollē siue dilicatū, vl dicitur 7. Ethicor*. ergo incōstantia non pertinet ad imprudentiam.

¶ SED CONTRA est, quod ad prudentiā pertinet præferre maius bonū minus bono. ergo desistere à meliori pertinet ad imprudentiam.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ incōstantia importat recessum quendā à bono ꝓposito diffinito. Huiusmodi autē recessus pricipiū quidē habet à vi appetitiua, nō eñ aliquis recedit à priori bono proposito, nisi propter aliquid, qđ sibi inordinatè placet. Sed iste recessus nō cōsūmatur nisi ꝑ defectū rationis, quę fallitur in hoc, quòd repudiat id qđ rectè acceptauerat. Et quia cùm possit resistere īpulsui passionis, si nō resistat, hoc est ex debilitate ipsi⁹, quæ nō tenet se firmiter in bono ꝓposito cōcepto: & ideo incōstantia quātum ad sui consūmationē, pertinet ad defectū ratiōis. Sicut autē omnis rectitudo ratiōis practicę ꝑtinet aliqualiter ad pru

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ tertiæ Articulum quintum.

IN articulo quinto, in responsione ad tertiū, duo sunt dubia ad hominem, Autorē scilicet. Primum est de subiecto continentiæ. Nam hic Autor confirmat quod præcedenti libro quæstionis quinquagesimæ octauæ, articulo tertio ad secundum inchoasse videtur, scilicet quod continentia sit subiectiuè in ratione, in qua est prudētia. Inferius verò qō. centesimaquinquagesima quinta articulo tertio, determinat, ꝙ cōtinentia est subiectiuè in voluntate. Quia prima differentia inter continentem & incontinentem inuenitur secundū electionē, quæ est actus voluntatis.

¶ Secundum autem dubium est, quo pacto cōtinentia est pars constantiæ, quę est pars prudentiæ, quæ est verè & propriè virtus. Et tamen inferius quæstione prædicta articulo primo decernitur cum Aristotele primo Ethicorum, quod continentia non est virtus.

¶ Ad hæc dubia respondebitur inferius in loco dicto, vbi ex proposito materia vtraque tractatur. Hic autem sat sit nosse dubitare & aduertere, quod Autor vtitur hoc in loco verbis opinatiuis, dum dicit quod non videntur esse in vi appetitiua, & quod videntur esse species constantiæ, & rursus quod ratio Autoris hic non habet locum nisi in appetitu sensitiuo, cuius actus sunt passiones concupiscentiæ, & tristitiæ. Erit autem tunc & sustinendum, quomodo constantia est pars prudentiæ, si continentia est in voluntate, quò argumētum, cui hic respondetur tendebat. Erit etiam & simpliciter determinan- *Cap.7. to.5* dum de subiecto continentiæ, examinando rationem autoris ibi, Propter præceptum præueniens electionem, in cuius persistentia prædistinguitur continens ab īcōtinēti. Sed supposito, quod continentia sit in voluntate, facile sustinetur constantia in ratione, dicendo quod incontinentia & mollities ex parte appetitus causat inconstantiam, & similiter continentia & perseuerantia ex parte appetitus causant constantiam Patet eñ in litera quod tā constantia, quam inconstātia inchoatiuè est ex appetitu, consummatè autē est ex ratione. Vnde de subiecto tantum modo continentiæ restat quæstio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionis quinquagesimæ tertiæ articulum sextum.

IN artic. 6. aduerte in calce corporis ly Maximè, quoniam huiusmodi rationis defectus ex aliis etiã vitiis oriuntur, vt experientia testatur in iis, quæ ex auaritia vel ambitione præcipites, inconsiderati, in constantésque sunt. Sed luxuria, qa eneruat rationem, vt in litera dicitur, ideo maximè causat eosdem.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ quartæ Articulum secundum.

IN quæst 54. arti. 2. qa in primo nihil occurrit, dubium est, quia declaratio sumpta ex etymologia Isidori, videtur potius ad oppositum quàm ad propositum literæ. Ex hoc namque q negligentia sonat electionem, sequitur quod spectet ad voluntatem, cuius actus est electio, & non ad rationem, in qua est prudentia.

¶ Ad hoc dicitur quod quia de habitibus vitiorum & virtutum, & non de potentiis, est sermo, & negligentia, vitium: prudentia virtus est, consequens est, vt electio hoc in loco illius dicatur esse, cuius est eius rectitudo vel defectus, & non cuius est actus absolutè. Constat autem, q licet rectitudo talis electionis sit à tali virtute, puta iustitia, & talis à tali: vniuersaliter tamen rectitudo electionis est à prudentia. Ac per hoc defectus electionis spectat ad oppositum prudentiæ. Et propter hoc in litera dicitur, Electio autem recta, &c. ad prudentiam pertinet. Vnde optime declarario illa seruit proposito, quicquid sit de etymologia illa.

in corp

D. 39. & 1025.

D. 387. & 390.

Infra qº 153. ar. 4 & 5. Et mal. q. 15. art. 4. Ar. prae. ad 2.

cap. 31.

cap. 31.

¶ RESPONDEO dicẽdum, q sicut Philosophus dicit in 6. Ethico.* delectatio maximè corrumpit æstimationẽ prudẽtiæ, & præcipuè delectatio, quæ est in venereis, quæ totam animam absorbet, & trahit ad sensibilem delectationẽ. Perfectio autem prudentię & cuiuslibet intellectualis virtutis consistit in abstractione à sensibilibus. Vnde, cum prædicta vitia pertineant ad defectum prudentiæ, & rationis practicæ, sicut habitum est*, sequitur quod ex luxuria maximè oriantur.

cap. 5. & Lib. 7. ca. 11.

D. 438.

ar. 2 et 5. huius q.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quod inuidia & ira causant inconstantiã, pertrahendo rationem ad aliud. Sed luxuria causat inconstantiam, totaliter extinguendo iudiciũ rationis. vnde Philosophus dicit in 7. Ethico*. quodd incontinens iræ audit quidem rationem, sed non perfectè: incontinens autem concupiscentiæ totaliter eam non audit.

cap. 6 D. 726.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd etiã duplicitas animi est quoddã cõsequẽs ad luxuriã, sicut icõstãtia, prout duplicitas animi importat vertibilitatẽ animi ad diuersa, vnde & Terentius in Eunucho* dicit, quod in amore est bellũ, & turbæ pax, & induciæ.

Scena 1. circa medium.

¶ Ad tertiũ dicẽdum, quod vitia carnalia intãtum magis extinguunt iudiciũ rationis, inquãtũ longius abducunt à ratione.

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA quarta de Negligentia, in tres articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de negligentia. ¶ Et circa hoc quæruntur tria. ¶ Primo, vtrum negligentia sit peccatum speciale.

¶ Secundò, cui virtuti opponatur.

¶ Tertiò, vtrum negligentia sit peccatum mortale,

dentiã: ita omnis defectꝰ eiusdẽ pertinet ad imprudẽtiã. Et ideo inconstãtia secundum sui consummationẽ ad imprudẽtiã ptinet. Et sicut præcipitatio est ex defectu circa actũ consilii, & inconsideratio circa actũ iudicij, ita incõstantia circa actũ præcepti. Ex hoc eñ dicitur aliquis esse incõstans, quod ratio deficit in præcipiẽdo ea, quæ sunt consiliata & iudicata.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quod bonũ prudentiæ participatur in omnibus virtutibus moralibus: & secũdũ hoc per sistere in bono ptinet ad omnes virtutes morales, præcipuè tamen ad fortitudinẽ, quæ patitur maiorẽ impulsũ ad cõtrariũ.

¶ Ad secundum dicẽdũ, q inuidia & ira, quæ est cõtẽtionis principiũ, faciũt incõstãtiã ex parte appetitiuæ virtutis, ex qua est principium incõstantiæ, vt dictũ est*.

¶ Ad tertium dicendũ, quodd continẽtia & perseuerantia nõ videtur esse in vi appetitiua, sed solum in ratione. Cõtinẽs enim patitur qdẽ puersas concupiscẽtias, & perseuerãs graues tristitias, quod designat defectũ appetitiuæ virtutis. Sed rõ firmiter pſistit, cõtinentis qdẽ cõtra concupiscentias, perseuerãtis aũt cõtra tristitias. Vnde cõtinentia & perseuerãtia videntur esse species cõstãtiæ ad rationem pertinẽtis, ad quã etiã ptinet incõstãtia.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum prædicta vitia oriantur ex luxuria.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod prædicta vitia nõ oriãtur ex luxuria. Inconstantia enim oritur ex inuidia, vt dictum est*. Sed inuidia est vitium distinctum à luxuria. ergo prædicta vitia non oriuntur ex luxuria.

¶ 2 Præterea, Iacobi primo dicitur. Vir duplex animo, incõstãs est in omnibus viis suis. Sed duplicitas nõ videt ad luxuriã pertinere, sed magis ad dolositatẽ, quæ est filia auaritiæ, secũdũ Greg. 31. Moral*. ergo prædicta vitia nõ oriũtur ex luxuria.

¶ 3 Præterea, Prædicta vitia ptinẽt ad defectũ rationis. Sed vitia spiritualia ppinquiora sũt rõni, quã vitia carnalia. ergo prædicta vitia magis oriũtur ex vitiis spiritualibus, quam ex vitiis carnalibus.

¶ SED CONTRA est, q Greg. 31. Moral* ponit prædicta vitia ex luxuria oriri.

Artic. I.&II.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum negligentia sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod negligentia non sit peccatum speciale. Negligentia enim diligentiæ opponitur. Sed diligentia requiritur in qualibet virtute, ergo negligentia non est peccatum speciale.

¶ 2 Præterea, Nihil, quod inuenitur in quolibet peccato, est speciale peccatũ. Sed negligentia inuenitur in quolibet peccato, quia omnis qui peccat, negligit ea per quæ à peccato retrahitur, & qui in peccato perseuerat, negligit conteri de peccato, ergo negligentia non est speciale peccatum.

¶ 3 Præterea, Omne speciale peccatũ habet materiã determinatam. Sed negligentia non videtur habere determinatam materia: neque enim est circa mala aut indifferentia, qæa præter mittere nulli ad negligentiã reputatur. Similiter etiam non est circa bona, quia si negligenter aguntur, iam non sunt bona, ergo videtur quòd negligentia non sit vitium speciale.

¶ SED CONTRA est, quod peccata, quæ committuntur ex negligentia, distinguuntur contra peccata, quæ committuntur ex contemptu.

¶ RESPONDEO dicendum, quod negligentia importat defectũ debitę solicitudinis. Omnis autẽ defectus debiti actus habet rationẽ peccati. Vnde manifestum est, quod negligẽtia habet rationẽ peccati, & eo modo quo solicitudo est specialis virtutis actus, necesse est quod negligentia sit speciale peccatum. Sunt enim aliqua peccata specialia, quia sunt circa aliquã materiam specialem, sicut luxuria est circa venerea. Quædam autem sunt vitia specialia propter specialitatem actꝰ se extendentis ad omnem materiam. Et huiusmodi sunt omnia vitia, quæ sunt circa actum rationis. Nam quilibet actus rationis se extendit ad quamlibet *materiam moralem. Et ideo, cum solicitudo sit quidam specialis actus rationis, vt suprà habitum est*, consequens est q d negligentia, quæ importat solicitudinis defectum, sit speciale peccatum.

*Supra q. 53. ar. 1. cor. Et Philip. 4. * Lib. 9. mor. cap. 26.*

Ordinar.

*Supra qº. 53. ar. 1. cor. Et Philippẽ. 2. col. Cap. 31. *q. 35. ar. 2.*

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd diligentia videtur esse idem solicitudini, quia in iis quæ diligimus, maiorem solicitudinem adhibemus. Vnde diligentia sicut & solicitudo requiritur ad quamlibet virtutem, inquantum in qualibet virtute requiruntur debiti actus rationis.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd in quolibet peccato necesse est esse defectum circa aliquẽ actũ rationis, puta defectum consilij & aliorum huiusmodi. Vnde sicut præcipitatio est speciale peccatum, propter specialem actum rationis, qui prætermittitur, scilicet cõsilium, quamuis possit inueniri in quolibet genere peccatorum, ita negligentia est speciale peccatum propter defectum specialis actus rationis, qui est solicitudo, quamuis inueniatur aliqualiter in omnibus peccatis.

¶ Ad tertium dicendũ, quod materia negligentię propriè sunt bona, quæ quis agere debet, non q ipsa sint bona, cum negligenter aguntur, sed quia per negligentiam accidit defectꝰ bonitatis in eis, siue prætermittatur totaliter actus debitus propter defectum solicitudinis, siue etiam aliqua debita circunstantia actus.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum negligentia opponatur prudentia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd negligentia non opponatur prudentiæ. Negligentia enim videtur esse idem quod pigritia, vel torpor, qui pertinet ad accidiam, vt patet per Grego. 31. Moral*. Accidia autem non opponitur prudentię, sed magis charitati, vt suprà dictum est*. ergo negligentia non opponitur prudentiæ.

*Supra qº. 53. ar. 1. cor. Et Philippẽ. 2. col. Cap. 31. *q. 35. ar. 2.*

¶ 2 Præterea, Ad negligentiam videtur pertinere omne peccatum omissionis. Sed peccatum omissionis non opponitur prudentiæ, sed magis virtutibus moralibus executiuis. ergo negligentia non opponitur prudentiæ.

¶ 3 Præterea, Imprudentia est circa aliquẽ actum rationis. Sed negligentia non importat defectum, neque circa consiliũ, in quo deficit præcipitatio, neque circa iudiciũ in quo deficit inconsideratio, neque circa præceptũ, in quo deficit inconstãtia. ergo negligentia non pertinet ad imprudentiam.

¶ 4 Præterea, Ecclesia. 7. dicitur, Qui timet Deũ, nihil negligit, sed vnũquodque peccatum præcipuè excluditur per virtutem oppositam. ergo negligentia magis opponitur timori, quàm prudentiæ.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Eccle. 20. Lasciuus & imprudens non obseruant tẽpus: sed hoc pertinet ad negligentiam. ergo negligentia opponitur prudentiæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quod negligentia directè opponitur solicitudini. Solicitudo autẽ pertinet ad rationẽ, & re

& rectitudo solicitudinis ad prudentiam. Vnde p oppositũ negligentia ad imprudentiam pertinet. & hoc etiam ex ipso nomine apparet, quia sicut Isid. dicit in lib. Etymol*. negligens dicitur quasi nec eligens. Electio autem recta eorum, quæ sunt ad finem, ad prudentiam pertinet. Vnde negligentia pertinet ad imprudentiam.

Lib. 10 ca 13.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod negligentia consistit in defectu interioris actus, ad quem pertinet electio. Pigritia autem & torpor magis pertinẽt ad executionem, ita tamen quod pigritia importat tarditatem ad exequẽdum, torpor remissionem quãdã importat in ipsa executione. Et ideo conuenienter torpor ex accidia nascitur, quia accidia est tristitia aggrauans, id est impediens animum ab operando.

¶ Ad secundum dicendũ, quod omissio pertinet ad exteriorẽ actum. Est enim omissio quãdo prętermittitur aliquis actꝰ de bitus: & ideo opponitur iustitiæ, & est effectus negligentiæ, sicut etiam executio iusti operis est effectus rationis rectæ.

¶ Ad tertium dicẽdum, quod negligentia est circa actum præcipiendi, ad quem etiam pertinet solicitudo. Aliter tamen circa actum hunc deficit negligens, & aliter inconstans. Inconstans enim deficit in præcipiendo quasi ab aliquo impeditus, negligens autem per defectum promptæ voluntatis.

¶ Ad quartum dicendum, quod timor Dei operatur ad vitationem cuiusllibet peccati, quia vt dicitur. Prouerb. 15. Per timorem Dei declinat omnis à malo. Et ideo timor facit negligentiam vitare. Non tamen ita, quod directè negligentia timori opponatur, sed in quantum timor excitat hominem ad actus rationis. Vnde etiam suprà habitum est*, cum de passionibus ageretur, quòd timor facit consiliatiuos.

1. 2. q. 44. ar. 2.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum negligentia possit esse peccatum mortale.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod negligentia non possit esse peccatũ mortale, quia super illud Iob 9. Verebar omnia opera mea, dicit glos. Greg*. quòd illam solicet negligentiam minor amor Dei exaggerat. Sed vbicunque est peccatum mortale, totaliter tollitur amor Dei. Ergo negligentia non est peccatum mortale.

*Supra q. 53. ar. 1. cor. Et Philip. 4. * Lib. 9. mor. cap. 26.*

Ordinar.

¶ 2 Præterea. Super illud Eccles. 7. De negligentia tua purga te cum paucis, dicit glos*. Quamuis oblatio parua sit, multorum delictorum purgat negligentias. Sed hoc non esset, si negligentia esset peccatum mortale. ergo negligentia non est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, In Lege fuerũt statuta sacrificia ꝑ peccatis mortalibus, sicut patet in Leuiti. Sed nullum fuit statutũ sacrificiũ pro negligentia. Ergo negligentia non est peccatum mortale.

¶ SED CONTRA est quod habetur Prouerb. 19. Qui negligit viam suam, mortificabitur.

Art. præc. ad 3.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictũ est †, negligentia prouenit ex quadam remissione voluntatis, per quam contingit quod ratio non solicitatur, vt præcipiat ea quæ debet, vel eo modo quo debet. Potest ergo dupliciter contingere, quòd negligentia sit peccatum mortale, vno modo ex parte eius, quod prætermittitur per negligentiam, quod quidẽ si sit de necessitate salutis, siue sit actus, siue circunstantia, erit peccatum mortale. Alio modo ex parte causæ. Si enim volũtas intantũ sit remissa circa ea quæ sunt Dei, vt totaliter à Dei charitate deficiat, talis negligentia est peccatum mortale, & hoc præcipuè contingit quando negligentia sequitur ex contemptu. Alioquin si negligentia consistat in prætermissione alicuius actus vel circunstantiæ, quæ non sit de necessitate salutis, nec hoc fiat ex cõtẽptu, sed ex aliquo defectu feruoris, qui impeditur interdum per aliquod veniale peccatum, tunc negligentia non est mortale peccatum, sed veniale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod minor amor Dei potest intelligi dupliciter. Vno modo per defectum feruoris charitatis, & sic causatur negligentia, quæ est peccatum veniale. Alio modo per defectum ipsius charitatis, sicut dicitur minor amor Dei, quando aliquis diligit Deũ solũ amore naturali, & tunc causatur negligentia, quæ est peccatum mortale.

¶ Ad secundum dicendum, quod parua oblatio cũ humili mente & pura dilectione facta, vt ibidem* dicitur, non solum purgat peccata venialia, sed etiam mortalia.

Glos. cita in arg.

¶ Ad tertium dicendũ, quod quando negligentia consistit in prætermissione eorũ quæ sunt de necessitate salutis, tunc trahitur ad aliud genus peccati magis manifestum. Peccata enim quæ consistunt in interiotibus actibus, sunt magis occulta. Et ideo pro eis certa sacrificia non iniungebantur in Lege, quia sacrificiorum oblatio erat quędam publica protestatio peccati, quæ non est faciẽda de peccato occulto.

QVÆSTIO QVINQVAGESIMAQUINTA, de Vitiis oppositis prudentiæ in octo articulos diuisa.

POSTEA cõsiderandum est de vitiis oppositis prudentiæ, quæ habent similitudinem cum ipsa.

¶ Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, vtrũ prudẽtia carnis sit peccatũ.

¶ Secundò vtrum sit peccatum mortale.

¶ Tertiò, vtrũ astutia sit peccatum speciale.

¶ Quartò, de dolo. ¶ Quintò, de fraude.

¶ Sextò, de solicitudine tẽporaliũ rerũ.

¶ Septimò, de solicitudine futurorum.

¶ Octauo, de origine horum vitiorum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum prudentia carnis sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod prudentia carnis nõ sit peccatum. Prudentia enim est nobilior virtus, quàm aliæ virtutes morales, vt pote omnium regitiua. Sed nulla iustitia vel temperantia est peccatum. ergo neque aliqua prudentia est peccatum.

¶ 2 Præterea, Prudenter operari ad finẽ, q licite amatur, non est peccatũ. Sed caro licitè amatur. Nemo enim vnquã carnem suam odio habuit, vt habetur ad Ephes. 5. ergo prudentia carnis non est peccatum.

¶ 3 Præterea, Sicut homo tẽtatur à carne, ita etiã tẽtat à mũdo & diabolo. Sed non ponitur inter peccata aliqua prudentia mũdi, vel etiã diaboli. ergo neque debet poni iter peccata aliqua prudẽtia carnis.

¶ SED CONTRA, Nullus est inimicus Deo, nisi propter iniquitatẽ, secũdũ illud Sapiẽ. 14. Simul odio sũt Deo impiꝰ & impietas eiꝰ, sed sicut dicit ad Rom. 8. Prudentia carnis inimica est Deo. ergo prudentia carnis est peccatum.

¶ RESPONDEO dicendum, q sicut suprà dictũ est*, prudẽtia est circa ea quæ sũt ad finẽ totius vitę. Et ideo prudẽtia carnis propriè dicitur, secundũ quod aliquis bona carnis habet, vt vlti mũ finẽ suæ vitæ. Manifestũ est autẽ, quod hoc est peccatũ. Per hoc eñ homo deordinatur circa vltimũ finem, qui nõ consistit in bonis corporis, sicut habitum est*. Et ideo prudentia carnis est peccatum.

Q. 47. ar. 13.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q iustitia & tẽperãtia in sui ratione importãt id, vnde virtꝰ laudatur, scilicet, æqualitatem & cõcupiscentiarum refrenatio nem, & ideo nunquã accipiũtur in malo. Sed nomẽ Prudẽtiæ sumitur à ꝑuidẽdo, sicut suprà dictũ est*, qd etiã ad mala extendi põt. Et ideo licet prudẽtia simpliciter dicta in bono accipiatur, aliquo tamen addito potest accipi in malo. Et secũdum hoc dicitur prudentia carnis esse peccatum.

1, 2. q. 2. ar. 5.

Q. 47. ar. 1. & q. 49. ar. 6.

¶ Ad secundum dicendum, quod caro est propter animã, sicut materia propter formam, & instrumentũ propter principale agens. Et ideo sic licitè diligitur caro, vt ordinetur ad bonũ animæ sicut ad finẽ. Si autem in ipso bono carnis constituatur vltimus finis, erit inordinata & illicita dilectio. Et hoc modo ad amorem carnis ordinatur prudentia carnis.

¶ Ad tertium dicẽdũ, quòd diabolus nos tentat nõ per modũ appetibilis, sed per modũ suggerentis. Et ideo cùm prudentia importet ordinem ad aliquem finẽ appetibilẽ, non ita dicitur prudentia diaboli, sicut prudentia respectu alicuius mali finis, sub cuius ratione tentat nos mũdus & caro, inquãtum scilicet proponuntur nobis ad appetendum bona mundi, vel carnis. Et ideo dicitur prudentia carnis & etiã prudẽtia mundi, secũdũ illud Luc. 16. Filij huius seculi prudẽtiores sunt in generatione sua, &c. Apostolus autem totum comprehendit sub prudentia carnis: quia etiã exteriores res mundi appetimꝰ propter carnẽ. Potest tamen dici, quod quia prudentia quodammodo dicitur Sapiẽtia, vt suprà dictũ est*, ideo secundũ tres tentationes pót intelligi triplex prudentia. Vnde Iac. 3. dicitur sapiẽtia esse ter-

Q. 47. art. 2. ad 1.

¶ Super quæstionis quinquagesimæ quartæ Articulum tertium.

IN art. 3. in responsione ad tertium aduerte, q sicut in præcedenti diximus quæstiõe, in peccatis moralibus, si distinguendus est defectus rationis à defectu appetitus, aut alterius executiuæ potentiæ, plura genera peccatorũ in vno actu inuenientur. Verbi gratia, Si quis negligendo iura partium, iniustam fert sententiam intus in ratione, imprudentiæ reus est secundũ negligentiæ speciẽ: foris autem in actu iudicij iniustitiæ reus est. Et simile est in aliis. Et ideo litera dicit quod negligentia trahitur ad aliud genus peccati. Et par est ratio de præcipitatione, incõsideratione & inconstãtia, quæ circa actus rationis, communes omnibus moralibꝰ sũt, sicut & negligentia.

¶ Super Quæstionem quinquagesimam quintam.

IN tota q. 55. quoniã vitia tractata sunt generalia, & secundum materiam in qua fiunt, gratuitæ assumũt, eritque de materiis singularum virtutum & vitiorũ specialis sermo, nunc sat sit scire, quod vitia ista, imprudentiæ species sunt, & ex se quidem habent deformitatẽ in ratione, vt in litera explanatur de prudentia carnis & astutia, ad quã spectant dolus & fraus, & de solicitudine tẽporaliũ. Pro clariratẽ tamen secundi articuli memẽto illiꝰ distinctionis, scilicet de fine vitæ, & de fine particulari, id est de fine vltimo, & de fine proximo harum operationum. Finis enim vltimus oportet q sit solus Deus. Finis autẽ proximus harũ operationum, puta emptionis, præparationis, iudi, &c. potest esse aliquod inordinatum conuiuium, vel aliquid huiusmodi, quod non contrariatur charitati.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

rena, animalis, & diabolica, vt suprà habitum est*, cum de sapientia ageretur.

q. 45. ar. 4. & ar. 1. ad 1.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum prudentia carnis sit peccatum mortale.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd prudentia carnis sit peccatum mortale. Rebellare enim diuinæ Legi est peccatū mortale, quia per hoc Deus conteritur. Sed prudentia carnis non est subiecta Legi diuinæ, vt habetur Romano. octauo. ergo prudentia carnis est peccatū mortale. ¶2 Præterea, Omne peccatum in Spiritum sanctum est peccatū mortale. Sed prudentia carnis videtur esse peccatū in Spiritū sanctū. Nō enim potest esse subiecta legi Dei, vt dicitur Ro. 8. & ita videt esse peccatū irremissibile, quod est ,ppriū peccati in Spiritū sanctū. ergo prudētia carnis est peccatum mortale. ¶3 Præterea, Maximo bono maximū malū opponitur, vt patet in octauo Ethicorum*. Sed prudentia carnis opponitur prudentiæ, quæ est præcipua inter virtutes morales. ergo prudentia carnis est præcipuum inter peccata mortalia, & ita est peccatum mortale.

cap. 10. 20. 5.

¶SED CONTRA. Illud, quod diminuit peccatum, non importat de se rationem peccati mortalis. Sed cautè prosequi ea, quæ pertinent ad curam carnis, quod videtur ad prudentiam carnis pertinere, diminuit peccatum. ergo prudentia carnis de sui ratione non importat peccatum mortale.

q. 47. ar. 13 & ar. 2. ad 1.

¶RESPONDEO dicēdum, quod sicut suprà dictum est*. prudēs dicitur aliqs dupliciter. Vno mō simpliciter, scilicet in ordine ad finē totius vitæ: alio modo secundū quid, scilicet in ordine ad finē aliquē particularē, puta sicut dicitur aliquis prudens in negotiatione, vel in aliquo huiusmodi. Si ergo prudentia carnis accipiatur secundū absolutam prudentiæ rationē, ita scilicet q̄ in cura carnis cōstituatur vltimus finis totius vitæ, sic est peccatum mortale, qa per hoc homo auertit à Deo cum impossibile sit esse plures fines vltimos, vt suprà habitū est*. Si vero prudētia carnis accipiatur secundū rōnē particularis prudētiæ, sic prudentia carnis est peccatū veniale. Cōtingit enim quādoque, q̄ aliquis inordinatè afficitur ad aliquod delectabile carnis, absque hoc, q̄ auertat à Deo per peccatū mortale, vnde nō cōstituit finē totius vitę in delectatione carnis. Et adhibere studium ad hanc delectationem consequendā, est peccatū veniale, quod pertinet ad prudentiā carnis. Si vero aliquis actu curā carnis referat in finē honestū, puta cùm aliquis studet comestioni ,ppter corporis sustētationē, non vocatur prudētia carnis, qa sic vtit homo cura carnis vt ad finē.

1. 2. q. 1. art. 5.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus loquitur de prudētia carnis, secundū quod finis constituitur in bonis carnis totius vitæ humanæ: & sic est peccatum mortale.

¶ Ad secundum dicendū, quòd prudentia carnis nō importat peccatum in Spiritum sanctum. Quod enim dicitur, q̄ nō pōt esse subiecta legi Dei, nō sic est intelligendum, quod ille qui habet prudentiam carnis, non possit conuerti, & subiici legi Dei: sed quia ipsa prudentia carnis legi Dei nō potest esse subiecta. sicut nec iniustitia potest esse iusta, nec calor potest esse frigidus, quamuis calidum possit esse frigidum.

¶ Ad tertiū dicendū, quod omne peccatū opponitur prudentiæ, sicut & prudētia participat in omni virtute. Sed ideo non oportet quòd quodlibet peccatū prudētiæ oppositū, sit grauissimū, sed solū quādo opponitur prudentiæ in aliquo maximo.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum astutia sit speciale peccatum.

Infrà ar. 4 cor. Et q. 69 ar. 1 cor. Et q 97 ar. 13 ad 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod astutia non sit speciale peccatum. Verba enim sacræ Scripturæ non inducunt aliquem ad peccandum: inducunt autem ad astutiam, secundum illud Prouerbiorum primo, Vt detur parvulis astutia. ergo astutia non est peccatum.

¶2 Præterea, Prouerbio. 13. dicit, Astur⁹ omnia agit cū consilio. Aut ergo ad finem bonum, aut ad finem malum. Si ad finem bonum, non videtur esse peccatum: si autem ad finem malū, videtur pertinere ad prudētiam carnis vel seculi: ergo astutia non est speciale peccatum à prudentia carnis distinctum

cap. 27. ¶3 Præterea, Gregorius 10. Moral*. exponens illud Iob 12. Deridetur iusti simplicitas, dicit, Sapientia huius mundi est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostēdere, quæ vera sūt, falsa demonstrare: & postea subdit, Hęc prudentia, vsu à iuuenibus scitur, à pueris pretio discitur. Sed ea quæ prædicta sunt, videtur ad astutiam pertinere. ergo astutia non distinguitur à prudentia carnis vel mundi: & ita non videtur esse speciale peccatum.

¶SED CONTRA est quod Apo. dicit. 2. ad Corint. 4. Abdicamus occulta dedecoris, nō ambulātes in astutia, neque adulterantes verbum Dei. Ergo astutia est quoddā peccatum.

¶RESPONDEO dicendū, quòd prudentia est recta ratio agibiliū, sicut sciētia est recta rō scibiliū. Contingit autem cōtra rectitudinem sciētiæ dupliciter peccari in speculatiuis. Vno quidē modo, quando ratio inducitur ad aliquā conclusionem falsam, quæ apparet vera. Alio modo ex eo quod ratio ,procedit ex aliquib⁹ falsis, quæ videtur esse vera, siue sint ad conclusionē verā, siue ad cōclusionē falsā. Ita etiam aliquod peccatum potest esse contra prudentiam, habens aliquā similitudinē eius dupliciter. Vno modo, quia studium rationis ordinatur ad finem, qui non est verè bonus, sed apparens, & hoc pertinet ad prudentiā carnis. Alio modo inquantū aliquis ad finē consequendum, vel ad bonum, vel ad malum vtitur non veris viis, sed simulatis & apparentibus, & hoc pertinet ad peccatū astutiæ. vnde est quoddam peccatum prudentiæ oppositum, & à prudentia carnis distinctum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augus⁹ dicit in 4. contra Iulianū, Sicut prudētia abusiuè quadoque in malo accipitur, ita etiā astutia quandoque in bono. Et hoc ,ppter similitudinem vnius ad alterū. Propriè tamen astutia in malo accipitur, sicut & Philosophus dicit in sexto Ethicorum*. cap. 5. cap. 11.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd astutia potest consiliari: & ad finem bonum & ad finem malum. Nec oportet ad finē bonum falsis viis peruenire & simulatis, sed veris: vnde astutia, etiam si ordinetur ad bonum finem, est peccatum.

¶ Ad tertium dicendum, quod Greg. sub prudentia mūdi accepit omnia quæ possunt ad falsam prudentiam pertinere: vnde etiam sub hac comprehenditur astutia.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum dolus sit peccatum ad astutiam pertinens.

Inf. q. 69. art. 3. cor. & q. 111. art. 3. ad 2.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̄ dolus non sit peccatū, ad astutiā pertinens. Peccatū em̄ in p̄fectis viris nō inuenitur, præcipuè mortale: inuenitur aūt in eis aliquis dolus, secundū illud 2. ad Corint. 12. Cum essem astutus, dolo vos cepi, ergo dolus non est semper peccatum.

¶2 Præterea, Dolus maximè ad linguā pertinere videt, secūdū illud Psal. 5. Linguis suis dolosè agebāt. Astutia aūt sicut & prudētia est in ipso actu rōnis. ergo dolus nō pertinet ad astutiam.

¶3 Præterea, Prouerbiorū 12. dicitur, Dolus in corde cogitantium mala. Sed non omnis malorum cogitatio pertinet ad astutiam. ergo dolus non videtur ad astutiam pertinere.

¶SED CONTRA est, quòd astutia ad circunueniendum ordinatur, secundum illud Apostō. ad Ephe. quarto. In astutia ad circunuentionem errotis, ad quod etiam dolus ordinatur. ergo dolus pertinet ad astutiam.

art. prec.

¶RESPONDEO dicēdum, quod, sicut suprà dictū est*, ad astutiā pertinet assumere vias nō veras, sed simulatas & apparentes ad aliquem finem prosequendum, vel bonum, vel malum. Assumptio autem harū viarū potest dupliciter cōsiderari. Vno quidē mō in ipsa excogitatione viarum huiusmodi, & hoc propriè ptinet ad astutiā, sicut etiam excogitatio rectarum viarum ad debitum finem, pertinet ad prudentiā. Alio mō potest considerari talium viarū assumptio secundū executionem operis, & secūdū hoc ptinet ad dolū. Et ideo dolus importat quandā executionē astutiæ, & secūdū hoc ad astutiā pertinet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut astutia propriè accipitur in malo, abusiuè autem in bono, ita etiam & dolus, qui est astutiæ executio.

¶ Ad secundum dicendū, quòd executio astutiæ ad decipiē⁹ primò quidem & principaliter fit per verba, quæ præcipuū locū tenēt inter signa, quib⁹ homo significat aliquid alteri, vt patet per Aug. in libro de Doctrina Christi*. Et ideo dolus maximè attribuitur locutioni. Cōtigit tamē esse dolū & in factis, secundū illud Psal. 104. Et dolū faceret in seruos ei⁹. Est etiā dolus in corde, secundū illud Eccle. 19. Interiora eius plena sunt dolo. Sed hoc est secundum quod aliquis dolos excogitat, secundum illud Psal. 37. Et dolos tota die meditabantur.

to. 3. cap. 3.

¶ Ad tertiū dicendum, quod quicūque cogitant aliquod malū facere, necesse est q̄ excogitent aliquas vias ad hoc, q̄ propositū impleant: & vt plurimū excogitant vias dolosas, quibus facilius propositum consequātur, quāuis cōtingat quādoque q̄ absque astutia & dolo aliqui apertè & per violentiam malum operentur. sed hoc, quia difficilius fit, in paucioribus accidit.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum fraus ad astutiam pertineat.

Sup. art. 4. & locis ibidem no tatis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd fraus ad astutiam non pertineat. Non enim est laudabile quod aliquis decipi se patiatur, ad quod astutia tendit. Est autem laudabile quod aliquis patiatur fraudē, secundum illud primæ ad

¶ Sup. Quæstionis quinquagesimæ quintæ Articulum quintum.

IN art. 5. si verba Hier. notes, Solicitudo inquietudinē secū defert, quā Dns malitiā vocat, & in malam partē respectu tēporaliū sonare videtur. Autor tamen pro claritate superfluitatē apponit, ita vt nō solicitudo, sed solicitudo superflua dānetur, & in idem redit.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ quintæ Articulum septimum.

IN 7. verò art. ex respōsione ad secūdū habes sensum tituli, pro quo supponit ly, Futurorum, scilicet pro tēporalibus, quoniā in tēporalibus tā tū habēt ex ,ppio genere locū præteritū & futurū. Spirituale nāq; ex suo genere suprà tēpus est. Itaq; sensus est, an aliquis debet esse solicitus futurorū tēporaliū. Et hoc oportuit specialiter inquiri post ꝓcedentē articulū de solicitudine tēporalium absolutè, quia habet proprias difficultates, vt patet in litera.

¶2 Præterea, Fraus pertinere videtur ad illiberalitatem vel receptionē exteriorū rerum. Dicitur enim Actor. 5. quòd vir quidā nomine Ananias cum Sapphira vxore sua vendidit agrū, & fraudauit de pretio agri. Sed illicite vsurpare vel retinere res exteriores, pertinet ad iniustitiā vel illiberalitatem. Ergo fraus nō pertinet ad astutiā, quæ opponitur prudentiæ.

¶3 Præterea, Nullus astutia vtitur contra seipsum. Sed aliquorū fraudes sunt contra seipsos: dicitur enim Prouer. 1. de qui busdā, q̄ moliuntur fraudes contra animas suas: ergo fraus pertinet ad astutiā.

¶SED CONTRA. Fraus ad deceptionem ordinatur, secundū illud Iob 13. Nunquid decipiet, vt homo vestris fraudulentiis? Ad idē etiam ordinatur astutia. Ergo fraus ad astutiam pertinet.

¶RESPONDEO dicēdum, quod sicut dolus cōsistit in executione astutiæ, ita etiam & fraus. Sed in hoc differre videntur, quòd dolus pertinet vniuersaliter ad executionem astutiæ siue fiat per verba, siue per facta. Fraus autem magis propriè pertinet ad executionē astutiæ, secundum quod fit per facta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus non inducit fideles ad hoc, quod decipiantur in cognoscendo, sed ad hoc quòd defectum deceptionis patienter tolerent in sustinendis iniuriis fraudulenter illatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd executio astutiæ potest fieri per aliquod aliud vitium, sicut & executio prudentiæ fit per virtutes. Et hoc modo nihil prohibet, defraudationem pertinere ad auaritiam vel ad illiberalitatem.

¶ Ad tertium dicendum quòd illi qui fraudes faciunt, ex eorum intentione non moliuntur aliquid contra seipsos, vel cōtra animas suas. Sed ex iusto Dei iudicio prouenit, vt id quòd contra alios moliuntur, contra eos retorqueatur, secundum illud Psalm. 7. Incidit in foueam quam fecit.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum licitum sit solicitudinem habere de temporalibus.

Infrà q. 118. art. 7. cor. Et 3. cōtra cap. lib. 2. cap. 43. fi. Et quæl. 7. ar tic. 17. ad 7. Et Phi. 4. lo. 3.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd licitum sit solicitudinem habere de temporalibus rebus. Ad prę sidentem enim pertinet, solicitum esse de iis, quibus præest, secundum illud Rom. 12. Qui præest in solicitudine. Sed homo præest ex diuina ordinatione tēporalib⁹ rebus, secundū illud Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius, oues & boues, &c. ergo homo debet habere solicitudinē de temporalib⁹ rebus.

¶2 Præterea, Vnusquisque solicitus est de fine, propter quem operatur. Sed licitum est hominem operati propter temporalia quibus vitam sustentet. Vnde Apostolus dicit 2. ad Thess. 3. Si quis non vult operari, non manducet. Ergo licitum est solicitari de rebus temporalibus.

¶3 Præterea, Solicitudo de operibus misericordiæ laudabilis est, secundum illud 2. ad Timoth. 1. Cùm Romam venisset, solicitè me quæsiuit. Sed solicitudo temporalium rerum quandoque pertinet ad opera misericordiæ, puta cùm quis solicitudinē adhibet ad procurandū negotia pupillorum, & pauperum. Ergo solicitudo temporalium rerum non est illicita.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Matth. 6. Nolite soliciti esse dicētes, quid māducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? quæ tamen sunt maximè necessaria.

¶RESPONDEO dicendum, quòd solicitudo importat studium quoddam adhibitum ad aliquid consequendum. Manifestum est autem, quod maius studium adhibetur, vbi est timor deficiendi. Et ideò vbi est securitas consequēdi, minor interuenit solicitudo. Sic ergo solicitudo temporalium rerū tripliciter potest esse illicita. Vno quidem modo ex parte eius de quo solicitamur, si scilicet temporalia tanquam finē quæramus. Vnde & Aug. dicit in lib. de Operibus monachorum,* Cum dominus dicit. Nolite soliciti esse, &c. hoc dicit, vt non ista intueantur, & propter ista faciant quicquid in Euangelij prædicatione facere iubentur. Alio modo potest esse temporalium solicitudo illicita propter superfluum studium quod apponitur ad temporalia procuranda, propter quod homo, à spiritualibus, quibus principalius inseruire debet, retrahitur. Et ideo dicit Matth. 13. quod solicitudo seculi suffocat verbū. Tertio modo ex parte timoris superflui, quando scilicet aliquis timet ne faciēdo quod debet, necessaria sibi deficiāt. Quod Dominus dupliciter excludit. Primò propter maiora beneficia homini præstita diuinitus, præter suā solicitudinem, scilicet corpus & animam. Secundò propter subuentionē, qua Deus animalibus & plantis subuenit, absque opere humano, secūdum proportionē suæ naturæ. Tertio ex diuina prouidentia, propter cuius ignorātiam Gentiles circa temporalia bona quę renda principalius solicitantur. Et ideo concludit, quod principaliter nostra solicitudo esse debet de spiritualibus bonis, sperantes quòd etiam temporalia nobis proueniant ad necessitatem, si fecerimus quod debemus.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, q̄ temporalia bona subiecta sunt homini, vt eis vtatur ad necessitatē, nō vt in eis finē cōstituat, & superfluè circa ea soliciteť.

¶ Ad secundum dicendum, quòd solicitudo eius qui corporali labore panem acquirit, nō est superflua, si sit moderata. Et ideo Hierony. dicit quòd labor exercendus est, solicitudo tollenda superflua, scilicet animum inquietans.

¶ Ad tertium dicendum, quòd solicitudo temporalium in operibus misericordiæ ordinatur ad finem Charitatis. Et ideo nō est illicita, nisi sit superflua.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum quis debeat esse solicitus futurorum.

Infr. 188. art. 7. ad 2. & 3. cōtra cap. 135. fi.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q̄ aliquis debeat solicitus esse futurorū. Dicitur em̄ Prouer. 6. Vade ad formicā, ô piger, & cōsidera vias eius, & disce sapientiā, q̄ cum nō habeat ducē nec præceptorem, parat in æstate cibum sibi, & cōgregat in messe, quod comedat. Sed hoc est in futurū solicitari. ergo laudabilis est solicitudo futurorum.

¶2 Præterea, Solicitudo ad prudentiā pertinet. Sed prudentia ꝓcipuè est futurorū. Præcipua em̄ pars eius est prouidētia futurorū, vt supra dictū* est. Ergo vitiosū est solicitari de futuris.

Que. 49. ati. 6.

¶3 Præterea, Quicunq; reponit aliud in posterū cōseruandū, solicitus est in futurū. Sed ipse Christus legitur Ioan. 12. loculos habuisse ad aliquid cōseruādū, quos Iudas deferebat. Apostoli etiā conseruabāt pretia ꝑdiorū quę ante pedes eorū ponebant, vt legitur Act. 4. ergo licitum est in futurum solicitari.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Matth. 9. Nolite soliciti esse in crastinum. Cras autem ibi ponitur pro futuro, sicut dicit* Hieronymus.

In fine cōmentarij cap. 6. Mat. to. 9

¶RESPONDEO dicēdū, q̄ nullū opus pōt esse virtuosum, nisi debitis circūstātiis vestiat. Inter quas vna est debitus tēpus, secūdū illud Eccl. 8. Omni negotio tēpus est opportunitas: q̄d nō solū in exteriorib⁹ operib⁹, sed etiā in interiori solicitudine locū habet. Vnicuiq; em̄ tēpori cōperit ,ppria solicitudo, sicut tēpori æstatis cōpetit solicitudo metendi, ipsi autūno autē cōpetit solicitudo vindemiæ. Si q̄s ergo tēpore æstatis de vindemia iā esset solicitus, superflue ꝓcuparet futuri tēporis solicitudinē: vnde hmōi solicitudinē tanquā superfluā Dns prohibet dicēs, Nolite soliciti esse in crastinū. Vnde subdit: Crastinus em̄ dies solicitus erit sibiipsi, id est suā propriā solicitudinē habebit, q̄ sufficiet ad animū affligēdū. Et hoc est q̄d subdit, Sufficit diei malitia sua, id est afflictio solicitudinis.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ formica habet solicitudinē congruā tēpori. Et hoc nobis imitandum proponitur.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ ad prudentiā ptinet prouidētia debita futurorū. Esset autē inordinata futurorū ,puidētia vel solicitudo, si quis tēporalia, in quib⁹ dicitur præteritū & futurum, tanquā fines quæreret, vel superflua quęreret vltra præsentis vitæ necessitatem, vel si tempus solicitudinis præoccuparet.

¶ Ad tertiū dicendū, quod sicut Aug. dicit in lib. de Sermone Dñi in mōte*: Cum viderimus aliquē seruū Dei prouidere, ne ista necessaria sibi desint: nō iudicemus eum de crastino solicitū esse. Nā & ipse Dns propter exēplum loculos habere dignatus est: & in Actib⁹ Apostolorum scriptū est: ea quæ ad victū sunt necessaria, procurata esse in futurum propter imminentem famē. Non ergo Dominus improbat, si quis humano more ista procuraret. Sed si quis propter ista non militet Deo.

Lib. 2. cap. 26. tom. 4.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrum huiusmodi vitia oriantur ex auaritia.*

(infra q. 118. art. 7 & 8. Et 2. dist. 42 q. 2. & 3. Et mal. q. 13. ar. 3)

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod huiusmodi vitia nō oriātur ex auaritia: quia sicut dictū est,* per luxuriā maximè ratio patitur defectū in sua rectitudine. Sed huiusmodi vitia opponuntur rationi rectæ, scilicet prudentiæ. ergo huiusmodi vitia maximè ex luxuria oriūtur, præsertim cū Philosophus dicat in 7. Ethic*. Quòd Ven⁹ est dolosa, & eius corrigia est varia, & quòd ex insidiis agit incontinens cōcupiscentiæ. (* q. 53. ar. 6. * cap. 6.)

¶ 2 Præterea, Prædicta vitia habent quandā similitudinē prudentiæ, vt dictū est*. Sed ad prudentiam, cum sit in ratione, maiorem propinquitatem habere videntur vitia magis spiritualia, vt superbia & inanis gloria. ergo huiusmodi vitia magis videntur ex superbia oriri, quàm ex auaritia. (* q. 47. art. 13. & in diuisione q. 53. & 55.)

¶ 3 Præterea, Homo insidiis vtitur non solùm in diripiendis bonis alienis, sed etiam machinando aliorum cædes, quorum primum pertinet ad auaritiam, secundum ad iram. Sed insidiis vti pertinet ad astutiam, dolum & fraudem. ergo prædicta vitia non solum oriuntur ex auaritia, sed etiam ex ira.

¶ SED CONTRA est quòd* Gregor. 31. Moral. ponit fraudem filiam auaritiæ. (Cap. 31. * Art. 3. & q. 47. art. 13.)

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut* dictum est, prudentia carnis & astutia cum dolo & fraude, quandam similitudinem habent cum prudentia in aliquali vsu rationis. Præcipuè autem inter alias virtutes morales vsus rationis rectæ apparet in iustitia, quæ est in appetitu rationali. Et ideo vsus rationis indebitus etiam maximè apparet in vitiis oppositis iustitiæ. Opponitur autem sibi maximè auaritia, & ideo prædicta vitia maximè ex auaritia oriuntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd [D. 438.] luxuria propter vehementiā delectationis & cōcupiscentiæ, totaliter opprimit rationē, ne prodeat in actū. In prædictis autē vitiis aliquis vsus rationis est, licet inordinatus. Vnde prędicta vitia nō oriūtur directè ex luxuria. Quod autē Philosophus Venerem dolosam appellat, hoc dicitur secundū quādam similitudinē, inquantū scilicet hominem subito surripit, sicut & in dolis agitur, non tamen per astutias, sed magis per violentiam concupiscentiæ & delectationis. Vnde & subdit, quòd Venus furatur intellectum multum sapientis.

¶ Ad secundum dicendum, quod ex insidiis agere, ad quandā pusillanimitatem pertinere videtur. Magnanimus enim in omnib⁹ vult manifestus esse, vt Philosophus dicit in 4. Ethic*. Et ideo, quia superbia quandam similitudinem magnanimitatis habet vel fingit, inde est quod non directe ex superbia huiusmodi vitia oriuntur, quæ vtuntur fraude & dolo. Magis autem hoc pertinet ad auaritiam, quæ propriam vtilitatem quærit, paruipendens excellentiam. (cap. 3.)

¶ Ad tertium dicendū, quod ira habet subitum motum. Vnde præcipitanter agit & absque consilio, quo vtuntur prædicta vitia, licet inordinatè. Quòd autem aliqui insidiis vtantur ad cædes aliorum, non prouenit ex ira, sed magis ex odio, quia iracūdus appetit esse manifestus in nocendo, vt dicit philosophus in 2. Rhetoricæ*. (cap. 4.)

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA SEXTA, de Præceptis ad prudentiam pertinentibus, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de præceptis ad prudētiam pertinentibus. ¶ Et circa hoc quærūtur duo. ¶ Primo de præceptis pertinentibus ad prudentiā. ¶ Secundo, de præceptis pertinentibus ad vitia opposita.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta Decalogi.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod de prudētia fuerit dandū aliquod præceptum inter præcepta Decalogi. De principaliori enim virtute principaliora præcepta dari debent. Sed principaliora præcepta Legis sunt præcepta Decalogi. Cùm ergo prudentia sit principalior inter virtutes morales, videtur quod de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta Decalogi.

¶ 2 Præterea, In doctrina Euangelica continetur lex, maximè quantum ad præcepta Decalogi. Sed in doctrina Euangelica datur præceptū de prudentia, vt Matth. 10. Estote prudentes, sicut serpentes. ergo inter præcepta Decalogi debuit præcipi actus prudentiæ.

¶ 3 Præterea, Alia documenta veteris Testamēti ad præcepta Decalogi ordinantur. Vnde & Malach. vltimo dicitur: Memētote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Oreb. Sed in aliis documentis veteris Testamenti dantur præcepta de prudentia, sicut Prouerb. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Et infrà 4. cap. Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. ergo & in lege debuit aliquod præceptum de prudentia dari, & præcipuè inter præcepta Decalogi.

¶ SED CONTRARIVM patet enumeranti præcepta Decalogi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictū est* cùm de præceptis ageretur, præcepta Decalogi sicut data sunt omni populo, ita etiam cadunt in æstimatione omnium, quasi ad naturalem rationem pertinentia. Præcipuè autē sunt de dictamine rationis naturalis fines humanæ vitæ, qui se habent in agendis sicut principia naturaliter cognita in speculatiuis, vt ex supradictis patet*. Prudentia autem non est circa finem, sed circa ea quæ sunt ad finem, vt suprà dictum est*. Et ideo nō fuit conueniens, vt inter præcepta Decalogi aliquod præceptum poneretur, ad prudentiam pertinens directè, ad quam tamen omnia præcepta Decalogi pertinent, secundum quod ipsa est directiua omnium virtuosorum actuum. (1. 2. q. 100. art. 1. — q. 47. art. 6. — ibidem.)

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quod licet prudentia sit simpliciter principalior omnibus aliis virtutibus moralibus, iustitia tamen pricipalius respicit rationē debiti, quod requiritur ad præceptum, vt suprà dictum est*. Et ideo principalia præcepta legis, quæ sunt præcepta Decalogi, magis debuerūt ad iustitiam, quàm ad prudentiam pertinere. (q. 44. art. 1. & 1. 2. q. 60. art. 3.)

¶ Ad secundum dicendum, quòd doctrina Euangelica est doctrina perfectionis. Et ideo oportuit, quòd in ipsa perfectè instrueretur homo de omnibus quæ pertinēt ad rectitudinē vitæ, siue sint fines, siue sint ea quæ sunt ad finem. Et propter hoc oportuit in doctrina Euāgelica etiā de prudētia ꝑcepta dari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut alia doctrina veteris Testamēti ordinatur ad præcepta Decalogi, vt ad finem, ita etiā conueniens fuit, vt in subsequentibus documentis veteris Testamenti homines instruerentur de actu prudentiæ qui est circa ea quæ sunt ad finem.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum in veteri Lege fuerint conuenienter præcepta probibitiua proposita de vitiis oppositis prudentiæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod in veteri Lege fuerint inconuenienter præcepta prohibitiua proposita de vitiis oppositis prudentiæ. Opponuntur enim prudentiæ non minus illa quæ habent directam oppositionem ad ipsam, sicut imprudentia & partes eius: quàm illa, quæ cum ipsa similitudinem habent, sicut astutia, & quæ ad ipsam pertinent. Sed hæc vitia prohibentur in Lege. Dicitur enim Leuitici 19. Non facias calumniam proximo tuo. Et Deutero. 25. Non habebis in sacculo tuo diuersa pondera, minus & maius. Ergo & de illis vitiis, quæ directè opponuntur prudentiæ, aliqua præcepta prohibitiua dari debuerunt.

¶ 2 Præterea, In multis aliis rebus potest fieri fraus, quàm in emptione & venditione. inconuenienter ergo fraudem in sola emptione & venditione Lex prohibuit.

¶ 3 Præterea, Eadem ratio est præcipiendi actum virtutis, & prohibendi actum vitij oppositi. Sed actus prudentiæ non inueniuntur in Lege præcepti. Ergo nec aliqua opposita vitia debuerunt in Lege prohiberi.

¶ SED CONTRARIVM patet per præcepta Legis inducta.

¶ RESPONDEO dicendum, quod sicut suprà dictum est*, iustitia maximè respicit rationē debiti, quod requiritur ad præceptū, quia iustitia est ad reddendū debitū alteri, vt infra dicetur*. Astutia autem quātum ad executionem maximè committitur in iis, circa quæ est iustitia, vt dictū est*. Et ideo conueniens fuit, vt præcepta prohibitiua darentur in Lege, de executione astutiæ, & inquantum ad iustitiam pertinet. Sicut cùm dolo & fraude aliquis alicui calumniā ingerit, vel eius bona surripit. (1. 2. q. 60. art. 3. ad 1. * q. 58. art. 1. * Q. 55. art. 5.)

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa vitia quæ directè opponuntur prudentiæ manifesta contrarietate, non ita pertinent ad iniustitiam, sicut executio astutiæ. Et ideo non ita prohibentur in Lege, sicut fraus & dolus, quæ ad iniustitiam pertinent.

¶ Ad secūdū dicēdū ꝙ oīs fraus vel dolus in iis, quæ ad iustitiam pertinent, potest intelligi esse prohibita, Leui. 19. in prohibitione calūniæ. Præcipuè aūt solet fraus exerceri & dolus in emptione & venditione, secundū illud Eccle. 26. Non iustificabitur caupo à peccato labiorum. Propter hoc specialiter præceptum prohibitiuum datur in lege de fraude circa emptiones & venditiones commissa.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnia præcepta de actionibus iustitiæ in lege data, pertinent ad executionem prudentiæ, sicut & præcepta prohibitiua data de furto, calumnia, & fraudulenta venditione, pertinent ad executionem astutiæ.

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA septima de Iure, in quatuor Articulos diuisa.

CONSEQVENTER post prudentiam considerandū est de iustitia. ¶ Circa quam quadruplex cōsideratio occurrit. Prima est de iustitia: secunda, de partibus eius: tertia de dono ad hoc pertinente: quarta de præceptis ad iustitiam pertinentibus.

¶ Circa iustitiam verò consideranda sunt quatuor. Primò quidem, de iure: secundò, de ipsa iustitia: tertiò, de iniustitia, quarto, de iudicio.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.
¶ Primò, vtrum ius sit obiectum iustitiæ.
¶ Secundò, vtrum ius conuenienter diuidatur in ius naturale & positiuum.
¶ Tertiò, vtrū ius gentiū sit idē ꝙ ius naturale. ¶ Quartò, vtrū ius dominatiuū & paternum debeat specialiter distingui.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum ius sit obiectum iustitiæ.*

(Infra q. 60. art. 1. cor.)

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ius non sit obiectū iustitiæ. Dicit enim Celsus Iurisconsultus* quod ius est ars boni & æqui. Ars aūt nō est obiectum iustitiæ, sed est per se virtus intellectualis. Ergo ius non est obiectum iustitiæ. (* in Di. vet. lib. 1. tit. 1 in princ.)

¶ 2 Præterea, Lex, sicut Isidorus dicit in lib. Etymol. * iuris est species. Lex autē non est obiectum iustitiæ, sed magis prudentiæ. Vnde & Philosophus *legispositiuam partem prudentiæ ponit. Ergo ius non est obiectum iustitiæ. (Lib. 5 cap. 3. * Lib. 6. Eth. cap. 6)

¶ 3 Pręterea, Iustitia principaliter subiicit hominē Deo. Dicit enī Aug. in lib. de Morib⁹ Ecclesiæ,* quod iustitia est amor tantum Deo seruiens, & ob hoc bene imperans cæteris, quæ homini subiecta sunt. Sed ius non pertinet ad diuina, sed solum ad humana. Dicit enim Isidor. in lib. Etymol.* ꝙ fas lex diuina est, ius autē lex humana. Ergo ius nō est obiectum iustitiæ. (cap. 15. — lib. 5. cap. 2.)

¶ SED CONTRA est quòd Isidor. dicit in eodem*, ꝙ ius dictum est, quia est iustum. Sed iustum est obiectum iustitiæ. Dicit enim Philosophus in 5. Ethicor.* quod omnes talē habitum volunt dicere iustitiam, à quo operatiui iustorum sunt. ergo ius est obiectum iustitiæ. (cap. 3. — cap. 1.)

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ iustitiæ propriū est inter alias virtutes, vt ordinet hominem in iis quæ sunt ad alterū. Importat enim æqualitatē quandam, vt ipsum nomen demōstrat. Dicuntur enim vulgariter ea quæ adæquantur, iustari: æqualitas autē ad alterum est. Aliæ autem virtutes perficiūt hominē solū in iis quæ ei cōueniunt secundū seipsum. Sic ergo illud, qđ est rectū in operib⁹ aliarum virtutū, ad quod tēdit intētio virtutis quasi in proprium obiectum, non accipitur nisi ꝑ cōparationem ad agentē. Rectū vero, quod est in opere iustitiæ, etiā præter cōparationē ad agentē, constituitur ꝑ comparationem ad aliud. Illud enim in opere nostro dicitur esse iustum, quod respōdet secundū aliquā æqualitatem alteri, puta recōpensatio mercedis debitæ pro seruitio impenso. Sic ergo iustum dicitur aliquid, quasi habens rectitudinē iustitiæ ad quod terminatur actio iustitiæ, etiā non cōsiderato qualiter ab agente fiat. Sed in virtutibus nō determinatur aliquid rectum nisi secundum quod aliqualiter fit ab agente. Et propter hoc specialiter iustitiæ præ aliis virtutibus determinatur secūdum se obiectū quod vocatur iustū. Et hoc quidem est ius. Vnde manifestum est quòd ius est obiectum iustitiæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ consuetū est ꝙ nomina à sui prima impositione retorqueantur ad alia significanda. Sicut nomen Medicinæ impositū est primò ad significandū remediū qđ præstatur infirmo ad sanandū: deinde tractū est ad significandā artē, qua hoc fit: ita etiam hoc nomē ius primo impositū est ad significandū ipsam rem iustā. Postmodum autem est deriuatū ad artem, qua cognoscitur quid sit iustum. Et vlterius ad significandum locum, in quo ius redditur: sicut dicitur aliquis cōparere in iure. Et vlterius dicitur etiā ius quod redditur ab eo, ad cuius officiū pertinet iustitiā facere: licet etiam id quod decernit, sit iniquum.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ sicut eorū quæ ꝑ artem exterius fiunt, quædam ratio in mente artificis præexistit, quæ dicitur regula artis: ita etiā illius operis iusti, quod ratio determinat, quædam ratio præexistit in mente, quasi quædā prudentiæ regula. Et hoc si in scriptū redigatur, vocatur lex. Est enim lex secundū Isidorū* cōstitutio scripta. Et ideo lex nō est ipsū ius ꝓpriè loquēdo, sed aliqualis ratio iuris. (lib. 5. Etym. cap. 3.)

¶ Ad tertiū dicendum, quod quia iustitia æqualitatē importat, Deo autē non possumus æquiualens recōpensare: inde est, ꝙ iustū secundū perfectā rationē nō possumus reddere Deo: Et propter hoc non dicitur ꝓpriè ius lex diuina, sed fas: quia videlicet sufficit Deo, vt impleam⁹ quod possumus. Iustitia tamen ad hoc tendit, vt homo, quātum potest, Deo recompenset totaliter animam ei subiiciens.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum ius conuenienter diuidatur in ius naturale, & ius positiuum.*

(Infrà q. 60. art. 1. cor. Et 1. 2. q. 95. art. 4 cor. Et 5. Ethic. lec. 12. col. 2. fin.)

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod ius nō conueniēter diuidatur in ius naturale & ius positiuū. Illud enim quod est naturale, est immutabile: & idem est apud omnes. Non autem inuenitur in rebus humanis aliquid tale: quia omnes regulæ iuris humani, in aliquibus casibus deficiunt: nec habent suam virtutem vbique. Ergo non est aliquod ius naturale.

¶ 2 Præterea, Illud dicitur esse positiuum, quod ex voluntate humana procedit. Sed non ideo aliquid est iustum, quia à voluntate humana procedit, alioquin voluntas hominis iniusta esse non posset. ergo cùm iustum sit idem quod ius, videtur quòd nullum sit ius positiuum.

¶ 3 Præterea. Ius diuinum non est ius naturale, cùm excedat naturā humanam. Similiter etiam non est ius positiuum: quia non innititur autoritati humanæ, sed autoritati diuinæ. Ergo inconuenienter diuiditur ius per naturale & positiuum.

¶SED

¶ *Super Quæstionē quinquagesimam septimam.*

IN hac quæst. 57. incipit quinta pars huius libri, tractans de virtute iustitiæ, & extenditur vsq; ad quęstionem 122. inclusiuè.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ septimæ articulum primum.*

IN art. 1. quæst. 57. dubiū occurrit circa differentiam inter rectum secundum iustitiam, & alias virtutes: quoniam videtur vndique falsa. Nam aut intelligitur de ipsis operibus, vt sunt à virtutibus aut absolutè. Si vt sunt à virtutibus, constat ꝙ commune est omni operi virtuoso, inquantū huiusmodi esse ab operāte sic, vt describitur secundo Ethico. scilicet sciente, & ex electione, & propter finem ad virtutē, & immobiliter. Et in hoc non est differentia inter actū secūdum iustitiā, & alias virtutes: si verò absolutè, constat, & ꝙ tēperatum & forte opus fieri potest: & tamē male ab agente, vt patet de exercente hæc propter hypocrisim vel aliud malum. In iis enim est rectū opus secundū temperantiæ rationem, non considerato qualiter ab agente fiet. Et rursus rectum secundum iustitiam non determinatur in ordine ad alterum, non considerato qualiter ab agēte fiat: quoniam oportet considerare potentiam agentis. nam non est iustum creditori soluere impotētem. Et similiter oportet circūstantias alias ex parte agentis considerare ad iusti rationē: non enim tenetur occupatus maioribus, & inuētus in tali loco, &c. debitum soluere: vt patet.

¶ Ad hoc dicitur, quod dubium ex minore intellectu literæ procedit. Differentia siquidē prima inter rectū secundū iustitiā & alias morales virtutes, est quod opus rectū secundū alias virtutes constituitur in esse recti commensuratione ad operantē. Rectū verò opus secundū iustitiam constituitur in esse recti commensuratione ad alterum: ita quod inter opera ipsa, non vt sunt à virtutibus, sed absolutè, est differentia hęc, quod nullum opus dicitur tēperatum, nisi quia est cōmensuratū operanti: & similiter, nullum forte. Iustum autem verè dicitur, si est commēsuratū alteri.

¶ Ad id autē, quod obiicitur de opere temperato hypocritæ, & similium, dicitur ꝙ opus talium pro tāto est temperatum, pro quāto est cōmensuratū operanti, licet mala intētione. Nō enim spectat ad huiusmodi cōmensurationes ordinatio taliū operum ab bonum vel malum finem: sed quis sit terminus, ad quem referūtur, scilicet operās vel alter.

¶ Ad id verò quod ex parte iusti obiicitur, respondetur ꝙ aliud est loqui de iusto absolutè, aliud est loqui de executione, seu exhibitione iusti. Nos loquimur de ipso iusto absolute, quo scilicet constituitur in esse iusti, & dicimus de commensuratione ad alterū: obiectiones vero loquūtur de executione iusti. Creditori namque centum aureorū iustum est absolutè, vt reddātur cētum aurei. An autem hic debitor factus impotēs teneatur ad executionē huius iusti, & similiter an in tali tempore, loco vel casu, debeat fieri exhibitio, alia quæstio est.

¶ Ex hac autē essentiali differentia inter opus rectum secundum iustitiā & alias virtutes, sequūtur duæ aliæ. Prima est ꝙ in opere iusto non cōsideratur qualiter fit ab agente: in opere vero tēperato hoc attenditur. Non enim in reddente centum aureos creditori, variatur ipsum iustū: quia reddit ex odio, vel inuidia, aut inani gloria. Sat enim est ꝙ reddit quod debet. Sed in tēperato opere, puta sobrietate attenditur, an ex auaritia, an ex timore videntiū, &c. facit. Et ratio est, quia ex parte eiusdem termini, quē respicit cōmensuratio tēperati operis, omnia ista se tenent, scilicet ex parte operantis: in opere vero iusti non tenēt se ista ex parte alterius, ad quem dicitur iustū, sed ex parte operantis. Secūda est, quod Doctores propter eādem rationem nō dederunt aliis virtutibus obiectū secūdum se, sed solum iustitiæ. Et omnes hæ differentiæ tanguntur in litera. Nā prima, quæ est radix omnium, exprimitur, dicendo rectum in operibus aliarū virtutum, non accipitur, nisi per cōparationē ad agentem. Rectum vero quod est in opere iustitiæ, constituitur per cōparationē ad aliud. Secūda autē subiungitur ibi. Sic ergo iustū, &c. etiam non considerato qualiter ab agente fiat. Sed in aliis virtutibus, &c. Tertia vero, cum subditur. Et propter hoc specialiter, &c.

¶ *Sup Quæstionis quinquagesimæ septimæ Articulum secundum.*

IN arti. secundo in responsione ad primum nota tria. Primo sensum illius maximæ. Naturale est immutabile: secundo, rationem quare quādoq; depositum non est reddendum: tertiò, quod variatio de iusto in non iustū in redditiōe depositi

Universidad de Deusto Biblioteca

¶SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in 5.Ethic.* quod politici iuſti hoc quidem naturale eſt, hoc autem legale,id eſt,lege poſitum. (cap.7. tom.5.)

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ ſicut dictũ eſt,* ius,ſiue iuſtũ eſt aliquod opus adæquatũ alteri ſecundum aliquẽ æqualitatis modũ.dupliciter autẽ poteſt alicui homini eſſe aliquid adæquatũ.Vno quidẽ modo ex ipſa natura rei, puta cùm aliquis tãtum dat, vt tantundem recipiat:& hoc vocatur ius naturale.Alio modo aliquid eſt adæquatũ vel cõmenſuratũ alteri ex cõdicto,ſiue ex cõmuni placito,quãdo ſcilicet aliquis reputat ſe cõtentum,ſi tãtum accipiat.Quod quidem poteſt fieri dupliciter.Vno modo, per aliquod priuatum condictum, ſicut quod firmatur aliquo pacto inter priuatas perſonas. Alio modo ex condicto publico,puta cùm totus populus conſentit quòd aliquid habeatur quaſi adæquatum & commenſuratum alteri:vel cùm hoc ordinat Princeps qui curã populi habet & eius perſonam gerit:& hoc dicitur ius poſitiuum. (art.præc.)

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illud quod eſt naturale habens naturam immutabilẽ, oportet quod ſit ſemp & vbiq; tale. Natura autem hominis eſt mutabilis:& ideo id quod naturale eſt homini,poteſt aliquãdo deficere.Sicut naturalẽ æqualitatẽ habet,vt deponẽti depoſitũ reddatur.Et ſi ita eſſet, ꝙ natura humana ſemp eſſet recta, hoc eſſet ſemp ſeruãdum. Sed quia quandoq; contingit ꝙ voluntas hominis deprauatur,eſt aliquis caſus in quo depoſitum non eſt reddendum,ne homo peruerſam voluntatem habens,malè eo vtať,vt puta ſi furioſus vel hoſtis reipub.arma depoſita repoſcat.

¶Ad ſecundum dicendum, quod voluntas humana ex cõmuni cõdicto poteſt aliquid facere iuſtum in iis quæ ſecundum ſe nõ habent aliquã repugnantiã ad naturalem iuſtitiã, & in his habet locum ius poſitiuum. Vnde Philoſophus dicit in 5. Ethic.* quod legale iuſtum eſt,quod ex principio quidem nihil differt ſic,vel aliter:quãdo autẽ ponitur, differt.Sed ſi aliquid de ſe repugnantiã habeat ad ius naturale, nõ poteſt voluntate humana fieri iuſtum:puta ſi ſtatuatur, quòd liceat furari,vel adulterium cõmittere,vnde diciť Iſaiæ 10.Væ qui condunt leges iniquas. (cap.7. tom.5.)

¶Ad tertium dicendum,quod ius diuinũ dicitur qđ diuinitus promulgatur.Et hoc quidẽ partim eſt de iis,quæ ſunt naturaliter iuſta, ſed tamen eorum iuſtitia homines latet.Partim autẽ de iis quæ fiunt iuſta inſtitutione diuina.Vnde etiam ius diuinum per hæc duo diſtingui poteſt, ſicut & ius humanum. Sunt enim in lege diuina quædam præcepta,quia bona: & prohibita,quia mala. Quædã vero bona, quia præcepta:& mala,quia prohibita.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ius gẽtium ſit idem cum iure naturali.

AD TERTIVM ſic procedtur. Videtur quòd ius gentium ſit idem cum iure naturali. Non enim omnes homines conueniunt, niſi in eo quod eſt eis naturale.Sed in iure gentium omnes homines conueniunt. Dicit enim Iuriſconſultus,* quod ius gentium eſt, quo gentes humanæ vtuntur. Ergo ius gentium eſt ius naturale.

¶2 Præterea, Seruitus inter homines eſt naturalis; quidam enim ſunt naturaliter ſerui, vt Philoſophus probat in primo Polit*.Sed ſeruitutes pertinent ad ius gentium vt Iſid.*dicit. Ergo ius gentium eſt ius naturale. (* Cap.3. & 4. *lib.5. Etym. cap.6.)

¶3 Præterea,Ius,vt dictũ eſt,*diuiditur per ius naturale & poſitiuũ. Non enim oẽs gentes vnquã cõuenerunt,vt ex cõmuni cõdicto aliquid ſtatuerent. ergo ius gentium eſt ius naturale. (*art.præced.)

¶SED CONTRA eſt,quod Iſid.dicit,* quòd ius aut naturale eſt,aut ciuile, aut gentium:& ita ius gentium diſtinguitur à iure naturali. (lib.5. Etym. Cap.4.)

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt,* ius,ſiue iuſtum naturale eſt, quod ex ſui natura eſt adæquatũ vel commenſuratum alteri. Hoc autẽ poteſt contingere dupliciter.Vno modo ſecundum abſolutam ſui conſiderationem: ſicut maſculus ex ſui ratione habet commenſurationem ad fœminam, vt ex ea generet: & parens ad filium,vt eum nutriat. Alio modo aliquid eſt naturaliter alteri commenſuratum non ſecundum abſolutam ſui rationem, ſed ſecundum aliquid, quod ex ipſo ſequitur,puta proprietas poſſeſſionum. Si enim conſideretur iſte ager abſolutè, non habet vnde magis ſit huius,quam illius. Sed ſi conſideretur per reſpectum ad opportunitatem colendi,& ad pacificum vſum agri,ſecundum hoc habet quandam commenſurationem ad hoc, quòd ſit vnius & non alterius: vt patet per Philoſophum in 2. Polit.* abſolutè autem apprehendere aliquid non ſolum conuenit homini,ſed etiam aliis animalibus:& ideo ius quod dicitur naturale ſecũdum primum modum,commune eſt nobis & aliis animalibus. A iure autem naturali ſic dicto recedit ius gentium, vt Iuriſconſultus dicit: quia illud omnibus animalibus, hoc ſolùm hominibus inter ſe commune eſt.Conſiderare autem aliquid, comparando ad id quod ex ipſo ſequitur, eſt proprium rationis. Et ideo hoc idem eſt naturale homini ſecũdum rationem naturalẽ,quæ hoc dictat.Et ideo dicit Caius Iuriſconſultus.* Quod naturalis ratio inter omnes homines cõſtituit id quod apud omnes gentes cuſtoditur:vocatúrq; ius gentium.Et per hoc patet reſponſio ad primum. (*Art. præc. — Cap.3. tom.5. — Dig. vet. lib.1.tit.1. leg.9.)

¶AD SECVNDVM dicẽdum,quòd hunc hominem eſſe ſeruum, abſolutè conſiderando, magis quàm alium, non habet rationem naturalem,ſed ſolùm ſecundum aliquam vtilitatem conſequentem, inquantum vtile eſt huic quod regatur à ſapientiori:& illi quod ad hoc iuuetur,vt dicitur in primo Politic*.Et ideo ſeruitus pertinens ad ius gentium eſt naturalis ſecundo modo,ſed non primo modo. (Cap.3. tom.5.)

¶Ad tertium dicẽdum, quod quia ea quæ ſunt iuris gentium, naturalis ratio dictat, puta ex propinquo habentia æquitatẽ: inde eſt quod nõ indigent aliqua ſpeciali inſtitutione,ſed ipſa naturalis ratio eam inſtituit,vt dictũ*eſt in autoritate inducta. (arg.1. in fin.cor. art.)

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum debeat ſpecialiter diſtingui ius paternum & dominatiuum.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod non debeat ſpecialiter diſtingui ius paternum & dominatiuum. Ad iuſtitiam enim pertinet reddere vnicuique quod ſuum eſt,vt dicit Ambroſ.in 1.de Offic.*Sed ius eſt obiectum iuſtitiæ: ſicut dictum eſt†.Ergo ius ad vnumquemque æqualiter pertinet, & ſic non debet diſtingui ſpecialiter ius patris & domini. (infra q. 58. art.7. ad 3.& 2. diſt.44. q.2.art.1. cor.& 5. Ethic. lect.12. *cap.24. †Art 1.)

¶2 Præterea, Ratio iuſti eſt lex, vt dictum eſt. Sed lex reſpicit commune bonum ciuitatis & regni,vt ſupra* habitum eſt. Non autem reſpicit bonum priuatum vnius perſonæ, aut etiã vnius familiæ. Non ergo debet eſſe aliquod ſpeciale ius vel iuſtum dominatiuum vel paternum,cùm dominus & pater pertineant ad domum,vt dicitur in 1.Polit.† (* 1.2.q. 90. art.2. †Cap.3.)

¶3 Præterea, Multæ aliæ ſunt differentiæ graduum in hominibus,vt puta quod quidam ſunt milites, quidam ſacerdotes, quidam principes.Ergo ad eos debet aliquod ſpeciale iuſtum determinari.

¶SED CONTRA eſt quod Philoſoph.in 5.Ethic*ſpecialiter à iuſto politico diſtinguit dominatiuum & paternum, & alia huiuſmodi. (Cap.6. tom.5.)

¶RESPONDEO dicendum quod ius ſiue iuſtum dicitur per commenſurationem ad alterum. Alterum autem poteſt dici dupliciter. Vno modo, quod ſimpliciter eſt alterum, ſicut quod eſt omnino diſtinctum: ſicut apparet in duobus hominibus,quorum vnus nõ eſt ſub altero, ſed ambo ſunt ſub vno principe ciuitatis. Et inter tales ſecundum Philoſophum in 5. Ethicor.* eſt ſimpliciter iuſtum. Alio modo dicitur aliquid alterum non ſimpliciter, ſed quaſi aliquid eius exiſtens. Et hoc modo in rebus humanis filius eſt aliquid patris: quia quodammodo eſt pars eius, vt dicitur in octauo (Cap.6. tom.5.)

Ethic.

ſiti & ſimiliũ aſſignatur ex parte alterius ad quẽ dicitur iuſtũ:ex mutatione nanq; ipſius mutatio fit in actu reddendi. Et hoc ideo vir ſpeculatiue ſpecialiter notare debes, vt in occurrentibus difficultatibꝰ iuſtitiæ decidendis diſcernas quando iuſtum ipſum mutatur:& quando exhibitio iuſti impeditur.Illud enĩ ex variato ordine ad alterum ſumendũ eſt:hoc autem ex parte agentis accipitur,vt in prædictis exemplis apparet. (cap.7. tom.5. — art.præc.)

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ ſeptimæ articulũ tertium, & quartum.

IN art.3.& 4.ſimul dubium occurrit. Quomodo ius paternũ dicitur iuſtũ per defectum à iuſto ſimpliciter, vt in articulo quarto in reſponſione ad vltimũ dicitur: & tamen inter patrẽ & filiũ eſt ius naturale, vt in articulo tertio dicitur. Ius enim naturale exigit, quod pater nutriat filium. Quomodo ſtant hæc ſimul? (D.918.)

¶ Ad hoc dicitur quod quemadmodum ius diſtinguitur in ius ſimpliciter,& ſecundum quid: ita ius naturale diſtinguendum eſt in naturale ius ſimpliciter,& ſecũdum quid. Comedere enim & bibere & conſeruare ſeipſum naturalis iuris eſt,non ſimpliciter, ſed ſecundum quid: quia eiuſdẽ ad ſeipſum non eſt proprie ius,quoniam ad alterũ propriè eſt. Et ſimile eſt in propoſito de patre & filio, & ſcito quod cùm dicitur ius naturale ſecũdũ quid ſeu deficiens,ſeu ſimilitudinarium, nihil horum cadit ſupra ly Naturale, ſed ſupra ly, Ius, ita quod ius ſeu iuſtum eſt ſecũdum quid: quia ratio iuris ſaluatur ſecundum aliquid,& nõ perfectè. Ratio autem naturalitatis perfectiſſimè ſaluatur in omnibus iſtis. Et propterea pro claritate ſenſus debet dici ius ſimpliciter, vel ſecundum quid, & poſtea addere: naturale. Non obſtant ergo articuli tertij verba articul.quarto. (cap.7. tom.5.)

¶ In eodem artic.quarto dubium occurrit circa hoc,quod iuſtum paternum, dicatur per defectum à iure ſimpliciter. Tum quia inter patrem & filium eſt iniuſtum ſimpliciter.ergo & iuſtum. Quoniam,vt in 5.Ethic,dicitur quot modis dicitur vnum,tot dicitur & reliquum. Aſſumptum patet, quoniã ſi filius percutiat vel occidat patrem,iniuſtiſſimus eſt magis, quàm occidens quemcunque alium. Tum quia ratio allata ex Ariſtotele in litera claudicat,quoniam licet filius ſit aliquid patris, & ſeruus aliquid domini,non eſt ta- (1.2.q.95. art.4. ad primum. & 5. Ethic. lect.13.co. 1.fin. * In dig. vet. lib.1. tit.1. lege 9.)

Ethico.*& ſeruus eſt aliquid dñi: qa eſt inſtrumentũ eius,vt dicitur in 1.Politic.† Et ideo patris đ ad filiũ non eſt cõparatio, ſicut ad ſimpliciter alterũ. Et ꝓpter hoc nõ eſt ibi ſimpliciter iuſtũ, ſed quoddã iuſtum,ſcilicet paternũ: & eadem ratione nec inter dñm & ſeruũ, ſed eſt inter eos dominatiuũ iuſtum. Vxor autem,quamuis ſit aliquid viri,qa comparatur ad eam ſicut ad propriũ corpus,vt patet per Apoſtolũ ad Epheſ.5. tamen magis diſtinguiť à viro quàm filius à patre,vel ſeruus à domino. Aſſumitur enim in quandã ſocialẽ vitã matrimonij Et ideo vt Philoſophus dicit,* inter virũ & vxorẽ plus eſt de ratione iuſti,quã inter patrẽ & filiũ,vel dominũ & ſeruũ: quia cùm vir & vxor habeãt immediatã relationem ad domeſticã cõmunitatem,vt patet in 1.Politic.* ideo inter eos nõ eſt etiã ſimpliciter politicũ iuſtum, ſed magis iuſtum œconomicum. (cap.12. †Cap.5. & 4. D.803. — Lib 5. Ethic. cap.6. — Ex cap.3. & vlt.)

¶AD PRIMVM ergo dicendũ,ꝙ ad iuſtitiã pertinet reddere ius ſuũ vnicuiq;: ſuppoſita tamen diuerſitate vnius ad alterũ. Si quis enim ſibi det quod ſibi debetur,non ꝓpriè vocatur hoc iuſtum: & quia quod eſt filij, eſt patris, & quod eſt ſerui, eſt domini:ideo non eſt proprie iuſtitia patris ad filium, vel domini ad ſeruum.

¶Ad ſecundũ dicendum,ꝙ filius inquantum filius, eſt aliquid patris: & ſimiliter ſeruus inquantũ ſeruus,eſt aliquid domini. Vterque tamen prout conſideratur vt quidã homo,eſt aliquid ſecundũ ſe ſubſiſtens ab aliis diſtinctũ. Et ideo inquantũ vterq; eſt homo, aliquo modo ad eos eſt iniuſtitia. Et propter hoc etiã aliquæ leges dantur de his quę ſunt patris ad filiũ, vel domini ad ſeruũ.Sed inquantum vterque eſt aliquid alterius, ſecundũ hoc deficit ibi perfecta ratio iuſti vel iuris.

¶Ad tertiũ dicendũ,ꝙ omnes aliæ diuerſitates perſonarũ,quæ ſunt in ciuitate,habent immediatã relationem ad cõmunitatem ciuitatis & ad principiũ ipſius: & ideo ad eos eſt iuſtũ ſecundum perfectam rationem iuſti. Diſtinguitur tamen iſtud iuſtũ ſecundũ diuerſa officia.Vnde & dicitur ius militare,vel magiſtratuũ,aut ſacerdotũ:nõ propter defectũ à ſimpliciter iuſto, ſicut dicitur paternum & dominatiuum, ſed propter hoc quod vnicuique conditioni perſonæ ſecundum proprium officium aliquid proprium debetur.

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA octaua,de Iuſtitia,in duodecim Articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de iuſtitia. ¶ Circa quam quærũtur duodecim.¶Primò,quid ſit iuſtitia. ¶ Secundò, vtrũ iuſtitia ſemper ſit ad alterũ. ¶ Tertiò, vtrũ ſit virtus. ¶ Quartò,vtrum ſit in voluntate ſicut in ſubiecto. ¶ Quinto, vtrum ſit virtus generalis. ¶ Sextò,vtrum ſecundũ quòd eſt generalis,ſit idem in eſſentia cũ omni virtute. ¶Septimò,vtrum ſit aliqua iuſtitia particularis. ¶ Octauò,vtrum iuſtitia particularis habeat propriam materiam. ¶ Nonò, vtrum ſit circa paſſiones,vel circa operationes tantum.
¶ Decimò, vtrum medium iuſtitiæ ſit medium rei. ¶ Vndecimò,vtrum actus iuſtitiæ ſit reddere vnicuique quod ſuũ eſt.
¶ Duodecimo,vtrum iuſtitia ſit præcipua inter omnes virtutes morales.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum conuenienter diffiniatur iuſtitia, quod eſt perpetua & conſtans voluntas,ius ſuum vnicuique tribuens.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod inconuenienter diffiniatur à Iuriſperitis* quod iuſtitia eſt perpetua & conſtans voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens.Iuſtitia enim ſecundum Philoſophum in 5.Ethicor.† eſt habitus, à quo ſunt aliqui operatiui iuſtorum, & à quo operantur, & volunt iuſta. Sed voluntas nominat potentiam, vel etiam actum. ergo inconuenienter iuſtitia dicitur eſſe voluntas. (* in Di. vet.lib.1. art.1.leg. 10. †Cap.1.)

¶2 Præterea, Rectitudo voluntatis non eſt voluntas: alioquin ſi voluntas eſſet rectitudo, ſequeretur quod nulla voluntas eſſet peruerſa. Sed ſecundum Anſelmum in libro de Veritate, * Iuſtitia eſt rectitudo.ergo iuſtitia non eſt voluntas. (Cap.13.)

¶3 Præterea,Sola Dei voluntas eſt perpetua. Si ergo iuſtitia eſt perpetua voluntas,in ſolo Deo erit iuſtitia.

¶4 Præterea, Omne perpetuum eſt conſtans,quia eſt immutabile. Superflue ergo vtrumque ponitur in diffinitione iuſtitiæ & perpetuum & conſtans.

men econuerſo.Pater enim nihil eſt filij,& dominus nihil eſt ſerui.

¶ Ad hoc dicitur,quod cum eiuſdẽ ad ſeipſum non ſit ꝓpriè ius, ſed iuris ratio exigat quod ſit inter duos non qualitercunq; diſtinctos,ſed ſic,vt vnus nõ ſit aliquid alterius,ea ratione:quia ſi vnũ eſt aliquid alterius,non duobus, ſed vni vel quaſi vni datur quicquid datur.Si enim aliqua duo ſe habent vt totũ & pars, quicquid boni vel mali euenit parti,patet quod eueniat toti,cuius eſt illa pars,& econuerſo. Quicquid euenit toti,euenit parti,quæ eſt in illo toto. Ita ꝙ licet malũ aut bonum primo partẽ vel totũ afficiat,redundat tamen ex parte in totum, vel ex toto in partem. Neutrum enim alienum eſt ab altero. Oportet ergo aliena ab inuicẽ eſſe,inter quæ eſt ius ſimpliciter, quale eſt in cõmutationibus. De tali enim eſſe ſermonẽ materia ipſa oſtendit.

¶ Ad primã autẽ obiectionem dicitur,ꝙ inter patrẽ & filium nec iuſtũ nec iniuſtum ſimpliciter eſt.Sed quemadmodum inter eos eſt pluſquam ius, quia eſt vnitas, ita eſt etiã pluſquam iniuſtum: quia eſt violatio vnitatis, quæ peior eſt violatione iuris.Vnde ſicut occidere ſeipſum,eſt ſummè contrariũ naturæ,& peius cæteris homicidiis, quia violatur identitas quæ plus eſt, quàm æqualitas, in qua conſiſtit ius:ita cùm filius occidit patrem, aut ecõuerſo,quia quaſi cõtra ſeipſum cõſurgit,peius quã iniuſtum cõmittit: quod in æqualitate conſtituitur.

¶ Ad ſecundum autem dicitur, quod licet pater non ſit aliquid filij, ex hoc ipſo tamen,quòd filius eſt aliquid patris,habetur quod ex neutra parte eſt iuſtum ſimpliciter:quoniã ex hoc ipſo habetur, quod non ſe habent vt duo totaliter diſtincta. Et ſimile eſt de domino ac ſeruo:ſecundum aliud tamen eſſe, quia pater & filius accipiuntur ſecundum eſſe naturæ, dominus autem & ſeruus ſecundum eſſe operatiuum vel poſſeſſiuum. Seruus enim eſt velut pars poſſeſſionis,& operis domini.Filius autem eſt pars, ſeparata tamen patris ſecundũ eſſe naturale.

¶ In eodem quarto articulo in reſponſione ad ſecundum ſpecialiter eſt dubium ſimpliciter, & ad hominem. An inter patrem & filium, vt ſunt quidem homines, ſit iuſtum ſimpliciter. Et ad hominem quidem,Autorem ſcilicet,dubium occurrit,quia in litera dicitur, quòd inquantum vterque eſt homo, aliquo modo eſt ad eos iuſtitia. Aut enim Autor intendit quòd inter hos inquantum homines,eſt iuſtitia ſecundum quid, & ſic coincidit ſecundum membrum cum primo membro, quia etiam inter eos,inquantum ſunt pater & filius ,eſt iuſtitia ſecundum quid : alioquin non eſſet formalis ſermo de iuſto paterno. Aut intendit quod inter eos,inquantum homines,eſt iuſtitia ſimpliciter, & ſic malè dicitur in litera,quod aliquo modo ad eos eſt iuſtitia. Si enim eſt iuſtitia ſimpliciter,non eſt aliquo modo,ſed ſimpliciter:& ſi aliquo modo, non eſt ſimpliciter.Occurrit autem dubium ſimpliciter,quia inter patrem & filium,vt ſunt quidam homines,ſaluatur perfectè ratio iuſti,quia ſaluatur perfecte ratio alietatis ab inuicem. Neuter enim vt ſic,eſt aliquid alterius,ſed quilibet ſui proprij eſſe,& operari eſt. Et confirmatur: quia filius habet aliquid quod non eſt patris ſecundum leges ciuiles, vt peculium caſtrenſe,& ſimiliter poſſet agere contra patrem ratione enormis iniuriæ.Eſt igitur inter eos,vt ſunt quidam homines, iuſtum ſimpliciter.

¶ Ad hoc dicitur quòd cùm ab Ariſtot. & Autore, inter patrẽ & filium negatur iuſtum abſolutè,& ponitur iuſtum tale,ſcilicet paternum,non eſt ſenſus,quod inter patrem & filium,vt ſic,ponatur tale iuſtum,ſcilicet quòd inter illum hominem qui eſt pater,& illum qui eſt filius,non eſt iuſtum ſimpliciter,ſed tale. Ita quod non intendimus diſtinguere duplex iuſtum inter eos, alterum, vt eſt pater & filius,& alterum vt ſunt quidam homines,ſed intendimus per hanc diſtinctionem radices rationéſque explicare, vnde prouenit quòd inter eos ſit ius tale. Ex eo namque quòd ſunt homines quidam eſt inter eos ius. Ex eo autem quod ſunt pater, & filius,deficit illud ius ab abſoluta iuris ratione, & determinatur ad tale,ſcilicet paternum. Et hic eſt planus ſenſus literæ. Nec eſt ſermo nõ formalis,ſed pater & filius rationem inſinuant diminutiuam iuris in illis perſonis, & non arctant ad patrem & filiũ excluſis eorum perſonis. Vnde patet quod nullum reſtat dubium ad hominem quod ex malo intellectu literæ oriebatur.

¶ Ad dubium autem ſimpliciter dicitur,quod cùm inter illos,qui ſunt pater & filius,non ſit iuſtitia, niſi ſecundum aliquid:verbi gratia,Secundum peculium caſtrenſe,vel in aliquo caſu,puta enormis iniuriæ, ex hoc ipſo patet quod inter eos non eſt iuſtitia ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

¶ Sed hæc reſponſio non conſonat principiis concluſionis, neque oportet quòd inter quoſcunque eſt iuſtitia,ſit iuſtitia ſimpliciter ſecundum omnia. Dicendum ergo ex principio concluſionis eſt, quod quia illi homines, qui ſunt pater & filius, non ita ſunt diuerſi quin ſimpliciter & abſolutè ſint totum & pars. Nam vna pars patris, ſemen ſcilicet quod ex ſubſtantia patris deciſum eſt, eſt filius: ac per hoc bonum vel malum vnius non eſt alienum à reliquo. Et peculium ſiquidem caſtrenſe ex hoc ipſo quòd eſt filius, eſt patris:quia eſt ſuæ partis, & accuſatio alterius eorum in reliquum redundat. Vnde ſi damnaretur filius, non eſſet à damnatione extraneus pater. Et hoc experientia teſtatur. Propter hoc enim Seleucus Locrenſium princeps, cum filio vterque eſſet eruendus oculus, inter ſe & filium eruendos diuiſit oculos. Propter hoc quoq; Dauid occiſo Amon ab Abſalom, parcendo Abſalom,ſibiipſi pepercit. Non eſt igitur,abſolutè loquendo,inter patrem & filium iuſtum ſimpliciter, quomodocunque ſumantur. (4.diſt.33. q.3.art.1. ad 3. Et veri.q.1. art.5. ad 12.)

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ octauæ Articulum ſecundum.

IN articulo ſecundo omiſſo primo, quæſtionis quinquageſimæ octauæ in reſponſione ad vltimum, aduerte quòd actiones quæ ſunt ad alterum dupliciter egent ſpeciali rectificatione in comparatione ad agentem.Primo,ratione paſſionum, quæ immiſcentur huiuſmodi actionibus, ſicut reſtitutioni pecuniæ ablatæ immiſcetur triſtitia abdicandi à ſe proprium commodum, & adulterio concupiſcentia carnis. Et ſic hæ actiones rectificantur aliis virtutibus moralibus,puta,liberalitate,caſtitate,vel aliqua alia huiuſmodi. Secundò,ratione ipſius voluntatis, quam oportet ex electione prompte & immobiliter æqualitatem ad alterum facere,& ſeruare.Et ſic hæ actiones rectificantur habitu iuſtitiæ.Eius enim eſt non ſolum rectificare actiones in ordine ad alterum, ſed etiam ad agentem quantum ad id quod ſe tenet ex parte voluntatis ſolius,& non quantum ad id quod ſe tenet ex parte voluntatis,vt alteratur paſſionibus,vt patet ſi fingamus iuſtum non mãſuetum. Diſtribuet enim vel reſtituet ius ſuum vnicuique,ſed cum turbatione & indignatione. Et ita actus in comparatione ad agentem ratione paſſionum erit inordinatus ex defectu manſuetudinis,non ex defectu iuſtitiæ.

¶ Præterea,

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ 5 Præterea, Reddere ius vnicuiq; pertinet ad principem. Ergo si iustitia sit vnicuiq; ius suũ tribuens, sequitur quod iustitia non sit nisi in Principe, quod est inconueniens.

[cap.15. tom.1.] ¶ 6 Præterea, Aug. dicit in lib. de moribus Ecclesię*, ꝙ iustitia est amor Deo tantũ seruiens, non ergo reddit vnicuiq; quod suum est.

¶RESPONDEO dicendũ ꝙ prædicta iustitiæ diffinitio conueniens est, si rectè intelligatur. Cùm enim omnis virtus sit habitus, q̃ est principiũ boni actus, necesse est quod virtus diffiniatur per actũ bonũ, qui est circa ea quæ ad alterũ sunt, sicut circa propriam materiam virtutis. Est autẽ iustitia præcipuè circa ea quæ ad alterũ sunt, sicut circa propriã materiam, vt infra patebit* [art. seq.]. Et ideo actus iustitiæ ꝑ cõparationẽ ad propriã materiam virtutis & obiectũ tangitur, cũ dicitur, ius suũ vnicuiq; tribuens. Quia, vt Isidorus dicit in lib. Etymol.* [lib.10. cap.9.] Iustus dicitur, qa ius custodit. Ad hoc autẽ ꝙ aliquis actus circa quãcunq; materiã sit virtuosus, requiritur ꝙ sit volũtarius, & ꝙ sit stabilis & firmus: quia Philosophus dicit in 2. Ethico.* [cap.4. tom.5.] ꝙ ad virtutis actũ requirit̃, primo quidẽ ꝙ operetur sciens: secũdò autem, ꝙ eligens & propter debitũ finem. tertiò, ꝙ immobiliter operetur. Primus autem horũ includitur in secũdo: qa quod per ignorantiã agitur, est inuoluntariũ: vt dicitur in 3. Ethic.* [cap.1. tom.5.] Et ideo in diffinitione iustitiæ primò ponitur volũtas ad ostendendũ, ꝙ actus iustitiæ debet esse volũtari⁹. Additur autem de constantia & perpetuitate, ad designandam actus firmitatem. Et ideo prædicta diffinitio est completa diffinitio iustitiæ, nisi qđ actus ponit̃ pro habitu, q̃ per actũ specificatur: habitus eñ ad actũ dicit̃. Et si quis vellet eam in debitã formã diffinitionis reducere, posset sic dicere, ꝙ iustitia est habit⁹, secundũ quẽ aliquis cõstanti & ꝑpetua volũtate ius suũ vnicuique tribuit. Et quasi est eadẽ diffinitio cũ ea, quã Philosophus ponit in 5. Ethic.* [cap. 1. & seq.] dicens, quod iustitia est habitus, secundum quem aliquis dicitur operatiuus secundum electionem iusti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd voluntas hîc nominat actum, non potentiam. Est autem consuetum quòd apud autores habitus per actus diffiniantur: sicut Augu. dicit super Ioan.* [Trac. 79. paulo post princip. tom.9.] quòd fides est credere quod non vides.

¶ Ad secundum dicendum, quod neq; etiam iustitia est essentialiter rectitudo, sed causaliter tantùm. Est enim habitus, secundum quem aliquis rectè operatur & vult.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas potest dici perpetua dupliciter. Vno modo ex parte ipsius actus, qui perpetuo durat. Et sic solius Dei voluntas est perpetua. Alio modo ex parte obiecti: quia scilicet aliquis vult perpetuò facere aliquid. Et hoc requiritur ad rationẽ iustitiæ. Non enim sufficit ad rõnem iustitiæ, quod aliquis velit ad horã in aliquo negotio seruare iustitiã: quia vix inuenitur aliquis qui velit in omnibus iniustè agere, sed requiritur quòd homo habeat voluntatem perpetuo, & in omnibus iustitiam conseruandi.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd quia perpetuum non accipitur secundũ durationẽ perpetuam actus voluntatis, nõ superfluè additur, Constans. Vt sicut ꝑ hoc quod dicitur, Perpetua voluntas, designatur quòd aliquis gerat in proposito perpetuò iustitiam cõseruandi: ita etiam per hoc, quòd dicitur Constãs, designetur quòd in hoc proposito firmiter perseueret.

¶ Ad quintum dicendum, quod iudex reddit quod suum est ꝑ modum imperantis & dirigentis: quia iudex est iustũ animatum, & princeps est custos iusti, vt dicitur in 5. Ethic.* [cap. 6.] Sed subditi reddunt quod suum est vnicuiq; per modũ executionis.

¶ Ad sextum dicendũ, quòd sicut in dilectione Dei includitur dilectio proximi, vt suprà dictum est:* [q. 24. art. 1.] ita etiam in hoc quòd homo seruit Deo includitur, ꝙ vnicuiq; reddat quod debet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum iustitia semper sit ad alterum.

[supra q. 57. art. 4. & infra art. 8. cor. & d. 3. & vir. q. 2. art. 7. ad 12.] AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod iustitia non semper sit ad alterum. Dicit enim Apostolus ad Rom. 3. quod iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Sed fides non dicitur per comparationem vnius hominis ad alterũ. Ergo neque iustitia.

¶ 2 Præterea, Secundum Aug. in lib. de moribus Ecclesiæ,* [*cap. 15. tom. 1.] Ad iustitiam pertinet ob hoc, quòd seruit Deo, bene imperare cæteris, quæ homini sunt subiecta. Sed appetitus sensitiuus est homini subiectus, vt patet Genes. 4. vbi dicitur. Subter te erit appetitus eius, scilicet peccati: & tu dominaberis illius. Ergo ad iustitiam pertinet dominari proprio appetitui. Et sic erit iustitia ad seipsum.

¶ 3 Præterea, Iustitia Dei est æterna. Sed nihil aliud est Deo coæternum. ergo de ratione iustitiæ non est, ꝙ sit ad alterum.

¶ 4 Præterea, Sicut operationes, quæ sunt ad alterum, indigẽt rectificari: ita etiam operationes quę sunt ad seipsum. Sed per iustitiam rectificãtur operationes, secundum illud Prouer. 11. Iustitia simplicis diriget viam eius. ergo iustitia nõ est solũ circa ea, quæ sunt ad alterũ, sed etiã circa ea quę sunt ad seipsum.

¶SED CONTRA est quod Tulli⁹ dicit in 1. de Offic.* [cap. de iustitia.] ꝙ iustitiæ ea ratio est, qua societas hominũ inter ipsos & vitæ cõmunitas continetur. Sed hoc importat respectum ad alterũ. ergo iustitia est circa ea quæ sunt ad alterum.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut suprà dictũ est,* [q. præced. art. 1. & 2.] cũ nomẽ iustitiæ æqualitatẽ importet, ex sua ratione iustitia habet, ꝙ sit ad alterũ: nihil eñ est sibi æquale, sed alteri. Et quia ad iustitiã pertinet actus humanos rectificare, vt dictũ est*, [art. præc. & q. 57. art. 1. & 1.] necesse est ꝙ æqualitas ista, quã requirit iustitia, sit diuersorũ agere potẽtiũ. Actiones autẽ sunt suppositorũ & totorũ: non autẽ, propriè loquẽdo, partiũ, & formarũ seu potentiarũ. Non enim ꝓpriè dicitur ꝙ manus percutiat, sed homo ꝑ manũ: neque ꝓpriè dicitur ꝙ calor calefaciat, sed ignis per calorẽ, secundũ tamen similitudinem quandã hæc dicũtur. Iustitia ergo propriè dicta, requirit diuersitatẽ suppositorum, & ideo nõ est nisi vnius hominis ad aliũ. Sed secundũ similitudinẽ accipiũtur in vno & eodẽ homine diuersa principia actionũ, quasi diuersa agentia: sicut ratio & irascibilis, & ideo metaphoricè in vno & eodem homine dicitur esse iustitia, secundum quòd ratio imperat irascibili & concupiscibili, & secundum quòd hæc obediunt rationi, & vniuersaliter secundum quòd vnicuique parti hominis attribuitur quod ei conuenit. Vnde & Philosophus in 5. Ethic.* [cap. vlt. tom. 5.] hãc iustitiam appellat, secundum metaphoram dictam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iustitia quæ fit per fidem in nobis, est per quam iustificatur impius: quæ quidem in ipsa debita ordinatione partium animæ consistit, sicut supra dictum est* [1.2. q. 113. art. 1.] cùm de iustificatione impij ageretur. Hoc autem pertinet ad iustitiam metaphoricè dictam, quæ potest inueniri etiam in aliquo solitariam vitam agente. Et per hoc patet responsio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quod iustitia Dei est ab æterno, secundum voluntatem & propositum æternum. Et in hoc præcipuè iustitia consistit: quamuis secundum effectum non sit ab æterno: quia nihil est Deo coæternum.

¶ Ad quartum dicendum, quod actiones, quę sunt hominis ad seipsum, sufficienter rectificantur, rectificatis passionibus, per alias virtutes morales. Sed actiones quæ sunt ad alterum, indigent speciali rectificatione non solùm per comparationem ad agentem, sed etiã per comparationem ad eum, ad quem sunt: Et ideo circa eas est specialis virtus, quæ est iustitia.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum iustitia sit virtus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod iustitia non sit virtus. [5. Ethic. lect. 2. & 3.] Dicitur enim Lucæ 17. Cùm feceritis omnia, q̃ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Sed non est inutile facere opus virtutis. Dicit enim Ambros. in 2. de Officiis,* [cap. 6. tom. 1.] vtilitatẽ non pecuniarij lucri æstimationem dicimus, sed acquisitionem pietatis. Ergo facere quod quis debet facere, non est opus virtutis. Est autem opus iustitiæ, quod quis facere tenetur. ergo iustitia non est virtus.

¶ 2 Præterea, Quod fit ex necessitate, non est meritorium. Sed reddere alicui quod suum est, quod pertinet ad iustitiam, est necessitatis. Ergo non est meritorium. Actibus autem virtutum meremur. ergo iustitia non est virtus.

¶ 3 Præterea, Omnis virtus moralis est circa agibilia. Ea autem quæ exterius constituuntur, non sunt agibilia, sed factibilia: vt patet per Philosophum in 9. Metaph.* [Tex. 15. tom. 3.] Cùm ergo ad iustitiam pertineat exterius facere aliquod opus secundum se iustum, videtur quod iustitia non sit virtus moralis.

¶SED CONTRA est quod Greg. dicit in 2. Moral.* [cap. 36.] quod in quatuor virtutibus, scilicet temperantia, prudentia, fortitudine, & iustitia, tota boni operis structura consurgit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd virtus humana est, quæ

¶ Sup Quæstionis quinquagesimæ octauæ Articulum tertium.

IN arti. 3. eiusdẽ quæst. in responsione ad tertiũ diligenter distingue, & perspice, in actu exteriori agere & facere, hoc est actũ immanentẽ & trãseuntẽ: & intellige ꝙ iustitia est circa actum immanentẽ, vt propriũ actũ: circa trãseuntẽ vero, vt materiã. Verbi gratia, Cum reddo pecuniã creditori, exterior actus dandi pecuniam habet quod est actus trãsiens, vt est quædam exterior actio, puta manus, & habet quod est materia, qa vtor ad hoc, vt ius suum creditori reddam. Cùm enim ad multa possim tali exteriore actione vti, hoc spectat ad iustitiam: ꝙ est materia actus vtẽdi, qua applico illã ad satisfaciendũ creditori. Iustitia ergo est circa electionẽ actus vtẽdi exterioribꝰ actionibus & rebus ad alterũ. Tam autẽ electio, quàm vti, actus sunt voluntatis & manẽtes in eligente, & vtẽte.

¶ Super

¶ Sup Quæstionis quinquagesimæ octauæ Articulum quartum.

IN art. 4. eiusdẽ quæst. dubiũ occurrit circa illã assumptã propositionem, Proximũ principiũ actus est vis appetitiua. Nam proximũ principiũ actus iudicij, qui est notus iudici iustitiã dicẽti, non appetitus, sed intellectus est. Et exteriorũ operũ, in quibus iustum ponitur propriũ principium, est executiua potẽtia: vt patet in restitutionibus, cõmutationibus, & distributionibus. Fiũt enim hæc manibus & lingua.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ hic sumitur actus seu agere non solùm vt distinguitur cõtra facere, sed etiã vt distinguitur cõtra cognoscere. Et propterea tãquàm manifestũ absque adiuncta ꝓbatione, Autor dixit appetitum esse proximũ actus, seu agendi principiũ. Constat nanq; ex litera, ꝙ actus distinguitur hic cõtra actũ cognoscitiuum. Et ꝑ hoc excluditur obiectio de actu iudicij, q̃ quomodo sit actus iustitiæ, in quæstione sexagesima inferius patet. Constat quoq; ex determinatis in præcedẽti libro, ꝙ soli actus immanentes sunt eliciti actus virtutum: quãuis actiones trãseuntes possint esse actꝰ imperati ab eis. Et ꝑ hoc excluditur obiectio de potentia executiua. Est ergo literę radix, ꝙ quia subiectũ virtutis est aut [3. dist. 33. q. 2. artic. 4. q. 8. & vir. q. 1. art. 5. co. fin. Et 5. Ethic. lect. 1.] rationale per essentiã, quod est intellectus seu ratio, & iustitiã constat non rectificare actus cognoscitiuos, aut rationale ꝑ participationẽ, quod est appetitus. Hoc enim solũ restat ꝓximũ principium actus, qui potest esse actus elicitus à virtute. Ideo iustitia in vi est appetitiua, &c.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ octauæ articulũ quintũ, sextum & septimũ.

IN artic. 5. 6. & 7. aduerte, ꝙ cùm dicitur iustitia legalis, virtus specialis quidẽ in essentia, generalis autẽ in esse, non intelligitur de esse quod vocatur actualis existentia, sed intelligitur de esse relatiuo quo obsequẽtibus virtutibus vnitur. Habet enim iustitia legalis suã essentiam cum sua existentia in voluntate sola. Sed quia imperat aliis virtutibus, puta, tẽperantiæ & fortitudini, dum ordinat actus illarum ad cõmune bonũ, in qualibet virtute fit relatio ad cõmune bonũ. Et secundũ talem relationẽ iustitia imperans dicit̃ esse in virtute imperata. Et quia relatio constituit esse relatiuũ, sicut albedo esse album: ideo iustitia legalis dicitur esse generalis, secundum esse relatiuũ, & secundũ tale esse identificari omnibus virtutibꝰ. Et quælibet virtus dicitur identificari iustitiæ legali, eo modo loquendi quo imperatũ & imperans, vnũ quodãmodo esse dicuntur, vt in litera dicitur. Et simile est de charitate, & aliis virtutibus, iuxta illud Apostoli, Charitas patiens est, benigna est, &c. Tribuũtur enim charitati, quæ mediãtibus aliis virtutibus operatur, vt patet.

¶ Super

quæ bonum reddit actum humanum, & ipsum hominem bonum facit: quod quidem conuenit iustitiæ. Actus enim hominis bonus redditur ex hoc quòd attingit regulã rationis, secundum quã humani actus rectificantur. Vnde cùm iustitia operationes humanas rectificet, manifestum est quòd opus hominis bonum reddit. Et vt Tullius dicit in primo de Officiis,* [cap. de Iustit.] ex iustitia præcipuè viri boni nominãtur. Vnde sicut ibidem dicit, In ea virtutis splendor est maximus.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ cum aliquis facit quod debet, non affert vtilitatẽ lucri ei, cui facit quod debet, sed solùm abstinet à damno eius: sibi tamen facit vtilitatem, inquãtum spontanea & prompta voluntate facit illud qđ debet: qđ est virtuosè agere. Vnde dicitur Sapiẽtiæ octauo, quod sapientia Dei sobrietatem & iustitiã docet, prudentiam & virtutem, quibus in vita nihil est vtilius hominibus, scilicet virtuosis.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ duplex est necessitas, vna coactionis: & hæc quia repugnat voluntati, tollit rationẽ meriti, alia autem est necessitas ex obligatione præcepti, siue ex necessitate finis: quãdo scilicet aliquis non potest consequi finem virtutis, nisi hoc faciat, & talis necessitas nõ excludit rationẽ meriti, inquantum aliquis hoc qđ sic est necessarium, volũtariè agit, excludit tamen gloriã supererogationis: secundũ illud primæ ad Corinthios 9. Si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ iustitia non cõsistit circa exteriores res, quãtum ad hoc quod est facere, quod ꝑtinet ad artẽ, sed quãtum ad hoc, ꝙ vtitur eis ad alterum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrũ iustitia sit in voluntate sicut in subiecto.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod iustitia non sit in volũtate sicut in subiecto. Iustitia enim quãdoq; veritas dicitur. Sed veritas non est voluntatis, sed intellectus: ergo iustitia non est in voluntate sicut in subiecto.

¶ 2 Præterea, Iustitia est circa ea quæ sunt ad alterũ. Sed ordinare aliquid ad alterũ est rationis. Iustitia ergo nõ est in volũtate sicut in subiecto, sed magis in ratione.

¶ 3 Præterea, Iustitia non est virtus intellectualis, cũ non ordinetur ad cognitionem, vnde relinquitur ꝙ sit virtus moralis. Sed subiectũ virtutis moralis est rationale per participationem, quod est irascibilis & cõcupiscibilis, vt patet per Philosophum in 1. Ethic.* [Cap. vlt. tom. 5.] Ergo iustitia non est in voluntate sicut in subiecto, sed magis in irascibili & concupiscibili.

¶SED CONTRA est, ꝙ Anselmus dicit,* [Dial. de Trinit. cap. 13.] quod iustitia est rectitudo voluntatis, propter se seruata.

¶RESPONDEO dicendũ, quod illa potẽtia est subiectũ virtutis ad cuius potentiæ actum rectificandũ virtus ordinatur. Iustitia autẽ non ordinatur ad dirigendũ aliquem actum cognoscitiuũ. Nõ enim dicimur iusti ex hoc, quòd rectè aliquid cognoscimus, & ideo subiectũ iustitiæ non est intellectus, vel ratio quæ est potẽtia cognoscitiua: sed quia iusti in hoc dicimur, ꝙ aliquid rectè agimus, proximũ autem principiũ actus est vis appetitiua, necesse est ꝙ iustitia sit in aliqua vi appetitiua sicut in subiecto. Est autẽ duplex appetitus, scilicet volũtas, quę est in ratione, & appetitus sensitiuus cõsequẽs apprehensionẽ sensus, qui diuiditur per irascibilem, & concupiscibilem: vt in primo* [Q. 81. art. 2.] habitum est. Reddere autem vnicuique quod suum est, non potest procedere ex appetitu sensitiuo: quia apprehensio sensitiua non se extendit ad hoc, quod considerare possit proportionem vnius ad alterum: sed hoc est proprium rationis. Vnde iustitia non potest esse sicut in subiecto in irascibili & concupiscibili, sed solum in voluntate. Et ideo Philosophus* [Lib. 5. Ethic. & 5. cap. 1.] diffinit iustitiam per actum voluntatis, vt ex supradictis patet.* [*ar. præc. huius quæst.]

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quia voluntas est appetitus rationalis: ideo rectitudo rationis quæ veritas dicitur, voluntati impressa, propter propinquitatem ad rationem nomen retinet veritatis. Et inde est quòd quandoque iustitia veritas vocatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd voluntas fertur in suum obiectum, consequenter ad apprehensionem rationis. Et ideo qa ratio ordinat in alterum, voluntas potest velle aliquid in ordine ad alterum: quod pertinet ad iustitiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd rationale per participationem non solum est irascibile & concupiscibile, sed omnino ꝺ appetitiuum, vt dicitur in 1. Ethic.* [D. 231. & 1199. Cap. vlt. tom. 5.] quia omnis appetitus obedit rationi. Sub appetitiuo autem comprehenditur voluntas: & ideo voluntas potest esse subiectum virtutis moralis.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum iustitia sit virtus generalis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd iustitia non sit virtus generalis. [Infra q. 6 & 7. & q. 59. art. 1. Et 1.2. q. 60. art. 3. & 5. Ethic. lect. 1.2. & 3.] Iustitia enim condiuiditur aliis virtutibus, vt patet Sapientiæ octauo, Sobrietatem & iustitiam docet, prudentiam, & virtutem. Sed generale non condiuiditur seu connumeratur speciebus, sub illo generali contentis. ergo iustitia non est virtus generalis.

¶ 2 Præterea, Sicut iustitia ponitur virtus cardinalis: ita etiam temperantia & fortitudo. Sed temperantia vel fortitudo non ponitur virtus generalis. ergo neque iustitia debet aliquo modo poni virtus generalis.

¶ 3 Præterea, Iustitia est semper ad alterum, vt supra* [Art. 2.] dictum est. Sed peccatum quod est in proximum, non potest esse peccatum generale: sed diuiditur contra peccatum, quo peccat homo contra seipsum. ergo etiam neque iustitia est virtus generalis.

¶SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 5. Ethico.* [cap. 1. & 2. tom. 5.] quòd iustitia est communis virtus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iustitia, sicut dictũ est*, [art. 2. huius q.] ordinat hominem in comparatione ad alium. Quod quidem potest esse dupliciter. Vno modo ad aliũ singulariter cõsideratum: alio modo ad alium in communi, secũdum scilicet ꝙ ille, qui seruit alicui cõmunitati, seruit omnibus hominibꝰ, qui sub cõmunitate illa continẽtur. Ad vtrunque ergo se potest habere iustitia secundum propriam rationem. Manifestũ est autem ꝙ omnes, qui sub cõmunitate aliqua continentur, comparantur ad cõmunitatem, sicut partes ad totum. Pars autem id quod est, totius est, vnde & quodlibet bonum partis est ordinabile in bonum totius. Secundum hoc ergo bonum cuiuslibet virtutis siue ordinantis aliquem hominẽ ad seipsum, siue ordinantis ipsum ad alias personas singulares, est referibile ad bonum cõmune, ad quod ordinatur iustitia. Et secundũ hoc actus omnium virtutum possunt ad iustitiam pertinere, secundum quod ordinant hominem ad bonum commune. Et quantũ ad hoc iustitia dicitur virtus generalis. Et quia ad legem pertinet ordinare in bonum cõmune, vt supra* [1.2. q. 90. art. 2. & arg. 4. q. præc.] habitum est, inde est quod talis iustitia prædicto modo generalis, dicitur iustitia legalis: quia scilicet per eam homo concordat legi ordinanti actus omnium virtutum in bonum commune.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod iustitia condiuiditur seu connumeratur aliis virtutibus, non inquantũ est generalis, sed inquantũ est specialis virtus: vt infra dicetur.* [art. 7. & 12.]

¶ Ad secundum dicendum, quod temperantia & fortitudo sunt in appetitu sensitiuo, id est, in concupiscibili & irascibili. Huiusmodi autem vires sunt appetitiuæ quorundam bonorum particularium, sicut & sensus est particularium cognoscitiuus. Sed iustitia est sicut in subiecto in appetitu intellectiuo, qui potest esse vniuersalis boni, cuius intellectus ꝺ est apprehensiuus. [D. 752.] Et ideo iustitia magis potest esse virtus generalis, quàm temperantia vel fortitudo.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd illa quæ sunt ad seipsum, sunt ordinabilia

Universidad de Deusto Biblioteca

dinabilia ad alterum, præcipuè quantùm ad bonum commune. Vnde & iuſtitia legalis ſecundum quod ordinat ad bonum commune, poteſt dici virtus generalis. Et eadem ratione iniuſtitia poteſt dici peccatum commune. Vnde dicitur primæ Ioan. 3. quòd omne peccatum eſt iniquitas.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum iuſtitia ſecundum quod eſt generalis, ſit idem per eſſentiam cum omni virtute.

*1.2.q.60. artic.3 ad 2. & art. 7.co.& 3. diſt.9. q. 1.art.1. q. 2.co.& 5. Ethi. lect.2.fi. *cap.1. tom.5. † Et cap. eodem.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ iuſtitia ſecundum quod eſt generalis, ſit idem per eſſentiam cum omni virtute. Dicit enim Philoſophus in quinto Ethico.* ꝙ virtus & iuſtitia legalis eſt eadem omni virtuti: eſſe autem nō eſt idem. Sed illa quæ differunt ſecundùm eſſe, vel ſecundum rationem, non differunt ſecundum eſſentiam. ergo iuſtitia eſt idem ſecundum eſſentiam cum omni virtute.

¶2 Præterea, Omnis virtus, quæ non eſt idem ꝑ eſſentiā cum omni virtute, eſt pars virtutis. Sed iuſtitia prædicta, vt ibidem Philoſophus dicit*, non eſt pars virtutis, ſed tota virtus. ergo prædicta iuſtitia eſt idem eſſentialiter cum omni virtute.

¶3 Præterea, Per hoc, quòd aliqua virtus ordinat actum ſuum ad altiorem finem, non diuerſificatur ſecundum eſſentiā habitus: ſicut idē eſt eſſentialiter habitus temperantiæ, etiā ſi actus eius ordinetur ad bonum diuinum. Sed ad iuſtitiam legalem pertinet, quòd actus omnium virtutum ordinentur ad altiorem finem, id eſt, ad bonū commune multitudinis: quod præeminet bono vnius ſingularis perſonæ. ergo videtur quod iuſtitia legalis eſſentialiter ſit omnis virtus.

¶4 Præterea, Omne bonum partis ordinabile eſt ad bonum totius. Vnde ſi non ordinetur in illud, videtur eſſe vanum & fruſtra. Sed illud quod eſt ſecundum virtutem, non poteſt eſſe huiuſmodi. Ergo videtur quod nullus actus poſsit eſſe alicuius virtutis, qui non pertineat ad iuſtitiam generalem, quæ ordinatur in bonum commune. Et ſic videtur quod iuſtitia generalis ſit idem in eſſentia cum omni virtute.

*Cap. 1. *Cap.3. tom. 5.*

¶SED CONTRA eſt quod dicit Philoſophus in 5. Ethic.* quod multi in propriis quidem poſſunt virtute vti: in iis autem quæ ad alterū ſunt non poſſunt. Et in tertio Politici.* dicit quod nō eſt ſimpliciter eadē virtus boni viri, & boni ciuis. Sed virtus boni ciuis eſt iuſtitia generalis per quā aliquis ordinatur ad bonum cōmune. ergo non eſt eadē iuſtitia generalis cum virtute communi, ſed vna poteſt ſine alia haberi.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ generale dicitur aliquid dupliciter: vno modo ꝑ prædicationem, ſicut animal eſt generale ad hominē & equū, & ad alia huiuſmodi. Et hoc modo generale oportet, ꝙ ſit idem eſſentialiter cum iis, ad quæ eſt generale: quia genus pertinet ad eſſentiā ſpeciei, & cadit in diffinitione eius. Alio modo dicitur aliquid generale ſecūdū virtutē, ſicut cauſa vniuerſalis eſt generalis ad omnes ſuos effectus, vt ſol ad omnia corpora, quæ illuminantur vel immutātur ꝑ virtutē ipſius. Et hoc modo generale nō oportet ꝙ ſit idem in eſſentia cum iis, ad quæ eſt generale: quia nō eſt eadē eſſentia cauſæ & effectus. Hoc autem modo ſecundum prædicta*, iuſtitia legalis dicitur eſſe virtus generalis, inquantum ſcilicet ordinat actus aliarū virtutū ad ſuū finem: qđ eſt mouere ꝑ imperium oēs alias virtutes. Sicut enim charitas poteſt dici virtus ᵈ generalis, inquantum ordinat actus omniū virtutū ad bonum diuinum: ita etiā iuſtitia legalis, inquantum ordinat actus omniū virtutum ad bonū cōmune. Sicut ergo charitas, quæ reſpicit bonū diuinum vt proprium obiectū, eſt quædā ſpecialis virtus ſecundū ſuā eſſentiam: ita etiā iuſtitia legalis eſt ſpecialis virtus ſecundum ſuam eſſentiam, ſecundum quod reſpicit cōmune bonum vt proprium obiectū. Et ſic eſt in Principe principaliter & quaſi architectonicè: in ſubditis autem ſecundariè & quaſi adminiſtratiuè. Poteſt tamen quælibet virtus, ſecundum ꝙ à prædicta virtute, ſpeciali quidem in eſſentia, generali autem ſecundum virtutem, ordinatur ad bonum commune, dici iuſtitia legalis. Et hoc modo loquendi iuſtitia legalis eſt idem in eſſentia cum omni virtute, differt autem ratione. Et hoc modo loquitur Philoſophus. Vnde patet reſponſio ad primum & ſecundum.

artic.5. D.305.

¶AD TERTIVM ergo dicendum, quòd etiam illa ratio ſecundū hunc modum procedit de iuſtitia legali, ſecundū quod virtus imperata à iuſtitia legali, iuſtitia legalis dicitur.

¶Ad quartum dicendum, quòd quælibet virtus ſecundum propriam rationem ordinat actum ſuum ad proprium finem illius virtutis. Quod autem ordinetur ad vlteriorem finem, ſiue ſemper, ſiue aliquando, hoc non habet ex propria ratione, ſed oportet eſſe aliam ſuperiorem virtutem, à qua in illum finem ordinetur. Et ſic oportet eſſe vnā virtutem ſuperiorem, quæ ordinet omnes virtutes in bonum commune, quæ eſt iuſtitia legalis, & eſt alia per eſſentiam ab omni virtute.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum ſit aliqua iuſtitia particularis præter iuſtitiam generalem.

*Supra articul 5.& 6. Et infra q.59. arti.1. Et 1.2.q.60. arti.3.& 5.Ethico. lect.1.2. & 3. *art.5. & 6.*

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ non ſit aliqua iuſtitia particularis præter iuſtitiā generalē. In virtutibꝰ enim nihil eſt ſuperfluū, ſicut nec in natura. Sed iuſtitia generalis ſufficienter ordinat hominem circa omnia quæ ad alterū ſunt. Ergo nō eſt neceſſaria aliqua iuſtitia particularis.

¶2 Præterea, Vnum & multa non diuerſificant ſpeciem virtutis. Sed iuſtitia legalis ordinat hominē ad alium ſecundum ea quæ ad multitudinem pertinēt, vt ex prædictis patet*. Ergo non eſt alia ſpecies iuſtitiæ quæ ordinet hominem ad alterum in iis quæ pertinent ad vnam ſingularem perſonam.

¶3 Præterea, Inter vnam ſingularem perſonam & multitudinem ciuitatis, media eſt multitudo domeſtica. Si ergo eſt iuſtitia alia particularis per comparationem ad vnam perſonam præter iuſtitiam generalem, pari ratione debet eſſe alia iuſtitia œconomica, quæ ordinet hominem ad bonum commune vnius familiæ: quod quidem non dicitur. Ergo nec aliqua particularis iuſtitia eſt præter iuſtitiam legalem.

Hom.15. inter principium & medi.

¶SED CONTRA eſt quod* Chryſ. ſuper illud Matt. quinto, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, dicit. Iuſtitiam autem dicit ad vniuerſalem virtutem, vel particularem, auaritiæ contrariam.

†ar.præc.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt†, iuſtitia legalis non eſt eſſentialiter omnis virtus, ſed oportet præter iuſtitiam legalem, quæ ordinat hominē immediatè ad bonum commune, eſſe alias virtutes, quæ immediatè ordinant hominem circa particularia bona: quæ quidē poſſunt eſſe vel ad ſeipſum, vel ad alteram ſingularem perſonam. Sicut ergo præter iuſtitiam legalem oportet eſſe aliquas virtutes particulares, quæ ordinent hominem in ſeipſo, puta temperantiā, & fortitudinem: ita etiam præter iuſtitiam legalem oportet eſſe particularem quandam iuſtitiam, quæ ordinet hominem circa ea, quæ ſunt ad alteram ſingularem perſonam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ iuſtitia legalis ſufficienter quidem ordinat hominē in iis, quæ ſunt ad alterum, quantum ad commune quidem bonum immediatè: quantum autem ad bonum vnius ſingularis perſonæ, mediatè. Et ideo oportet eſſe aliquam particularem iuſtitiam, quæ immediatè ordinet hominem ad bonum alterius ſingularis perſonæ.

Cap. 1. tom.5.

¶Ad ſecundū dicendū, quòd bonū commune ciuitatis, & bonum ſingulare vnius perſonæ nō differunt ſolum ſecundum multum & paucū, ſed ſecundum formalem differentiam. Alia enim eſt ratio boni cōmunis & boni ſingularis, ſicut & alia eſt ratio totius & partis. Ideo Philoſophus in 1.* Politic. dicit, ꝙ non bene dicūt, qui dicunt ciuitatē, & domū, & alia huiuſmodi differre ſolum multitudine & paucitate, & non ſpecie.

**cap 6. & vlt. D.503. cap.3.& vlt.*

¶Ad tertium dicendū, ꝙ domeſtica multitudo ſecundū Philoſophū in 1. Politic.* diſtinguitur ſecundū tres coniugationes, ſcilicet vxoris & viri, patris & filij, domini & ſerui: quarū perſonarum vna eſt quaſi aliquid alterius. Et ideo ad huiuſmodi perſonas ᵈ nō eſt ſimpliciter iuſtitia: ſed quædā iuſtitiæ ſpecies, ſcilicet œconomica, vt dicitur in quinto Ethic.*

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum iuſtitia particularis habeat materiam ſpecialem.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd iuſtitia particularis non habeat materiam ſpecialem. Quia ſuper illud Geneſ. 2. Fluuius quartus ipſe eſt Euphrates, dicit gloſſ. Euphrates frugifer interpretatᵉ, nec dicitur cōtra quos vadat: quia iuſtitia ad omnes animæ partes pertinet. Hoc autem non eſſet, ſi haberet materiam ſpecialem: quia quælibet materia* ſpecialis ad aliquam ſpecialem potentiam pertinet. Ergo iuſtitia particularis non habet materiam ſpecialem.

¶2 Præterea Auguſt. dicit in lib. 83. q.* ꝙ quatuor ſunt animæ virtutes, quib. in hac vita ſpiritualiter viuitur, ſcilicet temperantia, prudentia, fortitudo, & iuſtitia: & dicit ꝙ quarta eſt iuſtitia, quæ per omnes diffunditur. Ergo iuſtitia particularis, quæ eſt vna de quatuor virtutibus cardinalibus, non habet ſpecialem materiam.

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ octauæ Articulum octauum.

*1.2.q.60. art.1.cor. & 3.diſt. 33.q.2. art.2. Ethic. lect.8. cap.2. *Alias ſpecialiter. Quæſt.61 tom.4.*

IN articul. 8. memēto nouitie, vt diſtinguas inter materiā moralem & actus morales. Materia enim eſt in qua ponitur mediū, & vt in litera dicitur, cōprehēdit paſſiones & operationes & res quodāmodo, vt ſcilicet ſunt materia operationū humanarū ad alterū. Actus autem eliciti ſunt propriè loquendo electiones eſſentialiter vel participatiuè. Omnis enim moralis virtus eſt habitus electiuus. Sed iuſtitia, quia eſt in voluntate, cuius electio eſt eſſentialiter, eſt principiū electionis iuſtæ, quæ eſt eſſentialiter electio. Tēperātia autem ſiue fortitudo, in appetitu ſenſitiuo exiſtens, eſt principium electionis participatæ, dum eſt principium timoris & audaciæ moderatæ, vel moderatæ delectationis. Et licet omnis moralis virtus habeat pro actu elicito electionem ſaltem participatam: aliæ tamen virtutes eligūt mediū in paſſionibus. ſ. concupiſcentia, ira, timore, ſpe, &c. Quæ ſunt actus etiam ipſius appetitus ſenſitiui, in qua ſunt virtutes ſubiectiuæ. Iuſtitia autem eligit medium in operationibus exterioribus, quibus ad alium ordinamur. Verum operationes iſtæ non ſunt vnius modi. Nam aliquæ ſunt quæ ſecundum ſeipſas iuſtū vel iniuſtum ſuſcipiunt: vt percuſſiones, occiſiones, reuerentiæ, & huiuſmodi. Aliquæ verò ſunt, quæ ſecundum earum materias iuſtum vel iniuſtum ſuſcipiunt, vt emptio, vēditio, reſtitutio, &c. Hæ enim ſecundum res, quæ venduntur aut reſtituūtur puta domos, agros, pecunias, iuſtæ vel iniuſtæ dicuntur. Et propter hanc diuerſitatem, in litera ponuntur duæ materiæ iuſtitiæ, ſcilicet ſecundum actiones & res exteriores.

cap.2. cap.2. & 6.

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ octauæ articulum nonum.

1.2.q.61. ar.4.&8

IN artic. 9. eiuſdem quæſtio. in reſponſione ad primum, cùm legis quod delectatio eſt finis principalis, &c. non intelligas, quod eſt finis principalis ipſius virtutis (iam enim dictum vides in litera, quod eſt finis conſequēs) ſed quod eſt principalis quo ad noſtrum iudiciū diſcretiuum boni & mali. Diſcernimus nanque male habituatum, vel bene habituatum, ex delectatione in bono vel malo. Temperatus enim gaudet abſtinentia, iuſtus iuſtitia, liberalis liberalitate, & ſic de aliis. Et gaudentes in oppoſitis, contrariè habituatos dicimus.

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæ octauæ Articulum decimum.

*4.diſt.15. q.1 art.1. q.2.ad 2. *cap.5. 1.2.q.23. ar.4.*

IN titulo articuli decimi, memēto quod in præcedenti libro concluſum eſt virtutem conſiſtere in medio. Et propterea hic ſupponitur iuſtitiam conſiſtere in medio: & quæritur de qualitate medij, quale ſcilicet ſit medium eius, an rei, an rationis. Et eſt ratio ſpecialiter dubitandi. Quia ſola iuſtitia inter morales virtutes attendit medium rei. Vocatur autem medium rei, quod in rerū æqualitate conſiſtit, puta pretij, & rei venditæ, & huiuſmodi, vel rerum aut onerum cōmunium, quę diſtribuuntur ſingulis. Medium autem rationis, quod in ædequatione cōditionum à recta ratione determinabiliū conſiſtit. Verbi gratia, medium intemperantiæ, actu nō eſt comedere vnam panis libram: ſed pro loci, temporis, laboris, complexionis robore, aliquando mediū eſt ſumere libram, aliquādo tres vnicas, aliquando ſex: Incertum enim eſt, & varium medium rationis inquantum eſt rationis medium: quia nunc conſonat hoc, nunc illud, pro medio ſecundum rationē rectam, & in delectationibus, & in ira, & in aliis patet manifeſte.

cap.1. et 2. 1.2 q.22 art.3.et.q. 59.art.4.

¶ In corpore eiuſdem articuli, ſcito quod vt inferius cum de differentia medij in ſpeciebus iuſtitiæ agetur, patebit, iuſtitiæ medium conſiſtit in æqualitate rerum in quibus ſit iuſtitia, & perſonarū, quibus ſit iuſtitia: ita quod res inter ſe æquales proportionaliter, vel quantitatiuè proportionatæ ſint perſonis. Et propter hoc in litera vtrunque dicitur, ſcilicet & qđ vna res ſit proportionata alteri, & quod res ſit proportionata alteri perſonæ. Quomodo autem & qualiter hæc verificētur, in loco dicto clarificabitur.

¶3 Præt. Iuſtitia dirigit hominem ſufficienter in iis, quæ ſunt ad alterum. Sed per omnia quæ ſunt huius vitæ, homo poteſt ordinari ad alterum. ergo materia iuſtitiæ eſt generalis & non ſpecialis.

¶SED CONTRA eſt, ꝙ Philoſo. in 5. Ethico*. ponit iuſtitiam particularem circa ea ſpecialiter quæ pertinēt ad communicationem vitæ.

¶RESPONDEO dicendū, quòd omnia quęcūq; rectificari poſſunt per rationē ſunt materia virtutis moralis, quæ diffinitur per rationem rectam: vt patet per Philoſo. in 5. Ethic*. Poſſunt autem per rationem rectificari & interiores animæ paſsiones, & exteriores actiones & res exteriores, quæ in vſum hominis veniunt: ſed tamen per exteriores actiones & per exteriores res, quibus ſibiinuicem homines cōmunicare poſſunt attenditur ordinatio vnius hominis ad alterum: ſecūndū autem interiores paſsiones conſideratur rectificatio hominis in ſeipſo. Et ideo cùm iuſtitia ordinetur ad alterum, non eſt circa totam materiā virtutis moralis, ſed ſolùm circa exteriores actiones & res ſecundū quandā rationē obiecti ſpecialem, prout ſcilicet ſecundū eas vnus homo alteri coordinatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd iuſtitia pertinet qdē eſſentialiter ad vnā partē animæ, in qua eſt ſicut ī ſubiecto, ſ. ad voluntatē, q̄ quidē mouet per ſuū imperiū oēs alias animę partes. Et ſic iuſtitia nō directè, ſed quaſi ꝑ quādā redūdātiam ad oēs animæ partes pertinet.

¶Ad ſecūdū dicendum, quod ſicut ſupra *dictū eſt, virtutes cardinales dupliciter accipiuntur. Vno modo, ſecundum quòd ſunt ſpeciales virtutes habentes determinatas materias: alio modo ſecūdū quòd ſignificant quoſdam generales modos virtutis. & hoc modo loquitur ibi Aug. Dicit enim quòd prudentia eſt cognitio rerū appetendarum & fugiendarum. Tēperantia eſt refrænatio cupiditatis ab iis quæ temporaliter delectant. Fortitudo eſt firmitas animi aduerſus ea quæ temporaliter moleſta ſunt. Iuſtitia eſt quę ꝑ cæteras diffunditur, dilectio Dei & proximi, quæ ſcilicet eſt communis radix totius ordinis ad alterum.

¶Ad tertiū dicendū, quod paſsiones interiores, quæ ſunt pars materię moralis, ſecundum ſe non ordinantur ad alterū, quod pertinet ad ſpecialem rationem iuſtitiæ: ſed earum effectus ſunt ad alterum ordinabiles, ſcilicet operationes exteriores. Vnde non ſequitur quòd materia iuſtitiæ ſit generalis.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum iuſtitia ſit circa paſsiones.

AD NONVM ſic proceditur. Videtur ꝙ iuſtitia ſit circa paſsiones. Dicit enim Philoſo. in 2. Ethi*. quod circa voluptates & triſtitias eſt moralis virtꝰ. Voluptas aūt, id eſt delectatio, & triſtitias ſunt paſsioēs quædā, vt ſ habitū eſt, *cū de paſsionibus ageret. ergo iuſtitia cū ſit virtus moralis, erit circa paſsioēs.

¶2 Pręt. Per iuſtitiam rectificantur operationes, quæ ſunt ad alterum. Sed operationes huiuſmodi rectificari nō poſsūt, niſi paſsiones ſint rectificatæ: quia ex inordinatione paſsionum prouenit inordinatio in prædictis operationibus. Propter concupiſcentiam enim venereorū proceditur ad adulteriū. Et propter ſuperfluū amorem pecuniæ proceditur ad furtum. ergo oportet quod iuſtitia ſit circa paſsiones.

¶3 Pręterea, Sicut iuſtitia particularis eſt ad alterū: ita etiam & iuſtitia legalis. Sed iuſtitia legalis eſt circa paſsiones: alioquin non ſe extenderet ad omnes virtutes, quarū q̄dā ſunt manifeſtè circa paſſiones. ergo iuſtitia eſt circa paſsiones.

¶SED CONTRA eſt, quod Philo dicit ī 5. Ethi*. qđ eſt circa operationes.

¶RESPONDEO dicendum, quòd huius quæſtionis veritas ex duobus apparet. Primo quidem ex ipſo ſubiecto iuſtitiæ, quod eſt volūtas: cuius motus vel actus nō ſunt paſsiones, vt ſupra habitū eſt*, ſed ſolùm motus appetitꝰ ſenſitiui paſsiones dicūtur. Et ideo iuſtitia nō eſt circa paſsiones: ſicut tēperātia & fortitudo, q̄ ſunt iraſcibilis & cōcupiſcibilis, ſunt circa paſsiones. Alio modo ex parte materię: quia iuſtitia eſt circa ea q̄ ſunt ad alterum, non autē per paſsiones interiores immediatè ad alterū ordinamur, & ideo iuſtitia circa paſsiones non eſt.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ nō quælibet virtus moralis eſt circa voluptates & triſtitias, ſicut circa materiā: nam fortitudo eſt circa timores & audacias. Sed omnis virtus moralis ordinatᵉ ad delectationem & triſtitiam, ſicut ad quoſdam fines cōſequentes: quia, vt Philoſophꝰ dicit in 7. Ethi. delectatio & triſtitia eſt finis principalis ad quem reſpicientes vnumquodque, hoc quidem malum, hoc quidem bonum dicimus. Et hoc modo pertinent etiam ad iuſtitiam, quia non eſt iuſtus, qui non gaudet iuſtis operationibus, vt dicitur in 1. Ethi.* *cap.11.*

¶Ad ſecundum dicendū quòd operationes exteriores mediæ ſunt quodammodo inter res exteriores, quæ ſunt earum materia: & inter paſsiones interiores, quæ ſunt earum principia. Cōtingit autem quandoque eſſe defectum in vno eorū ſine hoc, quod ſit defectus in alio. Sicut ſi aliquis ſurripiat rem alterius non cupiditate habendi, ſed voluntate nocendi. *cap.8.* Vel econuerſo, ſi aliquis alterius rem concupiſcat, quam tamen ſurripere non velit. Rectificatio ergo operationum, ſecundum quòd ad exteriora terminantur, pertinet ad iuſtitiam. Sed rectificatio earum, ſecundum quòd à paſsionibus oriuntur, pertinet ad alias virtutes morales, quæ ſunt circa paſsiones. Vnde ſurreptionem alienæ rei iuſtitia impedit, inquantum eſt contra æqualitatem in exterioribus conſtituendam. Liberalitas verò, inquantum procedit ab immoderata concupiſcentia diuitiarum. Sed quia operationes exteriores non habent ſpeciem ab interioribus paſsionibus, ſed magis à rebus exterioribus, ſicut ex obiectis: ideo per ſe loquendo, operationes exteriores magis ſunt materia iuſtitiæ, quàm aliarum virtutum moralium.

¶Ad tertium dicendum, quod bonum commune eſt finis ſingularum perſonarum in communitate exiſtentium, ſicut bonum totius, finis eſt cuiuſlibet partium. Bonum autem vnius perſonæ ſingularis non eſt finis alterius. Et ideo iuſtitia legalis quæ ordinatur ad bonum commune, magis ſe poteſt extendere ad interiores paſsiones, quibus homo aliqualiter diſponitur in ſeipſo, quàm iuſtitia particularis quæ ordinatur ad bonum alterius ſingularis perſonæ: quamuis iuſtitia legalis principalius ſe extendat ad alias virtutes quantum ad exteriores operationes earum, inquantum ſcilicet præcipit lex fortia opera facere, & quæ temperati & quę manſueti, vt dicitur in 5. Ethic.* *cap.2.to.5.*

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum medium iuſtitiæ ſit medium rei.

2.2.q.64 ar.2.&3. di.33.q.1. ar.3.q.2. & 4.diſt. 15.q.1.art 1.q.2. & vir.q.1.artic.13.ad 7.12.13.et 17.

AD DECIMVM ſic proceditur. Videtur quod mediū iuſtitiæ non ſit medium rei. Ratio enim generis ſaluatur in omnibus ſpeciebus. Sed virtus moralis in ſecundo Ethico.* diffinitur eſſe habitus electiuus in medietate exiſtens, determinata ratione quo ad nos. ergo & in iuſtitia eſt medium rationis & non rei.

¶2 Pręterea, In iis quæ ſimpliciter ſunt bona, non eſt accipere ſuperfluum & diminutum, & per conſequens nec medium, ſicut patet de virtutibus, vt dicitur in 2. Ethic.* Sed iuſtitia eſt circa ſimpliciter bona, vt dicitur in 5. Ethico.* Ergo in iuſtitia non eſt medium rei.

cap.6. *cap.6. *cap.1. *cap.6. ¶3 Præterea, In aliis virtutibus ideo dicitur eſſe mediū rationis & non rei: quia diuerſimode accipitur per comparationem ad diuerſas perſonas: quia quod vni eſt multum, alteri eſt parū, vt dicitur in 2. Ethi.* ſed hoc etiam obſeruatur in iuſtitia. Non enim eadem pœna punitur, qui percutit Principem, & qui percutit priuatam perſonam. Ergo etiam iuſtitia non habet medium rei, ſed medium rationis.

cap.6. ¶SED CONTRA eſt, quod Philoſophus in 2. Ethi*. aſſignat medium iuſtitiæ ſecundum proportionalitatem arithmeticam, quod eſt medium rei.

Ar.præc. & 1.2.q. 59.art.4. & q.60. ar.2. ¶RESPONDEO dicendū, quòd ſicut ſupra* dictum eſt, aliæ virtutes morales principaliter conſiſtunt circa paſsiones, quarum rectificatio non attenditur niſi ſecundum comparationem ad ipſum hominem, cuius ſunt paſsiones, ſecundum, ſ. quod iraſcitur & concupiſcit prout debet ſecundum diuerſas circunſtantias: & ideo medium talium virtutum non accipitur ſecundum proportionem vnius rei ad alteram, ſed ſolùm ſecūdum comparationem ad ipſum virtuoſum. Et propter hoc in ipſis eſt medium ſolum ſecundum rationem, quo ad nos. Sed materia iuſtitiæ eſt exterior operatio, ſecundum quod ipſa vel res cuius eſt vſus, debitam proportionem habet ad aliam perſonam. Et ideo medium iuſtitiæ conſiſtit in quadā proportionis æqualitate rei exterioris ad perſonam exteriorem. Aequale autem eſt realiter medium inter maius & minus, vt dicitur in 10. Metaph.* vnde iuſtitia habet medium rei.

Text. 18. 19.&20. to.3. ¶AD PRIMVM ergo dicendū q hoc mediū rei eſt ēt mediū rationis. & ideo in iuſtitia ſaluatur ratio virtutis moralis.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd bonū ſimpliciter, dicitur vno modo, quod eſt omnibus modis bonum: ſicut virtutes ſunt bonæ. Et ſic in iis quæ ſunt bona ſimpliciter, non eſt accipere medium & extrema. Alio modo dicitur aliquid ſimpliciter bonū, quia eſt abſolutè bonum. ſ. ſecundum ſuam naturam conſideratum: quamuis per abuſum poſsit fieri malum: ſicut patet de diuitiis & honoribus. Et in talibus poteſt accipi ſuperfluū diminutū & mediū, quantum ad homines, qui poſſunt eis vti vel benè, vel malè. Et ſic circa ſimpliciter bona dicitur eſſe iuſtitia.

¶Ad tertium dicendum, quod iniuria illata aliam proportionē hēt ad principē, & aliam ad perſonā priuatā. Et ideo oportet aliter adæquare vtrāq; iniuriam per vindictam: quod pertinet ad diuerſitatem rei, & non ſolum ad diuerſitatem rationis.

ARTICVLVS XI.

¶Vtrum actus iuſtitiæ ſit reddere vnicuique quod ſuum eſt.

1.2.q.66. ar 3.& 5. di.33.q.1. ar.3.q.2. & 4 di. 15.q.1.ar. 1.q.2.& virq.1.ar. 13.ad 7. 12.& 13. 17. AD VNDECIMVM ſic proceditur. Videtur quod actus iuſtitię non ſit reddere vnicuique quod ſuū eſt. Aug. enim 14. de Trin.* attribuit iuſtitiæ ſubuenire miſeris. Sed in ſubueniendo miſeris non tribuimus eis quæ ſunt eorum, ſed magis quæ ſunt noſtra, ergo iuſtitiæ actus non eſt tribuere vnicuique quod ſuum eſt.

*cap 9. *Lib 1.c. de iuſtit. ¶2 Præterea,* Tullius in lib. de Offi. dicit, quod beneficentia, quā benignitatē vel liberalitatē appellare licet, ad iuſtitiā pertinet. Sed liberalitatis eſt de proprio dare alicui, nō de eo quod eſt ei⁹. ergo iuſtitiæ actus nō eſt reddere vnicuiq; quod ſuū eſt.

¶3 Præterea. Ad iuſtitiā pertinet non ſolùm res diſpenſare debito modo, ſed etiam iniurioſas actiones prohibere, puta homicidia, adulteria, & alia huiuſmodi. Sed reddere quod ſuum eſt, videtur ſolum ad diſpenſationem rerum pertinere. Ergo non ſufficienter per hoc notificatur actus iuſtitiæ, quod dicitur, Actus eius eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt.

Lib.1.c. 24.eo.li. ¶SED CONTRA eſt, quod Ambro. dicit in 1. de Offi. Iuſtitia eſt quæ vnicuique quod ſuum eſt tribuit, alienum non vendicat: vtilitatem propriam negligit, vt communem æquitatem cuſtodiat.

ar.9 & 10.huius q. ¶RESPONDEO dicendum, quod, ſicut dictum eſt, materia iuſtitię eſt operatio exterior, ſecundum quod ipſa vel res, qua per eam vtimur, proportionatur alteri perſonæ, ad quam per iuſtitiam ordinamur. Hoc autem dicitur eſſe ſuum vniuſcuiuſque perſonæ quod ei ſecundum proportionis æqualitatē debetur. Et ideo proprius actus iuſtitiæ nihil aliud eſt, quam reddere vnicuique quod ſuum eſt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iuſtitiæ, cùm ſit virtus cardinalis, quædā aliæ virtutes ſecundariæ adiungūtur: ſicut miſericordia, liberalitas, & aliæ huiuſmodi virtutes vt ī Q.80.ar. fic.1. patebit.* Et ideo ſubuenire miſeris quod pertinet ad miſericordiam, ſiue ad pietatem, & liberaliter benefacere, quod ptinet ad liberalitatē, per quandam reductionē attribuitur iuſtitiæ ſicut principali virtuti. Et p hoc patet reſponſio ad ſecūdū.

* cap.4. to.5. ¶Ad tertium dicendū, quod ſicut *Philoſo. dicit in 5. Ethico.* omne ſuperfluum in iis quæ ad iuſtitiam pertinent, lucrum extenſo nomine vocatur, ſicut & omne quod minus eſt, vocatur damnum. Et hoc ideo, quia iuſtitia prius eſt exercita & cōmunius exercitatur in voluntariis cōmutationibus rerum, puta emptione & venditione, in quibus propriè hæc nomina dicuntur. Et ex inde deriuantur hæc nomina ad omnia circa quæ poteſt eſſe iuſtitia. Et eadem ratio eſt de hoc quod eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt.

ARTICVLVS XII.

¶Vtrum iuſtitia præemineat inter omnes virtutes morales.

AD DVODECIMVM ſic proceditur. Videtur quod iuſtitia non præemineat inter omnes virtutes morales. Ad iuſtitiam enim pertinet reddere alteri quod ſuum eſt. Ad liberalitatem autem pertinet de proprio dare, quod virtuoſius eſt. Ergo liberalitas eſt maior virtus, quàm iuſtitia.

¶2 Præterea, Nihil ornatur niſi per aliquid dignius ſe. Sed magnanimitas eſt ornamentum & iuſtitiæ & omniū virtutum: vt dicitur in 4. Ethi.* Ergo magnanimitas eſt nobilior quàm iuſtitia.

¶3 Præterea, virtus eſt circa difficile & bonū, vt dicitur in 2. Eth.* Sed fortitudo eſt magis circa difficilia, q̄ iuſtitia, id eſt, circa pericula mortis, vt dicitur in 3. Ethi.* Ergo fortitudo eſt nobilior iuſtitia.

¶SED CONTRA eſt, quod Tullius dicit in 1. de Offic.* Iuſtitia virtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni viri nominantur.

¶RESPONDEO dicēdum, q ſi loquamur de iuſtitia legali, manifeſtū eſt quod ipſa eſt præclarior inter oēs virtutes morales, inquantū bonū cōmune p̄eminet bono ſingulari vnius pſonæ. Et ſcdm hoc Philoſophus in 5. Ethi.* dicit quod præclariſsima virtutū videtur eſſe iuſtitia, & neq; eſt Heſperus neq; Lucifer ita admirabilis. Sed ēt ſi loquamur de iuſtitia particulari, p̄cellit inter alias virtutes morales duplici ratiōe. Quarū prima pōt ſumi ex parte ſubiecti: quia ſ. eſt in nobiliori parte animæ, id eſt, in appetitu rationali. ſ. in voluntate, aliis virtutibus moralibus exiſtentibus in appetitu ſenſitiuo, ad quem pertinent paſsiones, q̄ ſunt materia aliarum virtutū moralium. Secunda ratio ſumitur ex parte obiecti. Nam aliæ virtutes laudātur ſolum ſecūdum bonum ipſius virtuoſi. Iuſtitia autē laudatur, ſecundum quod virtuoſus ad alium bene ſe habet. Et ſic iuſtitia quodāmodo eſt bonū alterius, vt dicitur in 5. Ethi.* Et propter hoc Philoſophus dicit in primo Rhet.* Neceſſe eſt maximas virtutes eſſe eas, q̄ ſunt aliis honeſtiſsimæ: ſiquidē eſt virt⁹ potentia bn̄factiua. Propter hoc & fortes & iuſtos maximè honorant, quoniā fortitudo eſt vtilis in bello, iuſtitia autem in bello, & in pace.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, q liberalitas etſi de ſuo det, tn̄ hoc facit, in quantū in hoc cōſiderat propriæ virtutis bonum. Iuſtitia autē dat alteri quod ſuū eſt, quaſi conſiderans bonū commune. Et propterea iuſtitia obſeruatur ad omnes: liberalitas autem ad omnes ſe extēdere non poteſt. Et iterum liberalitas q̄ de ſuo dat, ſuprà iuſtitiam fundatur, per quā vnicuiq;, quod ſuum eſt, tribuitur.

¶Ad ſecundum dicendum, quod magnanimitas quando ſuperuenit iuſtitiæ, auget eius bonitatem: quæ tamen ſine iuſtitia nec virtutis rationem haberet.

¶Ad tertiū dicēdū, quod fortitudo etſi cōſiſtat circa difficiliora, non tn̄ eſt circa meliora cū ſit ſolū in bello vtilis, iuſtitia aūt & in pace & in bello, ſicut dictū eſt*.

¶Super Quæſtionis quinquageſimæoctauæ Articulū duodecimum.

IN titulo articuli duodecimi omiſſo penultimo, dubium occurrit ad hominem, Quo pacto Autor hic ponat iuſtitiam nobiliſſimam inter virtutes morales & tamen ſuperius in quæſtione trigeſima, articulo tertio, & quarto, poſuit miſericordiam inter morales virtutes & potiſſimā inter omnes virtutes quę ad proximum pertinent. Quomodo ſtant hæc duo ſimul? Infrà q°. 123.ar.12 & q.8.et 1.2.q.66. ar.4.& 3 di.35.q.1. art.3.q.1. cor.

¶Ad hoc dicitur, q miſericordia poteſt ſumi dupliciter. Primo vt dicit paſſionem triſtitiæ de aliena miſeratione regulatam. Et ſic ponitur ab Autore inter virtutes morales circa paſſiones: & eſt ſubiectiuè in concupiſcibili in qua eſt paſſio triſtitiæ. Et ſic proculdubio eſt minus mobilis quàm iuſtitia tam legalis, quam particularis. Et legalis quidem præſtat, ſicut vniuerſalis virtus reſpectu particularis. Nam ſicut lex præcipit, quæ manſueti & quæ temperati, ita etiam præcipit quæ miſericordis ſunt. Vnde hoſpitalia infantibus & infirmis conſtituuntur. Particularis autem, quia in ſubiecto nobiliori eſt: & propter alia quæ de ipſa contra liberalitatem afferuntur in litera in reſponſione ad primum, Omnia enim locum habent in miſericordia ſic ſumpta: & ſimilis eſt de vtraque ratio. Secundo autem modo poteſt ſumi miſericordia, prout nominat actum appetitus intellectiui ratione regulatum, qua malum alterius odit efficaciter, ſcilicet volendo efficaciter illlud ab eo auferre. Et ſic miſericordia videtur pluſquam humana virtus, participatio ſcilicet proprietatis diuinæ. A Tullio tamen virtus appellatur in oratione pro Quinto Ligario: & ab Autore ſuperius poſita eſt potiſſima inter omnes virtutes, quæ ſunt ad proximum. Et hoc probauit Autor: quia actus eius, ſcilicet ſubleuare alterius defectum, eſt ſuperioris. Et ſic ſumpta miſericordia ſupra iuſtitiam etiam legalem eſt, vt actus vtriuſque comparando patet. Longe ſi quidem maius eſt ſubleuare communitatem à miſeria ſeu defectu, quā tribuere communitati quod ſibi debetur. Non enim miſericordia ſic ſumpta eſt reſpectu particularis proximi tantū, ſed etiam reſpectu cōmunitatis. Pōt enim cōmunitas ipſa in defectus miſeriámque incidere. Nec autor propterea cōtradixit ſibi hic & ibi. Quoniam ſermo de miſericordia ſic ſumpta, eſt ſingularis. Nec intendebat Autor comparare hic iuſtitiam miſericordiæ ſic ſumptæ, ſed ſolis virtutibus, quæ inter virtutes morales communiter numerantur. Qualis non eſt miſericordia ſic ſumpta.

cap.3. cap.3. cap.1. c.de iuſtit. cap.1. cap 1. ca 9.to.6. In corp

QVÆSTIO QVINQVAGESIMANONA de Iniuſtitia, in quatuor Articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de iniuſtitia.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum iniuſtitia ſit ſpeciale vitium. ¶Secundo, vtrum iniuſta agere ſit proprium iniuſti. ¶Tertio, vtrum aliquis poſsit iniuſtū pati volēs. ¶Quartò, vtrū iniuſtitia ex ſuo genere ſit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum iniuſtitia ſit vitium ſpeciale.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod īiuſtitia nō ſit vitiū ſpeciale. Dicitur enī 1. Ioā. 3. Omne peccatū eſt iniquitas. Sed iniquitas videtur idem eſſe quod iniuſtitia: quia iuſtitia eſt ęqualitas quędam. Vnde iniuſtitia idem videtur eſſe quod inęqualitas, ſiue iniquitas. Ergo iniuſtitia non eſt ſpeciale peccatū.

¶2 Præterea, Nullum ſpeciale peccatum opponitur omnibus virtutibus. Sed iniuſtitia opponitur omnibus virtutibus. Nam quantum ad adulterium, opponitur caſtitati, quantum ad homicidiū, opponitur manſuetudini, & ſic de aliis. Ergo iniuſtitia nō eſt ſpeciale peccatum.

Li. de duabus animabus c. 10.& 11. to.6. ¶3 Præterea, Iniuſtitia iuſtitiæ opponitur quæ in voluntate eſt. Sed omne peccatū eſt in voluntate, vt Aug. dicit*. Ergo iniuſtitia non eſt ſpeciale peccatum.

¶SED CONTRA eſt, quod iniuſtitia iuſtitiæ opponitur. Sed iuſtitia eſt ſpecialis virtus. Ergo iniuſtitia eſt ſpeciale peccatum.

¶RESPONDEO dicendum, q iniuſtitia eſt duplex. Vna quidē illegalis, quæ opponitur legali iuſtitiæ. Et hęc quidem ſecundum eſſentiam ſpeciale eſt vitium, inquātū reſpicit ſpeciale obiectū, ſcilicet bonum commune, quod cōtemnit: ſed quantum ad intentionē eſt vitiū generale, quia per contemptū boni cōmunis poteſt homo ad omnia peccata deduci. Sicut etiam omnia vitia, inquantū repugnant bono communi iniuſtitię, habent rationem quaſi ab iniuſtitia deriuata: ſicut & ſuprà de iuſtitia dictū eſt*. Alio modo dicitur iniuſtitia ſecundū inęqualitatem quandam ad alterū, prout. ſ. homo vult habere plus de bonis, puta diuitiis & honoribus, & minus de malis puta laboribus & dānis. Et ſic iniuſtitia hēt materiā ſpecialē: & eſt particulare vitium, iuſtitiæ particulari oppoſitū.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q ſicut iuſtitia legalis dicit p cōparationē ad bonū cōmune humanū, iſta iuſtitia diuina dicit p cōparationē ad bonū diuinū, cui repugnat omne peccatū: & ſcdm hoc omne peccatū dicitur eſſe iniquitas.

¶Ad ſecūdum dicendum, q iniuſtitia etiam particularis opponitur indirectè omnibus virtutibus, inquantum. ſ. exteriores etiam actus pertinent & ad iuſtitiam, & ad alias virtutes morales, licet diuerſimodè, ſicut ſupra dictum eſt*.

¶Ad tertium dicendum, quod voluntas ſicut & ratio ſe extēdit ad materiam totam moralem. ſ. ad paſsiones & operationes exteriores, quæ ſunt ad alterum, ſed iuſtitia perficit voluntatem ſolū ſecundum quod ſe extendit ad operationes, q̄ ſunt ad alterū, & ſimiliter iniuſtitia.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum aliquis dicatur iniuſtus ex hoc quod facit iniuſtum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q aliquis dicat iniuſt⁹ ex hoc, q facit iniuſtū. Habitus enī ſpecificantur per obiecta, vt ex ſupra dictis patet*. Sed propriū obiectū iuſtitię eſt iuſtū, & propriū obiectum iniuſtitiæ eſt iniuſtum. Ergo & iuſtus dicendus eſt aliquis ex hoc, quod facit iuſtum & iniuſtus ex hoc, quod facit iniuſtum.

¶2 Præterea, Philoſophus dicit in 5. Eth.* falſam eſſe opinionē quorundā qui æſtimāt in poteſtate hominis eſſe, vt ſtatim faciat iniuſtū, & quod iuſtus nō poſsit minus facere iniuſtū, q̄ iniuſtus. Hoc aūt nō eſſet niſi facere iniuſtū, eſſet propriū iniuſti. Ergo aliquis iudicandus eſt iniuſtus ex hoc, quod facit iniuſtum.

¶3 Præt. Eodē mō ſe hēt oīs virtus ad ꝓpriū actū, & eadē ratio eſt de vitiis oppoſitis. Sed quicunq; facit aliquid intēperatū, dicitur intēperatus: ergo quicunq; facit aliquid iniuſtum, dicitur iniuſtus.

¶SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in 5. Ethi.* quod aliquis facit iniuſtum, & iniuſtus non eſt.

¶RESPONDEO dicēdum, q ſicut obiectū iuſtitiæ eſt aliquid æquale in rebus exteriorib⁹: ita ēt obiectū iniuſtitiæ eſt aliquid inæquale, prout ſ. alicui attribuit plus vel minus, q̄ ſibi competat. Ad hoc aūt obiectū cōparatur habitus iniuſtitiæ mediante ꝓprio actu, q vocat iniuſtificatio. Pōt ergo cōtingere, q q facit iniuſtū, nō eſt iniuſtus dupliciter. Vno modo propter defectum comparationis ipſius operationis ad proprium obiectū, quæ quidem recipit ſpeciem & nomē à per ſe obiecto, nō autem ab obiecto per accidens. In iis autem, quæ ſunt propter finem, per ſe dicitur aliquid, quod eſt intentum, per accidens autem quod eſt p̄ter intentionem. Et ideo ſi aliquis faciat aliquid, quod eſt iniuſtum, non intēdēs iniuſtum facere (puta cùm hoc facit per ignorantiam, non exiſtimans ſe iniuſtū facere) tunc nō facit iniuſtum per ſe, & formaliter loquendo, ſed ſolū per accidens, & quaſi materialiter faciens id quod eſt iniuſtum. Vnde & talis operatio non denominatur iniuſtificatio. Alio modo poteſt contingere propter defectum ipſius operationis ad habitum. Poteſt enim iuſtificatio procedere quandoque quidem ex aliqua paſsione, puta, iræ vel concupiſcentiæ. Quandoque autem ex electione, quando. ſ. ipſa iuſtificatio per ſe placet, & tunc propriè procedit ab habitu, quia vnicuique habenti aliquem habitum eſt ſecundum ſe acceptum, quod conuenit illi habitui. Facere ergo iniuſtum ex intentione & electione, eſt proprium iniuſti, ſecundum quod iniuſtus dicitur qui habet iniuſtitiæ habitum: ſed facere iniuſtum præter intentionē vel ex paſsione, poteſt aliquis abſque habitu iniuſtitiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendū q obiectum per ſe & formaliter acceptum, ſpecificat habitum, non autem prout accipitur materialiter, & per accidens.

¶Ad ſecundū dicendum, quod non eſt facile cuique facere iniuſtum ex electione, quaſi aliquid per ſe placens, & non propter aliud, ſed per hoc proprium eſt habentis habitum, vt ibidem Philoſophus dicit.

¶Ad tertium dicendū, quòd obiectum temperantiæ non eſt aliquid exterius conſtitutum ſicut obiectū iuſtitiæ. Sed obiectū temperantiæ, id eſt, temperatū, accipitur ſolū in comparatione ad ipſum hominem. Et ideo quod eſt per accidens & prę ter intentionem, non poteſt dici temperatū nec materialiter, nec formaliter, & ſimiliter, neque intemperatū. Et quantū ad hoc eſt diſsimile in iuſtitia & in aliis virtutibus moralibus. Sed quantū ad comparationem operationis ad habitum in omnibus ſimiliter ſe habet.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum aliquis poſsit pati iniuſtum volens.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Videtur q aliquis poſsit pati iniuſtum volens. Iniuſtū enim eſt inæquale, vt dictum eſt.* Sed aliquis lædendo ſeipſum, recedit ab æqualita- Infrà q°. 66.art.4. cor. & 5. Ethi.lect. 12.13.& 14. art. præc.

¶Super Quæſtionis quinquageſimænonæ articulum ſecundum.

Supra q. 58.art.5. ad tertiū. & infrà q.79.art. 2.ad 3. IN q.59. artic. 2. ad tertium, dubium occurrit circa illa verba, & ideo quod eſt per accidens & præter intentionem, non poteſt dici temperatum nec formaliter, nec materialiter: & ſimiliter neq; intemperatum. Et eſt ratio dubij: quia ſi quis ignorans vini potentiam, vt Noe, inebriaretur, licet potus ille non eſſet formaliter ebrietas, fingi tamen non poteſt quin ſit materialiter ebrietas: Quod eſt eſſe materialiter intemperatum. Et ſimiliter eſt in cibis qui ignoranter ſumuntur im proportionati ſanitati corporis. Conſtat enim ibi eſſe intemperatum materialiter.

¶Ad hoc dicitur, quod dubium procedit ex malo intellectu differentiæ poſitæ in litera inter iniuſtum & intemperatum. Ad cuius euidentiam ſcito, quod magna differentia eſt inter comparare iniuſtum & intemperatum penes formaliter vel materialiter: & comparare iniuſtum facere & intemperatum facere penes formaliter & materialiter.

Q.58 art. 6. ¶In prima nanque comparatione nulla eſt differentia inter vtrumque materialiter, niſi quantum materia à materia diſtat, quia ſcilicet iuſtitiæ operationes, temperantiæ paſſiones: iuſtitiæ operationes, vt ad extra terminantur: temperantiæ operationes, vt ab intra oriuntur, materia ſunt.

¶In formali verò manifeſta eſt iam diſcuſſa differentia, quod iuſti rectitudo ad alterum: temperantiæ verò ad operātem commenſuratione conſtituitur.

¶In ſecunda autem cōparatione magna eſt differentia inter vtrunque materialiter, eo quod ly materialiter determinat ly facere, ſeu & in idem redit ly, iniuſtum vel intemperatū in ordine ad facere. Et eſt ſenſus differentię, quod facere poteſt per accidens habere pro materia iniuſtū. Non poteſt autem etiam per Art.9.q. præceden. accidens habere pro materia intemperatum, ita quòd iniuſtum formaliter poteſt concurrere materialiter ad facere iniuſtum, vt patet in eo qui ex ignorantia facit iniuſtum. Intēperatum autem formaliter non poteſt concurrere materialiter ad facere intemperatum, ſed vel concurrit formaliter, vel non concurrit omnino. Et ratio differētiæ aſſignatur in litera: quia iniuſtum ſumitur per comparationem ad alterum: intemperatum autem ſolum per comparationem ad operantem. Ex hoc enim ſequitur quod ſecluſa intentione operantis, iniuſti forma ſecundum ſe remanet, quia penes alterum attenditur. Intemperati vero forma ſecundum ſe non remanet: quia penes commenſurationē ad operantis rationem, quæ ſecluſa eſt, attendi debet.

¶Ad dubium ergo dicitur, quòd intentio literæ eſt loqui de ſecunda cōparatione, & quod Noe, ſiue quicunque ex ignorātia facti excuſante incurrens ebrietatem, vel aliquid huiuſmodi, non facit etiam materialiter intemperatum formaliter. Hoc eſt, non facit actum qui terminetur ad intemperatum tanquam ad materiam illius actus. Quia ebrietas & exceſſus talis eſt actus extra genus moris. Licet verū ſit quod terminatur ad materiam intemperantiæ, quia terminatur ad talem potum, qui reſpectu huius eſſet materia intemperantiæ, ſi moralis generis formam participaret. Non ſic autem eſſe de facere ex ignorantia facti iniuſtum, patet, quoniam quantumcunque occidens caſu proximum omni prępoſita diligentia excuſetur: materia tamen talis occiſionis iniuſtum ſecundum ſe formaliter eſt, quod alter patitur, cui aufertur quod ſuum eſt.

Infra 4 art. 4. ad 14. & 5.Eth. lec.13.& Pſal.35. principio. 1.2.q.54. art.2. cap.4.9. & 16.to.5 cap.6.to.5

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quinquagesimanona Articulū quartum.*

IN articulo 4. omissis primo & tertio, aduerte nouitie, quòd vniuersę dictum literæ scilicet facere iniustum est ex suo genere peccatum mortale, intelligendum de facere iniustum formaliter. Quando autem facere iniustum materialiter sit peccatum mortale, & quando non, oportet ex parte facientis causam pensare, & ex parte patientis quātitatem nocumenti. Contingit enim ignorantiam quandoque excusare & quandoque non, etiam dato quod fiat notabile nocumentum. Contingit etiam quandoque nocumentū ob prauitatem reddere culpam imperfectam venialem, scilicet vt in iniuriis verborum, quæ & superius in tractatu de ignorantia, & inferius in specialibus peccatis nota erunt, quæ tamen hic Autor in responsionibus ad argumenta notat.

te, sicut & lædendo alium. Ergo aliquis potest sibiipsi facere iniustum, sicut & alteri. Sed quicunque facit iniustum, volens facit. Ergo aliquis volēs potest pati iustum maximè à seipso.

¶2 Præterea, Nullus secundū legem ciuilem punitur, nisi propter hoc quod facit aliquam iniustitiam. Sed illi qui interimunt seipsos, puniuntur secundum legem ciuitatum in hoc, quod priuabātur antiquitus honore sepulturæ, vt patet p Philosophū in 5. Ethi.* *[cap. vlt.]* Ergo aliquis potest facere sibiipsi iniustum & ita cōtingit quod aliquis iniustū patiatur volens.

¶3 Prēterea, Nullus facit iniustū nisi alicui patiēti iniustum. Sed cōtingit, quod aliquis faciat iniustū alicui hoc volenti, puta si vēdat rē carius, quā valeat. Ergo cōtigit aliquē volentē aliquid iniustū pati.

¶SED CONTRA est, quod iniustū pati est oppositū ei, qđ est iniustū facere. Sed nullus facit iniustū, nisi volens, ergo per oppositum nullus patitur iniustum nisi nolens.

¶RESPONDEO dicendum, quòd actio de sui ratione procedit ab agente, passio autem secundū propriam rationem est ab alio. Vnde non potest esse idē secundum idem agens & patiens vt dicitur in 3. & 8. Phys.* *[Text 40.]* Principiū aūt proprium agendi in hominibus est voluntas: & ideo illud propriè & per se homo facit, quod volens facit. Et ecōtrario illud propriè homo patitur, quod præter volūtatē suam patitur, qui inquantum est volens, principium est ex seipso. Et ideo inquantum huiusmodi magis est agens, quam patiens. Dicendum est ergo quòd iniustum per se & formaliter loquendo, nullus potest facere, nisi volens, nec pati nisi nolens. Per accidens autem & quasi materialiter loquendo, potest aliquis id, quod est de se iniustum, vel facere nolens, sicut cùm quis præter intentionem operatur: vel pati volens, sicut cùm aliquis plus alteri dat sua voluntate, quàm debeat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod cùm aliquis sua voluntate dat alicui id, quod ei nō dēt, non facit nec iniustitiā, nec inæqualitatē. Hō em̄ per suā voluntatē possidet res, & ita nō est pter proportionē vel ppositū, si aliquid ei subtrahatur, sed secundum propriam voluntatem, vel à seipso, vel ab alio.

¶ Ad secundum dicendum, quod aliqua persona singularis potest dupliciter considerari. Vno modo secundum se. Et sic si sibi aliquod nocumētum inferat, potest quidem habere rationem alterius peccati, puta intemperantiæ vel imprudentiæ: non tamen rationem iniustitię, quia sicut iustitia semper est ad alterū, ita & iniustitia. Alio modo potest considerari aliquis homo, inquantum est aliquid ciuitatis. s. pars: vel inquātum est aliquid Dei. s. creatura & imago. Et sic qui seipsum occidit, iniuriam quidem facit non sibi, sed ciuitati & Deo: & ideo punitur secundum legem humanam, sicut de fornicatione Apostolus dicit, Si quis templum Dei violauerit, disperdet ipsum Deus.

¶ Ad tertiū dicendū, quòd passio est effectus actionis exterioris. In hoc autem quod est facere & pati iniustum, id quod materialiter est attenditur secundum id, quod exterius agitur, prout in se consideratur, vt dictum est.* *[Art. præ]* Id autem quod est ibi formale & per se, attenditur secundum voluntatem agentis & patientis, vt ex dictis patet.* *[*In corp. et ar. præ.]* Dicendum est ergo quod aliquē facere iniustum, & alium pati iniustum, materialiter loquēdo, semper se concomitantur. Sed si formaliter loquamur, facere aliquis potest iniustum, intendens iniustum facere, tamen alius non patietur iniustum: quia volens patietur. Et econuerso potest aliquis pati iniustum, si nolens id quod est iniustum, patiatur: & tamen ille qui hoc facit ignorans, non faciet iniustum formaliter, sed materialiter tantum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum quicunque facit iniustum, peccet mortaliter.

[Infrà q. 69. art. 1. cor. & q. 70. ar. 4. cor. & q. 110. ar. 3. cor.]

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ nō quicūque facit iniustū peccet mortaliter. Peccatū em̄ veniale mortali opponitur. Sed qñq; veniale peccatū est, quod aliquis faciat iniustū. Dicit enim Philosophus in 5. Ethi*. *[*cap. 8.]* de iniusta agentibus loquens, Quicunque non solū ignorantes, sed & propter ignorantiam peccant, venialia sunt. ergo nō quicunq; facit iniustum mortaliter peccat.

¶2 Præterea, Qui in aliquo paruo iniustitiam facit, parum à medio declinat.' Sed hoc videtur esse tolerabile, & inter minima malorum computandum, vt patet per Philoso. in 2. Ethi*. *[cap. vlt.]* Non ergo quicunque facit iniustum, peccat mortaliter.

¶3 Prēterea, Charitas est mater omnium virtutum, ex cuius cōtrarietate aliquod peccatum dicitur mortale. Sed non omnia peccata opposita aliis virtutibus sunt mortalia. ergo etiam neque facere iniustum semper est peccatum mortale.

¶SED CONTRA, Quicquid est contra legem Dei, est peccatum mortale. Sed quicunque facit iniustum, facit contra præceptum legis Dei: quia vel reducitur ad furtum, vel ad adulterium, vel ad homicidium, vel ad aliquid huiusmodi, vt ex sequentibus patebit.* *[Q. 64. & sequentib.]* ergo quicunque facit iniustum, peccat mortaliter.

¶RESPONDEO dicendū, quòd, sicut suprà dictum est,* *[Q. 24. ar. 12. & 1. 2. q. 72. art. 5.]* cùm de differentia peccatorum ageretur, peccatum mortale est quod contratriatur charitati, per quam est animæ vita. Omne autem nocumētum alteri illatum, ex se charitati repugnat, quæ mouet ad volendum bonum alterius. & ideo cum iniustitia semper consistat in nocumento alterius, manifestum est quod facere iniustum ex genere suo est peccatum mortale.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quod illud verbum Philosophi intelligitur de ignorantia facti, quam ipse vocat ignorantiam particularium circunstantiarum, quæ meretur veniā: non autem de ignorantia iuris, quæ non excusat. Qui autem ignorans facit iniustum, nō facit iniustum, nisi per accidens, vt suprà dictum est*. *[Art. 2.]*

¶ Ad secūdū dicendū, quod ille qui in paruis facit iniustitiam, deficit à perfecta ratione eius quod est iniustum facere, inquātum potest reputari non esse omnino contra voluntatem eius, qui hoc patitur, puta, si auferat aliquis alicui vnū pomum vel aliquid tale, de quo probabile est quòd ille inde non lædatur, nec ei displiceat.

¶Ad tertium dicendum, quòd peccata, quæ sunt contra alias virtutes, non semper sunt in nocumentum alterius, sed important inordinationem quandam circa passiones humanas. Vnde non est similis ratio.

QVÆSTIO SEXAGESIMA DE Iudicio, in sex articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de iudicio. ¶Et circa hoc quæruntur sex. ¶Primo, vtrum iudicium sit actus iustitiæ. ¶Secundo, vtrum sit licitum iudicare. Tertio, vtrum per suspiciones sit iudicandū. ¶ Quarto, vtrum dubia sint in meliorem partem interpretanda. ¶ Quinto, vtrū iudiciū semper sit secundum leges scriptas proferendum. ¶Sexto, vtrum iudicium per vsurpationem peruertatur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum iudicium sit actus iustitiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod iudicium non sit actus iustitiæ. *[Infrà q. 63. art. 4. cor. et Isa. 1. lect. 6. princip.]* Dicit enim Philosophus in 1. Ethi.* *[*cap. 3.]* quod vnusquisque bene iudicat quæ cognoscit: & sic iudiciū ad vim cognoscitiuam pertinere videtur. Vis autem cognoscitiua per prudentiam perficitur. Ergo iudicium magis pertinet ad prudentiam, quàm ad iustitiam, quæ est in voluntate, vt dictum est*. *[Q. 58. art. 4.]*

¶2 Prēterea, Apostolus dicit 1. ad Cor. 2. Spiritualis iudicat omnia. Sed homo maximè efficitur spiritualis per virtutē charitatis, quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis: vt dicitur Rom. 5. ergo iudiciū magis pertinet ad charitatem, quàm ad iustitiam.

¶3 Præterea, Ad vnamquāque virtutem pertinet rectum iudicium circa propriam materiam: quia virtuosus in singulis est regula & mensura, secundū Philosophum in libr. Ethic.* *[Li. 3. ca 3. to. 5.]* Non ergo iudiciū magis pertinet ad iustitiam quàm ad alias virtutes morales.

¶4 Præterea, Iudicium videtur ad solos iudices pertinere: actus autem iustitiæ inuenitur in omnibus iustis. Cum ergo nō soli iudices sint iusti, videtur quod iudicium non sit actus proprius iustitiæ.

¶SED CONTRA est quod in Psalm. 93. dicitur, Quoad vsque iustitia conuertatur in iudicium.

¶RESPONDEO dicēdū, quod iudiciū propriè nominat actū iudicis, inquantū iudex est. Iudex autem dicitur, quasi ius dicēs. Ius autem dicitur obiectum iustitiæ, vt s̄ habitū est.* *[Q. 57. ar. 1]* Et ideo iudiciū importat secūdū primam nominis impositionem, diffinitionem, vel determinationem iusti vel iuris. Quod autem aliquis bene diffiniat aliquid in operibus virtuosis, propriè procedit ex habitu virtutis: sicut castus rectè determinat ea, quæ pertinent ad castitatem. Et ideo iudicium quod importat rectam determinationem eius quod est iustum, propriè perti

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ Articulum secundum.*

IN tit. 2. quæstionis sexagesimæ, omisso primo, dubium in responsione ad tertium occurrit ad hominem, & simpliciter, An iudex in peccato mortali etiam occulto constitutus, peccet iudicans alios. Et est ratio dubij: quia Autor in 4. sent. dist. 19. q. 2. art. 2. tenet affirmatiuam partem in Prælato Ecclesiastico. *[cap. 4.]* Et ratio eius ibi est, quia indigne vtitur officio prelationis. Et additur ab aliis alia ratio, quia scilicet est suspensus quo ad se, vt habetur ex capite vltimo, extra. de temp. ord. In hoc autem loco autor indistinctè de iudice dicit, quòd si propter officium tenetur iudicare peccator, potest iudicare cum humilitate, absque quod incurrat nouam damnationis causam: quamuis se damnabilem ostendat, alios iudicando.

¶ Ad dubium hoc simpliciter dicendum est, quod iudex seu Prælatus spiritualis, vtens officio suo in iis, quæ non ordinis, sed iurisdictiōis sunt, quamuis sit in peccato mortali, non peccat saltem mortaliter per se loquendo. Dicit autem per se loquendo ad euitandum id quod est per accidens, puta deformitatem scādali, si peccatum est manifestum. *[Q. 51. ar. 5.]* Probatur autem quod dicimus ex eo quòd macula peccati mortalis, nō contrariatur rectitudini requisitæ ad iudicium, lumini scilicet rationis, inclinationi ad tribuendum alteri ius suum, & autoritati iurisdictionis. *[Q. 58. art. 2. 9. & 10]* Stāt enim hæc omnia cū peccato mortali vt patet, & Gentilium testimonia attestantur. Quia tamen impedimentum nonnullum est peccatum mortale, *[In hoc ar.]* pro quanto boni personam gerit aliis Prælatus, qui bonus vere nō est, si non humiliter exercet officium iudicandi, veniale peccatum incurrere videtur: procedit namque in actum moralem non qualis debet.

¶ Ad dubium autem hoc idem, pro quanto est ad hominem, dicitur quod Autor sequutus alios in libris sententiarum, illa dixit, quæ postmodum in Summa correxit: vt patet hic & inferius, scilicet in 3. par. q. 64. art. 6. vt diffusius in quæstione speciali de hoc declarauimus.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppositum dicitur, quòd indignè vti officio, contingit dupliciter, scilicet priuatiuè, & contrariè. Et quòd existens in peccato mortali vtitur officio indignè priuatiuè, non autem contrariè: quia scilicet est priuatus conditione, quam natus est habere: vt condignè iudicis officium ageret: non autem aliquid contrarium iusto iudici vt sic: & propterea non oportet quòd peccet.

¶ Ad secundam vero dicitur, quod magna differentia est inter vsum potestatis iurisdictionis & potestatis ordinis. Quoniā ad illum nō est opus cōsecratione: istū autē nemo sine consecratione habet. Et propterea aliud est iudiciū de ministro vnius & alterius. Quoniam minister Dei & Ecclesiæ ad actum sanctæ potestatis debet esse sanctus. Et de tali loquitur Decretalis illa Minister autem ad actum iustum sufficit quod sit iustus in opere.

net ad iustitiā. Propter ꝙ Philoso. in 5. Ethi.* dicit, quod homines ad iudicem confugiunt: sicut ad quandam iustitiam animatam.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ nomen iudicij, quod secundum primam impositionem significat rectā determinationem iustorum, ampliatum est ad significādā rectā determinationē in quibuscunq; rebus tam in speculatiuis, quā in practicis: in omnibus tamen ad rectū iudiciū duo requiruntur, quorū vnum est ipsa virtus proferens iudiciū. Et sic iudiciū est actus rationis: dicere em̄ vel diffinire aliquid, rationis est. Aliud aūt est dispositio iudicātis, ex qua habet idoneitatē ad rectè iudicādū: & sic in iis, q̄ pertinent ad iustitiā, iudiciū procedit ex iustitia: sicut & in iis, quæ ad fortitudinē pertinent, ex fortitudine. Sic ergo iudicium est quidam actus iustitiæ, sicut inclinantis ad rectè iudicandum: prudētiæ autem sicut iudicium proferentis. Vn̄ & synesis ad prudentiam pertinēs dicitur bn̄ iudicatiua: vt s̄ habitum est*.

¶ Ad secundum dicendum, quod homo spiritualis ex habitu charitatis habet inclinationem ad rectè iudicandum de omnibus secundum regulas diuinas, ex quibus iudicium per donum sapientiæ pronuntiat: sicut iustus per virtutē prudētiæ pnuntiat iudiciū ex regulis iuris.

¶ Ad tertiū dicendū, quod aliæ virtutes ordināt hominē in seipso: sed iustitia ordinat hoīem ad aliū, vt ex dictis patet*. Hō aūt est dominus eorū quæ ad ipsum pertinent, nō aūt est dominus eorū quæ ad alium pertinent. Et ideo in iis, quæ sunt secundū alias virtutes, nō requiritur nisi iudiciū virtuosi, extēso tn̄ nomine iudicij: vt dictum est*. Sed in iis quæ pertinēt ad iustitiā, requirit' vlterius iudiciū alicuius Superioris, qui vtrūq; valeat arguere & ponere manū suā in ambobus. Et pter hoc iudiciū specialius ptinet ad iustitiā, quā ad aliquā aliā virtutē.

¶Ad quartū dicēdū, ꝙ iustitia in Principe quidem est sicut virtus architectonica, quasi imperās, & præcipiēs quod iustum est: in subditis autem est tanquam virtus executiua & ministrās. Et ideo iudicium, quod importat diffinitionē iusti, pertinet ad iustitiam, secūdum quòd est principaliori modò in præsidente.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum sit licitum iudicare.

AD SECVNDVM sic procedit'. Videt' quòd nō sit licitū iudicare. Non enim infligitur pœna nisi pro illicito: Sed iudicantibus imminet pœna, quam nō iudicantes effugiunt, secundū illud Matth. 7. Nolite iudicare, ne iudicemini. ergo iudicare est illicitum.

¶2 Præt. Ro. 14. dicitur, Tu q s es, qui iudicas alienū seruum, suo domino stat aut cadit. Dominus autem omnium Deus est. Ergo nulli homini licet iudicare.

¶3 Prēterea, Nullus hō est sine peccato, secundū illud 1. Io. 1. Si dixerimus, quia peccatū non habemus, nos ipsos seducimus. Sed peccāti nō licet iudicare, secūdū illud Ro. 2. Inexcusabilis es hō omnis q iudicas. In quo em̄ alterū iudicas, teipsum condēnas: eadē em̄ agis, quæ iudicas. Ergo nulli est licitum iudicare.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 16. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iusto iudicio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iudiciū intātum est licitum, inquantū est iustitiæ actus. Sicut autē ex prædictis* *[Ar. præc.]* patet ad hoc quod iudiciū sit actus iustitiæ, tria requirunt'. Primo quidē vt procedat ex inclinatione iustitiæ. Secundo, quod procedat ex autoritate præsidētis. Tertio, quod proferatur secundū rectā rationem prudentiæ. Quodcunq; autem horum defuerit, iudicium erit vitiosum & illicitum. Vno quidē modo quādo est contra rectitudinē Iustitię. Et sic dicitur iudicium puersum vel iniustū. Alio mō quando homo iudicat in iis, in quibus d non habet autoritatem, & sic dicitur iudiciū vsurpatū. Tertio mō, quādo deest certitudo rationis, puta cum aliquis de iis iudicat quę sunt dubia vel occulta pter aliquas leues cōiecturas: & sic dicitur iudiciū suspiciosum, vel temerariū.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Dominus ibi phibet iudiciū temerariū qđ est de intētione cordis, vel de aliis incertis, vt Aug. dicit in li. de sermone Domini in monte*. *[Li. 1. c. 18. to. 4.]* Vel phibet ibi iudiciū de rebus diuinis: de quibus cū sint s̄ nos, non debemus iudicare, sed simpliciter ea credere: vt Hilarius dicit sup Mat*. *[*cap. 5.]* Vel phibet iudicium quod nō fit ex beneuolētia sed ex aī amaritudine, vt Chry. dicit.* *[Hom. 17. in opere imperf. to. 2.]*

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ iudex constituit' vt minister Dei. Vn̄ dicit' Deut. 1. Quod iustum est, iudicate. Et postea subdit. Quia Dei est iudicium.

¶ Ad tertiū dicendum, quod illi qui sunt in grauibus peccatis, non debent iudicare eos, qui sunt in iisdē peccatis vel minoribus, vt Chry.* *[Hom. 24. non longè à princ.]* dicit super illud Mat. 7. Nolite iudicare. Et præcipuè hoc est intelligēdum quando illa peccata sunt publica: quia ex hoc generatur scādalum ī cordibus aliorum. Si autē d nō sunt publica, sed occulta, & necessitas iudicādi immineat, pter officium, pōt cum humilitate & timore vel arguere, vel iudicare. Vn̄ Aug. dicit in li. de Sermone Domini in mōte.* *[Lib. 2. ca. 28.]* Si inuenerimus nos ī eodem vitio esse, congemiscamus, & ad pariter conandum inuitemus. Nec tn̄ propter hoc d hō sic seipsum condemnat, vt nouum cōdemnationis meritum sibi acquirat: sed quia condemnans alium, ostendit se similiter condemnabilem esse propter idem peccatum vel simile.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum iudicium ex suspicione procedens, sit licitum.

AD TERTIVM sic pcedit'. Videtur quod iudicium ex suspicione pcedēs, non sit licitum. Suspicio enim videtur esse opinio īcerta de aliquo malo. Vnde & Philos.* *[Li. 6. c. 3.]* in 6. Eth. ponit ꝙ suspicio se habet & ad verum & ad falsum. Sed de singularibus contingentibus nō

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio, vbi assignatur secundus gradus suspicionis, diligenter aduerte, & caueas ne fallaris in illis verbis, Pro certo malitiam alterius æstimat ex leuibus indiciis. Potest siquidem dupliciter intelligi. Primo, pro credulitate vnius partis cum aliqua tamen hæsitatione admixta. Secundo pro assertiua determinatiōe. Verbi gratia, Video iuuenē cū inhonesta muliere euntem, & credo in mēte mea illos simul velle peccare, atque hoc tanquam verum existimans pertranseo vel admiror sumque ita in mēte mente mea dispositus, vt si egomet interrogarem meipsum an ista æstimatio mea sit apud me adeo vera & certa, quin etiam credam, quod forte falsa est æstimatio ista: respōderem quod forte falsa est: verumtamen mihi sic videtur. *[D. 552.]* Tunc est credulitas firma, non simpliciter, sed hæsitationi admixta. Si autem essem sic dispositus, quod responderem quod mea æstimatio est vera & certa, vt nullus dubitationi locus sit, tunc est assertiua determinatio. Sensus literæ non accipit æstimationem pro certo primo modo, sed secundo, vt ly pro certo, significat, & autoritas subiuncta testatur, quæ diffinitiuas sententias prohibet. In primo ergo gradu suspicionis locato totam latitudinem æstimationis aliquo modo hæsitantis: & in secundo solam diffinitionem, siue intus, siue extra fiat verbis, citra tribunal tamen: in tertio autem sententiam iudicis, quæ coactiuam vim iniuriæ habet, pro quanto autoritatiuè fit. Et hoc nota pro multis, qui credunt se incidisse in termerarium iudicium ex mala, quam conceperunt opinione proximi: *[D. 261. 405 796 & 965.]* nec sciunt discernere inter opinionem, quæ cum formidine aliqua alterius partis est, & iudicium ex opinione non natum, sed temere prolatum corde & ore. *[D. 519. & 640.]*

¶In eodem articulo ad responsionem ad primum aduerte, quòd certitudo in humanis actibus sufficiens ad iudicium iudicis, non est certitudo euidentiæ: *[Locis supra art. 2. inductis. Et quoli. 12. ar. 25.]* quoniam quantumcunque testes concurrant & propria hominis confessio de facto proprio, non propterea euidens fit intellectui, hoc esse ab illo perpetratum, possunt siquidem omnes mentiri, sed est certitudo fidei: quoniam idonei testes & propria confessio sufficientes causæ sunt ad terminandum intellectum nostrum ad alteram partem contradictionis non videndam, sed indubiè tenendam, in tali materia, scilicet in his quæ consistunt

in facto actuum humanorum.

¶ Scito secundo, quod Autor certitudinem in humanis possibilem, licet declauerit illam esse, quæ est per idoneos testes, non tamen arctauit ad solam certitudinem per testes idoneos. Contingit enim quandoque sine tali certitudine rectè iudicari, vt patet de iudicio Salomonis tertij Regum tertio, qui

ex indicio piæ commotionis super occisione infantis, iudicauit illam esse matrem. Sed aduerte, quod huiusmodi indiciis, licet possit iudex quando oportet iudicando alicui prodesse, non tamen alterum criminis damnare: quoniã in crimine puniendo, omnia debent esse clara. Vnde Salomon licet adiudicauerit infantem mulieri piæ, quod profuit vtrique, filio scilicet & matri: non damnauit tamen per hoc alteram homicidij, quod oppressisset filium. Et quo nanque alia certitudo haberi non potuit, debuit ex illo indicio iudex iudicare in meliorem partẽ. Et similiter potest & debet quilibet iudex facere in similibus euentibus. In humanis siquidem oportet vti pro certo eo, quod communiter creditur: quamuis verè certum non sit.

art. 1.

Q. 59. art. 4.

Ex tract. 90. in Io. circa med.

* Ho. 17. in opere imperf. in principio. Io. 2.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, aduerte quod quia leuia indicia nõ sunt nata causare malam opinionem de proximo, & inter præcipua bona hominum cõputatur bona de ipso opinio, quia humana gloria, cui diuitiæ non comparantur, in hominum opinione consistit: ideo accipiens ex leuibus indiciis, siue malam opinionem siue vitra opinionem iudicium apud se malum, iniuriam facit illi, tribuens illi de malo quod ille non meruit, aut plusquam meruit. Hoc enim iniustum esse manifestè patet, & ex hoc proximum indebitè deijcit, & si non affectu, facto tamen constat dum malus iniuste æstimatur. Verum tamen est, quod quia opinio imperfectum quid est in genere cognitionis & determinationis propter hæsitationem admixtã, & iudicium temerarium de peccatis leuibus ratione materiæ imperfectum est, ideo nullum horum est peccatum mortale sed solummodo temerarium iudicium de mortali ex leuibus indiciis, vt in litera dicitur.

cap. 13.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli tertij dubium occurrit, Quo pacto verificetur quod iudicium interius reducitur ad iudicium exterius, cum contingat sæpe interius iudicium fieri sine animo iudicandi exterius, frequẽter enim priuatæ personæ iudicant talem malum, contra quem tamen non cogitant proferre sententiam damnationis: & quandoque si possent, nõ proferrent.

¶ Ad hoc dicitur, quod quemadmodum ad homicidij vitium, reducitur non solum desiderium occidendi aliquem, sed etiam desiderium, quod aliquis moriatur, quamuis nullo pacto vellet ipsum occidere: ita ad exterioris iudicij vitium reducitur non solum velle dare damnationis sententiam, sed qualitercunque iniuste iudicans ex leuibus causis. Eiusdem enim rationis est injuria temerarij judicij intus & extra, quamuis non sit æquale nocumentum.

¶ Et si contra hoc afferatur quod in litera dicitur, quod falsum iudicium de bono alterius non pertinet ad malum intellectus iudicantis, sed ad bonum affectum ipsius: sicut nec ad perfectionem intellectus secundum se pertinet cognitio singularium contingentium, magnum augetur dubium, tum quia licet ad perfectionem intellectus secundum se non pertineat cognoscere veritatem contingentium singularium, pertinet tamen ad perfectionem intellectus, vt extenditur ad operationem, hoc est quod licet veritas singularium contingentium non sit de perfectione intellectus speculatiui, est tamen de perfectione intellectus practici. Intellectus enim extensione fit practicus, vt dicitur in tertio de Anima. Patet autem quod dicimus, Et simpliciter, quia ad prudentiam requiritur memoria præteritorum, & intelligentia præsentium, & prouidentia futurorum. Et ad hominem: nam Autor interius in tertia parte quæst. 11. artic. primo ad tertium hoc expresse dicit. Constat autem quod iudicium, de quo est sermo, ad intellectum practicum spectat. ergo falli in huiusmodi contra perfectionem est eius, & prudentiæ nocet. Et vlterius sequitur, quod impertinenter litera attulit ad propositum, quòd cognoscere veritatem contingentium singularium non pertinet ad perfectionem intellectus secundum se, id est, speculatiui. Nam sermo est de intellectu practico. Tum quia non valet argumentum, Cognoscere veritatem singularium contingentium non pertinet ad perfectionem intellectus. ergo errare circa hæc non est malum intellectus: quoniam error de ratione sua ponit malum in intellectu errante. sicut non valet, videre columnas Herculis, non est de perfectione visus. ergo male videre ipsas non spectat ad imperfectionem visus. sed bene valet, Ergo carere talium cognitione, non ponit malum in intellectu.

Ex Aug. Tract. 9. in Ioan.

In corp.

¶ Ad euidentiam huius rei sciendum est, quod dubia in meliorem partem interpretanda esse dupliciter intelligi: potest, scilicet negatiuè, & positiuè. Et si intelligatur negatiue, sensus est, quod dubia non sunt in deteriorem partem interpretanda. Et sic intellecta hæc propositio est verissima ac certissima. Et propter hunc sensum Dominus negatiuè præcipit Matth. 7. Nolite iudicare. & Apostolus ad Cor. Qui non manducat, manducantem non iudicet. Et dum negatiue seruatur hæc regula, sit vt si quando occurrat factum dubij iudicij de proximo, in eadem persistamus opinione de illo proximo, in qua prius eramus. Verbi gratia: habebam Ioannem pro viro sobrio, inuenio postmodum ipsum bene comedentem & bibentem, non moueor ex hoc facto ad iudicandum quod necessitate ductus sancte facit, quod esset in meliorem partem interpretari, nec ad dubitandum de sobrietate eius, quod esset in peiorem partem declinare, sed persisto in prima opinione immotus, hoc est enim iu meliorem partem interpretari negatiuè. Et iuxta hunc sensum, nullum imminet periculum falsi iudicij, & omnes difficultates motæ locum non habent. Nam nullum hic fit nouum iudicium, dum negatiuè interpretamur dubia in meliorem partẽ. Si autem intelligatur positiue, scilicet quod dubiis occurrentibus de proximo fiat interpretatio in partem meliorem, tunc est sensus, quod quando factum aliquod à proximo occurrit dubium, quo animo factum fit, faciendum est de nouo iudicij opinatiuum, quod bono animo fecerit. Sed regula hæc in hoc sensu dupliciter potest accipi. Primo vt fit regula docens quid absolute facere debemus in tali occursu, vt scilicet doceat, quòd bonum est, quando occurrunt nobis hæc dubia, prorumpere in actum opinionis bonæ de proximo, interpretando quod bono animo fecerit, excusando illum, & huiusmodi. Et sic ego non intelligo regulam istam esse secundum rectã rationem: quoniam recta ratio non tradit quod ex obiectis neutrali generetur, aut sumatur opinio declinans ad alteram partem, sed quod neuter præsertim

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrũ dubia sint in meliorẽ partẽ interpretãda.

AD QVARTVM sic ꝓcedit. Videtur ꝙ dubia nõ sint in meliorem partẽ interpretanda. Iudicium em̃ magis debet esse de eo, quod vt in pluribus accidit. Sed in pluribus accidit, ꝙ aliq̃ male agãt: qa stultorũ est numerus infinit⁹, vt dicitur Eccl. 1. Proni em̃ sunt sẽsus homini ad malum ab adolescentia sua, vt dicitur Genes. 8. Ergo dubia magis debemus interpretari in malũ, quã in bonũ.

¶ Præterea, Aug.* dicit, quod ille pie & iustè viuit, qui rerum integer est æstimator, in neutram partem declinando. Sed ille qui interpretatur in melius quod dubium est, declinat in alteram partem. Ergo hoc non est faciendum.

Lib. 1. de doctr. Christ. cap. 27. to. 3.

¶ Præterea, Homo debet diligere ꝓximũ sicut seipsum. Sed circa seipsum hõ debet dubia interpretari in deteriorem partem, secundum illud Iob. 9. Verebar omnia opera mea. Ergo videtur quòd ea, quæ sunt dubia circa proximos: sint in peiorem partem interpretanda.

Ex Aug. lib. 2. de Serm. domini in monte. ca. 28. * ar. præc. ad 2.

¶ SED CONTRA est, quod Ro. 14. super illud, Qui nõ manducat, mãducantem non iudicet, dicit gl.* Dubia in meliorem partem sunt interpretanda.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum est*, ex hoc ipso, quòd aliquis habet malam opinionem de alio ab sque sufficienti causa, iniuriatur ei, & cõtemnit ipsum. Nullus autem debet alium contemnere vel nocumentum quodcunque inferre, absque causa cogente. Et ideo vbi non apparent manifesta indicia de malitia alicuius: debemus eum vt bonum habere, in meliorem partem interpretando, quod dubium est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ potest cõtingere, quod ille qui in meliorem partem interpretatur, frequentius fallitur. Sed melius est, quod aliquis frequẽter fallatur, habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam ꝙ rarius fallatur, habens malam opinionem de aliquo bono: quia ex hoc fit iniuria alicui, non autem ex primo.

¶ Ad secũdum dicendum, quod aliud est iudicare de rebus, & aliud de hominib⁹. In iudicio enim in quo de rebus iudicamus, nõ attenditur bonum vel malum ex parte ipsius rei de qua iudicamus, cui ni

Q. 59. art. 2. ad 3.

netur intellectus: Nulla rursus ratio suadet vt occursus ambigui facti alterius obliget me ad bene opinandum de ipso, cum non tenear etiam ad aliquid opinandum de ipso in particulari, sicut nec ad diligendum, vt patet ex supradictis in tractatu de charitate. Boni demum rationem non habet, vt absque necessitate, aut pietate aliqua exponam intellectum meum periculo falsitatis sæpius incurrendæ. Non est igitur sensus iste positiuus sumendus absolute, & simpliciter. Alio vero modo sumi potest sensus iste ex suppositione: scilicet si iudicandum est: ita quod regula ista doceat, quod dubia in meliorem partem sunt interpretanda, si iudicandum est, si oportet iudicari. Et hic est verus sensus huius regulæ, prout disputatur & intenditur in litera, & habet motas difficultates.

Ex Aug. Tract. 9. in Ioan.

Ex ꝓterea declarare eas oportet. De præcipua autẽ difficultate, ꝙ homo interpretãdo in meliorẽ partem, incurrit vt frequentius falsitatem: recolendum est ꝙ intellectus practicus in moralibus dupliciter concurrit, vt cognoscens & vt dirigens, sed diuersimode. Nam vt cognoscens, verus est per conformitatem ad rem cognitam, sicut intellectus speculatiuus: ab eo enim quod res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Sed vt dirigens, verus est per cõformitatem ad appetitũ rectum, vt dicitur in 6. Ethic. & in præcedentis libri quinquagesimaseptima quæstione declarauimus. His etenim si iungamus, quæ in litera dicuntur, quod interpretari in meliorem partem, spectat ad affectum seu appetitum rectũ, & habet pluries annexam falsitatem, facile est deducere quòd huiusmodi interpretatio in melioré partem nocere potest intellectui, vt cognoscens est, pro quanto falsam cognitionem quandoque ingeret: sed prodest intellectui, vt dirigẽs est, quia facit ipsũ dirigere conformiter ad appetitum rectum, atq; per hoc intellectum, vt dirigentem esse verum. Et si cum his recordatus fueris quod intellectus practicus non differt à speculatiuo in veritate cognitionis, sed directionis, & hoc esse illi proprium, inferes quòd huiusmodi interpretatione, licet quandoque misceatur falsitas cognitionis, semper inuenitur verum in intellectu practico, in quantum practicus est propter veritatem directionis. Et quoniam notitia moralium ad hoc ordinatur, non vt cognoscamus, sed, vt dicitur in 2. Eth. ideo maiori in periculo versatur qui incidit in id, quod contrariatur intellectui, vt dirigenti, quàm in id, quod contrariatur intellectui, vt cognoscenti, vt in litera à Sancto Thoma defenditur.

Lib. 2. de Serm. domini in monte. ca. 28. * ar. præc. ad 2.

¶ Ad obiecta igitur desecendendo, & ad dubiũ de cõclusione dicitur, ꝙ ex malo sensu literæ procedit. Nã aliud est dicere in dubiis iudiciũ in melioré partẽ esse falsum, vt in pluribus, & aliud est dicere, in dubiis iudiciũ in melioré partẽ esse falsum pluries, quàm in deteriorẽ partẽ. Primũ siquidẽ dictũ significat ꝙ absolutè est falsum, vt in pluribus. Secundũ aũt non significat hoc, sed significat ꝙ cõparando numerum falsitarum incidentium pro peiore parte, ille numerus est maior, cum cuius comparatiua veritate stat, quod absolutè loquendo neutra declinatio in dubiis est vera vt in pluribus: quoniam dubia neutra sunt ex natura sua. Vnde cùm argumentum procedat ex primo dicto, & litera non illud, sed secundum dicat, patet responsio, quòd falsa est Minor.

¶ Ad dubium vero de ratione dicitur, quantum ad præsentem literam spectat, quòd Autor intendit quod nulli alteri nocet: quoniam iniustitia non est ad seipsum. Quantum vero ad difficultatem materiæ huius absolutè, dicitur quod negari non potest quin falsa opinio noceat sibiipsi aliquantum, cùm falsum contrarietur vero, quod est bonum intellectus, & bono ex necessitate contrarietur malum, vt dicitur in prædicamentis. Sed comparando duo mala occurrentia, scilicet pluries falli in huiusmodi singularibus cum bono affectu ad proximum, & minus falli cum iniuria proximi, dicimus quod minus malum est primum, quam secundum. Et quia de duobus malis minus est eligendum, si oportet alterum eligere: ideo melius est frequentius falli cum bona opinione. Et si contra hoc instetur, quia in litera non dicitur minus malum sed melius est quod aliquis frequenter fallatur: respondetur primo quòd ly Melius, non potest sumi in hac comparatione nisi absolutè, quoniam sit ad aliud manifeste malum, siniuriam proximi. Non ergo inconueniens est exponere hic, Melius in comparatione ad aliud, id est, minus malũ. Respondetur secũdo quod licet comparatio sit abusiua, sicut cùm dicitur, Nix est albior coruo, & eligere fallam opinionem sit malum moraliter exponere tamen se periculo incurrendi fallam opinionem, quando oportet, non est malum moraliter. Sic autem docet regula ista. Nam qui vtitur regula ista,

Non nisi oportet iudicare, in meliorem partem declinat, non eligendo fallam opinionem, sed periculum incurrendi fallam opinionem præponit certæ iniuriæ proximi. Quoniam is, qui in deteriorem partem interpretatur, quantum est ex parte sua, facit absque dubio illi iniuriam, iudicans illum malum ex dubio, etiam si diuinaret verum, quoniam hoc est per accidens Et hic sensus est amplectendus. Responsio autem ex litera sumpta & confutata, si vt in litera hac iacet, afferatur, ad hoc de seruit ꝙ falsitas huiusmo di non est malum intellectus secundum se, quoniam malum intellectus secundum se est omnino vitandum. Malum autem intellectus secundum quid, facile potest tolerari. Illud & illius periculum eligere, malum moraliter est. Hoc eligere licet malum moraliter sit, illius tamen periculo se exponere pro vitanda iniuria proximi, iustitia est, vt hic docemur.

Exca. 2. Ethic. & lectus secundum se. Ini- lib. 6. quitas autem huiusmodi Meta- est malum affectus, secũ- phys. tex. dumse. igitur hoc est vi- 8. tandum, & de illo non curandum quando oportet, vt dictum est. Vnde ad cætera obiecta, quæ procedunt, ac si Autor ex hac propositione, Cognoscere veritatem singularium concingentium nõ pertinet ad perfectionẽ intellectus secundum se, intenderet inferre, ꝙ falli in huiusmodi nullo modo est malũ intellectus, quod autor non intendit, vt ex supradictis iam patet, non oportet aliter respondere. Ipse enim licet huiusmodi falsitatem pertinere ad malum intellectus non secundum se, sed vt extenditur ad opus, id est practici, sicut etiam male videre colũnas Herculis (si non ex mala dispositione organi proueniat) non pertinet ad imperfectionem visus secundum se, quamuis aliquod malum visus in actu sit. Nec intendit arguere nec arguit ex illa propositione vt obiectio vltima accepit, sed intendebat solum monstrare quòd sicut verum in huiusmodi est extra latitudinem boni intellectus, secundum se: ita etiam falsum in huiusmodi, est extra latitudinem mali intellectus secundũ se. Ac per hoc, vt dictum est, parui pendendum est quando oportet. Et ex hoc patet quòd non impertinenter, sed ad propositum fuit afferre, quum disputatur nocumentum falsi iudicij, bonum & malum intellectus secundum se, quoniam malum intellectus secundum se est omnino vitandum. Malum autem intellectus secundum quid, facile potest tolerari. Illud & illius periculum eligere, malum moraliter est. Hoc eligere licet malum moraliter sit, illius tamen periculo se exponere pro vitanda iniuria proximi, iustitia est, vt hic docemur.

In corp. & ad 2.

¶ In eodem art. in responsione quoque ad secundũ, nota nouitie illius distinctionis exercitiũ. saliud est iudicij de rebus, aliud est iudicium de hominibus. Nam ad iudicij de rebus spectat rẽ dicere, ad iudicij de hominibus seu personis spectat malum vel bonũ de persona dicere. Vnde si video personam agentẽ ante se onerarium iumentum, & maledicentem, vt à multis fieri solet, Vade in malam horam, & similia, & ego puto quod actus ille sit peccatũ mortale, non propter intentionẽ istius, sed absolutè puto, quasi actus ille ex genere suo sit peccatũ mortale, propterea concipio indubiè illius peccatũ mortale: iu dicium ĩstud non spectat ad iudicium de personis, sed ad iudicium de rebus, quoniam in veritate nõ iudicatur persona, sed actus ipse secundum se, ita ꝙ dicit rẽ de re. s. esse peccatũ mortale de illo actu. Si vero videro aliquã personã ornatam, & indubiè iudico illam se ornasse impudicitiæ causa, ad iudiciũ de personis hoc spectat, dico enim de personali intentione esse impudicam. Et si militer si video furtum commissum, aut domum combustam ignoto actore, & iudico Ioannem hoc patrasse, nam etiam tunc de persona enuntio esse actionem. f. directe, quòd absque personæ contemptu indebito non fit, ex quo non constat personam illam in hoc peccasse. Ex quibus collige quod iudiciũ de personis est solum iudicium de corde seu intentione alterius, aut de applicatione personæ ad hanc actionem. Actus autem ipsos, &c. etiam singulariter iudicare, spectat ad iudicium de rebus. Et propterea cum iudicamus quod facere hoc vel illud, vel factum tale est, vel non est peccatum mortale, etiam si erramus, non peccamus iudicio temerario, nec iniuriam alicui facimus, quoniam de rebus ipsis iudicamus: in quo iudicio, vt in litera dicitur, in neutram partem est declinandum, sed soli est veritati inniitendum.

¶ In responsione ad tertium diligenter nota distinctionem literæ, de duplici modo interpretandi in peiorem partem. f. per modum diffinitionis, & per modum suppositionis. Et scito quod quo ad actum cauelæ, & remedij, & huiusmodi, omnia supponenda sunt in peiorem partem. Si enim videro pauperem, non diffinio eum furem, sed custodio res meas, ac si esset fur. Et similiter si video iuuenem deambulantem, non iudico eum adulterum: caueo tamen ac si esset adulter, & sic de aliis. Quo ad actum vero punitionis, quoniam iudicium sequitur, in meliorem partem omnia interpretanda sunt. Et sic regula dicta simul & semel reddit nos iustos erga proximos iudicandos, &

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum sit semper secundum leges scriptas iudicandum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod sicut Tullius dicit, suspicio importat opinionẽ mali qñ ex leuib⁹ indiciis ꝓcedit. Et cõtingit ex trib⁹. Vno quidẽ mõ ex hoc, quod aliqs ex seipso mal⁹ est: & ex hoc ipso, quasi cõscius suę malitię, faciliter de aliis malũ opinat, secũdm illud Eccl. 10. In via stult⁹ ambulãs, cũ ipse sit insipiẽs, oẽs stultos æstimat. Alio modo prouenit ex hoc, quod aliquis malè afficitur ad alterum, cùm enim aliquis contemnit vel odit aliquẽ, aut irascitur, vel inuidet ei, ex leuibus signis opinatur mala de ipso, quia vnusquisque faciliter credit quod appetit. Tertio modo ꝓuenit ex lõga experientia. Vnde Philosophus dicit in 2. Rhet.* ꝙ senes sunt maximè suspiciosi: qa multoties experti sunt aliorũ defect⁹. Primæ aũt duæ suspicionis causæ, manifestè pertinent ad peruersitatẽ affectus. Tertia vero causa diminuit rationẽ suspicionis, inquãtũ experiẽtia ad certitudinẽ ꝓficit, q est cõtra rationẽ suspicionis. Et ideo suspicio vitium quoddam importat, & quanto magis procedit suspicio, tanto magis est vitiosum. Est autẽ triplex gradus suspicionis. Primus quidẽ gradus est, vt hõ ex leuib⁹ indiciis de bonitate alicuius dubitare incipiat. Et hoc est veniale & leue peccatũ. Pertinet em̃ ad tẽtationẽ humanam, sine qua vita ista nõ ducitur: vt habet in glo.* super illud 1. ad Cor. 4. Nolite ante tẽpus iudicare. Secundus gradus est, cum aliquis ꝓ certo malitiã alterius æstimat ex leuib⁹ indiciis. Et si sit de aliquo graui est peccatũ mortale, inquãtũ nõ est sine cõtẽptu ꝓximi. Vnde gl. ibidẽ subdit, Si ergo suspiciones vitare nõ possumus, qa hoies sum⁹: iudicia tñ, id est, diffinitiuas firmasq; sẽtẽtias, cõtinere debemus. Tertij gradus est, cũ aliqs iudex ex suspicione ꝓcedit ad aliquẽ cõdẽnãdũ, & hoc directè ad in iustitia ptinet: vñ est peccatum mortale.

Ex Aug. Tract. 9. in Ioan.

¶ SED CONTRA est, qd Chrys.* sup i llud Mat. 7. Nolite iudicare, &c. dicit. Dominus hoc mandato nõ prohibet Christianos ex benevolentia alios corripere, sed ne per iactantiam iustitiæ suę Christiani Christianos despiciant, & solis plerunque suspicionibus odientes cæteros, & condemnantes.

¶ RESPONDEO dicẽdũ, quod sicut Tull⁹ dicit, suspicio importat opinionẽ mali qñ ex leuib⁹ indiciis ꝓcedit. Et cõtingit ex trib⁹. Vno quidẽ mõ ex hoc, quod aliqs ex seipso mal⁹ est: & ex hoc ipso, quasi cõscius suę malitię, faciliter de aliis malũ opinat, secũdm illud Eccl. 10. In via stult⁹ ambulãs, cũ ipse sit insipiẽs, oẽs stultos æstimat. Alio modo prouenit ex hoc, quod aliquis malè afficitur ad alterum, cùm enim aliquis contemnit vel odit aliquẽ, aut irascitur, vel inuidet ei, ex leuibus signis opinatur mala de ipso, quia vnusquisque faciliter credit quod appetit. Tertio modo ꝓuenit ex lõga experientia. Vnde Philosophus dicit in 2. Rhet.* ꝙ senes sunt maximè suspiciosi: qa multoties experti sunt aliorũ defect⁹. Primæ aũt duæ suspicionis causæ, manifestè pertinent ad peruersitatẽ affectus. Tertia vero causa diminuit rationẽ suspicionis, inquãtũ experiẽtia ad certitudinẽ ꝓficit, q est cõtra rationẽ suspicionis. Et ideo suspicio vitium quoddam importat, & quanto magis procedit suspicio, tanto magis est vitiosum. Est autẽ triplex gradus suspicionis. Primus quidẽ gradus est, vt hõ ex leuib⁹ indiciis de bonitate alicuius dubitare incipiat. Et hoc est veniale & leue peccatũ. Pertinet em̃ ad tẽtationẽ humanam, sine qua vita ista nõ ducitur: vt habet in glo.* super illud 1. ad Cor. 4. Nolite ante tẽpus iudicare. Secundus gradus est, cum aliquis ꝓ certo malitiã alterius æstimat ex leuib⁹ indiciis. Et si sit de aliquo graui est peccatũ mortale, inquãtũ nõ est sine cõtẽptu ꝓximi. Vnde gl. ibidẽ subdit, Si ergo suspiciones vitare nõ possumus, qa hoies sum⁹: iudicia tñ, id est, diffinitiuas firmasq; sẽtẽtias, cõtinere debemus. Tertij gradus est, cũ aliqs iudex ex suspicione ꝓcedit ad aliquẽ cõdẽnãdũ, & hoc directè ad in iustitia ptinet: vñ est peccatum mortale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ in humanis actibus inuenitur aliqua certitudo, nõ quidẽ sicut in demõstrativis, sed secundũ ꝙ conuenit tali materię, puta cum aliquid ꝓ idoneos testes ꝓbatur.

¶ Ad secundum dicendum, quod ex hoc ipso, quòd aliquis malam opinionẽ habet de alio, sine causa sufficienti, indebite contemnit ipsum: & ideo iniuriat ei.

¶ Ad tertiũ dicẽdum, quod qa iustitia & iniustitia est circa exteriores operatiões (vt dictũ est*) tũc iudiciũ suspicionis fit rectè ad iniustitiã pertinet, qñ ad actum exteriorẽ procedit: & tunc est peccatum mortale, vt dictũ est*. Iudiciũ aũtẽ interius ptinet ad iniustitiã, secũdũ qd comparatur ad exterius iudicium, vt actus interior ad exteriorẽ, sicut concupiscẽtia ad fornicationem, & ira ad homicidiũ.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrũ dubia sint in meliorẽ partẽ interpretãda.

AD QVARTVM sic ꝓcedit. Videtur ꝙ dubia nõ sint in meliorem partẽ interpretanda. Iudicium em̃ magis debet esse de eo, quod vt in pluribus accidit. Sed in pluribus accidit, ꝙ aliq̃ malè agãt: qa stultorũ est numerus infinit⁹, vt dicitur Eccl. 1. Proni em̃ sunt sẽsus homini ad malum ab adolescentia sua, vt dicitur Genes. 8. Ergo dubia magis debemus interpretari in malũ, quã in bonũ.

¶ Præterea, Aug.* dicit, quod ille pie & iustè viuit, qui rerum integer est æstimator, in neutram partem declinando. Sed ille qui interpretatur in melius quod dubium est, declinat in alteram partem. Ergo hoc non est faciendum.

Lib. 1. de doctr. Christ. cap. 27. to. 3.

¶ Præterea, Homo debet diligere ꝓximũ sicut seipsum. Sed circa seipsum hõ debet dubia interpretari in deteriorem partem, secundum illud Iob. 9. Verebar omnia opera mea. Ergo videtur quòd ea, quæ sunt dubia circa proximos: sint in peiorem partem interpretanda.

¶ SED CONTRA est, quod Ro. 14. super illud, Qui nõ manducat, mãducantem non iudicet, dicit gl.* Dubia in meliorem partem sunt interpretanda.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum est*, ex hoc ipso, quòd aliquis habet malam opinionem de alio absque sufficienti causa, iniuriatur ei, & cõtemnit ipsum. Nullus autem debet alium contemnere vel nocumentum quodcunque inferre, absque causa cogente. Et ideo vbi non apparent manifesta indicia de malitia alicuius: debemus eum vt bonum habere, in meliorem partem interpretando, quod dubium est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ potest cõtingere, quod ille qui in meliorem partem interpretatur, frequentius fallitur. Sed melius est, quod aliquis frequẽter fallatur, habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam ꝙ rarius fallatur, habens malam opinionem de aliquo bono: quia ex hoc fit iniuria alicui, non autem ex primo.

¶ Ad secũdum dicendum, quod aliud est iudicare de rebus, & aliud de hominib⁹. In iudicio enim in quo de rebus iudicamus, nõ attenditur bonum vel malum ex parte ipsius rei de qua iudicamus, cui ni

Q. 59. art. 2. ad 3.

netur intellectus: Nulla rursus ratio suadet vt occursus ambigui facti alterius obliget me ad bene opinandum de ipso, cum non tenear etiam ad aliquid opinandum de ipso in particulari, sicut nec ad diligendum, vt patet ex supradictis in tractatu de charitate. Boni demum rationem non habet, vt absque necessitate, aut pietate aliqua exponam intellectum meum periculo falsitatis sæpius incurrendæ. Non est igitur sensus iste positiuus sumendus absolute, & simpliciter. Alio vero modo sumi potest sensus iste ex suppositione: scilicet si iudicandum est: ita quod regula ista doceat, quod dubia in meliorem partem sunt interpretanda, si iudicandum est, si oportet iudicari. Et hic est verus sensus huius regulæ, prout disputatur & intenditur in litera, & habet motas difficultates.

Ex Aug. Tract. 9. in Ioan.

Ex ꝓterea declarare eas oportet. De præcipua autẽ difficultate, ꝙ homo interpretãdo in meliorẽ partem, incurrit vt frequentius falsitatem: recolendum est ꝙ intellectus practicus in moralibus dupliciter concurrit, vt cognoscens & vt dirigens, sed diuersimode. Nam vt cognoscens, verus est per conformitatem ad rem cognitam, sicut intellectus speculatiuus: ab eo enim quod res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Sed vt dirigens, verus est per cõformitatem ad appetitũ rectum, vt dicitur in 6. Ethic. & in præcedentis libri quinquagesimaseptima quæstione declarauimus. His etenim si iungamus, quæ in litera dicuntur, quod interpretari in meliorem partem, spectat ad affectum seu appetitum rectũ, & habet pluries annexam falsitatem, facile est deducere quòd huiusmodi interpretatio in melioré partem nocere potest intellectui, vt cognoscens est, pro quanto falsam cognitionem quandoque ingeret: sed prodest intellectui, vt dirigẽs est, quia facit ipsũ dirigere conformiter ad appetitum rectum, atq; per hoc intellectum, vt dirigentem esse verum. Et si cum his recordatus fueris quod intellectus practicus non differt à speculatiuo in veritate cognitionis, sed directionis, & hoc esse illi proprium, inferes quòd huiusmodi interpretatione, licet quandoque misceatur falsitas cognitionis, semper inuenitur verum in intellectu practico, in quantum practicus est propter veritatem directionis. Et quoniam notitia moralium ad hoc ordinatur, non vt cognoscamus, sed, vt dicitur in 2. Eth. ideo maiori in periculo versatur qui incidit in id, quod contrariatur intellectui, vt dirigenti, quàm in id, quod contrariatur intellectui, vt cognoscenti, vt in litera à Sancto Thoma defenditur.

Lib. 2. de Serm. domini in monte. ca. 28. * ar. præc. ad 2.

¶ Ad obiecta igitur desecendendo, & ad dubiũ de cõclusione dicitur, ꝙ ex malo sensu literæ procedit. Nã aliud est dicere in dubiis iudiciũ in melioré partẽ esse falsum, vt in pluribus, & aliud est dicere, in dubiis iudiciũ in melioré partẽ esse falsum pluries, quàm in deteriorẽ partẽ. Primũ siquidẽ dictũ significat ꝙ absolutè est falsum, vt in pluribus. Secundũ aũt non significat hoc, sed significat ꝙ cõparando numerum falsitarum incidentium pro peiore parte, ille numerus est maior, cum cuius comparatiua veritate stat, quod absolutè loquendo neutra declinatio in dubiis est vera vt in pluribus: quoniam dubia neutra sunt ex natura sua. Vnde cùm argumentum procedat ex primo dicto, & litera non illud, sed secundum dicat, patet responsio, quòd falsa est Minor.

¶ Ad dubium vero de ratione dicitur, quantum ad præsentem literam spectat, quòd Autor intendit quod nulli alteri nocet: quoniam iniustitia non est ad seipsum. Quantum vero ad difficultatem materiæ huius absolutè, dicitur quod negari non potest quin falsa opinio noceat sibiipsi aliquantum, cùm falsum contrarietur vero, quod est bonum intellectus, & bono ex necessitate contrarietur malum, vt dicitur in prædicamentis. Sed comparando duo mala occurrentia, scilicet pluries falli in huiusmodi singularibus cum bono affectu ad proximum, & minus falli cum iniuria proximi, dicimus quod minus malum est primum, quam secundum. Et quia de duobus malis minus est eligendum, si oportet alterum eligere: ideo melius est frequentius falli cum bona opinione. Et si contra hoc instetur, quia in litera non dicitur minus malum sed melius est quod aliquis frequenter fallatur: respondetur primo quòd ly Melius, non potest sumi in hac comparatione nisi absolutè, quoniam sit ad aliud manifeste malum, siniuriam proximi. Non ergo inconueniens est exponere hic, Melius in comparatione ad aliud, id est, minus malũ. Respondetur secũdo quod licet comparatio sit abusiua, sicut cùm dicitur, Nix est albior coruo, & eligere fallam opinionem sit malum moraliter exponere tamen se periculo incurrendi fallam opinionem, quando oportet, non est malum moraliter. Sic autem docet regula ista. Nam qui vtitur regula ista,

Non nisi oportet iudicare, in meliorem partem declinat, non eligendo fallam opinionem, sed periculum incurrendi fallam opinionem præponit certæ iniuriæ proximi. Quoniam is, qui in deteriorem partem interpretatur, quantum est ex parte sua, facit absque dubio illi iniuriam, iudicans illum malum ex dubio, etiam si diuinaret verum, quoniam hoc est per accidens Et hic sensus est amplectendus. Responsio autem ex litera sumpta & confutata, si vt in litera hac iacet, afferatur, ad hoc de seruit ꝙ falsitas huiusmo di non est malum intellectus secundum se, quoniam malum intellectus secundum se est omnino vitandum. Malum autem intellectus secundum quid, facile potest tolerari. Illud & illius periculum eligere, malum moraliter est. Hoc eligere licet malum moraliter sit, illius tamen periculo se exponere pro vitanda iniuria proximi, iustitia est, vt hic docemur.

Exca. 2. Ethic. & lectus secundum se. Ini- lib. 6. quitas autem huiusmodi Meta- est malum affectus, secũ- phys. tex. dumse. igitur hoc est vi- 8. tandum, & de illo non curandum quando oportet, vt dictum est. Vnde ad cætera obiecta, quæ procedunt, ac si Autor ex hac propositione, Cognoscere veritatem singularium concingentium nõ pertinet ad perfectionẽ intellectus secundum se, intenderet inferre, ꝙ falli in huiusmodi nullo modo est malũ intellectus, quod autor non intendit, vt ex supradictis iam patet, non oportet aliter respondere. Ipse enim licet huiusmodi falsitatem pertinere ad malum intellectus non secundum se, sed vt extenditur ad opus, id est practici, sicut etiam male videre colũnas Herculis (si non ex mala dispositione organi proueniat) non pertinet ad imperfectionem visus secundum se, quamuis aliquod malum visus in actu sit. Nec intendit arguere nec arguit ex illa propositione vt obiectio vltima accepit, sed intendebat solum monstrare quòd sicut verum in huiusmodi est extra latitudinem boni intellectus, secundum se: ita etiam falsum in huiusmodi, est extra latitudinem mali intellectus secundũ se. Ac per hoc, vt dictum est, parui pendendum est quando oportet. Et ex hoc patet quòd non impertinenter, sed ad propositum fuit afferre, quum disputatur nocumentum falsi iudicij, bonum & malum intellectus secundum se, quoniam malum intellectus secundum se est omnino vitandum. Malum autem intellectus secundum quid, facile potest tolerari. Illud & illius periculum eligere, malum moraliter est. Hoc eligere licet malum moraliter sit, illius tamen periculo se exponere pro vitanda iniuria proximi, iustitia est, vt hic docemur.

In corp. & ad 2.

¶ In eodem art. in responsione quoque ad secundũ, nota nouitie illius distinctionis exercitiũ. saliud est iudicij de rebus, aliud est iudicium de hominibus. Nam ad iudicij de rebus spectat rẽ dicere, ad iudicij de hominibus seu personis spectat malum vel bonũ de persona dicere. Vnde si video personam agentẽ ante se onerarium iumentum, & maledicentem, vt à multis fieri solet, Vade in malam horam, & similia, & ego puto quod actus ille sit peccatũ mortale, non propter intentionẽ istius, sed absolutè puto, quasi actus ille ex genere suo sit peccatũ mortale, propterea concipio indubiè illius peccatũ mortale: iu dicium ĩstud non spectat ad iudicium de personis, sed ad iudicium de rebus, quoniam in veritate nõ iudicatur persona, sed actus ipse secundum se, ita ꝙ dicit rẽ de re. s. esse peccatũ mortale de illo actu. Si vero videro aliquã personã ornatam, & indubiè iudico illam se ornasse impudicitiæ causa, ad iudiciũ de personis hoc spectat, dico enim de personali intentione esse impudicam. Et si militer si video furtum commissum, aut domum combustam ignoto actore, & iudico Ioannem hoc patrasse, nam etiam tunc de persona enuntio esse actionem. f. directe, quòd absque personæ contemptu indebito non fit, ex quo non constat personam illam in hoc peccasse. Ex quibus collige quod iudiciũ de personis est solum iudicium de corde seu intentione alterius, aut de applicatione personæ ad hanc actionem. Actus autem ipsos, &c. eti

Universidad de Deusto Biblioteca

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur q; non ſit ſemper ſecundū leges ſcriptas iudicandum. Semper em̄ vitandū eſt iniuſtum iudiciū. Sed quandoque leges ſcriptæ cōtinent iniuſtitiā, ſecundum illud Iſa. 10. Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt. Ergo non ſemper eſt ſecundum leges ſcriptas iudicandum.

¶2Præt. Iudicium oportet eſſe de ſingularibus euentibus. Sed nulla lex ſcripta poteſt omnes ſingulares euentus comprehendere, vt patet per Philoſophū in 5.Eth.* Ergo videtur, quod non ſemper ſit ſecundum leges ſcriptas iudicandū.

¶3Præt. Lex ad hoc ſcribitur, vt ſententia legiſlatoris manifeſtetur. Sed quandoque contingit q; ſi ipſe legiſlator præſens eſſet, aliter iudicaret. Ergo nō eſt ſē per ſecundum leges ſcriptas iudicandū.

¶SED CONTRA eſt quod Aug. dicit in lib. de vera Relig.* In iſtis tēporalib⁹ legib⁹, quāquā de his homines iudicēt, cū eas inſtituerint, cùm tn̄ fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licebit iudicib⁹ de eis iudicare, ſed ſecundum ſeipſas.

¶RESPONDEO: dicēdū, quod ſicut dictū eſt*, iudiciū nihil aliud eſt, quā quædā diffinitio vel determinatio eius quod iuſtū eſt. Fit aūt aliquid iuſtū dupliciter. Vno mō ex ipſa natura rei, qđ dicitur ius naturale. Alio mō ex quodā cōdicto inter homines: quod dicitur ius poſitiuū, vt ſ̄ habitū eſt*. Leges aūt ſcribūtur ad vtriuſque iuris declarationē, aliter tn̄ & aliter. Nā legis ſcriptura, i⁹ qui dē naturale continet, ſed non inſtituit. Nō em̄ habet robur ex lege, ſed ex natura. Ius aūt poſitiuum ſcriptura legis & cōtinet, & inſtituit dās ei autoritatis robur. Et ideo neceſſe eſt qđ iudiciū fiat ſcđm legis ſcripturā: alioquin iudiciū deficeret vel à iuſto naturali vel à iuſto poſitiuo.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q; lex ſcripta, ſicut nō dat robur iuri naturali, ita nec pōt eius robur minuere, vel auferre: qa nec voluntas hominis poteſt immutare naturā. Et ideo ſi ſcriptura legis contineat aliquid cōtra ius naturale, iniuſta eſt, nec hēt vim obligandi. Ibi em̄ ius poſitiuum locū habet, vbi quantū ad ius naturale, nihil differt vtrū ſic vel aliter fiat, ſicut ſ̄ habitum eſt*. Et ideo nec tales ſcripturæ leges dicūtur: ſed potius legis corruptiones, vt ſ̄ dictum eſt*: & ideo ſecundum eas non eſt iudicandum.

¶Ad ſecundum dicēdum, quod ſicut leges iniquæ ſecundū ſe contrariantur iuri naturali vel ſemper, vel vt in pluribus: ita ēt leges, quæ ſunt rectè poſitę, in aliquibus caſibus deficiūt: in quib⁹ ſi ſeruarētur, eſſent cōtra ius naturale. Et ideo in talibus nō eſt ſecundū literā legis iudicandū, ſed recurrēdū ad æquitatē, quā intēdit legiſlator. vnde Iuriſperitus dicit*, Nulla ratio iuris aut æquitatis benignitas patitur, vt q̄ ſalubriter ꝓ vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem. Et in talibus etiam legiſlator aliter iudicaret, & ſi cōſideraſſet, lege determinaſſet. Et per hoc patet reſponſio ad tertium.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrū iudiciū ꝑ vſurpationē reddatur perſuū.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quod iudiciū per vſurpationē nō reddatur peruerſum: iuſtitia em̄ eſt rectitudo quædam in agendis. Sed nihil deperit veritati à quocunq; dicatur: ſed à quocunq; eſt accipiēda. Ergo etiā nihil deperit iuſtitiæ, à quocunq; iuſtū determinet: quod pertinet ad rationē iudicij.

¶2Præt. Peccata punire ad iudiciū pertinet. Sed aliqui laudabiliter legūtur peccata puniſſe, qui tamen autoritatem non habebant ſuper illos, quos puniebant: ſicut Moyſes occidēdo Aegyptiū, vt habetur Exo.2. & Phinees filius Eleazari, Zābri filiū Salumi vt legit Nu.25. & reputatū eſt ei ad iuſtitiā, vt dicit in Pſal. Ergo vſurpatio iudicij nō ptinet ad iuſtitiam.

¶3Prēt. Poteſtas ſpiritualis diſtinguitur à tēporali. Sed quandoq; Prælati, habētes ſpiritualem poteſtatē intromittūt ſe de iis q̄ pertinēt ad ſecularem poteſtatē. Ergo vſurpatū iudicium non eſt illicitū.

¶4Præt. Sicut ad rectè iudicandum requiritur autoritas: ita etiam & iuſtitia iudicantis & ſcientia, vt ex ſupradictis patet*. Sed non dicitur iudicium eſſe iniuſtū, ſi aliquis iudicet, non habens habitū iuſtitiæ, vel non habens ſcientiam iuris. Ergo etiā neq; iudicium vſurpatū, quod fit ꝑ defectū autoritatis, ſēp erit īiuſtū.

¶SED CONTRA eſt, quod dicit, Ro.14. Tu qs es, q iudicas alienū ſeruū?

¶RESPONDEO dicēdū q; cū iudiciū ſit ferendum ſecundum leges ſcriptas, vt dictum* eſt: ille qui iudiciū fert, legis dictum quodammodo interpretatur, applicando ipſum ad particulare negotium. Cùm autem eiuſdem autoritatis ſit legem interpretari, & legem condere, ſicut lex condi non poteſt, niſi publica autoritate, ita nec iudiciumd ferri poteſt niſi publica autoritate, quæ quidem ſe extendit ad eos qui communitati ſubduntur. Et ideo ſicut iniuſtum eſſet, vt aliquis cōſtringeret alium ad legem ſeruandam, quæ non eſſet publica autoritate ſancita, ita etiam iniuſtum eſt, ſi aliquis compellat aliquem ferre iudicium, quod publica autoritate non fertur. *D. 552. & 559.*

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, quod pronuntiatio veritatis non importat compulſionem ad hoc, quod ſuſcipiatur: ſed liberum eſt vnicuiq; ea recipere, vel non recipere, prout vult. Sed iudicium importat quandā impulſionem. Et ideo iniuſtū eſt, q; aliquis iudicetur ab eo, qui publicā autoritatē nō habet.

¶Ad ſecūdū dicendum, quod Moyſes videtur Aegyptiū occidiſſe, quaſi ex inſpiratione diuina autoritatem adeptus: vt videtur per hoc quod dicitur Actuū 7. quod percuſſo Aegyptio æſtimat Moyſes intelligere fratres ſuos, quoniā Dominus per manum ipſius daret ſalutem Iſrael. Vel poteſt dici, q; Moyſes occidit Aegyptiū, defendēdo eū, q iniuriā patiebatur, cū moderamine inculpatæ tutelæ. Vn̄ Ambroſ. dicit in lib. de offic.* quòd qui non repellit iniuriā à ſocio cum poteſt, tā eſt in vitio quā ille qui facit. Et inducit exemplum Moyſi. Vel pōt dici, ſicut dicit Aug. in quæſtionibus Exo.* quòd ſicut terra ante vtilia ſemina herbarū inutiliū fertilitate laudatur: ſic illud Moyſi factū vitioſū quidē fuit, ſed magnę fertilitatis ſignū gerebat, in quantū. ſ. erat ſignū virtutis eius, qua populū liberaturus erat. De Phinees autē dicēdū eſt, quòd ex inſpiratione diuina, zelo Dei cōmotus, hoc fecit. Vel quia, licet nondū eſſet ſūmus Sacerdos, erat tamen filius ſummi Sacerdotis: & ad eum hoc iudiciū ptinebat, ſicut & ad alios iudices, q b⁹ hoc erat præceptū. *Li.1.c.36. tom.1. Li.2.c.2. tom.4. & lib.22.cōtra Fauſtum c.70 tom.6.*

¶Ad tertiū dicēdū, qđ poteſtas ſecularis ſubdit ſpirituali, ſicut corpus animæ. Et ideo nō eſt vſurpatū iudiciū, ſi ſpiritualis Prę latus ſe intromittat de tēporalib⁹, quātū ad ea, in q b. ſubditur eis ſecularis poteſtas, vel q̄ ei à ſeculari poteſtate relinquunt.

¶Ad quartum dicendū, quòd habitus ſcientiæ & iuſtitiæ ſunt perfectiones ſingularis perſonæ. Et ideo per eorum defectum, non dicitur vſurpatum iudicium, ſicut per defectum publicæ autoritatis, ex qua iudicium vim coactiuam habet.

QVÆSTIO SEXAGESIMAPRIMA

de partibus iuſtitiæ, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderādū eſt de partib. iuſtitiæ. Et primo de partib⁹ ſubiectiuis, q̄ ſunt ſpecies iuſtitiæ. ſ. diſtributiua & cōmutatiua. Scđo de partib⁹ quaſi ītegralib. Tertiò, de partib⁹ quaſi potentialib⁹. ſ. de virtutibus adiunctis.

¶Circa primū occurrit duplex cōſideratio. Prima, de ipſis iuſtitiæ partib⁹. Secunda, de vitiis oppoſitis. Et quia reſtitutio videtur

Infra art. 6. cor. prudentes, ad cauendū, cuſtodiendum, ac prouidendum. Quod enim cauet, cuſtodit ac prouidet in maiori malo, conſequens eſt vt magis valeat in minori, vt in litera dicitur. Et ex iſta regula Prælati debent ſubditos ſubditaſque ex dubiis factis, non malitiæ arguere, aut punire: ſed bonam de eis opinionem vt prius habere, & tamen cautelas, cuſtodias, remediáque adhibere acſi mali eſſent: *Li.6.cap. o.* prouide tamen ne aliquid fiat, quod famæ proximi deroget. Hoc enim eſſet iniuriari illi: quod in dubiis vitandum eſſe dictum eſt.

¶Super Quæſtionis ſexageſimæ Articulum ſextum.

ca.31.to.1. OMiſſo art.5. de cuius materia quo ad ſubditos, in præcedenti libr. dictum eſt in 6. Art. in reſponſione ad tertium aduerte quòd Autor ex Decretali, Solitæ benignitatis. de maio. & ob. aſſumens id, quod poteſtas *Art. 1. huius q.* temporalis ſubditur ſpirituali, ſicut corpus animæ, duos modos aſſignat, quibus poteſtas ſpiritualis intromittit ſe de temporalibus. Quorū primus cōuenit poteſtati ſpirituali ex natura ſua. *Q.57.art.* Secundus autem conuenit ei ex alio, ſcilicet ex ipſa ſeculari poteſtate.

¶ Ad euidentiam autem aſſumpti, ſcito ex ſecundo de Anima: quod anima præeſt corpori triplici genere cauſæ. ſcilicet effectiue, quia efficit corporeos animalis motus. Formaliter, quia eſt illius forma. Finaliter, quia corpus eſt propter animam. Et ſimile eſt proportionaliter de poteſtate ſpirituali reſpectu poteſtatis ſecularis. Et ſiquidem, vt forma illius, & mouens, & finis. Manifeſtū eſt enim *Q.57.art. 2.*1.2.q. 95.ar.21.* quod ſpirituale eſt formale reſpectu corporalis: ac per hoc poteſtas diſponens de ſpiritualibus eſt formalis reſpectu poteſtatis diſponentis de ſecularibus quæ corporalia ſunt. Indubiè quoque liquet, quòd corporalia & temporalia ſunt propter ſpiritualia & æterna, atque ad illa ordinantur vt ad finem. Et quoniam altior finis altiori agenti, mouenti atque dirigenti reſpondet, conſequens eſt vt poteſtas ſpiritualis, quæ circa ſpiritualia vt primum obiectum verſatur, moueat, agat atque dirigat poteſtatem ſecularem, & quæ illius ſunt, in ſpiritualem finem. *In Dig. vet. lib. 1. tit..3. leg. 24.* Et ex hoc patet, quod ſuapte natura poteſtas ſpiritualis præcipit poteſtati ſeculari ad finē ſpiritualem. *Supra ar. 2. cor. & infra q. 67. art.1. & 4. diſt. 17.q.3.ar. 3.q.4. & di. 48. q. 1.ar. 1.co.* Hæc enim ſunt in quibus poteſtas ſecularis ſubditur ſpirituali. Hanc ſpecificationem intendit litera per illa verba, quantum ad ea in quibus ſubditur ei ſecularis poteſtas. Denotauit enim per hoc Autor, quod poteſtas ſecularis nō omnino ſubdit poteſtati ſpirituali. Propter quod magis obediendū eſt in ciuilibus rectori ciuitatis, & in militaribus duci exercitus quàm Epiſcopo, qui de his non ſe habet impedire, niſi in ordine ad ſpiritualia: ſicut nec de cæteris temporalibus. Sed ſi contingeret aliquid in horum detrimentum ſpiritualis ſalutis occurrere, Prælatus diſponens de his prohibendo vel præcipiendo propter ſpiritualem ſalutem, non ponit falcem in meſſem alienam: ſed propria vtitur autoritate. Quoniam quo ad hæc ſubduntur omnes poteſtates ſeculares poteſtati ſpirituali: & ſic patet vltra Aſſumptum etiam primus modus quo poteſtas ſpiritualis iudicat de temporalibus. *art.2.* Secundus autem, ſcilicet ex conceſſione poteſtatis ſecularis, ſatis clare patet in Prælatis habētibus vtramque iuriſdictionem in multis locis ex donationibus Principum. *ar. præce.*

eſſe actus cōmutatiuæ iuſtitiæ, primo conſiderandum eſt de diſtinctione iuſtitiæ commutatiuæ & diſtributiuæ. Secundo de reſtitutione.

¶Circa primū quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrū ſint duæ ſpecies iuſtitiæ, ſcilicet iuſtitia diſtributiua & cōmutatiua. ¶Secundo, vtrū eodem modo in eis medium accipiatur. ¶Tertio, vtrum ſit earum vniformis vel multiplex materia. ¶Quartò, vtrum ſecūdum aliquam earum ſpecierum, iuſtum ſit idem quod cōtrapaſſum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum conuenienter ponantur duæ ſpecies iuſtitiæ, ſcilicet commutatiua & diſtributiua.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod inconuenienter ponantur duæ ſpecies iuſtitiæ, iuſtitia diſtributiua, & commutatiua. Non enim poteſt eſſe iuſtitiæ ſpecies, quod multitudini nocet, cùm iuſtitia ad bonum commune ordinetur. Sed diſtribuere bona cōmunia in multos, nocet bono communi multitudinis: tum quia exhauriuntur opes communes: tum etiam quia mores hominū corrumpūtur. Dicit enim Tulli. in li. de Offi*. Fit deterior qui accipit, & ad idem ſemper expectandum paratior. Ergo diſtributio non pertinet ad aliquām iuſtitiæ ſpeciem.

¶2 Prēt. iuſtitiæ actus eſt reddere vnicuique qđ ſuū eſt, vt ſuprà habitū eſt*. Sed in diſtributiōe nō reddit alicui qđ ſuū erat, ſed de nouo appropriat ſibi id qđ erat cōmune. Ergo hoc ad iuſtitiā non ptinet.

¶3 Præterea, Iuſtitia non ſolū eſt in principe, ſed etiam in ſubditis, vt ſupra habitum eſt*. Sed diſtribuere ſemper ad principem pertinet. Ergo diſtributiua non pertinet ſemper ad iuſtitiam.

¶4 Præterea, Diſtributiuū iuſtū eſt bonorū cōmunium, vt dicitur in 5. Ethi*. Sed communia pertinēt ad iuſtitiā legalem. Ergo iuſtitia diſtributiua non eſt ſpecies iuſtitiæ particularis, ſed iuſtitiæ legalis.

¶5 Præterea, vnū & multa non diuerſificant ſpeciem virtutis. Sed iuſtitia cōmutatiua conſiſtit in hoc quod aliquid redditur vni, iuſtitia vero diſtributiua in hoc quòd aliquid datur multis. Ergo non ſunt diuerſæ ſpecies iuſtitiæ.

¶SED CONTRA eſt quod Philoſophus in 5. Eth*. ponit duas partes iuſtitię, & dicit quod vna eſt directiua in diſtributionibus, alia in commutationibus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut dictū eſt*, iuſtitia particularis ordinatur ad aliquā priuatā perſonā, quæ cōparatur ad communitatē, ſicut pars ad totum. Poteſt autē ad aliquā partē duplex ordo attēdi. Vnus quidē partis ad partē, cui ſimilis eſt ordo vni⁹ priuatæ perſonę ad aliam. Et hunc ordinem dirigit cōmutatiua iuſtitia, quæ cōſiſtit in eis quæ mutuo ſunt inter duas ꝑſonas adinuicē. Ali⁹ ordo attendit toti⁹ ad partes. Et huic ordini aſsimilatur ordo eius, qđ eſt cōmune ad ſingulas perſonas, quē quidē ordinē dirigit iuſtitia diſtributiua, quæ eſt diſtributiua communiū ſecundū proportionalitatē. Et ideo duæ ſunt iuſtitiæ ſpecies, ſ. diſtributiua & commutatiua.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut in largitionibus priuatarū perſonarum commendatur moderatio, effuſio vero culpatur, ita ēt in diſtributione communiū bonorū eſt moderatio ſeruāda, in quo dirigit iuſtitia diſtributiua.

¶Ad ſecundum dicendū, quod ſicut pars & totū quoddammodo ſunt idem: ita id quod eſt totius, quodammodo eſt partis. Et ita cum ex bonis communibus aliquid in ſingulos diſtribuitur, quilibet aliquo modo recipit quod ſuum eſt.

¶Ad tertium dicendū, quod actus diſtributionis, qui eſt cōmunium bonorū pertinet ſolum ad præſidentem cōmunibus bonis. Sed tamē iuſtitia diſtributiua eſt & in ſubditis quibus diſtribuit, inquantum ſ. ſunt contēti iuſta diſtributione. Quamuis etiam diſtributio quandoque fiat bonorum communiū, non quidem ciuitati, ſed vni familiæ, quorum diſtributio fieri pōt autoritate alicuius priuatæ perſonæ.

¶Ad quartū dicendū, quòd motus accipiunt ſpeciē à termino ad quem. Et ideo ad iuſtitiā legalem pertinet ordinare ea quæ ſunt priuatarū perſonarū in bonum cōmune. Sed ordinare ecōtrario bonum cōmune ad perſonas particulares per diſtributionem, eſt iuſtitiæ particularis.

¶Ad quintū dicendū, quod iuſtitia diſtributiua & cōmutatiua nō ſolū diſtinguūtur ſecundū vnū & multa, ſed ſecundum diuerſam debiti rationem. Alio enim modo debetur alicui id quod eſt commune, alio modo id quod eſt proprium.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum medium eodem modo accipiatur in iuſtitia diſtributiua, & commutatiua.

AD SECVNDVM ſic ꝓceditur. Videtur q; mediū eodē modo accipiatur in iuſtitia diſtributiua, & commutatiua. Vtraque enim ſub iuſtitia particulari cōtinetur, vt dictū eſt*. Sed in omnibus temperantiæ vel fortitudinis partibus accipitur vno modo medium. Ergo etiā eodem modo medium eſt accipiendū in iuſtitia diſtributiua & cōmutatiua.

¶2 Præterea, Forma virtutis moralis in medio cōſiſtit, qđ ſecundū rationem determinatur. Cum ergo vnius virtutis ſit vna forma, videtur quod in vtraque ſit eodem modo medium accipiendum.

¶3 Præterea. In iuſtitia diſtributiua accipitur medium, attendendo diuerſam dignitatē perſonarū. Sed dignitas ꝑſonarū attēditur etiam in commutatiua iuſtitia, ſicut in punitionibus. Plus enim punitur, qui percutit principem, quā qui percutit perſonam priuatam. Ergo eodem modo accipitur medium in vtraque iuſtitia.

¶SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in 5. Ethic*. q; in iuſtitia diſtributiua accipitur medium ſecundum geometricam proportionſtm, in commutatiua autem ſecundum arihmeticam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut dictum eſt,* in diſtributiua iuſtitia datur aliquid alicui priuatæ perſonę: inquantum id quod eſt totius, eſt debitum parti. Quod quidem tanto maius eſt, quanto ipſa pars maiorem principalitatem habet in toto. Et ideo in diſtributiua iuſtitia tanto plus alicui de bonis communibus datur, quanto illa perſona maiorem habet principalitatem in communitate. Quæ quidem principalitas in ariſtocratia communitate attenditur ſecundum virtutem, in olicratia ſecundum diuitias, in democratia ſecundum libertatem, & in aliis aliter. Et ideo in iuſtitia diſtributiua non accipitur medium ſecundum æqualitatem rei ad rem, ſed ſecūdum proportionem rerū ad perſonas, vt ſcilicet ſicut vna perſona excedit aliam, ita etiā res, quæ datur vni perſonæ, excedit rem, quæ datur alij. Et ideo dicit Philoſophus* quod tale mediū eſt ſecūdū geometricam ꝓportionē: in qua attēditur æquale, non ſecundū quantitatē ſed ſecundū ꝓportionē. Sicut ſi dicam⁹, q; ſicut ſe habēt ſex ad quatuor, ita ſe habent tria ad duo, qa vtrobiq; eſt ſexqaltera ꝓportio, in qua mai⁹ habet totū minus, & mediā partē ei⁹. Nō aūt eſt æqualitas exceſſus ſecūdū quantitatē, qa ſex excedūt quatuor in duobus: tria vero excedunt duo in vno. Sed in commutationibus redditur ali- *lib.5. Eth. cap.3 to.5.*

¶ Super Quæſtionis ſexageſimæprimæ Articulum primum.

IN art. primo quæſtionis ſexageſimæprimæ nota, quod iuxta triplicem ordinem inuentum in aliquo loco, triplex ſpecies iuſtitiæ inuenitur. Inuenitur ſiquidem ordo partium inter ſe, & ordo totius ad partes, & ordo partium ad totum. Et ſimiliter iuſtitia triplex, legalis, diſtributiua & cōmutatiua. Legalis enim dirigit partes ad totū: diſtributiua vero totū ad partes: cōmutatiua, demū partes inter ſe. ſed hæ duæ vocantur iuſtitiæ particulares, illa generalis. *1. q. 21. art.1.corp. Et diſt. 33.q.3.ar. 4.q.5. & 4. diſtin. 46. q. 1. art.1.q.1.*

¶ In eodem articulo in reſponſione ad tertiū & quintū aduerte diligenter, quā diuerſimode inueniātur hęc duo. ſ. ſuum & debitū in iuſtitia diſtributiua & commutatiua. *Lib.2.ca. Quatenus ad conciliandum. & capit. Duplex liberalitatis genus.* Nā in cōmutatiua datur cuique ſuū ſimpliciter: vt patet in reſtitutionibus, & ſolutionibus: in diſtributiua vero datur cuiq; ſuū quodāmodo: nō em̄ idj qđ eſt toti⁹, eſt ſimpliciter partis: ſed eſt aliquo mō partis. *q.58.art. 11.* Et ſimiliter in cōmutatiua, debitū eſt alicui, qa ꝓpriū: in diſtributiua vero, qa cōe. Et hæc differunt formaliter, quia propriū debetur alicui loco accepti ab eo ſponte vel inuite, alioquin in dāno remaneret. *1.2.q 58. art.6. & 1.5.& 6.* Commune vero eſt debitum alicui ex hoc ſolū, qđ pars eſt illi⁹, & tanta portio debetur, *ca.2.&3.* quia talis pars. Et hæc ꝓ materia reſtitutionis, quādo iuſtitia diſtributiua violatur, oportet prę oculis habere.

¶ Super Quæſtionis ſexageſimæprimæ Articulum ſecundum.

IN artic. ſecundo eiuſdem quæſtionis ſcito, quòd morali propoſito non videtur expedire, vt res claras inuoluamus. *cap.2.* Dico autē hoc, quia conſtat q; iuſtū in diſtributionib⁹ eſt ęquale ſecundū ꝓportionē & in commutationib⁹ æquale ſecundū quātitatē: *q.58.ar.8.* vt. ſ. res, quæ diſtribuuntur, ita ſe habeāt inter ſe, ſicut perſonæ quibus diſtribuuntur, ſe habent inter ſe: & res quæ cōmutātur, ſint ęquales quātitatiuè. Nec eſt opus diſputare an ęquale medium ſit, conſtat enim qđ eſt mediū inter plus & minus. Quare autē æquale proportionaliter dicatur ſecundū proportionalitatem geometricā, & æquale quantitatiuum ſecūdum proportionalitatē arithmeticā, diſcutere & declarare, eſt inuoluere quodāmodo intellectū moralē, & ideo pertranſeo: in 5. enim Ethi. potes rationem Ariſtotelis de hoc inſpicere.

¶ In reſponſione ad tertiū, dubiū occurrit ad hominē: quia Autor in tertio ſententiarum, diſtinctione trigeſima tertia, quæſtione prima art. 3. quæſtione ſecunda, ad tertium, vult q; vtraque iuſtitia, diſtributiua. ſ. & & commutatiua attēdat conditionē ꝑſonę, vt redūdat in diuerſitatē rei. Et ratio eius eſt, quia vtriuſq; iuſtitię medium eſt mediū rei: hic aūt dicitur q; in iuſtitia diſtributiua conſideratur conditio perſonę ſecundum ſe: in commutatiua autē ſecundū q; per eā diuerſificatur res. Quomodo, ſtant hæc duo ſimul? ¶Ad hoc dicitur, quòd licet facile dici poſſit, q; ſententia illa correpta fuit hic: ſaluari tamen vtraq; affirmatio poteſt, ſ. q; cōditio perſonæ in iuſtitia diſtributiua attēditur ſecundū ſe & ſecūdū quod in diuerſitatem rei redundat. Conſiderādum eſt enim quòd in rebus commutandis vel diſtribuendis concurrūt duo, ſ. quātitates earū, & forma æqualitatis. Oportet enim res eſſe quantitatiuè vel proportionaliter, vt dictū eſt. Commune eſt autē vtrique iuſtitiæ vt conditio perſonæ, ſi conſiderāda venit, quantitatem rei augeat, vel minuat, in diſtributiua enim, eo quod maiori maius, & minori minus debetur: in commutatiua vero patet de percuſſione principis. Dixi autē ſi conſideranda venit, quia in cōmutatiua non ſemper eſt conſiderānda conditio perſonę. Nihil enim refert emere à Principe vel à ciue. *Infra ar. 4.cor.fin. & 2.diſ. 27.art.3. cor. & 3. diſt.33.q. 1.art. 3.q. 2. cor. Et vir.q. 1. ar. 13. ad ſeptimū. *ar.præc.* Et quia in hoc communicant ambæ iuſtitiæ, ideo verificari poteſt affirmatio illa. Quia vero differunt in hoc quod in conſtituendo ęqualitatis formam cōmutatiua iuſtitia non attendit conditionē perſonę, ſed pręſuppoſita rei quantitate tam ex perſona, quam cuiuſcunque alterius circunſtantiæ conditione, adæquare vni rei rem alteram abſolutè quęrit. Diſtributiua vero in conſtituendo ęqualita- *cap.3.*

ar.præc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis formam, conditiones personarum assumit quasi mensuras æqualitatis rerum. Adæquat enim rem rei ex hoc, quod se habent ad inuicem, sicuti persona ad personam. Et propterea formalius hoc dictū est, quod distributiua consideratr conditionem personæ secundum se. Consideratio enim prima ad materiam est, scilicet ad quantitatem rei, ista vero ad æquationis formam.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæprimæ Articulum tertium.*

IN art. 3. nota quinque. Primo quod cōmutationes ideo dicuntur voluntariæ: quia vterque actus, s. dare & reddere, fiunt animo cōmutandi. Qui enim emit, mutuat, aut vendit, locat, & huiusmodi, dat voluntate commutādi in aliud, puta pretium, vel idem alio tēpore. Inuoluntarię autem, quia alter actus. s. damnificatio tam actiue, quam passiue (hoc est tam ab eo qui damnificat, quā ab eo qui damnum patitur) non fit animo commutandi. Qui enim furatur, percutit, cōuitiatur, aut huiusmodi aliquid facit, non facit vt illi reddat, aut reddatur sibi æquiualēs aliquod, & qui damnū patitur, nulli commutationi inhæret. Et propterea solus alter actus. s. reddere, fit animo commutandi pro damno. Inter voluntarias ergo & inuoluntarias cōmutationes, hæc est differentia, quòd illę habent rationem cōmutationis in vtroque actu ex animo operantis, istæ vero in altero tantum. Et ex hoc sequitur, quod in illis ratio commutationis est voluntaria, quia vtrinque: in istis vero ratio commutationis est inuoluntaria, quia contra voluntatē damnificantis vt sic. Non enim potest cōmutationis ratio saluari in vno extremo tantum, sed oportet quod commutatur, cum altero commutari, quod cōmutatur in illud. Sed cōmutationis relatio in actum dānificantis contra volūtatem suam deuenit. Et propterea inuoluntariæ dicuntur commutationes tales.

¶ Secundo, quod voluntariū & inuoluntarium ideo distinguunt cōmutationes, quia diuersificāt rationem iusti. Nam in commutationibus voluntariis vna tantum est rō iusti s res quæ datur. In cōmutationibus aūt inuoluntariis dupliciter est rō iusti, s. damnum & iniuria, quę sit nō voleti.

Cap. 2. ¶ Tertiò, q inuoluntarię commutationes distinguuntur in occultas & manifestas, quia alia est ratio inuolūtarij, quando occultè: & alia, quando manifestè patitur. Cùm enim occultè quis patitur, est voluntarium quasi per ignorantiam, iuxta illud, Si sciret pater familias, qua hora fur venīret, &c. Cùm verò manifestè patitur, violentia adhibetur, & sic est inuoluntarium per violentiam. Rursus, licet vtrobiq; fiat iniuria patienti, quia cōtra voluntatē suam damnificatur: tamen quādo manifesta est aggressio, irrogatur ignominia, quædā patiēti, quæ non irrogatur in occulta. Nam dū malanobis coram inferuntur, despicimur, nec nostri rō habetur, quā occultè offendens, habere videtur: vt patet in contumelia & detractione, rapina & furto.

Lib. Ethic. cap. 2.

quid alicui singulari personę, ppter rem eius, quæ accepta est, vt maximè patet in emptione venditione, in quibus primo inuenitur ratio commutationis. Et ideo oportet adæquare rem rei: vt quanto iste plus habet, quam suū sit de eo, quod est alterius, tantūdem restituat ei, cuius est. Et sic fit æqualitas secundum arithmeticam medietatem, quæ attenditur secundum parem quantitatis excessum: sicut quinque est mediū inter sex & quatuor: in vnitate enim excedit & exceditur. Si ergo à principio vterq; habeat quinque, & vnus eorum accepit vnū de eo, quod est alterius, vnus. s. accipiēs habebit sex, & alij relinquentur quatuor. Erit ergo iustitia, si vterque reducatur ad medium, vt accipiatur vnum ab eo, qui habet sex, & detur ei, qui habet quatuor. Sic enim vterque habebit quinq;, qd est medium.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd in aliis virtutibus moralibus accipitur medium secundum rationem, & non secundū rem. Sed in iustitia accipitur medium rei: & ideo secūdum diuersitatem, rerum, diuersimodè medium accipitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd generalis forma iustitię est æqualitas, in qua conuenit iustitia distributiua cum commutatiua. In vna tamen inuenitur æqualitas secundum proportionem geometricam, in alia secundum arithmeticam.

¶ Ad tertium dicendū, quòd in actionibus & passionibus conditio personæ facit ad quantitatem rei. Maior enim est iniuria, si percutiatur Princeps, quam si percutiatur priuata persona. Et ideo conditio personæ in distributiua iustitia attenditur secundum se. In commutatiua autem secundum quod per hoc diuersificatur res.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum materia vtriusque iustitiæ sit diuersa.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod materia vtriusque iustitiæ non sit diuersa. Diuersitas enim materię facit diuersitatem virtutis, vt patet in tēperantia & fortitudine. Si ergo distributiuæ iustitiæ & commutatiuæ sit diuersa materia, videtur quòd non cōtineātur sub vna virtute, scilicet sub iustitia.

¶ 2 Præterea, Distributio, quæ pertinet, ad iustitiam distributiuā, est pecuniæ vel honoris, vel aliorum quæcunque dispartiri possunt inter eos, qui communitate communicant, vt dicitur in 5. Ethi. *quorum etiam est commutatio inter personas adinuicem, quæ pertinet ad commutatiuā iustitiā. Ergo non est diuersa materia distributiuę & cōmutatiuæ iustitię.

¶ 3 Præterea, Si sit alia materia distributiuæ iustitiæ, & alia materia commutatiuę propter hoc, quòd differunt specie, vbi non erit differentia speciei, non debebit esse materiæ diuersitas. Sed Philosophus *ponit vnam speciem commutatiuæ iustitię, quæ tamen habet multiplicem materiam. Non ergo videtur esse multiplex materia harum specierum.

¶ Quartò, q in litera inter inuoluntarias commutationes non computatur exitium nec vsura: non quia ista extra hoc genus sunt, sed quia ad numerata in litera spectant. Exilium quidem ad incarnationē pertinet propter loci circumscriptionem, qua fit exul. Vsura vero ad iniustam venditionem spectat. Venditur enim aut idem bis, aut quod non est, vt inferius in tractatu de vsura patet.

¶ Quinto, quòd numerus commutationum in litera, & in 5. Eth. non est vniformis. Aliquæ enim ibi numerantur, vt aquæ deriuatio, & vinculatio, quę non numerātur hic: & econtra quædam numerantur hic, vt mutilatio & detractio, quę non exprimuntur ibi. Et ratio videtur, quia neuter intendit numerare integraliter species commutationū: sed distinguere sic, vt facile possit quis percipere omnes permutationū species ex enumeratis. Tā enim ex his, quę ibi quàm ex his quę hic dicuntur, apparent quæ sunt in his generibus computanda.

Cap. 2.

Ar. 1. & 9. 58. ar. 9. ad 2. & ar. 10.

¶ In eodem tertio ar. dubiū accidit circa calcem articuli de qua specie Autor loquitur quum dicit, omnes cōmutationes vo luntarias ad vnā iustitiæ specię pertinere: an. s. de specie specialissima, an de subalterna. Et est rō dubij, quia in 5. Ethi. Aris. distinguit iustitiam particulare in distributiuam & cōmutatiuā, & cōmutatiuam in duas partes, quia cōmutationes sunt duplices, s. voluntariæ, & inuolūtariæ. Multitudo quoque vitiorum oppositorum idē attestari videtur, opponūtur nanq; huic iustitiæ homicidiū, rapina, furtum, cōtumelia, detractio, &c. in oppositum autem videtur hæc litera.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quum iustum commutatiuū cōsistat formaliter in æqualitate rei ad rem, & actus cōmutatiuæ iustitiæ sit dare vel reddere æquiualens, & nihil horum varietur nisi materialiter, p reddere æqualēs in tali vel tali materia, cōsequēs est quod propter diuersitatē materiæ, non multiplicatur specie iustitia cōmutatiua. Maximè aūt apparere posset quòd variaret speciem iustitiæ, reddere æquiualens volūtarię vel inuitæ cōmutationi, ita quod alia sit species iustitiæ reddens æquale commutatiuæ, puta venditioni, & alia reddēs æquale inuitę, puta rapinæ: quia hic formalis interuenit differentia cōmutationis. Sed si quis consideret, q differentiæ diuisiuæ generis & constitutiuæ specierum, oportet q sint differētiæ per se, & non per accidēs, & q differentiæ per se sūt quæ sunt diuersificatiuę generis, vt patet 7. Metaphysic. & quod adęquatio rei ad rem, non diuersificatur p hoc, quòd redditur voluntario vel inuoluntario: tantundem enim & secundum eandem formam æqualitatis redditur voluntario & inuoluntario: sed (ad solam enim adæquationem rei ad rem spectatur vtrobique) videbit quòd differentia hæc per accidens concurrit ad oppositum. Ad dictum autem Arist. dicitur quòd ipse non dixit esse duas species, sed duas partes, non propter

petet virtutis differentiam formalem, sed propter notabilem diuersitatem materialem: quia. Cùm vna concurrunt duo recompensanda, in altera vnum. In commutationibus enim voluntariis sola res venit adæquanda: in inuoluntariis autem damnum est offensa, quia contra voluntatem, vt dictum est. Adæquare autem oportere vnum vel duo, non variant species adæquationis, vt patet, dūmodo seruetur eadem æqualitatis forma, vt in his est. Multitudo quoq; vitiorum oppositorū signum nō est multitudinis virtutis oppositæ, quū malum omnifariā, & ex singularibus defectibus cōtingat, bonum autem non, sed ex integra causa. Est ergo iustitia commutatiua vna species specialissima, & similiter, distributiua vna alia species specialissima, propter eandē rationē: quia, s. suam vnicam adæquationis formam operatur diuersam formaliter ab æqualitate commutatiuæ, vt patet ex supradictis.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæprimæ Articulum quartum.*

IN titul. art. 4. aduerte quod ex Pythagoricis, & Rhadamantho legislatore, ac disputatione 5. Eth. processit articulus iste. Significat autem in proposito contra passum tātum damnificari, quantum damnificauit: tantum pati, quantum egit: tantū soluere, quantum accepit: & huiusmodi. Et hoc in quæstionem vertitur, An seruare contrapassum, sit seruare iustitiā, ita quòd idem sint.

¶ In corpore art. no. primo quod contrapassum potest dupliciter intelligi. Primo secundū identitatē speciei: vt s. patiatur quis idē specie quod egit, puta animā pro anima, oculū pro oculo. Et sic respondendū est quæstioni negatiuè, quòd. s. iustum cōmutatiuum & contrapassum non sunt idē, vt patet ex incōuenientibus allatis in litera.

5. Ethic. lect. 8.

¶ Secūdo, secundū æqualitates quantitatis vt. s. tanta sit passio, quanta fuit, vel est actio, quantumcunque diuersarum specierum vel generum sint actio & passio, puta pati in bonis exterioribus, pro læsione illata in bonis corporis: vt si percussit, soluat tātum læso & tantū curiæ, &c. & sic extēso cōrapassi & passionis nomine ad omnes cōmutationes, cōtrapassum est idē quod iustum cōmutatiuū, vt in litera concluditur. Et ex hac distinctione habes vnde dicta negantiū, vel affirmantiū iustū de contrapasso saluare poteris.

¶ Nota secūdo, quod vti æqualitate proportionali, cōtingit dupliciter. Primo vt forma iusti: ita q ipsum iustum cōsistat in huiusmodi æqualitate, & sic iustitia distributiua vtitur æqualitate proportionali, & in hoc differt à iustitia commutatiua, quæ vtitur æqualitate quātitatiua, vt forma iusti. Secūdo, vt modo perueniendi ad quantitatem rei, vt sit æqualis alteri rei: & sic iustitia commutatiua vtitur æqualitate proportionali in cōmutationibus rerum, vt dicitur hic & in 5. Ethic. vt si domificator debeat cōmutare domum, quæ est opus suum, calceo, quod est opus cerdonis: oportet quo dita se habeat cerdo ad calceum sicut domificator ad domū: ac per hoc tot calceos det pro cōmutatione quot æquiualeant domui. Constat enim quod proportionalis in proposito non est forma iusti, sed via ad quantitatem æqualem rerū, in qua æqualitate consistit forma iusti. Vnde numismate loco rei vtimur, vt facilius æqualitas cōmutationū fiat. Vendit siquidē cerdo tot calceos, & nūms inde habitis adæquat domum, quā emit.

Cap. 5.

¶ In responsione ad primū eiusdē art, dubiū occurrit ad hominem, quia Autor in 1. part. q. 21. art. 4. & similiter in 1. art. dist. 46. quarti senten, negat in Deo iustitiam cōmutatiuam: in hoc vero loco dicit ad rationē commutatiuæ iustitiæ spectare recompensare præmia meritis, & supplicia peccatis. Quomodo stāt hæc duo simul?

¶ Ad hoc dicitur, quod proculdubio inter Deū & creaturam non potest esse iustitia cōmutatiua, multo minus quàm inter dominum & seruum. Quoniā Deus nihil non suum potest à nobis accipere, vt teneatur reddere: neq; nos æquiualens acceptis possumus reddere. Punitio vero peccatorum ad distributiuam iustitiam Dei pertinet, qua vnamquanque vniuersi partēin sibi debito loco constituit ac saluat: iuxta illud Actuū primo, de Iuda scriptū. Vt abiret in locum suum. Et licet diuinum iudiciū distributiuæ suæ iustitiæ sit actus, occurrit tamen in eo quidā modus cōmutatiui iusti, pro quāto res pro re datur, puta præmium pro merito, & pœna pro offensa: cuius signū est, quòd pœna circa condignū, & præmiū vltra condignum datur. Forma autem iusti commutatiui, æqualitas simpliciter est. Vnde nō sibi inuicem aduersantur dicta hic & alibi. Sed alibi remouetur à Deo iustitia cōmutatiua propriè dicta: hic vero ponitur, quod Deus in quibusdā suis operibus modū aliquē iustitiæ commutatiuæ obseruat: ita quòd distributioni modū quēdam cōmutationis immiscet. In cuius signū patet familias qui dixerat, Voca operarios, & red de illis mercedem (quod ad commutatiuæ spectat) subdidit daræ mercedis rationē: An non licet mihi quod volo facere? q̄d ad distributionē iuxta suę volūtatis dignificationem spectat. Ille quidem est cuiusque per sonæ gradus, quo eū diuina voluntas donat. Ac per hoc nouissimū æqua lę primo reddidit in dignitate, q minor erat in labore; quia ei cōplacuit. Et sic eque dignis æqualia distribuit, vt sic pares facere, fuerit liberalis distributionis, contra quam alij murmurabant, reddere autem iam factis parib. parta,

Q. 58. art. 3. & 1. 2. q. 6. art. 5 & q. 24 art. 3.

ar. 2.

iustæ distributionis fuerit.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsecundæ Articulum primum.*

IN art. 1. q. 62. in responsione ad secundum, dubium occurrit: quia cùm distributio respiciat debitum vt commune, recompensatio autem secundum æqualitā

Universidad de Deusto Biblioteca

æqualitatem rei ad rem, respiciat debitum vt proprium (quia illa ad distributiuam, ista ad commutatiuam iustitiam spectat) quomodo sine applicatione communis boni ad hunc, quæ fit per distributionis actum, qui in casu proposito omissus supponitur, ex communi factum est proprium seu ex debito vt commune, factum est debitum vt proprium. Oportet autem esse debitum vt propriú, quicquid est debitum secundum cõmutatiuam iustitiã: ac per hoc quicquid debet restitui, quia restitutio actus est cõmutatiuæ iustitiæ. Quomodo ergo verificari põt quod in litera dicitur, quod restitutio cõpensatio, quã facit distribuẽs ei, cui dedit minus quam debuit, sit per comparationem rei ad rem? Nam ex hoc quod distribuens, minus dedit, quam debuit de cõmuni, sequitur quod nõ applicauit illud quod debuit huic. Et si nõ applicauit huic, ergo non est proprium huius. Et si non proprium, ergo non est restituendum secundum æqualitatem rei ad rem, vt s. quantũ defuit, tantũ habeat: cuius oppositum in litera dicitur.

¶ Ad hoc licet possit prima facie dici, quod falsum est distributionis actũ in casu posito omissum esse: quia litera non dicit, Recõpẽsatio quam facit distribuens ei, cui non dedit quod debuit: sed dicit, Ei cui minus dedit, vbi assimatur dedisse ei aliquid & negatur quantitas debita.

Infrà art. 2. & 5. corp.

¶ Sed hoc friuolum est quia si cui debẽtur centum, & dedit quinquaginta, tenetur recõpensare quinquaginta: si nihil dedit, tenetur recompensare cẽtum, alioquin melioris conditionis efficeretur distribuens pecunias operando, s. priuãdo aliquẽ toto, quãm si priuaret illum vna parte. Aliter posset dici quod Autor loquitur de distribuente, non de distributore. Ita quod distribuẽs ex hoc ipso quòd distribuit, seu quòd idem est, posito quod distribuat: tenetur æqualia æqualibus dare. Et si nõ dat alicui, tenetur illi ad restitutionem totius illius quod non dedit illi. Et sic falsum quoque est dicere distributionis actum in oppositum omitti.

¶ Sed & hoc insufficiens est: quia secundum hoc distributor boni cõmunis qui nunquam distribueret partibus communitatis, sed omnia vsurparet, vel aliis daret, non teneret partibus cõmunitatis ad restitutionem. Et sic ex aliena tyranni de partes communitatis non solum lederentur in facto, sed in iure: quia nec data illis essent quæ sunt illis debita, nec etiã ius repetendi haberent.

¶ Dicendum est ergo, qđ sue distributio fiat, sive non, dummodo res distribuendæ adsint, & tempus distribuendi vrgeat, cæteris conditionibus requisitis concurrentibus sine impedimento, distributor tenetur ad faciendum de communi proprium parti cuilibet secundum suam proportionem. Et quia tenetur ad hunc actum respectu cuiuslibet partis, ideo omnibus & singulis partibus tenetur ad recompensandum tantum quantum non dedit alicui de portione sibi debita. Et hoc quia omissa applicatio illius portionis ad hunc, damnificauit illum in proprio, non quod erat proprium auferendo, sed, ad quam tenebatur, appropriationem auferendo.

¶ Deinde, ad dubium dicitur, quod licet debitum vt proprium absolutè sit suum vel loco sui, respectu tamen alicuius est etiam debitum vt proprium illud, quod quis tenebatur facere suum & non fecit. Hoc enim est vt proprium debitum non absolutè, sed ab illo, qui tenebatur facere proprium illi. Et sic licet valeat argumentũ. Non est proprium, ergo non est restituendũ secundum æqualitatẽ, absolutè loquẽdo, non valet tamen respectu distributionis: quia tenetur ad appropriationem. Sed oportet dicere qp nõ est propriũ, nec distributor tenebatur ad appropriandũ hoc illi, ergo non est restituẽdum æquale. Sed tunc assumptum est falsum pro secunda parte, vt dictum est. Et sic patet quo modo ex debito vt commune, factum est debitum vt propriú ab hoc: quia dãnificatio quam fecit distributor, omittendo appropriationem, ad quam tenebatur, fecit de debito, vt commune, debitũ vt proprium non simpliciter, sed ab hoc, scilicet distributore, qui tenebatur.

¶ Et ex his patet decisio casus, s. quòd si deberent in aliqua republ. prouentus damni distribui conscriptis ciuibus singulis annis, distributor autem occupasset prouẽtus annis tribus, & postmodũ pœnitentia ductus restituere reipubli. eosdem, non deberet summa ista distribui ciuibus conscriptis in quarto anno: sed prouẽtus primi anni deberet distribuere ciuibus cõscriptis primi anni: & sic deinceps. Et si aliquis eorum esset defunctus, tenetur dare hæredibus illius. Et hoc, quia ipse damnificauit illos indiuidualiter, non appropriando, sicut tenebatur. Secus autem esset, si prouentus illi fuissent ab hoste, aut alio occupati: quia ipse hostis nõ tenetur ad appriandum communia huic vel illi. Et propter ea non læsit singulos, nisi lædendo communitatẽ, à qua aufert. Diffusior autem erit inferius sermo in sequenti art. de obligatis ad restituendum ratione distributiui iusti violati ad distributionem beneficiorum ecclesiasticorũ, vbi prædicta latius repetentur applicata ad materiam illam.

4. dist 15. q.1. art.8. quæst.2. Et q.12. ar.2.6.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum secundum.*

IN artic.1. & 2.q.62.no. quòd codices circa principium corporis articuli secundi corrupti sunt. Deficit siquidẽ manifestè ibi causa, ex qua sequitur, Et ideo restituere importat reddition illius rei, quæ iniustè ablata est. Vnde quæren dus est codex rectus: ego esn hactenus nõ inueni. Quicqd tamen de litera sit, euidens est qđ restitutio importat actũ iustitiæ cõmutatiuæ, qui est reddere rẽ acceptã, siue sit acceptа iniustè vt in furto & iniuriis: siue sit accepta ex volũtate domini, vt in mutuo & similibus, vt in 1. dicitur art. Restitutio tamen habens pro materia rem ablatã, versatur tantũ circa rem iniustè ablatam, vt in 2. art. litera probat: quia ablatum oportet aut iustè, aut iniustè ablatũ esse. Et iustè non est restituẽdum: qm hoc esset contra æqualitatẽ iustitiæ. Si iniustè, æqualitas iustitiæ exigit, vt restituat, intelligo ergo literã 2. art. nõ de restitutione simpliciter, sed de restitutione ablati. Hæc enim cõtracta est ad materiã talẽ. Sablatorũ: illa aũt cõtingit se habet ad ablata, & ad sponte concessa per mutuũ, depositum, locationem, &c. Et fortè quia Autor supponit sermonem suum esse contractum ad talem materiam propter præmissum iam articuli titulum, litera non est diminuta.

¶ In eodem artic. 2. in responsione ad secundum, dubia duo occurrunt circa illud. S. quod lædens alterum in fama falsũm dicendo, tenetur ad restitutionem famæ. Primum est de eo qui indirectè lædit alterius famam, puta, denuntiatus vel accusatus negat, verum tamen est cõmisisse id de quo accusatus vel denuntiatus est. Tũc nanq; indirectè notat accusatorem seu denunciantẽ calumniæ, an iste mẽdaciter se excusans, ac p hoc alterius famam lædens teneatur ad restitutionem famæ? ¶ Secundum dubium est de læsione famæ etiam mendaciter à multo tẽpore antequam data est obliuioni. Verbi gratia Ioannes falso iactauit se quodam tempore cognouisse carnaliter talem mulierẽ: post multos autem annos iam senex Ioannes recordatus peccatorum adolescentiæ suæ, & pœnitentiam agens, quærit an teneatur ad restitutionem famæ. Et ratio dubitandi est, quia socij sui quibus hoc dixerat olim, vt postergata videntur habere & oblita, quæ fuerunt adolescentiæ: sicut & ipse euacuauit quæ erant parualli, nec mulier illa habetur minus bona, sed ipsa in antiqua propria optima fama perseuerat apud omnes.

Tex. 56.

Epist. 54. à medio. illius to. 2. & habetur 14. q. 6. c. 51. res aliena.

Ar. præ.

¶ Ad primum dubium, quod à Scot. & Richardo in 4. sent. dist. 15. tractatur cum distinctione, respondẽdum est, quod dupliciter cõtingit mentiri accusatũ vel denuntiatum. Primo in casu, quo seruato iuris ordine, tenetur fateri veritatem, & sine dubio lædit quantum in se est, famam accusantis, vel denuntiantis, si calumniatorẽ eum dicit. Quoniã, vt patet extrà, de calumniatoribus per totum, magnum crimen est accusare, vel denuntiare falsum, & magna pœna punitur. Dico autem quantum in se est, quia forte ex circumstantiis & conditionibus personarum in nullo læsa remanet fama denuntiantis, dum omnes credunt denuntiantem veracem & denũtiatum mendacem: quamuis non conuincatur. Dico quoque, si calumniatorem eum dicit: quoniam secus esset, si ex animi leuitate, vel iusto errore accusatio, vel denuntiatio potuit procedere absque calumnia. Alio modo contingit mentiri in casu, quo non tenetur fateri veritatẽ. Et sic licet dicant Scotus, & Richardus quòd iste non lædit famam accusatoris seu denuntiantis, sed ipse lædit seipsum: quia accusat vel denuntiat in iudicio ea, quæ non possunt probari in iudicio: melius tamen distinguitur quod accusator seu denuntiator dupliciter consideratur. Primo, vt accusator vel denuntiator: & sic non lædit à mentiente: quia non tenetur dicere veritatem. Secundo, prout est talis homo, & sic lædit in fama à mentiente: quoniam iste negans dicit indirectè illum hominem esse mendacem mendacio perniciosoꝰ, vt pote impositorem criminis. De obligatione ergo ad restitutionem famæ in primo casu satis clarum est si subsecuta est læsio famæ. Dico autem hoc, quia cum in nullo istorum casuum reus infidietur famæ alterius, nisi quia indirectè & per accidẽs aufert famam: quando autem est indirecta & per accidens ablatio famæ, si non sequitur effectus læsionis famæ, non habet locum obligatio ad restituendum, quoniam nec ex intensione, nec effectu fama ablata est, quamuis actus fuerit indirectè ablatiuus famæ. Consideranda est enim quid per accidens euenit in effectu, ex quo etiam causa per accidens discutitur.

¶ In secundo autem casu supradictis doctoribus videtur, quod non teneatur ad famæ restitutionem propter dictam rationem: quia scilicet accusans seu denuntians sibimet imputare hoc debet, proponendo quod non potest probare.

¶ Sed salua eorum reuerentia oppositum est verum: quoniam hic duplex malum interuenit accusantis seu denuntiantis. Primũ est, quod deficit in probatione, & hoc ipsi imputandum proculdubio est. Alterum est, quòd mendax dicitur à negante. Et hoc nulla iuris ratione actori imputatur, sed ex iniquitate negantis, qui non fuit ad mentiendum inuitatus ab actore, aut iudice, sed poterat subterfugere nec affirmando, nec negando, ex quo non tenebatur fateri. Cum igitur vterque actor scilicet & reus errauerit, neuter alterius iniuriam excusat. Nec est hic compensatio iniuriarum ad inuicem, sed vterque tenetur

cit in secundo Physic. * Sed cum aliquis impedit aliquem vt non consequatur præbendam vel aliquid huiusmodi, non videtur quod teneatur ei ad restitutionem præbendæ: quia quandoq; non posset. Non ergo restituere ablatum, est de necessitate salutis.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. dicit in Epistola ad Maced.* 14. quæst. 6. Si res aliena propter quam peccatum est, reddi possit, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si (vt dixi) restitui potest.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd restitutio, sicut dictum est, * est actus iustitiæ commutatiuæ, quæ in quadã æqualitate consistit. Et ideo restituere importat, redditionem illius rei, quæ iniustè ablata est. Sic enim per iteratam eius exhibitionem æqualitas reparatur. Si verò iustè ablatum sit, inæqualitas erit vt ei re stituatur: quia iustitia in æqualitate consistit. Cum ergo conseruare iustitiam sit de necessitate salutis, consequens est quod restituere id quod iniustè ablatum est alicui, sit de necessitate salutis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod in quibus non potest recompensari æquialens, sufficit quod recompensetur quod possibile est: sicut patet de honoribus qui sunt ad Deum & ad parentes, vt Philosophus dicit in 8. Ethic.* Et ideo quando id quod est ablatum, nõ est restituibile, per aliquid æquale debet fieri recompensatio, qualis possibilis est: puta cùm aliquis alicui abstulit membrũ, debet ei recompensare vel in pecunia, vel in aliquo honore, considerata conditione vtriusque personæ, secundum arbitrium boni viri.

Cap. vlti. to. 5.

¶ Ad secũdum dicendum, qp aliquis potest alicui famam tripliciter auferre. Vno modo, verum dicendo, & iustè: puta cum aliquis crimen alicuius prodit ordine debito seruato, & tũc non tenetur ad restitutionem famæ. Alio modo falsum dicendo & iniustè, & tunc tenetur restituere famam, confitendo se falsum dixisse. Tertio modo verum dicendo, sed iniustè, puta cùm aliquis prodit crimen alterius, cõtra ordinem debitum: & tunc tenetur ad restitutionem famæ, quantum potest, sine mendacio tamen, vt pote quod dicat se malum dixisse, vel quod iniustè eum diffamauerit. Vel si non possit famam restituere, debet ei aliter recompensare, sicut & in aliis dictum est*.

¶ Ad tertium dicendum, quod actio contumeliam inferentis non potest fieri, vt non fuerit. Potest tamen fieri vt eius effectus, scilicet diminutio dignitatis personæ in opinione hominum reparetur per exhibitionem reuerentiæ.

¶ Ad quartũ dicendum quòd aliquis potest impedire aliquem ne habeat prebendam multipliciter. Vno modo iustè, puta si intendens honorem Dei, vel vtilitatem Ecclesiæ procuret quod detur alicui per sonæ digniori: & tunc nullo modo tenetur ad restitutionem, vel ad aliquam recompensationem faciendam. Alio modo iniustè: puta si intendat eius nocumentum, quem impedit propter odium vel vindictam, aut aliquid huiusmodi: & tũc si impedit, ne præbenda detur digno, consulẽs quòd non detur, antequam sit firmatum quòd ei detur, tenetur quidem ad aliquam recompensationem, pensatis conditionibus personarum & negotij, secundum arbitrium sapientis: non tamen tenetur ad æquale, quia illam nondum fuerat adeptus, & poterat multipliciter impediri. Si vero iam firmatum sit, quòd alicui detur præbẽda, & aliquis propter indebitã causam procuret quòd reuocetur, idem est ac si iam habitã ei auferret: & ideo tenetur ad restitutionem æqualis, non tamen secundũ suam facultatem.

¶ Ad secundum dicendum, qp aliquis potest alicui famam tripliciter auferre. Vno modo, verum dicendo, & iustè: puta cum aliquis crimen alicuius prodit ordine debito seruato, & tũc non tenetur ad restitutionem famæ. Alio modo falsum dicendo & iniustè, & tunc tenetur restituere famam, confitendo se falsum dixisse. Tertio modo verum dicendo, sed iniustè, puta cùm aliquis prodit crimen alterius, cõtra ordinem debitum: & tunc tenetur ad restitutionem famæ, quantum potest, sine mendacio tamen, vt pote quod dicat se malum dixisse, vel quod iniustè eum diffamauerit. Vel si non possit famam restituere, debet ei aliter recompensare, sicut & in aliis dictum est*.

¶ Ad tertium dicendum, quod actio contumeliam inferentis non potest fieri, vt non fuerit. Potest tamen fieri vt eius effectus, scilicet diminutio dignitatis personæ in opinione hominum reparetur per exhibitionem reuerentiæ.

¶ Ad quartũ dicendum quòd aliquis potest impedire aliquem ne habeat prebendam multipliciter. Vno modo iustè, puta si intendens honorem Dei, vel vtilitatem Ecclesiæ procuret quod detur alicui per sonæ digniori: & tunc nullo modo tenetur ad restitutionem, vel ad aliquam recompensationem faciendam. Alio modo iniustè: puta si intendat eius nocumentum, quem impedit propter odium vel vindictam, aut aliquid huiusmodi: & tũc si impedit, ne præbenda detur digno, consulẽs quòd non detur, antequam sit firmatum quòd ei detur, tenetur quidem ad aliquam recompensationem, pensatis conditionibus personarum & negotij, secundum arbitrium sapientis: non tamen tenetur ad æquale, quia illam nondum fuerat adeptus, & poterat multipliciter impediri. Si vero iam firmatum sit, quòd alicui detur præbẽda, & aliquis propter indebitã causam procuret quòd reuocetur, idem est ac si iam habitã ei auferret: & ideo tenetur ad restitutionem æqualis, non tamen secundũ suam facultatem.

In fol. ad 1.

¶ In eadem responsione ad secundum, quo ad tertium membrum, s. quando quis abstulit famam dicendo verum iniustè, aduerte duo. Primò, coram quibus est restituenda fama, tali modo, s. quòd maledixi, iniustè diffamaui, &c. Quia si sunt personæ aliquid ingenij & notitiæ de modo restituendi famam habentes, talis restitutio non est facienda: quia esset magis confirmatio dicti prius, quam restitutio famæ. Sed coram talibus debet tacẽdo de priori dicto, laudare (cum veritate tamen) personam illam pluries aperiendo, quòd credit ipsum virum bonum, & dare operam ad hoc, quod sic habeatur ab illis. Et hoc ita cautè, ne videatur hoc facere pro restitutione, quia hoc esset infamiæ confirmatio, vt dictum est.

¶ Secundo, quod si quando restitutio talis videtur magis rememoratio, quam excusatio: vt puta, quia iam habentur huiusmodi pro oblitis, ex quo non interuenit mendax infamia, omitti potest: & si opus fuerit, aliter satisfacere, puta, laudando personam quando expedit, & conuersando amicabiliter cum illa, &c.

¶ In responsione ad quartum eiusdem articuli, dubia plura occurrunt. Primum est. An procurans quod detur æquè digno, ac per hoc impediens alium æquè dignum, teneatur ad restitutionem. De hoc enim nihil in litera dicitur, sed solum de digniore & minus digno.

¶ Secundũ est, An multis pro seipsis procurantibus, si non assequatur dignior, teneatur ille qui assequutus est ad restitutionem. Et est hic ratio dubij: quia quilibet potest pro seipso licite procurare. Et nemo damnum facit nisi qui facit illud quod facere ius non habet, vt dicit regula iuris.

¶ Tertium est, quia cum nullus teneatur ad restituendum, nisi vt iterato statuat illum in possessione rei suæ, nulla ratio apparet quare ego impediens alium à consequutione beneficij, in quo nihil iuris vnquam habuit, teneat restituere totum vel partem. Ex hoc nanque quod nihil vnquam iuris est sibi quæstum in aliquo, sequitur quod nihil fuit suum, & per consequens sequitur, quod nihil est sibi restituendum. Et si diceretur quod habebat ius in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius in spe, hoc non valet. Tum quia ius in spe non est ius, sicut nec dies in spe, est dies. Tum quia restitutio rei in spe, tunc habet locum, quando auferrur ius quod habet in re, in qua fundatur illa spes, vt paret in destruente semina vel deripiente instrumenta artis, quorum vsu quis cum sua familia viuit, & similibus. In omnibus enim ablatio seu damnificatio, fit alicuius rei, in qua actu habet ius, qui damnificatur, quæ est fundamentum spei. In casu autem proposito nullius rei ius habet actu ille qui impeditur à consequutione.

¶ Et confirmatur, quia si is,ad quem spectat conferre tale beneficium, siue antequam omnino contulerit,siue post,antè tamen quam det ex seipso motu proprio mutat voluntatem,nec dat illi beneficium,non tenetur ad restitutionem.Ergo nullum ius illi abstulit:quia si ius aliquod abstulisset illi, teneretur proculdubio ad restitutionem.Et cum constat quod abstulit illi totum quod habebat,quod potuit auferri à malis consultoribus : sequitur quod ipse nihil iuris habebat & quod nullus teneatur ei ad restitutionem. Et confirmatur rursus,quia si ipse dignior,aliquid iuris haberet,teneretur ei ad restitutionem minus dignus illo,qui tam est dignus,cui non potest collatum est beneficium illud.Et tenet sequela,quia iste plus occupat iura dignioris, quia irreparabiliter, quàm ille qui impeditur consulendo : quia poterat non sequi consilium eius distributor,& reddere digniori ius suum.

¶ Quartum dubium est, quia cum in litera dicitur, Si vero iam firmatum sit quod alicui detur præbenda,&c. aut intelligitur de firmitate tali , quia est illi ius quæsitum , aut de firmitate adhuc impedibili , vt non sit illi ius quæsitum.Non de prima firmitate:quia sic non esset firmitas,vt detur beneficium, sed firmitas iam dans,nec esset amplius impedibilis , nisi sicut potest quis priuari suo. Nec de secunda : quia si est impedibilis, non debet restitui æquale. Multum enim refert inter actum & potentiam.

¶ Quintum dubium est circa fundamentum literæ sumptum ex 2. Phys.text. 56.f. quod parum distat,quasi nihil distare videtur. quoniam regula ista datur ab Aristotele,non de rebus in seipsis , sed vt subsunt practicæ æstimationi , & affectui humano. Vnde dicit, quòd intellectus accipit parum distans perinde ac si nihil distaret,quum secus magna mala aut magna bona fuerimus. Accipit enim tanquam si fuissemus in ipsis malis , aut magnis bonis. Constat autem ex dictis,quod æqualitas commutatiuæ iustitiæ,ad quam faciendam ordinatur restitutio,attenditur secundum æqualitatem rei ad rem:& non secundum æqualitatem rationis parum pro nihilo æstimantis.Cuius signũ est quòd non æquè punitur qui parum distauit à peccando mortaliter:& qui peccauit mortaliter,nec est idem secundum iustitiam propinquissimũ fuisse casui peccati mortalis,& cecidisse in illud.Hic enim punitur pœna æterna,ille non.Neque est idem propinquissimũ fuisse mutuo concedendo,& mutuasse.Illi enim nihil reddendum esse,qui nihil mutuauit,huic vero restitui oportere censet iustitia.Multum ergo refert ad æqualitatem iustitiæ commutatiuæ parum distare,seu propè esse,& applicuisse siue esse in termino:quamuis in pluribus,secundum passiones & æstimationes , vtamur illo modico pro nihilo. Et quia modo de iustitia commutatiua tractamus,ideo illo fundamento male videntur doctores vti in proposito.

¶ Sextum est,An ea quæ hic dicuntur, habeant locum in aliis consequutionibus bonorum,puta in testamentis & donationibus.Et est ratio dubij:tum quia litera in hoc argumento meminit, non solum præbendæ consequendæ , sed aliorum bonorum consequendorum,quamuis respondendo , de cõsequutione præbendæ solummodo loquatur.Tum quia videtur eadem ratio responsiua , quia scilicet aut impedit iustè, &c.

¶ Ad hæc dubia non eodem quo mota sunt ordine respondendo , sed vt facilior sit doctrina , à quinto dubio quod de fundamento est, initium soluendi sumemus.

¶ Ad quintum igitur dubium de illa propositione ex 2. Phy.Quod parum distat, nihil distare videtur,dicendum est, quòd propositio illa nec habenda est vt regula in materia iustitiæ,nec omnino spernenda est,quando subiecta materia patitur.Et quidem quod non sit pro regula habenda in determinatione iusti,patet ex hoc,quòd subueterteret iustitiam,vt in ipsa materia de qua loquitur Arist.liquet. Verbi gratia , Transit Princeps aliquis iuxta paratas insidias, & parum defuit quin caperetur,& occideretur,&c.Iste Princeps reputatur infortunatus,vt ibidem dicit Arist.quia parum pro nihilo reputando,ex magno malo liberatus est. Si tamen ad iusti æqualitatem respiciamus,non reputatur iste Princeps damnum passus, licet parum à damno distauerit , propter quòd nullus tenetur ei aliquid restituere.Et tamen si illa propositio admitteretur in proposito,scilicet propè habere,& habere , reputatur pro eodem : sequeretur quod iste qui propè habuit damnum,habuisse reputaretur damnum,& consequenter esse sibi restituendũ.Similiter enim falsa est regula hæc in lucro.Princeps enim qui prope acquisitionem monarchiæ fuit , ita quòd parum defuit quin esset monarcha , infortunatus reputatur, ex eadem ratione: non tamen propterea ad inæqualitatem rapti regni reputatur peruenisse , sicut nec peruenit. Vnde non tenetur ad regni restitutionem. Et tamen si illa regula habet locum, habere regnum , & parum distare , pro eodem reputando : sicut qui abstulisset , tenetur ad restitutionem : ita huic qui propè abstulit. Ex propositione ergo illa non est sumenda ratio efficax in hac materia. Quandoque tamen ratione subiectæ materiæ , quæ vel habet magnam latitudinem vel incertitudinem materialium,vt in mensuris,& numeris: vtimur propositione illa. Vnde & Autor in hac responsione non est illa vsus , licet arguendo eam attulerit.

¶ Ad tertium deinde dubium dicendum est,quia ex quo exclusa est pro fundamento illa propositio, videndum est quid est fundamentum : de quo tertium dubium quærit.Fundamentum igitur necessitans impedientem ad restitutionem in casu proposito (vt ex litera colligi potest) habet duo capita simul , scilicet violationem iusti distributiui , & violationem boni propositi distributoris respectu huius personæ , cui dandum erat beneficium. Quod enim Autor fundet se super iusto in distributionibus , patet ex hoc quod attendit ad dignam & magis dignam personam.Iam enim patet,quod ad distributiuam iustitiam spectat considerare dignitates personarum secundum se. Quod etiam fundet se super voluntate distributoris , patet ex hoc , quod attendit si impedimentum præstatur consulendo antequam sit firmatum, vel post. Notanter autem dixi hæc duo capita simul concurrere : quia neutrum sine altero sufficit ad obligandum ad restitutionem huic. Et quod non sufficiat violatio sola iusti distributiui , ex hoc patet , quod requiritur vltra dignitatem personæ præparatio aliqua , quæ impediatur. Si enim nulla est de aliquo memoria , nec ad eum est aliqua inclinatio , quamuis dignior sit, nullus dicitur impedisse illum à consequutione beneficij , quamuis distribuens peccet, omittens dignioremac per hoc violans iustitiam distributiuam in beneficij collatione. Quod verò non sufficiat sola mutatio propositi etiam firmati distributoris , ex hoc patet , quod si bona ratione quis persuadeat & inducat mutationem,vt detur digniori,nulli dicitur augeri ius, quia non violatur, sed seruatur iustum distributiuum , præponendo digniorem non tam digno. Vtriusque ergo simul violatio facit vt obligetur impediens ad restituendum illi in toto vel in parte. Et quia nulli restituendum est nisi suum, consequens est quod ex vtroque simul concurrente , scilicet , dignitate maiore , & applicatione saltem inchoata istius beneficij ad hunc digniorem, beneficium hoc fiat istius dignioris, ita quod incipit esse suum quodammodo,vel simpliciter,quando est applicatio firmata , vt in litera dicitur. Et quia vnusquisque habet ius in eo quod est suum , quatenus suum est,ideo iste dignior, cui dispositum erat dari beneficium , habet tantum iuris in illo,quantum habet ibi de suo.Et licet vere suum absolutè non sit,quousque sit sibi datum, est tamen vere secundum quid suum plus & minus,quanto plus vel minus proxima est dispositio ad collationem. Sicut enim dispositiones agri ad fructificandum sunt expectantis fructus , & qui illius dispositiones tollit, impedit fructificationem , & tenetur ad restitutionem : ita dispositiones ad consequutionem beneficij sunt illius consequuturi beneficium , & qui eas tollit , tenetur ad restitutionem. Et sic interuenit hic ius in re, respectu dispositionum. Et super hoc fundatur in spe , respectu beneficij. Et propterea impediens dispositiones ad consequendum beneficium, non tenetur ad restituendum æquiualens beneficio , sed ad restituendum aliquid pensata propinquitate vel elongatione potentiæ ab actu , sicut in lædente semina accidit.

¶ Ad confirmationem dicitur, falsum esse , quod distributor mutans sententiam & declinans ad minus dignum,non teneatur ad restitutionem.Deterioris siquidem condicionis in hoc distributor,quam impediens est. Quia quandocunque tenetur impediens ad restituendum, tenetur etiam distributor,nisi sit deceptus rationabiliter, ita vt excusetur,sæpe autem tenetur distributor ad restitutionem , nullo impediente concurrente.

¶ Ad cuius euidentiam alius antedictæ radices restitutionis repetendo,nos se oportet quod beneficia ecclesiastica sint bona communia Ecclesiæ , debita personis ecclesiasticis dignis, ita quòd tale beneficium vacans debetur alicui illius Ecclesiæ parti,quæ digna est:sed aliter debetur ante actum distributionis, & aliter post. Quia ante actum distributionis debetur digno vt communi:ita quod est suum,vt res communis. Distributionis autem actus facit de communi proprium. Est siquidem distributio appropriatio rei communis ad singulares personas.Et propterea quando incipit distribui hoc beneficium pro illo digno , incipit illud beneficium fieri suum vt proprium. Et quanto plus procedit distributionis actus pro ipso , tanto plus fit suum , vt proprium. Itaque consummato distributionis actu pro ipso , beneficium quod à principio vacationis erat suum vt commune , est suum vt proprium. Et propterea quod prius erat sibi debitum vt commune , postmodum est sibi debitum vt proprium. Et si quis post distributionem auferret , proculdubio auferret ab illo proprium.Impediens ergo à consequutione beneficij digniorem , directè agit contra distributionis actum , quo beneficium illud debeat fieri suum vt proprium. Et propterea quanto magis processit actus distributionis pro illo,tanto ad plus tenetur.Distributor autem, quia sibi commissa est dispensatio communium bonorum , & tenetur ad tribuendum beneficium digniori, siue ex malo impedientis consilio auertat se à digniore , siue proprio motu, ad restitutionem tenetur. Et quia ipse tenetur ad tribuendum digniori quod erat suum vt commune,quia ad officium suum spectat applicare commune huic,ideo ipse tenetur ad restituendum æquale illi beneficio: quoniam ipse tenebatur ad actum distributionis consummatum pro illo, & hoc, si non poterat impediri.Vnde inter distributorem & impedientem hæc est differentia : quia impediens tenetur ratione appropriationis debitæ violatæ : distributor autem ratione vtriusque scilicet & violatæ appropriationis debitæ , & omissæ distributionis debitæ. Et quod distributor teneatur ad restituendum æquale,potest sumere ex præcedenti articulo in responsione ad vltimum. vbi dicitur,quòd distribuens qui minus quam debuit , dedit alicui de communibus,tenetur recompensare secundum æqualitatem rei ad rem,vt s.quanto minus habuit , quàm debuit,tanto plus ei detur. Verbi gratia : Si debebatur alicui de communibus centum,& data sunt ei quinquaginta,debentur alia quinquaginta , & si nihil habuisset, deberentur ei centum : alioquin non fieret restitutio secundum æqualitatem rei in qua damnificatus est , ad rem quæ in recompensationem datur. Et similiter in proposito , si pro quia isti digniori debebatur de communibus bonis tale beneficiũ, & non est ei datum , ex quo in toto damnificatus est à distributore,qui tenetur ad hoc,non fiet restitutio, nisi æquiualens restituatur.

¶ Sed contra hæc concluſa militat ratio restitutionis : quia secundum eam aut neuter tenetur ad restituendum æquale , aut vterque. Quod sic patet, Aut isti digniori impedito beneficium erat debitum vt commune , aut vt proprium.Si vt commune, ergo non debet sibi restitui vt proprium. Sed reddere æquale secundum rem est reddere quod alicui debetur vt proprium. Ergo nec distributor nec impediens tenetur ad restitutionem æqualis.Si nam que redderetur æquale ipsi beneficio,plus esset id quod redderetur , quam id quod ablatum est:quia ablatum est quod erat suum vt commune & cœptum appropriari, & restitutum est vt suum proprium. Et sic iste dignior ex impedimento vel mutata sententia lucraretur. Plus enim haberet , quam habebat tunc , quando impedimentum appositum est: quia habet vt proprium, quod tunc non habebat nisi vt commune & cœptum appropriari. Si vt proprium , sequitur, ergo vterque. s. distributor & impediens tenetur ad restitutionem æqualis.Quoniam secundum æqualitatem rei,ad rem,faciendo restitutionem,oportet totum,quod erat illi proprium,reddere.Falsum igitur videtur quòd teneatur ad restituendum plus distributor,quàm impediens,vt conclusum erat:ita quòd ille ad æquale , ille ad aliquam partem tenetur. Quoniam idem iustum est,quod ab vtroque violatur,licet diuersimodè,quod non facit teneri ad plus restituendum : sed facit istum magis teneri ad restituendum , quàm illum. Verbi gratia, principalem magis quam secundarium damnificantem.

¶ Existentibus igitur pro vtraque parte rationibus satis ambiguis,oportet materiã restitutionis ex proprio genere decidere, in propria principia reducẽdo, vt mẽs quiescat.Restitutio iustitiæ commutatiuæ actus est.Iustitia autẽ commutatiua respicit debitum vt proprium , vt quæstione præcedenti , articul. r. ad vltim

ad vltimum litera dicit. Quod igitur restituendum est,o portet debitum esse non qualitercunque,sed vt proprium. Firma ergo sententiam, quod obiectum restitutionis est debitum alicui vt proprium : ita quod nisi debeatur alicui vt proprium , non est illi necessario restituendum. Et hoc habet restitutio ex suo genere:quia cuiuslibet commutationis iustæ , obiectum est debitum alicui vt proprium,vt paret in emptione & venditione , furto & rapina , & huiusmodi. Applicando autem restitutionem ad recompensandas distributiones iniustas, dicimus quòd res distribuenda non est partium vt propria,sed vt communis. Et efficienda est propria singulis partibus secundum proportionalitatis formam per actum distributionis:ita quòd distributio,vt est actus distributiuæ iustitiæ,non significat applicationem communis boni ad has personas : quoniam talis applicatio potest fieri per actum donationis , vt patet cum communitas largitur legatis. Nec significat applicationem debitã eiusdem (quoniam hæc potest fieri per actum cõmutatiuæ iustitiæ, vt patet cum communitas soluit mercenariis) sed significat applicationem communis boni secundum proportionalitatem debitam partibus illius communitatis à distributore.Huiusmodi vero applicatio, quæ distributio vocatur, non præsupponit portionem tali parti debitam,esse illius vt propriam: sed facit illam esse sibi propriam.Distributio enim est inter duos terminos : ita quod terminus à quo,est res debita parti,vt communis: terminus vero ad quẽ,res propria partis,& ipsa distributio est faciẽs de communi proprii partibus , vt iam dictum est.Ex hoc igitur, quod distributio est faciens proprium , & restitutio fundatur super proprio , consequens est quod sicut diuersimode aliqui se habent ad distributionem, ita diuersimodè se habent ad faciendum proprium huic vel illi.Et sicut diuersimodè aliqui tollunt distributionẽ , ita diuersimodè tollunt appropriationem.Constat autẽ quod diuersimodè habẽt se ad distributionem distributor & priuata persona:quia ille tenetur ad distributionem, hoc est ad faciendum consummatè de communi proprii huic parti , secundũ suam proportionẽ.Priuata autem persona non tenetur ad distributionem. Quicunque autem tenetur ad faciendum consummatè A meũ,& absque rationabili causa non facit,non satisfacit mihi si aliquid minus quã A,faciat meũ,vt de se patet. Quia damnũ meũ ex negata appropriatione debita ab ipso distributore, tantũ est quantum opponitur ipsi A. Et propterea distributor tenetur secundum formã iustitiæ commutatiuæ mihi,cui debebat distribuere A , restituere æquiualens ipsi A:quia restitutio respicit debitũ proprio dãno.Vt autẽ dictum est, proprii damnũ mihi à distributore illatũ, mensuratur secundũ quantitatem boni communis, mihi appropriandi ex debito ab ipso distributore. Ipse enim ad consummatã appropriationem tenetur. Et paria sunt auferre alicui suum , & non facere alicui suum,si referatur ad illũ,qui tenetur ad hoc faciẽdum,& expeditus ita est,vt impediri nequeat. Priuata autem persona,quæ ex aduerso veniens impedit distributionem de qua loquimur,quæ.s.est actus iustitiæ distributiuæ, ex eo quod non tenetur ad ipsam consummandã distributionem, non tenetur restituere æquiualens beneficio distributo.Sed ex eo, quod distributionem,quæ est debita appropriatio cõmunis ad hanc partẽ,impedit,intantũ tenetur,quantum illa appropriatio accedit ad proprium.Quãto enim appropriatio magis appropinquat huic,tantò damnum proprium ipsius est maius.Penes proprium autem damnum illatum mensuranda est restitutio, quæ ad debitum,vt proprium respicit.Et propterea in litera dicitur,quod impediens tenetur ad arbitrium boni viri,si non erat firmatũ, quia nõ erat suum vt proprium : nec ille tenebatur ad consummandum distributionis actũ vt esset suum proprium.Sic ergo patet, quod est eadem de vtroque. s. distributore & impediente ratio : quia impediens tenetur ex hoc solo,quia impediuit digniorem à consequutione sui vt cõmunis,debiti tamẽ,vt fieret sibi proprium. Et quia quanto magis distributio erat disposita pro eo,tanto magis erat suum vt proprium:ideo tanto ad plus restituendũ tenetur:distributor autem ex alio capite tenetur ad restitutionem. s. ex hoc quod tenebatur ad inchoandam & consummandam distributionem huius beneficij pro isto. Et si hoc asseratur, perit natura restitutionis pro damnis restitutionũ. Fieret enim melioris conditionis distributor, omittens dare huic , quia non tenetur restituere tantum huic,quantum tenebatur distribuere huic. Cessaret quoque iustitia querelarum ciuium hic pugnantium , quod æqualia non æqualibus , aut inæqualia æqualibus dantur, vt dicitur in 5. Ethic. aut iniustum hoc non deberet ad iustum per restitutionem deduci,vt patet.

¶ Notanter autem dixi,quod impediens ex aduerso veniens non tenetur ad æquale:quia consiliarij distributoris , quorum consilio distributor regitur in distribuendo,non minus tenentur ad restituendum æquale,quàm distributor: quia ipsi teneretur ex officio ad inchoandam & consummandam distributionem pro digniore, ex quo est eorum consilio distributio proposita. Hæc autem,quæ de distributoris obligatione dicta sunt,intelligenda sunt quando distributio pro digniore liquida est,& non impedibilis. Et quoniam difficile est restitutionem facere in distributionibus beneficiorum , ideo cauenti sibi distributores, quia non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Nec fallat se,aut blandiatur sibi quispiam,putans Papam propter plenitudinem suæ potestatis,non arctari distributiuæ iustitiæ legibus,in beneficiis distribuendis. Quoniam Paulus Apostolus,cui vniuersalis Ecclesiæ regimen cõmissum erat, sicut aliis Apostolis à Christo,ait,Sic nos existimet homo,vt dispensatores ministeriorum Dei. Vt dispensatores ministeriorum dixit,non vt dominos.Constat autem ministeria ecclesiastica distribui,cum beneficia ecclesiastica distribuuntur:quoniam hæc sunt illorum quasi stipendia.

¶ Sed quid dicendum in casu, quo corrupta esset ecclesia in capite , & omnes auaritiæ studerent:& sola venalitas, aut voluntas,aut aliqua conditio extranea à iusto , esset ratio distributionis seu dissipationis beneficiorum : & vnus alium supplantare quæreret,quis cui restituere teneretur,cùm omnes sint indigni,cùm nulla impediatur distributio:quia omnino non fuisset iustè datum beneficium,sed adhibitum,&c?

¶ Respondeo,quod sicut in moralibus sunt , vt dicitur in 7. Ethi.vitia duplicis ordinis,quædam humana,vt auaritia,pusillanimitas,furtũ & similia:quædam vero bestialia,vt coitus cum animalibus,feritates,& huiusmodi,& de illis disputatur,ista relinquuntur: ita in Ecclesia quædam sunt vitia ecclesiastica , vt intrusio,simonia,aliqua mala distributio,vt impedimentum præstare digniori & huiusmodi.Quædam autem sunt vitia Babylonica,quæ indigna sunt disputatione,& huiusmodi sunt vitia Romanæ curiæ quando (quod Deus aduertat) venalitas,voluntas,lenocinium,& huiusmodi distribuerent beneficia.

¶ Ad confirmationem vltimam in dubio principali dicitur, quod cùm iste minus dignus ratione actionis suæ in nullo teneatur digniori, quia non impediuit eum , vt supponitur, nec beneficium vnquam fuerit illius dignioris, nec ipse fuerit vnquam debitor illi , vt faceret illud esse suum , sicut debitor

¶ Ad sex

¶ Ad sextum postremo dubium, an hæc doctrina locum habeat in donationibus, testamentis, & legatis? Respōdetur breuiter, quod quia liberaliū collationū voluntas dātis est ratio iuxta verbū patrisfamilias. An non licet mihi quod volo facere? Et voluntas donantis, testantis aut legantis, quandiu est ambulatoria, in sua est libertate: ita quod nulli facit iniuriam, auferendo legatum factū, consequēs est quod nulli ius violat qui legatū, testamentū aut aliquid huiusmodi impedit, procurādo reuocari non solum vt sibi aut alteri benefaciat, sed etiā si animo damnificandi eos, quibus erant danda huiusmodi bona, reuocationem eorum procuret ab eo qui donabat. Et ratio est, quia restitutio est actus iustitiæ. Et quando ex damno illato consurgit, præsupponit violationem iusti seu iuris, ad quod reparādum restitutio ordinatur. In proposito autem nullius ius violatur: quia nihil erat alicuius, voluntate adhuc existēte ambulatoria. Signum autem huius est, quod si ipse testator ex odio reuocet testamentum, nulli facit iniuriā. Et si ipse qui est principalis causa reuocationis, nulli facit iniuriā, alij excitantes ipsum & inducentes ad reuocandum, non inducūt ad faciendum iniuriam alicui: ac per hoc non tenentur ad restitutionem, sed ad pœnitentiam de peccato odij.

¶ Et si contra hoc afferatur allatum exēplum de præcisione venarum aquæ, quòd si animo damnificandi alius quis præcidit in proprio fundo venas aquæ per quas in puteum fluit alterius, tenetur ad restitutionem, ad quam non tenetur, si nō animo dānificandi faceret idem, vt prædictum est. Ergo à simili qui animo damnificandi proximum procurat reuocari testamentum, tenetur de damno.

¶ Respondendum est, quod non est simile: quia in casu præcisionis aufertur proximo aqua propria, dependens tamen à fundo alterius. Et propterea oportet auferentem, ex legitima causa auferre. Hic verò nihil proprium aufertur: quia nihil iuris habebat ex voluntate ambulatoria.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum sufficiat restituere simplum quod iniustè ablatum est.*

Infrà ar. 4. cor. Et 12. quæst. 105. ar. 1. ad 9. Et 4. d. 15. q. 1. art. 5. q. 2. ad 5.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non sufficiat restituere simplū quod iniustè ablatū est. Dicitur enim Exod. 20. Si quis furatus fuerit bouē aut ouem, & occiderit vel vēdiderit, quinque boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. Sed quilibet tenetur mandatū diuinæ Legis obseruare. Ergo ille qui furatur, tenetur restituere quadruplum, vel quintuplum.

¶ 2 Præterea, Ea quæ scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt: vt dicitur ad Romanos 15. Sed Lucæ 19. Zachæus dixit ad dominum, Si quid defraudaui, reddo quadruplū. Ergo homo debet restituere multiplicatum id, quod iniustè accepit.

¶ 3 Præterea, Nulli pōt iustè auferri id, qđ dare nō debet. Sed iudex iustè aufert ab eo, qui furatus est plus quā furat⁹ est, pro emenda. Ergo homo debet illud soluere: & ita non sufficit reddere simplum.

¶ SED CONTRA est, quia restitutio reducit ad æqualitatem, quod inæqualiter ablatum est. Sed aliquis reddendo quod accepit simplum, reducit ad æqualitatem. Ergo solùm tenetur restituere tantum, quantum accepit.

¶ RESPONDEO, dicendum quod cùm aliquis iniustè accipit rem alienam, duo sunt ibi consideranda: quorū vnum est inæqualitas ex parte rei, quæ quādoque est sine iustitia, vt patet in mutuis. Aliud autem est iniustitiæ culpa, quæ potest esse etiam cum æqualitate rei, puta cùm aliquis intendit inferre violētiam, sed non præualet. Quantum ergo ad primum, adhibetur remedium per restitutionem, inquātum per eam æqualitas reparatur: ad quod sufficit quod restituat tantum quantum habuerit de alieno. Sed quantum ad culpā, adhibetur remedium per pœnam, cuius inflictio pertinet ad iudicem. Et ideò antequam sit condemnatus per iudicem, non tenetur restituere plus quam accepit. Sed postquam condemnatus est, tenetur pœnam soluere.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum: quia lex illa determinatiua est pœnæ, per iudicem infligendæ: cū ad obseruantiam iudicialis præcepti nullus teneatur post Christi aduētum, vt supra habitum est*. Potest tamen idem vel simile statui in lege humana: de qua erit eadem ratio.

1. quæst. 104. ar. 3.

¶ Ad secundum dicendū, quod Zachæus id dixit, quasi supererogare volens. Vnde & præmiserat, Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd iudex condemnando, iustè potest accipere aliquid amplius loco emendæ: quod tamen antequam condemnaretur, non debebat.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrū aliquis debeat restituere qđ nō abstulit.*

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ aliquis debeat restituere qđ nō abstulit. Ille enim q. dānum infert alicui, tenet̃ dānum remouere. Sed quando aliquis dānificat aliquē vltra id quod accepit, puta cum aliquis effodit semina, dānificat eum, q seminauit in tota messe futura. Et sic videtur quod teneatur ad eius restitutionem. Ergo aliquis tenetur ad restitutionem eius quod non abstulit.

¶ 2 Præterea, Ille qui detinet pecuniam creditoris vltra terminum præfixum, videtur eum damnificare in toto eo quod lucrari de pecunia posset: quod tamen ipse non aufert. Ergo videt̃ quòd aliquis teneatur restituere, quod non abstulit.

¶ 3 Præterea, Iustitia humana deriuatur à iustitia diuina. Sed Deo debet aliquis restituere plus quam accepit ab eo: secundum illud Matth. 25. Sciebas quòd meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi. Ergo iustum est vt etiam restituat homini aliquid, quod non accepit.

¶ SED CONTRA est, ꝙ recompēsatio ad iustitiam pertinet, inquantū æqualitatē facit. Sed si aliquis restitueret qđ non accepit, hoc non esset æquale. Ergo talis restitutio non est iustum quod fiat.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quicunque damnificat aliquē, videtur ei auferre id, in quo ipsum dānificat. Damnū enim dicitur ex eo, ꝙ aliquis minus habet quā debet habere, secundū Philosophū in 5. Ethic*. Et ideo homo tenet̃ ad restitutionem eius, in quo aliquem dānificauit. Sed aliquis dānificat̃ dupliciter. Vno modo qa aufertur ei, quod actu habebat: & tale dānū est semp restituēdum

Cap. 4.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsecundæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio eiusdem sexagesimæ secundæ quæstionis, dubium occurrit circa illam redditionem causæ in corpore articuli, cum dicitur. Et ideo antequam sit condemnatus per iudicem, non tenetur restituere. Videtur enim quod ex hoc, quod inflictio pœnę pertinet ad iudicē, non sequatur, antequam sit condemnatus, non teneatur. Tum quia inflictio pœnæ non pertinet ad iudicem tantum, sed ad legem. Dictum est enim in præcedenti libro, quod actus legis est punire: imo iudex punit vt lex animata. Si ergo lex pœnalis lata est, non est opus iudice damnante: quia lex inflixit pœnam. Tum quia manifestè patet teneri aliquos ad pœnas legis, absque iudicis quocunque actu: vt patet in excommunicationibus & censuris latis à iure.

¶ Ad hoc dicitur quod Autor non loquitur vniuersaliter de pœna à lege imposita, sed de pœna restitutionis in quadruplo, vel huiusmodi, vt patet in litera. Sed quia ratio in litera ad materiam restitutionis à lege statutæ vniuersalior est, quam restitutionis pœna, vt patet, oportet aliter dicere, distinguendo quod pœna statuta in lege est duplex. Quædam ad cuius executionem requiritur aliqua actio: quædam autem cuius executio nullam actionem requirit. Verbi gratia, pœnæ mortis, mutilationis, verberis, carceris, exilij, solutionis, confiscationis, seu priuationis bonorum, & huiusmodi, non possunt exequutioni mandari per solam legem, nisi interueniat actio aliqua, puta occidere, mutilare, verberare, includere, ire, soluere, accipere, vel dare, & si qua est alia eiusmodi actio. Pœnæ autem excommunicationis, suspensionis, interdicti, & irregularitatis, & si qua est alia similis, nullam actionem in sui executione exigunt. Sed non communicare cum fidelibus, non immiscere se prohibitis, non exercere actum ordinis (quæ in sola negatione seu priuatione constituunt) sufficiunt ad earum executionem. Ex hoc autem sequitur altera differentia, scilicet quod quædam est pœna, cuius inflictio est propria iudici, quædam autem cuius inflictio est communis iudici & legi. Declaratur hoc, quia pœna in executione exigens agere, conuincitur propria iudici ex hoc, quia aut ad illud agere tenetur reus, aut iudex. Non reus, quia non tenetur ex lege nisi ad pœnam, pœna autē consistit in pati, non in agere, ergo tenetur iudex. Et verè sic est: quia nisi iudex per se, vel alium occidat, mutilet, verberet, claudat, agat ad exiliū, accipiat bona, aut huiusmodi, nō tenetur reus ex sola lege ad huiusmodi pœnæ executionem. Pœna autem in executione non exigens agere, communiter infligi potest à iure, vel à iudice. Itaque, sola legislata sententia obligat reum ad executionem pœnæ. Et in promptu causa est, quia non exigit necessario actionem iudicis.

¶ Ad dubium ergo dicitur, quòd doctrina Autoris vniuersalis est de pœna, cuius inflictio pertinet ad iudicem, vt propria: de tali enim optimè sequitur redditio causæ. Et ideo antequā sit condemnatus per iudicem, non tenetur ad executionem. Et quod hęc sit vera intentio Autoris, patet ex hoc quod loquitur de iudice, vt distinguitur à lege. Loquendo enim de iudice vt distinguitur à lege, oportet loqui de propriis iudici, & non de communibus iudici & legi.

¶ Et per hæc patet responsio ad primam obiectionem: quia punire, id est, punitionē statuere, est actus legis: & punire executiuè conuenit etiam legi, quando pœna non exigit actionem in executione. Et ad secundā: quia de pœnis, quarū inflictio communis est iudici & legi loquitur: litera autem loquitur de pœna, cuius inflictio est propria iudici. Et tu notabis, & applicabis hæc ad iurium & statutorum tam ciuilium, quam canonicorum intellectum & rationem. Videbis enim quod si pro quibusdam criminibus, puta hęresis, læsæ maiestatis & huiusmodi, pœnæ priuationis bonorum ipso facto incurrendæ ponuntur, inquantum claudunt in se priuationem, à lege infligi dicuntur: inquantum vero exigunt actionem, iudicis actum expectant, vnde dicuntur priuati dominio rerum à lege: non tamen tenentur ea assignare fisco, nisi interueniat actio iudicis.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsecundæ Articulum quartum.*

IN artic. quarto eiusdem quæstionis, in responsione ad primum, & secundum, dubium est, quare damnum lucri cessantis ex pecunia mutuata debet restitui creditori post moram, vt in litera dicitur, & non à principio, absolute loquendo. Nulla enim apparet inter hæc differentia, nisi quia post moram inuoluntariè sustinet damnum creditor: à principio autem voluntariè. Sed hæc ratio non valet, quia iustitiæ cōmutatiuæ est adæquare rem rei, siue voluntariè, siue inuoluntariè quis damnum sustineat: vt patet in mutuo & venditione voluntariis & in furto quo ad inuoluntaria. Propter quod si debitor pecuniæ, puta 1000. ducatorum, tenetur post moram ad aliquid plusquam mille, ratione interesse lucri cessantis, oportet hoc debitum non aliunde prouenire, quam ex hoc, quod in litera dicitur, scilicet quod habens mille, non solum habet mille, sed habet lucrum in virtute, in quo damnificatur à debitore detinente illos mille. Ac per hoc, vt æqualitas fiat rei ad rem, oportet restituere illi non solum mille, sed etiam quantum æstimatur valere lucrum in virtute. Sicut in seminibus destructis, quantum æstimantur fructus in virtute, non in actu: vt in litera dicitur. Et si ex hoc prouenit huiusmodi restitutio, consequens est quod etiam à principio habens mille ducatos, non solum habet mille, sed lucrum in virtute. Ac per hoc voluntariè sustinens damnum mille, dum mutuat alteri, sustinet etiam damnum lucri

lucri in virtute. Ac per hoc debentur eidem nō solū mille, sed aliquid æquiualens damno lucri: alioquin non restitueretur ęquale. Et cōfirmatur: quia sicut habens semina in agro sata, potest licitè vendere messem, quam habet in virtute, non quantum valebit, sed quantum valet in præparatione tali existens. Ergo pari ratione si habens mille ducatos, habet lucrum in virtute, potest alienare totum simul, scilicet illos mille, & lucrum in virtute.

¶ Ad hoc dubium quia ad materiam vsurę spectat, ideo in tractatu de vsura inferius respondebitur. Coincidit enim hæc quæstio cum illa, An liceat accipere aliqd plus mutuata summa ex hoc, ꝙ pecunia est organum ad lucrandum, & commoda humanæ vitæ habendū, quæ quæstio ibidē disputabitur.

¶ *Super quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum quintum.*

Ar. præc.

IN articulo quinto eiusdē quæstionis, nota in corpore articuli illa verba, nisi ei qui min⁹ habet, quam quod suū est, suppleretur. Ex hac si quidem radice, ꝙ scilicet ideo reddēdū est ei, à quo acceptum, quia suum est, habetur quod qui accepit ab aliquo rē alienā vel furto, vel vsura, vel aliàs occupatam, non tenetur restituere illi à quo accepit: quia nō minus habet quā suum est. Sed debet facere quantum potest, vt reddatur dño. Debet tamen significari per aliquam bonā viam illi qui occupauerat, quòd non tenetur satisfacere tali pro tali re, ne contingat, si fortè veniat ad pœnitentiam, bis fieri restitutionē, & damnificari pœnitētem. Ex hac quoque radice prouenit, quòd si quis bona ecclesiæ seu religiosi sic habuit, quod tenetur ea restituere, & prælat⁹ Ecclesiæ illi⁹ vel monachus administrator sit dilapidator, ꝙ nō sunt eis restituēda: quia non minus habent de suo, sed de alieno eis credito ad dispensandum, non ad dissipandū. Et iō tenetur reddere Ecclesiæ quæ est rerū domina, in rebus quæ nō possunt dilapidari. Et similiter reddi debēt Abbatiæ, seu conuentui cuius sunt. Et idē est de similibus iudiciū. Et hæc intellige in foro cōscietiæ quū secreto hæc fieri possunt, agēdo vtiliter causā vtriusq;, s. domini, & occupatoris parati ad detinendum alienū, aut dilapidandū ecclesiasticū, seu cōmune bonū. Nam secus est in foro iudiciali & absolutè, pro quāto etiā prædoni conuenit, quod rapta bona sunt sua, non simpliciter, sed ad custodiendū & restituendū: in cui⁹ signū non nisi publica potestate possunt illi auferri licitè, absolutè loquēdo. Et propterea iudex compelleret ad restituendū illi occupatori, & dilapidatori, sicut ad tuendū etiam prædonē in possessione. Et plenitudo iustitiæ exigeret, vt ipse occupator aut dilapidator rehaberet quod suum sic est, & restitueret domino, aut rectè dispensaret. Nam si sic fieret, etiam modus iustitiæ quo ad personā quæ tenetur ad restituendū domino simpliciter vel dispēsandū, seruaretur, qui violatur, hoc est non seruatur, quū in foro conscientiæ supradicto modo restitutio fit, sed sanctè in dictis casibus non seruatur in fauorem vtriusque, vt dictū est. Defectus siquidem legis hic accidere videtur corrigendus ab æquitate, ne foueat quis occupationem aut dilapidationem, materiam ministrando, quū possit illam subtrahere & proximis aut Ecclesiæ iura tueri sic, &c.

4. dis. 15. q. 1. ar. 5. q. 4. & opusc. 67. & opusc. 73. c. 17. & 18.

¶ In responsione ad primū eiusdem articuli aduerte ꝙ ex hac eadem radice prouenit quod tempore iniusti belli non sunt restituenda magna debita iniusto principi, quibus ad exercitum fouendum eget: sed cōseruanda vt cōgruo tempore, sine scilicet alterius iniuria reddantur. Et si depositū aut mutuū non est reddendum domino exposituro in damnum alterius, quo pacto potest qs mutuare alicui exposituro in damnū & iniuriam Ecclesiæ, puta pro emendo cardinalatu? Minus enim est reddere suū alicui, quā mutuare. Et si neutrum agendum est, quo pacto nūmularii, vt mediatores, ministrant eisdē ad habendum pecunias suas ex aliquo distanti loco pro tali opere? Nec enim cum sint voluntaria, absque peccato fiunt, quando constat quòd ad hoc petuntur.

¶ In responsione ad secundū eiusdē articuli quinti, scito discernere inter dationem illicitā, & propter cām illicitam, respiciendo ad id quod lege diuina vel humana prohibitū est. Quando enim ipsum dare est peccatū seu ꝓhibitum, vt cū lex prohibet dare, vt patet cū prohibetur dari iudici pro sententia, vel monasterio pro ingressu, vel episcopo ꝓ beneficio, & huiusmodi, tūc ipsa datio est illicita. Quando verò dare nō prohibetur, sed actus seu causa propter quam datur, vt cum prohibetur fornicatio, adulterium, & huiusmodi, nō prohibetur dare propter ista, sed ipsa prohibentur. Vnde homo propter accepta huiusmodi seruitia, quamuis nefanda, tenetur dare quod promittit vel solitum est. Et quia sola causa in culpa est, non refert in proposito, an propter fornicationē, an propter adulteriū, aut aliam speciem luxuriæ detur. Et similiter est de aliis malis seruitiis, dummodo dare prohibitum non sit lege diuina, vt in simonia: vel humana, vt in multis & factum est, & fieri potest contra dantes pro tali vel tali actu, &c. Et fortè ꝓpter istos duos modos, quibus datio ipsa potest esse mala, Autor dixit duo vocabula, sc. illicita & contra legem, referendo illicitū ad ius naturale vel diuinum: & contra legem, ad ius humanum.

¶ In eadem responsione aduerte, quod licet mulier possit sibi retinere ex meretricio actu acquisita sine dolo & fraude: quæ tamen acquisiuit ex simulatis verbis, aut factis, tenetur restituere. Huiusmodi nanque simulationes important dolus, & fraus: vt patet superius in tractatu de prudentia. Et quia per huiusmodi simulationes frequenter ab amatorib⁹ extorqueri videntur, si crebræ essent harum pœnitentię, latius essent exempla ponenda. Sed ipsæ viderint quid, & quot simulauerunt.

Ar. 2. huius q. & q. 58. art. 10.

¶ In responsione ad tertium, quia tria tractantur, scilicet de omnino ignoto domino rei, de mortuo, de multum distanti, de extremis, sigillatim oportet aliquid dicere. De oīno ergo ignoto domino, nota tria, s. viam, terminum & consequens. Quo ad viam vide in litera, quod est diligens inquisitio, & dicitur diligens inquisitio, quā diligens homo accurate inuestigando, vbi, quando, per quos, à quibus, &c. faceret. Et cùm ad terminū non perueniatur nisi pertransita via, non debet rei dominus haberi pro omnino ignoto, nisi postquam præcessit diligens inquisitio. Et propterea si quis absque inquisitione rem alterius pauperi dedisset, nō satisfecisset. Sed tenetur inuēto domino restituere. Et sibiipsi imputet, qui imprudenter alienauit alienum. Quo ad terminum, vide in litera, quòd omnino ignotus, ita quod præmissa diligenti inquisitione, perueniendum est ad hoc, ꝙ rei dominus sit omnino ignotus. Nam si aliqualiter esset notus, puta, quod est vnus talis villæ, &c. deberet inquisitio ad vlteriora procedere, vt particularis notitia haberetur de domino, vt prudens vir sciret inquirere. Rursus quando sciri non potest domin⁹ in particulari, sed scitur quasi sub distinctione, quod alicui istorum debetur, non est omnino ignotus dominus. Vnde debet eis dari, vel distribui eisdem, vel vt sorte aliquis accipiat, quando diuisa res pluribus non prodesset, & vnita aliquē releuaret. Et ne alicui fiat iniuria de eorū volūtate agendū est, quicquid agendū est. Et per hoc patet, quomodo debeat restitui quod acceptū est in bello iniusto, quando ciuitas data est in prædam: nec sciri potest, cui debetur hoc quod ab hoc pœnite restituendum est. Non enim dandum pauperibus, nec ædificanda sunt monasteria, aut hospitalia extantibus damnū passis, de bonis eorū sine eorū voluntate. Nec excusantur, qui damnū intulerunt ex difficultate inquirendi, aut hoc faciendi: quoniā damnificator ipse fuit in culpa, & posuit seipsum in hmōi difficultatibus, ponēdo alios in paupertate. Quo ad id verò quod sequitur, quādo dominus est ignotus, vide in litera, quòd debet ei restitui eo modo quo potest, scilicet erogando illud nomine illius pauperibus Christi. Sic enim redditur bonū vtile, vt sit vtile spūaliter, quod nōn potest illi reddi, vt sit vtile corporaliter, vel spiritualiter ad arbitriū domini. Et hinc habes solutionem quæstionis, Quid agēdū est de casu inuentis habentibus dominum, quādo dominus est omnino ignotus. Dico autem habentibus dñm: quia de inuentis distinguendū erit inferius in quæstione sexagesimasexta. Debent enim hæc erogari pauperib⁹. Et cū ipse inuentor non sit deterioris cōditionis ex hoc, quod inuenit, potest sibiipsi si pauper est, non minus quàm alteri applicare eleemosynaliter, sicut is cui commissa est distributio aliquarū eleemosynarum, potest seipsum cōputare in numero pauperum, si pauper est: & distribuere proportionaliter sibi, sicut alij, secundum Autoris doctrinam superius habitam.

secundum recōpensationē æqualis, puta si aliquis dānificet aliquē diruens domū eius, tenetur ad tantū quantum valet domus. Alio modo si dānificet aliquem impediendo ne adipiscatur quod erat in via habendi. Et tale damnū nō oportet recōpēsare ex æquo, quia minus est habere aliquid virtute quàm habere actu. Qui autem est in via adipiscēdi aliquid, habet illud solùm secundū virtutem, vel potestatē: & ideo si redderet̃ ei, vt haberet hoc in actu, restitueretur ei, quod est ablatum non simplum, sed multiplicatū: quod nō est de necessitate restitutiōis, vt dictum est*. Tenetur tamen aliquā recompensationem facere secundum conditionem personarum & negotiorū. Et per hoc patet responsio ad primū & secundum. Nā ille qui semen sparsit in agro, nondum habet messem in actu, sed solùm in virtute. Et similiter ille qui habet pecuniam, nōdum habet lucrū in actu, sed solùm in virtute: & vtrūq; pōt multipliciter īpediri.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ Deus nihil requirit ab homine, nisi bonum quod ipse in nobis seminauit. Et ideo verbum illud vel intelligitur secundum prauam existimationē serui pigri, qui existimauit se ab alio non accepisse: vel intelligitur quātū ad hoc, ꝙ Deus requirit à nobis fructus donorum, qui sunt & ab eo & à nobis, quamuis ipsa dona à Deo sint sine nobis.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum oporteat semper restitutionem facere ei, à quo acceptum est aliquid.*

AD QVINTVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ non oporteat sēper restitutionē facere ei, à quo acceptū est aliquid. Nulli em̃ debem⁹ nocere. Sed aliquando esset in nocumētū hominis, si redderetur quod ab eo acceptum est, vel etiā in nocumētum aliorum: puta si aliquis redderet gladiū depositū furioso. Ergo non sēper restituēdum est ei, à quo acceptū est.

¶ 2 Præterea, Ille qui illicitè aliqd dedit, nō meretur illud recuperare. Sed quandoque aliqs illicitè dat, qđ alius etiā illicite accepit, sicut apparet in dāte & recipiēte aliqd simoniacè. Ergo non semper est restituendum ei, à quo acceptum est.

¶ 3 Præterea, Nullus tenetur ad impossibile. Sed quādoque est impossibile restituere ei, à quo acceptum est, vel quia est mortuus, vel quia nimis distat, vel quia est ignotus. Ergo non semper faciēda est restitutio ei, à quo acceptum est.

¶ 4 Præterea, Magis debet homo recōpēsare ei, à quo maius bñficiū accepit. Sed ab aliis psonis homo plus accepit beneficij, quàm ab illo, qui mutuauit vel deposuit, sicut à parētibus. Ergo magis subueniēdū est quādoque alicui psonæ alteri, quàm restituendum ei, à quo acceptū est.

¶ 5 Præterea, Vanū est restituere illud, qđ ad manum restituētis per restitutionem ꝑuenit. Sed si Pręlatus iniustè aliquid Ecclesiæ subtraxit, & ei restituat, ad manus eius deueniet: quia ipse est rerū Ecclesiæ cōseruator. Ergo non debet restituere Ecclesiæ, à qua abstulit: & sic non semper restituendum est ei, à quo est ablatum.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Rom. 13. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal vectigal.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ per restitutionem fit reductio ad æqualitatē cōmutatiuæ iustitiæ, quæ cōsistit in rerū adæquatione, sicut dictum* est. Huiusmodi autem rerum adæquatio fieri nō posset nisi ei, qui min⁹ habet quàm qđ suum est, suppleretur quod deest. Et ad hāc supletionem faciēdam necesse est, vt ei fiat restitutio, à quo acceptum est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quando res restituenda apparet esse grauiter nociua ei, cui restitutio faciēda est, vel alteri: non ei debet tunc restitui: quia restitutio ordinat̃ ad vtilitatē ei⁹, cui restituitur. Omnia em̃ quæ possident̃, sub ratiōe vtilis cadūt. Nec tm̃ debet ille qui detinet rē alienā, sibi appropriare, sed vel reseruare, vt congruo tempore restituat,

¶ De multum autem distante domino rei,si cōmodè potest transmitti ei,aut significari,vt ordinet cui debetur sibi debitū,vt perueniat ad eū,nulla difficultas est,quod tenetur habens rē ad restituendū ei. Sed quæstio est qn̄ non potest aliter absenti restitui suum,nisi cum magno damno restituētis:puta quia oportet tm̄ de suo expendere in mittendo vel significando quantū valet id quod restituendum est.

Autor namque & Scotus & Ricardus in 4. dist. 15. tenent, ꝙ iste restitutor non tenetur ad restituendum ei cum tali damno, quia non tenetur nisi ad restitutionem rei acceptæ. Et addunt Scot. & Ricard. quòd in hoc casu debet illud erogari pauperibus si non adsunt parentes illius.

¶ In hoc autem loco Autor nihil loquitur de sumptibus agendis,sed absolutè loquens de multum distante, dicit quod debet si commodè potest, domino mitti debitum: alioquin debet deponi, & domino significari. D. 543

¶ Mihi autem videtur distinguendum de causa restitutionis, an scilicet fuerit acceptio iniusta, vt furtum, rapina, vsura, & huiusmodi. vel sine iniustitia, vt inuentio, successio, mutuum, depositū, & huiusmodi. Nam si tenetur ad restitutionē ratione furti & similium,tenetur ad expensas etiam in quadruplum, si aliter non pōt facere, quod res reddatur domino.Et ratio est, quia dominus rei eo ꝙ passus est furtum,nō debet damnificari. Constat autem, quod damnificaretur, si propriis expensis deberet recuperare rem sibi ablatam. Cùm ergo ipse non teneatur ad expensas, & fur teneatur ad iteratò statuendum dominum rei in possessione, consequens est, ꝙ fur teneatur per accidens, scilicet propter accidentem distantiam,ad plus damni sustinendum, quam intulerit alteri.Nec propterea concedendum est, quod tenetur ad aliud,quàm ad restitutionem.Sed quia tenetur ad consummatam restitutionem,quæ per accidens requirit expensas:ideo tenetur ad subeundū damnū.Nec refert in proposito, an fur,an passus furtum se absentauerit à loco furti. Sed sibi imputet fur, qui furando effecit se debitorem ad ponendum dominum in possessione rei suę, non in hoc vel illo loco sed simpliciter. Nec debet dominus, qui non potuit rem suam ablatam ferre secū,pati:pateretur aūt si sine ei⁹ volūtate res sua pauperi alteri daretur. Si vero tenetur ad restitutionem ratione acceptionis non iniustæ,tunc cessante mora,faude atq; iniusto, quo ad hæc,recessu debitoris, non tenetur debitor ad damnū subeundum propter restitutionem faciēdam, etiam si ipse se absentauerit:quia iure suo vtebatur se absentando propter negotium aut commodum, quando non erat obligatus significare creditori, sed domino suum recessū.Et ratio est:quia in huiusmodi debitor, aut tenetur ad restitutionem solū ratione rei alienæ apud se,vt patet de inuento,& ex successione habito,deposito,& huiusmodi.Et sic constat quòd non tenetur ex huiusmodi incurrere damnū in propriis.Aut tenetur ratione acceptionis ex volūtaria domini communicatione,vt in mutuo,pignore,emptione,& huiusmodi.Et sic cum dominus exposuerit se sponte huic periculo distantiæ, quæ potest absque cuiusq; iniuria ex vtraque parte interuenire,sibiipsi imputet,quod non cauerit reddendum sibi esse in tali loco. Vnde seruandum est, quod Autor in hac responsione dicit in huiusmodi responsionib. quæ ex voluntariis, seu non iniustis acceptionibus proueniunt:in aliis autem etiam iniustis,quod suprà diximus.Et hæc sunt vera secundum rationem iustitiæ: secundum autem humanas coniecturas,pensatis conditionibus personarum & rerum potest contingere quod posset dari pauperibus:quia cognoscitur qualitas voluntatis domini sic absentis,& creditur,quod ratum haberet.

¶ In responsione ad quartum,occurrit dubium à Scoto in quarto. dist. 5. in hac materia motum, An scilicet existens in extrema necessitate, teneatur restituere creditori simul tempore collapso in extremam necessitatem. Ipse namque Sco.tenet partem affirmatiuam: quia creditor nunquam cecidit à dominio rei illius.Ex hoc enim,quòd simul deuenerunt ad extremam necessitatem, sequitur quod dominium rei prius habitum non perdidit propter extremam alterius necessitatem.Et consequenter sibi debet restitui etiam ab existente in extrema necessitate.

Mihi autem videtur oppositum esse verum. Et ratio me mouens est, quia tēpore extremæ necessitatis quomodocunque cessat proprietas rerum ad ius gentium spectans,vt inferius patebit.Et iudicium de vsu rerū, tūc non debet fieri secundum statū proprietatis rerū,secūdum quem hoc est illius, & illud alterius:sed debet fieri secundum statum,quo omnia sunt cōmunia.Considerando autē res in statu,quo omnia sunt cōmunia,manifestum est, quod melior est conditio occupātis seu possidentis:ac per hoc cū multi sunt in extrema necessitate,& ego inuenio in manu mea vnde viuā, non teneor illud subtrahere,& tibi etiam in extrema necessitate existenti tribuere:licet hoc quod in mea manu est,iure gētiū vel positiuo sit tuū.Quia extrema mea necessitas ius gentium respectu huius quod in mea manu est,tibi abstulit, & ius naturæ quod solùm remansit, fouet possidentem. Vnde falsum est, ꝙ ille dominus rei nunquā cecidit à dominio.Quia extrema necessitas alterius cū possessione illius rei abstulit huic ius positiuum,ius gentium, & ius naturæ.Vnde falsum est quòd iste detētor occidat dominū, aut iniustè conseruet vitam suam. quia dominium cessauit alterius, & iste vsum ex hoc, quod possidere inuenitur, ex naturæ iure habet.

¶ In rn̄sione ad quintū eiusdem articuli, nota in secundo membro illud verbum, Suæ custodiæ deputatam. habet nāque se Prælatus ad res Ecclesiæ dupliciter, s. vt custos, & vt dispensator. Est siquidē custos rerum mobilium & aliorum, quorum alienatio est sibi prohibita. Est autē dispēsator fructuū & aliorū prouentuum ad suū quasi stipendium pertinētiū. Et quoniam vt Autor met dicit in quolibeto 6.artic.1.Prælatus male vtens & dissipans portionem illam, quæ est quasi stipendiū eius,nō tenetur ad restitutionem, sed ad solam pœnitētiam,ideo vt pręseruaret se ab iis, quæ sunt suæ dispensationi pro suo vsu commissa, dixit,Suæ custodiæ deputata. Tenetur ergo in duobus casib. ad restitutionē. Primò, si vsurparet sibi rem deputatā alteri:& in hoc claudūtur bona deputata tam alteri particulari,vt canonico, officiali,capellano,quàm collegio,vt capitulo, hospitali, quàm multitudini, vt pauperib⁹, aut puellis nubilibus,aut studentib⁹,transeuntibus,infirmis,&c. Propter quod qui præsunt hospitalibus,aut sunt cōmissarij in huiusmodi,videant quàm mundas seruent manus.Cū enim hæc bona aliorum sint,rapina pauperum in domo eorū est,si hæc sibi applicant. Secundò, si alienaret rem suæ custodię deputatam.Et sub hoc claudūtur,vt dixi, tam immobilia,quàm prohibita alienari,quàm thesauri,& similia, nisi in casu in quo licitè dispensari possunt. De his tamen amplius dicetur inferius, cùm de statu Episcoporum tractabitur.

vel ēt alibi tradere tuti⁹ conseruandum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ aliquis dupliciter aliq̄d dat illicitè. Vno modo q̄a ipsa datio est illicita, & cōtra legē,sicut patet in eo qui simoniacè aliquid dedit. Et talis meretur amittere qđ dedit.vnde nō debet ei restitutio fieri de his.Et quia etiam ille qui accepit,contra legem accepit,non debet sibi retinere, sed debet in pios vsus conuertere. Alio modo aliquis illicitè dat,quia propter rē illicitā dat, licet ipsa datio nō sit illicita: sicut cùm q̄s dat meretrici ꝓpter fornicationē. Vnde & mulier pōt sibi retinere,quod ei datū est.Sed si supfluè ad fraudē vel dolum extorsisset,tenetur eidem restituere.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ si ille,cui debet fieri restitutio, sit oīno ignotus, debet homo restituere secundum quod potest,scilicet dādo in eleemosynas pro salute ipsius,siue sit mortuus,siue sit viuus: præmissa tamē diligenti inquisitione de persona eius,cui est restitutio facieda. Si vero sit mortuus ille,cui est restitutio facienda,debet restitui hæredi eius,qui cōputatur quasi vna persona cum ipso. Si verò ille sit multum distans, debet sibi trāsmitti qđ ei debetur,& præcipuè si sit res magni valoris,& possit cōmodè trāsmitti:alioquī debet ī aliquo loco tuto deponi,vt ꝓ eo cōseruet̄,& dn̄o significari.

¶ Ad quartū dicēdum, ꝙ aliquis de hoc, quod est sibi propriū,debet magis satisfacere parētibus,vel iis à quibus accepit maiora beneficia. Nō autē debet aliquis recōpēsare benefactori de alieno. Quod cōtingeret,si quod debet vni,alteri restitueret:nisi fortè in casu extremæ necessitatis,in quo posset,& deberet alicui etiā auferre aliena,vt patri subueniret.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ Prælatus potest rē Ecclesiæ surripere tripliciter. Vno modo,si rem Ecclesię non sibi deputatā, sed alteri sibi vsurparet: puta si Episcop⁹ vsurparet sibi rem Capituli.Et tunc planum est ꝙ debet restituere, ponendo in manus eorum,ad quos de iure pertinet. Alio modo,si rem Ecclesiæ suæ custodię deputatam in alterius dominium transferat,puta consanguinei vel amici. Et tunc debet restituere Ecclesiæ,& sub sua cura habere,vt ad successorem perueniat. Tertio modo potest Prælatus surripere rem Ecclesiæ solo animo, dū scilicet incœpit habere animum possidēdi eam vt suam, & non nomine Ecclesiæ:& tūc debet restituere,talem animum deponendo.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum teneatur semper restituere ille qui accepit.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ non teneatur semper restituere ille,qui accepit.Per restitutionem enim reparatur æqualitas iustitiæ,quę cōsistit in hoc,quod subtrahatur ei qui plus habet, & detur ei qui minus habet. Sed contingit quandoque,quod ille qui rem aliquam subtraxit alicui, non habet eam, sed deuenit ad manus alterius. ergo non tenetur ille restituere qui accepit, sed alius qui rem habet.

¶ 2 Præterea, Nullus tenetur crimē suum detegere. Sed aliquando aliquis restitutionem faciendo,crimē suum detegit, vt patet in furto.ergo non semper tenetur ille,qui abstulit,restituere.

¶ 3 Præterea,Eiusdē rei nō est multotiēs restitutio facenda.Sed quādoq; multi simul rem aliquā surripiūt,& vnus eorum eam integrè restituit.Ergo nō semper ille qui accipit,tenetur ad restituendum.

¶ SED CONTRA. Ille qui peccauit, tenetur satisfacere. Sed restitutio ad satisfactionem pertinet. Ergo ille,qui abstulit,tenetur restituere.

¶ RESPONDEO dicēdū, ꝙ circa illū q̄ rem alienā accepit,duo sūt cōsiderāda, scilicet ipsa res accepta,& ipsa acceptio. Rōne aūt rei tenet̄ eā restituere, quādiu eā apud se habet, quia qđ habet vltra id qđ suū est,debet ei subtrahi,& dari ei cui deest secūdū formā cōmutatiuæ iustitię. Sed ipsa acceptio rei alienæ pōt tripliciter se habere. Quādoq; em̄ est iniuriosa, scilicet cōtra volūtatē existēs ei⁹, qui est dn̄s,vt patet in furto, & rapina.Et tūc tenetur ad restitutionē, nō solū ratiōe rei, sed etiā rōne īiuriosæ actionis, etiā si res apud ipsū nō remaneat.Sicut em̄ qui percutit aliquē, tenetur recōpēsare iniuriā passo, quāuis apud ipsum nihil maneat: ita etiā qui furatur, vel rapit tenetur ad recōpensationē dāni illati, etiam si nihil inde habeat. Et vlteri⁹ pro iniuria illata debet puniri. Alio mō aliq̄s accipit rē alteri⁹ in vtilitatē suā absq; īiuria cū volūtate,scilicet ei⁹ cui⁹ est res, sicut patet in mutuis.Et tūc ille qui accipit,tenetur ad restitutionē ei⁹ qđ accepit,nō solū ratione rei,sed etiā ratione acceptionis,etiā si rē amiserit: tenetur enim recōpēsare ei, qui gratiā fecit,quod nō fieret,si per hoc dānum incurrat. Tertio modo aliquis accipit rem alterius absque iniuria,nō pro sua vtilitate, sicut patet ī depositis. Et iō ille,qui sic accepit,in nullo tenetur rōne acceptionis:quinimo accipiēdo,impēdit obsequiū. Tenetur autē ratione rei: & propter hoc si ei subtrahatur res absque sua culpa,non tenetur ad restitutionem. secus autem esset si cum magna sua culpa rem depositam amitteret.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ restitutio nō ordinat̄ principaliter ad hoc, ꝙ ille,qui plus habet,quā debet,habere desinat:sed ad hoc, ꝙ ille q̄ minus habet,

¶ Super Quæstionis sexagesimæsecundæ Articulum sextum.

IN artic.6.eiusdem quæstionis sexagesimæ secundæ, nota in corpore articuli vniuersalem radicem,vnde omnes restitutiones,in quacunque materia & quomodolibet,oriūtur,vt in casibus non scriptis scias resoluere vsque ad principia, an teneatur quis ad restitutionem. Duæ ergo sunt radices, ad quarum alteram restitutionem omnē oportet reduci.Prima est acceptio:secunda est res accepta.Et extenditur in proposito Acceptionis nomen ad omnem actum,quo proximus minus habet de suo,quàm habere debeat. Incendium enim,cōtumelia, iniqua distributio,& alia huiusmodi, sub acceptione cōprehenduntur.Oportet igitur primò inspicere, an ille de quo quæritur, teneatur ad restituendum ratione acceptionis,vel rōne rei acceptę,an ratione vtriusque. Oportet nāque inter ista tria comprehendi omnem restitutionē. Et vt sigillatim differamus, sequendo literam, generalis regula in restitutionibus ratione rei est,Quod tandiu tenetur quis ad restitutionem ratione alienæ rei,quandiu eam habet.Et in promptu ratio in litera redditur: quia habens id quod alterius est,habet plus quàm suum est, & damnificatus tantundem habet minus de suo.Et ideo secundum formam iustitiæ commutatiuæ oportet æqualitatē inter eos constituere, auferendo ab illo qui habet plus, & dando ei qui habet minus,vt sic fiāt æquales sicut erant à principio,antequā, s.& ille minus,& iste plus haberet,quam suū est. Et ex hac radice prouenit, ꝙ si quis rem alienam ignoranter emisset,non potest retinere eam,quamprimū nouit eam esse alienam,sed tenetur eam dn̄o restituere.Nec potest petere ab eo pretium quo ipse emit à domino rei,sed à venditore, ex hoc enim quod res illa aliena est,obligat possessorem ad sui restitutionem domino.

¶ Sed occurrit hoc in loco dubium,An res dicatur esse apud aliquem solummodo,quando res ipsa,puta vestis, vinum, frumentum extat apud eum. Vel intelligendū est,quando vel res ipsa salua,vel aliquid loco eius extat,puta pretium,vel effectus ipsius, puta conseruatio proprij vini, aut proprii frumenti, quod consumpsisset dum consumpsit alienum, vel alius effectus, puta nutritio, & huiusmodi, quæ ex consumptione relinquuntur: vel amicitia, quæ ex donatione,si rem donando distraxit, consequitur: vel aliquid aliud huiusmodi.Et est ratio dubij:quia varia dicūtur de possessore bonæ fidei, de

quo

quo loquimur.Dicitur enim in primis, quod si emptam rē distraxit vendendo,quod non tenetur ad restitutionē.Et similiter si donauit aut consumpsit, & si res est salua, & fructifera,non tenetur ad restitutionē fructuū perceptorum consumptorū.Dicitur deinde,quod quandocunque possessor bonæ fidei factus est ex re aliena locupletior,tenetur ad restitutionē. Et ad hoc est text. iuris ciuilis. ff. de petit. hæredi. l. item veniunt. §. eos autē. Ex his enim consurgit, ꝙ pretiū quādoque computatur loco rei,puta cum mihi donatā rem alienā vendidi,factus sum em̄ ex illa locupletior: & quādoq; non, puta cùm emptam rem vendidi sine lucro ex parte rei.Et rurs⁹ consumptio quādoq; computatur loco rei,vt cùm quotidianos sumptus ex re aliena percipio, quos ex proprio effecissem.Factus sum enī ex his euitatis expēsis locupletior. Et hoc expresè dicitur ibidem, l. Sed & si lege, §. quod aūt. Quandoq; non,vt cū consūpsi,quia abundabam habēdo talem rē, nec fecissem tales sumptus, nisi talem rem habuissem.

¶ Ad euidentiam huius rei præsupponēdum est, ꝙ sermo totus est de possessore bonę fidei, qui tamen post factū comperit se alienū possedisse,& paratus est vnicuiq; suum reddere. De hoc enim qui solūmodo rōne rei tenetur,quæstio est, ad quid tenetur in casibus huiusmodi.Si rectè igitur perspiciamus formā commutatiuæ iustitiæ antedictæ,apparebit,quod non solū res ipsa aliena obligat possessorē ad restitutionē,sed etiā quicquid loco rei successit, vt pretiū vel effectus,si ex his factus est possessor locupletior,obligat eundē ad restitutionē,ita ꝙ inter rē ipsā alienā,& id quod loco eius successit,hæc est differētia in ꝓposito,quòd res ipsa obligat possessorē simpliciter,& absolutè:id verò quod loco rei successit, obligat possessorē solūmodo in casu,quando s.ex hoc factus est locupletior, & ad tātū quātum factus est locupletior, vt bene ius ciuile decernit.Et de re quidē ratio manifesta est: de eo verò quod loco rei successit ad lucrū,manifestat̄.Quia quicquid lucri ex re aliena apud possessorē est,suū non est:ac per hoc quātum habet de huiusmodi lucro,tm̄ habet plus quàm suum est.Et cùm dominus rei tātundē habeat minus de suo,oportet secundum iustitiæ commutatiuæ formā auferri à possessore non suo,& dari dn̄o rei, vt sic inter eos sit æqualitas: & huic rationi oīa consonāt.Nā si ex dono possideo alienū, & vendidi,teneor de pretio quo factus sum locupletior.Si autē emi prius,& postea vendidi sine lucro ex parte rei,quāuis fortè lucratus fuerī ex labore,vel industria adiuncta,non teneor de aliquo.Et similiter si ex dono habitū donaui,non sum ex re illa factus locupletior.De consumptione quoq; distinctio consonat,qn̄ scilicet consumptio redundat indirecte in lucrū, puta quia consūpsisset tantundē de proprio:tunc enim indirectè factus est locupletior. Qn̄ vero consūptio in nullum redundat lucrū,ad nihil tenetur.Propter quod inuitatus ad cœnā rei furtiuæ, si bona fide cœnat,& nihil propterea lucratur,quia oīno in domo propria tm̄ expendit si in ea cœnat,quātū si non, ad nihil tenetur. Sed si ex hoc,quod ad conuiuiū accedit,minus domi expēdit, tenetur non de tāto,quātū cōsumit in cœna,sed quātū lucratus est indirectè,non expēdēdo & comedendo propria. Et similiter dicēdū est de veste pretiosa consumpta, qualē non cōsumpsisset, nisi dono habuisset.Non enim tenetur de tanto quātū valebat vestis illa,sed quātū cōsūpsisset de sua veste.Pro generali em̄ regula in succedētibus,& fructibus, & effectibus rei habēdū est, ꝙ solūmodo tenetur inquātū aliquid lucri,vel directè habuit,vt puta recipiendo pretiū locationis domus,& fructuū agri,& similiū,vel indirectè,vt puta,q̄a tantū expēdisset de suo. Vtroq; enim mō factus est locupletior intātū ex re aliena.Notāter dicimus ex re aliena,ad differētiā lucri ex propria industria:nō enim tenetur de tali lucro. ꝑpterea si habuissem pecuniā alienā,& cū ea lucratus fuissem,nō tenerer de tali lucro: & de similib. idē est iudiciū. Et ex his patet,quare q̄nque pretiū in proposito succedit loco rei,& q̄nque non. Quia quādoque habet rōnē non sui respectu possessoris,quando scilicet reddit ipsum locupletiorē:& quandoque habet rationē sui,q̄n,s.seruat̄ indēnis:& similiter est proportionaliter de cōsumptiōe.

¶ Sed restat adhuc vnum dubium:quia scilicet secundū doctrinā hanc, non videtur æqua lex ista de restitutione ex parte rei:sed claudicat ex vna parte,s. ex parte possessoris.Nam possessor staret in periculo damni & non lucri,sine vlla culpa sua. Declaratur sequela:quia possessor qui emit, tenetur restituere rem apud se existentem,etiam si non possit pretium quod dedit, recuperare à venditore,vt patet ex dictis.Et tamen nunquam potest lucrari:quia inquantum est factus lopletior,tenetur restituere,vt dictum est.

¶ Sed hoc nō est difficile soluere, cōsiderando quod obligatio ad restituēdū, de qua loquimur,non oritur ex actione aut passione,sed ex ipsa re aliena, cui accidit ꝙ ab hoc possessore habetur dono vel pretio,ac per hoc,quòd iste dānificetur,& non ille, Quia ergo posse damnū incurrere possessorem ex re aliena,non prouenit ex ipsa re,sed ex mō adiunctæ actionis, s.emptionis, non debere aūt lucrari,ex re ipsa prouenit:æquissima est restōnis lex ex parte rei secundū ea quę sunt per se,& nō secūdū ea quæ sunt per accidēs dispositiōes.

¶ Circa restitutionē verò ex parte acceptionis,in litera tria mēbra fiūt.Primū est qn̄ acceptio est iniuriosa:& tūc acceptio ipsa obligat accipientem ad restitutionē. Et sub hoc mēbro cōprehenditur oīs iniusta dānificatio in quacunq; re:ita ꝙ formale cōsiderādum in hoc,est ipsa dānificatio,quæ acceptio vocatur,siue fiat capiēdo,siue comburendo,siue præcidēdo,siue quouis alio modo. Semper enim in huiusmodi interuenit damnum alterius.Quod ideo est,quia accipitur ab inuito domino quod suū est,quamuis nulli quandoque detur,sed annihiletur.Omnis ergo qui dānificator est alterius,tenetur ad restitutionē, non ratione lucri sui,sed ratione acceptionis,seu damnificationis.Et hoc fundamentum,hanc radicem,hanc regulam bene nota:quia cùm primū inueneris aliquem acceptionis iniustæ causam fuisse, scito illum comprehendi sub dānificationis noīe,& ipsū obligatū ad restitutionem illati dāni.Considera ergo in casibus occurrentibus, si operatus est ad damnum alterius: quia damnificator est proculdubio, quando subsequutus est ex sua illatione effectus.

¶ Secūdum membrum est quando acceptio est ex voluntate domini in vtilitatem accipientis: tunc etiam acceptio ipsa obligat accipientem ad restitutionē. Et sub hoc membro non clauditur nisi acceptio illa, quę est pro sola vtilitate accipiētis,vt patet ex rōne literæ:quia scilicet tenetur ad gratiā recōpensandā ille qui accipit. hoc enī non habet locū in acceptione pro cōmuni vtilitate,scilicet tradētis & accipiētis:quia ex quo cōmune est bn̄ficiū, neuter alteri tenetur ad gratiam recompensandam.

¶ Sed quod in litera dicitur, ꝙ accipiēs in suā solā vtilitatē à domino voluntario,tenetur ad restitutionē,etiā si rē amisit,non caret scrupulo:quoniā vt patet extrà de commodato,Casus fortuitus,quo periit cōmodatū,nō debet imputari ei cui commodatum est,nisi propter morā,culpā,aut pactum.Non tenetur ergo qui accipit in suā præcisè vtilitatē ad restitutionē,si rē amisit sine oī culpa sua,quāuis teneatur de leuissima culpa,vt ibidem dicitur. Quomodo ergo saluabitur præsens litera,absolutè dicens,quod tenetur restituere,etiam si rem amiserit?

¶ Ad hoc dubiū licet dici fortè posset,quod Autor loquitur de acceptione,qua trāsfertur dn̄iū rei,q̄a dat exēplum de mutuo:quia tn̄ exēpla ratione clarioris disciplinæ ponūtur,aliter dicēdū est,quod doctrina moralis est secūdū ea quę conueniūt vt ī plurib.nec oportet in moraliū documētis excipere raro contingētia.Vn̄ cū fortuita sint de numero rarorū,vt patet ī secundo Physic. consequēs ē,quod p̄sens litera docēs moralia absolutè,vera est iudicās secūdū id qđ est frequēter,qđ,s.accipiens in sui vtilitatē ꝑcisè in dn̄o volūtario,tenetur restituere,etiā si rē amiserit.Et Decretalis aspiciēs ad casus,vera quoq; est, decernēs, ꝙ accipienti cōmodatum cā sui,non debet fortuitus casus imputari.

¶ Tertiū membrū est,quādo acceptio est ex volūtate domini, non pro vtilitate accipientis.Tunc enim acceptio ipsa non obligat accipiētem ad restitutionem:quia accipiēdo, obsequium impēdit,sed res accepta, quia aliena est, obligat eundē ad restitutionem.Et ideo secundum regulā prius datā de obligatione ex parte rei,tādiu iste qui sic accipit,tenetur,quādiu rem habet.Propter quod si rem perdidit,non tenetur,nisi ex magna culpa,inquit Autor,amiserit illā.Quod Iuristæ sub aliis verbis docent,dicentes quod tenetur de dolo & lata culpa,non autem de leui,aut leuissima.Et vocatur magna,seu lata culpa,quando non custodiuit ea diligentia res depositas,qua custodiuit suas.

¶ Et nota,quod hoc tertiū membrū à negatione propriæ vtilitatis diffiniuit Autor,& non ab affirmatione vtilitatis tradentis, q̄a nihil refert,an accipiat pro vtilitate tradentis,an alicuius tertij.Sat est em̄, quod nō accipiat pro vtilitate sua,ad hoc ne teneatur ad restitutionem ratione acceptionis, sed rei.

¶ Sed occurrit circa hāc timēbrē distīctionem dubiū: quia plurib.modis quā his trib.acceptio rei alienæ pōt se habere.Potest nāq; esse ꝓ vtilitate vtriusq; partis,s.tradentis & accipiētis(vt patet in conductione & locatione) in accōmodato,vt seruire aut ministrare possit accōmodāti,vt cū accommodo equū vt vadas ad negotiū meū,& in deposito,cū q̄s ꝓ mercede custodit, & hm̄oi. Insufficiēter ergo Autor modos,q̄b⁹ acceptio rei alienæ se habere pōt,distīxit.

¶ Ad hoc dicitur,qđ Autor non ītendebat distīguere vniuersaliter modos acceptionis alieni. Quod ex eo patet,qđ de acceptione rei ex dono nihil oīno dicit.Intendit ergo de aliquo acceptionis genere distīguere,& vr̄ mihi,qđ genus hoc sit acceptio simplex annexū habens restōnis debitū. Vocatur autem simplex p exclusionem compositionis cū aliquo correspondente dare.Contigit enī vtroq; modo accipere,s.cū respondente dare,vt in conductione,pignore,emptione,& huiusmodi.Accipit enim tūc q̄s alienū,pro quo dat̄ aliq̄d correspōdens ei sine aliqua datione admixta,vt patet in mutuis,in quib⁹ si daretur correspondēs,non esset mutuū.Dixit quoq; habēs annexū restitutiōis debitū propter acceptionē doni:quæ licet sit simplex,q̄a tn̄ non habet restitutionis debitū annexū,extra genus hoc ponitur.Distinguatur ergo simplex,annexumq; restitutionis debitū habēs,acceptio rei alienæ, & dicatur quod tripliciter se habere potest.Scilicet cum iniuria:& hoc est primum membrum.Vel cū voluntate domini:& sic aut in solā accipientis vtilitatem, & hoc secundū est membrū.Aut non in vtilitatē accipientis:& hoc est tertium membrum.In his enim oībus simplex est acceptio,vt patet discurrenti.Et intantum est simplex,vt si admisceatur aliqua correspondēs datio,vt merces pro deposito,vel aliquid hm̄oi,varietur debitum restituēdi,vt patet ex hoc, ꝙ qui accipit depositum mercede,aut aliqua propria vtilitate,tenetur etiā de leui,& forte de leuissima culpa:de quarum nulla tenebatur,si simplex fuisset acceptio, &c.

¶ Quartū igitur quod obiicitur restasse membrum, quando,s.acceptio est in fauorem vtriusque,non est membrum distīcti generis: quia non est acceptio simplex,quādo est in fauorē vtriusque.Sed acceptio componitur cum aliqua correspondente datione,vt patet discurrenti per hm̄oi contractus. At si quis quærat,quare autor suscepit onus distinguēdi hm̄oi acceptionē simplicem &

Universidad de Deusto Biblioteca

suppleatur. Vnde in iis rebus quæ vnus potest ab alio accipere sine eius detrimēto, non habet locum restitutio: puta cùm aliquis accipit lumen à candela alterius. Et ideo quamuis ille qui abstulit, non habeat id quod accepit, sed in aliū sit translatum: quia tamen aliter priuatur re sua, tenetur ei ad restitutionē, & ille qui rem abstulit ratione iniuriosæ actionis, & ille qui rem habet ratione ipsius rei.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ homo, etsi non teneatur crimen suum detegere hominibus, tenetur tamen crimen suum detegere Deo in confessione: & ita per sacerdotem cui confitetur, potest restitutionem facere rei alienæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia restitutio principaliter ordinatur ad remouendum damnum eius, à quo est aliquid iniustè ablatum: ideo postquam ei restitutio sufficiens facta est per vnū, alij non tenentur ei vlterius restituere, sed magis refusionem facere ei qui restituit, quod tamen* potest condonare.

* Alias quandoque tamen.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum illi qui non acceperunt, teneantur restituere.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd illi qui non acceperunt, non teneantur restituere. Restitutio enim quædam pœna est accipientis. Sed nullus debet puniri, nisi qui peccauit. Ergo nullus debet restituere, nisi qui accepit.

¶ 2 Præterea, Iustitia nō obligat aliquem ad hoc, quòd rem alterius augeat. Sed si ad restitutionem teneretur, non solùm ille, qui accepit, sed etiam illi, qui qualitercunque cooperantur, augeretur ex hoc res illius, cui est aliquid subtractum: tum quia sibi multotiens restitutio fieret: tum etiam quia quandoque aliqui operam dant ad hoc, quod aliqua res alicui auferatur, quæ tamen ei non aufertur. Ergo non tenentur alij ad restitutionem.

4. dis. 15. q. 1. ar. 5. q. 3.

¶ 3 Præterea, Nullus tenet̃ se piculo expo-

non potius simplicem & mixtam: respondetur, quòd causa quare non vniuersaliter de acceptione dixit, est, quia tractabat de iustitiæ commutatiuæ actu, à qua acceptiones gratuitæ longæ sunt. Et acceptiones ad iustum aut iniustū spectantes mixtæ post simplices tractandæ sunt, aut ex simplicibus iudicandæ.

¶ In responsione ad primū eiusdē sexti articuli, vide cōclusionem, quòd quando quis ratione acceptionis tenetur, transtulit rem in alium, vterque tenetur, aliter ratione acceptionis, & alter ratione rei, vt scias decernere in casibus.

¶ In responsione ad secundum circa illius argumenti materiam dubium occurrit, An si restituendo per confessorem eandem rem, sequeretur criminis detectio, teneatur aliquis ad restituēdam rem acceptam: an sufficiat restituere illius ęstimationem. Et licet hoc dubium spectet directè ad articulū secūdum, vbi tractatur quid est restituendum: propter materiam tamen argumenti huius hic motum est. Est ratio dubitandi: quia non debet fieri commutatio rei, inuito domino. Contingit enim domino displicere commutationem rei suæ in æstimationem illius. Si enim illam haberet, nullo pacto venderet. Ex alia autē parte est, quia homo non tenetur ad damnificandum famam suam, vt restituat alteri rem suam.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet casus iste non facile possibilis sit, eo quod oporteret simul concurrere, quòd nec per se, nec per alium, nec tunc, nec nacta post congrui mediatoris opportunitate possit restitui res illa in specie, & cum hæc res sit talis, quòd nullo modo dominus commutationem acceptaret: si tamen casus accideret, videtur mihi, quod non teneatur ad restitutionem illius rei, sed æstimationis eiusdem. Et ratio me mouens est, quia ob restitutionem bonorum inferioris ordinis, non tenetur aliquis ex vi debiti ad damnificandum se in rebus superioris ordinis. Res autem exteriores, quales sunt omnes ad diuitias spectantes, sunt bona inferioris ordinis. Fama autem est superioris ordinis, iuxta illud, Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Vnde non tenetur quis damnificare se in fama, vt restituat rem illam in specie. Et si quis obiiciat, quod non propter rem illam, sed propter actum virtutis iustitiæ, scilicet exercendum, quod bonum est superioris ordinis, quàm sit fama, tenetur iste damnum sustinere famæ, sicut ille, qui iustè torquetur, tenetur crimen suum dicere: responderetur, quòd quamuis iustitiæ ratio exigat, vt illam rem alienam, & non aliam pro ea restituat, quia tamen exhibitio iusti ab hoc fieri non potest sine damno proprio in re superioris ordinis, consequens est, quod per accidens restitutio illius rei in specie desinat habere rationem actus iustitiæ, ac per hoc iste omittens reddere rem eandem, non omittit actum iustitiæ debitum. Maior propositio manifestatur ex hoc quòd homo non tenetur ex natura debiti vendere seipsum, vt restituat pecuniam, quam furatus est: quia libertas est bonum superioris ordinis inæstimabile. Nec bene pro toto libertas venditur auro, & simile est de fama. Dixi autem ex natura debiti, quia licet ex natura legis punitiuæ fur teneatur se vendere, si fieret talis lex, vt olim erat in lege Moysi, iuxta illud Exodi vigesimosecundo, Si non habuerit fur, quod pro furto reddat, venundabitur: non tamen ad hoc tenetur ex natura debiti. Vnde etiam stante lege non tenetur, nisi post sententiam.

¶ In responsione ad secundum, dubium occurrit, An vno integrè restituente, alij qui etiam in solidum tenebantur ad restituendum, teneantur de necessitate salutis ad refundendum illi qui restituit: & ad quantum quisque teneatur, si tenetur. Et est ratio dubij: quia cùm isti nihil acceperint ab isto, qui restitutionem fecit, non tenentur ei aliquo restitutionis iure. Restitutio enim præsupponit acceptionem, vel rem acceptam, vt dictum est. Quo autem alio iure teneatur, oportet ostendere.

¶ In oppositum autem est litera præsens, cui consonare omnes de hoc scribentes videntur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in hac materia est aliquid clarum, & manifestum: aliquid verò obscurum, & quod magna inquisitione indiget, vt dilucidetur. hac ergo partitione vtendum est. Triplici nanque modo contingere potest casus iste. Primò rebus acceptis existentibus apud eos qui acceperunt: secundò, rebus acceptis consumptis ab eisdem: tertiò, quòd nulla fuerit acceptio lucrosa alicui, sed solùm damnificatoria, vt in destructione domus, incendio, conculcatione seminum, & huiusmodi. Et in primo & secundo casu clarum est, quod alij tenentur refundere ei, qui restituit tanquam substituto domino illarum rerum. Ex eo nanque quod vnus restituit pretium totius, factus est dominus rerum extantium apud alios: & est subrogatus in iuribus illius, cui rerum consumptarum pretium debebatur ab iis, qui consumpserunt. Et hoc patet, quia ista refusio debet fieri iure restitutionis ratione rei acceptæ extantis, vel mala fide consumptæ: quoniam fit illi qui succedit domino vel in dominio respectu extantium rerum, vel in iuribus respectu consumptarum. Et hoc est quod Doctores dicunt, dum docent, quod tenetur refundere quilibet pro portione, quæ ad eum deuenit.

¶ In tertio casu quādo ad nullum portio aliqua deuenit, obscurū est, an alij teneantur refundere. Nā ratione rei, nullus tenetur, sicut in prioribus casibus: ratione autem actionis, qua tenebantur iniuriato, non tenentur isti tanquam subrogato in iniuria: quia iste qui restituit, non subrogatur in iniuria, vt patet. Videtur autem mihi considerandum & distinguendum esse, an ille vnus qui integrè restituit, succedat damnificato in damno tantum, an etiam in damnum pati ab eisdem. Nam ex hoc quòd aliquis incurrit damnū, non sequitur, quod aliquis teneatur illam à damno releuare, vt patet: sed ex hoc quod aliquis patitur ab aliquo damnum, bene sequitur, quod sit ab illo releuandus. Ad hoc autem discernendum, oportet perspicere, an ille vnus qui integre restituit, fuerit inductus, aut inducens, aut æque spontaneus ad damnificationem, quia si fuit inductus, tenentur alij qui ipsum ad maleficiū induxerunt, ad refundendum ei, saltem ęquis portionibus: quoniam inductus ad maleficium ex hoc ipso, quod inductus est ad damnificandum alium, consequenter ductus est ad statum, in quo tenetur ad satisfaciendum insolidum, ac per hoc ab inducentibus passus est per viam sequelæ hoc damnum: & sic iste inductus non solum succedit in damno, sed etiam in damnificari ab eisdem. Si verò fuit inductor aliorum ad maleficium ille, qui integre restituit, non tenētur inducti ad refundendum eidem: quia isti non damnificauerunt, deducendo ipsum ad statum, in quo tenetur ad restituendum insolidum, sed econtra. vnde iste non succedit nisi damno. Si autem æque spontaneus fuit ille qui integre restituit, ita quod nec induxit, nec inductus fuit: tunc subdistinguendum est, aut ille sine aliis ad maleficium perpetrandum non fuisset, puta quia periculosa aggressio, vel sine sociis non fuisset ausus, vel huiusmodi. Et sic quum par sit de omnibus huiusmodi ratio, quilibet alium prædicto modo damnificauit indirecte: quoniam quilibet posuit socium in statu restituendi insolidum. Ac per hoc æquis saltem portionibus tenentur ei qui restituit, refundere, & gratias agere illi quod eripuit eos ab onere restituendi insolidum. Aut quilibet sine aliis iuisset, sed tamen socialiter iuerunt: & tunc de rigore iuris non video, quod teneantur alii eidem refundere, quia nullus aliū damnificauit, quamuis de æquitate deberent refundere eidem. Aequum quippe est, vt socij in damno inferendo, sint etiam socij in damno sustinendo.

¶ Ad argumentum igitur ex litera assumptum dicitur, quod Autor loquitur in litera de surripientibus res, vt patet in argumento, quos concessum est teneri ad refundendum ratione rei, quæ ad eos peruenit. Nos autem loquimur in hoc vltimo de præcise damnificantibus alterum sine cuiuscunque lucro: de quibus etiam dixi, quod mihi videtur rationi consonum.

¶ In eadem responsione ad secundum eiusdem sexti articuli dubiū quorundam occurrit circa vltima verba, scilicet, Quod tamen potest condonare, An is qui ad restituendum tenetur, absolutus sit coram Deo à debito restitutionis ex hoc, quod petiit ab eo cui tenetur remissionem, & habuit ab eo gratiam, an requiratur, quod offerat pecuniam, vel rem in promptu. Et est ratio mouendi hoc dubium diuersitas scriptorum.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod quocūque modo perueniatur ad hoc, quod dominus rei, seu cui restitutio fieri debet, libere donat au remittit, absolutus est, debitor coram Deo. Nihil enim refert precibus, obsequio, vel intercessione, aut oblatione, aut quouis alio modo procurare, dummodo perueniatur ad id, vnde pendet vinculum restitutionis, liberam scilicet voluntatem domini, per quam est possessor & distributor, & donator rerum suarū. Quicquid autem rationabiliter in hac re dubitatur, est pro tanto: quia dubitatur an libere ille donet sua, quæ non sunt in sua potestate posita. Sed hoc & cætera dubia cessant, quando constat ex verbis donantis absque metu, fraude, desperatione rei recuperandi, & breuiter omnibus facientibus voluntarium mixtum, quod ipse libere donat. Nec obstat si forte idem oblata re non donat aut donaret: quoniam præsentia rei mouet ad cupiditatis passionem, ex qua fit ille illiberalis, extra quam passionem existens in absentia rerum liberaliter donat. Facilius est enim esse liberalem in donando sua, quæ non possidet, quā extrahendo à se quæ possidet. Vnde scripulus iste superfluus est: quin potius restitutor in veritate paratus est, & pauper, & creditor diues, & vniuersaliter quando donatio esset opus pietatis, consulendum est, vt absentibus rebus petat donationem, ne intret creditor in tentationem illiberalitatis ex præsentia rerum, sed extra omnem passionem existens, liberaliter donet. Experimur enim in aliis, quod virtutem facilius seruamus remoti à præsentia obiectorum, vt patet in cibis, & venereis. Nec propterea non libere abstinemus, quia extra præsentiam obiectorum sobrii, & casti sumus, qui forte in præsentia laberemur.

¶ Circa prædicta occurrit nouum dubium, An pluribus insolidum obligatis ad restitutionem, possit dominus gratiam remissionis quibusdam facere, & totum ab vno exigere in foro conscientiæ. Et est ratio dubij, quia dominus remittendo quibusdam, donat eis quicquid habent de suo. Quod autem donaui vni, non debeo amplius ab alio repetere: alioquin non simplum, sed multiplicatum restitueretur.

¶ In oppositum autem est, quia omnia iura concedunt, contra quemlibet eorum, qui tenentur insolidum ad restitutionem posse agi.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ cū donatio de suo, & non de alieno, aut alii debito, fieri possit, si dn̄s cui restitutio facienda est, liberaliter donat, nō dēt in præiudiciū illorū huiusmodi donatio redūdare. Verteretur autē in præiudiciū aliorum, si illi qui tenentur, aut restituere, aut refundere, restitutoribus absolutis, ipsi soli

nere ad hoc, ꝙ rem alterius saluet. Sed aliquando manifestando latronem, vel ei resistendo, aliquis periculo mortis se exponeret. Non ergo tenetur aliquis ad restitutionem propter hoc, ꝙ non manifestat latronem vel non ei resistit.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Rom. 1. Digni sūt morte, nō solū q faciūt, sed ēt q cōsētiūt facientibꝰ. Ergo pari ratione ēt cōsentientes debent restituere.

¶ RESPONDEO, dicēdum ꝙ sicut dictū est, * ad restitutionē tenet̃ aliquis non solū ratione rei alienæ, quā accepit, sed etiā ratione iniuriosę acceptionis. Et ideo quicūq; est causa iniustæ acceptionis, tenetur ad restitutionē. Quod quidē cōtingit dupliciter, directè scilicet & indirectè. Directè, quidē quādò inducit aliquis aliū ad accipiēdū. Et hoc quidē tripliciter. Primo quidē modo, mouēdo ad ipsam acceptionē: qd̄ quidē fit præcipiendo, consulēdo, cōsentiendo expresse, & laudando aliquē quasi strenuū de hoc, ꝙ aliena accepit. Alio modo ex parte ipsius accipientis, quia scilicet eū receptat, vel qualitercūque ei auxiliū fert. Tertio modo ex parte rei acceptæ: quia scilicet particeps est furti vel rapinę, vel quasi sociꝰ maleficij. Indirectè vero, quādo aliquis non impedit, cū possit, & debeat impedire. Vel quia subtrahit præceptū, siue cōsilium impediēs furtū, vel rapinā: vel quia subtrahit suum auxiliū, quo posset obsistere, vel quia occultat post factū, quę his versibus comprehenduntur.

* Ar. præc.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestās.

Sciendum tamen, ꝙ quinque præmissorum semper obligant ad restitutionem. Primò iussio, quia ille qui iubet, est principaliter moués: vnde ipse principaliter tenetur ad restituēdū. Secūdò, consensus in eo, sine quo rapina fieri non potest. Tertiò, recursus: quia scilicet aliqs est receptator latronū, & eis patrociniū præstat. Quartò, participatio, quādo scilicet aliqs participat in crimine latrocinij, & in prędа. Quintò, tenetur ille, qui nō obstat, cū obstare teneatur. Sicut principes qui tenētur custodire iustitiā in terra, si per eorū defectum latrones increscunt, ad restitutionem tenentur: quia reditus quos habent, sunt quasi stipendia ad hoc instituta, vt iustitiam cōseruent in terra. In aliis autē casibus enumeratis nō semper obligatur aliquis ad restituendū. Nō enim semper consilium, vel adulatio, vel aliquid huiusmodi, est efficax causa rapinæ. Vnde tunc solum tenetur consiliator, aut palpo, id est adulator ad restitutionem, quando probabiliter æstimari potest, quòd ex huiusmodi causis fuerit iniusta acceptio subsecuta.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non solū peccat ille, qui peccatum exequitur, sed etiam qui quocunque modo peccati est causa siue cōsiliando, siue præcipiendo, siue quouis alio modo.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ principaliter tenetur restituere ille, qui est principalis in facto, principaliter quidē præcipiens, secūdariò verò exequēs: & cōsequenter alij p ordinē. Vno tamē restituēte illi, qui passus est dānū, alius eidē restituere non tenetur. Sed illi qui sūt principales in facto & ad quos res puenit, tenent̃ aliis restituere, q restituerūt. Quādo aūt aliquis præcipit iniustā acceptionē, quæ non sequitur, nō est restitutio facienda: cū restitutio principaliter ordinetur ad reintegrādā rē eius, qui iniustè est dānificatus.

¶ Ad tertium dicendū, quòd non semper ille qui nō manifestat latronē, tenetur ad restitutionē, aut qui nō obstat, vel qui nō reprehēdit, sed solùm quādo incūbit alicui ex officio, sicut pricipibꝰ terrę, quibus ex hoc non multū imminet periculum. Propter hoc enim potestate publica potiuntur, vt sint iustitiæ custodes.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrum quis teneatur statim restituere, an vero possit restitutionem differre.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ non teneatur aliquis restituere statim, sed potius licitè possit restitutionem differre. Præcepta enim affirmatiua non obligant ad semper. Sed necessitas restituendi imminet ex pręcepto

soli damnum totū incurrerent. Imò contingere etiam posset secundum hoc, quod qui nihil habuissent, restituendo totū damnū incurrerent, & illi qui ad huc res saluas haberent, lucrum reportarent rerū illarū: & dominus qui prius damnificatus erat, & in nullo remaneret damnificatus, & effectus esset liberalis rerū illiꝰ qui restituit, quod iniquitate plenū est: Non potest ergo dominus, cui restitui debet, donare in casu, in quibus tenentur alia refundere restituenti, in præiudiciū restituentis. Et propterea, si donauit quibusdam talibus, qui scilicet tenebuntur refundere illis, qui restituent, non potest in foro conscientię petere ab vno integram restitutionem: sed tantum minus, quantum donauit aliis, & sibiipsi imputet qui donauit suum, si illud non habet: secus autem esset, si non donasset, sed nollet eos vexare, sed ab vno tantum exigere: & ipsi inter se postmodū, qui tenentur insolidum, viderint. Et hoc concedunt iura & non quod portiones donatæ quibusdam, exigātur postmodum ab vno, aut pluribus obligatorū insolidum, quoniam hoc, vt patet ex prædictis, iniquum est.

¶ *Super quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum septimum.*

IN art. 7. eiusdem 26. quęst. prosequēdo ambiguitates spectātes ad psonā restituētis, quis. s. teneatur ad restitutionē notanda & declaranda primò occurrit illa Maxima, Quicunque est causa iniustæ acceptionis, tenetur ad restitutionem. Videtur siquidem malè intellecta & applicata, vt scripta doctorum præ se ferunt, quibus Autoris verba hoc in loco fauere videntur, dum dicit, quod ad restitutionē obligat consensus in eo, sine quo rapina fieri non potest: aiuntque quod requiritur ad restitutionis vinculum, qd̄ sit causa sine qua non acciperetur. Sed si omnino acceptio fuisset per alium facta, non teneri ad restitutionem, nisi rōne rei, quæ ad ipsum deuenit. Et ex hoc principio deducitur, quod causæ instrumentales particulares, loco quarū oīno fuissent aliæ, vt ministri ad vsuras, & inferiores milites, & pedites ad bellū manifeste iniustū, non tenentur nisi aliquid ad eos deuenerit: quoniam loco eorū alij affuissent, qui idem fecissent.

¶ Sed salua eorū reuerentia valde isti errāt in sensu illius Maximæ, & consequenter longè aberrāt, applicādo. Plus enim in primis est cā per quā fit, quàm cā sine qua non fieret: quoniam ista inter causas nō cōputatur, illa vero est causa, vt patet in Philosophia. Et in ppósito cā iniustæ acceptionis est, quæcunque efficit ipsam acceptionē iniustā. Vnde & in hoc articulo subdit Autor, quod iō qn̄que adulator non tenetur: quia qn̄que nō est causa efficax. Et vt oēs intelligant, si quis habeat multos famulos, & præcipiat quod occidant talem virum, & singulis existentibus paratis ad hoc & sufficientibus, si vnus eorum solus illum occidat, nunquid non est vera causa iniustæ acceptionis vitæ? Et tenetur illi ad restitutionem, nec excusatur à restōnis vinculo, plusquam à pœna mortis, à qua certū est non excusari, (quia omnino multi alij ipsum occidissent. Habet enim locū in hmōi regula euangelica, Necesse est, vt veniant scandala. Veruntamen væ homini illi, per quem venit. Ad affirmatiuam oportet ergo respicere, an scilicet iste efficiat iniustam acceptionē, & non ad negatiuam: an scilicet non fuisset facta sine ipso. Tenetur enim quilibet ratione suæ operationis. Nec excusatur, quia oīno hoc alius fecisset. Cum ergo vinculū restitutionis sequatur operationem agentis, qn̄ ex iniusta acceptione cōsurgit, sine omni dubio constat ꝙ extra obligatos ad restitutionem non sunt, qui licet nihil habuerint, & alij oīno hoc idem fecissent, ministri fuerunt iniquæ acceptionis. Et ex hoc patet, quod secundum iustitiæ rigorem quilibet miles, quilibet pedes in bello manifestè iniusto, tenetur insolidū de omni dāno, qd intulerūt nō minus, quā quū multi socij ad rapiendū concurrunt: quamuis exhibere damnū passis pretiū non teneantur, nisi secūdū facultates suas, impotentia illos excusante. Ministri quoque furis, raptoris, vsurarij, & hmōi, qui deseruiunt, siue sponte, siue mercede conducti ad iniquas acceptiones, etsi nihil ad eos deueniat, tenentur insolidū rōne iniustæ acceptionis, quā effecerūt. Esto ergo diligens scrutator in particularibus casibus vt discernas, si ministrat in acceptione vsuræ, furti, &c. an in aliis: quoniam hinc oīa pendent. Paria siquidem sunt quo ad personam accipientis, hoc est quo ad quis accepit furari per aliū, & vsuras accipere per alium. Vtrobique enim ille mediator accipit alienum, licet non per se. Et per hoc vtrobique tenetur ipse ad restitutionem in solidum: quia est causa iniustæ acceptionis.

¶ In eodē articulo circa eū, qui est causa iniustæ acceptiōis indirectè, aduerte quod Autor immotus à principiis traditis in precedenti libro duas conditiones exigit ad hoc, ꝙ aliquis sit iniustę acceptionis causa indirectè. Prima est, quod possit impedire: secunda est ꝙ debeat impedire. Nō enim imputatur malum culpæ alicui indirectè, nisi quia potest & debet obstare, vt ibidem quū de voluntario tractaretur, dictum est.

¶ Considera ergo quando quis præcepto, consilio, auxilio, manifestatione, potest, & tenetur impedire furtū, rapinā &c. & discernes quando tenetur ad restitutionē, & qn̄ nō. Et ne tibi hoc difficile videatur. Autor in litera dicit, ꝙ hoc solum accidit, qn̄ alicui incumbit hoc ex officio, vt patet ex responsione ad tertium.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum, videre potes primo quàm conforme sit dictis Autoris, quod in præcedenti articulo de obligatis ad refundendum restituenti diximꝰ. Duo nāque genera nominat hic Autor huiusmodi obligatorum, scilicet eorum qui fuerunt principales in facto, & eorum, ad quos res peruenit. Principales nanque sunt inducentes alios, & æquè spōte, &c. Animaduertere quoque secundò potes in principio responsionis, qd̄ paulo superius de obligatione ministrorum diximus. Nam Autor secundo loco ponit obligatū ad restitutionem executorem iniustæ acceptionis ex præcepto alterius.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum octauum.*

IN titulo articuli octaui eiusdē quæstionis aduerte, quod expeditis omnibꝰ quæ de restitutione dicenda sunt, s. quid sit restitutio, in primo articulo: cur sit restituēdū, in secūdo: quid sit restituēdū, in tertio, & quarto: cui sit restituēdū, in quinto: quis teneat̃ restituere, in sexto & septimo, reliquū fuit quærere, quādo ē restituēdū, an scilicet statī, an cū aliquo certo tpe. Et ē rō dubij: qa sonat pceptū affirmatiuū cuiꝰ natura ē obligare ad executionē quodā tpe.

¶ In eodē articulo aduerte, ꝙ in præcepto restitutionis claudūtur duo. Primū est, quod animo nō detineatur alienū inuito dn̄o: secūdū est, qd̄ secūdū actū exteriorē nō detineatur alienū inuito domino. Primū ēm exigitur ad hoc, vt detinēs cesset à volūtate peccādi, mutādo eā, & deliberādo restituere: secūdū autē exigit̃ ad hoc, vt dn̄o satisfiat. Non ēm satisfactū est ei ex deliberatione restituēdi, sed ex hoc quod redditur ei quod suū est. Hoc autē secundū oritur ex primo, sicut actus exterior ab habitu virtutis. Et vt in litera in rn̄sione ad tertiū patet, circūstātia tēporis diuersimode se habet ad actū restitutionis, & ad alios actꝰ virtutis. Nā in multis actibꝰ, tā iustitiæ quàm aliarū virtutū circūstātia tēporis ita se habet, quod prudētiæ determinanda committitur, vt patet in actibꝰ fortitudinis, & in iudiciis, accusationibꝰ, testificationibus, & huiusmodi. In restitutione verò tēpus non relinquitur determinādū prudētiæ, sed determinatū est ad statim: quia omissio huiꝰ circūstantiæ cōtrariatur virtuti iustitiæ. Nā nisi statim restitutio fiat, detinetur alienū inuito dn̄o, qd̄ est cōtra iustitiā. Omissio aūt huiꝰ certi tēporis, puta statim, in aliis actibus non contrariatur virtuti. Non enim contra iustitiam est, si non statim accuso, si non statim iudico, si non statim expono me mortis periculo, & huiusmodi: qm̄ hæc non implicant in se aliquid cōtrariū virtuti. Quòd autē dicimus statim restitutionē faciendam, nō dicimꝰ, quod si in media nocte, aut inter missarū solēnia deliberet quis restituere, teneatur à lectulo surgere, aut missā relinquere, & restituere: sed statim dicimus fieri quod nō differtur, sed hora negotio congrua executioni mandatur. Habet enim restitutio, quatenus aliqd̄ affirmationis exigit, vt prudentiæ aliquo modo in sua exhibitione subiaceat. Hæc autē intelligēda sunt regulariter, & quātū est ex natura actus & virtutis, quod est dictū, quod hæc sūt vera, vt in pluribꝰ. Contingit enim in casibus

Universidad de Deusto Biblioteca

particularibus propter impedimenta occurrentia, quod oportet exterioris restitutionis actum ad congruum tẽpus differre, vt patet in responsione de-positi, quando Dominus est furiosus, vel inimicus patriæ.

¶ Circa determinationem huius articuli dubiũ occurrit, an quãdo restitutio nõ põt fieri statim sine magno detrimẽto restitutoris, possit differri, vt cõgruo sibi tẽpore fiat. Et est ratio dubij diuersitas scriptorũ. Nã quidam solius extremæ necessitatis rationẽ habẽdã in restitutionib⁹ docuerũt. Quidã autẽ magnũ detrimentũ considerandum quoque esse dixerunt. Mihi autem distinguendum videtur, & dicendum q̃ circa extremam necessitatem semper loquẽdo, tripliciter intelligi põt restitutionem non posse fieri statim sine magno detrimento. Primò, vt detrimẽtum sit magnũ, quia res restituenda est magna, & valde oportuna. Et sic proculdubio non obstante tali detrimento tenetur statim restituere: quoniam iste in restituendo tam magnum in nullo damnificatur, quoniam nihil rei suæ perdit: alioquin melioris condirionis esset qui magnas fecerunt rapinas & vsuras, quàm qui modicum repuerũt. Secundò, vt detrimentũ sit magnum ratione lucri cessantis. Verbi gratia, Tenetur mercator ad restitutionem mille ducatorum. Et si illos statim restituit, quum non habeat alios, cum quibus lucraretur, vt vitiat conuenienter, secundum statum suum, magnum damnũ lucri cessantis incurrit. Et propter huiusmodi quoque detrimentum non executatur à subita restitutione, sed tenetur pro culdubio ad restitutionem statim. Non enim vt Rica. & Scot. in 1. dist. 4. dicunt, & bene, licitũ est pro statu conseruatione alienum detinere. Et in promptu ratio est, quia ratio lucri cessantis quandoque licite habetur in rei ꝓprię distractione, vt patet in eo qui non erat, nec videtur hic venditurus res suas. Nunquam autem habetur in re aliena, quin potius detinens alienum. tenetur restituere domino non solum rem, sed etiam interesse lucri cessantis, vt patet ex 4. art. huius q.

¶ Tertio autem modo potest intelligi, vt detrimentum magnum sit damni emergentis in propriis. Verbi gratia, Detinens mille aureos alterius, nec habens pecuniam, si statim restituere velit, cogeretur vendere domum, vel agrum multo minus quã valeat: vel quia non inueniuntur tunc emptores, vel quia vltronea vilescunt: & si differret restitutionem, non incurreret tale damnum. Et de huiusmodi notabili damno in propriis loquendo, oportet subdistinguere, quia vel talis dilatio esset cum multo damno creditoris, seu domini aut cum paruulo, seu nullo. Siquidem dilatio esset cum notabili damno creditoris, seu domini, quum sit in mora, & tenetur domino de damno omni quod ex detentione sequitur: consequens est, quod ſubiqui impuret detinens, quod damnum notabile incurrat in propriis ex restitutione alieni, ex quo in culpa aut mora est, & dominus notabiliter damnificatur: & hoc est etiam sine dubio verum. Si verò talis dilatio in modicum, aut nullum damnum creditoris esset, tunc secundum Scot. in 15. dist. 4. non tenetur statim restituere, quia dominus debet magis velle, quod vtetur magnum incommodum proximi restituentis, quàm modicum vel nullum suum incommodum in illa sua modica dilatione restituentis.

¶ Sed hæc ratio non concludit: quia sicut nullus damnum alteri facit, qui vtitur iure suo, ita nullus damnum alteri vult, qui vult vti iure suo. Constat autem quòd dominus rei licitè potest velle vti, nunc re sua: quia est affirmatiuo. Ergo non obligatur homo ad statim restituendum.

¶ 2 Præterea, Nullus tenetur ad impossibile. Sed quandoque aliquis non potest statim restituere. Ergo nullus tenetur ad statim restituendum.

¶ 3 Præterea, Restitutio est quidam actus virtutis, scilicet iustitiæ. Tempus autem est vna de circunstãtiis quæ requiruntur ad actus virtutum. Cùm ergo aliæ circũstantiæ non sint determinatæ in actibus virtutum, sed determinabiles secundum rationem prudentiæ: videtur quod nec in restitutione sit tempus determinatum vt scilicet aliquis teneatur ad statim restituendum.

¶ SED CONTRA est, quod eadem ratio esse videtur in omnibus, quæ sunt restituenda. Sed ille, qui conducit operam mercenarij, non potest differre restitutionem, vt patet per illud quod habetur Leuitici 16. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. Ergo neque in aliis restitutionibus faciendis potest fieri dilatio, sed statim restituere oportet.

¶ RESPONDEO dicendum, quod sicut accipere rem alienam, est peccatum contra iustitiam, ita etiam detinere eam: quia perhoc quòd aliquis detinet rẽ alienam inuito domino, impedit eum ab vsu rei suæ: & sic ei facit iniuriam. Manifestum est autem, quòd nec modicum tempus licet in peccato morari, sed quilibet tenetur peccatũ statim deserere, secundum illud Eccles. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatũ. & ió quilibet tenetur statim restituere, si potest, vel petere dilationẽ ab eo, q̃ habet vsũ rei concedere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ præceptum de restitutione facienda, quãdo uis secundum formam sit affirmatiuum: implicat tamen in se negatiuum præceptũ, quo prohibemur rẽ alteri⁹ detinere.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quando aliquis non potest statim restituere, ipsa impotẽtia absoluit eũ ab instãti restitutione faciẽda: sicut etiã totaliter à restitutione absoluitur, si omnino sit impotẽs. Debet tamen remissionem vel dilationem petere ab eo, cui debet, aut p se, aut per aliũ.

¶ Ad tertium dicendum, quod quia cuiuscunque circunstãtiæ omissio cõtraria tur virtuti, pro dete terminato est habẽdũ quòd oportet illã circunstantiã obseruare. Et quia per dilationẽ restitutionis cõmittitur peccatũ iniustæ detẽtiõis, quod iustitiæ opponitur: ideo necesse est tẽpus esse determinatũ, vt statim restitutio fiat.

dominus rei suæ. Nec debet esse deterioris conditionis, quia detenta est res sua ab alio, quàm si eam apud se haberet. Non igitur tenetur dominus rei ad nõ velle vti nunc re sua propter damnum quod sequitur in detẽtore: quoniã ipse qui vtitur iure suo, non infert damnũ illud. Non tenetur igitur dominus malle, quod vitetur magnũ proximi incommodũ, quã sium paruũ aut etiam nullum: quia non tenetur velle impediri se à libero vsu rei suæ, quando cunque vult, quod impedimentum necessario infert talis dilatio. Neque igitur actu elicito, neque actu debito desinit esse inuitus dominus dẽs in huiusmodi casu. Aliunde ergo sustinẽda est hæc conclusio, si sustinenda est. Videtur autẽ mihi, quod in tali casu licite possit differri restitutio ratione impotentiæ restitutionis. Est siquidem restitutor, cui tantum emergeret damnum in propriis ex restitutione iubita, impotens pro tunc ad restituendum. Impotentia autem pro nunc absoluit, vt in litera dicitur in responsione ad secundum, de bitorem à restituendo ſtacim, sicut impotentia simpliciter absoluit à restitutione simpliciter. Quod autem debitor in tali casu sit pro tunc impotens, patet ex hoc quod impotens non solum dicitur qui non potest, sed qui male potest, vt habetur in quinto Meta. & secundo de Anima. Ad hanc etiam causam reducitur, quòd quando detentio alieni est secreta, potest quis differre restitutionem quousque habeat, per quem sine damno suæ famæ restituat. Est nam que pro tunc impotens, qui sine suæ famæ damno nõ potest restituere. Sed restat tũc dubium, An in hoc casu teneatur iste sic pro nunc impotens ad restitutionem illius modici damni quod dominus incurrit ex ista dilectione: videtur enim quod non: quia ex quo impotentia concedit sibi beneficium dilationis non est pro tunc in mora: & consequenter non tenetur ad solutionem interesse. Ex alia parte apparet oppositum, quia vtatio damni debitoris non dẽt esse cum damno creditoris.

In cor. arti. — *Infra art. 2. cor. Et Rom. 2. lect. 2. col. 5. fin.* — *Intellect.*

¶ Dicendũ est q̃ licet tã impotẽtia absolute, quã superioris ordinis, excuset à solutione interesse in foro conscientiæ: quia & pauper omnino debitor cum peruenerit ad pinguiorẽ fortunã, non tenet ratione moræ ad interesse, quia nõ fuit in mora q̃ nõ habuit, & qui ratiõe vitãdæ suæ ifamię cogit' differre restitutionẽ. Nõ tenet ẽt ratione moræ ad ĩteresse, qa nõ ẽ in mora q̃ superioris ordinis bonorũ legib⁹ astrigit' ad differẽdũ. Fama esn ẽ bonũ superioris ordinis, quã sint pecunię, agri, & huiusmodi. Impotẽtia tn, p nũc ex cã ciusdẽ ordinis nõ videt excusare à solutione ĩteresse. Nã recta ratio postulat, vt ita indẽnis ĩ huiusmodi bonis debitor seruet, vt magis indẽnis in eiusdẽ ordinis bonis seruetur creditor.

Gloss. interlin. ibi.

¶ Ad obiectionem autẽ in oppositum dicitur, quod licet iste restitutor non sit in mora simpliciter, & propterea potest differre restitutionem: est tamen in mora secundum quid. Secundum factum: quia. f. facto detinet alienum ex cã tali, quæ non debet in damnum domini redundare.

¶ In eodem articulo octauo, aduerte q̃ petitio dilationis, si sperati consequiẽ effectum absoluit detentorẽ à mora: vt de cætero non teneatur ad interesse soluendũ, si tamen conceditur liberè dilatio. Si enim mixto voluntario conceditur, puta metu, vel quia non põt aliter facere, aut dicere, non absoluit ab ĩteresse soluẽdo: sicut eõtra soluẽs volũtario mixto vsuras, nõ gdit i' illarum.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ tertiæ Articulum primum.*

IN articu. primo quæstionis sexagesimæ tertiæ, nota, q̃ radice huius materiæ duo. Primo, illã distinctionẽ de acceptione personæ, vel causæ. Secũdo, quòd

QVÆSTIO SEXAGESIMA tertia de Acceptione personarum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vitiis oppositis prædictis iustitiæ partibus. Et primò de acceptione personarum, quę opponitur iustitiæ distributiuæ. Secundò, de peccatis quæ opponuntur iustitię commutatiuæ.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrum personarum acceptio sit peccatum.

¶ Secundò, vtrum habeat locum in dispensatione spiritualium.

¶ Tertiò, vtrum in exhibitione honoris.

¶ Quartò, vtrum in iudiciis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum personarum acceptio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd personarum acceptio non sit peccatum. In nomine enim personæ intelligitur personæ dignitas. Sed cõsiderare dignitates personarum pertinet ad distributiuam iustitiam. Ergo personarum acceptio non est peccatum.

¶ 2 Præterea, In rebus humanis personæ sunt principaliores, quàm res: quia res sunt propter psonas, & nõ ecõuerso. Sed rerum acceptio non est peccatum. Ergo multò minus acceptio personarum.

¶ 3 Præterea, Apud Deũ nulla potest esse iniquitas, vel peccatum. Sed Deus videtur personã accipere, quia interdũ duorum hominũ vnius conditionis, vnũ assumit per gratiã, & alterũ relinquit in peccato, secũdũ illud Mat. 24. Duo erũt in leco, vnus assumetur & ali⁹ relinquet. Ergo acceptio personarũ nõ est peccatum.

¶ SED CONTRA. Nihil prohibetur in lege diuina nisi peccatum. Sed psonarũ acceptio prohibetur Deute. 1. Vbi dicitur, Nõ accipietis cuiusquã personã. Ergo personarum acceptio est peccatum.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ personarũ acceptio opponit' iustitiæ distributiuæ. Consistit em æqualitas distributiuæ iustitiæ ĩ hoc q̃ diuersis personis diuersa tribuuntur secundum proportionem ad dignitates personarũ. Si ergo aliquis cõsideret illam proprietatẽ personæ ꝓpter quam aliquid, q̃d ei confertur, est ei debitum, nõ est acceptio personæ, sed causæ. Vnde glos⁹. sup illud ad Ephe. 6. Personarũ acceptio nõ est apud Deũ, dicit q̃ De⁹ iudex iust⁹ causas discernit, nõ personas. Puta si iudex aliquis, pmoueat aliquẽ ad

quod ista distinctio refertur ad rationem debiti, ita q̃ acceptio causæ est recognoscere causam per quam aliquid est per sonæ debitum: acceptio vero personæ est recognoscere vt causam, illam conditionem, propter quam aliquid non est personæ debitum secundum veritatem. Iusti tia enim respicit rationem, ac per hoc vitium oppositum iustitiæ violat debitum.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ tertiæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæstionis nota quatuor. Primo, quod communis vtilitas ad quam principaliter ordinantur ministeria ecclesiastica non est vtilitas corporalis, sed spiritualis. quoniam, vt ex dictis in præcedenti libro patet, regimen ecclesiasticum in hoc differt à ciuili, quod hoc ordinatur ad commune bonum exterius, puta pacem, sufficientiam, &c. illud verò ad interiorem animæ pacem. Quando ergo aliquis propter potentiam sæcularem erit magis vtilis communi saluti animarum, puta quia est sufficiẽs ad euellendos hæreticos, inficientes Christi gregem, vel ad cogendum potentes clericos, vt seruentur quæ sunt de vita, & honestate clericorum, vel aliquid huiusmodi, non habetur ratio personæ, sed causæ. Si quis etiam considerat, quod spiritualia sine temporalibus propter nostram infirmitatemma le subsũtũ, quando cæteris paribus præponeretur ille, qui vtilior esset ad temporalia bona, non esset persona, sed causę acceptio. Sed quando cætera non sunt paria, puta quia pro temporalibus optimus, sed spiritualia negligit, præferenda est vtilitas spiritualis temporali: quia illa est finis, quoniam temporalia data sunt Ecclesiæ propter spiritualia.

In cor. arti.

¶ Nota secundò, quod omnes comparationes eligibilium ad ecclesiastica ministeria præsupponunt bonitatem absoluta, hoc est esse bonum virum, hoc est, quantum humana flagilitas concedit personam illam esse in gratia Dei. Vnde qui manifeste tenet concubinam, vel in alio peccato mortali credit versari, extra latitudinem eligibilium, seu promouẽdorũ est. Propterea in litera dicitur, quod minus boni, & non dicitur quod mali præferuntur melioribus.

¶ Nota tertio, q̃ quum in responsione ad primum dicitur, quòd prælatus ecclesiasticus non est dominus, vt possit magisterium, propter sufficientiam scię-tiæ, hic attenditur causa debita, nó persona. Si autẽ aliquis cõsideret in eo cui aliquid cõfert, nõ id, ꝓpter q̃d id quod ei datur, esset ei ꝓportionatũ, vel debitũ, sed solùm hoc, q̃d est homo, puta Petrus vel Martinus, hic est acceptio personæ: quia non attribuitur ei aliquid ꝓpter aliq̃ causã, quæ faciat eũ dignum, sed simpliciter attribuit' psonæ. Ad psonã autẽ refertur quæcunq; cõditio non faciẽs ad causam, propter quã sit dignus hoc dono. Puta si aliquis promoueat aliquẽ ad prælationẽ vel magisterium, quia est diues, vel quia est cõsagineus fuus: est acceptio psonę. Cõtingit tamen aliquã cõditionẽ personæ facere eã dignã respectu vnius rei & nõ respectu alteri⁹. Sicut cõsãguinei tas facit aliquẽ dignũ ad hoc q̃ instituat' hæres patrimonij, nõ aũt ad hoc, q̃d cõferat' ei prelatio ecclesiastica. Et ió eadẽ cõditio personæ in vno negotio cõsiderata facit acceptionem personę, in alio autẽ non facit. Sic ergo patet, quòd personarũ acceptio opponitur iustitiæ distributiuæ, in hoc quod præter proportionem agitur, nihil autem opponitur virtuti nisi peccatum. Vnde consequens est, quod personarum acceptio sit peccatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ in distributiua iustitia cõsiderantur conditiones personarũ, quæ faciũt ad dignitatis, vel debiti causã. Sed in acceptione psonarum considerantur cõditiones quæ non faciunt ad causam, vt dictum est*.

¶ Ad secundum dicendum, quòd persona ꝓportionatur, & dignæ redduntur in aliquib⁹, quæ eis distribuuntur, ꝓpter alias res, quæ ptinẽt ad conditionẽ personę: & ió huius cõditiones sunt attẽdẽdæ tanquã proprię causæ. Cùm autẽ considerantur ipsæ personæ, attendirur non causa, vt causa. Et ideo patet quamuis per sonæ sint digniores simpliciter, non tamen sunt digniores quo ad hoc.

¶ Ad tertium dicendum, quòd duplex est datio. Vna quidem pertinens ad iustitiã, qua scilicet aliquis dat alicui, q̃d ei debetur. Et circa tales datiões attẽditur personarũ acceptio. Alia est datio ad libe ralitatẽ pertinẽs, qua scilicet gratis datur alicui, quod ei nõ debetur. Et talis est collatio munerũ gratiæ, per quã peccatores assumũtur à Deo. Et in hac donatione nõ habet locum personarum acceptio: quia quilibet absque iustitia põt de suo dare quantum vult, & cui vult, secundum illud Matthæi. 20. An non licet mihi, quod volo facere? Tolle, quod tuũ est, & vade.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in dispensatione spiritualium locum habeat personarum acceptio.

AD SECVNDVM sic procedi-tur. Videtur quod in dispensatione spiritualium locum non habeat personarum acceptio. Conferre enim dignitatẽ ecclesiasticam, seu beneficium alicui propter consanguinitatem, videtur ad acceptionem personarũ pertinere, quia consanguinitas non est causa faciens hominem dignum ecclesiastico beneficio. Sed hoc non videtur esse peccatum: cum hoc ex consuetudine prælati Ecclesiæ faciant. Ergo peccatum personarum acceptionis non videtur locum habere in dispensatione spiritualium.

¶ 2 Præterea, Preferre duitẽ pauperi, videtur ad acceptionẽ personarũ pertinere, vt patet Iac. 1. Sed facilius dispẽsatur, cũ diuitibus & potentibus, quòd in gradu prohibito contrahant matrimoniũ, quã cum aliis. Ergo peccatum personarum acceptionis non videtur locum habere circa dispensationem spiritualium.

¶ 3 Præterea, Secundum iura sufficit eligere bonum, non autẽ requiritur, q̃ eligat meliorem. Sed eligere minus bonũ ad aliquid altius, videtur ad acceptionẽ personarũ acceptio. Alia est datio ad liberalitatẽ pertinẽs, qua scilicet gratis datur alicui, quod ei nõ debetur. Et talis est collatio munerũ gratiæ, per quã peccatores assumũtur à Deo. Et in hac donatione nõ habet locum personarum acceptio: quia quilibet absque iustitia põt de suo dare quantum vult, & cui vult, secundum illud Matthæi. 20. An non licet mihi, quod volo facere? Tolle, quod tuũ est, & vade.

¶ 4 Præterea, Secundũ statuta Ecclesiæ eligendus est aliquis de gremio ecclesiæ. Sed hoc videtur ad acceptionem personarum pertinere: quia quandoque sufficientiores alibi inuenirentur. Ergo personarum acceptio non est peccatum in spiritualibus.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Iacob. 2. Nolite in personarũ acceptione habere fidẽ Domini nostri Iesu Christi. Vbi dicit gloss.* Aug. Quis ferat, si quis diuitem eligat ad sedem honoris Ecclesiæ, contempto paupere instructiore & sanctiore?

Epist. 29. ad Hier. tom. 2.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ sicut dictum est, * acceptio personarũ est peccatum, inquãtũ contrariatur iustitiæ. Quanto aũt in maioribus aliquis iustitiã trãſgreditur, tãto grauius peccat. Vnde cum spiritualia sint tẽporalib⁹ potiora: grauius peccatum est personas accipere in dispensatione spiritualium, quã in dispeniatione temporalium. Et quia personarum acceptio est, cũ aliquid personæ attribuitur præter proportionem dignitatis ipsi⁹, cõsiderare oportet, q̃ dignitas alicui⁹ psonę potest attẽdi dupliciter. Vno modo simpliciter, & secundũ se: & sic maioris dignitatis est ille, qui magis abũdat in spiritualib⁹ gratiæ donis. Alio modo per cõparationẽ ad bonum cõmune. Cõtingit em, quãdoque q̃ ille, qui est min⁹ sanct⁹, & min⁹ sciens, potest magis cõferre ad bonũ cõmune ꝓpter potentiã vel industriã sęcularẽ, vel ꝓpter aliquid hmõi. Et q̃a dispẽsatiões spiritualiũ principalius ordinãtur ad vtilitatẽ coẽm secundum illud 1. ad Cor. 12. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatẽ. Ideo quandoque absque acceptione personarũ in dispensatione spiritualiũ, illi qui fũt simpliciter minus boni, melioribus præferuntur. Sicut etiam, & Deus gratias gratis datas quandoque concedit minus bonis.

Ar. præc.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ circa cõsãguineos Prælati distinguẽdũ est. Quia quãdoque sũt minus digni, & simpliciter, & per respectũ ad bonũ cõmune. Et sic si digniorib⁹ præferãt, est peccatũ personarum acceptionis in dispẽsatione spiritualium, quorum prælatus ecclesiastię⁹ non est dominus, vt posit ea dare pro libito, sed dispensator, secundum illud. 1. ad Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispẽsatores ministeriorum Dei. Quãdoq; verò cõsãguinei Prælati ecclesiastici sunt æquè digni, vt alij. Et sic licitè põt absque per sonarum acceptione cõsãguineos suos præferre: quia saltẽ magis in hoc præminẽt, q̃ de ipsis magis cõfidere põt, vt vnanimiter secũ negotia Ecclesiæ tractẽt. Esset tamen hoc propter scãdalum dimittẽdum, si ex hoc aliq exẽplum sumerẽt, etiam præter dignitatem, bona ecclesiæ consanguineis dandi.

¶ Ad secũdũ dicẽdũ, q̃ dispẽsatio matrimonij cõtrahẽdi prĩci paliter fieri cõsueuit ꝓpter fœd⁹ pacis firmãdũ. Quod q̃dẽ magis ẽ necessariũ cõmuni vtilitati circa psonas excellẽtes. Et ió cũ eis facili⁹ dispẽsatur absq; peccato acceptionis personarũ.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ quantũ ad hoc, q̃ electio impugnari nõ possit in foro iudiciali, sufficit eligere bonũ, nec oportet eligere meliorẽ: quia sic omnis electio posset habere calumniã. Sed quãtum ad cõsciẽtia eligẽtis necesse est eligere meliorẽ, vel simpliciter, vel in cõparatione ad bonum cõmune: quia si põt haberi aliquis magis idoneus erga aliquã dignitatẽ, & ali⁹ præferatur, oportet q̃ hoc sit propter aliquã causam. Quæ quidem si pertineat ad negotium, quantum ad hoc erit ille, qui eligitur, magis idoneus. Si verò nõ pertineat ad negotium, id quod cõsideratur vt causa, erit manifestè acceptio personæ.

¶ Ad quartum dicendũ, quod ille qui de gremio ecclesiæ assumitur, vt in pluribus cõsueuit esse vtilior, quãtũ ad bonum cõmune: quia magis diligit ecclesiam in qua est nutritus. Et ꝓpter hoc etiam mandatur Deuteron. 17. Non poteris alterius gentis hominem facere regem, qui non sit frater tuus.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum in exhibitione honoris, & reuerentiæ locum habeat peccatum acceptionis personarum.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ tertiæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio eiusdem quæstionis dubium occurrit circa calcem articuli, vbi dicitur, Si autem solùm intuitu diuitiarum honorentur, erit peccatum, acceptionis personarum. Tum quia acceptio personarum non habet locum in gratuitis, sed solù in debitis exhibitionib. De gratuitis enim scriptum est, An non licet mihi quod volo facere? Quamuis igitur in honorib. debitis esset acceptio personarum, vt si in conuentu Christiano aliquis suprà honoretur, propter diuitias, vt Iacobus Apostolus dicit: quia in huiusmodi conuentu locus debetur propter virtutem: in honoribus tamen gratuitis, quum quotidie honoramus eos, qui nobis occurrunt, deregendo caput, & huiusmodi: qui tamen non sunt nostri superiores, vt teneamur, nulla apparet ratio acceptionis personarum. Volo enim illi propter diuitias assurgere, quānis non mereatur, an non licet mihi, quod volo facere? Tum quia dato quod in huiusmodi gratuito honore propter diuitias sit peccatū, non est tamen peccatum acceptionis personarum sed peccatum inobseruantiæ. Exhibere enim huiusmodi honores ad obseruantiæ virtutem spectat. Ac per hoc errare in huiusmodi ad vitium illi contrarium & non ad acceptionem personarum, quæ contrariatur iustitiæ distributiuæ, spectat.

Quolibet. 10. ar. 12.

Epist. 29. ad Hiero. tom. 2.

Hom. 28. in Euan.

¶ Ad hoc dicitur quod quum acceptio personarum in tantum sit peccatum inquantum contrariatur iustitiæ, & iustitia solum versetur circa debita, consequens est vt in gratuitis locum non habeat. Et si nominarum esset vitium contrarium virtuti obseruantiæ, diceremus, quod litera ista intelligenda esset, nō de honore vniuersaliter, sed de honore solū debito. Sed quia obseruantiæ contrarium vitiū innominatum est, & obseruātia est pars iustitiæ, & extenditur se ad debitū morale, vt in suo tractatu patebit: ideo literā hāc vniuersaliter intelligo: & dico, q sicut gratis dando pecuniā, quando, vbi, quare, &c. non oportet, pecco cōtra liberalitatē, quāuis nō faciā iniuriā alicui: ita gratis honorādo aliquē, quare nō oportet, est peccatū cōtra obseruātiam. Sed quia hoc ideo est peccatum quia accipitur non causa honoris debiti, vt causa honoris debiti: iō reducitur est acceptio personarū. Dixi autē debiti, q a omni causæ honoris est honor debitus, licet nō a me. Propter q quum propter diuitias exhibetur honor non solum causa exhibitionis, sed etiā causa debiti, vitiatur. Nō sic autē est de prodigo donāte ex causa irrationabili: quoniā peccat quidem in causa, sed non in causa debiti.

Gloss. interlin.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q in exhibitione honoris, & reuerentię non habeat locū peccatum acceptionis personarū. Honor enim nihil aliud esse videtur quā reuerentia quę dā alicui exhibita in testimonium virtutis, vt patet per Philosophum in 1. Ethi.* Sed Prælati & Principes sunt honorādi etiam si sint mali, sicut etiam parentes de quibus mandatur Exod. 20. Honora patrem tuum & matrem tuam. & etiam domini sunt à seruis honorādi, etiam si sint mali, secundum illud 1. ad Timoth. 6. Quicunq; sunt sub iugo serui, dominos suos honore dignos arbitrētur. Ergo videtur q acceptio personæ non sit peccatum in exhibitione honoris.

¶ 2 Præterea, Leuitici. 19. præcipitur, Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Sed hoc videtur ad acceptionem personarum pertinere: quia quando quę senes non sunt virtuosi, secundum illud Dan. 13. Egressa est iniquitas à senioribus populi. ergo acceptio personarū non est peccatum in exhibitione honoris.

¶ 3 Præterea, Super illud Iacobi 2. Nolite in personarum acceptione habere fidem, &c. dicit gl. Augustī.* Si hoc quod Iacobus dicit, Si introierit in cōuentu vestro vir habēs anulū aureū, &c. intelligatur de quotidianis cōsessib⁹, quis hic nō peccat, si tamen peccat? Sed hæc est acceptio personarū, diuites ,ppter diuitias honorare. Dicit enim Greg. in quadam homil.* Superbia nostra retūditur: quia in hominibus nō naturā qua ad imaginē Dei facti sunt, sed diuitias honoramus. Et sic cùm diuitiæ non sint debita causa honoris, ptinebit hoc ad personarū acceptionem. Ergo personarum acceptio non est peccatum circa exhibitionem honoris.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in gl.* Iac. 2. Quicunque diuitem propter diuitias honorat, peccat. Et pari ratione, si aliquis honoret ,ppter alias causas quę nō faciūt dignū honore: q̄d prinet ad acceptionē personarum. Ergo acceptio personarū in exhibitione honoris est peccatū.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄d honor est quoddam testimonium de virtute eius, qui honoratur. Et iō sola virt⁹ est debita causa honoris: sciēdū tamē q̄ aliq̄s pōt honorari nō solū ,ppter virtutē ,p priā, sed ēt ,ppter virtutē alteri⁹. Sicut principes & prælati honorāt, ēt si sint mali, i q̄tū gerūt personā Dei & cōmunitatis: cui præficiuntur, secundū illud Proverb. 26. Sicut qui immittit lapides i aceruū Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Quia Gentiles rōnem attribuebāt Mercurio, aceru⁹ Mercurij dicitur cumulus rōcinij, in quo mereator quādoq; mittit vnū lapillum loco cētum marcarum: ita etiā honoratur insipiēs qui ponitur loco Dei, & loco totius communitatis. Et eadem ratione parentes & domini sunt honorandi propter participationem diuinę dignitatis, qui est omniū pater, & dominus. Senes autem sunt honorandi propter signū virtutis, q̄ est senectus, licet hoc signum quandoque deficiat. Vnde, vt dicitur Sapientiæ 4. Senect⁹ venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita est immaculata. Diuites autem honorādi sunt propter hoc, q̄ maiorem locum in communi tatib. obtinent. Si autem solùm intuitu diuitiarum honorentur, erit peccatum acceptionis personarum.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum in iudiciis locum habeat peccatum acceptionis personarum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̄ in iudiciis locum non habeat peccatum acceptionis personarū. Acceptio enim personarum opponitur distributiuæ iustitiæ, vt dictū est*. Sed iudicia maximè videntur ad iustitiam commutatiuam pertinere. Ergo personarum acceptio non habet locum in iudiciis.

¶ 2 Præterea, Pœnæ secundum aliquod iudicium infligūtur. Sed in pœnis accipium tur personæ absq; peccato, quia grauius punitūtur qui inferunt iniuriam in personas Principum, quàm qui in personas aliorum. Ergo personarum acceptio non habet locum in iudiciis.

¶ 3 Præterea, Eccles. 4. dicitur, In iudicādo esto pupillis misericors. Sed hoc videt esse accipere pſonā pauperis. Ergo acceptio pſonarū in iudiciis non est peccatū.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Prouerb. 18. Accipere personā in iudicio non est bonum.

¶ RESPONDEO dicendum q̄ sicut dictum est, * iudicium est actus iustitiæ, prout iudex ad æqualitatē iustitiæ reducit ea, quæ inæqualitatem opposītam facere possunt: personarū aūt acceptio inæqualitatem quādam habet, inquantum attribuitur alicui personæ præter proportionē suam, in qua cōsistit æqualitas iustitiæ. Et ideo manifestū est, q̄ per personarum acceptionē iudicium corrumpitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̄d iudicium dupliciter potest cōsiderari. Vno modo quantū ad ipsam rē iudicatā: & sic iudiciū se habet cōmuniter ad cōmutatiuā, & ad distributiuā iustitiā. Pōt em iudicio diffiniri qualiter aliq̄d cōmune sit distribuēdū in multos, & qualiter alteri vn⁹ restituat, q̄d ab eo accepit. Alio mō pōt cōsiderari quātùm ad ipsā formā iudicij, prout. s. iudex ēt in ipsa cōmutatiua iustitia ab vno accipit, & alteri dat: & hoc pertinet ad distributiuam iustitiam. Et secundum hoc in quolibet iudicio locum habere potest pſonam personarum acceptio.

¶ Ad secundū dicēdum, q̄ cum punitur a liquis grauius ,ppter iniuriā in maiorē pſonā cōmissam, nō est pſonarū acceptio, qa ipsa diuersitas pſonæ facit, quātū ad hoc, diuersitatē rei, vt supra dictum est*.

¶ Ad tertiū dicēdum, q̄d homo in iudicio debet pauperi subuenire, quātū fieri pōt, tamē sine læsione iustitię. Alioquin nō haberet locū illud, q̄d dicitur Exo. 23. Pauperis quoque nō miserebereris in iudicio.

QVÆSTIO SEXAGESIMA

quarta de Vitiis oppositis commutatiuæ iustitiæ, & primò de homicidio in octo articulos diuisa.

POstea considerandum est de vitiis oppositis commutatiuæ iustitiæ. Et primò considerandum est de peccatis, quæ committuntur circa inuoluntarias commutationes: secundò de peccatis, quæ committuntur circa cōmutationes voluntarias. Cōmittuntur autem peccata circa inuoluntarias commutationes per hoc quod aliquod nocumētum proximo infertur contra eius voluntatem. Quod quidem potest fieri dupliciter, scilicet facto & verbo. Facto quidem cùm proximus lædītur vel in persona propria, vel in persona coniuncta, vel in propriis reb. De his ergo per ordinem considerandum est. Et primò de homicidio, per quod maximè nocetur proximo.

¶ Et circa hoc quæruntur octo. ¶ Primò, vtrum occidere animalia bruta, vel etiam plantas sit peccatum. ¶ Secundò vtrum occidere peccatorem sit licitum. ¶ Tertiò, vtrum hoc liceat priuatę persoņ, vel solùm publicæ. ¶ Quartò, vtrum hoc liceat clerico. ¶ Quintò, vtrum liceat alicui occidere seipsum. ¶ Sextò, vtrū liceat occidere hominē iustum. ¶ Septimò, vtrū liceat alicui occidere hominem, seipsum defendendo. ¶ Octauò, vtrum homicidiū casuale sit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum occidere quæcunque viuentia sit illicitum.

1. distin. 39. q. 2. ar ticul. 2. cor. Et 5. contra ca. 112. fin.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd occidere quæcunq; viuentia sit illicitū. Dicit enim Apostolus ad Rom. 13. Qui ordinationi Dei resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Sed per ordinationem diuinæ prouidentiæ omnia viuentia conseruantur, secundum illud Psalm. 146. Qui producit in montibus fœnum, & dat iumentis escam ipsorum. ergo mortificare quæcunque viuentia videtur esse illicitum.

¶ 2 Præterea, Homicidium est peccatum ex eo quòd homo priuatur vita. Sed vita cōmunis est omnibus animalib. & plantis. ergo eadem ratione videtur esse peccatum occidere bruta animalia & plantas.

¶ 3 Præterea, In lege diuina non determinatur specialis pœna nisi pro peccato. Sed occidenti bouem vel ouem alterius, statuitur pœna determinata in Lege diuina, vt patet Exod. 22. ergo occisio brutorum animalium est peccatum.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit in 1. de Ciuit. Dei †, Cùm audimus, Non occides, non accipimus hoc dictū esse de frutetis, quia nullus eis est sensus: nec de irrationalibus animalib. quia nulla nobis ratione sociantur. Restat ergo, vt intelligamus de homine, quod dictum est, Non occides.

cap. 20. om. 5.

¶ Sup. Quæstionis quinquagesimæ quartæ Articulum secundum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd nullus peccat ex hoc, q̄ vtitur re aliqua ad hoc, ad quod est. In rerū autem ordine imperfectiora sunt ,ppter perfectiora: sicut etiā in generationis via natura ab imperfectis ad perfecta ,pcedit. Et inde est, q̄ sicut in generatione hominis prius est viuū, deinde animal, vltimò autē homo: ita etiam ea quæ tantū viuunt, vt plantæ, sunt cōmuniter propter animalia, omnia autē animalia sunt ,ppter hominē. Et ideo si homo vtat plātis ad vtilitatē animaliū, & animalib. ad vtilitatē hominis, non est illicitum, vt patet per Philosophum in 1. Politic*. inter alios autem vsus maximè necessarius esse videtur, vt animalia plantis vtantur in cibum, & homines animalib. quod sine mortificatione eorum fieri non potest. Et ideo licitum est, & plantas mortificare in vsum animalium, & animalia in vsus hominum ex ipsa ordinatione diuina. Dicitur enim Gen. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam & cunctis animantib. terræ. Et Gen. 9. dicitur, Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum.

Cap. 5. & 17. tom. 5.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ ex ordinatione diuina cōseruatur vita animaliū & plātarū, nō propter seipsam, sed propter hominem. Vnde, vt Aug. dicit in primo de Ciuit. Dei*, Iustissima ordinatione Creatoris vita, & mors eorum nostris vsibus subditur.

¶ Ad secundū dicendū, quod animalia bruta & plantæ nō habent vitam rationalem p quam à seipsis agātur, sed semp agūtur quasi ab alio, naturali quodā impulsu. Et hoc est signum, q̄ sunt naturaliter seruа, & aliorum vsibus accommodata.

¶ Ad tertiū dicendum, q̄ ille qui occidit bouē alterius, peccat quidē, non qa occidit bouē, sed quia dānificat hominē in re sua. Vnde nō continetur sub peccato homicidij, sed sub peccato furti vel rapinæ.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum sit licitum occidere peccatores.

Infrà q⁰. 108. ar. 1. & 3. Et 1. 2. q. 100. art. 8. ad 1. Et 3. cōtra cap. 140. Et Rom. 12. lect. 2. col. 4. fin.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non sit licitum occidere homines peccatores. Dominus enim Matth. 13. in parabola prohibuit extirpare zizaniam, qui sunt filij nequam, vt ibidem dicitur. Sed omne quod est prohibitum à Deo, est peccatum. ergo occidere peccatorem est peccatum.

¶ 2 Præterea, Iustitia humana conformatur iustitiæ diuinæ. Sed secundum diuinā iustitiam peccatores ad pœnitentiam ſreseruantur, secundum illud Ezech. 18. Nolo mortē peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Ergo videtur omnino esse iniustum, quod peccatores occidantur.

¶ 3 Præterea, Illud quod est secūdū se malum, nullo bono fine fieri licet: vt patet p Aug. in lib. contra mendacium*, & Philosophum in 2. Ethic*. Sed occidere hominem, secundū se malū est: quia ad omnes homines tenemur charitatē habere: amicos autem volumus viuere & esse: vt dicitur in 9. Ethic*. Ergo nullo modo licet homine peccatorem occidere.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Exod. 12. Maleficos non patieris viuere. Et in Psalm. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ sicut dictū est*, licitū est occidere animalia bruta, inquantū ordinanē naturaliter ad hominū vsum, sicut imperfectū ordinatur ad pfectū. Omnis autē pars ordinatē ad totū, vt imperfectū. Et ideo omnis pars naturaliter est ,ppter totū. Et ,ppter hoc videmus, quod si saluti toti⁹ corporis humani expediat ſcisio alicui⁹ membri, puta cū est putridū vel corruptiuū aliorū membrorū, laudabiliter & salubriter abscindi tur. Quælibet autē pſona singularis cōparatur ad totā cōmunitatē sicut pars ad totū: & ideo si aliquis homo sit periculosus cōmunitati & corruptiuus ipſius propter aliquod peccatū, laudabiliter & salubriter occidetur, vt bonū cōmune cōseruetur. Modicū enim fermēntum totam massam corrūpit, vt dicitur primæ ad Cor. 5.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dns abstinendū mandauit ab eradicatione zizaniorum, vt tritico parceretur, id est, bonis. Quod quidem fit, quando nō possunt occidi mali, quin simul occidātur & boni, vel quia latent inter bonos, vel quia habent multos sequaces: ita quòd sine bonorum periculo interfici nō possunt, vt Augu. dicit contra Parmenianum*. Vnde Dominus docet magis esse sinendum malos viuere, & vltionem reseruandam vſq; ad extremum iudicium, quàm quòd boni simul occidātur. Quando vero ex occisione malorum non imminet vt quando ſalus bonorum exigit malorum occisionem, occidendi sunt, & quādo non, non.

cap. 29. om. 5.

¶ Ad fundamentū Scoti dicitur, quòd præcepta veteris Legis inquātū sunt iudicialia, cessauerunt in passione Christi inquantū sunt moralia, æterna sunt. De moralibus autem præceptis quomodo, quare & quādo ligāt, rationis est naturalis differre & diffinire. Vnde non oportet magis recurrere ad exceptionē Dei circa occisiō nē hominis, ſ circa ablationē rerū, quā circa cætera nocumēta hominū. Omnia siquidem Iesus Christus morali rationi reliquit. Nō em occidere hominē ideò est peccatū, qa prohibitum, sed eò tra ideo ,phibitū, qa malū. Et propterea non oportet expectare bullā ab Autore naturæ, sed ſcrutari secundū lumen ſignatum ab eo sup nos, quādo occidere hominē peccatorem est malū & qñ non. Quando enim est malū, tunc est ,phibitū à Deo p illud præceptū. Nō occides. Quādo autē nō est malum, non est p id ,phibitū à Deo, q præcepa moralia pro mulgauit in lege vtraq; negatiua quidē, qa mala sunt; q̄ prohibentur: affirmatiua vero, quia bona sunt, q̄ mandantur. Et hæc in eōi de omni pec catore vera sunt. In spe-

tom. 5.

cap. præc.

Lib. 3. cap. 2. tom. 7.

ciali autem de fure dicēdum eſt, ꝙ quando pernicioſi ſunt fures paci publicæ, non minus quā hoſtes publicæ pacis, poſſunt publica autoritate occidi. Reuocatio autem extorta ex illis verbis Domini de pœna adulteræ, ſi ad iudicialium præceptorū euacuationem referatur, nulla eſt. Non enim propter illa Domini verba minus licuit iudicibus, & Principibus terrarum occidere adulteras, quàm ante licuerat: & modo cōſtat licere. Euangelicæ nanq; legis miſericordiā, quæ pœnam ſanguinis non imponit, ſed bene faciēdum etiam inimicis mādat, monſtrabat Saluator: non autem ciuilem poteſtatem Principibus Rectoribúſq; auferebat.

¶ In eodē articulo ſecundo quæſtionis ſexageſimæquartæ, in reſponſione ad tertium, ſi etiam reſponſionem deſideras ad id quod in argumento afferebatur, ſcilicet ꝙ charitatis amicitia eſt ad omnes, & eis volumus eſſe & viuere: habes ex ſupradictis de ordine charitatis ſolutionem. Ordinata nanque charitas magis diligit cōmune bonum, quàm vitam temporalem talis peccatoris. Et propterea præciſionem illius mauult, quàm perniciem communis boni.

cap. 6. tom. 5.

Infrà q̄o. 65. art. 1. cor. & ad ſecundum Et 4. diſt. 37. q. 2. art. 1.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæquartæ Articulum tertium.*

IN arti. 3. eiuſdem 64. quæſt. dubium occurrit. Nam Autor in ſecundo ſentent. diſtin. 44. art. penult. ad vltimum dicit, quòd quando nō eſt recurſus ad ſuperiorem, laudabiliter tyrānus, qui per violentiā ſe fecit dominum, occiditur à priuata perſona, quāuis nō omnem peccatorē poſſit priuata occidere perſona: talem tamen peccatorem licebit occidere. Et confirmatur quia Iudicum 3. Aioth perſona priuata occidit Eglō regem Moab pro liberādo populo ab eius ſeruitute. Quomodo ſtant hæc ſimul cum doctrina præſentis articuli?

Ar. præc. ad 3.

art. præc.

cap. 26. & 21. tom. 5.

¶ Ad hoc dicitur diſtinguendo de tyrāno, quod eſt duplex. Quidam eſt tyrannus in modo tantùm regendi, vt pluries contingit, quòd veri domini tyrānice regunt ad ſuam vtilitatem omnia conuertentes, diſcordias inter ſubditos ſeminantes aut nutrientes, vt ipſi lucrentur vel exaltētur, &c. & de tali tyrāno nō eſt quæſtio. Quoniā conſtat, quòd non licet cuilibet de populo illum occidere. Propter huiuſmodi enim tyrannos, reprobata fuit in conſilio Conſtan. ſeſſionis propoſitio dicens, quod quilibet tyrannus licitè pōt à quolibet ſuo ſubdito occidi. Quidā autem tyrānus eſt in ipſo iure dominij, quia ſcilicet vſurpauit ſibi dominium vi armorum vel aliàs iniquè: & de tali tyranno eſt ſermo. Et duo dicimus, primò quod licite poteſt à quolibet de populo occidi pro libertate populi, quando non eſt recurſus ad ſuperiorem, à quo poſſit iuſtitia fieri de huiuſmodi inuaſore. Secundò quòd quando ſic occiditur, non occiditur à perſona priuata propria, ſed publica autoritate. Declaratur vtrunque ex hoc quod talis tyrānus eſt hoſtis populi, habens continuum bellum iniuſtum cum populo. Quòd enim ſit hoſtis populi, patet ex hoc, ꝙ inuaſor eſt, & oppreſſor libertatis ſeu iuris publici illius. Quòd autē intelligatur habere continuū bellum cum populo, patet ex eo, quòd inchoatum bellum, quo populum inuadens, ſeipſum nominauit dominum aliósq; coegit ad recognoſcendum ſe, vt dominū, nulla eſt treuga interruptum, nulla pace terminatum: ſed ſuccumbens iacet populus. Cùm autē bellum hoc ex parte populi ſit iuſtum & ex parte tyranni iniuſtum, conſequens eſt, vt quilibet de populo inſurgēs pro populo contra tyrānum bellum agat iuſtum. Ac per hoc licite poteſt tyrannum illum occidere authoritate iuſti belli, quæ eſt autoritas publica, vt patet ex ſupradictis. Nec obſtat ſi tyrannus à principio ſine bello ſe fecerit dominum, quoniam ipſa vſurpatio dominij inuito populo, eſt debellare populum. Semper ergo eſt bellum implicitum aut explicitum: & publica ſemper interuenit autoritas, explicitè, vt in bello explicito, vel implicitè, vt in bello implicito. Vices igitur proculdubio totius communitatis gerit pars, quę ipſius negotiū tam vtiliter gerens ad ipſius liberationem procedit. Et hoc modo Aioth, vt Autor in primo libro de regimine Principum dicit in cap. 6. occidit Eglon, ſcilicet vt hoſtē: & iuxta hunc ſenſum intelligenda ſunt verba Autoris in tertio ſent. & ſic omnia conſonant.

*Ex cap. 3. * cap. 21. tom. 5.*

Infrà q̄o. 70. art. 1. ad 3. Et 4. diſt. 25. q. 2. art. 2 quæſt. 2.

art. præc.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæ quartæ Articulum quartum.*

minet periculum bonis, ſed magis tutela & ſalus, tunc licitè poſſunt mali occidi.

¶ Ad ſecundū dicendū, ꝙ Deus ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ quandoq; ſtatim peccatores occidit ad liberationē bonorum, quandoq; autē eis pœnitendi tempus concedit, ſecundum quod ipſe nouit ſuis electis expedire. Et hoc etiā humana iuſtitia imitatur pro poſſe. Illos enim qui ſunt pernicioſi in alios, occidit: eos verò, qui peccant, aliis grauiter non nocentes, ad pœnitentiam reſeruat.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ homo peccādo, ab ordine rationis recedit. Et ideo decidit à dignitate humana, prout ſcilicet homo eſt naturaliter liber & propter ſeipſum exiſtens, & incidit quodāmodo in ſeruitutē beſtiarum, vt ſcilicet de ipſo ordinetur, ſecundum quod eſt vtile aliis, ſecundum illud Pſal. 48. Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, cōparatus eſt iumentis inſipientib. & ſimilis factus eſt illis. Et Prouer. 11. dicitur, Qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti. Et ideo quāuis hominem in ſua dignitate manentē occidere ſit ſecundū ſe malū, tamen hominē peccatorē occidere poteſt eſſe bonū, ſicut occidere beſtiā. Peior enim eſt malus homo, quàm beſtia, & plus nocet, vt Philoſophus dicit in primo Politicorū, & in 7. Ethic*.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum occidere hominem peccatorem liceat priuatæ perſonæ.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ occidere hominē peccatorem liceat priuatæ perſonæ. In lege enim diuina nihil illicitum mandatur. Sed Exodi 32. pręcepit Moyſes, Occidat vnuſquiſque fratrem ſuum & amicum & proximum ſuum, pro peccato vituli conflatilis. Ergo etiā priuatis perſonis licet peccatorem occidere.

¶ 2 Præterea, Homo propter peccatū comparatur beſtiis, vt dictū eſt*. Sed occidere beſtiā ſylueſtrē, maximè nocentē, cuilibet priuatæ perſonæ licet. Ergo & pari ratione occidere hominem peccatorem.

¶ 3 Præterea, Laudabile eſt, ꝙ homo etiā ſi ſit priuata perſona, operetur quod eſt vtile bono communi. Sed occiſio malefactorum eſt vtilis bono cōmuni, vt dictum eſt*. Ergo laudabile eſt ſi etiam priuatæ perſonæ malefactores occidant.

¶ SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit in 1. de Ciuit. Dei*. Qui ſine aliqua publica adminiſtratione maleficū occiderit, velut homicida iudicabitur: & tantò amplius, quātò ſibi poteſtatem à Deo non conceſſam vſurpare non timuit.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictū eſt*, occidere malefactorē licitum eſt, inquantum ordinatur ad ſalutem totius cōmunitatis. Et ideo ad illū ſolùm pertinet cui cōmittitur cura cōmunitatis conſeruandæ. Sicut ad medicum pertinet præcidere membrū putridum quando ei cōmiſſa fuerit cura ſalutis totius corporis. Cura autem cōmunis boni commiſſa eſt principibus habentib. publicam autoritatem. Et ideo eis ſolùm licet malefactores occidere, non autē priuatis perſonis.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ ille aliquid facit, cuius autoritate fit, vt patet p Diony. 12*. cap. Cœleſtis Hierar. Et ideo, vt Aug. dicit in 1. de Ciuit*. Dei, non ipſe occidit qui miniſterium debet iubenti, ſicut adminiculum gladius eſt vtenti. Vnde illi qui occiderūt proximos & amicos ex mandato Domini, non hoc feciſſe ipſi videntur, ſed potius ille, cuius autoritate fecerūt: ſicut & miles interficit hoſtem autoritate Principis, & miniſter latronem autoritate iudicis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd beſtia naturaliter eſt diſtincta ab homine. Vnde ſuper hoc nō requiritur aliquod iudiciū, an ſit occidenda, ſi ſit ſylueſtris: ſi verò ſit domeſtica, requiretur iudicium non propter ipſam, ſed propter damnum domini. Sed homo peccator non eſt naturaliter diſtinctus ab hominibus iuſtis. Et ideo indiget iudicio publico, vt diſcernatur, an ſit occidendus propter ſalutem cōmunem.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ facere aliquid ad vtilitatē cōmunem, quod nulli nocet, hoc eſt licitū cuilibet priuatæ perſonæ: ſed ſi ſit cum nocumento alterius, hoc nō debet fieri niſi ſecundum iudicium eius, ad quem pertinet æſtimare, quid ſit ſubtrahendum partibus pro ſalute totius.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum occidere malefactores liceat clericis.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ occidere malefactores liceat clericis. Clerici enim præcipuè debent implere quod Apoſtolus dicit primæ ad Corinth. 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Per quod nobis indicitur, vt Deum & Sanctos eius imitemur. Sed ipſe Deus, quem colimus occidit malefactores: ſecundum illud Pſalm. 135. Qui percuſſit Ægyptum cum primogenitis eorum. Moyſes etiam à Leuitis fecit interfici viginti tria millia hominum, propter adorationem vituli: vt habetur Exo. 32. Et Phinees ſacerdos interfecit Iſraelitem cum Madianitide coeuntem, vt habetur Numer. 25. Samuel etiam interfecit Agag regem Amalec, & Elias ſacerdotes Baal, & Matathias eum, qui ad ſacrificandū acceſſerat: & in nouo Teſtamēto Petrus Ananiā & Sapphirā. ergo videtur, ꝙ etiā clericis liceat occidere malefactores.

¶ 2 Præterea, Poteſtas ſpiritualis eſt maior quā tēporalis & Deo cōiunctior. Sed poteſtas tēporalis licitè malefactores occidit tanquā Dei miniſter, vt dicitur Ro. 13. ergo multò magis clerici, qui ſunt Dei miniſtri, ſpiritualem poteſtatem habētes licite poſſunt malefactores occidere.

¶ 3 Præterea, Quicunque licite ſuſcipit aliquod officium, licitè poteſt ea quæ ad officium illud pertinent, exercere. Sed officium Principis terræ eſt malefactores occidere, vt dictum eſt*. ergo clerici qui ſunt terrarum Principes, licitè poſſunt occidere malefactores.

¶ SED CONTRA eſt quod dicitur primæ ad Timothæum 3. Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe, non vinolentum, non percuſſorem.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ non licet clericis occidere, duplici ratione. Primò quidem, quia ſunt electi ad altaris miniſterium, in quo repræſentatur paſſio Chriſti occiſi: qui cum percuteretur, non repercutiebat, vt dicitur primæ Petri. 2. Et ideo non cōpetit, vt clerici ſint percuſſores, aut occiſores. Debent eñ miniſtri ſuum dominū imitari, ſecundū illud Eccle. 10. Secundum iudicē populi, ſic & miniſtri eius. Alia ratio eſt, quia clericis cōmittitur miniſteriū nouæ Legis, in quantum determinatur pœna occiſionis vel mutilationis corporalis. Et ideo vt ſint idonei miniſtri noui teſtamenti, debēt à talibus abſtinere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Deus vniuerſaliter in omnibus operatur quæ recta ſunt, in vnoquoq; tamen ſecundum eius congruentiam. Et ideo vnuſquiſque debet Deum imitari in hoc, quod ſibi ſpecialiter congruit. Vnde licet Deus corporaliter malefactores occidat, nō tamen opor-

tet

IN art. 4. in reſpon. ad tertiū, aduerte hic, q̄d cōiunctio dominij tēporalis cum ſpirituali non æquā reddit vtriuſq; cōditionē, vt poſſit & tanquā Prælatus omnia illius officij, & tanquā dn̄s omnia illius dominij facere, ſicut ſi ſolùm eſſet dn̄s. Patet enim quod nō poteſt Epiſcopus, qui eſt dn̄s tēporalis, exercere iudiciū ſanguinis, bellare, & huiuſmodi: q̄ tamē poſſet ſi eſſet tantūmodo dn̄s tēporalis. Sed dominiū tēporale modificatur à ſpirituali, ita vt quæcūq; decēt Prælatū, deceāt dn̄m, q̄ ſimul eſt Prælatus & dn̄s, & meritò, quia nobilius debet ad ſe trahere ignobilius. Ex ex hac radice habes, ꝙ non licet huiuſmodi Prælatis & dominis ſimul vacare venationibus & aliis phibitis clericis & Prælatis: ſicut nō ſunt eiſdē licita alia ſupradicta. Eadem enim ratio eſt quo ad eſſe licitū vel illicitum, quamuis non ſit eadem pœna.

Supra q. 59. art. 3. ad 2. & infrà q̄o. 124. art. 2. ad 2. Et 3. q. 47 art. 6. ad 3. Et 4. diſt. 49. q. 5 art. 3. q. 2 ad 6. Et Heb. 11. lect. 7. col. 1.

**cap. 6. & ca. vlt.*

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæ quartæ Articulum quintum.*

IN art. 5. & 6. nihil aliud ſcribendū occurrit, niſi quod difficultas tertij argumenti in ſexto articul. tractabitur inferius, quum expoſita erit quęſtio de iudice, & tunc etiam de miniſtro Iudicis tractabitur.

¶ *Super*

tet, quòd omnes in hoc eum imitentur. Petrus autem nō propria autoritate vel manu Ananiā & Sapphirā interfecit, ſed magis diuinā ſententiā de eorum morte promulgauit. Sacerdotes autē vel Leuitæ veteris Teſtamēti erant miniſtri veteris Legis, ſecundum quam pœnæ corporales infligebātur. Et ideo etiam eis occidere propria manu congruebat.

¶ Ad ſecundū dicendū ꝙ miniſteriū clericorū eſt in melioribus ordinatū, quàm ſint corporales occiſiones, ſcilicet in his q̄ pertinent ad ſpiritualē ſalutē. Et ideo nō congruit eis, ꝙ minoribus ſe ingerāt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Prælati Eccleſiarum accipiunt officia Principū terræ: non vt ipſi iudiciū ſanguinis exerceant per ſeipſos, ſed quòd eorum autoritate per alios exerceatur.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum liceat alicui occidere ſeipſum.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd alicui liceat ſeipſum occidere. Homicidium enim eſt peccatum, inquantum iuſtitiæ contrariatur. Sed nullus poteſt ſibiipſi iniuſtitiam facere: vt probatur in 5. Ethic.* ergo nullus peccat occidendo ſeipſum.

¶ 2 Præterea, Occidere malefactores licet habēti publicā poteſtatē. Sed quādoque ille, q̄ habet publicā poteſtatem, eſt malefactor. ergo licet occidere ſeipſum.

¶ 3 Præterea, Licitū eſt, ꝙ aliquis ſpontaneè minus periculū ſubeat, vt maius periculum vitet: ſicut licitum eſt, ꝙ aliquis etiam ſibiipſi amputet membrum putridum, vt totum corpus ſaluetur. Sed quādoq; aliquis per occiſionem ſuiipſius vitat maius malum, vel miſeram vitam per turpitudinem alicuius peccati. ergo licet alicui occidere ſeipſum.

¶ 4 Præterea, Samſon ſeipſum interfecit: vt habetur Iudicum 16. qui tamen connumeratur inter Sanctos: vt patet Hebr. 11. ergo licitum eſt alicui occidere ſeipſum.

¶ 5 Præterea, Secundi Machab. 14. dicitur ꝙ Razias quidā ſeipſum interfecit, eligēs nobiliter mori potius, quàm ſubditus fieri peccatoribus: & contra natales ſuos iniuriis agi. Sed nihil, quod nobiliter fit & fortiter, eſt illicitum. ergo occidere ſeipſum non eſt illicitum.

¶ SED CONTRA eſt, quod Auguſt. dicit in 1. de Ciui. Dei*. Reſtat vt de homine intelligamus illud quod dictū eſt, Non occides, nec alterum. ergo nec te. Neque enim aliud quā hominem occidit, qui ſeipſum occidit.

cap. 20. tom. 5.

¶ RESPONDEO dicēdū, ꝙ ſeipſum occidere eſt omnino illicitū triplici ratione. Primo quidē, quia naturaliter quælibet res ſeipſam amat, & ad hoc pertinet, ꝙ quælibet res naturaliter cōſeruat ſe in eſſe, & corrūpentibus reſiſtit, quantū poteſt. Et d ideo ꝙ aliquis ſeipſum occidat, eſt cōtra inclinationē naturalē & cōtra charitatē, qua quilibet debet ſeipſum diligere. Et ideo ſuiipſius occiſio ſemper eſt peccatū mortale, vtpote cōtra naturalē legē, & contra charitatē exiſtens. Secundò, quia quælibet pars id q̄d eſt, eſt totius. Quilibet aūt homo eſt pars cōmunitatis: & ita id quod eſt, eſt communitatis. Vnde in hoc ꝙ ſeipſum interficit, iniuriā cōmunitati facit, vt patet per Philoſo. in 5. Ethic*. Tertiò, quia vita eſt quoddā donū, diuinitus homini attributū, & eius poteſtati ſubiectū, qui occidit & viuere facit. Et ideo q̄ ſeipſum vita priuat, in Deū peccat: ſicut q̄ alienū ſeruum interficit, peccat in dominū, cuius eſt ſeruus: & ſicut peccat ille, q̄ vſurpat ſibi iudiciū de re ſibi non cōmiſſa. Ad ſolū enim Deum pertinet iudiciū mortis & vitæ, ſecundum illud Deutero. 32. Ego occidam, & ego viuere faciam.

D. 783.

cap. vlt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ homicidium eſt peccatum, non ſolum quia contrariatur iuſtitiæ, ſed etiam quia contrariatur charitati, quam habere debet aliquis ad ſeipſum. Et ex hac parte occiſio ſuiipſius eſt peccatum per cōparationē ad ſeipſum. Per cōparationem autem ad cōmunitatem, & ad Deum, habet rōnem peccati etiam p oppoſitionē ad iuſtitiam.

¶ Ad ſecundū dicendum, ꝙ ille qui habet publicā poteſtatē, poteſt licitè malefactorē occidere p hoc, ꝙ poteſt de ipſo iudicare. nullus d autē eſt iudex ſuiipſius. Vnde non licet habenti publicam poteſtatem, ſeipſum occidere propter quodcunque peccatum: licet tamen ei, ſe committere iudicio aliorum.

D. 793.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ homo conſtituitur dn̄s ſuiipſius per liberum arbitriū. Et ideo licitè poteſt homo de ſeipſo diſponere quantum ad ea, quæ pertinēt ad hanc vitam, quæ hominis libero arbitrio regitur. Sed tranſitus de hac vita, ad aliam fœliciorē, non ſubiacet libero arbitrio hominis, ſed poteſtati diuinæ. Et ideo nō licet homini ſeipſum interficere vt ad fœliciorē tranſeat vitam. Similiter etiā nec vt quaſlibet miſerias præſentis vitæ euadat, quia vltimū malorum huius vitæ maximè terribile eſt mors, vt patet p Philoſophum in 3. Ethic*. Et ideo inferre ſibi mortem ad alias huius vitæ miſerias euadendas, eſt maius malum aſſumere ad minoris mali vitationē. Similiter etiā nō licet ſeipſum interficere propter aliquod peccatū cōmiſſum, tum quia in hoc ſibi maximè nocet, ꝙ ſibi adimit neceſſariū pœnitētiæ tempus, tum etiam quia malefactorem occidere non licet, niſi per iudicium publicę poteſtatis. Similiter etiā non licet mulieri ſeipſam occidere ne ab alio corrumpatur: quia nō debet in ſe cōmittere crimē maximum, q̄d eſt ſuiipſius occiſio, vt vitet minus crimē alienum. Non enim eſt crimē mulieris p violentiam violatæ, ſi conſenſus non adſit: quia non inquinatur corpus niſi de conſenſu mētis, vt Lucia dicit. Conſtat autē minus eſſe peccatum fornicationem vel adulteriū, quā homicidiū, & præcipuè ſuiipſius, quod eſt grauiſſimū, quia ſibiipſi nocet, cui maximam dilectionem debet. Eſt etiā periculoſiſſimū: quia non reſtat tempus, vt per pœnitētiam expietur. Similiter etiam nulli licet ſeipſum occidere ob timorem, ne conſentiat in peccatum: quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona, vel vt vitentur mala, præſertim minora & minus certa. Incertum enim eſt, an aliquis in futurum conſentiat in peccatum. Potens eſt enim Deus hominem quacuncunque tentatione ſuperueniente liberare à peccato.

cap. 6. tom. 5.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut Auguſt. dicit in 1. de Ciuitate Dei*, nec Samſon aliter excuſatur quòd ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſit, niſi quòd latenter Spiritusſanctus hoc iuſſerat, qui per illum miracula faciebat. Et eandē rationem aſſignat de quibuſdam ſanctis fœminis, quæ tempore perſecutionis ſeipſas occiderunt, quarum memoria in Eccleſia celebratur.

cap. 21. tom. 5.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ad fortitudinē pertinet, ꝙ aliquis ab alio mortē pati nō refugiat propter bonū virtutis, & vt vitet peccatum. Sed quod aliquis ſibiipſi inferat mortem vt vitet mala pœnalia, habet quidem quandam ſpeciem fortitudinis: propter quod quidam ſeipſos interfecerunt, æſtimātes ſe fortiter agere, de quorum numero Razias fuit. Non tamē eſt vera fortitudo, ſed magis quædam mollities animi, non valentis mala pœnalia ſuſtinere: vt patet p Philoſophum in tertio Ethic.* & per Auguſt. in 1. de Ciuit. Dei*.

*cap. 8. tom. 5. * cap. 23. tom. 5.*

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum liceat in aliquo caſu interficere innocentem.*

1. 2. q. 94. art. 5. ad 2. & q. 10 art. 8. ad 3. Et 1. q. 7 art. 6. ad 3. Et opuſ. 9. q̄o. 86. Et Heb. 11. lect. 4. co. 3. fin.

AD SEXTVM ſic pceditur. Videtur ꝙ liceat in aliquo caſu interficere innocentē. Diuinus enim timor non manifeſtatur ppeccatū: quoniā magis timor Domini expellit peccatum, vt dicitur Eccle. 1. Sed Abraham cōmendatus eſt, ꝙ timuit Dominum, quia voluit interficere filium ſuum innocentem. ergo poteſt aliquis innocentem interficere ſine peccato.

¶ 2 Præterea, In genere peccatorum, quæ contra proximum cōmittūtur, tantò maius videtur aliquod eſſe peccatū, quanto maius nocumentum infertur ei, in quem peccatur. Sed occiſio plus nocet peccatori, quàm innocenti, qui de miſeria huius vitæ ad cœleſtem gloriam tranſit per mortem. Cùm ergo liceat in aliquo caſu peccatorem occidere, multò magis licet occidere innocentem vel iuſtum.

¶ 3 Præterea, Illud quod fit ſecundū ordinem iuſtitiæ, non eſt peccatū. Sed quandoq; cogitur aliquis ſecundū ordinē iuſtitiæ occidere innocentem, puta cùm iudex, qui debet ſecundū allegata iudicare, condemnat ad mortem eum, quē ſcit innocentem per falſos teſtes conuictum. Et ſimiliter miniſter qui iniuſtè condemnatum occidit, obediens iudici. ergo abſque peccato poteſt aliquis occidere innocentem.

¶ SED CONTRA eſt, quod dicitur Exod. 26. Inſontē & iuſtum non occides.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ aliquis homo dupliciter cōſiderari poteſt. Vno modo ſecundū ſe: alio modo per cōparationē ad aliud. Secundū ſe quidē conſiderando hominem nullum occidere licet: quia in quolibet etiā peccatore debemus amare naturā, quam Deus fecit, quæ per occiſionem cor-

rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis sexagesimæ quartæ Articulum septimum.

IN articulo septimo eiusdem qüestionis sexagesimæ quartæ, intellige bene distinctionem literæ, scilicet quòd dupliciter potest referri occisio alterius ad conseruationem vitæ propriæ. Primo, vt medium ad finem: secundo, vt consequens ex necessitate finis. Et, vt in litera dicitur, multum interest altero modo se habere.

Artic. 2. huius q. Nam & finis & mediū ad finem cadunt sub intentione, vt patet in me dico, qui intendit sanitatem per potionem vel diætam. Id autem quod consequitur ex necessitate finis, non cadit sub intentione, sed præter intentionem existens emergit: vt patet de debilitatione ægroti, quæ sequitur ex medicina sanante. Et iuxta duos hos modos diuersimode occidere potest licitè persona publica & priuata. Nam persona publica, vt miles, ordinat occisionē hostis, vt medium ad finem subordinatum bono communi, vt in litera dicitur: persona autē priuata non intendit occidere, vt seipsum saluet, sed intendit salutare seipsum, non destitutus à sui defensione, etiam si alterius mortem ex sua defensione oporteat sequi. Et sic iste non occidit nisi per accidens, ille autem per se occidit. Et propterea ad illud requiritur publica autoritas, ad hoc non.

¶ In eodem articulo septimo dubium occurrit circa illam rationē redditam in litera. Quare non tenetur homo prætermittere actum tutelæ propriæ vitæ ad euitandam occasionem alterius, quia plus tenetur homo vitæ suæ prouidere, quàm vitæ alienæ. Et est ratio dubij, quia qui defendendo se, suum occidit inuasorem, non solùm priuat illū vita hac, sed etiam vita æterna: quoniam occidit illum in peccati mortalis actu quo iniustè aggreditur defensorem. Constat aut quod defensor tenetur plus diligere vitam spiritualem animæ proximi cuiuscunque, quam vitam propriam corporalem, secūdum charitatis ordinem. Tenetur ergo prætermittere actum tutelæ propriæ vitæ, non vt euitetur occisio alterius, quantum ad vitam temporalem, sed vt euitetur occisio alterius, quantūm ad vitam æternam, quoniam ponitur ex hoc extra statum pœnitentiæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet magnæ charitatis esset, vt is cuius vita non est necessaria alienæ saluti spirituali, priuari se pateretur vita præsenti, vt inuasor haberet spatium pœnitentiæ, & sic se Deo redderet: ad hoc tamen non tenetur, quoniam ponere vitam pro anima proximi, non est actus charitatis ad quem de necessitate tenemur, nisi in casu quo tenemur eius saluti prouidere, vt superius in quæstione decimasexta articuli quinti, ad vltimum dictum est. Constat autem quod hic non est casus talis: quoniam iste in nullo est necessitatis, sed inique voluntatis articulo constitutus. Quia igitur defensori incūbit cura prouidendi saluti propriæ vitæ, nec tenetur prouidere vitæ corporali aut spirituali inuasoris, consequens est, vt cum ordinata dilectione charitatis, amet magis salutem spiritualem proximi, quàm vitam propriam: & tamen hunc actum tutelæ non prætermittit cum consequente damno vtriusque vitæ alterius: qui ad hunc effectum non tenetur nisi in casu, quia non est sibi commissa cura de illo, sed de corpore proprio. Et sic ratio, quæ super cura suæ corporalis vitæ fundatur, stat solida, & tanto plus, quanto satis à remotis, hoc est per accidens, effectus illius defensionis. Potest enim in instanti pœnitere: & est alterius ordinis ab effectibus corporalibus, qui etiam per accidens sunt à defensione illa.

¶ In eodem articulo septimo in materia secundi argumenti dubiū occurrit. An defendēdo res, liceat occidere. Et est ratio dubij: tum quia homo tenetur plus prouidere alienæ vitæ, quàm propriis rebus. Tenetur nanq; præponere vitam alienam omnibus rebus exterioribus, vt patet ex eo, quod qui potest, & non pascit fame morientē, homicida est. Tum quia Exodi 23. dicitur quod diurnum furem etiam infringentem domum, si quis occiderit, reus erit homicidij,

rumpitur. Sed sicut suprà dictum est*, occisio peccatoris sit licita per comparationem ad bonum cōmune, quod per peccatum corrumpitur. Vita autem iustorum est conseruatiua & promotiua boni communis: quia ipsi sunt principalior pars multitudinis. Et ideo nullo modo licet occidere innocentem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Deus habet dominium mortis & vitæ. Eius enim ordinatione moriūtur & peccatores & iusti. Et ideo àille qui mādato Dei occidit innocentē, talis nō peccat, sicut nec Deus, cuius est executor: & ostenditur Deū timere, eius mādatis obediēs.

D. 4.

¶ Ad secundū dicendū, quod in pēsanda grauitate peccati magis est cōsiderandū id quod est p se, quàm id quod est p accidens. Vnde ille qui occidit iustū, grauius peccat, quàm ille q occidit peccatorem. Primò quidē, quia nocet ei, quem prius debet diligere: & ita magis cōtra charitatē agit. Secundò, quia iniuriā infert ei, qui est minus dignus, & magis cōtra iustitiā agit. Tertiò, quia priuat cōmunitatē maiori bono. Quartò, quia magis Deū contemnit, secundū illud Lucæ 10. Qui vos spernit, me spernit. Quòd autem iustus occisus ad gloriā perducatur à Deo, per accidens se habet ad occisionem.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ Iudex si scit ali quē innocentem esse, quia falsis testibus conuincitur, debet diligentius examinare testes, vt inueniat occasionem liberandi innoxium, sicut Daniel fecit. Si autem hoc non potest, debet eum superiori relinquere iudicandū. Si autē hoc non potest, non peccat secundum allegata sententiam ferens: quia ipse non occidit innocentē, sed illi qui eum asserunt nocentem. Minister autem iudicis condēnantis innocentē, si sententia intolerabilē errorem continet, non debet obedire: alias excusarētur carnifices, qui martyres occiderunt. Si vero non contineat manifestam iniustitiā, non peccat, peccatū exequendo: quia ipse nō haber discutere Superioris sententiā, nec ipse occidit innocentē, sed Iudex cui ministeriū exhibet.

¶ In oppositum est & ciuilis iuris & multorum autoritas Doctorum.

¶ Ad hoc dubium à quibusdam dicitur, quòd dupliciter contingit defendere res, scilicet recuperabiles vel irrecuperabiles. Et quòd quādo accidit quòd inuasor auferre nititur res meas, si ego possum res meas, etiamsi auferentur, recuperare per viam iudicis, nō possum defendendo res, occidere raptorem.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum liceat alicui occidere aliquem, se defendendo.

AD SEPTIMVM sic procedi-
tur. Videtur quod nulli liceat occidere aliquem, se defendendo. Dicit enim Augustinus ad Publicolam*, de occidendis hominibus, Ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet cōsilium, nisi fortè sit miles aut publica functione teneatur, vt non pro se hoc faciat, sed pro aliis accepta legitima potestate, si eius congruat personæ. Sed ille, qui se defendendo, occidit aliquem, ad hoc eum occidit, ne ipse ab eo occidatur. Ergo hoc videtur esse illicitum.

¶ 2 Præterea, In primo de Libero arbitrio dicitur*, Quomodo apud diuinam prouidentiam à peccato liberi sunt, qui pro iis rebus quas contemni oportet, humanā cædē polluti sunt: Eas autem res di cit esse contemnendas, quas homines inuiti amittere possunt, vt ex præmissis patet*. Horum autem est vita corporalis. Ergo pro conseruanda vita corporali, nulli licitum est hominem occidere.

¶ 3 Præterea, Nicolaus Papa dicit, vt habetur in Decretis 1. distin. 50. De clericis pro quib⁹ cōsuluistis, scilicet ꝙ se defendēdo Paganū occiderūt, si postea p pœnitentiā emēdati, possunt ad pristinū statū redire, aut ad altiorē ascendere, scito nos nullam occasionē dare, nec vllā tribuere licentiam eis, quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Sed ad præcepta moralia seruāda tenentur cōmuniter clerici, & laici. Ergo etiā laicis non est licitum occidere aliquem, se defendendo.

¶ 4 Præterea, Homicidium est grauius peccatum, quàm simplex fornicatio vel adulteriū. Sed nulli licet cōmittere simplicem fornicationē, vel adulterium, vel quodcunq; aliud peccatū mortale pro conseruatione propriæ vitæ: quia vita spiritualis præferēda est corporali. ergo nulli licet defendendo seipsum, alium occidere, vt propriam vitam conseruet.

¶ 5 Præterea, Si arbor est mala, & fructꝰ, vt habet Matt. 7. Sed ipsa defensio sui videtur esse illicita, secundū illud Ro. 12. Nō vos defendētes charissimi. Ergo & occisio hominis exinde procedēs est illicita.

¶ SED CONTRA est, quod Exo. 22. dicit. Si effringēs fur domū, siue suffodiēs inuentus fuerit, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Sed multò magis licitū est defendere ꝓpriā vitā, quàm ꝓpriā domū. Ergo etiā si aliquis occidat aliquē ꝓ defensiōe vitę suę, nō erit reus homicidij.

¶ RESPONDEO dicēdum, quod nihil ꝓhibet vnius actus esse duos effectus, quorū alter solùm sit in intētione, alter verò sit p̄ter intentionē. Morales autem actus recipiūt speciē secundū id, quod intēditur: nō autem ab eo quod est p̄ter intentionē, cùm sit p accidens, vt ex suprādictis* patet. Ex actu ergo alicuius seipsum defendentis, duplex effectus sequi potest. Vnus quidē conseruatio propriæ vitæ, alius autem occisio inuadētis. Actus ergo huiusmodi ex hoc, ꝙ intēditur cōseruatio ꝓpriæ vitę nō habet rationē illiciti, cùm hoc sit cuilibet naturale, ꝙ se cōseruet in esse quantum potest. Potest tamen aliquis actus ex bona intētione ꝓueniens illicitus reddi, si non sit proportionatus fini. Et ideo si aliquis ad defendēdam ꝓpriā vitam vtatur maiori violētia, quā oporteat, erit illicitū. Si verò moderatè violentiā repellat, erit licita defensio. Nam secundū iura, vim vi re pellere licet cū moderamine inculpatæ tutelæ. Nec est necessariū ad salutem, vt hunc actū moderatæ tutelæ prætermittat, ad euitādam occisionē alterius: quia plus tenetur homo vitæ suæ prouidere, quàm vitæ alienæ. Sed quia occidere homini non licet nisi publica autoritate propter bonū commune (vt ex suprādictis* patet) illicitū est ꝙ homo intendat occidere hominē, vt seipsum defendat, nisi ei, qui habet publicā autoritatē, qui intendēs hominē occidere ad sui defensionem, refert hoc ad publicum bonum, vt patet in ministro iudicis pugnante cōtra latrones, quamuis etiam & isti peccent, si priuata libidine moueantur.

Quæst. 43 ar. 3. & 1. 2. q. 1 art. 3. & q. 19 art. 7. D. 183.

In diuisio ne quæst.

artic. 2. & 3.

¶ In responsione ad tertium in eodem articulo, considera quod materia est iuris positiui irregularitas. Et nouo iure in cle. vnica. de homicid. statutū est, ꝙ is qui aliter mortem euitare non valens, suum occidit inuasorem, irregularis non est, quæ lex fi tempore Autoris extitisset, non scripsisset hoc Autor.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ quartæ Articulum octauum.

IN artic. 8. eiusdem 64. quæst. circa imputationem casualis homicidij, notādum est, quòd cum dupliciter contingat homicidium casuale imputari, scilicet dando operam rei illicitæ, vel non adhibendo debitam diligentiam, alicet dando operam rei illicitæ, vel non adhibendo debitam diligentiam, alicet dando operam rei illicitæ, vel non adhibendo debitam diligentiam, ali lic

Universidad de Deusto
Biblioteca

silio & solicitudine,quanto periculum propinquius timetur.Quando vero datur opera rei illicitæ,in litera dicitur,q̃ cõmuniter videtur confessum,q̃ imputetur ei homicidiũ ex illius opere cõsequẽs. Nec oportet hic aliam apponere propriam conditionem.Ego autem non intelligo indistinctè doctrinam hanc,quoniam didici quòd actus materialiter mortalis,quando non est volũtarius, nisi indirectè & in causa, iudicandus est secundũ illam causam. Et per hoc effusionem humani seminis extra matrimonij actũ, posse esse solũ peccatũ veniale definitũ est: quando scilicet, in causa solum fuit peccatum veniale,
Tex. 49. & 50. vt patet ex pollutione nocturna ex venìali de lectatione in die habita cõsequente. Sequendo igitur principia habita de voluntate,distinguẽdũ est de imputatione ad pœnam,vel ad culpã, mortalẽ,vel venialẽ. Et quo ad pœnã irregularitatis indistinctè, intelligo,quòd quando dat operam rei illicitæ imputatur ei homicidium cõsequens ex suo opere ad pœnam irregularitatis. Quo ad culpã verò cum distinctione intelligo, quod quando dat operã rei illicitæ, venialiter tamen,si est diligens ad cauendã sequelam periculi (sicut de dãte operam rei illicitæ dictum est) non est reus homicidij, nisi in sua causa : quod nihil aliud est quam esse reum illius rei illicitæ venialis. Et probatur hoc ex ratione voluntarij supra dicta.Vnde si religioso alicui ex his,quib,statuto prohibetur equitare,accidisset casus in capitulo,dilect*. vel in cap. significasti.extrà, de homicidio.licet daret operam rei illicitæ sibi equitando sine licentia & necessitate:ac per hoc iudicatus fuisset irregularis, non plus peccasset propter homicidium subsecutũ, quàm si non fuisset subsecutũ, quoniam solius equitationis reus esset.

¶ Et confirmatur auctoritate Augustini dicentis, quòd Lot non quãtum ille incestus, sed quantũ ebrietas præcedens meruit, in culpa fuit. Non dissimile autẽ est de aliis iudicium. Et ex hoc patet quòd etiam quando dat operam rei illicitæ mortaliter , adhibendo tamen omnem diligentiam ne mors sequatur, licet sit reus gehennæ, propter illud peccatum mortale : non tamen est reus homicidij propter eandem rationem:quia scilicet voluntarium indirectè in sola causa contra voluntatem & diligentiam adhibitam, nõ nisi in causa culpatur.
Vide si ebrietas Lot fuit peccatum mortale, non propterea arguendus est incestus.Hæc autem dico,quando actus peccati mortalis non est de genere suo via ad mortem. Percutientem enim aliquem,quamuis nolit occidere,non excuso ab homicidio : quia percussio via est ad mortem. Sed clericum mortaliter venationi vacantem ab homicidij culpa excuso, quando nobilis laicus venationi vacans ab homicidij culpa excusaret, quia scilicet adhibita est omnis diligentia , ne cuiquam noceret venatio. Est igitur casuale homicidium semper imputandum danti operam rei illicitæ,vt communiter dicitur,sed distorniter , quia quo ad pœnam irregularitatis & culpam aliquam semper , sed non semper quo ad culpam mortalem,nec etiam semper quo ad culpam mortalem istius speciei,scilicet homicidij.Et quia huic doctrinæ omnia consonant,amplectenda procul dubio est.
Sup. 62. art. 2. ¶ In responsione ad tertium in eodẽ,aduerte quòd percussio prægnãtis absq; intentione occidendi,potest dupliciter contingere.Primò, vt sit talis,quę de genere suo nota est
* *Lib. 2. cap. 4. & Lib. 4. cap. 28.* inducere abortum , vel 30. & ladendo corporaliter, vel incuriendo timorem mulieribus,quæ sunt cõmuniter timidæ & huiusmodi, & si sic sequitur homicidium,non inter casualia,sed voluntaria computandum videtur : quoniam in promptu ratio est , vt actus ipse occisio sit,quoniam talis actus in pluribus natus est facere abortum : casuale autem est vt in pauciorib,& hoc dico quando scienter grauidam sic percutit.
Text. 9. Nam qui ex ignorantia vteri,sic grauiter & grauius percuteret, casuale incurreret homicidium propter abortum, etiam si ignorantia laboraret culpabili.Nam licet non excusetur à culpa homicidij:excusatur tamen à modo homicidij : quia scilicet non est per se volitum ab eo, qui si sciret materiæ conditionem, in quam agit, nõ ageret in illam:& de similibus idem est iudicium.Si autem percussio fiat aliquibus , quamuis indiscreta, ioco vel serio,vel timor leuis incutiatur imprudenter,casuale est homicidium , quod ex dispositione singulari mulieris potius prouenit patientis,quàm ex actione infertur agentis.

Damasc.*enim dicit in 2. lib. quòd peccatum committitur per hoc,quòd recedit ab eo,quod est secundum naturam in id,quod est contra naturam. Sed secũdum naturã à Deo institutum est,q̃ corpus hominis sit integrum membris. Contra naturam autem est,quòd sit membris diminutum:Ergo mutilare aliquem mẽbro,semper videtur esse peccatum.

¶ 2 Præterea, Sicut se habet tota anima ad totum corpus,ita se habent partes animæ ad partes corporis, vt dicitur in secundo de Anima*. Sed non licet aliquẽ priuare animã,occidendo ipsum,nisi publica potestate. Ergo etiam non licet aliquem mutilare membro,nisi fortè secundum publicam potestatem.

¶ 3 Præterea, Salus animæ præferẽda est saluti corporali.Sed nó licet aliquẽ mutilare se mẽbro propter salutẽ animæ,puniũtur enim secundũ statuta Niceni cõcilij*,qui se castrauerũt propter castitatẽ conseruandã.Ergo propter nullã causam aliã licet aliquem mẽbro mutilare.

¶ SED CONTRA est,quod dicitur Exod.21. Oculũ pro oculo,dentẽ pro dente,manũ pro manu,pedẽ pro pede.

¶ RESPONDEO dicẽdum,quòd cum mẽbrum aliquod sit pars totius humani corporis,est propter totũ sicut imperfectũ propter perfectũ. Vnde disponendũ est de mẽbro humani corporis,secũdum quod expedit toti. Mẽbrum autẽ humani corporis per se quidem vtile est ad bonum totius corporis:per accidẽs tamen potest cõtingere q̃ sit nociuum, puta cum mẽbrum putridum est totius corporis corruptiuũ. Si ergo mẽbrum sanũ fuerit & in sua naturali dispositione consistens,non potest præscindi absq; totius corporis detrimẽto.Sed quia ipse totus homo ordinatur vt ad finẽ,ad totam cõmunitatẽ cuius est pars , vt suprà dictum est*,potest contingere , q̃ abscissio mẽbri etsi vergat in detrimẽtum totius corporis,ordinatur tamen ad bonũ communitatis, inquantum alicui infertur in pœnã,ad cohibitionẽ peccatorum. Et ideo sicut per publicã potestatem aliquis licite priuatur toraliter vita ,ppter aliquas maiores culpas:ita etiã priuatur mẽbro propter aliquas culpas minores.Hoc autem nõ est licitũ alicui priuatæ personæ, etiã volente illo cuius est mẽbrum:quia per hoc fit iniuria cõmunitati,cuius est ipse homo & omnes partes eius. Si verò mẽbrũ propter putredinẽ sit totius corporis corruptiuũ, tunc licitũ est de volũtate eius cuius est mẽbrum putridũ, mẽbrũ præscindere propter salutem totius corporis,quia vnicuiq; cõmissa est cura propriæ salutis.Et eadem ratio est si fiat voluntate eius ad quem pertinet curare de salute eius,qui habet membrum corruptiuum : aliter autem aliquem membro mutilare est omnino illicitum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ nihil prohibet id,q̃ est cõtra particulam naturã , esse secundũ naturam vniuersalem , sicut mors & corruptio in rebus naturalibus est contra particularem naturam eius quod corrumpitur, cum tamen sit secundum naturam vniuersalem. Et similiter mutilare aliquem membro, etsi sit contra naturam particularem corporis eius,qui mutilatur:est tamen secũdum naturalem rationem in comparatione ad bonum commune.

¶ Ad secundum dicendum , quòd totius hominis vita non ordinatur ad aliquid proprium ipsius hominis , sed ad ipsam potius omnia,quæ sunt hominis ordinantur. Et ideo priuare aliquem vita,in nullo casu pertinet ad aliquem,nisi ad publicam potestatem,cui committitur procuratio boni communis. Sed præscisio mẽbri potest ordinari ad propriam salutem vnius hominis. Et ideo in aliquo casu potest ad ipsum pertinere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd membrũ non est præscindẽdum propter corporalem salutem totius, nisi quãdo aliter toti subueniri non potest. Saluti autem spirituali semper potest aliter subueniri, quã per membri præscisionẽ : quia peccatũ subiacet voluntati. Et ideo in nullo casu licet membrũ præscindere, ppter quodcunq; peccatum vitandum. Vnde Chrysostomus exponẽs illud Matth.19*. Sunt eunuchi , qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum , dicit non per membrorum absciscionem, sed malarum cogitationum interemptionem. Maledictioni enim est obnoxius,qui membrum abscindit,etenim homicidæ sunt, qui talia præsumunt. Et postea subdit. Neq; cõcupiscentia mansuetior ita fit ,sed molestior. Aliunde enim habet fontes sperma,quod in nobis est,& præcipuè à ,pposito incontinenti,& mente negligẽte : nec ita absciscio membri comprimit tentationes,vt cogitationis frænum.

In Decretis d. 50. c. si quis abscinderit & c. si quis per agritudinem.

Hom. 63. in Matt. tom. 2.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum liceat patribus verberare filios aut dominis seruos.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non liceat patribus verberare filios, aut dominis seruos, Dicit enim Apostolus ad Ephes.6. Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros. Et infrà subdit.Et vos domini eadem facite seruis, remittẽtes minas. Sed ,ppter verbera aliqui ad iracundiã prouocantur,& sunt etiam minis graiora.ergo neq; patres filios,neq; domini seruos debent verberare.

Infrà q. 72. art. 2. ad 2.

¶ 2 Præterea, Philosophus dicit in 10. Ethic.* q̃ sermo patern⁹ habet solùm admonitionẽ,non autem coactionem. Sed quædam coactio est per verbera.ergo parentibus non licet filios verberare.

Cap. vlt. tom. 5.

¶ 3 Præterea. Vnicuiq; licet alteri disciplinã impendere. Hoc enim pertinet ad eleemosynas spirituales , vt suprà dictũ * est. Si ergo parentibus licet propter disciplinã filios verberare,pari ratione cuilibet licebit quemlibet verberare : quod patet esse falsum.ergo & primum.

Quæst. 31. art. 2.

¶ SED CONTRA est quod dicit Prouerb.13.Qui parcit virgæ,odit filium suum.Et infra 23. Noli subtrahere à puero disciplinam. Si enim percusseris eum virga,non morietur.Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.Et Ecclesia.33.dicitur. Seruo maleuolo tortura,& compedes.

¶ RESPONDEO dicẽdum,quòd per verberationem nocumentũ quoddã infertur corpori eius qui verberatur:aliter tamẽ quàm in mutilatione. Nam mutilatio tollit corporis integritatem, verberatio verò tantũmodo afficit sensum dolore. Vnde multò minus nocumẽtum est,quàm mutilatio membri. Nocumentum autẽ inferre alicui non licet,nisi per modum pœnæ propter iustitiam. Nullus autem iustè punit aliquem,nisi sit eius iurisdictioni subiectus. Et ideo verberare aliquem non licet nisi habenti potestatẽ aliquam super illum, qui verberatur licitè. Et quia filius subditur potestati patris, & seruus potestati domini , licitè potest verberare pater filiũ , & dominus seruũ causa correctionis,& disciplinæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum,q̃ cùm ira sit appetitus vindictæ , præcipuè concitatur ira,cùm aliquis se reputat læsum iniustè,vt patet per Philosophum in 2.Rhetoricæ *. Et ideo per hoc,q̃ patribus interdicitur, ne filios ad iracundiam prouocẽt, nõ prohibetur quin filios verberent causa disciplinæ:sed q̃ nõ immoderate eos affligant verberibus. Quod verò indicitur dominis,q̃ remittant seruis minas , potest dupliciter intelligi.
Vno modo , vt remisse minis vtantur, quod pertinet ad moderationẽ disciplinæ.Alio modo , vt aliquis non semp impleat,quod cõminatus est,quod pertinet ad hoc, q̃ iudicium quo quis cõminatus est pœnam , quandoque per remissionis misericordiam temperetur.

Cap. 13. tom. 2.

¶ Ad secundum dicendũ quod maior potestas maiorẽ debet habere coactionem. Sicut autem ciuitas est perfecta cõmunitas,ita Princeps ciuitatis habet perfectã potestatem coercendi. Et ideo potest infligere pœnas irreparabiles,scilicet occisionis vel mutilationis. Pater autem & dominus qui præsunt familiæ domesticæ, quæ est imperfecta cõmunitas , habent imperfectam potestatẽ coercendi secundum leuiores pœnas,quæ non inferunt irreparabile nocumentum. Et huiusmodi est verberatio.

¶ Ad tertium dicendum , quòd exhibere disciplinam volenti, cuilibet licet.Sed disciplinam nolenti adhibere,est solùm eius cui alterius cura committitur.Et ad hoc pertinet aliquem verberibus castigare.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum liceat aliquem hominem incarcerare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod non liceat aliquem hominem incarcerare. Actus enim est malus ex genere,qui cadit suprà indebitam materiam , vt suprà dictum est*. Sed homo habens naturalem arbitrij libertatem est indebita materia incarcerationis , quæ libertati pugnat.Ergo illicitum est aliquem incarcerare.

I. 2. q. 18. art. 2.

¶ 2 Præterea,Humana iustitia regulari debet ex diuina. Sed, sicut dicitur Eccles. 15. Deus reliquit hominem in manu consilij sui.Ergo videtur, quod non est aliquis coercendus vinculis vel carcere.

¶ 3 Præterea,Nullus est coercendus,nisi ab opere malo,à quo quilibet põt aliũ licitè impedire.Si ergo incarcerare aliquem esset licitũ ad hoc,quod cohiberet à malo,cuilibet esset licitũ aliquẽ incarcerare:quod patet esse falsum.Ergo & primum.

¶ SED CONTRA est, quòd Leuit.24.legitur,quendam missum fuisse in carcerem propter peccatũ blasphemiæ.

¶ RESPON

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Super Quæstionis sexagesimæ quintæ Articulum quartum.

IN art.4. eiusdē quæst. 65. aduerte nouitie tria. Primò, quòd nomine personæ aliis coniunctæ, significatur filius, pater, mater, agnatus, amicus, tutor, custos, ciuis, famulus & huiusmodi. Importatur enim his nominibus relatio spectās ad coniunctionem cum alio. Vidua autem, pupillus, & huiusmodi, important personas separatas ab illis, vt patet.

¶ Secundò, quod coniunctio cum aliis nō variat speciem iniuriæ, sed aggrauat ipsam. Non enim occisio Sortis qui non est filius, alterius est speciei ab occisione eiusdem, si filius esset, sed est alterius grauitatis, vt in litera dicitur. Et ratio est, quia vnum & multa non variant speciem.

¶ Tertiò, quòd hic non est sermo de personis cō iunctis nobis, qui facimus iniuriam: puta, de patre meo, Principe meo, fratre meo, & huiusmodi. De his enim nihil in litera dicitur, forte quia primò tractandum est de differenti debito, quòd istis debemus, vt ex illius diuersitate cognoscamus diuersitatē iniusti erga eosdē tam facto quàm verbo, &c.

¶ At si non vis hæc spectare, scito quòd omnis diuersitas coniunctionis mei ad aliquos, penes quā diuersificantur partes iustitiæ, vt pietas obseruantia, & huiusmodi, variat speciem dictarū iniuriarum: ita quòd homicidium in aliam trahitur speciem, si propriū occidant parentem, in aliam, si proprium Principem, & simile est de mutilatione & aliis dictis. Et ratio est: quia nō solum fit cōtra commutatiuam iustitiam, auferendo vitam, sed fit contra pietatem vel obseruantiam, &c. vt inferius post discussas iniuriarū singulas species & partes iustitiæ latius manifestabitur in quæstione centesima decima septima in fine.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ sextæ Articulum primum.

IN articul. primo quæstionis sexagesimæsextæ nota, quòd, quia quod conuenit alicui conuenit ei secundum modum eius, cui conuenit, per hoc, quando aliquid conuenit superiori, & inferiori, eminentius conuenit superiori, quàm inferiori. Et inde est quòd diuersimodè exteriora, quibus vescimur, quæ imperfectiora sunt, non solum nobis, sed animalibus, diuersimodè facta sunt propter animalia, & propter nos. Nam quia animalia non se agunt, sed agūtur naturæ instinctu, ideo non cōuenit eis habere dominiū, & possessionem rerum, quibus vescuntur: qnamuis sint facta propter ipsa. Homini autem, quia rationis particeps liber est, cōuenit per modum domi-

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ in bonis corporis tria ꝑ ordinem cōsiderātur. Primo quidē integritas corporalis substātię: cui detrimentū affertur ꝑ occisionem vel mutilationē. Secundò delectatio vel quies sensus, cui opponitur verberatio, vel quodlibet sensum dolore afficiens. Tertiò motus & vsus mēbrorum, qui impeditur ꝑ ligationē vel incarcerationem, seu quamcunq; detentionem. Et ideo incarcerare aliquem, vel qualitercunq; detinere, est illicitum, nisi fiat secundum ordinem Iustitiæ, aut in pœnam, aut ad cautelam alicuius mali vitandi.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ homo, qui abutitur potestate sibi data, meretur eam amittere. Et ideo homini, qui peccando abusus est libero vsu suorum membrorum, conueniens est incarcerationis materia.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ Deus quandoq; secundum ordinem suæ sapientiæ peccatores cohibet, ne possint peccatum implere secundum illud Iob.5. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorū, quod cœperant. Quandoq; verò eos permittit, quod voluerint agere. Et similiter secundum humanam iustitiam non pro qualibet culpa homines incarcerantur, sed pro aliquibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd detinere hominem ad horam ab aliquo opere illicito statim perpetrando, cuilibet licet: sicut cùm aliquis detinet aliquem, ne se præcipitet, vel ne alium feriat. Sed simpliciter aliquē includere vel ligare, ad eum solum pertinet, qui habet disponere vniuersaliter de actibus & vita alterius: quia ꝑ hoc impeditur non solùm à malis faciēdis, sed etiam à bonis agendis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum peccatum aggrauetur ex hoc, quod prædictæ iniuriæ inferuntur in personas aliis coniunctas.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod peccatum nō aggrauetur ex hoc, quòd prædictæ iniuriæ inferuntur in personas aliis coniunctas. Huiusmodi enim iniuriæ habent rationem peccati, prout nocumentum alicui infertur contra eius voluntatem. Sed magis est contra hominis volūtatem malum, quod in propriam personam infertur, quàm quod infertur in personam coniunctam. ergo iniuria illata in personam coniunctam est minor.

¶2 Præterea in sacra Scriptura præcipuè reprehenduntur qui pupillis & viduis iniurias inferūt. Vnde dicitur Ecclesiast.35. Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat loquelā gemitus. Sed vidua & pupillus non sunt personæ aliis cōiunctę. ergo ex hoc, quod infertur iniuria personis cōiunctis, non aggrauatur peccatum.

¶3 Præterea, Persona coniūcta habet propriam voluntatem, sicut principalis persona. Potest enim aliquid ei esse voluntarium, quod est contra voluntatem principalis personæ, vt patet in adulterio, quod placet vxori, & displicet viro. Sed huiusmodi iniuriæ habent rationem peccati, prout consistunt in voluntaria commutatione. ergo huiusmodi iniuriæ minus habent de ratione peccati.

¶SED CONTRA est, quòd Deut. 28. ad quandam exaggerationem dicitur, Filij tui & filiæ tuæ tradentur alteri populo, videntibus oculis tuis,

¶RESPONDEO dicendū, quòd quātò aliqua iniuria in plures redundat, cæteris paribus, tantò grauius est peccatum, & inde est ꝙ grauius est peccatum, si aliquis percutiat principem, quàm personam priuatam, quia redundat in iniuriā totius multitudinis, vt suprà dictū est*. *1.2.q.73. art.9.* Cum autem infertur iniuria in aliquā personam coniunctam alteri, qualitercunq;, illa iniuria pertinet ad duas personas. Et ideo cęteris paribus ex hoc ipso aggrauatur peccatum: potest tamen contingere, ꝙ secundum aliquas circunstantias sit grauius peccatum, quod fit contra personam nulli coniunctam, vel propter dignitatem personæ, vel propter magnitudinem nocumenti.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ iniuria illata in personam coniunctā, minus est nociua personæ, cui coniungitur, q̄ si in ipsam immediate inferretur: & ex hac parte est minus peccatum. Sed hoc totum quod pertinet ad iniuriam personę, cui coniungitur, superadditur peccato quod aliquis incurrit ex eo quòd aliam personam secundum se lædit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ iniuriæ illatæ in viduas & pupillos magis exaggerantur: tum quia magis opponuntur misericordiæ, tum quia idem nocumentum huiusmodi personis inflictum, est eis grauius, quia non habent releuantem.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ per hoc, quòd vxor voluntariè cōsentit in adulterium, minoratur quidem peccatum & iniuria ex parte ipsius mulieris. Grauius enim esset, si adulter violenter eā opprimeret. *D.84.* Nō tamēd propter hoc tollitur iniuria ex parte viri: qa vxor non habet potestatē sui corporis, sed vir, vt dicitur. 1. ad Corinth.7. Et eadē ratio est de similibus. De adulterio tamen, quia non solùm iniustitiæ, sed etiam castitati opponitur, erit locus infra * agendi in tractatu de temperantia. *Q.154. art.9.*

QVÆSTIO SEXAGESIMASEXTA DE Peccatis iustitiæ oppositis, & primò de Furto, in nouem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de peccatis iustitiæ oppositis, per quæ infertur nocumentū proximo in rebus, scilicet de furto & rapina. ¶Et circa hoc quæruntur nouem. ¶Primò, vtrum naturalis sit homini possessio exteriorum rerum. ¶ Secundò, vtrum licitum sit, quòd aliquis rem aliquam possideat quasi propriam. ¶ Tertiò, vtrum furtum sit occulta acceptio rei alienæ. ¶ Quartò, vtrum rapina sit peccatum specie differens à furto. ¶ Quintò, vtrum omne furtum sit peccatum. ¶ Sextò, vtrum furtum sit peccatum mortale. ¶ Septimò, vtrum liceat furari in necessitate. ¶ Octauò, vtrum omnis rapina sit peccatum mortale. ¶ Nonò, vttum rapina sit grauius peccatum, quàm furtum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum naturalis sit homini possessio exteriorum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ non sit naturalis homini possessio exteriorum rerū. *Infrà cōtra cap. 22.fin & 127.fin.* Nullus enim debet sibi attribuere quod Dei est. Sed dominiū omniū creaturarū est propriū Dei, secundum illud Psalm. 23. Dn̄i est terra, &c. ergo nō est naturalis homini possessio rerū exteriorū.

¶2 Pręterea, Basilius* exponens verbū diuitis dicētis, Luc.12. *In Ser. ad diuit. auaros.* Congregabo omnia, q̄ nata sunt mihi, & bona mea, dicit, Dic mihi, q̄ tua? vnde ea sumens in vitā tulisti? Sed illa quæ homo possidet naturaliter, potest aliquis conuenienter dicere esse sua. Ergo homo non possidet naturaliter exteriora bona.

¶3 Præterea, Sicut Ambros. dicit in lib. de Trinit.* *Lib.1.de fide.ca.1. tom.2.* Dominus nomen est potestatis. Sed homo non habet potestatē super res exteriores: nihil enim potest circa earum naturam immutare. Ergo possessio exteriorum rerum non est homini naturalis.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur in Psalm. Omnia subiecisti sub pedibus eius, scilicet hominis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd res exterior potest dupliciter considerari. Vno modo quātùm ad eius naturā, quę non subiacet humanæ potestati, sed solùm diuinæ, cui omnia ad nutum obediunt. Alio modo quantùm ad vsum ipsius rei, & sic habet homo naturale dominium exteriorū rerum: quia per rationem & voluntatem potest vti rebus exterioribus ad suam vtilitatem, quasi propter se factis. Semper enim imperfectiora sunt propter perfectiora, vt suprà habitum est. Et ex hac ratione Philosophus probat in primo Politicorum †, ꝙ possessio rerum exteriorum est homini naturalis. *Quæ.64. art.1. tom.5.* Hoc autem naturale

minij & possessionis, vt sit super imperfectiora, quæ sunt propter ipsum facta. Vtimur ergo diuersimodè exterioribus nos & animalia, non solum quia etiam ipsis animalibus vtimur, sed quia, vt domini, naturaliter ex nostra natura rationali eis vtimur: animalia autem & instinctu naturæ vti dicūtur, & improprie vti dicuntur eis quibus vescūtur, vt patet ex dictis in tractatu de Vti, &c. Et ideo non ex altero, sed vtroque simul autor in litera ostendit naturale hominis possessorium rerum exteriorum, ex hoc scilicet quod illa sunt facta, vtpote imperfectiora: & homo habet rationem & voluntatem.

¶ Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæstionis nota distinctionem de potestate procurandi ac dispensandi, & de vsu. Et si vis hæc penitus penetrare, memento eorum, quæ scripta sunt de eleemosynæ præceptis: habentibus siquidem potestatem dispensandi pręcipitur, & vt superfluum naturæ & personæ communicent. Hoc enim est de quo Ambrosius dicit, Plus quàm sufficiat sumptui violenter obtentum est: hoc est, quod nemo proprium dicere debet quo ad vsum: quia quo ad vsum commune est. Et vt constitutis in extrema necessitate, naturæ superfluum communicent, quoniam eis vt cōmune debitum est. Et nihilominus consulitur, vt etiam extra hos casus facile tribuant necessitatem patientibus: quoniā tota summa Christianæ vitæ in misericordia posita est. Sic enim & possessores bonæ dispensationis meritum, & pauperes patientiæ coronam habent absque iniqua inæqualitate rerum exteriorum.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum, nota quod communitatem rerum esse de iure naturæ quo ad vsum, potest dupliciter intelligi, scilicet positiue & negatiue. Et si intelligatur positiue, est sensus, quod ius naturale dictat, quod omnia sunt communia: si verò intelligatur negatiuè, est sensus, quod ius naturale non instituit proprietates rerum. Et in vtroque sensu propositio est vera, si sane intelligatur. In primo quidem, scilicet positiue verificatur in casu, scilicet extremæ necessitatis. Quando enim aliquis est in extrema necessitate, potest, vndecunque sibi occurrit, sibi vel alteri huiusmodi subuenire, nec tenetur ad restitutionem: quia sua tunc naturæ iure re vsus est. In secundo verò, scilicet negatiue, verificatur absolute. Nam extra casus loquendo, ius naturæ nō statuit omnia esse communia, vt patet ex eo, quod non liceret regulariter habere proprium. Sed nō fecit aliquid esse proprium alicui, & aliud alteri. Et quoniam sermo literæ est de communitate & proprietate absolute, & non in casu: ideo in litera negatur sensus affirmatiuus & conceditur negatiuus.

naturale dominium super cæteras creaturas, quod competit homini secundum rationem, in qua imago Dei cōsistit, manifestatur in ipsa hominis creatione, Gen. 1. vbi dicitur, Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, &c.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, quod Deus habet principale dominium omnium rerum. Et ipse secundum suam ꝓuidentiam ordinauit quasdā res ad corporalem hominis sustentationē. Et propter hoc hō habet naturale rerū dominiū, quantùm ad potestatem vtēdi ipsis.

¶ Ad secundum dicendum, quod diues ille reprehenditur ex hoc, quòd putabat exteriora bona esse principaliter sua, quasi non accepisset ea ab alio, s. à Deo.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ illa ratio procedit de dominio exteriorū rerum, quantùm ad naturas ipsarum. Quod quidē dominium soli Deo conuenit, vt* dictū est. *In corp. art.*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum liceat alicui rem aliquam, quasi propriam possidere.

AD SECVNDVM sic ꝓcedit. Videtur quòd non liceat alicui rē aliquā quasi propriam possidere. *3. contra ca.127.fi. Et opusc. 20.lib.4. cap.4.* Omne enim quod est contra ius naturale, est illicitum. Sed secundum ius naturale omnia sunt communia: cui quidem cōmunitati contrariatur proprietas possessionum. Ergo illicitum est cuilibet homini appropriare sibi aliquam rem exteriorē.

¶2 Præt. Basilius dicit exponens prædictū verbum diuitis, Sicut qui præueniēs spectacula, prohiberet aduenientes appropriando sibi, quod ad cōmunē vsum ordinatur: similes sunt diuites qui cōmunia, q̄ præoccupauerunt, æstimāt sua esse. Sed illicitū esset præcludere viam aliis ad potiendū cōmunib⁹ bonis. Ergo illicitū est apꝓpriare sibi aliquā rē cōem.

¶3 Pręterea, Ambros. * dicit, & habet̄ ī Decretis dist.47.ca. Sicut hi. *In serm. 82.to.3. et habetur dist.47.c. sicut hil.* Propriū nemo dicat quod est cōmune. Appellat aūt cōes res exteriores, sicut patet ex iis q̄ pręmittit. Ergo videt̄ illicitū esse, ꝙ aliq̄s apꝓpriet sibi aliquam rē exteriorē.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in lib. de Hæresibus*. *c.40.to.6* Apostolici dicuntur, qui se hoc nomine arrogātissimè vocauerunt, eò ꝙ in suam cōmunionem nō acciperēt vtētes coniugibus, & res proprias possidentes: quales habet catholica Ecclesia, & monachos & clericos plurimos. Sed ideo isti hæretici sūt, qa se ab Ecclesia separātes, nullā spē putāt eos habere, q vtuntur iis rebus quib⁹ ipsi carent. Est ergo erroneum dicere, ꝙ non liceat homini propria possidere.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ circa rem exteriorem duo competunt homini, quorū vnū est potestas procurandi & dispensandi: & quantū ad hoc licitum est quòd hō ꝓpria possideat. Et est ēt necessariū ad humanā vitam propter tria. Primò quidē, qa magis solicit⁹ est vnusquisq; ad procurandū aliquid quod sibi soli cōpetit, quàm id quod est cōmune omniū vel multorū: qa vnusquisq; laborē fugiēs, relinquit alteri id qđ ꝑtinet ad cōmune, sicut accidit in multitudine ministrorū. Alio mō quia ordinati⁹ res humanæ tractātur, si singulis immineat ꝓpria cura alicuius rei ꝓcurādæ. Esset aūt cōfusio, si qlibet indistinctè q̄libet ꝓcuraret. Tertiò, qa per hoc magis pacificus status hominū cōseruat̄, dū vnusquisque re sua cōtentus est. Vn̄ videmus ꝙ inter eos qui cōmuniter & ex indiuiso aliquid possidēt, frequētius iurgia oriuntur. Aliud verò quod competit hōi circa res exteriores, est vsus ipsarū. Et quantū ad ad hoc non debet homo habere res exteriores vt proprias, sed vt cōmunes: vt s. de facili aliquis eas cōmunicet in necessitates aliorū. Vnde Apost. dicit primæ ad Timo.vlt. Diuitibus huius seculi præcipe facile tribuere, communicare.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ cōmunitas rerū attribuit̄ iuri naturali: nō qa ius naturale dictet omnia esse possidēda cōmuniter, & nihil esse quasi ꝓpriū possidendum, sed quia scđm i⁹ naturale nō est distinctio possessionū, sed magis secundū humanū cōdictū, quod pertinet ad ius positiuum, vt s̄ dictum * est. *Q.57.art.2.* Vn̄ proprietas possessionum nō est contra ius naturale, sed iuri naturali superadditur per adinuētionē rationis humanę.

¶ Ad secūdū dicēdum, ꝙ si ille qui præueniens ad spectacula p̄pararet aliis viā, non illicitè ageret. Sed ex hoc illicitè agit, ꝙ alios ꝓhibet. Et similiter diues nō illicitè agit, si præoccupās possessionem rei, q̄ à principio erat cōmunis, aliis etiā cōmunicat. Peccat aūt si alios ab vsu illi⁹ rei īdiscretè ꝓhibeat. Vn̄ Basilius *ibid. *Loco citato in arg.* dicit, Cur tu abūdas, ille verò mēdicat, nisi vt tu bonę dispēsatiōis merita cōsequaris: ille verò patiētię p̄miis coronet̄?

¶ Ad tertiū dicendum, quòd cùm dicit Ambrosius*, *Loco cit. in arg.* Nemo propriū dicat, quod est cōmune, loquitur de ꝓprietate quātùm ad vsum. Vn̄ subdit, Plusquā sufficeret sumptui, violenter obtentum est.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum sit de ratione furti occultè accipere rem alienam.

AD TERTIVM sic ꝓcedit̄. Videt̄, ꝙ nō sit de ratiōe furti occultè accipere rē alienā. Illud eñ qđ diminuit peccatū, nō videt̄ ad rationē peccati ꝑtinere. Sed ī occulto peccare ꝑtinet ad diminutionē peccati: sicut ecōtrario ad exaggerandū peccatū quorundā, dicitur Isa.3. Peccatū suū quasi Sodoma pṙedicauerunt, nec abscōderunt. Ergo nō est de ratiōe furti occulta acceptio rei alienę.

¶2 Pręt. Ambrosius dicit*, & habetur in Decretis dist.47. *Ser.81. tom.3.* Minus est criminis habenti tollere, quàm cùm possis & abundans sis, indigentibus denegare. Ergo sicut furtum consistit in acceptione rei alienæ, ita & in detentione ipsius.

¶3 Præt. Homo potest furtim ab alio accipere etiam quod suum est, puta rē quam apud aliū deposuit: vel quæ est ab eo iniustè ablata. Non est ergo de ratione furti, quòd sit occulta acceptio rei alienæ.

¶ In eodem articulo etiam in responsione ad primum, dubiū occurrit ad hominem, quia in litera dicitur, quod proprietas possessionum est ab homano condicto quod pertinet ad ius positiuum. Et tamen superius in quæstionis quinquagesimæseptimæ articulo tertio dictum est, quod huiusmodi proprietas spectat ad ius gentium, quod distingui constat contra ius positiuum.

¶ Ad hoc dicitur, quod in proprietate possessionū inueniūtur duo. Primo, quod aliquid sit vnius, & aliquid alterius. Secundò quod hic ager sit istius, & ille illius. Quo ad primū, proprietas rerū est à iure gētium. Dictat enim hoc ratio, vt in litera multipliciter ostenditur. Quo ad secundum est à iure positiuo: quoniam antequam sit hoc appropriatum huic, & illud alteri, nihil differt, an contrarium fiat. Definitum est enim quod ius positiuum est quod à principio nihil differt, ex 5. Ethic.

¶ Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulū tertium.

¶ Num completa sit furti definitio.

IN articulo tertio eiusdem sexagesimæsextæ quæstionis circa rationem furti occurrit dubium, quia diminuta videtur quod ex duobus apparet. Primò ex hoc, quod multi diffinientes furtum, apponunt tot particulas, dum dicunt, quod furtum est contrectatio rei alienæ mobilis, corporalis, inuito domino, animo lucrandi siue ipsius rei, siue vsus, siue possessionis: quæ vt patet, in literæ ratione non ponuntur. Secundò ex hoc, quod iniustitiæ deformitas in hac diffinitione non exprimitur, acceptionis nomine. Constat enim, quod acceptio potest esse iusta, & iniusta, & neutra: & tamen in litera exponitur acceptio pro vsurpatione.

¶Ad hoc retrogrado ordine respondēdo dicitur, quod quia occultatio acceptionis posita in diffinitione furti, importat duo, scilicet iniustitiam ratione generis, & qualitatem seu modum eius, s. abscondite à domino ratione formalis significati, ideo nihil in diffinitione omissum est. Et autor in litera acceptionē ꝓ iniusta acceptione exponit: tū quia totus iste sermo est de commutationibus inuoluntariis, & iniuriis quibus infertur damnum in rebus, vt patet ex titulis quæstionū & tractatuū. Ac ꝑ hoc non de acceptione cōmuniter, sed de acceptiōe, quæ est species iniuriæ, est sermo. Tū quia de ratione occultæ acceptionis est nō solū eius formale, puta ꝙ ex intētione fiat latendi: sed etiam eius cōmune, scilicet quod fiat contra volūtatem domini. Ideo enim subterfugere quęrit domini scientiam, quia vult agere contra illius voluntatem. Accipit igitur Autor hanc iniustitiæ redundantē conditionem in acceptionem ex implicito in ly, Occulta, in prima cōditione posita in litera. Et vsus est post ly, Occulta, quo ad explicitū. Et ad vtrūq; insinuādum concludendo diffinitionē, ordinat sic eā, vt præponat ly, Occulta, dicens quod propria ratio furti est, vt sit occulta acceptio rei alienæ. Sic eñ etiā nul

Universidad de Deusto Biblioteca

lo præſuppoſito titulo quæſtionum ex vi terminorum conſummata, habetur diffinitio furti ſimpliciter, & non ſolum vt pars iſtius tractatus, vt decet diffinitiones.

¶Ad id autem, quod ex aliis doctoribus obiicitur, dicitur quod nõ philoſophicè, ſed more Legiſtarum loquuntur, non ſpeciẽ furti diffinientes, ſed quid nomine furti in legibus intelligitur. Vnde dicunt, quod nec acceptio iurium nec rerum immobilium eſt furtum, allegãdo leges ciuiles. (*Li.10.c.6.*) Nos aũt qui moralẽ Theologiã ſimul & Philoſophiã tractamus, & de ipſa furti ſpecie loquimur, diffinimus, vt Philoſophos decet: & dicimus nullam illarũ particularũ addendã eſſe diffinitioni, & nõ per contrectationẽ, quæ tactũ potius quàm vſurpationẽ rei ſignificat, ſed ꝑ acceptionẽ diffiniendum furtum, & vt ſigillatim diſcutiantur ly Mobilis & corporalis, falsè adderentur diffinitioni, quia furti ſpeciem ſpectat acceptio occulta alieni agri & alienorum iurium nõ minus quàm alienæ veſtis. Hæc enim materialiter ſe habent in acceptione iniurioſa alieni, & non variãt ſpeciẽ. Ly Fraudulosa, ſuperfluè apponeretur, quia animus furandi non magis requiritur ad furem, quàm animus adulterandi ad adulterium: nec tamen oportet ponere in diffinitiõe adulterij hoc, &c. De ipſo nãque peccato ſeu vitio loquentes, nõ niſi ſub genere volnntarij verſamur: cum peccatum ſub genere ſit volũtarij, ſicut quodlibet mortale. Ly inuito domino, ſuperflue adderetur, quia ſi occulte accipitur, conſtat quod quantum eſt ex parte peccãtis, inuito domino accipit, & nihil ad peccatũ refert, ſi dominus eſt animo ſuo inuitus, aut nõ. Ad naturã ſiquidẽ actus ſpectandũ eſt. Ly Animo lucrãdi, falſe apponeretur: quia ſi nõ animo lucrandi, ſed dãnificandi fieret, vt ſi acciperet occulte veſtẽ alienã, vt proiiceret eã in flumen, furti reus eſſet. Ly Siue rei, ſiue vſus, ſiue poſſeſſionis, ſuperflue adderetur, quia nomine rei alienæ cõprehẽditur omne quod eſt alterius, vt poſſeſſio eius, quicquid ſit illud, vt in litera dicit.

¶SED CONTRA eſt, qđ Iſido. dicit in li. Etymologiarũ, *Fur à furuo dictꝰ eſt, id eſt à fuſco. nã noctis vtit̃ tẽpore.

¶RESPONDEO dicẽdũ, quod ad rationem furti tria cõcurrunt. Quorum primum conuenit ſibi, ſecundum quod contrariatur iuſtitię q̃ vnicuique tribuit quod ſuum eſt. & ex hoc cõpetit ei, ꝙ vſurpat alienum. Secũdum verò pertinet ad rationẽ furti, prout diſtinguitur à peccatis, q̃ ſunt cõtra perſonã, ſicut ab homicidio & adulterio: & ſecundum hoc cõpetit furto, quod ſit circa rẽ poſſeſſam. Si quis enim accipiat id quod eſt alterius, nõ eſt quaſi poſſeſſio, ſed quaſi pars: ſicut ſi amputet membrũ: vel ſicut perſona cõiuncta, vt ſi auferat filiã vel vxorẽ, nõ habet propriè rationẽ furti. Tertia differentia eſt, quæ complet rationẽ furti, vt ſcilicet occultè vſurpetur alienum. Et ſecũdum hoc propria ratio furti eſt, vt ſit occulta acceptio rei alienæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ occultatio quandoq; quidem eſt cauſa peccati, puta cùm quis vtitur occultatione ad peccandum, ſicut accidit in fraude & dolo. Et hoc modo non diminuit, ſed conſtituit ſpeciem peccati, & ita eſt in furto. Alio modo occultatio eſt ſimplex circunſtantia peccati. Et ſic diminuit peccatum. Tum quia ſignum verecundiæ eſt: tum quia tollit ſcandalum.

Annota. ¶In eodẽ articulo in ſecunda conditione, vide primo quod accipere vxorẽ vel filiã alienã, nõ habet proprie rationẽ furti. Sed proprie furtũ eſt accipere ſeruã alienam, quoniam poſſidemus ſeruos ſicut agros, non autem filias aut vxores.

Annota. ¶Nota ſecundo, quod accipere filiã aut vxorẽ alienã in ſeruã, non pertinet ad furtũ, ſed captiuitatẽ, quæ ſub incarcerationis vitio ſuperius poſito inter perſonales iniurias cõprehenditur, quoniam vtrũque libero ſui corporis vſui opponitur. Et tanto grauius eſt captiuare filiã aut vxorẽ alterius, quãto (vt ꝑdictũ ibi fuit) iniuriæ perſonales illatæ perſonis aliis coniunctis, grauiores ſunt.

Annota. ¶Aduerte tertiò, quod occulte accipere eaſdem perſonas, non ſimpliciter, ſed ad horam pro concubitu, ſi eis inuitis fit raptus, eſt tanto grauior, quanto etiã alter, ſcilicet maritus, pater, dominus offenditur. Si autem eis conſentientibus extra proprias luxuriæ ſpecies, puta adulterium, ſtuprũ, aut ſimplicẽ fornicationem, non video aliam deformitatem, ſi non impeditur propter hoc à ſeruitio domini, cũ ſerua vt ſic, nõ ſit ſub domini cuſtodia quo ad cõcubitũ, ſicut filia ſub patre eſt, nec vſus talis ſeruæ ſit domini. Nõ enim poteſt ipſe ea vti ad venerea, ſed ad alia ſeruitia. Et ꝓpterea dicitur quod accipere ſeruã alienã ꝓpter coitum, nõ eſt furtũ, ſicut nec coire cũ illa in domo domini ipſo inuito.

¶*Num detinens aliena continuè peccet, vel quantum.*

Quæſtio. ¶In eodem articulo in reſponſione ad tertium, vbi dicitur, quod iniuſta detẽtio habet eandẽ rationẽ nocumenti cũ iniuſta acceptione, quia hinc habes, quod non ſolũ occulte accipiendo, ſed etiã occulte detinendo alienam rem, incurritur furtum, dubium occurrit, An huiuſmodi detinens continue peccet, an quandoq;, & quando, &c. Et eſt ratio dubij, quia detentio cõtrariatur prẹcepto negatiuo, ſicut acceptio & conſumptio. Præcipitur nanque quod nõ accipiamus, non conſumamus, non detineamus occulte, rem alienã. Conſtat aũt quod præcepta negatiua violantur affirmatione prohibita ſemper, & ad ſẽp, ſicut accipiens ſemper actualiter peccat, ita & detinens, & ſimiliter cõſumẽs. In oppoſitũ autem eſt: quia ſequeretur quod detentor dormiens, & orans, & eleemoſynã de ſuo faciens, & nihil aliud cogitans ſemper actualiter peccaret mortaliter, & nõ ſolũ quod eſſet in peccato mortali: qđ videtur inconueniẽs.

¶Ad hoc dicitur, quod quia mortale peccatũ cõmiſſionis, de quo ſolo eſt ſermo, eſt actus volũtarius deformis: oportet ad hoc, ꝙ aliquis huiuſmodi peccato peccet actualiter, quòd actualiter exerceat aliquẽ actũ voluntarium deformem. Et propterea cùm in dubiũ venit, an aliquis continue ſi peccet, inſpiciendũ eſt, an perſeueret non in ſtatu peccati, vt perſeuerat ille qui propoſuit occidere aliquẽ, donec mutet propoſitũ: ſed an perſeueret in aliquo actu volũtario illius ſpeciei, ſicut perſeuerat qui proponit occidere hominẽ, & delectatur cogitando, quod occidet, & ad hoc parat inſtrumẽta, & huiuſmodi. De hoc enim videtur affirmando, quod continue peccat mortaliter, quandiu hęc exercet, de illo autem non. Vñ in propoſito quum detinet alienum, non ſit actio, ſed actionis effectus ab actione non dependens, niſi in principio: quoniã detinẽs aurum vel argentum quod accipit, nihil operatur in detinẽdo, ex quo repoſuit illud in loco tuto: conſequẽs eſt quod detinens vt ſic, nõ exerceat aliquẽ actum voluntarium: ac per hoc non peccat continue, quamuis continue ſit in ſtatu mortalis peccati. De contrectatione autẽ rei furtiuæ detẽtæ, diſtinguendum eſt, quod aut actus circa illam ſit propter bonũ illius rei, puta ſi veſtis furtiua excutiatur vel remoueatur à loco humido, vel cuſtodiatur à fure, aut latrone & huiuſmodi, & ſic nullũ peccatũ eſt, ſicut nec in actibus indifferẽtibus circa illã, puta videndo, mouendo, &c. quoniã per hoc nullus actꝰ exercetur circa rem alienã, qui violet iuſtitiam. Aut actus eſt vſus illius rei, puta induere ſe veſte furtiua, ornare ſe gemma, aut anulo furtiuo, expendere pecuniã furtiuã, comedere & bibere in vaſis furtiuis, & huiuſmodi: vt faciunt fures vtentes rebꝰ, quas ſunt furati. In his enim non interuenit cõtinuus actus voluntarius, ſed quãdoque exercetur aliquis actus, & quãdoq; nullus. Nã induere & ornare ſe, actiones quędam voluntariæ ſunt: indutum autẽ eſſe & ſimiliter ornatũ eſſe, & huiuſmodi, non ſunt actiones, ſed ad prædicamentum habitus ſpectantia. Vñ de his aliquid eſt manifeſtũ, ſ. qđ non cõtinue peccant, & aliquid obſcurũ, an ſcilicet quotiens huiuſmodi actꝰ exercent: totiens peccent mortaliter. (*Infrà articulo 9. cor. Et q. 73. art. 1. cor. Et ad ſecundum. Et ſecũdæ Corin. 12. co. 13. fin.*) Apparet enim prima fronte diſtinguendum eſſe, quod actualiter habere actũ vtẽdi re aliena, contingit dupliciter. Vno modo formaliter: hoc eſt, quod intentio feratur ſuper alieno: & ſic quotiens diſcontinuato actualiter peccato tã intus, quã extrà, vtitur re aliena, totiẽs peccat mortaliter. Alio modo materialiter, hoc eſt ꝙ nihil cogitãdo de alieno, vtitur re aliena vt ſua, vt ſi cogitat de induendo ſe, de emẽdo, de comedẽdo, de bibẽdo, & nõ cogitat de alieno. (*1.2. q̃. 1. arti. 3. & q. 18. ar. 6*) Et ſic videtur, ꝙ omnes iſti actus ſint mali eadẽ numero deformitate, qua fuit mala intẽtio detinendi, poſsidendi, ac ꝑ hoc vtẽdi reb. his vt ꝓpriis. Sed primũ huius diſtinctionis mẽbrũ veritati inhærere mihi videtur: qm̃ multiplicatur numero peccatũ, non iuxta multiplicationẽ actuũ voluntariorũ, tã intus quã extrà, vt patet ex hoc, quod actus exterior & interior ſint vnũ numero peccatũ, & multi actus exteriores & interiores volũtatis ſunt vnũ numero peccatũ, vt patet, quũ quis deſiderat occidere, & delectatur de cogitata occiſione, & ſpectat illã, & intẽdit ire ad occidendũ, & ꝑparat ad hoc gladiũ, & ſagittas, & láceas, &c. Hęc em̃ oĩa vno contextu facta, vno numero ſunt peccatũ mortale, ſed iuxta multiplicationẽ moralẽ, materialiter tñ moralitatis actuũ. Dico aũt moralẽ ad differentiã multiplicationis in eſſe naturæ actuũ voluntatis deformiũ: puta deſiderare, furari, delectari, de cogitato furto intendere, ire ad furandũ, & huiuſmodi. Quamuis em̃ ſinguli actus habeant forte ſingulas deformitates morales: ac per hoc plures in eſſe naturæ, in genere tñ moris vna numero tãtũ eſt eorũ moralitas: & ideo ſunt vnũ numero peccatũ, vt dictũ eſt. Multiplicatur aũt moralitas numero ſeu materialiter ĩ genere moris, quotiẽs quis ex non actualiter peccãte in tali ſpecie peccati fit actualiter peccans in illa. Attẽdi verò videt̃ hæc vnitas numeralis penes vnitatẽ applicationis animæ ad talem ſpeciẽ: ita quod quandiu aĩa applicata ad illud ꝑ aliquẽ actũ interiorẽ vel exteriorẽ perſeuerat, quãtũcunq; actus multiplicet, in genere naturæ non moris eos multiplicat. Oẽs em̃ habent rationẽ vnius numero in genere moris propter vnitã perſeuerãtem applicationẽ aĩæ, cuius vnitatẽ atteſtatur in actibus interioribus contextus. In exterioribus verò continuatũ imperiũ paſſiuũ operationũ dependentiũ in eſſe & in fieri ab imperãte, quales ſunt motus propriorũ mẽbrorũ voluntarij. De ſecundo aũt mẽbro dubito, ꝓpterea quia ſciens rẽ aliquã eſſe alienã, & vtens ea inuito domino, quamuis nihil de hoc cogitet, nõ excuſatur à peccato mortali, ex quo eſt in tali ſtatu, quod ſi cogitaret, nihil minus vteretur illa re aliena, ſinuito domino. Ex eo nãque, quod huiuſmodi actus voluntarij ſunt de genere ſuo peccata mortalia: qm̃ cuiuſlibet eſt vti re aliena inuito dño, & nullus eorũ cedit in idẽ numero cũ altero, qm̃ diſcontinuati ſunt intus & extrà: apparet quod totiens quotiẽs vtũtur, ẽt nihil cogitãdo de re aliena, totiẽs peccant mortaliter, quãuis durũ hoc videat̃. Et ſi neutra pars vera videtur, ſubdiſtinguendũ eſt, quod actꝰ qui ſine nouo contẽptu vtendo re aliena, exercentur, ſunt duplicis differẽtię. Quidã cũ noua iniuria domini, & dicunt̃ actus cũ noua iniuria domini, actus illi qui vel reddunt ipſam rẽ deteriorẽ, ita vt non eſſet amplius à domino repetẽda, ſed eius pretiũ. Fit em̃ iniuria tunc noua domino ex hoc, quod cogitur ad cõmutationẽ rei ſuæ, ſi debet eã recuperare: vt patet de conſumptione veſtis furtiuæ. Vti nãq; veſte, conſumendo illã, eſt facere vt dño res ſua ſatiſfacere non poſſit, ẽt ſi reddenda eſſet. Et ob hoc addit nouã iniuriã ſup detentionem vel ex parte vtentis: quia ſ. reddunt vtentem impotentem ad ſatiſfaciendũ domino, vt patet ĩ paupere expẽdente furtiuã pecuniã, nec habẽte vñ poſſit ſatisfacere dño. Huiuſmodi em̃ expenſio nociua eſt domino, addens ſupra detentionem, impotentiã reſtituendi: ac per hoc peioris conditionis reddens dominum pecuniæ. Actus autẽ ſine noua iniuria domini ſunt, qui non in damnum domini redundant, vt ſi res iam deuenit ad ſtatum, in quo dominus nollet eã, ſed eius pretium, de cætero vti ipſa, nouam non addit detentioni iniuriã. Et ſimiliter ſi expẽdens pecuniã furtiuã, habet in promptu vnde ſatiſfacere poſſet, ſi vellet, nullam videtur detentioni addere iniuriã. Diceretur nanq; quod primis actibus totiens quotiens peccat mortaliter, non autẽ ſecũdis: ſicut nec ſemel

¶Ad ſecundum dicendum, quòd detinere id quod alteri debetur, eandem rationem nocumenti habet cum acceptione iniuſta. Et ideo ſub iniuſta acceptione intelligitur etiam iniuſta detentio.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd nihil prohibet id quod eſt ſimpliciter vnius, ſecundum quid eſſe alterius: ſicut res depoſita eſt ſimpliciter quidem deponentis: ſed eſt eius, apud quem deponitur, quantum ad cuſtodiam. Et id quod eſt per rapinam ablatum, eſt rapientis, non ſimpliciter, ſed quãtùm ad detentionẽ.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum furtum & rapina ſint peccata differentia ſpecie.*

AD QVARTVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd furtum & rapina nõ ſint peccata differentia ſpecie. Furtum enim & rapina differunt ſecundum occultum & manifeſtum. Furtum enim importat occultam acceptionẽ, rapina verò violentam & manifeſtam. Sed in aliis generibꝰ peccatorum occultum & manifeſtum non diuerſificãt ſpeciem. Ergo furtum & rapina non ſunt peccata ſpecie diuerſa.

¶2Prętereà, Moralia recipiũt ſpeciẽ à fine, vt ſ̃ dictum * eſt. Sed furtũ & rapina ordinantur ad eundem finem, ſ. habendum aliena. Ergo non differunt ſpecie.

ſemel bibendo in vaſe furtiuo, quum ſit actus ſine iniuria. Quãuis de hoc non ſit ſimile, quia huius actus, ſcilicet ſemel bibẽdi, non eſt de natura ſua talis, qđ computetur inter eos qui fiunt inuito domino. Quid horũ verius ſit nõ facile video: quoniam quũ actus de natura ſua intueor, videtur quod totiẽs quotiẽs vtitur re aliena inuito domino, peccat mortaliter. Quũ verò conſidero, quod vſus ſine noua iniuria nõ videtur eſſe inuito domino, (cui tantundem eſt, ſi talis vſus fiat, & ſi non fiat) videtur quod non totiens quotiens vtitur, peccat, ſed totiens quotiens cum noua iniuria in affectu vel in effectu, vt declaratum eſt. Quum autem attẽdo, quod multiplicatio horum actuũ eſt in eſſe naturæ, & non moris, vnum tantùm videtur eſſe peccatum, dum non renouatur affectus ad alienum. Et licet hæc vltima replicata via, quæ primo fuit allata, prima frontè vera appareat propter vnitatẽ moralis deformitatis, ſi quis tamen conſideret, quod operantes ſecundum habitum, non deliberant circa rationem formalem habitus, vt patet in artificibus, qui vtũtur arte quaſi natura, vt habes in decimo Ethicorum, de citharœdo, manifeſtum fiet, quod detentor quaſi ex habitu operatur deliberatæ detentionis, & propterea non cogitat, an re ſua an aliena vtatur. Vnde non eſt propterea melioris conditionis, quàm non detentor, qui vteretur alieno inuito domino, quem conſtat totiens quotiens peccare mortaliter. Et per hoc etiam excluditur media via, diſtinguens inter actus cum noua iniuria vel ſine noua: quia ſcilicet nõ eſt melioris conditionis detentor quàm non detentor. Sed ſi quis non eſſet detentor rei alienæ, & tamen vteretur ea ſcienter inuito domino tali vſu, qui conſueuit pretio æſtimari, peccaret mortaliter ex natura actus. Detentor igitur totiẽs peccat mortaliter, quotiens nouus conſumptor, quotiens nouiter vtens eſt, ſicut peccaret totiens non detentor.

¶3Prętereà, Sicut rapitur aliquid ad poſſidendũ, ita rapitur mulier ad delectãdũ. Vnde & Iſidor. dicit in li. Etymologiarũ*, quòd raptor dicitur corruptor, & rapta dicitur corrupta. (*Lib. 10. c. 17.*) Sed raptus dicitur, ſiue mulier auferatur publicè, ſiue occultè. Ergo & res poſſeſſa rapi dicitur, ſiue occultè, ſiue publicè rapiatur. Ergo non differunt furtum & rapina.

¶SED CONTRA eſt, quod Philoſophus in quinto Ethicorum * (*cap. 2.*) diſtinguit furtum à rapina, ponens furtum occultum: rapinam verò violentam.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd furtũ & rapina ſunt vitia iuſtitiæ oppoſita, in quantum aliquis alteri facit iniuſtũ. Nullus aũt patitur iniuſtum volens, vt probatur in 5. Ethic*. (*cap. 9.*) Et ideo furtum & rapina ex hoc habent rationẽ peccati, quòd acceptio eſt inuoluntaria ex parte eius, cui aliquid ſubtrahitur. Inuoluntariũ aũt dupliciter dicitur, ſcilicet per ignorantiam, & violentiam, vt habetur in tertio Ethicorum *. (*cap. 1.*) Et ideo aliam rationem peccati habet rapina, & aliã furtum. Ergo propter hoc differunt ſpecie.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in aliis generibus peccatorũ nõ attẽdit̃ ratio peccati ex aliquo inuoluntario, ſicut attẽdit̃ in peccatis oppoſitis iuſtitiæ.

¶ *Deciſio totius quæſiti ſecundum ſententiam propriam.*

¶Reſtat igitur ex tribus allatis viis, quod illa ſola ſit vera, quæ actꝰ ex natura ſua nouos circa rẽ aliquã inuito dño intuetur. Et ſic ad dubiũ in principio motũ patet reſponſio, quod detentor quidẽ inquantũ detinet, nõ cõtinuè peccat, ſed quotiẽs renouat cõſenſum detinendi. Cõſũptor aũt & vtẽs, quotiẽs de nouo cõſumit ſeu vtit̃ tali vſu qui cõſueuit ꝑtio ęſtimari, ſiue de hoc cogitet, ſiue nõ. Et confirmatur hoc ex diffinitione ſupradicta Iuriſtarum, ſcilicet quod furtum eſt contrectatio non ſolum rei, ſed vſus.

¶ *Num res rapta ſit raptoris quantum ad detentionem.*

¶In eodem articulo tertio in reſponſione ad tertium, dubiũ occurrit duplex. Primũ eſt circa vltima verba, ſcilicet, id quod eſt per rapinam ablatum, eſt raptoris non ſimpliciter, ſed quantũ ad detentionem. Quoniam in præſenti materia eſſe alicuius, quantum ad detẽtionem, eſt habere ius detinendi: ſicut eſſe alicuius quantum ad cuſtodiã, importat habere ius cuſtodiendi. Conſtat autẽ quod raptor nõ habet ius detinendi: quia tenetur ad non detinendũ, & peccat mortaliter volendo detinere: & tandiu eſt in ſtatu peccati mortalis, quãdiu detinet. Non eſt igitur verum quod res rapta ſit raptoris, quantũ ad detentionẽ.

¶ *Num occultè accipiens rem propriam ſic raptam furtum incurrat.*

¶Secundum dubium eſt, quia in hac reſponſione Autor ſuſtinet, quod ſi quis rem propriam raptam ab alio, occultè accipit ab illo, quòd furtum committit, quod multipliciter apparet falſum.

¶Primò, quia ſi eandem ab eodem violenter acciperet, non committeret rapinam, ergo occulte accipiendo non committit.

¶Secundò, quia communis videtur ſententia, quod in re propria nõ cõmittitur furtum, niſi alius habeat ius in illa: puta pignoris, vel cõmodati, & huiuſmodi. Et affertur ad hoc ius ciuile. ff. de furtis. l. ſi res. §. 1. & l. Si is qui rem.

¶Tertiò, quia ſecundum multos licitum eſt alicui accipere occulte rem ab occupatore, non ſolum propriam, ſed etiam verè debitam, ſi non poteſt aliter recuperarę ſuum. Et quamuis ſecundum iura ciuilia dicens ſibi ius, debeat priuari iure, quod habet in re illa, non tamen arguitur furti.

¶Ad primum dubium dicitur, quod rem raptam eſſe raptoris, quantũ ad detentionem, dupliciter verificatur. Primò quantum ad hoc quod non poteſt priuata autoritate ab eo auferri inuito. Dominus nanq; rei non poteſt ſibiipſi ius dicere: reliqui autem priuati nullum ius habent ab eo tollendi rem illam.

¶Secundò, quantum ad hoc, quod ipſe tenetur tenere eã, non ſibi, ſed domino reſtituendam. Et propterea ſi dominus rei occultè accipiat illam, iniuriã facit illi qui rapit, pro quanto raptor incurrit damnum duplum, dum & rem perdit & pretium, tenetur domino, neſciens rem deueniſſe ad dominum.

¶Ad argumentum ergo dicitur, quod raptor detinendo rem ſibi, peccat mortaliter: non autem detinendo retribuẽdam domino. Et rurſus licet raptor nõ habeat ius detinendi abſolutè, habet tamen ius detinendi contra priuatas acceptiones: quia nullus poteſt (vt dictum eſt) priuata actione ab eo illud accipere: & fit illi iniuria, accipiendo ab eo occulte rem raptam, in cuius ſignum licite poteſt res raptas ab inuaſoribus priuatis defendere.

¶Ad ſecundum dicitur, quod idem eſt proportionaliter iudicium de furto & rapina, niſi quod in rapina manifeſte fit iniuria publicæ poteſtati, adhibendo violentiã priuata autoritate. Vnde ſi quis res raptas vult violẽter recuperare, oportet quod aut incõtinẽti vim vi repellendo recuperet, vt fecit Dauid aduerſus latrũculos Amalechitas primi Regũ cap. 30. Si enim propria autoritate violentiã inferat rapinæ vitiũ quo ad modũ, etſi nõ quo ad rẽ raptã, non effugit, & ſimile eſt de furto iudicium, quod ſcilicet furti vitium non euadit quo ad modum accipiendi, & quo ad damnum proximi, quantum ex parte actus, quia ſcilicet latet acceptor, & ille remanet obligatus ad reſtitutionem.

¶Ad tertiũ dicitur, quod accipere occulte rem propriam apud aliũ exiſtentẽ, contingit dupliciter. Primò ex intentione accipiendi propriũ, & non dãnificandi proximũ. Et ſic nõ eſt proprie furtum, niſi forte quantum quo ad modũ accipiendi: & ſic intelligenda ſunt iura. Alio modo ex intentione accipiẽdi rẽ illã, quæ eſt propria, non vt propriã, ſed abſolutè. Et ſic eſt furtũ, vt in litera dicitur: quia acceptio terminatur ad rem habentem tantum de ratione alieni, vt inde damnificetur proximus, & in iure cuſtodiæ, vel detẽtionis, ſaltem pro reſtitutione, & in vinculo reſtituendi, vt declaratũ eſt. In neutro tamen modo, accipiens tenetur ad reſtitutionem, ſed ad inſinuandum ei, apud quẽ res exiſtebat, quòd liber eſt à vinculo reſtitutionis illius rei.

¶Ad tertium dicitur, ꝙ argumentum tangit duas difficultates. Prima eſt, an potenti recuperare rem ſuam apud alium, liceat illam occultè accipere, vt recuperet rem ſuam ſine omni damno proximi & ſcandalo. Secunda eſt, an eidẽ liceat accipere res vel pecunias ſui debitoris, concurrentibus eiſdẽ conditionibus. Et quia hoc pertinet ad tertium argumentum quinti articuli ſequentis, illuc vſque differatur.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæſextæ Articulum quartum.*

IN articulo 4. eiuſdem ſexageſimæſextæ quæſtionis, nota in corpore articuli, ꝙ non eſt intentio literæ inferre diuerſitatem ſpecificam furti & rapinæ ex diuerſa diſpoſitione mẽtis perſonæ læſæ. (accidit enim peccato meo, qualitercunque læſus diſponatur in mente ſua) ſed ex diuerſa ratione obiecti, circa quod verſatur. Ex hoc nanq; quod iniuſte accipiens, iniuſtũ facit, patet obiectũ acceptionis vtrobique eſſe iniuſtum. Et quia iniuſtũ alicui claudit in ſe rationẽ inuolũtarij illi, quia nullus patitur iniuſtũ volens, conſequens eſt, vt ſecundum diuerſam rationem inuoluntarij diuerſificẽtur iniuſti ſpecies: ac per hoc acceptio iniuſta inuoluntarij per violẽtiã diſtinguitur ſpecie ab acceptiõe iniuſta inuoluntarij per ignorantiam. Et ſic conſtituũtur duæ ſpecies, ſcilicet furtũ, accipiendo occulte alienum, & rapina violenter accipiendo alienum.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæſextæ Articulum quintum.*

IN articulo 5. eiuſdem quæſtionis ſexageſimæſextæ, in reſponſione ad primum aduerte illa verba, Per hoc, quod ſentẽtialiter eſt tibi adiudicatũ. Dupliciter ſiquidem contingit, iudicem vel principẽ mandare aliquid, quod proximo nocet, ſeu ab eo aliquid auferre. Primò iudicialiter: & ſic iuxta modum ſententiæ parendo, nullum eſt peccatum. Vnde licitè quis occulte hominẽ rebus & vita etiam priuat, parendo iuſtæ ſententiæ. Alio modo communiter, ſicut domini mandant fieri alia ſeruitia. Et ſic non eſt eis obediendũ in occultis executionibus ad accipiendũ res, aut vitã alterius, aut aliquid huiuſmodi: quoniam non poteſt Princeps hæc præcipere, niſi vt iudex: in manifeſtis autẽ ſeruanda eſt regula eorum, qui ex obedientia pergunt ad bellum, quod ſcilicet ſubditi credentes rationabiliter ſe benefacere, excuſantur ex obedientia, vt Aug. dicit, & habetur 23. quæſt. 1. cano. Quid culpatur.

¶In reſponſione ad ſecundum eiuſdem articuli, collige primò diſtinctionem inuentorum. Quædam enim nũquam fuerunt alicuius domini, vt gemmæ, &c. Et hæc ſunt occupantis. Quædam aliquando alicuius: & hæc aut ab antiquo, vt theſauri, & hęc in propriis inuenta, ſunt inuentoris, in alieno diuiduntur inter ſe & dominum. Aut de propinquo: & hæc aut habentur pro derelictis & hoc reputat inuentor, & inuentoris ſunt: aut non habentur pro derelictis, & ſic ſi ſumuntur ab inuentore animo retinendi, furtum inducunt: ſi animo dandi domino, nullum eſt peccatum.

¶Aduerte ſecundò, quod quia iura ciuilia, vt in præcedenti libro dictum eſt, obligant etiam in foro conſcientiæ, & lex de inuentis theſauris in alieno agro non eſt pœnalis, vt expectet ſententiam iudicis: ſed de proprietate rerum ſtatuens: & iã dictum eſt, quod proprietas rerum eſt à iure poſitiuo. ideo vbi ex illa imperialis robur legis obtinet, inuentor theſauri in alieno ſolo tenetur in foro conſcientiæ ſeruare illam.

¶Nota tertio, quod quia bona naufragorũ non habentur ab illis pro derelictis, quando naues periclitantur & franguntur, inuenientes illa tenentur eis eadẽ reſtituere: & quia non eſt addenda afflictio afflicto, ſtatuta ciuitatum illarum, quibus applicantur occupare volentibus tales res, quando domini rerum poſſunt per ſe vel per alios eaſdem res ſaluare, iniquitatis plena ſunt.

¶ *Num impotens rem ſuam recuperare, vel ſibi debitum via iuris, accipiendo illam ſine ſcandalo coram Deo peccet.*

¶In reſponſione ad tertium in eodem articulo, in calce reſponſionis duplex occurrit prętactũ dubium in articulo tertio, an ſcilicet impotens recuperare rem ſuam, aut aliquid ſibi debitum via iuris, accipiendo illam ſine ſcandalo, peccet coram Deo. Et eſt ratio dubij, quia talis agit contra communem iuſtitiam, dicens ſibiipſi in re ſua ius. Ex oppoſito autem videtur, quòd in defectu iudicis licitum ſit huic dicere ſibiipſi ius.

¶Ad hoc dicitur, quod aliud eſt loqui regulariter, & aliud in caſu. Cõſtat nanque, quod regulariter non licet occultè accipere proprium apud furem, aut raptorem detentum, propter rationem in litera aſſignatã: quia ſcilicet agit cõtra iuris ordinẽ. In caſu aũt in quo aliquis vel propter detinentis, vel iudicis iniuſtitiam, aut defectũ probationum, aut propter maius damnum amicitiæ, pacis, vel rerum, aut huiuſmodi, non poteſt via iudicis ſuum aut ſibi debitum recuperare, & abſq; ſcandalo, periculo, & offenſa cuiuſcunq; poteſt occulte accipere à debitore, vnde ſibi ſatiſfaciat, Multi dicunt quod licitè hoc poteſt, & ratio eſt, quia tunc non agitur contra iuris ordinem, quoniam iuris ordo ad reddendum vnicuique ſuũ, & pacem communem ordinatur. Hic autẽ pax non violatur, vt ſupponitur: & obſeruatio ordinis iuris, aut impediret dominũ ab habendo ſuum, aut efficere non poſſet, vt dominus haberet ſuũ, niſi forte cũ maiore dãno domini, vt patet in diſcurrẽdo in cauſis allatis. Eſt igit̃

Universidad de Deusto Biblioteca

Et ideo vbi concurrit diuersa ratio inuoluntarij, est diuersa species peccati.

¶Ad secundum dicendum, quòd finis remotus rapinæ & furti idem est. Sed hoc nõ sufficit ad identitatem speciei, quia est diuersitas in finibus proximis. Raptor enim vult per propriam potestatem obtinere, fur verò per astutiam.

¶Ad tertium dicendum, quòd raptus mulieris non potest esse occultus ex parte mulieris, quæ rapitur. Et ideo etiam si sit occultus ex parte aliorum, à quibus rapitur, adhuc remanet ratio rapinæ ex parte mulieris, cui violentia infertur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum furtum semper sit peccatum.

Infrà q. 118. art. 4 cor. Et 2. q. 42. q. 2. art. 4 cor. Et mal. q. 10. art. 2. cor. Et q. 15. artic. 2. cor. principio.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ furtũ non semper sit peccatum. Nullũ em̃ peccatum cadit sub præcepto diuino. Dicitur enim Eccles. 15. Nemini mandauit impiè agere. Sed Deus inuenitur pręcepisse furtũ. Dicitur enim Exo. 12. Fecerunt filij Israel sicut præceperat dominus Moysi, & expoliauerunt Ægyptios. Ergo furtum non semper est peccatũ.

¶2Pręt. Ille qui inuenit rem non suam, si eam accipiat, videtur furtum committere: quia accepit rem alienam. Sed hoc videtur esse licitum secundum naturalem æquitatem, vt Iuristę dicunt. Ergo videtur quod furtum non semper sit peccatum.

¶3Præt. Ille qui accipit rem suam, non videtur peccare, cùm non agat contra iustitiam, cuius æquitatem nõ tollit. Sed furtum committitur etiam si aliquis rem suam occultè accipiat ab altero detentam vel custoditam. Ergo videtur quòd furtũ non semper sit peccatum.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Exod. 20. Non furtũ facies.

¶RESPONDEO dicẽdũ ꝙ si aliquis consideret furti rationẽ, duas rationes peccati in eo inueniet. Primò quidẽ propter contrarietatẽ ad iustitiam, quæ reddit vnicuiq; quod suũ est. Et sic furtum iustitiæ opponitur, inquantũ furtum est acceptio rei alienæ. Secundò, ex ratione doli seu fraudis, quã fur committit occultè, & quasi ex insidiis rem alienam vsurpando. Vnde manifestum est, quòd omne furtum est peccatum.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ accipere rem alienam vel occultè, vel manifestè autoritate iudicis hoc decernentis, non est furtum: quia iam fit sibi debitum per hoc, quòd sentẽtialiter sibi est adiudicatum. Vnde multò minus furtum fuit, quòd filij Israel tulerunt spolia Ægyptiorum de præcepto Domini hoc decernentis pro afflictionibus, quibus Ægyptij eos sine causa afflixerant. Et ideo signanter dicitur Sapien. 10. Iusti tulerunt spolia impiorum.

¶Ad secũdũ dicendũ, ꝙ circa res inuentas est distinguendum. Quædam enim sunt quæ nunquã fuerunt in bonis alicuius, sicut lapilli & gẽmę, quæ inueniuntur in littore maris. Et talia occupãti cõcedũtur. Et eadẽ ratio est de thesauris antiquo tẽpore sub terra occultatis, quorum nõ est aliquis possessor, nisi quod secundũ leges ciuiles tenetur inuentor dare medietatẽ dño agri, si in alieno agro inuenerit. Propter qđ in parabola Euãgelij Mat. 13. de inuẽtore thesauri abscõditi in agro, ꝙ emit agrũ, quasi vt haberet ius possidendi totũ thesaurum. Quędam verò res inuentæ fuerũt de propinquo in alicuius bonis. Et tũc si quis eas accipiat non animo retinendi, sed animo restituendi dño, qui eas pro derelictis nõ habet, non committit furtum. Et similiter si pro derelictis habeantur, & hoc credat inuentor, licet sibi eas retineat, non committit furtum, aliàs autẽ cõmittitur peccatum furti. Vnde Aug. dicit in quadam Homili.* & habetur 14. quęst. 5. Si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti.

Ser. 19. de ver. Apost. to. 10. & habetur 14. q. 5. c. si quid.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ ille qui furtim accepit rẽ suam apud alium depositam, grauat depositariũ: quia tenetur ad restituẽdum eam, vel ad ostendendum se esse innoxium. Vnde manifestum est quòd peccat, & tenetur ad reuelandũ grauamẽ depositarij. Qui verò furtim accipit rem suã apud aliũ iniustè detẽtã, peccat quidẽ, non quia grauet eũ qui detinet (& ideo nõ tenet̃ ad restituẽdũ aliquid vel ad recõpensandũ) sed peccat contra communem iustitiã, dũ ipse sibi vsurpat suæ rei iudicium, iuris ordine prætermisso. Et ideo tenetur Deo satisfacere, & dare operam vt scandalũ proximorum, si inde exortum fuerit, sedetur.

casus in quo licet à lege discedere saltẽ sic, quod non fit contra iustitiam, quamuis fieri videatur præter iustitiam, discedẽdo à directo illius modo. Et propterea absque mortali peccato potest in huiusmodi casibus occultè quisque recuperare tam suum quàm sibi debitum, adhibendo cautelã superius dictam: vt scilicet ille qui occupabat sciat se non teneri amplius ad restitutionem, ne tali ignorantia ex hoc

Locũ suprà ar. 5. inductũ.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum furtum sit peccatum mortale.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd furtum non sit peccatum mortale. Dicitur enim Prouerb. 6. Non grandis est culpæ, cùm quis furatus fuerit. Sed omne peccatum mortale est grandis culpæ. Ergo furtum nõ est peccatum mortale.

¶2Præt. Peccato mortali mortis pœna debet̃. Sed ꝓ furto nõ infligitur in lege pœna mortis, sed solũ pœna dãni, scđm illud Exo. 22. Si quis furatus fuerit bouẽ aut ouem, quinque boues pro vno boue restituet, quatuor oues pro vna oue. Ergo furtum non est peccatum mortale.

¶3Prętere, Furtum potest committi in paruis rebus, sicut & in magnis. Sed incõueniẽs videtur, quòd pro furto alicuius paruæ rei, puta vnius acus, vel vnius pẽnæ, aliquis puniatur morte æterna. Ergo furtum non est peccatum mortale.

¶SED CONTRA est, quòd null⁹ dãnat̃ secundũ diuinũ iudiciũ nisi ꝓ peccato mortali. Cõdẽnatur aũt aliquis pro furto: secundũ illud Zacha. 5. Hęc est maledictio, q̃ egreditur super faciẽ oĩs terræ, quia oĩs fur, sicut ibi scriptũ est, iudicabitur. Ergo furtũ est peccatũ mortale.

¶RESPONDEO dicendũ, quod sicut s̃ habitũ est*, peccatũ mortale est qđ cõtrariat̃ charitati, secundũ quod est spiritualis aĩæ vita. Charitas aũt cõsistit q̃dẽ principaliter in dilectione Dei, secũdariò verò in dilectione ꝓximi, ad quã ptinet vt ꝓximo bonũ velimus, & operemur: per furtũ aũt homo infert nocumentũ ꝓximo in suis rebus, & si passim hoĩes sibi inuicem furarentur, periret humana societas. Vñ furtum tanquã cõtrarium charitati est peccatum mortale.

Q. 24. art. 12. & q. 72. art. 5. & 87. art. 5.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd furtum dicitur nõ esse grandis culpę duplici ratione. Primò quidẽ ꝓpter necessitatẽ inducentem ad furandum, q̃ diminuit, vel totaliter tollit culpam, vt ĩ patebit*. Vñ subditur, Furatur enim, vt esurientem impleat animam. Alio mõ dicitur furtum nõ esse grandis culpæ per comparationem ad reatũ adulterij, quod punit̃ morte. Vnde subditur de fure, ꝙ deprehensus reddet septuplum: qui aũt adulter est, perdet animam suam.

Art. seq.

¶Ad secundũ dicendũ, quòd pœnæ præsentis vitæ magis sunt medicinales, quã retributiuę. Retributio enim reseruatur diuino iudicio, quod est secundũ veritatẽ in peccãtes. Et ideo secũdum iudiciũ præsentis vitæ nõ pro quolibet peccato mortali infligitur pœna mortis, sed solũ pro illis quæ inferunt irreparabile nocumentum, vel etiã pro illis quę habẽt aliquã horribilem deformitatem. Et ideo pro furto quod irreparabile dãnum non infert, nõ infligitur secundũ præsens iudiciũ pœna mortis, nisi vt furtũ aggrauatur per aliquã grauem circunstantiã: sicut patet de sacrilegio, quod est furtũ rei sacræ, & de peculatu, quod est furtũ rei cõmunis, vt patet ꝑ Aug. super Ioan.* & de plagio, qđ est furtũ hoĩs, pro quo quis morte punitur, vt patet Exodi. 21.

Tract. 50 to. 9.

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ illud quod modicum est, ratio apprehendit quasi nihil. Et ideo in his quæ minima sunt, homo nõ reputat sibi nocumentũ inferri. Et ille qui accipit, potest præsumere hoc non esse contra volũtatem eius, cuius est res. Et pro tanto si quis furtiuè huiusmodi res minimas accipiat, potest excusari à peccato mortali. Si tamen habet animũ furandi & inferendi nocumentum proximo, etiam in talibus minimis potest esse peccatum mortale, sicut & in solo cogitatu per consensum.

facto consurgente grauetur, si pœnitens fuerit in futuro, ad restitutionẽ, quod non tenetur restituere. Nec in his casibus accipiens, propriè dicit sibiipsi ius, sed potius exequitur ius suum: quum non autoritate aliqua vtatur,' sed sola occulta acceptione.

¶ Super quæstionis sexagesimæsextæ Articulum sextum.

IN articulo 6. eiusdem sexagesimæsextæ quæstionis, in responsione ad tertium, esset tractandũ, an pro furto iustè homo occidatur, nisi superius in tractatu de homicidio tractatum hoc esset.

¶In responsione verò ad tertiũ, verba in calce scito rectè punctis distinguere, ne forte putes Autorem dicere, ꝙ animus inferendi nocumentum talium minimorũ cõstituat peccatum mortale. Hoc enim est alienum à mente eius: quũ constet accipientem minima intendere pro se illa minima habere: ac per hoc priuare dominum illis minimis. Hoc enim est inseparabile ab acceptione minimorum. Sed doctrina sua est, ꝙ si habet animũ inferẽdi proximo nocumentum absolutè, & simpliciter, & non nocumentũ limitatũ ad huiusmodi minima, tunc ratione talis animi peccat mortaliter accipiendo ex tali animo, sicut etiam sine acceptione habendo talem consensum in animo, peccaret mortaliter peccato furti, & signum discretiuum animi est, si paratus erat accipere aliquid notabile, aut non accepisset nisi huiusmodi friuola. Nocumentum enim in hniusmodi non computatur ab humano animo inter nocumenta simpliciter & absolutè. Et propterea illa inferre non est peccatum perfectè, quod est peccatum mortale, sed peccatum veniale, quod est imperfectũ in gñe peccati.

¶ Super quæstionis sexagesimæsextæ Articulum septimum.

IN articulo septimo eiusdem quæstionis duo sunt notanda propter quorundam ignorantiã. Primũ est, ꝙ furtum est de genere prauorum, sicut mẽdaciũ, adulteriũ, homicidiũ, & alia huiusmodi, quæ in nullo casu sunt licita, & nulla possunt rectã intentione excusari. Sed in casibus in quibus licitè accipimus aliena, non committitur furtum, nec eius diffinitio in tali actu saluatur, quum non saluetur iniustitia ibidem. Et hoc habes in corpore articuli in responsione ad secundum. Vnde abusiua locutio est, quòd liceat furari in extrema necessitate: & alia huiusmodi, sicut non rectè diceretur, quòd iudici licet cõmittere homicidium.

ARTI

¶Secundum est, quòd licet in casu extremæ necessitatis licitum sit vti occurrentibus rebus, cuiuscunque fuerint: non tamen extra casum extremæ necessitatis, licitũ est accipere occultè res superfluas alterius, vt subueniatur magnæ necessitati propriæ vel alienæ, vt quidam somniare videntur ex hoc, quòd habens superfluum naturæ & personæ tenetur de præcepto erogare illud indigentibus. Et, vt dicitur in litera ex Ambrosio, Esurientium panis est, quem tu detines & cæt. Hic nanque', error excluditur in litera per hoc quod subditur. Sed quia multi sunt necessitatem patientes: & non potest ex eadem re omnibus subueniri, comittitur arbitrio vniuscuiusque dispensatio propriarum rerum, vt ex eis subueniat necessitatem patientbus. Non est ergo cuicunque, sed domino tantum commissa applicatio rerum superfluarum, ad subueniendum necessitatem patientibus. Vnde Autor in quolibeto octauo quæstione sexta, articulo secundo dicit, quod habens superfluum non tenetur huic pauperi petenti dare eleemosynam: quia licet teneatur dare superfluum in eleemosynam, non tamen tenetur dare huic. Et si ipse dominus non tenetur dare huic, sequitur quod ego non possum à domino accipere, vt dem huic. Caue ergo à tali doctrina, quia falsa est.

*Infrà q. 110. art. 3. ad 4. Et 4. dist. 15. q. 2. ar. 1. q. 4. ad secũdum. & art. 4. q. 2. ad secundũ & ar. 5. q. 1. cor. *cap. 6.*

cap. 7. to. 4.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum liceat alicui furari propter necessitatem.

AD SEPTIMVM sic procedit̃. Videtur ꝙ non liceat alicui furari propter necessitatẽ. Nõ em̃ imponitur pœnitentia nisi peccãti. Sed extrà, de furtis dicitur, Si quis per necessitatẽ famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestẽ vel pec⁹, pœniteat hebdomadas tres. Ergo nõ licet furari propter necessitatẽ.

¶2Prętere, Philosophus dicit in secũdo Ethic*. quod quædã confestim nominata, conuoluta sunt cũ malitia, inter q̃ ponit furtũ. Sed illud quod est scđm se malũ, non põt propter aliquẽ bonum finẽ, bonum fieri. Ergo nõ potest aliquis licitè furari, vt necessitati suæ subueniat.

¶3Præterea, Homo debet diligere proximũ sicut seipsum. Sed non licet furari ad hoc, ꝙ aliquis per eleemosynã proximo subueniat: vt Aug. dicit in lib. contra mendacium*. Ergo non licet furari ad subueniendum propriæ necessitati.

¶SED CONTRA est, quod in necessitate sunt omnia cõmunia: & ita non videtur esse peccatũ, si aliquis rem alterius accipiat propter necessitatem sibi factam communem.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ ea quæ sunt iuris humani, nõ possunt derogare iuri naturali, vel iuri diuino. Scđm autem naturalem ordinẽ ex diuina ꝓuidẽtia institutũ, res inferiores sunt ordinatæ ad hoc, ꝙ ex his subueniatur hominum necessitati: & ideo per rerum diuisionẽ & appropriationem ex iure humano procedentem nõ impeditur, quin hominis necessitati sit subueniendũ ex huiusmodi rebus. Et ideo res quas aliqui superabundanter habent, ex naturali iure debentur pauperũ sustẽtationi. Vñ Ambro. dicit*, & habetur in Decretis distinctione 47. Esurientium panis est, quẽ tu detines: nudorũ indumentũ est, quod tu recludis: miserorũ redemptio & absolutio est pecunia', quam tu in terram defodis. Sed quia multi sunt necessitatem patientes, & nõ põt ex eadẽ re omnibus subueniri, committitur arbitrio vniuscuiusq; dispensatio propriarũ rerum, vt ex eis subueniat necessitatẽ patientibus. Si tamẽ adeo sit euidẽs & vrgẽs necessitas, vt manifestũ sit instãti necessitati de reb⁹ occurrẽtib⁹ esse subueniendũ (puta cùm imminet personæ periculũ, & aliter subueniri nõ põt) tũc licitè potest aliquis ex reb⁹ alienis suæ necessitati subuenire, siue manifestè, siue occultè sublatis, nec hoc ꝓpriè hẽt rationẽ furti vel rapinæ.

Serm. 81. to. 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Decretalis illa loquitur in casu, in quo non est vrgens necessitas.

¶Ad secundum dicendũ, ꝙ vti re aliena occultè accepta in casu necessitatis extremæ non habet rationem furti, propriè loquendo: quia per talem necessitatẽ efficitur suum id quod aliquis accipit ad sustentandam propriam vitam.

¶Ad tertium dicendum, quòd in casu' similis necessitatis etiam potest aliquis occultè rem alienam accipere, vt subueniat proximo sic indigenti.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum rapina possit fieri sine peccato.

AD OCTAVVM sic ꝓceditur. Videtur quòd rapina possit fieri sine peccato. Præda enim per violentiam accipitur, quod videtur ad rationem rapinæ pertinere, secũdum prędicta*. Sed prædã accipere ab hostibus licitum est. Dicit em̃ Ambr. in lib. de Patriarchis,* Cùm præda fuerit in potestate victoris, decet militarem disciplinã, vt regi seruentur omnia, scilicet ad distribuẽdum. Ergo rapina in aliquo casu est licita.

¶2Præterea, Licitũ est auferre ab aliquo id quod nõ est ei⁹. Sed res quas infideles habent, nõ sunt eorum. Dicit em̃ Aug. in epistola ad Vincentium Donatistam,* Res falso appellatis vestras, quas nec iustè possidetis: & scđm leges terrenorũ Regũ amittere iussi estis. Ergo videt̃ ꝙ ab infidelibus aliq̃s licitè rapere possit.

¶3Præt. Terrarũ Principes multa à suis subditis violẽter extorquẽt: quod videt̃ ad rationẽ rapinæ pertinere. Graue autẽ videtur dicere, quòd in hoc peccent: q̃a sic ferè omnes principes damnarentur. Ergo rapina in aliquo casu est licita.

¶SED CONTRA est, ꝙ de quolibet licitè accepto põt fieri Deo sacrificiũ, vel oblatio. Nõ aũt põt fieri de rapina scđm illud Isa. 61. Ego Dñs diligẽs iudiciũ, & odio habẽs rapinã ĩ holocaustũ. Ergo ꝑ rapinã aliq̃d accipere nõ ẽ licitũ.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd rapina quandã violentiã & coactionem importat, per quã contra iustitiam alicui aufertur quod suũ est. In societate autẽ hominũ null⁹ hẽt coactionẽ, nisi per publicã potestatẽ. Et ideo quicũq; per violentiã aliquid alteri aufert, si sit priuata persona, nõ vtens publica potestate, illicite agit, & rapinã cõmittit: sicut patet ĩ latronibus. Principibus verò potestas publica cõmittitur ad hoc, quòd sint iustitiæ custodes. Et ideo non licet eis violẽtia & coactione vti, nisi secundũ iustitiæ tenorẽ: & hoc vel contra hostes pugnãdo, vel contra ciues, malefactores puniẽdo. Et quòd per talẽ violentiã aufertur, nõ hẽt rationẽ rapinæ, cùm non sit contra iustitiã. Si verò cõtra iustitiã aliqui per publicã ptãtẽ violenter abstulerint res aliorũ, illicitè agunt, & rapinam cõmittunt, & ad restitutionem tenẽtur.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd circa prædam distinguendũ est. Quia si illi qui deprædantur hostes, habeãt bellũ iustũ, ea q̃ per violentiã in bello acq̃runt, eorum efficiũtur. Et hoc nõ habet rationẽ rapinæ. Vnde nec ad restitutionẽ tenẽtur. Quãuis possint in acceptiõe prædæ iustum bellum habentes, peccare per cupiditatẽ ex praua intentione: si s. non propter iustitiam, sed propter prædã principaliter pugnent. Dicit enim August. in lib. de Verbis Domini*, quòd propter prædam militare peccatum est. Si verò illi, qui prædam accipiunt, habeant bellum iniustum, rapinam committunt, & ad restitutionem tenentur.

¶Ad secundum dicendũ, quòd intantum aliqui infideles res suas iniustè possidẽt, inquantum eas secũdum leges terrenorum Principũ amittere iussi sunt: & ideo ab eis possunt per violentiam subtrahi, non priuata autoritate, sed publica.

¶Ad tertiũ dicendũ, quod si Principes à

¶ Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum octauum.

IN articulo octauo quæstionis eiusdem ib responsione ad secundum, tria dicuntur. Primum est, quod intantum infideles res suas iniustè possident inquantum secundum leges terrenorum Principum, amittere eas iussi sunt.

¶ Secundum est, quod huiusmodi res non possunt priuata autoritate ab eis auferri.

¶ Tertium est, quod huiusmodi res possunt ab eis per violentiam subtrahi publica autoritate. Et quoniam singula habent quæstiones suas, sigillatim discutiẽda sunt.

¶ Circa primum igitur tria videnda sunt, qui sunt infideles, qui sunt Principes, quæ sunt res, de quibus est sermo.

¶ Ad quorum euidentiam sciendum est, quod infideles tripliciter se habent ad Christianos principes. Quidam enim sunt subditi de facto & de iure Christianis, (vt Iudæi, hæretici, & Mauri, qui sunt in terris Christianorum, & hi sunt priuati, vt hæretici, vel rebus vel seruis & mulieribus, &c. iuxta sacros Canones: vt patet in titulis de Iudæis & hæreticis, & in Decretis distinctione quinquagesimaquarta. Nec solùm Ecclesia sed Principes, quibus hi temporaliter subsunt, possunt leges condere contra istos in fauorem nominis Christiani, sicut possunt pro aliis piis causis. Quidam vero sunt subditi de iure, & non de facto Principibus Christianis, vt infideles occupantes terras Christianorum. Hi nanque, si eorum Principes Christiani, aut sui hæredes viuunt, illis de iure subsunt, in quorum sunt dominiis. Et si nullus super est hæres, subdendi sunt de iure Ecclesiæ Romanæ, alicui alteri Christiano ab Apostolica sede, cuius interest in hoc casu prouidere de Principe Christiano in fauorem fidei. Et hi non solùm sunt infideles, sed hostes Christianorum. Et si de rebus istorum aliquid lege sancitum est à prædictis, executioni mandandum est publica autoritate, non priuatis rapinis aut furtis. Verum tamen est ꝙ quoad bellum inferendum istis, quilibet Christianus Princeps habens autoritatem indicendi bellum pro Republ. proprie potest ex communi voto, quamuis tacito Christiani populi prędictis inferre bellum: & licite possidere quæ obtinebit, si nullus superest hæres Christianus: si enim superest, deberent sua sibi restitui. Manifestat autem commune Christianorũ votum celebrata semper solemnitas in Romana, quæ communis est, Ecclesia, in nouis victoriis Principum Christianorum quorumcunq; bellantium aduersus Mahumetanos. Quidam autem infideles, nec de iure, nec de facto subsunt, secundum temporalem iurisdictionem Principibus Christianis: vt si inueniuntur Pagani, qui nunquam imperio Romano subditi fuerunt, terras inhabitantes, in quibus Christianũ nunquam fuit nomen. Horum nanque domini, quamuis infideles, legitimi domini sunt, siue regali, siue politico regimine gubernentur: nec sunt propter infidelitatem à dominio suorum priuati, quum dominium sit ex iure positiuo, & infidelitas ex diuino iure, quod non tollit ius positiuum, vt superius in quæstione decima habitum est. Et de istis nullam scio legem, quo ad temporalia. Contra hos nullus Rex, nullus Imperator, nec ecclesia Romana potest mouere bellum ad occupandas terras eorum aut subiiciendum eos temporaliter: quia nulla subest causa iusti belli, quum Iesus Christus Rex regum, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra, miserit ad capiendam possessionem mundi, non milites armatæ militię, sed sanctos Prædicatores, sicut oues inter lupos. Vnde nec in Testamento veteri, vbi armata manu possessio erat capienda, terræ infidelium indictum lego bellum alicui propter hoc, quòd non erant fideles: sed vel quia nolebant dare transitum, vel quia eos offenderant, vt Madianitæ: vel vt recu-

Artic. 4. huius q.

lib. 1. de Abrah. c. 5. to. 4.

Epist. 48. to. 2.

Ser. 19. to. 10.

perarent sua diuina largitione concessa. Vnde grauissimè peccaremus si fidem Christi Iesu per hanc viā ampliare, contenderemus: nec essemus legitimi domini illorum, sed magna latrocinia committeremus & teneremur ad restitutionem, vtpote iniusti debellatores, aut occupatores. Mittendi essent ad hos prædicatores boni viri, qui verbo & exemplo conuerterent eos ad Deum: & non qui eos opprimāt, spolient, scādalizent, subiiciant, & duplo gehennæ filios faciant more Pharisæorum.

¶ Num Christianum seruum, & res liceat ab infidelibus rapere.

Cap.4.to.5.

¶ Circa secundum dictū literæ, scilicet quòd huiusmodi res infidelium non possunt priuata autoritate ab eis auferri, dubium occurrit, An liceat Christianum seruum infideli furari vel rapere. Et est sermo de infidelibus, qui de facto non subsunt principibus Christianis. Et est ratio dubij, quia multi dicunt quòd sic, eò quia infidelis iniustè eum detinet, vt patet per iura ciuilia & canonica. Alij verò distinguūt de tempore belli, &c.

Infrà q°. 73. art. 3. ad 2. Et q.116. art. 2. ad primum. Et q.114. ar.2. ad 4

¶ Ex dictis autem patet quòd publica autoritate licitum est per modum furti & rapinæ, sicut bellum vel insidiæ contra infideles licent, priuata verò opportunitate, concessa alicui, quia licitum est adiuuare talem seruum ad sui libertatem vendicandā, qui, vtpote iniuste oppressus, in libertate habet iustum bellum contra infidelem dominum, potest & debet opem ferre tali seruo siue occultè per modum furti, siue manifestè per modum rapinæ. Nec distinguo inter tēpus belli & pacis: quia ex hoc capite, s. ex parte adiutorij ad liberationē sic oppressi, nō oportet distinguere, qm̄ oppressus habet continuū bellū iustū cum detētore. Nec oportet publicam autoritatē aliter hic quęrere, quàm quòd vim vi repellere licet, cū moderamine inculpatę tutelæ. Satis enim inculpata est tutela, quando pro libertate Christiani iniuste detenti, non nisi modus furti aut rapinę cōmittitur, quū talis libertas multo pretiosior sit omni, in quo apparet lædi, bono infidelis per hos actus, & nulla sit spes iustitiæ cōsequendæ à quocunque iudice: & Ambr. dicit in lib. de Officiis, quod qui non repellit iniuriam à socio, cùm potest, tam est in vitio, quàm ille qui facit. De captiuis autem iniustè detentis ab eisdem, idem est iudicium, sed tunc insurgit dubium, Cur non liceat priuata autoritate furari vel rapere ab istis infidelibus res quas iniustè detinent, sicut hos seruos, quum seruus quædam possessio domini sit, & vtrobique iniusta possessio sit.

Ar.4. & 6.

** q.55.ar. 4.& 5. * li.4.Ethic.ca.9. to.5.*

¶ Ad hoc dicitur, quod res horum infidelium iniustæ, sunt duplices, quædam enim ideo iniustè possidentur ab eis, quia infideles sunt, vt status dominorum & huiusmodi: & hoc nō nisi publica autoritate inuadere licet, quia in nullius particularis personæ bonis sunt. Quædam verò ideo iniustè possidentur, quia sunt alterius particularis personæ, vt res furtiuæ, raptæ, vel per vsuram extortæ, & has per modū furti dominum accipere ab eis sine scandalo, &c. nō minus licet, quàm à nostris, iuxta supradicta. Accipere autem per modū rapinæ priuata autoritate, cùm impossibile sit in pluribus hoc fieri sine scandalo, & actus de genere suo sit illicitus, quia non licet priuatæ personæ ius sibi armata manu dicere, quia in terris nostris sit per hoc iniuria Principi, & in terris eorū magnū immineret periculū, illicitū videtur, nisi fortè tanta esset incōmoditas oblata vt omnia inconuenientia cessarent, & deficiente spe iudicis, liceret ius sibi facere contra huiusmodi, qui hostes sunt Christianorum. Quare autē liceat per modum rapinæ Christianos à seruitute liberare, & non res, ratio est: quia liberatio serui habet rationē recuperationis factæ incōtinenti. Quoniā homini viuo continuè infertur violentia personalis, dum detinetur in seruū. Ereptio autem rerum nō habet huiusmodi rationem: quia occupatio iam trāsit in rem iudicatam. Et per hoc patet intellectus tertij quod in litera dicitur, s. quòd huiusmodi res possunt ab eis subtrahi publica autoritate. Iam enim patet quod ab infidelibus de iure & facto subditis Christianis, possunt eorum domini & iudices per sententiam auferre, & seruos & res dictas, &c. Ab his autem, qui de iure, sed non de facto subsunt, possunt omnes, vt dictum est, Christiani Principes per viam belli auferre. Et tunc, scilicet belli tempore omnia iustè fiunt accipientium publica autoritate, ea scilicet qua bella geruntur. Et hæc sufficiant etiam pro articulo vltimo eiusdem quæstionis sexagesimæsextæ.

subditis exigant, quòd eis secūdū iustitiā debetur propter bonū cōmune cōseruandū, etiā si violentia adhibeatur, non est rapina. Si verò aliquid Principes indebitè extorqueāt p violētiā, rapina est, sicut & latrociniū. Vn̄ dicit Aug. in 4. de Ciuitate Dei*, Remota iustitia, quid sūt regna, nisi magna latrocinia? quia & latrocinia quid sunt, nisi parua regna? Et Eze. 22. dicitur, Principes ei⁹ ī medio ei⁹ quasi lupi rapientes prædā. Vn̄ ad restitutionē tenent sicut & latrones. Et tāto grauius peccāt quā latrones, quātò periculosius & cōmunius contra publicā iustitiam agunt, cuius custodes sunt positi.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrū furtū sit grauius peccatū quàm rapina.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd furtū sit grauius peccatū, quàm rapina. Furtum enim super acceptione rei alienæ habet adiunctam fraudē & dolū, quod non est in rapina. Sed fraus & dolus de se habent rationē peccati, vt suprà habitum est*. Ergo furtum est grauius peccatum, quàm rapina.

¶2 Præt. Verecundia est timor de turpi actu, vt dicitur in tertio Ethi*. Sed magis verecundantur homines de furto, quàm de rapina. Ergo furtū est turpius, quàm rapina.

¶3 Pręt. Quantò aliquod peccatū pluribus nocet, tantò grauius esse videtur. Sed per furtum potest nocumentum inferri & magnis & paruis. Per rapinam autem solùm impotentibus, quibus potest violentia inferri. Ergo grauius videtur esse peccatum furti, quàm rapinæ.

¶SED CONTRA est, ꝙ secūdum leges grauius punitur rapina, q̃ furtum.

¶RESPONDEO dicendū, quod rapina & furtū hn̄t rationem peccati, sicut s̄ dictum est*, propter inuoluntarium qđ est ex parte ei⁹ cui aliquid aufertur: ita tamen ꝙ in furto est inuoluntarium per ignorantiā, in rapina autē est inuolūtarium per violentiam. Magis est autem aliquid inuoluntariū p violentiā, quàm per ignorantiam: quia violētia directi⁹ opponitur voluntati, quàm ignorātia. Et ideo rapina est grauius peccatum, quàm furtum. Est & alia ratio, quia per rapinā non solùm infertur alicui damnum in rebus, sed etiam vergit in quandam personæ ignominiam siue iniuriam. Et hoc præponderat fraudi vel dolo, quæ pertinent ad furtum. Vnde patet ad primum.

¶AD SECVNDVM dicendū, ꝙ homines sensibilib⁹ inhęrētes, magis gloriantur de virtute exteriori, quæ manifestatur in rapina, quàm de virtute interiori, quæ tollitur per peccatum. Et ideo minus verecundantur de rapina, quàm de furto.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet pluribus possit noceri per furtum, quàm per rapinam: tamen grauiora nocumenta possunt inferri per rapinam, quàm per furtum: vnde etiā ex hoc rapina est delectabilior.

QVÆSTIO SEXAGESIMA septima, de Oppositis vitiis cōmutatiuæ iustitiæ, & primò de iniustitia Iudicis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de vitiis oppositis cōmutatiuę iustitiæ, quæ consistit in verbis, in quibus læditur proximus. Et primò de iis, quæ pertinent ad iudicium: secūdò, de nocumentis verborum, quæ fiunt extra iudicium.

¶Circa primum quinq; consideranda occurrunt. Primò quidem de iniustitia Iudicis in iudicando: secundò, de iniustitia accusatoris in accusando: tertio, de iniustitia ex parte rei ī sua defēsione: quartò, de iniustitia testis in testificādo: quintò, de iniustitia aduocati in patrocinādo.

¶Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primo, vtrum aliquis possit iustè iudicare eum, qui non est sibi subditus.

¶Secundo, vtrum liceat iudici iudicare contra veritatem, quam nouit propter ea quæ sibi proponuntur.

¶Tertio, vtrum Iudex possit aliquem iustè condemnare non accusatum.

¶Quarto, vtrum licitè possit pœnam relaxare.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum quis possit iustè iudicare eum, qui non est sibi subiectus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd aliquis possit iustè iudicare eum, qui non est sibi subditus. Dicitur enim Daniel. lib. 13. quòd Daniel seniores de falso testimonio conuictos suo iudicio condemnauit. Sed illi seniores non erant subditi Danieli, quinimo ipsi erant iudices populi. Ergo aliquis potest licitè iudicare sibi non subditum.

¶2 Pręterea, Christus non erat alicuius hominis subdit⁹, quinimo ipse erat Rex regum & dominus dominantium. Sed ipse exhibuit se iudicio hominis. Ergo videtur quòd aliquis licitè possit iudicare aliquem, qui non est subditus eius.

¶3 Præt. Secundum iura quilibet sortitur forū secūdum rationē delicti. Sed quandoq; ille, qui delinquit, non est subditus

¶ Super Quæstionis sexagesimæseptimæ Articulum primum.

¶ Num Imperator possit iudicare Papam.

IN articulo primo quęstionis sexagesimæseptimæ, circa responsionē ad secundum, dubium triplex occurrit, propter id quod dicitur, quòd Leo Papa subiecit se iudicio Imperatoris. Primum est, qua & quali potestate Imperator iudicare poterat Papam in casu posito, scilicet quum Papa se illius iudicio subiecit. Et est ratio dubij, quia aut autoritate Papæ sibi cōcessa, aut alia, non Papæ: tum quia sic non haberet vim coactiuam ipsius Papæ, quum nemo cogatur à seipso: tum quia Papa non potest dare potestatem maiorem sua, ac per hoc non potest constituere aliquem qui sit superior Papa: & consequenter omnis fungens autoritate à Papa accepta, remanet subditus Papæ, & non iudex, aut superior illo sit per hoc: nō alia, quia nec ordinaria Imperatoris, quum illa sit infra potestatem Papæ, nec se ad spiritualia extendat, nec aliunde habita, quia non apparet vnde.

Suprà q°. 60. art. 6. Et 4. dis. 17. q. 3. ar. 3 q. 4. & dist. 48. q. 1. art. 1. co.

¶ Num Papa possit se subiicere in omnibus ad se spectantibus iudicio alicuius, aut aliquorum in aliquibus tantùm.

¶Secundum dubium est, An Papa possit se subiicere in omnibus ad se spectātibus iudicio alicuius, aut aliquorum, in aliquibus tantùm. Et est ratio dubij, quia Autor hîc indistinctè dicit, quod potest se subiicere, & in Decretis secunda quæstione septima, Canone, Nos, si, Leo quartus, de quo est sermo, subiecit se iudicio Imperatoris in criminalibus, scilicet in crimine iniustitiæ, & vniuersaliter in omnibus quæ essent discutienda.

¶In oppositum autem est quorundam sententia dicentium conclusionē sancti Thomæ in quarto sententia. distinct. 19. & Alberti magni, & sancti Bonauenturæ, & Ricardi dē Media villa, esse, quòd Papa, non potest se subiicere in personalibus seu criminalibus alicui in foro iudiciali.

¶ Num Papa se rite alteri subiiciens voluntariè intelligatur postmodum necessitate subiectus.

¶ Tertium dubiū est, An Papa subiiciēs se alteri in foro iudiciali in iis, in quibus pōt se subiicere, sic se subiicere intelligatur, vt spōtanea à principio subiectio transeat in necessitatem. Et est ratio dubij, quia si nō transit in necessitatē, sed

sed sit semper in libertate eius parere & non parere iudicanti, sequitur ꝙ non fuerit in veritate subditus ipsi quo ad hoc, & quod iudex non fuerit in veritate iudex, vt pote non habens vim coactiuam, quæ, vt in litera patet, est necessaria iudici. Si verò transit in necessitatē, sequitur quod potestas Papæ non sit maior potestate illius iudicis. Et tenet sequela, quia si remaneret potestas Papæ maior illa, sicut aliis, posset reuocare illam, & derogare illi, sicut aliis inferioribus potestatibus, & eripere & liberare seipsum ab illa: ac per hoc non transisset in necessitatem, sed in sua remaneret potestate, parere & non parere, tollere & non tollere potestatē illam, & gesta per illam.

D.552.

¶Ad primum dubiū dicitur, quòd quum potestas iudicis, vt in litera dicitur, sit aut ordinaria, aut per cōmissionē, & in proposito constat quòd iudex non possit ordinaria potestate iudicare Papā: consequens est quòd potestas ista per commissionem est accepta. Et quia nullus alter dat hanc potestatem nisi ipsemet Papa sponte se subiiciens, sequitur quòd potestas ista est per commissionē à Papa. Et quia Papa non potest dare potestatem maiorem sua, vt patet, nec æqualem suæ, quia oportet potestatem datā à Papa dependere ab ipso, vt effectum à causa, ita quòd oppositū implicat cōtradictionem, (esset enim à Papa & non esset à Papa, vt patet) & constat quòd potestas dependens, ab alia potestate, est minor illa à qua dependet, consequens est ꝙ potestas huiusmodi iudicis & est à Papa & est minor potestate Papæ.

c.vlt.10.4.

¶Ad vtrāque autem obiectionem in contrariū, s. quia sequeretur quòd nō haberet vim coactiuam, & quòd non esset superior ipse iudex: vna & eadem responsione dicitur quod hæc contingunt dupliciter, scilicet simpliciter, vel secundū quid. Et quod iudex huiusmodi, non est simpliciter superior Papa, sed est secundum quid superior eo, quantū scilicet ad hanc sententiam. Et similiter dictus iudex non habet vim coactiuam simpliciter respectu Papæ, sed habet coactiuam secundum quid respectu eiusdem, quantum scilicet spectat ad hanc sententiam, sicut arbitri habent vim coactiuam, quantum ad id, quod eorum arbitrio creditum est.

¶ Ad secundū dubiū dicitur, quod & Papā posse se subiicere in foro iudiciali in quibusdā, ex hac autoritate literæ cōstat. Ex allegato textu Decretorū. 2. q. 7. Nos si incōpetēter. vbi Papa manifestè subdidit iudicio nūtiorū Inperatoris se de propriis actionibus, An iustè vel iniustè, &c vt clarè patet ibi. & Papā nō posse se subiicere in foro iudiciali alicuius iudicio in quibusdā, constat etiā ex Autore in quarto sententiarū distinctione decimanona, quæst. 1. artic. 3. quęst. vlt. ad 3. vbi dicit: sicut nullus pōt in seipsum sententiā dare excōmunicationis, ita nec alteri cōmittere se excōmunicare Et eiusdē sententiæ est Ricardus in 4. dist. 18. art. 3 q. 1. ad secundū Et Petrus de Palude in eiusdē dist. quæst. 2. Quare autem in quibusdam sic, in quibusdā non, & quæ sunt in quibus potest, quę aūt in quibus non potest se subiicere, videndū restat. Et si diligenter perspectū fuerit, apparebit quod in omnibus quæ Papa potest per seipsum iudicare, potest se alteri subiicere. Et quod in nullo potest se alteri subiicere, quod per seipsum iudicare non potest. Manifestatur autē quod dicimus primò ex ratiōe, quia constat ꝙ omnia quæ pertinent ad potestatē iurisdictionis, possunt alteri committi, & ad nihil potest se extēdere potestas delegata, ꝙ non claudatur sub obiecto potestatis cōmmittentis. Deinde ex cōmuniter accidētibus & dictis doctorū. Nā ex eo quòd non potest se subiicere alicui in aliquo, quod nō potest per seipsum, sequitur quod non possit commitere alicui, ꝙ ipsū possit excommunicare, deponere, suspendere, & huiusmodi. Hæc nāque potest per seipsum facere. Ex eo verò quod causas inter sedē apostolicā, & quemcunque alium potest per seipsum iudicare, potest etiam per aliū iudicare. Et rursus ex eo, quòd causas iniuriæ inter seipsum & alios potest per seipsū iudicare, vt patet cū quis appellat ab iniusto euidenter grauamine ab ipso Papa ipsi illato: consequens est quod possit in istis alteri committendo iudicium, se subiicere.

¶ Aduertēdum tamē perspicacius hoc in loco est, quòd quia iustitia cuius act⁹ est iudicium, non est ad se, sed ad alterum, inter hæc duo genera causarū hæc est differentia, quòd in causis, quæ vertūtur inter camerā Apostolicā & alios, Papa est iudex causæ ex vtroque extremo: ita quod ligat vel soluit vtranq; partē: quoniā camera Apostolica est velut vna pars distincta à Papa, sicut fiscus distinguitur à Principe. Et propterea si committit alteri tale iudiciū, eodē modo fiet sententia vtrinq; habens plene rationem iustitiæ. In causis autem, quę vertūtur inter personā Papę & alios, puta si Papa rapuit, infamauit, occidit & huiusmodi, Papa est iudex ex parte personæ suæ, non secūdū plenā rationē iustitiæ, sed diminutæ: quia non potest dānare personā suā punitiuè, sed emēdatiue ad restituendū læso, quod sibi tenetur. Et quemadmodū hoc potest & deberet per seipsum iudicare, ita potest in hoc alterius iudicio se submittere. Et hoc est quod in dicto Canone, Nos si incompetenter Papa se submittēdo Imperatori, dicit, dum ait, Quod si iniustè egimus, cuncta volumus vestro emendare iudicio. Et secundum hoc videtur nulla esse differentia inter dicentes, quod Papa potest se submittere alteri in criminalibus, negantes hoc: quoniam vt patet ex dictis est aliquo modo verum, & aliquo modo falsum. Et propterea vtrūque extremum in medio saluari potest. Patet etiā nullam esse contrarietatem inter doctrinam autoris hîc & in quarto sententiarum: sed vtranque esse veram quo ad diuersa, vt declaratum est.

2.q.7.ca. Nos.

D.589.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod necessitas est duplex, iustitiæ & potentiæ. Et vocatur necessitas iustitiæ, qua non potest aliter fieri sine violatione iustitiæ: necessitas verò potentiæ, qua non potest aliter fieri ex defectu iurisdictionis. Si de necessitate iustitiæ est sermo, dicitur, quod transit in necessitatem iustitiæ, ita quod sententia illius iudicis iusta habet vim coactiuam ad parendum sic, quòd nō parendo, iniustitiæ reus est Papa. Et hæc via sufficit iudicis superioritati & autoritati. Si autem est sermo de necessitate potentiæ, sic dicitur quòd ex causa rationabili Papa posset reuocare huiusmodi iudices & cōmissiones, sicut potuit cōcedere. Vnde hodie iura concessa Imperatori de Romana Ecclesia in distinctione sexagesimatertia. canone, Adrianus, & cap. In synodo, cessant: nō tamen deberet Papa in propriis causis iudices datos sine vrgenti causa reuocare, aut mutare propter scandalum: si tamen faceret, factum teneret: sicut reuocando iniquè iudices aliarum causarum, malè facit, factum tamen valet. Et ex his patet solutio ad obiecta. Nam quia transit in necessitatem iustitiæ, saluatur superioritas, & vis coactiua in iudice. Quia vero non transit in necessitatem potentiæ, ideo Papa remanet superior simpliciter, & potest ex causa rationabili & vrgente reuocare, & mutare, atque aliter satisfacere læsis.

Suprà q°. 64. art. 6. ad tertiū. Et 4. dis. 27. q. 1. artic. 2. q. 4. ad 2. & 3. Et quoli. 5 art. 15. ad primum.

¶ In eadem responsione pro quanto dicitur, quod Christus sponte se subdidit Pilato, aduerte quòd non intelligitur quòd Christus secundum quod homo, Rex regum, commiserit Pilato potestatem supra se: quoniam Christus secundum quod homo, non administrauit regnum mundi ante resurrectionem. Ideo dixit, Regnum meum non est de hoc mundo, sed quia Pilato præsidēti in Iudæa nomine Romani imperij Christus dominus se exhibuit, sicut vnum de subditis, nec Pilatus peccauit iudicando Christum peccato vsurpati iudicij, sicut iudicans non sibi subditum: quamuis peccauerit peccato iniqui iudicij, damnans innocentem, dicente ipsomet, Ego nullam causam inuenio in eo.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli nota, quod Autor loquitur de exemptorum subiectione in communi, & secundum iura communia: secus enim est secundum iura priuilegiorum, quibus concessum est multis exemptis, quod nec ratione rei, delicti, aut contractus, vbicunque res, delictum, aut contractus, fuerit, &c.

eius ad quē pertinet forū illius loci, puta cùm alterius est diœcesis, vel cùm est exemptus. Ergo videtur ꝙ aliquis possit iudicare eum, qui non est sibi subditus.

¶SED CONTRA est[d], ꝙ Greg. dicit super illud Deu. 23. Si intraueris segetē, &c. Falcē iudicij mittere nō pōt in eā rem, quæ alteri videtur esse commissa.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ sentētia Iudicis est quasi quædā particularis lex ī aliquo particulari facto. Et iō sicut lex generalis debet habere vī coactiuā, vt patet p Phil. in 10. Ethi*. ita ēt & sententia Iudicis debet habere vim coactiuā, per quā cōstringatur vtraq; pars ad seruandam sentētiā Iudicis: alioquin iudiciū non esset efficax. Potestatem autē coactiuā nō hēt licitè in rebus humanis, nisi ille qui fungit publica potestate. Et qui ea fungūt, superiores reputāt respectu eorū, in quos sicut in subditos potestatē accipiunt, siue habeant ordinariā, siue per cōmisionē. Et ideo manifestū est, ꝙ nullus potest iudicare aliquē, nisi aliquo modo subditus eius vel per commisionē, vel per potestatem ordinariā.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd Daniel accepit potestatem ad iudicādū illos seniores quasi cōmissam ex instinctu diuino. Quod significatur per hoc, quod ibidem dicitur, Quòd suscitauit dominus spiritum pueri iunioris.

¶Ad secundū dicēdū, ꝙ in rebus humanis aliqui propria sponte pn̄t se subiicere aliorū iudicio, quamuis non sint eis superiores: sicut patet in his, qui cōpromittūt in aliquos arbitros. Et inde est ꝙ necesse est arbitriū pœna vallari: quia arbitri qui nō sunt superiores, nō habent de se plenam potestatē coercendi. Sic ergo & Christus propria sponte humano iudicio se subdidit. Sicut etiā & Leo Papa se iudicio Imperatoris subdidit*.

¶Ad tertium dicendū, ꝙ Episcopus in cuius diœcesi aliquis deliquit, efficitur superior eius ratione delicti, etiam si sit exemptus, nisi fortè delinquat in re aliqua exempta, puta in administratione bonorum alicuius monasterij exempti. Sed si aliquis dexēptus committat furtum, vel homicidium, vel aliquid huiusmodi, potest per ordinarium iustè condemnari.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum iudici liceat iudicare contra veritatem, quam nouit, propter ea quæ in contrarium proponuntur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ iudici non liceat iudicare contra veritatem, quam nouit, ꝓpter ea quę in contrarium proponuntur. Dicitur enim Deuterono. 16. Venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quærésque ab eis, qui iudicabunt, tibi iudicij veritatem. Sed quandoque aliqua proponuntur contra veritatem, sicut cùm aliquid per falsos testes probatur. Ergo non licet iudici iudicare secundum ea quæ proponuntur & probantur contra veritatem, quam ipse nouit.

¶2 Præterea, Homo in iudicando debet diuino iudicio conformari: quia Dei iudicium est, vt dicitur Deuterono. 1. Sed iudicium Dei est secundum veritatem, vt dicitur Romanorum 2. & Isa. 11. prædicitur de Christo, Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro māsuetis terræ. Ergo iudex non debet secundum ea, quæ coram ipso probantur, sententiam ferre contra ea, quæ ipse nouit.

¶ Super Quæstionis sexagesimæseptimæ Articulum secundum.

¶ Num liceat iudicare contra veritatem, quam vt priuata persona nouit.

IN arti. 2. eiusdem sexagesimæseptimæ quæstionis dubium occurrit multorum, de conclusione huius articuli dubitantium, vel dicentium eam esse falsam, & peccare mortaliter iudicantem secundum allegata & probata contra veritatem, quam nouit, vt priuata persona. Et licet rationes eorum coincidant cum istis, quas Autor in litera soluit, pro claritate tamen maiori tractandæ sunt, vt materia & litera clarior fiat. Afferunt igitur quinque ad suū propositum ostendendum. Primo, quia iudicare contra veritatem est contra ius naturale, & contra ius diuinum. Exo. 23. Non suspicies vocem mendacij, neq; in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à veritate deuies. & subditur, Innocentem & iustum non occides.

¶Secundo, quia extrà de regulis iuris: capitulo, Qui scandalizauerit, dicitur, Vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas deseratur, hinc enim patet quod vtilius est permittere, vt scandalizentur actor & ciues ex negata sentētia contra veritatem, quàm veritatem deserere.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Tertiò, quia secundum iura iudex debet secundum Deum & illius imperiū veritatem & conscientiam non per gratiam, aut sordes testium iudicare. Ex hoc enim habetur quod non per sordes falsorum testium, & contra propriam conscientiam & iustitiam, & interni iudicis sententiam iudicare debet, vt faceret iudicando contra veritatem notam.

¶ 3 Præterea, Idcirco in iudicio probationes requiruntur, vt fides fiat iudici de rei veritate. Vnde in iis quæ sunt notoria, nō requiritur iudicialis ordo, secundū illud 1. ad Timoth. 5. Quorundā hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium. Si ergo iudex per se cognoscit veritatem, nō debet attendere ad ea quæ probantur, sed sententiam ferre secundum veritatem, quam nouit.

¶ 4 Præt. Nomen Conscientiæ importat applicationem scientiæ ad aliquid agibile. vt in Primo habitum est*. Sed facere contra scientiam est peccatum. Ergo iudex peccat, si sententiam ferat secundum allegata contra conscientiam veritatis, quam habet.

¶ SED CONTRA est, ꝙ Aug. dicit* super Psalterium. Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, sed secūdum leges & iura pronuntiat. Sed hoc est iudicare secundum ea quæ in iudicio proponuntur & probantur. Ergo iudex debet secundum huiusmodi iudicare, & non secundum proprium arbitrium.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum * est, iudicare pertinet ad iudicem, secundum quod fungitur publica potestate. Et ideo informari debet in

¶ Quartò, quia officium iudicis est latissimum, & potest subterfugere in fauorem veritatis. Et si aliter non potest euadere, debet potius officio renuntiare.

¶ Quintò, quia iura non cogunt iudicem ad iudicandum secundum allegata & probata, sed ad iudicandum secundum leges & iura. Modo aliud est iudicare secundū leges & iura, & aliud secundum allegata & probata: quia leges & iura volunt, vt vnicuique ius suum reddatur*: allegata autem & probata volunt quandoque vt ius vitæ, vel membrorum, vel rerum innocenti auferatur. Et per hoc soluitur ratio literæ fundata super hoc, quòd debet iudex secundum leges iudicare.

p.p.q.79. art.13.

Aug. de vera relig. c.3. to.1

¶ Additur & his sextum, roborando tertium argumentum literæ sic, Finis & medium ordinatum ad finem sic se habent, quòd si media ducunt ad cōtrarium finis, non sunt media ad finem, nec à sapiente executioni mandantur, vt patet in sanitate & medicinis. Si enim medicinas inducere constat infirmitatem contrariam sanitati intentæ, fatuus esset prosequens illas propter canones omnium Medicorum. Sed probationes in iudicio sunt, vt media ordinata ad finem veritatis innotescendæ & ius suum vnicuiq; reddendi: quoniam idcirco afferuntur testes & alia documenta facti in iudicio, vt patet. Si ergo constat, quòd huiusmodi media ducunt ad contrarium veritatis & iuris istius hominis, consequens est, vt ad sapientem iudicem spectet, non prosequi talia media contra finem: & sic fatuè, ac per hoc malè facit iudicando in hoc casu secundum allegata & probata. Et confirmatur, quia sic epieiceia debet iudicem inclinare in casibus ad iudicandum non secundum leges scriptas: ita debet in hoc casu inclinare ad non sequēdum leges scriptas, secundum quas est secundum allegata & probata iudicandum, quoniam hoc est in fauorem innocentiæ, & finis ipsius iuris.

Ar. præc. & suprà q.60. art.2.

¶ Arguitur postremò, quia testes, per quos contra veritatem innocens conuictus damnandus est, veniunt in vestimentis ouium, & intrinsecus sunt lupi rapaces rerum vel vitæ: ac per hoc si iudex certus de innocentia, iuxta eorum dicta iudicat, minister est homicidarum aut prædonum, & sic nō excusatur, etiā si per alium iudicem omnino damnaretur. Scriptū est enim, Necesse est vt veniant scandala: veruntamen væ homini illi, per quē scandalum venit. Et quoniā ad hunc locū remissa est quæstio superius in quæstione sexagesimaquarta, articu. 6. ad 3. ideo vt compleatur discussio, arguitur etiam à quibusdam cōtra ibi dicta, s. quòd in hoc casu inferior iudex, si non potest innocentem liberare conuictū, debet ad superiorem remittere. Contra, inquiūt, si hoc faceret, exponeret innocentem discrimini mortis: quoniam superior non habens certam notitiam illius damnaret illū, & eadem ratio est si substitueret iudicem: non enim euaderet reatum, causam dans morti innocentis.

¶ In hac quæstione multi scripserunt. Alij dicentes cū Autore, quòd iudex potest & debet secundū allegata & probata contra veritatem sibi certam iudicare: alij totaliter oppositum, quod nec debet, nec potest sine peccato mortali: alij quòd in causis criminalibus & ciuilibus magnæ importantiæ non, in paruis aūt sic. Nonnulli etiam volunt quod remediū de remittendo ad superiorem sit malū propter allatam in oppositum rationem, dicentes, quod si per impossibile casus hic accideret, præmissis omnibus præmittendis, deberet iudex manifestare populo, quare non pōt dānare illū, & relinquere eis curā, an velint ad superiorē remittere. Sed hi non prouident casui, quia si supremo iudici casus hic accidat, s. ꝙ sciat innocentiā, & pars atque populus petat iustitiā, quid facere debet Princeps? quò se vertet? Iudicare cōtra innocentē non potest secundū istos: absoluere non potest secundū iura: supersedere nō potest, parte & populo instante: delegare nō potest, secundum istos. Erit ergo perplexus Rex aut Imperator in hoc casu, nisi renūtiet regno aut imperio, scdm istos.

¶ Distinguentes autem in proposito inter causas criminales aut ciuiles: magnas aut paruas, nisi pro quanto modicum pro nihilo reputaretur, quod tamen in iudiciū venire non solet, irrationabiliter loquuntur: quoniam aut inuenitur hic facere iniustū, aut nō. Si est hic iniustitia, sequitur, quod nō liceat: & si non est iniustitia, constat quòd licet quæcunque occurrat materia rerum, honoris, vitæ, &c. Vt autem veritas melius elucescat, non à rationibus ducentibus ad inconueniens (quoniam minus efficaces sunt) sed à rationibus ostēsiuis moueri debemus. Et ad ostendendum quidem, quod iudex peccat iudicādo contra veritatem sibi, vt priuatæ tamen personæ notam, in quocunq; casu, vnica est ratio ostensiua, quia scilicet iniustum facit damnando innocentē: quod est secundum se prauum, & nulla potest recta intentione, nullo timore, nulla scandali intentione, licitum fieri. Ad monstrandum vero quod iudex nō peccat, sed debet quando non potest aliter facere, iudicare contra huiusmodi veritatem, secundū allegata & pbata, est vnica ratio, scilicet quia psona publica, potestate publica, sciētia publica, & volūtate publica vti det in iudiciis sine

ignorantia, imprudentia, & negligentia propria, quicquid inde veniat. Sed iudex est huiusmodi, & in casu proposito omnia ista concurrunt. ergo.

¶ Ad hoc deducitur tota ista quæstio, vt examinentur hæ rationes, & discernatur ius earum ad propositum. Principium autem inuestigationis huius hinc sumendum est, quod tam secundum moralem Philosophiam, quā secundum

iudicando, non secundum id quod ipse nouit, tanquam priuata persona, sed secundū id quod sibi innotescit tanquam personæ publicæ. Hoc autem innotescit sibi & in communi & in particulari: in communi quidē per leges publicas, vel humanas, contra quas nullas probationes admittere debet: in particulari autē negotio aliquo per instrumēta, & testes, & alia huiusmodi legitima documenta, quæ debet sequi in iudicādo magis quā id quod ipse nouit tāquā priuata psona. Ex quo tñ ad hoc adiuuari potest, vt districtius discutiat probationes inductas, vt possit earum defectum inuestigare. Quòd si eas non possit de iure repellere, debet, sicut dictum est, eas in iudicando sequi.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd ideo præmittitur in illis verbis de quæstione iudicibus facienda, vt intelligatur quòd iudicare debent iudices veritatem secundum ea, quæ fuerunt sibi proposita.

¶ Ad secūdū dicendum, quòd Deo cōpetit iudicare secundū propriā potestatē. Et ideo in iudicando informatur secundū veritatē, quam ipse cognoscit, nō secundū hoc, quod ab aliis accipit. Et eadē ratio est de Christo, q est verus Deus

iura ex intentione maleficia distinguuntur. Et hoc intantum consideratur, vt dicamus vnanimiter, quòd occidens suum inuasorem, aliter se saluare non potens, si intendit occidere, homicida est: si intendit se defendere, sed occisio præuisa etiam consequitur ex actione defensiua, nō peccat, ab intentione igitur iudicis, species & natura huius operis sumenda est. Constat autē quòd iudex, de quo loquimur, qui scilicet omnem suam prudentiam, * solicitudinem, scientiam, potestatem, &c. adhibuit vt liberaret innocentem huiusmodi, constat, inquam, quòd non intendit ex priuata voluntate occidere, mutilare, & breuiter iniustum facere, sed tale iniustum constat sequi ex hoc, quod intendit vti publico officio, & vti tur illo. Vnde non est iniustitia ex hoc actu, quòd iudex faciat iniustū innocenti, quum hoc non intendat priuata aut publica voluntate. Sed videndum restat si fortè esset iniustitia ex hoc, quòd teneretur non vti publico officio in tali casu', propter talem ex sui officij actione euentum præuisum, scilicet mortem innocentis. Sed si diligenter consideremus, personā, quæ est iudex, tenetur vti officio suo parte, & populo instante: quoniā sibi incumbit cura vtendi potestate publica. Et plus tenetur curā habere publici officij suæ curæ cōmissi, quā vitæ alterius, cuius cura non spectat ad ipsum nisi sicut ad iudicem. Et quemadmodū superius in quæstione de homicidio per hanc rationē conclusum est, quòd defendens se non tenetur omittere actum defensionis propriæ, per hoc quòd videtur ex ipso sequi mortem alterius etiā impœnitentis (quia scilicet sibi magis incumbit cura sui, quàm proximi) ea lē efficacia potest hic concludi, quod quia personæ iudicis incumbit cura proximi, nisi ratione publici officij: ideo non tenetur abstinere ab vsu publici officij, propter damnum consequens proximi.

¶ Et confirmatur, quia nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet secundum iura. Quum ergo persona iudicis ius habeat vtendi publico officio secundum leges & iura, & allegata & probata, sequitur quod nō facit damnum alicui vtendo iure officij sui.

¶ Ratio ergo, super qua fundatur positio dicentium iudicem peccare, si cōtra veritatē sibi notā iudicet secundū allegata & probata, & cætera, infirma est, & non concludit intentum, vt pote ex iis, quæ sunt per accidens procedens.

¶ Ratio autem allata pro parte contraria, manifestè procedit ex iis, quæ conueniūt per se actui. Actus nanque sententiæ damnantis est actus publicus. Et propterea debet per se causas habere publicas, s. personam, potestatem, scientiam, & voluntatem, quæ præcepto publico, quod iudex facit de pena huiusmodi manifestatur. Præceptū em̄ à voluntate est, nec persona iudicis aliquē actū propriæ volūtatis apponit in hoc casu in damnū innocentis, nisi vti potestate, scientia, & voluntate publica: quē actū si posset omittere, libenter omitteret. Sed quia tenetur ad illum propter coincidentiam personæ publicæ cum sua, ideo non tenetur omittere illū propter damnum alterius, per accidens rarissimum eueniens ex vsu publici officij. Et quoniā hæc via solidū hēt fundamentū, & nihilominus tenetur à tot doctoribus, s. sancto Thoma, Alexandro de Ales, Ricardo, Petro de Palude, & Petro de Tarētasia, & multis aliis, vt referūt tractātes materiā hanc, & ortū habet ab Ambrosio, super Beati immaculati, vt patet tertia quæstione 7. & ab Aug. super Psalterio (vt in litera affertur) ideo amplectanda est: nunc superest ad obiecta respondere. Et ad primū & similia dicitur, quod occidere innocentē p se, ita ꝙ intendat occisio innocentis est contra omnia iura: sed occidere innocentē p accidens, dādo s. operā rei licitæ & necessariæ, vt facit vtens publico officio, non est contra ius naturale, diuinum aut scriptum.

¶ Ad scdm dicit, qđ iudex in casu isto nullā deserit veritatē, quā dēt amplecti: qa dat operā rei licitæ, & p accidēs ī detrimētū veritatis cōsistētis ī facto actio sua vertitur. ¶ Ad tertiū dicitur ex litera in solutiōe scūdi, quòd iudex humanus non tenet iudicare, sicut iudicat Deus, sed tenetur iudicare sicut vult De⁹, quod homo iudicet. Statuit aūt ipse Deus, vt homo iudicet secundū veritatē publicā, vt patet ex eo quod statuit. Quòd in ore duorum vel triū stet oē verbū. Et propterea iudex iudicādo secundū allegata & probata, iudicat secundū Deū & conscientiā, vt in litera dicitur in responsione ad vltimū, & nō iudicat secundum sordes testium, nisi materialiter, & per accidens rarissimum: quod homini non imputatur. Esset enim homini imputandum si vel ex intentione, vel ignorantia, vel imprudentia, vel negligentia sordes testium sequeretur: sed quando ex contingentibus nihil omittit, sibi non imputatur.

¶ Ad quartum dicitur, quod ex hoc quod officium iudicis est latissimum, nihil aliud habetur, nisi quod debet, quantum potest saluo officio, innocentem adiuuare, & non tenetur propterea renunciare officio.

Ad quintum dicitur, quod ridiculum est dicere quod iudex tenetur secundū

leges

leges & iura & non secundum allegata & probata iudicare, cùm & leges & iura sint de vniuersalibus, & sententia debeat esse de hoc singulari facto. Constat enim quòd ad conclusionem singularem, quæ per sententiā infertur, non descenditur ab vniuersalibus legibus & iuribus, nisi per particulares & singulares propositiones, quæ per allegata & probata constant. Et lex diuina mandat, quod per allegata & probata iudicetur, dū Deut. 19. dicitur, In ore duorum vel trium stabit omne verbum. Et in materia mortis, capit. 17. dicitur, In ore duorum vel trium testium peribit, qui interficietur: non obstante quod allegata & probata quandoq; violent ius: quia hoc est per accidens, & vt in paucioribus. Leges autē & moralia iudicant per se, & quæ vt in pluribus fiunt.

¶ Ad sextum dicitur, quòd finis iustitiæ publicæ humanæ non est veritas facti absolutè, sed veritas facti publica homini. Et hoc est, quod Autor respondendo ad tertiū, dicit sub aliis verbis, s. quòd si factum sit manifestū iudici, & non aliis, vel aliis & non iudici, tunc est necessaria discussio: hoc est, non habetur veritas publica sicut in notoriis, & propterea est necessaria discussio, vt veniatur ad finem, s. manifestū publicò, s. iudici & aliis. Quantumcunque ergo iudici soli esset manifestū, non habetur finis: sed est necessaria discussio, vt perueniatur ad finē, publicam. s. veritatem. Cōstat autem quòd iudicans secundum allegata & probata, iudicat secundum veritatem, non simpliciter, sed publicam in humanis iudiciis, &c. Et simili modo dicitur, quòd licet finis iustitiæ sit reddere vnicuique ius verè suū, finis tamen iustitiæ publicæ humanæ est reddere vnicuiq; ius suum, non simpliciter, sed quātum potestas & scientia publica se extēdere possunt: neq; enim plus exigendum ab homine est.

Opusc.19. c.5.fin.

¶ Ad confirmationem de epieceia dicitur, quòd epieceia in persona publica non inclinat ad priuatas operationes vel omissiones, sed operationes & omissiones conuenientes iudicis officio. In proposito autem supponitur, quòd ex officio iudex non possit illum liberare, nec ex iustitia, nec ex epieceia, nec ex quacunque prudentia.

Cap.4.

¶ Ad postremum dicitur, quòd licet testes veniant intrinsecus vt lupi, iudex tamen non est minister eorum, sed iuris: & propterea non incurrit reatum sequelæ eorum, nec per ipsum venit scandalum, sed per illos testes, q abutuntur iure & iudicis officio.

q.58. art.2.

¶ Ad ea autem quæ obiiciuntur deinde contra remedium de remittendo ad superiorem, dicitur quòd argumenta illa non sunt cōtra Autorem: quoniam Autor non dicit, quòd remittat ad superiorem, sed quòd relinquat superiori iudicandum: quod est idem cum illo, quod arguentes consulunt, scilicet quòd exoneret se, & relinquat curam aliis, si volunt ad Superiorem recurrere. Et scito quòd si casus disputatus accideret inferiori iudici, deberet coram populo iurare, quòd sibi constat oppositum, & propterea non iudicat: & indicare modum, quo constat sibi, puta quia vidi in tali loco, &c. Et hoc ipsum deberet significare Superiori, vt vel hic habendo ipsum inferiorem iudicem pro vno teste, innocens adiuuetur coram Superioris iudicio. Princeps autem posset simili modo coram populo iurare, quando sibi casus iste accideret, & conari quantum potest, vt populum placet, & partem quietet. Optima aūt cautela iudicis in causa huiusmodi est, antequā perueniatur ad vlteriora, vel repellere ex officio accusationem, vel ita præueniendo operari, vt non procedatur in causa: quod multis potest viis fieri. De ministro autem iudicis sciente sententiam esse iniquam, dicendum est quod debet tali vti dexteritate, vt testimoniū suum infirmet sententiam iniquam. Et si hoc non potest, debet petere vt subleuetur ab hac executione. Quòd si nec hoc pōt obtinere, sed oportet ipsū obedire, aut cedere officio, licitè potest publica ministeriali potestate vti, à publica scientia & potestate principali mota: sicut de iudice dictum est: eadem enim est ratio. Propter quod secus esset, si sententia contineret errorem intolerabilem, aut manifestam iniquitatē: quia tunc non ex scientia, sed ignorantia, malitia, imprudentia, aut negligentia publica moueretur. Vnde in capitulo, pastoralis, de officio delegati, dicitur quòd ordinarius exequi debet sententiam delegati, etiam si sciat eam esse iniustam, si non potuit obtinere, vt subleuaretur ab onere executionis: & non dicit, si sciunt ipse & alij eam esse iniustā. Et Autor superius in loco allegato dicit, quòd minister nō peccat exequendo, si sententia non contineat manifestam iniustitiam: & non dicit manifestam sibi, sed manifestam absolute.

q.33. ar.7.

Ar. præ.

Ar.1. ad 1.

& homo. Alij autem iudices non iudicant secundum propriam potestatem: & ideo non est similis ratio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Apostolus loquitur in casu, quando aliquid non solùm est manifestum iudici, sed sibi & aliis, ita quòd reus nullo modo crimen inficiari potest, vt in notoriis, sed statim ex ipsa euidentia facti conuincitur: si autem sit manifestum iudici & non aliis: vel aliis, & non iudici: tunc est necessaria iudicis discussio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd homo in iis quæ ad propriam personam pertinēt, debet informare conscientiam suam ex propria scientia. Sed in iis quę pertinent ad publicam potestatem, debet informare conscientiam suam secundum ea quæ in publico iudicio sciri possunt, &c.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum iudex possit aliquem condemnare etiam si non sit aliquis accusator.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd iudex possit aliquem iudicare, etiamsi non sit aliquis accusator. Humana enim iustitia deriuatur à iustitia diuina. Sed Deus peccatores iudicat, etiam si nullus sit accusator. Ergo videtur quòd homo possit in iudicio aliquem condemnare, etiam si non adsit accusator.

¶ 2 Præterea, Accusator requiritur in iudicio ad hoc, quòd deferat crimen ad iudicem, sed quandoque potest crimen ad iudicem deuenire alio modo, quàm per accusationem, sicut per denūtiationem, vel per infamiam, vel etiam si ipse iudex videat. Ergo iudex potest aliquem condemnare absque accusatore.

¶ 3 Præterea, Facta Sāctorum in Scripturis narrantur quasi quædam exemplaria humanæ vitæ. Sed Daniel simul fuit accusator & iudex contra iniquos senes, vt patet Daniel. decimotertio. ergo non est contra iustitiam si aliquis aliquem condemnet tanquam iudex, & ipsemet sit accusator.

¶ SED CONTRA est, quod primæ ad Corinthios quinto, Ambrosius exponens sententiam Apostoli de fornicatore, dicit, quòd iudicis non est sine accusatore damnare: quia Dominus Iudam cùm fuisset fur, quia non est accusatus, minimè abiecit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd iudex est interpres iustitiæ. Vnde, sicut Philosophus dicit in quinto Ethicorum, * ad iudicem homines confugiunt, sicut ad quandam iustitiam animatam. Iustitia autem, sicut suprà dictum * est, non est ad seipsum, sed ad alterū. Et ideo oportet, quòd iudex inter aliquos duos diiudicet. Quod quidem fit, cùm vnus est actor, & alius est reus. Et ideo in criminibus non potest aliquem iudicio condemnare iudex, nisi habeat accusatorem, secundum illud Act. 25. Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obiiciuntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus in suo iudicio vtitur cōscientia peccantis quasi accusatore, secundum illud Romanorum secundo. Inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium. Vel etiam euidentia facti, quantùm ad ipsum: secundum illud Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

¶ Ad secundum dicendum, quòd publica infamia habet locum accusatoris. Vnde super illud Genes. quarto, Vox sanguinis fratris tui, &c. dicit gloss. Euidentia perperrati sceleris accusatore non eget. In denuntiatione verò, sicut suprà dictum * est, non intenditur punitio peccantis, sed emendatio. Et ideo nihil agitur contra eum, cuius peccatum denuntiatur, sed pro eo: & ideo non est ibi necessarius accusator. Pœna autem infertur propter rebellionem ad Ecclesiam: quæ quia est manifesta, tenet locum accusatoris. Ex eo autem, quòd ipse iudex videt, non potest procedere ad sententiam ferendam, nisi secundum ordinem publici iudicij, quod tenet locum accusatoris.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus in suo iudicio procedit ex propria notitia veritatis: non autem homo, vt suprà dictum * est. Et ideo homo non potest simul esse accusator, & testis & iudex, sicut Deus. Daniel autem accusator fuit simul & iudex, quasi diuini iudicij executor, cuius instinctu mouebatur, vt dictum est *.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum iudex licitè possit pœnam relaxare.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ iudex licitè possit pœnam relaxare. Dicitur enim Iacobi secundo. Iudicium sine misericordia ei, qui non facit misericordiam. Sed nullus punitur propter hoc quòd non facit illud quod licitè facere non potest. Ergo quilibet iudex potest licitè misericordiam facere relaxando pœnam.

¶ 2 Præterea, Iudicium humanum debet imitari iudicium diuinum. Sed Deus pœnitentibus relaxat pœnam: quia non vult mortem peccatoris, vt dicitur Ezechielis. 18. Ergo etiam homo iudex potest pœnitenti licitè relaxare pœnam.

¶ 3 Præterea, Vnicuiq; licet facere quod alicui prodest & nulli nocet. Sed absoluere reum à pœna prodest ei, & nulli nocet. Ergo iudex licitè potest reum à pœna absoluere.

¶ SED CONTRA est, quod dici-

¶ Super Quæstionis sexagesimæseptimæ Articulum tertium.

3.d.46. art.2. ad 3. Et 1. dis.43. q.2. art.2. ad 5. & 4. dis.46. q.1. art.2. q°.2. & q.2. ar.1. q.3. ad 1.

IN artic. tertio eiusdem quæstionis aduerte, quòd licet ratio in corpore articuli allata ad ostendendum iudicem oportere inter duos iudicare, concludat tam in ciuilibus quàm in criminalibus, & ita regulariter seruandum sit: Autor tamen conclusit specialiter in criminalibus dicens, Et ideo in criminalibus non potest, & cætera: quia euidentius personæ comparere exiguntur in criminalibus. Exigitur nanque præsentia personalis, quæ non requiritur in ciuilibus.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum, aduerte quatuor poni in litera supplentia vicem accusatoris. Primo, publicam infamiam: & hoc quum procedit per viam inquisitionis. Secundò, manifestam rebellionem ad Ecclesiam, cui denuntiatum est crimen, & hoc quando procedi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur per viam denuntiationis. Tunc enim iuxta Domini mandatũ Matthæi decimooctauo. Si ecclesiã nõ audierit, erit sicut ethnicus, hoc est, excommunicandus est. Denuntiatio enim ex natura sua ordinatur ad bonum peccantis: sed ex rebellione denũtiati vertitur in sententiam punitiuam propter commune bonum. Et propterea in principio non eget aliquo supplente locum accusationis, sed in tali euentu. Propter iustum enim euentum in litera dicitur, Pœna enim infertur denuntiato, supple propter rebellionem, & cætera. Tertio publicum iudicium ordinatum, & hoc intelligo, vel quando crimen coram iudice & aliis, cõmittitur, vt quũ iudex cum suis audit blasphemare, vel videt occidere, &c. Tunc enim sine vlla alia infamia, denũtiatione, accusatione, propter euidentiam facti iudex punit. Vnde & pontifices Iudæorum dixerunt, Audistis blasphemiã, quid adhuc desideramus testes? Et sanctus Lodouicus Rex Franciæ legitur præcepisse cauterizari linguã eius quem audiebat blasphemare, nisi forte quis dicat, quòd Autor de quadam inquisitionis specie loquitur: quia iudex ex eo quod ipse vidit, paulatim inuestigat ex officio. Et hæc sufficiãt etiam pro quarto articulo, & cæt.

Artic. 2. & 3.

Trã. 116. tom. 9.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd misericordia iudicis habet locum in iis, quæ arbitrio iudicis relinquuntur, in quibus boni viri est, vt sit diminutius pœnarum: sicut Philosophus dicit in quinto * Ethic. In iis autem quæ sunt determinata secundum legem diuinam vel humanam, non est suum, misericordiam facere.

Cap. 10.

¶Ad secundum dicendum, quòd Deus habet supremam potestatem iudicandi, & ad ipsum pertinet quicquid contra aliquem peccatur. Et ideo liberum ei est pœnam remittere, præcipuè cùm peccato ex hoc pœna maximè debeatur, quod est contra ipsum: non tamen remittit pœnam, nisi secundum quod decet suam bonitatem, quæ est omnium legum radix.

¶Ad tertium dicendum, quòd iudex si inordinatè pœnam remitteret, nocumentum inferret & communitati, cui expedit, vt maleficia puniantur, ad hoc, quòd peccata vitentur. Vnde Deut. 13. post pœnam seductoris subditur, Vt omnis Israel audiens timeat, & nequaquam vltrà faciat quippiam huius rei simile. Nocet etiam personæ, cui est illata iniuria, quæ recompensationem accipit per quandam restitutionem honoris in pœna iniuriantis.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMAOCTAVA, de Pertinentibus ad iniustam accusationem in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulum primum.*

IN artic. primo quæstion. sexagesimæoctauæ, caue ignorantiam illorum, qui putant neminem teneri ad accusationem, sed accusationem quasi esse contra præceptũ diuinum, Dimitte nobis debita nostra, & cæt. Non aduertunt isti, quòd non minus tenetur aliquis succurrere communi detrimento corporali vel spirituali, quàm priuato, quantò bonum cõmune & diuinius est & amabilius, quàm priuatũ. Constat autem quòd tenetur quilibet sciens & potens subuenire periculo corruptelæ spiritualis vel corporalis proximi, sertatis debitis conditionibus, multo ergo magis tenetur subuenire periculo publico. Scito igitur, quòd quia accusatio ordinatur ad commune bonum, si sciens crimen alterius, quod in periculum multitudinis vergat, & habes testes, quibus potest illud probare, potest per aliam viam, quàm per accusationem prouidere bono multitudinis: non tenetur ad accusationem, licet licitè posset ex zelo iustitiæ accusare, pensatis conditionibus personæ puniendæ in exemplũ aliorum. Si autem aliter non potest, quàm per accusationis viã periculo multitudinis obuiare, tenetur de necessitate salutis ad accusationem: alioquin non diligeret bonum commune opere & veritate. Ridiculum autem est inducere ad hoc illud orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita nostra: quũ non suam, sed proximi, non vnius, sed multitudinis causam agat accusator huiusmodi. Et si suam ageret causam, non tenetur ex hac diuina institutione remittere, quin velit iustitiam habere locũ suum: sed non ex passione, non ex propria autoritate vindicare.

Q. 23. art. 6. & 7. & q. 72. art. 3. ad 2.

¶ In responsione ad primum aduerte, quòd qui accusare prohibentur, possunt & debent in casu, vt multitudinis periculo succurratur, iudici reuelare personam criminosam & testes cum certis circunstantiis, vt vel ex officio suo iudex prouidere possit reipublicæ.

q. 33. ar. 7.

¶ *Super*

uato. Et ideo contra bonum commune nullum secretum licet recipere. Nec tamen omnino est secretum, quod per sufficientes testes potest probari.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum sit necessarium accusationem in scriptis fieri.

4. dist. 19. q. 1. ar. 3. q. 1. ad 4. Et d. 35. art. 3. ad 6. & quo lib. 11. art. 13. cor.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non sit necessarium accusationem in scriptis fieri. Scriptura enim adinuenta est ad subueniendum humanæ memoriæ circa præterita. Sed accusatio in præsenti agitur. ergo accusatio scriptura non indiget.

¶ 2 Præterea, secunda quæstio. octaua dicitur, * Nullus absens

** Ca. per script. * Cap. 1. tom. 3.*

accusare potest, nec ab aliquo accusari. Sed scriptura ad hoc videtur esse vtilis, vt absentibus aliquid significetur, vt patet per Augustinum. 10. de Trinitate *. Ergo in accusatione non est necessaria scriptura, præsertim cùm canon dicat, quòd per scripta nullius accusatio suscipiatur.

¶ 3 Præterea, Sicut crimen alicuius manifestatur per accusationem, ita per denuntiationem. Sed in denuntiatione non est scriptura necessaria. Ergo videtur quòd neque etiam in accusatione.

Ar. præc. & q. præc. art. 3.

¶SED CONTRA est, quod dicitur 2. q. 8. Accusatorum personæ sine scripto nunquam recipiantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum * est, quando in criminibus per modum acccusationis agitur, accusator constituitur pars, ita quòd iudex inter accusatorem, & eum qui accusatur, medius constituitur ad examen iustitiæ, in quo oportet, quantùm possibile est, secundum certitudinẽ procedere. Quia verò ea, quæ verbotenus dicuntur, facile labuntur à memoria, non posset iudici esse certum quid & qualiter dictum sit, cùm debet proferre sententiam, nisi esset in scriptis redactum. Et ideo rationabiliter institutum est, vt accusatio sicut & alia quæ in iudicio aguntur, redigatur in scriptis.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd difficile est singula verba propter eorum multitudinem & varietatem retinere: cuius signum est, quòd multi eadem verba audientes si interrogarentur, non referrent ea. Similiter etiam cùm modica verborum differentia sensum variet, ideo etiam si post modicum tempus debeat iudicis sententia promulgari, expedit ad certitudinem iudicij, vt accusatio redigatur in scriptis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd scriptura non solùm necessaria est propter absentiam personæ, quæ significat, vel cui est aliquid significandum, sed etiam propter dilationem temporis, vt dictum est. & ideo cùm dicit canon, per scripta nullius accusatio suscipiatur: intelligendum est de absente qui peremptam accusationem mittat: non tamen excluditur, quin cùm præsens fuerit, necessaria sit scriptura.

¶ Ad tertium dicendum, quòd denuntiator non obligat se ad probandum. Vnde nec punitur si probare nequiuerit. Et propter hoc in denuntiatione non est necessaria scriptura, sed sufficit si aliquis verbo denuntiet Ecclesiæ, quæ ex officio suo procedet ad fratris emendationem.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ octauæ Articulum secundum & tertium.*

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum accusatio reddatur iniusta propter calumniam, præuaricationem, & tergiuersationem.

IN art. secundo & tertio & quarto, nihil speciale scribendum occurrit, nisi quòd secundus quod regulariter fit, docet. Et in tertio tria accusationis vitia quãdoque verè crimina iuris reddunturi, diligenter notes,

Cap. si quæ pœnituerit.

calumniã ex malitia, præuaricatio fraudulenta, & tergiuersatio inordinata. Et vt intelligas literæ terminos, vocatur ex temeritate accusare, qui vel ex inconsulto causæ impetu accusat, nõ prospiciens quod proba re nequiuit, vel qui audi tui credulus accusat. Ex isto autem errore decepti

Ar. 1. & q. 33 ar. 7.

ab aliquo teste idoneo, deficit in probatione, quia scilicet promisit testificari & recessit, vt non testetur: vel consilium habuit ab aliquo doctore, quòd sufficerent illa quæ habet ad accusandum, quum tamen non sufficerent.

¶ In responsione ad vltimum aduertas, quòd Princeps potest accusationẽ non solùm à principio refutare, sed etiam in progressu abolere, si bono communi expedire hoc iudicauerit. Et ratio est: quia accusator ad commune bonum ordinatur. Ex hoc enim sequitur quòd ille qui curam communis boni habet, si talis medij ablationẽ ad finẽ communis boni

Ar. 1. Iuius quæst.

potuerit, si cum accusato innocente conuenerit, inuicem se absoluant. Ergo accusatio non redditur iniusta per tergiuersationem.

¶SED CONTRA est, quod ibidem dicitur, Accusatorum temeritas tribus modis detegitur. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, * accusatio ordinatur ad bonum commune, quod intenditur per cognitionem criminis. Nullus autem debet nocere alicui iniustè vt bonum commune promoueat. Et ideo in accusatione duplici ratione contingit esse peccatum: vno modo ex eo, quòd aliquis iniustè agit contra eum, qui accusatur, crimina falsa ei imponendo, quod est calumniari: alio modo ex parte reipublicæ cuius bonum principaliter intenditur in accusatione, dum aliquis impedit malitiosè punitionem peccati. Quod iterum dupliciter contingit. Vno modo fraudẽ in accusatione adhibendo. Et hoc pertinet ad præuaricationem: nam præuaricator dicitur quasi varicator, qui aduersam partem adiuuat, prodita causa sua. Alio modo totaliter ab accusatione desistendo: quod est tergiuersari. In hoc enim quòd desistit ab hoc, quod cœperat, quasi tergum vertere videtur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo non debet ad accusationem procedere, nisi de re omnino sibi certa, in qua ignorantia facti locum non habeat. Nec tamen qui falsum crimen alicui imponit, calúniatur, sed solùm qui ex malitia in falsam accusationem prorũpit. Contingit enim quandoque ex animi leuitate ad accusationem procedere, quia scilicet & aliquis nimis faciliter credit quod audiuit: & hoc temeritatis est. Aliquando autem ex iusto errore mouetur aliquis ad accusandũ, quæ omnia secundum prudentiam iudicis debent discerni, vt non prorumpat eum calumniatum fuisse, qui ex leuitate animi, vel ex iusto errore in falsam accusationem prorupit.

¶Ad secundum dicendum, quòd nõ quicunque absconditi vera crimina, præuaricatur: sed solùm si fraudulenter absconditea, de quibus accusationẽ ꝓponit, colludés cũ reo, ꝓpriàs ꝓbationes dissimulando, & falsas excusationes admittẽdo.

¶Ad tertiũ dicendum, quòd tergiuersari est ab accusatione desistere omnino, animum accusandi deponendo, non qualitercunque, sed inordinatè. Contingit autem aliquem ab accusatione desistere ordinatè absq; vitio dupliciter. Vno modo in ipso accusationis processu, si cognoscerit esse falsum id, de quo accusauit: & si pari consensu se absoluunt accusator & reus. Alio modo si Princeps, ad quem pertinet cura boni communis, quod per accusationem intenditur, accusationem aboleuerit.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum accusator, qui in probatione defecerit, teneatur ad pœnam talionis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd accusator, qui in probatione defecerit, non teneatur ad pœnam talionis. Contingit enim quandoque aliquem ex iusto errore ad accusatio nẽ procedere: in quo casu iudex accusato rẽ absoluit, vt dicitur secũda quæstione

Ar. 1. Iuius quæst.

¶ *Num iudex non Princeps accusationem abolere possit.*

¶ Sed occurrit hoc dubium, An iudex non Princeps possit abolere accusationem. Et est ratio dubij, quia etiam inferior Principe iudex habet curam boni communis, cui contingit non expedire prosequi accusationem.

¶ Ad hoc dicitur quòd hæc non est quæstio de accusatione vitiosa, seu defectuosa, siue propter calumniam. Quoniam constat quod iudex hoc cognoscẽs, etiam si non sit Princeps, potest & à principio non admittere accusationes non legitimas. Et si admissæ sunt, potest ex quo legitimæ non sunt, abolere, quum nulli in hoc faciat iniuriam, imo prosequendo videtur facere iniuriam ordini iuris. Nec etiam est quæstio de accusatione, quæ ordinatur ad satisfaciendum alteri parti, quæ passa est iniuriã (quoniam constat iudicem teneri & ad accepprandũ & ad prosequendum accusationẽ talem, quia tenetur ius vnicuique dicere) sed quæstio est de accusatione præcisè ad cõmune bonum ordinata. Videtur autem mihi, quod differentia inter principem & inferiorem iudicem in proposito sit, quod princeps potest de iure abolere huiusmodi accusationes, quando exped re videtur bono communi: & non solum istas, sed etiam ordinatas ad satisfaciendũ parti offensæ: quia ipse princeps plene gerit curam cõmunis boni, ad quod omne bonum vel malum partis ordinari potest. Vnde in litera simpliciter dicitur. Si princeps aboleuerit. Iudex autem inferior potest, 4. *dist.* 41. ex epieiceia & gnome, *ar.* 5. *q.* 2. hoc est ex æquitate & *ad* 1. Et alteriori iudicio non *quoli.* 11. admittere à principio *ar.* 13. *cor.* accusationẽ legitimam pro communi bono, si videt illam communi bono

Capit. Si quem pœnituerit.

ni bono perniciosam, vt pote si causatiua seditionis propter conditiones accusati est, vel propter aliquid huiusmodi. Inchoatam autem abolere, si aliter non potest sustinere commune bonum, suspendendo prosecutionem, vel dissimulando potest: quia lex arctatæ potestatis pro cõmuni bono saluando, prætermittenda est, & vsurpanda est quodammodo maior potestas, quæ communi bono necessaria tunc est, & soli iuris ordini nocet, si tamen nocet.

tertia*. Non ergo accusator, qui in probatione defecerit, tenetur ad pœnam talionis.

¶ 2 Preterea, Si pœna talionis ei, qui iniuste accusat, sit iniungenda, hoc erit propter iniuriam in aliquē commissam. Sed non propter iniuriam commissam in personam accusati: quia sic Princeps nō posset hanc pœnam remittere. Nec etiam propter iniuriam illatam in rempublicam, quia sic accusatus non posset eum absoluere. Ergo pœna talionis non debetur ei, qui in accusatione defecerit.

¶ 3 Præterea, Eidem peccato nō debetur duplex pœna, secundum illud Nahum 1. Non iudicabit Deus bis in idipsum. Sed ille qui in probatione deficit, incurrit pœnam infamiæ, quam etiam Papa non videtur posse remittere, secundum illud Gelasij Papę*. Quanquam animas per pœnitentiam saluare possimus, infamiam tamen abolere non possumus. non ergo tenetur ad pœnam talionis.

Habetur 2.q.3.ca. Euphemium.

¶ SED CONTRA est, quòd Adrianus Papa dicit, * Qui non probauerit, quod obiecit, pœnā quā intulit, ipse patiatur.

** Habetur 2.q.3. c. Qui nō probauerit.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, *accusator in causa accusationis constituitur pars intendēs ad pœnam accusati. Ad iudicem autem pertinet, vt inter eos iustitiæ æqualitatem constituat. Iustitiæ autem æqualitas hoc requirit, vt nocumentum quod quis alteri intendit, ipse patiatur, secundum illud Exod.12. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Et ideo iustum est, vt ille qui per accusationem aliquem in periculum grauis pœnæ inducit, ipse etiam similem pœnam patiatur.

** Ar. 1. & 2.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 5. Eth*. In iustitia non semper cōpetit contrapassum simpliciter: quia multum differt, an aliquis voluntariè, an inuoluntariè alium lædat. Voluntario autem debetur pœna, sed inuoluntario debetur venia. Et ideo quando iudex cognouerit aliquem de falsò accusasse, non voluntate nocendi, sed inuoluntariè propter ignorantiam ex iusto errore, non imponit pœnam talionis.

Cap. 9.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ille qui malè accusat, peccat & contra personam accusati, & contra rempublicam. Vnde propter vtrūque punitur. Et hoc est quod dicitur Deuterono. 19. Cúmque diligentissimè perscrutantes, inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, quod pertinet ad iniuriam personæ. Et postea quantùm ad iniuriā reipublicæ subditur, Et auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquā talia audeant facere. Specialiter tamen personæ accusati facit iniuriam, si de falso accuset. Et ideo accusatus si innocens fuerit, potest ei iniuriam suam remittere, maximè si non calumniosè accusauit, sed ex animi leuitate: si verò ab accusatione innocentis desistat propter aliquā collusionem cum aduersario, facit iniuriam reipublicæ. Et hoc non potest ei remitti ab eo, qui accusatur: sed potest ei remitti per Principem, qui curam reipublicæ gerit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœnam talionis meretur accusator in recompensationem nocumenti, quod proximo inferre intendit. Sed pœna infamiæ ei debetur propter malitiam, ex qua calumniosè alium accusauit. Et quandoque quidē Princeps remittit pœnam, & non abolet infamiam. Quandoque autem etiam infamiam abolet. Vnde & Papa potest huiusmodi infamiam abolere. Et quod dicit Papa Gelasius, *Infamiam abolere non possumus, intelligēdum est de infamia facti, vel quia eam abolere aliquando non expedit: vel etiam loquitur de infamia irrogata per iudicem ciuilem, sicut dicit Gratianus*.

Loco cit. in arg.

Ibid.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMANONA, de Vitiis contra iustitiam ex parte rei, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de peccatis, quæ sunt contra iustitiam ex parte rei.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò vtrum peccet aliquis mortaliter, veritatem negando, per quā condemnaretur. ¶ Secundò, vtrum liceat alicui se calumniosè defendere. ¶ Tertiò, vtrum liceat alicui iudicium subterfugere appellando. ¶ Quartò, vtrum liceat alicui condemnato per violentiam se defendere, si adsit facultas.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum absque peccato mortali possit accusatus veritatem negare, per quam condemnaretur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd absque peccato mortali possit accusatus veritatem negare, per quam cōdemnaretur. Dicit enim Chrysosto.* Non tibi dico vt te prodas in publicum, neque apud alium accuses: sed si veritatem confiteretur in iudicio accusatus, seipsum proderet, & accusaret. Non ergo tenetur veritatem dicere: & ita non peccat mortaliter, si in iudicio mētiatur.

** Homil. 31. ad Hebræ. 10.*

¶ 2 Præterea, Sicut mendacium officiosum est quando aliquis mētitur, vt alium à morte liberet, ita mendacium officiosum est, quando aliquis mentitur, vt se liberet à morte: quia plus sibi tenetur, quàm alteri. Mendacium autem officiosum non ponitur esse peccatum mortale, sed veniale. Ergo si accusatus veritatem in iudicio neget, vt se à morte liberet, non peccat mortaliter.

¶ 3 Pręterea, Omne peccatum mortale est contra charitatem, vt suprà dictū * est. Sed quòd accusatus mentiatur, excusando se à peccato, sibi imposito, non contrariatur charitati, neque quantùm ad dilectionem Dei, neq; quantùm ad dilectionem proximi. Ergo huiusmodi mendacium non est peccatum mortale.

q. 24. ar. 12.

¶ SED CONTRA. Omne quod est contrarium diuinæ gloriæ, est peccatum mortale: quia ex præcepto tenemur omnia in gloriā Dei facere, vt patet primę ad Corin. 10. Sed quòd reus id, quod contra se est, confiteatur, pertinet ad gloriam Dei, vt patet per illud quod Iosue dixit ad Acham, Fili mi, da gloriam domino Deo Israel, & confitere atque indica mihi quid feceris: ne abscondas, vt habetur Iosue 7. Ergo mentiri ad excusandum peccatum, est peccatum mortale.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quicunque facit contra debitum iustitię, mortaliter peccat, sicut suprà dictū est *. Pertinet autem ad debitū iustitiæ, quòd aliquis obediat suo Superiori in his, ad quæ ius prælationis se extendit. Iudex autem, vt suprà dictum est, * superior est respectu eius qui iudicatur. Et ideo ex debito tenetur accusatus iudici veritatem exponere, quam ab eo secundum formā iuris exigit. Et ideo si confiteri noluit veritatē, quam dicere tenetur, vel si eam mendaciter negauerit, mortaliter peccat. Si verò iudex hoc exquirat, quod nō potest secundum ordinem iuris, non tenetur ei accusatus respondere. Sed potest vel per appellationem, vel aliter licitè subterfugere: mendaciū tamen dicere non licet.

q. 59. ar. 4.

q. 67. ar. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd quando aliquis secundum ordinē iuris à iudice interrogatur, nō ipse se prodit, sed ab alio proditur, dū ei necessitas respōdendi imponit per eum, cui obedire tenetur.

¶ Ad secundum dicendum, quod mentiri ad liberandū aliquē à morte cum iniuria alterius, nō est mendaciū simpliciter officiosum, sed habet aliquid de pernicioso admixtū. Cùm aūt aliquis mētitur in iudicio ad excusationem sui, iniuriā facit ei, cui obedire tenetur, dum sibi denegat quod ei debet. s. confessionem veritatis.

¶ Super Quæstionis sexagesimanonæ Articulum primum & secundum.

IN articulo primo & secundo quæstionis sexagesimæ nonæ, circa confessionem accusati, seu rei, nota tres casus in litera, in quibus solum tenetur reus fateri veritatē. Primus est, cùm præcessit infamia super aliquo crimine: secūdus, cùm aliqua expressa indicia apparuerūt: tertius cùm pręcessit semiplena probatio. Et quoniā triplex est modus procedēdi in criminibus. s. per inquisitionem, denūtiationē, & accusationem, aduerte diligentissimè, quòd quando per viam inquisitionis proceditur, oportet præcedere infamiā. Et vocatur infamia non frequens vox discolorum, sed frequens vox talis, vt apud probos & prouidos viros reddatur persona de crimine tali rationabiliter suspecta. Dico autem de crimine tali, quia inquisitio non potest fieri nisi de crimine illo, de quo aliquis est diffamatus. Nec est verū id quod quidā scripserunt, s. quòd diffamatus de vno crimine, possit inquiri de aliis. Sed hoc est manifestè contra decretalem, extrà, de accusationibus, capitulo, inquisitionis. vbi habentur hęc verba, Inquisitio fieri debet solūmodo super illis, de quibus clamores aliqui præcesserūt. Et intantū decretalis illa exigi vult præcedentē infamiā super aliquo crimine, quòd si duo vel plures iurati affirmāt aliquē crimen aliquod eisdē videntibus commisisse, de quo aliqua non laborat infamia, non est contra eū propterea inquirendum, & cæt. Nec ratio quæ illos mouit. s. quia non propter occultationem peccati, sed propter occultationem peccatoris prohibetur homo de occultis iudicare, concludit intentum eorū: quoniam falsum est, quòd iudicium de occultis sit prohibitum non propter occultationem peccati: imò quia peccatū est occultum, ideo exemptum est ab inquisitione humana & iudicio humano: quoniam omnia iudicia humana ad publicam potestatem scientiámque spectant. Caueant ergo suæ & subditorum suorum conscientiæ Prælati illorum religiosorum, qui diffamato de vno, præcipiūt inquirendo de aliis, de quibus non est diffamatus: peccant enim ipsi præcipiendo, & subditi non tenentur obedire. Nec excusantur Prælati huiusmodi ex eo, quòd inquirunt de aliquo, de quo fuit aliqua suspicio aliquādo. Oportet enim infamiam seu clamorosam insinuationem pręcedere, & non simplicem suspicionem, vt dictum est.

4. dis. 17. q. 3. art. 1. q. 2. ad 1. & 3. & d. 19. q. 1. art. 3. q. 1. ad 5. & q. 2. cor.

¶ In secūdo aūt casu, cū scilicet manifesta apparuerīt indicia, nota tria. Primò, ꝙ indiciū dupliciter sumi potest. Primò comm

communiter, vt frequēti vsu signa indicia vocamus: alio modo propriè, vt Iuristæ Iudicij nomine vtuntur. Et sic sumitur in proposito, & distinguitur in indicium perfectū & imperfectum, adeo, vt multi testes singulares, nisi aliquis eorum sit omni exceptione maior, non faciant apud eos vnum perfectum indicium, & volunt ad indicium requiri duos testes.

¶ Secūdò, quod non singulariter, sed pluraliter Autor dicit, Indicia: quia regulariter vnum indicium non sufficit ad præcipiendum, & veritatem extorquendam à reo. Dico autem regulariter, quia materia ista de indiciis multum ex prudentia iudicis pendet, consideratis conditionibus & circunstantiis personę, loci, temporis, conditionis, &c.

¶ Tertiò, quòd Autor dicit, indicia non qualiacunque, sed manifesta, quod ad tria referri intelligo. Primò ad factū, cuius est indicium: ita quòd manifestè indicēt tale factum. Secundò, ad personam: ita quòd indicent quòd ipsa perpetrauerit tale facinus. Nam sicut præcedens infamia de crimine, intelligitur non de crimine absolutè, sed de crimine huius personæ, ita quòd persona sit diffamata de crimine: ita in iudiciis oportet vt indicia personæ criminosæ appareant. Tertiò, ad processum: ita quòd indicia huiusmodi manifestentur reo, vt sciat se esse in tali articulo cōstitutū, quòd tenetur obedire iudici præcipiēti & extorquēti veritatē: alioquin quū ipse reputet se esse occultū, & ista indicia sint non iuris, sed facti, ignorantia facti (quod latet ipsum, nisi iudex illi manifestet) excusabit eum. Debent quoque ei manifestari, vt possit se ab illis purgare vel illis opponere rationabiliter: quēadmodum quum præcessit infamia, manifestatur ei, quòd diffamatus est sup tali crimine.

Infra art. 3. cor.

Cap. Si quem pœnituerit.

In Decretali. Li. 2. tit. 7. c. 1.

¶ Num occultum crimen, quod quis fecit præcipiēte superiore, teneatur prodere, vbi nulla præcessit infamia, vel clamor.

¶ Sed occurrit hic dubium ad hominē: quia Autor alibi dicit, quòd si factum est notorium, verbi gratia, Furtum factum est, sed nescitur eius autor, nec habentur indicia alicuius, Prælato præcipienti, vt si quis scit furem, reuelet, tenetur ille qui furatus est, seipsum reuelare: vt patet in allegata collatione habita Parisiis inter Magistros. Et simpliciter quia quinta quæstio. 1. cap. Quidam B. Greg. excommunicauit occultum actorem libelli famosi, nisi se reuelauerit, &c. vt patet ibi. Et communiter videtur excipi casus quando factum est notorium, & autor occultus à casibus, in quibus inquisitio fieri nequit.

¶ Ad hoc dicitur quòd consonum Scripturę sacrę & Iuri Canonico & rationi est, quòd occultus autor non teneatur se prodere. Quum enim contra Cain & Sodomam procederetur, præcessit clamor non solùm criminis, sed personæ. Et de Sodoma apertè dicitur, Clamor Sodomorum ascendit ad me: descendam, &c. De Cain verò insinuatur, quum dicitur, Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Extrà quoque de accusationibus, cap. inquisitionis: expresse dicitur, nullum puniendum de crimine, super quo non laborat infamia Ecce quòd textus vult, quòd persona sit diffamata, &c. Naturalis quoque ratio dictat, quòd occulta scientiæ publicæ, non subsint iudicio publico: cōstat autem quòd persona, quæ furtum fecit, aut incendium posuit, quandoque est occultissima. Non subest igitur humano iudicio, vt teneatur se prodere.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppositum ex quo Autor in libro hoc, vbi ex proposito magis tractat, illam sententiam non explicauit, dicitur, quòd pro infirma habetur.

¶ Ad secundam dicitur, quòd aliud est pręcipere quòd se reuelet, & aliud est præcipere disiunctiuam, scilicet aut probet quod proposuit, aut pœniteat, aut sit excommunicatus, &c. Gregorius non præcipit primum, sed secundum. Et scito quod sicut ante factum potest excommunicari quicunque furtum vel incendium commiserit, & huiusmodi, ita post factum potest excōmunicari quicunque fecit. Et quia potest excommunicari absolutè, multo magis potest excommunicari sub conditione, quæ pendet ex voluntate rei, scilicet si non se reuelauerit. Intelligitur siquidem lata tunc excōmunicatio non super debito reuelandi, sed super commisso crimine: & de gratia speciali apposita est illa conditio, qua possit reus, si vult, euadere excommunicationem. Et hoc directè sonat canon ille Gregorij. Absolutè autē pręcipere quod reuelet se, excedit vires humani iudicij: & propterea non tenetur ille obedire. Et nimis timidi vidētur mihi illi doctores in hoc fuisse, qui oppositum sensisse vidētur Oportet igitur vel infamiam seu clamorosam insinuationem, vel indicia manifesta personæ & criminis sic præcedere, vt vehementer suspectam reddant personam ad hoc, vt teneatur ad præceptū Superioris seipsum reū prodere. Quādo autē in tertio sumus casu, scilicet quòd præcedit semiplena probatio, constat etiam quòd tenetur. Sed aduertēdū, quod cùm plenam probationem efficiant duo testes integrarum conditionū, semiplenam probationem efficit vnus testis omni exceptione maior. Et est sermo de teste secundū iura: qui. s. non actor, non secretus depositor, sed vere testis est iuratus, nō particeps criminis, & ad iudiciū concurrens vt testis. hoc est, quòd vltra accusatorē, vel id quod tenet accusatoris locū, vt infamia, &c. iste omni exceptione maior, testetur directè de visu commissionis criminis ab isto, puta quia vidit ipsum occidere illū, vel furari hoc: sic enim est verè testis semiplenè probans.

q. 55. ar. 4. & 5.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd ille, qui mentitur in iudicio, se excusando, facit & contra dilectionem Dei, cuius est iudicium, & cōtra dilectionem proximi: tū ex parte iudicis, cui debitum negat: tū ex parte accusatoris, qui punitur, si in probatione deficiat. Vnde & in Psal. 140. dicitur, Ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Vbi dicit glo. Hæc est consuetudo imprudentiū, vt deprehensi per aliqua falsa se excusent. Et Greg. 22. Moral.* exponens illud Iob. 31. Si abscondi quasi homo peccatum meum, dicit, Vsitatum humani generis vitiū est, & libendo peccatum committere, & cōmissum negando abscōdere, & conuictū defendēdo multiplicare.

Cap. 13.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum accusato liceat calumniosè se defendere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ accusato liceat calūniosè se defendere? Quia secundū iura ciuilia in causa sanguinis licitum est cuilibet aduersarium suum corrumpere. Sed hoc maximè est calumniosè se defendere. Ergo non peccat accusatus in causa sanguinis, si calumniosè se defendat.

¶ 2 Præterea, Accusator cū accusato colludēs, pœnam recipit à legibus constitutam, vt habetur 2. quæstio. 3*. Non autem imponitur pœna accusato per hoc, quòd cū accusatore colludit. Ergo videtur ꝙ liceat accusato calūniosè se defendere.

¶ 3 Præt. Prouerb. 14. dicitur, Sapiens timet & declinat à malo: stultus aūt trāsilit & confidit. Sed illud quod fit per sapientiā, non est peccatū. Ergo si aliquis qualitercunque se liberet à malo, non peccat.

¶ SED CONTRA est, quòd in causa criminali iuramentum de calumnia est præstandū, vt habetur extra, de iuramēto calūniæ, Inhærētes*. Quòd nō esset, si calūniosè se defendere liceret. Ergo nō est licitū accusato calūniosè se defendere.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliud est veritatē tacere, aliud est falsitatem proponere. Quorū primū in aliquo casu licet: nō enim aliquis tenetur omnē veritatem confiteri, sed illā solùm, quam ab eo potest, & debet requirere iudex secūdum ordinem iuris: puta cùm præcessit infamia super aliquo crimine vel aliqua expressa indicia apparuerint, vel etiā cùm præcessit probatio semiplena. Falsitatē tamen proponere in nullo casu licet alicui. Ad id autem quod licitū est, potest aliquis procedere vel per vias licitas & fini intento accōmodas, quod pertinet ad prudētiam: vel per aliquas vias illicitas & proposito fini incongruas, quod pertinet ad astutiam, quæ exercetur per fraudem & dolū, vt ex supradictis patet.* Quorū primum est laudabile, seundum verò vitiosum. sic ergo reo qui accusatur, licet se defendere veritatem occultando, quam confiteri non tenetur per aliquos conuenientes modos, puta quòd non respondeat, ad quæ respondere nō tenetur. hoc autē non est calūniosè se defendere, sed magis prudenter euadere. Non autem licet ei vel falsitatem dicere, vel veritatem tacere, quā confiteri tenetur. Neq; etiam aliquem dolum vel fraudem adhibere, quia fraus & dolus vim mendacij habēt. Et hoc est calumniosè se defendere.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū quòd multa secundū leges humanas impunita relinquuntur: quæ secundū diuinū iudicium sunt peccata. Sicut patet de simplici fornicatione: quia lex humana nō exigit ab homine omnimodā virtutē, quæ paucorum est, & non potest inueniri in tanta multitudine populi, quātam lex humana habet necesse sustinere. Quòd autem aliquis nō velit aliquod peccatum cōmittere, vt mortē corporalē euadat, cuius periculū in causa sanguinis imminet reo, est perfectæ virtutis: quia omniū terribilium maximè terribile est mors, vt dicit in tertio Ethic*. Et ideo si reus in causa sanguinis corrumpat aduersarium suum, peccat quidem inducendo eum ad illicitū. Non autē huic peccato lex ciuilis adhibet pœnam: & pro tanto licitum esse videtur.

Cap. 6. to. 5.

¶ Ad secundū dicendū, quòd accusator, si colludat cū reo, qui noxius est, pœnam incurrit, ex quo patet quòd peccat. Vnde

¶ Num mentiens in iudicio quocunque modo peccet.

¶ In responsione ad tertium primi articuli, vbi dicitur & probatur mendacium in iudicio esse peccatum mortale: quia est contra dilectionem Dei, cuius est iudicium: & contra dilectionem proximi, iudicis. s. cui debitum negat, dubium occurrit, An propter imperfectionem actus ex parte materiæ excusetur à peccato mortali mentiens in iudicio. Verbi gratia, in iudicio sacramenti pœnitentiæ reus interrogatur à iudice confessore, s. an dixerit vel fecerit tale quid, quod est peccatū veniale, & reus negando mentitur, an mendacium tale sit peccatum mortale. Et est ratio dubij imperfectio actus mentiendi ex parte materiæ: quia. s. mentitur in materia non necessaria ad iudiciū. Ex hoc enim videtur excusari à peccato mortali. Nā ex hoc quòd non tenetur fateri hoc in iudicio, sequitur quod non est mendacium circa debitam iudicij veritatem, ac per hoc, quòd non sit mortale.

¶ In oppositum autem est, quòd mendacium in iudicio, quantum in se est, incurrit iudicij vim, &c.

¶ Ad hoc dicitur quòd huiusmodi mendacia in iudicio sunt peccata mortalia, ex hoc ipso, quòd ad iudicium spectant. Et contra veritatem iudicij sunt, vt patet ex hoc, quòd iudicium quod super hoc mendacio fundatur, falsum oportet esse. Et in foro pœnitentiæ iniuria pręcipue fit Deo, cuius est peculariter iudicium illud, vt patet. Imperfectio autem materiæ habet locum respectu actus mētiendi secūdum se, sed non vt substat iudicio, sicut non habet locum, vt substat iuramento. Ita quod sicut mentiens in quocunque leui, si adhibet iuramentum, peccat mortaliter, ita mentiens in quocunque leui, si submittit mendacium illud iudicio, peccat mortaliter. Ipsa enim vis iudicij exigit veritatem iudicandorum, sicut vis iuramenti exigit iuramentorum. Nec variat hoc, quia non tenetur reus hoc fateri: quia tenetur, si fatetur, fateri veritatem, sicut si iurat, tenetur iurare veritatem. Et sic talis mentiens mentitur cōtra veritatem debitam iudici, non simpliciter & absolutè, sed debitam iudici, ex suppositione scilicet, si hoc supponitur illius iudicio.

¶ Super Quæstionis sexagesimanonæ Articulum tertium & quartum.

¶ Num damnatus ad mortem, vel carcerem possit quocunque modo fugere, vel euadere.

IN arti. 3, & 4. eiusdem quæstio. 69. quæstiunculæ multæ occurrunt circa doctrinam traditam in responsione ad secundum quarti articuli, de fuga iuste damnati ad mortem.

¶ Prima

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Prima est: quia conclusio ipsa, scilicet quòd liceat iustè damnato fugere, non videtur quibusdam vera: quia hoc esset in scandalum custodum, qui ex fuga illius molestarentur.

¶ Secunda est: quia derentus damnatus ad mortem, est implicitè damnatus ad carcerem, ac per hoc tenetur subire pœnam carceris iniustam à iudice, & consequenter iustitiam & obedientiam debitam violat fugiens.

¶ Et confirmatur, quia eadem est ratio de pœna hac, vel illa: puta mortis, verberis, &c. Sed detentus propter alias pœnas & damnatus, non potest licitè fugere, vt quidam dicunt: ergo nec damnatus ad mortem.

¶ Tertia quæstio est, an iste dānatus licitè possit disrumpere vincula, & compedes, quibus alligatus est, vt possit fugere.

¶ Quarta est, an possit effringere carcerem licitè: & est ratio harum, quia duo hęc nō possunt nisi violenter fieri. Et quum hæc sint Superioris autoritate facta, inferendo violentiam istis, infertur vis actori eorū, & resistitur eidē. Ex alia autē parte apparet licitum: quia alias vana esset concessio fugæ, & non posset à vinculis absolui.

¶Quæstio 5. est, an liceat aliis adiuuare hominem huiusmodi ad fugiendū, dando ei consilium & auxilium. Est ratio dubij: quia hic apparet, quòd sic, eo quòd opem ferūt dāti operam rei licitæ, & sicut digni sunt morte secundū Apostolum, qui consentiunt malefactoribus: ita per oppositum qui consentiunt licita facientibus, non errant. Inde verò apparet quòd non: quia turpis est illa pars, quæ non consonat suo toti. Publica autem potestas quæ totum repræsentat, vult illum detineri. Non potest ergo absq; publica offensa ab aliis opera dari ad damnati fugam. Et confirmatur, quia tales inuenti puniuntur quod non fieret si peccarent.

¶ Sexta quæstio est circa rationem literæ: quia assignat non causam, vt causam. Ex hoc enim quòd nullus ita damnatur, vt ipse sibi mortem inferat, non sequitur quòd non teneretur dānat⁹ manere in carcere, nisi manere in carcere esset seipsum occidere: quod est manifestè falsum. Manere enī in carcere & non volens fugere, non occidit seipsum: alioquin martyres nolentes fugere, fuissent sui homicidæ.

¶ Septima quæstio est: quia hæc etiam propositio scilicet nullus ita condēnatur, vt inferat sibi mortem, patitur instantiam de damnatis ad sumendum venenum, vt Socrates fuit.

¶ Octaua quæstio est, An dānatus, vt fame moriatur, teneatur comedere, si potest, alioquin sui homicidium incurrat. Quia hic videtur quòd teneatur: quoniam non comedere est directe se occidere, vt patet in secundo de Anima, & experientia testatur. Inde autē quòd non: quia potest patenter sententiā contra se latam sustinere: nec tenetur eius executionē impedire, quamuis possit, vt sancti martyres fecerunt, nolentes impedire martyrium suum.

¶ Nona quæstio est pollicita superius in quæstione 31. artic. 2. ad tertium. An damnatis iuste, vt fame moriantur, possimus licitè ministrare occulte panem. Et est specialis dubitandi ratio, quia in loco allegato Autor excipere videtur hanc subuentionem ab operibus beneficentiæ, concludendo, nisi secundum ordinem iustitiæ pareretur.

¶ Ad primam dubitationem dicitur, quòd quia ea, quæ sunt per accidēs, non mutant iudicia actuum: & per accidens: quia præter intentionem fugientis est cùm inducere aliquem ad peccādum sit peccatum, vel qualitercunque peccati participem esse, cùm Apostolus dicat dignos morte eos, qui peccātibus consentiunt: manifestum est quod etiā reus peccat, cū aduersario colludēdo: non tamen secundum leges humanas imponitur sibi pœna propter rationem iam dictam.

¶ Ad tertium dicendū, quòd sapiēs non absconditse calumnioſe, sed prudenter.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum reo liceat iudicium per appellationem declinare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod reo nō liceat iudicium declinare per appellationem. Dicit enim Apostolus Roma. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Sed reus appellando, recusat subiici potestati superiori, scilicet iudici. Ergo peccat.

¶ 2 Præterea, Maius est vinculum ordinariæ potestatis, quàm propriæ electionis. Sed sicut legitur 2. q. 6. A iudicibus quos communis consensus elegerit, non liceat prouocare. Ergo multò minus licet appellare à iudicibus ordinariis.

¶ 3 Præterea, Illud, quod semel est licitū, semper est licitum. Sed non est licitū appellare post decimum diem, neq; tertiò super eodem. Ergo videtur quòd appellatio non sit secundum se licita.

¶ SED CONTRA est, quòd Paulus Cæsarem appellauit: vt habetur Act. 25.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplici de causa contingit aliquem appellare. Vno quidem modo confidētia iustæ causæ: quia videlicet iniustè à iudice gratur. Et sic licitum est appellare. Hoc enim est prudenter euadere. Vnde 2. q. 6. dicitur, Omnis oppressus, liberè sacerdotum, si voluerit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur. Alio modo aliquis appellat causa differendæ moræ, ne contra eum iusta sententia proferatur. Et hoc est calumnioſe se defendere: quod est illicitum, sicut dictum est *. Facit enim iniuriam & iudici, cuius officium impedit: & aduersario suo, cuius iustitiam quantùm potest perturbat. Et ideo sicut dē 2. quæstione 6. omnimodo puniendus est, cuius appellatio iniusta pronuntiatur.

2. q. 3. c. omnis oppressus.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ potestati inferiori intātū aliquis subiici debet, in quantū ordinē Superioris seruat, à quo si exorbitauerit, ei subiici nō oportet: puta si aliud iusserit Procōsul & aliud Imperator, vt patet per gloſſ.* Roma. 13. Cum autem iudex aliquem iniustè grauat, quantùm ad hoc relinquit ordinem superioris potestatis, secūdum quam nec cessitas sibi iustè iudicādi imponitur. Et quòd custodum tribulatio consequatur: ideo ob hoc damnatus ad mortē non tenetur non fugere, sed licitè potest fugere. Et quia dæ operā rei licitæ, quicquid mali proinde custodibus inferatur à iudice, non imputatur fugienti.

¶ Ad secundam dubitationem dicitur, quòd falsum est quòd detentus dānatus ad mortem, sit implicitè damnatus ad carcerē. Nec enim ante sententiam, neque in sententia facta est talis condemnatio, sed solùm custoditur, vt damnandus vel dānatus ad futuram pœnā. Dico autem hoc, quia iudex si cur potest damnare aliquem ad carcerem amplū, assignā do sibi vnam insulam pro carcere, vt patet in his qui exulant in circumscripto loco, & proculdubio tenentur damnati ad hoc seruare sententiam: ita potest dānare ad carcerē arctū & vincula: & nō posset sic damnatus licitè fugere, licet quidam dixerint quòd iudex nō potest iudicè, nisi violētia facti capere, detinere, & occidere. Hoc enim circumscriptus sola sententia locus in exiliis manifestat esse falsum. Propter quod si iuris ordo haberet, quòd dānatus ad mortem, dānaretur quoque interim ad carcerem, non posset licitè iste fugere: quia ex damnatione ad carcerem, teneretur iste ibi manere, sicut tenetur aliis iustis sentēciis parere. Nec hoc est dānare eum ad mortem sibi inferendam, sed ad manendum infra terminos loci illius.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd non est eadem ratio de omnibus pœnis, sed de omnibus pœnis, quę consistunt solum in pati.

¶ Ad cuius euidentiam scito, quòd pœnæ sunt in duplici differentia: quædam sunt, ad quas non aliter quis damnatur, nisi vt patiatur illatas, vt patet de morte, mutilatione, flagellis, tortura, & huiusmodi. Nō enim damnatur aliquis, vt se occidat, mutilet, torqueat, &c. sed vt patiatur hæc sibi illata. Et de his omnibus eadem est ratio, quæ de morte, vt scilicet damnatus aut damnādus ad aliquid horum, possit licite fugere: quia non tenetur nisi ad pati, vt infra patebit. Quædam verò sunt, ad quas sic subeundas aliquis damnatur, vt ipse cooperetur ad eas, vt patet de exilio, & circunscriptione, & pœna pecuniaria. Damnatur siquidem aliquis, vt eat in exilij locum: & ibi infrā præfixos sibi terminos maneat, vt soluat huiusmodi. Et ab harum executione nō licet se subtrahere post sententiam, quia damnatus est ad faciendum. Ante verò sententiam potest licitè fugere, eadem ratione, qua damnatus ad mortem potest licitè fugere, s quia non tenetur facere, hoc est manere in loco, vnde sequeretur sui pati, hoc est damnare, si ex sua absentia euitaretur damnatio. Alioquin omnino tenetur in foro conscientiæ subire latam pōst sententiam. Religiosi tamen, quia libertate sui motus processu extra claustra se priuarunt, supponentes se pertria vota Prælatis suis, quacunque ex causa à suis prælatis iuste detineantur, non possunt licite extra præfixos sibi terminos fugiendo exire, quum nec exire possint non detenti claustrum sine licentia Prælati.

¶ Ad tertiam & quartam quæstionem simul Henricus de Gandauo quolibeto nono, artic. vigesimoprimo, respondet negatiuè: quia si frangeret vinculā aut carcerem, resisteret iudici in his, in quibus habet potestatem: & iniuriā illi faceret, sicut si percuteret suos ministros custodes. Et quemadmodum, inquit, licitum est transire per alienum agrum, non tamen sepem illius disrumpere, vt transeatur: ita licitum est fugere, non tamen vincula & carcerē rūpere. Si quis tamen

tamen diligēter distinguat inter fugam, vel defensionem, ac inter vim inferre rationalibus, vel irrationalibus, declinabit in partem oppositā. Quū enim inter iudicem & damnatum iuste ad mortem, sit ex parte iudicis bellum iustum, consequens est quod damnatus nō possit se defendere, nō resistere, pugnando contra eū. Sed sicut fugere non est resistere, pugnare, aut defendere, sed non tenere seipsum in hoc loco: ita frangere vincula & carceres non est pugnare, sed absoluere seipsum à cōtinētia vinculorū & carceris: multum quoq; refert vim irrationalū vel rationaliū repellere. Nam illata vis rebus irrationabilibus præcisè non redundat in autorē eorū: cuius signum est, quòd si quis vinculis sibi ab ecclesiastico iudice impositis, violentiam inferat effringēdo, non est excōmunitatus. Et si quis damnatus vt deuoretur à leone, pugnet cum leone, & leone superato, fugiat, nulli iniuriā facit. Hæc enim attestari videntur, quòd si fugere volens, vim inferat custodibus, quòd iniustè facit: sed si absentibus, vel dormientibus eis frangat vincula, vel carceres, iudici, vel officialibus imputandū videtur, quòd tām debiliter ostia firmata vel seræ fabricatæ sunt, vt potuerint à detento frangi. Vnde nō video, quare nō possit damnatus ad mortē, violentiā vinculis & carceri præcisè, absq; strictū omni cuicunq; custodi inferre. non enim hoc est sicut percutere ministros aut pugnare cōtra eos: nec est resistere iudici in iis, in quibus habet potestatē: sed contingere se sub circumscriptione vinculorū, & carceris, & eisdē non actori eorum vim inferre. Nec est simile de fractione sepis: quia in fractione sepis agitur de damno, quā infertur domino per sepis ruinam. Hic autem non est quæstio de damno pretij vinculorum, aut serarum carceris (facile enim dici pōt quòd effractor soluere tantūdem est paratus) sed est quæstio, an iste actus effractionis reducatur ad fugam, an ad pugnam. Nam si tenet se ex parte fugæ, licitus est: si sapit pugnam, illicitus est. Propter quod non oportet veritatem ex similitudinibus scrutari, sed ex propriis.

¶ Ad quintam quæstionem dicunt quidam, quòd eadem ratione possunt alij opem ferre damnato, vt fugiat, sicut potest ipse fugere.

¶ M: hi distinguendum occurrit, quod quidam homines sunt velut partes publicæ potestatis, vt custodes, ministri, officiales, partes reipublicæ, & huiusmodi: quorum est fouere vel exercere publicam potestatem. Et his ratione status eorum (quia scilicet eis incumbit fouere publicam potestatem) licitū est consilium vel auxilium fugę præstare. Eorum enim est damnatum seu dānandum detinere: & velut proditores & collusores essent partes detenti fouendo. Cæteri autem, quorum non interest publicam fouere potestatem, licitè possunt cooperari ad fugam damnati. Et ratio est, quia regulariter nullus prohibetur à cooperatione actus alteri licitī, nisi per accidens: puta, quia statui vel officio suo hoc repugnat. Apparet namq; inductiuè in omnibus, quòd si mihi licitum est emere, vendere, bellare, contrahere, &c. quòd dans mihi consilium, auxilium, vel fauorem, ad actum illū licitè operatur, nisi ratione status, officij, vel huiusmodi, reddatur sibi ista cooperatio illicita, vt clericis redditur illicitum cooperari ad causam sanguinis, quamuis iustā. Et in proposito officialibus, qui tenentur ad custodiam damnati, redditur illicitum operari quouis modo ad fugā. Et si opinio in præcedenti quæstione de licita effractione carceris à damnato est vera: consequens est, vt iis, qui licitè cooperantur ad fugā, liceat cooperari ad frangendum vincula & carceres: eadē ratione subministrādo damnato incluso limam vel aliquod instrumentū, quo possit se absoluere à vinculis & carcere. Nec hinc accipias me dicere quòd liceat aliis concurrere ad carcerē, & frangere illum. Hoc enim nec somniaui. Nam si non liceat ire ad frangendum seram domus priuatæ, multo minus domus publicæ. Multū enim refert, ab intus incluso frangi seram carceris, & ab extra à liberis, hoc est, offendere publicam potestatē, cuius est carcer, sicut frangere vel aperire inuito domino domum priuatam, est offendere dominum illius. Illud autē ad licitam fugam spectare videtur: nec tales inuenti punirentur, quia adiuturi erant ad fugam, sed quia præsumeretur quòd contra publicam potestatem operarētur.

¶ Ad sextam quæstionē dicitur, quòd ratio literæ est optima: sed non sic dedu-

cenda est, vt arguendo deducirur. Soliditas siquidem illius rationis literæ est differentia inter damnationem ad pati, & damnationem ad facere: & intēdit quòd dānatus ad pati non tenetur ad facere id vnde sequatur suum pati. Et in promptu ratio est, quia nō est dānatus ad facere. Vnde assumit, q̄ quia nullus dānatur ad mortem sic, vt sibi mortem inferat, sed vt patiatur: ideo non tenetur facere id, vnde sequatur pati mortem: quod tamen faceret, si cōtineret seipsum in eodem loco, potēs seipsum inde mouere. Et hic est verus sensus huius rationis: & hinc patet ratio dictorum in secundæ dubitationis solutione.

¶ Ad septimam dubitationē dicit, q̄ postquā ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster, cognouisse videntur iudices, q̄ hoc nō licet: quāuis forte vereres concedendo optionē generis mortis, magis quā iudicando faciebāt hęc. Quemadmodū enim non licet dānare aliquē, vt seipsum confodiat, ita nec q̄ seipsum mergat, aut veneno occidat: q̄a sententia debet esse de actu iusticiæ. Nō est autē actus iustitiæ seipsum occidere: tū quia actus iustitiæ est ad alterum, & nō ad seipsum: tum quia est contra ius naturæ & charitatem, vt in quęstione de homicidio habitum est. *Infrà art. 3. ad 3.*

¶ Ad octauā dubitationem dicit, quòd nemo dicunt quidā, quòd non tenetur comedere, sed potest tanquam patienter sufferens sententiam, absque cibo expectare mortem. Sed hoc *2. q. 2. 0. ad fin. to. 4. & lib. 22. contra Faustum* est verum: quia nec priuata nec publica autoritate potest quis seipsum licitè occidere. Constat autē quod nolle vti alimento habito, est occidere seipsum nō minus, quā seipsum gladio transuerberare. Vnde dicendum est quod tenetur comedere, vt ius naturæ seruet. Nec hoc est impedire executionē sententiæ: tum quia non est dānatus ad hoc, scilicet vt se occidat non comedendo: sed ad hoc vt subtracta sint sibi alimēta, non à quibuscunque, sed à custodibus, & huiusmodi. Vnde alij ministrantes tali damnato alimēta, non peccant eadem ratione, qua possunt adiuuare ad fugam. In cuius signum laudabiliter à Maximo Valerio in libro quinto commemoratur Rues Atheniensis, quæ Cimona patrem suum lactē proprio pauit, ne inedię moreretur pœna: quamuis nullus teneatur tali damnato ministrare alimenta, tanquam in extrema necessitate constituto: quia secundum iustitiæ ordinem in illa constituitur necessitate, &c. Tum quia si ad se occidendum esset damnatus, sententia contra ius naturale iniqua esset, & non seruanda.

¶ Ad nonam quæstionem ex dictis patet quid dicendum est. Ad obiectionem autem ex verbis Autoris superius habitis respondetur dupliciter. Primò, quòd secundum literalem cōstructionem alia exceptio non refertur ad mortem ex fame aut siti, sed ad pati aliquod huiusmodi dispendiū. Inquit enim, Sicut subueniendū eis esset, ne fame aut siti morerētur, aut aliquod huiusmodi dispendium, nisi secundum ordinem iustitiæ paterētur. Vbi patet quòd exceptio illa, nisi secundum ordinem iustitiæ, non constituitur cum illo verbo, morerentur, sed cum illo verbo, paterentur. Secundò dicitur & melius, concedendo quòd exceptio ad totum refertur: quia de similis dispendij passione litera expressè loquitur excipiendo, dum dicit, Aut aliquod huiusmodi dispendiū, nisi secundum ordinem iustitiæ paterētur. Vbi patet, quòd excipit ordinem iustitiæ, quando patitur quis dispendium simile morti ex fame vel siti. Dicendum ergo est, quòd quia tota illa Autoris sententia fundatur super articulo, seu casu necessitatis, in quo hostes reipublicæ vel excommunicati constituti essent, vt patet ex eo quod ita incipit: si tamen immineret necessitas, ne natura deficeret, esset eis subueniendum &c. Ideo exceptio intelligenda est, quod fiat à debito subueniendi, & non à potestate subueniendi damnatis ad patiendum secundum iustitiæ ordinem huiusmodi dispendia: ita quod sensus est, quod licet necessitas deficientis naturæ imminens in hoste reipublicæ, aut excommunicato, obliget nos ad subueniēdum illis, ne fame, aut siti moriantur, aut simile dispendium patiantur, non tenemur tamen ad huiusmodi subuentionem, si secundum iustitiæ ordinem hæc patiantur: cum qua doctrina patet stare, quod licitè possimus damnatis ad mortem & huiusmodi dispendia patiendum, ministrare necessaria vitæ.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ Articulum primum.

In art.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA, de Iniustitia ad testes pertinente, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iniustitia pertinente ad personam testis.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò vtrū homo teneat⁹ ad testimoniū ferendū. ¶ Secūdò, vtrū duorū vel triū testimoniū sufficiat. ¶ Tertiò, vtrum alicuius testimonium repellatur absque eius culpa. ¶ Quartò, vtrū prohibere falsum testimonium sit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum homo teneatur ad testimonium ferendum.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur q̄ homo nō teneatur ad testimonium ferendum. Dicit em Aug.* in quæstionibus Genes. q̄ Abrahā dicens de vxore sua, Soror mea est, veritatem celari voluit, non mendacium dici. Sed veritatē celādo, aliquis à testimonio abstinet. Ergo non tenetur aliquis ad testificandum.

¶ 2 Præterea, Nullus tenetur fraudulēter agere. Sed Prouerb. 11. dicitur, Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autē fidelis est, celat amici commissum. Ergo non tenetur homo semper ad testificandum, præsertim super his, quę sunt sibi in secreto ab amico commissa.

¶ 3 Præterea, Ad ea quæ sunt de necessitate salutis, maximè tenēt clerici & sacerdotes. Sed clericis & sacerdotib⁹ prohibetur ferre testimoniū ī causa sanguinis. Ergo testificari nō ē de necessitate salutis.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustinus dicit, Qui veritatē occultat, & qui

Universidad de Deusto Biblioteca

IN arti.primo quæstionis septuagesimæ nota in corpore articuli doctrinam superius datam, in hoc. s.quod infamia de vno crimine non dat ius iudici inquirendi de illis eiusdem viri criminibus occultis, & sine infamia de illis, firmari ex præsenti doctrina,quum litera dicit,quod si à iudice exigatur testimonium in illis,puta in occultis,& de quibus infamia non præcessit,non tenetur ad testificandũ subditus, de quo loquitur. Par autem aut maior est ratio de reo,quia contingit occultius esse sibi proprium crimen, de quo interrogaretur,quàm id de quo iam posset alius testimonium reddere. Qua nanque ratione testis conscius,& subditus non tenetur de his testificari, eadem & maiori, vt dictum est,non tenetur subditus reuelare interrogatus.

¶ *Num cura debeat esse testibus, si immineat periculum accusatori.*

Quæstio. ¶ In eodem articulo circa calcem corporis, vbi dicitur, quòd si immineat periculum accusatori, non est curandum: quia ipse in hoc periculum sponte se ingessit, dubium occurrit: quia quum superius Autor dixerit ꝗ accusator quandoque tenetur ad accusandum. Tunc enim si sciens nõ tenetur testificari, nec tenetur curam habere de accusatoris defectu, in qua erit accusatoris & testiũ cõditio,vt, s.vnus teneatur ad accusandũ,&alij nõ teneãtur ad testificãdũ nisi coacti à iudice? Tam aperta autem esset iniquitas hæc, vt nõ egeat probatione. *Est Ambros.in hũc locum.* ¶ Ad hoc dicitur quòd obiectio procedit ex mala applicatione literæ.In litera siquidem ponũtur duo casus,circa nõ coactum testimonium. Primus est, quando agitur ad liberãdum hominem ab iniustitia aliqua: secundus est quando agitur ad cõdemnationem alicuius.Et quoniam sermo doctoris est formalis, non loquitur in hoc secundo casu, nisi quando præcise agitur ad cõdemnationem alicuius. Et propterea constat, quòd non cõtinetur sub hoc membro casus, in quo aliquis tenetur ad accusandum:seu ex obligatione accusauit (quia nullus tenetur ad accusandum de quocunque crimine, vt proximus cõdemnetur, quantumcunque iustè condemnari possit) sed sponte accusat quicunque sic accusat. Et propterea litera dicit, quòd de accusatore tali non est curandum.Continetur igitur casus in quo accusator ex necessitate accusauit sub primo huius literæ casu, & membro, quando scilicet agitur ad liberandum hominem ab aliquo damno, quoniam obligatio ad accusandum est,quando imminet periculum spirituale,vel corporale multitudinis,iuxta superius habita.Cõstat autem quòd si pro liberãdo homine ab aliquo iniquo malo tenetur homo testificari sponte,à fortiori pro liberanda multitudine ab infectione hæresis, vel à seruitute tyrannica, & cætera.Vniuersaliter enim pro regula habendũ est,quòd si quis tenetur ad accusandum,conscij tenentur ad testificandum,tanto plus, quãto cum minori suo periculo potest quis testificari,quàm accusare,quia non obligat se testis ad pœnam talionis.Nulla igitur ex dictis consurgit iniquitas.Vnde in responsione ad primum Autor colligens doctrinam hanc,ad duo capita reducit,scilicet ad autoritatem iudicis & damnum proximi.Et in responsione ad secundum explicitè tenet,quòd in huiusmodi propalare tenetur testificando vel denũtiando, prout opus fuerit.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte, vt scias discernere inter illa quæ sciuntur sub sacramẽtalis confessionis sigillo,ita quòd verè audiuit illius confessionem, & inter illa quæ sciuntur sub sigillo confessionis non verè, sed ad imitationem seu similitudinem confessionis,vt frequenter fit à dicentibus aliquid in secreto, Dico tibi hoc in confessione, seu in pœnitentia, seu inchoant, Confiteor Deo & tibi.& tamen in nullo confitentur se peccasse,sed communicant tantum quæ sunt dicturi, & huiusmodi. Hęc enim si acceptatio audientis,sine qua nihil fit,interuenit, nõ magis obligant quàm iuramentum de tenendo secretum. Et propterea tenetur ea reuelare, si sunt talia,quæ sint in alterius damnum. Prima autem in nullo casu reuelare licitum est,quia,vt in litera dicitur, illa scit vt Deus: & maius est vinculum sacramenti quolibet hominis etiam Papæ præcepto. *Annota.*

¶ In calce eiusdem responsionis ad secundum nota, quòd ex hoc quod seruare fidem est de iure naturæ, non sequitur. Ergo præterire seu delinquere in hoc, est peccatum mortale. Potest enim esse veniale, vt patet in simili. Mentiri enim est contra ius naturæ, & tamen non sequitur, Mentiri est peccatum mortale. Oportet ergo aduertere ad materiam simpliciter, vel vt ab hoc, vt discernatur, quando reuelare secretum est mortale vel veniale. Sunt enim quædã quæ etiam si non sint nostræ fidei commissa, tenemur seruare secreta, vt occulta adulteria, & facta, quæ reuelata essent semina discordiæ, & huiusmodi. Sunt etiam quædam quæ etsi simpliciter possent referri quantum in noticia nostra est, occultas tamen habent rationes in eo, qui fidei nostræ commisit, quia voluit secretum seruari. Et propterea ex quo promissum est acceptando in secreto, non solùm seruandum est, sed posset pro rei nobilitate esse peccatũ mortale huiusmodi reuelatio. Sunt autem quædam, quarum occultatio nulli prodest, reuelatióque nulli nocet, quæ leuiter committuntur & acceptantur in secreto. Et in his veniale est fidẽ violare, quia quũ nec ex materia inferatur alicui iniuria,aut iniustitia, quia nõ est materia perniciosa,nec ex forma,scilicet violatione iuris naturæ, fit contra Deum aut proximum,sed præter debitũ proximo,ratione imperfectionis rei,de qua agitur,non

prodit mendacium, vterque reus est. Ille,quia prodesse non vult, hic, quia nocere desiderat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in testimonio ferendo distinguendũ est: quia aliquando requiritur testimoniũ alicuius,aliquãdo nõ requiritur.Si requiritur testimonium alicuius subditi autoritate Superioris,cui in ijs,quæ ad iustitiã pertinẽt,obedire tenetur: nõ est dubium quin teneatur testimonium ferre in iis, in quibus secundũ ordinẽ iuris testimoniũ ab eo exigitur,puta in manifestis, & in iis,de quibus infamia præcessit.Si aũt exigatur ab eo testimoniũ in aliis,puta in occultis,&de quibus infamia nõ p̃cessit non tenetur ad testificandũ:si verò requiratur ei⁹ testimoniũ nõ autoritate Superioris,cui obedire tenet̃,tũc distinguendum est,quia si testimoniũ requiratur ad liberandũ hominẽ, vel ab iniusta morte seu pœna quacũq;,vel à falsa infamia,vel etiam ab iniquo dãno,tũc tenetur homo ad testificandũ.Et si eius testimoniũ non requiratur,tenetur facere qđ in se est, vt veritatem denũtiet alicui,qui ad hoc possit prodesse. Dicit̃ enim in Psalm. Eripite pauperẽ,& egenũ de manu peccatoris liberate.Et Prouerbiorũ vigesimoquarto,Erue eos qui ducunt̃ ad mortẽ. & Romanorũ primo dicitur, Digni sunt morte nõ solùm qui faciũt, sed etiã q̃ cõsentiũt faciẽtibus.Vbi dicit glo.* Cõsentire est tacere cùm possit redarguere. Sup iis verò quæ pertinẽt ad condemnationem alicui⁹,nõ tenetur aliquis ferre testimonium,nisi cùm à Superiori cõpellitur secũdũ ordinẽ iuris.Quia si circa hoc veritas occultet̃,nulli ex hoc speciale dãnum nascit̃.Vel si immineat periculum accusatori,nõ est curandũ,q̃a ipse in hoc periculũ sponte se ingessit.Alia autem ratio est de reo,cui periculũ imminet eo nolẽte.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug.loquitur de occultatione veritatis in casu isto, quando aliquis non compellitur Superioris autoritate veritatem propalare,& quando occultatio veritatis est nulli specialiter damnosa.

¶Ad secundũ dicendũ,quod de illis quæ homini sunt cõmissa in secreto p confessionem,nullo modo debet testimoniũ ferre,q̃a huiusmodi nõ scit vt homo,sed tanquã Dei minister,& maius est vinculũ sacramẽti quolibet hominis præcepto.Circa ea verò quæ aliter homini sub secreto cõmittũtur,distinguendũ est.Quãdoque em̃ sunt talia,quæ statim cùm ad notitiã hominis venerint, homo ea manifestare tenet̃,puta si pertinent ad corruptionem multitudinis spiritualem vel corporalẽ, vel in graue dãnum alicuius p̃sonæ,vel si quid aliud est huiusmodi,qđ quis propalare tenetur vel testificãdo, vel denũtiando. Et cõtra hoc debitũ obligari non põt per secreti commissum, quia in hoc frangeret fidem,quã alteri debet.Quãdoque verò sunt talia quæ quis prodere non tenetur,vnde põt obligari ex hoc, quòd sibi sub secreto cõmittuntur, & tũc nullo modo tenetur ea prodere,etiã ex præcepto Superioris,quia seruare fidẽ est de iure naturali.Nihil autẽ potest præcipi homini contra id quod est de iure naturali.

¶Ad tertiũ dicendũ,ꝗ operari & cooperari ad occisionẽ hominis,nõ cõpetit ministris altaris,vt suprà dictũ est*.Et iõ secundũ iuris ordinẽ cõpelli nõ possunt,ad ferendum testimoniũ in causa sanguinis. *q. 64. ar. 4.*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum sufficiat duorum vel trium testimonium.

AD SECVNDVM sic p̃ceditur. Videtur ꝗ nõ sufficiat duorum vel trium testimoniũ. Iudiciũ enim certitudinem requirit. Sed non habetur certitudo veritatis per dictum duorum testium. Legitur enim 3.Regum 21.quòd Naboth ad dictum duorum testium falsò condemnatus est. ergo duorum vel trium testimonium non sufficit.

¶2 Præterea,Testimonium ad hoc,quòd sit credibile,debet esse concors.Sed plerunque duorum vel trium testimonium in aliquo discordat. ergo non est efficax ad veritatem in iudicio probandam.

¶3 Præt.dr̃*,Præsul nõ dãnetur,nisi septuaginta duobus testibus, presbyter aũt Cardinalis nisi* quadraginta quatuor testibus nõ deponatur, diacon⁹ Cardinalis vrbis Romæ nisi in*28.testibus non condẽnabitur,subdiaconus,acolytus, exorcista,lector,ostiarius, nisi cũ septẽ testibus non condẽnabitur.Sed magis est periculosum peccatũ eius,qui in maiori dignitate cõstitutus est,& ita min⁹ est tolerandum.Ergo nec in aliorum condẽnatione sufficit duorum vel trium testimonium. **2.q.5. *Aliàs. 64. *Aliàs, 27.*

¶SED CONTRA est quod dicitur Deuteronomij 17.In ore duorũ vel trium testium peribit,qui interficietur.Et infrà 19.In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.

¶RESPONDEO dicendum,quòd secũdum Philosophum in Primo Ethi*. certitudo non est similiter quærenda in omni materia.In actibus enim humanis, super quibus constituũtur iudicia, & exiguntur testimonia,non põt haberi certitudo demõstratiua eò ꝗ sunt circa cõtingentia & variabilia. Et ideo sufficit probabilis certitudo,quæ vt in pluribus veritatẽ attingat, & sic in paucioribus à veritate deficiat.Est aũt probabile, ꝗ magis veritatem contineat dictũ multorũ, quàm dictũ vnius.Et ideo cùm reus sit vn⁹,qui negat, sed multi testes asserunt idẽ cũ actore, rõnabiliter institutũ est de iure diuino & humano,ꝗ dicto testium stetur. Omnis autẽ multitudo in tribus cõprehenditur,s.principio,medio, & fine. Vnde secundum Philosophum in primo de Cælo*,Omne totum in tribus ponimus. Ternarius quidẽ cõstituitur asserentiũ, cùm duo testes cõueniunt cũ actore. Et ideo requiritur binarius testiũ,vel ad maiorem certitudinẽ, vt sit ternarius, q̃ est multitudo p̃fecta in ipsis testib⁹. Vnde & Eccles.quarto dicitur, Funiculus triplex difficile rũpitur. Augustinus autẽ super illud Ioãnis octauo,* Duorum hominum testimonium verũ est, dicit quòd in hoc *Cap.3.& 7. Tex.2. Tract. 36.to.9.*

contraria ur charitati,sed præter eam agitur.

¶ *Super quæstionis septuagesimæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo eiusdem quæstionis in responsione ad secundũ aduerte ꝗ distinctio illa de testibus,qui sunt singulares vel contestes,regulariter habet locum,vt per singulares nullus damnetur. Quia tamen multi singulares testes in factis iterabilibus violentã suspicionem inducũt, vt si vnus vidit aliquẽ committere vnum furtum,&alius vidit eundem committere aliud furtũ, & sint testes omni exceptione maiores, inter religiosos, quando quis existimatur alias tali vitio inuolutus, aut numerus multus taliũ contestiũ concurrat,si arctatus nõ confitetur,inueniri videtur quandoque subsecuta condemnatio multorum patrũ cõsilio fulta. Et licet hoc non sit secũdũ iuris rigorem,vbi tamen absque tormentis proceditur non tã ad puniendum,quàm ad salutem animæ,& regularis obseruantiæ fauorem, tolerabile videtur,&hęc p̃babilitas sufficiat ad certitudinem inter eos, qui mortui sunt mundo. Quia tamen reus, non potest ad huiusmodi sententiam tolerandam cogi,deberet ex huiusmodi indiciis per tormenta, religiosa tamen, veritas exquiri,vt sententia non feratur,nisi contra confessum, vel conuictum, iuxta sacros canones,secunda quæstione prima, Nos in quenquam. *Incorp. art.*

¶ In responsione ad tertium nota duo.Primum est de sanctitate debita Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, quæ vtinam tanta esset, vt nullus vnquam esset in scandalũ Ecclesiæ. Secundum est contra latrantes, quòd malus Cardinalis non punitur, quia scilicet periculosius est derogare in opinione hominum dignitati, & autoritati Romanæ ecclesiæ condemnando Cardinalem, quàm tolerare illum sine scandalo.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio multa de conditionibus testium in aliquibus causis vel in casibus essent dicenda, nisi Iuristis hęc relinquenda essent à me: quia non suscepi onus in iure, sed in moralibus scribendi.

¶In responsione ad tertium, habes ꝗ supra dictum est de declinando in bonam vel malam opinionẽ proximi, quo ad actũ iudicij, vel quo ad actum cautelæ, pauper enim non iudicatur malus, sed cauetur ab illo, ne sit malus mentiendo propter paupertatem, &c.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ Articulum quartum.*

IN articulo quarto eiusdem septuagesimæ quæstionis in responsione ad primum,dubium occurrit, Quid debet facere testis qui præmissa debita diligentia testatus est falsum,deceptus à sua memoria,& propter suum testimonium alter est condemnandus aut condemnatus.

¶Ad hoc dicitur,quod quum dictus testis non teneatur ad restitutionem ratione rei habitæ (vt patet)quia non est testis in causa propria nec ratione actionis iniustæ (quia non perfectè & formaliter iniustum testimonium tulit)nec ex ignorantia damnabili, consequens est, quòd sicut excusatur ab offensa Dei in falso iuramento, ita excusatur ab offensa proximi in nocumento subsecuto.Si tamen prodesse potest explicando puram veritatẽ, teneretur ad hoc,ne ex hac taciturnitate inciperet nocumentum per accidens transire in nocumentũ per se.Et licet secundum iura testis non admittatur ad mutationem testimonii nisi incontinenti,vt patet extra.de testibus cogen.ca.Præterea, quia tamen, vt ibidem glos. dicit cum doctorib⁹,correctio testimonij post interuallum temporis,& prius datum testimonium minus firmum reddit, & ex qualitate personæ admittendum quandoque est, quando scilicet verè creditur quòd non fuit sub ornatus, sed ex conscientia & memoria corrigit actum suum,ideo debet quilibet in tali casu corrigere obliuionem suã, vt saltem debilitet prius falsò à se dictum. Et si persona est bonæ famæ, & in opinione hominũ propter eius vitam bonam talis conscientiæ, quòd non possit cadere in mentem hominum illius notitiam habentium,quòd perniciosum mendacium diceret, & cum iuramento assereret obliuionem suam, & purã veritatem prout nouit iudex (cuius est qualitates testium discernere) posset propterea à sententia vel executione desistere, & alias, prout melius posset, obuiare,si ille,in cuius fauorem falsum fuerat dictum, non desistit, aut restituit, quum teneatur hoc facere ad talis viri iuramentum in foro conscientiæ. *Art.1. In regi. li.11.Cap. 54.a medio Cap. Præsul. art præc.*

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli dubium occurrit circa illam rationem redditam, Iniustum iudicium non est iudicium: Et ideo ex vi iudicij falsum testimoniũ ibidem non est peccatum mortale. Primò quidem, quia aduersari hoc videtur distinctioni inter sentẽtiam nullam, & iniustam. Nam si iniustum iudicium non est iudicium, constat quod iniusta sententia non est sententia. Et si non est sententia,ergo est nulla. Impossibile est nanque, & nõ intelligibile,quòd non sententia sit sententia iniusta. Ergo sententia est nulla. male ergo distinguitur inter sententiam iniustam atque

est trinitas secundum mysterium cõmendata,in qua est p̃petua firmitas veritatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝗ quantacunque multitudo testium determinetur, posset quãdoque testimonium esse iniquum,cùm scriptum sit Exodi vigesimotertio,Non sequaris turbam ad faciendum malum. Nec tamen, quia non potest in talib⁹ infallibilis certitudo haberi,debet negligi certitudo, quæ probabiliter haberi potest per duos vel per tres testes,vt dictum est*.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝗ discordia testiũ in aliquibus principalib⁹ circunstantiis quæ variant substantiã facti (puta in tp̃e,vel in loco, vel in personis de q̃bus principaliter agitur) aufert efficaciã testimonij,q̃a si discordãt in talibus,videntur singulares esse in suis testimoniis, & de diuersis loq.Puta si vnus dicat hoc factũ esse tali tẽpore,vel loco,alius alio tẽpore vel loco, nõ videtur de eodẽ facto loqui.Nõ tamẽ præiudicatur testimonio si vnus dicat se nõ recordari,& alius asserat determinatũ tẽpus vel locũ.Et si in talibus omnino discordauerint testes actoris & rei,si sint æquales numero & pares dignitate,statur p̃ reo,q̃a facilior debet esse iudex ad absoluẽdũ quã ad cõdẽnandũ,nisi fortè in causis fauorabilib⁹, sicut est cã libertatis & huiusmodi.Si vero testes eiusdẽ partis dissenserint, dẽt iudex ex motu sui animi percipere,cui parti sit stãdũ, vel ex numero testiũ,vel ex dignitate eorũ, vel ex fauorabilitate cãæ, vel ex cõditione negotij, & dictorũ. Multo aũt magis testimoniũ vnius repellitur, si sibiipsi aliq̃s dissideat interrogatus de visu & sciẽtia,non aũt si dissideat interrogatus de opinione & fama, q̃a põt secundum diuersa visa & audita diuersimodè motus esse ad respondendum.Si verò sit discordia testimonij in aliquibus circunstantiis non pertinentibus ad substantiã facti, puta si temp⁹ fuerit nubilosum vel serenũ,vel si domus fuerit picta aut non, aut aliq̃d huiusmodi,talis discordia non præiudicat testimonio:quia homines nõ consueuerũt circa talia multũ solicitari, vñ facile à memoria elabũtur. Quinimò aliqua discordia in talibus facit testimonium credibilius,vt Chrysõ. dicit super Matth.*q̃a si in oĩbus cõcordarent,ẽt in minimis, viderentur ex condicto eũdem sermonẽ proferre,quod tamẽ prudentię iudicis relinquitur discernendum. *Hom. 1. pa. o post prin. to. 2.*

¶ Ad tertiũ dicendũ,quod illud locũ habet specialiter in episcopis,presbyteris diaconis, & clericis ecclesiæ Romanæ, p̃pter ei⁹ dignitatẽ.Et hoc triplici rõne. Primò q̃dẽ,q̃a in ea tales institui debent quorũ sanctitati plus credatur,quã multis testibus.Secũdo,q̃a homines,qui habent de alijs iudicare,sæpe propter iustitiã multos aduersarios habẽt.Vnde nõ ẽ passim credendũ testibus cõtra eos, nisi magna multitudo cõueniat.Tertiò,quia ex cõdẽnatione alicuius eorũ derogaretur in opinione hominum dignitati illi⁹ Ecclesię & autoritati,qđ est periculosi⁹, quàm in ea tolerare aliquẽ peccatorem, nisi sit valde publicum,& manifestum,de quo graue scandalum oriretur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum alicuius testimonium sit absque eius culpa repellendum.

AD TERTIVM sic p̃ceditur. Videtur quòd alicuius testimoniũ nõ sit repellẽdum nisi propter culpam. Quibusdam enim in pœnam infligitur,quòd ad testimonium non admittantur, sicut patet in iis qui infamia notantur.Sed pœna non est inferenda nisi pro culpa. Ergo videtur quod nullius testimoniũ debeat repelli nisi propter culpam.

¶2Præterea,De quolibet præsumendum est bonũ, nisi appareat contrariũ. Sed ad bonitatẽ hominis p̃tinet,ꝗ verum testimoniũ dicat:Cum ergo non possit cõstare de cõtrario nisi propter aliquam culpam,videtur quod nullius testimonium debeat repelli nisi propter culpam.

¶3Præterea,Ad ea quæ sunt de necessitate salutis, nullus redditur nõ idoneus nisi propter peccatũ.Sed testificari veritatem est de necessitate salutis,vt suprà dictum est,*ergo nullus debet excludi à testificando nisi propter culpam.

¶SED CONTRA est,quod Gregori⁹ dicit,*& habet̃ 2.quęstione 4.Quia à seruis suis accusatus est Episcopus,sciendum est quòd minime audiri debuerunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd testimoniũ, sicut dictum est * non habet infallibilem certitudinẽ, sed probabilẽ. Et ideo quicquid est quod probabilitatẽ afferat in contrariũ, reddit testimonium inefficax.Redditur autẽ probabile,quòd aliquis in veritate testificanda non sit firmus,quandoque quidem propter culpã, sicut infideles & infames,itẽ illi q̃ publico crimine rei sunt,qui nec accusare possunt.Quandoque autem absque culpa,& hoc est vel ex defectu ratiõis(sicut patet in pueris,amẽtibus &mulieribus)vel ex affectu (sicut patet de inimicis & p̃sonis cõiunctis & domesticis)vel etiam ex exteriori conditione, sicut sunt pauperes, serui, & illi,q̃b⁹ ĩperari põt,de q̃b⁹ p̃babile est ꝗ de facili possunt induci ad testimoniũ ferendũ contra veritatẽ.Et sic patet,quod testimoniũ alicuius repellitur, & propter culpam & absque culpa.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,ꝗ repellere aliquẽ à testimonio magis p̃tinet ad cautelã falsi testimonij vitãdi quã ad pœnam.Vnde ratio non sequitur.

¶Ad secundum dicẽdum,quòd de quolibet præsumẽdum est bonũ,nisi appareat contrarium,dummodo non vergat in periculum alterius, quia tunc est adhibenda cautela,vt non de facili vnicuique credatur,secundũ illud primę Ioannis quarto,Nolite credere omni spiritui.

¶Ad tertium dicendum, ꝗ testificari est de necessitate salutis,supposita testis idoneitate & ordine iuris.Vnde nihil prohibet aliquos excusari à testimonio ferendo,si nõ reputẽtur idonei secundũ iura.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum falsum testimonium semper sit peccatum mortale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod falsum testimonium non semper sit peccatum mortale. Contingit enim aliquem falsum testimonium ferre ex ignorantia facti. Sed talis ignorantia excusat à peccato mortali. Ergo

Universidad de Deusto Biblioteca

nullam, tanquam aliqua sit sententia iniusta, quæ tamen non est nulla. Secundò, quia aduersari videtur iuri Canonico. Nam secundum illud, sententia Pastoris siue iusta, siue iniusta, est timēda, vt patet ex autoritate beati Gregorii in Decretis, vndecima quæstione tertia. Sententia. Ex præsenti autem doctrina, iniustum iudicium, quia non est iudicium, non obligat testes, si iuramentum non interuenerit eorum ad mendacium perniciosum. Igitur iniusta sententia, quæ est conclusio iniusti iudicij, non obligat reum ad perniciosam inobedientiam. Sic enim se habet reus ad sententiam, sicut testes requisiti & coacti ad iudicij processum.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ aliter in pure moralibus vtimur nominibus Iudicii & Sententiæ, & aliter Iuristæ vtuntur illis. Et propterea accidit, vt Morales ad solam rei veritatē spectantes, non distinguant inter iudiciū iniustum, & nullū. Iuristę autem interea distinguant. Scito igitur, quòd sententia iniusta, licet apud Iuristas, vt patet vndecima quæstione tertia, Episcopus, in subiūctis per Gratianum, multipliciter dicatur, scilicet vel ex animo, vt quum qs ex odio condemnat aliquem: vel ex ordine, vt quum non seruato iuris ordine, condēnat: vel ex causa, vt quum quis condemnat innocentem, ad nostrum propositum, vt in litera patet, sententia tertio modo iniusta spectat, quoniā talis sententia est per se iniqua, reliquæ autem duæ per accidens, vt prima, aut quasi per accidens, vt secunda. De sententia ergo iniusta, quia scilicet iniustum terminat, puta damnationem innocentis, dicendum est quòd secundum veritatem non est sententia. Et similiter iudicium sic iniustum, non est iudicium. Et ratio est, quia iudicium est determinatio iusti, vt superius patet in quæstionis sexagesimæ articulo primo. Et sententia est sicut lex particularis in particulari facto, vt in articulo primo quæstionis sexagesimæseptimæ superius etiam patet. Constat autem quòd determinatio iniusti, quam significat iniustum iudicium, non est determinatio iusti, quam significat iudicium: nec lex iniqua particularis, quam significat iniusta sententia, est lex particularis, quam significat sententia. Sicut vniuersaliter patet, quòd leges iniquę, non sunt leges, sed legum corruptiones. Vnde nec iniquum iudicium, nec iniusta sententia vim habet obligatiuam. Et propterea quantum est ex parte sui, non obligat testes ministros aut reum. Dico autem ex parte sui, quia aliunde contingit quandoque, quod huiusmodi sententiis parendum est, puta si iniustitia aut non contineatur in sententia, aut non sit manifesta aliis. Si enim in sententia manifesta iniustitia continetur, tunc continet errorem intolerabilem, & apud Iuristas etiam est nulla. Si non continetur in sententia iniustitia, aut si continetur, non tamen est publice manifesta, tunc quamuis secundum veritatem sit nulla, quia tamen non spectat ad quemlibet, sed ad publicam potestatem atque scientiam hæc decernere, timenda est, & appellandum, vel alias recurrendum ad Superiorem, ne ipse contemptus sententiæ culpabilem eum reddat. Et hoc intendebat Gregorius per illud, Sententia Pastoris. Et hæc doctrina consonat aperte superiorib⁹ dictis ab Autore in quæstionis sexagesimæquintæ artic. 6. ad tertiū, & dictis in quæstionis sexagesimæseptimæ articulo secūdo.

¶ Ad obiecta ergo in oppositum dicitur, quòd secundum veritatem sententia iniusta non est sententia, & est nulla. Sed apud Iuristas, & sententia iniusta communi⁹ sumitur, vt dictum est. Et rursus etiam sententia iniusta ex causa apud eos, non semper est nulla, quia ad publicam, seu manifestam notitiam ipsi respiciunt. Morales autem ad solam veritatem, dicendo quod nulla est in veritate. Vnde non interimitur ex hac doctrina distinctio iuristarum. Non contradicit quoque doctrina hæc sacris Canonibus decernentibus, quod iniusta sententia sit timenda, & executioni mandanda, vt capitulo, Pastoralis, de officio delega. dicitur. Quoniam hic vires sententiæ iniustæ traduntur, ibi ex accidentibus circunstantiis, scilicet quia occulta seu ambigua, vel non manifesta iuri iniustitia est, subiectorum officium determinatur, quòd scilicet ante manifeste propalatam iniustitiam timenda est, aut exequenda est à subditis. Et ex his sequitur, ꝙ si mihi constet in me esse prolatam sententiā excommunicationis iniustam, si non possum aliter meam innocentiam tueri simpliciter, vel pro nunc, possum interim euitato scandalo interesse secreto loco diuinis, & celebrare. Et eadem ratione illi qui nouerunt me virum bonæ conscientiæ, & credunt me innocentē, quamuis sciāt me excommunicatum, possunt mihi seruire in missa, aut participare alias in diuinis, secreto tamen, quoniam sic faciendo, & timetur iniusta sententia ac executioni mādatur in publico, & satisfit iudicio humano iudicādi quæ foris sunt, dum manifestè videntur, quod non contemnitur Ecclesiæ autoritas, & non priuatur innocens omnino spiritualibus consolationibus animæ suæ, qui in veritate non est excommunicatus, quia in veritate sententia iniusta non est sententia.

testimonium falsum non semper est peccatum mortale.

¶2 Præterea, Mēdacium, quòd alicui prodest & nulli nocet, est officiosum, qđ non est peccatum mortale. Sed quādoque in falso testimonio est tale mēdacium, puta cùm aliquis falsum perhibet, vt aliquē à morte liberet, vel ab iniusta sētētia, quæ intentatur per aliquos falsos testes vel ꝑ iudicis peruersitatē. Ergo tale falsum testimonium non est peccatum mortale.

¶3 Præterea, Iuramētū à teste requiritur, vt timeat peccare mortaliter peierando. Hoc autē nō esset necessariū, si ipsum falsum testimonium esset peccatum mortale. Ergo falsum testimonium non semper est peccatum mortale.

¶ SED CONTRA est, qđ dicitur Prouerbiorum duodecimo, Falsus testis non erit impunitus.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ falsum testimonium habet triplicem deformitatē. Vno modo ex periurio, qa testes non admittūtur nisi iurati, & ex hoc semper est peccatum mortale. Alio modo ex violatione iustitiæ, & hoc modo est peccatū mortale in suo genere, sicut & quęlibet īiustitia. Et ideo in præcepto Decalogi sub hac forma interdicitur falsū testimoniū, cū dicit Exo. 20. Nō loqueris cōtra proximū tuū falsum testimoniū. Non enim contra aliquē facit, q eū ab iniuria facienda impedit, sed solū qui ei suā iustitiā tollit. Tertiò ex ipsa falsitate, secūdū quod omne mendacium est peccatum & ex hoc non habet falsum testimoniū, quòd semper sit peccatum mortale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in testimonio ferendo non debet homo pro certo asserere, quasi sciens id de quo certus nō est, sed dubiū debet sub dubio proferre, & id de quo certus est pro certo asserere. Sed quia cōtigit ex labilitate humanæ memoriæ, ꝙ reputat se homo quādoq; certū esse de eo, qđ falsum est, si aliquis hoc cū debita solicitudine recogitans æstimet se certū esse de eo qđ falsum est, non peccat mortaliter, hoc asserens, quia non dicit falsum testimonium per se & ex intentione, sed per accidens contra id quod intendit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ iniustum iudicium non est iudicium. Et ideo ex vi iudicij falsum testimonium in iniusto iudicio prolatum, ad iniustitiam impediendam, non habet rationem peccati mortalis, sed solum ex iuramento violato.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ homines maxime abhorrent peccata, quæ sunt cōtra Deum, quasi grauissima, inter quæ est ꝑiurium. Non autem ita abhorrent peccata quæ sunt contra proximum. Et ideo ad maiorem certitudinem testimonij requiritur testis iuramentum.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA prima, de iniustitia in iudiciis ex parte Aduocatorum, in quatuor Articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de iniustitia, quę fit in iudicio ex parte Aduocatorum. ¶ Et circa hoc quærūtur quatuor.

¶ Primò, vtrum Aduocatus teneatur pręstare patrocinium causæ pauperum.

¶ Secundò, vtrū aliqui debeant arceri ab officio Aduocati. ¶ Tertiò, vtrū Aduocatus peccet, iniustam causam defendēdo.

¶ Quartò, vtrum peccet, pecuniam accipiendo pro suo patrocinio.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum aduocatus teneatur præstare patrocinium causæ pauperum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Aduocat⁹ teneatur præstare patrocinium causæ pauperum. Dicitur enim Exod. 23. Si videris asinum odiētis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. Sed non minus periculum imminet pauperi, si eius causa contra iustitiam opprimatur, quam si eius asinus iaceat sub onere. Ergo Aduocatus tenetur præstare patrocinium causæ pauperum.

¶ Super quæstionem septuagesimam primam.

IN titulo articuli primi & cæterorum quęstionis septuagesimæ primæ aduerte, quod Aduocatus hoc in loco cōmuniter significat tam eum, quem dicimus vulgariter Aduocatū, quàm Procuratorem, ita tamē quòd Aduocatum non voces eum, qui solum consilium dat in scripto, aut verbo domi, sed qui patrocinatur opere, cōparendo coram Iudice. Vnde & Augustinus, vt in articulo quarto habes, distinguit Aduocatum contra Iurisperitum, dicens quòd Aduocatus iustum patrocinium, & Iurisperitus verum consilium licitè vendit.

Infra ar. 4. cor. & ad primū.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ primæ articulum primum.

IN artic. primo eiusdem quęstionis septuagesimæ primæ dubium occurrit de sensu literæ in illis verbis: si in promptu appareat, quomodo ei aliter subueniri posset &c. Nam aut intendit, quòd ex hoc, quòd in promptu apparet modus, quo potest aliter pauperi subueniri, non tenetur quis subuenire. Et sic falsum dicitur, quia quantuncunque appareant in promptu mille modi, quibus possit sine me, famelico aut alias impotenti subueniri, & non subueniatur, non excusor ego ab homicidio, si non pasco fame morientem. Oportet nanque in promptu apparere non solum potentiam, sed actum subuentionis aliunde, vt ego non tenear subuenire. Aut intendit quod in promptu apparet modus, quo de facto subueniatur. Et tunc litera est diminuta, quia nihil dicit de apparentia facti, sed potentiæ.

¶ In eodem articulo primo, dubium alterum est, an conclusio, scilicet quòd quando non apparet quomodo aliter subueniri possit, tenetur sciens subuenire, & Aduocatus patrocinari, & Medicus mederi, intelligatur de obligatione peccati mortalis an venialis. Et est ratio dubij, quia si intendit de peccato mortali, contradicit sibi & rationi. Sibi quidē, quia in principio corporis huius articuli dicit, quod idem est hic dicendum, quod supra de aliis operibus misericordiæ dictum est. Constat autem, quòd superius in articulo quinto quæstionis trigesimæ secundæ dictum est, quod non omnis necessitas obligat ad præceptum. Sed illa sola, sine qua is, qui necessitatem patitur, sustentari non potest. Quum igitur pauper ex hoc, quòd opprimitur causa sua, non incurrat in casum hunc, quod sustentari non possit, sequitur quod secundum antedicta non teneatur Aduocatus sub peccato mortali patrocinari, etiam si nullus alius appareat potens subuenire. Rationi verò, quia quum præceptum de misericordiæ operibus non obliget ad mortale, nisi tēpore necessitatis, quum sit affirmatiuum, aut hoc intelligitur de necessitate simpliciter, scilicet respectu vitæ, quia scilicet aliter non posset viuere, aut de necessitate respectu alicuius particularis casus, quia scilicet aliter non posset in tali negotio subsistere. Sed constat, ꝙ non intelligitur de necessitate hoc secundo modo, vt patet discurrendo per opera misericordiæ. Nā non teneor sub peccato mortali colligere hospitē, qui dormiendo sub diuo nō moreretur, nec similiter teneor sepelire mortuū, quē nullus sepelire curat, aut redimere captiuū, qui ꝓpterea nō moritur: & sic de aliis. Ergo intelligitur de neces-

sitate primo modo, scilicet respectu vitæ, ac per hoc nō tenebitur quis sub peccato mortali patrocinari cāæ pauperis, quāuis opprimatur, si perditio cāæ non pertinet ad extremā vitæ necessitatē. Si aūt intendit de peccato veniali, obstāt tria. Primò, respōsio ad tertiū, vbi Autor expresse respondens argumēto de præcepto dicit necessitatem in corpore articuli positā causare debitū. Secundò, quorundā opinio credētiū esse mortale peccatū, si Aduocato non patrocinante, pauper notabile dānū incurrit. Tertiò ius scriptū disponens, quòd pauperi vel propter inopiā, vel propter aduersæ partis potentiā carenti Aduocato, iudex det Aduocatū, cogendo illū, & nolentē obedire pōt punire, vt patet ff de officio procō. & leg. l. Nec ꝗcquā ad iūcto. C. de postu. l. Prouidendum. Hoc autem non esset, si non teneretur quis pauperis causæ patrocinari, quū aliter non potest iustitiam suam tueri.

¶ Ad primum dubiū dicitur, quòd sensus literę sumendus est iuxta materiam subiectā. In huiusmodi enim moralibus in particulari, tunc in promptu dicitur apparere modus, quo potest subueniri, quando absque inquisitione offert modus quo potest, non qualitercunque, sed potentia probabiliter coniūgenda actui, vt si quis videt pauperem vexari, & scit illum habere fratrem Aduocatum, satis in promptu videt, quomodo potest ei aliter subueniri cum effectu probabiliter. Et similiter si scio aliquem esse captiuum, habentem fratres diuites, satis probabile est, quod redimentur eum, & sic de aliis. Non loquit ergo Autor ī casu quo apparet ipsa subuētio in actu exercito, quia tūc non esset in casu necessitatis, sed extra necessitatē. sed quādo subuētio apparet in promptu futura, iuxta humanā æstimationē. Et ꝓpterea vsus est potentiæ nomine, & nulla est diminutio in eo.

¶ Ad secundū dr̄, quòd cū Autor loquat de subuētione, quæ est misericordiæ op⁹, non possū intelligere, quòd loquatur de obligatione peccati mortalis, nisi ī casu quo succūbere & opprimi in causa illa ad extremā necessitatē spectaret. Quod qa contigere potest, ideo Autor indistinctè locut⁹ est dicēdo, ꝙ tenet subuenire, & non explicādo modū, an scilicet venialiter vel mortaliter peccet, non patrocinādo. Quādoq; nāq; esset peccatū mortale, & quādoq; veniale, iuxta naturā necessitatis. Quod explicatū esse voluit ꝑ illa verba in principio corporis articuli, scilicet ꝙ idē est hic dicēdū, ꝙ suprà de aliis operibus misericordiæ dictum est. Tripliciter ergo causa pauperis occurrere potest aduocato. Primo, ad extremam spectans necessitatem simpliciter, & tunc tenetur sub peccato mortali, si alius nō appareat, qui subueniat tempore suo. Secūdò, vt ad magnā pauperis necessitatē spectās, & tūc si alius non apparet qui suo subueniat tēpore, tenetur, sed nō sub mortali. Tertio, quando apparet alius patrocinator, & tunc de consilio est operam suam præueniendo impendere.

¶2 Præterea, Grego. dicit in quadā Homil*. Habēs intellectū curet omnino, ne taceat, habēs rerū affluentiā, à misericordia nō torpescat, habēs artē qua regitur, vsum illius cū ꝓximo partiatur, habēs loquēdi locū apud diuitē, pro pauperib⁹ intercedat. Talēti em̄ nomine cuilibet reputabitur, qđ vel minimū accepit. Sed talentū cōmissū nō abscōdere, sed fideliter dispensare quilibet tenetur, quod patet ex pœna serui abscōdētis talentū, Mathæi 25. Ergo aduocatus tenetur pro pauperibus loqui.

Homi. 9. in Euāg.

¶3 Præterea, Præceptū de mīæ operibus adimplendis, cū sit affirmatiuū, obligat ꝓ loco & tēpore, quod est maximè in necessitate. Sed tēp⁹ necessitatis videtur esse, quando alicui⁹ pauperis causa opprimitur. Ergo in tali casu videtur, ꝙ aduocat⁹ teneatur pauperib⁹ patrociniū præstare.

¶ SED CONTRA. Non minor necessitas est indigentis cibo, quā indigentis aduocato. Sed ille qui habet potestatē cibandi, non semper tenetur pauperem cibare. Ergo nec aduocatus semper tenetur pauperibus patrociniū præstare.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ cum præstare patrocinium causæ pauperū ad opus misericordiæ pertineat, idē est hic dicēdū, qđ & suprà de aliis operib⁹ misericordiæ dictū est*. Nullus autē sufficit, omnibus indigentibus mīæ opus impendere. Et ideo, sicut Aug. dicit in primo de Doctrina Christi.* Cum omnib⁹ prodesse nō possis, his potissimè consulendum est, qui pro locorū & temporū, vel quarūlibet rerū opportunitatibus cōstrictius tibi quasi quadā sorte iūgūtur. Dicit pro locorum opportunitatibus, quia non tenetur homo per mundū quærere indigētes, quib⁹ subueniat, sed sufficit, si eis qui sibi occurrūt mīæ op⁹ impendat. Vnde dr̄ Exodi 23. Si occurreris boui inimici tui, aut asino errāti, reduc ad eū. Addit autē, & tēporū, qa nō tenetur homo futuræ necessitati alteri⁹ prouidere, sed sufficit si pñti necessitati succurrat. Vnde dr̄ 1. Ioan. 3. Qui viderit fratrē suum necessitatē habentē, & clauserit viscera sua ab eo, &c. Subdit aūt, Vel quarūlibet rerū, quia homo sibi cōiunctis quacunque necessitudine maximè dēt curā impendere, scd̄m illud 1. ad Timothe. 5. Si quis suorū, & maxime domesticorū curā nō habet, fidē negauit. Quib⁹ tamē cōcurrentibus cōsiderādū restat, vtrū aliq̄s tantā necessitatē patiatur, ꝙ nō in prōptu appareat, qūo ei possit aliter subueniri, & in tali casu tenetur ei opus mīæ impēdere. Si aūt in prōptu appareat, qūo aliter ei subueniri possit, vel per seipsū, vel per aliā ꝑsonā magis cōiunctā, aut maiorē facultatē habētē, nō tenetur ex necessitate indigenti subuenire, ita ꝙ nō faciēdo peccet, quāuis si subuenerit absq; tali necessitate, laudabiliter faciat. Vnde aduocat⁹ nō tenet semper cāæ pauperū patrociniū pręstare, sed solū cōcurrētibus cōditionibus prædictis: alioquin oporteret eū oīa alia negotia pretermittere, & solis causis pauperū iuuādis intēdere. Et idē dicēdū est de Medico, quātū ad curationem pauperū.

Q. 32. ar. 5.

Capi. 28. tom. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod quādo asinus iacet sub onere, non potest ei aliter subueniri in casu isto, nisi per aduenientes subueniatur: & ideo tenētur iuuare. Non autē tenerētur, si posset aliunde remedium afferri.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ homo talentū sibi traditū tenetur vtiliter dispēsare, seruata opportunitate locorū, & temporum, & aliarum rerum, vt dictum est.*

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ non quælibet necessitas causat debitum subueniendi, sed solum illa quæ est dicta.*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum conuenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio aduocandi.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur quòd incōueniēter aliqui secundū iura arceantur ab officio aduocādi. Ab operibus em̄ mīæ nullus debet arceri. Sed patrociniū pręstare in causis, ad opera mīæ pertinet, vt dictum est*. Ergo nullus debet ab hoc officio arceri.

¶2 Præterea, Contrariarū causarū non videtur esse idem effect⁹. Sed esse debitum rebus diuinis, & esse debitū peccatis, est cōtrariū. Incōueniēter ergo excludūtur ab officio aduocati quidā ꝓpter religionē, vt monachi & clerici. Quidam autem propter culpam, vt infames & hæretici.

¶3 Præterea, Homo debet diligere proximum sicut seipsum. Sed ad officium dilectionis pertinet, quòd aliquis aduocatus causæ alicuius patrocinetur. inconueniēter ergo aliqui, quibus conceditur pro seipsis autoritas aduocationis, prohibentur patrocinari causis aliorum.

¶ SED CONTRA est, quòd tertia quæstione septima multæ personæ arcentur ab officio postulandi.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd aliquis impeditur ab aliquo actu duplici ratione. Vno modo propter impotentiā: alio modo propter indecētiā. Sed impotētia simpliciter excludit aliquē ab actu. Indecētia aūt nō excludit omnino, quia necessitas indecētiā tollere pōt. Sic ergo ab officio aduocatorū prohibētur quidā propter impotentiā, eò q deficiūt sensu, vel interiori, sicut furiosi & impuberes, vel exteriori, vt surdi & muti. Est em̄ necessaria aduocato & interior peritia, qua possit cōueniēter iustitiā assūptæ cāæ ostendere. Et iterū loquela cū auditu, vt possit ꝓnuntiare & audire qđ ei dr̄. Vnde qui in his defectū patiūtur, oīo prohibētur, ne sint aduocati nec pro se, nec ꝓ aliis. Decentia aūt hui⁹ officij exercendi tollitur dupliciter. Vno mō ex hoc ꝙ aliquis est reb⁹ maiorib⁹ obligatus. Vnde monachos, & presbyteros non decet, in quacunq; cā aduocatos esse, neq; clericos in iudicio seculari, qa hmōi personæ sūt reb⁹ diuinis astrictæ. Alio mō ꝓpter personę defectum, vel corporalem, vt patet de cæcis, qui conuenienter iudicio astare non possent: vel spiritualem, non enim decet, vt alterius iustitiæ patronus existat, qui in seipso iustitiam contempsit. Et ideo infames, infideles, & damnati de grauibus criminibus non decenter sunt aduocati, tamē huiusmodi indecentiæ necessitas præfertur. Et propter hoc huiusmodi personæ possunt pro seipsis vel pro personis sibi cōiunctis vti officio aduocati. Vnde & clerici ꝓ ecclesiis suis

¶ Ad prima ergo obiecta non oportet aliter respondere, quia iam patet ex dictis, ꝙ conformis est sententia ista supradictis, & rationi.

¶ Ad obiecta verò secūdo loco de obligatione veniali respondēdo dicitur. Ad primū quidē, ꝙ Autor nō loquitur distinctè de vinculo mortali, aut veniali, sed in cōi. Et propterea tractādo præceptū, nō respōdit quod est debitū mortale, sed ꝙ est debitū ex antedictā necessitate coniūcta cū maiori necessitate, scilicet extrema, ꝙ̄ in principio corporis, referēdo se ad superi⁹ dicta de operib⁹ misericordię, expressam esse censuit.

In corp.

Ibidem.

infra q°. 188. arti. 3. ad. 2.

¶ Ad secundum verò, ꝙ dicentes peccare mortaliter Aduocatū non exhibentē patrociniū pauperi gratis, vnde pauper notabile dānū incurrit, absque fūdamēto loqui videtur, quoniā ex præcepto charitatis non tenemur sub mortali peccato ad subueniēdū proximo rōne suæ necessitatis præcise, nisi sit extrema. De tali n. Ioannes intelligend⁹ est, quū dicit, Qui viderit fratrem suū necessitatē habere, &c. si ly, Quomodo charitas manet in eo, accipiendū est negatiuè. At si putet quispiā ex præcepto iustitiæ teneri Aduocatū ad patrocinium pauperis, meminerit ꝙ si ex præcepto iustitiæ obligaret, aut eēt hoc ex iustitia distributiua: & hoc nō, qa illa est à toto ad partē. Aut ex iustitia cōmutatiua, quæ est inter partē & partē: & hoc non, qa nulla est hic cōmutatio rerū, actionū, aut personarū. Aut ex iustitia legali, & hoc nō qa illa est à parte ad totū. Aliam iustitiam nescio. Ampli⁹, q tenentur ex præcepto iustitiæ obstare inuasorib⁹ vel oppressorib⁹, si hoc cū possūt, non faciūt, tenentur ad restitutionē, sed, vt superi⁹ in qōne sexagesimasecūda Autor dixit, Tūc solū non obstans tenetur ad restitutionem quando ex officio tenetur obstare, vt Principes & custodes. Aduocatus aūt non ex officio, quia non est public⁹ officialis, sed ex arte aduocandi debet de opera suæ artis subuenire. Non igitur tenetur ad restitutionē, nō subueniendo, nec reus est violatæ iustitiæ propter dānū notabile, qđ pauper incurrit.

art. præc.

¶ Ad tertiū dicitur, ꝙ iura etsi disponāt quòd detur pauperi aduocatus, non tamen ꝙ gratis seruiat, sed de publico ęrario merces sibi dari debet, si paup non pōt soluere, & aduocatus re-

Universidad de Deusto Biblioteca

nuit gratis patrocinari.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ septimæ Articulum secundum & tertium.*

IN articulo secundo & tertio nihil occurrit scribendum, nisi quod in tertio articulo memineris ignorantiā excusare, quando est causa actus, & non est peccatū. Et vocatur ignorantia causa actus, quando si sciuisset, non fecisset. Est quoque sine peccato, quando est alicuius circūstātiæ, quā non potest, aut non tenetur scire: & si tenetur scire, non fuit negligens, vt sciret. Et hæc ampliando ad Aduocatū perspicere poteris, si excusatus est à defendendo iniustā causam ignoranter. Qui enim omnino defendissent siue iustam, siue iniustā, quamuis nesciāt iniustā non ex ignorantia, sed cū ignorātia, quæ non excusat, patrocinātur iniustè, qui etiā non curāt discernere, & penetrare, an iustā vel iniustā causam suscipiant, manifeste negligūt scire quod tenentur scire. Qui autem ex contingentibus nihil omittunt tuti incedunt, etiam si errant.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ primæ Articulum quartum.*

c. Si quem pœnituerit.

IN articulo quarto dubium occurrit in responsione ad tertiū, circa rationem redditam, Quare iudex & testes sunt cōmunes, quia scilicet iustitia & veritas in neutram partem declināt, videtur enim quod dicta ratio non concludat differentiam intentam inter Aduocatū, & alios, scilicet, iudicem & testes. Nam Aduocatus non potest licite nisi iustum patrocinium præstare, sicut iudex iustā sententiā. Si ergo ex ratione iustitiæ prohibetur iudici pecuniam accipere, ex eiusdē ratione prohiberi deberet Aduocato. Et si Aduocato ex hac parte nō prohibetur, ergo nec iudici. Rursus si ratio iustitiæ facit personā testis & iudicis communem, debet quoque facere personā aduocati cōmunem, quia tenetur ad iustum tantum patrocinium.

Q. 62. ar. 7.

¶ Ad hoc dicitur, quod quū vtrumquodque officiū à proprio fine non à communi, & à proximo, non à remoto fine pensandum sit: inter personas concurrētes ad iudiciū, discernendum est quòd quorundam proprius finis est communis vtrique parti, quorundam verò proprius finis est proprius vni parti. Finis autē vtrique parti communis est iustitia, non mea, aut tua, sed simpliciter. Finis autem proprius vni parti est iustum non simpliciter, sed iustum tale, puta iustū

possunt esse Aduocati, & monachi ꝑ causa monasterij sui, si Abbas præceperit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ab operibus misericordiæ interdum propter indecentiam impediuntur aliqui & aliqui propter impotentiā. Nō enim omnia opera misericordiæ omnes decent, sicut stultos non decet consilium dare, neque ignorantes docere.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut virtus corrumpitur per superabundātiam & defectū, ita aliquis fit indecens & ꝑ maius & per minus. Et propter hoc quidā arcentur à patrocinio præstādo in causis, quia sunt maiores tali officio, sicut religiosi & clerici. Quidam vero quia sunt minores, quàm vt eis hoc officium competat, sicut infames & infideles.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ nō ita imminet homini necessitas patrocinari causis aliorū, sicut propriis, quia alij possūt sibi aliter subuenire. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum aduocatus peccet si iniustam causam defendat.*

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur quòd Aduocatus nō peccet, si iniustam causam defendat. Sicut enim ostenditur peritia Medici, si infirmitatē desperatam sanet, ita etiam ostenditur peritia Aduocati, si iniustam causam defendere posit. Sed Medicus laudatur, si infirmitatē desperatam sanet. Ergo etiam Aduocatus non peccat, sed magis laudādus est, si iniustam causam defendat.

¶2 Præterea, A quolibet peccato licet desistere. Sed Aduocatus punitur, si causam perdiderit, vt habetur secunda quæstione tertia.* Ergo Aduocatus non peccat, iniustam causam defendendo, si eam defendendam susceperit.

¶3 Præterea, Maius videtur esse peccatū, si iniustitia vtatur ad iustam causam defendendā (puta producēdo falsos testes, vel allegādo falsas leges) quā iniustā causā defendēdo, qa hoc est peccatū in forma, illud in materia. Sed vr̄ Aduocato licere talibus astutiis vti, sicut militi licet ex insidiis pugnare. Ergo videtur ꝙ Aduocat⁹ nō peccat, si iniustā causā defēdat.

¶ SED CONTRA est, qđ dicitur secūdi Paralipomenō decimonono, Impio præbes auxilium, & idcirco iram Domini mereberis. Sed Aduocatus defendens cām iniustam, impio præbet auxilium. Ergo peccando, iram Domini meretur.

¶ RESPONDEO dicendum, quod illicitum est alicui cooperari ad malū faciendum siue consulēdo, siue adiuuādo, siue qualitercūque cōsentiendo, quia cōsiliās & coadiuuās quodāmodo ē faciēs. Et Apostol⁹ dicit ad Romanos primo, ꝙ digni sūt morte, nō solū qui faciūt peccatū, sed ēt qui cōsētiūt facientib⁹, vnde & suprà dictū est*, ꝙ oēs tales ad restitutionē tenent. Manifestū est autē, qđ Aduocat⁹ auxiliū & cōsiliū præstat ei, cui⁹ causæ patrocinatur. Vnde si scienter iniustā causam defendit, absque dubio grauiter peccat, & ad restitutionem tenetur eius damni, quod contra iustitiam per eius auxilium altera pars incurrit. Si autē ignorāter iniustā causam defendit, putās esse iustam, excusatur secundum modum, quo ignorantia excusari potest.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Medicus accipiens in cura infirmitatem desperatam, nulli facit iniuriā. Aduocatus autem suscipiēs causam iniustā, iniustè lædit eum, cōtra quem iniustè patrociniū præstat. Et ideo nō est similis ratio. Quāuis enī laudabilis videatur quātum ad peritiam artis, tamen peccat quātum ad iniustitiam voluntatis, qua abutitur arte ad malum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Aduocatus si in principio credidit causam iustam esse, & postea in processu appareat eā esse iniustam, nō debet eā prodere, vt scilicet aliam partem iuuet, vel secreta suæ causæ alteri parti reuelet: potest tamē & debet causam deserere, vel eum cuius causam agit ad cedendum inducere, siue ad componendum sine aduersarij damno.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ, sicut suprà dictū est*, militi vel duci exercitus licet in bello iusto ex insidiis agere ea, quæ facere dēt prudēter occultando, non aūt falsitatem fraudulenter faciendo, quia etiā hosti fidem seruare oportet, sicut Tull. dicit in 1. de Offi. * Vnde & aduocato defendenti cām iustā, licet prudenter occultare ea, quibus impediri posset processus eius, non autē licet ei aliqua falsitate vti.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum Aduocato liceat pro suo patrocinio pecuniam accipere.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ aduocato nō liceat pro suo patrocinio pecuniā accipere. Opera enī miæ nō sunt intuitu humanæ remunerationis facienda, secundū illud Lucæ 14. Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque vicinos diuites, ne fortè ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed præstare patrocinium causæ alicuius, pertinet ad opera misericordiæ, vt dictum est*. Ergo non licet aduocato accipere retributionem pecuniæ pro patrocinio præstito.

¶2 Præterea, Spirituale nō est pro temporali cōmutādū. Sed patrociniū præstitū vr̄ esse quiddā spirituale, cum sit vs⁹ sciētiæ iuris. Ergo non licet Aduocato pro patrocinio præstito pecuniam accipere.

¶3 Præterea, Sicut ad iudiciū concurrit ꝑsona Aduocati, ita etiam persona iudicis & persona testis. Sed secundum Augustinum ad Macedonium*, non debet iudex vendere iustum iudicium, nec testis verū testimonium. Ergo nec Aduocatus poterit vendere iustum patrocinium.

¶ SED CONTRA est, quod Augustinus dicit ibidem, quòd aduocatus licitè vendit iustum patrocinium, & Iurisperitus verum consilium.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ea quæ quis non tenetur alteri exhibere, iustè potest pro eorum exhibitione recōpensationem accipere. Manifestū est aūt qđ aduocat⁹ non semp tenet̄ patrociniū præstare, aut consilium dare causis aliorum. Et iō si vendat suum patrocinium, siue consilium, nō agit cōtra iustitiā. Et eadem ratio est de Medico, opem ferente ad sanandum, & de omnibus aliis huiusmodi ꝑsonis: dum tñ moderatè accipiāt, cōsiderata conditione ꝑsonarum, & negotiorum, & laboris, & consuetudine patriæ. Si autem per improbitatem aliquid immoderate extorqueant, peccant contra iustitiā. Vnde Augustin⁹ dicit ad Macedonium,* ꝙ ab his extorta ꝑ īmoderatā improbitatem repeti solent, data ꝑ tolerabilem consuetudinem nō solent.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non semper quæ homo potest misericorditer facere, tenetur facere gratis, alio-

patrociniū, iustum consilium. Quocirca quia tam iudex, quàm testis ad id quod commune vtrique parti est, non positiuè, sed negatiuè, hoc est quod in neutram partem declinet, assumitur in iudicio, consequens est quod ad iustū & verum simpliciter & absolutè tanquā ad propriū finem tendant ambo. Et econtra. quia finis proprius eorum est iustum, & verū absolutè, quod in neutram declinat partem, idcirco ad commune vtrique parti tanquā proximum ordinantur finem. Aduocat⁹ autem & Iurisconsultus non tēdunt tanquam ad proprium finem, ad iustum simpliciter & absolutè, in cuius signum si in processu inuenerint causam suam iniustam, non debent (vt in responsione ad secundum præcedentis articuli dictum est) prodere secreta suæ causæ, nec alteram, quamuis iustam, partem iuuare. quod tenerentur si ad iustum simpliciter & absolute, vt proprium finem ordinarentur, sed tendunt ad iustum tale, scilicet iustum patrocinium, & iustum consilium huius partis, tanquam ad proximum finem, quamuis finis eorum remotus sit iustitia simpliciter vel attingenda, vel saltem non impedienda. Et ex his patet solutio obiectorum. Quare iustitia & veritas absolutè inferant iudicem & testes esse communes, & non Aduocatum, &c.

q. 40. ar. 5. — *Cap. vlt. de iustit.* — *Opus. 19. ca. 7. co. 11.* — *ar. 1. huius quæst.*

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum primum.*

IN art. primo quæstionis septuagesimæ secundæ dubium occurrit, an de ratione contumeliæ sit, quod dicatur contumelia coram illo cui infertur contumelia. Et est ratio dubij, quia contumelia importat manifestam iniuriam, sicut ira manifestam vindictā. Constat autem quod huiusmodi manifestatio principaliter refertur ad eum, contra quem irrogatur contumelia, sicut in ira ad eum, contra quem irascimur. Ex altera autem parte apparet oppositum, nam multi contumelias contra absentem proferunt.

Epis. 54. tom. 2.

¶ Ad hoc dicitur, quod quum actus morales ex intentione iudicētur, & contumeliæ actus per hoc in sua natura locetur, quòd contra honorem directè machinatur alterius, consequens est quòd ad hoc, quod actus aliquis sit per se & directe contumelia, exigitur quod directè contra honorē tendat proximi.* Non tēdit autē directè & per se contra honorē alicuius, qui illum reue-

Epist. 54. paulo ante mediū.

retur

retur, qui occultè intendit iniuriari, sed solus ille qui eum sic paruifacit, vt ad manifestam sibi iniuriam tendat. Et propter hoc in litera dicitur, quòd contumelia id, quod est cōtra honorem alicuius, dèducit in notitiam eius. Sciendum tamen est ꝙ tripliciter contingit hoc facere. Primò, in faciem eius personaliter audientis: secundò, literis seu libello, vt ad eum deueniat: tertiò, verbis vel signis in absentia per accidēs, quia scilicet absens est, sed in præsentia per se quo ad intentionem, quando scilicet ad hoc dicit iniuriosa contra illum verba, vt in eius notitiā deueniāt, & ad hoc operam dat. Semper enim in notitiam eius intendit contumeliosus deducere quod est contra illius honorem, sicut iratus vindictam, quam in absētia facit. Et per hoc patet solutio obiectorum.

¶ In eodem primo quæstionis septuagesimæ secundæ articulo dubium occurrit, An sit vera determinatio literæ, scilicet quod contumelia consistens in factis, non consistit in eis inquantum sunt facta, sed inquantum sunt signa. Apparet nanque falsum, eo quod contumelia consistens in dehonestatione ianuarum domus alicuius, in deturbatione vel destructione imaginum vel stemmatum alicuius consistit in factis ipsis, vt talia facta sunt, vt patet, sicut rapina in ablatione rerum, & verberatio in persecutione personæ, licet significent animum male dispositum erga illum, & cætera. Hoc enim cōmune est omnibus malis factis, quando per se scilicet ex intentione fiunt. Et confirmatur, quia huiusmodi iniuriæ non spectant ad aliquod supradictorum vitiorum, quæ posita sunt opponi iustitiæ, vt patet discurrendo per singula, homicidium, furtum, rapinam, &c.

q. 57. ar. 1. Et psa. 43. col. 6. Et Roma. 1. lect. 8. co. 4.

¶ Ad hoc dicitur, quòd dubitatio oritur ex hoc quòd credi.ur in proposito factum habere rōnem signi respectu facientis, sicut verba respectu loquentis, quum tamen hoc non sufficiat. Sed pro tanto facta, vt facta distinguuntur hic contra facta vt signa, quia ad eius offensam, contra quem fiunt, non perueniunt vt facta, sed vt signa. Fur siquidem aut latro iniuriatur facto, vt factum est, quia actio auferendi priuat illum rebus suis. Et simile est de homicidio, & aliis supradictis. Contumeliosus autem quādo facto iniuriatur, non iniuriatur facto, vt factum est, sed facto vt signo, quia actio illa dehonestationis ianuæ, &

quin nulli liceret aliquā rē vendere, qa quālibet rē potest homo misericorditer impendere. Sed quādo eam misericorditer impendit, nō humanam, sed diuinam remuneratione quærere debet. Et similiter Aduocatus, quando causæ pauperum misericorditer patrocinatur, nō debet intendere remunerationem humanam, sed diuinam, non tamen semper tenetur gratis patrocinium impendere.

¶ Ad secundum dicēdum, quod etsi sciētia iuris sit quiddam spirituale, tamē vs⁹ ei⁹ fit opere corporali. Et ideo pro ei⁹ re cōpēsatione licet pecuniā accipere, alio qn nulli artifici liceret arte sua lucrari.

¶ Ad tertium dicendum, quod iudex & testis cōmunes sunt vtrique parti, qa iudex tenetur iustā sententiam dare & testis tenetur verū testimoniū dicere. Iustitia aūt & veritas nō declināt in vnā partē magis, q̄ in aliā. Et ideo Iudicib⁹ de publico sūt stipēdia laboris statuta, & testes accipiūt non quasi pretiū testimonij, sed quasi stipēdium laboris, expensas vel ab vtraque parte, vel ab ea, à qua inducuntur: quia nemo militat stipendiis suis vnquam, vt dicitur primæ ad Corīthios nono. Sed Aduocatus alteram partem tantum defendit. Et ideo licitè potest pretiū accipere à parte, quam adiuuat.

QVÆSTIO SEPTVAGEsima secunda, de Verborum iniuriis extra iudicium, & primò de contumelia, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iniuriis verborū, quæ inferūtur extra iudicium. Et primò de contumelia: secundo, de detractione: tertiò, de susurratione: quartò de maledictione. ¶ Circa primū quærūtur quatuor. ¶ Primò, quid sit contumelia. ¶ Secundò, vtrum omnis contumelia sit peccatū mortale. ¶ Tertiò, vtrum oporteat contumeliosos reprimere. ¶ Quartò, de origine contumeliæ.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum contumelia consistat in verbis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd cōtumelia nō consistat in verbis. Contumelia enim importat quoddam nocumentum proximo illatū, cum pertineat ad iniustitiam. Sed verba nullum nocumentum videntur inferre proximo nec in persona nec in rebus. Ergo contumelia non consistit in verbis.

¶2 Præterea, Contumelia videtur ad quādā dehonorationē pertinere. Sed magis aliquis pōt inhonorari, seu vituperari factis, quā verbis. Ergo vr̄ qđ contumelia nō cōsistat in verbis, sed magis in factis.

¶3 Præterea, Dehonoratio, quæ fit in verbis, dicitur cōuitium vel improperium. Sed contumelia videtur differre à conuitio & ab improperio. Ergo contumelia non consistit in verbis.

¶ SED CONTRA. Nihil auditu percipitur nisi verbum. Sed contumelia auditu percipitur, secundum illud Ieremię vigesimo, Audiui contumelias in circuitu. Ergo contumelia est in verbis.

¶ RESPONDEO dicendum, quod contumelia importat dehonorationem alicuius. Quod quidem contingit dupliciter. Cum enim honor aliquam excellētiam consequatur, vno modo aliquis aliū dehonorat, cum priuat eum excellentia, propter quam habebat honorem: quod quidem fit per peccata factorum de quibus supra dictum est. * Alio modo, cùm aliquis id, quod est contra honorem alicuius, deducit in notitiam eius & aliorum. Et hoc propriè pertinet ad contumeliam, quod quidem fit per aliqua signa. Sed, sicut Augustinus dicit in secundo de Doctrina Christ.* omnia signa verbis cōparata, paucissima sūt. Verba enim inter homines obtinuerunt principatū signādi quæcunque animo cōcipiuntur. Et ideo contumelia, propriè loquēdo, in verbis cōsistit. Vñ Isidor. dicit in libro Etymo.* ꝙ cōtumeliosus dicitur aliquis, qui velox est, & tumet verbis iniuriæ. Tamē qa etiam per facta aliqua significatur aliqd, quæ in hoc ꝙ significant, habent vim verborum significantium, inde est quod contumelia extenso nomine, etiam in factis dicitur. Vnde Romano. primo sup illud Cōtumeliosos, superbos, dicit gl.* quòd contumeliosi sunt, qui dictis vel factis contumelias & turpia inferunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quod verba secundū sui essentiam, id est inquātum sunt quidā soni audibiles, nullū nocumentū alteri inferūt, nisi forte grauando auditū, puta cū aliquis nimis alte loquitur. Inquantū vero sunt signa repræsentātia aliquid in notitia aliorū, sic possūt dāna multa inferre, inter quæ vnum est quod homo damnificatur quātum ad detrimētū honoris sui, vel reuerētiæ sibi ab aliis exhibēdæ. Et ideo maior est cōtumelia si aliquis alicui defectū suū dicat corā multis: & tamē si sibi soli dicat, pōt esse cōtumelia, inquātū ipse qui loquitur iniustè, cōtra reuerentiā audientis agit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ intantū aliquis aliquem factis dehonorat, inquātū illa facta vel faciūt, vel significāt illud qđ est contra honorē alicuius, quorum primū non pertinet ad contumeliam, sed ad alias iniustitiæ species, de qbus supra dictū est, * secundū vero pertinet ad contumeliā, inquantum facta habent vim verborum in significando.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ conuicium & improperiū consistunt in verbis, sicut & cōtumelia, qa per oīa hęc repræsentatur aliquis defectus alicuius in detrimentū honoris ipsius. Huiusmodi aūt defectus est triplex, s. defectus culpæ, qui reprȩsentatur per verba cōtumeliosa: & defectus generaliter culpæ & pœnæ, qui reprȩsentatur per conuitiū, quia vitium cōsueuit dici non solum animæ, sed etiā corporis. Vnde siquis alicui iiuriosè dicat, eū esse cæcum, conuitiū quidem dicit, sed non contumeliā. Si quis autem dicat alteri, ꝙ sit fur, non solū conuitium sed etiam contumeliā infert. Quandoque verò repræsentat aliqs alicui defectū minorationis siue indigentiæ, qui etiā derogat honori consequenti quācunque excellētiam, & hoc fit per verbū improperij. Quod propriè est, quādo aliquis iniuriosè alteri ad memoriā reducit auxilium, quod cōtulit ei necessitatē patiēti. Vnde dicitur Ecclesia. vigesimo, Exigua dabit, & multa improperabit. Quandoque tamen vnum istorum pro alio ponitur.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum contumelia seu conuitium sit peccatum mortale.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod contumelia vel conuitium, non sit peccatum mortale. Nullum enim peccatum mortale est actus alicuius virtutis. Sed conuitiari est

huiusmodi, inquantum talia facta absolute sunt, non lędunt proximum. Neque enim personalia, neque res eius diminuunt, nisi fortè per accidens, quia scilicet illa imago erat sua, & nihil amplius valet, sed vt habent rationem signi pertingunt, quantum in se est, ad lædendum honorem proximi. Quamuis autem commune sit omnibus male factis, significare malam intentionem agentis, neque penes sic esse signum, distinctio hic fit: proprium tamen est male factis, vt sunt contumeliosa, ad hoc vt sint contumeliosa, induere rationem signi quo ad efficaciam, hoc est, quòd non pertingunt contumeliosa ad iniuriatum, nisi vt signa, ac per hoc talia facta sunt contumeliosa, vt sunt talia facta materialiter, vt signa formaliter. Et aduerte, quòd quia vnum vitium imperat alteri, sicut quando quis furatur vt mœchetur, ita si quis raperet seu percuteret, vt contumeliaretur rapina, seu percussio vt factum læderet in rebus, vel persona: vt signū, machinaretur contra honorem, & peccaret simul duobus vitiis, sicut fur vt mœchetur. Est & aliud aduertendum, quòd quum prædictę dehonestationes, & similia à manifesto fiunt autore, habent perfecte rationem contumeliæ: quum verò ab occulto procedunt autore, habent quidem rationem veræ contumeliæ, quia ad hoc fiunt, vt in notitiam eius & aliorū deducant id, quod est contra honorem eius: minus tamen perfecte rationem habent contumeliæ, pro quanto contumeliosus est manifestus iniuriator, sicut & iratus.

Quæs. 64. & 65. — *Cap. 3. to. 3.* — *Lib. 10. ca. 3.* — *Inter lin.* — *Quæs. 64. 65. & 66.*

¶ In responsione ad tertium eiusdem primi articuli, dubium occurrit. An contumelia distinguatur in plures species, seu distinguatur specie ab improperio & conuitio. Et est ratio dubii, quia distinctio specifica attenditur penes obiectum, quod est materia circa quam. Constat autem ex litera, quòd defectus culpæ est materia contumeliæ, defectus communiter est materia conuitij, defectus præteritæ indigentiæ est materia improperij, rursus defectus culpæ maximā habet diuersitatem specificam, vt patet de diuersitate vitiorum. In oppositum autem est, quòd non consueuit Autor præterire specificam distinctionem vitiorum in hoc opere, vbi descendit vsque ad specialissima moralium, alioquin non esset vlti-

Infra q. 158 ar. 5. ad tertiū & 1. Cor. 15. lect. 7. & Gal. 3

Universidad de Deusto Biblioteca

mus Moralium liber.

¶ Ad hoc dicitur, quòd proculdubio contumelia vnius est speciei specialissimæ ex vnitate honoris, contra quem tendit specificam vnitatem habens, sicut detractio ex vnitate famæ. Huius autem signum manifestum est, quòd idem defectus culpæ spectat ad detractionem & contumeliã. Potest enim quis & detrahẽdo & contumeliando, defectum adulterij, furti &c. dicere. Habent ergo se omnes defectus, qui dicuntur ad hæc vitia, non vt materia, circa quam forma liter versantur, sed materialiter. Et propterea non variant species, sed secundum diuersitatẽ finiũ, ad quos ordinantur, puta dehonorationis vel infamiæ ad diuersas species moralium vitiorum reducuntur & vnuntur, &c. Omnes siquidem defectus quatenus, honorem lædunt, vnius sunt rationis & ad contumeliam spectant. Quatenus famam minuunt, aut auferunt, vnius alterius sunt rationis, & ad detractionem pertinent. Est tamen in vtrisque cum vnitate speciei, diuersitas gradum secundum magis & minus, dum vnus defectus magis dehonorat aut infamat, quàm alius vt patet. Et per hoc patet solutio obiectorum. Omnes enim defectus quatenus dehonorant, vnius sunt speciei, vt dictũ est.

Cap. 8. to. 5.

art. præc.

¶ Super quæstionis septuagesimæ secundæ articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæstionis septuagesimæ secundæ, diligenter discerne non solum inter contumeliã formaliter & materialiter ex intentione dehonorandi, sed etiam latius dinem tam contumeliæ formalis, quàm materialis. Nam contumelia formalis, scilicet ex animo dehonorandi procedẽs, licet ex suo genere sit peccatum mortale, propter imperfectionem tamen actus, quandoq; est venialis, quando scilicet vel est imperfectio ex parte honoris, puta quũ intendit non nisi parum dehonorare, qđ Autor vocat in responsione ad tertium, leuiter contristare: modicum enim pro nihilo reputatur. Vel est imperfectio ex parte intentionis, puta quum ex leui ira prorũpit in verbum contumeliosum, non ex consensu dehonorandi. Materialis aũt contumelia non est ex se mortalis, sed posset esse mortalis ex damno quod inferret proximo. Vnde quantumcunque excessiuam contumeliam in aliquẽ dicerem, non animo iniuriandi, si propterea non damnificatur ille in honore, non pecco mortaliter peccarp con

2. 2. q. 72. art. 3. & q. 88. ar. 4. & 5.

Et ea, quæ dem.

actus alicuius virtutis, scilicet eutrapeliæ, ad quam pertinet bene conuitiari, secundum Philosophum in quarto Ethicorum. * Ergo conuitium siue contumelia non est peccatum mortale.

¶ 2 Præterea, Peccatum mortale nõ inuenitur in viris perfectis, qui tamẽ cõuitia vel contumelias aliquando dicunt, sicut patet de Apostolo, qui ad Galatas tertio dixit, O insensati Galatæ. Et Dominus dicit Lucæ vltimo, O stulti & tardi corde ad credendum. Ergo conuitium siue contumelia non est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, Quamuis illud quod est peccatũ veniale ex genere, possit fieri mortale: nõ tamẽ peccatũ quod est ex genere mortale, potest esse veniale, vt supra habitum est*. Si ergo conuitium vrl contumelia esset peccatum mortale ex genere suo, sequeretur q; sẽper esset peccatum mortale. Quod videtur esse falsum, vt patet in eo, q leuiter & ex surreptione, vel ex leui ira dicit aliquod verbũ contumeliosum. Non ergo contumelia vel conuitium ex genere suo est peccatũ mortale.

¶ SED CONTRA. Nihil meretur pœnã æternã inferni nisi peccatum mortale. Sed conuitium vel cõtumelia meretur pœnã inferni, secũdum illud Matth. quinto, Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Ergo conuitium vel contumelia est peccatum mortale.

¶ RESPONDEO dicendum, q; sicut supra dictum est*, verba inquantum sunt soni quidam, non sunt in nocumẽtũ aliorum, sed inquãtũ significant aliquid quæ quidẽ significatio ex interiori affectu procedit. Et ideo in peccatis verborũ maximè cõsiderãdũ videtur ex quo affectu aliquis verba proferat. Cũ ergo cõuitiũ seu cõtumelia de sui ratione importet quandã dehonorationem, si intentio ferẽtis ad hoc feratur, vt aliqs per verba quæ pfert, honorem alterius auferat, hoc propriè & per se est dicere conuitiũ vel cõtumeliã, & hoc est peccatũ mortale, nõ minus quã furtum vel rapina. Non enim homo minus amat suũ honorẽ, quã rẽ possessã. Si verò aliqs verbum cõuitij vel contumeliæ alteri dixerit, nõ tamẽ animo dehonorãdi, sed fortè propter correctionẽ, vel propter aliquid hmõi, nõ dicit cõuitiũ vel cõtumeliã formaliter & per se, sed per accidẽs & materialiter, in quãtũ. s. dicit id, quod põt esse cõuitiũ, vel cõtumelia. Vnde hoc põt esse quãdoq; peccatũ veniale, quãdoque aũt absq; omni peccato. In quo tamẽ necessaria est discretio, vt moderatè homo talibus vtatur, qa posset esse ita graue conuitiũ, q; per incautelã prolatũ auferret honorẽ eius, contra quẽ proferretur, & tũc posset homo peccare mortaliter, etiã si non intẽderet dehonorationẽ alteri[9]. Sicut etiã si aliquis incaute aliũ ex ludo putiens, grauiter lædat, culpa non caret.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q; ad eutrapeliã pertinet dicere aliquod leue conuitiũ, nõ ad dehonorationẽ, vel ad cõtristationem eius, in quẽ dicitur, sed magis causa delectationis & ioci. Et hoc põt esse sine peccato, si debitę circũstantiæ obseruẽtur. Si vero aliqs nõ reformidet cõtristare eũ, in quẽ, pterrtur hmõi iocũ cõuitiũ, dũmodo aliis risum excitet, hoc est vitiosum, vt ibidem* dicitur.

¶ Ad secundũ dicendum, q; sicut licitum est aliquem verberare vel in rebus damnificare causa disciplinæ, ita et & causa disciplinę põt aliquis alteri, quem debet corrigere, verbum aliquod conuitiosum dicere. Et hoc modo Dominus discipulos vocauit stultos, & Apostolus Galatas insensatos. Tamẽ sicut dicit Augustinus in libro de Sermone Domini in monte, * raro & ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibendæ, in quibus nõ nobis, sed vt Domino seruiatur, instemus.

Lib. 2. ca. 30.

¶ Ad tertium dicendum, q; cùm peccatũ conuitij vel contumeliæ ex animo dicẽtis dependeat, potest cõtingere, quòd sit peccatũ veniale, si sit leue conuitium, nõ multũ hominẽm dehonestans, & proferatur ex aliqua animi leuitate, vel ex leui ira absq; firmo ,ppósito aliquẽ dehonestãdi, pura cũ aliquis intendit aliquem per huiusmodi verbum leuiter contristare.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum aliquis debeat contumelias sibi illatas sustinere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis non debeat cõmelias sibi illatas sustinere. Qui enim sustinet contumeliam sibi illatam, audaciã nutrit conuitiantis. Sed hoc nõ est faciẽdum. Ergo homo non debet sustinere cõtumeliam sibi illatam, sed magis conuitianti respondere.

¶ 2 Præterea, Homo debet plus se diligere, quã aliũ. Sed aliquis non debet sustinere, q; alteri conuitium inferatur. Vnde dicitur Prouerbiorum vigesimo sexto, Qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Ergo etiam aliquis non debet sustinere contumelias illatas sibi.

¶ 3 Præterea. Non licet alicui vindicare se ipsum, secundũ illud, Mihi vindictam, & ego retribuam. Sed aliquis non resistendo contumeliæ, se vindicat, scdm illud Chrys.* Si vindicare vis, sile, & funestam ei dedisti plagam. Ergo aliquis non debet silendo sustinere verba contumeliosa, sed magis respondere.

Et hom. 43. in Mattth. circa medium. Et hom. 85. à medio.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 37. Qui inquirebãt mala mihi, locuti sunt vanitates. Et postea subdit, Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.

¶ RESPONDEO dicendum, quod sicut patientia necessaria est in his, quę cõtra nos fiunt, ita etiã in iis quæ cõtra nos dicuntur. Præcepta aũt patiẽtię in iis quę cõtra nos fiũt, sũt in præparatione animi habẽda, sicut Augustinus in libro de Sermone Domini in mõte,* exponit illud præceptũ Domini, Si qs pcusserit te in vna maxilla, præbe ei & aliã, vt scilicet homo sit paratus hoc facere, si opus fuerit. Non tamẽ semper tenetur facere actu, qa nec ipse Dñs hoc fecit, sed cùm suscepisset alapã, dixit, Quid me cædis, vt habetur Ioannis decimo octauo. Et ideo ẽt circa verba cõtumeliosa, quæ cõtra nos dicuntur, est idẽ intelligendum. Tenetur enim habere animum paratum ad cõtumelias tolerandas si expediẽs fuerit. Quãdoque tamen oportet, vt contumeliam illatã repellamus, maximè ,ppter duo. Primo q dem propter bonum eius, qui cõtumeliã infert, vt videlicet eius audacia reprimatur, & de cætero talia nõ attẽtet, secũdũ illud Prouerb. 26. Rñde stulto iuxta stultitiã suã, ne sibi sapiẽs videatur. Alio modo propter bonũ multorũ, quorũ profectũ impeditur propter cõtumelias nobis illatas. Vñ Greg. dicit sup Ezechi. homi. nona,* Ii, quorũ vita in exẽplo imitationis est posita, debẽt, si possũt, detrahentumeliæ. In istis enim peccatis materialiter, & per accidens non est mirũ si iudicamus ex materiali & per accidens dãno. Et propterea in litera dicitur, q; per cautelã prolatum auferret honorem eius, &c. Et aduerte hic q; contumelias, quas prælati obiurgando proferre possunt, licet vt materiam virtutis assumant, & in litera dicatur quod raro & ex magna necessitate dicere debeant, tutius tamẽ mihi videtur quòd nunquam, nisi Spiritu Sanctõ suggerente dicatur, quoniam repræsentatur subditis, quòd non ex charitate, sed ex passione procedant, fiuntque deteriores non suscipientes disciplinam, leuiusque verbera, quàm contumeliosa verba suscipiunt. Vnde Tullius in libro de officiis, Omnis animaduersio & castigatio contumelia vacare debet.

Lib. 1. ca. 30.

infra qõ. 73. ar. 4. ad 1. Et opusc. 19. cap. 16.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdem septuagesimæ secundæ quæstionis exerce teipsum sic in charitatis, ac mansuetudinis præceptis, vt scias quando, & vbi oporteat vti vtroque præcepto Spiritussancti in vno eodemque capite, scilicet, Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur, &: Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne ei similis efficiaris. Qui primo vult vti præcepto, attendat intra se, si ad hoc mouetur ex charitate fraterna, quia malum proximi tolerare nõ potest, vt scilicet se sapiẽtem reputet, an mouetur potius, vt ipse respondens, sapiens videatur aut bonus, aut non malus, &c. Si enim non propter proximi charitatẽ respondet, frustra se illa autoritate excusat. Et quo pacto iactat se aliquis fraterna charitate moueri ad respondendum, qui multa alia mala eiusdem proximi, & forte grauiora nouit, nec curat ei subuenire? Qui autem tanta se non flagrare charitate cognoscit, mansuetusque tacet, ne & ipse peccet respondendo, optimè sibi consulit.

¶ Circa reparationem contumeliæ iam illatæ dubium occurrit, An te neatur ad perendam veniam ab iniuriato is qui contumeliam in eum ,tulit. Et est ratio dubii: quia Augustinus in regula mandat hoc fieri, & quidam dicunt ad hoc teneri

Circa medium.

¶ In oppositum autem est, quia sicut in aliis in iuriis sufficit restituere & non oportet aliter petere veniam, ita nec in contumelia.

¶ Ad

¶ Ad hoc dicitur, quod quia iniuria emẽdatur sufficienter per reductionẽ ad æqualitatem, quam facit restitutio, non tenetur contumeliosus ad aliud proximo exhibendũ, quàm restitutionem. Vnde quomodocũque restituit ei honorẽ, quem abstulit, reuerentiam exhibendo vel aliter, satisfecit, nec ad aliud tenetur, nec aliud docuit Augustinus, quum expresse dicat, Quicunque eontium sibi verba compescere, ne eorũ prę dicatiõnẽ nõ audiãt qui audire poterãt, & ita in prauis moribꝰ remanẽt es, bñ vi uere contemnant.

Infra qõ. 73. art. 3. ad 3. & q. 158. ar. 7 cor.

¶ Super quæstionis septuagesimæ tertiæ articulum primum.

IN articu. primo quæstionis septuagesimæ tertiæ circa modos detrahendi positos in responsione ad tertiũ, dubium occurrit de quarto, scilicet quando id quod est bonum, dicit mala intẽtione factum. Et est ratio dubij, quia hoc non ad detractiõis, sed iudicij temerarii vitium spectat, quoniam talia iudicare præsumit de occulta cordis intentione contra operis attestationem, dum ille bonum facit, & iste intentionem diuinare præsumit malam. Rursus ex huiusmodi temerariis verbis nullus infamatur si verba intelligantur, quoniam quilibet scit quòd iste non plus videt intentionem proximi, quã ipse audiens & quilibet alius: secretorum nãque cordis apud omnes null' homo est iudex.

q. 46. ar. 1.

Cap. 31.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia contumelia non oritur ex ira: quia dicitur Prouerbiorum vndecimo, Vbi superbia, ibi cõtumelia. Sed ira est vitium distinctum à superbia. Ergo contumelia non oritur ex ira.

¶ 2 Præterea, Prouerbiorũ vigesimo dicit, Omnes stulti miscẽtur cõtumeliis. Sed stultitia est vitiũ oppositũ sapiẽtiæ, vt suprà habitũ est*. Ira aũt opponit mãsuetudini. Ergo contumelia non oritur ex ira.

¶ 3 Præterea, nullũ peccatũ diminuitur ex sua cã. Sed peccatũ cõtumelię diminuit, si ex ira ,pferatur. Grauius enim peccat qui ex odio cõtumeliã infert, quàm qui ex ira. Ergo contumelia nõ oritur ex ira.

¶ SED CONTRA est, quod Grego. trigesimoprimo Moralium* dicit, quòd ex ira oriuntur contumeliæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cùm vnũ peccatũ ponsit ex diuersis oriri, ex illo tñ dicitur principalius habere originem, ex quo frequentius procedere consueuit propter propinquitatẽ ad finẽ ipsius. Cõtumelia autem magnam habet propinquitatem ad finẽ iræ, qui est vindicta. Nulla enim vindicta est irato magis cta. Nulla enim vindicta est irato magis ćta. Nulla enim vindicta est irato magis ćta. Nulla enim vindicta est irato magis ć

quatur coram multis eo absente, detractio est. si autem eo solo præsente, contumelia est: quamuis etiā si vni soli aliquis de absente malum dicat, corrumpit famam eius non in toto, sed in parte.

¶ Ad tertiū dicendū, quòd aliqs dicitur detrahere, non qa diminuat de veritate, sed qa diminuit famā ei⁹. Quod quidē fit qñq; directe, qñq; indirecte. Directè qdē quadrupliciter. Vno mō, quādo falsū imponit alteri: secūdo, quādo peccatum adauget suis verbis: tertio, quando occultū reuelat: quarto, quādo id quod est bonū, dicit mala intētione factū. Indirecte autem, vel negando bonum alterius, vel malitiose reticendo, vel minuendo.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum detractio sit peccatum mortale.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod detractio non sit peccatū mortale. Null⁹ enī act⁹ virtutis est peccatū mortale. Sed reuelare peccatum occultū, qđ sicut dictū est,* ad detractionē ꝑtinet, est act⁹ virtutis vel charitatis, dū aliquis fratri peccatū denūtiat, ei⁹ emendationē intēdens: vel etiā est actus iustitiæ, dum aliquis fratrem accusat. ergo detractio non est peccatum mortale. *[art. præc. ad 3.]*

¶ 2 Præterea, Sup illud Prouer. 24. Cū detractoribus ne cōmiscearis, dicit gl. Hoc specialiter vitio periclitatur totū genus humanū. Sed nullū peccatū mortale ī toto humano genere inuenitur: quia multi abstinent à peccato mortali. Peccata aūt venialia sunt quæ in omnibus inueniuntur. Ergo detractio est peccatum veniale.

¶ 3 Pręterea, Aug. in homil. de igne purgatorio* inter peccata minuta ponit, quando cū omni facilitate vel temeritate maledicimus: quod pertinet ad detractionē. ergo detractio est peccatum veniale. *[Hom. 41. de sanct. tom. 10.]*

¶ SED CONTRA est, quod Rom. 1. dicit, Detractores Deo odibiles. Quod iō additur, vt dicit gl. ne leue putetur propter hoc, quod consistit in verbis.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut supra dictū est,* peccata verborū maximè sunt ex intētione dicētis diiudicāda: Detractio aūt secundū suā rationē ordinatur ad denigrādū famā alicuius. Vnde ille, per se loquēdo, detrahit, qui ad hoc de aliquo obloquitur eo absēte, vt ei⁹ famā denigret. Auferre aūt alicui famā valde graue est, qa inter res tēporales videtur fama d esse pretiosior, ꝑ cui⁹ defectū impeditur homo à multis bene agendis. Propter qđ dicitur Eccle. 41. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri magni & pretiosi. Et iō detractio, ꝑ se loquēdo, est peccatū mortale. Cōtingit tamē quādoque ꝙ aliquis dicit aliqua verba, per quę diminuitur fama alicuius, nō hoc intendēs, sed aliquid aliud. Hoc autem nō est detrahere per se & formaliter loquēdo, sed solū materialiter, & quasi ꝑ accidēs. Et si quidē verba, per quæ fama alterius diminuitur, ꝓferat aliqs ꝓpter aliquod bonū vel necessariū debitis circūstantiis obseruatis, nō est peccatū, nec potest dici detractio. Si aūt ꝓferat ex animi leuitate vel propter causā aliquā non necessariā, nō est peccatum mortale nisi forte verbum qđ dr, sit adeo graue, ꝙ notabiliter famā alicuius lædat, & pręcipue in iis quæ ꝑtinēt ad honestatē vitæ: qa hoc ex ipso genere verborum habet rationem peccati mortalis. Et tenetur aliquis ad restitutionē famæ sicut ad restitutionē cuiuslibet rei subtractæ, eo mō quo supra dictū est.* cum de restitutione ageretur. *[q. 74. art. 2.] [q. 62. art. 2.]*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ reuelare peccatum occultū alicuius pro pter eius emendationē denuntiando, vel propter bonum iustitiæ publicæ accusando, non est detrahere, vt dictum est*. *[In cor. art. & q. 68. art. 1.]*

Super quæstionis septuagesimæ tertiæ articulum secundum.

IN art. 2. eiusdem 73. quæst. nota detractionē materialiter, scilicet non animo detrahendi, non esse regulariter mortale peccatum: per accidens tamē posse esse mortale, si notabiliter lædat famā proximi. Sed aduerte, quod non læditur fama proximi, saltē notabiliter ex hoc, quod narratur secreto crimē eius tali personæ, apud quam perinde erit ac si non esset dictum: vt cōtingit in colloquiis inter virum & vxorem de criminibus filiorū, & cōfessionibus eorum, qui confitentes peccata propria, dicunt imprudenter confessori in quo cōfidunt, personam cū qua grauissimè peccauerūt, & similibus. Ex his enim aut non læditur fama proximi, quia quærunt magis tegere scientes, quàm vt etiam quis hęc suspicetur, vel parum læditur. Quia propterea non impeditur à bonis iustè consequendis, & vnius notitia infamiam non nisi secundū quid remote constituit, si in illo sistitur, & verū, licet occultum, dictum est. *[Locis supra art. 1. inductis.]* Et ad hūc casum reducitur circa secreta fidei cōmissa petitio consilij à secreta persona, vt possit prouidere sibi, vel alteri & hmōi, quando hæc fiūt cum indiscreta reuelatione occulti criminis. Non est enim in huiusmodi mortale peccatū: quia non notabiliter læditur fama proximi in effectu, neq; ī intētione.

¶ In eodem articulo secundo dubium occurrit circa illa verba, Quia hoc ex ipso genere verborum habet rationem peccati mortalis. Et est ratio dubij, quia ly hoc, demonstrat dicere verba, per quæ diminuitur fama alterius in iis quæ spectant ad honestatem vitæ, vt patet ex contextu literæ. Et sic intelligitur, aut gratia materiæ turpis, & hoc non, quia constat quod ex ipso genere verborum non constituitur maius peccatū, quàm turpiloquium, scurrilitas, & si quid huiusmodi est, quę nō esse ex suo genere peccata mortalia Apostolus ad Ephes. 5. capite insinuat. & gl. Remigij ibidē notat. Quomodo ergo verificabitur, ꝙ ex ipso genere verborum sit peccatum mortale? Aut gratia peccati mortalis significati per hæc verba in altero, de quo est sermo, puta, quia per hæc verba dicitur adulter, aut fornicator, &c. & hoc non: quia quum iniustitia sit ex suo genere peccatum mortale, vt superius determinatum est, idem esset iudicium de verbis in materia iniustitiæ ex suo genere verborum.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ sensus literæ neuter assignatorum esse videtur. Sed quum distinxisset Autor ꝙ dicere verba detractoria contingit dupliciter, s. formaliter & materialiter, & qđ detrahere formaliter est ex suo genere peccatū mortale, quia tollit famam: detrahere autem materialiter non excipit à materiali detractione casum notabilis læsionis famæ. Et hunc casum præcipuè accidere posse dicit in verbis detractoriis quo ad honestatē vitæ: qa huiusmodi verba ex suo genere sunt ademptiua famæ: quasi diceret, ꝙ inter detrahere materialiter in aliis materiis, & in materia honestatis hęc est differentia, ꝙ in aliis materiis rarò accidit notabilis læsio famæ. In materia autē honestatis sępe, qa huiusmodi detractio habet ex suo genere rationē infamatiui: ac ꝑ hoc peccati mortalis, de quo est sermo, hoc est detractionis. Et hoc qa peccata carnis sunt maioris infamiæ: scito tamē discernere personarum differētiā & modum dicēdi. Sunt enim quędam personę quę ex quibuslibet inhonestis infames redduntur, vt moniales, puellæ nubiles, nuptæ, pudicæ, religiosi, sui nominis curā habentes & huiusmodi: & de his accipienda sunt verba literæ. Sunt autem personæ multæ, quarum famam simplex fornicatio in nullo lædit, vt iuuenes seculares, qui tanti faciunt ꝙ hoc dicitur de eis, quātum quod cœnauerunt, & simile est de adulterio apud multos. Et breuiter eorum nulla videtur ex alienis verbis per accidēs infamia, quia proprio ore hoc se patrasse libere dicunt, vel iactant. Modus autē dicēdi, s. assertiuè, vel ex auditu, aut dubitatiue multam varietatem in hoc facit. Nam solus assertor proprie tollit famam. Propter quod reliqui non tenentur ad restitutionem famæ, si falsum sit quod retulerunt, aut dubia æstimatione narrarunt. Ex leuitate siquidem audientis, non ex vi dicentis lęditur fama, si læditur in istis casibus. Et licet hæc dicta in se sint vera ad literā, tamen aliter exponēda est litera, vt formaliter intelligatur, nec ad maiorē infamiam, sed ad ipsam infamiā, quę peccatū mortale constituit, recurrat. Dicēdū est igitur ꝙ ly hoc, non demonstrat dicere verba inhonestatis, sed demonstrat verbū notabiliter famā alicui⁹ lędens: ita quod cum doceret Autor detractionem materialiter non esse peccatū mortale, excepit ab huiusmodi regula detractionē materialem, quando fit verbo notabiliter lædēte famam proximi: quia hoc, id est, verbum notabiliter lædens famam proximi, ex suo genere est peccatum mortale: quod est per se notū, quia ex suo genere importat notabile nocumentū famæ ꝓximi. Et hic est planus & clarus sensus literæ: quoniam sic redditur rō exceptionis quo ad substātiā, & non quo ad quantitatis magnitudinē importatā per ly, præcipuè in iis quæ ꝑtinēt ad honestatē vitę. Est enim ly hoc demonstratiuū substātię. Et rursꝰ quoniā sic est directè ad ꝓpositū de detractione vniuersaliter, & nullū habet scrupulū. Et bene nota, qa ī litera dicitur, ꝙ huiusmodi detractio materialiter lædat famā notabiliter, & non dixit ꝙ sit læsiua, hoc est potens lædere: quia, vt dictū est, si tali modo dicatur, quòd non lędat notabiliter famā ꝓximi, quāuis ex suo genere verbū sit notabiliter læsiuū, nō est peccatum mortale, propter imperfectionē actus, vt declarauimus. *[D. 595.]*

¶ Circa detractionem materialiter quo ad finem, non quo ad modū, hoc est circa infamationē suiipsius dubiū occurrit, An ille qui tormentis ductus, aut metu mortis & cruciatus infamat seipsū, mētiendo, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionē famę suę. Et est ratio dubij, quia sicut homo est dominus aliarum suarū rerū exteriorū: ita & suæ famę. Est enim fama inter exteriora bona hominis, quę possūt ab inuito auferri. Sicut ergo pōt homo, vt se à morte aut tormētis liberet, cōmiscendo etiam multa mendacia sine præiudicio proximi, diuitias suas dare: ita & famā suā absq; peccato mortali. In oppositum autē est glos. in c. si sacerdotibus. 15. q. 6.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet quidā opinentur nō esse peccatū mortale infamare seipsū propter cruciatus, &c. nec esse pernitiosum mendaciū: quia hmōi confessio nō valet, nec cedit sibi ad infamiā, vt in d. c. dicitur. Verūtamē proculdubio est, ꝙ est peccatū mortale, sicut occidere seipsū. Et rō est, quia est cōtra charitatis præceptū, quo quilibet tenetur seipsū diligere: & quia iniuriatur saltem Ecclesiæ, cuius est pars, infamādo partē illi⁹ iniustè, sicut occidens seipsū offēdit ciuitatē, cuius est pars: & propterea punitur, quòd careat sepultura. Et propterea tenetur Ecclesiæ ad restitutionē famę sui mēbri. Et ex hac parte huiusmodi infamatio opponitur iustitiæ quæ est ad alterū. Amplius infamare seipsū, absolutè loquēdo, est peccatū mortale ex suo genere, vt patet. Ergo infamare seipsū metu mortis, vel ꝓpter tormēta &c. est peccatū mortale. Et tenet consequētia: quia nec metus mortis, nec tormēta excusāt actū ex suo genere peccatū mortale ab hoc quod est esse peccatū mortale. Alioquin per tormenta liceret fornicari, & alia huiusmodi facere.

¶ Ad obiecta igitur in oppositum dicitur, quod quia homo non est ita suus, quin sit pars alterius: tenetur ita de se disponere, vt iniuriam non faciat alteri: hoc est toti, cuius est pars. Exponendo autem proprias diuitias pro conseruatione vitæ & integritatis & sanitatis corporis, nulli facit iniuriam, sed rectum seruat ordinem. Sed infamando seipsum, afficit totū ratione partis tali nota infamiæ, vt saluet vitam corporalem, quod est iniustū: sicut etiam infamare proximum, propter eandem causam esset mortale. Non est ergo eadē ratio de diuitiis, & fama. Quamuis sit etiam alia differentia: quia exponēdo diuitias, fit sola priuatio rerum: infamando verò non solùm fit priuatio famæ, sed appositio infamiæ. Aliud enim est sustinere priuationē famæ propter tormenta: aliud est apponere infamiā, quod facit infamans seipsum. Vñ non potest iste excusari à pernitioso mendacio, quum sit mendacium lęsiuū proximi, seu totius in magno bono. Et pro quāto est contra seipsū, est plusquā iniustū. Est enī contra charitatē ꝓpriā, qua quilibet non min⁹ seipsū, quā proximū tenetur diligere. Et licet teneatur magis diligere, ꝓpriā vitā, quā propriā famā, & magis curā habere de priuatione vitæ, quā de priuatione famæ, tenetur tñ magis curā habere, ne apponat sibi infamiā: quā ne auferatur ab eo vita & integritas, & sanitas, & quies, & libertas. Qm̃ hoc consistit in mala pati, qđ non ē malū: illud verò est malefacere, qđ est malū. Canon aūt allegatus ex Decretis, ꝙ confessio extorta non est ad infamiā, si generaliter intelligatur, verificabitur de infamia iuris: nos autē de infamia mortis tractam⁹. Nā confessio in tormētis, etsi non sit valida ad infamādum in foro iudiciali, est tamē valida in foro conscientiæ. quia est actus mixtus ex voluntario, & inuoluntario, qui, vt dicitur in tertio Ethicor. est tunc in singulari voluntarius.

Super

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ glo. illa non dicit quòd detractio in toto genere humano inueniatur, sed addit, pene. Tum quia stultorum infinitus est numerus: & pauci sunt qui ambulent per viam salutis. Tum etiam quia pauci vel nulli sunt, qui non aliquando ex animi leuitate aliquid dicant, vnde in aliquo vel leuiter alterius fama minoretur: quia vt dicitur Iac. 3. si quis in verbo non offendit, hic est perfectus vir.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Aug. dicitur in casu illo quo aliquis dicit aliquod leue malum de alio, non ex intentione nocendi, sed ex animi leuitate vel ex lapsu linguæ.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum detractio sit grauius omnibus peccatis, quæ in proximum committuntur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd detractio sit grauius omnibus peccatis, quæ in proximum cōmittuntur. Quia super illud Psalm. 108. Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi, dicit glo. Plus nocent in mēbris detrahentes Christo, (quia animas creditorū interficiunt) quā qui eius carnem mox resurrecturā peremerunt. Ex quo videtur ꝙ detractio sit grauius peccatū, quàm homicidium, quantò grauius est occidere animā, quàm occidere corpus. Sed homicidium est grauius inter cætera peccata, quæ in proximū cōmittuntur. ergo detractio est simpliciter inter omnia grauior.

¶ 2 Præterea, Detractio videtur esse grauius peccatum, quàm cōtumelia: quia contumeliā potest homo repellere, nō autem detractionē latentem: Sed contumelia videtur esse maius peccatum, quàm adulterium per hoc, quòd adulterium vnit duos in vnā carnē, contumelia autē vnitos in multa diuidit. ergo detractio est maius peccatū, quàm adulteriū: quod tamen inter alia dicta, quæ sunt in proximum, magnam grauitatem habet.

¶ 3 Præterea, Contumelia oritur ex ira, detractio autē ex inuidia: vt patet per Greg. 31. Moral.* Sed inuidia est maius peccatum quàm ira. ergo & detractio est maius peccatum, quàm contumelia. Et sic idem quod prius. *[Cap. 31.]*

¶ 4 Præterea, Tātò aliquod peccatum est grauius, quantò inducit grauiorē defectum. Sed detractio inducit grauissimum defectū, scilicet excæcationē mentis. Dicit enim Greg.* Quid aliud detrahētes faciunt, nisi ꝙ in puluerē sufflant, & in oculos suos terram excitant: & vnde plus detractionis sufflant, inde minus veritatis vident. ergo detractio est grauissimum peccatum inter ea, quæ committuntur in proximum. *[In registro lib. 8. cap. 45.]*

¶ SED CONTRA. Grauius est peccare facto, quàm verbo. Sed detractio est peccatū verbi: adulteriū autē & homicidium & furtum sunt peccata in factis. ergo detractio non est grauius cæteris peccatis, quæ sunt in proximum.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd peccata, quæ cōmittuntur in proximū, sunt pensanda per se quidē secundum nocumenta quæ proximo inferuntur: quia ex hoc habent rationem culpæ. Tantò autē est maius nocumentū, quantò maius bonum demitur. Cùm autē sit triplex bonum hominis, scilicet bonum animæ, bonum corporis, & bonum exteriorum rerum. Bonum animæ, quod est maximū, nō potest alicui ab alio tolli, nisi occasionaliter, puta per mala persuasionem, quæ necessitatem non infert. Sed alia duo bona, scilicet corporis & exteriorum rerum, possunt ab alio violēter auferri. Sed qa bonum corporis præeminet bono exteriorum rerum, grauiora sunt peccata quibus infertur nocumentum corpori, quàm ea quibus infertur nocumentū exterioribus rebus. Vnde inter cætera peccata, quæ committuntur in proximū, homicidium grauius est, per quod tollitur vita proximi iam actu existens: consequenter autē adulterium, quod est contra debitum ordinem generationis humanæ, per quam est introitus ad vitam. Consequenter autē sunt exteriora bona, inter quæ fama præeminet diuitiis, eo ꝙ propinquior est spiritualibus. Vnde dicitur Prouer. 22. Melius est nomē bonum, quàm diuitiæ multæ. Et ideo detractio secundum suum genus est maius peccatum quàm furtum: minus tamen, quàm homicidiū, vel adulterium. Potest tamen esse alius ordo propter circunstantias aggrauantes, vel diminuentes, per accidens autem grauitas peccati attenditur ex parte peccātis, qui grauius peccat, si ex deliberatione peccet, quā si peccet ex infirmitate vel incautela. Et secundū hoc peccata locutionis habent aliquā leuitatē, inquantum de facili ex lapsu linguæ proueniunt absque magna præmeditatione.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ illi qui detrahunt Christo, impedientes fidem membrorū ipsius, derogant diuinitati eius, cui fides innititur: vnde non est simplex detractio, sed blasphemia.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ grauius peccatū est cōtumelia, quàm detractio, inquātū habet maiorē contemptū proximi: sicut & rapina est grauius peccatū, quàm furtū, vt suprà dictū* est. Contumelia autem non est grauius peccatū, quàm adulteriū: non enim grauitas adulterij pēsatur ex cōiunctione corporū, sed ex deordinatione generationis humanæ. Cōtumeliosus autē non sufficiēter causat inimicitiā in alio, sed occasionaliter tātùm diuidit vnitos, inquātū. s. ꝑ hoc, ꝙ mala alterius ꝓmit, alios, quātùm in se est, ab eius amicitia separat, licet ad hoc ꝑ eius verba nō cogātur. Sic ergo & detractor occasionaliter est homicida, inquantum scilicet per sua verba dat alteri occasionem, vt proximum odiat vel cōtemnat. Propter quod in epistola Clementis* dicitur, detractores esse homicidas, scilicet occasionaliter, qa qui odit fratrē suum, homicida est, vt dicitur primæ Ioan. 3. *[q. 66. art. 9.] [Habetur de pœnit. dist. 1. cap. Homicidiorum. * cap. 4.]*

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ ira quærit in manifesto vindictā inferre, vt Philosophus dicit in secundo* Rhet. Ideo detractio, q̃ est in occulto, nō est filia iræ, sicut cōtumelia: sed magis inuidiæ q̃ nititur qualitercūq; minuere gloriā proximi. Nec tamen sequitur proper hoc, ꝙ detractio sit grauior, quàm cōttumelia: quia ex minori vitio pōt oriri maius peccatū, sicut ex ira nascitur homicidium & blasphemia. Origo enī peccatorū attēditur secundū inclinationē ad finem, quod est ex parte conuersionis: grauitas autem peccati magis attenditur ex parte auersionis.

¶ Ad quartū dicendum, ꝙ quia homo lætatur in sentētia oris sui, vt dicitur Prouerb. 15. inde est quòd ille qui detrahit, incipit magis amare, & credere quod dicit: & per consequens proximum magis odire, & sic magis recedere à cognitione veritatis. Iste tamen effectus potest sequi etiam ex aliis peccatis, quæ pertinent ad odium proximi.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum audiens, qui tolerat detrahentem, grauiter peccet.

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur, ꝙ audiēs qui tolerat detradentē, nō grauiter peccet. Non enim aliquis magis tenetur alteri quā sibiipsi. Sed laudabile est, si patiēter homo suos detractores toleret. Dicit enim Gregor. super Ezechiel. homil. 9.* Linguas detrahentiū sicut nostro studio nō debemus excitare, ne ipsi pereant: ita ꝑ suā malitiā excitatas debem⁹ ęquanimiter tolerare, vt nobis meritū crescat. ergo nō peccat aliquis si detractionib⁹ aliorū nō resistat. *[Paulo ante med.]*

¶ 2 Præterea, Ecclesiastic. 4. dicitur. Non contradicas verbo veritatis vllo modo. Sed quandoque aliquis detrahit verbo veritatis, dicendo, vt suprà dictum* est. ergo videtur quòd non semper teneatur homo detractoribus resistere. *[art. 1. huiusq. ad 3.]*

¶ 3 Præterea, Nullus debet impedire id, quod est in vtilitatem aliorum. Sed detractio frequenter est in vtilitatem aliorū, contra quos detrahitur. Dicit enim Pius papa, Nonnunquam detractio aduersus bonos concitatur: vt quos vel domestica adulatio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet. Ergo aliquis non debet detractores impedire. *[6. q. 1. ca. oues pastorem.]*

¶ SED CONTRA est, quod Hie-

¶ Super Quæstionis septuagesimætertiæ Articulum tertium.

IN art. 3. nota tria. Primò radicem, quare peccata luxurię sunt peccata, quia scilicet sunt contra generationē humanam, per quam suscepimus vitam. Sed esse contra huiusmodi generationem quum multipliciter contingat, scilicet vel contra debitum ordinem, vel contra finē primarium, vel secundarium, &c. multa sunt huiusmodi vitia, quę in suo tractantur loco inferius, &c.

¶ Secundò, responsio est ad primum, quòd peccata, quæ in nobis distinguuntur, vt detractio & contumelia, in iis quæ ad Deum sunt, vniuntur in blasphemia, vt superius dictum fuit.

¶ Tertiò, quòd responsio ad tertium, consistit in hoc quòd excæcatio mentis non est proprius effect⁹ detractionis, sed communis sibi & aliis vitiis. Et propterea non concludit detractionem grauius peccatum esse.

¶ Super Quæstionis septuagesimætertiæ Articulum quartum.

IN articu. quarto eiusdem sepuagesimætertiæ quæstionis dubium occurrit circa audientē materialiter tātum, hoc est sine complacentia detractionis, quando est peccatum mortale. Et est ratio dubij, quia litera ponit tres casus, in quibus potest esse mortale: scilicet si incumbit ex officio corrigere, si audiens nouit aliquod periculum consequens, si timor humanus esset tātus quòd esset peccatū mortale. Et inferius in respōsione ad vltimum dicitur, quòd resistendum est detractoribus, sicut raptoribus, vel oppressoribus aliorum. Et in calce corporis articuli, quòd sicut tenetur ex Deutēro. vicesimosecundo, subleuare asinum proximi iacentem sub onere: ita hominem ab infamia oppressum, &c. Videntur enim hæc doctrinæ superius datæ in articulo septimo, quæstione sexagesimasecunda ad tertium aduersari: vbi dicitur quòd nō obstans latroni, vel non reprehendens, solùm tenetur, quando ei incumbit ex officio. Hic enim dicitur, quòd non solùm si incumbit ex officio, sed etiam si nouit periculum consequēs, quod tenetur: imo plus, quod tenetur ipsum sub onere infamiæ iacentē subleuare.

¶ Ad hoc dicitur, quod sentētia Autoris est vna & eadem hic & superius. Neque enim intendit, quod teneatur quis plus obstare detrahenti, quàm rapienti, vel inuadenti, seu percutienti: sed quod proportionaliter tenetur in omnibus materiis.

¶ Ad cuius euidentiam sciendum, quod tres numerati casus in litera, ita se habent, quod primus respicit non solum bonum hominis, qui detrahit, vel bonum cōmu-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Epist. ad Nepotianū. tom.1.

ne,sed etiam bonū proximi,cui detrahitur, præcipuè si est etiam subditus illi, cui ex officio incumbit detractorē corrigere,quoniā tunc vtrinque incumbit sibi cura, & ne detractor offendat,& ne proximus subditus lædatur in fama. Magis enim tenetur ad defensionem subditorū, quàm aliorū.Et ideo regulandus est secundū regulas correctionis fraternæ,& iustitiæ.Et inde discernere oportet, quando est mortale& quando non.Tertius vero respicit personā audientis: quantū scilicet in eius animo timor dominetur: vt scilicet præponat charitati fraternæ humana. Et hic secundū charitatis & fraternitatis leges examinandus est. Secundus vero respicit nō ipsā infamiāproximi,sed periculum consequens, nō quodcunq;, sed notabile,siue illius, siue alteri⁹. Et propterea regulādus est secundū regulas non obstantis vel participantis. Et si quidē non obstātis periculo noto vinculum consideremus, dicemus,quod quantū est ex parte sua,nō tenetur sub mortali peccato,nisi incumbat ei ex officio,iuxta supradicta.Sed quantum est ex parte imminentis necessitatis proximi, vel reipublicæ in spiritualibus,vel tēporalibus,tenetur sub mortali vel veniali, iuxta conditionem necessitatis: puta,quia videt inde homicidia, vel proditionē vel hæreticos, & huiusmodi prouenire,quibus tenetur homo ratione instantis necessitatis sibi occurrentis subuenire. Si autem consideremus vinculū participantis in crimine,quod directè litera præsens intēdere videtur : quia de peccato auditionis loquēs dicit, Propter periculū quod audiēs nouit consequēs, scilicet ex detractione audita:tunc ipsa auditio tanquam causa,vel cum causa periculi consequētis noti constituit ipsum audientē in peccato mortali.Et sic audiens tenetur ratione participij in crimine detractionis, quāuis materialiter propter notabile periculum seu damnum quod communicat: nec de hoc est sibi cura. Ex quibus patet, quòd nulla est contractio inter hæc & supradicta ꝙ sicut necessitas succumbentis oneri obligat proximum ad subleuandum,iuxta conditionem tamen necessitatis:ita quoq; est in eo qui opprimitur à detractoribus.

lib. 2. de considera. ad Eugenium circa finem. — *q.19. art. 3.* — *art. 1. ad 2.* — *In cor. ar. & q. 72.ar.3.*

¶ *Super Quæstionis septuagesimæquartæ Articulum primum.*

IN vtroque simul articulo quæst. 64. de susurratione,dubiū occurrit, an susurratio sit vni⁹ speciei specialissimæ. Et est ratio dubij : quia su-

ronymus * dicit,Caue ne linguā aut aures habeas prurientes,aut aliis detrahas, aut alios audias detrahentes.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ secundū Apostolū ad Romanos primo, Digni sunt morte nō solùm qui peccata faciunt, sed etiā qui facientibus peccata cōsentiunt.Quod quidē contingit dupliciter. Vno modo directè,quādo scilicet quis inducit aliū ad peccatū vel ei placet peccatum. Alio modo indirectè,scilicet quando nō resistit,cū resistere posit. Et hoc contingit quādoq;, non quia peccatum placet, sed propter aliquē humanū timorē.Dicendū est ergo ꝙ si aliquis detractiones audiat absq; resistētia,videtur detractori consentire:vnde fit particeps peccati eius. Et si quidē inducat eū ad detrahendū,vel saltem placeat ei detractio propter odiū eius,cui detrahitur,nō minus peccat,quàm detrahēs,& quandoq; magis. Vnde Bernardus*dicit, Detrahere aut detrahentem audire , quid horū damnabilius sit,non facile dixerim.Si verò nō placeat ei peccatū, sed ex timore, vel negligentia,vel etiā verecundia quadam omittat repellere detrahētem,peccat quidē,sed multò minus quàm detrahens, & plerunq; venialiter. Quandoq; etiā hoc potest esse peccatū mortale, vel propter hoc ꝙ alicui ex officio incūbit detrahentem corrigere, vel propter aliquod periculum,quod audiens nouit cōsequens,vel propter radicem,qua timor humanus quandoque potest esse peccatum mortale,vt suprà habitum est *.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ detractiones suas nullus audit : quia mala quæ dicuntur de aliquo,eo audiente non sunt detractiones, propriè loquēdo,sed cōtumeliæ,vt dictū est *. Possunt tamen ad notitiam alicuius detractiones cōtra ipsum factæ aliorū relationib⁹ peruenire.Et tūc sui arbitrij est detrimentū suæ famæ pati, nisi hoc vergat in periculum aliorum,vt suprà dictū est*.Et ideo in hoc potest cōmendari eius patientia, ꝙ patienter detractiones sustinet : non autē est sui arbitrij, ꝙ patiatur detrimentum famæ alterius.Et ideo in culpam ei vertitur,si non resistit, cùm posit resistere,eadē ratione,qua tenetur aliquis subleuare asinū alterius iacentem sub onere,vt præcipitur Deuteron.22.

¶ Ad secundū dicendū , ꝙ non semp aliquis debet resistere detractori,arguēdo eum de falsitate , & maximè si sciat verū esse quod dicitur:sed debet eum verbis redarguere de hoc, ꝙ peccat fratri detrahendo,vel saltem ostendere,quod ei detractio displiceat per tristitiā faciei , q̇a, vt dicitur Prouerb. 25. Ventus Aquilo dissipat pluuias,& facies tristis linguam detrahentem.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ vtilitas quæ ex detractione ꝓuenit, nō est ex intētione detrahentis, sed ex Dei ordinatione qui ex quolibet malo elicit bonum. Et ideo nihilominus est detractoribus resistendum,sicut & raptoribus,vel oppressorib⁹ aliorum, quāuis ex hoc oppresis vel spoliatis per patientiā meritum crescat.

QVÆSTIO SEPTVAGESIma quarta,de Susurratione in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de susurratione. ¶Et circa hoc quærūtur duo. ¶ Primò, vtrum susurratio sit peccatum distinctum à detractione. ¶ Secūdò,quod horum sit grauius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum susurratio sit peccatum distinctum à detractione.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ susurratio non sit peccatū distinctū à detractione.Dicit enim Isidorus in lib. Etymologiarū *, Susurro de sono locutionis appellatur:quia nō in facie alicuius, sed in aure loquitur detrahēdo. Sed loqui de altero detrahēdo ad detractionem pertinet. Ergo susurratio nō est peccatum distinctū à detractione.

¶ 2 Præterea,Leuit. 19.dicitur. Non eris criminator, nec susurro in populis. Sed criminator idem videtur esse quod detractor. ergo etiam susurratio à detractione non differt.

¶ 2 Præterea,Eccles.28.dicitur, Susurro & bilingnis maledictus erit. Sed bilinguis videtur idem esse quod detractor, q̇a detractorū est duplici ligua loqui:aliter scilicet in absentia, & aliter in ꝑsentia.ergo susurro idē est quod detractor.

¶SED CONTRA est,quod Rom. 1.super illud,Susurrones,detractores, dicit.glo.Susurrones,inter amicos discordiam seminantes:detractores , qui aliorum bona negant vel minuunt.

¶RESPONDEO dicendū,ꝙ susurro & detractor in materia cōueniūt, & etiā in forma , siue in modo loquendi: quia vterq; malū occultè de proximo dicit , propter quā similitudinē interdum vnū pro alio ponitur. Vnde Eccle.5.sup illud , Non appelleris susurro, dicit glo. id est detractor. Differunt autē in fine, q̇a detractor intēdit denigrare famā proximi. Vnde illa mala de proximo præcipuè profert , ex quib⁹ proximus infamari posit vel saltē diminui eius fama : susurro autē intendit amicitiā separare, vt patet ꝑ gl.inductā , & per illud quod dicitur Prouerb. 26. Susurrone subtracto, iurgia cōquiescunt. Et ideo susurro talia mala profert de proximo, quæ posūt cōtra ipsum cōmouere animum audientis,secundum illud Eccles.28.Vir peccator conturbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd susurro , inquantum dicit malum de alio,dicitur detrahere. In hoc tamen differt à detractore,quia nō intendit simpliciter malum dicere , sed quicquid sit illud quod posit animum vnius perturbare cōtra alium , etiam si sit simpliciter bonum, tamen apparens malum,inquantum displicet ei,cui dicitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd criminator differt à susurrore & à detractore: quia criminator est,qui publicè crimina aliis imponit , vel accusando , vel conuitiando : quod non pertinet ad detractorem & susurronem.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ bilinguis propriè dicitur susurro.Cum enim amicitia sit inter duos,nititur susurro ex vtraque parte amicitiā rumpere , & ideo duabus linguis vtit̄ ad duos, vni dicens malū de alio.Propter quod dicitur Eccles.28.Susurro & bilinguis maledictus.Et subditur,Multos enim turbauit pacē habētes.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum detractio sit grauius peccatum quàm susurratio.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ detractio sit graui⁹

surratio directè tendit contra amicitiam , sicut detractio contra famā, & contumelia cōtra honorē. Constat autē amicitię esse multas species, scilicet honesti, vtilis, &c. Videtur ergo quod susurratio in tot debeat distingui species , quot sunt amicitiæ species.

*Infra q°. 75.art. 1. cor. Et Ro. 1.lec. 8.col. 4. * lib.10. c.18.*

¶ In oppositum autoritas est literæ,quæ susurrationem vt vnicam tractat speciem:& vt patet, hic liber est consummatio moralium.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia non incōuenit vnā speciem specialissimam habituum tendere in rationem cōmunem multis generibus, vt in habitibus intellectualibus patet de Metaphysica,quæ tendit in ens inquātum ens:& in habitibus moralibus de odij vitio, quod iuxta supradicta tēdit in cōmunem mali rationē : idcirco mirum non est si amicitiæ multæ sunt species : & tamē susurratio vnica tantum est species,tendens in cōmunem rationē inimicitiæ. Ita ꝙ sicut odium in quæcunq; mala tēdit, attingit ea inquantū habent mali rationē,ita susurratio in cuiuscunque amicitiæ diuortium tendat,attingit eam in quātum continet amare & non amari:quæ est communis ratio amicitiæ. Vnde patet quòd non oportet multiplicare species susurrationis, dato ꝙ multiplicētur species amicitiæ. Recolendum tamen hoc in loco est,ꝙ quia vnū vitium vtitur alio , si quis susurrando intendit delectabile,puta,quia ponendo discordias inter cōiuges,abutetur vxore illi⁹:aut vtile, puta, quia susurrādo inter principes , vsurpabit sibi regnū,vel comitatū: aut dānum alterius cui inuidet,puta,quia susurrādo inter negotiatores, alter excludetur à societate commercij , huiusmodi susurratio non est simpliciter susurratio: sed sicut qui furatur vt mœchetur , magis est mœchus quàm fur : ita hic magis est adulter,latro, &c. quàm susurro. Et hæc dicta sunt,vt perspicias , ꝙ particulares fines ad quos ordinatur susurratio in dissolutione amicitiarum,siue spectent ad vtile,siue ad delectabile , seu illorū opposita,non variant susurrationis speciem:sed apponunt circunstantiam alterius speciei, vt exempla allata ostendunt.

¶In eisdē articulis quæstionis septuagesimæquartæ,memēto vt scias distinguere susurrationē sicut distinguitur tā contumelia q̄ detractio, scilicet in materialem & formalem. Et quòd licet susurratio formalis, quæ scilicet intendit separationem amicitiæ , sit mortale peccatum.

Mal. q. 10 art.3. ad 3.

catū ex suo genere, materialiter tamen non est mortale. Posset tamen esse mortale,sicut de detractione dictū est , quādo scilicet culpabiliter homo ad vtranque partem sic loquitur,vt inferat diuortium amicitiæ, nec de hoc curat. Hoc enim est prius quàm notabiliter lædere honorē aut famam proximi præter intentionem.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæquintæ Articulum primum.*

IN arti. vtroque simul quæst. 79. nota primo quòd aliunde habet irrisio distinctionem ab aliis peccatis verborum contra proximum , & aliunde habet grauitatē. Nam distinctionem habet à fine malo , ad quē directè tendit,scilicet ab erubescētia & confusione quam intendit causare in proximo.Grauitatē verò habet à cōtemptu proximi maiore in modo iocoso quàm serio.

Quæ. 20. art. 3. & 1.2.q.73. artic. 3. & 6.

¶ Nota secundò , quod irrisio Dei clauditur sub blasphemia , vt prædictum fuit : nec est peccatum specie distinctum à blasphemia , sicut nec contumelia:vnde Isaias blaphemos dixit irrisores Dei Israel. Et Lucæ 22.de irrisoribus Christi,dicendo, Prophetiza nobis quis est qui te percussit, dicitur:alia multa blasphemantes dicebāt in eum.Respectu autem proximorū distinguitur irrisio ab aliis peccatis dictis.

Artic.3. & 1. 2.q. 73.art.8. — *Cap. 1. tom.5.* — *Ibid.*

¶Nota

peccatum q̄ susurratio. Peccata enim oris cōsistunt in hoc, ꝙ aliquis maledicit. Sed detractor dicit de proximo ea quæ sunt mala simpliciter:q̇a ex talib⁹ oritur infamia,vel diminuit̄ fama. Susurro aūt nō curat dicere nisi mala apparētia, quæ scilicet displicēt audienti. Ergo grauius peccatū est detractio, quàm susurratio.

¶ 2 Præterea,Quicunq; aufert alicui famā, aufert ei nō solùm vnum amicū sed multos:quia intellectus vniuscuiusq; refugit amicitiā infamiū personarū. Vnde cōtra quendam dicitur Paralipomenon 19.His,qui oderunt Dominum,amicitia iungeris. Susurratio autem aufert vnum solum amicum. Grauius ergo peccatum est detractio,quàm susurratio.

¶ 3 Præterea,Iac.4.dicitur, Qui detrahit fratri suo,detrahit legi , & ꝑ consequēs Deo qui est legislator.Et sic peccatū detractionis videtur esse peccatū in Deū, qđ est grauisimū, vt suprà habitū est *. Peccatū autem susurrationis est in proximum. Ergo peccatum detractionis est grauius quàm peccatum susurrationis.

¶SED CONTRA est,quod dicitur Eccles.5. Denotatio pessima super bilinguē : susurratori autē odium & inimicitia & contumelia.

¶RESPONDEO dicendū,quòd sicut suprà dictū * est,peccatū in ꝓximū tanto est grauius,quanto ꝑ ipsum maius nocumentū proximo infertur.Nocumētum autē tāto maius est, quāto maius est bonū quod tollit̄.Inter cætera verò exteriora bona præeminet amicus : q̇a sine amicis nullus viuere pōt,vt patet ꝑ Philosophū in 8.Ethic.* Vnde dicit̄ Eccles. 6.Amico fideli nulla est cōparatio : fama aūt ipsa quæ ꝑ detractionem tollitur, ad hoc maximè necessaria est,vt homo idoneus ad amicitiā habeatur.Et ideo susurratio est maius peccatū, quā detractio & etiā quàm contumelia:q̇a amicus est melior,quàm honor, & amari,quàm honorari:vt in 8.Ethic.* Philosophus dicit.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum , quòd species & grauitas peccati magis attenditur ex fine, quàm ex materiali obiecto. Et ideo ratione finis susurratio est grauior,quāuis detractor quandoque peiora dicat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fama est dispositio ad amicitiam , & infamia ad inimicitiam. Dispositio autem deficit ab eo ad quod disponit,& ideo ille qui operatur ad aliquod,quod est dispositio ad inimicitiam, minus peccat,quàm ille qui directe operatur ad inimicitiam inducendam.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ille qui detrahit fratri , intantū videtur detrahere legi, inquantum contemnit præceptum de dilectione proximi : contra quod directius agit qui amicitiam disrumpere nititur. Vnde hoc peccatum maximè contra Deū est:quia Deus dilectio est,vt dicitur primæ Ioannis 4.Et propter hoc dicitur Prouerb.6.Sex sunt quæ odit Dominus,& septimum detestatur anima eius : & hoc septimum ponit eum qui seminat inter fratres discordiam.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMAQVINTA de Derisione in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de derisione. ¶Et circa hoc quæruntur duo.Primò, vtrum derisio sit peccatum speciale, distinctum ab aliis peccatis, quibus per verba nocumētum proximo infertur. ¶ Secundò, vtrum derisio sit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum derisio sit speciale peccatum,ab aliis præmissis distinctum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd derisio non sit speciale peccatum,ab aliis præmissis distinctum. Subsannatio enim videtur idem esse quòd derisio. Sed subsannatio ad contumeliam videtur pertinere.Ergo derisio non videtur distingui à contumelia.

¶ 2 Præterea,Nullus irridetur nisi de aliquo turpi,ex quo homo erubescit. Eiusmodi autem sunt peccata, quæ si manifestè de aliquo dicuntur,pertinent ad contumeliam,si autem occultè,pertinent ad detractionem,siue susurrationem. Ergo derisio non est vitium à præmisis distinctum.

¶ 3 Præterea,Huiusmodi peccata distinguuntur secundum nocumenta quæ proximo inferuntur. Sed per derisionem non infertur aliud nocumentum proximo,quàm in honore,vel fama,vel detrimento amicitiæ. Ergo derisio non est peccatum distinctum à præmisis.

¶SED CONTRA est,quòd derisio fit ludo. Vnde & illusio nominatur. Nullum autem præmissorum ludo agitur, sed serio.Ergo derisio ab omnibus prædictis differt.

¶RESPONDEO dicēdum , quòd, sicut suprà dictum est*,peccata verborum præcipuè pensanda sunt secūdum intentionem proferentis. Et ideo secundum diuersa, quæ quis intendit,contrarium loquens,huiusmodi peccata distinguuntur : Sicut autem aliquis conuitiando intendit conuitiati honorem deprimere,& detrahendo diminuere famam, & susurrando tollere amicitiam:ita etiam irridendo aliquis intendit, quòd ille qui irridetur,erubescat. Et quia hic finis est distinctus ab aliis,ideo etiā peccatum derisionis distinguitur à præmisis peccatis. *Quæst.72 atr.2.*

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ subsannatio & irrisio cōueniunt in fine : sed differunt in modo,quia irrisio fit ore,id est,verbo & cachinnis : subsannatio autē naso rugato,vt dicit glo *. super illud Psalm. 2. Qui habitat in cælis, irridebit eos. Talis autē differentia nō diuersificat speciem. Vtrūq; tamen differt à contumelia,sicut erubescentia à dehonoratione. Est enim erubescentia timor dehonorationis , sicut Dama.dicit*. *Interl. glossa. & Aug. in hunc locum. Lib.2. cap.15.*

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ de opere virtuoso aliquis apud* alios & reuerentiam meretur & famam,& apud seipsum bonę conscientiæ gloriam,secundum illud 2.ad Corin.1.Gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ.Vnde econuerso de actu turpi,id est,vitioso , apud alios quidem tollitur hominis honor & fama:& ad hoc contumeliosus & detractor turpia de alio dicunt.Apud seipsum autem per turpia,quæ dicūtur, aliquis perdit conscientiæ gloriam per quandam confusionem & erubescentiam:& ad hoc turpia dicit derisor.Et sic patet quòd derisor communicat cum prædictis vitiis in materia:differt autem in fine.

¶ Ad tertium dicendum,quòd securitas conscientiæ & quies illius magnum bonum est,secundum illud Prouerb.15. Secura mens quasi iuge conuiuium, & ideo qui conscientiam alicuius inquietat,confundendo ipsum, aliquod speciale nocumentum ei infert. Vnde derisio est peccatum speciale.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum derisio posit esse peccatum mortale.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur,quòd derisio non posit esse peccatum mortale. Omne enim peccatum mortale contrariatur charitati. Sed derisio non videtur contrariari charitati : agitur enim ludo quandoque inter amicos,vnde & delusio nominatur. Ergo derisio non potest esse peccatum mortale.

¶ 2 Præterea,Derisio illa videtur esse maxima,quæ fit in iniuriā Dei.Sed nō omnis derisio q̄ vergit in iniuriā Dei, est peccatū mortale : alioquin quicūq; recidiuaret in aliquod peccatum veniale,de quo pœnituit,peccaret mortaliter. Dicit em̄ Isidor*.ꝙ irrisor est,& nō pœnitens,q̇ adhuc agit quod pœnitet. Similiter & sequeretur, ꝙ omnis simulatio esset peccatū mortale:q̇a,sicut Greg.dicit in Mora*.Per struthionē significatur simulator q̇ deridet equū,id est,hominē iustum,& ascēsorem,id est Deum. Ergo derisio non est peccatum mortale. *lib. 10. Etym. & lib. 2. de summo bono. cap.16. * lib.31. cap. 6. & 12.*

¶ 3 Præterea, Contumelia & detractio videntur esse grauiora peccata , quàm derisio : quia maius est facere aliquid serio, quàm ioco. Sed non omnis detractio vel contumelia est peccatum mortale.ergo multo minus derisio.

¶SED CONTRA est,quod dicitur Prouer.3.Ipse deridet illusores.Sed deridere Dei , est æternaliter punire ꝓ peccato mortali,vt patet ꝑ id quod dicitur in Psal.2. Qui habitat in cælis irridebit eos.Ergo derisio est peccatum mortale.

¶RESPONDEO dicēdū,ꝙ irrisio nō fit nisi de aliquo malo,vel defectu. Malum autē,si sit magnum,nō pro ludo accipitur,sed seriosè.Vnde si in ludū vel risum vertatur, ex quo irrisionis vel illusionis nomen sumitur , hoc est quia accipitur vt paruum.Potest autē aliquod malū accipi vt paruum,dupliciter. Vno modo secundum se : alio modo ratione personæ. Cùm autē aliquis alterius personæ malum, vel defectū in ludum, vel risum ponit ; quia secundum se paruum malum est,

est

est veniale & leue peccatum secundum suum genus. Cùm autē accipitur quasi paruum ratione personæ, sicut defectus puerorum & stultorum, parum pondera re solemus: sic aliquem illudere, vel irridere, est eum omnino paruipendere, & eum tam vilem æstimare, vt de eius malo non sit curandū, sed sit quasi pro ludo habendū. Et sic derisio est peccatū mortale, & grauius quàm contumelia, quæ similiter est in manifesto. Quia cōtumeliosus videtur accipere malū alterius seriosè, illusor autē in ludū, & ita videtur esse maior contēptus & dehonoratio. Et secundū hoc illusio est graue peccatū, & tanto grauius, quanto maior reuerentia debetur personæ, quæ illuditur. Vnde grauissimū est irridere Deum, & ea quæ Dei sunt: secundū illud Isaiæ 37. Cui exꝓbrasti? & quē blasphemasti? & sup quē exaltasti vocē tuā? Et postea subditur, Ad sanctū Israel. Deinde secūdū locū tenet irrisio parentū. Vnde dicitur Prouer.20. Oculū, qui subsannat patrē, & despicit partū matris suæ, effodiāt eum corui de torrētibus, & comedāt eum filij aquilæ. Deinde iustorū derisio grauis est: qa honor est virtutis præmiū. Et cōtra hoc dicitur Iob 12. Diridetur iusti simplicitas. Quę quidē derisio valde nociua est, quia per hoc homines à bene agēdo impediūtur, secundū illud Greg. Qui in aliorum actibus exoriri bona respiciunt, mox ea manu pestiferæ exprobationis euellunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ludus importat aliquid cōtrariū charitati respectu eius cum quo luditur. Potest tamen importare aliquid contrariū charitati respectu eius de quo luditur, propter contemptum, vt dictum est*. *In corp. art.*

¶ Ad secundum dicendum, quòd ille qui recidiuat in peccatum de quo pœnituit, & ille qui simulat, non expresè Deum irridet, sed quasi interpretatiuè: inquantum scilicet ad modum deridentis se habet. Nec tamen venialiter peccando aliquis simpliciter recidiuat, vel simulat, sed dispositiuè, vel interpretatiuè.

¶ Ad tertium dicendum, quòd derisio secundum suam rationem leuius aliquid est, quàm detractio, vel contumelia: quia non importat contemptum, sed ludum. Quandoque tamen habet maiorem contemptum, quàm cōtumelia, vt suprà dictum est, & tunc est graue peccatum.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMASEXTA de Maledictione in quatuor Articulos diuisa.

POSTEA considerandū est de maledictione. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrū licitè possit aliquis maledicere homini. ¶ Secūdò, vtrū licitè possit aliquis maledicere irrationali creaturæ. ¶ Tertio, vtrū maledictio sit peccatū mortale. ¶ Quartò, de comparatione eius ad alia peccata.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum liceat maledicere aliquem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ nō liceat maledicere aliquē. Non est enim licitū præterire mādatū Apostoli, in quo Christus loquebat', vt dicitur 2.ad Corint.13. Sed ipse præcipit Rom.12. Benedicite & nolite maledicere. ergo nō licet aliquem maledicere.

¶ 2 Præterea, Omnes tenentur Deū benedicere, secundū illud Dan.3. Benedicite filij hominū dn̄o. Sed nō potest ex ore eodē procedere benedictio Dei & maledictio hominis, vt probatur Iacob.3. ergo nulli licet aliquem maledicere.

¶ 3 Præterea, Ille qui aliquem maledicit, videtur optare eius malū culpæ vel pœnæ: quia maledictio videtur esse imprecatio quædam. Sed non licet desiderare malum alterius: quinimò orare oportet pro omnibus, vt liberentur à malo. Ergo nulli licet maledicere.

¶ 4 Præterea, Diabolus per obstinationem maximè subiectus est malitiæ. Sed non licet alicui maledicere diabolum, sicut nec seipsum. Dicit enim Eccl.21. Cùm maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam: ergo multo minus licet maledicere hominem.

¶ 5 Præterea, Num.23. super illud, Quomodo maledicā cui nō maledixit Dominus. dicit glo.* Non potest esse iusta maledicēdi causa, vbi peccātis ignoratur affectus. Sed homo non potest scire affectū alterius hominis, nec etiā vtrum sit maledictus à Deo. ergo nulli licet aliquem hominem maledicere. *Ex Orig. hom. 15. in Num. tom.1.*

¶ SED CONTRA est, quòd Deut.27. dicitur, Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius. Elisæus etiam pueris sibi illudentibus maledixit, vt habetur 4. Reg.2.

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ maledicere idē est, ꝙ malum dicere. Dicere autē tripliciter se habet ad id quod dicit'. Vno modo p modum enūtiationis, sicut aliquid exprimit' modo indicatiuo. Et sic maledicere nihil aliud est quàm malū alterius referre, quod ptinet ad detractionē: vnde quādoq; maledici detractores dicuntur. Alio modo dicere se habet ad id quod dicit' per modū causæ. Et hoc quidē primo & principaliter cōpetit Deo, q omnia suo verbo fecit, secundū illud Psal.32. Dixit & facta sunt. Cōsequenter autē cōpetit hominibus, q verbo suo alios mouēt p imperiū ad aliquid faciendū. Et ad hoc instituta sunt verba imperatiui modi. Tertio modo ipsum dicere se habet ad id quod dicit' quasi expresio quędā affect' desiderātis id quod verbo exprimit'. Et ad hoc instituta sunt verba optatiui modi. Prætermisso ergo primo modo maledictionis, q est p simplicē enuntiationē mali, considerandum est de aliis duobus. Vbi scire oportet, quòd facere aliquid, & velle illud, se consequuntur in bonitate & malitia, vt ex supradictis patet*. *1.2.q.20. art.3.* Vnde in istis duobus modis, quibus malū dicitur p modū imperantis, vel p modum optantis, eadē ratione est aliquid licitum & illicitū. Si enim aliquis imperet vel optet malum alterius, inquantū est malū, quasi ipsum malū intendens, sic maledicere vtroq; modo erit illicitū: & hoc est maledicere, per se loquendo. Si autē aliquis imperet vel optet malum alterius sub ratione boni, sic est licitum, nec erit maledictio, p se loquendo, sed per accidens: quia principalis intentio dicētis non fertur ad malum, sed ad bonum. Contingit autem malum aliquod dici imperando, vel optando sub ratione duplicis boni. Quandoque quidē sub ratione iusti. Et sic iudex licitè maledicit illum, cui præcipit iustam pœnam inferri. Et sic etiam Ecclesia maledicit anathematizando, sicut & prophetæ in scripturis quandoque imprecantur mala peccatoribus, quasi conformantes voluntatem suam diuinæ iustitiæ: licet hæ imprecationes possint etiam per modum prænuntiationis intelligi. Quandoque vero dicitur aliquod malum sub ratione vtilis, puta cum aliquis optat aliquem peccatorem pati aliquā ægritudinem, aut aliquod impedimentum, vel vt ipse melior efficiatur, vel vt saltem ab aliorum nocumento cesset.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod Apostolus prohibet maledicere per se loquendo cum intentione mali. Et similiter dicendum ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quod optare alicui malū sub ratione boni, non cōtrariatur affectui, quo quis simpliciter alicui optat bonum, sed magis habet conformationem ad ipsum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in diabolo est considerare naturam & culpam. Natura quidē eius bona est & à Deo, nec eā maledicere licet. Culpa autem eius est maledicenda, secundū illud Iob 3. Maledicant ei, qui maledicunt diei. Cum autem peccator maledicit diabolum propter culpam, seipsum simili ratione iudicat maledictione dignum: & secundum hoc dicitur maledicere animam suam.

¶ Ad quintum dicendum, quod affectus peccantis, etsi in se nō videatur, potest tamen percipi ex aliquo manifesto peccato pro quo pœna est infligenda. Similiter etiam quamuis sciri nō possit quem Deus maledicat secundum finalem reprobationem, potest tamen sciri quis sit maledictus à Deo secundum reatum præsentis culpæ.

ARTIC

¶ Nota tertio, ꝙ etiam irrisio fit dupliciter, scilicet materialiter & formaliter: scilicet ex intentione irridēdi, vt confundatur & erubescat, vel præter hanc intentionē ludendo seu loquēdo talia, vnde possit sequi erubescentia. Et regulariter quādo sic fit, est veniale.

¶ Super Quæstionis septuagesimæsextæ Articulum primum.

IN q.76. nota ex primo articul. eiusdē quid sit propriè maledictio, scilicet dicere malū in quātum malū alicui ex intētione. Et ex hoc oritur, ꝙ maledictio, sicut alia supradicta peccata, distinguitur in maledictionē formaliter & materialiter: & ꝙ quandoque est peccatum mortale, & quādoq; veniale. Nam maledictio formaliter est ex suo genere mortale, vt patet. Materialiter autē si fit optatiuè, non est mortale: si verò fieret imperatiuè, posset esse mortale. Et ratio diuersitatis est, quia præter intentionē optatiuè maledicens, neminē lædit: qa nec ex intētione, nec ex opere. Imperatiuè autē quandoq; lædit ex opere ministri obsequētis, quamuis non ex propria intētione. Dixi autē ex suo genere, quia propter imperfectionē actus, siue ex parte obiecti, vt si parum malum optet vel imperet, siue ex parte operantis, vt si ex ira aut alia passione maledicat, quāuis affectu tendat in malū: quia non ex consensu rationis in malum tendit, deficit à perfecta ratione peccati: sicut in cæteris peccatis ex suo genere contingit: ac per hoc non est mortale, vt in artic.1. dicitur. Et hinc patet, ꝙ maledictiones filiorum à parentibus, q̄ nō transeunt guttur, non sunt mortalia peccata. Discerne tamen hæc inter tempus passionis & tempus quietis, ne fallaris. Et scito quòd ex hoc quòd maledicens post transactam passionem doleret, si eueniret malum quod optauit, non propterea signum est quòd fuerit peccatum veniale maledictio, aut quòd non ex intentione maledixerit: quoniam si tempore iræ aut alterius passionis, tantum inualuit passio, vt portionem superiorem ad consensum maledictionis flexerit, mortale peccatum est: sicut quū passio cōcupiscentiæ tātum exardescit, quòd trahit ad consensum in actum venereum. Oportet ergo ad ipsum passionis tempus inspicere, an tunc maledicens consenserit, hoc est, voluisset pro tunc, quòd sic esset vt dicebat, an non. Hoc enim tempus infallibiliter ostendit an mortale an veniale fuerit. Tempus autem quietis post passionem ostendit, quòd non est persistens animus erga malum: & ꝙ non per modum habitus, sed passionis transeuntis peccauit. ¶ Nota secundò ex secundo articulo, ꝙ maledicere creaturæ irrationali, inquantū ordinem habet

4. distin. q.2. art.1. q.2. ad 1. Et vir. q. 2. art.8. ad 10. & 15. & Psalm. 5. cor. 7. & Ro. 11. co. 2. & cap. 12. lect.3.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum liceat creaturam irrationalem maledicere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ non liceat creaturā irrationalē maledicere. Maledictio em̄ præcipuè videtur esse licita, inquantum respicit pœnam. Sed creatura irrationalis non est susceptiua nec culpæ nec pœnæ. ergo eam maledicere non licet.

¶ 2 Præterea, In creatura irrationali nihil inuenitur nisi natura, quā Deus fecit. Hanc autē maledicere non licet, etiā in diabolo, vt dictū est*. ergo creaturā irrationalē nullo modo licet maledicere. *art. præc. ad 4.*

¶ 3 Præterea, Creatura irrōnalis aut est pmanens sicut corpora: aut est trāsiens, sicut tempora. Sed sicut Greg. dicit in 4. Moral.* Otiosum est maledicere nō existēti: vitiosum verò, si existeret: ergo nullo modo licet maledicere creaturæ irrationali. *Cap. 3.*

¶ SED CONTRA est, ꝙ Dn̄s maledixit ficulneæ, vt habetur Matth.21. Et Iob maledixit diei suo, vt habetur Iob.3.

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ benedictio vel maledictio propriè ad illā rem pertinet, cui potest aliquid bene vel malè cōtingere, scilicet rationali creaturę. Creaturis autē irrationalib' bonū vel malum dicitur contingere in ordine ad creaturā rationalem, propter quā sunt. Ordinātur autem ad eam multipliciter. Vno quidē modo p modū subuētionis: inquantū scilicet ex creaturis irrationalibus subuenitur humanæ necessitati. Et hoc modo Dn̄s homini dicit Gene.3. Maledicta terra in opere tuo, vt scilicet per eius sterilitatem homo puniretur. Et ita etiā intelligitur, quod habetur Deut.28. Benedicta horrea tua. Et infrà, Maledictū horreū tuum. Sic etiā Dauid maledixit mōtes Gelboe, secundū Greg.* expositionē. *Loc. cit.* Alio modo creatura irrationalis ordinatur ad rationalē p modū significationis. Et sic Dn̄s maledixit ficulneā in significationē Iudææ. Tertio modo ordinatur creatura irrationalis ad rationalē p modū continētis: scilicet tēporis, vel loci. Et sic maledixit Iob diei natiuitatis suæ ꝑpter culpā originalē, quam nascendo cōtraxit, & propter sequētes pœnalitates. Et propter hoc etiā potest intelligi Dauid maledixisse mōtib' Gelboe: vt legitur 2.Reg.1. scilicet ꝑpter cędē populi, quæ in eis cōtigerat. Maledicere autē rebus irrationalib', inquātum sunt creaturæ Dei, est peccatū blasphemiæ: maledicere autē eis secundū se consideratis, est otiosum & vanū, & p cōsequēs illicitū. Et per hoc patet respōsio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum maledicere sit peccatum mortale.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd maledicere non sit peccatum mortale. Augu. enim, in homilia de igne purgatorio, numerat maledictionem inter leuia peccata. Hæc autem sunt venialia. Ergo maledictio non est peccatum mortale, sed veniale.

¶ 2 Præterea, Ea quæ ex leui motu mentis procedunt, nō videntur vniuersaliter esse peccata mortalia. Sed interdū maledictio ex leui motu procedit. Ergo maledictio non est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, Grauius est malefacere, quam maledicere. Sed malefacere non semper est peccatum mortale. Ergo multò minus maledicere.

¶ SED CONTRA. Nihil excludit à regno Dei nisi peccatum mortale. Sed maledictio excludit à regno Dei: secūdum illud 1.ad Cor.6. Neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei possidebunt. Ergo maledictio est peccatum mortale.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd maledictio, de qua nūc loquitur, est per quā pronuntiatur malum contra aliquē vel imperādo vel optando. Velle aūt, vel imperio mouere ad malū alterius, secundū se repugnat charitati, qua diligimus proximum, volentes bonum ipsius: & ita secundum suum genus est peccatū mortale, & tantò grauius, quātò personā, cui maledicimus, magis amare & reuereri tenemur. Vnde dicitur Leu.20. Qui maledixerit patri suo & matri, morte moriatur. Cōtingit tamē verbū maledictionis prolatum, esse peccatum veniale, vel propter paruitatem mali, quod quis alteri maledicēdo, imprecatur: vel etiam propter affectum eius, qui profert maledictionis verba, dū ex leui motu, vel ex ludo, aut ex surreptione aliqua, talia verba profert, quia peccata verborum maximè ex affectu pensantur, vt suprà dictum est*. Et per hoc patet respōsio ad obiecta. *q.72. art.2.*

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum maledicere sit grauius peccatum, quàm detractio.

AD QVARTVM sic proceditur. Videt' quòd maledictio sit grauius peccatū quàm detractio. Maledictio em̄ videtur esse blasphemia quædā, vt patet per id quod dicitur in Canonica Iudæ, ꝙ cùm Michael Archangelus cum diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudiciū inferre blasphemiæ. Et accipitur ibi blasphemia pro maledictione secundū glo. Blasphemia autem est grauius peccatum, quàm detractio. ergo maledictio est grauior detractione.

¶ 2 Præterea. Homicidium est detractione grauius, vt suprà dictum * est. Sed maledictio est par peccato homicidij. Dicit enim Chrys. super Matth. * quum dixeris, Maledic ei & domum euerte, & omnia perire fac: nihil ab homicida differs. ergo maledictio est grauior quàm detractio. *q 73. art. 3. * Hom. 29. to.2.*

¶ 3 Præterea. Causa præeminet signo. Sed ille q maledicit, causat malū suo imperio. Ille aūt qui detrahit, solùm significat malū iam existēs. Grauius ergo peccat maledicus quā detractor.

¶ SED CONTRA est, quòd detractio non potest bene fieri. Maledictio autē fit bene & malè, vt ex dictis patet *. ergo grauior est detractio, quàm maledictio. *art. 1. huius q.*

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut in primo habitum* est, duplex est malū, scilicet culpæ & pœnæ. Malū autem culpæ peius est, vt ibidē * ostensum est: vnde dicere malū culpæ peius est, quā dicere malū pœnæ, dummodo sit idē modus dicēdi. *1 p.q. 48. art. 6.* Ad contumeliosum ergo & susurronē & detractorē & etiā derisorē pertinet dicere malū culpæ. Sed ad maledicentē, prout nunc loquimur, pertinet dicere malū pœnæ, non autem malū culpæ, nisi fortè sub ratione pœnæ. Non tamen est idem modus dicendi. Nam ad prædicta quatuor vitia pertinet dicere malum culpæ, solùm enuntiando. Per maledictionē verò dicitur malū pœnæ, vel causando per modū imperij, vel optādo. Ipsa autē enuntiatio culpæ, peccatū est. inquantū aliquod nocumentum ex hoc proximo infertur. Grauius autem est nocumentum inferre, quàm nocumentum desiderare, cæteris paribus. Vnde detractio secundum communem rationem grauius peccatum est, quàm maledictio simplex desiderium exprimēs. Maledictio verò quæ fit per modū imperij, cùm habeat rōnē causæ, potest esse detractione grauior, si maius nocumentum inferat, quàm sit denigratio famæ, vel leuior, si minus. Et hæc quidem accipienda sunt secundum ea, quæ per se pertinent ad rationem horum vitiorum. Possunt autem & alia per accidens considerari, quæ prædicta vitia vel augent, vel minuunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ maledictio creaturæ, inquantum creatura est, redundat in Deum: & sic per accidens habet rationem blasphemiæ, non autem si maledicatur creaturæ propter culpam. Et eadem ratio est de detractione.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ sicut dictū*est, maledictio vno modo includit desiderium mali. *art. præc.* Vnde si ille qui maledicit, velit malū occisionis alterius, desiderio nō differt ab homicida. Differt tamē, inquantum actus exterior aliquid adiicit voluntati.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de maledictione, secundum quod importat imperium.

QVÆST

Infrà art. 4. ad 1.

habet ad rōnalē, perinde est ac maledicere ipsi rationali creaturæ, ad q̄ ordinatur: sicut maledicere creaturis, inquantū sunt Dei, perinde est ac maledicere Deo, vt in litera dicitur: quoniā est blasphemiæ peccatum. Quum igitur maledicit quis diē natiuitatis suæ & huiusmodi, si non solo ore, sed corde maledicit, maledicit tēpori, inquantū continet rationalis creaturæ natiuitatē: ac per hoc maledicit natiuitati suæ, quod est optare malum natiuitati suæ, quod est optare malum sibiipsi, q natiuitate ingressus est vitā. Et quoniā non optat hoc vel illud modicum malū, sed absolutè maledicit natiuitatē, quæ capax est magni mali rationalis creaturæ, vt patet, consequēs est, quod peccet mortaliter. Nec obstat quod natiuitas sua, quia præterit, non est amplius capax mali: sufficit enim ad peccatum peruersitas intētionis, & si impossibile sit quod intendit, vt patet in maledictione Dei, cui nihil mali potest accidere. Nec agiteris scrupulo, si die festo natus sit, qui diei suæ natiuitatis maledixit, quoniā nisi festi maledictio intenta fuit, non aggrauat peccatum. Est nanq; hoc p accidens respectu actus illius maledictionis: sicut ēt esse creaturā Dei diē illū, per accidēs se habet ad actum illius maledictionis: quæ non nisi inquantū natiuitatē suam continuit, fertur in illū, &c. Secus autē est, si ex sola ira maledicit, nec sibi nec alteri optās malū, sed dicacitati satisfaciens. Et similiter si maledixisset natiuitatē suā, inquantū causam malorū pœnæ, optās illam nō fuisse nō simpliciter, sed non fuisse causam tanti mali. Hoc nanq; modo nec etiā veniale peccatum est: iuxta illud Iob, Pereat dies in qua natus sum. Et de similibus idē intelligas quod de die natiuitatis dictum est. ¶ Nota tertiò ex quarto articulo, quod maledictio in tot species distinguitur, quot specierum sunt mala quæ imperat vel optat: vn̄ in litera dicitur in responsione ad secundū, quod si ille qui maledicit, velit malū occisionis alterius, nō differt desiderio ab homicida. Et simile est de aliis malis, puta contumeliæ, infamiæ, rapinæ, percussionis, carceris, mutilationis, &c. Vniuersaliter nanq; verū est quod optare vel imputare aliquid, ad illā speciē spectat, ad quā spectaret facere illud. Vbi memēto, ꝙ sicut odiū tendit ad malū absolutè, alia autē vitia, puta homicidium, contumelia, &c. ad tales malorū species: ita hoc quod dico, Maledictus sit ille, & huiusmodi, vnius speciei est, & non differt specie ab odij vitio, quoniā ad malum vtrunque terminatur. Quum verò ad species malorū imprecando descenditur, puta, sit mortuus, pauper, captiuus, æger & huiusmodi, ad species homicidij, furti, incarcerationis, &c. declinatur, iuxta præsentis literæ doctrinam. Et si omnia aut multa simul mala quis imprecatur, multarum specierum deformitates incurrit, vno vitio circunstante aliud, vt frequenter accidit. Et hęc de tota q̄ōne septuagesimasexta sufficiant.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super quæstionem septuagesimam septimam.

IN principio introductionis quæst.77.vbi redditur pro causa, quare de iis his duobus vitiis cõmutationum voluntariarum, hoc est de fraudulentia & vsura, tractandum est: scilicet quia circa alias voluntarias commutationes non inuenitur aliqua species peccati, quæ distinguatur à rapina vel furto, dubium occurrit, vnde distinctionẽ habet specificatã à furto, fraudulentia in venditione & emptione. Et est ratio dubitæum quia huiusmodi acceptio aut fit scienter domino inuito, aut nõ. Si sciente, non est fraudulentia, sed rapina. Si nesciẽte, est furtũ, quod est occulta rei alienæ aceptio. Tam quia sicut cõmittitur fraus in emptione & venditione, ita in aliis cõmutationibus volũtariis, vt patet in cõductione & locatione & pignore. Contingit enim locare equum vitiosum, dare pignus falsum, &c. Non est ergo specifica distinctio plus in emptione & venditione, quã in aliis, si in aliis hæc distinguuntur à furto & rapina.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ distinctio iniustitiæ quæ fit in emptionibus & vẽditionibus, à rapina & furto, ex multis manifesta est. *4.dist 15. q.3. art.1. q.1. cor.*

¶ Primò ex hoc quod iustitia huiusmodi cõmuniter fit dolose seu fraudulenter: vnde & fraudulentia nominat, quod non est de ratione furti aut rapinæ. *Et q.2. art.2. cor. & 10.*

¶ Secundò, quòd acceptio iniusta hic fit quodãmodo inuito & quodammodo volente domino. In furto autem & rapina fit acceptio domino inuito simpliciter: quoniã in emptione & venditione iniusta, vtraque pars voluntariè dat alteri quod suum est: & sic est ibi aliquo modo voluntarium. Sed quia pars decepta non daret si sciret se deceptã, ideo est etiam ibi inuoluntarium. Furtum autem aut rapinam patiẽs non agit ad trãslationem rei suæ à se, sed tantummodo patitur. *Cap.13. tom.3.*

¶ Tertiò, quia huiusmodi iniustitia cõmuniter se habet ad scientiam & ignorantiam patientis. Acceptio autẽ tam furtiua quàm rapinæ determinata est: quia rapina rem in manifesto, furtũ in occulto accipit.

¶ Ad primam ergo obiectionem in oppositum dicitur, quod acceptio in venditione iniusta, sciente domino, sed propter ignorantiam patientis, non est rapina: quia non est violẽtia ibi, nec furtum, quia fit sciente & volente quodammodo domino. sed est speciale vitium, de quo nunc tractamus. Acceptio verò, quæ fit ignorante parte, non est furtum, sed claudit in se fraudem participatam, & tendit non ad inferendam passionem simpliciter, vt furtiua, sed passionem quodammodo prouenientem à patiente, vt prædictum est.

¶ Ad secundum dicitur, ꝙ appellatione furti & rapinæ in proposito intelligi possunt omnia enumerata vitia: ꝙa Autor intendit quod per alias cõmutationes voluntarias nõ oporter de aliquo alio vitio tractare, sed sufficit tractare de enumeratis. Constat autem ex litera, quòd iam enumerauerat fraudulentiam & vsuram: vnde sicut quia tractatum est de furto, nõ oportet per alias commutationes specialiter tractare de furto intercueniente in illis, vt si quis furetur pignus aut depositum, ita quia tractandum est de fraudulẽtia in præcipua sua materia, scilicet emptione & venditione, non est opus tractare de illa intercueniente in pignoribus aut depositis. Non intendit ergo Autor ꝙ in aliis commutationibus voluntariis fraudulentia sit furtum aut rapina, in emptionibus verò & venditionibus sit *lib.3.circa medium.* speciale vitiũ: sed quòd per alias cõmutationes voluntarias non est tractandum de aliquo speciali vitio: quia in his duobus, scilicet fraudulentia & vsura, adiunctis superius tractatis, scilicet furto, &c. non restat aliqua vitij species tractanda in commutationibus voluntariis. *Cap.5. & 6.*

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA septima de Fraudulẽtia in emptionibus, & venditionibus contingente, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de peccatis, quæ sunt circa volũtarias cõmutationes. Et primò, de fraudulentia, quæ committitur in emptionibus & venditionibus. Secũdò, de vsura, quæ fit in mutuis. Circa alias enim cõmutationes voluntarias, non inuenitur aliqua species peccati, quæ distinguatur à rapina, vel furto.

¶ Circa primũ quæruntur quatuor. ¶ Primò, de iniusta venditione ex parte pretij, scilicet vtrũ liceat aliquid vẽdere, pl⁹ quàm valeat. ¶ Secũdò, de iniusta venditione ex parte rei vẽditæ. ¶ Tertiò, vtrũ vẽditor teneatur dicere vitiũ rei venditæ. ¶ Quartò, vtrum licitũ sit aliquid negotiãdo plus vendere, quàm emptũ sit.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum licitè aliquis possit vendere rem plus, quàm valeat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ aliquis licitè possit vendere rem plus, quàm valeat. Iustũ enim in cõmutationibus humanæ vitæ secundũ leges ciuiles determinatur. Sed secundum eas licitum est emptori & vẽditori, vt se inuicem decipiant. Quod quidem fit, inquantum venditor plus vendit rẽ, quàm valeat: emptor autẽ minus quàm valeat. Ergo licitum est quòd aliquis vẽdat rem plus, quàm valeat.

¶ 2 Præterea, Illud quod est omnibus cõmune, videtur esse naturale, & non esse peccatũ. Sed sicut Aug. refert 13. de Tri.* dictum cuiusdã Mimi fuit ab omnibus acceptatũ, Vili vultis emere, & carè vẽdere. Cui etiam consonat quod dicitur Prouerb. 20. Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cùm recesserit, gloriatur. Ergo licitum est aliquid carius vendere, & vilius emere, quàm valeat.

¶ 3 Præterea, nõ videtur esse illicitũ, si ex cõuẽtione agatur id, quod fieri debet ex debito honestatis. Sed secundũ Philosophum in 8. Ethic.* in amicitia vtilis recõpensatio fieri debet secundũ vtilitatem, quam consecutus est ille, qui beneficiũ suscepit: quæ quidem quandoq; excedit valorem rei datæ, sicut contingit, cùm aliquis multũ re aliqua indiget, vel ad periculum euitandum, vel ad aliquod cum modum consequendũ. Ergo licet in contractu emptionis & venditionis aliquid dare pro maiori pretio quàm valeat.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 7. Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Sed nullus vult sibi rem vẽdi carius, quàm valeat. Ergo nullus debet alteri vendere rem carius, quàm valeat.

¶ RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ fraudem adhibere ad hoc quod aliquid plus iusto pretio vẽdatur, omnino peccatũ est inquantũ aliquis decipit proximũ in dãnũ ipsius. Vnde & Tullius dicit in lib. de Offic.* Tollendũ est igitur in reb⁹ cõtractrahẽdis omne mendaciũ: non licitatorẽ vẽditor, nec ꝙ cõtra se licitetur, emptor apponet. Si autem fraus deficit, tunc de emptione & vẽditione dupliciter loqui possumus. Vno modo secundũ se, & secundum hoc emptio & vẽditio videtur esse introducta pro communi vtilitate vtriusq;, dũ scilicet vnus indiget re alterius, & ecõuerso, sicut patet per Philosophum in 1. Polit.* Quod autẽ pro cõmuni vtilitate inductũ est, nõ debet esse magis in grauamẽ vnius, quàm alterius. Et ideo debet secundũ æqualitatẽ rei inter eos cõtractus institui. Quãtitas autẽ rei, quæ in vsum hominis venit, mensuratur secundũ pretium datũ, ad quod est inuẽtum numisma, vt dicitur in 5. Ethic.* Et ideo si pretiũ vel excedat quãtitatem valoris rei, vel ecõuerso res excedat pretium, tolletur iustitiæ æqualitas. Et ideo carius vẽdere vel vilius emere rem, quã valeat, est secundũ se iniustũ & illicitũ. Alio modo possumus loqui de emptione & vẽditione, secundũ quod p accidẽs cedit in vtilitatẽ vnius & detrimentum alterius, puta cùm aliquis multũ indiget habere rem aliquã, & alius lẽditur, si ea careat. Et in tali casu iustũ pretiũ erit, vt non solùm respiciatur ad rem, quæ vẽditur, sed ad damnum quod venditor ex vẽditione incurrit. Et sic licitè poterit aliquid vẽdi plus, quã valeat secundũ se, quamuis non vẽdatur plus, quàm valeat habẽti. Si verò aliquis multũ iuuetur ex re alterius, quam accepit, ille verò qui vendit, nõ damnificatur carendo re illa, non debet eam superuendere, quia vtilitas quæ alteri accrescit, non est ex vendi tione, sed ex conditione ementis. Nullus autem debet vendere alteri, quod nõ est suũ, licet possit ei vẽdere damnũ, quod patitur: ille tamen qui ex re alterius accepta multũ iuuatur, potest propria spõte aliquid vendenti supererogare, quod pertinet ad eius honestatem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ sicut suprà dictũ est* lex humana populo datur, in quo sunt multi à virtute deficiẽtes, non autem datur solùm virtuosis. Et ideo lex humana non potuit prohibere quicquid est cõtra virtutẽ, sed ei sufficit, vt prohibeat ea, q̃ destruũt hominũ conuictum, alia vero habeat quasi licita: non qa ea approbet, sed qa ea non punit. Sic ergo habet quasi licitũ, pœnã non inducens, si absq; fraude venditor rem suã superuẽdat, aut emptor vilius emat, nisi sit nimius excessus, qa tũc etiã lex humana cogit ad restituendum, puta si aliquis sit deceptus vltra dimidiã iusti pretij quãtitatem. Sed lex diuinà nihil impunitũ relinquit, quod sit virtuti contrariũ: vnde secundũ diuinã legẽ illicitũ reputatur, si in emptione & vẽditione nõ sit æqualitas emitur. Ex quibus apparet vnde difficultas consurgit. Nam modus vendendi, scilicet vltro offerre & quærere emptorẽ, manifestè in æstimatione hominũ vilificat rem venalem. Vltroneæ namque merces, vt in prouerbio dicitur, vilescunt pro tertia parte. Et si pretia rerũ determinanda sunt, prout res æstimantur ab hominibus, cõsequens videtur quòd modus iste vendendi rationabiliter minuat de pretio cõmuniter inuento. Sed quum modus vendendi reducitur in causam vendendi, apparet oppositũ: quia cõmuniter minus notabiliter

lib.3.circa medium.

Cap.5. & 6.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ septimæ Articulum primum.

IN Art.1, quæ.77. dubiũ occurrit, an iniustũ pretiũ rei sit, quantũ cõiter vẽdi solet absolutè in tali loco, &c. an quantũ in tali modo vẽdendi inuenitur, puta quũ vltro offertur in subhastatione, vel per mediatores, &c. Et est manifestũ dubij: qa hinc pẽdet solutio multarum quæstionũ. Ratio autẽ dubitãdi est: quia si iustum pretiũ determinatur nõ attento modo vendẽdi, sequitur ꝙ emẽtes res q̃ publico præconе subhastãtur, & minus quàm absolutè valeãt, vẽduntur, cõiter iniustè emẽtes & conseq̃ẽter ꝙ rectores reipub. causam dant iniquis emptionib⁹. *Cap.5.*

¶ In oppositũ autem est: qa si iustũ pretiũ determinetur attento modo vẽdendi, sequeretur ꝙ licitũ esset emere minus quàm valeat res, ab iis qui necessitatẽ indigentiæ pacti, vltro vendũt lõgè minus quàm eadem res in eodẽ loco cõiter vendatur, quod videtur iniustũ: quia non omnino volũtaria est cõmutatio, sed semiuoluntaria: sicut quũ q̃s proiicit merces in mare, ne pereat.

¶ Ad euidẽtiã huius difficultatis tria videnda sunt. Primo, in quo consistat difficultas. Secũdo, determinãda veritas. Tertio, solueñdæ sunt ex veritate difficultates incidentes. Quo ad primũ cõcurrũt in hoc casu tria, scilicet modus vendẽdi, scilicet quærendo emptorẽ: causa vendẽdi, puta necessitas vel aliquid aliud, &c. & diminutio notabilis pretij respectu pretij cõiter currẽtis, verbi gratia, pãnus iste à mercatoribus cõmuniter vẽditur centumẽgo qui vltro offerro, & quæro emptorem, nõ inuento qui velit mihi dare plus quàm octoginta: & sic vẽdente me pro octoginta, longe minus quàm cõiter valet, Et iustũ pretiũ dicitur millet: qa hodie nõ inuenit emptorẽ qui emat plus. Similiter à mercatoribus in fine nũdinarũ, qa nolũt expectare futuros emptores, post nũdinas emũtur cõductæ merces multo vilius q̃ illis diebus cõiter valebant. Et breuiter cessantib⁹ fraudib⁹ & coactione, si propter penuriã emptorũ nũc tantum vẽditur, quantũ inuenitur ab emptoribus nunc, & cõiter scitur rem talẽ esse venalẽ tunc, iusto pretio vẽditur, & emitur quæcũq; ex causa quis vẽ

1.2.q.96. art.2.

diter vendentes, ex necessitate non volũtate hoc faciunt: vt patet & in iis quę subhastãtur. Sũt enim bona pauperũ debitorũ, q̃ vt satisfiat cẽditori in pecunia, vẽduntur plus dãti illo modo vẽdendi. Et tot ũ hoc dãnum sustinet paup, quia non habet vnde aliter soluat, saltẽ pro tunc. Patet etiã in iis quæ p mediatores vẽduntur ab illis qui emerunt ad tẽpus, non vt illa haberent sed vt statim vẽderent, vt pecuniã haberẽt sibi necessariã, & hoc, quia non inueniunt qui eis mutuet. Tales enim quod hodie iusto pretio emunt mille, hodie dant ibidẽ pro octingentis, vel minus, prout possunt. Stat ergo difficultas in hoc, an modus vẽdendi, an causa vẽdendi, an vtrũq;, an neutrũ, sit hac in re penitãdum. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundũ sciẽdum, ꝙ in huiusmodi commutationibus, scilicet emptione & vẽditione non est recurrendum ad ea quæ sunt p accidens, puta, donationẽ admixtã, dicẽdo ꝙ vẽditor præsumitur donare, & huiusmodi: tum quia hoc nõ est verũ, sicut nec in vsura, etiã si sine necessitate aliqua quis accipiat mutuũ sub vsura, præsumitur donare: tum quia iustum quæritur, non donum in emptionibus & vẽditionibus. Et hoc bene nota, ne fallaris, dicẽdo: ille non est in necessitate, vult vendere, nemo cogit, potuit donare; ergo donauit superfluũ. Applica nanq; hoc ad accipientem sine necessitate mutuũ sub vsura, vt dictũ est: & ꝓspicies erroneũ esse discursum tuum propter allatã causam: quia commutatio exercetur, non donũ, iustitia, non liberalitas, examinanda est. Et ex hoc capite sequitur ꝙ causa vẽdendi per accidens se habet ad iustũ pretium, nisi redundet in quantitatẽ maiorem vel minorẽ valoris rei venalis: quoniã iustũ pretiũ determinãdũ est secundũ æqualitatẽ rei ad rẽ, hoc est, rei venalis ad rem q̃ datur pro ea: & ecõuerso. Vnde siue ex indigẽtia, siue ex abundantia, siue ex cõplacentia, siue ex despectu q̃s vendat, nõ augetur vel diminuitur pretiũ, nisi redundet in quãtitatem valoris rei, vel simpliciter, vel vẽdenti. Simpliciter, quũ abundãtia rei tanta est, ꝙ facit rem vilioris pretij: vẽdenti autẽ cum incõmoditas vel indigẽtia magnificat valorẽ rei vendentis: ꝙ scilicet valet plus sibi, licet non simpliciter, vt in litera dicitur. Et ex hoc sequitur, ꝙ si certa merces puta vna pecia serici, valet apud mercatores cõmuniter centũ nunc Romæ, & inueniantur duo priuati viri quorum quilibet vnam huiusmodi petiã habet, & vterq; vult suã vẽdere, sed ex diuersa causa: vnus qa in necessitate constitutus, nec potest aliter suis prouidere necessitatibus: alter dites, quia non placet sibi tenere illam domi: & exponantur ambæ venales, vltro oblatæ quærant emptores: & non inueniant emptorẽ, nisi pro 70. pro qualibet, & vendantur ambæ tali pretio, Si sic, inquam, accidat, pari ratio esset de iusto, vel iniusto pretio vtriusque. Et si emere à diuite tali pretio, non est peccatum, nec emere ab indigente erit peccatum: & si emere ab indigente erit peccatum, emere etiã à diuite erit peccatum. & ratio est, quia hic non est differentia in valore rei quæ vẽditur, nec simpliciter, nec huic. Alioquin quæcũq; libet res pauperis valeret plus quam similis res diuitis, quod experientia quotidiana testatur falsum. Sed est differentia in sola causa vendendi, vt patet. Ad hoc igitur deduci videtur omnis quæstio, si modus ipse vendendi sit rationabilis causa notabilis diminutionis à cõmuni pretio, ex quo non refert qua q̃s causa vendat. Sed reuera modus vendendi, licet forte sit cum causa diminutionis huiusmodi, vera tamen causa est defectus emptorum. Si enim adessent emptores rãti, aut quasi tanti, emeretur vltranea merces, quanti retenta apud mercatores: sed quoniam pro tunc quando iste vult vendere, desunt emptores, ideo minus venditur, & rõnabiliter: quia regulare est ꝙ res quãto plures habet emptores, tanto plus æstimatur & valet: vnde gẽmæ quãdo non habẽt emptores, vilissimè vẽduntur: & quãdo multi inueniũtur earũ emptores, magnifiũt, & pretio notabiliter excessiuo vẽduntur. Et simile videmus in aliis rebus, ꝙ quãdo in aliquo loco vel tẽpore nõ indigẽt, aut non vtuntur reb⁹ aliquibus, aut nequeũt illas emere ꝓpter penuriã pecuniæ, vilescũnt res huiusmodi notabiliter. Quia igitur pecunia emptorũ nũc rõnabilis causa est notabilis diminutionis ꝓtij à ꝓtio cõi expectãtũ emptores, ideo iustũ pretiũ cẽsendũ est id qđ inueniri nũc põt facta ꝓmulgatione rei venalis, ne occulta venditio sit causa penuriæ emptorũ: q̃uis sit notabiliter min⁹ q̃ ꝓtiũ qđ cõiter currit apud expectãtes emptores. Et licet hoc ex dicta rõne ostẽsua clarũ vr, manifestat tñ ex cõiter accidẽtib⁹ reputatis iustis. Videm⁹ q̃ post bella & deuastatas vrbes habẽtes domos, nec potẽtes expectare emptores, q̃ cõpositis reb⁹ & refecta vrbe erũt, vẽdunt pro mille domos valẽtes 4. millia, si casus hic non esset. Et iustũ ꝓtiũ dicitur millet: qa hodie nõ inuenit emptorẽ qui emat plus. Similiter à mercatoribus in fine nũdinarũ, qa nolũt expectare futuros emptores, post nũdinas emũtur cõductæ merces multo vilius q̃ illis diebus cõiter valebant. Et breuiter cessantib⁹ fraudib⁹ & coactione, si propter penuriã emptorũ nũc tantum vẽditur, quantũ inuenitur ab emptoribus nunc, & cõiter scitur rem talẽ esse venalẽ tunc, iusto pretio vẽditur, & emitur quæcũq; ex causa quis vẽdat, quãtuncunq; expectantes crastinum emptorẽ cõiter longè plus vendant.

¶ Et si obiciatur, ꝙ paucitas emptorũ oritur ex hoc ꝙ homines æstimãt huiusmodi emptionẽ esse iniustã: respondetur primò quòd hoc non constat. Secundò, ꝙ itultorum infinitus est numerus & pauci sunt adeo timorati, vt non videt causa ista probabilis. Tertiò, quòd apparet manifestè in subhastatione, etiam sine cuiæ autoritate nõ deesse emptores. Videtur autẽ probabilis ratio defect⁹ emptorum, quia pauci sunt qui egeant tunc re illa, & habeant tunc paratã pecuniam ad emendum hæc. Et hæc de secundo.

¶ Quo ad tertiũ, scito ꝙ ex hac cõclusione, scilicet iustũ pretiũ rei est il lud quod nũc põt inueniri ab emptorib⁹, præsupposita cõi notitia, & remota omni fraude & coactione, &c. solũtur multæ quæstiones, scilicet de ementibus ab vltro offerentib⁹ siue subhastãdo intercedẽte, aut nõ intercedẽte curia, & de emẽtib⁹ ab iis qui cedere volũt, nec ampli⁹ ibi expectare, vel ab iis qui necessitate ducti expectare nequeũt emptores, & alia huiusmodi, &c. Apparet quoque ex hac eadẽ radice, ꝙ faciẽtes monopolia, vt pretiũ prout volunt imponant, iniustissimi sunt: quoniã cogũtur ex hoc homines plus soluere quã cõter venderetur. si huiusmodi monopolium non esset: sicut cogũtur solue re vsuras egẽtes pecuniis mutuis sine vsura: vnde tenẽtur ad restitutionẽ totius sũ quæ excedẽtis pretiũ qđ valeret, si nõ esset huiusmodi monopolium. Tenẽt autẽ restituere iis à quib⁹ extorserunt: nec solũ ipsi tenẽtur restituere, sed domini concedentes hoc, & reliqui qui sunt causæ huiusmodi iniustæ acceptionis. *Cap. 13. tom.3.* *L. lib.3. cap.11. tom.1.*

¶ Ad rationẽ autẽ in oppositũ, ꝙ uia huiusmodi vẽditio ex indigẽtia nõ est voluntaria simpliciter, sed semiuolenta, sicut ꝓiectio mercium in mare. Respondetur, ꝙ licet huiusmodi vẽditio habeat aliquid admixtũ de inuolũtario, quo ad causam vẽditionis, est tamẽ simpliciter & absolutè voluntaria. Regulare autem est, quòd si iusto pretio res venditur, nihil nocet cõmutationi, q̃ secundũ causam iuuoluntaria sit vẽditio: vt patet in eo qui necessitate indigentiæ ductus vẽdit à proximis habitũ agrum, iusto tamẽ pretio, & similib⁹, vnde si iustũ est pretiũ, quod diximus, nihil obstat huiusmodi admixtio inuoluntarij, &c.

¶ In eodẽ artic. dubiũ occurrit: qa vẽdere aliquid, puta agrum, vel domũ cum pacto de retrouendẽdo: & etiã cum pacto ꝙ interim ꝙ retrouẽdatur, locetur ipsi eidẽ primo venditori, est licitũ, vt cõis obseruãtia est: tur, si sint iusta pretia. Et tamen cõstat, ꝙ in hoc casu res venditur plus quàm valet: quia si valet mille, vẽditur pro mille, & pro obligatione ad retrouendendũ: q̃ obligationẽ cõstat esse æstimabilem pecunia, non minus quàm obligationem ad restituendum: quam pecuniæ æquiualere dicit Autor inferius in quæst. sequenti. artic. 2. ad quartum. est ergo licitum vendere rem plus quàm valet.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ in huiusmodi cõtractib⁹ non vẽditur res plus quã valet, ꝓpter duo. Primò, qa cõiter res quæ vẽduntur, valent plus, non absolutè, sed vẽditori: qa ideo vult illud pactũ, quia incõmodũ ex venditione incurrit. Respondet ergo obligatio emẽtis, ad reuẽdendũ & locãdum, quãtitati valoris rei respectu huius. Et sic, qa res valet mille, & quãti est incõmoditas mea, ideo emitur pro mille, & obligatione ad vendendũ & locãdum. Secũdo, quia cùm ex iure positiuo sit rerũ diuisio & ꝓprietas: cõsuetudo, quæ iuris vim habet, efficit, vt pro nihilo habeãtur hæc pacta in huiusmodi cõtractibus: & hoc ad obuiandũ fraudib⁹ vsurarũ. Si enim ager valẽs mille, vendereretur octingentis cũ illis pactis in fraudẽ vsurarum, mutuum magis q̃ venditio putaretur.

¶ In calce corporis eiusdem art. nota illa verba. Ille qui ex re alterius accepta multũ iuuatur, &c. Ex his nãq; apparet ꝙ nũmularij habẽtes in depositio aliorũ pecunias, quib⁹ vrendo in exercitio suo licito multũ iuuãtur, quãuis non teneantur ex debito iustitiæ, ex debito tamẽ honestatis gratiosè donare debẽt aliquid dominis depositorũ. Et si gratiosè donant ex dicta causa, quia scilicet multũ iuuãtur ex vero deposito, ipsi laudabiliter operãtur dãdo, & dñi depositorũ licitè possunt recipere data. Attendat tñ veraq; pars ne corrupta fit intẽtio, vt quasi ex debito iustitiæ soluatur, aut expectetur. Et si dñs depositi libẽtius tenet depositũ suũ apud hũc gratum, q̃ apud nõ gratũ, non propterea peccat. Et similiter si nũmularius ideo supererogat, vt gratus sit, & ex hoc ipso ꝙ gratus est, sperat ꝙ dñs tenebit suũ depositũ apud ipsum gratũ, nõ peccat. Et ratio est: qa omniũ rẽ est gratia, nõ obligatio implicitè vel explicitè. Quòd si non ex gratitudine, sed propter vsum pecuniæ datur quasi pretiũ, vsura est.

¶ In resp̃one ad primũ nota, ꝙ ex hoc ꝙ iustum pretiũ habet latitudinem, & distingui solet in piũ, moderatũ & rigorosum, soluuntur quæstiones multæ ex vario pretio eiusdẽ rei in eodẽ loco & tẽpore, dum venditur ab vno deceẽ, ab alio vndecim, ab alio duodecim, & ab omnibus iustè. Et hinc fit, vt vnus ẽmat decem, & statim vendat rem illã duodecim absq; læsione conscientiæ. Hinc quoque fit, vt vendat soluenti nunc pro decem, qui soluturo ad annum non vult vendere nisi pro duodecim, & sic de aliis similibus.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum secundum.*

IN artic.2.eiusdē q.77. nota ꝙ licet Autor in responsione ad primum non reputet impossibile fieri aurū verū per artē, quia tamē nūquam aut raro fit, sed sæpissime accidit cōtrarium, ꝙ scilicet ex vero auro faciūt fumū, dum multas expēsas faciunt, quę in fumū resoluuntur: ideo huiusmodi ars aut non humana, aut principū post res consultas cū sapientib⁹ est. Habes aūt in litera ꝙ non sufficit alchimicū aurū vel argentū tale facere, vt nūmis, vasis, & huiusmodi construēdis sit habile: tum propter naturæ impuritatē: tum propter operationes naturales: tum propter frequentiorē applicationē: tum propter diuturniorem permāsionem. Iniustā ergo reddit vēditionē talis speciei defectus, &c. Et si bene perspexeris has quatuor ratiões, videbis eas habere locū in aliis quæ ꝑ alchimiā fieri possunt, proportionaliter applicando, nisi fortè tertia ratio loco in quibusdā careat, propterea quia res illa non nisi semel applicari potuisset ad operationem ex natura sua. Reliquæ nanq; cōmunes ad omnia huiusmodi rationes videntur, &c. Et ideo memēto applicare eas ad decurrentia.

q.59.arti-

¶ *Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum tertium.*

IN arti.3. eiusdē quæst. nota tria. Primum in principio corporis articuli, scilicet generalem regulā, vnde aliquis tenetur dare auxiliū, vel consilium, &c. proximo, scilicet vel ex parte agētis, quia suæ curæ incūbit, vel ex parte patiētis, quia est in necessitatis articulo: ita ꝙ nō possit ei per aliū subueniri. In his enim duobus casibus tātùm tenetur quis proximū adiuuare, vt in litera dicitur. Et ex his tu applicando, casus occurrētes determinato.

¶ Secundū in calce eiusdē corporis, ꝙ illud dictum, scilicet vēditor potest suæ indemnitati cōsulere, reticendo occultum vitium, est intelligēdum, quādo vitiū occultum, nec dānum, nec periculum proximo inferre potest. Et non si in periculum aut dānum proximi esse pōt. Et scito ꝙ si res huiusmodi plus cōmuniter æstimatur, vitium est occultū, quāuis quātum est ex parte venditoris, iustū seruatū sit, seruando ꝙ in litera dicitur: cauendū tamen est ne si emptor postmodū rem illam vendat, nesciens occulti defectus plus vendat quàm sit iustū pretiū. Alioquin ven- *D.94. et D.240. Cap.8. Cap.16.*

ficere quenquam, nec aliquid dolo annectere rei suæ.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd circa rem, q̄ vēditur, triplex defectus cōsiderari potest. Vnus quidē secundū speciē rei. Et hūc quidē defectū si venditor cognoscat in re, quā vendit, fraudem cōmittit in venditione. Vnde vēditio illicita redditur. Et hoc est quod dicitur contra quosdā Isa.1. Argentū tuū versum est in scoriam, vinū tuum mixtum est aqua. Quod enim permixtū est, patitur defectum, quantū ad speciē. Alius autē defectus est secundū quantitatē, quæ per mēsurā cognoscitur. Et ideo si quis scienter vtatur deficienti mēsura in vēdendo, fraudem cōmittit, & est illicita vēditio. Vnde dicitur Deut.25. Non habebis in sacculo diuersa pōdera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Et postea subditur. Abominatur eīm Dominus eū qui facit hæc, & auersatur omnē iniustitiā. Tertius defectus est ex parte qualitatis, puta si aliquod animal infirmū vendat quasi sanū. Quod si quis sciēter fecerit, fraudē cōmittit in venditione: vnde est illicita vēditio. Et in omnibus talibus non solùm aliquis peccat iniustā venditionē faciendo, sed etiā ad restitutionē tenetur. Si vero eo ignorante aliquis prædictorū defectuū in re vēdita fuerit venditor quidē non peccat, qa facit iniustū materialiter, nec eius operatio est iniusta, vt ex supra dictis patet*: tenetur tamē cùm ad eius notitiam peruenerit, dānum recōpensare emptori. Et quod dictū est de vēditore, etiā intelligēdum est ex parte emptoris. Cōtingit enim quādoq; venditorē credere rē suā esse minus pretiosam, quantū ad speciē, sicut si aliquis vēdat aurū loco aurichalchi, emptor si id cognoscat, iniustè emit, & ad restitutionē tenet, & eadē ratio est d̄ defectu qualitatis, & quātitatis.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ aurū & argētum nō solùm cara sunt propter vtilitatē vasorū, quæ ex eis fabricātur, aut aliorū huiusmodi: sed etiā ꝑpter dignitatē & puritatē substātiæ ipsorum. Et ideo si aurū vel argētum ab alchimicis factū, verā speciem nō habeat auri & argēti, est fraudulēta & iniusta vēditio: præsertim cùm sint aliquæ vtilitates auri & argēti veri secundū naturalē operationē ipsorū, quæ nō conueniunt auro ꝑ archimiā sophisticato. Sicut ꝙ habet proprietatē lætificādi, & cōtra quasdā infirmitates medicinaliter iuuat. Frequētius etiā potest poni in operatione, & diutius in sua puritate permanet aurum verum quàm aurum sophisticatū. Si autem per alchimiā fieret aurum verū, non esset illicitū ipsum pro vero vendere, quia nihil prohibet artē vti aliquibus naturalibus causis ad producendum naturales & veros effectus: sicut August. dicit in 3. de Trinit.* de iis quæ arte dæmonum fiūt.

¶ Ad 2. dicendū, ꝙ mēsuras rerū venaliū necesse est in diuersis locis esse diuersas ꝑpter diuersitatē copiæ & inopiæ rerū: quia vbi res magis abundat, cōsueuerūt esse maiores mēsuræ. In vnoquoq; tamē loco ad rectores ciuitatis pertinet determinare q̄ sint iustæ mēsuræ rerū venaliū pēsatis cōditionib⁹ locorū & rerum. Et ideo has mēsuras publica autoritate vel cōsuetudine institutas pręterire nō licet.

¶ Ad tertiū dicendū, quod sicut August. dicit in 11. de Ciuit. Dei*, Pretiū rerū venaliū non cōsiderat secundū gradum naturæ, cum quādoq; pluris vendatur vn⁹ equus quàm vnus seruus, sed consideratur secūdū quod res in vsum homini veniunt. Et ideo nō oportet, ꝙ vēditor, vel emptor cognoscat occultas rei venditæ qualitates, sed illas solum, ꝑ quas redditur humānis vsibus apta, puta, ꝙ equus sit fortis, & bene currat: & similiter in cæteris. Has autē qualitates de facili vēditor & emptor cognoscere possunt.

dendo rem occulte vitiosam, dat occasionem damni secundo emptori. Et propterea primus venditor conscius occulti defectus postquam vēdidit debet, dicere per se vel per alium occultum defectum ei qui emit, qui est dominus rei: vt sic & seipsum seruauerit indemnem, & proximo occasionem damnificandi alterum non dederit.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrū vēditor teneatur dicere vitiū rei vēditæ.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ venditor non teneatur dicere vitiū rei venditæ. Cùm enim venditor emptorem ad emēdum nō cogat, videtur eius iudicio rem, quam vendit, supponere. Sed ad eundem pertinet iudicium & cognitio rei. Non ergo videtur imputandum venditori, si emptor in suo iudicio decipitur, præcipitanter emendo absq; diligenti inquisitione de conditionibus rei. *quolib.2. art.10.*

¶ 2 Præterea, Stultum videtur, ꝙ aliquis id faciat, vnde eius operatio impediatur. Sed si aliquis vitia rei vēdendæ indicet, impedit suā venditionem. Vnde Tullius in lib. de Offic.* inducit quendam dicentem. Quid tam absurdum, quàm si domini iussu ita pręco prædiceret, Domum pestilentem vendo? Ergo venditor non tenetur dicere vitia rei venditæ. *lib.3. paulo ante med.*

¶ 3 Præterea, Magis necessarium est homini, vt cognoscat viā virtutis, quàm vt cognoscat vitia rerum, quæ venduntur. Sed homo non tenetur cuilibet consilium dare & veritatem dicere de his, quæ pertinent ad virtutem, quāuis nulli debeat dicere falsitatem. Ergo multo minus tenetur venditor vitia rei venditæ dicere, quasi consilium dando emptori.

¶ 4 Præterea, Si aliquis teneat dicere defectū rei vēditæ, hoc nō est nisi vt minuat de pretio. Sed quādoq; diminueretur de pretio etiā absq; vitio rei venditæ ꝑpter aliquid aliud: puta si vēditor deferēs triticū ad locum, vbi est caristia fruméti, sciat multos posse venire, q deferāt: quod si sciretur ab ementib⁹, minus pretiū darent. Huiusmodi autē non oportet dicere vēditorem, vt videtur. Ergo pari ratione nec vitia rei venditæ.

¶ SED CONTRA est, quod Ambros.* dicit in lib. de Offic. In contractibus vitia eorum quæ veneunt prodi iubentur, ac nisi intimauerit venditor, quāuis in ius emptoris transierint, doli actione vacuantur. *lib.3. cap.10. tom.1.*

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ dare alicui occasionem periculi vel dāni, semꝑ est illicitū, quāuis non sit necessarium, ꝙ homo alteri semꝑ det auxiliū vel cōsilium ꝑtinens ad eius qualēcunq; ꝑmotionem. Sed hoc solū est necessariū in aliquo casu determinato, puta cùm alius eius curæ subdatur, vel cum nō potest ei ꝑ alium subueniri. Vēditor aūt, qui rē vendendam ꝑponit, ex hoc ipso dat emptori dāni vel periculi occasionem, ꝙ rem vitiosam ei offert, si ex eius vitio dānum, vel periculum incurrere possit. Damnū quidē, si ꝑpter huiusmodi vitiū res, quæ vēdenda ꝑponitur, minoris sit pretij: ipse verò ꝑpter huiusmodi vitiū nihil de pretio subtrahat. Periculū autē, si ꝑpter huiusmodi vitiū vsus rei reddat impeditus vel noxius: puta si aliquis alicui vendat equū claudicantē pro veloci, vel ruinosam domū pro firma, vel cibū corruptū siue venenosum ꝑ bono. Vnde si huiusmodi vitia sint occulta, & ipse non detegat, erit illicita & dolosa vēditio, & tenet vēditor ad dāni recōpēsationē. Si verò vitiū sit manifestum, puta si equus sit monoculus, vel cùm vsus rei, etsi non cōpetat venditori, pōt tamē esse cōueniens aliis, & ipse ꝑpter huiusmodi vitiū, subtrahat quātum oportet de pretio, nō tenetur ad manifestandū vitium rei: quia fortè propter huiusmodi vitium emptor vellet plus subtrahi de pretio, quàm esset subtrahendum. Vnde potest licitè venditor indemnitati suæ consulere, vitium rei reticendo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iudiciū non potest fieri nisi de re manifesta. Vnusquisq; enim iudicat⁹ secundum quod cognoscit, vt dicitur in 1. Ethic.* Vnde si vitia rei quæ vendenda proponitur, sint occulta, nisi per venditorem manifestentur, non sufficienter cōmittitur emptori iudicium. Secus autem esset, si essent vitia manifesta. *lib.1. cap.1. tom.5.*

¶ Ad secundū dicendū, quod nō oportet ꝙ aliquis ꝑ præconē vitiū rei venditæ prænuntiet: quia si prædiceret vitiū, exterrerētur emptores ab emēdo, dum ignorarēt alias cōditiones rei, secundū quas est bona & vtilis. Sed singulariter est dicendum vitium rei ei, qui ad emendum accedit, qui potest simul oēs cōditiones adinuicem comparare bonas & malas. Nihil enim prohibet rem in aliquo vitiosam, in multis aliis vtilem esse.

¶Ad

¶ Tertium est in respōsione ad quartum, quod regulariter consideratur in emptione & venditione pretium præsens, non futurum aut præteritum. In quibusdam tamen cōtractibus, quando scilicet erat res suas seruaturus, vt futuro tempore venderet, vel quum emit res futuro tempore assignādas, ratio pretij futuri habetur: vt patet extra de vsuris, capit. Nauiganti, &c.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum quartum.*

IN articulo 4. eiusdem septuagesimæ septimæ quæstionis, nota tria. Primum in corpore articuli, vt scilicet scias discernere inter affirmationem mali & negotiationem boni. Negotiatio nanque propter lucrum est huius naturæ: quod non affirmatur de ea malum, sed negatur bonum. Non eīm est secundum se mala, quia si talis esset, nulla intentione posset esse licita. Neque etiam secundū se bona: quia non ordinatur ad finem necessarium aut honestum. Sed habet potius speciem mali, vt in responsione ad tertium dicitur. Et quia actio secundum se non mala nec bona moraliter, potest ex adiuncto fine esse bona, si finis est bonus, & mala, si finis est malus: Ideo negotiatio propter lucrū, & iustè vituperatur tanquam habens speciem mali, & illicita est si ordinatur ad lucrum vt vltimum finem: & licita est si ordinatur ad sustentationem familiæ vel reipublicæ.

¶ Secundo in responsione ad primum, ne fallaris intelligens ex litera, quod Autor putet eū qui vendit rem nō mutatam carius, constituere finem vltimū in lucro ac per hoc peccare mortaliter. Nō enim hoc dicit, sed comparando vendentem rem mutatam carius, vendenti carius rem non mutatam: in primo apparet ꝙ præmium sui laboris in mutando intendit. In secundo autem nihil aliud apparet nisi lucrum. Hæc sunt quo ad apparentiā. Verumtamen vt in litera subiungitur: quia etiam ipsum lucrum potest licitè intendi si in alium finem ordinetur: Ideo etiā vendendo rem non mutatam carius, potest lucrum intendere non vt vltimum finem.

¶ Tertium est in responsione ad secundum, quod non putes Autorem voluisse ibidem comprehēdere omnes causas, ob quas licet carius vendere quàm emptum fuerit. Sufficit enim literę, quod tres causæ assignatæ ibidem sint veræ: nec requiritur quòd sint solæ: quū hoc non dicatur in litera. Superius nanque alia causa assignata est, scilicet latitudo pretij iusti. Et ratio expensarum in conducendo, conseruando, &c. & operarū ipsius negotiatoris habēda est. Non enim gratis nostræ debent commoditati ministrare.

¶ *Super quæstionis septuagesimæoctauæ Articulum primum.*

IN articulo primò quęstionis septuagesimæ octauæ dubium occurrit circa rationem literæ, qua probatur vsuram esse peccatum. Arguunt eīm quidam quod rationes non sint efficaces quia falsum est quod in huiusmodi rebus mutuabilibus nō differat vsus à substantia rei, quoniam in omnibus differt sicut operatio à natura. Et quia ratio illa quòd pecunia est principaliter propter negotiationes, non habet locum in aliis mutuabilibus, puta vino, tritico, &c. Non concludit igitur efficaciter litera intentum.

¶ Ad tertiū dicēdū, quod quāuis hō non teneatur simpliciter omni homini dicere veritatē de iis, q̄ pertinēt ad virtutes: tenetur tñ in casu illo de iis dicere veritatē, quādo ex eius facto alteri periculū immineret in detrimentum virtutis, nisi diceret veritatē: & sic est in proposito.

¶ Ad quartū dicendum, quod vitiū rei facit rem in præsenti esse minoris valoris, quā videat. Sed in casu præmisso in futurum res expectatur esse minoris valoris ꝑ superuentū negotiatorū, qui ab emētibus ignorātur. Vñ venditor, qui vēdit rē secundū pretium, quod inuenit, non videtur cōtra iustitiā facere, si quod futurum est, non exponat: si tamen exponeret, vel de pretio subtraheret, abundantioris esset virtutis, quamuis ad hoc non videatur teneri ex iustitiæ debito.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum liceat negotiando, aliquid carius vendere quàm emere.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod non liceat negotiādo aliquid carius vendere, quàm emere. Dicit enim Chrys. super Matt. 21*. Quicunq; rem comparat, vt integrā & immutatā vendendo lucretur: ille est mercator, qui de tēplo Dei eiicitur*. Et idē dicit Cassiodorus super illud Psal.70*. Quoniam non cognoui literaturā, vel negotiationem, secundum aliam literam. Quid, inquit, est aliud negotiatio, nisi vilius cōparare, & carius velle distrahere? Et subdit, negotiatores tales Dominus eiecit de templo. Sed nullus eiicitur de templo, nisi propter aliquod peccatum: ergo talis negotiatio est peccatum. *Opusc. 13. cap.3. Hom. 38. in opere imperf. à medio.*

¶ 2 Preterea, Cōtra iustitiā est, quod aliquis rem carius vēdat, quā valeat, vel vilius emat, vt ex dictis apparet*. Sed ille q negotiando rem carius vēdit, quā emerit, necesse est quod vel vilius emerit, quam valeat, vel carius vēdat. Ergo hoc sine peccato fieri non potest. *Art.1.*

¶ 3 Præt. Hier*. dicit, Negotiatorem clericum ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandā pestem fuge. Non autem negotiatio clericis interdicta esse videtur, nisi propter peccatum. Ergo negotiando aliquid vilius emere, & carius vendere est peccatum. *Epist. ad Nepotia. inter prin & med.*

¶ SED CONTRA est, ꝙ Aug*. dicit super illud Psal. Qm̄ non cognoui literaturā, Negotiator auidus acqrendi, ꝑ damno blasphemat, pro pretiis rerum mētitur & peierat. Sed hæc vitia hoīs nō sunt artis: quæ sine his vitiis agi potest. ergo negotiari secūdū se nō est illicitū. *in concione prima par. psal. 70.*

¶ RESPONDEO dicendū, quòd ad negotiatores pertinet cōmutationib⁹ rerū insistere. Vt autē Philo. dicit in 1. Politic*. duplex est rerū cōmutatio. Vna quidem quasi naturalis & necessaria per quam s. fit commutatio rei ad rem, vel rerum & denariorum propter necessitatē vitæ. Et talis cōmutatio nō propriè pertinet ad negotiatores, sed magis ad œconomicos, vel politicos, qui habēt prouidere vel domui, vel ciuitati de rebus necessariis ad vitā. Alia vero cōmutationis species est, vel denariorum ad denarios, vel quarūcunq; rerū ad denarios, nō propter res necessarias vitę, sed ꝑpter lucrū q̄rendū. Et hæc q̄dē negotiatio ꝑpriè videtur ad negotiatorē pertinere, scd̄m Philo*. Prima aūt cōmutatio laudabilis est, qa deseruit naturali necessitati. Secūda aūt iustè vituperat: qa quātū est de se, deseruit cupiditati lucri, q̄ terminū nescit, sed in infinitū tēdit. Et iō negotiatio, scd̄m se considerata quandā turpitudinē hēt, inquantū non importat de sui ratione finē honestū vel necessarium. Lucrū tñ, quod est negotiationis finis, etsi in sui ratione non importet aliquid honestū, vel necessarium, nihil tñ importat de sui ratione vitiosum vel virtuti cōtrariū. Vñ nihil prohibet lucrum ordinari ad aliquē finē necessarium, vel etiā honestū, & sic negotiatio licita reddetur. Sicut cū aliquis lucrū moderatū, q̄d negotiādo quærit, ordinat ad domus suæ sustētationē, vel ēt ad subueniendū indigentibus. Vel etiam cum aliquis negotiationi intendit propter publicā vtilitatem, ne scilicet res necessariæ ad vitam patriæ desint, & lucrū expetit non quasi finem: sed quasi stipendium laboris. *c.1.5.& 6. tom.5. lib.1.Pol. ca. 6.to.5.*

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd verbū Chry. est intelligendum de negotiatione, secundum quod vltimum finē in lucro constituit: quod præcipuè videtur, quando aliquis rem non immutatā carius vendit. Si enim rem in melius mutatam carius vendat, videtur præmium sui laboris accipere: quamuis & ipsum lucrum possit licitè intendi, non sicut vltimus finis, sed propter alium finem necessarium & honestum, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non quicunque carius vendit aliquid, quàm emerit, negotiatur, sed solum qui ad hoc emit, vt carius vendat. Si autem emit rem non vt vendat, sed vt teneat, & postmodum propter aliquam causam eam vendere velit, nō est negotiatio: quamuis carius vendat. Potest enim hoc licitè facere, vel quia in aliquo rem meliorauit, vel quia pretium rei est mutatum secundum diuersitatem loci vel tēporis: vel propter periculum, cui se exponit, transferendo rem de loco ad locum, vel etiam* fieri faciendo. Et secundum hoc nec emptio nec venditio est iniusta. *alias ferri.*

¶ Ad tertium dicendū, quòd clerici non solum debent abstinere ab iis, quæ sunt secundum se mala, sed etiam ab iis quæ hēnt speciē mali. Quod quidem in negotiatione contingit, tum propter hoc, ꝙ est ordinata ad lucrum terrenum, cuius clerici debent esse contemptores: tum etiam propter frequentia negotiatorum vitia, quia difficulter exuitur negotiator à peccatis labiorum, vt dicitur Ecclesiast. 26. Est & alia causa: quia negotiatio nimis implicat animum secularibus curis, & per consequēs à spiritualibus retrahit. Vñ Apostolus dicit secūdę ad Timoth.2. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. licet tamen clericis vti prima commutationis specie, quæ ordinatur ad necessitatem vitæ, emendo vel vendendo.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMAoctaua, de vitio vsuræ in mutuis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de peccato vsuræ, quod committitur in mutuis.

¶ Et circa hoc quęruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum sit peccatum accipere pecuniā in pretium pro pecunia mutuata: quod est accipere vsuram. ¶ Secundò, vtrum liceat pro eodem quamcunque vtilitatem accipere, quasi in recompensationē mutui. ¶ Tertiò, vtrum aliquis restituere teneatur id quod pecunia vsuraria iusto lucro lucratus est. ¶ Quartò, vtrum liceat accipere mutuo pecuniam sub vsura.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum accipere vsuram pro pecunia mutuata sit peccatum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄d accipere vsuram pro pecunia mutuata non sit peccatum. Nullus enim peccat ex hoc, quòd sequitur exemplum Christi. Sed Dominus de seipso dicit, Luc.19. Ego veniens cum vsuris exegissem illā, scilicet pecuniam mutuatam. Ergo non est peccatum accipere vsuram pro mutuo pecuniæ. *3. dist.35. art.6. Et mal.q.13. art.4. Et quol.3. artic.19. & opusc.37.4. & 15.*

¶ 2 Præterea, Sicut dicitur in Psalm.18. Lex Domini immaculata, quia scilicet peccatum prohibet. Sed in lege diuina conceditur aliqua vsura, secundum illud Deuteron.23. Non fœne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad hoc dicitur, quòd vtraque obiectio procedit ex nomori intellectu literæ. Et prima quidem, nam quod vsus & res differant vel non differant, dupliciter intelligi potest. Primo, secundum esse naturæ, & hoc est extra propositum. Secundo, in ordine ad commutationes : & hoc est ad propositum, vbi de iustitia & iniustitia commutationum tractatur. Licet ergo in esse naturæ vinum & vsus vini, puta bibere distinguantur, in ordine tamen ad commutationes pro eodem cõputantur vinum, & eius vsus : neque seorsum vendi potest vinum. & seorsum quod bibi possit. Et simile est in aliis huiusmodi. Et hoc manifestum erat in litera dicente non quòd sint idem, sed quòd non debet seorsum cõputari vsus rei à re ipsa. Secunda autem, quoniam Autor nõ obiiciens interpretatur : sed vnam, & sub illa vniuersali, scilicet in rebus quarum vsus est consumptio, subsumit, quod pecunia secundum principalem sui vsum, est talis res, scilicet cuius vsus est consumptio. Et probat hoc, quia principalis vsus est expendi in commutationibus, secundum Aristotelem. Vnde patet rationem literæ solidam efficacémque manere.

¶ In responsione ad secundum& tertium, aduerte quod stando infrà terminos iuris diuini, & naturalis, licitum est condere leges permissiuas vsurarum, non propter lucrum Principum, quod ab vsurariis percipiunt : quia hoc est participare in crimine : sed propter vitandum malus, puta furta, &c. Quemadmodum licitum est condere leges permissiuas meretricum propter vitanda adulteria : nec huiusmodi leges sunt iniustæ. Vnde in litera dicitur quod lex Moysi fuit talis, quam constat non esse iniquã. Sed nota quod aliud est condere legem quod vsura possit impune fieri, & aliud, quod vsura non possit repeti. Stat enim esse primam legem sine secunda : quòd scilicet vsurarius non possit à laico iudice puniri, & cum hoc possit conueniri quasi debitor. Non enim Moysi lex permittens vsuram ab extraneis, vetat repetitionem, sed impunitatem concedit. & similiter licitam iura ciuilia dicunt vsuram, vt Autor dicit in litera.

¶ In responsione ad quartum vbi agitur de spe mutuantis, dubium occurrit, an spes habendi aliquid vltra sortem constituat vsurarium. Et est ratio dubitandi : quia cum sola spe aliquid habendi vltrà sortem stat peccatum vsuræ. Vnde in spe mutuantis videtur esse peccatum vsuræ. Et quòd sola spes habendi vltrà sortem stat peccatum vsuræ, patet, quia si mutuans remittat debitori totum quod sperat habere vltrà sortem, non peccat. Et tamen videtur quòd spes habendi vltrà sortem sit peccatum vsuræ. Quia spes habendi vltrà sortem, est spes habendi vltrà æquale. Sed habere vltrà æquale, est habere vltrà debitum. Ergo spes habendi vltrà sortem, est spes habendi vltrà debitum. Sed habere vltrà debitum, est peccatum vsuræ. Ergo spes habendi vltrà sortem, est peccatum vsuræ. Et ita videtur quòd sola spes habendi vltrà sortem, sit peccatum vsuræ. Et

accipienti in se talia iura vel tales res. Hoc enim nihil aliud est quàm dicere: nolo mutuare nisi nolenti damnificari ob meam vtilitatem, quod est vsurarium. Et idem est de similibus iudicium. Sunt enim adinuentiones istæ palliantium suos contractus, quibus opprimunt petentes mutuum ab eis respondendo: Mutuabo tibi quingentos in nummis, & quingentos in talibus iurib' seu rebus, & sic miscent mutuum emptioni coactæ propter mutuum quingentorum in veritate. Et duo mala committunt. Primum est, quod cogunt emere propter mutuum: secundum quod etiam in rebus dānificatur ex inde petitor. Et primum quidem semper, secundum autem sæpe contingit. Ideo non licet, etiam si res optimas facile venales cogeret emere: quoniam ipsa obligatio emendi seu obligata emptio, excrescentia est vsurariæ prauitatis. ¶ In responsione ad primum tractantur duo capita quæstionum in materia vsuræ, s. damnum emergens, & lucrum cessans: & iuxta singula traduntur singulæ regulæ.

alterius mutui pro pecunia mutuata. ¶5 Preterea, Magis à se pecuniā alienat, qui eā mutuādo dominiū trāsfert, quàm q eā mercatori vel artifici cōmittit. Sed licet lucrū accipere de pecunia cōmissa mercatori vel artifici. ergo licet etiā lucrum accipere de pecunia mutuata. ¶6 Præterea, Pro pecunia mutuata pōt hō pignus accipere, cuius vsus posset p̄tio aliquo vendi, sicut cū pignorat' ager vel domus, q̄ inhabitatur. ergo licet aliquod lucrum hr̄e de pecunia mutuata. ¶7 Præt. Contingit quandoque quod aliquis carius vēdit res suas ratione mutui, aut vilius emit quod est alterius: vel etiā ꝑ dilatione pretiū auget, vel pro accelerōne diminuit, in quibus omnibus videtur aliqua recōpensatio fieri quasi ꝑ mutuo pecuniæ. Hoc aūt nō manifeste apparet illicitum. ergo licitum est aliquod

Altera est, quod damnū emergens ex mutuo licet expetere ab eo cui mutuatur: quia ex beneficio mutui non debet damnum incurrere. Altera est, quod lucrū cessans ex hoc quod de pecunia quā mutuans nō pōt lucrari, non licet expetere: quia nō debet vēdere id quod nō habet: & potest multipliciter impediri. Et quoniā quicquid petitur ratione interesse, ad hæc duo reducitur, oportet has regulas applicari ad casus, & ex eis rectum & obliquum monstrare.

¶ Ex prima nanque regula, in qua duo nota verba. Primo quòd damnum sit alicuius quod habet, vel debet habere: secundo, ex mutuo, quod scilicet damnum ex mutuatione facta vel facienda proueniat. Ex hac inquam regula liquet quod vendens cum suo damno agrum vt mutuet, licitè recompensationem talis damni petit. Et similiter si quis acceptat sub vsuris pecunias, vt alteri succurrat, mutuat, licite se indemnem seruat: quamuis hoc potius sit pro socio sub vsuris, nomine tamen proprio accipere seu retinere quàm mutuare secundum veritatem. Similiter si quis debitum fideiussioni faceret, quod est interpretatiuè mutuare debitori pro quo fideiussit, damnum incurrit, licitè petit. Et quoniam damnum est rei sibi debitæ amissio, non est inter damna computandum soluere collectas à Principe vel Communitate impositas vel imponendas, secundum iustitiæ distributiuæ rationem: nec est vitatio damni releuatio à solutione, quoniam non debita est subdito subleuatio ab hoc onere: imò tenetur talem solutionem facere, Et propterea subleuatio huiusmodi est inter lucra computanda, sicut si absolueretur à creditore de sibi debito: & hæc dixerim vt non fallaris ab illis qui putant hoc esse vitationem damni. Clare enim liquet quod non soluere quod teneor, est lucrari illud debitum. Computandum est autem infrà latitudinem damni emergentis, si post moram debentis restituere mutuum, oportet creditorem sub vsuris illā pecuniæ quantitatem accipere, vt consulat rebus suis: & quicquid vsurarum tunc soluit, potest à suo debitore exigere, si denuntiauit sibi, quod ipse tale incurrat damnum, si non soluerit tempore debito. Hoc enim est vere damnum ex detento mutuo contra domini voluntatē ꝓueniēs sciente detētore. Et de similibus his recitatis idē est iudiciū.

¶ Circa secundam autem regulam dubium occurrit, quia videtur falsa & cōtra Autorem. Falsa quidem, quoniam constat secundu omnes quòd post moram debitoris licet petere interesse non solum damni emergentis, sed lucri cessantis. Licitum est ergo damnum quod quis incurrit ex hoc, quòd de pecunia nō lucratur, exigere. Præterea secūdum multos licitū est volenti pecuniam suam negotiationi exponere, seu emere ex illa agrum & huiusmodi, si vt succurrat ad tempus proximo, mutuat illam, deducere in pactum lucrum cessans ex negotiatione vel fructibus. Sicut licitum est secundum Innocentium & Raymundum, volenti deferre merces suas vendendas alibi ad instantiam volentis hic emere, vendere tantum plus, quantum æstimatur lucrum, quod deductis expensis habuisset alibi. Non est igitur absolutè vera dicta regula. Et ne in particularibus fallamur, ad rationem ascendendo monstratur quòd regula ista repugnat principiis restitutionum procedendo sic. Habens pecuniam, habet lucrum in potentia magis & minus propinqua actui iuxta ingenium habentis negotiationes occurrentes, commoditates. Ergo, mutuans potest deducere in pactum damnum, quod incurrit ex hoc, quòd de pecunia sua non lucratur. Antecedens probatur multipliciter, tum quia pecunia est instrumentum ad lucrandū, quoniā vtitur ea industrius negotiator vel emptor rei fructuosæ, tum quia aliter non oporteret debitorem post moram vel alias detentorem pecuniæ alienæ restituere aliquid plus quàm sit quantitas detenta: cuius oppositum tenetur, & superius est habitum, quum de restitutione tractaretur. Ideo enim secundum formam commutatiuæ iustitiæ debetur aliquid plus: quia in aliquo plus quàm sit quantitas detenta, est læsus creditor. Alioquin non seruaretur æqualitas rei ad rem. Et confirmatur. Habens pecuniam, aut habet aliquid plus quàm sit quantitas pecuniæ, aut non. Si habet aliquid plus, sequitur quod possit vendere & in pactum deducere. Si non habet, sequitur quod post moram non debeatur ei plus, quoniam non debet restitui nisi ablatum: sed detinendo non aufertur plusquam pecunia, quia nihil plus ibi continetur secundum istam responsionem. Hoc autem constat esse falsum, scilicet quod non debeat plus restitui post moram: Ergo. Si dicatur quod oportet post moram plus reddere, quia impeditus est dominus ab vsu rei suæ, patet responsio, quòd in pecunia idem est impedire dominum à re & ab vsu rei. Vnde nihil plus propter vsum debetur. Si dicatur, quòd quia inuito domino detinetur, patet responsio, quod hoc non est ratione interesse seu ratione rei, sed ratione iniuriæ quæ fit ex hoc quod inuito ipso suum detinetur. Quæstio autem nostra non est de satisfactione iniuriarum, sed de æquitate rei ad rem in commutationibus: ratione cuius Autor in

casu proposito dicit superius in articulo quarto, q. 62. Ille qui habet pecuniā, nondum habet lucrum in actu, sed solùm in virtute. Consequentia autē probatur dupliciter. Primo quia habens duo & priuans se illis propter mutuādū, potest amborū restitutionē in pactū deducere, sed sic est quod in casu posito iste mutuans habet duo s. pecuniam, & potentiam lucri seu fructus, & quia mutuat, priuat se vtroq;, s. pecunia & facultate lucri. Ergo potest vtriusque restitutionem in pactum deducere: secūdò sicut in venditione licitum est vendere rem plusquam valet absolute, si plus valet venditori, ita in mutuo licet pecuniam æstimare plusquam valet absolute, si plus valet mutuanti, par nanque vtrobique est ratio, sed constat quòd industrio negotiatori, vel emptori agri plus valet pecunia quam valeat absolutè, quoniam sic isti se habent ad pecunias sicut alij artifices ad instrumenta suæ artis. ergo isti possunt mutuando deducere in pactum quod plus velint. Et per hoc soluitur ratio regulæ assignata in litera, s. quod non possunt vendere quod nondū habent & pōt multipliciter impediri: soluitur enim dicendo q non possunt vendere tanquam habitū in actu, sed tanquā habitum in potentia. Quod non esse nihil, patet ex dictis in materia restitutionum, s. quod qui damnificauit habentem aliquid in potentia, non tenetur ad restitutionem, acsi in actu habuisset, sed ad restituendum, sicut habitum in potentia pensatis conditionibus, &c. Vnde in proposito dicitur quod licitum est accipere tantum, quantū si impeditus fuisset à negotiando, vel in emendo impeditor iudicaretur restituere. Et sic sequitur quod lucrū cessans potest deduci in pactum à principio mutui, à negotiatore & emptore. Et confirmatur, quia hoc non est accipere vltra sortem ratione vsus pecuniæ, sed est accipere ratione annexæ potentiæ lucri, qua se priuat, propter quā potentiam pecunia plus mihi valet quàm absolute. Et propterea non est pactū vsuræ, sed rationem habet rei suæ vt stat sub sua industria. Et ex his patet regulam hanc cum sua ratione contradicere Autori in superius dictis & allegatis.

commodum de pecunia mutuata expetere, vel etiam exigere.

¶SED CONTRA est, quòd Ezec. 18. dicitur inter alia, quæ ad virum iustū requiruntur. Si vsuram & superabundantiam non acceperit.

¶RESPONDEO dicendum, q secundū Philosophū in 4. Ethic*. [cap. 5.] Omne illud ꝑ pecunia habetur, cuius pretiū potest pecunia mēsurari, & ideo sicut si aliquis pro pecunia mutuata, vel quacūq; alia re, quæ ex ipso vsu cōsumit', pecuniā accipit ex pacto tacito vel expresso, peccat cōtra iustitiam, vt dictū est* [art. præc.]: ita etiā quicunque ex pacto tacito, vel expresso quodcunque aliud acceperit, cuius pretium pecunia mensurari potest, simile peccatū incurrit. Si vero accipiat aliqd huiusmodi, nō quasi exigens, nec quasi ex aliqua obligatiōe tacita vel expressa,

¶ Ad euidentiam huius ambiguitatis, super qua fundamēta interesse veri vel palliati consurgunt, sciendum est quod tota difficultas consistit in his duobus punctis, an habens pecuniam, puta mille ducatos, propter annexam potentiam lucri habeat plusquam sit quantitas pecuniæ, puta mille ducati. Et si non habet plus, quare post moram propter adæquandam rem rei oportet dari plus? Si autem habet plus, quare non licet illud plus vendere à principio: & licet illud plus exigere post moram propter adæquandam rem rei vltra satisfactionem iniuriæ? Hæc enim non videntur sibiinuicem consona, imo non videntur intelligibilia. At si quis dixerit quod habet aliquid plus, & quod licet illud vendere, patens aperta est via, vt in quolibet mutuo pecuniæ possit aliquid vltra sortem ex pacto exigi, quod omnes negant.

¶ Initiū autē inuestigandę veritatis est, quòd potentia ad lucrū ex pecunia est duplex, quædā consequens ipsam pecuniā absolute, ꝑ quāto ipsa pecunia potest esse instrumētū ad lucrādū, siue ꝑ viā negotiationis, siue ꝑ viā emptionis agri, armēti, gregis, &c. Et hęc potentia vocatur potētia pecunię: quia ipsam absolute comitatur. Quędā verò potentia ad lucrū ex pecunia est consequens pecuniā nō absolute, seu vt substat tali industriæ negotiatoris vel emptoris tali tēpore, in tali loco, in tali cōmoditate, &c. Et hæc vocatur potentia pecunię, vt substat industriæ. Et qm̄ prima potētia cōis est pecuniæ à quocunq; habeatur, idē est iudiciū de ipsa pecunia & de eius potētia. Et propterea sicut nō licet rōne pecunię accipere vltra sortē, ita nō licet addere aliquid plus rōne suę potentiæ. Quū em̄ inseparabiliter sese comitētur, iudiciū latū à doctoribus de pecunia, intelligitur de ipsa cū sua quasi naturali potentia ad lucrū. Sed secūda potētia adiungitur pecuniæ ex hoc quod substat tali industriæ. Et propterea nō cōuenit pecuniæ absolutè nec à quocunq; habeatur: sed in ordine ad aliquē, & suscipit magis & minus iuxta approximationē ad lucrū & quantitatē negotij, industriæ, &c. Et de hac potentia non sunt intelligenda dicta doctorū, quū loquuntur de pecunia: imo hanc vendere, seu melius loquēdo, redimere licet vltra sortē. Quod vt radicaliter penetres, cōsiderādū est qm̄ & quomodo conuenit ista potētia pecunię exēplariter, breuioris & clarioris doctrinæ gratia. Granū tritici dupliciter possideri potest. Primò absolutè: & sic quāuis habeat in se potentiā sementinā, pro quanto posset aliquis vti eo ad serendū, nihilominus non plus valet propter istam potentiā quā absolute habet. Et huic potentiæ rn̄det in pecunia potentia pecuniæ. Nā sicut potest quis vti grano ad comedendum vel ad serendū, ita potest quis pecunia vti ad cōmutationes communes vel ad lucrandū. Secundo potest possideri vt serendum, & hoc suscipit incrementa, dum magis præparatum est & ordinatum, approximatum, vel sparsum. Et huic potentiæ rn̄det in pecunia potentia vt subest industriæ. Sicut autem granum tritici non possidetur vt semen, nec est restituendum vt semen, si ablatum esset, nisi in veritate ad hoc delatum vel saltē paratum sit: ita pecunia non habetur vt substans industriæ negotij, &c nisi in veritate applicanda esset. Quo fit, vt sicut fur qui abstulit granum paratum pro semine, tenetur non solùm ad restituendum æquale accepto tritico, sed etiam aliquid plus rn̄dens potentiæ sementinæ ad arbitrium boni viri iuxta qualitatem & quantitatem damni ex hoc emergentis impedito à seminando, & non tenetur restituere totum fructum, deductis expensis, quē ex tali rō ne alij conuicini, qui seminauerūt, reportarunt: quia habebat fructum in potētia seu in virtute, & nō in actu: ita si quis furatus esset pecuniā applicandā ad negotiationem, &c. teneretur non solū tantā pecuniam, puta, mille aureos reddere, sed aliquid plus ad arbitrium bonorum pensatis conditionibus negotij, &c. Non tamen tenetur ad totum lucrum, quod fuisset habiturus eadē ratione, quia s. solùm in potentia illud habebat. Et ex hoc sequitur, quod negotiatores habentes pecuniam paratam ad certam negotiationem in promptu

rōnes, quia s. solùm in potentia illud habebat. Et ex hoc sequitur, quòd negotiatores habentes pecuniam paratam ad certam negotiationem in promptu æstimatam, communiter futuram cum lucro centum ducatorū, deductis expēsis, dato quòd mutuare possint Ioanni occurrenti petendo dictam pecuniam mutuo pro suis necessitatibus, & ex pacto petere aliquid plus sorte rōne prædictæ potentiæ: non possunt tamen petere totum lucrum speratum, hoc est, centum. Et patet sequela dupliciter, tum ex hoc quod nō tenetur ad plus restituendum in hoc casu accipiens mutuo, quā si furaretur dictam summam ab eodem, vt patet ex ratione iustitiæ commutatiuæ, quæ æqualitatem rei ad rem exigit in vtroque: & arctius in fure ratione iniuriæ. Sed si furaretur, non teneretur ad restituendum lucrum integrum. Ergo nec si mutuo accepit. Tum ex hoc, quod mutuans granum iam delatum ad agrum pro seminatione, non potest exigere totū fructum speratæ messis: imo si sparsa semina & iam vegetata quis conculcando destrueret, non teneretur ad restitutionē fructus speratæ messis deductis expensis, vt patet ex superius habitis in materia restitutionum. Et ex hoc patet quòd Raymundus & Innocentius, & quicunq; alij dixerunt, quod delaturus merces ad nundinas potest vendere tantum plus quātum ibi accessisset lucri: & similiter expositurus pecuniam suam negotiationi vel emptioni, &c. potest exigere tantum, quantum ex illa negotiatione vel emptione lucratus fuisset, errant, salua eorum reuerentia errore intolerabili, quia æstimant id quod est in potentia, ac si esset in actu, quod est contra iustitiam: quia sic non respondet simplum simplo, sed simplo multiplicatum, vt in quæstione sexagesimasecunda Autor docuit. Patet nanque clarius luce, quod si potest aliquid plus petere, non potest plus petere quā id, ad quod teneretur fur restituendū, si pecuniā vel merces in tali statu, conditione, &c. furatus esset. An autem possit quis pecuniā in tali statu mutuando hoc aliquid, ad quod fur teneretur, petere ex pacto, hinc videndū est. Magna est differentia inter valorem rei absolutæ, & valorem rei in tali statu. Quoniam valor rei absolutæ tam respectu commutationum voluntariarū quàm inuoluntariarum eodem modo se habet. Mille enim ducati absolutè siue mutuo, siue emptione, siue furto, siue rapina alienentur, semper valorē mille secum gerunt. Valor autem rei in tali statu nō commutat rem extra illum statum, sed statim vt extra illū statum fit, perdit tm̄ valorem. Propter quod magna oritur diuersitas: Quo fit vt distinguendū sit an inuito an volente domino res in statu tali alienetur. Si enim inuito domino aufertur, constat quod restituenda est iuxta valorem rei in tali statu, vt patet de destruente semina. Si autem voluntariè dominus illā rem distrahat, subdistinguendum est. Quia aut sine mutatione status illius rei, & sic potest licitè eam alienare iuxta valorē rei in tali statu. Et propterea sicut dn̄s agri sati licitè vendit tantum quātū nunc æstimatur ager satus: sic habens pecuniam expositā negotiationi, licitè cedit alteri eam: quod est cedere negotiationi illi tunc accipiendo quātum æstimatur applicata negotiationi illi tanta pecunia. Hoc est enim alienare pecuniam seruato statu in quo est. Si autem alienare vult eam non seruato illius statu, sed eā à statu negotiationis remouendo: sic non licet alienare eam plusquam absolutè valeat. Quoniam ex quo ipsemet dominus aufert rem à statu in quo erat maioris valoris, quod facit dum vult eam mutuo exponere (voluntas em̄ est quæ trāsfert rem de statu in statum in huiusmodi) non potest quantumcunque parum petere plus sorte. Sed nota hic quod aliud est voluntariè transferre rē, seu pecuniam, à statu negotiationis: & aliud est voluntatem impeditam à negotiatione sufferre dispendium sperati lucri. Nam qui in veritate negotiationi vel emptioni rerū fructuosarum incumbit, recto tendit tramite ad totum speratū lucrū vel fructū, & non nisi impeditus sistit in principio aut medio à prosecutione: alioquin aut nescit aut vere non vult prosequi. Impeditur aūt quis in proposito non solū à fure vel latrone & huiusmodi, sed etiā ab occurrente necessitate proximi cogente charitatē negotiatoris ad mutuādū sibi, ac per hoc ad perdendū integrū lucrū speratū, seruando tn̄ se indemnē, quo ad id qd̄ tūc æstimat', si à fure auferretur hæc pecunia negotiatoria vel emptoria. Et ꝓpter ea in tali casu licere puto per dictā rōnē ex pacto, exigere mutuando aliquid plus sorte. Qui autem affectu minoris lucri, securi tn̄, quia melius est hodie ouum, vt aiunt, quàm cras gallina, pecuniam suam negotiatoriam seu emptoriam transfert ad mutuum, volens ex pacto tantum plus sorte quantum sibi teneretur superaddere fur, si pecuniam illam negotiatoriā, &c. abstulisset, vsurarius est propter dictam rationem. Et confirmatur, quia alioquin quilibet postquam semel exposuisset pecuniam suam negotiis, posset transferre eam ad mutuandum cum moderato lucro: sicut teneretur fur, &c. & sic passim experientia doceret quòd vsura non reputaretur peccatum. Ex prædictis igitur patet veritas trium casuum. Primus est, an liceat negotiatori totum lucrum speratum deducere in pactum, vendendo vel mutuando. Constat nāq; q pars negatiua est vera: s. quod non licet. Secundus est, an liceat eidem diuertere voluntariè pecuniā à negotiatione vel emptione ad mutuum, vt aliquid sperati lucri vel fructus exigat mutuando. Constat nanq; ēt huius pars negatiua, s. quod non licet. Tertius est, an liceat impedito impedimento inuoluntario secundum quid, hoc est ex subuentione occurrente proximi, exigere mutuando aliquid plus iuxta valorem pecuniæ in illo statu. Videtur nanq; quod pars affirmatiua est vera, scilicet quòd licet.

¶ Nunc superest obiectionibus respondere. Et ad primam dicitur quod debitor post moram, prætermissa iniuria, qua creditorem offendit, tenendo rem illius ipso inuito, non tenetur ad aliquid vltra sortem, nisi quia impedit creditorem à lucro, quod erat in via habendi, vt patet superius in quæstione sexagesimasecunda, articulo quarto, in corpore articuli iuncto responsioni ad primum & secundum. Nam ibi ex secundo membro distinctionis redditur ratio restitutionis post moram & effossi seminis. Secundum autem membrum est dānificatio eius quod erat in via habendi. Vn̄ ex hoc nihil aliud habetur nisi tertius casus, vt patet ex prędictis, & amplius dicet'.

sed sicut gratuitū donū, nō peccat, quia etiā antequā pecuniā mutuasset, licitè poterat aliqd donū gratis accipere: nec peioris cōditionis efficitur per hoc, qd mutuauit. Recōpensationē vero eorum quæ pecunia nō mēsurātur, licet ꝑ mutuo exigere, puta beneuolētiā & amorē eius, q mutuauit, vel aliquid huiusmodi.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, q ille qui mutuum dat, pōt absque pctō in pactū deducere cū eo, q mutuū accipit, recompensationē dāni, p quod subtrahitur sibi aliquid, qd dēt habere. Hoc enim nō est vēdere vsum pecuniæ, sed dānū vitare. Et pōt esse, qd accipiens mutuū, maius dānum euitet, quā dās incurrat. Vn̄ accipiens mutuum cū sua vtilitate, dānum alterius recōpensat. Recompensationē vero damni, quod consideratur in hoc, quod de pecunia nō lucratur, non pōt in pactū deducere: quia non debet vendere id, qd nondum habet & potest impediri multipliciter ab habendo.

¶Ad secundum dicēdū, quòd recōpensatio alicuius bn̄ficij dupliciter fieri pōt. Vno quidē modo ex debito iustitiæ: ad quod aliquis ex certo pacto obligari potest: & hoc debitū attenditur secūdū quātitatem beneficij, quod quis accepit. Et ideo ille, qui accepit mutuum pecuniæ, vel cuiuscūq; similis rei, cuius vsus est eius cōsumptio: nō tenetur ad plus recōpēsandū, q̄ mutuo acceperit. Vnde cōtra iustitiam est, si ad plus reddendū obligetur. Alio modo tenetur aliquis ad recōpensandum beneficium ex debito amicitiæ: in quo magis consideratur affect', ex quo aliquis beneficium contulit, quā etiam quantitas eius quod fecit. Et tali debito non competit ciuilis obligatio, per quam inducitur quędam necessitas, vt nō spontanea recompensatio fiat.

¶ Ad secundam dicitur quod quamuis licitè possit iuxta tertium casum aliquid plus exigi rōne impedimenti, non tn̄ potest exigi totum speratū lucrum, aut totus fructus: alioquin exigeretur multiplicatum quod perditur simplum. Ad similitudinem autem mercatoris volentis deferre merces ad nundinas, dicitur quod falsum est quod mercator possit totum speratum lucrum alibi exigere, ꝓpter dictam rationem. Et si contra hoc afferatur ratio à simili, ex capitulo, Nauiganti, extra de vsuris: quia s. rōne dubij in tempore licet plus exigere quàm nunc valeat. ergo pari ratione, ratione dubij de loco licitum est plus exigere. Respondetur facile quòd non est simile nec similis rō: quia ibi est sermo de venditione claudicante in tempore quo ad vnā partem, s. solutionem, vt patet ibi: & ideo habetur rō temporis solutionis. In proposito autē nostro non claudicat in loco, quo ad aliquā partem vēditio. Quoniam neque res neque pretium alibi assignabitur. Ad rōnem primam in oppositum dicitur, quod antecedens est distinguendum iuxta duplicem potentiam iā explanatā, s. potentiam pecuniæ, & potentiam pecuniæ vt substat industriæ. Et iuxta hanc potentiam admittitur antecedens. Iuxta primam vero nihil valet ad propositum. Et sic intelligendo antecedens iuxta potentiam pecuniæ vt substat industriæ, probatur per primā & secundā probationē ipsius antecedētis. Confirmatio autem, quia indistinctè loquitur de habente pecuniā, distinguenda est dicendo, quòd habens pecuniam dupliciter, s. absolutè, & sic non habet aliquid plus quàm sit quātitas pecuniæ. Et quū infertur, ergo post morā non esset ei aliquid plus restituendū: rn̄detur, concedendo quod seclusa iniuria non est post moram aliquid plus reddendum creditori, qui in nulla via adipiscendi lucrū ex pecunia detenta impeditur: qualis est ille qui habendo pecuniā, habet illā absolutè, qm̄ nullū in veritate interesse passus est talis creditor. Alio mō est quis habens pecuniā sub industria, & sic habens pecuniam, habet aliquid plus quàm sit quantitas pecuniæ. Non tn̄ propterea sequitur, ergo potest vendere & in pactū deducere illud plus, nisi saluo statu pecuniæ sub industria. Quoniā illud plus nō habet absolutè, sed ratione status talis, s. sub industria: & hoc loquēdo regulariter. Secus em̄ est in commutatione inuoluntaria, vt declaratū prius est. Ad consequentiā ex antecedente sic intellecto, dicitur vt tunc dictū est, q dupliciter potest intelligi, s. saluo illo pecuniæ statu: & sic conceditur, qm̄ licitū est habentē duo, vendere vtrunque, si vtrunque est saluū, non aūt si alterū periit: in proposito aūt negotiator habet duo. Sed quū diuertit pecuniā ad mutuū, alterū eorū desinit ex ipsa voluntate diuertēte pecuniā à statu industriæ ad statum pecuniæ absolutè. Et ideo nō sequitur, q possit vtrunq; vendere. Alio modo potest intelligi consequentia vt sonat, siue sit saluū vtrūq; siue non: & sic negatur sequela. Nec prima eius probatio aliquid probat, nisi saluum sit vtrunq;, vt patet ex nunc dictis. Ad secundā vero probationem, quæ magis vrget, dicitur, q vt patet in primo articulo quæstionis præcedentis, tunc dicitur valere res plus ei, qui vendit quàm absolutè, quādo actu hēt vnde plus illi valeat & nō quādo habet in potentia: quoniam, vt ibi dicitur, venditor vendit quod suū est, & non quod suū esse potest. Pertinet ergo damnum illud ad interesse damni emergentis. Nostra autē quæstio est de interesse lucri cessantis, quod secundū potentiam attenditur. Non est ergo simile de casu illo, quo venditor plus potest voluntariè vendere: quia sibi plus valet, & isto nostro casu, quo negotiator vult plus sorte: quia sibi pecunia est vtilior, quia ibi plus valet sibi actu, hic autem vtilitas est in potentia: ibi est aliquid plus suum, hic non est, sed potest esse suum aliquid plus, quoniam in via est. Ad ea autē quæ dicūtur pro soluenda ratione regulæ, respondetur quod regula traditur de iis quæ debent regulariter seruari, & nō de iis quæ in tali casu fieri possunt. Hoc enim spectat potius ad exceptiones quàm ad regulas. Vnde regula hæc docens quòd non licet deducere in pactū lucrū cessans ex pecunia, quā quis mutuat, verissima est: & docet id quod regulariter fieri debet, & formalis est de potentia & commutatione omnino voluntaria, qualis est mutuare: tum quia pecunia non solū caret lucro in actu, sed etiā in via (habet nanque id solum in potentia communi non æstimabili supra ipsam pecuniam) tum quia pecunia negotiatoria non potest voluntaria commutatione diuerti ad mutuum cum superaddita æstimatione, inquātū lucratoria. Vnde quum nec de pecunia absolutè, nec de pecunia negotiatoria liceat regulariter mutuando, exigere aliquid plus sorte, quia in pecunia quæ mutuatur, non habetur lucrum in actu aut via, sed solum in potētia communi non æstimabili, sequitur & quod regula sit optima, & quòd ratio eius stet solida: nec obstat aliis Autoris dictis: quia superius loquutus est de lucro quod habetur in via, & de rebus in quibus est lucrū in via salutis, in illo statu quo habent lucrum in via, ita quòd in illo statu occupentur, impediantur, vel alienentur.

¶ Ad confirmationem demum vltimam dicitur, quòd iam patet, quòd volūtariè diuertens pecuniā ab industria negotiationis vel emptionis nō exigit ratione potentiæ pecuniæ sub industria, quia illa amplius, ipso sic volēte, nō est. Et propterea non nisi propter vsum exigit. Cū hac tamen regula & illius ratione stat, q in casu qualis est casus tertius, licitū est habere rōnē dāni quod quis patitur ex hoc quod de pecunia negotiatoria non potest lucrari per occurrētem impeditorem. Et est ex dictis clarum, quod quāuis debitor post moram teneatur ad interesse: non tamen tenetur ad interesse, si mora esset de con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensu creditoris: sicut nec à principio obligabatur ad interesse: quia de consensu creditoris tenuit: eiusdem siquidē rationis est habere aliquid ab alio, & conseruari ab eodem. Vñ creditor non pōt post morā deducere in pactum, vt de reliquo futuro tempore, donec tenuerit debitor suā pecuniam, soluat tātum, sicut non poterat hoc à principio: quia non est in mora qui de consensu dñi nō reddit. Potest tamen exigere interesse præteriti temporis quo fuit in mora.

¶In responsione ad secūdum eiusdem articuli secundi habes clarē, quòd limitatio quam aliqui dant illi dicto in responsione ad quartum, scilicet quod non licet mutuanti deducere in pactum remutuationem: quod sic intelligendū est quando deduceretur in pactum simpliciter: non autem si deducatur in pactum cum conditionibus, quibus exrantibus naturali iure ille teneretur remutuare, puta si indiguero, & tu commode poteris, &c. Limitatio inquā ista est falsa propter duo. Primo, quia expresse litera hic arguendo opponit quòd non videtur esse illicitum obligare se ad aliquid ad quod naturali iure tenetur. Et respondet quod tali debito non competit ciuilis obligatio. Ecce quod manifeste dicit, ꝙ non potest in ciuilem obligationem deduci naturalis obligatio ad antidota, de qua loquitur. Secundo, quia vt in responsione ad quartum dicitur, talis obligatio ciuilis, est pecunia æstimabilis: ac per hoc cum quibuscunq; fiat conditionibus plus forte ex pacto exigit & vsura est. Licitū tñ, vt dictum fuit, est nolle mutuare illi quem credo aut timeo ingratū fore, ſ. quod nō mihi remutuaret aut seruiret quū opus esset: quia non minus licitum est respicere ad effectum cōtrarium qui est in ingrato, quàm ad effectum amicitiæ. Hæc autem omnia sine pacto ex affectu animi expectantur tanquam ex naturali debito.

¶In responsione ad quartum eiusdē articuli aduerte, quod hinc habeo ꝙ fideiussor potest aliquid pecuniæ exigere vt fideiubeat: qm̄ fideiubēdo obligat se ciuiliter ad soluendū pro alio, quod nō est minus quā obligare se ad mutuandū: ac per hoc quia obligatio ad mutuandū pōt vendi, vt in litera dicitur, consequens est vt obligatio ad soluendū pro alio possit vendi: vtpote pecunia æstimabilis. Hanc aūt obligationē importat fideiussio. Quanti autem æstimāda est fideiussio, prudentiæ sapientium in his determinandum relinquitur.

¶In responsione ad quintū, vbi de lucro ex contractu societatis agitur, si ad particularia descēdēdū esset de diuersis arribus & soccidis nimis esset: quum valde varientur. Formale aūt de quo est scientia cōsistit in duobus. Primo, qđ capitali subsłet periculo, sicut & lucro. Secūdò ꝙ ita proportionatū sit lucrum capitali vt saluetur debita proportio lucri ad sociū. Hoc est ꝙ tā lucrū quàm damnū proportionaliter rideat cuiq; socio ponenti pecuniam, vel operas, vel industriam. Quibus adde tertium tanquā canonē ad iustitiā semper seruandā in huiusmodi, ſ. quod à principio æstimentur singulæ sociorū portiones: & his fiat quasi via sūma pecuniæ cōmunis illis proportionabiliter, id est, secūdū suas rataſ. Et deinceps tā in lucro quā in dāno in diuisiōe totius remanēntis seruetur diuisio, ac si talē summā pecuniæ posuissent ꝓportionaliter. Verbi gratia, sint tres socij, vnus ponit mille ducatos, alter ponit operas æstimaras mille, alter ponit industriā æstimatā quingentis. Stabilienda est societas ac si hi tres posuissent duo millia & quingentos ducatos: ita tñ vt tertius semper ꝙ medietate stet. Et sic lucrū diuidēdū est: vt si fuerint quinq; tertius habeat vnū: vterq; aūt aliorū duo, & randē quicquid superest, eodē mō diuidēdū est: ita ꝙ si superſunt duo millia & quingēti: mille detur vni & mille alteri, & quingenti tertio. Alioquin iste damnificaretur in perdita industria, & ille in opera: & qui apposuit pecuniam lucraretur. Et simile est in soccidis animalium.

¶In responsione ad sextū: quia ibi agitur de fructu pignoris, scito, ꝙ autor loquitur de pignore inquantum pignus est absolute, & nō de pignore ꝓ tali cā. Nā contingit ex cā tali, ꝙ pōt quis facere fructus' pignoris suos, vt patet de agro assignato pro pignore dotali extra, de vsuris. cap. Salubriter, & rō ibi assignatur: quia dotis fructus sunt pro oneribus matrimonij supportandis. Vnde limitatio quā quidā huic determinationi Innocentij tertij apponunt, ſ. quòd intelligitur, quando pecunia dotalis erat exponenda negotiationi, vel emptioni rei fructuosæ: alioquin nō haberet locū in tertio, falsa est: qm̄ rōne onerū matrimonij, quæ omnē maritū, siue negotietur, siue non, siue eniat, siue non, constat sustinere, fructus dotis deputati sunt. Et hoc per se loquendo. Per accidens aūt est quòd maritus vtatur vel non vtatur dote ad fructificandū: ac per hoc adiuuandū seipsum ad supportandū dicta onera. Et quia secundū ea quæ sunt per accidens non iudicatur de re, sed secundū id quod est per se: ideo absolutè loquendo gener facit fructus pignoris dotalis suos, & pōt hoc deducere in pactum à principio. Si non vult ducere vxorem sine dote præsenti, &c. Ciuitates aūt quæ à principibus egentibus in pignus aliis principib' dātur: fructificare debent dño qui impignorauit, deductis expēsis officialium, &c. Qm̄ non est translatū dominium, nec annexa habet onera sicut matrimonū. Sicut vniuersaliter quando suscipitur pignus expēsis deductis, fructificat domino. Deberent autem principes. si volunt facere fructus suos, non accipere in pignus ciuitates, sed emere eas cum pacto de retrouēdendo. Sic enim facerent fructus suos. Et quia fructus dotis deputati sunt propter onera matrimonij, & soluto matrimonio non restant onera eius: quoniam illius qđ non est, nullum est onus: ideo errant viduæ vendentes fructus dotis suæ, ac si matrimonium exteret. Verum si statuto ciuitatis in viridi obseruantia, ordinatum est ꝙ viduæ, donec reddatur sibi dos, assignentur quinque vel decem pro centenario: quum sit hoc factū in fauorem infirmi sexus, & pœnam hæredum marit: licitè potest mulier quando per eam non stat rehabere dotem suā, accipere huiusmodi pensionem. Et ratio est, quia distincta proprietas retū in particularia iure positiuo quum sit, potest pro communi bono patriæ, per patriæ legem dispensari ab hoc in illum, &c. Et per eandem rationem si extat statutum, quod socer non soluens dotem teneatur genero ad decē pro centenario donec soluat, iustum est. Cedunt enim hæc ad paœm inter affines, & ad remouendas lites, ad solicitandum debitores: vt timore saltem pœnarum soluant quod debent. Dixi autem quando vidua non est in causa, vt dos retineatur ab hærede: quoniam si vidua, & similiter si gener esset in cā, quòd dos retineretur ab hærede vel socero, iam cedunt iuri suo: & non possunt beneficio pœnalis statuti vti in foro conscientiæ contra illum qui non retinet suam dotem creditore inuito, &c.

¶In responsione ad septimum eiusdem articuli secundi, vbi agitur de augmēto vel diminutione pretij in venditione ad tempus, dubium occurrit ex sacris canonibus: quoniam extra de vsuris ca. In ciuitate, & ca. Nauiganti. duo in sententia, licet tres sint numero, casus ponuntur huic doctrinæ contrarij. Expresse nanque ibi dicitur, quod si piper valet nunc quinque libras, & venditur sex libris ad tempus, eo quod tempore solutionis, an plus vel minus quàm sex valebit, verisimiliter dubitatur: non peccant vendentes nunc piper pro sex ad tēpus. Et eadem sententia replicatur in dict. capit. Nauiganti. Constat nanque quod in hoc casu expectata solutio in futuro est rō maioris pretij. in calce quoque d. capituli, Nauiganti, ponitur alter casus, quòd seruaturus granum, potest plus vendere ad tempus quàm tunc valeat quando vendit.

¶Ad hoc dicitur, quod dupliciter contingit differre secundum tempus solutionem à venditione. Vno modo vt est actio secundum seipsam separata ab emptione, ita quod sint ibi quatuor actiones, ſ. venditio emptio, mutuū implicitum de expectando solutionem in futuro, & solutio ipsa. Et sic loquitur Autor de solutione futura. Et dicit quod vendere plus ratione huiusmodi expectationis, est vsura. Et similiter emere minus ratione anticipatæ solutionis, eadem ratione. Alio modo vt est pars consummatiua emptionis, ita quod licet venditio integratur quasi ex duabus partibus, scilicet ex contractu venditionis & ex traditione rei, quæ venditur, ita emptio integratur quasi ex duab' partibus, ſemptione & solutione preti, & sicut venditio potest habere suas partes ſseparatas secundum tempus, vt patet dum aliquis vendit res assignandas in futura æstate: ita etiam emptio potest habere partes suas separatas, vt patet quum aliquis emit oleum in hyeme, soluturus pro eo in æstate futura frumentum. Quando igitur solutio vt pars emptionis consummatiua expectatur, tunc nullum interuenit mutuum. Et ideo dicitur in Decretalium, quo non est vsura, sed commutatio ista est quasi claudicans seu pendens ad futurum, quasi emptionis consummatio trahat ad se venditionem. Et propterea æstimandus conceditur valor rei quæ venditur conferendo tempus præsens ad tempus solutionis, hoc est consummatæ emptionis: ita quod tantum plus potest æstimari, quantum inter plus & minus creditur verisimiliter tunc res valitura, &c. Et hæc est iudicio meo literalis ratio illarum Decretalium, quo ad istos casus. Vltimi autem casus ratio est eadem, vt ibi dicitur quo ad hoc, quòd ſratione dubij pretij futuri maioris tunc, quàm nunc verisimiliter æstimati, licitum est seruaturo res venales vendere ad tempus aliquid plusquam valeant tempore quo vendit. Et nota quod licet glo. in cap. In ciuitate. cum sequacibus censuerit casum anredictum in cap. In ciuitate, decisum esse iuxta hunc vltimum casum. ſquòd in illo casu subintelligatur, ſi venditor erat seruaturus: manifeste tamen conuincitur hanc expositionem non consonare literæ: tum quia nihil de hac conditione ibi dicitur: tū quia in hoc eodem capitulo, Nauiganti. in §. ij. casus in idem redit cum casu in capit. In ciuitate. & determinatur ibidem sine hac conditionali, ſi erat seruaturus. Vñ mihi videtur, quòd iste vltimus est alius in sententia ab illis primo dictis: & quòd ibi habeatur ratio valoris rei pro tempore quo consummatur emptio, hic autem non. Vnde nihil dicitur de valore tempore solutionis, sed habetur ratio valoris rei tempore futuro: quia erat seruaturus. Vnde etiam si non ad tempus, sed tunc fuisset soluendū, potuisset etiam plus vendere in hoc tertio casu. Sed nota quod non dicitur in litera ꝙ liceat in casu tñ vendere quātum crederet valiturum, quia hoc est falsum: quoniam futurus valor non nisi

nisi in potentia est. Et iuxta prius dictas regulas non est æstimandum quod habetur in potentia ac si haberetur in actu, sed quod licet vendere aliquid plus. Et si quæras quantum, respondeo quantum plus teneretur fur secluſa iniuria, si tunc furaretur rem illam à seruaturo. Constat nanque quod non teneretur ad totum lucrū cessans, vt patet ex antedictis. Aduerte tamen quod si hic seruaturus venderet ad tempus, & vellet pensitare rem suam ad tempus in quo erat seruaturus, ita quod tunc etiam solutio consummatiua emptionis expectetur, licitum contractum faceret, sicut de casu primo dictum est. Hæc autem quæ dicimus vilia sint. Et licet non extorta: tracta tamen quantum trahi possunt. Et propterea magis pro cautibus & exceptionibus tolerabilibus quàm pro regularibus habenda sunt: propter quod pastor animarum consulit abstinēdum. Vnde nihil obstant doctrinæ Autoris, quæ quid regulariter agendum est tradit dicta in primo casu. Dicta autem in secundo, si secundum regulas eius, quod habetur in potentia res æstimetur, consonant doctrinæ autoris & non spectant ad dilatam solutionem, sed ad tertium casum in responsione ad primum per nos decisum. Quoniam sic iste est intelligendus, sicut ille de pecunia negotiatoria vel emptoria, & mercibus defferendis ad nundinas. Si quidem pari passu currunt: & ex eadem radice scilicet ex potentia ad lucrum rei existentis in tali statu sub industria.

qno. 3. art. 1. c. 19. & opuſc. 67.

lib. 6. tit. 19. can. 5.

art. 1. huius. q.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulum tertium.*

In articulo tertio eiusdem quæstionis 78. occurrit antiquum illud dubium, an in vsura trāsferatur dominium. Et quoniam de hoc ordinatam quæstionem in quo libeto nostro scripsi: & vt puto, ostendi partem negatiuam veram: quam hic autor presupponit, dum reddens rationem restitutionis fructuum agri per vsuram extorti, dicit: quia sunt fructus rerum, quarum alius est dominus: & ideo ei debētur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd radix non solum habet rationem materiæ, sicut pecunia vsuraria, sed habet aliqualiter rationem causæ actiuæ, in quantum administrat nutrimentum. Et ideo non est simile.

¶Ad secundū dicendū, quod possessiones, quæ de vsuris sunt cōparatæ, nō sūt eorum quorū sunt vsuræ, sed illorū qui eas emerūt: sunt tamē obligatæ illis à quibus fuerunt vsuræ acceptæ: sicut & alia bona vsurarij. Et ideo nō præcipitur, ꝙ assignentur illæ possessiones iis, à quibus fuerūt acceptæ vsuræ, quia fortè pl' valent, quā vsuræ, quas dederunt: sed ꝓcipitur quod vendantur possessiones, & earum pretia restituantur, scilicet secūdum quantitatem vsuræ acceptæ.

¶Ad tertium dicendū, quòd illud quod acquiritur de pecunia vsuraria, debetur

ARTICVLVS III.

¶Vtrum quicquid de pecunia vsuraria quis lucratus fuerit, reddere teneatur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod quicquid de pecunia vsuraria aliquis lucratus fuerit, reddere teneatur. Dicit enim Apostolus ad Ro. 11. Si radix sancta, & rami. Ergo eadem ratione si radix infecta, & rami. Sed radix fuit vsuraria. Ergo quicquid ex ea acquisitum est, est vsurarium. Ergo tenetur ad restitutionem illius.

¶2 Præterea, Sicut dicitur extra de vsuris, in illa decretali, Cū tu, sicut asseris*, Possessiones, quæ de vsuris sunt comparatæ, debent vendi, & ipsarum pretia iis à quibus sunt extorta, restitui. Ergo eadem ratione quicquid aliud ex pecunia vsuraria acquiritur, debet restitui.

¶3 Præterea, Illud quod aliquis emit de pecunia vsuraria, debetur sibi ratione pecuniæ quam dedit. Non ergo habet magis ius in re, quam acquisiuit, quā in pecunia, quam dedit. Sed pecuniam vsuram tenebatur restituere. Ergo & illud quod ex ea acquirit, tenetur restituere.

¶SED CONTRA. Quilibet potest licitè tenere id quod legitimè acquisiuit. Sed id, quod acquiritur per pecuniam vsurariam, interdum legitimè acquiritur. Ergo licitè potest teneri.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut supra dictū est*, res quædam sunt, quarum vsus est ipsarum rerum consumptio, quæ nō habent vsum fructū secundum iura. Et ideo si talia fuerint per vsuram extorta, puta denarij, triticum, vinum, aut aliquid huiusmodi, non tenetur homo ad restituendum, nisi id quod accepit: quia id, quod de tali re est acquisitum, non est fructus huiusmodi rei sed humanæ industriæ, nisi forte per detentionem talis rei alter sit damnificatus amittendo aliquid de bonis suis. Tunc enim tenetur ad recompensationem nocumenti. Quædam verò res sunt, quarū vsus non est earum consumptio & talia habent vsum fructum, sicut domus & ager, & alia huiusmodi. Et ideo si quis domum alterius, vel agrum per vsuram extorsisset, non solum tenetur restituere domum vel agrum, sed etiam fructus inde perceptos: ga sunt fructus rerū, quarū alius est dominus: & ideo ei debētur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd radix non solum habet rationem materiæ, sicut pecunia vsuraria, sed habet aliqualiter rationem causæ actiuæ, in quantum administrat nutrimentum. Et ideo non est simile.

¶Ad secundū dicendū, quod possessiones, quæ de vsuris sunt cōparatæ, nō sūt eorum quorū sunt vsuræ, sed illorū qui eas emerūt: sunt tamē obligatæ illis à quibus fuerunt vsuræ acceptæ: sicut & alia bona vsurarij. Et ideo nō præcipitur, ꝙ assignentur illæ possessiones iis, à quibus fuerūt acceptæ vsuræ, quia fortè pl' valent, quā vsuræ, quas dederunt: sed ꝓcipitur quod vendantur possessiones, & earum pretia restituantur, scilicet secūdum quantitatem vsuræ acceptæ.

¶Ad tertium dicendū, quòd illud quod acquiritur de pecunia vsuraria, debetur quidem acquirenti, non propter pecuniam vsurariā datam, sicut propter causam instrumentalem: sed propter suam industriam, sicut propter causam principalem. Et ideo plus iuris habet in re acquisita de pecunia vsuraria, quàm in ipsa pecunia vsuraria.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum liceat pecuniam accipere mutuo sub vsura.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod nō liceat pecuniam accipere mutuo sub vsura. Dicit enim Apostolus Rom. 1. quod digni sunt morte non solum qui faciunt peccata, sed etiam qui consentiunt facientibus. Sed ille qui accipit pecuniā mutuo sub vsuris, consentit vsurario in suo peccato, & præbet ei occasionem peccandi. Ergo etiam ipse peccat.

¶2 Præt. Pro nullo commodo temporali debet aliquis alteri quaneunque occasionem præbere peccandi. Hoc enim pertinet ad rationē scandali actiui, quod semper est peccatū, vt supra dictū est*. Sed ille qui petit mutuum ab vsurario, expresse dat ei occasionem peccandi. Ergo pro nullo commodo temporali excusatur.

¶3 Præt. Non minor videtur esse necessitas quandoq; deponendi pecuniā suam apud vsurariū, quàm mutuum accipiendi ab ipso. Sed deponere pecuniā apud vsurarium, omnino videtur esse illicitū, sicut illicitum esset deponere gladium apud furiosum, vel virginem committere luxurioso, seu cibum guloso. Ergo neque licitū est accipere mutuum ab vsurario.

¶SED CONTRA. Ille, qui iniuriam patitur, non peccat, secundum Philosophū in 5. Ethi*. Vnde iustitia non est media inter duo vitia, vt ibidē* dicitur. Sed vsurarius peccat, in quantum facit iniustitiam accipienti mutuum sub vsuris. Ergo ille qui accipit mutuū sub vsuris, non peccat.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ inducere hominem ad peccandum nullo modo licet: vt i tamen peccato alterius ad bonum licitū est: quia & Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonū. Ex quolibet enim malo elicit aliquod bonum, vt dicitur in Enchiridio*: Et ideo Aug*. Publicolæ quærenti vtrum liceret vti iuramēto eius, qui per falsos deos iurat, in quo manifestè peccat, eis diuinā reuerentiam adhibens, respondit, quòd qui vtitur fide illius qui per falsos deos iurat, non ad malum sed ad bonum, non peccato illius se sociat, quo per dæmonia iurauit, sed pacto eius bono, quo fidē seruauit: si tamen inducerer eū ad iurandū per falsos deos, peccaret. Ita etiā in proposito dicendū est, quod nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandū sub vsuris: licet tamē ab eo, qui hoc paratus est facere, & vsuras exercet, mutuum accipere sub vsuris, propter aliquod bonū, quod est subuentio suæ necessitatis vel alterius. Sicut etiam licet ei, qui incidit in latrōes, manifestare bona quę habet, quæ latrones peccant diripiēdo, ad hoc quod non occidatur, exemplo decem virorum, qui dixerunt ad Ismael, Noli

3. dist. 27. arti 6. ad sextum. Et mal q. 13. art. 4. ad 17. & 19 & opuſc. 21. q. 3. ſi. & opuſc. 67. q. 5. & 73. ca. 17.

q. 43. ar. 2

D. 12. ii.

Cap. 11. Epiſt 154. non longe à principio.

occidere nos, quia thesauros habemus in agro, vt dicitur Hiere. 41.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ille qui accepit pecuniā mutuo sub vsuris, non consentit in peccatum vsurarij, sed vtitur eo, nec placet ei vsurarum acceptio, sed mutatio, quæ est bona.

¶Ad secūdū dicendum, quòd ille qui accipit pecuniam mutuo sub vsuris, non dat occasionem vsurario vsuras accipiēdi, sed mutuandi. Ipse autem vsurarius sumit occasionem peccandi ex malitia cordis sui: vnde scandalum passiuum ex parte sua est, non autem actiuum ex parte petentis mutuum. Nec tamē propter huiusmodi scandalum passiuum debet alius à mutuo petendo desistere si indigeat: quia huiusmodi passiuum scandalum non prouenit ex infirmitate vel ignorantia, sed ex malitia.

¶Ad tertium dicendum, quòd si quis cōmitteret pecuniam suā vsurario nō habēti alias, vnde vsuras exerceret, vel hac intentione cōmitteret, vt inde copiosius per vsuram lucraretur, daret materiam peccādi: vnde & ipse esset particeps culpæ. Si autem aliquis vsurario alias habēti vnde vsuras exerceat, pecuniam suam cōmittat, vt tutius seruetur, non peccat, sed vtitur homine peccatore ad bonum.

occidi: quod poterat sine peccato concedi, & manifestauerunt loca thesaurorum suorum: quod etiam sine peccato fit: etiam cum passiuo scandalo proximi, ex malitia tamen accepto, quamuis scirent quod ex hoc sumerent occasionem rapinæ eis minus displicentis, quàm occisionis, & ad neutrum peccatum eos induxerunt, sed vsi sunt iniqua eorum voluntate ad salutem propriæ vitæ. Ita Loth petiit quod non committerent sodomiam cum masculis hospitibus: quod sine peccatō concedere poterant, & obtulit proprias se filias educturū extra: ita quod non oporteret inferri ipsi patri aliam violentiam ad hoc vt puellæ essent extra: quod totum sine peccato est, quamuis sciret quod occasionem abutendi eis inde sumerēt, & ipsi peccarent faciendo iniustum, filiæ autem paterentur iniustum: vnde ad neutrum peccatum inducebat eos Loth sciēs, quòd non sunt facienda minus mala, vt euitentur mala maiora. Quamuis dixerat, Abutimini eis vt libet: quoniam permissiue hæc dicebat. Sed vti volebat iniquitate illorū ad bonum, scilicet tantæ offensæ vitationem. Et simile est de gestis circa vxorem Leuitæ, Iudicum 19. Quamuis non oporteat forte ita illum excusare sicut Loth, de quo Scriptura testatur quòd erat iustus, 2. Pet. capit. 2. Et hæc dicta sint, vt non putet quis, exemplo illorum decem virorum, licere inducere ad minus malum. Si enim non sunt facienda mala, vt veniant bona: multo minus facienda sunt, vt non fiant maiora mala, quod non in boni positione, sed mali negatione consistit. Magna nanque differentia est inter inducere ad minus malum, vt vitetur maius: & offerre, ac tradere materialiter materiam minoris mali. Primum enim nulla ratione licet propter rationem dictam. Secundum autē fecerunt illi decem viri, fecit Loth, fecit Leuites, facimus quotidie redimentes captiuitatem, vel vexationē nostram iniustā, & soluentes vsuras. Dixi autē offerre, seu tradere materialiter: hoc est, non ad inducendū ipsū ad explendam malā suam voluntatem, circa oblatam materiam: sed ad redimendum vexationem suam, vel proximi tali oblatione, seu traditione vtendo alterius iniquitate, non inducendo aliquem ad peccandum. Vnde non licuisset ipsi Loth, qui obtulit materiam liberi arbitrij, filias scilicet consulere filiabus suis, vt consentirent in stuprum, sed vt illatum violenter constanti patientia sustinerent ad coronam, vt Lucia dixit. Et hæc dicta sint, si Loth excusandus est propter autoritatem Petri Apostoli, quam glo. super Gen. c. 19. exponit comparatiuè. Hoc est quod Loth non iustus simpliciter: sed comparatione Sodomitarum iustus dicitur. Et Aug. glo. ibidem Loth reprehendit de oblatione filiarum, quasi non habeat locum redimere vexationem offerendo materiam liberi arbitrij ad patiendum huiusmodi opera nefanda: quamuis Aug. redemptionem vexationis in his gestis, vt tractauimus, non tractet.

¶In responsione ad tertium eiusdem art. 4. dubium occurrit, quoniam aduersari videtur doctrinæ traditæ in hoc articu. & veritati: pro quāto dicitur quod si quis committeret pecuniam suam vsurario non habenti alias vnde vsuras exerceret, daret materiam peccandi, vnde & ipse esset particeps culpæ. Nam sicut petens mutuum ab vsurario dat materiam vsuræ, pignus scilicet in quod exerceat auaritiam suam accipiendo vsuram, & incidens in latrones, & tradēs illis bona sua, dat eis materiam rapinæ: ita dans pecuniam in depositū vsurario non habenti alias, vnde exerceat vsuras, dat materiam vsuræ. Et si illi excusentur, quia non formaliter sed materialiter dant materiam peccandi, quia ipsi non dant ad hoc, vt peccent: sed patiuntur potius illos peccare propter suū bonum, eadem ratione iste deponens excusandus est, quum bona intentione det, & non inducat illum ad violandum depositum, aut vsuram exercendam: sed patiatur illius futurum præuisum peccatum, propter bonum ipsius deponentis, vt scilicet tutè pecunia sua custodiatur. Quare hic est magis particeps peccati, quam ille, quum sit æqua necessitas, & æqua bona intentio: & vterq; patiatur præuisum alterius peccatum, non faciat?

¶ Ad hanc dubitationem dicitur, quod quum verborum sensus, & ex ratione dicendi sumendus sit, & ratio dicendi, vt apparet in argumento, cui datur hæc responsio, est, quia communiter rem custodi infideli committere non est absque culpa committentis: vt patet in multis allatis exemplis de luxurioso & guloso: non sunt hæc verba Autoris, vt prima facie sonare videntur, intelligenda: sed distinguendum est, quòd sicut talis vsurarius non habens alias vnde exerceat vsuras, duo committit peccata: scilicet distractionem depositi, & vsuram, quæ patet esse secundum se duo, quia separabilia sunt (posset enim distrahere depositum exponendo pecuniam depositam in alias negotiationes, vt patet) ita in deponente apud talem vsurarium, duo sunt consideranda. Primo, quod deponit apud distractorem. Secundo, quod deponit apud vsurarium non habentem vnde alias exerceat vsuras. Ratione primi, particeps est culpæ distractionis, sicut committens cibum guloso, particeps est culpæ comestionis: & committens virginem luxurioso, particeps est culpæ libidinis. Nam sine culpa committentis non est, vt actum exigat custodiæ ab eo, quem scit probabiliter actum illum non facturum. Et quo ad hoc est differentia inter petentem ab vsurario mutuum, & deponentem apud eundem non habentem, &c. quia ibi actus bonus petitus scitur exercendus, s. mutuum: hic actus bonus debitus commissus scitur nō exercendus s. custodia. Iste ergo erat in actu commisso debito, ille autem non. Et propterea iste dicitur dare materiam peccandi, & particeps culpæ: quia in actu commisso debito dat materiam peccandi. Et propterea est particeps culpæ, quæ committitur in actu commisso debito ab eo, cui commissum est. Malus enim custos virginis est, qui committit eam luxurioso, & sic de aliis. Nec excluditur hoc à dicentibus, quod quia quilibet est dominus rei suæ, ponítque illi legem, quam vult: ideo iste deponens apud distractorem rem suam nō peccat, vt pote dans illi implicitè licentiam distrahendi. Erratur siquidem sic respondendo in radice. Quoniam deponens, nec explicitè nec implicitè dat licentiam distrahendi, eo quod deponens vult depositarium teneri sibi de deposito secundum iura depositi: & tali actione ageret contra eum si res ad iudiciū reduceretur. Ius autem depositi, distractionem prohibet & ad custodiā obligat. Et propterea deponens peccat participādo cum malo depositario in mala custodia, ad quam tamen illum obligat ex natura contractus. Ratione vero secundi, non est particeps culpæ: neque dat materiam peccandi, seu peccato, plusquam accipiens mutuum & incidens in latrones, propter rationem allatam obiiciendo. Vnde & in litera non dicitur quòd dat materiam peccandi peccato vsuræ, neque quòd est particeps culpæ vsuræ, sed peccandi & culpæ simpliciter dixit. Et quoniam peccatum distractionis depositi, non semper est mortale, quando enim quis pecuniam depositam distrahit, non habendo aliam quam reddere possit requisitus statim, peccat. Depositum custodiendum, non distrahendum traditur & acceptatur, propterea non transfertur in eo dominium. Sed leuiter peccat si fiducia veritati innixa insit, quòd requisitus paulò post faciat satis: leuis enim inter homines culpa hæc habetur. Ideo committens pecuniam suam distractori, quem tamen nouit fideliter redditurum paulò post requisitionē, licet peccet, non tamen mortaliter: sicut committens cibū guloso, sine mortali tamen peccato gulæ. Et sicut committens in depositum pecuniam suam negotiatori, quē nouit non seruare pecunias: sed omnes quouis modo habeat in negotiationes suas exponere. Et hoc modo consonat huius responsionis doctrina toti articulo. Vnde differentia formalis inter deponentem apud vsurarium habentem vnde alias vsuras exerceat, & non habentem, est, quia ille probabiliter creditur fidus depositarius & non distractor depositi, ac per hoc committitur actus bonus, debitus, speratus quòd fiet ab illo. Hic creditur contrarium, & committitur actus bonus debitus ei qui probabiliter timetur facturus oppositum. Et propterea hîc commissor particeps est culpæ distractionis. Non tamen propterea, quia scilicet dat operam rei illicitæ, venialiter imputatur ei super appositum vsurę crimen ex malitia distractionis. Quoniam hoc est per accidens, & displicens deponenti, nec ex suo actu consequens, sed ex alterius adiuncta malitia, quam iste tolerat propter bonum sibi necessarium.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA NONA, de iustitiæ partibus integralibus, quæ sunt facere bonum & declinare à malo, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de partibus integralibus iustitiæ, quę sunt bonum facere, & à malo declinare, & de vitiis oppositis.

¶Circa quod quæruntur quatuor. ¶ Primo vtrum duo prædicta sint partes iustitiæ. ¶Secundo, vtrum trāsgressio sit speciale peccatum. ¶Tertio, vtrum omissio sit speciale peccatum. ¶Quarto, de comparatione omissionis ad transgressionē.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum declinare à malo, & facere bonum sint partes iustitiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod declinare à malo, & facere bonum, non sunt partes iustitiæ. Ad quamlibet enim virtutē pertinet facere bonū opus, & malum vitare. Sed partes non excedunt totum. Ergo declinare à malo & facere bonum, nō debent poni partes iustitiæ, quæ est quædam virtus specialis.

¶2 Preterea, Super illud Psal. 33. Diuerte à malo, & fac bonum, dicit gl *, Illud vitat culpam s. diuertere à malo, hoc meretur vitam & palmam. s. facere bonum. Sed quælibet pars virtutis meretur palmam & vitam. Ergo declinare à malo non est pars iustitiæ.

Psal. 33. col. 7. Et Psal. 36. col. 29.

Ex Cassiodo. in eum locum.

¶3 Præterea, Quæcunque ita se habent, quod vnum includitur in alio, nō distinguūtur ab inuicē, sicut partes alicuius totius. Sed declinare à malo includitur in hoc quod est facere bonū: nullus enim simul facit bonum & malum. Ergo declinare à malo & facere bonum, non sunt partes iustitiæ.

¶SED CONTRA est, quod Aug. in lib. de correctione & gratia *. ponit ad iustitiam legis pertinere, declinare à malo & facere bonum.

Ca. 2. to. 7.

¶RESPONDEO dicendum, quòd si loquamur de bono & malo in cōmuni, facere bonū & vitare malum pertinet ad omnē virtutē. & secundū hoc nō possunt poni partes iustitiæ, nisi forte iustitia accipiatur prout est oīs virtus. Quāuis etiam iustitia hoc mō accepta respiciat quandā rōnem boni specialē, prout. s. est debitum in ordine ad legē diuinam vel humanam. Sed iustitia secundū ꝙ est spālis virtus, respicit bonū sub ratione debiti ad proximū. Et secundū hoc ad iustitiā specialem pertinet facere bonū sub rōne debiti in cōparatione ad proximū, & vitare malū oppositū, s. qđ est nociuū proximo. Ad iustitiam vero generalē pertinet facere bonū debitū in ordine ad cōmunitatem, vel ad Deum, vel vitare malum oppositū. Dicuntur autem hæc duo partes iustitię generalis vel specialis quasi integrales: qa vtrunq; eorum requiritur ad perfectum actum iustitiæ. Ad iustitiā enim pertinet æqualitatem cōstituere in iis, quę sunt ad alterū, vt ex supradictis patet *. Eiusdem autē est cōstituere aliquid, & cōstitutum cōseruare in iis quæ sunt ad alterū. Constituit autē quis æqualitatem iustitiæ faciēdo bonū, id est reddēdo alteri quod ei debetur. Cōseruat aūt æqualitatē iustitię iam constitutæ declinando à malo, id est nullum nocumentum proximo inferēdo.

q. 58. ar. 2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ bonū & malū hic accipiuntur sub quadam speciali ratione, per quā appropriantur iustitiæ. Ideo tamen hæc duo ponuntur partes iustitiæ secundum aliquā propriā rationē boni & mali: nō aūt alicuius alterius virtutis moralis: quia aliæ virtutes morales cōsistunt circa passiones, in qbus bonum facere, est venire ad mediū: qđ est declinare ab extremis quasi à malis. Et sic in idē redit, quātū ad alias virtutes facere bonū & declinare à malo. Sed iniustitia cōsistit circa operationes & res exteriores, in quib⁹ aliud est facere ęqualitatē, & aliud est factā non corrumpere.

¶Ad secundum dicēdum, quòd declinare à malo, secundū quod ponitur pars iustitiæ, nō importat negationem purā, quod est nō facere malum. Hoc enim nō meretur palmā, sed solū vitat pœnā: importat autē motū voluntatis repudiantis malū, vt ipsum nomē declinationis ostendit. Et hoc est meritoriū, p̄cipue quādo aliquis impugnatur vt malum faciat & resistit.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd facere bonū est actus completiuus iustitiæ, & quasi pars principalis eius. Declinare autem à malo est actus imperfectior & secundaria pars eius. Et ideo est quasi pars materialis, sine qua non potest esse pars formalis completiua.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum transgressio sit speciale peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod transgressio non sit speciale peccatū. Nulla enim species ponitur in diffinitione generis: sed transgressio ponitur in communi diffinitione peccati. Dicit enim Ambro *. quod peccatum est transgressio legis diuinæ. Ergo transgressio non est species peccati.

** Lib. de paradiso. ca. 8. to. 4.*

¶2 Præterea, Nulla species excedit suum genus. Sed transgressio excedit peccatū, quia peccatū est dictū, vel factū, vel cōcupitū cōtra legē Dei, vt patet per Aug. 22. contra Faustū *. transgressio autē est etiā contra naturam, vel consuetudinem. Ergo transgressio non est species peccati.

Cap. 27. to. 6.

¶3 Præterea, Nulla species continet sub se omnes partes, in quas diuiditur genus. Sed peccatum transgressionis se extendit ad omnia vitia capitalia, & etiam ad peccata cordis, oris & operis. Ergo transgressio non est speciale peccatum.

¶SED CONTRA est, quia opponitur speciali virtuti, scilicet iustitiæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nomē transgressionis à corporalibus motibus ad morales actus deriuatū est. Dicitur autem aliquis secundum corporalem motum transgredi, ex eo quòd graditur trans terminum sibi pręfixum. Terminus autē pręfigitur homini, vt vltra nō transeat in moralibus per præceptum negatiuum. Et ideo transgressio propriè dicitur ex eo quod aliquis agit aliquid contra pręceptum negatiuum. Quod quidem materialiter potest esse cōmune in omnibus speciebus peccatorū, quia per quamlibet speciē peccati mortalis homo trāsgreditur aliquod præceptum diuinum. Sed si accipitur formaliter, scilicet secundum hanc specialem rationem: quod est facere cōtra pręceptum negatiuū, sic est speciale peccatū dupliciter. Vno quidem modo, secundum quod opponitur ad genera peccatorum opposita aliis virtutibus. Sicut enim ad propriam rationē iustitiæ legalis pertinet attendere debitum præcepti: ita ad propriam rationem trāsgressionis pertinet attēdere cōtemptum præcepti. Alio modo, secundum quod distinguitur ab omissione, quæ contrariatur præcepto affirmatiuo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut iustitia legalis est omnis virtus subiecto & quasi materialiter: ita etiam iniustitia legalis est materialiter omne peccatum. Et hoc modo peccatum diffinit Ambr. secundum scilicet rationem iniustitiæ legalis.

¶Ad secundum dicendum, quod inclinatio naturæ pertinet ad præcepta legis naturalis: consuetudo etiam honesta habet vim præcepti, quia, vt Aug. dicit in epistola de ieiunio sabbati *. Mos populi Dei pro lege habendus est. Et ideo tam peccatum, quàm transgressio potest esse contra consuetudinem honestam & contra inclinationem naturalem.

Epist. 86. ad Casulanū nō longè à prin.

¶ Ad tertium dicendū, quòd omnes enumeratæ species peccatorū possunt habere transgressionem nō secundū proprias rationes, sed secundū quādam specialem rationem, vt dictum est *. Peccatū autem

In corp. art.

¶ Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum primum.

IN q. 79. art. 1. dubium occurrit circa rationem in responsione ad primū redditam, quare s. declinare à malo, & facere bonum, secundū aliquam propriā rationē boni, & mali, ponuntur partes iustitiæ, & non ponuntur partes aliarū virtutum, puta fortitudinis, & temperantiæ secundum alias speciales rationes boni. Ratio enim literæ est, quia in aliis virtutibus in idem redit vtrunq;. In iustitia autem aliud est æqualitatem facere, & aliud factam non corrumpere. Videtur autem hęc ratio nulla, tū quia in ipsa iustitia etiam in idem redit vtrūque. Nam idem est æqualitatem facere, & ab inæquali declinare, non minus quàm ab extremis ad mediū venire. Tū quia sicut aliud est æqualitatē facere, & aliud factū non corrumpere: ita aliud est mediū inter passiones constituere, & aliud constitutum medium non corrumpere. Et sic vndique ratio ruit.

¶ Ad huius euidentiam sciendum est, quod inter æqualitatem circa quam versatur iustitia, & medium circa quod aliæ sunt virtutes morales, hæc est differentia, quòd æqualitas est in rebus ipsis: mediū autē intus in animis nostris. Et hinc fit vt constitutum per alias virtutes medium à me, nullus alius possit corrumpere. Nullus enim me potest inuitum ex tēperato facere intemperatū. Cōstitutā vero æqualitatē à me pōt alius me inuito corrūpere, vt patet quū reddendū iussi agrū suum Ioanni, & alter iubet eundē agrū ab eo auferendū. Corrūpit etiam ille æqualitatem, quam ego feci. Et hinc intenta ad propositum differentia clara habetur, s. quòd in aliis virtutibus facere medium, & non corrumpere illud, idem est, sicut illuminatio continua. In iustitia autem facere æqualitatem, & non corrumpere illam, diuersa sunt, quia æqualitas facta in rebus nō cōseruatur ex meo facere, qa nō dependet à me. Potest nanque à multis aliis corrumpi. Quia ergo aliud est facere æqualitatem, & aliud est corrumpere æqualitatem factam à se, vel ab alio, & hoc non habet locum in aliis virtutibus: ideo facere bonum & declinare à malo, quæ hæc important, assignantur specialiter iustitiæ, & non aliis virtutibus. Et quia Autor non videtur ex literæ superficie super hac se fundasse differentia: ideo respondendo ad obiecta dicitur, quòd differentia ista secundum veritatē non attenditur penes recessum à termino à quo, puta, malo, & accessum ad terminum ad quem, puta, bonum: sed penes facere terminum ad quē, & non corrumpere illū. Et hoc expressit litera, assignando quare specialiter hæc sunt partes iustitiæ, vt patet in hac responsione. Causa autem quare litera de aliis virtutibus meminit accessus ad medium & recessus ab extremis, & hoc contraposuit, vt apparet, veræ differentiæ, quæ est secundum facere, & non corrumpere, fuit, quia Autor à notioribus docebat & manifestis. Manifestum autem est, quòd in aliis virtutibus declinare à malo & facere bonum communiter sumuntur pro recessu ab extremis, & accessu ad medium. Et propterea ostendit quod hæc manifestè importata per has partes in aliis virtutibus non sunt duæ partes. Et per oppositum est quod illa quæ manifeste importantur per easdem partes in materia iustitiæ, sunt duæ partes: ita quòd Autor primo exclusit, quòd importata per illas partes in materia aliarum virtutum, non sunt duę partes. Deinde quod importata per easdem partes in materia iustitiæ sunt duæ partes: & non contraposuit in veritate illa significata istis significatis. Et per hæc patet solutio primæ obiectionis: quia non penes illud posita est differentia. Et secundæ, quia penes illam posita est differentia. Et falsum est quod sit eadem ratio in iustitia, & aliis de facere, & non corrumpere constitutum, vt patet ex dictis.

¶ Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæst. 79. dubium occurrit simpliciter, & ad hominem, circa id quod dicitur in calce articuli, scilicet quod omissionis peccatum, omnino à transgressione distinguitur. Simpliciter quidē, quia omissio potest esse materialiter transgressio, vt patet quū quis non vult ire ad missam tēpore debito. Ad hominem verò, quia autor in corpore huius articuli dicit ꝙ omnes species peccatorum possunt esse materialiter transgressio, quia per quodlibet mortale homo transgreditur aliquod diuinum præceptū. Si enim per quodlibet mortale homo trāsgreditur præceptum diuinū, & omissio est peccatum mortale quandoque: ergo omissio est etiam transgressio, sicut alia peccata materialiter sunt transgressio, & non omnino distinguuntur à transgressione.

Infrà, art. 3. ad tertium. Et ar. 4. ad 3.

¶ Ad hoc dicitur, quòd, vt patet in litera, transgressio formaliter, est actus positiuè, quo quis vult non seruare legem: & directe contrariatur actui volūtatis, quo quis vult seruare legem. Et quia hic actus, est actus iustitiæ legalis extendēs se ad opera omnium virtutum, pro quāto vult quis non solum facere illa opera virtutum absolute: sed vult ea facere, quia præcepta à lege diuina, vel naturali, vel humana: ideo actus contrarius, scilicet velle non seruare legem, est actus iniustitiæ generalis, seu legalis. Et iam extendere se quoque potest ad omnia opera vitiorum, pro quanto potest quis non solum peccata absolute committere, sed potest etiam committere in odium legis. Et sic transgressio distinguitur ab aliis peccatis: sicut vna species peccati ab aliis, sicut iniustitia legalis, ab temperantia. &c. Et hoc dicitur in litera, quum dicitur secundum quod opponitur ad genera peccatorum opposita aliis virtutibus. Et quia velle cōtrariatur pręcepto, quod non velimus: ideo transgressio, quæ consistit in velle, contrariatur præcepto negatiuo. Et sic transgressio ex ratione formali seu morali, quæ scilicet constituitur in specie iniustitiæ legalis, opponitur vitiis cæteris, vt forma materiæ. Ratione autē rationis suæ formalis in genere naturæ, quia, s. consistit in actu positiuo, opponitur omissioni vt positiuū negatiuo. Et hic est secundus modus in litera positus, quo transgressio est speciale peccatum, quia scilicet non est omissio.

¶ Sed aduertendum est quod omissionis peccatum, dupliciter sumi potest. Primo secundum se: & sic quum nullum includat actum, non potest esse transgressionis materia: Implicat nanque contradictoria, scilicet esse sine omni actu, & esse materiam transgressionis, quę est actus. Et sic accipit eam Autor dicens quod omnino à trāsgressione distin

Universidad de Deusto Biblioteca

omiſsionis omnino à tranſgreſsione diſtinguitur.

ARTICVLVS III.

Vtrum omiſsio ſit ſpeciale peccatum.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd omiſsio non ſit ſpeciale peccatum. Omne enim peccatum aut eſt originale aut actuale. Sed omiſsio nō eſt originale peccatū, quia non contrahitur per originē: nec eſt actuale, quia pōt eſſe abſque omni actu, vt ſuprà habitum eſt*, cum de peccatis in communi ageretur: ergo omiſsio non eſt ſpeciale peccatum. [*Prima ſecundæ. q. 71. art. 5. Et 2. diſt. 35. art. 13. & mal. q. 2. ar. 1.* — ** q. 71. ar. 5.*]

¶ 2 Pręterea, Omne peccatum eſt volūtariū. Sed omiſsio quandoq; non eſt voluntaria ſed neceſſaria, puta cùm mulier corrupta eſt quæ virginitatem vouit, vel cùm aliquis amiſit rem quam reſtituere tenetur, vel cum ſacerdos tenetur celebrare, & habet aliquod impedimentum. ergo omiſsio non ſemper eſt peccatum.

¶ 3 Pręterea, Cuilibet ſpeciali peccato eſt determinare aliquod tēpus, quādo incipit eſſe. Sed hoc non eſt determinare in omiſsione, quia quandocunque nō facit, ſimiliter ſe habet, nec tamē ſemp peccat. ergo omiſsio non eſt ſpeciale peccatum.

¶ 4 Præterea, Omne peccatū ſpeciale ſpeciali virtuti opponitur. Sed non eſt dare aliquā ſpecialem virtutē, cui omiſsio opponatur: tum quia bonum cuiuſlibet virtutis omitti poteſt, tum quia iuſtitia, cui ſpecialius videtur opponi, ſemper requirit aliquem actum etiam in declinatione à malo, vt dictum eſt*, omiſsio autem poteſt eſſe abſque omni actu. ergo omiſsio non eſt ſpeciale peccatum. [*ar. 1. ad 2.*]

¶ SED CONTRA eſt, quod dicitur Iac. 4. Scienti bonum, & non facienti, peccatum eſt illi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd omiſsio importat prætermiſsionē boni: non autem cuiuſcunque, ſed boni debiti. Bonum autē ſub ratione debiti pertinet propriè ad iuſtitiam. Ad legalē quidem, ſi debitum accipiatur in ordine ad legem diuinam vel humanam. Ad ſpecialem autem iuſtitiam, ſecundum quòd debitum conſideratur in ordine ad proximum. Vnde eo modo, quo iuſtitia eſt ſpecialis virtus, vt ſupra habitum eſt*, omiſsio eſt ſpeciale peccatum diſtinctum à peccatis quæ opponuntur aliis virtutibus. Eo verò modo, quo facere bonum, cui opponitur omiſsio, eſt quædam ſpecialis pars iuſtitiæ diſtincta à declinatione mali, cui opponitur tranſgreſsio, etiam omiſsio à tranſgreſsione diſtinguitur. [*q. 58 art. 6. 7. & 8.*]

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omiſsio non eſt peccatū originale, ſed actuale, non quia habet aliquē actum ſibi eſſentialem, ſed ſecundum quod negatio actus reducitur ad genus actus. Et ſecundū hoc non agere accipitur, vt agere quoddam, ſicut ſupra dictum eſt*. [*12. q. 71. ar. 6. ad 1.*]

¶ Ad ſecundū dicendum, ꝙ omiſsio, ſicut dictū eſt*, nō eſt, niſi boni debiti ad quod aliquis tenetur: nullus autē tenet̃ ad impoſsibile. Vnde nullus, ſi nō facit id, qđ facere nō poteſt, peccat per omiſsionē. Mulier ergo corrupta, quę virginitatē vouit, nō omittit virginitatem nō habendo, ſed non pœnitēdo de peccato præterito, vel non faciendo quod poteſt ad votū adimplendum per continētiæ obſeruantiā. Sacerdos etiā non tenetur dicere miſſam, niſi ſuppoſita debita opportunitate: quę ſi deſit, nō omittit. Et ſimiliter aliquis tenetur ad reſtitutionem, ſuppoſita facultate, quam ſi non habet, nec habere poteſt, non omittit, dummodo faciat quod poteſt. Et idem dicendum eſt in aliis. [*In corp. art.*]

¶ Ad tertiū dicēdum, ꝙ ſicut peccatum tranſgreſsionis opponit̃ præceptis negatiuis, quæ pertinēt ad declinandū à malo, ita peccatū omiſsionis opponitur pręceptis affirmatiuis, quæ ꝑtinēt ad faciendū bonū. Pręcepta autē affirmatiua nō obligāt ad ſemper, ſed ad tēpus determinatū, & pro illo tempore peccatū omiſsionis incipit eſſe. Poteſt tamē cōtingere quòd aliquis tūc ſit impotēs ad faciendū quod oportet. Quod quidē ſi ſit præter ei⁹ culpā, nō omittit quod debet, vt dictū eſt*. Si verò ſit ꝑpter ei⁹ culpā pręcedentē, puta, ſi aliquis de ſero ſe inebriauerit, & nō pōt ſurgere ad matutinas, vt debet, dicūt quidam quod tūc incœpit peccatū omiſſionis, quando aliquis ſe applicat ad actū illicitū & incompoſsibilem cū illo actu, ad quē tenetur. Sed hoc nō videtur verū: quia dato, quod excitaretur per violētiā, & iret ad matutinas, nō omitteret. Vnde patet quòd pręcedēs inebriatio non fuit omiſsio, ſed omiſsionis cauſa. Vnde dicēdū eſt, quòd omiſsio incipit ei imputari ad culpā, quando fuit tempus operādi, tamen propter cauſam præcedentē, ex qua omiſsio ſequens redditur voluntaria. [*In ſolut. ad arg. præced. & 1.2. q. 71. ar. 5.*]

¶ Ad quartum dicendū, quod omiſsio directè opponit̃ iuſtitiæ, vt dictū eſt*. Nō enim eſt omiſsio boni alicuius virtutis, niſi ſub ratione debiti, quod pertinet ad iuſtitiā. Plus autem requiritur ad actum virtutis meritoriū, quàm ad demeritum culpæ: quia bonū eſt ex integra cauſa, malum autem ex ſingularibus defectibus. Et ideo ad iuſtitiæ meritum requiritur actus, non autem ad omiſsionem. [*In cor. art.*]

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccatum omiſsionis ſit grauius quàm peccatum tranſgreſsionis.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ peccatum omiſsionis ſit grauius, quàm peccatū tranſgreſsionis. Delictum enim videtur idem eſſe quod derelictū, & ſic per conſequens videtur idē eſſe omiſsioni. Sed delictū eſt grauius quā peccatū tranſgreſsionis, quia maiori expiatione indigebat, vt patet Leuit. 5. Ergo peccatum omiſsionis eſt grauius quàm peccatum tranſgreſsionis. [*Mal. q°. 2. ar. 1. ad quartum. & arti. 9. cor.*]

¶ 2 Præterea, Maiori bono maius malum opponitur, vt patet p Philoſo. in 8. Eth*. Sed facere bonū, cui opponitur omiſsio, eſt nobilior pars iuſtitiæ quàm declinare à malo, cui opponitur tranſgreſsio, vt ex ſupra dictis patet*. Ergo omiſsio eſt grauius peccatum quàm tranſgreſsio. [*Cap. 10. to. 5.* — *Ar. 1. ad 3.*]

¶ 3 Præterea, Peccatū trāſgreſsionis poteſt eſſe & veniale & mortale. Sed peccatum omiſsionis videtur eſſe ſemper mortale, quia opponitur præcepto affirmatiuo. Ergo omiſsio videtur eſſe grauius peccatum, quàm ſit tranſgreſsio.

¶ 4 Pręt. Maior pœna eſt pœna dāni, ſ. carētia viſionis diuinæ, quæ debet̃ peccato omiſsionis, quàm pœna ſenſus, quæ debetur peccato tranſgreſsionis, vt patet per Chryſoſt. ſuper Matth*. Sed pœna proportionatur culpæ. Ergo grauius eſt peccatum omiſsionis quàm tranſgreſsionis. [*Hom. 47. ad popul. Antioch.*]

¶ SED CONTRA eſt, quòd facilius eſt abſtinere à malo faciendo, quàm implere bonum. Ergo grauius peccat, qui non abſtinet à malo faciendo, quod eſt tranſgredi, quàm qui non implet bonum, quod eſt omittere.

guitur. Alio modo ſecundum ſuam cauſam: & ſic poteſt eſſe materia tranſgreſſionis directe, ſicut cætera peccata: vt quum vult quis non ſeruare præcepta affirmatiua in odium legis. Et hoc modo quodlibet peccatum mortale poteſt eſſe materia tranſgreſſionis, quia non ſeruat diuinum præceptum. Et ſic omnia conſonant, nec eſt ſimpliciter, nec apud Autorem controuerſia.

¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimænonæ Articulum tertium.

IN art. 3. eiuſdē quæſt. 79. nota primo ex corpore art. & reſponſione ad quartum, quod omiſſio poteſt ſumi dupliciter, ſ. formaliter & materialiter, ſicut de tranſgreſſione dictum eſt. Et quòd omiſſio formaliter importat non agere debitum, ita quod ratio debiti formaliter cadit in ratione formali omiſſionis, vt eſt ſpeciale peccatum, hoc eſt formaliter ſumptæ. Et quia ratio debiti ad ſolam iuſtitiam inter alias virtutes ſpectat, vt in præcedenti lib. quæſt. 99. artic. quinto, ad primum habitum eſt: ideo omiſſio formaliter eſt peccatum iniuſtitiæ vel generalis, ſeu legalis, vel ſpecialis, vel vtriuſque, vt ratio debiti occurrit. Materialiter autem ſumpta omiſſio, importat non agere id, quod eſt debitum. Et propterea omiſſio materialiter inuenitur in qualibet ſpecie virtutis, pro quanto quodlibet bonum virtutis omiti poteſt. Sed formaliter non omittit, niſi quis vt debitum omittat: ita omittens, verbi gratia, comedere quantū oportet, &c. Quatenus actum temperantiæ, qui eſt debitus, non facit, omittit materialiter. Quatenus autem eundem, vt debitum ſecundum naturæ, vel Dei legem, non facit, omittit formaliter. Et ſic omiſſio formaliter directè opponitur iuſtitiæ. Et vt in articuli corpore dicitur, dupliciter diſtinguitur, & opponitur ſpeciale peccatum. Primo, ſicut peccata iniuſtitiæ ſunt ſpecialia peccata à peccatis contra temperantiam, & fortitudinem diſtincta. Secundo, ſicut inter ipſa peccata iniuſtitiæ, inter ſe peccata diſtinguūtur, ſicut actus virtuoſi, quibus opponuntur. Et ſic quia facere bonum, & declinare à malo ſunt diuerſi actus iuſtitiæ: ideo omittere, quod opponitur ad facere, & tranſgredi, quod opponitur ad declinare, inter ſe ſunt diuerſa peccata ſpecialia ſub iniuſtitia contenta. Et hæc intendit litera.

¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimænonæ Articulum quartum.

IN artic. quarto eiuſdem quęſt. 79. dubium occurrit, circa id quod ibi dicitur, quòd maior eſt diſtantia contraria quàm contradictoria Et eius rō eſt: Quia omne nigrum eſt non album, & non econtra. Falſum enim dicitur, quia maior eſt diſtātia inter ens & non ens, quàm inter duo entia. Cōſtat autem contrariorum vtrunque eſſe ens, contradictoriorum autem alterum non ens. ergo. Ratio etiam claudicat, quia non albū extendit ſe ad omnia extra album, quorum multa magis diſtant ab albo, quàm nigrum, vt patet de diſtinctis genere ab albo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd diſtantia dupliciter ſumi poteſt, ſcilicet propriè pro differentia, ſeu diuerſitate poſitiuè, & communiter pro diuerſitate qualitercunque, extenſa etiam ad non cōuenientiam. Et ſi hoc ſecūdo modo ſit ſermo, cōſtat inter contradictoria eſſe maiorem diſtantiam, quia minus conueniunt vt arguendo dicitur. Sed primo modo maior eſt diſtantia contrariorum quàm contradictoriorum. Et ratio eſt, quia contrariorum diſtantia vtrinque quantificatur. Nam vtrūque extremū eſt poſitiuum, & ponit aliquantam ſui diſtantiam, in contradictoriis vero ex vno tantùm membro quantitas diſtātiæ eſt. Tantū enim diſtat album à non albo, quantum entitatem ponit album, & non plus: quia non album nullam diſtantiam ponit. Et propterea Autor optimè hoc probauit ex illata ratione: quia ſcilicet diſtantia contrariorū continet in ſe diſtantiā cōtradictoriorum, & addit ſupra illam. Hoc enim ſignificant illa verba: Omne enim nigrum eſt non album, & non econtra. Ac ſi diceret, Nigrum includit diſtantiam albi à non albo, quia omne nigrum eſt non album, & vltra hoc includit diſtātiam quam ponit ipſum nigrum ab albo. Ergo eſt maior, quum non ſit econtra, ſcilicet quòd omne non album ſit nigrum. Et quod obiiciendo dicitur, quòd non albū extēdit ſe ad tot, nihil obſtat, quia hoc eſt per accidens, ſeu materialiter. Formaliter nanque loquendo, non albū, neque nigrum, neq; aliud genus infert. & ſtat cum minori diſtantia poſitiua, puta cum pallido & aliis mediis coloribus.

Super

¶ RESPONDEO dicendum, quòd peccatū intantū eſt graue, inquantum à virtute diſtat. Contrarietas autem eſt maxima diſtantia, vt dicitur in 10.* Metaphy. Vnde contrariū magis diſtat à ſuo contrario, quàm ſimplex eius negatio, ſicut nigrum plus diſtat ab albo, quā ſimpliciter non albū. Omne enim nigrū eſt non album, ſed non conuertitur. Manifeſtū eſt autem quòd tranſgreſsio contrariatur actui virtutis, omiſsio autem importat negationem ipſius: puta, peccatum omiſsionis eſt ſi quis debitam reuerentiam parētibus non exhibeat. Peccatum autē trāſgreſsionis, ſi contumeliam vel quācunque iniuriā eis inferat. Vnde manifeſtum eſt, quod ſimpliciter & abſolutè loquendo, trāſgreſsio eſt grauius peccatum quàm omiſsio, licet aliqua omiſsio poſsit eſſe grauior aliqua tranſgreſsione. [*Tex. 13. & 14.*]

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod delictum communiter ſumptum ſignificat quancunque omiſsionem. Quandoque tamen ſtrictè accipitur pro eo quòd omittitur aliquid de his quæ pertinent ad Deum, vel quando ſcienter & quaſi cum quodam contemptu derelinquit homo id quod facere debet. Et ſic habet quandam grauitatem, ratione cuius maiori expiatione indiget.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ei quod eſt bonum facere, opponitur & non facere bonum, quod eſt omittere, & facere malum, quod eſt tranſgredi, ſed primum contradictoriè, ſecundum contrariè, quod importat maiorem diſtantiam. Et ideo tranſgreſsio eſt grauius peccatum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut omiſsio opponitur præceptis affirmatiuis, ita trāſgreſsio opponitur præceptis negatiuis. Et ideo vtrumque ſi propriè accipiatur, importat rationem peccati mortalis. Poteſt autem large dici trāſgreſsio vel omiſsio, ex eo quod aliquid fit præter præcepta affirmatiua, vel negatiua, diſponens ad oppoſitum ipſorum. Et ſic vtrunque largè accipiendo poteſt eſſe peccatum veniale.

¶ Ad quartum dicendum, quod peccato tranſgreſsionis reſpondet & pœna damni propter auerſionem à Deo, & pęna ſenſus propter inordinatam conuerſionem ad bonum conmutabile. Similiter etiam omiſsioni non ſolum debetur pœna damni, ſed etiam pœna ſenſus, ſecundum illud Matt. 7. Omnis arbor quæ non facit fructū bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et hoc propter radicem ex qua procedit, licet non habeat ex neceſsitate actualem conuerſionem ad aliquod bonum commutabile.

QVÆSTIO OCTVAGESIMA, DE Partibus potentialibus iuſtitiæ, id eſt de virtutibus illi annexis, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de partibus potentialibus iuſtitiæ, id eſt, de virtutibus ei annexis.

¶ Et circa hoc duo ſunt conſideranda.

¶ Primò quidē, quæ virtutes iuſtitiæ annectātur.

¶ Secundò conſiderandum eſt de ſingulis virtutibus iuſtitiæ annexis.

ARTICVLVS I.

Vtrum conuenienter aſsignentur virtutes iuſtitiæ annexæ.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter aſsignentur virtutes iuſtitiæ annexæ. Tullius *enim enumerat ſex, ſ. religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruantiam, veritatem. Vindicatio autem videtur ſpecies eſſe commutatiuæ iuſtitiæ, ſecundum, quam illatis iniuriis vindicta rependitur, vt ex ſupradictis patet*. Non ergo debet poni inter virtutes iuſtitiæ annexas. [*Suprà q°. 58. art. 11. ad 1.* — ** li. 2. de inuēt. pag. 4. ante finem.* — ** q. 61. ar. 4.*]

¶ 2 Præterea, Macrobius ſuper ſomniū Scipionis* ponit ſeptē, ſcilicet innocentiam, amicitiam, concordiam, pietatem, religionem, affectum, humanitatem, quarum plures à Tullio prætermittuntur. Ergo videtur inſufficienter enumeratas eſſe virtutes iuſtitiæ adiunctas. [** lib. 1. fol. 2. ante medium.*]

¶ 3 Præterea, A quibuſdam aliis ponuntur quinque partes iuſtitiæ, ſ. obedientia reſpectu ſuperioris, diſciplina reſpectu inferioris, æquitas reſpectu æqualium, fides & veritas reſpectu omnium, de quibus à Tullio * non ponitur niſi veritas. Ergo videtur inſufficienter enumeraſſe virtutes iuſtitiæ annexas. [*Loco cit.*]

¶ 4 Præterea, Andronicus Peripateticus ponit nouem partes iuſtitiæ annexas, ſcilicet liberalitatem, benignitatem, vindicatiuam, eugnomoſynam, euſebiam, euchariſtiam, ſanctitatem, bonam commutationem, legiſpoſitiuam. Ex quibus etiam Tullius* manifeſtè non ponit niſi vindicatiuam. Ergo videtur inſufficienter enumeraſſe. [*Loco cit.*]

¶ 5 Præterea, Ariſt. in 5.* Ethic. ponit epicheiam iuſtitiæ adiunctam, de qua in nulla præmiſſarum aſsignationum videtur mentio eſſe facta. Ergo ſufficienter ſunt enumeratę virtutes iuſtitię annexę. [*Cap. 5. to. 5.*]

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in virtutibus, quæ adiunguntur alicui principali virtuti, duo ſunt conſideranda. Primò quidem, quòd virtutes illæ in aliquo cum principali virtute conueniant, ſecundo quòd in aliquo deficiāt à perfecta ratione ipſius. Quia verò iuſtitia ad alterū eſt, vt ex ſupradictis patet*, omnes virtutes quæ ad alterum ſunt, poſſunt ratione cnnuenienti iuſtitiæ annecti. Ratio verò iuſtitiæ conſiſtit in hoc quod alteri reddat, quod ei debetur ſecundum æqualitatem, vt ex ſupradictis patet*. Dupliciter ergo aliqua virtus ad alterum exiſtens, à ratione iuſtitiæ deficit. Vno quidem modo inquantum deficit à ratione æqualis. Alio modo inquantum deficit à ratione debiti. Sunt enim quædam virtutes quæ debitum quidem alteri reddunt, ſed non poſſunt reddere æquale. Et primo quidē quicquid ab homine Deo redditur, debitum eſt, non tamen poteſt eſſe æquale, vt, ſ. tantū homo ei reddat quantū debet, ſecundum illud Pſal. 115. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et ſecundum hoc adiungitur iuſtitiæ religio, quę vt dicit Tullius*, ſuperioris cuiuſdā naturæ, quam diuinam vocant, curam cæremoniāque affert. Secundo parentibus non poteſt ſecundum æqualitatem recompēſari, quod eis debetur, vt patet per Philoſophum in 8. Ethi*. Et ſic adiungitur iuſtitiæ pietas, per quā, vt Tullius dicit, ſanguine iunctis patriæque beneuolis, officium & diligens tribuitur cultus. Tertio non poteſt ſecundum æquale pręmiū recompenſari ab homine virtus, vt patet per Philoſophum in 4. Ethi*. Et ſic adiūgitur iuſtitiæ obſeruātia, per quā, vt Tullius dicit, homines aliqua dignitate antecedentes quodam cultu & honore dignātur. A ratione vero debiti iuſtitiæ, defectus poteſt attendi ſecundum quod eſt duplex debitum, ſ. morale & legale. Vnde & Philoſophus in 8. Ethi*. ſecundum hoc duplex iuſtū aſsignat. Debitum quidem legale eſt, ad quod reddendum aliquis lege aſtringitur. Et tale debitum propriè attendit iuſtitia, quæ eſt principalis virtus. Debitum autem morale eſt, quod aliquis debet ex honeſtate virtutis. Et quia debitum neceſsitatem importat, ideo tale debitum habet duplicem gradum. Quoddam enim eſt ſic neceſſarium, vt ſine eo honeſtas morum conſeruari nō poſsit. Et hoc habet plus de ratione debiti. Et poteſt hoc debitum attendi ex parte ipſius debentis: & ſic ad hoc debitum pertinet quòd homo talem ſe exhibeat alteri in verbis & in factis, qualis eſt. Et ita adiungitur iuſtitiæ veritas, per quam, vt Tullius dicit, immutata ſunt ea, quæ aut fuerunt, aut futura ſunt. Poteſt etiam attendi ex parte eius cui debetur, prout ſcilicet aliquis recompenſat alicui ſecundum ea quæ fecit. Quandoque quidem in bonis, & ſic adiungitur iuſtitiæ gratia, in qua, vt Tullius dicit, amicitiarum & officiorum alterius memoria, remunerandi voluntas continetur alterius. Quandoque autem in malis, & ſic adiungitur iuſtitiæ vindicatio, per quam, vt Tullius dicit, vis aut iniuria, & omnino quicquid obſcurum eſt, defendendo, aut vlciſcendo propulſatur. Aliud vero debitum eſt neceſſarium, ſicut conferens ad maiorem honeſtatem, ſine quo tamen honeſtas conſeruari poteſt. Quod quidem debitum attendit liberalitas, ſiue amicitia, aut alia huiuſmodi, quæ Tullius prætermittit in prædicta * enumeratione, quia parum habent de ratione debiti. [*Q. 58. art. 2.* — *Q. 58. art. 10. & 11.* — *Loco citato.* — *Cap. vlt.* — *Ca. 3. to. 5.* — *Cap. 10. to. 5.* — *In arg. 3.*]

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod vindicta, quę fit autoritate publicæ poteſtatis ſecūdum ſententiam iudicis, pertinet

¶ Super Quæſtionem octuageſimam.

IN artic. vnico quæſt. 80. dubium occurrit, circa reſpōſionem ad primum, pro quanto ibi dicitur, quod vindicta, quę fit à iudice, ſpectat ad commmutatiuam iuſtitiam. Vindicta autem, quam quis à iudice requirit, pertinet ad virtutem adiunctam, hoc eſt ad vindicationem. Videtur nanque quod implicet repugnantia. Nam eadē eſt vindicta quam quis requirit à iudice, & quam iudex facit. Et cōſequenter ſi facta, eſt commutatiuæ iuſtitiæ, ergo & requiſita. Et ſi requiſita, non eſt iuſtitiæ cōmutatiuæ, ſed adiunctæ, ergo nec facta.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod diſtinctio vindictæ non eſt accipienda realiter, ac ſi oporteat eſſe duas vindictas, alteram à commutatiua, alteram à vindicatione. Sed eſt intelligenda relatiuè, quòd ſcilicet vindicta pro quanto reddit peccanti æquale in pœna, pertinet ad iuſtitiam commutatiuā: pro quanto autem immunem reddit perſonam ab illata ſibi iniuria, pertinet ad vindicationem vt inferius quæſt. 108. patet. Et quia à parte petitur, vt immunis reddatur, ideo dicitur quòd ſpectat ad vindicationem. Et quoniā à iudice fit ob ęqualitatem faciendam: ideo dicitur quod pertinet ad commutatiuam iuſtitiam.

¶ In eodem articulo 80. quæſtio. in reſponſione ad tertium, nota diligentiſſimè illud, ſcilicet fides qua fiunt dicta, includitur in veritate, quoniam inferius quum de virtute veritatis tractabitur, examinanda ſunt, & de fide tractandū eſt.

¶ In eodem articulo, nota quantum profecerit Autor à tempore quo ſcripſit articulum vltimum quæſtio. 3. diſtin. 33. in tertio ſentētiarum. Diſtant enim hæc ab illis, vt lux clara à ſubobſcura. Quare hæc ſequere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis octuagesimæprimæ Articulum primum.*

Loco iam cit. in arg. IN quæst. 81. artic. primo nota quòd quemadmodum in præcedenti libro didicimus, peccatorũ distinctio penes hoc, quod sunt in Deũ, seipsum, vel proximum, reliquis distinctionibus anteponitur. Attendit enim nõ ad rationes, sed ad psonas ipsas, in quas solas peccare contingit. Nullum nanque peccatum est, si contra personam nullam est, quum *Lib. 10 c. 8.* solius intellectualis naturæ subsistẽtes res, quas personas dicimus, offendi possint. Irainter virtutes, quædam hominem perficiunt ad seipsum, vt *Ca. 6. to. 5.* temperantia, Quædam ad proximum, vt iustitia. Quædam ad Deum, vt religio. Quot modis enim dicitur vnum oppositorum, tot dicitur & reliquum. Religio ergo bonũ reddit hominem & opus eius, in ordine *In cor. ar.* ad Deum directè & proximè, quia hic est proximus finis eius vt homo rectè ad Deum se habeat, sicut temperantiæ proximus finis est vt homo in seipso sobrius sit: & iustitiæ, vt proximo reddat quod suum est.

qõ. 109. art. 3. ¶ In eodem articulo, circa deriuationem vocabuli Religionis, malè consonant viri illustres. Nam Cicero à relegendo libros diuini cultus, Lactantius à religando nos Deo, Augustinus à reeligẽdo Deum, quem dimiserimus, Religionis nomen deducit. Nec desunt qui à relinquendo deduci illud opinantur, quasi Deo dicata, separata abhumanis esse debeant. Mihi Lactantiana magis consona, & linguæ Latinæ & significato videtur. Nam religiosa, Deo addicta vocamus, ac per hoc religiosos, Deo deditos, ac per hoc religatos dicimus frequenti vsu.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, aduerte, quod quum ibi dicitur, quod religio habet quosdam actus proprios & immediatos *q. 51. ar. 4.* quos elicit: ficut sacrificare, adorare, & huiusmodi, &c. Ly proprium & immediatum nõ excludit commune & mediatum quodcũque, sed communionem & mediationem alterius virtutis, ita quod sensus est, quòd religio habet quosdam actus sibi proprios, hoc est non conuenientes sibi ex ratione alterius virtutis, sed sui, & immediatos, hoc est, non prouenientes ab mediã- *q. seq. art. 6.* te alia virtute, sed per seipsam & absq; alia media virtute. Et per oppositum quosdam actus habet nõ proprios, sed per participationem alterius virtutis, puta spei vel charitatis, vt inniti Deo, & vniri Deo, vt inferius dicitur. Et quosdã habet non immediatos, sed per mediam aliquam virtutem, vt visitare pupillos.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæprimæ Articulum secundum.* *Cap. 3. & 55. to. 6.*

IN articulo secundo eiusdem quæst. 81. in principio corporis ar. aduerte quod Autor ab effectu formali infert causam formalem. Ex hoc enim quod vir* est quæ formaliter facit bonum habentem, & opus eius quasi formaliter reddit bonũ, arguit Autor necessitatẽ virtutis ex actu bono. Et verè sic est. Nã intelligendo per actum *1. 6. art. 1. ad 3. & 1. 2. q. 68. ar. 1. 2. 3. & 4.* bonum, vt in secundo ethic. describitur, actum scilicet bonum, & bene, omnis huiusmodi actus virtutem coexigit. Actus vero bonus, sed adhuc non bene, ad virtutem quidem ex suo genere spectat, quamuis à virtute non sit. Vtroque enim modo virtutis necessitatem actu vel potentia infert actus bonus.

¶ In eodem secundo art. aduerte, quòd quemadmodum iustitiæ proprius & adequatus actus est reddere vnicuique quod suum est, ita proprius & adæquatus religionis actus est reddere Deo debitum cultum seu honorem, vt etiam in sequenti artic. in responsione ad secundum habes. *Infrà art. 4. ad primum, &* ¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, ** ar. 1 huius* aduerte, quòd sicut de *ius q.* dictamine naturalis rationis est in virtute temperantiæ, vt homo medium teneat in cibo, & *q. 50. ar.* potu, & non quod hunc *2. ad 2. &* vel illum cibum, aut po- *q. 47. ar.* tum assumat, ita in virtu- *5. & q. 25.* te religionis ex dictami- *ar. 4. & 5.* ne naturalis rationis est, quòd medium teneat in ordinatione sui ipsius ad Deum. Sed quòd has vel illas cæremonias assumat ad ordinandum se ipsum in Deum, hoc est ex diuino, vel positiuo iure. Vnde sicut temperãtia non negatur virtus, propter indeterminationẽ materiæ, ita nec religio rescanda est à virtutibus propter incertitudinem materiæ, quę in actibus, quibus Deus colitur, consistit. Ad formale namque, non ad certam materiam spectãdum est. *locis citatis in arg. 1.*

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ primæ Articulum tertium.*

IN artic. tertio eiusdem octuagesimę primæ quæstionis, dubium difficile est, quomodo iste articulus stare potest cum art. 5. huiusmodi quæst. In artic. namque quinto

Lib. 10. c. 4. non lõge à fine. dicta: Vnde Aug. dicit in lib. de vera religione *, Religet nos religio vni omnipotẽti Deo. Siue autem religio dicatur à frequenti electione, siue ex iterata electione eius quod negligenter amissum est, siue dicatur à religatione, religio propriè importat ordinẽ ad Deum. Ipse enim est cui principaliter alligari debemus tanquam indeficienti principio, ad quem etiam nostra electio assiduè dirigi debet, sicut in vltimum finem, quem etiam negligenter peccando amittimus, & credendo, & fidem protestando recuperare debemus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ religio habet duplices actus, quosdam quidem proprios & immediatos, quos elicit, per quos homo ordinatur ad solum Deum, sicut sacrificare adorare, & omnia huiusmodi. Alios autem actus habet quos producit mediantibus virtutibus, quibus imperat, ordinãs eos ad diuinã reuerentiam, quia scilicet virtus, ad quam pertinet finis, imperat virtutibus, ad quas pertinent ea, quæ sunt ad finem. Et secundum hoc actus religionis per modũ imperij ponitur esse, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, qd est actus elicitus à misericordia. Immaculatum autem se custodire ab hoc seculo, impropriè autem quidem est religionis, elicituè autem temperantiæ, vel alicuius huiusmodi virtutis.

¶ Ad secundum dicẽdum quod religio refertur ad ea, quæ exhibentur cognationibus humanis extenso nomine religionis, non autem secũdum quod religio propriè dicitur: vnde Aug. parum ante verba inducta præmittit: Religio districtius non quemlibet, sed Dei cultum significare videtur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cùm seruus dicatur ad dominum, necesse est, quod vbi est propria & specialis ratio dominij, ibi sit specialis & propria ratio seruitutis. Manifestum est autem quod dominium conuenit Deo secundum proprium, & singularem quandam rationem, quia scilicet ipse omnia fecit, & quia summum in omnibus rebus obtinet principatum. Et ideo specialis ratio seruitutis ei debetur. Et talis seruitus nomine Latriæ designatur apud Græcos. Et ideo ad religionem propriè pertinet.

¶ Ad quartum dicendum, quod colere dicimur homines quos honorificatione, vel recordatione, vel præsentia frequentamus. Et etiam aliqua, quæ nobis subiecta sunt, coli à nobis dicuntur. Sicut agricolæ dicuntur ex eo quod colunt agros & incolæ dicuntur ex eo quod colunt loca quæ inhabitant. Quia tamen specialis honor debetur Deo tanquam primo omnium principio, etiam specialis ratio cultus ei debetur: quæ Græco nomine vocatur eusebia, vel theosebia, vt patet per Aug. 10. de *Ca. 1. to. 5.* Ciuitate Dei*.

¶ Ad quintum dicendum, quod religiosi, quamuis dici possint communiter omnes, qui Deum colunt, specialiter tamen religiosi dicuntur, qui totam vitam suam diuino cultui dedicant, à mundanis negotiis se abstrahentes. Sicut etiam contemplatiui dicuntur, non qui contemplantur, sed qui contemplationi totam vitam suam deputãt. Huiusmodi autem non se subiicit homini propter hominem, sed propter Deum, secundum illud Apostoli Galat. quarto, Sicut angelum Dei excepistis me, sicut Iesum Christum.

¶ ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum religio sit virtus.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod religio non sit virtus. Ad religionem enim pertinere videtur Deo reuerentiam exhibere. Sed reuereri est actus timoris, qui *q. 19 ar. 9.* est donum, vt ex supradictis patet*. Ergo religio non est virtus, sed donum.

¶ 2 Præterea, Omnis virtus in libera voluntate consistit: vnde *ar. præ. ad 3.* dicitur habitus electiuus, vel voluntarius. Sed, sicut dictum est*, ad religionẽ pertinet latria, quæ seruitutem quandam importat. Ergo religio non est virtus.

¶ 3 Præterea, Sicut dicitur in secũdo Ethicorum, Aptitudo virtutis inest nobis à natura, vnde ea quę pertinent ad virtutes, sunt de dictamine rationis naturalis. Sed ad religionem pertinet cæremoniam diuinæ naturæ afferre: cæremonialia autem, *1. 2. q. 99. ar. 3. ad 2. & q. 101.* vt dictum est suprà*, non sunt de dictamine rationis naturalis. Ergo religio non est virtus.

¶ SED CONTRA est, quia connumeratur aliis virtutibus, vt ex præmissis patet. *1. 2. q. 55. ar. 2. 3. & 4. & supra q. 58. ar. 3.*

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut suprà dictũ est*, virtus est quæ bonũ facit habentem, & opus eius bonũ reddit. Et ideo necesse est dicere omnem actum bonum ad virtutem pertinere. Manifestum est autem, quod reddere debitum alicui habet rationem boni, quia per hoc quòd aliquis alteri debitum reddit, constituitur in proportione conuenienti respectu ipsius, quasi conuenienter ordinatus ad ipsum. Ordo autem ad rationem boni pertinet, sicut & modus & species, vt per Aug. patet in libro de natura boni*. Cum ergo ad religionem pertineat reddere honorem debitum alicui, scilicet Deo, manifestum est quod religio virtus est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod reuereri Deum est actus doni timoris, ad religionem autem pertinet facere aliqua propter diuinam reuerentiam: vnde non sequitur, quod religio sit idem quod donum timoris, sed quod ordinetur ad ipsum sicut ad aliquid principalius. Sunt enim dona principaliora virtutibus moralibus, vt supra habitum est*.

¶ Ad secundum dicendum, quod etiam seruus potest voluntariè exhibere domino suo quod debet, & sic facit de necessitate virtutem, debitum voluntariè reddens. Et similiter exhibere Deo debitam seruitutem potest esse actus virtutis, secundum quod homo voluntariè facit.

¶ Ad tertium dicendum, quod de dictamine rationis naturalis est, quòd homo aliqua faciat ad reuerentiam diuinam. Sed quod hæc determinatè faciat vel illa, istud non est de dictamine rationis naturalis, sed de institutione iuris diuini, vel humani.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum religio sit vna virtus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod religio non sit vna virtus. Per religionem enim ordinamur ad Deum, vt dictum est*. In Deo autem est accipere tres personas, & iterum multa attributa, quæ saltem ratione differunt. Diuersa autem ratio obiecti sufficit ad diuersificandum virtutes, vt ex suprà dictis patet*. Ergo religio non est vna virtus.

¶ 2 Præterea, Vnius virtutis vnus est actus. Habitus enim distinguuntur secundum actus. Religionis autem multi sunt actus, sicut colere, & seruire, vouere, orare, sacrificare, & multa huiusmodi. Ergo religio non est vna virtus.

¶ 3 Præterea, Adoratio ad religionem pertinet. Sed adoratio alia ratione adhibetur imaginibus, & alia ipsi Deo. Cum ergo diuersa ratio distinguat virtutes, videtur quod religio non sit vna virtus.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Ephes. 4. vnus Deus, vna fides. Sed vera religio protestatur fidem vnius Dei. Ergo religio est vna virtus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà habitum est, * habitus distinguuntur secundum diuersam rationem obiecti. Ad religionem autem pertinet exhibere reuerentiam vni Deo secundum vnam rationem, inquantum scilicet est primum principium creationis, & gubernationis rerum: vnde ipse dicit Malachiæ primo, Si ego pater, vbi honor meus? Patris enim est, & producere & gubernare. Et ideo manifestum est quòd religio est vna virtus.

Infrà qu. 94. art. 1. ad primum.

Lib. 10. c. 2.

Ca. 4. to. 5.

Lib. 10. c. 1. to. 5.

cap. 3. to. 5.

Ca. 4. to. 5.

Lib. 2. de Deuinct. pag. 4. an te finem.

Lib. 10. cap. 17.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod tres personæ diuinæ sunt vnū principium creationis & gubernationis rerum: & ideo eis vna religione seruitur. Diuersæ autem rationes attributorum concurrunt ad rationem primi principij: quia Deus producit omnia, & gubernat sapientia, voluntate & potentia bonitatis suæ. Et ideo religio est vna virtus.

¶ Ad secundum dicendum quod eodem actu homo seruit Deo, & colit ipsum. Nam cultus respicit Dei excellentiam, cui reuerentia debetur. Seruitus autem respicit subiectionem hominis, qui ex sua conditione obligatur ad exhibendum reuerentiam Deo. Et ad hæc duo pertinent omnes actus, qui religioni attribuuntur, quia per omnes homo protestatur diuinam excellentiam, & subiectionem sui ad Deum, vel exhibendo aliquid ei, vel iterum assumendo aliquid diuinum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd imaginibus non exhibetur religionis cultus: secundum quod in seipsis considerantur, quasi res quædā, sed secundū quod sunt imagines ducētes in Deum incarnatum. Motus [d] autem qui est in imagine, prout est imago, non consistit in ipsa: sed tendit in id cuius est imago. Et ideo ex hoc quod imaginibus Christi exhibetur religionis cultus, non diuersificatur ratio latriæ: nec virtus religionis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum religio sit specialis virtus ab aliis distincta.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod religio non sit specialis virtus ab aliis distincta. Dicit enim Augustin. 10. de Ciuitate Dei,* Verum sacrificium est omne opus quod geritur, vt sancta societate Deo iungamur. Sed sacrificium pertinet ad religionem. Ergo omne opus virtutis ad religionem pertinet, & sic non est specialis virtus.

¶ 2 Præterea, Apostolus dicit primæ ad Corint. 10. Omnia in gloriam Dei facite. Sed ad religionem pertinet aliqua facere ad reuerentiam, vt supra dictum est*. Ergo religio non est specialis virtus.

¶ 3 Præt. Charitas, qua diligitur Deus, non est virtus distincta à charitate, qua diligitur proxim⁹. Sed sicut dicit in ǒctauo Ethicorum*, honorati propinquū est ei, quod est amari. Ergo religio, qua honoratur Deus, non est virtus specialiter distincta ab obseruātia, vel dulia, vel pietate, quibus honoratur proximus. Ergo non est virtus specialis.

¶ SED CONTRA est, quod ponitur pars iustitiæ ab aliis eius partibus distincta.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cùm virtus ordinetur ad bonum, vbi est specialis ratio boni, ibi oportet esse specialē virtutē. Bonum autem ad quod ordinatur religio, est exhibere Deo debitū honorem: honor autem debetur alicui ratione excellentiæ. Deo autem competit singularis excellentia, inquantum omnia in infinitum transcendit, secūdū omnimodum excessum. Vnde ei debetur specialis honor. Sicut in rebus humanis, videmus ꝙ diuersis excellentiis personarū diuersus honor debetur: alius quidem patri, alius regi, & sic de aliis. Vnde manifestū est, quod religio est specialis virtus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod omne opus virtutis, dicitur esse sacrificium, inquantum ordinatur ad Dei reuerentiam. Vnde ex hoc non habetur, quod religio sit generalis virtus, sed ꝙ imperet omnibus aliis virtutibus, vt suprà dictum est*.

¶ Ad secundum dicendum, quod omnia secūdum quod in gloriam Dei fiunt, pertinent ad religionem, non quasi ad elicientem, sed quasi ad imperantem. Illa autem pertinent ad religionem eliciētem, quæ secundum rationem suæ speciei pertinent ad reuerentiam Dei.

¶ Ad tertium dicendū, quòd obiectum amoris est bonum, obiectum autem honoris, vel reuerētiæ est aliquid excellēs. Bonitas autem Dei communicatur creaturę: non autē excellentia bonitatis eius. Et ideo charitas, qua diligitur Deus, non est virtus distincta à charitate, qua diligitur proximus. Religio autem, qua honoratur Deus distinguitur à virtutibus, quibus honoratur proximus.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum religio sit virtus theologica.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod religio sit virtus theologica. Dicit enim Augustinus in Enchiridio*, quòd Deus colitur

quinto expressè negatur Deum esse obiectum religionis. Et propterea religionem non esse virtutem theologalem: vt patet ibi. Hic autem probatur, quod religio est vna virtus, quia habet vnum Deum secundum vnam rationem pro obiecto, vt patet in litera assumente pro maiore propositione, Habitus distinguuntur secundum diuersam rationem obiecti: & subsumente. Ad religionem pertinet exhibere reuerentiam vni Deo, secundum vnam rationem, inquantum scilicet est primum principium creationis & gubernationis rerum. Si namque discursus iste non æquiuocus, sed efficax est, manifestè dicit Deum esse obiectum religionis. Et propterea ex eius vnitate secundum talem rationem, religionem esse vnam virtutem.

¶ Ad hoc dubium summarie dicitur, quod obiectum virtutis est duplex, cui, & quod, & quòd Deus est obiectum religionis cui, non quod. Et propterea vterque articulus verum dicit, & intentum sortitur. Sed quoniam hæc obscura sunt, in quinto articulo declarabuntur.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli dubia plura occurrunt, scilicet de vnico motu in imaginem & id cuius imago, & de imaginibus D.710. Christi adorandis, adoratione latriæ. Sed quoniam de his erit specialis tractatus in proprio loco, in tertia. s. parte quæst. vicesimæ quintæ, ideo ibi tractanda relinquuntur.

¶ Super Quæstionis octuagesimæprimæ Articulum quartum.

IN articul. quarto eiusdem quæstionis in responsione ad secundum, dubium occurrit, quo pacto ea, quæ secundum suam speciem spectant Ca 6.to.5. ad diuinam reuerentiā, vt oratio, adoratio, &c. spectent ad religionem elicitiuè. Et est ratio dubij, quia religio est in voluntate, plures autem huiusmodi operationū sunt actus alterius potentiæ quàm voluntatis. Oratio enim est actus intellectus, &c.

art. 1. & ar. 2. ad 1. ¶ Ad hoc dicitur, quod licet eius sit actus, cuius est potentia, vt dicitur in de Somno & vigilia, & Ca. 8. to. 5. multo magis eiusdem sit habitus & actus: ac per hoc actus religionis sit voluntatis, cuius est habitus ipsa religio, in assignatione tamen propriorum actuum respectu virtutis non attenditur sic identitas potentiæ, quin magis attendatur idētitas habitus. Hoc est, quòd virtuti attribuūtur, vt proprij actus non solum si eiusdem sint potentiæ, in qua est habitus virtutis, sed etiā actus aliarum potentiarum, dummodo per aliam virtutem illos eliciant: vt patet in actibus iustitiæ, temperantiæ, & oppositorum vitiorum. Iustitiæ siquidem proprius actus est non solum velle reddere cuique suum, sed exteriori actu reddere quod suum est: similiter iniustitiæ actus est auferre alienum. Temperantiæ quoque actus est, non concupiscere moderatè cibum, sed etiam exterior sumptio moderata. Et similiter intemperātia est exterior luxuria, &c. Ratio autem, quare actus inferioris potentiæ attribuantur superiori potentiæ imperatiuè tantum, habitui verò in illa superiore potentia existenti elicitiuè, est quia potentia importat principium actus quo ad substantiam actus: habitus autem importat principium actus, quo ad qualitatem eiusdem. Substantia autem actus, nisi principium imperfectum sit, ab vno tantum proprio ac proximo principio elicitiuè est. Qualitas vero eiusdem ab extraneo etiam principio, tāquam à proximo elicitiue esse potest, quia accidens eius est aduentitium, multiplex, & variabile. Actus igitur multi exteriores, vt sacrificia, cæremoniæ, & interiores aliarum potentiarū, vt oratio, sunt proprij immediatè, & elicitiue actus religionis, quamuis sint imperatiuè tantum actus voluntatis, in qua est subiectiue religio. Et simile est respectu aliarum virtutum & vitiorum, vt patet in exemplis datis.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, aduerte quod Autor iterum asserit excellentiam diuinę bonitatis esse obiectum religionis, ac per hoc Deum esse obiectum religionis.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ primæ Articulum quintum.

IN artic. quinto eiusdem octuagesimę primæ quæstionis, dubium in tertio articulo inchoatum occurrit de obiecto religionis. Aperte namque Autor docet hoc in loco Deum non esse obiectum religionis. Et hoc haberet quæstionem ad hominem, vt patet ex antedictis. Et simpliciter, quia falsum est quòd actibus religionis nō attingatur Deus. Orando namque, & petendo Deum ipsum honorificari, & Deum ipsum nobis, constat, quòd à Deo Deum petimus, & cultum Deo afferendo, Deū orationis actu attingimus, sicut credendo Deum, & Deo, fidei ar. 1. ad 1. actu attingimus Deum.

¶ Ad hoc dicitur, quod sicut in vniuerso naturæ rerum sic sunt connexæ & ordinatæ, vt inferior in sui supremo attingit naturæ superioris conditionem, in cuius signum natura elementaris in sui supremo mouetur motu cælesti, & anima in sui supremo intelligit absque discursu: ita in virtutibus moralibus suprema earum, quæ est religio, participat naturam theologalium virtutum. Propter quod religio, quia moralis est, actibus suis non attingit Deum, vt obiectum, seu materiam, circa quam operatur, sed circa humanam mentem humana opera, résque exteriores, quas offert Deo orādo, adorando, sacrificando, offerendo. Quia vero theologales participat, Deum habet pro obiecto, non simpliciter, sed cui debitum cultum affert. Et quidem quod religio habeat Deum pro obiecto, Cap. 3. cui debitum affert cultum: euidenter patet, Quod etiā ex tali obiecto sumatur vnitas, vel diuersitas habit⁹, patet ex hoc, quod alia est virtus, qua cultum Deo, alia qua cultum patri, alia qua cultū maioribus exhibemus. Propterea quia alia ratione Deus, alia pater, alia alij honorandi sunt, vt testatur distinctio inter pietatē, obseruantiam & religionē. Et propter hoc in art. tertio, ex vnitate rationis formalis Dei assignata est vnitas religionis. Et in articulo quarto ex incōmunicabilitate illius rationis, distinctio religionis à virtute, qua honoratur creatura, deducta est in responsione ad vltimū. Sed quòd Deus nō attingatur actibus quibus colitur, non ita liquet. Si tamē proprios religionis actus formaliter & nudos inspexerimus, manifestū erit qđ quęrimus. Actus nāque interiores quibus solis possumus Deum attingere, vt sunt actus voluntatis & intellectus (nam materiales actus ad Deū terminari nequeunt) quatenus religionis sunt, debitū Deo cultum reddunt, hoc est afferūt Deo, vel mentem ipsam, vt deuotio, oratio: vel exteriora. Ac per hoc colendo Deū, non Deum secundum rem attingimus actibus illis, quibus illū colere dicimur: sed attingimus nosipsos aut res extra, quamuis grāmaticaliter colere Deū, attingere Deum significet pro quanto ly colere, significat terminari ad Deū. Secundū tamē veritatē rei, act⁹ colēdi ad nos, aut nostra attingit, offerēdo illa Deo. Non sic autem in fide, vt in litera dicitur. Sed credendo Deo, quod est habere Deum

fide, spe, & charitate, quæ sunt virtutes theologicæ. Sed cultum Deo afferre, pertinet ad religionem. Ergo religio est virtus theologica.

¶ 2 Præterea, Virtus theologica dicitur, quæ habet Deū pro obiecto. religio autem habet Deum pro obiecto: quia ad solum Deum ordinat, vt dictum est*. ergo religio est virtus theologica.

¶ 3 Præterea, Omnis virtus, vel est theologica, vel intellectualis, vel moralis, vt ex supradictis patet*. Manifestū est autem, quòd religio non est virtus intellectualis: quia eius perfectio non attenditur, secundum considerationem veri. Similiter etiam non est virtus moralis: cuius proprium est tenere medium inter superfluum, & diminutum. Non enim aliquis potest superfluè Deum colere, secundum illud Eccles. 43. Benedicētes Domi num exaltate illum quātum potestis. Maior enim est omni laude. ergo relinquitur quòd sit virtus theologica.

¶ SED CONTRA est, quod ponitur pars iustitiæ, quę est virtus moralis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est *, religio est quæ Deo debitum cultum affert. Duo ergo in religione considerantur. Vnum quidem quod religio Deo affert, scilicet cultus, & hoc se habet per modū materiæ, & obiecti ad religionem. Aliud autem est id cui affertur, s. Deus, cui cultus exhibetur, non quasi actus, quibus Deus colitur, ipsum Deum attingant, sicut cùm credimus deo, credendo deum attingimus. Propter quòd supra dictū est, quòd deus est fidei obiectum, non solum inquātum credimus deum, sed inquantum credimus deo. Affertur autem deo debitus cultus, inquātum actus quidā, quibus deus colitur, in dei reuerentiam fiunt, putà sacrificiorum oblationes, & alia huiusmodi: vnde manifestum est, quod deus non comparatur ad virtutem religionis, sicut materia vel obiectum, sed sicut finis. Et ideo religio non est virtus theologica, cuius obiectum est vltimus finis, sed est virtus moralis, cuius esse est circa ea, quæ sunt ad finem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod semper potentia, vel virtus quæ operatur circa finem, per imperium mouet potentiam, vel virtutem operantem ea, quę ordinātur in finem illum, virtutes autem theologicę, s. fides, spes, & charitas habent actum circa Deum, sicut circa proprium obiectum. Et ideo suo imperio causant actum religionis, quæ operatur quidem in ordine ad deum. Et ideo August. dicit, quòd deus colitur fide, spe, & charitate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd religio ordinat hominem in Deum, non sicut in obiectum, sed sicut in finem.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd religio non est virtus theologica, neque intellectualis, sed moralis, cū sit pars iustitiæ, & medium in ipsa accipitur, non quidem inter passiones, sed secundum quandam æqualitatem inter operationes, quæ sunt ad Deum. Dico autem æqualitatem non absolute: quia Deo potest tantum exhiberi quantū ei debetur, sed secundum quandam considerationem humanæ facultatis, & diuinæ acceptationis. Superfluum autem in iis, quæ ad diuinum cultū pertinent, esse potest, non secundum circumstantiam quanti, sed secundum alias circunstantias, puta, quia cultus diuinus exhibetur, cui non debet exhiberi, vel quando non debet, vel secundum alias circunstantias, prout non debet.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum religio sit præferenda aliis virtutibus moralibus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod religio non sit præferēda aliis virtutibus moralibus. Perfectio enim virtutis moralis consistit in hoc, quod attingit medium, vt patet in 2. Ethicorum*. Sed religio deficit in attingendo medium iustitię: quia non reddit Deo omnino æquale. Ergo religio non est potior aliis virtutibus moralibus.

¶ 2 Præterea, In iis quæ hominibus exhibentur, tanto videtur aliquid esse laudabilius, quanto magis indigenti exhibetur. Vnde dicitur Isaiæ 57. Frange esurienti panem tuum. Sed Deus non indiget aliquo, quod ei à nobis exhibeatur, secundum illud Psal. 15. Dixi Domine, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. ergo religio videtur minus laudabilis aliis virtutibus, per quas hominibus subuenitur.

¶ 3 Præterea, Quanto aliquid fit ex maiori necessitate, tanto minus est laudabile, secundum illud 1. ad Corint. 9. Si euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. Vbi autem est maius debitum, ibi est maior necessitas. Cùm ergo Deo maximè sit debitū, quod ei ab homine exhibetur, videtur quod religio sit minus laudabilis inter virtutes humanas.

¶ SED CONTRA est, quod Exodi 20. ponuntur primo præcepta ad religionem pertinentia, tanquam præcipua. Ordo autem præceptorum proportionatur ordini virtutū, quia præcepta legis dantur de actibus virtutum. ergo religio est præcipua inter virtutes morales.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ea quæ sunt ad finem, sortiuntur bonitatem ex ordine in finem: Et ideo quanto sunt fini propinquiora, tanto sunt meliora. Virtutes autem morales, vt supra habitum est*, sunt circa ea quæ ordinantur in Deum, sicut in finem. Religio autem magis de propinquo accedit ad Deum, quàm aliæ virtutes morales, inquantum operatur ea quæ directè, & immediatè ordinantur in honorem diuinum. Et ideo religio præeminet inter alias virtutes morales.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod laus virtutis, in voluntate consistit, non autem in potestate deficere. Et ideo ab æqualitate, quæ est medium iustitiæ, propter defectum potestatis, non diminuit laudem virtutis, si non fuerit defectus ex parte voluntatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in iis quæ exhibentur alteri, propter eorum vtilitatem, est exhibitio laudabilior, quæ fit magis indigenti, quia est vtilior. Deo autem non exhibetur aliquid propter eius vtilitatem, sed propter eius gloriam, nostram autem vtilitatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vbi est necessitas, tollitur gloria supererogationis. Non autem excluditur meritum virtutis, si adsit voluntas. Et propter hoc ratio non sequitur.

Deum pro obiecto, vt cui attingit actu credendi ipsum Deum. Sed obscuritatem in hac re facit quia considerantur actus religionis non formaliter, quatenus religionis solius sunt, art. 1. sed quasi vestiti ab aliqua alia virtute. Sicut quū oratio petit Deum propter Deum, & huiusmodi, imperata à charitate hoc facit. 1.2. q. 57. art. 4. & q. 58. per tot.m. Quum innititur diuino auxilio, imperata à spe hoc habet. Quum contēplationi diuinæ insistit, à fide & donis intellectus, ac sapientię mouetur, & sic de similibus dicendum est. In hoc ergo oportet resoluere, quod actus religionis, pro quanto religionis purę sunt, nos nostráque attingunt vt materiā quam Deo offerūt, ita quod sicut quum genuflectimus ipso actu mēbra nostra offerimus ar. 1. 2. & 3. eorū officio, ita actibus intellectus, & voluntatis ipsas vires offerimus earumdem officio. Et quia voluntas cætera mouet, per ipsam etiam reliqua offerimus. Pro quanto verò quandoque actus religionis ad Deum attingunt, ex alieno hoc sortiuntur. Et per hęc patet, quod nec veritati, nec sibi aduersatur Autor hoc in loco, sed Q. 2. ar. 2. omnia consonant, vt amplius in hoc tractatu liquida erit eius intentio ex ipsius doctrina.

¶ In responsione ad primum intellige nouitie, quòd Autor glossat Augustinum, quòd Deus fide, spe, & charitate colitur causaliter: quia, s. causant religionem qua colitur, &c. quod de religione infusa nullam videtur habere quæstionem. De acquisita autem verificatur quo ad reuelata cæremonialia, & huiusmodi ad religionem spectantia.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ primæ Articulum sextum.

IN articulo sexto eiusdem quæst. octuagesimæ primæ dubium occurrit, ad hominem, & simpliciter. Nā superius in quæst. quinquagesima octaua, articul. vltimo Autor posuit iustitiam primam inter virtutes morales, hic autē ponit religionem præcipuā inter easdem. Simpliciter autem: quia iustitia ordinatur ad proximum, religio autem ad Deum, ac per hoc religio præferenda est iustitiæ etiam legali, quæ ad bonum commune humanum ordinatur.

¶ Ad hoc dicitur, quod comparatio præsens ad literam non fit, nisi inter partem, & partem, & non inter totum, & partem. Iustitia autem legalis, & religio se habent vt totum, & pars. Nam ad iustitiam legalem spectat ordinare ea, quæ religiosi, sicut ea quæ temperati, & quæ fortis, vnde & leges latę inueniuntur de eis quæ ad religionem spectant. Non enim perfecta esset iustitia legalis, nisi reddendum Deo debitum, ordinaret non minus quam proximo. Propter quod non est à iustitiæ Inf. q. 88. ar. 6. corp. & q. 183. ar. 2. corp. & 3. con. c. 183. c. 1. fin. & quol. 6. art. 11. cor. legalis fine alien⁹ Deus, vt finis est cultus sibi per religionem exhibendi, quum potius sicut ad eam spectant fines cæterarum virtutum moralium particularium, ita ad eandem spectat finis religionis. Nec obstat, quod finem illum * Cap. 6. non ordinat ad commune bonū: sicut nec religio, licet sit particularis virtus, illum finem ad commune bonum ordinat: quia hoc repugnat tali fini, sed sufficit, quod bonitatem tam hominis quam operis religiosi, in hoc ipso quod Deo debitum reddat cultum, ad commune bonum ordinat iustitia imperatiuè, religio participatiuè.

¶ Vnde ad primam obiectionem dicitur, quod licet religio sit inferior iustitia legali: vtpotè pars ipsius, & imperata ab alia, est tamen præcipua pars iustitiæ, & præeminet iustitiæ particulari, & tā commutatiuæ quàm distributiuæ: nec oppositum Autor alibi sensit.

¶ Ad secundam vero obiectionem negatur, quod iustitia restringatur ad proximum. Licet enim sit ad alterum, sub ly tamen alterum, etiam Deus ipse comprehenditur: quoniam nonnulla iustitia est reddere Deo quod sibi debetur, quamuis non possit reddi omnino æquale: vnde & pars iustitiæ ponitur religio.

¶ Potest tamen aliter dici, quod licet finis proximus adęquatusque iustitiæ legalis, sit commune bonum humanum, finis tamē eiusdem particularis est etiam Deus. Ac per hoc non est post ar. præ. in cor. & ad 1. arg. & supra q. 4. ar. 7. ponenda religioni.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli nota, quod ad virtutem moralem ea, quæ sunt potestatis se habent materialiter, vt patet de diuitiis in magnificentia. Ea vero quæ sunt voluntatis, se habent formaliter. Et ratio est, quia virtus est habitus electiuus, vt dicitur in se

ARTIC

Universidad de Deusto
Biblioteca

in secundo Ethicorum. Et propter defectus in posse non minuit decorem, & excellentiam virtutis, si adsit perfectio in velle. Et ideo in litera dicitur quòd nihil religionis laudi adimitur, ex hoc quòd non potest attingere æquale simpliciter. Quoniam religio perficit voluntatem ad reddendum debitum possibile, ac per hoc æquale, si esset possibile. Attendendum est enim ad formale rerum, & secundum illud magnificandæ sunt.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ primæ Articulum septimum.*

Infrà q. 84. art. 2. & q. 85. art. 2. cor. & 3 cons. ac. 319.

IN articulo septimo eiusdem octuagesimæ primæ quæstionis, nota duo. Primo quod quum dicitur: Deo honorem exhibemus non propter seipsum, ly propter, non denotat causam finalẽ, sed terminum vtilitatis. Constat namque quod colimus Deũ propter seipsum vt finem: alioquin perueršus ordo esset vtifruẽdo, sed non propter ipsius Dei, sed nostri vtilitatem, ita quòd nec augmentum gloriæ nec quodcunque aliud Deo ex nostro cultu accreſcere poteſt, de quo ſcriptũ eſt. Bonorũ noſtrorũ nõ indiges. Recolẽdum eſt enim quod ſicut quęcun que perfectio creata adiuncta diuinæ, non facit perfectius: ita nec quæcunq; gloria creata adiuncta gloriæ diuinæ facit glorioſi? Nec obſtat, q̃ gloria de genere ſuo ſit bonum extrinſecum, vt pote conſiſtens in cognoſcẽtibus et amantibus. Nam ſicut cognitioni, æſtimationi, laudationi actiuæ ipſius Dei nulla addita cognitio, æſtimatio, aut laudatio facit maiorẽ vitã gloriæ, quã habet apud ſeipſum Deus in propria notitia, & laude, quæcunque addita facit maiorem. In nobis ergo glorificatur Deus cultu noſtro, in vniuerſo extra Deum, nõ in ſeipſo. Sed tamen hoc ipſum, quòd eſt, extẽdi gloriam eius, ad ipſum ordinandũ eſt vt finem propter quem debet fieri, & ad quod vniuerſi bona ordinantur: quia eſt Deus. Secundo, quia actibus exterioribus vtitur religio vt ſignis excitantibus interiores in ſe, vel in aliis. Et propterea talis debet eſſe mũdus in omnibus huiuſmodi, vt ſi priuata ſecretáque ſunt ad ſolã interiorũ propriorum excitationem, conſeruationem vel augumentationem menſurentur. Si autem communia, aut publica, ad communem & publicam deuotionem ſpectãdum eſt. Vnde & in reſponſione ad tertiũ Gentiles reprehendũtur: quia cibos potúſque, & huiuſmodi ad nos ſpectantia, Deo offerebant, quaſi ei per ſe grata.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ primæ Articulum octauum.*

Cap. 10. 10.5.

IN articulo 8. eiusdem quæſt. nota identitatẽ ſimul, & differentiam religionis, & ſanctitatis

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum religio habeat aliquem exteriorem actum.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quod religio nõ habeat aliquẽ exteriorẽ actum. Dicitur enim Ioan. 4. Deus ſpiritus eſt, & eos qui adorãt eũ, in ſpiritu & veritate adorare oportet. Sed exteriores actus non pertinent ad ſpiritum, ſed magis ad corpus. ergo religio ad quam pertinet adoratio, non habet actus exteriores, ſed interiores.

¶ 2 Præterea, Religionis finis eſt Deo reuerẽtiã & honorẽ exhibere. Sed videtur ad irreuerentiã alicuius excellẽtis pertinere, ſi ea ſibi exhibeãtur quę proprie ad inferiores pertinẽt. Cũ ergo, ea quę exhibet homo corporalibus actibus, proprie videantur ad indigẽtias hominũ ordinari, vel ad reuerentiam inferiorũ creaturarũ: ideo videtur quod nõ congrue poſſunt aſſumi in diuinam reuerentiam.

¶ 3 Præterea Auguſt. in 6. de Ciuit. Dei*, commendat Senecam de hoc, quod vituperat quoſdam, qui idolis ea exhibebant, quæ ſolent hominibus exiberi, quia ſcilicet immortalibus non conueniunt ea, quæ ſunt mortalium. Sed hæc multo minus conueniunt Deo vero, qui eſt excelſus ſuper omnes Deos. ergo videtur reprehenſibile eſſe quod aliquis corporalibus actibus Deum colat. Non ergo habet religio corporales actus.

¶ SED CONTRA eſt, quod in Pſal. 83. dſ, Cor meũ, & caro mea exultauerũt in Deum viuũ. Sed ſicut interiores actus pertinent ad cor, ita exteriores actus pertinent ad membra carnis. ergo videtur qd Deus ſit colendus non ſolum interioribus actibus, ſed etiam exterioribus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deo reuerentiam, & honorẽ exhibemus nõ propter ſeipſum: quia ex ſeipſo eſt gloria plenus, cui nihil à creatura adiici poteſt, ſed propter nos: quia, videlicet per hoc q̃ Deum reueremur, & honoramus, mens noſtra ei ſubiicitur, & in hoc eius perfectio cõſiſtit. Quælibet enim res perficitur p hoc q̃ ſubditur ſuo ſuperiori, ſicut corpus per hoc quod viuificatur ab aĩa, & aer per hoc q̃ illuminatur à ſole. Mens autẽ humana indiget ad hoc, quòd coniungatur Deo, ſenſibilium manuductione: quia inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur, vt Apoſtolus dicit ad Roman. 1. Et ideo in diuino cultu neceſſe eſt aliquibus corporalibus vti, vt eis quaſi ſignis quibuſdã mẽs hominis excitetur ad ſpirituales actus, quibus Deo coniungitur. Et ideo religio habet quidẽ interiores actus quaſi principales, & per ſe ad religionẽ pertinẽtes, exteriores vero actus quaſi ſecundarios, & ad interiores actus ordinatos.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Domin⁹ loquit᷑ quantũ ad id qd eſt principale, & per ſe intẽtum in cultu diuino.

¶ Ad ſecũdum dicendũ, quòd huiuſmodi exteriora non exhibentur Deo, quaſi his indigeat, ſecundũ illud Pſal. 49. Nũquid mãducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorũ potabo? Sed exhibẽtur Deo tãquã ſigna interiorũ, & ſpiritualiũ operum, quæ per ſe Deus acceptat. Vnde Aug. dicit in 10. de Ciuit. Dei,* Sacrificium viſibile, inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum eſt.

Ca. 5. to. 5.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd idololatræ deridẽtur ex hoc, quod ea quæ ad homines pertinent, idolis exhibebant, non tanquã ſigna excitantia eos ad aliqua ſpiritualia, ſed tanquam per ſe eis accepta. Et præcipuè quia erant vana, & turpia.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum religio ſit idem ſanctitati.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd religio non ſit idem ſanctitati. Religio enim eſt quædam ſpecialis virtus, vt habitũ eſt*. Sanctitas autem dicitur eſſe generalis virtus. Eſt enim faciens fideles, & ſeruantes ea quę ad Deum ſunt iuſta, vt Andronicus dicit. ergo ſanctitas non eſt idem religioni.

ar. 4. huius q.

¶ 2 Præterea. Sãctitas munditiã importare vr. Dicit enim Dionyſ. 12. cap. de Diuinis nom. quod ſanctitas eſt ab omni immunditia libera, & perfecta, & omnino immacu lata mũditia. Mũditia autem maximè videtur ptinere ad tẽperantiã, quæ turpitudines corporales excludit. Cum ergo religio ad iuſtitiam pertineat, videtur quod ſanctitas nõ ſit idem religioni.

¶ 3 Præterea, Ea quę diuiduntur ex oppoſito, non ſunt idem. Sed in quadã enumeratione partium iuſtitiæ ſanctitas condiuiditur religioni, vt ſupra habitũ eſt*, ergo ſanctitas non eſt idem quod religio.

¶ SED CONTRA eſt, quod dicitur Luc. 1. Seruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia. Sed ſeruire Deo pertinet ad religionem, vt ſupra habitum eſt*. Ergo religio eſt idem ſanctitati.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd nomẽ Sãctitatis duo videtur importare. Vno quidẽ modo munditiam. Et huic ſignificationi compẽtit nomen Græcũ. Dicitur enim hagios, id eſt ſine terra. Alio modo importat firmitatẽ. Vnde apud antiquos ſancta dicebantur, quæ legibus erant munita, vt violari nõ deberent. Vnde & dicitur aliquid eſſe ſancitũ, quia eſt lege firmatũ. Poteſt etiam ſecundum Latinos hoc nomẽ Sanctus ad munditiã pertinere, vt intelligatur ſanctus quaſi ſanguine tinctus, eo q̃ antiquitus illi, qui purificari volebãt, ſanguine hoſtię tingebantur, vt Iſidorus dicit in libr. Etym*. Et vtraque ſignificatio cõpetit, vt ſanctitas attribuatur iis, quæ diuino cultui applicantur: ita quod non ſolum homines, ſed etiã templum, & vaſa, & alia huiuſmodi ſanctificari dicãtur ex hoc q̃ cultui diuino applicantur. Mũditia enim neceſſaria eſt ad hoc quod mens Deo applicetur, qa mẽs humana inquinatur ex hoc quòd inferioribus rebus cõiungitur, ſicut quælibet res ex immixtione peioris ſordeſcit, vt argẽtũ ex immixtione plũbi. Oportet autem, q̃ mens ab inferioribus rebus abſtrahatur ad hoc q̃ ſupremæ rei poſsit coniungi. Et ideo mens ſine munditia Deo applicari non poteſt. Vnde ad He. 12. dicitur, Pacem ſequimini cũ omnibus, & ſanctimoniã, ſine qua nemo videbit Deũ, in hoc conſiſtere, quòd identitas eſt realis, & rationis formalis eſſentialis, Vtraque enim reddit Deo debitum cultum. Sed differentia ſecundum rationem eſt in hoc, quòd religio directè reſpicit ea quæ ſpecialiter ad diuinum cultum pertinent, vt ſunt cæremonię, ſacrificia, oblationes, & huiuſmodi. Sanctitas autem directe reſpicit mentem, & mediante mente reſpicit & alia virtutum opera, & etiam religionis opera, ita quòd tã religionis, quàm aliarum virtutum opera reſpicit ſanctitas mediãte mẽte: quia vtitur illis, vt per illa mẽtem applicet Deo, & conſequẽter humanos actus à mẽte procedentes. Et hanc differentiam manifeſtat Autor in litera bene perſpecta: dum primo conſeñdit, quòd ſanctitas eſt per quam mẽs hominis ſeipſam, & ſuos actus applicat Deo. Et poſtmodũ dicit, quòd ſanctitas religionis aliarúmq; virtutum opera refert in Deum, ſecundum q̃ homo ſe diſponit. Et ſpecialiter quo ad religionis opera hoc declarãs ſubdit: per bona quædã opera ad cultũ diuinum pertinentia. Fuit autẽ ſpecialis ratio de religionis potius quàm aliarũ virtutum moralium operibus declarandi, quòd diſponunt hominẽ in ſe. Et hac autẽ differẽtia patet, q̃ multi ſunt religioſi, qui nõ ſunt ſancti. Omnes autẽ ſancti ſunt religioſi. Qui enim ceremoniis, ſacrificiis, & huiuſmodi vacant, religioſi vocari poſſunt: Sãcti aũt, nequaquã, niſi ſemetipſos intrinſecus per hæc duo applicent.

q. 80. art. 4.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem articuli dubiũ occurrit, quo pacto ſamnctitas, vt in litera dicitur, imperat actibus aliarum virtutum, quum dictũ ſit, quod iuſtitia legalis imperat religioni. Oportet enim imperantem virtutem ſuperiorem eſſe imperatã.

ar. 1. ad 3. & art. 3. ad 2.

¶ Ad hoc dicitur, quod manifeſtum eſt bonum religionis ex parte ſubiecti eſſe partẽ boni cõmunis, & ordinabile ad bonũ commune, & propterea iuſtitiam legalem imperare religioni. Manifeſtum rurſus eſt iuſtitiam legalem mundificare mentẽ, ac per hoc imperari poſſe à ſanctitate ad mẽtis ſanctificationem, ſicut temperantiã, & aliarum virtutum actus. Manifeſtum quoque amplius eſt, quod quilibet virtutis actus pro quanto liber eſt, poteſt ſub voto cadere, ac per hoc materia ſanctitatis, aut religionis eſſe, cuius votum eſt actus, vt infrà patet, ac per hoc imperari à ſanctitate. Ex quib⁹ ſequitur, quòd ex hoc ſolũ, quod vna virtus põt imperare actui alterius non efficaciter, arguit virtutem illã eſſe ſimpliciter priorẽ. Alio quin religio eſſet prior fide

fide: quum contingat vouere actum fidei. Contingit nanque hoc ex reflexione actuum animæ ſupra ſeipſos: & religio ſeu ſanctitas hoc ſortitur ex ſuo priore fine, qui eſt Deus, ad quem omnia multis poſſunt referri modis. Concedendum eſt igitur quòd ſanctitas imperat iuſtitiæ legali & econtra, quamuis diuerſimode. Quia iuſtitia legalis imperat in ordine ad commune bonũ, ſanctitas autem in ordine ad Deum, vt ſanctitatis finem. Et quamuis ſecundum quid hæ virtutes ſe habeant, vt excedentes, & exceſſe, ſimpliciter tamen iuſtitia legalis potior & prior videtur: tum quia totum præfertur partitum quia ex obiecto nobilitantur & ordinantur ſimpliciter virtutes. Obiectum autem iuſtitiæ legalis eſt commune bonum, ſub quo comprehenditur etiam illud particulare bonum, quod eſt religionis obiectum. Propter quod non eſt propinquius Deo vltimo fini religionis materia, ſeu obiectum, quàm iuſtitiæ legalis obiectum niſi ſicut proprium communi, aut pars totius toto: quod patet ex abuſiuam comparationem. Et propterea dictum eſt, quòd Autor non comparauit religionem iuſtitiæ legali, quum prætulit eam cæteris moralibus. quoniam nobilitas partis non condiuiditur contra nobilitatem totius, ſed alterius partis. Et ratio Autoris de approximatione maiori ad finem, non habet locum reſpectu obiecti iuſtitiæ legalis eadem ratione.

¶ *Super quæſtionis octuageſimæ ſecundæ Articulum primum.*

IN artic. primo quæſtionis octuageſimæ ſecundæ circa propriam ſignificationem deuotionis aduerte, quòd quum deuotio manifeſtè à deuouendo dicatur: & deuoueo, quod à voueo componitur, ſponte promittere Deo ſignificet, quòd principium, quod maximè in huiuſmodi promiſſionibu penſatur, eſt voluntas non quomodolibet, ſed ſic affecta, vt prompta ſit. Hinc & in lingua Latina, deuotiali-cui ſuperiori dicuntur, qui voluntate ſic affecta ei ſunt dediti, vt prompti ſint pro eo: & proprie Deum, & eos, qui quaſi loeum Dei tenent, principes & patriam, noſtri principia, reſpicere videtur. Vnde in eccleſiæ vſu, deuotio appropriata eſt iis qui ſic Deo affecti ſunt, vt promptos ſeipſos ad Deum, & ea quæ Dei ſunt, habeant. Et propterea deuotio ad ſignificandum huiuſmodi voluntatis actum, quo homo promptum ſe exhibet diuino cultui, deducta eſt: & ſumitur in propoſito.

¶ In eodem articulo dubium occurrit pro concluſione & ratione, pro quanto dicitur, quod deuotio eſt ſpecialis actus voluntatis, & quod prompta voluntas, &c. Nam quum omne nomen vnum ſignificet, vt dicitur quarto Metaphy. aut deuotio ſignificat ipſum actum voluntatis, aut qualitatem eius, puta promptitudinem. Si ſignificet actum, cum nullus actus voluntatis, niſi forte naturalis, quem conſtat non eſſe deuotionem, ſit promptus, ſed ſit ex habitu infuſo, vel acquiſito, vel inclinatione aliqua particulari promptus, ſequitur quòd deuotio non ſignificat prõptam voluntatem. Si vero ſignificet promptitudinem, quum propitutudo non ſit actus, ſed qualitas, ſeu modus actus, ſequitur quòd deuotio non ſit ſpecialis actus voluntatis.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd deuotio non ſit ſpecialis actus. Illud enim quod pertinet ad modum aliorum actuũ, non videtur eſſe ſpecialis actus. Sed deuotio vt pertinere ad modũ aliorũ actuũ. Dicitur emſecũdi Paralipom. 29. Obtulit vniuerſa multitudo hoſtias, & laudes, & holocauſta mẽte deuota. ergo deuotio nõ eſt ſpecialis act⁹.

¶ 2 Præterea, Null⁹ ſpecialis act⁹ inuenitur in diuerſis generibus actuũ. Sed deuotio inuenitur in diuerſis generibus actuum: ſcilicet in actibus corporalibus, & etiam ſpiritu. libus. Dicitur enim aliquis & deuotè meditari, & deuotè genu flectere. ergo deuotio non eſt ſpecialis actus.

¶ 3 Præterea, Omnis actus ſpecialis, aut eſt appetitiuæ, aut cognoſcitiuæ virtutis. Sed deuotio neutri earũ appropriatur, vt patet diſcurrenti per ſingulas ſpecies actuũ vtriuſq; partis, quæ ſupra enumeratæ ſũt. ergo deuotio nõ eſt ſpecialis actus.

¶ SED CONTRA eſt, quod actibus meremur, vt ſuprà habitum eſt*. Sed deuotio habet ſpecialem rationem merendi. ergo deuotio eſt ſpecialis actus.

¶ RESPONDEO dicendum, quod deuotio dicitur à deuouẽdo. Vnde deuoti dicuntur qui ſeipſos quodãmodo Deo deuouent, vt ei ſe totaliter ſubdant. Propter quod & olim apud Gentiles deuoti dicebãtur, qui ſeipſos idolis deuouebãt in mortem pro ſui exercitus ſalute: ſicut de duobus Deciis * Titus Liuius narrat. Vnde deuotio nihil aliud eſſe videtur, quam voluntas quædã promptè tradendi ſe ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. Vnde Exodi trigeſimoquinto dicitur, quòd multitudo filiorum Iſrael obtulit mente promptiſsima atque deuota primitias domino. Manifeſtum eſt autẽ quòd voluntas prompte faciendi quod ad Dei ſeruitiũ pertinet, eſt quidam ſpecialis actus. Vnde deuotio eſt ſpecialis actus voluntatis.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quod mouẽs imponit modum motui mobilis. Voluntas autem mouet aliasvires animę ad ſuos actus, & voluntas ſecundũ quod eſt finis, mouet ſeipſam ad ea quæ ſunt ad finem, vt ſupra habitũ eſt*. Et ideo cùm deuotio ſit actus voluntatis hominis offerentis ſeipſum Deo ad ei ſeruiendũ, qui eſt vltimus finis: conſequens eſt, quod deuotio imponat modum humanis actibus ſiue ſint ipſius voluntatis circa ea quæ ſunt ad finem: ſiue etiam ſint aliarum potentiarum, quæ à voluntate mouentur.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, quod deuotio inuenitur in diuerſis generibus actuum, non ſicut ſpecies illorum generum, ſed ſicut motio mouentis inuenitur virtute in motibus mobilium.

¶ Ad hoc dicitur, quod ſicut ſimitas ſignificat curuitatem, non abſolutè, ſed in certa materia ſcilicet naſo: ita deuotiõ formaliter ſignificat promptitudinem, non abſolutè, nec in quocunque actu cuiuſcunque potentiæ, ſed in actu vo luntatis, non quocunq;, ſed illo quo voluntas ſe ſuáque omnia opera in diuino cultu offert Deo. Et ſic vtrunque verum eſt, & neutrum alteri ad uerſatur diuerſimode in rellectum, quod, ſcilicet, & qualitatem, & actum importat: dum ſignificat qualitatem in tali actu ſpeciali, ſicut ſimitas curuitatem in tali ſpeciali materia. Ratio autem quæ me mouet ad hoc, eſt quia deuotio (vt in ſequenti patet articulo) eſt actus religionis. Conſtat autem, quòd ſicut religio eſt qualitas potentiæ, ita actus proprius religionis eſt qualitas actus potentiæ. Sic enĩ in aliis virtutibus vi demus, vt patet de ſcite in intellectu ſpeculatiuo & prouidere in intellectu practico, iuſtificatione in voluntate, & aliis huiuſmodi propriis actibus virtutum, quibus nomina non ſunt impoſita propria, ſed circunſoquimur eos cum nomine, vel aduerbio bonitatis aut rectitudinis, vt bona conſiliatio, recte præcipere, moderatè appetere, &c. Eſt enim videre actus proprios, virtutum qualitatem, ſeu modum ſubſtantiæ, actus potentiæ ſignificare. Et propterea ſic eſt in propoſito dicendum de deuotione.

Infra ar. 2. cor. Ea q. 82. art. 3. ad 1.

Lib. 10. Decad 1. interprin. c. & med.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem articuli aduerte, quod quum actus voluntatis reſpectu finis ſint tres, ſcilicet vel le, frui, & intendere, vt in principio quæſtionis 8. præcedentis libri patet: & deuotio, vt hic dicitur, importet actum voluntatis reſpectu finis, & ſit actus hominis offerentis ſeipſum Deo ad eius cultum: conſequens eſt, quod deuotio ſignificat illum voluntatis actum qui eſt velle, non qualitercunque. ſed vt habet, p̃ fine, ac ratione volendi Deum, & propter quod eſt ad finem, ac re volita, ſe & ſua in cultu diuino. In ſuperiori nanque libro dictum eſt quod velle eſt actus reſpectu finis, non ſolum abſolute, ſed etiam reſpectu finis poſiti in iis, quæ ſunt ad finem. Actus autem voluntatis hominis offerentis ſeipſum Deo ad eius cultum, importat huiuſmodi velle. Nam talis actus, vt in litera dicitur, eſt reſpectu finis: & claudit etiam ea quæ ſunt ad finem, ſcilicet ſeipſum quem offert, & cultum diuinum, in quo ſe offert. Sic ergo deuotio, quæ præcipuus eſt religionis actus, importat primo prompte velle diuinum honorem in noſtra exercitatione ſui cultus, & inde prouenit prompta electio opportunorum ad hoc, & propta executio conuenientium. Cuius ſignum eſt, quod perſonæ verè deuotæ, quum percipiunt aliquid eſſe pro diuino cultu agendum, promptæ adeo ſunt, vt gaudeant ſe aliquid huiuſmodi operaturas & operari.

I. 2. q. 8. art. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Ad tertium dicēdum, quod deuotio eſt actus appetitiuæ partis animę & eſt quidam motus voluntatis, vt dictum eſt*.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum deuotio ſit actus religionis.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod deuotio non ſit actus religionis. Deuotio enim, vt dictū eſt*, ad hoc ptinet, quod aliquis ſe Deo tradat. Sed hoc maximè fit per charitatē: quia vt Dionyſ. dicit quarto cap. de diuinis no. Diuin⁹ amor extaſim facit, non ſinens amantes ſui ipſorum eſſe: ſed eorū quæ amant. ergo deuotio magis eſt actus charitatis quàm religionis.

¶2 Præterea, Charitas præcedit religionem, deuotio autem videtur præcedere charitatem: quia charitas in Scripturis ſignificatur per ignem, deuotio vero per pinguedinem, quæ eſt ignis materia. ergo deuotio non eſt actus religionis.

¶3 Præterea, Per religionē homo ordinatur ſolùm ad Deum, vt dictū eſt*. Sed deuotio etiā habetur ad homines. Dicūtur enim aliqui eſſe deuoti aliquibus ſanctis viris. Et etiā ſubditi dicuntur eſſe deuoti dominis ſuis: ſicut Leo Papa dicit*, ꝙ Iudæi quaſi deuoti Romanis legibus dixerūt, Non habemus Regem niſi Cęſarem. ergo deuotio non eſt actus religionis.

¶ SED CONTRA eſt, quia deuotio à deuouendo dicitur, vt dictum eſt*. Sed votum eſt actus religionis. ergo & deuotio.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ ad eandem virtutē pertinet velle facere aliquid, & promptam voluntatē habere ad illud faciendū: quia vtriuſque actus eſt idem obiectū. Propter quod vt Philoſ. dicit in quinto Ethic*. iuſtitia eſt, qua volunt homines, & operātur iuſta. Manifeſtum eſt autē ꝙ operari ea, quæ pertinent ad diuinum cultū ſeu famulatū, pertinet propriè ad religionē: vt ex prædictis patet. Vnde etiam ad eam pertinet habere promptam volūtatem ad huiuſmodi exequenda, quod eſt eſſe deuotum: & ſic patet, quòd deuotio eſt actus religionis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad charitatē pertinet immediatè ꝙ homo tradat ſeipſum Deo, adhærendo ei ꝑ quandam ſpiritus vnionē. Sed quod homo tradat ſeipſum Deo ad aliqua opera diuini cult⁹, hoc immediatè pertinet ad religionem: mediatè autem ad charitatem, quæ eſt religionis principium.

¶ Ad ſecūdū dicendum, quòd pinguedo corporalis & generatur per calorē naturalē digerentem, & ipſū calorem naturalem conſeruat, quaſi ei⁹ nutrimentū. Et ſimiliter charitas & deuotionē cauſat in quantū ex amore aliquis redditur promptus ad ſeruiendū amico: & etiā per deuotionē charitas nutritur: ſicut & quęlibet amicitia cōſeruatur, & augetur per amicabiliū operū exercitiū, & meditationē.

¶ Ad tertiū dicendū, quòd deuotio quæ habetur ad ſāctos Dei mortuos, vel viuos, nō terminatur ad ipſos, ſed trāſit in Deū, inquantū ſcilicet in miniſtris Dei Deum veneramur. Deuotio autem quā ſubditi dicūtur habere ad dominos temporales, alteri⁹ eſt rationis: ſicut & tēporalib⁹ dominis famulari differt à famulatu diuino.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum contemplatio, ſeu meditatio ſit deuotionis cauſa.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd cōtemplatio, ſeu meditatio ſit deuotionis cauſa. Nulla enī cauſa impedit ſuum effectum. Sed ſubtiles meditationes intelligibilium multoties deuotionem impediunt. ergo contemplatio, ſeu meditatio nō eſt deuotiōis cauſa.

¶2 Prętereā, Si contēplatio eſſet propria, & per ſe deuotionis cauſa, oporteret, ꝙ ea quę ſunt altioris cōtēplationis, magis deuotionem excitarent. Hui⁹ autem contrarium apparet. Frequenter enim maior deuotio excitatur ex conſideratione paſſionis Chriſti, & aliis myſteriis humanitatis ipſius, quàm ex conſideratione diuinę magnitudinis. ergo contemplatio non eſt propria deuotionis cauſa.

¶3 Prętereā, Si cōtemplatio eſſet propria cauſa deuotionis, oporteret, quod illi q ſunt magis apti ad cōtemplationē, eſſent etiam magis apti ad deuotionē, cuius contrariū videmus, quia deuotio frequenter magis inuenitur in quibuſdā ſimplicib⁹ viris, & in fœmineo ſexu, in qb⁹ inuenitur contemplationis defect⁹: ergo contēplatio non eſt propria cauſa deuotionis.

¶ SED CONTRA eſt, ꝙ in Pſalm. 38. dicitur, In meditatione mea exardeſcet ignis. Sed ignis ſpiritualis cauſat deuotionem. ergo meditatio eſt deuotionis cauſa.

¶ RESPONDEO dicendum, quod cauſa deuotiōis extrīſeca & principalis De⁹ eſt, de quo dicit Ambr. ſuper Lucā*, quòd Deus, quos dignatur vocat, & quē vult religioſū facit: & ſi voluiſſet, Samaritanos ex indeuotis deuotos feciſſet. Cauſa autē intrinſeca ex parte nr̄a oportet ꝙ ſit meditatio, ſeu cōtemplatio. Dictū eſt enim quod deuotio eſt quidam volūtatis act⁹ ad hoc quòd homo prōpte ſe tradat ad diuinū obſequiū. Omnis autem actus volūtatis ex aliqua cōſideratione procedit, eò quòd bonū intellectū eſt obiectū volūtatis. Vnde & Aug. dicit ī lib. de Tri. ꝙ volūtas oritur ex intelligētia. Et ideo neceſſe eſt quòd meditatio ſit deuotiōis cauſa, inquātū ſcilicet homo per meditationē concipit, quòd ſe tradat diuino obſequio. Ad qđ quidē inducit duplex conſideratio. Vna qdē quæ eſt ex parte diuinæ bonitatis, & beneficiorū ipſi⁹, ſecūdū illud Pſal. 72. Mihi adhærere Deo bonū eſt: & ponere in Domino Deo ſpē meā. Et hæc conſideratio excitat dilectionē, quæ eſt ꝓxima deuotionis cauſa. Alia vero eſt ex parte hominis cōſiderantis ſuos defect⁹, ex quib⁹ indiget, vt Deo innitatur, ſecūdū illud Pſal. 120. Leuaui oculos meos in mōtes, vnde veniet auxiliū mihi. Auxiliū meū à Domino, qui fecit cœlum & terram. Et hæc conſideratio excludit præſumptionem, per quam aliqs impeditur, ne Deo ſe ſubiiciat, dum ſuæ virtuti innititur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod cōſideratio eorū quæ nata ſunt dilectionem Dei excitare, deuotionem cauſant. Conſideratio verò quoruncunque ad hoc non pertinentium, ſed ab eis mentem diſtrahentium, impedit deuotionem.

¶ Ad ſecūdū dicendū, ꝙ ea quæ ſunt diuinitatis, ſunt ſecūdū ſe maximè excitātia dilectionē, & ꝑ cōſequēs deuotionē, qa De⁹ eſt ſuper omnia diligēd⁹. Sed ex debilitate mētis humanę eſt, quod ſicut indiget manuductione ad cognitionē diuinorū: ita ad dilectionē ꝑ aliqua ſenſibilia nobis nota, inter quæ præcipuū eſt humanitas Chriſti, ſecūdū quod in prefatione dicitur. Vt dū viſibiliter Deū cognoſcimus, per hunc in inuiſibiliū amorē rapiamur. Et ideo ea quæ pertinēt ad Chriſti humanitatem per modum cuiuſdam manuductionis, maximè deuotionem

in corp. art.

¶ *Super quæſtionis Octuageſimæ ſecundæ Articulum ſecundum.*

IN articul. 2. eiuſdem quęſt. in reſponſione ad primū aduerte, quòd quū charitas ſit amor amicitiæ ad Deum, & religio ſit honoratiua Dei: ideo diuerſarū rationū ſunt vniones earūm ad Deū. Propter quod charitas per ſeipſum vnit mentem Deo per vnionem ſpiritus, hoc eſt voluntatis: ita quod habētis charitatem & Dei, ſit vnum velle vno vitali impulſu, quem ſignificat ſpiritus. Eodem ſiquidē vitali impulſu mouetur, habēs charitatem vt ſic, quo voluntas Dei amici ſe mouet. Vnde ſcriptū eſt. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. Eadem quoque charitas mediante religione, vt ſanctitas eſt, applicat mētem Deo vt ſubditā, honorando & propter mētem, cętera ad honorem & cultum Dei. Mediante vero religione, vt religio eſt, applicat hominem ad ipſa opera diuini cultus, vt in litera dicitur: & prius declaratum fuit.

¶ In reſponſione ad tertium in eodem articulo habēs explicite diſtinctam ſignificationem alterius rationis in ſpeciali huius nominis, deuotio, ab ea qua vtimur in propoſito: nec altera earū eſt impropria. Nec eſt propterea nomen æquiuocum: ſed potius analogum. Proportionaliter nanque ad Deum & dominos voluntas ſic affecta ſe habet in diuerſo famulatu.

¶ *Super quæſtionis octuageſimæ ſecundæ articulum tertium.*

IN artic. tertio eiuſdē quæſt. 82. nota cauſas deuotionis intrinſecas, duas ſcilicet, alteram ex parte meditationis Dei, & beneficiorum ſuorū, alteram, ex parte meditationis propriorum defectuum. In prima ſunt bonitas, miſericordia, charitas, &c. Dei erga hominem, & me, beneficiaque creationis ad imaginem ſuā, redemptionis, beaptiſmi, inſpirationū, vocationum per ſe vel alios, expectationis ad pœnitentiā, Euchariſtię, præſeruatiōis à tot periculis animæ & corporis, angelicæ cuſtodiæ & reliquorum beneficiorum ſingulariū. In ſecūda ſūt defectus culpæ, & pœnę tā in præterito quàm in præſēti, labilitas ad peccandum, diſſipatio proprię ſubſtantiæ, aſſuefaciendo cogitatus & voluntates & inclinationes aliarum ſuarum virium ad malum, habitatio in regione longinqua ab amicitia & conuerſatione diuina, peruerſitas affectus magis temporalia, quàm ſpiritualia commoda, vel incommoda ſentientis, nuditas à virtutibus, vulnera ignorantiæ, malitię, infirmitatis, & concupiſcentiæ, vincula manuum & pedū. operum ſcilicet & affectuū, in tenebris, in fœtoribus, & amaritudinib⁹ eſſe, nec horrere: vocem paſtoris interius non agnoſcere: & quod omnibus peius eſt, Deū pro inimico & hoſte totiens elegiſſe mortaliter peccando, & propterea tantam eidem iniuriam feciſſe, vt pro Deo refutatus ſit, factuſq; noſter Deus ſit vēter aut pecunia, aut delectatio, &c. Ex huiuſmodi nāque meditationibus, quæ quotidianæ eſſe debent religioſis, & ſpiritualibus perſonis, omiſſo vocaliū orationum multiloquio volūtario, deuotio, aliæque conſequenter gignūtur virtutes: nec religioſi, aut religioſæ, ſeu ſpiritualis etiam nomine vocari poteſt, qui ſaltem ſemel in die ad huiuſmodi ſe non tranſfert. Quomodo nāque effectus abſq; cauſa, finis abſque medio, inſularia portus abſque nauigatione haberi neqt: ſic nec religio in actu, abſque frequentatis actibus ſuarū cauſarum, mediorum ac vehiculorum.

¶ In reſponſione ad tertium attende, ꝙ ſicut remouēs prohibens ponitur cauſa occaſionalis motus, vt auferens colūnā eſt cauſa occaſionalis motus grauiū ſuperpoſitorum deorſum, & auferens obſtaculum aquæ eſt cauſa fluxus eiuſdem: ita ſimplices & mulieres cauſam in ſe habent deuotionis: quia ſcilicet non hn̄t prohibens deuotionem, ſcilicet timorem de ſeipſis. Et qa non ponentibus obicem Deus dat gratiam: ideo Eccleſia fœmineū ſexū deuotum appellat. Non eſt ergo in culpa ſcientia doctorum, nec in laude imperfectio muliebris. ſed abuſus ſcientiæ in magnificando ſe & rectus vſus imperfectionis in non eleuando ſe: Quo longè melior eſſet rectus vſus perfectionis, vt ſcilicet & eam haberet, & ex ea non ſe magnificaret: vt ipſe Autor tam eminentis doctrinę faciebat.

Infrà qō. 83 art. 3. ad 1. & art. 5. co. Et q. 104. ar. 3. ad 1.
*Ar. præ.
Art. 1 q. præc.
Serm. 8. de Paſſ. circa. princip.
*ar. præc.
Cap. 1.
Q. præc. ar. 4. & 7.
Infra art. 4. cor. Et 4. diſt. 15 q. 4 ar. 3. qō. 2. cor. Et mal. q. 11. art. 1. ad. 7.
Art. 1.
Lib. 4. cap. 8.

tionem excitant, cùm tamen deuotio principaliter circa ea quæ ſunt diuinitatis conſtat.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd ſcientia & quicquid aliud ad magnitudinē pertinet, occaſio eſt, quòd homo cōſideret de ſeipſo, & ideo non totaliter ſe Deo tradat. Et inde eſt quòd huiuſmodi quandoque occaſionaliter deuotionē impediunt. Et in ſimplicibus & mulieribus deuotio abundat, elationē comprimendo. Si tamen ſcientiam & quācūque aliam perfectionem homo perfectè Deo ſubdat, ex hoc ipſo deuotio augetur.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum lætitia ſit deuotionis effectus.*

art. præc.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quod lætitia non ſit deuotionis effectus. Quia, vt dictum eſt*, paſſio Chriſti præcipuè ad deuotionem excitat. Sed ex eius conſideratione conſequitur in anima quædam afflictio ſecundum illud Thren. 3. Recordare paupertatis meæ, abſinthij & fellis. quod pertinet ad paſſionem. Et poſtea ſubditur. Memoria memor ero: & tabeſcet in me anima mea. ergo delectatio ſiue gaudium non eſt deuotionis effectus.

¶2 Præterea, Deuotio præcipuè conſiſtit in interiori ſacrificio ſpiritus. Sed in Pſal. 50. dicitur ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus. ergo afflictio magis eſt deuotionis effectus, quàm iucunditas, ſiue gaudium.

¶3 Præterea, Gregor. Niſſen⁹ dicit in lib. de Homine*, ꝙ ſicut riſus procedit ex gaudio: ita lacrymæ & gemitus ſunt ſigna triſtitiæ. Sed ex deuotione contingit, quòd aliqui prorumpant in lachrymas. ergo lætitia vel gaudium non eſt deuotionis effectus. (Cap. 12.)

¶ SED CONTRA eſt quod in collecta dicitur, Quos ieiunia votiua caſtigant, ipſa quoque deuotio ſancta lætificet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd deuotio per ſe quidē & principaliter ſpiritualem lætitiam mentis cauſat: ex conſequenti autē, & per accidens cauſat triſtitiam. Dictū * eſt enim quod deuotio ex duplici cōſideratiōe procedit. (ar. præc.) Principaliter quidem ex conſideratione diuinæ bonitatis: qa iſta conſideratio pertinet quaſi ad terminum motus volūtatis, tradentis ſe Deo. Et ex iſta conſideratione per ſe quidem ſequitur delectatio, ſecundum illud Pſal. 76. Memor fui Dei, & delectatus ſum. Sed per accidens hæc conſideratio triſtitiam quandam cauſat in iis, qui nondū plenè Deo fruuntur, ſecundum illud Pſal. 41. Sitiuit anima mea ad Deū fōtē viuū. & poſtea ſequitur, Fuerūt mihi lachrymæ meę, &c. Secūdariò verò cauſatur deuotio, vt dictum eſt*, ex cōſideratione propriorum defectuū. (ar. præc.) Nā hæc conſideratio pertinet ad terminum à quo homo per motum voluntatis deuotæ recedit, vt ſcilicet nō in ſe exiſtat, ſed Deo ſe ſubdat. Hæc autē conſideratio econuerſo ſe habet ad primam. Nam per ſe quidem nata eſt triſtitiā cauſare, recogitando proprios defectus. Per accidens autē lætitiam, ſcilicet propter ſpē diuinæ ſubuentionis. Et ſic patet quòd ad deuotionē primo & per ſe conſequitur delectatio: ſecundariò autem & per accidens triſtitia, quæ eſt ſecundum Deum.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd in conſideratione paſsionis Chriſti eſt aliquid quod contriſtet, ſcilicet defectus humanus: propter quem tollēdum Chriſtum pati oportuit: & eſt aliquid quod lætificet, ſcilicet Dei erga nos benignitas, quæ nobis de tali liberatione prouidit.

¶ Ad ſecūdū dicendū, quòd ſpiritus, qui ex vna parte contribulatur propter pręſentis vitæ defectus, ex alia parte condelectatur ex cōſideratione diuinæ bonitatis, & ex ſpe diuini auxilij.

¶ Ad tertium dicendū, quòd lachrymę procedunt non ſolū ex triſtitia, ſed etiam ex quadam affectus teneritudine, præcipue cùm cōſideratur aliquid delectabile cum permixtione alicui⁹ triſtabilis: ſicut ſolent homines lachrymari ex pietatis affectu cùm recuperant filios, vel charos amicos, quos æſtimauerant ſe ꝑdidiſſe. Et per hūc modū lacrymę ex deuotione procedūt.

QVÆSTIO OCTVAGESIMA tertia, de Oratione, in ſeptemdecim articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de oratione.

¶ Et circa hoc quæruntur decem & ſeptem. ¶ Primò, vtrum oratio ſit actus appetitiuæ virtutis, vel cognitiuæ. ¶ Secundò, vtrum ſit conueniens orare Deum. ¶ Tertiò, vtrum oratio ſit actus religionis.

¶ Quartò, vtrum ſolus Deus ſit orandus. ¶ Quintò, vtrū in oratione ſit aliquid determinate petendum. ¶ Sextò, vtrum orando debeamus temporalia petere.

¶ Septimò, vtrum pro aliis orare debeamus. ¶ Octauò, vtrum debeamus orare pro inimicis.

¶ Nono, de ſeptem petitionibus orationis dominicæ.

¶ Decimò, vtrum orare ſit proprium rationalis creaturæ.

¶ Vndecimò, vtrum Sancti in patria orent pro nobis. ¶ Duodecimò vtrum oratio debeat eſſe vocalis. ¶ Decimo tertiò, vtrum attentio requiratur ad orationē. ¶ Decimò quartò, vtrū oratio debeat eſſe diuturna. ¶ Decimo quīto, vtrū oratio ſit efficax ad impetrādū qđ petitur. ¶ Decimo ſextò, vtrū ſit meritoria. ¶ Decimoſeptimò, de ſpeciebus orationis.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum oratio ſit actus appetitiuæ virtutis.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd oratio ſit actus appetitiuæ virtutis. Orationis enim eſt exaudiri. Sed deſiderium eſt quod exauditur à Deo, ſecundum illud Pſal. 9. Deſiderium pauperū exaudiuit Dominus. ergo oratio eſt deſiderium. Sed deſideriū eſt act⁹ appetitiuæ virtutis. ergo & oratio.

¶2 Pręterea, Dionyſ. dicit ī 3. cap. de diui. no. Ante omnia ab oratiōe īcipere eſt vtile, ſicut Deo noſipſos tradentes & vniētes. Sed vnio ad Deum per amorem fit, qui pertinet ad vim appetitiuam. ergo oratio ad vim appetitiuam pertinet.

¶3 Pręterea, Philoſo. in tertio de Anima*, ponit duas operatiōes ītellectiuę partis: quarum prima eſt indiuiſibiliū intelligētia: ꝑ quam ſcilicet apprehēdim⁹ de vnoquoq; qđ eſt. Secūda vero eſt cōpoſitio & diuiſio, per quā ſcilicet apprehēditur aliquid eſſe, vel nō eſſe, quib⁹ tertio additur ratiocinari, procedēdo ſcilicet de notis ad ignota. Sed oratio ad nullā iſtarū operationū reducitur. ergo non eſt actus intellectiuæ virtutis, ſed appetitiuæ.

¶ SED CONTRA eſt quod Iſid. dicit in lib. Etymol*. quod orare idē eſt ꝙ dicere. Sed dictio pertinet ad intellectū. ergo oratio non eſt actus appetitiuæ virtutis, ſed intellectiuæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quod ſecūdū Caſsiodorū*, oratio dicitur quaſi oris ratio. Ratio autē ſpeculatiua, & practica in hoc differunt, quòd rō ſpeculatiua eſt apprehenſiua ſolū rerū: ratio vero practica eſt, nō ſolū apprehēſiua, ſed ēt cauſatiua. Eſt autē aliquid alterius cauſa dupliciter. Vno quidē modo perfectè neceſſitatem inducendo: & hoc contingit quādo effectus totaliter ſubditur poteſtati cauſæ. Alio verò modo īperfecte ſolum diſponendo: quando ſcilicet effect⁹ non ſubditur poteſtati cauſæ totaliter. Sic ergo & ratio dupliciter eſt cauſa aliquorum. Vno quidem modo ſicut neceſſitatem imponens. Et hoc modo ad rationē pertinet non ſolū imperare inferioribus potentiis & membris corporis, ſed etiā hominibus & ſubiectis: quod quidē fit imperando. Alio modo ſicut inducēs, & quodammodo diſponēs. Et hoc modo ratio petit aliquid fieri ab iis, qui ei non ſubiiciuntur, ſiue ſint æquales, ſiue ſint ſuperiores. Vtrumque aūtem horum, ſcilicet imperare & petere, ſiue deprecari, ordinationem quandā importāt, prout ſcilicet homo diſponit aliquid per aliud eſſe faciendum. Vnde pertinent ad rationem, cuius eſt ordinare. Propter quod Philoſoph⁹ dicit in primo Ethic*. quòd ad optima deprecatur oratio. Sic autem nunc loquitur de oratione, prout ſignificat quandam deprecationem, vel petitionem, ſecundum quòd Auguſtinus dicit de verbis Domini, quòd oratio petitio

¶ *Super quæſtionis octuageſimæ ſecundæ Articulum quartum.*

IN articulo 4. eiuſdem 82. quęſt. aduerte quod hinc habes ꝙ non ſunt deuotæ perſonæ quæ cōmuniter triſtes ac ſylueſtres neſciunt cōuerſari cum aliis, niſi perturbentur, aut diſſoluantur. Nā deuotæ pſonæ ſunt hilares, lætæ in animo ſuo non ſolum ex principali cauſa (vt in litera dicitur) ſed ex ſecundaria, ſcilicet conſideratione propriorū defectuū. Nam triſtitia earum eſt ſecūdū Deum, & eam comitatur gaudium, ſecundum illud Aug. Doleat, & de dolore gaudeat. Propter quod de ſanctis legimus, quòd læti hilareſque erant, & merito, vt pote inchoantes in terris cæleſtem conuerſationem.

qō. 3. 21. art. 2. Et 4 diſt. 15. q. 4. ar. 1. q. 1. & q. 2. cor. & ad. 2.

¶ *Super quæſtionis octuageſimæ ſecundæ articulum primum.*

Tex. 31.
D. 758.

IN articulo 1. quæſt. 83. aduerte diligenter, ꝙ licet Orationis nomen plures ſignificationes habeat, & aliter apud Grāmaticos & aliter apud Rhetores, & aliter apud Theologos ſumatur, vt de ſe patet: non ideo Autor etymologiā Caſſiodori, quæ etiam eſt Hieronymi, attulit, vt ſignificationem ſuper etymologiam fundaret, ſed vt ex illa occaſionem haberet ingreſſus ad diſtinctionem orationis ſpeculatiuæ, & practicę, & ex earum officiis vnā manifeſtam orationis ſignificationem, quæ eſt ad propoſitū, ſcilicet pro petitione, ſeu deprecatione, locaret in proprio ſubiecto, ac per hoc reſponderet quęſito. Habes igitur ex hoc loco quid nominis: quia ſignificat petitionē. Habes & quodammodo quid rei: qa petitio eſt actus rationis practicę, quo homo diſpoſitiuè ordinat aliquid per aliū agendum. Per has enim particulas diſtinguitur ab actibus appetitus & rationis ſpeculatiuæ, & aliis actibus rationis practicæ: vt facile eſt diſcurrere per eoſdem. Memento tamen hic, quod quia ratio practica ab appetitu mouetur & petitio in ratione practica ſe habet vt concluſio vltima, ſicut imperium: propter quod ſicut oportet præconſiliari & iudicare de præcipiēdis, & vltimo præcipere: ita oportet præconſiliari, & iudicare de petendis, & tandem petere: ideo petitio eſt actus rationis, vt ſubeſt voluntati, ſicut imperium. Et propterea oratio attribuitur vtrique, ſcilicet intellectui, & voluntati: & voluntas in culpa eſt, quum ab oratione debita deficit.

Lib. 10. cap. 4. & 14.
In Pſal. 38. non longe a fine.
Cap. vlt. to 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ In eodem articulo est aliud singulariter notã dum, scilicet, quod oratio est in genere causæ efficientis, dispositiue tamen. Ex hoc nãque habes quòd quum Deum oramus pro re aliqua, non solum mentes nostras Deo offerimus, ac appropinquam⁹ eidem, sed etiam causas apponimus efficiendis petitis. Propterqd merito non orans vt debet, priuatur optatis, sicut negligens cultor, priuatur fructu horti, agri &c. vt infrà patet in litera.

Sermone. 5. Li. 3. ca. 24.

1. 1. q. 82. ar. 4. & 1. 2. q. 9. art. 1. ad 3. & q. 82. ar. 1. ad 1.

¶ In responsione ad secundum eiusdẽ articuli nota primo, quod hinc habes quod supra diximus in quæstione. 81. art. 5. de religione secundum se, vel imperata ab alia virtute. Et quod imperata à charitate, ad Deum terminatur, vt obiectũ non secũdum se. Habes nanque qp petere Deum sortitur oratio ex charitatis imperio: & simile est in aliis.

¶ Nota secundò, quod oratio duplicem ex parte petentis vnitatem requirit ad Deum: alterã communem. Et hæc est vnitas amicitiæ, quam facit charitas. Et propter hanc inferius ponetur inter conditiones orationis infallibilis amicitia charitatis. Alteram subſtantialem, quam facit ipsa oratio: & hæc est vnitas applicationis qua mens seipsã, & sua exhibet Deo in famula tu, & cultu affectuum, precum, meditationũ, & exteriorũ actionum. Per hanc enim vnitatẽ indiuiſus est secundum cultum, & famulatum à Deo, dum qs orat. Sicut quum alicui seruit, indiuiſus est secundum seruitium ab illo.

Lib. 3. ca. 24.

In corp. art.

4. dist. 15. q. 4. art. 1. q. 3. & veri. q. 5. art. 2. cor. & opuſ. 3. ca. 255.

¶ *Super quæſtionis octuageſimæ tertiæ Articulum ſecundum.*

IN articulo secundo multa essent dicenda si materia hæc ex integro repetenda esset. Sed quoniam in primo libro de prædestinatione & prouidentia sãctis dictum est, & inde hęc pendent, transeundum est in hoc morali opere. Considerata tamen, & attende quanta agantur Christiani ſtultitia, qui in cæceris effectibus media natura aut arte speratis, conantur, vt mediæ adhibeantur causę, alioquin cenſent vanã esse expectationem. In orationum autem fructibus procurandis somniant, tanquam orationes inter causas non sint, aut inter remotas valde sint. Quo fit vt somniantes in causis nil percipiamus in fructibus.

Lib. 2. de benefic. ca 1. circa fi.

¶ In responsione ad tertium eiusdẽ articuli ad quærtę, quod Autor quia in corpore articuli reddiderat causam essentialem necessitatis oratio quædam est. Et Damaſ*. dicit in tertio libro, quòd oratio est petitio decentium à Deo. Sic ergo patet quòd oratio, de qua nunc loquimur, est rationis actus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod desiderium pauperum dicitur Dominus exaudire: vel quia desiderium est causa petendi: cùm petitio quodammodo sit desiderij interpres: vel hoc dicitur ad ostendendum exauditionis velocitatem, quia scilicet dum adhuc aliquid in desiderio pauperum est, Deus exaudit antequam orationem proponant, secundum illud Isa. 65. Erit que, ante quam clament, ego exaudiam.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut supra dictum est*, voluntas mouet rationẽ ad suum finem. Vnde nihil prohibet mouente voluntate, actum rationis tendere in finẽ charitatis, q est Deo vniti. Tendit autem oratio in deum, quasi à voluntate charitatis mota dupliciter. Vno quidem modo ex parte eius quod petitur: quia hoc præcipuè est in oratione petendum, vt Deo vniamur, secũdum illud. Psal. 26. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Alio modo ex parte ipsius petentis, quem oportet accedere ad eum à quo petit, vel loco sicut ad hominem, vel mente sicut ad Deum. Vnde dicit ibidem, quod quando orationibus inuocamus Deum, reuelata mente adsumus ipsi. Et secũdum hoc etiam Damaſ*. dicit quod oratio est ascensus mentis in Deum.

¶ Ad terrium dicendum, quòd illi tres actus pertinent ad rationem speculatiuam. Sed vlterius ad rationem practicam pertinet causare aliquid per modum imperij, vel per modum petitionis, vt dictum est*.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum sit conueniens orare.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur qp non sit conueniens orare. Oratio enim videtur esse necessaria ad hoc, quod intimemus ei, à quo petimus, id quo indigemus. Sed sicut dicitur Matth. 6. Scit pater vester, quia his omnibus indigetis. ergo non est conueniens deum orare.

¶ 2 Præterea, Per orationem flectitur animus eius qui oratur, vt faciat quod ab eo petitur. Sed animus Dei est immutabilis, & inflexibilis, secundum illud primi Regum 15. Porro triumphator in Israel non parcet, nec pœnitudine flectetur. ergo non est conueniens, quod deum oremus.

¶ 3 Præterea, Liberalius est dare aliquid nõ peręti, quàm dare peręti: quia sicut Seneca dicit*. Nulla res carius emitur: quã quæ precibus empta est. Sed deus est liberalissimus. ergo non videtur esse conueniens, quod deum oremus.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Lucæ 18. Oportet semper orare, & non deficere.

¶ RESPONDEO dicendum, quod triplex fuit circa orationem antiquorum error. Quidã enim posuerunt, quod res humanæ non reguntur diuina prouidentia: ex quo sequitur, quod vanũ sit orare, & omnino deum colere. Et de his dicitur Malach. tertio. Dixistis, vanus est qui seruit deo. Secunda fuit opinio ponentium omnia etiam in rebus humanis ex necessitate contingere, siue ex immutabilitate diuinæ prouidentiæ, siue ex necessitate stellarum, siue ex connexione causarum. Et secundum hos etiã excluditur orationis vtilitas. Tertia fuit opinio ponentium quidem res humanas diuina prouidentia regi, & qp res humanæ non proueniunt ex necessitate, sed dicebant similiter dispositionẽ diuinæ prouidentiæ variabilẽ esse, & quod orationibus, & aliis quæ ad diuinum cultũ pertinent dispositio diuinæ prouidẽtiæ immutatur. Hæc aũt omnia in primo libro* impbata sunt. Et ideo oportet sic inducere orationis vtilitatẽ, vt neque rebus humanis diuinæ prouidẽtię subiectis necessitatem imponamus, neque etiam diuinã dispositionẽ mutabilẽ estimemus. Ad huius ergo euidentiã considerandum est, quod ex diuina prouidentia non solũ disponitur qui effectus fiant, sed etiam ex quibus causis, & quo ordine, pueniãt. Inter alias autem causas sunt etiam quorũdã causæ act⁹ humani: vnde oportet homines agere aliqua non vt per suos actus diuinam dispositionem immutent, sed vt per act⁹ suos impleant quosdam effectus secundum ordinem à deo dispositum. Et idem etiam est in naturalibus causis. Et simile est etiam de oratione. Non enim propter hoc oramus vt diuinam dispositionem immutemus, sed vt id impetremus, quod Deus disposuit per orationes Sanctorum esse implendum, vt scilicet homines postulãdo mereãtur accipere quod eis De⁹ omnipotẽs ante secula disposuit donare, vt Gregor. dicit in libr. Dialogorum*.

Lib. 1. ar. 8.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, qp non est necessariũ nos Deo preces porrigere, vt ei nostras ſdigẽtias, vel desideria manifestem⁹, sed vt nosipsi cõsideremus in his ad diuinũ auxiliũ esse recurrẽdum.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut dictũ est*, oratio nostra nõ ordinatur ad immutationem diuinæ dispositionis, sed vt obtineatur nostris precibus quod Deus disposuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus nobis multa præstat ex sua liberalitate, etiam non petita: sed quod aliqua vult præstare nobis petentibus, hoc est propter nostram vtilitatem, vt scilicet fiduciam quandam accipiamus recurrẽdi ad Deũ, & vt recognoscamus eum esse bonorum nostrorum Autorem. Vnde Chryſostomus * dicit, Considera quanta est tibi concessa felicitas, quanta gloria attributa, orationibus fabulari cum Deo, cum Christo miscere colloquia, optare quod velis, quod desideras postulare.

In corp. ar.

6. ex Lib. 2. de orando Deum. non longe à princip.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum oratio sit actus religionis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod oratio non sit actus religionis: Religio enim, cùm sit pars iustitiæ, est in voluntate sicut in subiecto. Sed oratio pertinet ad partem intellectiuã, vt ex supradictis patet*. Ergo oratio non videtur esse actus religionis, sed doni intellectus, per quod mens ascendit in Deum.

¶ 2 Præterea, Actus latriæ cadit sub necessitate præcepti. Sed oratio non videtur cadere sub necessitate præcepti, sed ex mera voluntate procedere, cùm nihil aliud sit quàm volitorum petitio. Ergo oratio non videtur esse religionis actus.

Infrà art. 15. corp. et 4. dist. 15. q. 4. art. 1. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 2. Art. 1. huius q.

¶ 3 Præterea, Ad religionem pertinere videtur, vt quis diuinæ naturæ cultũ cæremoniamque afferat. Sed oratio non videtur aliquid Deo afferre, sed magis aliqd obtinendum ab eo petere. Ergo oratio non est religionis actus.

¶ SED CONTRA est, qđ dicitur in Psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Vbi dicit gloſſ. qp in huius figurã in veteri lege incensum dicebatur offerri in odorem suauem Domino. Sed hoc pertinet ad religionẽ. Ergo oratio est religionis actus.

Q. 81. ar. 2. & 4.

¶ RESPONDEO dicendum, qp sicut suprà dictũ est*, ad religionẽ, ꝓpriè pertinet reuerentiam, & honorem Deo exhibere: & ideo omnia illa per quæ Deo reuerentia exhibetur, pertinẽt ad religionem. Per orationem autem homo Deo reuerentiam exhibet, inquantum scilicet ei se subiicit, & profitetur orando se eo indigere, sicut autore suorum bonorum. Vnde manifestum est quod oratio est propriè religionis actus.

D. 77. Art. 1. huius q. ad 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, qp voluntas ꝺmouet alias potentias animæ in suum finem, sicut suprà dictũ est*. Et ideo religio, quæ est in voluntate, ordinat actus aliarum potentiarum ad Dei reuerentiam. Inter alias autem potentias animæ intellectus altior est, & voluntati propinquior. Et ideo post deuotionem, quæ pertinet ad ipsam voluntatem, oratio, quę pertinet ad partem intellectiuã, est præcipua inter actus religionis per quam religio intellectum hominis mouet in Deum.

¶ Ad secundum dicendum, quod nõ solum petere quæ desideramus, sed etiam rectè aliquid desiderare sub præcepto cadit. Sed desiderare quidem cadit sub præcepto charitatis, petere autẽ sub præcepto religionis. Quod quidẽ preceptum ponitur Matthæi sexto, vbi dicitur, Petite & accipietis.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd orando tradit homo mẽtem suam Deo, quam ei per eue rentiam subiicit, & quodammodo præsentat, vt patet ex autoritate Dionysij prius inducta*. Et ideo sicut mens humana præeminet exterioribus, & corporalibus membris, vel exterioribus rebus quæ ad Dei seruitium applicantur, ita etiam oratio præeminet aliis actibus religionis.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum solus Deus debeat orari.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod solus Deus debeat orari. Oratio enim est actus religionis, vt dictum est*. Sed solus Deus est religione colendus. Ergo solus Deus est orandus.

*4. dist. 15. q. 4. ar. 5. q. 1. Et di. 38. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 4. * ar. præ.*

¶ 2 Præterea, Frustra porrigitur oratio ad eum, qui orationem non cognoscit. Sed solius Dei est orationem cognoscere. Tũ quia plerunque oratio magis agitur interiori actu, quem solus Deus cognoscit, quàm voce, secundum illud quod Apostolus dicit primæ ad Corinth. 14. Orabo spiritu, orabo & mente. Tum etiam quia vt Aug*. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda, Nesciunt mortui etiam sancti quid agant viui, etiam eorum filij. ergo oratio non est nisi Deo porrigenda.

¶ 2 Præterea. Si aliquibus Sanctis oratione porrigimus, non est nisi inquantũ sũt Deo coniuncti. Sed quidã in hoc mundo viuentes vel in purgatorio etiam existentes sunt multũ Deo coniuncti per gratiã. Ad eos autem non porrigitur oratio. Ergo nec ad Sanctos, qui sunt in Paradiso, debemus orationem porrigere.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Iob 5. Voca si est qui tibi respondeat: & ad aliquem Sanctorum conuertere.

¶ RESPONDEO dicendum, quod oratio porrigitur alicui dupliciter. Vno modo quasi per ipsũ impleda. Alio modo sicut per ipsum impetrãda. Primò quidẽ modo soli Deo oratione porrigimus: qa omnes orationes nostræ ordinari debẽt ad gratiam, & gloriam consequendam, quæ solus Deus dat, secũdũ illud Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Sed secundario modo orationem porrigim⁹ sanctis angelis, & hominibus, nõ vt per eos Deus nostras petitiones cognoscat, sed vt eorum precibus & meritis oratio nes nostræ sortiantur effectum. Et ideo dicitur Apoc. 8. quod ascendit fumus incẽſorum de orationibus Sanctorum de manu angeli corã Deo. Et hoc etiã patet ex ipso modo, quo Ecclesia vtitur in orãdo. Nam à sancta Trinitate petimus, vt nostri misereatur: ab aliis autẽ Sanctis quibuscunque petimus vt orent pro nobis.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd illi soli impendimus orando religionis cultum, à quo quærimus obtinere quod oramus: quia in hoc protestamur eum bonorum nostrorum autorem: non autẽ eis, quos requirimus quasi interpellatores nostros apũd Deum.

¶ Ad secundum dicendum, qp mortui ea, quæ in hoc mundo agũtur, cõsiderata eorum natura conditione, nõ cognoscũt, & præcipuè interiores mot⁹ cordis. Sed beatis, vt Gregor. dicit in 12. Moral*. in verbo manifestatur illud, quod decet eos cognoscere de his, quæ circa nos agũtur, etiam quantum ad interiores motus cordis. Maximè autem excellentiam eorum decet, vt cognoscant petitiones ad eos factas, vel voce vel corde. Et ideo petitiones quas ad eos dirigimus, Deo manifestante, cognoscunt.

¶ Ad tertium dicendũ, quod illi qui sunt in hoc mundo, aut in purgatorio, nõdum fruuntur visiõe Verbi, vt possint cognoscere ea quę nos cogitamus vel dicimus. Et ideo eorum suffragia nõ imploramus orando, sed à viuis petimus colloquẽdo.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum in oratione debeamus aliquid determinatè à Deo petere.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd in oratione nihil determinatè à Deo petere debeamus: quia vt Damaſ*. dicit, Oratio est petitio decẽtium à Deo. Vnde inefficax est oratio, per quam petitur id quod non expedit. Secundum illud Iacobi 4. Petitis & nõ accipitis, eo quòd male petatis. Sed sicut dicitur Rom. 8. Quid oremus, sicut oportet, nescimus. Ergo non debemus aliquid orando determinatè petere.

¶ 2 Præterea, Quicunque aliquid determinatè ab alio petit, nititur voluntatem ipsius inclinare ad faciendũ id quod ipse vult. Non autem ad hoc tendere debem⁹ vt Deus velit quod nos volumus, sed magis vt nos velimus quod ipse vult, vt dicit gloſſa super illud Psal. 32. Exultate iusti in domino. Ergo nõ debemus aliquid determinatè a Deo in oratione petere.

*4. dist. 15. q. 4. ar. 4. q. 1 & opuſ. 3. cap. 140. * Lib. 3. ca. 24.*

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ tertiæ articulum quartum.*

IN articulo quarto dubium occurrit circa rationem in litera redditam, quare solus Deus debet orari? quia scilicet omnes orationes nostræ ordinari debent ad gratiam, & gloriam consequendam, quam solus Deus dat. Dupliciter nanque dicere videtur. Primò in veritate assumpti, quia multa licitè potest homo desiderare, & facere absque ordine ad consecutionem gloriæ, vt patet de desideriis, & operibus commoditatum corporalium, salutis patriæ, honoris parentis, & huiusmodi apud constitutos immortali peccato, & infideles, &c. Quicquid autem potest desiderari licitè, potest quoque licitè in oratione peti. Secundò, in illatione, quoniam dato, quòd finis omnium orationum sit gloria à solo Deo donabilis, multa tamen quæ sunt media ad talem finem, effici possunt ab aliis à Deo, vt patet de instructione, custodia, & aliis huiusmodi.

art. 1. arg. 2.

¶ Ad hoc dicitur, quod ratio vertum in primis assumit per se loquendo de oratione fidelium. Ad cuius euidentiam scito, quod oratio tripliciter inuenitur, scilicet ordinata, inordinata priuatiuè, & inordinata contrariè. Oratio ordinata est sola illa, quæ ordinatur ad supremum omnium appetibilium, quod beatitudo æterna est. Et ratio est: quia primum in vnoquoque ordine est causa omnium quæ sunt post. Ac per hoc supremum appetibilium est causa finalis omnium appetibilium. Et propterea omnes petitiones debent ordinari ad talem finem. Et quia orationes fidelium à religione, & fide procedunt, ordinatæ ad suprẽmum supernaturalem finem, quem respiciunt proportionabiliter: ideo verum est per se loquendo, quòd omnes orationes fidelium ordinantur ad gloriam æternam. Et de his loquitur litera. Oratio vero inordinata priuatiuè est, quæ caret ordine ad finem vltimum charitatis: vt quum quis in peccato mortali orat pro sanitate corporis, nihil curans an expediat ad vitam æternam an contrarietur eidem. Et huiusmodi orationum habitum intentum quandoque est maximum malum. Et sunt communes secundum genus suum fidelibus, & infidelibus. Nec merentur orationes dici simpliciter: quia nec sunt simpliciter actus religionis, vt pote ad ipsius ordinem non attinentes. Oratio autẽ inordinata contrariè, est petitio habens aliquid contrarium vitæ ecclesiasticæ, vt orare pro vindicta, vel pro alio malo. Et hæc non orationes, sed execrationes sunt, & c. litera autem de iis, quæ per se sunt, tantum loquitur. Illatio quoque efficax comprobatur: quoniam licet multa conducentia ad vitam æternam possint absolutè, secundum se effici à creaturis, vt tamen habent rationem mediorum ad vitam ęternam, à solo Deo, qui nouit eorundem hanc orationẽ, sicut numerum electorum, fieri possunt. Si enim Pauli Apostoli angelus ab Angelo Satanę eum custodisset, contra salutem Pauli operatus esset. Et simile est de aliis. Intendit ergo Autor quod quasi soliusDei est dare gloriam æternam, & media vt sic ad gloriam: ideo oratio quæ ad gloriam ordinatur, soli Deo porrigenda est, vt per ipsum implenda.

¶ 3 Præterea, Ad religionem pertinere videtur, vt quis diuinæ naturæ cultũ cæremoniamque afferat. Sed oratio non videtur aliquid Deo afferre, sed magis aliqd obtinendum ab eo petere. Ergo oratio non est religionis actus.

¶ SED CONTRA est, qđ dicitur in Psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conſpectu tuo. Vbi dicit gloſſ. qp in huius figurã in veteri lege incensum dicebatur offerri in odorem suauem Domino. Sed hoc pertinet ad religionẽ. Ergo oratio est religionis actus.

Q. 81. ar. 2. & 4.

¶ RESPONDEO dicendum, qp sicut suprà dictũ est*, ad religionẽ, ꝓpriè pertinet reuerentiam, & honorem Deo exhibere: & ideo omnia illa per quæ Deo reuerentia exhibetur, pertinẽt ad religionem. Per orationem autem homo Deo reuerentiam exhibet, inquantum scilicet ei se subiicit, & profitetur orando se eo indigere, sicut autore suorum bonorum. Vnde manifestum est quod oratio est propriè religionis actus.

D. 77. Art. 1. huius q. ad 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, qp voluntas ꝺmouet alias potentias animæ in suum finem, sicut suprà dictũ est*. Et ideo religio, quæ est in voluntate, ordinat actus aliarum potentiarum ad Dei reuerentiam. Inter alias autem potentias animæ intellectus altior est, & voluntati propinquior. Et ideo post deuotionem, quæ pertinet ad ipsam voluntatem, oratio, quę pertinet ad partem intellectiuã, est præcipua inter actus religionis per quam religio intellectum hominis mouet in Deum.

¶ Ad secundum dicendum, quod nõ solum petere quæ desideramus, sed etiam rectè aliquid desiderare sub præcepto cadit. Sed desiderare quidem cadit sub præcepto charitatis, petere autẽ sub præcepto religionis. Quod quidẽ preceptum ponitur Matthæi sexto, vbi dicitur, Petite & accipietis.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd orando tradit homo mẽtem suam Deo, quam ei per eue rentiam subiicit, & quodammodo præsentat, vt patet ex autoritate Dionysij prius inducta*. Et ideo sicut mens humana præeminet exterioribus, & corporalibus membris, vel exterioribus rebus quæ ad Dei seruitium applicantur, ita etiam oratio præeminet aliis actibus religionis.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum solus Deus debeat orari.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod solus Deus debeat orari. Oratio enim est actus religionis, vt dictum est*. Sed solus Deus est religione colendus. Ergo solus Deus est orandus.

*4. dist. 15. q. 4. ar. 5. q. 1. Et di. 38. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 4. * ar. præ.*

¶ 2 Præterea, Frustra porrigitur oratio ad eum, qui orationem non cognoscit. Sed solius Dei est orationem cognoscere. Tũ quia plerunque oratio magis agitur interiori actu, quem solus Deus cognoscit, quàm voce, secundum illud quod Apostolus dicit primæ ad Corinth. 14. Orabo spiritu, orabo & mente. Tum etiam quia spiritu, orabo & mente. Tum etiam quia vt Aug*. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda, Nesciunt mortui etiam sancti quid agant viui, etiam eorum filij. ergo oratio non est nisi Deo porrigenda.

¶ 2 Præterea. Si aliquibus Sanctis oratione porrigimus, non est nisi inquantũ sũt Deo coniuncti. Sed quidã in hoc mundo viuentes vel in purgatorio etiam existentes sunt multũ Deo coniuncti per gratiã. Ad eos autem non porrigitur oratio. Ergo nec ad Sanctos, qui sunt in Paradiso, debemus orationem porrigere.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Iob 5. Voca si est qui tibi respondeat: & ad aliquem Sanctorum conuertere.

¶ RESPONDEO dicendum, quod oratio porrigitur alicui dupliciter. Vno modo quasi per ipsũ impleda. Alio modo sicut per ipsum impetrãda. Primò quidẽ modo soli Deo oratione porrigimus: qa omnes orationes nostræ ordinari debẽt ad gratiam, & gloriam consequendam, quæ solus Deus dat, secũdũ illud Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Sed secundario modo orationem porrigim⁹ sanctis angelis, & hominibus, nõ vt per eos Deus nostras petitiones cognoscat, sed vt eorum precibus & meritis oratio nes nostræ sortiantur effectum. Et ideo dicitur Apoc. 8. quod ascendit fumus incẽſorum de orationibus Sanctorum de manu angeli corã Deo. Et hoc etiã patet ex ipso modo, quo Ecclesia vtitur in orãdo. Nam à sancta Trinitate petimus, vt nostri misereatur: ab aliis autẽ Sanctis quibuscunque petimus vt orent pro nobis.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd illi soli impendimus orando religionis cultum, à quo quærimus obtinere quod oramus: quia in hoc protestamur eum bonorum nostrorum autorem: non autẽ eis, quos requirimus quasi interpellatores nostros apũd Deum.

¶ Ad secundum dicendum, qp mortui ea, quæ in hoc mundo agũtur, cõsiderata eorum natura conditione, nõ cognoscũt, & præcipuè interiores mot⁹ cordis. Sed beatis, vt Gregor. dicit in 12. Moral*. in verbo manifestatur illud, quod decet eos cognoscere de his, quæ circa nos agũtur, etiam quantum ad interiores motus cordis. Maximè autem excellentiam eorum decet, vt cognoscant petitiones ad eos factas, vel voce vel corde. Et ideo petitiones quas ad eos dirigimus, Deo manifestante, cognoscunt.

¶ Ad tertium dicendũ, quod illi qui sunt in hoc mundo, aut in purgatorio, nõdum fruuntur visiõe Verbi, vt possint cognoscere ea quę nos cogitamus vel dicimus. Et ideo eorum suffragia nõ imploramus orando, sed à viuis petimus colloquẽdo.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum in oratione debeamus aliquid determinatè à Deo petere.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd in oratione nihil determinatè à Deo petere debeamus: quia vt Damaſ*. dicit, Oratio est petitio decẽtium à Deo. Vnde inefficax est oratio, per quam petitur id quod non expedit. Secundum illud Iacobi 4. Petitis & nõ accipitis, eo quòd male petatis. Sed sicut dicitur Rom. 8. Quid oremus, sicut oportet, nescimus. Ergo non debemus aliquid orando determinatè petere.

¶ 2 Præterea, Quicunque aliquid determinatè ab alio petit, nititur voluntatem ipsius inclinare ad faciendũ id quod ipse vult. Non autem ad hoc tendere debem⁹ vt Deus velit quod nos volumus, sed magis vt nos velimus quod ipse vult, vt dicit gloſſa super illud Psal. 32. Exultate iusti in domino. Ergo nõ debemus aliquid determinatè a Deo in oratione petere.

*4. dist. 15. q. 4. ar. 4. q. 1 & opuſ. 3. cap. 140. * Lib. 3. ca. 24.*

ſtras: & ſic ipſi orarent pro nobis. Maior mihi videtur hæc Eccleſiæ autoritas quàm cuiuſquam doctoris. Propter quod ſic eſſe credo. Cum quo tamen ſtat, ꝙ nouis illuminationib⁹ cognoſcat quid circa ſuos clientulos agendum, aut, quid ſimpliciter orãdum pro eis ſit: ita quod ipſas orationes vident ipſa Verbi viſione. An autem hoc expediat quod petitur, aut quomodo implendum ſit, & an deo hoc placeat, & huiuſmodi, ſecũdo modo diſcũt. Et propterea Eccleſia Deum rogat, vt faciat Sanctos orare pro nobis dicens, Tribue quæſumus, Domine omnes Sanctos tuos iugiter pro nobis orare. Nam videntes Sancti orationes noſtras, neſciunt, ſi orandus eſt Deus ſimpliciter pro illa petitione, vt dictum eſt.

¶ Super

¶3Præterea, Mala à Deo petenda nõ ſũt: ad bona autem Deus nos inuitat. Fruſtra autem ab aliquo petitur, ad quod accipiendũ inuitatur. Ergo nõ eſt determinatè aliquid à Deo in oratione petendum.

¶SED CONTRA eſt, quod Domin⁹ Matth.6. & Luc.11. docuit diſcipulos determinatè petere ea quæ continentur in petitionibus orationis Dominicæ.

¶RESPONDEO dicendum, quod ſicut Maximus Valerius refert*, Socrates nihil vltra petendum à diis immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent: quia hi demum ſcirẽt quid vnicuique eſſet vtile. Nos autem plerunque id votis expetimus, quod nõ impetraſſe melius foret. Quæ quidem ſententia aliqualiter vera eſt, quantum ad illa quæ poſſũt malum euentum habere: quibus etiam homo poteſt malè & bene vti. Sic diuitiæ, quæ, vt ibidem dicitur, multis exitio fuere. Honores etiam complures peſſũdederunt: regna, quorum exitus ſæpe mirabiles cernuntur: ſplendida coniugia, quæ nonnunquam funditus domos euertunt. Sunt tamen quædam bona, quibus homo malè vti non poteſt, quæ ſcilicet malum euentum habere non poſſunt. Hæc autem ſunt quibus beatificamur, & quibus beatitudinem meremur, quæ quidem Sancti orando abſolutè petunt, ſecundũ illud 79. Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Et iterũ 118. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum.

Li.7.c.2. tit. Extra de Socrate philoſopho.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet homo ex ſe ſcire non poſsit quid orare debeat: Spiritus tamen, vt ibidem dicitur, in hoc adiuuat infirmitatem noſtram, quòd inſpirando nobis ſancta deſideria rectè poſtulare nos facit. Vnde Dominus dicit Ioan. 4. quòd veros adoratores adorare oportet in ſpiritu & veritate.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd cùm orando petimus aliqua; quæ pertinent ad noſtram ſalutem, conformamus voluntatem noſtram voluntati Dei: de qua dicitur primæ ad Timoh. 2. quòd vult omnes homines ſaluos fieri.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſic ad bona Deus nos inuitat, quòd ad ea non paſsibus corporis, ſed piis deſideriis, & deuotis orationibus accedamus.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum homo debeat temporalia petere à Deo orando.*

4.di.15.q.4.art.5.q.2.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd homo non debeat temporalia petere à Deo orando. Quæ enim orando petimus, quærimus. Sed temporalia non debemus quærere. Dicitur enim Matth.6. Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis, ſcilicet temporalia, quæ non quærenda dicit, ſed adiicienda quæſitis. Ergo temporalia non ſunt in oratione à Deo petenda.

¶2Præterea Nullus petit niſi ea, de quibus eſt ſolicitus. Sed de temporalibus ſolicitudinem habere non poſſumus, ſecundum quod dicitur Matth. 6. Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis. Ergo temporalia petere non debemus orando.

¶3 Præterea, Per orationem noſtram mens debet eleuari in Deum. Sed petendo temporalia deſcendit ad ea, quæ infra ſe ſunt, contra id quod Apoſtolus dicebat ſecundæ ad Corinth. 4. Non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Ego non debet homo temporalia in oratione à Deo petere.

¶4Prętcrea. Homo non debet petere à Deo, niſi bona & vtilia: ſed quandoque temporalia habita ſunt nociua, non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam temporaliter. Ergo non ſunt in oratione à Deo petenda.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur Prouer.30. Tribue tantum victui meo neceſſaria.

Epi. 121 cap. 4. 5. & 12. to. 2.

¶RESPONDEO dicendum, quod ſicut Auguſt. dicit ad Probã, de orando Deum*, Hoc licet orare, quod licet deſiderare. Temporalia autem licet deſiderare: non quidem principaliter, vt in eis finem conſtituamus, ſed ſicut quædam adminicula, quibus adiuuamur ad tendendum in beatitudinem, inquantum ſcilicet per ea vita corporalis ſuſtentatur: & inquantum nobis organice deſeruiunt ad actus virtutum. Vt etiam Philoſophus dicit in primo Ethicorum*. Et ideo pro temporalibus licet orare. Et hoc eſt quod Auguſt. dicit ad Probam*, quòd ſufficientiam vitæ non indecenter vult, quiſquis eam vult, & non amplius: quæ quidem non appetitur propter ſeipſam, ſed propter ſalutem corporis & congruentem habitum perſonæ hominis, vt non ſit inconueniens eis cum quibus viuendum eſt. Iſta ergo cum habentur, vt teneantur: cùm non habentur, vt habeantur orandum eſt.

cap.8.to.5 *Cap.6. epiſt. 121. to.2.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ temporalia non ſunt quęrenda principaliter, ſed ſecundario. Vnde Aug. dicit in lib. de ſermone Domini in monte*. Cùm dixit illud, primò quærendum eſt, ſcilicet regnum Dei, ſignificauit, quia hoc, ſcilicet temporale bonum, poſterius quærendum eſt, non tempore, ſed dignitate: illud tanquam bonum noſtrum, hoc tanquam neceſſarium noſtrum.

Lib.2.ca.24 to.4.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod non quælibet ſolicitudo rerum temporalium eſt prohibita, ſed ſuperflua & inordinata, vt ſuprà habitum eſt*.

Qõ.55. ar.6.

¶ Ad tertium dicendum, quod quando mens noſtra intendit temporalib⁹ rebus, vt in eis quieſcat, remanet in eis depreſſa. Sed quando intendit eis in ordine ad beatitudinem conſequendam, non ab eis deprimitur, ſed magis eleuatur ſurſum.

¶ Ad quartum dicendum, quod ex quo non petimus temporalia tanquam principaliter quæſita, ſed in ordine ad aliud, eo tenore à Deo petimus ipſa, vt nobis cõcedantur ſecundum quod expediunt ad ſalutem.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum debeamus pro aliis orare.*

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quod non debeamus pro aliis orare. In orando enim ſequi debemus formam, quam Dominus tradidit. Sed in oratione Dominica petitiones pro nobis facimus, non pro aliis dicentes, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, &c. ergo non debemus pro aliis orare.

3.q.21.ar.3.ad 3. et 4.diſt.15. q.4.ar.4. q.3.

¶2Præterea, Ad hoc oratio fit vt exaudiatur. Sed vna de conditionibus, quæ requiruntur ad hoc ꝙ oratio ſit exaudibilis, eſt vt aliquis oret pro ſeipſo, vnde ſuper illud Ioã.16. Si quid petieritis patrem meum in nomine meo, dabit vobis. Aug.* dicit. Exaudiuntur omnes pro ſeipſis, non autem pro omnib. Vnde nõ ſimpliciter dictũ eſt, dabit, ſed dabit vobis. ergo videtur, ꝙ non debeamus pro aliis orare, ſed ſolùm pro nobis.

Tra. 102 non longe à princip.

¶3Præterea, Pro aliis, ſi ſint mali, prohibemur orare, ſed ſecundum illud Hierem.7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te: pro bonis autem non oportet orare: quia ipſi pro ſeipſis orantes exaudiuntur. ergo videtur quod non debeamus pro aliis orare.

¶SED CONTRA eſt, quod dicitur Iac.5. Orate pro inuicem, vt ſaluemini.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt,* illud debemus orando petere, quod debemus deſiderare. Deſiderare autem debemus bona nõ ſolùm nobis, ſed etiam aliis. Hoc enim pertinet ad rationem dilectionis, quam proximis debemus impẽdere: vt ex ſupradictis patet*. Et ideo charitas hoc requirit, vt pro aliis orem⁹. vnde Chryſoſt. dicit ſuper Matt.* Pro ſe orare neceſsitas cogit: pro altero autem charitas fraternitatis. Dulcior autem ante Deum eſt oratio, non quam neceſsitas trãſmittit, ſed quã charitas fraternitatis commendat.

Art.præ. *Q.25.& 26* ** Hom. 14. in opere imper. circ. prin. to.2.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut Cyprianus dicit in lib. de oratione Dominica,* ideo non dicimus, Pater meus, ſed noſter: nec da mihi, ſed da nobis, quia vnitatis Magiſter noluit priuatim precem fieri: vt ſcilicet quis pro ſe tantũ precetur. Vnum enim orare pro omnibus voluit, quoniam in vno omnes ipſe portauit.

¶ Ad'ſecundum dicendum, ꝙ pro ſe orare ponitur conditio orationis, non quidem neceſſaria ad effectum merendi, ſed ſicut neceſſaria ad indeficientiam impetrandi. Contingit enim quandoque ꝙ oratio pro alio facta non impetrat, etiam ſi fiat piè & perſeueranter & de pertinentibus ad ſalutem, propter impedimentum quod eſt ex parte eius, pro quo oratur: ſecundum illud Hiere.15. Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. Nihilominus tamen oratio meritoria erit oranti, qui ex charitate orat, ſecundum illud Pſ.34. Oratio mea in ſinu meo conuertetur. gl. Id eſt, etſi non eis proſit: ego tamen non ſum fruſtratus mea mercede.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ etiam pro peccatoribus orandum eſt, vt conuertantur: & pro iuſtis vt perſeuerent, & proficiant.

Orantes

¶ *Super quæſtionis octuageſimæ tertiæ Articulum octauum.*

OMiſſis articulis quinto, ſexto, ſeptimo, in octauo eiuſdem. 83. quæſtio. articulo dubium occurrit ſimpliciter & ad hominem circa illa verba. Vel ſi veniam peteret. Ad hominẽ quidẽ: quia ſuperius in quæſtio.25. articulo 7.& 8. vbi de dilectione inimicorum tractatum eſt, ſolus neceſſitatis articulus exceptus eſt. Hic autem vltra neceſſitatem, excipitur petitio veniæ. Quo modo ſtant hæc ſimul? Simpliciter verò quia regula generalis eſt ꝙ pręcepta affirmatiua licet obligent ſemper, non tamen obligãt ad ſemper operandum, ſed ſolo neceſſitatis tempore. Quomodo ergo nunc contra tempus neceſſitatis diſtinguitur tempus petitionis veniæ; Et augetur dubium, quia non apparet ad quem actũ dilectionis in ſpeciali teneatur hic ꝓpter hoc, quod immicus petit ab eo veniam. Nam ſi ego diligo in communi inimicum, nec in ſpeciali eũ odio habeo: & quum petit veniam, ego non teneor illi remittere pœnam, quã de iure debet, ad quem nouum actũ obligor ex illius petitione? Si dicatur, vt vulgo dicitur, ꝙ debeo parcere quo ad offenſam, hoc nihil aliud eſt quam eũ non habere odio, non velle ei malũ, quod à principio habui. Modo autem quærimus nouum actum poſitiuũ, ad quem teneatur tempore petitionis veniæ. Si dicatur quod tenetur ei loqui, mirum eſt ꝙ melioris ſit conditionis inimicus petens veniam, quàm is qui nunquã me offendit. Iſti enim petenti quodcunque à me, nõ teneor reſpondere extra articulũ neceſſitatis, & illi tenebor? Minus conſona hęc rationi videntur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cùm communiter offenſi homines malam habeant voluntatem contra inimicos ſuos, ſi huic præſumptioni communi adiungatur in ſpeciali quòd inimico pententi veniam non annuit, probabilis, aut violenta opinio fit, quòd malam habet voluntatem contra inimicum, ac per hoc & petenti veniam datur occaſio recidiuæ inimicitiæ, ex quo locum venię non inuenit, & alij ſcandalum. Vnde ipſa petitio veniæ tempus determinat quo charitas debet neceſſario exire in actũ manifeſtationis cordis ſui erga inimicum. Et ſic tempus petitionis veniæ eſt tempus neceſſitatis. Sed vt concordes ſcripturas, diſtingue de neceſſitate, quæ eſt multiplex. Quædã ex parte indigentiæ perſonæ, vt paſcere fame morientem, & huiuſmodi. Quædam ex parte occurrentium conditionum, vt corrigere fratrem habendo probabilem cognitionem quòd inde liberabitur à peccato. Et licet omnes huiuſmodi neceſſitates comprehendantur ſub tempore neceſſitatis, quando dicitur quod præcepta affirmatiua non obligant niſi tempore neceſſitatis, vna tamen quandoque diſtinguitur contra aliam alicubi. Et ſic accidit in præſenti litera. Vnde nulla eſt ſimpliciter controuerſia, vt ex nunc declaratis patet Et ſimiliter nulla'eſt inter doctoris dicta contrarietas: quia hic neceſſitatem ex parte indigentiæ perſonæ diſtinxit contra neceſſitatem ex parte conditionum occurrentium. Superius autem ſub articulo neceſſitatis omnem neceſſitatis modum comprehendit. Cuius ſignum eſt, quod hoc in loco dicit hanc doctrinam eſſe eandem cum ſupradicta, dicens, Vt ſupra habitum eſt in tractatu de charitate.

¶ In reſponſione ad primum habes latiſſimum campũ interpretandi ſacram Scripturã quo ad imprecationes: & ſimul modos quibus a ppetitu recto aliorum mala nobis complacere poſſunt. Nã dẽpta prima expoſitione, quæ optatiuũ pro enuntiatiuo interpretatur, fiat pro fiet, reliqæ ad effectũ conſentientis malo proximi ſpectant. Secunda quidẽ mala, pro correctione hominũ, ac per hoc pro vtilitate correctorũ vel cõmuni, vult. Tertia verò mala, pro deſtructione regni peccati vult. Quarta aũt mala, pro iuſtitia diuina vult. Et eſt ſermo ſemper de malo pœnæ. Et eſt hæc diſtinctio ſumenda penes id, quod directe reſpicitur à petenre ſeu operante.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem, ſcito nouitie, ꝙ Sanctos petere ratione vindictã, eſt paſſiones ſuas, quæ ſunt ratio vltionis, patentes habere. Hoc enim modo ſanguis Abel clamabat ratione. Effuſus enim patenter fraternus ſanguis, ratio erat vltionis.

¶ In reſponſione ad tertium intellige per vnicã cauſã omnes alias licitas cauſas impugnandi inimicos. Non enim ſolum vt cõuertãtur à peccatis: ſed propter alias cauſas eſt licitum, vt patet ſuperius de bello. Et eadẽ eſt ratio de omnibus ad hoc vt oratio & operatio non contrarientur. Veruntamen licet oratio & operatio nõ debeant contrariari, poteſt tamen locũ habere oratio, vbi non põt locũ habere operatio. Licet eñ orando cuilibet propter commune bonum petere mortem hereſiarchæ vel tyrãnizãtis, nõ tamẽ licet cuilibet occidere illũ. Quicquid ergo licet alicui operari licet illi orare, ſed non eſt econtra.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ tertiæ Articulum nonum.*

IN articulo 9 eiuſdem quæſtionis aduerte ꝙ primæ tres petitiones orationis dominicæ aliter poſſunt ordinari quo ad principale deſideratũ, vt omnes tres ſpectent principaliter ad amorẽ quo Deũ in ſeipſo diligimus. Secundariò aũt ad amorẽ quo nos in Deo diligimus. In cuius ſignũ in ſingulis triũ ponitur pronomen, tuum: in reliqs quatuor pronomen noſtri. Et ſic prima petit eleuationẽ ſtabilẽ diuini nominis cum effectu. Secunda, ꝙ ipſe regnet cũ effectu: nõ diabolus, nõ caro, nõ mund⁹, nõ peccatum. Tertia, quod ſua impleatur voluntas cum effectu. Hæc enim nunc non adſunt Deo niſi ſecundũ quid, propter tot peccata, & occultationẽ adimpletionis eo modo, quo implentur. Et hoc quod in ſingulis dictũ eſt cũ effectu, intelligitur per illum ſubiunctiuum modum, Sicut in cœlo & in terra: quia ſingularum triũ eſt modus, ita quod rectũ noſtrũ deſiderium primo ad hoc tendit, hoc optat, hoc petit, quaſi ipſius Dei bonũ, vt ipſe ſuo nomine ſanctificetur, id eſt ſuper omnia ſtabiliter eleuetur, ſicut in cælo, ita & in terra, vt ipſe regnet, non peccatum: ſicut in cælo, ita & in terra, vt ipſius voluntas non aliena quæcunque fiat ſicut in cælo & in terra: in quibus tamen eiſdem petitionibus noſtra bona ſpiritualia maxima ſecundario petimus, vt in litera exponitur. Ordinantur autem inter ſe hę tres ſic, quia primo nomen, ſecundo re

3.diſ.34. q.1.arc.6. Et opuſ. 3.c. 254. vſque fin

Orantes tamẽ nõ pro omnibus peccatorib⁹ exaudiũtur, ſed pro quibuſdã. Exaudiuntur enim pro prædeſtinatis, non aũt pro præſcitis ad mortẽ. Sicut etiã correctio qua fratres corrigim⁹, effectũ habet in prædeſtinatis, nõ in reꝓbatis, ſecũdũ illud Eccleſ.7. Nemo põt corrigere quẽ De⁹ deſpexerit. Et ideo dr̃.1. Ioã.5. Qui ſcit fratrẽ ſuũ peccare pctõ non ad mortẽ, petat, & dabit ei vita peccãti peccatũ nõ ad mortẽ. Sed ſicut nulli quãdiu viuit hic, ſubtrahẽdũ eſt correctionis beneficiũ, quia nõ poſſumus prædeſtinatos diſtinguere à reprobatis, vt Aug. dicit ĩ lib. de correctiõe & gratia*, ita etiã nulli eſt denegandũ oratiõis ſuffragiũ. Pro iuſtis etiam eſt orandum triplici ratione. Primò quidem, quia multorũ preces facilius exaudiũtur. Vnde ſuper illud Ro.15. Adiuuetis me in oratiõibus veſtris, dicit gl*. Bene rogat Apoſtol⁹ minores ꝓſe orare. Multi eni minimi dũ cõgregãtur vnanimes, fiũt magni & multorũ preces impoſsibile eſt ꝙ nõ ĩpetrẽt illud, ſcilicet qđ eſt impetrabile. Secũdò, vt ex multis gratia agatur Deo de beneficiis quę cõferũtur iuſtis: quę etiã in vtilitatẽ multorũ vergũt, vt patet p Apoſtolũ 2. ad Corint. 1. Tertiò vt maiores nõ ſuperbiãt, dũ cõſiderant ſe minorum ſuffragiis indigere.

Cap.15. to.7. *Ex Amb. ibidem.*

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrum debeamus pro inimicis orare.*

3.di.30. arti.2. cor Et virt. q.3.art.8. cor.fin.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quod nõ debeamus ꝓ inimicis orare: quia vt dicitur Rõ.15. Quæcũque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſũt. Sed in ſacra Scriptura ĩducũtur multę imprecationes cõtra inimicos. Dicitur eñi in Pſa.6. Erubeſcãt & cõturbentur omnes inimici mei: conuertantur & erubeſcant valde velociter. Ergo & nos debemus orare contra inimicos noſtros magis quàm pro eis.

¶2Pręterea, Vindicare de inimicis, in malũ inimicorũ cedit: ſed Sãcti vindictã de inimicis petunt, ſecũdũ illud Apoc.6. Vſquequo non vindicas ſanguinem noſtrũ de iis qui habitãt in terra? Vnde & de vindicta impiorum lætantur, ſecundum illud Pſal.57. Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam. Ergo non eſt orandum pro inimicis, ſed magis contra eos.

¶3Præterea, Operatio hominis & ei⁹ oratio non debent eſſe contraria. Sed homines quandoque licitè impugnãt inimicos, alioquin omnia bella eſſent illicita: quod eſt contra ſupradicta*. Ergo nos non debemus orare pro inimicis.

q.40.ar.1.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur Matthæi 5. Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.

Art.præc.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ orare ꝓ alio, charitatis eſt, ſicut dictũ eſt*. vnde eodẽ mõ quo tenemur diligere inimicos, tenemur ꝓ inimicis orare. Qualiter autẽ teneamur inimicos diligere, ſupra habitũ eſt* in tractatu de charitate, vt ſ. ĩ eis diligam⁹ naturã, nõ culpã. Et quod diligere inimicos ĩ generali ẽ in pręcepto, in ſpeciali autẽ nõ eſt in præcepto, niſi ſecundũ præparationem animi: vt ſ. homo eſſet parat⁹ ẽt ſpecialiter inimicũ diligere, & eũ iuuare in neceſsitatis articulo, vel ſi veniã peteret. Sed in ſpeciali abſolutè inimicos diligere, & eos iuuare, pfectiõis eſt. Et ſimiliter neceſsitatis ẽ, vt in cõmunib⁹ noſtris orationib⁹ quas ꝓ aliis facim⁹, inimicos nõ excludam⁹. Quod autẽ ꝓ eis ſpecialiter orem⁹, pfectiõis ẽ, nõ neceſsitatis, niſi in aliquo caſu ſpeciali.

Q.25.ar.6.8.& 9.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ imprecationes, quę in ſacra Scriptura ponuntur, quadrupliciter poſſunt intelligi. Primo modo ſecundũ ꝙ Prophetæ ſolẽt in figura imprecãtis futura prędicere, vt Aug. dicit ĩ libro de Sermone Domini in mõte*. Secũdo, prout quædã temporalia mala peccatoribus quandoque à Deo in correctionẽ mittũtur. Tertio, quia intelliguntur petere non contra ipſos homines, ſed contra regnum peccati, vt ſcilicet correctiõe hominum peccata deſtruantur. Quarto, conformando voluntatem ſuam diuinæ iuſtitiæ circa damnationem perſeuerantium in peccato.

lib.·. cap. 42.to. 4.

¶ Ad ſecundũ dicendũ, quod ſicut in eodem libro Aug. dicit*, Vindicta martyrũ eſt vt euertatur regnũ peccati, quo regnãte tanta perpeſsi ſũt. Vel ſicut dicitur ĩ lib. de quæſtionib⁹ veteris & noui teſtamẽti, poſtulant ſe vindicari, nõ voce, ſed rõne, ſicut ſãguis Abel clamauit de terra: lętãtur autem de vindicta, non propter eam, ſed propter diuinam iuſtitiam.

*Cap. 45. & lib. 2. de quæſt. Euã. cap 45. to. 4. *Cap. vel. q.68.to.4 inter opera Aug.*

¶ Ad tertium dicendũ, quod licitũ eſt impugnare inimicos, vt cõpeſcãtur à peccatis: quod cedit in bonum eorũ & aliorũ. Et ſic etiã licet orãdo petere aliqua temporalia mala inimicorũ, vt corrigãtur, & ſic oratio & operatio nõ erunt cõtraria.

ARTICVLVS IX.

¶ *Vtrum conuenienter ſeptem petitiones orationis Dominicæ aſsignentur.*

AD NONVM ſic proceditur. Videtur ꝙ incõuenienter ſeptem petitiones oratiõis Dominicæ aſsignẽtur. Vanũ eñ eſt petere ſãctificari illud quod ſemp eſt ſanctũ. Sed nomẽ Dei ſẽper eſt ſanctũ, ſecundũ illud Luc.1. Sanctum nomẽ eius. Regnũ etiã eius eſt ſẽpiternũ, ſecũdũ illud Pſ.144. Regnũ tuũ Domine, regnũ omniũ ſeculorũ. Voluntas ẽt Dei ſẽper ĩpletur, ſecũdum illud Iſa.46. Omnis volũtas mea fiet. Vanũ ergo ẽ petere ꝙ nomen Dei ſanctificetur, quòd regnũ eius adueniat, quòd voluntas eius fiat.

¶2 Præterea, Prius eſt recedere à malo, quã cõſeq bonũ. Incõuenięter ergo vide

gaum, tertio ad nutum executio desideratur.

¶ Super quæstionis octuagesime tertie articulum nodecimum.

IN artic. vndecimo. præ termisso decimo, dubiũ occurrit simpliciter & ad hominẽ, quo pacto Hieremias qui tempore Machabęorũ nõ erat in patria sed in limbo patrum orabat pro Hierusalẽ. Et quare de oratiõe sanctorũ in patria Autor tractans, miscuit orationes Patrum in limbo nec definiuit aliquid de eis, quum non sit eadẽ ratio de ipsis & beatis.

Ad hæc

tur præordinari petitiões, quæ ptinẽt ad cõsequendum bonum, petitionibus, quæ pertinent ad amotionem mali.

¶3 Præterea, Ad hoc aliquid petitur vt deneẽ: sed præcipuũ donũ Dei est Spiritus sanctus, & ea quæ nobis per ipsũ dãẽ. Ergo videẽ incõueniẽter poni petitiões, cũ non respondeant donis Spiritussancti.

¶4 Præterea, Secundum Lucam in oratione dominica ponuntur solùm quinque petitiones, vt patet Luc. 11. Superfluum ergo fuit secundum Matth. quod septem petitiones ponuntur.

¶3 Præterea, In vanũ videẽ captare beneuolẽtiã eiº, q beneuolẽtia sua nos præuenit. Sed Deº sua bñuolẽtia nos præuenit, q i ipse prior dilexit nos, vt dicit 1. Ioan. 4. Supfluè ergo præmittiẽ petitiõibº, Pater noster, q es in cælis: qđ vt ad beneuolẽtiã captãdũ ptinere.

Epist. 121. cap. 12. to. 2.

¶SED IN CONTRARIVM sufficit autoritas Christi orationem instituentis.

¶RESPONDEO dicẽdũ, q oratio dominica perfectissima est: qa sicut Aug. dicit ad Probã*, Si rectè & cõgruenter oramus, nihil aliud dicere possumus, quã quod in ista oratione Dominica positum est. Quia enim oratio est quodãmodo desiderij nostri interpres apud Deum, illa rectè solum orando petimus quæ rectè desiderare valemus. In oratiõe autẽ Dominica non solũ petũtur omnia quæ rectè desiderare possumus, sed etiã eo ordine quo desiderãda sunt: vt sic hæc oratio nõ solum instruat postulare, sed etiã sit informatiua totius nostri affectus. Manifestum est autẽ quod primò cadit in desiderio nostro finis: deinde ea quæ sunt ad finem. Finis autẽ noster Deus est, in quem noster affectus tendit dupliciter: vno quidem modo prout volumus gloriã Dei: alio modo secundũ quod volumus frui gloria eius. Quorum primũ pertinet ad dilectionem Dei, qua Deum in seipso diligimus. Secundũ vero pertinet ad dilectionẽ, qua diligimus nos i Deo. Et ideo prima petitio ponitur, Sanctificetur nomen tuũ: per quam petimus gloriã Dei. Secunda verò ponitur, Adueniat regnum tuum: per quã petimus ad gloriã Dei & regni eius peruenire. Ad finem autẽ prædictũ nos ordinat aliquid dupliciter: vno mõ per se: alio modo per accidẽs. Per se quidẽ bonum, quod est vtile in finem. Est autẽ aliquid vtile in finẽ beatitudinis dupliciter: vno modo di rectè & principaliter secundum meritum, quo beatitudinẽ meremur Deo obediendo. Et quantum ad hoc ponitur, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Alio modo instrumentaliter & quasi coadiuuans nos ad merẽdũ. Et ad hoc pertinet quod dicitur, Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie, siue hoc intelligatur de pane sacramentali, cuius quotidianus vsus proficit homini, in quo etiam intelligũtur omnia alia sacramenta:

In Mat. c. 6. & ad Tit. 2.

siue etiã intelligatur de pane corporali, vt p panẽ intelligatur omnis sufficientia victus, sicut dicit Augustꝰ. ad Probã*: Quia & eucharistia est præcipuum sacramentum, & panis est præcipuus cibus. Vnde & in euãgelio Matthæi scriptũ est, supersubstantialem, id est præcipuũ. vt Hieronymꝰ exponit*. Per accidens autem ordinamur in beatitudinem per remotionem prohibentis. Tria autem sunt quæ nos à beatitudine prohibent. Primò quidem peccatũ, quod directè excludit à regno, secundum illud primæ ad Corint. 6. Neq; fornicarij, neque idolis seruiẽtes &c. regnũ Dei possidebunt. Et ad hoc pertinet quod dicit, Dimitte nobis debita nostra. Secundò, tentatio, quæ nos impedit ab obseruãtia diuinæ volũtatis. Et ad hoc pertinet qđ dicitur. Et ne nos inducas in tentationẽ: per quod nõ petimus vt non tentemur, sed vt à tentatione nõ vincamur: quod est in tentationẽ induci. Tertio, pœnalitas præsens, vt quæ impedit sufficientiã vitæ. Et quantũ ad hoc dicitur, Libera nos à malo.

Ep. 2. cap. 8. & 10.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Aug.* dicit in lib. de Sermone Domini in monte, cũ dicimus, sanctificetur nomen tuum, nõ hoc petitur quasi non sit sanctũ nomen Dei, sed vt sanctũ ab hominibus habeatur: qđ pertinet ad Dei gloriã in hominibus propagãdam. Quod autem dicitur, Adueniat regnum tuum, nõ ita dictum est, quasi Deus nũc non regnet, sed sicut Aug. dicit ad Probã.* Desideriũ nostrũ ad illud regnum

Cap. 11.

excitamus: vt illud nobis veniat, atque in eo regnemus. Quod autem dicitur, Fiat voluntas tua, rectè intelligitur, vt obediatur præceptis tuis. Sicut in cælo & in terra, id est sicut ab Angelis, ita ab hominibus. Vnde hæ tres petitiones perfectè complebuntur in vita futura. Aliæ vero quatuor pertinẽt ad necessitatem vitæ præsentis: sicut Aug. dicit in Enchiridio*,

Cap. 115.

¶Ad secundum dicendum, quod cùm oratio sit interpres desiderij, ordo petitionũ nõ respondet ordini executionis, sed ordini desiderij siue intẽtionis, in quo priº est finis, quàm ea quæ sunt ad finem, & consecutio boni, quàm remotio mali.

¶Ad tertiũ dicendũ, q Aug. in lib. de Sermone Domini in mõte*, adaptat septẽ petitiones donis & beatitudinibus, dicẽs. Si timor Dei est, quo beati fiunt pauperes spũ, petamus vt sanctificetur nomen Dei in hominibus timore casto. Si pietas est, qua beati fiunt mites, petamº vt veniat regnũ eius, vt mite scamus, nec ei resistamus. Si scientia est, qua beati sunt qui lugẽt, oremº vt fiat voluntas eius, & sic non lugebimus. Si fortitudo est, qua beati sunt qui esuriũt, oremus vt panis noster quotidianus detur nobis. Si consilium est, quo beati sunt misericordes, debita dimittamus, vt nobis nostra dimittãtur. Si intellectus est, quo beati sũt mũdo corde, oremº ne habeamº duplex cor, tẽporalia sectãdo, de qb tentationes fiũt in nobis. Si sapiẽtia est, qua beati sũt pacifici, quoniã filij Dei vocabũtur, oremº vt liberemur à malo. Ipsa enim liberatio liberos nos faciet filios Dei.

Lib. 2. ca. 18. to. 4.

¶Ad quartũ dicendum, q sicut Aug. dicit in Enchiridio*, Lucas in oratiõe Dominica petitiones nõ septẽ, sed quinque cõplexus est. Ostendens eñ tertiam petitionem duarũ præmissarum esse quodãmodo repetitionẽ, prætermittẽdo eã magis facit intelligi: qa scilicet ad hoc præcipuè volũtas Dei tendit, vt eius sanitatẽ cognoscamus & cũ ipso regnemus. Quod etiam Matth. i vlt. posuit, Libera nos à malo, Lucas nõ posuit, vt sciat vnusquisq; in eo se liberari à malo, q nõ inferẽ in tẽtationem.

Cap. 115. to. 3.

¶Ad quitum dicẽdum, q oratio nõ porrigiẽ Deo vt ipsum flectamus, sed vt nobis ipsis fiducia excitemº postulãdi. Quę qdẽ præcipuè excitatur in nobis, cõsiderando eius charitatẽ ad nos, qua bonũ nostrum vult. Et ideo dicimus, Pater noster. Et eius excellentiam, qua potest. Et ideo dicimus, Qui es in cælis.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum orare sit proprium rationalis creaturæ. *4. dist. 15. q. 4. arti. 6. q. 1. c.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quod orare non sit proprium rationalis creaturæ. Eiusdem enim videtur esse petere & accipere: sed accipere conuenit etiã personis increatis, scilicet Filio & Spiritui sancto. Ergo etiã eis cõuenit orare. Nã & Filº dicit Ioan. 14. Ego rogabo patrẽ meũ. Et de Spiritusancto dicit Apost. Spiritus postulat pro nobis.

¶2 Præterea, Angeli suntsupra rõnales creaturas, cum sint intellectuales substantiæ. Sed ad angelos pertinet orare. vnde in Psal. 96. dicitur. Adorate eum omnes angeli eius. Ergo orare non est proprium rationalis creaturæ.

¶3 Præterea, Eiusdẽ est orare, cui est iuocare Deũ, qđ præcipuè fit orando. Sed brutis animalibº cõuenit inuocare Deũ, secũdũ illud Ps. 146. Qui dat iumẽtis escã ipsorũ, & pullis coruorũ inuocãtibus eũ. Ergo orare nõ est propriũ rationalis creaturæ.

¶SED CONTRA. Orare est actus rationis, vt suprà habitum est*. Sed rationalis creatura à ratiõe dicitur. Ergo orare est proprium rationalis creaturæ.

art. 1. hare ius q.

¶RESPONDEO dicẽdũ, q sicut ex supradictis patet, oratio est actº ratiõis, p q aliqs supiorẽ deprecat: sicut iperiũ est actº ratiõis quo iferior ad aliqd ordinat. Illi eñ ppriè cõpetit orare: cui cõuenit rationẽ habere, & superiorẽ quẽ deprecari possit. Diuinis aũt psonis nihil est superi. Bruta aũt animalia nõ habẽt rationẽ. Vnde neq; diuinis psonis, neque brutis animalibus conuenit orare, sed propriũ est rõnalis creaturæ.

** art 1. huius q.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q diuinis personis conuenit accipere per naturã. Orare autẽ est accipientis per gratiam. Dicitur autem filius rogare vel orare secundum naturã assumptam, scilicet humanam, non secũdum diuinam. Spiritus autem sanctus dicitur postulare, quia postulantes nos facit.

¶Ad secundum dicendũ, q intellectus de & ratio nõ sunt in nobis diuersæ potentiæ, vt in primo* habitũ est. Differunt autẽ secundum perfectum & imperfectũ. Et ideo quandoque intellectuales creaturæ, quæ sunt Angeli, distinguũtur à rationalibº: quandoque autem sub rationalibus comprehenduntur. Et hoc modo dicitur oratio esse proprium rationalis creaturæ.

D. 40 84 1. 1. q. 79. ar. 8.

¶Ad tertiũ dicẽdũ, q pulli coruorũ dicuntur inuocare Deum propter naturale desideriũ quo omnia suo mõ desiderãt consequi bonitatẽ diuinam. Sic etiã bruta animalia dicũtur Deo obedire, propter naturalem instinctum, quo à Deo mouẽtur.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum sancti, qui sunt in patria, orent pro nobis. *4. dist. 15. q. 4. artic. 6. q. 2. Et dis. 45. q. 3. artic. 3.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur q Sancti, qui sunt in patria, non orent pro nobis. Actus enim alicuius magis est meritorius sibi quàm aliis. Sed Sancti qui sũt in patria, non merentur sibi, nec pro se orant: quia iam sunt in termino constituti. Ergo etiam neque pro nobis orant.

¶ Præterea

¶Ad hæc dicit, q si fundamentũ ac radix vnde sanctorũ in patria oratio pro nobis prosit, cõsideretur diligẽter, inuenietur locũ habere nõ solũ in ipsis cõprehẽsoribus, sed etiam in sanctis qui erãt in limbo. Quoniam charitas eorũdem in statu superiori simpliciter, ponitur rõ orãdi pro nobis. Propter hoc enim secundũ excludũtur in respõsione ad tertiũ existentes in purgatorio ab orãdo pro nobis: quia non sunt tota liter nobis superiores, sed ratione pœnarũ inferiores & egentes nostris orationibº. Constat autem q sancti olim in limbo Patrum erãt in charitate confirmati, & impeccabiles, & nulli ppriæ seu nouæ pœnæ subiecti. Nã pœna dãni cõmunis est eis & viatoribus. Extra omnẽ autẽ sensus pœnã erant. Eorũ igitur erat orare ꝓ nobis. Sed aduertenda est differentia inter eos & sanctos in patria: quia licet vtrisq; cõmune sit orare pro viatoribus, propriũ tamẽ sanctorum in patria est videre orationes viatorũ sibi directas. Vnde Hieremias tunc orare dicitur, nõ orationes aut preces eorũ audisse. Misceuit ergo Autor limbũ parrũ cum patria quo ad orationes ꝓ nobis: quia eadẽ est ratio, & argumentũ à minori assumpsit. Nec oportuit aliter in speciali de eis determinare, ex quo allata in litera ratio in eis locum habet: & à purgatorio sunt diuisi.

Lib. cõtra Vigil. circa finem pag. 1.

art. 7. & 8. D. 280.

¶In respõsione eiusdẽ atticuli aduerte, quod sanctiorãtes nesciunt si impetrabũt, sed petũt æstimãtes (vt in litera dicitur) id Deo placiturũ. Et de hoc orãdo consulunt diuinã maiestatem, per quod diuersi sancti absque discordia voluntatũ cõtraria petunt, quasi cõtraria proponẽtes adunati ad Dei beneplacitũ: vnde Danie. 10. dicitur quòd princeps Persarum restitit mihi.

¶ Super Questionis octuagesimamterciæ Articulum duodecimum.

IN artic. 12. eiusdẽ quæstion. nota diligẽter, q murmuras de officio ecclesiastico, tria: distinctionẽ vocalis orationis necessitatẽ, conditiones. Distinguitur si quidẽ oratio vocalis in cõmunẽ & propriã, seu singulare. Necessitas cõmunis est, quia in persona Ecclesię offertur. Quę enim Ecclesia ex sensitiuis creaturis cõstet, oportet sensibiles ac per hoc vocales, per suos ministros orationes offerre. Alioquin nesciret offerre per ministros orationis cultũ, ac munus quod Deo per illos offert. Non notuit enim Ecclesia nisi q foris sunt. Necessitas propria est excitanda ꝓpria deuotio, ac cõseruanda. Conditiones communis

¶2 Præterea, Sancti perfectè suã volũtatem Deo cõformãt, vt nõ velint nisi qđ Deº vult. Sed illud quod vult, semp implẽt. Ergo frustra sancti ꝓ nobis orarẽt.

¶3 Præterea, Sicut sancti q sunt in patria, sunt superiores nobis, ita & illi q sunt in purgatorio, q iam peccare non possunt. Sed illi q sunt in purgatorio, nõ orant ꝓ nobis, sed magis nos ꝓ eis. ergo nec sancti qui sunt in patria, pro nobis orant.

¶4 Præterea, Si sancti qui sunt in patria, pro nobis orarent, superiorũ sanctorum esset efficacior oratio. Nõ ergo deberet implorari suffragium orationum sancto rum inferiorum, sed solum superiorum.

¶5 Præterea, Anima Petri nõ est Petrus. Si ergo animæ sanctorũ ꝓ nobis orarẽt quãdiu sunt à corpore separatæ, nõ debemus interpellare S. Petrũ ad orãdum pro nobis, sed animã eius: cuius cõtrariũ Ecclesia facit. Non ergo sancti, ad minus ante resurrectionem, pro nobis orant.

¶SED CONTRA est, quod dicitur 2. Mach. vel. Hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta Dei.

¶RESPONDEO dicendũ, q sicut Hieronymus dicit*, Vigilantij error fuit, ꝙ dum viuimus, mutuo pro nobis orare possumus: postquã autem mortui fuerimus, nullius pro alio sit exaudienda oratio, præsertim cũ Martyres vltionem sui sanguinis obsecrãtes, impetrare nequeant. Sed hoc est omnino falsum: qa cùm oratio ꝓ aliis facta ex charitate proueniat, vt dictũ est*, quanto d sancti qui sunt in patria, sunt perfectioris charitatis, tanto magis orãt pro viatoribus. q oratio nibº iuuari possunt: & quãto sunt Deo cõiunctiores: tãto eorum orationes sunt magis efficaces. Habet eñ hoc diuinº ordo, vt ex superiorũ excellẽtia in inferiora refundatur, sicut ex claritate solis in aẽrẽ. Vnde & de Christo dicitur Hebrę. 7. Accedẽs ꝓ semetipsum ad Deũ ad interpellãdum pro nobis. Et propter hoc Hierony. cõtra Vigilantiũ dicit, Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore constituti, quando pro se adhuc debent esse soliciti, pro aliis orant, quanto magis post coronas, victorias & triumphos?

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sanctis, q sunt in patria, cũ sint beati, nihil deest, nisi gloria corporis, pro qua orant. Orant autem pro nobis, quibus deest beatitudinis vltima perfectio, & eorum orationes habent efficaciã impetrandi ex præcedẽtibus eorum meritis, & ex diuina acceptione.

¶Ad secundum dicendum, quòd sancti impetrãt illud quod Deus vult fieri per orationes eorum. Et hoc ꝓpterunt quod æstimant eorum orationibus implendũ, secundum Dei voluntatem.

¶Ad tertium dicendũ, quòd illi qui sunt in purgatorio, etsi sint superiores nobis propter impeccabilitatem, sunt tamen inferiores, quantum ad pœnas, quas patiuntur. Et secundum hoc nõ sunt in statu orandi, sed magis vt oretur pro eis.

¶Ad quartũ dicendum, ꝙ Deus vult inferiora ꝓ omnia superiora iuuari: & ideo oportet nõ solum superiores, sed etiam inferiores sanctos implorare. Alioquin esset solius Dei misericordia implorãda. Contingit tamen quandoque, ꝙ implo ratio inferioris sancti efficacior est: vel quia deuotius imploratur, vel qa Deus vult eius sanctitatem declarare.

¶Ad quintum dicendum, quòd quia sancti viuentes meruerunt vt pro nobis orarent: ideo inuocamus eos nominibus, quibus hîc vocabantur, quibus etiam nobis magis innotescunt. Et iterum propter fidem resurrectionis insinuandã, sicut legiẽ Exod. 3. Ego sum Deus Abrahã.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum oratio debeat esse vocalis. *3. dis. 9. q. 1. art. 3. q. 5. ad tertium. Et 4. dis. 15. q. 4. artic. 2. q. 1. * art. 4.*

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ oratio non debeat esse vocalis. Oratio enim, sicut ex dictis patet*, principaliter Deo porrigitur. Deus autẽ locutionẽ cordis cognoscit. Frustra ergo vocalis oratio adhibeẽ.

¶2 Præterea, Per orationẽ mẽs hominis debet in Deũ ascẽdere, vt dictũ est†: sed voces retrahũt homines ab ascẽsu conteplationis in Deũ, sicut & alia sensibilia. Ergo in orationibº nõ est vocib. vtendũ.

¶3 Præterea, Oratio debet offerri Deo in occulto, secundum illud Matth. 6. Tu autẽ cùm oraueris, intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio ora patrẽ tuũ in abscõdito. Sed per vocẽ oratio publicatur. Ergo non omnino debet esse vocalis.

¶SED CONTRA est, qđ dicitur in Psal. 3. Voce mea ad Dñm clamaui, voce mea ad Dñm deprecatus sum.

¶RESPONDEO dicendũ, q duplex est oratio, communis & singularis. Cõmunis quidẽ oratio est, quę per ministros Ecclesię in psona totius fidelis populi Deo offertur. Et ideo oportet, q talis oratio innotescat toti populo, ꝓ quo profertur: quod nõ posset fieri nisi esset vocalis. Et ideo rationabiliter institutũ est, vt ministri Ecclesiæ huiusmodi orationes etiam alta voce pronuntient, vt ad notitiam omnium possint peruenire. Oratio verò singularis est, quæ offertur à singulari persona cuiuscunque, siue pro se, siue pro aliis orantis. Et de huiusmodi orationis necessitate non est quòd sit vocalis. Adiungitur tamen vox tali orationi triplici ratione.

Epi. 12. cap. 9. tom. 2.

¶Primo quidem ad excitandũ interiorem deuotionẽ, qua mẽs orantis eleuetur in Deum: quia ꝓ exteriora signa siue vocum, siue etiã alioquin factorũ, mouetur mẽs hominis secundũ apprehẽsionẽ, & per cõsequens secundũ affectionẽ. Vnde Aug. dicit ad Probam*, ꝙ verbis & aliis signis ad augendũ desideriũ sanctũ, nosipsos acrius excitamus. Et ideo in singulari oratione tantũ est vocibº & huiusmodi signis vtendũ, quantũ proficit ad excitandũ interius mentẽ. Si verò mens ꝓ hoc distrahatur, vel qualitercunq; impediatur, est à talibus cessandum. Quod præcipuè cõtingit in iis, quorum mens sine huiusmodi signis est sufficienter ad deuotionẽ parata. Vnde Psal. 29. dicebat, Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea. Et de Anna legitur 1. Reg. 1. quòd loquebatur in corde suo.

¶Secundo, adiungitur vocalis oratio quasi ad redditionẽ debiti, vt scilicet homo Deo seruiat secundum illud totũ, quod ex Deo habet, id est, non solùm mente, sed etiam corpore. Quod præcipuè cõpetit orationi secundũ quod est satisfactoria. Vnde dicitur Osæ vltimo. Omnem auferi iniquitatẽ, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.

† art. 1. ad. 2.

¶Tertiò, adiungitur vocalis oratio ex quadam redundãtia ab anima in corpus ex vehementi affectione, secundum illud Psalm. 15. Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vocalis oratio non profertur ad hoc quòd aliquod ignotum Deo manifestetur, sed ad hoc ꝙ mens orantis vel aliorum excitẽ in Deum.

*Hom. 23. in opere imper. post med. Et hom. 19. * Lib. 12. cap. 6. tom. 4.*

¶Ad secundum dicendum, quòd verba ad aliud pertinentia distrahunt mentem, & impediunt deuotionem orantis. Sed verba significãtia aliquid ad deuotionem pertinens, excitant mentes, præcipuè minus deuotas.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ sicut Chrysosto*. dicit super Mattheum, Eo proposito Dominus vetat in cõuentu orare vt à cõuentu videatur. Vnde orans nihil nouũ facere debet quod aspiciant homines, vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus expandendo. Nec tamen, vt Aug. dicit in lib. de sermone Domini in monte*, videri ab hominibus nefas est: sed ideo hoc agere, vt ab hominibus videaris.

¶ *Super Quæstionis octuagesimætertiæ Articulum tertiumdecimum.*

IN articul.13.eiusdem 83.quæstionis, circa tertium genus attentionis ad orationē, dubium multorum occurrit. Siquis ex proposito in principio officij diuini, ad quod tenetur, applicet se ad meditationem diuinæ bonitatis aut passionis Christi, ad hoc vt mentem firmam teneat cum Deo in hac cōtinua meditatione, satisfaciat præcepto Ecclesiæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd certo certius constat, ꝙ intentus & studens ad hoc vt mens sua tam in contemplatione quàm in eius prole, hoc est affectione circa Deum, seu ea quæ diuinitatis sunt, occupetur in toto officio, optimè satisfacit, quoniam habet attentionem optimam, maximè necessariam, & communē, iuxta vniuscuiusque modulum. Intendens autem & studens, vt circa passionem Christi meditatio sit, & affectus excitetur in toto officio, satisfacit, sine dubio: quia in melius medium ad diuinitatem ducens fertur quàm si sensui verborū attenderet. Nam passio Christi (vt in articulo tertio quæstionis præcedētis habitum est) optima est manuductio ad diuinitatem, iuxta illud, Vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibiliū amorē rapiamur. Cum grano tamen salis hæc intentio habenda est per totum, vt scilicet negligatur hæc perseuerantia, si ascendere ad ea quæ diuinitatis sunt, in ꝓgressu non dabitur, quod debet esse principale intentum. Ita quòd talis orantis mens debet ea, quæ sunt passionis Christi eligere vt media, non vt finem, vt scilicet per illa (si Deus dederit) ascendat ad ea, quæ diuinitatis sunt.

Serm. de instit. ad vitā perfectā. & de orando Deo post med. Et in Cōstit. exerc. cap.1.

¶ Et vt satisfiat huiusmodi quæsitis, scito ꝙ quæcunque attentionū in litera numeratarum eligatur sine præcisione tamen melioris, hoc est quòd illa eligatur vt medium sibi accommodū perueniendi ad meliorē, prout Deus dignabitur misericorditer concedere, satisfit præcepto Ecclesiæ: verbi gratia, si quis putat suæ paruitati accommodatius mediū attendere ne erret, & in hac attentione vult persistere, intendat hoc vt mediū, si fortè misereatur sic Deus & det meliorem attentionem sic disposito ad meliorem quàm potius vellet. Et simile est de aliis. Verùm circa attentionem ad rem petitam, caue ne peruersus fiat affectus cum oculo tuo. Nam nō licet petenti necessaria victui sic versari circa meditationem victus vt diuina ad humana ordinari videantur: quasi oratio sit mediū, & victus finis. Reminisci siquidē oportet doctrinæ superius habitæ in hac eadem q.artic.4. quòd quo ad rem petitā omnes nostræ orationes ordinari debēt ad gratiā & gloriā consequendā: & hoc est res petita, ad quā attēdere Autor tantū commendat in litera. Attendere enim ad gloriā æternam vel gloriam adoptionis filiorum in via, aut virtutes vt media ad æternam patriā, & ornamenta ciuiū cælestiū: ac inchoationes cælestis cōuersationis & huiusmodi, inter optimas attentiones est. Et breuiter omnis res petita aut finis ipse cælestis gloriæ, aut medium ad illam vt medij rationem habet, siue pro se, siue pro alio, in attentionis optimo genere locata est in litera, & nulla res alia vt petita.

vt supra dictū est.

¶ *Vtrum de necessitate orationis sit, quòd sit attenta.*

AD TERTIVMDECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd de necessitate orationis sit ꝙ sit attēta. Dicitur enim Ioā.4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Sed oratio non est in spiritu, si non sit attenta. Ergo de necessitate orationis est quòd sit attenta.

¶ 2 Præterea, Oratio est ascensus intellectus in Deum. Sed quādo oratio non est attenta, intellectus non ascēdit in Deū. Ergo de necessitate orationis est, quòd sit attenta.

¶ 3 Præterea, De necessitate orationis est ꝙ careat omni peccato, sed nō est absq; peccato ꝙ aliquis orando euagationem mentis patiatur. Videtur enim deridere Deū, sicut & si alicui homini loqueret & nō attēderet ad ea, q̄ ipse proferret. Vnde Basilius dicit * ꝙ diuinū auxilium est implorandū non remissè, nec mente huc vel illuc euangante, eo ꝙ talis nō solùm non impetrabit quod petit, sed etiam magis Deum irritabit. Ergo de necessitate orationis videtur, quòd sit attenta.

¶ SED CONTRA est, quòd etiā sancti viri orando quandoque euagationem mentis patiuntur, secundum illud Psalm.39. Cor meum dereliquit me.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ quæstio hæc præcipuè habet locū in oratione vocali. Circa quam sciendū est, ꝙ necessariū dicit aliquid dupliciter. Vno modo, per quod melius peruenitur ad finem. Et sic attentio absolutè orationi necessaria est. Alio modo aliquid dicitur necessariū, sine quo res nō potest consequi suum effectū. Est autē triplex effect⁹ orationis. Primus quidē cōmunis omnibus actib⁹ charitate informatis, quod est mereri. Et ad hunc effectū non ex necessitate requiritur ꝙ attentio adsit orationi per totum, sed vis primæ intentionis, qua aliquis ad orandū accedit, reddit totam orationem meritoriam, sicut in aliis meritoriis actibus accidit*. Secundus autem effectus orationis est ei proprius, quod est impetrare. Et ad hunc etiā effectū sufficit prima intētio, quā Deus principaliter attēdit. Si autē prima intentio desit, oratio nec meritoria est nec impetratiua. Illā enim orationē Deus non audit, cui, qui orat, non intēdit, vt Greg. dicit. Tertius autem effectus orationis est, quē præsentialiter efficit, scilicet quædā spiritualis refectio mentis. Et ad hoc de necessitate requiritur in oratione attentio: vnde dicitur 1. Cor.14. Si orē lingua, mens mea sine fructu est. Sciendū tamē ꝙ triplex est attētio, quę orationi vocali potest adhiberi: vna quidē qua attenditur ad verba, ne aliquis in eis erret: secūda, qua attēditur ad sensum verborum: tertia, qua attenditur ad finem orationis, scilicet ad Deum, & ad rem pro qua oratur, quæ quidem est maximè necessaria. Et hanc etiam possunt habere idiotæ. Et quandoq; intantum abundat hæc intentio, qua mens fertur in Deum, vt etiam omnium aliorum mens obliuiscatur: sicut dicit Hugo de sancto Victore *.

Lib. de modo orādi. cap.2. tom.1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in spiritu & veritate orat, q ex instinctu spiritus ad orandum accedit, etiam si ex aliqua infirmitate mens postmodū euagetur.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ mens humana ꝓpter infirmitatē naturæ diu stare in alto nō potest. Pondere enim infirmitatis humanæ deprimitur anima ad inferiora. Et ideo cōtingit ꝙ quādo mens orantis ascēdit in Deum per contemplationem, subito euagetur ex quadam infirmitate.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ si quis ex proposito in oratione mente euagatur, hoc peccatū est, & impedit orationis fructū. Et cōtra hoc Augu.* dicit in regula, Psalmis & hymnis cum oratis Deū, hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Euagatio verò mētis quæ fit præter propositū, orationis fructum nō tollit. Vnde Basilius dicit*, Si verò debilitatus à peccato fixè nequis orare, quātūcūq; potes teipsum cohibeas, & Deus ignoscit, eo ꝙ nō ex negligētia, sed ex fragilitate nō potes, vt oportet, assistere coram eo.

In 3. reg. tom.1.

ser. de orādo Deū, à med.

ARTICVLVS XIIII.

¶ *Vtrum oratio debeat esse diuturna.*

AD QVARTVMDECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd oratio non debeat esse diuturna. Dicitur enim Matth. 6. Orantes nolite multum loqui. Sed oportet multum loqui diu orantem: præsertim si oratio sit vocalis. Ergo non debet esse oratio diuturna.

¶ 2 Præterea, Oratio est explicatiua desiderij. Sed desiderium tanto est sanctius quanto magis ad vnum restringitur, secundū illud Psal.26. Vnam petij à Domino, hanc requiram. Ergo & oratio tanto est Deo acceptior, quanto est breuior.

¶ 3 Præterea, Illicitū videtur esse, quod homo trāsgrediatur terminos à Deo pręfixos, præcipuè in his, q pertinēt ad cultum diuinū, secundū illud Exod.19. Cōtestare populū, ne forte velit trāscendere terminos ad videndū Dñm, & pereat ex eis plurima multitudo. Sed à Deo fixus est nobis terminus orādi p institutionē orationis Dominicæ, vt patet Matth. 6. Ergo nō licet vltra orationē ꝓtēdere.

¶ SED CONTRA. Videtur quòd continuè sit orandum, quia dominus dicit Luc.18. Oportet semper orare & non deficere. Et primæ ad Thessal.5. Sine intermissione orate.

¶ In responsione ad tertium, nota diligenter ꝙ quia ex proposito vagari in oratione peccatū est ex genere suo: ideo non solum in oratione necessaria ex præcepto, sed etiam in oratione spontanea, tenetur orans attendere: ita ꝙ licet non teneatur orare, tenetur tamen si orat, attentè quantum est ex parte propositi orare. Et ratio est similis in aliis actibus virtutum, ꝙ scilicet homo si exercet eos, tenetur eos exercere cū debitis circunstantiis. Qui enim recipit hospitē, qui pro alio aduocatus intercedit, & huiusmodi, tenetur hoc facere cum debitis circunstantiis si facit. Et si non vult facere vt decet, non se exerceat in huiusmodi operationibus. Per hoc tamen non intelligas malè agere eum qui sponte orat, dum se vestit, aut aliquo simili opere occupatur, quātum potest intendens orationi attēdere, tum quia alia est quæstio de euagatione ex proposito, & alia de opere cum quo stat attētio. Huiusmodi enim opera non impedire orationis attentionem experiētia testatur: & in quibusdam religiosorū statutis scriptum est, quòd surgendo dicant officiū Beatæ virginis. Beatus quoque pater Dominicus medicinam contra phantasmata mala communem ac fructuosam dicebat orationem solicitam, statim cùm quis surgit à somno. Nota 2. quòd Autor, Basilij autoritate vtens, euagationē ex negligentia computat sub euagatione ex proposito: ita quòd euagatio ex proposito distinguitur in euagationem directè ex industria, vt quū quis explicitè vult non attendere: & euagationē ex negligentia, vt quum quis negligit attendere. Quia enim negligentia voluntaria est, ideo euagatio voluntaria reputatur & est. Euagatio antem ex fragilitate excusatur, vtpote non ex voluntate, sed impotentia procedens. Hæc igitur euagatio sine peccato est, prima autem semper cum peccato, mortali quidem quādo ex contemptu, vel quando ex industria in oratione, quę est sub præcepto, quis in notabili parte euagatur, perinde nāq; est ac si illā omitteret: veniali verò quando orationē spōtaneā absq; proposito attendendi qs dicit: & quando ex negligentia in oratione de ꝓcepto quis non attendit saluo proposito attendēdi. In neutro enim casu contra virtutem, sed pręter eam agitur. Nam orationem spontaneā sic malè persoluere, est sicut recipere hospitem & indecenter tractare. In oratione autē præcepta, ex quo semper saluatur propositū attentionis, essentialis bonitas moralis actus ex finis intentione salua est, & remissio voluntatis in culpa est accidentali.

4. dist.15. q.4. art. 2 q.2. & 3. Et Ro. 1 lect 5. co. 4. Et Colos.1 co.4. fi. & co.6. princip. Et prima Thess.5. le. 2. co. 2. fi.

¶ *Super Quæstionis octuagesimætertiæ Articulum quartumdecimum.*

IN articul. tribus scilicet 14. 15. & 16. eiusdem quæst. dubium occurrit circa tertiam conditionem orationis, scilicet ly piè, quid importet. Et est ratio dubij, quia in responsione ad 2. articul.15. Autor dicit, quòd non piè petere, est petere complemētum peccati, ex quo apparet quòd piè petere coincidit cum secunda conditione scilicet necessaria ad salutem petere. Nam petendo necessaria ad salutem piè petimus.

¶ Et

¶ RESPONDEO dicendum, quod de oratione dupliciter loqui possumus. Vno modo secundum seipsam: alio modo secundū causam suam. Causa autem orationis est desiderium charitatis, ex quo procedere debet oratio: qđ quidē nobis debet esse continuū vel actu vel virtute, manet enim virtus huius desiderij in omnib⁹, quæ ex charitate facimus. Omnia autē debemus in gloriā Dei facere vt dicitur 1. ad Corint.10. Et secundū hoc oratio debet esse continua. Vnde August. dicit ad Probam*. In ipsa fide & charitate continuato desiderio semper oramus. Sed ipsa oratio secundū se considerata, non potest esse assidua, quia oportet aliis operib⁹ occupari. Sed sicut August. dicit ibidem, ideo per certa interualla horarum & temporum etiam verbis rogamus Deū, vt illis rerum signis nosipsos admoneamus, quantumcūq; in hoc desiderio profecerimus nobisipsis innotescamus: & ad hoc agendū nosipsos acrius excitemus. Vniuscuiusq; autem rei quantitas debet esse proportionata fini, sicut quantitas potionis sanitati: vnde & conueniens est vt oratio tātum duret quantū est vtile ad excitandū interioris desiderij feruorem. Cùm verò hanc mensuram excedit, ita ꝙ sine tædio durare non possit, non est vlterius protendenda. Vnde August. dicit ad Probam*, Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidē habere orōnes, sed eas tamē breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas: ne illa vigilāter erecta, quæ oranti plurimū necessaria est, per productiores moras euanescat, atq; hebetetur intentio: ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt hanc intentionem sicut non esse obruendam, si perdurare non potest, ita si perdurauerit, nō citò esse rūpendam. Et sicut hoc est attendendū in oratione singulari per cōparationem ad intentionem orantis, ita etiam in cōmuni oratione per comparationem ad populi deuotionem.

*Epist.121 Cap.9. * cap. eodem. cap.10.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ sicut August. dicit ad Probam* non est hoc orare in multiloquio: si diutius oretur. Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam & de ipso Domino scriptum est ꝙ pernoctauerit in orando & quòd prolixius orauerit, vt nobis præberet exemplū. Et postea subdit, Absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si feruens perseuerat intentio. Nam multū loqui est in orādo rem necessariā superfluis agere verbis. Plerunq; autē hoc negotium plus gemitibus quàm sermonibus agitur.

cap 10.

¶ Ad secundum dicendum, quod prolixitas orationis nō consistit in hoc, ꝙ multa petantur, sed in hoc quòd affectus continuetur ad vnum desiderandum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ dominus non instituit hāc orationem, vt his solis verbis vti debeamus in orādo: sed quia ad hęc sola impetranda debet tendere nostræ orationis intentio, qualitercunq; ea proferamus, vel cogitemus.

¶ Ad quartum dicendum, quod aliquis continuè orat vel propter continuitatem desiderij, vt dictum est*, vel quia non intermittit quin tēporibus statutis oret, vel propter effectum, siue in ipso orante, qui etiam post orationem remanet magis deuotus, siue etiam in alio: puta cùm aliquis suis beneficiis prouocat alium vt pro se oret, etiam quando ipse ab orando cessat & quiescit.

In corp. art.

ARTICVLVS XV.

¶ *Vtrum oratio sit meritoria.*

AD QVINTVMDECIMVM sic proceditur. Videtur quod oratio non sit meritoria. Omne enim meritum procedit à gratia: sed oratio præcedit gratiam: quia etiam ipsa gratia per orationem impetratur, secundum illud Lucæ 11. Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se. Ergo oratio non est actus meritorius.

Supra artic.7. ad 2. Et 4. dis.15. q. 47. art. q. 2. per tot. & q. 3. & ad 3.

¶ 2 Præterea, Si oratio aliquid meretur, maximè videtur mereri illud quod orando petitur. Sed hoc non semper meretur, quia multotiens etiam sanctorum orationes non exaudiūtur: sicut Paulus non est exauditus petens à se remoueri stimulū carnis. Ergo oratio non est actus meritorius.

¶ 3 Præterea, Oratio præcipuè fidei innititur, secundum illud Iacob.1. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Fides autem non sufficit ad merendū, vt patet in iis qui habent fidem informē. Ergo oratio non est actus meritorius.

¶ SED CONTRA est, quòd super illud Psal.34. Oratio mea in sinu meo cōuertetur, dicit glo. etsi eis nō profuit, ego tamen non sum mea mercede frustratus. Merces autem non debetur nisi merito. Ergo oratio habet rationem meriti.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd sicut dictum est,* oratio præter effectū spiritualis consolationis, quā præsentialiter affert, duplicem habet virtutem respectu futuri effectus, scilicet virtutem merendi & virtutem impetrādi. Oratio autē sicut & quilibet alius actus virtutis, habet efficaciam merendi, inquantū procedit ex radice charitatis, cuius propriū obiectum est bonum æternum, cuius fruitionem meremur. Procedit tamē oratio à charitate, mediante religione, cuius est actus oratio, vt dictum est*, cōcomitantibus etiā quibusdā aliis virtutibus, quæ ad bonitatem orationis requiruntur, scilicet humilitate & fide. Ad religionem enim pertinet ipsam orationem Deo offerre. Ad charitatem verò pertinet desiderium rei cuius complementum oratio petit. Fides autem est necessaria ex parte Dei, quem oramus: vt scilicet credamus ab eo nos posse obtinere quod petimus. Humilitas autem est necessaria ex parte ipsius petētis qui suam indigentiam recognoscit. Est etiam & deuotio necessaria. Sed hoc ad religionem pertinet, cuius est primus actus necessarius ad omnes consequentes, vt suprà dictum est*. Efficaciam autem impetrādi habet ex gratia Dei, quem oramus: qui etiam nos ad orandum inducit. Vnde August. dicit in lib. de verbis Domini. Non nos hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet. Et Chrysostomus dicit. Nunquam oranti beneficia denegat, qui vt orantes non deficiant, sua pietate instigat.

Arti.13. huius q. Art.3. art.1. q. præc. Ser.5. & 29 non longe à prin. tom.10.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oratio, sine gratia gratum faciente meritoria non est: sicut nec aliquis alius actus virtuosus. Et tamen etiam oratio quæ impetrat gratiam gratum faciētem, procedit ex aliqua gratia, quasi ex gratuito dono: quia ipsum orare est quoddam donum Dei, vt August. dicit in lib. de perseuerantia*.

Cap.23.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ ad aliud principaliter respicit meritū orationis quādoque, quàm ad id quod petitur. Meritū enim præcipuè ordinatur ad beatitudinem, sed petitio orationis directè se extendit quandoq; ad aliqua, vt ex dictis * patet. Si ergo illud aliud, quod petit aliquis pro seipso, non sit ei ad beatitudinē vtile, non meretur illud. Sed quandoque hoc petendo & desiderando, meritum amittit, puta, si petat à Deo cōplementū alicuius peccati, quod est non piè orare. Quandoque verò non est necessarium ad salutem, nec manifestè saluti contrarium: & tunc, licet orans possit orando mereri vitam æternam, non tamen meretur illud obtinere quod petit. Vnde August. dicit in lib. sententiarum * Prosperi, Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huius vitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit vtile, magis nouit Medicus quàm ægrotus. Et propter hoc etiā Paulus nō fuit exauditus, petēs amoueri stimulū carnis, quia nō expediebat. Si verò id quod petitur, sit vtile ad beatitudinem hominis, quasi pertinens ad eius salutē, meretur illud non solum orando, sed etiam alia bona opera faciendo. Et ideo indubitanter accipit quod petit, sed quando debet accipere. Quædam enim non negantur, sed vt congruo dentur tēpore differuntur, vt August. dicit super Ioannem *, quod tamen potest impediri, si in petendo non perseueret. Et propter hoc dicit Basilius. Ideo quādoq; petis, & non accipis: quia perperam postulasti, vel infideliter, vel leuiter, vel non cōferentia tibi, vel destitisti. Quia verò homo non potest alij mereri vitam æternam ex condigno, vt supra dictum est *, ideo per consequens nec ea quæ ad vitam æternam pertinent, potest aliquando aliquis ex condigno alteri mereri. Et propter hoc non semper ille auditur, qui pro alio orat, vt supra habitum est *. Et ideo ponuntur quatuor conditiones, quibus concurrentibus semper aliquis impetrat quod petit; vt scilicet pro

Art.6. & 7. cap. 112. Tra.102. tom.9. 1.2.q.114 art.6. Art.7. ad 2. & 3.

¶ Et augetur dubium quia in arti.16. Autor in corpore articuli dicit ꝙ in peccatorum oratione possunt inueniri omnes quatuor conditiones. Et idē confirmat in responsione ad secundū ibidē. In tertio verò lib. contra Gent. cap.96. Autor vult amicitiam orantis cum Deo interuenire in oratione efficaci: quæ sub pietatis nomine concludi videtur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ illa conditio piè, in hoc distinguitur ab aliis conditionibus, quod aliæ personam pro qua rem petitam, & perseuerantiā significant: ista intentionē referentē ad Deū importat. Nā pietas officiū ac cultum cœlestis patriæ, Principi & patri exhibet. Et propterea distinguitur, ꝙ potest dupliciter inueniri, scilicet formata & informis, vt in responsione ad secundum 15. artic. apparet. Et hinc reddi potest ratio diuersorum dictorum de hac conditione. Nam quia huiusmodi intentio ad Deum potest vtroq; modo inueniri: & verè dicitur quòd continet amicitiā ad Deum (verificatur enim hoc de intentione formata) & quòd habet locum in peccatoribus (verificatur enim hoc de informi) & quòd excludit petere opus peccati: quia peccatum non est referibile in Deum: & quod nō coincidit cū illa conditione, scilicet necessaria ad salutē, sed distinguitur ab ea: quia piè spectat ad intentionem respectu vltimi finis simpliciter, qui est Deus. Necessaria vero ad salutem spectat ad rē petitā. Ac per hoc illud spectat ad amorē amicitiæ, hoc ad amorem concupiscentiæ. Et vterq; potest haberi informis & formatus. Potest enim peccator in aliquo opere diligere Deum propter ipsum Deum, vt frequenter contingit in actibus religionis & obseruationibus præceptorum multorum affirmatiuorum: vt est redditio votorum, honor parentum, redditio iusti: & negatiuorum, vt non occidere, non furari, non negare fidē: & huiusmodi.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis octuagesimætertiæ Articulum decimumseptimum.*

IN articul. 17. dubium occurrit circa illud, scilicet ꝙ in consecratione maximè mēs debet eleuari in Deū. Quoniam in cōsecratione tenetur sacerdos cōsecrans maximè ad exprimenda distinctè verba consecrationis, ac per hoc nō potest maxime mens in Deum eleuari: quoniā quanto magis in Deum eleuatur, tāto minus attendit ad inferiora: vt sunt verba, & huiusmodi.

Infrà, q°. 178. arti. 2. ad primum Et po. q°. 6. art. 9. ad 5. Et Ioā. 4. lect. 3. & 4.

¶ Ad hoc dicitur quod in consecratione eucharistiæ, de qua est sermo, in qua sacerdos Deū quodammodo ducit ad terras, ipsa eleuatio maxime in Dei bonitatē, quæ sic dignatur adesse nobis, ratio est attentionis ad verba in actu exercito, hoc est ꝙ sacerdos distinctè & reuerenter dicat verba illa: qđ autem à scupulosis fit, quia scilicet occupant suam mētem ad hoc, vt velint esse intenti & attenti, euagatio est, & non est attētio: sed habere potius attentionem pro obiecto. Eleuatio igitur mentis in Deum in consecratione debet esse maxima non intensiuè, & per abstractionē à sensibilib⁹, vt obiectio probat: sed debet esse maxima obiectiuè, & quo ad conatum infrà latitudinē tamen attentionis ad dicēda verba, vt decet.

art. præc. — *art. præc. ad 2.* — *in opere imperf. hom. 14.*

¶ In eodem articulo in responsione ad tertium aduerte, quòd non solùm ordinem simpliciter inter gratiarū actiones, & postulationes assignat: quia scilicet prius est gratias agere de acceptis, quibus præuenti sumus, quàm petere futura: sed etiam ordinis in missa distincti à glo. recitati in corpore articuli rationem reddit, ostēdendo quomodo hæc quatuor se habent respectu vnius & eiusdem beneficij. Et locando primò rationem accedendi ad Deum, secundò accessum, tertiò petitiones, & quartò gratiarū actiones: vt glo. fecit, primò obsecrationes, secundò orationes, tertiò petitiones, quarto gratiarum actiones ponens.

Trac. 44. à medio. Hom. 18. in opere imper. paulo ante med.

¶ *Super*

pro se petat necessaria ad salutem, piè & perseueranter.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd oratio innititur principaliter fidei, non quantum ad efficaciam merendi, quia sic innititur principaliter charitati: sed quantum ad efficaciam impetrandi, quia per fidē habet homo notitiam omnipotentiæ diuinæ & misericordiæ, ex quibus oratio impetrat, quod petit.

ARTICVLVS XVI.

¶ *Vtrum peccatores orando impetrent aliquid à Deo.*

AD SEXTVMDECIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ peccatores orando non impetrēt aliquid à Deo. Dicitur enī Ioan. 9. Scimus quia peccatores Deus nō audit. Quod cōsonat ei, qđ dicitur Prouerb. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Oratio autem execrabilis non impetrat aliquid à Deo. Ergo peccatores non impetrant aliquid à Deo.

¶ 2 Præterea, Iusti impetrant à deo illud quod merētur, vt suprà habitū est*. Sed peccatores nihil possunt mereri, q̄a gratia carēt, & etiā charitate, quæ est virtus pietatis, vt dicit glo. 2. ad Timoth. 3. Sup illud, Habētes quidem speciem pietatis, virtutē autem eius abnegātes. Et ita non pie orāt: quod requiritur ad hoc ꝙ oratio impetret, vt suprà dictum est*. Ergo peccatores nihil impetrant orando.

¶ 3 Præterea, Chrysostomus dicit super Matthæū*, Pater nō libenter exaudit orationē, quā filius nō dictauit. Sed in oratione quā Christus dictauit, dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris: quod peccatores nō faciūt. Ergo vel mētiūt hoc dicētes, & sic nō sunt exauditiōe digni: vel si non dicāt, non exaudiūtur, quia formā orandi à Christo institutam non seruant.

¶ SED CONTRA est quod August. dicit super Ioannem*, Si peccatores non exaudiret Deus, frustra Publicanus dixisset, Domine propitius esto mihi peccatori. Et Chrysostomus dicit super Matthæum*, Omnis qui petit, accipit: id est, siue iustus sit, siue peccator.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd in peccatore duo sunt considerāda, scilicet natura, quam diligit Deus: & culpa, quā odit. Si ergo peccator orādo aliquid petit, in quantū peccator, id est, secundū desideriū peccati, in hoc à Deo non auditur ex misericordia, sed quandoq; auditur ad vindictā: cū Deus permittit peccatorē adhuc amplius ruere in peccata. Deus enim quædā negat propitius, quæ cōcedit iratus, vt August. dicit. Orationem verò peccatoris ex bono naturæ desiderio procedentē Deus audit, nō quasi ex iustitia, quia peccator hoc non meretur, sed ex pura misericordia: obseruatis tamen quatuor præmissis conditionibus, vt scilicet pro se petat, necessaria ad salutem, pie, & perseueranter.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut August. dicit super Ioannem, Illud verbum est cæci adhuc inuncti, id est nondum perfecte illuminati, & ideo non est ratum: quāuis possit verificari, si intelligatur de peccatore, inquantū est peccator, per quem etiam modum oratio eius dicitur execrabilis.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ peccator non potest piè orare: quasi eius oratio ex habitu virtutis informetur. Potest tamen eius oratio esse pia quātum ad hoc ꝙ petit aliquid ad pietatem pertinens: sicut ille qui non habet habitum iustitiæ, potest aliquid iustum velle, vt ex supradictis patet*. Et quamuis eius oratio sit meritoria, potest tamen esse imperatiua: quia meritum innititur iustitiæ, sed impetratio innititur gratiæ.

In corp. art. & q. 10. art. 4. & q. 58. ar. 1. ad 3.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut dictum est*, oratio Dominica profertur ex persona communi totius Ecclesiæ. Et ideo si aliquis nolens dimittere debita proximo, dicat orationem Dominicam, non mentitur: quāuis hoc quod dicit non sit verum quantum ad suam personam: est enim verum, quantum ad personam Ecclesiæ, ex qua est meritum: & ideo fructu orationis caret. Quandoque tamen aliqui peccatores parati sunt, debitoribus suis dimittere: & ideo ipsi orantes exaudiuntur, secundum illud Ecclesiast. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. *art. 7. ad 1.*

ARTICVLVS XVII.

¶ *Vtrum conuenienter dicantur esse orationis partes, Obsecrationes, Orationes, Postulationes, & Gratiarum actiones.*

AD DECIMVMSEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter dicantur esse orationis partes obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones. Obsecratio enim videtur esse quædam adiuratio. Sed sicut Origenes dicit super Matthæum*, Non oportet, quòd vir qui vult secundum Euangelium viuere, adiuret alium. Si enim iurare non licet, nec adiurare. Ergo inconuenienter ponitur obsecratio orationis pars. *4. dist. 15. q. 4. art. 3. Et Philip. 4. & 1. Timoth. 2. Hom vlt. circa me.*

¶ 2 Præterea, Oratio secūdum Damascenum*, est petitio decentium à Deo. Inconuenienter ergo orationes contra postulationes diuiduntur. *Lib. 3. cap. 24.*

¶ 3 Præterea, Gratiarum actiones pertinent ad præterita, alia verò ad futura: sed præterita sunt priora futuris. Inconuenienter ergo gratiarum actiones post alia ponuntur.

¶ IN CONTRARIVM est autoritas Apostoli primæ ad Timotheum secundo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ad orationem tria requiruntur: quorum primum est, vt orans accedat ad Deum, quem orat, quod significatur nomine Orationis: quia oratio est ascensus intellectus in Deum. Secundò, requiritur petitio, quæ significatur nomine Postulationis, siue petitio proponatur determinatè, qđ quidam nominant ꝓpriè postulationem: siue indeterminatè, vt cum quis petit iuuari à Deo, quod nominant supplicationem: siue solum factum narretur, secūdum illud Ioan. 11. Ecce quem amas infirmatur: quod vocant insinuationem. Tertiò requiritur ratio impetrandi quod petitur: & hoc vel ex parte Dei, vel ex parte petentis. Ratio quidem impetrandi ex parte Dei est eius sanctitas, propter quam petimus exaudiri, secūdum illud Danielis 9. Propter temetipsum inclina Deus meus aurem tuam, & ad hoc pertinet obsecratio, quæ est sacra contestatio: sicut cùm dicimus, Per natiuitatem tuam libera nos Domine. Ratio verò impetrandi ex parte petentis est gratiarum actio: quia de acceptis beneficiis gratias agentes meremur accipere potiora, vt in collecta dicitur, & ideo dicit glo. 1. ad Timoth. 2. quòd in missa obsecrationes sunt, quæ præcedunt consecrationem, in quibus quædam sacra cōmemorātur: Orationes sunt in ipsa cōsecratione, in qua mens maximè debet eleuari in Deū. Postulationes autē sunt in sequētibus petitionibus. Gratiarum actiones in fine. In pluribus etiam Ecclesiæ collectis hæc quatuor possunt attendi, sicut in collecta Trinitatis, quod dicitur, Omnipotens sempiterne Deus, pertinet ad orationis ascensum in Deum. Quod dicitur, Qui dedisti famulis tuis, &c. pertinet ad gratiarum actionem. Quod dicitur, Pręsta quæsumus, &c. pertinet ad postulationem. Quod in fine ponitur, Per Dominum nostrum, &c. pertinet ad obsecrationem. In collationibus autem ratrum dicitur*, quòd obsecratio est imploratio pro peccatis: oratio, cùm aliquid Deo vouemus, postulatio cùm pro aliis petimus. Sed primum melius est. *Collat. 9. cap. 1. 12 & 13.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod obsecratio non est adiuratio ad compellendum, quod prohibetur, sed ad misericordiam implorandum.

¶ Ad secundum dicendum, quod oratio communiter sumpta includit omnia quæ hic dicuntur, sed secundum quòd contra alia diuiditur, importat propriè ascensum in Deum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in diuersis præterita præcedūt futura. Sed aliquid vnum & idem, prius est futurum quā sit præteritum. Et ideo gratiarum actio de aliis beneficiis præcedit postulationem aliorum beneficiorum. Sed idem beneficiū prius postulatur, & vltimò cùm acceptū fuerit, de eo gratiæ aguntur. Postulationem autem præcedit oratio, per quā acceditur ad Deum, à quo petimus. Orationem autem præcedit obsecratio: quia ex consideratione diuinæ bonitatis, ad eum audemus accedere.

QVÆSTIO

QVÆSTIO OCTVAGESIMAQVARTA de Exterioribus actibus latriæ in tres Articulos diuisa.

POSTEA considerandū est de exterioribus actibus latriæ. ¶ Et primò, de adoratione, per quā aliquis suum corpus ad Deum venerandum exhibet. ¶ Secundò de illis actibus, quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur. ¶ Tertiò de actibus, quibus ea quę Dei sunt, assumuntur. ¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, vtrum adoratio sit actus latriæ. ¶ Secundò, vtrum adoratio importet actum interiorem vel exteriorem. ¶ Tertiò, vtrum adoratio requirat determinationem loci.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum adoratio sit actus latriæ, siue religionis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ adoratio nō sit actus latriæ siue religionis. Cultus enim religionis soli Deo debetur. Sed adoratio non debetur soli Deo. Legitur enim Gen. 18. ꝙ Abrahā adorauit Angelos. Et 3. Regum 1. dicitur ꝙ Nathan propheta ingressus ad regem Dauid, adorauit eum pronus in terram. Ergo adoratio non est actus religionis. *3. dist 10. q. 1. art. 2. q. 7. Et 3. contra. cap. 119.*

¶ 2 Præterea, Religionis cultus debetur Deo prout in ipso beatificamur, vt patet per Aug. in 10. de Ciuit. Dei* Sed adoratio debetur ei ratione maiestatis: quia sup illud Psal. 28. Adorate Dñm in atrio sancto eius, dicit gl. De his atriis venit in atriū vbi maiestas adoratur. Ergo adoratio non est actus latriæ. *Cap. 1. tom. 5.*

¶ 3 Præterea, Vnius religionis cultus tribus personis debetur. Non autem vna adoratione adoramus tres personas. Sed ad inuocationē trium personarum singulariter genuflectimus. Ergo adoratio non est actus latriæ.

¶ SED CONTRA est, quod Matth. 4. inducitur, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ adoratio ordinatur in reuerentiam eius qui adoratur. Manifestum est autem ex dictis* quod religionis proprium est reuerentiam Deo exhibere. Vnde adoratio, qua Deus adoratur, est religionis actus. *q. 81. art. 1. ad 3.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deo debetur reuerentia propter eius excellentiam, quæ aliquibus creaturis communicatur, non secundum æqualitatem, sed secundum quandam participationem. Et ideo alia veneratione veneramur Deū, quod pertinet ad latriam: alia veneratione quasdā excellentes creaturas, quod pertinet ad duliam, de qua post dicetur*. Et quia ea quæ exterius aguntur, signa sunt interioris reuerentiæ, quædam exteriora ad reuerentiam pertinentia exhibentur excellentibus creaturis, inter quæ maximum est adoratio. Sed aliquid est quod soli Deo exhibetur, scilicet sacrificium: vnde August. dicit in 10. de Ciuit. Dei*, Multa de cultu diuino vsurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera: ita tamen quòd quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi & venerandi (si autem multum eis additur) & adorandi. Quis verò sanctificandum cēsuit nisi eum quem Deū aut sciuit, aut putauit, aut finxit? Secundum reuerētiam ergo, quæ creaturæ excellenti debetur, Nathan adorauit Dauid. Secundum autem reuerentiam, quæ debetur Deo, Mardochæus noluit adorare Aman, timens ne honorem Dei transferret ad hominem, vt dicitur Hester 13. Et similiter secundum reuerentiam debitam creaturæ excellenti Abraham adorauit Angelos & etiam Iosue, vt legitur Iosue 5. quamuis possit intelligi quòd adorauerint adoratione latriæ Deum, qui in persona Angeli apparebat & loquebatur. Secundum reuerentiam quæ debetur Deo, prohibitus est Ioannes Angelum adorare, Apocal. vlt. Tum ad ostendendum dignitatem hominis, quam adeptus est per Christum, vt Angelis æquetur: vnde ibi subditur. Conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Tum etiam ad excludendum idololatriæ occasionem: vnde subditur, Deum adora. *Q. 110. & seq. & q. 103. art. 3. & 4. * Cap. 4. tom. 5.*

¶ Ad secundum dicendum, quòd sub maiestate diuina, intelligitur omnis Dei excellentia, ad quam pertinet quòd in ipso, sicut in summo bono, beatificamur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia vna est excellentia trium personarum, vnus honor & reuerentia eis debetur, & per consequens vna adoratio. In cuius figuram cùm legitur de Abraham Gen. 18. quòd tres viri ei apparuerunt, adorans, vnū alloquitur dicens, Domine, si inueni gratiam, &c. Tertia autem genuflexio signum est ternarij personarum, non autem diuersitatis adorationum.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum adoratio importet actum corporalē.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ adoratio nō importet actū corporalem. Dicitur enim Ioan. 4. Veri adoratores adorabūt Patrē in spiritu & veritate. Sed id quod fit in spiritu, non pertinet ad corporalē actū. Ergo adoratio nō importat corporalem actū.

¶ 2 Præterea, Nomē adorationis ab oratione sumitur. Sed oratio principaliter cōsistit in interiori actu, secundum illud 1. ad Corinth. 14. Orabo spiritu, orabo & mente. Ergo adoratio maximè importat spiritualam actum.

¶ 3 Præterea, Corporales actus ad sensibilem cognitionē pertinēt. Deū autē non attingimus sensu corporis, sed mētis. Ergo adoratio nō importat corporalē actū.

¶ SED CONTRA est, ꝙ sup illud Exo. 20. Nō adorabis ea, neq; coles, dicit gl.* Nec affectu colas, nec specie adores. *Ordinaria.*

¶ RESPONDEO dicēdū, ꝙ sicut Damasc. dicit in 4. lib.* Quia ex duplici natura cōpositi sumus, intellectuali scilicet & sensibili, duplicem adorationem Deo offerimus, scilicet spiritualem, quæ cōsistit in interiori mentis deuotione: & corporalē, quæ consistit in exteriori corporis humiliatione. Et quia in omnibus actibus latriæ id, quod est exterius, refertur ad id quod est interius, sicut ad principalius: ideo ipsa exterior adoratio fit propter interiorē, vt videlicet p signa humilitatis quæ corporaliter exhibem⁹, excitetur noster affectus ad subiiciendū se Deo: quia connaturale est nobis, vt p sensibilia ad intelligibilia procedamus. *Cap. 13.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ etiā adoratio corporalis in spiritu fit, inquantum ex spirituali deuotione procedit, & ad eam ordinatur.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ sicut oratio primordialiter est quidē in mente, secūdariò aūt verbis exprimitur, vt suprà dictū est*: ita etiā adoratio principaliter quidē in interiori Dei reuerētia cōsistit: secundariò autē in quibusdā corporalibus humilitatis signis: sicut genu flectimus nostrā infirmitatē designātes in cōparatione ad Deū. Prosternim⁹ autē nos quasi profitentes nos nihil esse ex nobis. *Q. 83. artic. 12.*

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ etsi per sensum Deum attingere non possimus, per sensibilia tamen signa mens nostra prouocatur vt tendat in Deum.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum adoratio requirat determinatum locum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd adoratio nō requirat determinatum locum. Dicitur enim Ioannis 4. Venit hora quando neque in mōte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrē. Eadē autem ratio videtur esse & de aliis locis. Ergo determinatus locus non requiritur ad adorandum.

¶ 2 Præterea, Adoratio exterior ordinatur ad interiorem. Sed interior adoratio fit ad Deum, vt vbique existentem. Ergo exterior adoratio non requirit determinatum locum.

¶ 3 Præterea, Idē Deus est qui in nouo & veteri Testamēto adoratur, sed in veteri Testamēto fiebat adoratio ad Occidētē: nam ostium taberuaculi respiciebat ad Orientem, vt habetur. Exod. 26. Ergo eadem ratione etiā nunc debemus adorare ad Occidētē, si aliquis locus determi-

¶ *Super Quæstionis octuagesimæquartæ Articulum primum.*

IN articul. primo quæstionis octuagesimæ quartæ dubium occurrit de actibus Mardochæi & Ioan. hic expositis in respōsione ad primum. Nam quum Rex præcepisset Aman adorari, vt creaturam excellentem, nō vt Deum, quod per hoc patet, quòd infra seipsum illum adorari constituit, non videtur rectè excusari Mardocheus, dicendo quòd secundum reuerentiam Deo debitam, Mardochæus noluit adorare Aman. Ioannes quoque, si de latriæ adoratione prohibitus est, quum ipse esset paratus ad illam adorationem, vt patet ex hoc quod ibi dicitur, scilicet. Cecidi vt adorarem, sequitur ꝙ Ioannes peccauerit peccato maximo: à cuius perfecta consummatione prohibitus fuit ab Angelo, quod est inconueniens. Mala igitur est expositio literæ.

Suprà q. 81. art. 7. Et 3. dist. 9. q. 1. art. 3. & 3. contra cap. 119.

¶ Ad hoc dicitur, quòd de mente Mardochæi satis videtur in litera Scripturæ insinuatum, ꝙ ea ratione renuerit adorare Aman, ne scilicet reuerentiam exteriorem Deo consuetam à Iudæis exhiberi (vt patet tertij Regum 8. de genu flexione Salomonis) ad hominē talem transferret. Dicitur enim Hester tertio, quòd arguentibus aliis pueris Regis Mardochæū de hoc, dicit se esse Iudæum & quòd illi volentes experiri an perseueraret, accusauerunt eum ad Aman hostē Iudæorum: quoniam erat de stirpe Agag regis Amalechitarum, occisi à Samuel. 1. Regum 15. Sic ergo patet quòd conuenienter Autor mentem Mardochæi interpretatus est. An autem prudenter in hoc egerit Mardochęus, quum sciret Iacob adorasse fratrē suum Esau, Gen. 33. & filios eius incognitum Ioseph adorasse, Genes. 43. & rationabile sit quod ipse, more Persarum, adoraret pronus in terram Regem, alia quæstio est ex particularibus, tunc occurrentibus pensanda. Factum autem Ioannis Euangelistæ ad exteriorem tantum actum spectat, ita quòd Ioannes nolebat diuinam reuerentiam Angelo exhibere, sed reuerentiam summam in exteriori actu, scilicet prostrationis, ei exhibere, quam licite facere poterat: quum hæc possit etiam homini excellenti exhiberi, & exhibita fuerit, vt patet in prædictis locis. Sed quia ista tanta exterior reuerentia deberet reseruari soli Deo, vt aliqua exterior reuerentia *1. Tim. 2.*

Universidad de Deusto Biblioteca

rentia esset illi propria: ideo Angelus dicitur prohibuisse eum à reuerentia debita Deo. Ita quòd sensus est, quòd secundum reuerentiam exteriorem debitam Deo, hoc est, ex debito honestatis, reseruandam soli Deo, prohibitus est Ioannes in persona generis humani offerens prædecessorum suorum more, reuerentiam exteriorem summam excellentibus creaturis, ne hanc exhiberet, sed soli Deo reseruaret illam, propter vtramque rationem in litera allatam. Et hæc de tota quæstiõe octuagesima quarta sufficiãt.

¶ Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum primum.

IN articulo primo 85. quæstionis dubium occurrit circa principiũ corporis articuli, an scilicet sit verum quod naturalis ratio dictet homini, quod alicui superiori subdatur, à quo egeat adiuuari & dirigi, & hoc propter defectus quos in seipso sentit. Videtur enim hoc esse falsum: quoniam aut est sermo de defectib⁹ corporis, aut de defectibus animæ, aut vtriusque. Sed propter defectus corporis non dictat naturalis ratio hominem superiori adiutori ac directori subiici: tum quia defectus corporis cõmunes sunt nobis & aliis animalibus: tum quia defectus corporis non ducunt nisi ad corpus, sine defectu, quale est corpus cæleste: à corporibus autem non expectamus directionem, quamuis adiutorium ex applicatione eorundem, vt patet ex illuminatione, & medicinis. Propter defectus verò animæ quo ad partem perceptiuam, ad lumen intellectus agentis recurrens sistit. Quo ad potestatem verò appetitiuam recurrendo ad rationis regulam, naturaliter sistit. Neuter ergo sigillatim, aut simul defectus, naturali dictamine ducit hominẽ, vt cognoscat se subiici alicui superiori naturæ, à qua adiuuari & dirigi indigeat.

¶ Et confirmatur: quia quod naturalis ratio dictat, omnibus hominibus commune est. Constat autem multos viros illustris ingenij, non nisi propter vulgus sacrificandum esse Deo sensisse, vt Seneca de seipso dicit, & Aristotel. 12. Metaphys. sentire videtur, Auerroisque expresse idem sentit ibidem. Et breuiter, omnes negantes diuinam prouidentiam circa hominũ singulares actus, singulariter hoc sentisit. Non est igitur hoc de

natus requiritur ad adorandum.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 56. & inducitur Luc. 19. Domus mea, domus orationis vocabitur.

¶ RESPONDEO dicendum, q; sicut dictum est* *art. prec.*, in adoratione principalior est interior deuotio mẽtis: secundarium autẽ est quod pertinet exterius ad corporalia signa. Mens autẽ interius apprehendit Deũ quasi non cõprehensum aliquo loco. Sed corporalia signa necessum est q; in determinato loco & situ sint. Et ideo determinatio loci nõ requiritur ad adorationẽ principaliter, quasi sit de necessitate ipsius, sed secundũ quãdã decẽtiã, sicut & alia corporalia signa.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q; Dñs per illa verba prænunciat cessationẽ adorationis tam secundũ ritũ Iudæorum adorantiũ in Hierusalẽ, quàm etiã secundũ ritum Samaritanorũ adorantiũ in mõte Garizim. Vterq; enim ritus cessauit, veniente spirituali Euangelij veritate: secundum quam in omni loco Deo sacrificatur, vt dicitur Malac. 1.

¶ Ad secundũ dicendum, q; determinatus locus eligitur ad adorãdum: non propter deũ, qui adoratur, quasi loco concludatur, sed propter ipsos adorantes. Et hoc triplici ratione. Primò quidẽ ꝓpter loci consecrationẽ, ex qua spiritualẽ deuotionẽ concipiunt adorantes, vt magis exaudiãtur, sicut patet ex adoratione Salomonis 3. Regũ 8. Secundò propter sacra mysteria & alia sanctitatis signa quę ibi continẽtur. Tertiò propter cõcursum multorũ adorãtium, ex quo fit oratio magis exaudibilis secundũ illud Matth. 18. Vbi sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum.

¶ Ad tertiũ dicendum, quod secundum quandã decentiã adoramus versus Oriẽtem. Primò quidẽ propter diuinæ maiestatis indiciũ: quod nobis manifestatur in motu cæli, qui est ab Oriẽte. Secundo propter paradisum in Oriẽte constitutũ, vt legitur Gene. 2. secundũ literã septuaginta interpretũ, quasi quæramus ad paradisum redire. Tertiò propter Christũ, q. est lux mũdi, & Oriẽs nominatur Zacha. 6. Et q. ascendit sup cœlum cæli ad Orientẽ. Et ab Oriẽte etiã expectat͂ venturus, secundum illud Matthæi 24. Sicut fulgur exit ab Oriẽte, & paret vsq; ad occidentẽ, ita erit & aduẽtus filij hominis.

QVÆSTIO OCTVAGESIMAQVINTA de Iis quæ Deo à fidelibus dantur, & primo de Sacrificiis, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de actibus quibus aliquæ res exteriores deo offeruntur.

¶ Circa quos occurrit duplex consideratio. ¶ Primo quidẽ de his quæ deo à fidelibus dantur. ¶ Secundo de votis, quibus ei aliqua promittuntur.

¶ Circa primum considerandum est de sacrificiis, oblationibus, primitiis, & decimis. ¶ Circa sacrificia quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum offerre deo sacrificium sit de lege naturæ. ¶ Secundo, vtrũ soli Deo sit sacrificium offerendum.

¶ Tertio, vtrum offerre sacrificium sit specialis actus virtutis.

¶ Quartò, vtrum omnes teneantur ad sacrificium offerendum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum offerre sacrificium Deo, sit de lege naturæ.

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur quod offerre sacrificiũ Deo nõ sit de lege naturæ. Ea enim quæ sunt iuris naturalis, cõmunia sunt apud omnes homines. Non autẽ hoc cõtingit circa sacrificia. Nam quidã leguntur obtulisse in sacrificiũ panẽ & vinũ, sicut de Melchisedec dicitur Gen. 4. Et quidam hæc, quidã vero alia, vt animalia. Ergo oblatio sacrificiorũ non est de iure naturali.

¶ 2 Præterea, Ea quæ sunt iuris naturalis oẽs iusti seruauerũt. Sed non legitur de Isaac, q; sacrificiũ obtulerit. Neq; etiam de Adã: de quo tamen dicit͂ Sap. 10. q; sapientia eduxit eum à delicto suo. Ergo oblatio sacrificij nõ est de iure naturali.

¶ 3 Præterea, August. dicit 10. de Ciuitat. dei* *Cap. 5. 6. & 19. tom. 5.*, q; sacrificia in quadam significãtia offerũtur. Voces autẽ quę sunt pręcipua inter signa, sicut idẽ dicit in lib. de doct. Christ.* *Lib. 2. cap. 3.* non significant naturaliter, sed ad placitum, secundum Philosophum* *Lib. 1. Periher. cap. 1.* Ergo sacrificia nõ sunt de lege naturali.

¶ SED CONTRA est, quòd in qualibet ætate, & apud quaslibet hominum nationes semper fuit aliqua sacrificiorũ oblatio: quod autem est apud oẽs, videtur naturale esse. Ergo & oblatio sacrificiorum est de iure naturali.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd naturalis ratio dictat homini, q; alicui superiori subdatur propter defectus, quos in seipso sentit: in quib⁹ ab aliquo superiori eget adiuuari & dirigi. Et quicquid illud sit, hoc est quod apud omnes dicitur Deus. Sicut autẽ in reb⁹ naturalibus naturaliter inferiora superiorib⁹ subdũtur, ita etiã naturalis ratio dictat homini secũdum naturalẽ inclinationẽ, vt ei qđ est supra hominẽ, subiectionẽ & honorem exhibeat secundũ suum modum. Est autẽ modus cõueniens homini, vt sensibilib⁹ signis vtatur ad aliqua exprimẽda: quia ex sensibilibus cognitionẽ accipit. Et ideo ex naturali ratione procedit, q; homo quibusdam sensibilibus rebus vtatur, offerens eas Deo in signum debitæ subiectionis & honoris, secundũ similitudinẽ eorum, qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionẽ dominij. Hoc aũt pertinet ad rationẽ sacrificij: & ideo oblatio sacrificij ꝑtinet ad ius naturale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut suprà dictũ est* *1.2. q. 95. art. 2.*, aliqua in cõmuni sunt de iure naturali, quorum determinationes sunt de iure positiuo, sicut quod malefactores puniãtur, habet lex naturalis. Sed quod tali pœna vel tali puniãtur, est ex cõstitutione diuina vel humana. Similiter etiã oblatio sacrificij in cõmuni est de lege naturali, & ideo in hoc omnes cõueniũt. Sed determinatio sacrificiorũ est ex institutione humana vel diuina: & ideo in hoc differunt.

¶ Ad secundum dicendum, quod Adã & Isaac, sicut & alij iusti, deo sacrificiũ obtulerunt, secundũ sui tẽporis congruentiam, vt patet p Grego.* *Lib. 4. mor. ca. 2.* qui dicit, quòd apud antiquos p sacrificiorũ oblationes remittebatur pueris peccatũ originale. Non tamẽ de omnibus iustorũ sacrificiis fit mentio in Scriptura, sed solũ de illis, circa quę aliquid speciale accidit. Potest tamen esse ratio, quare Adam nõ legitur sacrificiũ obtulisse: ne, quia in ipso notatur origo peccati, simul etiã in eo sancti

iure naturæ, naturali ratione dictatum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ratio potest dici naturalis in practicis dupliciter. Primo illa cognitio quæ tanquam indita statim aut quasi statim homini adest, vt q; homo debet vestiri, debet habitare domi, alere filium, honorare patrem, & huiusmodi. Et talis cognitio dicitur naturalis ex modo, quia inest ad modum naturæ. Et ratio sic naturalis distinguitur contra rationem inuestigatam.

¶ Secundo autem modo ratio dicitur naturalis à naturali principio, quia scilicet habetur ex virtute naturalis luminis proueniens, vel acquisita: & sic ratio naturalis distinguitur & contra supernaturalem, & contra voluntariam rationem: & continet sub se omnem cognitionem, quam ex lumine intellectus agentis statim vel discurrendo & multum studẽdo, &c. habere possumus. Et hoc modo intellexit Autor dicens, q; ratio naturalis dictat. Ita q; intentio sua est q; ratio naturalis, vt distinguitur contra supernaturalem, qualis est lex diuina, & contra voluntariam, qualis est lex positiua: quę ideo dicitur voluntaria, quia à principio nihil differt, vt dicitur. 5. Ethic. talis ratio dictat homini, q; subditur alicui superiori, &c.

¶ Ad cuius euidentiam scito, q; ratio dictans sacrificium, est ratio procedens ex multis præmissis, scilicet q; in natura est aliquod supremum: & q; illud cognoscit hos nostros singulares actus singulariter, & q; benefactor noster est in singularibus. Et quoniam hæc omnia ratione naturali cognosci possunt, ideo ratio naturalis fulta tot notitiis dictat homini, qui se sentit defectuosum, quo ad animam præcipuè, se subdi superiori adiutori & directori, quem Deum dicimus.

¶ Ad primum ergo obiectorum dicitur, quòd sermo præsens est de defectibus hominis secundũ animam, & corporis in ordine ad animã. Et q; quia homo cum toto lumine intellectus agentis, & dependentibus ab eo, deficere se experimẽto sentit, & in cognitione & in rectitudine appetitus: & deficiens in aliquo naturaliter reducitur ad indeficiens, tanquam dependẽs ab illo: ideo cognoscit se subiici alicui superiori indeficienti: ac per hoc recurrendum ad illum vt adiutorem & directorẽ. Et dato quod hæc non dictaret naturalis ratio, tanquam necessario scita, saltẽ tanquam rationabilia dictat. In moralibus

bus autem non oportet expetere certitudinem mathematicam, sed rationabilia sufficiunt.

¶ Ad confirmationẽ vero dicitur dupliciter. Primò, quòd hoc dictamen esse commune testatur, quòd, vt in litera dicitur in responsione ad primum, omnes communiter conueniunt in hoc q; sacrificium offeratur. Quòd autem quidã hoc negent, cõtingit ex hoc quod dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, vt dicitur ad Roma. 1. Alio vero modo dicitur, q; ea quæ sunt de dictamine naturali, vt principia, sunt omnibus communia. Ea verò quę sunt de dictamine naturali, vt conclusiones inuestigatæ, non conceduntur ab omnibus: quia nec ab omnibus cognoscuntur. Sic autem ad dictamen naturale spectat sacrificare Deo, & non primo modo: propterea nõ est mirum, si multi sapiẽtes huius mundi non acceptant hoc.

1.2. q. 101. art. 3. cor. Et 3. q. 48. art. 3. cor. Et 3. contra cap. 120. co. 2. fin. Et psal. 18. cor. 2. Et Ro 1. lect 7. fin.

¶ In eodem artic. nota quòd Autor non solum ostendit, quòd ad ius naturale spectat oblatio sacrificij, sed etiam quòd oblatio sacrificij exterioris. Nam poterat quis dicere, quòd Deo, vt pote intellectualis naturæ sufficit oblatio mentis interior. Et propterea Autor ex eo q; naturale est homini exprimere interiorem mentem exterioribus signis, quia à sensibilibus cognitionẽ accipit, docet quòd ideo naturaleq; quoque est hominem interiorem oblationem mentis, exteriori oblatione explicare. Et bene aduerte quod non ex parte necessitatis: quia scilicet alteri homini non possumus exprimere aliter mentem nostram, nisi sensibilibus signis, sed ex parte naturalitatis: quia scilicet exprimere per sensibilia signa, naturale est homini, quia à sensibilibus accipit cognitionẽ, autor processit: quoniã ratio necessitatis non habet locum respectu Dei, qui intuetur cor, sed optimè locum habet ratio naturalitatis ex parte hominis, qui offert sacrificium.

¶ Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem octuagesimęquintæ quæstionis aduerte, quòd in corpore articuli Autor rationem radicalem, quia scilicet sacrificium exterius debet conformari interiori, quod soli Deo offertur, confirmat similitudine proportionali: quia scilicet sic se habet vox & conceptus significatus. Et postmodum conclusionem ipsam ex hu-

ficationis origo significaret͂. Isaac verò significauit Christũ, inquantũ ipse oblatus est in sacrificiũ, vnde non oportebat vt significaretur quasi sacrificiũ offerẽs.

¶ Ad tertium dicendum, quòd significare conceptus suos est homini naturale. Sed determinatio signorum est secundum humanum placitum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum soli Deo sit sacrificium offerendum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd non soli summo Deo sit sacrificiũ offerendum. Cùm enim sacrificium Deo offerri debeat, videtur quòd omnibus illis sit sacrificium offerendũ qui diuinitatis consortes fiũt. Sed etiam sancti homines efficiuntur diuinæ naturæ consortes, vt dicitur. 2. Petri 1. Vnde & de eis in Psalm. 81. dicitur, Ego dixi Dij estis. Angeli etiam filij Dei nominantur, vt patet Iob 1. Ergo omnibus his debet sacrificium offerri.

¶ 2 Præterea, Quanto aliquis maior est, tãto ei maior honor debet exhiberi. Sed Angeli & Sãcti sunt multò maiores quibuscunq; terrenis Principibus, quibus tamen eorum subditi multo maiorẽ honorem impendunt, se corã eis prosternentes & munera offerentes, quàm sit oblatio alicuius animalis, vel rei alterius in sacrificium. Ergo multo magis Angelis & sanctis potest sacrificium offerri.

¶ 3 Præterea, Tẽpla & altaria instituũtur ad sacrificia offerenda. Sed templa & altaria instituuntur Angelis & sanctis. Ergo etiam sacrificia possunt eis offerri.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Exod. 22. Qui immolat diis, occidetur, præter domino soli.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd sicut dictum est* *Ar. prec.*, oblatio sacrificij fit ad aliquid significandũ. Significat autẽ sacrificiũ quod offertur exterius, interius spirituale sacrificiũ, quo anima offert se ipsam deo, secũdũ illud Psal. Sacrificium deo spiritus cõtribulatus. Quia, sicut suprà dictũ est*, exteriores act⁹ religionis ad interiores ordinãtur. Anima autẽ se offert deo in sacrificium, sicut principio suæ creationis, & sicut fini suæ beatificationis. Secundũ autẽ verã fidem solus deus est creator animarũ nostrarũ, vt in primo habitũ est*. In solo etiã eo animæ nostræ beatitudo cõsistit, vt suprà dictũ est*. *q. 84. art. 2. et q. 81. art. 7. D. 178. q. 118. art. 2. * 1 2. q. 2. & 3. art. 8.* Et ideo sicut soli deo summo debemus sacrificiũ spirituale offerre, ita etiã soli ei debemus offerre exteriora sacrificia. Sicut etiã orãtes atq; laudãtes ad eũ dirigimus significãtes voces, cui res ipsas in corde quas significamus, offerimus, vt Aug. dicit 10. de Ciuitate dei* *Cap. 19. tom. 5.*. Hoc etiã videmus in omni republica obseruari, q; summũ rectorem aliquo signo singulari honorant: quod cuicunq; alteri deferretur, esset crimen læsæ maiestatis. Et ideo in lege diuina statuitur pœna mortis iis, qui diuinum honorem aliis exhibent.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quod nomen diuinitatis communicatur aliquibus non per æqualitatem, sed per participationem, & ideo nec æqualis honor eis debetur.

¶ Ad secundum dicendũ, q; in oblatione sacrificij non pensatur pretiũ occisi pecoris, sed significatio, qua hoc fit in honorẽ summi rectoris totius Vniuersi. Vnde sicut August. dicit. 10. de Ciuitate dei* *Cap. 19. & lib. contra Fau. cap. 21.*, Dæmones non cadauerinis nidoribus, sed diuinis honoribus gaudent.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q; sicut August. dicit 8. de Ciuitate Dei* *Cap. vlt. tom. 5.*. non cõstituimus Martyrib. templa sacerdotalia: quoniã nõ ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Vnde sacerdos non dicit; Offero tibi sacrificium Petre vel Paule, sed Deo de illorum victoriis gratias agimus, & nos ad imitationem eorum exhortamur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum oblatio sacrificij sit specialis actus virtutis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q; oblatio sacrificij nõ sit specialis actus virtutis, Dicit enim Augustin. 10. de Ciuitate Dei* *Cap. 6. tom. 5.*: Verũ sacrificiũ est omne opus quod agitur, vt sancta societate inhæreamus Deo. Sed omne opus bonum non est specialis actus alicuius determinatæ virtutis. Ergo oblatio sacrificij non est specialis actus determinatæ virtutis.

¶ 2 Præterea, Maceratio corporis, q̃ fit per ieiunium, pertinet ad abstinentiam: quæ autem fit p continentiã, pertinet ad castitatem: quæ autem est in martyrio, pertinet ad fortitudinem: quæ omnia videntur cõprehendi sub sacrificij oblatione, secundum illud Rom. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. Dicit etiam Apost. ad Heb. vlt. Beneficentię & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Beneficentia autem & cõmunio pertinent ad charitatem, misericordiam, & liberalitatem. Ergo sacrificij oblatio non est specialis actus determinatæ virtutis.

¶ 3 Præterea, Sacrificium videtur quod Deo exhibetur. Sed multa sunt quæ Deo exhibentur, sicut deuotio, oratio, decimæ, primitiæ, oblationes, & holocausta. Ergo sacrificium non videtur esse aliquis specialis actus determinatæ virtutis.

¶ SED CONTRA est, quòd in lege specialia præcepta de sacrificiis dantur, vt patet in principio Leuit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà* *1.2. q. 18. art. 6. D. 1175.* habitum est, quando actus vnius virtutis ordinatur ad finem alterius virtutis, participat quodammodo speciem eius: sicut cùm quis furatur, vt fornicetur, ipsum furtum accipit quodammodo fornicationis deformitatem: ita quod si etiam aliàs non esset peccatum, ex hoc iam peccatum esset, quòd ad fornicationem ordinatur. Sic ergo sacrificium est quidã specialis actus laudem habens ex hoc, quòd in diuinam reuerentiam fit, propter quod ad determinatam virtutem pertinet, scilicet ad religionem. Contingit autem & ea quæ secundum alias virtutes fiunt, in diuinam reuerentiam ordinari: puta, cùm aliquis eleemosynam facit de rebus propriis propter Deum, vel cùm aliquis proprium corpus alicui afflictioni subiicit propter diuinam reuerentiam. Et secundum hoc etiam actus aliarum virtutum sacrificia dici possunt. Sunt tamen quidam actus, qui nõ habent ex alio laudem, nisi quia fiunt propter reuerentiam diuinam. Et isti actus propriè sacrificia dicuntur, & pertinent ad virtutem religionis.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd hoc ipsum quod Deo quadam spirituali societate volumus inhærere, ad diuinam reuerentiam pertinet. & ideo cuiuscunq; virtutis actus rationem sacrificij accipit ex hoc, quòd agitur, vt sancta societate Deo inhæreamus.

¶ Ad secundũ dicendum, q; triplex est hominis bonũ. Primum quidẽ est bonũ animæ, quod Deo offertur interiori quodam sacrificio per deuotionẽ, & orationẽ, & alios huiusmodi interiores actus. Et hoc est principale sacrificiũ. Secundũ est, bonum corporis, quod Deo quodammodo offertur per martyrium & abstinentiam seu continentiam. Tertium, est bonum exteriorum rerũ de quo sacrificium offertur Deo: directè quidẽ, quando immediatè res nostras Deo offerimus: mediatè autem, quando eas communicamus proximis propter Deum.

¶ Ad tertiũ dicendum, q; sacrificia propriè dicuntur, quando circa res Deo oblatas aliquid fit, sicut quod animalia occidebantur, & comburebantur, q; panis frangitur, & comeditur, & benedicitur, & hoc ipsum nomen sonat. Nam sacrificium dicitur

mana consuetudine probat: quam etiam autoritate diuinæ legis de thymiamate, seu vnguẽto prohibito sub pœna mortis confirmat. Et si vis materiam hanc latius videre, inspice cap. 120. libri tertij contra Gent.

¶ Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum tertium.

IN articulo tertio, vide quòd vis rationis consistit in hoc. Actus ex quo alij tam proprias species habentes, quàm non ordinati ad illum, trahunt speciem, est actus specialis. Oblatio sacrificij est huiusmodi: ergo, &c. In litera siquidem primo maior in exemplo vtrorumq; ordinatorum ad fornicationem, deinde minor similiter in vtrisque ordinatis ad diuinam reuerentiam, declaratur, &c. vbi & habes differentiam inter actus habentes alias species virtutis, & non habentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

bentes, in hoc quòd isti propriè dicuntur sacrificia, isti autem participatiuè dicuntur sacrificia. Sicut etiam futum propter fornicationem est participatiuè fornicari. Propriè autem actus fornicandi, est fornicari.

¶ In responsione ad tertium ibidem habes proprietatem vocabulorum Scripturæ.

¶ Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum quartum.

IN artic.4.habes quod duo genera sacrificij sint cib̃ cõmunia, scilicet interioris mentis oblatio per deuotionem & orationem, & oblatio actuum aliarum virtutum. Tertium autem sacrificij genus est propriũ sacerdoribus & ministris Ecclesiæ: quod hodie in sola eucharistiæ oblatione essentialiter consistere videtur. Quãuis largo vocabulo in iure etiam inueniatur, iuxta illud Gregorij in benedictione cerei, Suscipe, sancte Pater incensi huius sacrificium vespertinum.

¶ Super Quæstionis octuagesimæsextæ Articulum primum.

IN artic.1.quæst. 86. in responsione ad primũ, grauis occurrit quæstio. Quo pacto soluatur differentia inter cæremonialia & iudicialia præcepta legis veteris: si licitè poterit & debet modo obseruari hoc cæremoniale mãdatũ, Exod.23. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Differentia siquidem assignata in præcedenti libro, quæ etiam in quæstione sequenti, articulo primo replicatur, est q̃ iudicialia possunt nunc seruari, si prĩceps ea statuat, cæremonialia autẽ non. Ex quo dubitatur sic: Quum commune sit vtrisque præceptis, quod non licet ea obseruare tanquam viua, hoc est tanquam obligantia ex auctoritate veteris legis: quia hoc esset euacuare fidem Christi, qui legis autoritatem ad præhinitum tempus datam terminauit, differentia ista consistit in hoc, quod iudicialia, quo ad ipsam substantiam operum, licet obseruare, si noua statuantur autoritate: cæremonialia verò non licet noua autoritate statuere, alioquin membra diuisionis non contra se inuicem ponerentur. Et si sic intelligitur, sequitur quod præceptum de oblationibus non licitũ est renouare aut seruare. Cuius contrarium in litera hic dicitur, & ab Ecclesia obseruatur.

¶ Ad hoc dicitur, quod differentia inter cæremonialia & iudicialia non est intelligẽda quo ad substantiam operum absolutè, sed secundum eãdem rationem formalem. Hoc est, quod licitum est iudicialia olim in lege, facere iudicialia in ciuitate vel regno, sed non est licitum cæremonialia olim in lege, facere cæremonialia in Ecclesia Dei. Sic enim intellecta differẽtia ista, ex opposito membro optimè distincta formaliter saluat. Quo ad substantiam nanque operis licitum est, id quod erat cæremoniale facere, vt patet, si quis se causa sanitatis circumcideret. Et licet sensus iste sit verus & intentus, ex eo tamen non habetur solutio motæ difficultatis de oblationib̃: quoniã oblationes inter cæremonias erant, vt hic & ex præcedenti lib.q. 101.articu.4. ad vltimum habes, & nunc inter cæremonialia continentur: quoniã Deo offeruntur in protestationem subiectionis nostræ, & ipsa oblatio cultus est Dei exterior. Si ergo non licet olim cæremonialia, nunc vt cæremonialia exercere, quomodo licitæ sunt oblationum cæremoniæ videndum restat.

¶ Si quis autem diligenter inspiciat rationem quare cæremonialia sũt mortifera, & Ecclesiæ consuetudinem, videbit quòd non est vna omnium cæremonialium ratio, & distinguet inter ea, atque inueniet quædam posse institui cæremonialia, quæ eriam olim erant, sicut de iudicialibus constat: quædam autem non. Cæremonialium enim quædam continent in se figuram Christi futuri, vt sacrificia & sacramenta. Et hæc assumere in cæremonias nihil aliud est quàm profiteri Christũ adhuc non venisse, sed venturum, vt Augustin. contra Faustum, & Autor in præcedenti lib.q. 103.articu.vlt. dixerunt. Propter quod sine peccato mortali seruari modo nequeunt. Quædam verò ad diuinam reuerentiam tantummodo spectant, nihil implicantes de Christo venturo, aut statu populi Hebræi expectãtis Christum. Quemadmodum obseruatio sabbati contineret. Et eorum obseruantiam Ecclesia potest sibi assumere in cæremonias, quia cessat in his ratio quare sint mortifera. Et sub hoc genere cõtinetur cæremonia oblationum. Attestatur autem huic distinctioni Ecclesiæ autoritas, quoniam oblationes thuris & huiusmodi odoriferorum, & panem azymũ assumpsit in cæremoniam. Veneratioñ quoque templi post partum à mulierib. fieri nõ improbat, extra, de purificatione post partum, capitulo vnico. Quæ in veteri lege omnia ad cæremonialia pertinent.

Attestatur etiam his autoritas Sanctorum ac doctorum in has duas rationes resoluentes peccatũ obseruandi legalia, scilicet vel tanquam ex Lege veteri ordinata, sic enim omnia sunt mortifera, vtpote potestantia Legem non esse per Christum adimpletam, vel quia continent Christum futurum, quod est etiam contra fidei veram professionem. Et propter ea illa, quæ significant non futura per Christum venturum. Sed quæ semper fieri aut haberi dedent (vt thurificatio, azyma, quæ significant deuotionem, munditiam, syncerit̃, ac veritatem), aut simplicem reuerentiam, vt purificatio post partum, quãtum ad abstinentiam ingressus Ecclesiæ, & oblationes) licitè fieri pñt nõ vt legis cæremoniæ, sed vt ab Ecclesia sunt & fiũt. Hæc autem esse de mente Autoris inuenies in 3. sentent. dist.37.art.5 quæstiuncula 3. & in 4.senten. tam dist.c.q.2.art. 5. quæstiuncula 1. quàm dist.11. q.2.art.2.quæstiuncula 3. & in 3.parte q.83.art.5.& sic saluatur dicta differentia inter iudicialia & cæremonialia, quòd iudicialia omnia possunt assumi, cæremonialia verò nec omnia propriè, nec principalia, sed quædam tantum communia & secundaria assumi possunt.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, vi de quòd non ad rem, sed apparentiam respicit ratio dicens, quare sacerdos non debet priuare sacramento negantem debitas oblationes, ne s. videatur pro sacramento exigere. Oportet enim sanctos ab iis qui fotis sunt testimonium habere. Si tamen negaret puniendo peccatorem, non esset secundum veritatẽ simoniacus: vt supra retta-men sibi superioris iurisdictionem, ad quem spectat priuatio sacramenti pro hac causa.

¶ Sed tunc insurgit dubium, quid facit sacerdos in tali casu. Si ministrat sacramentum existenti in peccato mortali, peccat, si non ministrat, peccat. Erit ergo perplexus.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sacerdos debet charitatiuè monere hominem non reddentem debitas oblationes, vt saltem sit paratus consulere conscientiæ suæ: iuxta boni viri iustum arbitrium. Et si quidem consenserit, potest illi iam in bono statu per hoc existenti ministrare sacramenta. Si non consenserit, protestari coram aliis debet, quòd non propterea quia ad eum peruenire debent oblationes, sed quia ille non est paratus conscientiæ suæ consulere, negat ei sacramenta, donec superior consilius prouideat, & sic deberet denuntiare superiori. Et interim non tanquã iudex, sed tanquam deuitans participare in peccato mortali cum illo, negare sacramenta illi. Non remanet ergo perplexus, nec oportet eum vsurpare sibi superioris potestatem.

¶ Super Quæstionis octuagesimæsextæ Articulum tertium.

IN art. 3. eiusdem quæstionis omisso secundo, aduerte in responsione tertium, quòd triplex ratio illicitæ oblationis animalis cæci aut claudi, sic distinguitur, q̃ prima penes improportionem oblatæ rei ad sacrificium, secunda penes hoc quòd res ipsa contẽptibilis contemptibilem redderet diuinum cultũ: tertia penes voti vinculũ attenditur. Propter primam nanque non licet vinum acetosum, aut farinam quasi corruptam offerre pro sacrificio eucharistiæ: quoniam immaculato sacrificio sola immaculata materia proportionata est. Propter secundam, vestes concubinarum

dicitur ex hoc q̃ homo facit aliquid sacrum. Oblatio autem directè dicitur, cũ Deo aliquid offertur, etiam si nihil circa ipsum fiat: sicut dicuntur offerri denarij vel panes in altari: circa quos nihil fit. Vnde omne sacrificiũ est oblatio, sed nõ cõuertitur. Primitiæ aũt oblationes sunt, quia Deo offerebãtur, vt legitur Deut. 26. Non autẽ sunt sacrificia, quia nihil sacrũ circa eas fiebat. Decimæ autem propriè loquendo, non sunt sacrificia, neq; oblationes: quia nõ immediate Deo, sed ministris diuini cultus exhibentur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum omnes teneantur ad sacrificia offerenda.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd non omnes teneãtur ad sacrificia offerẽda. Dicit enim Apostolus. Rom.3. Quæcunq; lex loquitur, iis qui sunt in lege loquitur. Sed lex de sacrificiis non fuit omnibus data, sed soli populo Hebræorum. Ergo non omnes ad sacrificia tenebantur.

¶ 2 Præterea, Sacrificia Deo offeruntur ad aliquid significandũ. Sed non est omnium huiusmodi significationes intelligere. Ergo non omnes tenentur ad sacrificia offerenda.

¶ 3 Præterea, Ex hoc sacerdotes dicũtur, quòd sacrificium Deo offerunt. Sed non omnes sunt sacerdotes. Ergo nõ omnes tenentur ad sacrificia offerenda.

¶SED CONTRA est, quod sacrificium offerre est de lege naturæ, vt suprà habitũ est*. Ad ea autẽ quæ sunt legis naturæ omnes tenẽtur. Ergo omnes tenẽtur ad sacrificium Deo offerẽdum.

¶RESPONDEO dicendũ, quod duplex est sacrificium, sicut dictum* est, quorum primum & principale est sacrificium interius, ad quod omnes tenẽtur: omnes enim tenentur Deo deuotam mẽtem offerre. Aliud autẽ est sacrificiũ exterius, quod in duo diuidit̃. Nam quoddam est quod ex hoc solũ laudẽ habet, q̃ Deo aliquid exterius offertur in protestationẽ diuinę subiectionis: & ad hoc aliter tenentur illi qui sunt sub lege nouæ, vel veteri, aliter illi qui non sunt sub lege. Nam illi qui sunt sub lege, tenẽtur ad determinata sacrificia offerẽda secundum legis præcepta. Illi verò q̃ nõ erãt sub lege, tenebãtur ad aliqua exterius facienda in honorem diuinum, secundũ cõ decentiã ad eos, inter quos habitabant, nõ autẽ determinatè ad hæc vel ad illa. Aliud vero est exterius sacrificiũ, quãdo actus exteriores aliarũ virtutum in diuinam reuerentiã assumuntur. Quorũ quidam cadunt sub præcepto, ad quos omnes tenẽtur. Quidã verò sunt supererogationis, ad quos non omnes tenentur.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ ad illa determinata sacrificia, q̃ in lege erant præcepta, non omnes tenebantur. Tenebantur tamen ad aliqua sacrificia interiora vel exteriora: vt dictum est*.

¶ Ad secundum dicendũ, q̃ quãuis non oẽs sciãt explicitè virtutẽ sacrificiorum, sciunt tamẽ implicitè, sicut & habent fidem implicitam, vt suprà habitum est*.

¶ Ad tertiũ dicendum, quod sacerdotes offerũt sacrificia quæ sunt specialiter ordinata ad cultum diuinum, non solũ pro se, sed etiã pro aliis. Quædam verò sunt alia sacrificia, quæ quilibet potest pro se Deo offerre, vt ex supra dictis patet*.

QVÆSTIO OCTVAGESIMASEXTA, de oblationibus & primitiis, in quatuor Articulos diuisa.

POSTEA considerandũ est de oblationibus & primitiis.

¶ Et circa hoc quærũtur quatuor.

¶ Primò, vtrum aliquæ oblationes sint de necessitate præcepti.

¶ Secundò, quibus oblationes debeãtur.

¶ Tertiò, de quibus rebus fieri debeant.

¶ Quartò, specialiter de oblationibus primitiarũ, vtrum ad eas homines ex necessitate teneantur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum homines teneantur ad oblationes ex necessitate præcepti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ homines nõ teneantur ad oblationes ex necessitate p̃cepti. Nõ em homines tẽpore Euangelij tenentur ad obseruanda cæremonialia præcepta veteris legis, vt suprà habitũ est*. Sed oblationes offerre ponitur inter cæremonialia præcepta veteris legis. Dicitur enim Exod.23. Tribus vicib.p singulos annos mihi festa celebrabitis. Et postea subditur, Non apparebis in conspectu meo vacuus. Ergo ad oblationes non tenentur nunc homines ex necessitate præcepti.

¶ 2 Præterea, Oblationes antequã fiant, in voluntate hominis consistunt: vt videtur per hoc quod Dominus dicit Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare: quasi hoc arbitrio offerentium relinquatur. Postquam autem oblationes sunt factæ, non restat locus iteratò offerendi eas. Ergo nullo modo aliquis ex necessitate præcepti ad oblationes tenetur.

¶ 3 Præterea, Quicunque aliquid tenetur reddere Ecclesiæ, si nõ reddat, potest ad id cõpelli per subtractionẽ Ecclesiastici corũ sacramentorũ. Sed illicitũ videtur iis, qui offerre noluerint, Ecclesiastica sacraméta denegare, secundũ illud Decretum sextæ synodi, quod habet̃ 1.q.1. Nullus qui sacrã cõmunionẽ dispẽsat, à percipiẽte gratiã aliquid exigat: si verò exegerit, deponatur. Ergo nõ tenẽtur homines ex necessitate salutis ad oblationes.

¶SED CONTRA est, quod Gregor. dicit*, Omnis Christianus procuret ad missarũ solennia aliquid Deo offerre.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ sicut dictũ est*, nomẽ Oblationis cõmune est ad oẽs res quæ in cultũ Dei exhibẽtur: ita, quod si aliquid exhibeatur in cultũ diuinũ, quasi in aliquod sacrũ, q̃d inde fieri debeat, consumendum est, & oblatio est, & sacrificiũ. Vnde Exod. 25. dicitur. Offeres totũ arietem in incẽsum sup altare. Oblatio est Dño odor suauissimus victimæ Dei. Et Leui. 2. dicitur, Anima cum obtulerit oblationẽ sacrificij Deo, simul erit eius oblatio. Si verò sic exhibeatur, vt integrũ maneat diuino cultui deputãdum, vel in vsus ministrorum expendendũ, erit oblatio & nõ sacrificiũ. Huiusmodi ergo oblationes de sui ratione habent q̃ voluntariè offerantur, secundum illud Exod. 25. Ab homine qui offert vltroneus accipietis eas. Potest tamen contingere q̃ aliquis ad oblationes teneatur quadruplici ratione. ¶ Primo quidem ex præcedenti cõuentione: sicut cùm alicui cõceditur aliquis fundus Ecclesiæ, vt certis tẽporib. certas oblatiões

Secunda Secundæ S. Thom. rrr

Universidad de Deusto Biblioteca

D.337. narũ debent (vbi sũt cognitæ) in sacras transferri vestes. Propter tertiã, qui vouit vitulum, non satisfacit, si infirmum offert: quia votum intelligitur de vitulo in bono statu. Vbi ergo qualem habet rem Deo quis offert, & nihil horum in conuenientium sequitur, bene facit.

¶ Super Quæstionis octuagesimæsextæ Articulum quartum.

IN articulo quarto eiusdem quæstionis octuagesimæsextæ dubiũ occurrit circa illud quod pertinet ad ius naturale, vt homo ex rebus sibi datis à Deo aliquid exhibeat ad eius honorem: Quoniam quum de rebus exterioribus sit sermo, aut Autor intendit, quòd præter res, quæ in sacrificium offeruntur adhuc ratio naturalis dictat alias esse Deo offerendas: aut replicat id quod de sacrificij exterioris oblatione dixit. Si primum intendit, oportet hoc super aliqua ratione fundari. Dicet. n. quispiam, quòd sat est rationi naturali, quòd aliquo sensibili sacrificio Deum honoremus. Offerre autem aliter quam in sacrificio, vel in ordine ad sacrificium, vt pro altari & huiusmodi quæ ad sacrificij oblationem ordinantur, nulla ratione apparet, quum nullus inde appareat Deo honor. Sublata nanque ministrorum Dei ratione, quæ honoris ratio restat, vt Deo primitias frugum offeramus? Nam ex quo non sacrificantur, sed per modum simplicis oblationis exhibentur, dicendum erit Deo: suscipe has fruges & relinquẽdę erũt: quod videtur ridiculũ. Si verò creditur replicare, quod de sacrificij oblatione dixerat, sequitur quòd non infert intentum, quoniam non infert, quod oblationes sint de iure naturæ, sed quòd sacrificia tantum, quod non oportebat iterare: nec erat quæsitum de sacrificio, sed de primitiis & oblationibus.

¶Ad hoc dicitur, quod proculdubio Autor intendit de oblationibus vt distinguuntur contra sacrificia vt ipsa distinctio quæstionum & articulorum testatur. Videtur autem hæc esse differentia inter dictamen naturalis rationis ad sacrificium & oblationes, quòd ad sacrificium naturalis ratio bene fulta veritate naturali, dictat quasi absolutè ad Deum honorandum. Ad oblationes verò dictat quasi ex suppositione, hoc est, supposito quòd hæc offerre sit in honorem Dei. Ita quòd dictamen rationis naturalis ad sacrificium, dictat ipsum sacrificium esse honorem Dei, in oblationibus verò, supposito quòd sint in

Cap. decimas.

quid aliud huiusmodi.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ in veteri lege[d] prohibebatur oblatio de mercede prostibuli propter immunditiam. In noua autem lege propter scãdalũ: ne videatur Ecclesia fauere peccato, si de lucro peccati oblationem recipiat.

¶Ad secundũ dicendum, ꝙ canis secũdũ legem reputabatur animal immundum. Alia tamen animalia immunda redimebantur: & eorum pretiũ poterat offerri, secundũ illud Leuit. vlt. Si immundũ animal est, redimet qui obtulerit. Sed canis nec offerebatur, nec redimebatur. Tũ quia idolatrę canibus vtebantur in sacrificiis idolorũ. Tum ẽt quia significant rapacitatẽ, de qua non potest fieri oblatio. Sed hæc prohibitio cessat in noua lege.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ oblatio animalis cæci vel claudi reddebatur illicita tripliciter. Vno mõ, ratione eius ad qđ offerebatur. Vnde dicitur Malac. 1. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? Sacrificia autẽ oportebat esse immaculata. Secũdò, ex contẽptu. Vnde ibidẽ subditur, Vos polluistis nomẽ meũ in eo quod dicitis, Mensa Dñi cõtaminata est: & quod supponitur, contemptibile est. Tertio modo, ex voto ꝓcedenti, ex quo obligatur homo, vt integrum reddat quod vouit. Vnde ibidem subditur. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciẽs immolat debile Domino. Et hę causæ manent in lege noua: quibus tamẽ cessantibus, non est illicitum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum ad primitias soluendas homines teneantur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ad primitias soluendas homines non teneantur: quia Exod. 13. data lege primogenitorum subditur. Erit quasi signum in manu tua: & ita videtur esse præceptum cæremoniale. Sed præcepta cæremonialia non sunt seruãda in lege noua. Ergo neq; primitiæ sunt soluendæ.

¶2 Pręterea, Primitiæ offerebantur Domino pro speciali beneficio illi populo exhibito. Vnde dicitur Deut. 26. Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, accedésque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eũ. Profiteor hodie corã Domino Deo tuo, ꝙ ingressus sum terram pro qua iurauit Patribus nostris, vt daret eam nobis. Ergo aliæ nationes non tenentur ad primitias soluendas.

¶3 Præterea, Illud ad quod aliquis tenetur, debet esse determinatũ. Sed nõ inuenitur, nec in noua lege, nec in veteri determinata quantitas primitiarum. Ergo ad eas soluendas nõ tenentur homines ex necessitate.

¶SED CONTRA est, quod dicitur 16. quæst. 7*. Oportet decimas & primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd primitiæ ad quoddã genus oblationũ ꝑtinent: quia Deo exhibentur cũ quadã professione, vt habetur Deute. 25. Vnde & ibidem subditur, Suscipiens sacerdos cartallum, scilicet primitiarum, de manu eius qui defert primitias, ponat ante altare Domini Dei tui. Et postea mandatur ei quòd dicat, Idcirco nunc offero primitias fugum terræ, quas Dominus dedit mihi. Offerebãtur autẽ primitiæ ex speciali causa, s. in recognitionem diuini beneficij, quasi aliquis profiteatur se è Deo fructus terræ percipere: & ideo se teneri ad aliquid de huiusmodi Deo exhibẽdum, secuudum illud 1. Parali. vlti. Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Et quia Deo debemus exhibere id, quod præcipuum est: ideo primitias, quasi præcipuũ aliquid de fructibus terræ, præceptum fuit Deo offerre. Et quia sacerdos cõstituitur pro populo in iis, quę sunt ad Deũ, iõ primitiæ oblatæ à populo in vsũ sacerdotũ cedebãt. Vnde dicitur Num. 18. Locutus est Dominus ad Aaron, Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Pertinet autẽ ad ius naturale, vt hõ ex rebus sibi datis à Deo aliquid exhibeat ad eius honorẽ. Sed quòd talibus personis exhibeatur, aut de primis fructibus, aut in tali quantitate, hoc quidẽ fuit in veteri lege iure diuino determinatum, in noua autem lege definitur per determinationem Ecclesiæ, ex qua homines obligantur, vt primitias soluant secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum Ecclesiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd cæremõialia propriè erant in signũ futuri, & iõ ad præsentiã veritatis significatę cessauerunt. Oblatio aũt primitiarũ fuit in signum præteriti beneficij, ex quo ẽt debitum recognitionis causatur secundũ dictamen rationis naturalis: & ideo in generali huiusmodi oblatio manet.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ primitiæ offerebãtur in veteri lege nõ solum ꝓpter beneficiũ fructuũ terræ promissionis datæ à Deo, sed ẽt ꝓter beneficiũ fructuũ terræ à Deo datorũ. Vnde dicitur Deut. 26. Offero tibi primitias frugum terræ, quas Dominus Deus dedit mihi. Et hæc secũda causa apud oẽs est cõis. Põt etiam dici, ꝙ sicut Iudæis speciali quodam beneficio terrã promissionis cõtulit Deus, ita generali beneficio toti humano generi contulit terræ dominiũ, secundũ illud Psal. 113. Terrã aũt dedit filiis hominũ.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ sicut Hier*. dicit, ex maiorũ traditione introductũ est, quòd qui plurimũ, quadragesimã partẽ dabãt sacerdotibus loco primitiarũ: qui minimũ, sexagesimã. Vnde videtur quòd inter hos terminos sint primitię offerẽdę secđm cõsuetudinẽ patrię. Rationabiliter tñ primitiarum quãtitas nõ fuit determinata in lege: qa, sicut dictum est*, primitiæ dantur per modum oblationis, de cuius ratione est, ꝙ sint voluntariæ.

QVÆSTIO OCTVAGESIma septima, de Decimis, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA cõsiderandum est de decimis.

¶Et circa hoc quærũtur quatuor. ¶ Primo, vtrũ homines teneantur ad soluendas decimas ex necessitate præcepti. ¶Secundo, de quibus rebus sint decimæ dandæ. Tertio, quibus debeãt dari. ¶ Quarto, quibus competat eas dare.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum homines teneantur dare decimas ex necessitate præcepti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homines non teneãtur dare decimas ex necessitate ꝓcepti. Præceptum ẽm de solutione decimarum ĩ lege veteri datur, vt patet Leuit. 27. Oẽs

honorem Dei dictat aliquid esse ex rebus à Deo nobis collatis, ipsi offerendum. Esse autem huiusmodi obligationes in honorem Dei supponit ministros diuini cultus dispensatores huiusmodi oblationum, coram quibus fiat huiusmodi professio receptarum rerum à Deo. Propter quod à principio sola sacrificia fuisse videntur, vt Abel & Cain oblationes testantur. Vterque enim per modum sacrificij sua offerebat.

¶In responsione ad primum eiusdem articuli aduerte quòd Autor implicitè etiam hoc in loco distinguit cæremonialia in cæremonias propriè, tacito altero mẽbro, quod erat in cæremonias communiter. Et vult quòd cæremoniæ propriè sunt illæ de quibus dicitur, quòd non possunt sine peccato seruari: quia sunt in figurã futuri. Secus autem est de cæremoniis communiter: possunt. n. (vt prędiximus) hæc assumi & constitui ab Ecclesia, vt de pręmitiis fecit, quas sub cæremonialibus prę ceptis cadere non est dubium, quum in Dei honorem immediatè exhiberentur, & ipsa exhibitio nonnullus est cultus Dei.

¶ In responsione ad vltimum aduerte, quòd primitiarum exhibitio habet in se duo, ipsam rem dandam & modum dandi. Si consideretur res data, sic cadit sub obligatione pręcepti statuentis, ꝙ primitiæ dentur. Si vero consideretur modus dãdi, quia scilicet datur per modum oblationis, quæ est spontanea, sic habet quòd non sit certa quãtitas primitiarum obligata ex lege: sed videtur communi arbitrio offerentium pensanda relicta, &c. *Refertur in decret. li. 3 tit. 30. c. 1. à med.*

¶ Super Quæstionis octuagesimæseptimæ Articulum primum. *In corp. art.*

IN articulo primo, quęstionis octuagesimęseptimæ aduerte primo originalem radicem, vnde determinatio decimæ partis exhibendæ ministris diuini cultus prouenerit, scilicet ex duodenario numero tribuum Israel. Statuit nanque Deus, quum essent duodecim, vt duodecima, quæ erat Dei ministra, in duabus partibus cęteras excederet. Nam singulis vndecim tribubus sigillatim de decem partibus nouem restabant: & decima dabatur duodecimæ Leuitarum. Et sic quęlibet habebat nouem partes, & duodecima habebat vndecim: quia habebat decimam quanque cuiuslibet vndecim. Et quum pręceptum hoc (vt in litera dicitur *Quolib 2. artic 8. Et quolib. 6. art. 10. co. Et Heb. 7.*

dicitur, esset iudiciale ordinatum ad æqualitatem in populo illo seruandam, duplex ratio huius excrescentiæ assignatur in litera. Primo vt seruaretur æqualitas proportionis, vt scilicet ministri diuini cultus, qui erant nobiliores, ex hoc ipso, quòd ad nobilius ministerium addicti sunt, honorabilius viuerent. Secundò, vt vel sic seruaretur æqualitas simpliciter inter Leuitas & alios. Quoniam inter tot futuras transgressiones aut non dando aut non exactè, saluaretur saltem æqualitas simpliciter: quum tamen proportionis deberet saluari.

¶In eodem articulo dubium occurrit circa hoc quòd præceptum decimarum dicitur iudiciale. Nam videtur quòd sit cæremoniale. Quoniam differentia inter iudicialia & cæremonialia hæc est, quòd cæremonialia ad diuinum cultum, iudicialia ad populum, æqualitatem, & pacem spectant. Constat autem quòd decimæ ad diuinum cultum, imò ad Deum ipsum ordinabantur, in recognitionem sui vniuersalis dominij, vt patet extra de decimis. cap. tua nobis. Ergo est cæremoniale. *1. 2. q. 103 art. 3. & q. 104. ar. 3.*

¶Ad hoc dicitur, quòd differentia inter cæremonialia & iudicialia, intelligenda est sic: cæremonialia sunt quæ ad Deum vel diuinum cultum immediatè referuntur. Illa autem que mediante æqualitate populi & ministrorum, aut ministrorum inter se, ad Deum referuntur, ad iudicialia propriè spectant. Vnumquodque enim penes id quod directè & immediatè habet, iudicandum est. Quia igitur decimatio per se directè & immediatè ordinatur ad æqualitatem inter ministros Dei & populum seruandam, ac etiam inter ministros inter se, & mediante hac ordinatur ad Deum, ideo inter iudicialia, non cæremonialia, est præcepta computandum. Decretalis autem illa intelligenda est mediatè & facto, non immediatè & instituto. Non enim decimæ sunt institutæ vt immediatè Deo offerantur in signum vniuersalis dominij, sicut sacrificia, oblationes & primitiæ: sed sunt institutę, vt sit in domo Dei cibus pro eius ministris, vt dicitur Malach. 3. Sed ex hoc ipso quòd ad honorabilem ministrorum Dei victum ab vniuersis dantur, significatur ac professio fit, quòd dominus vniuersorum est ille cuius ministris hæc dantur: sicut populus tribuens ministris Regis, profitetur Regẽ dominũ suum esse.

¶In eodem art. dubium occurrit circa illud, quòd determinatio decimę partis soluendę, est autoritate Ecclesiæ, tempore nouæ Legis instituta secundum quandam humanitatem, vt scilicet non minus populus nouę Legis, ministris noui Testamenti exhiberet. Videtur enim irrationabilis atque iniqua huiusmodi determinatio decimę, nec conclusa per rationes duas in litera ad hoc allatas. Et quidem quòd sit irrationabilis, probatur ex hoc, quòd non est similis proportio tribus Leuitarum ad reliquas tribus, & Clericorum curatorum, quibus solis debentur decimæ, ad populum Christianum: quoniam tribus Leuitarum erat duodecima pars illius populi. Clerus autem dictus non est fortè centesima pars populi Christiani. Licet enim sint multi Curati non habentes centum viros sub sua cura, computando tamen paruas cum magnis parochiis, computatis etiam eorum coadiutoribus, vt sunt Canonici cathedralium & similium Ecclesiarum quibus debentur decimæ, si transcendit cẽtesimam, non transcendit fortè octuagesimam partem Christiani populi, hoc præsertim per accidens seruato statu, quòd scilicet non habent vxores & filios, quę tamen personæ in tribus Leuitarum computabantur ad integrandã partem duodecimam. Quum igitur notabilis valde excessus sit inter populũ Christianum & suum clerum, atque populum Israel & Leuitas, consequens est quòd irrationabile est in noua Lege sequi determinationem decimæ partis in Lege veteri statutam. Quod autem sit iniqua, patet ex hoc, quòd quia secundum hoc, si Clerus est quinquagesima pars populi, quęlibet quadraginta nouem partium populi non habebit nisi de decem partibus rerum, nouem: Clerus autem habebit quadraginta nouem partes, habendo decimam quãque partem rerum cuiuslibet quadragintanouem partium populi: & sic non excedet Clerus populum in duabus partibus, vt Leuitæ excedebant populum: sed in quadraginta partibus, quod est iniquum. Quod verò neutra ratio in litera allata, probet intentum, patet ex hoc, quòd vtraque procedit à communi ad proprium, seu à superiori ad inferius determinatè. Licet enim iustitia nostra debeat abundare plus quàm Iudæorum, non tamen quo ad hanc improportionatam determinationem. Et similiter licet ministri noui Testamenti sint honorabiliores, non tamen debetur eis stipendium in tanto excessu. Et augetur hoc dubium de decimis in noua lege propter decimas personales: & propter hoc quòd ex integris fructibus decimæ soluendæ sunt, quæ si diligentius computentur, non decima, sed quinta fortè pars Clero addicta inuenitur, vt inferius declarabitur: ac per hoc Clerus si quinquagesima pars esset populi, excederet quamlibet aliam partem populi sibi æqualem non in quadraginta, sed octoginta partibus decimis.

¶Ad hoc dicitur, quòd quia iudicium de iis, quæ sunt ad finem, ex fine sumẽdum est, non secundum ea quæ sunt per accidẽs, sed secundum id quod est per se. Inter decimas in veteri Lege & noua, hæc est per se differẽtia, quòd tunc dabantur pro victu tantum ministrorũ, nunc verò dantur pro victu ministrorum & pro vsu pauperũ. Et hoc est, quia ministri veteris Testamenti erant tñ ministri diuini cultus: ministri autem nouæ Legis sunt & ministri sacramentorum ac diuini cultus, & sunt patres pauperum ad imitationem Iesu Christi qui loculos pro sustentatione & pro pauperibus legitur habuisse, Ioannis 13. Et rursus imitãdi formam dedit, Ego sum pastor bonus. Pastor bonus animam suã dat pro ouibus suis, & à fortiori bona exteriora, quoniam in maiori includitur minus. Et secũdum Apost. 1. ad Timo. 2. Oportet episcopum esse hospitalem. Et secundum Hie. ad Damasum: quicquid habent Clerici, pauperum est, vt dicitur 16. quæst. 1. cap Quoniam. Et Aug. expressè decimas dari pro vsu pauperum adeo asseuerat, vt non dantem decimas, reum tot homicidiorum dicat, quot pauperes ibi mortui sunt: vt habetur ibidem cap. Decimæ. Autor quoque expressè in hac quæst. pluries dicit decimas dari ministris, vt per eos dispensentur pauperibus. Ex hac nanque radice solutio omnium oritur. Nam si decimæ in subsidium tantum ministrorum dandæ essent, vt in veteri mandatum erat Lege, nescirem ego oppositas obiectiones soluere: libentérque solutiones audirem aliorum, qui scirent tam excessiuam distributionem ad æqualitatem deducere. Soluere autẽ ex hoc quòd Deus sic mandauit, aut quòd Ecclesia sic mandauit, vt daretur Deo, cui non potest excessiuè dari, nihil valet: tum quoniam præceptum diuinum in lege veteri de parte decima, ab ipso Deo Iesu Christo reuocatum est in cruce cum cæteris iudicialibus & cæremonialibus præceptis, quum dixit, Consummatum est. Tum quoniam præceptum erat, vt decima pars realium non personalium cuiusque vndecim tribuum daretur duodecimæ parti totius populi, & non quòd quinquagesimæ parti totius populi daretur decima pars cuiusque quadragintanouem. Ecclesiam autem mandare, vt hoc detur Deo immediatè, falsum in primis est: quia decimæ quasi stipendia sunt Clericorũ. Et deinde, quàm iusta sit ista rerum distributio, si ab Ecclesia fit, oportet ostendere. Oportet enim iustitiæ distributiuæ locum esse in distribuendis oneribus, quale est onus decimarum. Dicamus igitur quòd quia decimæ dantur ministris Dei pro seipsis & pauperibus, quos semper habemus nobiscum: ideo iusta est distributio oneris huius quantumcunque excedat. Quoniam nunquã tanta est decimæ quantitas, vt pauperibus sufficiat: sed semper pauperes remaneant nobiscum iuxta verbum Domini. Et per hoc patet quòd nec iniqua, nec irrationabilis est ista distributio. Sed pia mater prouidè pauperum filiorũ miserta, salubre subsidium eisdem attulit. *Ser. 1. Do. minicæ 12 post. Trin. & Ser. de Tempor. 119.*

¶Et si quis obiiciat, quòd multi ministri Ecclesiæ non se exhibent patres pauperũ: respondetur quòd cogendi sunt non minus ministri ad dispensandum pauperibus, quàm populi ad soluendas decimas: quanto ipsi in altiori gradu constituti magis tenẽtur. Sat enim est iustitiæ legali ecclesiasticę, vt illis omissa sit dispensatio in pauperes, qui de iure debent esse patres pauperum. Et sic patet, quòd non restat respondendum nisi obiectis contra rationes allatas in litera. Et ad vtranque simul dicitur, quòd Autor non induxit illas ad inferendum determinationem decimę partis, sed ad ostendendum quòd populus nouę Legis ad maiora obligetur ministris Dei quàm populus veteris Legis: quod satis rationabiliter ostenditur ex illis, vt patet.

¶ Sed adhuc restat literale dubium: quomodo in litera dicitur, quòd Ecclesia secundum quandam humanitatem determinauit decimam partem ministris soluendam, confirmando populum nouæ Legis populo veteris Legis, quum hoc sit (vt patet ex dictis) potius secundum inhumanitatem.

¶ Sed ad hoc dicitur, quòd quia solutio decimæ est actus populi ad ministros Dei, vtrinque potest considerari, s. ex parte populi, & ex parte ministrorum. Et licet ex parte ministrorum, considerato eorum paucorum honorabili victu, vt decet, nõ consonet veteri Legi determinatio decimę in noua, propter supradicta: si tamen ministrorum dignitas attẽdatur, plus eis debetur quã ministris veteris Legis. Ex parte tamen populi, simpliciter loquendo, humanũ valde est, vt non plus in nouo Testamento, in quo plus tenẽtur (vt in litera ꝓbatur)

decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborũ, domini sunt. Et ĩ: Omniũ decimarũ ouis, & bouis, & capræ, q̃ sub pastoris virga trãseũt, quicqđ decimum venerit, sanctificabitur Domino. Nõ aũt põt cõputari hoc inter præcepta moralia: quia ratio naturalis non magis dictat quòd decima pars debeat magis dari, quàm nona, vel vndecima. Ergo vel est præceptum iudiciale vel ceremoniale. Sed sicut suprà dictũ est*, tẽpore gratiæ nõ obligantur homines neq; ad præcepta cæremonialia, neq; ad iudicialia veteris Legis. Ergo homines nunc non obligantur ad decimarum solutionem.

¶2 Præt. Illa sola homines seruare tenentur tẽpore gratiæ, q̃ à Christo per Apostolos sunt mãdata, secũdũ illud Mat. vlti. Docentes eos seruare oĩa quæcunque mandaui vobis. Et Paul. dicit Actuũ 20. Non ẽm subterfugi quo minus annũtiarem vobis omne cõsilium Dei. Sed neq; in doctrina Christi, neq; in doctrina apostolorũ, aliquid continetur de solutione decimarũ. Nã quod Dominus de decimis dicit, Matth. 23. Væ vobis qui decimatis mẽtam & rutã &c. hæc oportuit facere, ad tempus pręteritũ legalis obseruantiæ referendum videtur. dicit ẽm Hilarius super Mat*. Decimatio illa olerum quæ in præfigurationem futurorũ erat vtilis, nõ debebat omitti. Ergo hoĩes tpe gratiæ nõ tenẽtur ad decimarũ solutionem. *Canone 24.*

¶3 Præt. Hoĩes tempore gratiæ non magis tenentur ad obseruantiam legalium quàm ante Legẽ. Sed ante Legẽ non dabãtur decimæ ex ꝓcepto, sed solum ex voto. Legitur ẽm Gen. 18. ꝙ Iacob vouit votũ dicens: Si fuerit Deus mecũ & custodierit me in via qua ambulo, &c. cunctorum q̃ dederis mihi, decimas offeram tibi. Ergo etiã neque tempore gratiæ tenentur homines ad decimarũ solutionẽ.

¶4 Præt. In veteri Lege tenebãtur hoĩes ad triplices decimas soluendas, quarum quasdã soluebant Leuitis. Dicitur enim Nu. 18. Leuitæ decimarum oblatione cõtenti erunt: quas in vsus eorum & necessaria separaui. Erant quoq; aliæ decimæ de quibus legitur Deut. 14. Decimã partẽ separabis de cunctis frugibus tuis, q̃ nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in cõspectu domini Dei tui in loco quem elegerit Deus. Erãt quoq; & aliæ decimæ, de quibus ibidem subditur: Anno tertio separabis aliã decimã ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tẽpore, & repones intra ianuas tuas, veniétque Leuita, qui aliam nõ habet partẽ, neq; possessionem tecũ, & peregrinus ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sũt & comedẽt, & saturabũtur. Sed ad secũdas & tertias decimas homines nõ tenẽtur tẽpore gratiæ. Ergo neq; ad primas.

¶5 Præt. Quod sine determinatione tẽporis debetur, nisi statim soluatur, obligat ad peccatũ. Si ergo homines tempore gratiæ obligarentur ex necessitate ꝓcepti ad decimas soluendas in terris, in quibus decimæ non soluuntur, omnes essent in peccato mortali. Et per cõsequẽs etiam ministri Ecclesiæ, dissimulando: quod videtur inconueniens. Non ergo homines tempore gratiæ ex necessitate tenentur ad solutionem decimarum.

¶SED CONTRA est, quod Aug*. dicit, & habet 16. q. 1. Decimę ex debito requiruntur, & q̃ eas dare noluerint, res

Universidad de Deusto Biblioteca

alienas inuadunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd decimæ in veteri lege dabantur ad sustentationem ministrorum Dei. Vñ dicitur Malac. 3. Inferte omnem decimationem in horreum meũ, vt sit cibus in domo mea. Vnde præceptum de solutione decimarum partim quidem erat morale inditum naturali ratione: partim autẽ erat iudiciale, ex diuina institutione robur habens. Quòd eñ eis qui diuino cultui ministrabant ad salutem populi totius, populus necessaria victus ministraret, rõ naturalis dictat, sicut & iis q̃ cõmuni vtilitati inuigilãt, s. Principibus & militib⁹ & aliis hmõi, stipẽdia victus debẽt à populo. Vñ & Apostolus hoc ꝓbat primæ ad Cor. 9. p humanas cõsuetudines dicẽs, Quis militat suis stipendiis vnquã? aut q̃s plantat vineã, & de fructibus eius nõ edit? Sed determinatio certę partis exhibẽdæ ministris diuini cultus, nõ est de iure nãli, sed est introducta institutione diuina scdm cõditionẽ illi⁹ populi, cui lex dabatur, q cũ in duodecim trib⁹ esset diuisus, duodecima tribus, s. Leuitica, q̃ tota erat ministeriis diuinis mãcipata, possessiones non habebat. Vñ cõueniẽter institutũ est, vt reliquæ vndecim tribus decimã partẽ suorũ ꝓuentuũ Leuitis darẽt, vt honorabilius viuerẽt: & q a ẽt aliqui p negligentiam erant trãsgressores futuri. Vñ quantũ ad determinationẽ decimæ partis, erat iudiciale, sicut & alia multa specialiter in illo populo instituta erãt ad æqualitatem inter hoĩes adinuicẽ cõseruandã, scdm populi illius cõditionẽ, q̃ iudicialia pręcepta dicũtur, licet ex consequenti aliquid significarent in futurũ, sicut & oĩa eorũ facta: scdm illud primę ad Cor. 10. Oĩa in figura cõtingebãt illis: in quo cõueniebant cũ cæremonialibus p̃ceptis: q̃ principaliter instituta erãt ad significãdũ aliquid futurũ. Vñ & p̃ceptũ de decimis soluẽdis significat aliquid in futurũ. Qui eñ decimã dat, q̃ est perfectionis signũ (eo ꝙ denarius est quodãmodo numerus perfectus, quasi primus limes numerorũ, vltra quẽ numerũ nõ ꝓcedunt, sed reiterantur ab vno) nouẽ sibi partibus reseruatis, ꝓtestatur quasi in quodã signo ad se pertinere imperfectionẽ: perfectionẽ verò q̃ erat futura p Christũ, esse expectandã à Deo. Nec tñ ꝓpter hoc est cæremoniale præceptũ, sed iudiciale, vt dictũ est*. Est aũt hæc differentia inter cæremonialia & iudicialia Legis p̃cepta, vt s̃ diximus*, ꝙ cæremonialia illicitũ est obseruare tẽpore Legis nouæ. Iudicialia verò etsi nõ obligẽt tẽpore grãæ: tñ possunt obseruari absq; peccato, & ad eorũ obseruantiã aliq obligantur, si statuãtur autoritate eorũ quorũ est cõdere Legẽ. Sicut p̃ceptũ iudiciale veteris Legis est, ꝙ qui furat⁹ fuerit ouẽ, reddat quatuor oues, vt legitur Exod. 22. Quod si ab aliquo Rege statuatur, tenenẽ eius subditi obseruare. Ita ẽt determinatio decimę partis soluẽdę, est autoritate Ecclesię tẽpore nouę legis instituta scdm quandam humanitatẽ, vt s. nõ minus populus nouæ Legis ministris noui Testamenti exhiberet, quã populus veteris Testamenti exhibebat: cùm tñ populus nouæ legis ad maiora obligetur, secundum illud Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. & cùm ministri noui Testamenti sint maioris dignitatis, quàm ministri veteris Testamenti, vt probat Apostol. secundæ ad Corinth. 2. Sic ergo patet quòd ad solutionem decimarum homines tenentur, partim quidem ex iure naturali, partim etiam ex institutione Ecclesiæ. Quæ tamen pensatis opportunitatibus temporum, & personarum posset aliam partem determinare soluendam. Et per hoc patet responsio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ præceptum de solutione decimarũ, quãtum ad id quod erat morale, datum est in Euangelio à Domino, vbi dicit Matt. 10. Dignus est operarius mercede sua, & etiam ab Apostolo, vt patet primæ ad Corinth. 9. Sed determinatio certæ partis est reseruata ordinationi Ecclesiæ.

¶Ad tertiũ dicendum, quòd ante tempus veteris Legis, non erant determinati ministri diuini cultus: sed dicitur ꝙ primogeniti erant sacerdotes, qui duplicem portionem accipiebant. Et ideo ẽt nõ erat determinata aliqua pars exhibẽda ministris diuini cultus: sed vbi aliq̃s occurrebat, vnusquisque dabat ei ꝓpria sponte quod sibi videbatur. Sicut Abraham quodam prophetico instinctu dedit decimas Melchisedec, sacerdoti Dei summi, vt dicitur Gen. 14. Et similiter Iacob decimas vouit se daturum: quamuis non videatur decimas vouisse, quasi aliquibus ministris exhibendas: sed in diuinũ cultum, puta ad sacrificiorum consummationem. Vnde signanter dicit, Offerã tibi decimas.

¶Ad quartum dicendum, quòd secundæ decimæ, quæ reseruabantur ad sacrificia offerenda, locum in noua Lege non habent, cessantibus legalibus victimis. Tertiæ verò decimæ, quas cum pauperibus comedere debebant, in noua lege augẽtur, per hoc quòd Dominus non solum decimam partem, sed omnia superflua pauperibus iubet exhiberi, secũdum illud Lucæ 11. Quod superest, date eleemosynam. Ipsæ etiam decimæ quę ministris Ecclesiæ dantur, per eos debent in vsus pauperum dispensari.

¶Ad quintum dicendum, quòd ministri Ecclesiæ maiorem curam debent habere spiritualium bonorum in populo promouendorum, quàm temporalium colligẽdorum. Et ideo Apostolus noluit vti potestate sibi à Domino tradita, vt scilicet acciperet stipendia victus ab iis quibus Euangelium prædicabat, ne daretur aliquod impedimentum Euangelio Christi. Nec tamen peccabant illi, qui ei non subueniebant. Alioquin Apostolus eos corrigere non omisisset. Et similiter laudabiliter ministri Ecclesiæ decimas Ecclesiæ non requirunt, vbi sine scandalo requiri non possunt, propter dissuetudinem, vel propter aliquam aliam causam. Nec tamen sunt in statu damnationis, qui non soluunt in locis illis, in quibus Ecclesia non petit: nisi fortè propter obstinationem animi, habentes voluntatem non soluendi, ẽt si ab eis peterentur.

quis soluat, quàm soluebat in veteri. Et secundum hæc intelligenda est litera, vt ex ipsis rationibus patet.

¶In eodem articulo dubium occurrit, pro quanto dicitur, quod decimæ non diuina sed Ecclesiastica autoritate impositæ sunt populo Christiano. Nam oppositum habetur extra. de decimis in pluribus capitulis, vt patet in capit. parochianos, & cap. Aliquibus, vbi habetur quòd ideo decimæ debentur quia Deus, non homo sic statuit.

¶Ad hoc breuiter dicitur quòd proculdubio constat Deum in sua diuina lege decimas dandas decreuisse: nec hoc inter fideles vertitur in dubium. Sed diuinum Decretum potest referri ad populum veteris Testamenti, & ad populum nouæ Legis. Et si ad primum referatur habet vim obligatiuam: si ad secundum, habet vim exemplarem, ita quòd sensus huiusmodi Decretalium est, quia Deus in veteri Lege obligauit populum suum ad decimam, dedit nobis exemplum similis obligationis suscipiendæ ab Ecclesia tanquam iustæ & rationabilis & piæ. Quũ ergo dicitur, quod lege diuina aut Deo iubente, ad decimas tenemur, intellige exemplariter. Nec aliud sancti Patres intellexerunt, qui à legis onere nos esse liberos tam quo ad iudicialia quàm cæremonialia docuerunt.

¶In responsione ad quartum tres decimas si vis latè intelligere, vide Hierony. super Malach. 3. capitu. & recitatis in Decretis 16. quæstio. 1. capit. Reuertimini. & extra. de decimis. capit. 1.

¶In responsione ad quintum eiusdem articuli dubium occurrit, quia cum debeantur decimæ partim ex iure naturæ, & partim ex autoritate Ecclesiæ, quãuis Ecclesia possit dissimulare quòd ex Ecclesiæ autoritate pendet, non tamen potest facere quin naturæ ius impleatur. Ac per hoc qui nihil decimæ soluit, vt
In hoc ar. in multis Italiæ locis contingit ex consuetudine, à peccato non excusatur, vt pote iuris na-
1.2 q. 104. ar. 3. turæ violator.

¶Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, quòd quantumcunque aliquis sit debitor alicui: si is cui debetur, satisfactum sibi dicit, nulla est violatio iuris cuiusque. Ministri autem Ecclesiæ vbi non petunt, fateri videntur sibi satisfactum. Nec obstat quòd omittit petere propter scandalum, ac per hoc non sponte: quoniam viri spirituales, qui ob amorem profectus spiritualis, in filiis omittunt temporalia sibi debita petere, quales sunt isti, sponte hoc faciunt: quoniam ex amore charitatis mouentur. Similiter non obstat quòd decimæ non solum propter ministros, sed propter pauperes dantur à populo Christiano: quoniam ministri sic sunt patres pauperum in temporalibus, vt magis sint patres pauperum & diuitum in spiritualibus. Et propterea quum spirituali profectui populi omissionem decimarum expedire vident, non sunt rei malæ curæ pauperum. Quamuis facilius dici possit de hoc, ꝙ decimæ sunt de iure naturæ ad victum ministrorum, non pro pauperibus: sed hoc ad eleemosynæ ius spectat.

¶Secundò dicitur, ꝙ quia de iure naturæ decimæ dandæ sunt in subsidium ministrorum: idcirco si ministri tacentes non indigent, cessat ratio obligationis iuris naturæ. Vnde si indigent etiam si non petant, tenentur iure naturæ eis subuenire omnes potentes & scientes suæ curæ commissi, iuxta illud Apostoli ad Galatas sexta, Communicet is, qui catechizatur, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare, Deus nõ irridetur. Quandoque autem huiusmodi omissio subueniendi, scilicet suis curatis indigentibus, est peccatum veniale, & quandoque mortale. Si enim notabiliter ex huiusmodi omissione patiuntur, nescirem omittentes scienter pro modulo suo subuenire huiusmodi patribus, excusare à mortali. Violatur nanque adeo ius naturæ tunc, vt virtus iustitiæ, qua debitum huiusmodi patribus debemus, non remaneat. Quomodo enim iustitiæ pars hæc saluatur, cum notabili detrimento eius, cui ius reddendum est?

¶In eadem responsione ad quintum, dubium occurrit, quare Autor in calce illius apposuit ly fortè, dicendo, nisi fortè propter obstinationem animi. Videtur namque rem claram sub dubio dicere.

¶Ad hoc dicitur, quòd quia nolentes dare petentibus ministris decimas, possent allegare aut præscriptionem, aut Ecclesiæ Romanæ tacitam donationem, eo quòd tam diuturno tempore sciuit, & tolerauit: idcirco Autor sub dubitationis nota hæc dixit.

¶In eadẽ respõsione iuncta corpori ar. nota quòd si gens aliqua vellet fidem Christianam amplecti sine onere decimarum, non solum Ecclesia posset eis hoc concedere, quia Ecclesiastica autoritate, decimæ debentur, sed deberet eis hoc concedere, quia ministri Ecclesiæ maiorem debent habere curam spiritualem bonorum in populo promouendorũ, quàm temporalium colligendorum Et Apostoli exemplo efficere deberent, ne decimarum onus præstaret impedimentum Euangelio Christi.

Super

ARTICVLVS II.

¶Vtrũ de omnib⁹ teneãtur hoĩes decimas dare.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ nõ de omnibus teneantur homines decimas dare. Solutio eñ decimarum videtur esse ex veteri Lege introducta. Sed in veteri Lege nullum præceptum datur de personalibus decimis, quæ scilicet soluuntur de iis quæ aliquis acquirit ex proprio actu, puta de mercationibus vel de militia: Ergo de talibus decimas nullus soluere tenetur.

¶2 Præt. De malè acq̃sitis nõ dẽt fieri oblatio, vt s̃ dictũ est*. Sed oblationes q̃ immediatè Deo exhibẽtur, magis videt pertinere ad diuinũ cultum, q̃ decimę, quæ exhibentur ministris. Ergo etiã nec decimę de malè acquisitis sunt soluẽdæ.

¶3 Pręt. Leui. vlti. Nõ mandatur solui decima nisi de frugibus & pomis arborũ & aĩalibus, quæ trãseunt sub virga pastoris. Sed p̃ter hæc sunt quædã alia minuta, q̃ homini ꝓueniunt: sicut herbæ, q̃ nascuntur ĩ horto, & alia huiusmodi. Ergo nec de illis hõ decimas dare tenetur.

¶4 Præt. Homo non põt soluere nisi id quod est in eius potestate. Sed non oĩa, q̃ proueniunt homini de fructibus agrorũ aut animalium, remanent in eius potestate. Quia quædã aliquando subtrahũtur per furtum vel rapinã. Quædã verò quandoq; in alium transferuntur per venditionem. Quædã etiam aliis debentur, sicut Principibus debẽtur tributa, & operariis debentur mercedes. Ergo de his non tenetur aliquis decimas dare.

¶SED CONTRA est, quod dicit Genes. 28. Cunctorum quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Sed omnia quæ homo habet, sunt ei data diuinitus. Ergo de omnibus debet decimas dare.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ de vnaquaque re præcipuè est iudicandum secundum eius radicem. Radix autem solutionis decimarum est debitum, quo seminantibus spiritualia debentur carnalia, secundum illud Apostoli primæ ad Cor. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, non magnũ est si carnalia vestra metamus. Sup hoc eñ debitũ fundauit Ecclesia determinationẽ solutionis decimarũ. Oĩa autẽ quæcunq; hõ possidet, sub carnalibus cõtinentur, & ideo de omnibus possessis decimæ sunt soluendæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ specialis rõ fuit quare in veteri Lege nõ fuit datũ præceptũ de personalibus decimis scdm conditionẽ populi illius: q a s. oẽs aliæ tribus certas possessiones habebant, de quibus poterant sufficienter prouidere Leuitis, qui carebãt possessionibus. Nõ autẽ interdicebatur eis, quin de aliis operib⁹ honestis lucrarentur, sicut & alij Iudæi: sed populus nouæ Legis est vbiq; p mundũ diffusus: quorum plurimi possessiones nõ hñt, sed de aliq̃bus negotiis viuũt: q nihil cõferrent ad subsidiũ ministrorũ Dei, si de eorũ negotiis decimas non soluerent. Ministris ẽt nouæ Legis arctius interdicitur, ne se ĩgerãt negotiis lucratiuis, scdm illud secundæ ad Timo. 2. Nemo militãs Deo, ĩplicet se secularibus negotiis. Et iõ ĩ noua Lege tenenẽ hoĩes ad decimas personales, secundũ consuetudinẽ patriæ & indigentiã ministrorũ. Vñ Aug*. dicit, & habet 16. q. 1. can. decimę. De militia, de negotio, & artificio redde decimas.

¶Ad secundum dicẽdum, ꝙ aliqua male acq̃rũtur dupliciter. Vno mõ q a ipsa acquisitio est iniusta: puta quia acquirũẽ per rapinã aut furtũ aut vsurã: q̃ hõ tenetur restituere, nõ aũt de eis decimas dare: tñ si aliquis ager sit emptus de vsura, de fructu eius tenetur vsurari⁹ decimas dare: quia fructus illi non sunt ex vsura, sed ex Dei munere. Quædam verò dicũtur malè acquisita, quia acquiruntur ex turpi causa, sicut de meretricio, & histrionatu, & aliis huiusmodi: q̃ non tenẽtur restituere Vnde de talibus tenentur decimas dare secundum modum aliarum personalium decimarum. Tamen Ecclesia non debet eas recipere, quãdiu sunt in peccato, ne videatur eorum peccatis communicare: sed postquã pœnituerint, possunt ab eis de his recipi decimæ.

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ ea q̃ ordinãtur in finẽ, sunt iudicãda secundũ ꝙ cõpetũt fini. Decimarũ aũt solutio est debita, nõ ꝓpter se, sed ꝓpter ministros, quorũ honestati nõ cõuenit vt etiã minima exacta diligẽtia requirãt. Hoc eñ in vitiũ cõputatur, vt patet per Philo. in 4. Eth*. & iõ Lex vetus nõ determinauit vt de huiusmodi minutis rebus decimæ dentur, sed reliquit hoc arbitrio dare volẽtiũ: quia minima quasi nihil cõputãtur. Vñ Pharisæi quasi perfectã Legis iustitiã sibi ascribẽtes, ẽt de his minutis decimas soluebãt. Nec tñ de hoc reprehenduntur à Domino, sed solũ de hoc, ꝙ maiora, s. spiritualia pręcepta contẽnebãt. Magis aũt de hoc eos secundũ se cõmendabiles esse ostẽdit, dicẽs, Hæc oportuit facere, s. tpe Legis, vt Chry*. exponit. Quod etiã vr̃ magis in quãdã decẽtiã sonare, quã ĩ obligationẽ. Vnde & tunc de hmõi minutis reb⁹ nõ tenẽtur hoĩes decimas dare nisi fortè ꝓpter consuetudinẽ patrię.

¶Ad quartum dicendũ, ꝙ de his quæ furto vel rapina tolluntur, ille à quo auferuntur, decimas soluere nõ tenetur antequã recuperet, nisi fortè propter culpã vel negligentiã suam damnũ incurrerit: quia ex hoc Ecclesia non dẽt dãnificari. Si verò vẽdat triticũ non decimatũ, potest Ecclesia decimas exigere, & ab emptore: q a hẽt rẽ Ecclesiæ debitã: & à vẽditore, quia quantũ est de se, Ecclesiã defraudauit. Vno tñ soluẽte, alius non tenetur. Debẽtur aũt decimæ de fructibus terræ, inquantum proueniunt ex diuino munere. Et iõ decimæ nõ cadunt sub tributo, nec etiam sunt obnoxiæ mercedi operariorum. Et ideo non debent prius deduci tributa, & pretium operariorum, quàm soluantur decimę: sed ante omnia debent decimæ solui ex integris fructibus.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum decimæ sint clericis dandæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd decimæ non sint Clericis dandæ. Leuitis enim in veteri Testamẽto decimæ dabantur, quia non habebant aliquã partem in possessionibus populi, vt habetur Nu. 18. Sed Clerici in nouo Testamẽto habent possessiones & patrimoniales interdũ, & ecclesiasticas, recipiunt insuper primitias & oblationes pro viuis & mortuis. Superfluum ergo est quòd eis decimæ dentur.

¶2 Præterea, Contingit quandoque, quòd aliquis habet domicilium in vna parochia, & colit agros in alia. Vel aliquis pastor ducit gregem per vnam partem anni in terminis vnius parochiæ: & alia parte anni in terminis alteri⁹: vel habet ouile in vna parochia, & pascit oues in alia, in quibus, & consimilibus casibus non videtur posse distingui quibus Clericis sint decimæ soluendæ. Ergo non videtur, quòd aliquibus clericis determinatè sint soluendæ decimæ.

¶3 Præterea, Generalis consuetudo habet in quibusdam terris, quòd milites decimas ab Ecclesia in feudum tenent: Religiosi etiam quidam decimas accipiunt. Nõ ergo videtur, quòd

¶Super Quæstionis octuagesimæseptimæ Articulum secundum.

IN art. 2. eiusdem 81. q. dubium occurrit circa rationẽ literæ in corpore art. s. Seminantibus spiritualia debentur carnalia: sub quibus continentur quæcunque possidemus. ergo de omnibus possessis debentur decimæ. Videtur nanque ratio hæc in illatione deficere, à carnalibus cõfusè ad carnalia distributiuè vniuersaliter descendendo: quod non licet. sicut non valet, Animal ambulat: ergo omne animal ambulat: vel, ergo omnis speciei animalis aliquod ambulat.

¶Ad hoc dicitur, quòd intentio Autoris tendere videtur non ad necessitatem, sed ad rationabilitatem ecclesiastici statuti de soluenda decima omnium iustè possessorum. Et tenet discursus suus subintellecta hac propositione, s. ꝙ non est maior ratio de vno carnali, quã de alio. Hac enim adiuncta propositione, patet nullũ vitium inueniri. Si enim carnalia debentur, & non est maior ratio de vno, quàm de alio, consequens est quòd omnia, aut nullum decimationi subsint.

¶In eodem art. in respõsione ad vltimum, aduerte, quòd quia Ecclesia sic statuit, quòd ex integris fructibus decimæ soluãtur, vt patet extra de decimis. capit. Tua nobis, idcirco Autor rationẽ reddere conatur huiusmodi statuti. Et aduerte, quòd hoc modo intellectis decimis in veteri lege: quũ expẽnsæ, tributa ac semina medietatem fructuũ forte adæquent, consequens est, vt tribus Leuitarum habens vndecim decimas sine seminũ expensarum atque tributorum onere, excederet quamlibet aliam non in duabus, sed in septem decimis partib⁹. Quod ideo notandum duxerim, vt aduertas Deum tam excellentem portionẽ decreuisse suis ministris, ac per hoc non detrahas Ecclesię, si diuini exẽplo Decreti mota, excellens quoque stipendium Dei ministris statuerit. Nemo enim inficiari potest iustũ esse quod ad diuinam sit imitationem. Et aduerte, ꝙ hæc de decimis fructuum dicuntur. De decimis autẽ venalium rerũ habes in ca. Pastoralis, & vniuersaliter de decimis personalibus vide dictũ titulum: & tandem defer consuetudini patriæ.

¶Super Quæstionis octuagesimæseptimæ Articulum tertium.

Ser. de tẽpo. 119. & Ser. 1. Dominicæ 12. post Trinit. to. 10. et habetur 16. q. 1. ca. decimæ.

IN art. 3. eiusdem q. 87. aduerte ꝙ ius decimarum consequitur ministerium altaris & seminationem spiritualium, non separatim sed simul. Ita ꝙ licet aliqui sint ministri altaris, vt multi religiosi & seculares Clerici, non propterea debet eis populus decimas. & similiter licet aliqui prædicẽt, & ministrent populo sacramenta, non propterea debentur eis decimæ. Et rursus licet aliqui faciant vtrũque per accidens, vt multi Religiosi ex priuilegio, non propterea debentur eis decimæ, sed oportet, ꝙ vtrũq; habeant per se, hoc est, quòd teneãtur ad altaris ministeriũ
pro populo, quod solis curatarũ Ecclesiarum Clericis conuenit. D. 543.
Reliqui enim per accidens pro populo ministrant altari, & quòd ex officio teneantur seminare spiritualia sacramenta, & doctrinã populo, quod etiam solis habentibus animarũ curã conuenit. Sic ergo de iure solis Clericis habentibus animarum curam decimæ debentur. Cæteris autem ratione ipsorũ debentur, vt canonicis Ecclesiarum cathedralium, Ca. 2. to. 5.
& similibus.

¶In eodem tertio artic. nota, quod ius decimarũ est spirituale, vt in litera dicitur & probatur. Et ex hoc habes, ꝙ ius præbendæ annexæ ministerio altaris, aut curę animarum, sic ꝙ propter alterũ horũ ordinata sit præbenda, spirituale est, quoniam vtrunque horum spirituale est, vt patet. Nec obstat ꝙ ius decimarum sit ab
Ecclesia. Est nãque ab Ecclesia vtrũque, quantum ad determinationem, s. ꝙ decima pars, & ꝙ per modum præbendæ debeatur: Hom. 44. in opere imperf. à medio. to. 2.
sed non quo ad fundamentum iuris, s. ministerium altaris & seminationem spiritualiũ. Hæc enim spiritualia sunt, & à Deo ordinata. Et quoniã eadem ratio est de iure ex ministerio diuini cultus & altaris quo ad spiritualitatem: quia vtrũque ministeriũ spirituale est, idcirco ius præbendæ cuiusque competens Clericis, quia diuino cultui sunt addicti, spirituale esse ex hoc loco habes. Et hæc bene notabis in materia simoniæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

solum Clericis curam animarum habētibus decimæ debentur.

¶SED CONTRA est quod dicit Num. 18. Filiis Leui dedi oēs decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiūt mihi in tabernaculo. Sed filiis Leui succedūt Clerici in nouo Testamēto. Ergo solis Clericis decimæ debētur.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ circa decimas duo sunt consideranda, s. ipsum ius accipiendi decimas, & ipsæ res quæ nomine decimæ dantur. Ius autē accipiendi decimas spirituale est. Cōsequitur em̄ illud debitū quo ministris altaris debētur sumptus de ministerio, & quo ministrātibus spiritualia debent tēporalia: qđ ad solos Clericos ptinet habētes curā animarū, & ideo eis solùm competit hoc ius habere. Res autem quæ noīe decimarū dantur, corporales sunt. Vñ possunt in vsum quorumlibet cedere, & sic possunt etiam ad laicos peruenire.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ in veteri Lege, sicut dictū est,* speciales quædā decimę deputabātur subuentioni pauperū. Sed ī noua Lege decimæ dātur Clericis, nō solum ꝓpter sui sustentationē, sed etiā vt ex eis subueniant pauperibus: & ideo non superfluunt, sed ad hoc necessariæ sūt possessiones Ecclesiasticę & oblatiōes & primitię simul cū decimis.

¶Ad secundū dicendū, ꝙ decimæ personales debēt Ecclesiæ, in cuius parochia hō habitat: decimæ verò prædiales rationabiliter magis videntur ptinere ad Ecclesiā, in cuius terminis prædia sita sūt. Tñ iura determinant, quòd ī hoc seruet cōsuetudo diu obtenta. Pastor aūt, qui diuersis temporibus in duabus parochiis gregē pascit, dēt proportionaliter vtriq; Ecclesiæ decimas soluere. Et qa ex pascuis fructus gregis ꝓueniunt, magis debetur decima gregis Ecclesiæ, in cuius territorio grex pascitur, quàm illi, in cuius territorio ouile locatur.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ sicut res noīe decimę acceptas pōt ecclesia alicui laico tradere: ita etiam pōt ei concedere vt dādas decimas ipsi accipiāt, iure accipiēdi ministris Ecclesiæ reseruato, siue pro necessitate Ecclesiæ, sicut quibusdā militibus decimæ debentur in feudum per Ecclesiam concessæ: siue ēt ad subuentionē pauperum, sicut quibusdam Religiosis laicis, vel non habentibus curam animarum aliquæ decimæ sunt concessæ per modum eleemosynæ. Quibusdam tamē Religiosis competit accipere decimas, ex eo quòd habent curam animarum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum etiam clerici teneātur decimas dare.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ēt Clerici teneantur decimas dare: quia de iure cōmuni Ecclesia parochialis debet recipere decimas prędiorū quæ in territorio eius sūt: Cōtingit autē quandoq;, quòd Clerici habent in territorio alicuius parochialis Ecclesiæ aliqua prædia ꝓpria, vel ēt aliqua alia Ecclesia hēt ibi possessiones Ecclesiasticas. Ergo videtur quòd clerici teneantur dare prædiales decimas.

¶2Præt. Aliqui Religiosi sūt Clerici, qui tñ tenentur dare decimas Ecclesiis ratione prædiorum, quæ etiam manibus propriis excolūt. Ergo videt̄ quòd Clerici nō sint immunes à solutione decimarū.

¶3Præterea, sicut Nu. 18. ꝑcipitur quòd Leuitæ à populo decimas accipiant, ita etiam præcipitur quòd ipsi dent decimas summo sacerdoti. Ergo qua ratione laici debent dare decimas Clericis, eadem ratione Clerici debent dare decimas summo Pontifici.

¶4Præt. Sicut decimæ debent cedere in sustentationem Clericorū, ita ēt debent cedere in subuentionē pauperū. Si ergo Clerici excusantur à solutione decimarū, pari ratione excusantur & pauperes. Hoc autem est falsum. Ergo & primum.

¶SED CONTRA est, quod dicit Decretalis Paschalis Papæ.* Nouum genus exactionis est, vt clerici à clericis decimas exigant.

¶RESPONDEO dicendum, quòd id non potest esse causa dandi & recipiendi, sicut nec causa agendi & patiendi. Cōtingit autem ex diuersis causis & respectu diuersorum, eundē esse dantem & recipientem, sicut agentem & patientem. Clericis, autem, inquantum sunt ministri altaris, spiritualia populo seminantes: decimæ à fidelibus debentur. Vnde tales Clerici, inquantum Clerici, id est, inquantum habent Ecclesiasticas possessiones, decimas soluere non tenentur. Ex alia verò causa, s. propter hoc quòd possident proprio iure, vel ex successione parentum, vel ex emptione, vel quocunq; huiusmodi modo, sunt ad decimas soluendas obligati. Vnde patet responsio ad primū, quia clerici de propriis prædiis tenentur soluere decimas parochiali Ecclesiæ, sicut & alij etiā, si ipsi sint eiusdem Ecclesiæ Clerici: quia aliud est habere aliquid vt ꝓpriū, aliud vt cōmune. Prædia verò Ecclesiæ non sunt ad decimas soluēdas obligata, etiam si sint infra terminos alterius parochiæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd Religiosi, qui sunt Clerici, si habeant curam animarum, spiritualia populo dispensantes, non tenentur decimas dare, sed possunt eas recipere. De aliis verò Religiosis, etiam si sint Clerici, qui non dispensant populo spiritualia, est alia ratio. Ipsi enim tenentur de iure communi decimas dare: habent tamen aliquam immunitatem secundum diuersas concessiones eis à sede Apostolica factas.

¶Ad tertiū dicendum, quòd in veteri Lege primitiæ debebantur Sacerdotibus, decimæ autem Leuitis. Et quia sub Sacerdotibus Leuitę erant, Dominus mandauit, vt ipsi loco primitiarū soluerent summo Sacerdoti decimā decimæ. Vnde nunc eadē ratione tenentur Clerici summo Pontifici decimā dare, si exigeret. Naturalis enim ratio dictat, quòd illis, qui habent curā animarum, de communi multitudinis statu prouideatur, vnde possint exequi ea, quæ pertinent ad communem salutem.

¶Ad quartum dicendum, quòd decimæ debent cedere in subuentionem pauperum per dispensationem Clericorū. Et ideo pauperes non habent causam accipiendi decimas, sed tenentur eas dare.

QVÆSTIO OCTVAGESIMAOCTAVA de Voto, per quod quippiam Deo homines promittunt, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de voto, per quod aliquid Deo promittitur.

¶Et circa hoc quęruntur duodecim. ¶Primo, quid sit votum. ¶Secundò, quid cadat sub voto. ¶Tertio, de obligatione voti. ¶Quarto, de vtilitate vouendi. ¶ Quintò, cuius virtutis sit actus. ¶Sextò vtrum magis meritorium sit facere aliquid ex voto quàm sine voto. ¶ Septimo, de solennitate voti. ¶Octauo, vtrum possint vouere, qui sunt potestati alterius subiecti. ¶Nono, vtrum pueri possint voto obligari ad Religionis ingressum. ¶Decimo, vtrum votum sit dispensabile vel commutabile. ¶Vndecimo, vtrum in solenni voto continentiæ possit dispensari. ¶Duodecimo, vtrum requiratur in dispensatione voti, superioris autoritas.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum votum consistat in solo proposito voluntatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd votum cōsistat in solo proposito voluntatis. Quia secundum quosdam, votum est conceptio boni propositi cum animi deliberatione firmata, qua quis ad aliquid faciendum vel non faciendum se Deo obligat. Sed conceptio boni propositi cum omnibus quæ adduntur, potest in solo motu voluntatis consistere. Ergo votum in solo proposito voluntatis consistit.

¶Præterea

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, habes clare doctrinam in primo artic. discussam de excessu decimarum in noua lege.

¶ Super Quæstionis octuagesimæseptimæ Articulum quartum.

IN artic. quarto eiusdem quæstionis obiectio quorundam occurrit, quoad illud in responsione ad primum, scilicet ꝙ Clerici de propriis prędiis tenentur decimas soluere, etiam si sint eiusdē Ecclesiæ Clerici, quoniā extra de decimis. c. Nouū. dicitur quòd illi Clericis debent soluere decimas, quia à Clericis spiritualiū ministeriorū labores accipiunt. Ex quo patet, quòd quia Clerici eiusdē Ecclesiæ non accipiunt ministeria spiritualia à Clericis, sed ipsi simul populo ministrant, ideo nō tenentur ad decimas.

Artic. 1. huius q. ad 4. præcipue.

¶ Ad hoc dicitur quòd licet ex illa Decretali, quidam contra Autorem & Glossam ibidē hoc opinentur: secundum tamen veritatem ex illa Decretali hoc non habetur. Quia Decretalis non dicit, quòd illi soli teneantur, sed dicit quòd illi tenentur: cum quo stat ꝙ etiam alij teneantur. Et ratio pro Autore est ex parte modi habendi vt proprium vel commune, vt patet in litera, & ex parte personæ: quia per accidens est quòd Clericus teneatur suæ Ecclesiæ. Accidit enim quòd iste homo dominus agri sit in parochia, sit Cleric⁹ huius Ecclesiæ.

¶ In eadem responsione ad primum, dubium occurrit circa illud, scilicet, prædia Ecclesiæ non sunt ad decimas soluendas obligata: etiam si sint infra terminos alterius parochiæ. Nam ex hoc sequeretur ꝙ aliqua Ecclesia fraudaretur suis decimis, vt patet, si ponamus ꝙ omnia prædia infra terminos alicuius parochiæ donarentur à diuersis, diuersis aliis Ecclesiis: tunc aliis Ecclesiis possidentibus cuncta, spoliata remaneret parochialis illa Ecclesia suis decimis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd statutum Ecclesiæ quòd ibi prædia Ecclesiæ curatæ non sint obnoxia decimis alterius Ecclesiæ curatæ, intelligendum est cum grano salis, s. sine notabili dāno Ecclesiarum, vt colligi potest ex ca. suggestum, extra, de decimis. Ne contingat, ꝙ vnus esuriat & alius ebrius sit. Aequitas nanq; non patitur statuta Ecclesiæ deordinationem talē inducere. Propter quod in similibus casibus debent prædia extraneis curatis Ecclesiis donata transire cum onere suo, vt s. solitas parochiali Ecclesiæ decimas soluant. Et in tali casu Clericip accidēs à Clericis decimas exigent. Per se nanq; exigūt à prædiis sibi obnoxiis.

Vnde nō violaretur capitulum secundum in sui principio, extra de decimis. Quod per se & regulariter intelligitur.

¶ Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulum primum.

IN quæst. 88 artic. 1. circa principiū corporis articuli, vbi dicitur, obligat autē homo se homini per modum promissionis, dubium occurrit, an promissio sine iuramento, sit obligatoria in foro conscientiæ.

Decretal. lib. 3. tit. 30. cap. 2.

4. dist. 38. q. 1. art. 1. q. 1.

¶2Præterea, Ipsum nomē Voti videtur à voluntate assumptū. Dicitur em̄ aliqs proprio voto facere, quæ voluntariè facit. Sed propositum est actus volūtatis, promissio autem rationis. Ergo votū in solo actu voluntatis consistit.

¶3Prēt. Dominus dicit Luc. 9. Nemo mittēs manū ad aratrū, & aspiciens retro aptus est regno Dei. Sed aliqs ex hoc ipso ꝙ habet ꝓpositum benefaciendi, mittit manū ad aratrum. Ergo si aspiciat retro desistens à bono ꝓposito, nō est aptus regno Dei. Ex solo ergo bono ꝓposito aliquis obligatur apud Deum, etiā nulla ꝓmissione facta. Et ita videtur qđ in solo proposito voluntatis votum consistat.

¶SED CONTRA est, quod dicit Eccles. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Ergo vouere est promittere & votum est promissio.

¶RESPONDEO dicendum, quod votū quandā obligationem importat ad aliquid faciendum vel dimittēdū. Obligat autē hō se homini ad aliquid per modum promissionis: qui est rationis actus ad quē pertinet ordinare: Sicut enim hō imperādo, vel deprecando ordinat quodammodo, quid sibi ab aliis fiat: ita promittēdo ordinat quid ipse pro alio facere debeat. Sed promissio quę ab homine fit, homini non pōt fieri, nisi p verba vel quæcunq; exteriora signa. Deo autē pōt fieri promissio per solā interiorem cogitationē, quia vt dicitur primi Re. 6. hoīes vident ea quæ parent, sed Deus intuetur cor. Exprimūtur tamē quandoq; verba exteriora, vel ad suipsi⁹ excitationem, sicut circa orationē dictū est*: vel etiam ad alios contestandū, vt nō solum desistat à fractione voti propter timorē Dei, sed etiam propter reuerentiā hominū. Promissio autē procedit ex proposito faciendi. Propositum autem aliquam deliberationem præexigit, cum sit actus voluntatis deliberatæ. Sic ergo ad votū tria ex necessitate requirūt̄. Primo quidē deliberatio. Secundo, propositū voluntatis. Tertio, promissio, in qua perficitur ratio voti. Supadduntur vero quādoq; & alia duo ad quādā voti confirmationē. s. pronunciatio oris, secundum illud Psal. Reddā tibi vota mea q̄ distinxerunt labia mea Et iterum testimoniū aliorum. vnde Magister dicit. 38. dist. quarti libri sententiarum, ꝙ votum est testificatio quædam ꝓmissionis spontaneæ, q̄ Deo & de iis quæ sunt Dei, fieri debet. Quamuis testificatio possit ad interiorē testificationem propriè referri.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cōceptio boni propositi non firmatur ex animi deliberatione, nisi promissione deliberationem consequente.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ voluntas mouet rationē ad promittendū aliquid circa ea, quæ eius voluntati subduntur. Et pro tanto votum à voluntate accipit nomen quasi à primo mouente.

¶Ad tertium dicēdum, ꝙ ille qui mittit manum ad aratrū, iam facit aliquid: sed ille qui solùm proponit, nōdum aliquid facit. Sed quando promittit, iam incipit se exhibere ad faciendum, licet nōdum impleat qđ promittit: sicut ille q ponit manū ad arandū, nondū arat, iam tñ po-

¶Ad hoc dicitur, quòd promissio dupliciter fieri potest. Primò in actu signato & exercito simul, vt dicendo, promitto tibi quòd faciam hoc. Secundò, in actu exercito solùm: vt dicendo, Faciam hoc. Et quomodocunque fiat promissio, non refert. Veruntamen in hoc secundo modo loquendi, quia pōt multiplex sensus esse, oportet quòd cū animo promittendi, futuri tēporis verbū in vsum veniat, si promissio esse debet. Nam quum dicitur, Faciam hoc, potest tripliciter exponi. Primo, vt sit enunciatio propositi, quasi diceret, intendo hoc facere. Secundò, vt sit enunciatio euētus, quasi diceret, Ponetur in effectu facere hoc. Tertiò, vt enunciat promissionem: quasi diceret, promitto quòd faciam hoc. Et in hoc solo tertio sensu, habet vim promissionis. Vnde quia ea quæ sunt in voce, sunt signa eorum quæ sunt in anima: oportet quòd animus promittendi adsit, si quū quis dicit, Faciam, aut, Ibo, promissionem significat. Vtroque igitur modo facta promissio, ex materia, & eo cui fit promissio, iudicanda est. Nam si fiat promissio de aliquo leui simpliciter, vel illi cui & propter quem promittitur, promissio non obligat ad mortale. Si autem de notabili obligat ad sui obseruationem sub mortali, concurrentibus reliquis cōditionibus. Quod enim promissio ex natura sua obliget, in litera habes hic, & in articulo tertio ad primum, & manifestè patet ex vsu hominum. Nam fidei reos dicimus non seruātes promissum licitum. Hoc enim testatur, quòd contra fidelitatem agitur, quum promissio violatur. Quo fit vt idem sit violare promissionē, & violare obligationem. Quod autem obligatio quandoque sit ad mortale, & quandoque ad veniale, patet ex hoc, quòd quandoque violatur cum modico damno proximi: parum autem pro nihilo reputatur, quandoque cum notabili detrimento proximi, quod de genere suo constat esse mortale. Sunt tamen duo hic non prætereunda. Alterum spectans ad rem ipsam, scilicet quod omnia debent esse immutata, si promissa sunt seruanda, vt Seneca dixit: ac per hoc si quis promisisset alicui dotare hinc ad annum illius filiam, & interim tanto est affectus infortunio rerum suarum, vt extra ordinem illum sit in quo promisit, non tenetur ad promissa, quæ constat quòd non promisisset in tali statu. Et simile est de iis qui promittunt ire aliquo, & postmodum maiora vrgent: alterum est spectans ad loquentium abusum: quoniam communiter videntur homines simplici promissione vti, vbi non intendunt se obligare ad mortale. Cuius signum est, quod nolunt super promissione iurare, non pro reuerentia iuramenti, sed ne peccent mortaliter, si non seruent, seu quia nolunt se ligare, arbitrantes ex simplici promissione se non teneri, nisi de quadam beneuola honestate. Omnes enim qui tali animo promittunt, quòd si tunc quæreretur ab eis vt se obligarent sub peccato mortali si non seruent, & negarent, constat non propriè promittere in rebus arduis. Et hinc ortum videtur vt parum æstimentur promissiones hominum: iuxta illud, Pollicitis diues quilibet esse potest.

¶In eodem articulo. 1. quæstio. 88. dubium occurrit, quo pacto in præcedenti lib. diffinitum est, quòd vltimus actus rationis practicæ est præcipere: & in hoc lib. distinguitur actus imperandi contra actum deprecandi, & promittēdi. Non ergo sufficienter fuerat prius determinatus vltimus actus rationis practicæ.

¶Ad hoc dicitur quod præcipere seu imperare intelligi potest dupliciter. Primò, respectu electionis absolutè: quia, scilicet aliquis præcipit sibiipsi eligere. Et sic præceptum est vltimus actus rationis practicæ ad agendum vel faciendum. Alio modo sumitur præcipere respectu aliorum, prout aliquis præcipit subditis suis. Et sic præcipere distinguitur contra deprecari, & contra promittere: quia præcipere ad inferiores, deprecari ad superiores vt plurimum, promittere est ad omnes. Et scito quod omnes hi tres actus distinguuntur à præcipere primo modo, per hoc quod præcipere primo modo, ad cuius rectificationem ponitur prudentia, est causa electionis. Hi autem tres actus sunt materia & effectus electionis. Nam postquam homo consulte elegit imperandum aliis, aut orandum, aut promittendum, imperat, orat, & promittit. Nulla ergo est insufficientia in superioribus admissa.

¶In eodem articulo circa primam conditionem ad votum requisitam scilicet deliberationem, dubium occurrit, an vota ex facilitate cordis ex repētino timore, ex nimio dolore, ex magna tribulatione facta, sint verè vota. Et est ratio dubij: quia huiusmodi promissiones fiunt absque maturo discursu, quem deliberatio importat. Dicimus em̄ ea quæ ex passionis impetu facimus, nō deliberatè fecisse: & similiter quæ repente agimus, & breuiter agere ex surreptione, passione, & facilitate: contrà, agere ex deliberatione distingui cōiter videtur, vt patet ex hoc quòd multa voluntariè agimus, & quandoque iuramento firmamus, quæ tamen nec deliberatè agimus, neç ex deliberatione iuramento firmamus, vt patet in communibus locutionibus.

¶Et confirmatur, quia deliberatio, aut requiritur ad votum, vt propriè sumitur, & distinguitur contra propositum & promissionem: aut, vt communiter sumitur pro voluntario liberè. Non hoc secundo modo, quia sic sufficeret dicere quòd ad votum requiritur propositum & promissio. ergo primo modo: ac per hoc non omnis voluntaria promissio Deo facta est votum: quia stat quod sit voluntas cum proposito: & tamen non sit deliberata, sumendo propriè deliberationem.

q. 83. art. 12.

¶ Ad hoc dicitur, quòd nulla est hic difficultas, quòd deliberatio requiratur ad votum: sed difficultas est quid importat deliberatio ad votum requisita. Ricardus in 4. dist. 38. actus voluntarios distinguit in actus deliberatos, & non deliberatos, appellans deliberatos illos, qui sunt plenè voluntarij, non deliberatos verò, qui non sunt plenè voluntarij: qui scilicet per surreptionem fiunt: & vult quòd vota per surreptionem, non obligent ad mortale. Petrus vero de Palude ibidem vult quòd illa deliberatio quæ sufficit ad constituendum hominē seruum diaboli per peccatum mortale, sufficiat ad constituendum debitorem Deo per votum, vult tamen quòd vota faciliter facta non sunt vsquequaque obligatoria. Si quis autem diligenter Doctorum dicta consideret conuenientium in hoc, quòd ad votum exigitur deliberatio, & quare: facile veritatem percipiet quæstionis. Aduertendum est quòd deliberatio duo importat, scilicet discursum seu collationem inter multa & determinationem ad vnum. Non enim deliberatio petitur, nisi quando optio datur multorum eligendorum, saltem affirmationis vel negationis, puta facere vel non facere. Et similiter eousque petimus ab aliqua persona vt deliberet, donec determinet se an velit pacem aut bellum, nuptias aut cælibatum, & huiusmodi. Et constat quòd huiusmodi determinatio, conferendo conditiones vnius partis cum conditionibus alterius, in ordine ad se vel alterum fit experientia testante. Et de discursu quidem seu collatione huiusmodi nulla est quæstio, ꝙ est actus intellectus practici. Verùm quū determinatio sit duplex, quædam intellectus practici, quæ fit in conclusione consilij per actum iudicij, vt patet ex supradictis, & quædam voluntatis, quæ fit per actum voluntatis determinatæ volentis potius hoc quàm illud, puta, nubere, quàm virginitatem seruare, & quantumcunque aliquis iudicet expedire sibi magis hoc quàm illud, non adhuc deliberasse dicitur: quoniam multi sunt iudicantes sibi magis eligendum fore aliquid, puta veram pœnitentiam peccatorum, non tamen deliberant illam amplecti: consequens est vt deliberatio importet determinationem voluntatis. Ita quòd deliberatio, licet in se duo claudat, scilicet collationem practici intellectus & determinationem voluntatis: vnum tantummodo significat, scilicet ipsam voluntatis determinationem, nō absolutè, sed vt ex discursu collatio fit. Propter hoc enim videtur à Damasceno distinctio illa de voluntate facta, scilicet in voluntatem naturalem & deliberatiuam. Hinc etiam fit vt deliberans aliquid facere, si est bonum, meretur, & si est malum, peccat. vtrunque enim voluntatis est. Nec obstat si quandoque inueniatur quòd deliberatio est actus rationis: quoniā hoc est verum quo ad collationem. At si quis contendat quod deliberatio significat collationem non qualitercunque, sed vt infert determinationem voluntatis, meminerit quòd non de re, sed de vocis significatione quæstionem facit. Ex hoc autem quòd deliberatio determinatio est voluntatis, ex collatione, manifestè patet, quòd actus voluntatis, qui non ex collatione, sed ex simplici apprehensione obiecti prodeūt, deliberati nō sunt, vt appetere beatitudinem, velle esse, nolle miseriam, & huiusmodi. Sunt enim actus hi à voluntate non vt deliberatiua, sed vt natura est, vt in superioribus declaratum fuit. Hic quoque similis est appetitus illorum, quæ vt oblata nobis sunt, statim complacent, quamuis vt collata fuerint refutentur: vt sunt primi motus nostri appetitus circa mala: est enim tunc quædam appetitio talis obiecti delectabilis vel vtilis absolutè oblati tanquam consonantis, quæ postmodum reprimitur, considerata annexa turpitudine vel periculo, vt patet in motibus auaritiæ, luxuriæ, & huiusmodi. Verùm ne fallaris, scito quòd dupliciter contingit voluntarium actum esse ex collatione, scilicet actualiter vel virtualiter. Ille actus dicitur esse actualiter ex collatione, de quo fuit collatio, an faciendus sit. Sed hoc contingit dupliciter, scilicet perceptibiliter, & quasi imperceptibiliter. Exemplum primi, vt quū quis confert an ducenda sit vxor, & tandem deliberat vxorari. Tunc enim velle vxorem, & ducere vxorem, ex de

liberatione actualiter & perceptibiliter procedit. Exemplum secundi: vt quū quis ex impetu passionis irae commouetur ad occidendum vel blasphemandū, & huiusmodi, & percutit vel blasphemat. Tunc enim offerente passione vindictam vt consonam, occurrit quasi imperceptibiliter oppositum, puta, quid facis? Oportet enim eum aduertere quid faciat, si humanum actum facit ex passione, alioquin non sibi imputaretur: & sic quasi imperceptibiliter confert eligendo consonum passioni. Actus quoque ex collatione virtualiter dupliciter contingit. Primò, ille actus dicitur esse virtualiter ex collatione, de quo non in seipso, sed in sui principio collatio praecessit. Et hoc modo artifices absque actuali deliberatione, non tamen absque virtuali, operantur. Non enim quum quis pulsat aut scribit, deliberat de singulis actibus, sed de initio scribendi, aut pulsandi & vniuersaliter de vtendo tunc arte illa. Secundò, actus ille voluntarius dicitur esse ex collatione virtualiter, qui sic volenti consonat, vt nolit conferre de illo vt contingit quando quis operatur ex habitu seu consuetudine, aut negligentia. Qui enim consuetudinem suam prosequitur in bono vel in malo, non deliberat actualiter, quando secundum illam operatur: nec vnquam forte proposuit vti illa consuetudine. Sed quia refutat collationem, & illud opus acceptat, acsi contulisset, dum sic acceptat illud, quod fugit oppositum: cōsequens est quòd ex collatione virtualiter operatur. Omnis enim voluntarius actus praeter naturales & primos motus ex collatione est: ac per hoc deliberatus actualiter vel virtualiter, positiuè vel negatiuè, explicitè vel implicitè. Ex eadem quoque radice patet distinctio deliberationis à proposito: quoniam deliberatio determinationem voluntatis ex collatione significat indifferenter respectu praesentis aut futuri. Deliberamus enim, & nunc pulsare, scribere, ire, &c. Et deliberamus nos ituros, pulsaturos, missuros, & huiusmodi. Propositum autem & ad futura restringitur: nullus enim proponere dicitur nisi de futuris agendis, vel omittendis. Et collationem rationis praeferentis vnum alteri non importat, sed voluntatis actū simplicem ad futurum committendum aut omittendum significat. Quum autem multipliciter contingat in humanis actibus deliberationem interuenire, qualem exigat votum deliberationem, ex ratione, quare ad votum requiritur deliberatio sumēdum est. Si enim deliberatio exigitur ad hoc, vt votum sit actus perfectè humanus, consequens est quòd omnis deliberatio sufficiēs ad peccatum mortale sufficiat ad votum: quoniam mortale peccatum non est in primis motibus, quantumcunque durent, sed in solis actibus perfectis humanis consistit, vt patet de delectatione morosa: quae nunquam est peccatum mortale, nisi ratione acceptata. Si verò exigitur deliberatio ad hoc vt ꝓmissio sit discursa ac maturè digesta, non omnis deliberatio quae sufficit ad peccatum mortale, sufficit ad votum. Et licet hic secundus dicendi modus magnae videatur inniti aequitati: quoniam promissio tam arduum habens vinculum, s. mortis aeternae, non nisi consilio exacto fieri debet, multo magis quàm obligatio ad poenam proprij capitis: quanto vita aeterna preciosior est temporali: primus tamen dicendi modus ex Autore, sacris canonibus & ratione comprobatur verus. Autor siquidem in litera propterea deliberationem exigi dicit ad votum: quia propositum est actus voluntatis deliberatae: ac per hoc docet quòd illa deliberatio sufficit ad votum, quae sufficit ad propositum. Constat autem q omnis deliberatio sufficiens ad peccandum mortaliter, sufficit ad actum propositi. Nam peccatum mortale est etiam actus voluntatis deliberatae. In sacris quoque canonibus extra de voto, & voti redēp. cap. Venientis. expressè votum factum magis animi facilitate, quàm arbitrio rationis, validum iudicatur. Rationi quoque consonat, vt sicut iurans ex consuetudine mala aut facilitate, reus est periurij in iuramento assertorio, si veritas deest: ita vouens, suo se vinculo illaqueat. Imo dupliciter hi rei esse videntur. Primo, quia actu tanto, scilicet voto & iuramento tam irreuerēter vtuntur, s. absque exacta diligentia. Secundò quòd votum aut iuramentum non seruant. Cum his tamen omnibus distingue quòd vota dupliciter fiunt. Quaedam ex diligenti discursu ac proposito, & haec plenè sunt vota. Et in his dispensandis aut redimendis aut commutandis, diligens est adhibenda prouisio. Quaedam verò ex facilitate animi aut passionibus statim fiunt: vt multis pro qualibet re statim vouentibus, contingit. Et quidam tot multiplicant faciliter propter eandem rem vota, vt nesciant ad quae vouendo se obligarunt. Et alia vota licet sint verè vota, & ad peccatum mortale obligantia, quia ex proposito promissio talis fit Deo: non sunt tamen vsquequaque obligatiua, pro quanto facilis debet eorum esse dispensatio, redemptio aut commutatio, vt in d. c. Venientis apparet.

¶ Ad obiecta autem in oppositum dicitur quòd distinctio voluntariorum cōtra deliberata, potest dupliciter intelligi. Primò, vt sint actus perfectè humani seu voluntarij, & tamen non sunt deliberati, & sic est falsum. Alio modo quia sunt actus alij qui voluntarij: imperfectè tamen, quia non sunt deliberati. Et sic est verum, vt patet in primis motibus. Nec est verum quòd multa agamus, & iuramento firmemus sine deliberatione, nisi quando non aduertimus id, quod facimus aut dicimus. Eodem enim modo excusaretur à voto, si quis non aduerteret se vouere. Falsum est igitur, quòd agere ex passione, facilitate, & huiusmodi distinguatur contra agere ex deliberatione absolutè: sed distinguitur contra agere ex digesta deliberatione. Vnde si Richardus per vota ex surreptione, intelligit vota secundum primos motus, bene dixit: si autē vota nō exacta collatione facta, errat.

¶ Ad confirmationem autem iam patet responsio, quòd non ideo deliberatio distinguitur contra propositum, quia requiratur exacta deliberatio, sed ideo quia ex materia propositi, & etiam vt conditiones voti, quod omnino plenè habet rationē voti innotescant. Dictum est enim q tale votū collationē exactā exigit, quae per deliberationem distinctam contra propositum insinuatur.

¶ In eodem art. 1. q. 88. circa secundam conditionem voti, scilicet propositum, dubium occurrit, quia multi putant quod propositum sic sit conditio voti, q etiam sufficit ad votum quando coniungitur alteri actui, puta susceptioni habitus in religione. Et dicunt hoc haberi ex capitulo, Consulti. extra de regul. cuius oppositum hic docemus.

¶ Ad hoc dicitur, q propositum cum quocunque alio, nisi interueniat promissio implicita vel explicita, aut praesumpta, nunquam sufficit ad votum. Textum autem illius capituli, memini me alibi exposuisse ex textu capituli, Statuimus, quod scilicet intelligitur de proposito habente implicitè, promissionē. Quoniam intelligitur de tali voluntate mutandi vitam, qualis est voluntas perseuerantis post completum probationis annum: quia de voluntate illius, qui renuntiat anno probationis intelligitur: ac per hoc facientis quantum ex se est nunc, quod facturus est probationis tempore completo: hoc autem est promittere. Quia implicitè igitur promittit, renuncians à anno probationis, & textus loquitur de proposito mutandi vitam renunciando probationis anno, vt iungendo vtrunque capitulum patet: consequens est quòd propositum nō faciat votum, quamuis sit illius conditio.

¶ In eodem articulo circa tertiam conditionem, quae est promissio in ordine ad alias duas, s. deliberationem & propositum, dubium occurrit, quia sola promissio sufficit ad votum, & aliae duae conditiones superfluunt. Quod sic probatur, Quia promittens voto solenni obedientiam, &c. sine proposito obseruandi tam essentialia, quàm caeremonialia religionis intendens tantum verè profiteri & effici Religiosus, vouet: & tamen sine deliberatione & proposito faciendi. Non exiguntur ergo ad votum tot conditiones, sed sufficit sola promissio Deo, nec putet inexpertus aliquis casum dictum impossibilem: quoniā de facto fortè saepe accidit in istis: quia ideo profitentur, vt habeant reditus annuos, vnde luxuriose sic viuant, &c.

¶ Ad huius euidentiam scito, q quum votum sit promissio alicuius operationis vel omissionis (omnis enim vouens promittit aut velle, aut dicere, aut dare, &c. aut non velle, non facere, non dicere, &c.) dupliciter possunt concurrere dictae conditiones ad votum. Primò, quòd omnes sint circa materiam voti, hoc est, q isti tres actus, s. deliberare, proponere, & promittere, circa illud idē obiectū versentur, quòd est materia voti. Verbi gratia, q aliquis deliberet ieiunare, proponat ieiunare, promittat ieiunare. Alio modo, q primi duo actus habeant pro obiecto tertium actum, & non materiam: verbi gratia, quòd aliquis deliberat promittere ieiunium, proponit promittere ieiunium: & tertius actus habeat pro obiecto ipsam voti materiam, s. quod promittit ieiuniū. Isto enim modo non deliberat quis ieiunare, nec proponit ieiunare, sed deliberat & proponit promittere ieiunium: ita q solus tertius actus, s. promissio cadit supra materiam voti, puta ieiunium. In primo autem modo omnes tres actus cadunt supra materiam voti, puta ieiunium.

¶ Scito secūdo, quod promissio votiua, sicut aliae promissiones, triplici animo fieri potest. Primo, cū animo promittendi & seruandi promissum: & talis est vndique vera promissio. Secundò, cū animo promittendi, sed non cum animo seruandi promissum & talis promissio est partim vera & partim mendax. Vera quidem quantum ad ipsum actū promittendi, quia intendit se verè obligare per promissionem. Mendax autem quantū ad rem promissam, quia promittendo obligat se ad obseruationem promissi: & cū hoc habet intentionem fallendi, quia intendit non seruare promissum. Cuius signum est, quòd si alicui homini aliquis promitteret reddere depositam pecuniam cum intentione non obseruandi promissum, quantūcunq; intendat se verè obligare promittendo, deceptū illum qui dedit depositum, dicimus, & deceptorem ab initio vocamus depositariū. Tertio autē modo fit promissio sine animo obseruandi promissum, & sine animo promittendi. Et hęc fit cū solo animo proferendi illa verba promissoria propter metū, vel quancūq; aliam causam: & talis promissio est vndiq; mendax quo ad homines. Examinemus igitur singula, vt propositae satisfiat quaestioni. In primo modo promittendi, s. animo promittendi & seruandi promissum, plena voti ratio inuenitur: & omnes tres act[us] s. deliberare, proponere, & promittere, super materiam voti cadunt, vt patet. In secundo verò modo, s. animo promittendi, sed non animo seruandi promissum, diminuta seu monstruosa ratio voti inuenitur. Est tamen ibi vere ratio essentialis voti, & illius vinculum cum peccato mortali tunc, & quandiu in tali volūtate non seruandi promissum perseuerat. Patet enim ibi saluari voti essentiam, ex eo quod verè intenditur profiteri, seu promittere. Nec minus tenetur sic profitens aut vouens ad obseruandū promissum, quàm ille qui vouit animo non solū promittendi, sed seruandi. In hoc autem modo liquet, q triū actuū requisitorum ad votum, tertius tantū scilicet promissio fertur super materiam voti. Promittit enim castitatem, vel ieiuniū vel aliquid huiusmodi. Duo vero antecedentes actus scilicet deliberare & proponere, cadunt non suprà materiam voti: quia non intendit sic promittens seruare castitatem: sed supra ipsum tertium actum, scilicet promissionem, quoniam ex deliberato proposito promittit. In tertio autem modo voti, scilicet cùm quis profitetur aut vouet sola voce sine animo promittendi, ratio aut vinculum voti non inuenitur secundum veritatem Vnde non est ibi votum, sed voti fictio. Quia tamen homo videt quae foris sunt: & secundum ea quae foris aguntur, Ecclesiae iudicium est, & esse debet, coram Ecclesia est ibi votum. Sicut cùm aliquis suscipit ordinem sacerdotij ab Episcopo secundum Ecclesiae ritum, quamuis suscipiens non intendat suscipere, sed simulare se suscipere, apud Ecclesiam est sacerdos, & habendus & tractandus vt sacerdos, licet in veritate non sit sacerdos. Vnde Ecclesia cogit omnes huiusmodi ad reddendum vota sua, quae distinxerunt labia sua. Et licet sic vouens non teneatur ad obseruandum promissum ratione voti: tenetur tamen ratione Ecclesiae & scandali. Ecclesiae quidem, quia si fraus & dolus nulli debent patrocinari in praeiudicium vnius personae, multo minus in praeiudicium Ecclesiae. Constat autem quòd si quis promittit alicui coram testibus vtile aliquid, quòd siue habuerit animum promittendi, siue non, cogitur à iudice humano ob seruare. Si quis igitur profitetur ministris Ecclesiae, aut vouet coram aliis, siue habuerit animum, siue non: cogendus est implere quod dixit. Alioquin nullus posset cogi ad seruanda promissa, quia semper ignoramus animū promittentis. Et si ipsi non credendū est, quando promisit, quomodo eidem credendum erit, dicendo sēe non vrè promisisse? Quare magis tūnc mendax quàm nunc? Et ex his patet, q nō est credendū ab Ecclesia, iuranti se nō esse professum animo profitendi, nisi ostendat sufficientia indicia violentiae, aut huiusmodi. Sicut etiam nō est credendū alteri coniugū, iuranti quòd nō animo cōiugij cōiugium subiit. Et si cōtra hoc dicatur, q ab aliquibus Ecclesiae ministris datur fides huiusmodi iuramento. Religiosorum de suo animo in profitendo, patet responsio, scilicet, non quod sit, sed quod fieri debet spectandum est. Possunt, si volunt, isti ministri facile videre errorem suū ad similia respiciendo. Si enim de proprio animo contrario publicis factis ac dictis à se, fides danda est iuranti, quotidie matrimonia dissoluentur, sacerdotes fient laici, contractus omnes rescindi possent: & breuiter vniuersa non solūm ecclesiastica, sed humana conuersatio destrueretur. Et per hoc etiam patet quantum scandalum daretur non seruando huiusmodi vota. Ex his autem haberi potest solutio quaestionis, quòd scilicet votum non monstruosum requirit illas tres conditiones sic, quòd illi tres actus scilicet deliberare, proponere, & promittere cadant super materiam voti. Vnde in litera dicitur, quòd promissio oritur ex proposito faciendi, & non dicitur ex proposito promittendi. Naturali nanque ordine proponere aliquid, facere, aut omittere deliberati animi circa illud actus est: & similiter promittere aliquid ex proposito illud idem faciendi prouenit: vbi sine fallacia agitur. Assignantur autē huiusmodi tres conditiones necessariae ad votum perfectum non ad votum diminutū, sicut si diceretur q partes necessariae ad personam humanam, sunt manus, pedes, cor, &c. verū diceretur de persona humana perfecta intelligēdo: cū quo tñ stat q humana pſona posset inueniri sine manib[us] & pedibus. Et
hoc

hoc modo votum inuenitur cum sola promissione cadente super materiā voti, absque reliquis conditionibus seu actibus cadentibus super eandem. Distinctio igitur voti in votum perfectum & monstruosum quaestionem soluit.

¶ In responsione ad secundum eiusdem primi art. no. vnde venit nomen Voti, & transumptio ad signandum desiderium. Dicitur enim quis voti compos, cum desiderium suum impleuit.

nit manum ad arandum.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum votum semper debeat fieri de meliori bono.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod votum non semper debeat fieri de meliori bono. Dicitur enim melius bonum, quod ad supererogationem pertinet. Sed votum non solum fit de iis, quae sunt supererogationis, sed etiam de iis quae pertinent ad salutem. Nam & in Baptismo vouent homines abrenūciare diabolo & pompis eius, & fidem seruare, vt dicit glo*. super illud Psal. 75. Vouete & reddite Dño Deo vestro. Iacob etiam vouit quod esset ei Dominus in deū, vt habetur Gen. 28. Hoc autē est maximè de necessitate salutis. Ergo votum nō solum fit de meliori bono.

Ex aug. & Cassio in hunc locum.

¶ 2 Praeterea, Iephte in catalogo Sāctorū ponitur, vt patet Heb. 11. Sed ipse filiam innocentem occidit propter votum, vt habetur Iudic. 12. Cùm ergo occisio innocentis non sit melius bonum, sed sit secundum se illicitum, videtur quod votum fieri possit non solum de meliori bono, sed etiam de illicitis.

¶ 3 Praeterea. Ea quae redūdāt in detrimētum personę, vel quae ad nihil sunt vtilia, non habent rationem melioris boni. Sed quandoq; fiunt aliqua vota de immoderatis vigiliis & ieiuniis, quae vergunt in periculum personae. Quandoque etiam fiunt aliqua vota de aliquibus indifferentibus & ad nihil valentibus. Ergo non semper votum est melioris boni.

¶ SED CONTRA est, qđ dicitur Deuter. 23. Si nolueris polliceri, absque peccato eris.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictū est*, votū est promissio Deo facta. Promissio autem est alicuius, quod quis pro aliquo volūtariè facit. Nō enim esset promissio, sed cōminatio, si quis diceret se cōtra aliquem facturū. Similiter vana esset promissio si aliquis alicui promitteret id quod ei non esset acceptū. Et ideo cùm omne peccatū sit cōtra Deum, nec aliquod opus sit Deo acceptū nisi sit virtuosum, cōsequens est quod de nullo illicito, nec de aliquo indifferēti debeat fieri votum, sed solum de aliquo actu virtutis. Sed quia votū promissionē voluntariā importat, necessitas autem voluntatem excludit, id quod est absolutè necessarium esse vel non esse, nullo modo sub voto cadit. Stultum enim esset, si quis voueret se esse moriturum, vel se non esse volaturum. Illud verò quod non habet absolutam necessitatem, sed necessitatem finis, puta quia sine eo non potest esse salus, cadit quidem sub voto, inquantum voluntariè fit, non autem inquātum est necessitatis. Illud autem quod neque cadit sub necessitate absoluta, neq; sub necessitate finis, omnino est volūtarium: & ideo hoc propriissimè cadit sub voto. Hoc autem dicitur esse maius bonum, quod communiter est de necessitate salutis: ideo propriè loquendo, votum dicitur esse de meliori bono.

art. praec. q.10. artic.3.ad.3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q hoc modo sub voto baptizatorum cadit abrenuntiare pōpis diaboli, & fidem

¶ *Super Quaestionis octuagesimae octauae Articulum secundum.*

IN titulo articuli secūdi eiusdē 88. quaestio. aduerte, q quia in primo articulo de forma voti determinatum est, consequenter in hoc de materia voti quęritur & determinatur. Et quia materia voti dicitur esse bonum melius, hoc est bonū supererogationis, propterea Autor quęrēs de materia voti, quęrit, vtrum sit de meliori bono.

¶ In corpore eiusdē secundi articuli aduerte, quòd eorū quae aliquo modo nostrae subsunt volūtati, septem sunt genera. Quaedam necessaria simpliciter, vt mori. Quędā necessaria ad finem aeternae salutis, vt praecepta, scilicet diligere Deū & proximum, non adulterari, non occidere, &c. Quaedam expedientia ad aeternam salutem, vt cōsilia, puta dare eleemosynam, seruire infirmis, mancipari diuinis obsequiis & huiusmodi. Quędam bona, nec tamē de praecepto nec de cōsilio, vt nubere. Quaedā indifferētia vt transire extra muros villae, vti veste alba vel nigra, & hm̄oi. quae siue sic siue aliter fiant, nihil refert secundum rationem. Quaedam impedientia viam aeternae salutis, vt peccata venialia, vt dicere verbum otiosum, & huiusmodi. Quaedā cōtraria aeternę saluti, vt peccata mortalia, homicidium, adulterium, blasphemia, &c. Horū autem septē generū, quatuor extra quaestionem sunt. Quoniā manifeste constat de illis, scilicet primo. 3. 6. & 7. Nam clarè patet primū genus, scilicet necessariorū absolutè non posse esse materiā voti. Nullus enim vouere potest se moriturū, nisi stultus. Tertiū autē genus, scilicet consiliorum, cōstat esse materiā voti. De bonis enim melioribus ad quae non tenemur, vota nos facere experimur. Sextum verò & septimum, scilicet impedientium, & contrariorum ęternę saluti non posse esse materiam voti, patet, quia vt in litera dicitur non esset promissio, sed comminatio, si quis se aliquid displicens Deo facturum decerneret. Tria autem genera, scilicet secundum & similiter quartum, ac quintum, quaestionem habent & similiter tertium genus quo ad sua opposita, scilicet non facere opera quae sunt de cōsilio: vt non mutuare, nō fideiubere, & huiusmodi. Et cum bona quoque super erogationis malum habent annexum, sub dubio cadunt, vt vouere religionē propter auaritiā & similia. Vnde quinque sunt tractanda dubia. Primum, est de necessariis ad salutem. Secundum de oppositis consiliorum, Tertium de bonis supererogationis propter malum finem. Quartum, de indifferentibus. Quintum, de bonis non sub praecepto aut consilio.

¶ Circa ea igitur quae sunt de necessitate salutis, duplex occurrit dubitatio. Prima, an talia cadant sub voto propriè dicto. Secunda an in baptismo fiat vere votum. Et vtriusque dubij ratio est, multiplex sermo doctorum. In primo siquidem dicunt multi, quòd non est proprie votum, & tamen quod qui vouet non fornicari, si fornicatur, peccat dupliciter, scilicet contra votum & contra pręceptum. In secundo quoque quidam negant, quidam affirmant esse votum.

¶ Dicendū est ad primum, q sine dubio necessaria ad salutē possunt esse materia voti proprie dicti. Et ratio in litera redditur: quia sunt volūtaria. Effectus vero voti in huiusmodi necessariis ad salutem est, facere idē alio modo Deo debitum à seipso vouēte. Ita vt nō fornicari, quod erat debitū solū, vt erat castitatis, modo est etiā debitū, quia est religionis. Manifestatur autem haec sic. Vouens non fornicari, si post fornicatur, non solum peccat peccato luxuriae, sed etiam irreligiositatis, agens contra votum. Ergo est ibi vera species voti. Non enim circumstantia mutaret speciem, nisi esset ibi essentialis ratio illius speciei. Vbi autem saluatur essentialis ratio alicuius, ibi est propriè illud, vt patet discurrendo. Quia ergo in huiusmodi transgressionibus inuenitur essentialis ratio speciei, ad quam trahit circunstantia contra votum, manifestum fit quod ibi proprie fuit votum. Nec putes me contradicere Autori. in 38. di. 4 vbi votum de necessariis ad salutem non proprie, sed communiter votum esse dicit. Quoniam, vt ibidē patet, aequiuocamus de proprio. Nam nos accipimus in proposito ly proprie, vt distinguitur contra transumptiue, vt denotat ipsam essentiam voti, quia s. ibi saluatur essentia voti. Autor autem ibidem accipit proprie nō ex parte essentiae voti, sed ex parte materiae voti. Et vt distinguitur contra commune similiter ex parte materiae. Et vocat votum communiter, quia obligat ad ea, ad quae communiter homines tenētur. Votū vero propriè, quod obligat ad ea, ad quae alius non teneretur. Vnde nulla est in hoc controuersia, sed opus est intelligentia vocabulorum.

¶ Ad secūndum verò dubium de voto baptismi, dicendum est, quòd nō est ibi propriè votum: nec Christianus quando fornicatur, peccat dupliciter, scilicet cōtra pręceptū & cōtra votū, sed simpliciter, scilicet contra praeceptū: grauius tamē q infidelis, vt superius didicimus, quia dignior est ꝓpter sacramenta, quibus imbutus est. Quod autem non fiat in Baptismo votum propriè, manifestatur dupliciter. Primò, quòd nō sit ibi votum explicitè, ex verbis quae dicit baptizandus, quę sunt tria, scilicet, Abrenuntio, Volo, & Credo. Nullum autem horum significat promittere, quòd est propriè vouere. Abrenuntiare enim diabolo & pompis & operibus eius significat abdicationem non promissionem. Vnde renuncians suo iuri vel beneficio, nihil promittit: sed spoliat se illo. Velle quoque baptizari, non est promittere. Credere in Deum patrē, &c. non est promittere. Secundò manifestatur, quod non sit ibi votum implicitè. Hoc enim posset dupliciter contingere. Primò, ratione ecclesiastici statuti: quemadmodum implicite fit votum continentiae in susceptione sacri ordinis. Secundò, ratione ipsius rei s. assumptionis noui status ac professionis fidei: quasi hoc habeat vim voti. Et quidem quod non interueniat in Baptismo votū ex praecepto Ecclesiae, manifestatur ex hoc, qđ adulto, qui baptizatur, nullibi inuenitur praeceptum, quod voueat, sicut praeceptum est suscipientibus ordinem sacrum, quod voueant castitatem: ac per hoc si adultus corde contrito suscipiat Baptismum, non intendens nisi baptisma suscipere, & ad nihil aliud se obligare intendens, nisi ad quod baptismus obligat, constat quod non vouet, & nullius est reus praecepti, nec est alio modo Christianus iste quàm alij. Et confirmatur, quia Ecclesiae non est multiplicare laqueos in sacramentis necessitatis. In cuius signum in sacramento poenitentiae, quae est secunda post naufragium tabula, poenitens renuntiat operibus diaboli per cōtritionem ac confessionem, & vult suscipere poenitentiam & suscipit: & tamen non vouet. Imò inhibetur confessoribus inducere poenitentes ad vouendum abstinere à peccatis, ne multiplicētur laquei, scilicet praecepti & voti. Et confirmatur, quia vouere est consilii, baptizari est praecepti. Inconsonum est ergo annectere praeceptum voti praecepto baptismi: quoniam sic vouere non esset consilij, sed praecepti vniuersaliter & simpliciter, non sicut in ordine sacro praecipitur vouere: quia suscipere ordinem non est in praecepto. Quod autem non sit in baptismo votum implicite ex natura facti: quia scilicet assumitur nouus status, scilicet Christianitatis, & fit professio fidei, quasi hoc factum habeat vim voti, vel habeat annexū votum nouae vitae & fidei, ex eo patet, quod seclusis Ecclesiae statutis, cùm quis suscipit sacerdotij ordinem, nouum statum assumit, mancipaturque diuinis obsequiis, atque consecratur ad illa sine vllo voto. Ad promissionem quoque fidei sat est corde & ore illam confiteri est cum proposito mutandi vitam. Vnde Saluator docendos homines esse antè & post baptismum statuit, non exigendam promissionem, sed exhibitionem sui ad baptismum praedicandum, dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit: non, qui vouerit. Vnde licet plus sit exhibere se ad baptismum & fidem, quàm promittere: non tamen includit promittere. Sicut donare plus est quàm promittere, donans tamen nihil promittit. In promptu autem ratio est quare baptismo non oportet nec expedit adiungere votum proprie dictum: quia votum est priuata lex à se sibi volutariè imposita. Cùm autem quis baptizatur, legem Christi voluntarie suscipit, habentem sufficientem vim coactiuam & inductiuam ad obseruantiam fidei & praeceptorum. Non est ergo opus quod baptizatus addat sibi aliam legem obligantem praecise ad praecepta. Quod verò non expediat, patet ex dictis: quia est multiplicatio laqueorum ad nihil quodammodo vtilium: quoniam aeque cauemus vel non cauemus à casu cū tali voto, & sine tali voto, vt experientia testatur. Sine dubio igitur non est votum in baptismo, nisi large voti nomine vtendo pro voluntate nouae vitae in professionem fidei. Et sic forte multi doctores exponi possunt. Quod si aliqui aliter senserint, sanctum est praehonorare veritatem. In litera tamen in responsione ad primū, Autor non affirmat in Baptismo esse votum, sed supponendo hoc à Magistro sententiarum in 38. dist. 4. & à Gloss. dictum, vbi etiam ipse approbauit, exponit modum quo haec comprehenduntur sub voto, dicens quod hoc modo sub voto baptizatorum, & c. Augustinus quoque ad Neophytos, vt habetur de consecrat. distin. 4. cap. 1. dicens, Quod spopondistis abrenunciare diabolo, &c. aut large sponsionem accepit, aut ritum fortè, qui tunc apud eos erat, expressit.

¶ Circa opposita consiliorum, dubium non simpliciter, sed quorundā videtur

esse,

Universidad de Deusto Biblioteca

esse,an possit quis vouere quod non mutuabit, aut dabit eleemosynam, non ingredietur religionem, & huiusmodi. Et ratio dubij videtur esse, quia quod licitum est facere, licitum est vouere. Constat autem quod licitum est non mutuare, non ingredi religionem, & huiusmodi: quia hæc sunt de consilio, quod non tenemur sequi. ergo.

¶ Sed huius opinionis error facile deprehenditur, si consideremus cui sit votum, quia scilicet sit Deo: vt inferius patet. Certum est enim quod si non displiceat Deo te non sequi consilium suum, displicet tamen ei quod promittas ei, te consilium suum non secuturum. Quoniam hoc esset facere quod promissio sibi facta esset vinculum contra consilium suum: ac per hoc Deus ipse ex vna parte daret consilium, & ex alia parte prohibere: consilium suum, dum acceptaret vinculum contra suum consilium. Non est ergo Deo acceptabilis promissio contra consilia sua, ac per hoc non est votum. Sed in hoc habet locum illud: In turpi voto muta decretum. Imo sic vouentes, peccant abutendo promissione ad Deum.

¶ Sed tunc insurgit quæstio. Quale peccatum est hoc, veniale. san mortale? Videtur enim talis vouens non solum irreuerentiam Deo exhibere, indiscretè ei promittendo, sed etiã blasphemiam incurrere, attribuendo Deo quod ei non conuenit, scilicet sibi gratum vinculum contra sua consilia, & deliberat proponere contra ea quæ sunt de necessitate salutis: quoniam consilia in articulo necessitatis sunt præcepta. Hoc autem est peccare mortaliter.

¶ Si diligentius tamen cõsideretur, tria mala in huiusmodi votis inueniri contingit. Primum ex parte rei promissæ, quæ quandoque, scilicet in articulo necessitatis potest esse in præcepto. Et ex hac parte si quis tam pertinaci animo voueret non mutuare, non dare eleemosynam, & huiusmodi, vt etiam intendat in articulo necessitatis hæc non facere, sine dubio peccat mortaliter. Secundum, ex parte incluæ attributionis Deo: quia scilicet hic claudit quòd Deo sit gratum vinculum contra sua consilia. Et si quis hoc cognosceret, animadueerteret, & non curaret, blasphemia esset. Sed quoniam hoc magis supponitur, quàm fiat à vouente: supponit enim sic vouens Deo acceptum esse suum votum, ideo hoc malum, nisi fieret ex industria, non induceret mortale. Tertium, ex parte abusiuæ promissionis: quia. s. fit Deo promissio sibi displicens, iuxta illud, Displicet ei stulta promissio. Et in hoc formaliter consistit peccatum istud. Et siquidem ex intentione aliquis eligeret formaliter displicere Deo, cum hoc de genere suo sit mortale, contrariũ directè charitati, sine dubio peccaret mortaliter. Sed cum materialiter eligitur id, quod displiceat Deo, non oportet esse mortale, vt patet cum quis deliberatè dicit verbum otiosum. Constat autem quod talis vouens non solum materialiter, sed etiam ex ignorantia satis excusabili, quia regnat etiam apud doctos (vt dicitur de Hostiẽsi) facit quod Deo displiceat. Credit enim sic vouens se obsequium præstare Deo vouendo, & licitè vouere. Propter quod non nisi venialiter peccant sic vouentes, & non intendentes contra præcepta Dei vouere, vt communiter accidere videtur.

¶ Circa bona supererogationis, dubium occurrit à Ricardo, in quarto dist. 38. motum, sed parum discussum, An votum factum de bono supererogationis propter malum finem, sit verè votum. Et est ratio dubij: quia bonum supererogationis propter malum finem non est bonum, sed malum formaliter, vt vt patet de eleemosyna propter inanem gloriam. Quod autem est formaliter malum, non potest esse materia voti.

¶ In oppositum est, quod si quis profitetur religionem Hierosolymitanã, seu aliquam eiusmodi, vt habeat diuitias, vnde luxuriose viuat, & propter luxuriose viuere profitetur, verum votũ emittit boni supererogationis, scilicet religionis, propter malum finem, scilicet luxuriosam vitam. Potest ergo de bono fieri votum propter malum finem.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis distinguendus est sensus quæstionis, & singula tractanda sunt membra, cũ suis incidentibus. Tripliciter igitur potest intelligi quod homo voueat bonũ supererogationis propter malũ finem. Primò, vt malus finis sit finis illius boni, quod dicitur voueri: sicut vana gloria est finis eleemosynæ, cum quis voueret dare eleemosynam propter inanem gloriam. Secundò, vt malus finis sit finis non boni, quod promittitur, sed applicationis hominis ad vouendum: sicut luxuriosa vita est finis professionis, cum quis profiteretur aliquam religionem vt luxuriosè viueret. Tertiò, vt malus finis sit finis ipsius voti: ita quòd ipsum votum ordinetur ad malum finem, vt quod est ad finem, ordinatur ad finem. Sicut victoria in bello iniusto esset finis voti, si quis promitteret Deo, quod si daret illi victoriam in tali bello, offerret Deo mille aureos.

¶ In primo ergo sensu dicendũ est, quod votũ nihil valet, quia nõ est votum sed diabolica promissio: quia materia eius non est aliquod bonũ, sed formaliter malum, vt pater in exemplo dato, cùm quis vouet dare eleemosynam propter inanẽ gloriam. Et ratio est, quia iuxta hunc sensum ordo promissæ actionis ad malum finẽ cadit sub voto, non sola actio supererogationis. Verbi gratia, ly propter inanem gloriam, determinat ly, dare eleemosynam, quoniam est finis illius dare. Ac per hoc materia talis voti non est solummodo dare eleemosynam, sed totum hoc, s. dare eleemosynam propter inanem gloriam, quod constat esse formaliter malũ. Attende ergo in huiusmodi votis si malus finis ponitur finis actionis supererogatiuæ, quæ est materia voti, vt vides in exemplo dato. Et cũ hoc inueneris, dicito promissionem talem non esse votum: quia supererogationis bonum, non nudum, sed vestitum tali propter, ponitur materia voti. In secundo autem sensu, quando. s. malus finis ponitur finis solius applicationis ad vouendum, vt patet in exemplo professionis propter vitam luxuriosam, dicendum est quod votum est verè votũ & validum, quamuis talis sic vouendo peccet mortaliter. Et in promptu ratio est, quia malus finis iuxta hunc sensum non est finis voti aut actionis vel omissionis supererogatiuæ. Non enim qui profitetur, ordinat suum obedire ad luxuriam, sed est finis applicationis ad profitendum. Nam si quæratur propter quid applicaste ad profitendum & tot Deo promittendum, respondebis, vt viuam luxuriosè. Ex fine autem applicationis ad vouendum non admittur aut datur natura voti aut illius vinculum. Discute igitur & hoc diligenter, quoniam multas quæstiones inde solues de multis vouentibus propter malum finem, puta, vt compleaceant alicui scelerato in hoc quod vouent: in omnibus enim huiusmodi verè votum est, & bonum, & sanctum, sed applicatio ad vouendum est diabolica: propter quam (vt dictum est) peccat sic vouens.

¶ Et ex his patet quod obiectiones ad vtranque partem allatæ concludunt vtrum. Prima, iuxta primũ sensum: & secunda, iuxta secundũ. In tertio verò sensu quando finis malus ponitur finis ipsius voti, distinguendũ est, quia hoc potest dupliciter fieri. Primò, vt promittatur executio voti pro malo obtinẽdo fine. Verbi gratia, Vouet dux belli iniusti, se ante cõgressum belli oblaturũ Deo mille aureos, pro obtinenda à Deo victoria. Et sic cum talis oblationis mille aureorum finis sit malus, redit casus reprobatus in primo sensu. Clarè nanque patet quòd ipsa voti executio, scilicet offerre mille aureos pro iniusta victoria, est actio formaliter mala, non minus quàm dare eleemosynam propter inanem gloriam. Non est ergo sic facta promissio votum. Secũdò, vt promittatur executio voti post obtentum à Deo finem. Et in hoc sensu difficultas emergit. Quia ex quo iste est consecutus victoriam, licet iniustam, & victoria ista est à Deo, quia omne bonum est à Deo, licet iniustitia eius non sit à Deo: consequens est, quod teneatur iste seruare promissum bonum, s. offerre Deo mille aureos. Et cõfirmatur: quia plus tenetur seruare promissum homo Deo, quàm alteri homini. Sed homo homini tenetur seruare promissum bonum, quamuis ex turpi causa, vt patet de promissa mercede meretrici. Ergo homo tenetur seruare promissum bonum Deo, quamuis ex turpi causa scilicet victoria iniusta.

¶ Sed cũ nemo (vt Aug. dicit) Deo autore fiat malus aut peior, & quilibet in assequendo suum malum finem fiat peior, consequens est quòd Deus non sit autor assecutionis mali finis: ac per hoc votum tale blasphemia potius quam votũ est, & ad nihil omnino obligat nisi ad pœnitentiam. Blasphemũ est namque attribuere Deo, quòd ipse concedat iniustã victoriam, non minus quàm quòd ipse concedat concubitum alienæ vxoris. Par enim est ratio de quolibet malo fine: & constat quòd si quis promitteret Deo offerre sibi mille aureos, si faceret quod concũberet cum vxore proximi sui, blasphemus esset, faciens quantum in se est, Deum lenonem. Quod autem dicitur victoriã esse à Deo, verum est, sed iste promittit pro victoria belli iniusti, quæ, vt scit, nõ est à Deo. Sicut etiam delectatio concubitus & ipse concubitus est à Deo, sed non cum vxore aliena, vt sic pro quali concubitu & delectatione ille voueret. Confirmatio quoque nihil adiuuat, quoniam ab homine potest obtineri turpe obsequium à Deo autem non. Nec propterea minus solida est hæc doctrina: quia sic vouens non credit se blasphemare: quoniam secundum naturam voti iudicium fit, non secundum iustus, aut iniustus ignorantiam.

¶ Sed quid dicendum est si votũ fieret sub conditione talis euentus absolutè, & non sub conditione determinata ad patrocinium diuinũ? Verbi gratia, Dux in tali bello vouet se oblaturũ Deo mille aureos, si euenerit victoria: & non si Deus dederit, aut non dederit: respondeo quod quia sub quacunq; verborum forma votum fiat, secundum contentũ & intentum sensum iudicandum est, ideo cum in huiusmodi votis bonum promissum, puta oblatio, aliquem ordinem ex intentione vouentis accipiat ad optatum malum, puta iniustam victoriam: quoniam promittendo bonum, si malum cueniet, ordinat executionem illius boni ad euentum huius mali, oportet inspicere qualis sit iste ordo promissi boni ad malum, & secundum illum iudicare. Si enim promissum bonum ordinetur quasi effectiuum aut imperatiuum mali, puta si dux sic vouendo intenderet vt per hoc votum assequeretur victoriam, iam patet ex dictis quòd blasphemia potius quàm votum est. Et eadem ratio est, si oblatio promissa ordinetur ad malum quasi recompensatiuum pro gratiarum actione: vt si dux sic vouendo, intendat se obligare ad gratiarum actiones Deo pro beneficio talis victoriæ, continet enim hoc eandem blasphemiam. Si vero promissum bonum ordinetur ad malum solo euentu, puta, si erit victoria, offeram mille: quod tamen difficile est accidere homini rationali, cuius est conferre vnũ alteri, in tali casu votum esset vere votum: & adueniente conditione, tenetur seruare promissum. Et multo magis validum est votum simile, si bonum pollicitum ordinatur ad malũ vt punitiuũ aut vt præseruatiuum. Exemplum primi. Si quis voueret, quòd si cõmitteret adulterium, offerret mille pro pœnitẽtia. Exemplum secundi: Si committam adulterium, ingrediar religionem, vt quia scit se nolle esse religiosum, & propterea reddat sibi adulterium magis alienum quàm ingressum religionis. In his namque & similibus, vbi nulla est mala relatio boni ad malũ, aut ad Deum, votum est vere votũ: & ligat conditione extante. Aduerte tamen quòd si quis discerneret in optato malo, puta victoria in bello iniusto, bonum à malo: & voueret offerre mille aureos pro consequendo eo, quod est bonum iniusta victoria, cũ hoc vere sit Dei donũ, vota huiusmodi essent vere vota & valida. Essemus enim tunc extra casum, quo promittitur bonum supererogationis propter malũ finem, quoniam finis esset bonus. Et eadem ratione valida sunt vota de bono supererogationis propter assecutionem bonorum temporalium turpibus causis annexorum. Verbi gratia, Si quis vouet se oblaturũ statuam argenteam Deo, si ex concubina habuerit prolem, ita quod beneficium optatum sit generatio, non illicitus concubitus, constat enim hoc esse Dei beneficiũ, & licitum desiderium. Et similiter si quis vouet se oblaturum decimãm partem turpis lucri, ita quòd beneficiũ optatum sit lucrari, non causa eius, vt si quis lusurus ad hoc vt lucraretur, voueret Deo daturum in eleemosynam, decimam partem lucri, votum esset validum: quia licet ludere propter lucrum sit malum, ex quo tamen ludit, lucrari non est illicitum. Ex his autem patet, quid dicendum est de votis pugnantium illicite in duello: quia, s. si vouerent quis pro incolumitate aut vita, aut quacunque alia re, quam licitè optat, obtinenda: votum verum est. Si autem pro occisione aduersarij, aut quauis re illicite optata obtinenda, blasphemia potius, quàm votum est. Nec te moueant quorundam verba contra vota conditionalia pro temporalibus obtinendis, quasi sit illicitum vouere pro temporalibus tanquam sit emere temporalia pro spiritualibus, aut spiritualia pro spiritualibus, extranea nanque sunt hæc à proposito. Nulla est hic emptio, nulla commutatio. Sed oblatio quæ est religionis actus conditionata, si diuina largitas tale beneficium concesserit. Stultum enim est votum emittere, quasi commutando cum Deo. Bonorum siquidem nostrorum non solùm non eget, sed nec aliquid ex nostris bonis potest sibi accrescere.

¶ Circa indifferentia verò ad bonum & malum moraliter distinguendũ est. Nam indifferentia dupliciter assumi possunt in materia voti, scilicet salua eorum indifferentia, vel translata de indifferentium ordine ad ordinem bonorum seu expedientiũ ad bonũ. Et primo votũ nihil valet, secundo autem modo votũ ligat. Verbi gratia. Non filare in sabbato est indifferens: quia nec bonũ nec malũ mortale importat. Et propterea mulier vouens non filare in sabbato, nihil vouet. Et si adiũgatur ad nõ filare in sabbato, reuerẽtia beatæ Virginis, adhuc non filare retinet suã indifferentiã, quia negatio filationis ob reuerentiam beatæ Virginis, nullum bonũ morale importat, quoniã nullam affirmationem habet annexã, quæ sit materia reuerentiæ beatæ Virginis. Ordinare siquidem talem negationem in reuerentiã beatæ Virginis, est nihil ordinare, sicut nec ordinare in eiusdem reuerentiam filare. Nihil namq; magis est in reuerentiam vnum, magis quàm alterum. Secus autem est cũ quis vouet non

facere opera seruilia in reuerentiam beatæ Virginis, quoniã hoc habet annexam expeditionem ad cultum diuinũ, sicut in diebus festis. Sed non filare stat cum operibus magis impedientibus mentẽ, & non sit propter expeditionẽ mentis ista negatio filãdi, sed ex ignorantia vouendi. Nihil ergo valent huiusmodi vota: quorum materia relata etiã ad aliud indifferẽs remanet. Sed quando materia absolute est indifferens, relata autem ad aliud est bona, aut expediens ad bonum: votum valet, vt dictum est. Verbi gratia, Ire Parisios est quoddam indifferens: & si quis vouet ire Parisios, nullo voti vinculo astringitur. Sed si addatur ad ire Parisios ob visitandum beatum Dionysium, tunc ire Parisios non est indifferens sed actus virtutis, puta religionis: & propter ea votum valet. Et similiter ire domum talis viri, est actus indifferens sed si meum ire ad illam domũ est mihi in scandalum propter frequentem abusum ludi, aut occursum alicuius mulieris, aut aliquid huiusmodi, tunc non ire domum illam, relatum ad securitatẽ animæ meæ, est de genere, expediens: ac per hoc bonorum & consultorum à Domino, iuxta illud, Si manus tua scandalizat te, abscinde eam, &c. Et propterea si quis ob sui cautelam vouet non ire illuc, votũ valet. Sed tunc insurgit quæstio, an cessante illa supperaddita relatione quę habet ratione expediẽtis mihi, cesset votum. Verbi gratia. Vouit quis non ire ad talem domum vt fugeret ludũ malũ, vel mulierem ibi, &c. post lapsum tẽporis in domo illa non est amplius huiusmodi mulier, aut non amplius ludit ur ibi: an tunc etiam cesset voti vinculum, ita quòd libere potest ille ire in domum illam. Et respondendum est, quòd licitè potest ire in domum illam, quia non ire ad domum illam non est amplius materia voti. Ex hoc namque non ire ad illam domum erat materia voti, quia relata erat ad euitandum scandalum. Cessante ergo fundamento relationis, puta muliere aut ludo ibi, cessat relatio, & mutatur materia illa de relata in non relatam, ac per hoc de expediente in indifferentem, quæ non est materia voti. Sine ergo dispensatione aliqua licitè potest ire ad dictam istam in hoc casu. Et quoniam de similibus idem est iudicium, docti viri erit in huiusmodi votis indifferentium secundum dicta iudicare.

¶ Circa bona quæ non sunt præcepta nec consulta (vt nubere) dubium occurrit. An vouens nubere, verum votum emittat, & consequenter teneatur nubere. Videtur enim primò, quòd sic. Primò, quia votum non minus obligat quàm iuramentum. Sed iurans nuptias, tenetur ad illas, nisi ingrediatur religionem: ergo eodem modo vouens. Et confirmatur: quia votum de minori bono, dummodo non sit exclusiuũ maioris, tenet, alioquin votum non posset fieri nisi de optimo, aut compossibili cum optimo, & sic multa vota perirent, vt pater de vouentibus perpetua seruitia hospitalibus & huiusmodi, quæ non sunt compossibilia cum optimo. Scriptum est enim, Optimam partem elegit sibi Maria. In oppositum est: quia voti materia est bonum supererogationis. Constat autem matrimonium non esse bonum supererogationis: ergo.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis aliter oportet procedere quàm in indifferentibus, quæ vana sunt respectu Dei: & quàm in formaliter oppositis consitorum, quæ non sunt de genere bonorum, quorum vinculum displiceat Deo, vt ostensum est. Quoniam hæc de quibus est quæstio, sunt bona moraliter, & vt patet primæ ad Cor. 7. Qui matrimonio iungit virginem suam, non solùm non peccat, sed benefacit. Considerandum itaque est quòd quoddam est boni genus quod non solum est tale bonum opus, sed continet in se status mutationem, vt patet de matrimonio. Qui enim matrimonium contrahit, statum mutat, quoniam de statu continentium ad statum transit coniugatorum. Mutatio autem status potest esse duplex, s. descensiua & ascensiua. Et quia mutatio de statu continentiũ ad statũ cõiugatorum non est mutatio ascensiua, sed descensiua, vt patet primæ ad Corin. 7. consequẽs est quòd per se loquendo, nubere est descedere à statu meliori ad statum minus bonũ. Sed quoniam status nõ semper cõsonat personæ: quoniã multi sunt in statu continentiũ, qui nõ sunt cõtineres, quibus dicitur ab Apostolo. Melius est nubere quã vri: ideo distinguẽdũ quòd votũ nubendi dupliciter fieri potest. Primò absolutè: & sic nõ valet, quia est votum de declinando à statu continentiũ ad statum coniugatorum, quę declinatio etsi sit licita, est tamẽ minus gratæ Deo, cui fit promissio votiua, quàm perseuerantia in statu continentiũ, in quo manet vouẽs. Cõstat enim quòd promissio de minus grato alicui quàm id quod hẽt, non obligat illi: qa mallet perseuerare in eo quod habet. Hæc autẽ est huiusmodi, quia est promissio de declinando à meliori. Et de Deo scriptum est q; mouet ad disponendũ ascensiones in corde hominis, quem adiuuat. Nõ est igitur, absolutè loquendo, votum, cùm quis vouet nubere. Secũdo põt dictum votum fieri propter fornicationem vitandam, quia scilicet cognoscit se labilẽ: & nisi nubat, cadet in crimina multa. Et secundũ antedicta votum videtur validum Quia si votũ de indifferenti absolute, differenti autem quo ad cautelã à malo, obligat, vt dictum est, à fortiori votum de bono remediũ daruto tot periculis obligat. Et hæc quidẽ ratio cõcluderet, nisi esset differentia in hoc, quòd indifferens relatum ad cautelam, nullã culpã implicat. Matrimonium autem relatũ ad vitandam propriam fornicationem, culpam continet venialem apud Autorem in quarto sententiarũ di. 31. ratione superfluitatis. Nullum autem culpabile potest sub voto cadere. Et propterea hoc sequendo diceretur, quòd nec sic votum nubendi valet. Ego autem non video superfluitatem aliquam in tali remedio respectu humanæ naturæ sic infirmæ, vt est.

Quoniã si in carne præter carnem viuere, angelicum potius est, quam humanũ, cõsequens est q; communiter loquendo, superare ac domare concupiscentias sub perpetua continentia, angelicum quoque sit, & heroicæ virtutis, non humanæ, ac per hoc humana ratione vtendo, sapientis vri, qui non potest se continere, esse videtur vti tali remedio. Et quicquid detrimenti actualis rationis in huiusmodi matrimonio contingat, recompensatur non solùm ex bono euasionis tot periculorum, sed etiam ex quiete multo maiore passionum concupiscentiæ, vt experientia testatur. Et sic opinor votum nubendi factum propter fornicationem vitandam ab impotente se continere, propter suam fragilitatem, & c. esse validum. Quia nulla culpa huiusmodi matrimonio esse videtur. Nec propterea at quo Autorem, qui absolutè loquitur de matrimonij vsu propter fornicationem vitandam. Hoc tamen in loco proprio, Deo dante, dicetur, resolutè examinando matrimonij bona, vt est officium, vt est contractus, vt est remedium, vt est sacramentum. 4. dist. 38. q. 1. art. 3. 4. q. 1. cor. & ad 3.

¶ Ad rationes igitur in oppositum, pro quanto inferunt quòd votum nubendi est absolute validum, respondendum est. Et ad primam dicitur, quòd licet non minus obliget votum, quàm iuramentum, tamen alij obligat vorum & alij iuramentum. Nam votum soli Deo fit, iuramentum autem homini præstatur. Ac per hoc sicut alios contractus rerum iuramento inter homines firmatos, tenetur quis seruare, ita contractum personarum. Licet enim Deo minus grata sit promissio matrimonij quàm perseuerantia in statu continentiæ: homini tamen, cui facta est promissio matrimonij, magis grata, ac per hoc debita est observatio promissi, quàm recedere à promisso.

¶ Ad secundam dicitur, quòd votum de minori bono potest dupliciter intelligi, s. in genere vel absolute. Si in genere bonorum supererogationis, sic verum est quòd validum est, vt obiiciendo probatur. Potest enim sub voto cadere quodliber supererogationis bonum, quantumcunque vnum sit minus alio. Si absolutè, sic non est verum vniuersaliter, vt patet ex dictis.

¶ In responsione ad secundum, nota quòd Autor non dicit, quæ dam sunt quę possunt bonũ vel malum euentum habere: sed dicit, quædam bona in se sunt, quæ possunt bonum vel malum euentum habere. Nota autem hoc, quia oportet votum, si votum est, habere propriam materiam, s. bonũ, sicut votũ Iepthe, cuius materia propria fuit immolare Deo: sed quia materia remota voti, quæ erat materia sacrificij, l'animal immolatum, erat incerta: potuit habere bonum vel malum euentum, vt habuit. Præsuppone igitur semper in voti materia bonitatem, & deinde scrutare euentus: quoniam vbi esset bonitas, votum non esset. Et propterea dictum est, quòd nec illicita nec opposita consiliorum nec indifferentia possunt esse materia voti: nihil enim horum est bonum.

¶ In responsione ad tertium in eodem articulo secũdo, nota duo. Primò quòd litera non dicit, quòd quãdo obseruatio voti est manifestè nociua notabiliter, requiratur recursus ad Superiorem, etiam in promptu habitũ sed dicit, quòd congruentius talia vota secundum Superioris arbitrium, &c. Et ratio est, quia desinit in tali casu res promissa, s. abstinere, esse pro tunc materiam voti, ex quo non est pro tũc actus virtutis talis macerato corporis, vt in litera habes. Secũdo, q; vota de vanis & inutilibus, qualia sunt indifferẽtia, sunt deridẽda & non seruãda: & ratio est, quia nõ placẽt Deo vana aut inutilia, cui sola bona placẽt. Vniuersaliter quippe verũ est quod oportet materiam voti bonam esse moraliter: quamuis (vt patet ex dictis) hoc non sufficiat ad voti remanentiam.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulum tertium.*

IN artic. 3. quæst. 88. nota quòd fides in morali Theologiæ doctrina dupliciter sumitur. Primo, pro virtute theologali: de qua in principio huius libri tractatum est. Secũdo, pro virtute morali: qua (vt Augustinus ex Cicerone in quarto de Repub. inquit) sunt dicta seu pollicita, quæ decus est Principũ, quæ etiam hosti seruatur, quòd dictum est. Et de hac modò est sermo, cum fideles, aut infideles in promissionibus seruandis dicimus.

¶ In eodem tertio articulo in responsione ad primum, caue ne fallaris, nesciẽs vsum vocabulorum apud Autorem, & putes quod simplex promissio obliget secundũ honestatem, hoc est, cõgruitatem. Error est iste. Vtitur siquidem Autor ho

Universidad de Deusto
Biblioteca

tor honestatis nomine contra legem exerius coactiuam, vt patet superius in quæst. 80. intendit nãque Autor quod debitum est duplex, ciuile & morale. & hoc vocat alio nomine debitum ex honestate. Et hoc morale seu ex honestate debitum, subdiuiditur in debitum morale, sine quo honestas morũ seruari nequit, & quod est propter melius: vt patet ibi. Ex hoc igitur quod simplex promissio obligat ex honestatis debito, intellige quòd obligat secundum debitũ morale, quod spectat ad forum conscientiæ. Vnde & in litera dicitur, quòd obligat ex naturali iure: quamuis non possit ciuiliter cogi, hoc est à iudice dãnati. Et ex his patet doctrinam in primo articulo traditam de obligatione simplicis promissionis, esse consonam Autori.

¶ Aduerte quoque quantum à seipso in 38. dist. quarti sententiarum. differat Autor hic, dum altius naturam vimque promissionis contemplatus, ex ipsa vim obligatoriam ad Deum intulit.

¶ In responsione ad secundum in eodem tertio articulo dubium occurrit, an ille qui vouit hanc religionem in hoc monasterio determinatè, & principaliter, & sine sua noua culpa repulsus est, teneatur seruare castitatem? Et est ratio dubij, quia in voto religionis, etiam huius includitur votum continentiæ: ac per hoc si non potest seruare votum religionis, quia hoc non est in potestate sua, tenetur seruare votum continentiæ, quia hoc est in potestate sua, sicut dicitur in litera de ea quæ vouit virginitatem, & postmodum est corrupta, quòd teneatur seruare quod potest, s. continentiam. Et cõfirmatur: quia in litera dicitur, quod si illud quod quis vouit ex quacunque alia, hoc est non culpabili causa impossibile redatur, debet homo facere quod in se est, vt saltem habeat promptam voluntatẽ faciẽdi quod potest. Ille igitur qui sic repulsus est, ex quo religio quam vouit, facta est sibi impossibilis ex aliorum voluntate, debet habere promptam voluntatem faciendi quod potest. Constat autem quod potest contenere: ergo tenetur contenere.

Ii. de mẽd. Cap. 20. & epi. 19. post med.

¶ In oppositum autem est, quia cum quis vouet quod est in alterius potestate, si ille in cuius est potestate, non vult, vouens est absolutus ipso facto, ranquam votum conditionaliter factum non extante conditione. Sed hoc est huiusmodi. ergo. Et confirmatur, quia accessorium sequitur naturam principalis. Continentia autem accessoria est ad religionem. Si ergo iste est absolutus à voto religionis, ergo & à voto continentiæ in religione incluse.

¶ Ad hoc dici potest, negãdo quòd in tali voto claudatur votum continẽtię: potest enim votum religionis dupliciter intelligi, scilicet vt sit religionis constitutiuè vel obiectiuè. Nam si est votũ religionis constitutiuè, hoc est, constituens religionem, cõstat quòd includit tria essentialia religionis vota. Et hoc est votum quod in professione emittitur. Si verò est votum religionis obiectiuè, hoc est, habens religionem pro obiecto tantum, quia scilicet vouet se futurum religiosum, in tali voto non clauditur votum continentiæ: cuius signum est quòd si antequam fiat religiosus, fornicaretur, non facit contra votum castitatis.

¶ Sed hæc responsio licet bene distinguat, malè tamen soluere videtur: quoniam vouens religionem & eius perseuerentiam, vouet hinc ad tantum tempus & assumere religionis statum, & perseuerare in eo. In hoc autem secundo includitur castitatem seruare: vnde & adueniente tempore quo esset in mora si fornicaretur, faceret contra votum castitatis. Manifestatur autem hoc esse verum ex eo, quòd si habens tale votum, statum matrimonialem ingrederetur, non posset exigere debitum, sicut habens votum continentiæ non potest exigere. Sed quoniam difficultas ista, s. an in tali voto claudatur votum continentiæ non est clara, ideo tractanda est præsens quæstio, præsupponẽdo quòd in voto simplici religionis contineatur votum continentiæ implicitè. Aliter ergo dicitur distinguendo de intentione vouentis. Aut enim intendit se obligare ad continentiam &c. etiam si non posset recipi in religione: aut si cogitaret quod non esset recipiendus, ad nihil intendit se esse obligatum. Et in primo casu tenetur ad continentiam, in secundo non.

¶ Sed quoniam hæc responsio particularis est, scilicet respectu huius qui habet talem intentionem, & quæstio est de voto absolutè, oportet ex natura voti satisfacere quæstioni, & non ex particularibus intentionibus huius & illius vouentis.

¶ Dicẽdum est ergo, quòd quemadmodum in habitibus virtutum, sublata ratione formali obiecti, non remanet virtutis habitus, ita & in voto. Formalis autem ratio voti religionis est status religiosus, ad quẽ quasi materialiter se habent vota obedientiæ, paupertatis, & castitatis. Rursus cum omne votũ de eo quod est in potestate alterius, habeat implicitam condicionem, si ille voluerit seu non contradixerit, alioquin tale votũ esset illicitum aut fatuum, & constet quòd votum de assumẽdo religionis statu in hoc monasterio, stat in potestate Prælati & Capituli, consequens est quòd tale votum sit formaliter de assumendo religionis statu & perseuerãdo in eodẽ in hoc monasterio, si monasterio placuerit: materialiter autem de obseruanda obedientia, castitate, paupertate, &c. Cum ergo conditio non extet in proposito casu, quia monasteriũ recusat eũ, & sic ratio formalis, quę sub conditione pendebat, cesset, consequens est quod votum totaliter cessat: & licitè potest talis persona nubere absque conscientiæ scrupulo. Et confirmatur hoc. quia seruare castitatem & paupertatem &c. in voto religionis sunt velut accessoria: quoniam repræsentantur naturali ordine vouẽtibus, quòd in religione seruare hęc, opportunum & conuenium, nec multum difficile est: quæ remansuris in seculo, aut impossibilia, aut adeò difficilia videntur, vt communiter vouẽtes religionem, si non remansuros se scirent, non vouerent hæc. Hoc autem est signum quòd natura talis voti non fertur super hęc, nisi per religionis statum, & non aliter: quoniam quod communiter inuenitur, signum naturæ rei est. Reddito ergo huic religionis statu, quem vouit, impossibili absque sua culpa, absolutus est à voto non medio, sed toto. Et ex his patet responsio ad obiectionem in contrarium, quia non nisi materialiter seu secundario claudit votum continentię sub formali & principali conditione non extante. Ad confirmationem verò dicitur, quòd Autor intelligitur sic: debet facere quod in se est circa ea ad quæ remanet obligatio voti. In proposito autem casu non remanet obligatio ad reliqua, non extante conditione circa principale.

¶ In eadem responsione circa eundem casum, dubium occurrit, an semel refutatus ab hoc monasterio teneatur vlterius expectare, si forte aliàs admitteret eum.

¶ Ad hoc dicitur, quod attendendum est in hoc casu ad causam repulsæ, an s. sit temporalis, an perpetua. Nam si repellunt illum non simpliciter, sed pro nunc, tenetur expectare, ex hoc ipso quod non est simpliciter refutatus. Si autem repellitur tot: aliter, non oportet amplius expectare, manifestato eisdem prius suo voto: quia hoc fortè esset inductiuum eorum ad recipiendum eum.

¶ In eadem responsione dubium occurrit de eo qui vouit principaliter religionem aut religionem talem, puta Prædicatorum, & repulsus est à multis religionibus, aut à pluribus locis eiusdem religionis, an teneatur quærere per omnes religiones & per omnia loca.

¶ Ad hoc dicitur, quod quantũ est ex natura voti, iste tenetur omnes requirere, si spes est, quòd alicubi inueniat receptores. Et ratio est, quia ex quo obligauit se ad id quod dependet à totis, debet oẽs, à quibus dependet requirere. Dixi autem quantum est ex natura voti, quia ex intentione vouentis posset aliter accidere. Nam si vouens non intendebat se obligare nisi ad religiones sibi notas & in locis propinquis, non tenetur limites suæ intentionis exire. Vnde adolescentula vel vidua, quæ vouet ingredi religionem, & nullum in terra sua aut propinquis locis inueniẽs monasterium quod illã velit, per hoc quòd quieuerit patienter, reputãs sibi esse amplius impossibile quòd vouit, satis oftendit facto suo quod nõ intendebat se obligare vt iret aut mitteret per mũdum quærendo monasteria. Et simili modo potest discerni intentio vouentiũ. Nullus

lus siquidem in Italia vouens religionem, intenderet se obligare ad eundem in Græciam, Daciam, & similia, si hoc sibi diceretur quando vouet.

¶ Sed quid si talis non inuenit nisi monasteria non reformata parata ad eius receptionem, nunquid obligatur?

¶ Dicendũ quod siue vocẽtur monasteria reformata, siue non: si publicè constat quod nõ seruatur ibi regularis disciplina, sed quilibet viuit ad placitum & reputantur malæ conscientiæ fere omnes, nõ tenetur persona, quæ vouit religionem, in veritate subire conuersationẽ taliũ monasteriorũ. Scripũ est enim, Cum peruerso peruerteris. Secus autem est, si vocarentur vitæ cõmunis, & tamen in veritate bene viuerẽt cũ timore Domini in substantialibus & multis accidentalibus sub prælatorum cura in veritate. Quãuis nõ ita districtè viuerentur, vt regularis exigit disciplina. Hoc enim modo omnes antiquæ hodie videntur esse religiones, secundũ veritatem: quãuis secundũ vocabula quædam regularis vitæ vocentur, & sint in respectu ad laxiores.

¶ In eadem responsione, pro quanto ibi tractatur quando votũ est factum impossibile ex culpa vouentis, dubia duo simul occurrunt. Primũ est, ad quid tenetur qui vouit ingredi religionem, & postmodum contraxit & consummauit matrimonium. Secundum est, ad quid tenetur qui vouit perseuerare in religione, & post contraxit & consummauit matrimonium. In vtroque siquidem casu factum est votum impossibile vt obseruetur, ex culpa vouentis, qua voluntarie coniugem se constituit.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd cùm votum de ingressu religionis intelligatur, secundum formam Ecclesiæ, scilicet vt ingrediatur bona fide proba-turus & probandus, manifestè patet quòd in tali voto non claditur votum continentiæ, nisi in potentia, quæ est conditio diminuens. Homo enim in potentia, non est homo. Et simile est de aliis religionis votis. Vnde durante impossibilitate implendi votum de ingressu huiusmodi, ad solam pœnitentiam peccati, quia fecit se impotentem, & voluntate m implendi, quando poterit, remanet obligatus.

¶ Ad secundum verò dubium, quia ponitur sub voto cadere perseuerẽtiam in religione, non facile liquet ad quid remanet obligatus. Discordia siquidẽ apparet in principiis & in applicatione ad conclusionẽ. In principiis quidẽ: quoniam, vt prius tactũ fuit, votũ simplex religionis creditur differe re in materia à voto solemni professionis. Ita quòd materia voti professionis est obedientia, paupertas, castitas, &c. Materia autem voti simplicis, cum s. quis vouet religionem assumere, & perpetuò permanere, est ipsa professio in veritate. In hoc enim clauditur, vt perseueret. Non enim plus tenetur ad perseuerandum in religione, qui prius votum simplex habuit de religione absolute, quod includit perseuerantiã, & postmodum est professus, quàm qui sine præcedente simplici voto professus est. Quoniã non plus cadit sub voto simplici religionis quàm perseuerantia debita ex professione, vt patet extra, de voto capit. Per tuas. vbi Episcopo Gebenensi prælabenti votũ religionis, dicitur quod fiat Religiosus. Et si post fuerit iterũ ab Ecclesia Gebenensi factus Episcopus, poterit esse Episcopus. Idem est ergo vouere se futurũ religiosum & se ingressurum & perseueraturum in religione, & se professurũ religionem. Constat autẽ quod si quis vouet se professurũ religionem, materia talis voti est ipsa professio, cuius professionis materia sunt obedientia, paupertas, & castitas. Non est ergo eadem materia vtriusque voti religionis, simplicis scilicet & solẽnis. Aliis autem videtur, quòd materia vtriusque voti est eadem, sic quod tota materia voti solennis est materia voti simplicis, quamuis non econtra: quia etiam ipsum votum solenne est materia voti simplicis. Et ratio horum est, quia promissio est propter promissum: ac per hoc magis tenditur per votum ad promissum, quàm ad obligationem promissi: quemadmodum magis tenditur ad terminũ, quàm ad viam. Promissio enim & obligatio propter rem promissam fit, & ordinatur ad illam, sicut via ad terminũ. Vnde qui vouet profiteri, cum profiteri importet promissionem & obligationẽ ad castitatem, &c. non vouet profiteri, nisi propter esse religiosum obedientẽ, paupertatem, castum. Cadit ergo sub voto suo tota materia professionis, ad quam directè tendit media professione. Et confirmatur, quia secundũ Anselmũ votũ se habet ad opera, quę sunt illius materia, sicut arbor ad fructus: ita quòd qui vouet, dat arborem & fructus: & non dat arborem, reseruando sibi fructus, quoniã nihil voueret: nec fructus solos, sicut qui facit bonũ sine voto. Cõstat autem quòd promittens arborem cum fructibus, habet pro materia promissionis vtrumque, s. arborẽ & fructus, & tenetur ad vtrunque. Ergo qui vouet profiteri, habet pro materia voti promissionẽ, & opera sequẽtia, i. obedire, &c. Ex hac autem discordia in principiis, deducitur diuersa conclusio. Nam secundum primã viam dicitur, quod in casu posito tenetur transgressor, vltra pœnitentiam, solummodo ad voluntatem implendi votum quando poterit. Iuxta secundam autem viam tenetur ad hæc, & opera religionis, quę potest facere in illa impotentia profitendi constitutus.

¶ Duabus autem existentibus his extremis opinionibus, media via inceden dum est, & dicendum, quòd votum, quo quis se obligat ad esse religiosum, habet duplicem materiam, s. proximam ac immediatam, & remotam ac mediatam: & quod materia eius proxima ac immediata est assumere statum religiosum, seu quod idem est, profiteri religionem, seu obligare se voto solenni ad religionem. Materia autem remota & mediata est obedire, continere, abdicare à se proprietatem rerũ. Declaro singula. Primò, quòd vtrũque sit materia talis voti. Secundo, quòd primum sit materia proxima ac immediata. Tertiò, quòd secundũ sit materia remota ac mediata. Quod enim vtrunque sit materia talis voti, patet ex hoc, quod ex vi voti, non per accidens, sed per se tenetur quicunque est astrictus tali voto non solum ad profitendũ religionem, sed ad obseruandã religionem, non minus quàm iurans alicui accipere illam in vxorẽ, tenetur non solum contrahere per verba de præsenti, sed habere se ad illam vt vxorem. Et ratio vtrobique est eadem, quia s. professio & contractus matrimonij vanè promitteretur, nisi propter opera religionis & coniugij. Quod verò promissio sit proxima & immediata materia talis voti patet ex hoc quòd directè absque vllo medio tale votũ attingit ipsam. Qui enim promittit se Religiosum fore, promissionem suã directè & immediatè applicat super professione facienda, qua constituitur Religiosus. Quod aũt opera religionis, s. obedire, continere, &c. sint mediata & remota materia talis voti, patet ex hoc quòd non eadunt sub tali voto, nisi mediante professione, cuius hæc opera sunt materia. Sicut qui vouet suscipere ordinem sacrum in Ecclesia occidentali, habet pro materia proxima suscipere ordinẽ, & obligare se ad continentiã. Pro materia verò remota habet ipsam continentiam, quæ est materia voti, quæ in susceptione ordinis sacri emittitur. Duabus aũt talis voti existentibus materiis diuersimode, sic quòd vna non nisi mediãte alia cadit sub voto, consequens est quòd secundaria sequatur naturã primę: mediata, naturã immediatæ quo ad obligationem & non obligationẽ. Quia cùm votum ipsum obligatoriũ sit, eodẽ modo materia voti refertur ad obligationem, quo refertur ad votum. Quia igitur non nisi mediãte alio est materia voti, illud non nisi mediãte eodem est materia obligationis. Ac per hoc cùm opera obedientiæ, continentiæ, & abdicationis proprietatis rerum, non nisi mediante professione cadũt sub simplici voto religionis, oportet vt non nisi mediante professione cadant sub obligatione dicti voti simplicis. Et ex hoc manifestè sequitur, quòd quicquid excusat à professione, excusẽt à cõsequentibus, seu comitantibus vinculis & operibus. Ac per hoc si quis vouit nõ solũ ingressum religionis, sed etiã perseuerare, seu, quod idẽ est, profiteri: & postmodum consummauit matrimoniũ, non tenetur ad vota obedientiæ, paupertatis, castitatis & reliqua cõcomitãtia, quãdiu in statu isto est: quomiã ex quo excusatur à proxima, & immediata materia voti, s. professione, excusatur quoque à remota & mediata, s. operibus castitatis, obedientiæ, continentiæ, &c. quæ non nisi mediante professione fuerunt & sunt materia simplicis voti. Nec refert quo ad hoc quòd culpabiliter se posuit in hoc statu: quia culpabiliter se posuisse in hoc statu, bene facit quòd iste peccauit, & quòd teneatur pœnitere, sed non facit quòd non excusetur à professione. Excusatio namque à professione est effectus non culpæ aut meriti, sed est effectus status in quo iste inuenitur. Vnde & in litera ille cui ex sua culpa votum est reddituin impossibile, non dicitur quòd teneatur ad aliquid plus, quàm ille, cui sine culpa sua redditum est impossibile, præter pœnitentiam.

¶ Confirmatur autem hoc tripliciter, Primo, quia si quis apud nos vouit se post annum suscepturum ordinem sacrũ, & elapso anno non impleat votum, sed declinet ad alia, &c. iste licet peccet non implendo votũ, non tamen peccat, non dicendo officium diuinum, ad quod obligaret ordo sacer: quod cadit sub suo voto consequenter. Et similiter si fornicatur, non peccat contra votum continentiæ, quod in ordine sacro fuerat emissurus. Secundo, quia cum votũ sit quædam singularis lex, quam homo sibiipsi instituit, eodẽ modo iudicandum est de obligatione voti, quo iudicatur de obligatione legis. Constat autẽ, quod si esset lex obligatiua alicuius, vt fieret post tale tẽpus sub diaconus aut Religiosus, & iste elapso tẽpore non obediret legi: sed vagaretur ad libitum, non esset in eo culpa, secundum affectum & speciẽ, nisi omissionis eius quod tenebatur suscipere nec exigeretur ab eo, quare non seruat pauperatem, continentiam, obedientiam, aut quare non dicit officium &c. sed quare non suscepit subdiaconatum, aut religionem. Tertiò, ducẽdo ad inconueniens: quia si destruendo huius solutionis fundamẽtum dicatur quòd sub voto cadunt opera religionis & professio eorundem: sequitur quòd habens tale votũ, si est cõiugatus, teneatur ad votum paupertatis (Poteſt enim habere solam administrationem bonorum absque proprietate in matrimonio) sequitur quod teneatur ad votum obedientiæ in is, quæ nõ contrariantur coniugio, & similiter castitati. Imò sequitur quòd teneatur dicere horas canonicas, si professũ tenentur, quę inconuenientia videntur. Et si quis seque las ex voto obedientiæ cõsideret, deducet subiectionẽ huius respectu regulę & statutorum & censurarum illius religionis quã vouit assumere: & exinde tot, vt absurdum sit audire. Dicendum est igitur ad quæsitum, quòd ad pœnitẽtiam magnam tenetur: quia magni reatus peccatũ incurrit, & ad voluntatem profitẽdi religionẽ quando poterit. Nec video quòd teneatur de necessitate salutis ad aliud. Deberet tamẽ bonis operibus exhibere se quasi Religiosum. Vnde collige quòd votum religionis tripliciter dicitur, s. votum de ingressu religionis, & votum de professione religionis, & votũ de ipsa religione, quod solum propriè dicitur votum religionis. Quod si fiat sine Ecclesiæ approbatione est simplex: si cum approbatione, est solenne. Vnde etiam videre potes quàm differens sit propria materia in primo, secundo, & tertio, & quod eadem est materia tertij & quarti.

¶ Ad rationes verò aliarum opinionum respondendo dicitur, quòd prima opinio fauet nostro proposito, dum ponit diuersitatem materiæ. Et verum dicit loquendo de materia proxima & immediata, penes quam cætera pensantur. Secunda autem opinio fundata in ratione cum similitudine non habet necessitatem, quoniam ex hoc quòd promissio est propter promissum, nihil aliud habetur nisi quòd vana esset promissio absque debito promissi: ac ex hoc optime infertur quod debitor futuræ promissionis, est debitor ad cõstituendum se obligatum ad exequendum id quod sub futura promissione eadit. Et non sequitur quòd ista promissio prima, qua obligo me ad promittendum, cadat sub executione futuræ promissionis, vt patet in exemplo, si quis promisit alicui quòd post mensem ducet eam in vxorem, sub hac promissione non cadit quòd tenetur ei reddere debitum coniugale, ad quod tamen obligabitur ex contracto cõiugio, quod est quasi secũda promissio, ad quam secundam promissionem tenetur ex prima, vt patet.

¶ Ad iã verò quod additur, quòd magis quæritur opus quã promissio, sicut terminus quàm via, respondetur, quod reddendo singula singulis, respectu cuiuslibet promissionis, verũ est quòd magis quæritur opus quàm promissio. Sed error est in hoc, quòd respectu primi voti, scilicet simplicis, opus est ipsa solennis professio, & non opus obediẽtiæ, &c. Ac per hoc conceditur quòd sicut professio fit propter obedire, continere, &c. Ita votum simplex fit propter profiteri. Hoc est enim opus ad quod solummodo immediatè ordinatur pro missio talis voti simplicis: & hoc opus est terminus voti simplicis. Et est opus hoc tanti meriti, quod si absque culpa sua non sequeretur executio obediẽtiæ, continentiæ, aut paupertatis, creditur, quòd euolaret ad cælum, quantum est ex parte huius meriti. Similitudo autem ex Anselmo, quamuis excludi posset ex eo, quòd Theologia symbolica nõ est argumentativa, verũtamen dicitur primò, quòd male affertur ad propositum: quia Anselmus comparat facere cum voto vel sine voto ad donationẽ fructus cum arbore, vel sine arbore, & non comparat vouentem futurum votum, ad promittentẽ arborem & fructus. Dicitur secundo, quod admissa similitudine ad propositum, debet cum grano salis intelligi, distinguendo quod fructus possunt dupliciter promitti. Vno modo ex æquo cum arbore, ac si promittat duo disparata, arborem ex vna parte & fructus ex altera. Alio modo ordine quodam, scilicet mediationis & immediationis, ita quod arbor promittatur immediatè, & fructus mediante arbore. Qui ergo promitteret arborẽ seorsum, & fructus seorsum, ad vtrũq; tenetur: qa duo promisit. Qui vero promitteret fructus prout sunt in arbore, non tenetur nisi ad arborẽ fructuosam, nihil sibi reseruãdo. Votum autem quo quis vouet se futurũ Religiosum, assimilatur promittenti arborem cum fructibus secundo modo, non primo. Et propterea non obligat nisi ad professionem fructuosam: imò ex hac similitudine sequitur cõtra aguentem,

guentem. Quia quemadmodum succisa iniustè arbore, etiam ab ipso qui promiserat, non tenetur recompensare nisi quantum valeat illa arbor fructuosa, nec tenetur singulis annis dare ei fructus qui producti fuissent: ita succisa facultate profitendi Deo, nisi de fructuosa professione & non de operibus ipsis qui fuissent fructus professionis, tenetur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum expediat aliquid vouere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod nō expediat aliquid vouere. Nō enim alicui expedit, vt priuet se bono, quod ei Deus donauit: sed libertas est vnum de maximis bonis, quæ homini Deus dedit, qua videtur priuari per necessitatem, quam votum imponit. Ergo non videtur expediens homini, quòd aliquid voueat.

¶ 2 Pręt. Nullus debet se periculis iniicere, sed quicūq; vouet, se periculo iniicit: quia quod ante votū sine periculo poterat præteriri, si nō seruatur post votū, periculosum est. Vnde Aug. dicit in epistola ad Armentariū & Paulinā*. Quia iā vouisti, iā te obstrinxisti, aliud facere tibi non licet. Non talis eris, si nō feceris quod vouisti: qualis māsisses, si nihil tale vouisses: minor enim tunc esses, non peior. Modo autem tāto, quod absit, miserior si fidem Deo fregeris, quanto beatior, si persolueris. Ergo non expedit aliquid vouere.

¶ 3 Præt. Apostol⁹ dicit primæ ad Cor. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. sed non legitur neque Christum aliquid vouisse, nec Apostolos. ergo videtur, quòd non expediat aliquid vouere.

3. contra. cap. 138.

¶ In eadem responsione ad secundū eiusdem tertij articuli dubiū occurrit de illa quæ vouit virginitatem ratione non continētiæ absolutè, sed continentiæ virginalis: an corrupta culpabiliter teneatur cōtinere. Et est ratio dubij, quia si ista fuisset præscia sui casus, non vouisset, sicut nec vouisset, si fuisset corrupta. Allegatur siquidem dictum Autoris in 38. distinctione quarti sententiarum quęstione prima, articulo tertio, quæstione prima ad primum, quòd illud quod votum fiendum impediret, si præsens esset, etiam voto facto obligationem aufert. Et super hoc discretio obligationis votorum fundanda dicitur. Cōstat autem in proposito casu hoc accidere: ergo. In oppositum est communis Doctorum sententia de voto virginitatis. Cùm tamen rationabile sit, multas si non essent virgines, non fuisse se astricturas voto.

¶ Ad hoc dicitur quòd de voto dupliciter loqui possumus, scilicet aut secundum naturam voti, aut secundum intentionem vouentis. Et si in proposito est dicendum, secundum naturam talis voti, scilicet virginitatis, cum seruare virginitatem non consistat in operatione, sed in non operando, quoniam cōsistit in negatione venereæ voluptatis volūtariæ, & hæc negatio non pro quodam tempore, sed semper sit de ratione virginitatis (exigitur nanque ad virginem, quod nunquam voluntariè veneream admiserit voluptatem) consequens est vt votum virginitatis ex sua natura obliget ad nunquam voluntariè venereū admittere opus. Et quia vniuersali negatiuæ quælibet singularis affirmatiua contradicit, ideo voto de nunquam admittēda venere, quocunque tempore admittatur, oppositum est. Idem est ergo amore virginitatis vouere, & vouere amore nunquam admittendi veneream voluptatem. Ac per hoc si qua persona post votum virginitatis semel deliquit, non liberata est ab obligatione nūquam delinquendi. Si autem dicendum est secundum intentionem vouentis, sic non est dubium quòd votū vltra limites intētionis vouentis non obligat. Et si aliqua hac præcisè intentione vouisset, vt si virginitatem cōtingat ipsam perdere, non vult amplius obligari, non tenetur ex voto post perditam virginitatem de cætero continere. Perinde enim esset ac si vouisset se non prima vice admissuram venereā voluptatem. Verùm talis intentio non probatur in aliqua persona ex allatis, dubitādo. s. ex hoc quod si fuisset præscia sui casus non vouisset. Constat namque innumera pacta valida esse talia, scilicet quod si affuisset à principio præscientia futurorum, non fuissent facta, vt patet de matrimoniis & promissionibus multis. Similiter nec ex hoc quòd si fuisset non virgo, non vouisset. Hoc namque spectat ad excitationem ad votum, & non ad conditionem obligationis. Non enim ex hoc fit votum conditionale, sed incitat ad faciendum votum absolutè. Autoritas autem allata Autoris non suffragatur, & malè videtur intelligi: quoniā Autor loquitur de impedimento voti, & non de impedimento voluntatis vouentis. Et docet quòd quicquid impediet votum fiendum, aufert voto facto obligationem, vt patet de materia impossibili ibidem pluribus exemplis. Oportet enim votum habere materiam possibilem, quoniam ad impossibile nemo tenetur. Et non docet, quòd quicquid impediret voluntatem vouentis, si præsens esset, auferat à voto obligationem. Hæc enim doctrina vniuersas religiones cum Clero eneruaret: quoniam innumeri euentus, si præsentes essent, quando fit votum, impedirent voluntatem vouentis: qui tamen non auferunt voto facto obligationem.

¶ Circa eādem materiam, scilicet votum continentiæ, occurrunt duo dubia mota ab aliis, sed minus, vt videtur, bene soluta. Primum est, an votum non nubendi, sit votum castitatis. Secundum est, an concubina, vel meretrix, vt satisfaciat lenoni suo timenti ne eum deserat, vouens non nubere, possit post licitè nubere.

¶ Ad primum dubium quod in quolibeto nostro primum tractaui, iterum dicitur, quòd votum non nubendi æquiualet voto castitatis quo ad propriā materiam voti castitatis, licet non quo ad cōmunem materiā, votis & præceptis.

¶ Ad cuius euidentiam scito, quòd votum castitatis habet duplicē materiam, scilicet communē & propriam. Materia propria eius est castitas supererogationis, quæ directè opponitur operibus matrimonii: quoniā propria materia voti est bonum supererogationis. Materia verò cōmunis eius est castitas opposita luxuriæ. Et propter hanc communem materiam fit, vt habens votum castitatis, si fornicetur, faciat contra votum. Iam enim dictum est, quòd votum proprie dictum, cadit super materiam communem, & non solùm super propriā, dum dictum fuit quòd necessaria ad salutem possunt esse materia voti proprie dicti. In voto aūt non nubendi constat quòd sola castitas supererogationis clauditur. Aequiualent ergo votum non nubendi, & votum castitatis, quo ad propriam materiam voti, quamuis ille qui habet votum non nubendi, si fornicetur, non faciat contra votum. Hæc enim differentia ex materia communi voti & non ex propria procedit, vt patet ex dictis. Et quia vota secundum propriam materiam voti primo considerantur, iudicantur, dispensantur, & commutantur, ideo eiusdem rationis sunt ambo: licet non aduertentes ad huiusmodi distinctionem aliter dicere videantur.

¶ Ad secundum dubium sub dubitatione relictum in 38. dist. quarti sententiarum à Petro de Palude dicitur cū distinctione, quòd aut mulier talis intendit vere votū emittere & obligare se ad id ad quod tale votū ex se natū est obligare, quamuis non intēdat seruare castitatē, sed luxuriosè viuere, & de carne continue cogitare, tale votum est obligatiuū: sicut professio illius qui propter auaritiam & commoda luxuriæ, veræ professionis vinculū subiit, nihil intendendo obseruare, ipsum obligat, vt suprà dictum est. Aut mulier intendit obligare se solum ad non nubendū, vt liberius malefaciat, credens hoc posse cadere sub voto. Et sic cum finis sit malus, & quod est ad finem non sit de genere suo bonum, quia finis est libertas peccandi, & materia quæ est ad finē est, non nubere, quod constat non esse de genere suo bonum, clarè patet quòd votum tale non est votum, sed promissio de non impediendo malum, procedens ex errore supponentis hoc posse esse materiam voti. vnde ad nihil obligat tale votum. Et licet vtraque intentio possit accidere, prima tamen communiter accidere videtur: quoniam intendūt voto illo se astringere, quo bonæ mulieres solitæ sunt se astringere, cum vouent non nubere. Et hoc lenones ab eis requirunt vt tali vinculo arceantur à matrimonio contrahendo.

Epist. 45. versus finem.

¶ In responsione ad tertium eiusdem tertij articuli, dubiū occurrit de votis, quæ fiunt non statim, nec certo tempore, sed sine determinatione tēporis soluenda, vt cùm quis vouet ieiunare tribus diebus, aut offerre aliquam imaginem &c. & nihil cogitat de tēpore, certus tamen est quòd non se intēdebat obligare ad statim.

¶ Ad hoc dicitur, quod quando intentio vouentis ignota est sibiipsi, ita quod nihil aliud scit de intentione sua nisi quod in casu proponitur, tunc posset alicui videri quòd idem esset iudiciū de obligatione huiusmodi votorum, & de obligatione præceptorum affirmatiuorum: quoniam huiusmodi vota obligāt non ad semper, quemadmodum affirmatiua præcepta. Et secundum hoc sicut præcepta affirmatiua sine determinatione temporis obligant solùm ad tempus necessitatis, ita etiam ista vota non obligarent nisi in articulo necessitatis. Sed hoc non rectè dicitur in proposito. Quoniam votum licet sit lex quædam singularis, non est tamen in proposito de iis quæ sunt quandoque necessaria ad salutem. Ita vt articulus necessitatis determinaturus sit tempus obligationis, sicut in præceptis affirmatiuis contingit, vt patet de præcepto Baptismi, & honorandi parentes & huiusmodi.

¶ Præterea, præcepta affirmatiua dantur communiter hominibus, in quibus est tanta varietas, vt vnum omnibus necessarium tempus forte impossibile esset statuere. Lex autem votiua est singularis, vouentem tantum sponte obligans tempore præfixo à vouente.

¶ Præterea, obligatio votiua est ex intentione vouentis: contra intentionem autem vouentium communiter videtur esse, quod expectetur artic. necessitatis. Non est igitur de tempore executionis votorū, sicut de executione præceptorum affirmatiuorum censendum. Sed iuxta sacræ Legis autoritatē allatam in litera, tempus executionis est infra tarditatem seu morā iuxta cōscientiam vouentis, quando non est tempus præfixū, Ita quòd si conscientia sua sibi dictat, quod expectare per annum aut duos annos, &c. non est cōtra vinculum sui voti, non est in mora, non tardat reddere Deo votum suum. Potest autem hoc multipliciter scire. Primo, ex recordatione vinculi qđ habet, quòd nūquam occurrit sibi cū remorsu quòd non impleuit aut implet, sed vt post implendum. Secundò, ex hoc quòd intentio sua erat ita obligare se promissione votiua sicut consueuit promittere alia, s. faciendo cum tempore satis large. Tertio, quia multa tempora sunt tempora commoda secundum veritatem, quæ tamen secundum morem vouentis non reputantur cōmoda, & ipse intendebat de tēpore commodo in idiomate suo. Quòd si nec ex his nec aliis potest intentio vouētis haberi, determinatio temporis, arbitrio boni viri, pensatis singularibus conditionibus personæ, materiæ, &c. relinquitur, si non potest tunc tutiorem partem eligere, scilicet reddendo votum.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulum quartum.

IN articulo quarto eiusdem quæst. 88. aduerte, quod articulus præsens de vtilitate voti inquirit, vt diuisio quæst. & titulus articuli testantur, ita quòd expedire significat in proposito, vtile esse, sicut in Euāgelio. Expedit vt vnus moriatur pro populo. Propter quod in corpore art. vtilitas voti mōstratur non respectu Dei, sed nostri, quo ad vtrunque, scilicet promissionem & redditionem: ordine tamen præpostero, ab opere ad principium procedendo, vt à notioribus, & potioribus fiat disciplina.

¶ In eodem artic. in responsione ad primum circa illud, Talis est necessitas voti, &c. dubium occurrit. Quoniam falsum videtur esse quòd necessitas voti sit similis necessitati non peccandi. Quoniam necessitas non peccandi est necessitas ad bonum, vt distinguitur contra malum: necessitas vero voti est necessitas ad bonum, vt distinguitur contra minus bonum. Quia materia propria voti est bonum supererogationis, vt patet ex dictis, ad quod votum necessitat: bonum autem supererogationis vt sic, non opponitur malo, sed minus bono. igitur.

¶ Præterea, votum non necessitat ad bonum supererogationis absolute, sed ad tale bonum supererogationis, puta peregrinationem, ieiuniū, &c. Hæc autem bona quandoque sunt impeditiua maioris boni, ita quod si ille non vouisset, quilibet cōsuleret sibi quòd eleemosynas aut aliquid alius maius supererogationis opus faceret quàm peregrinaretur. Ergo votum necessitat ad bonum, habens per accidens annexum impedimentum melioris. Constat autem quod necessitas non peccandi non necessitat ad huiusmodi bona, sed ad bonum. Non est ergo talis necessitas voti sicut necessitas non peccandi. Nec est habens similitudinem quandam cum confirmatione Beatorum propter easdem rationes: quorum oppositum in litera dicitur.

¶ Ad hāc dubitationē breuiter dicitur, q̄ similitudo si in omnibus curreret, nō esset similitudo, sed idētitas: sufficit nanq; q̄ teneat quo ad id in quo fit assimilatio. Hoc aūt est in proposito firmitas seu necessitas ad bonū: in hoc autem cōstat q̄ voti necessitas similis est libertati à peccato & cōfirmationi in bono, quæ est in Beatis, quicq̄d sit de necessitate ad tale bonū, &c. Et hoc sufficit ad ꝓpositū: vbi sustinetur, q̄ necessitas voti opponit̄ libertati, q̄a est necessitas ad bonum

bonum: sicut necessitas confirmatorum non opponitur libertati, quia est necessitas ad bonum. Pro plenitudine tamen doctrinæ, scito quod votum de bono quod quandoque per accidens impediret maius bonum, non ita necessitat ad tale bonum, quin relinquat viam ad melius per commutationem vel propria potestate. Sicut cùm commutatur in votum religionis, vel autoritate Superioris, cùm commutatur in alia, vt inferius patet.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur in Psal. 75. Vouete, & reddite Domino Deo vestro.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictū est*, votū est promissio Deo facta. Alia autē ratione promittitur aliquid homini, & alia ratione Deo. Homini quidem promittimus aliquid propter eius vtilitatem, cui vtile est, & quod ei aliquid exhibeamus, & quod eū de futura exhibitione prius certificemus. Sed promissionē Deo facimus, non propter eius vtilitatem, sed propter nostrā. Vnde August. dicit in prædicta epistola*. Benignus exactor est & nō egenus, & qui non crescat ex redditis, sed in se crescere faciat redditores. Et sicut id quod damus Deo, nō est ei vtile, sed nobis: quia quod ei redditur, reddenti additur vt Aug. ibidem dicit*, ita etiam promissio qua Deo aliquid vouemus, non cedit in eius vtilitatem, qui à nobis certificari non indiget, sed ad vtilitatem nostram, inquantum vouendo voluntatem nostram immobiliter firmamus ad id quod expedit facere. Et ideo expediens est vouere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut nō posse peccare, nō diminuit libertatem: ita etiā necessitas firmatę volūtatis in bonū, nō diminuit libertatē, vt patet in Deo & in Beatis. Et talis est necessitas voti, similitudinē quandā habēs cū confirmatione Beatorum. Vnde Aug. dicit in eadem epistola*, quod fœlix necessitas est, quæ in meliora compellit.

¶Ad secundum dicendū, q̄ quando periculum nascitur ex ipso facto, tū factum illud nō est expediēs, puta, quod aliquis per pontem ruinosum transeat fluuium. Sed si periculum immineat ex hoc, quod homo deficit ab illo facto, nō desinit propter hoc esse expediens. Sicut expediens est ascendere equū, quamuis periculum immineat cadēti de equo, alioquin oporteret ab omnibus bonis cessare, quæ etiā per accidens ex aliquo euētu possunt esse periculosa. vnde dicit ecclesiastici 11. Qui obseruat ventū, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet. Periculū autē vouenti nō imminet ex ipso voto, sed ex culpa hominis, qui voluntatem mutat, transgrediēs votū. Vnde Aug. dicit in eadē epistola*, Non te vouisse pœniteat, imo gaude iam tibi sic non licere, quod cū tuo detrimento licuisset.

¶Ad tertiū dicendū, quod Christo secundū se, non competebat vouere, tum quia Deus erat: tum etiam quia, inquantū hō, habebat firmatā volūtatē in bono, quasi comprehensor existens, quāuis per quandā similitudinem ex persona eius dicatur in Psal. 65. secūdū glossam. Vota mea reddam in conspectu timētium eū. Loquitur autem de corpore suo, quod est Ecclesia. Apostoli autem intelligūtur vouisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christum relictis omnibus sunt secuti.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum votum sit actus latriæ siue religionis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd votum non sit actus latrię siue religionis. Omne enim opus virtutis cadit sub voto. Sed ad eandem virtutem pertinere videtur promittere aliquid & facere illud. ergo votum pertinet ad quamlibet virtutem, & non specialiter ad religionem.

¶ 2 Præterea, Secundū Tullium*, ad religionē pertinet cultum & cæremoniam Deo offerre. Sed ille qui vouet, nondum aliquid deo offert, sed solum promittit, ergo votum non est actus religionis.

¶ 3 Præterea, Cultus religionis nō debet exhiberi, nisi Deo. Sed votum non solùm fit deo, sed ēt Sanctis & prælatis, quibus Religiosi profitentes obedientiā vouent. ergo votum nō est religionis actus.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Isaiæ 19. Colent eum in hostiis & muneribus, & vota vouebunt domino, & soluent: sed colere Deum, est proprie religionis siue latriæ. Ergo votum est actus latriæ siue religionis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictū est*, opus virtutis ad religionē seu latriā pertinet per modū imperij, secundum quod ad diuinā reuerentiā ordinatur, quod est proprius finis latriæ. Ordinare autem alios actus in suum finē, pertinet ad virtutē imperantē, non ad virtutes imperatas. Et ideo ipsa ordinatio actuū cuiuscunq; virtutis in seruitiū dei, est ꝓprius actus latriæ. Manifestū est autem ex prædictis*, q̄ votum est quędam promissio deo facta, & q̄ promissio nihil est aliud quàm ordinatio quædam eius, quod promittitur in eum, cui promittitur. Vnde votum est ordinatio quędā eorum, quæ quis vouet in diuinū cultū seu obsequiū. Et sic patet quod vouere propriè est actus latriæ seu religionis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud qđ cadit sub voto, quādoque est actus alterius virtutis, sicut ieiunare, & cōtinentiā seruare, quandoq; verò est act⁹ religionis, sicut sacrificiū offerre vel

¶ Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulum quintum.

ar. 1. & 2. IN artic. quinto eiusdem octuagesimæ octauæ quęstionis, dubiū occurrit circa processum literæ. Nā ex hoc quòd votū est promissio Deo facta, & promissio est ordinatio promissorum in eum cui promittitur, optimè sequitur, ergo votum est ordinatio eorum quæ quis vouet in Deum. *post medi.* Et tamen in litera infertur, ergo est ordinatio in diuinum cultum. Aliud est enim ordinari in Deum, & aliud ordinari in deum per viam cultus. Charitas nanq; ordinat in Deum & non per viam cultus. *Epist. 45. à medio. to. 2.*

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia sermo rei non res sermoni debet subiici, & in vnaquaque materia sermones intelliguntur secundum subiectā materiam, ideo non est facienda vis in verbis, vbi constat de rebus. Constat autē quòd Deo promittimus quicquid promittimus sub ratione reuerentiæ, quoniam promittitur vt offerendum Deo. *non longe à fine.* Diuinam autem reuerentiam constat ad cultum Dei pertinere Et propterea ex hoc quòd voto promissa ordinantur in Deum, infertur, ergo ordinātur in cultum. Non ergo ex hoc quòd aliquid ordinatur in Deum, sed ex hoc quòd aliquod promissum ordinatur in Deum, concluditur, ergo ordinatur in cultum diuinum. Vnde etiam credere & sperare, qui sunt actus theologalium virtutum, & & amare Deum, si ex voto fiant, ordinantur vt exeunt à subiecto in diuinam reuerentiam, finem religionis, licet hoc sit per accidens.

¶ In responsione ad secundum articulo quinto eiusdē quæstionis octuagesimæ octauæ, aduerte, quòd promissio potest dupliciter accipi. Primo in ordine ad rem promissam, & sic sumitur in litera, & bene dicitur, quod non est dare, s. nisi in causa Alio modo sumitur, vt est in se quidam mentis actus, quo mens nostra se subiicit deo, dum promittitur illi aliquid. Et sic qui promittit deo, dat deo non rem dandam, sed mentem secundum illum actum. Sicut etiā dictum est, quòd oratio est oblatio mentis. Et sic vouens cultum deo affert etiam in acta. Vnde Isaias inter actus religionis non solum posuit reddere vota, sed vouere, dicens, Vota vouebunt domino, &c. vt in litera habes.

¶ In responsione ad tertium eiusdem quinti articuli, dubiū occurrit de votis quæ fiunt sanctis, quoniam male videtur interpretata in litera, quia eodē modo promittimus Sanctis quo accidit deo, s. quòd non intercedunt duæ promissiones, sicut accidit in votis quæ fiunt in manus Prælatorū, vt patet ex ipsa vocum differentia. Dicimus nanque, Voueo tibi sancte Petre, & non dicimus Voueo tibi domine Abbas, sed voueo deo & Sanctis, q̄ ero tibi obediens.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia Sancti sunt medij inter deum & homines, & medij vtriusq; naturā sapit, ideo diuersa de sanctis sentiuntur in proposito. Si eñ considerentur Sancti vt homines seu creaturæ rationales capaces secundum se honoris, obedientiæ, &c. sic promissiones, quæ eis fiunt, non sunt vota, sed possunt esse materia voti Et in hoc conueniunt Sācti cum hominibus viatoribus, & sic considerat eos litera loquēs de Sāctis ex ea parte qua distinguuntur à Deo, & verum dicit. Si autem considerantur Sancti, vt sunt Dij participatiuè, imò, vt in eis est & honoratur Deus, sic promissiones eis factæ sunt vota, quoniam Deo in ipsis fiunt. Et quoniam Voti nomen sonat promissionem. Deo factam, ideo cum absolutè quis vouet Sancto alicui, intelligitur vouere Deo in illo Sancto, sicut blasphemans aliquem Sanctum, intelligitur blasphemare Deum in Sancto illo, vt superius dictum est. Quia blasphemia, solius Dei est. Simile nanque est de vouere, quoniam soli Deo fit. Et confirmatur, quia aliter Sanctis, aliter hominibus aliquid promittitur. Sanctis namque promittitur sicut Deo, s. non ratione vtilitatis Sanctorum aut certificationis eorundem, sicut fit hominibus, vt patet in litera articuli præcedētis. *Infrà q. 189. ar. 2. cor. Et 3. contra ca. 138. co. 1. final. & opusc. 17. c. 12. col. 2. & opusc. 18. c. 3.* Eadem ergo ratione votum fit Deo & Sanctis. Nec obstat quòd vouere sit actus latriæ seu religionis, quoniam eiusdem virtutis actus est vouere & orare. Et constat quòd oramus Sanctos in ordine ad Deum. ** lib. 2. de Inuen.* Et confirmatur hoc ex eo quod vouentes non recurrunt ad Sanctos nisi sicut orantes ad eosdem recurrunt. Et cùm certa ratione nesciamus an Sancti nostra vota cognoscāt, quamuis piè hoc credamus, consequens est vt vouendo Sanctis ad Deum in ipsis recurramus. Consonat quoque huic interpretationi modus vouendi, quia scilicet Sanctis absolutè vouemus, sicut Deo. Prælatis autem non. Sed vouere nos dicimus deo, aut Sanctis, seruare quæ homini promittimus, vbi manifeste Sanctos contra homines distinguimus, ponentes illos ex parte dei. Et hoc de facto seruatur in professione fratrum ordinis Prædicatorum vouentium deo, Beatæ Mariæ, beato Dominico & omnibus Sanctis, quod erunt obedientes Prælato suo.

¶ In eadem responsione dubium occurrit, An quando in voto concurrunt duæ promissiones, altera vt materia, altera vt essentia voti, si quis transgressor voti extiterit, peccatum duarum specierum incurrat. Verbi gratia, Voueo deo quod ero obediens Prælato meo. Si sum inobediens, an peccem solum contra votum, an etiam contra obedientiæ virtutem, vt sic peccatum sit & in specie sacrilegij, & in specie inobedientiæ. Ex est ratio dubij, quia si sic dicitur, pari ratione vouens ieiunare die sabbati frangendo postmodum ieiunium, peccabit etiam dupliciter, s. peccato gulæ, & peccato sacrilegij. Quod videtur falsum, cùm contingat frangere votum ieiunij absque violata sobrietate. Si verò non sic dicitur, pari ratione frangens ieiuniū præceptum ab Ecclesia, non peccaret contra sobrietatem seu abstinentiam, sed solum contra obedientiam. Cuius oppositum superius & inferius habetur, est enim votum lex singularis, sicut præceptum lex communis.

¶ Ad huius euidentiam primo sciendū est, quod inter præcepta legis & vota, est conuenientia secundum aliquid, & differentia secundū aliquid. Conueniūt siquidem in hoc, q̄ tam præcepti quā voti materia est actus virtutis: præcipit siquidem lex quæ sunt iustitiæ, mansuetudinis, temperantiæ, &c. differunt vero in hoc, quod materia præcepti est actus necessarius ad virtutē, sine quo scilicet virtus saluari nequit, siue ista necessitas sit ex natura actus absolute, vt patet de honoratione parentū (sine ea siquidē nō potest saluari pietas, & de furto, homicidio, adulterio, &c. cum quibus nō stat virtus) siue ista necessitas sit ex positione legis, vt patet de coniunctione carnali cū cōsanguineis vel affinibus

finibus in secundo & aliis gradibus. Est enim hmōi abstinentia necessaria ad castitatē non ex natura actus & virtutis, vt patet in Antiquorū sanctis matrimoniis in talibus gradib⁹, sed ex legis determinatione. Et simile est de ieiunio respectu abstinētiæ, extractione homicidæ de Eccle. respectu sacrilegij, & aliis eiusmodi. Materia verò voti est actus supererogationis, nec ex voto fit talis act⁹ necessarius ad virtutē illā: qm̄ votum non respicit virtutē illā vt finē, sicut lex cuius est facere homines virtuosos, sed fit ex voto talis actus necessari⁹ ad virtutē religionis ex hoc ipso q̄ assumitur vt materia voti. Ita q̄ act⁹ voto promissus, puta ieiunare sabbato q erat supererogationis respectu operātis & virtutis illius ad quē spectat actus ille, puta ieiunare, factus est ex vi voti necessarius respectu operantis, & respectu religionis, cuius est vouere & reddere vota & non est factus necessarius respectu illi⁹ virtutis, cuius actus ieiunare est, puta, abstinentiæ. Ita q̄ sicut præceptū positū substernit actum ieiunij virtuti abstinentiæ, tanquā necessariū ad illam, & propterea frangēs ieiunium Ecclesiæ peccat cōtra abstinentiā, & non contra obediendiā formaliter, si desit contēptus: ita votum substernit actū ieiunij virtuti religionis, tāquā necessariū ad illam. Et propterea frangēs ieiunium votiuum, peccat contra religionē, & non cōtra abstinentiā formaliter, si desit superfluitas gulę opposita abstinētię. ¶ Sciendum secundo, q̄ sicut ꝓmissio facta deo est actus religionis, ita promissio facta homini est actus fidei, quæ est virtus moralis, Et ratio in prōptu est: quia scilicet eiusdem virtutis est promittere & reddere promissa. Est enim fides (vt Tullius & August. dicūt) qua fiūt dicta. Fidei igitur actus est promittere homini. Sed quoniā valde diuersa sunt quæ cōtingit hominē homini promittere, materia promissionis nō hēt certā & determinatā virtutē. Cōtingit em̄ promittere hōini actū iustitiæ necessariū, vt reddere depositū vel mutuū, aut cōferre officiū Reipublicę parti digniori & actū fortitudinis supererogationis, vt pugnare pro amico, vel liberalitatis, vt dōare prædiū, &c. quibus præmissis respōdetur quæsito cū distin. quod quando in voto sunt duæ promissiones: si promissio quæ dicitur materia voti, secundum se obligat ad mortale, tunc transgressor voti peccat contra votum & contra fidem & vlterius contra illam virtutem, quia actus promissus erat necessarius ad virtutem. Vt patet, si quis non solum promitteret homini reddere depositum, sed voueret Deo quod seruaret promissum homini. Transgrediendo namque votum, triplicem deformitatem incurret, sacrilegij, infidelitatis & iniustitiæ. Si autem promissio illa facta homini absolutè non obligat ad mortale, sed obligatio ad mortale est solum ratione adiuncti voti, tunc transgressor non incurrit peccatum nisi contra votum: & hoc loquendo de peccato quod perfectè est peccatum, scilicet mortale. Quod dico quia possent aliæ deformitates leues adiungi. Vnde quia promissio de obedientia quæ fit Prælatis ex se absolutè obligat ad mortale, etiā si nūquam voto formaretur, quoniā est in perpetuę obligationis vinculū, ideo trāsgressor voti obedientiæ peccat dupliciter, & contra votum, & contra obedientiam. ¶ Et ex his patet solutio primæ obiectionis & similiū, assumendo pro regula quòd quando actus cadens sub voto non esset necessarius, cessante voto, tūc transgressio vnius est speciei: quādo vero esset necessarius tūc vltra transgressionem voti fieret contra illā virtutem. Et inde est, quod licet coniungatus & non coniugatus haberent votū castitatis, si coniugatus vtatur vxore sua post votū petendo debitū, peccat contra votū, & non contra castitatem. Non coniugatus verò si cognoscat mulierem, peccat contra votū & cōtra castitatem. ¶ Secundæ quoq; obiectionis patet etiā solutio, quod scilicet nō est par ratio de præcepto & voto, licet votum quædā singularis lex sit: quoniā præceptum ordinatur ad virtutem illam cuius actū præcipit. Cuius signū manifestum est, quòd iudex capiens in Ecclesia homicidam est sacrilegus. Homo autem capiens nocturnū populatorem, & cognoscens consanguineā quarto gradu, cōmittit incestum, quem tn̄ non cōmitteret, si Ecclesia restringeret cōsanguinitatem ad tertium solum gradū. Cōmittentes siquidem hæc, sacrilegij & incestus rei dicuntur, & nō rebellionis aut inobediētiæ, hoc enim testatur quòd præcepta ordinant actū ad virtutem illam cui substernitur. Votū verò ordinat actum ad religionis virtutem, cui actum quē pro materia assumit, substernit. Quoniam nihil aliud votum facit, nisi quia assumit talē actū in materiā religionis. Sicut præceptum, vt dictum est, assumit talem actū in materiam talis

Infrà q. 189. ar. 2. cor. Et 3. q. 28. ar. 4. cor. Et 3. contra G. 138. & opus. 17. cap. 12. & opusc. 18. cap. 13.
* cap. 24.

orare. Vtrorumq; tamen promissio Deo facta ad religionem pertinet ratione iam dicta. Vnde patet quòd votorum quodam pertinet ad religionem, ratione solius promissionis Deo factæ, quæ est essentia voti, quandoque etiam ratione rei promissæ, quæ est voti materia.

¶ Ad secundum dicendū, q̄ ille qui promittit, inquantū se obligat ad dandū, iam quodāmodo dat, sicut dicit fieri aliquid cùm fit causa ei⁹, qa effectus virtute cōtinetur in causa. Et inde est q̄ non solum danti, sed etiā promittēti gratiæ agūtur.

¶ Ad tertium dicendum, quod votum soli Deo fit, sed promissio etiam potest fieri homini. Et ipsa promissio boni, quæ fit homini, potest cadere sub voto, inquantū est quoddā opus virtuosum. Et p̄ hunc modū intelligendū est votū, quo quis vouet aliquid Sanctis vel Prælatis, vt ipsa promissio facta Sanctis vel Prēlatis cadat sub voto materialiter, inquantum scilicet homo vouet Deo se impleturum, quod Sanctis vel Prælatis promittit.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum magis sit laudabile & meritorium facere aliquid ex voto, quàm sine voto.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd magis sit laudabile & meritorium facere aliquid sine voto, quàm cum voto. Dicit enim Prosper in secundo de vita contemplatiua*, Sic abstinere vel ieiunare debemus vt non nos necessitati ieiunandi subdamus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus. Sed ille qui vouet ieiunium, subdit se necessitati ieiunandi. ergo melius esset si ieiunaret sine voto.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit 2. Cori. 9. vnusquisq; ꝓut destinauit in corde suo nō ex tristitia aut ex necessitate. Hilarē em̄ datorem diligit Deus: Sed quidā ea quę vouēt, ex tristitia faciūt. Et hoc videtur procedere ex necessitate, quā votū imponit, quia necessitas contristans est, vt dicitur quinto Metaph*. ergo melius est aliquid facere sine voto quàm cum voto.

¶ 3 Præterea, Votum necessarium est ad hoc quod firmetur voluntas hominis ad rem quam vouet, vt suprà habitum est*. Sed non potest firmari melius voluntas ad aliquid faciendum, quàm cùm actu facit illud. ergo non melius est facere aliquid cum voto quàm sine voto.

¶ SED CONTRA est, quòd super illud Psa. 75. Vouete & reddite, dicit glo. Vouere volūtati consulitur: sed cōsilium non est nisi de meliori bono. ergo melius est facere aliquod melius opus ex voto, quàm sine voto: quia qui facit sine voto, implet tantum vnum consiliū s. de faciendo: qui autem facit cū voto, implet duo consilia. s. & vouendo & faciendo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd triplici rōne facere idem opus cum voto est melius & magis meritoriū quàm facere sine voto. Primo quidē qa vouere, sicut dictū est*, est actus latriæ, quæ est prēcipua inter virtutes morales. Nobilioris aūt virtutis est op⁹ meli⁹ & magis meritoriū. Vnde d act⁹ inferioris virtutis est melior & magis meritori⁹ ex hoc q̄ imperatur à superiori virtute, cuius act⁹ fit p̄ imperiū, sicut actus fidei vel spei melior est si imperetur à charitate. Et ideo act⁹ aliarū virtutū moraliū, puta ieiunare, qd̄ est actus abstinētię, & cōtinere, qd̄ est actus castitatis, sunt meliora & magis meritoria si fiāt ex voto, quia sic iā pertinēt ad diuinum cultū, quasi quædam Dei sacrificia. Vnde August. dicit in libro de Virginitate*, q̄ neque ipsa virginitas, quia virginitas est, sed qa Deo dedicata est, honorat, quā fouet & conseruat continentia pie-

vel talis virtutis. Non est ergo in voto supererogationis, nisi simplex transgressio voti. In præcepto autem est transgressio virtutis. Et si contemptus prēcepti adsit, est etiam transgressio obedientiæ debitæ Superiori, cui contēptus opponitur. Quod in voti transgressione non habet locum, quia non à Superiore, sed à seipso votum est: nisi fortè adesset contemptus diuini præcepti de voto seruando.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulum sextum.

IN articulo sexto eiusdem quęstionis octuagesimæ octauæ, nota quòd cum in quarto art. de vtilitate voti, & in quinto de specie bonitatis voti, in sexto comparatiua secundum bonitatem quęstio agitur, an scilicet sit melius opus cum voto, quàm sine. Et additur in titulo magis meritorium in habentibus charitatem, quorum solummodo opera sunt meritoria.

tex. 6. to. 3.
ar 4. huius q.

¶ In responsione ad secundum eiusdem sexti articuli, dubium occurrit, an ille, quem pœnitet vouisse, ita quod displicet ei vouisse, etsi esset in statu libertatis, sicut erat antequam vouisset, nollet vouere, ex quo tamē voto astringitur, vult seruare votū suum, peccet, & si peccat, an peccet mortaliter. Videtur enim quod non peccet: quia velle suū fertur in obiectum licitum absq; aliqua mala circunstantia. Manifestatur assumptum: quia idem est obiectū istius & obiectum vnius alterius non habentis votum, qui refutat obligare se voto, quē constat nō peccare. Differentia nanque inter istos duos nō est ex parte obiecti, sed ex parte modi volendi, quia habens votum fertur in libertatem à voto conditionaliter, scilicet si esset in statu libero. Non habens vero votum fertur in libertatem absolute, quia est in statu libero.

ar. præc.
d.1175.
cap 8.

¶ In oppositū autē est quia actus cadens super materia repugnante, est malus. Sed actus pœnitendi in proposito cadit super materia repugnante, quia super bono, scilicet voto emisso. Pœnitentia em̄ nō debet esse nisi mali præteri i. Ergo huiusmodi pœnitentia peccatū est. Et videtur quòd sit mortale, tū quia ex hoc ipso quòd habet materiā repugnantē, est actus malus ex suo genere, tum quia alioquin Religiosus dolēs se esse, fuisse, & fore Religiosum, parat⁹ tn̄ viuere religiose ex quo est, esset in bono statu. Dolor em̄ iste nihil aliud est quā pœnitentia voti religionis, cū volūtate non vouendi religionem, si esset liber.

¶ Ad euidentiā horum tria videnda sunt: Primo, quid dicendū sit de pœnitentia voti absolutè. Secundo, quid de pœnitentia voti talis, puta religionis vel peregrinationis. Tertiò, quid de pœnitētia subsequutorum bonorū operum.

¶ Quo ad primū sciendū est, quod aliud est loqui de pœnitentia voti, & aliud de pœnitētia eius, quod est fecisse votū: nam pœnitentia voti est dolere de promissione. Qui autē dolet de promissione, promissionem non seruat, vt patet in his qui de malis promissionibus propositis & deliberationibus dolentes, propositū deliberationémq; mutant, & promissionem nō seruant. Propter quod pœnitentia voti peccatum mortale est manifestè. Sed de tali pœnitentia non est præsens quæstio. Pœnitentia, autē eius quod est fecisse votū, est dolor de præterita applicatione sui ad vouendū, & non de voto ipso. Dolet enim talis pœnitens, q̄ se subiecit voto, & nō mutat propositū adimplendi promissa proposita & deliberata. Et de hac pœnitentia est præsens quæstio, quæ vocatur abusiuè de voto: quia est de voto quo ad eius omissionē. De huius igitur pœnitentia absolutè loquendo, dicendum est, q̄ est de genere actuū, qui absolutè sumpti malè sonāt, qui tamen adiūctis quibusdā conditionibus honestātur. Sicut occidere hominē, malè sonat, sed si adiungantur debitæ conditiones scilicet propter iustitiam, &c. est actus honestus. Non solū namq; votū, sed etiam applicare se ad vouendū, est actus bonus, ac per hoc malè sonat q̄ sit materia pœnitentiæ, quoniā pœnitentia malorū est. Sed si causæ aliquæ rōnabiles adiūgantur, poterit actus honestari. Neq; em̄ omissio voti est ita de genere bonorū vt non possit licitè esse materia actus nolitionis, vt patet in eo qui vult nō vouere seu refutat vouere. Nec obstat q̄ emisisse votū est præteritū, quia eiusdē rōnis est actus præteritus & futurus. Eiusdē siquidem rationis est velle occidere hominē, & velle occidisse hominē. Similiter nō obstat q̄ actus præteritus est iam acceptatus, quoniā ipsa acceptio præterita & futura eiusdē est rationis, & idē est de ipsa iudiciū, & applicatione ad vouendū. Rō autē quare aliquod bonū pōt licitè esse materia nolitionis, ac p̄ hoc pœnitētię, est, qa tale bonū nō est necessariū ad salutē. Quæ em̄ sunt necessaria ad salutē, nō possunt licitè refutari, & similiter nō pōt eorū ēe pœnitētia sine peccato mortali, vt p̄t. ¶ Quo ad

¶ Quo ad secundum differentia est inter vota maximorū, & diuturnorū bonorum, & alia vota. Nam pœnitentia votorū maximorū ac diuturnorum ratione suæ materiæ, infert remissiorē voluntatē in bono, quā fuerit, quę sine detrimento virtutis perseuerantiæ non est. Nā vbi prius iste, quē modo pœnitet fecisse votū religionis, aut cōtinentiæ, perseuerabat in complacētia inchoata vtriusq;, scilicet eius quod est facere tale votū, & ipsius voti, modo mutata voluntate circa primum non perseuerat in illo, qd̄ est quasi radix tanti boni. Et cōsequenter magis ex necessitate quàm amore p̄seuerat in conseruando continentiā & religionē, quod sine peccato veniali non est, nec parui periculi ad disponendum ad mortale. Cui enim minus continentia aut religio placet, non facile tot pericula euadet, aut remedia opportuna suscipiet, castigando corpus, &c. Pœnitentia autem aliorū votorum, vt peregrinationis, ieiunij, & huiusmodi, ratione materiæ non inferunt remissiorē voluntatē in bono, quoniam sunt particularia quædā parua bona. Et constat facile aliquē illa bona refutare propter meliora. Vñ huiusmodi votorū pñia nec ratiōe formæ nec ratione materiæ est peccatū, si ex rationabili cā sit. Alioqn veniale peccatum est.

¶ Quo ad tertiū, distinguendū est, quòd aut pœnitentia est de operibus bonis factis ex voto, prēsupposito voto, & sic est manifestè peccatū mortale. Hoc enim nihil aliud est quā dolere de præterita obseruatione voti, quā constat fuisse de necessitate salutis. Aut pñia est de ipsis eisdē operibus non præsupposito voto, sed magis cum eradicatiōe voti. Verbi gratia. Plantauit quis arborem fructiferā in horto suo, multo tēpore fructus protulit, pœnitet post multum tēporis Dominū plantasse in suo horto arborē illam, vellētque caruisse semper illa arbore & fructibus perceptis, poti⁹ quàm habere illā cum fructibus. Sic in proposito pœnitet aliquem se professum esse, vellētque nunquā professum esse, non curans, quòd etiam non fecisset tot bona, quæ fecit seruando professionem suā, &c. Pœnitētia siquidē ista nō est de obseruatiōe voti, sed de ipsa applicatione ad votum, cum subsecutis nullo præsupposito vinculo. Et talis pœnitentia eiusdē est rationis cum pœnitentia talis voti secūdo loco discussæ. Ac per hoc, si habet pro materia maxima diuturnáque bona, vt castitatem vel religionem, peccatū tanto grauius est, quāto remotioris à bono voluntatis est, dum omnia refutaret bona peracta, si posset, infra latitudinem tamen venialium valde proximorum casui ad mortale. Si vero habet pro materia particularia parua bona, posset esse sine peccato, si rationabilis causa subsisteret. Et ex his patet responsio ad obiecta.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulum septimum.

IN articulo septimo quæstionis octuagesimę octauæ, dubium occurrit, in quo cōsistit solēnitas voti. Et est ratio dubij, tū ipsa rei obscuritas, tū diuersitas opinionū, tū necessitas sciendi hoc: quoniam hinc multarū qōnum solutiones pendent. Et ne in æquiuouo laboremus, quid nominis præponamus. Solēnitatis nomine in proposito nūcupamus illud, vnde votum hēt quod dirimat matrimonium. In hoc enim secundum omnes differt votum solenne à voto simplici, quòd votum solenne non solum impedit, sed etiam dirimit matrimonium si contrahatur: ita quod matrimonium post contractum, est nullum. Votum autem simplex impedire solummodo matrimonium potest.

¶ Est igitur triplex de hoc opinio. Prima est, q̄ solēnitas voti cōsistit in bñdictione seu consecratione vouentis. Dupliciter enim solēnizatur votum, s. per professionem religionis approbatæ, & per susceptionem sacri ordinis, & in susceptione sacri ordinis manifestè interuenit consecratio vouentis. In professione vero interuenit bñdictio, vt patet ex 6. cap. Ecclesiasticæ Hierar. c. vbi ritus constituendi monachum ponitur, & in pontificali seu ordinario Romanæ Ecclesiæ, vbi etiam ordo constituendi monachum habetur, licet aliter quàm tempore Dionysij fiebat.

¶ Sed hæc opinio falsa est, tū quoniā solennitas voti nō consistit in eo, sine quo votum solēne inuenitur, sed votum solenne religionis sine omni benedictione vouentis inuenitur. Ergo solēnitas eius nō cōsistit in benedictiōe vo-

Cap. 84.
art. præc. ad 2.
cap. 4. to. 5.
q. 14. artic. 1.
Loco cit. in arg.
Epist. 45. non longe à fine to. 2.

tatis. Secūdo qa ille qui vouet aliquid & facit, plus se Deo subiicit, quàm ille q facit. Subiicit enim se Deo non solū quantum ad actum, sed etiam quantū ad potestatem, quia de cætero nō pōt aliud facere: sicut plus daret homini qui daret ei arborē cū fructibus, quā qui daret ei fructus tantū, vt dicit Anselmus in libro de Similitudinibus.* Et inde est quòd etiā promittentibus gratiæ agūtur, vt dictū est*. Tertio, quia per votū immobiliter volūtas firmatur in bonū. Facere aūt aliquid ex volūtate firmata in bonū, pertinet ad perfectionē virtutis, vt patet per Philosophum in 2. Ethicorum.* Sicut etiam peccare mente obstinata, aggrauat peccatum, & dicitur peccatum in Spiritum sanctum, vt suprà dictum est*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd autoritas illa est intelligēda de necessitate coactionis, quæ inuoluntariū causat & deuotionem excludit. Vnde signanter dicit: Ne non iam deuoti, sed inuiti rem volūtariam faciamus. Necessitas autem voti per immobilitatem fit voluntatis, vnde & voluntatem confirmat, & deuotionem auget, & ideo ratio nō sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ necessitas coactionis, inquātū est cōtraria volūtati, tristitiā causat, secundū Philosop*. Necessitas aūt voti ī iis qui sunt bene dispositi, inquantū voluntatē cōfirmat, nō cāt tristitiā, sed gaudiū. Vnde Augustinus dicit in epistola ad Armentariū & Paulinā *Non te vouisse pœniteat, imo gaude iā tibi sic nō licere, qd̄ cū tuo detrimento licuisset. Si tn̄ ipsū opus secundū se cōsideratū, triste & inuoluntariū redderet post votum, dum tn̄ remaneat voluntas votū implendi, adhuc est magis meritoriū, q̄ si fieret sine voto, quia impletio voti est actus religionis, quæ est potior virt⁹ quàm abstinentia, cuius actus est ieiunare.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ ille q facit aliqd sine voto, hēt īmobilē volūtatē respectu illi⁹ operis singularis qd̄ facit, & tunc quādo facit, nō aūt manet voluntas eius oīno firmata in futurū, sicut vouentis, q suā voluntatē obligauit ad aliquid faciendum, & ante quam faceret illud singulare opus & fortasse ad pluries faciendum.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum votum solennizetur per susceptionem sacri ordinis, & per professionem ad certam regulam.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd votum non solennizetur per susceptionē sacri ordinis, & ꝓfessionem ad certā regulā. Votum enim, vt dictum est,* est promissio Deo facta. Ea verò quæ exterius agunt ad solemnitatem ptinentia, non videntur ordinari ad Deum, sed ad homines. Ergo per accidens se habent ad votū. Non ergo solennitas talis est propria conditio voti.

¶ 2 Præterea, Illud quod pertinet ad conditionē alicuius rei, videtur posse cōpetere omnibus illis, in quibus res illa inuenitur, sed multa possunt sub voto cadere, quæ nō pertinēt neque ad sacrum ordinem, neque pertinēt ad aliquam certam regulam, sicut cùm quis vouet peregrinationē, aut aliquid huiusmodi. ergo solennitas quæ fit in susceptione sacri ordinis, vel in professione certæ regulæ, non pertinet ad conditionem voti.

¶ 3 Præterea, Votum solēne idem videtur esse quod votum publicum. Sed multa alia vota possūt fieri in publico, quàm votū, quod emittitur in susceptiōe sacri ordinis, vel professione certæ regulę, & huiusmodi etiā vota possūt fieri in occulto: ergo non solum hmōi vota sunt solēnia.

¶ SED CONTRA est quod solùm huiusmodi vota impediunt matrimonium cōtrahendum, & dirimunt iam contractū. Quod est effectus voti solēnis, vt infrà dicet in tertia hui⁹ operis parte*.

¶ RESPONDEO dicendum, quod vnicuique rei solennitas adhibetur secū dum illius rei cōditionē, sicut alia est solennitas nouæ militiæ, scilicet in quodā

nētis. Patet Minor dupliciter. Primò, quia ꝓfessio tacita, volūtate deliberata, acceptata, est vere votū solēne, non præsumptū, sed verè actū, & tamen sine omni benedictione fit. Scdō, quia professio explicita non fit in omnibus religionibus approbatis cū benedictione, vt patet in ordine prædicatorū, vbi solæ vestes benedicūtur post professionē immediate, ita quod etiam hoc fit postquā est solemni voto alligat⁹ ille cuius vestes benedicuntur. Tum quoniā solemnitas voti non consistit in eo, cum quo stare pōt, quòd votum coniunctū sit simplex. Sed cōsecratio sacri ordinis est huiusmodi, q̄ cum ipsa stare potest, q̄ votū continentiæ illi annexū sit simplex. Ergo sollēnitas talis voti non consistit in consecratione. Patet Minor ex hoc, q̄ Ecclesia posset statuere quòd de cætero suscipientes ordinē sacrum, non nisi simplex votū continentiæ emittant. Tunc enim quilibet voueret castitatem, suscipiendo sacrū ordinem, & tamen non nisi simplex votum haberet. Tum quoniam concurrentibus simul voto & consecratione seu voto religionis & bñdictione, semota Ecclesiæ institutione aut approbatione, nō cōstituitur votū solenne, vt patet ex eo quòd si quis secluso Ecclesiæ statuto suscipiēs subdiaconatum, vt totaliter sacris mancipa retur, voueret continentiam, non propterea astringeretur voto solenni, & tamen concurrerent simul consecratio & votum ratione consecrationis emissum. Et similiter si quis profiteretur aliquam religionem quæ nunc est approbata, semota approbatione, puta quòd desineret esse approbata, & post aliquis eā profiteretur, & benediceretur, vt de monachis est ordinatū, nō propterea astringeretur voto solenni. Non habet ergo votum continentiæ ex hoc quod fit cū susceptione sacri ordinis, q̄ sit solenne: neque votum religionis ex hoc quòd fit cū benedictione, quòd sit solenne.

Infra art. 9. cor. Et 4. di. 38. q 1. ar. 2. quæst. 3 ar 18 cor. Et quol. 3. arti. 10. cor.
* Art. 1. huius q.
Non compleuit, morte præuentus.

¶ Secunda autem opinio est, quòd solennitas voti cōsistit in exhibitione sui ipsius, ita quod votū simplex hēt solā promissionē, votū autē solenne habet promissionem & exhibitionem non promissorum in seipsis, sed in sua radice, quia habet exhibitionē sui ipsius in nouo statu, in quo radicaliter cōtinētur omnia promissa. Nā & qui profitetur religionem, & qui suscipit sacrum ordinem, non solùm promittit seruire, &c. sed ipso facto mutat statum, quāuis non mutaret vestes, habitationem, & conuersationem, vt patet.

¶ Sed nec hæc opinio est vera. Quoniam mutatio status, mancipando hominē ad diuinū cultū & religiosa opera, stare pōt cum voto simplici, vt patet si Ecclesia institueret q̄ in sacro ordine & religiōe aliqua votū simplex fieret. Et rursus in sacro ordine mancipatur homo ad diuinum cultum sine dependētia ab annexo, vt patet in Ecclesia primitiua & oriētali vsque in hodiernū diem. In religionibus vero quantūcunque aliquis exhiberet seipsū & voueret, nisi Ecclesiæ autoritas interueniret, nunquā votum religiōis esset solēne, vt patet de votis ꝓfitentiū religiōem nō approbatam, quamuis sanctam.

¶ Est igitur tertia opinio, quæ est veritas, q̄ solēnitas voti cōsistit in hoc q̄ Ecclesiæ autoritate statutum est tale votum esse solenne, scilicet per qd̄ homo inhabilis est ad mr̄imoniū, vt in voto sacri ordinis, & in voto regularis obediētiæ, castitatis, paupertatísque, vt est votū religionis. Probatur aūt hoc esse verū, tā ex eo q̄ Ecclesia posset statuere, quòd quicunque coram tribus voueret cōtinentiā, faceret votū solenne cōtinentiæ, ita quòd ipso facto esset voto solenni astrictus, sicut statuit, quòd quicunque suscipit ordinem sacrum, emittat votum continentiæ, quod voluit Ecclesia esse solenne. Constat autem q̄ in causa dicti statuti nulla benedictio, nulla cōsecratio, nulla mutatio status, nisi consequens dictum votum interueniret. Sola ergo Ecclesiæ autoritate præueniente, votum quod in se esset simplex, est solenne.

¶ Et cōfirmatur hoc ex ꝓfitētibus tria vota de facto, hoc est sine Apostolica autoritate, scilicet obediētiæ, paupertatis, & castitatis in religione non approbata ad hoc quod sit simpliciter religio, vt multis personis tertij habitus ex deuotiōis feruore inuentum est cōtigisse. Huiusmodi enim vota nō excedūt vim voti simplicis, ex hoc solo qd̄ autoritas Ecclesiæ deest. Secus aūt esset de eisdē personis tertij habitus, tria religionis vota profitentibus de

licentia sedis Apostolicæ, Sixtus quartus per bullam declarauit. Et hoc est ꝙ in sexto Bonifacius octauus determinauit, dicens quod solẽnitas voti sola Ecclesiæ institutione est inuẽta. Et propterea Apostolica autoritate decreuit duo tantum vota esse solemnia, s. religionis approbatæ, & ordinis sacri.

¶ Et si cõtra dictã doctrinã obiiciatur, quod contradicit Autor in litera quo ad primæ opinionis reiectionem, & in quarto Sententiarum distinctione trigesima octaua tã quo ad secundæ opinionis refutationẽ, quàm quo ad tertiæ opinionis assertionem. Respondeo ꝙ quantum ad primam opinionem spectat, in æquiuoco fortè sumus: quia Autor de solennitate cæremoniali de facto ordinata in huiusmodi votis adhibenda loquitur. Ego autem de solennitate qua ipsum votũ absolutè in se habet, ꝙ sit solenne. Veruntamen de benedictione cuius meminit litera, latior erit sermo.

Quantum verò ad secundam & tertiã opinionem nõ cõtradico Autori. Ad cuius euidentiam scito quòd exhibitio suiipsius, & statutum Ecclesiæ, possunt dupliciter considerari, scilicet seorsum. Et sic neutrum sufficit ad solennitatem voti. Et propterea secunda opinio ponens in sola exhibitione consistere solẽnitatem voti, refutata est, & ab ipso Autore refutatur in quarto sententiarũ distinctione trigesimaoctaua, quæstione prima, articulo secundo, quæstione tertia, dum dicit, quòd quantumcunque aliquis profiteatur nisi seruato positiuo iure hoc faciat, nõ est votum solenne. Propterea quoque tertia opinio ab Autore ibidẽ refutatur, quod scilicet super simplici statuto Ecclesiæ fundatur. Oportet nãque iuxta secundũ distinctionis propositæ mẽbrũ ambo simul cõcurrere, scilicet & Ecclesiæ autoritatẽ, & ex parte vouẽtis impotentiã tradendi seipsũ alteri. Quæ impotẽtia, quia negatio est, fundatur sup affirmatione: aut approbatæ exhibitionis suipsius, vt Autor voluit & rationi cõsonat, quasi Ecclesia ꝓpter hoc inhabilitet ad carnis seu mundi opera, quia approbat exhibitionẽ ad Dei cultũ seu famulatũ: aut approbati sic voti, vt ex hoc ipso, ꝙ votum est sic, hoc est cũ inhabilitatione vouentis ad matrimoniũ, &c. approbatũ prius ab Ecclesia, impotẽtia ista cõsequatur. Vtroque siquidẽ modo Ecclesia facere põt. Ex quibus patet primo ꝙ ad solenne votũ duo exigũtur tantùm. Nã ex parte vouẽtis requiritur ꝙ voueat: ex parte autẽ Ecclesiæ: quod votũ sit inhabilitans hominẽ ad matrimonium, &c. Hãc enĩ inhabilitãtem vim nõ posse votũ ex priuata potestate habere, sed ab Ecclesia solum, manifestè patet ex eo quod sublata Ecclesiæ approbatione & institutione quãtumcunque aliqs suscipiendo subdiaconatũ voueret castitatẽ, & quicunque alius professionẽ alicuius religionis faceret, nunquam solenni voto ligaretur, nunquam inhabilis esset ad matrimonium, quamuis peccaret contrahendo, vt pote contra votũ simpliciter agens Et in hac vi consistit solẽnitas voti. Patet secundo ꝙ hæc vis inhabilitans secũdũ præsentes Ecclesiæ institutiones conuenit voto ratione exhibitionis ipsius vouentis ad cultũ ordinis sacri, vel famulatum religionis approbatæ. Cuius signum euidens est quòd si quis susciperet ordinem sacrum à nõ Episcopo, ac per hoc non susciperet in veritate sacrum ordinem non astringeretur voto solenni ad castitatem Hoc enim ideo est, qa Ecclesia vim inhabilitãtem statuit in voto mediante ordine: & simile est de professione omnino inualida. Et propterea ius canonicũ, & omnes dicunt ꝙ votum solennizatur per susceptionẽ ordinis sacri, vel professionẽ religionis approbatæ. Patet tertio, ꝙ hæc vis inhabilitans, necessario exigit talẽ exhibitionem, ad hoc quod possit inesse voto ex noua constitutione Ecclesiæ. Quoniam posset Ecclesia statuere, quòd vouens, corã tribus continentiã emittere, intelligatur votum inhabilitans ad matrimonium, seu votum sollenne continentiæ, quod idem est. Et ex his omnibus apparet, quòd omnes opiniones aliquid veri dixerunt, & quòd doctrina hæc non contrariatur Autori.

¶ In eodẽ septimo articulo, tam in corpore quàm in responsione ad primum, aduerte quod in voto solẽni per susceptionẽ sacri ordinis, manifestè inuenitur aliquid aliud à voto spectãs ad Deũ, s. ipse ordo sacer. In voto aũt ꝓfessionis bñdictio spiritualis, cuius meminit Autor, nõ inuenit vniuersaliter, vt cõsuetudo Ecclesiæ testat. Nõ enim ministri Ecclesiæ inuocant, vt Deũ benedicere putemus, iuxta autoritatem literæ, quæ nõ adducit ab Autore ad ꝓbãdũ ꝙ in ꝓfessiõe fiat bñdictio, sed ad hoc quòd quãdo p ministros Ecclesiæ fit bñdictio Deus est qui bñdicit. Quare aũt Autor bñdictionem ad votũ solenne omnis approbatæ religiõis extẽderit, ratio esse videtur, quia attendit ad id qđ de iure fieri debere videt & nõ ad id quod fit. Quasi præsumat ꝙ ꝓfitentes absq; bñdictione, intelligunt ꝓfiteri cum benedictione. Sicut ab apostolis & Ecclesia institutũ est de monachis. Sicut ꝓfitentes tacite per habitus gestationẽ post annũ &c. præsumunt vouere solenniter, sicut ab Ecclesia institutum est. Ratio verò quare benedictionem huiusmodi tãti fecerit, videtur esse, quia aliter stabiliter fundare indispensabilitatem voti solennis iuxta decretalem allatam inferius articulo vndecimo, non poterat.

¶ Ad cuius clariorẽ notitiã scito quod in votis solennib⁹ quæ hẽt Ecclesia, vidit Autor tria inueniri, scilicet votum, mãcipationem ad diuinũ cultũ seu famulatũ, & cõsecrationem seu benedictiõem. Et supponit (vt inferi⁹ patet) quod votũ religionis esset indispensabile per quãcunque Ecclesiæ autoritatem. Et propterea oportuit quòd indispẽsabilitatẽ fundaret super aliquo, qđ nõ subiiceretur Ecclesiasticæ autoritati, quo ad illius mutationẽ. Et quoniã tam votũ quàm mancipatio ad Dei famulatũ, vt pote hominũ opera, ab Ecclesia mutari possunt, ad opus Dei recursum habuit, scilicet consecrationẽ & benedictionem, vt in his constituẽdo solennitatẽ voti, indispensabile cõcluderet votũ solenne, quo ad id quod per se ad solẽnitatem spectat, vt in dicto articulo inferius patet. Hæc est radicalis ratio, quæ coegisse videtur Autorẽ ad ponendũ quòd solennitas voti cõsistit in consecratione vel benedictione diuina. [D.1204] Altera autem ratio quæ in hac litera affertur ex similitudine solẽnitatum in aliis actibus seu statibus, scilicet militiæ, & nuptiarũ, fundata super ratiõe communi, quia scilicet solennitas vnicuiq; rei adhibetur secundũ illius rei conditionem, [In corp. art.] efficaciter infert, quod solennitas cæremonialis in voto dẽt fieri secundum aliquid spectans ad Deũ, puta secundum puritatem mẽtis, confessionẽ & cæremonias ecclesiasticas ad Dei cultũ pertinẽtes, sicut etiã ipsum votum. Ad Dei cultũ pertinet, cũ sit religionis actus. Hoc enim optimè infertur ex ratione & similitudine militiæ & nuptiarũ. Sed toto hoc concesso, non habetur quod solennitas, quia votum habet vim dirimendi matrimonium, consistat in his cæremoniis, aut diuino effectu per eas. Videtur siquidem mihi quod hoc in loco distictio illa locũ habet, s. de prima ĩpositione nominis, de translatione ei⁹ ad aliud significãdũ. Solennitas nãq; si secũdũ ꝓpriã significationem sumit, cæremonialia & præcipuè sacra ĩportare videt. quæ singulari quodã tempore fiunt, & inde trãslatũ est ad alia. Et à cõsuetudine Ecclesiæ factũ est, vt cum de voto agitur, significet in voto vim dirimendi mr̃imoniũ, seu id vnde votũ habet vim tálem. Vnde Autor ad ꝓpriã vocabuli significatiõem more suo aspiciens, & in cæremonialib⁹ significatis noĩe solennitatis, diuinũ op⁹ cõtemplat⁹, ad ipsũ diuinũ op⁹ s. spiritualẽ benedictiõem solẽnitatis nomen applicauit, volens ꝙ ex tali diuino ope votũ habeat vim dirimendi matrimoniũ, &c. Vt aũt ex dictis patet, hæc benedictio nõ inuenit in omni vero voto solenni. Et vbi inuenit p accidens se habet ad solennitatem voti nõ cæremonialem, sed legitimã, de qua est quæstio. Quę voti solennitas iõ vocari põt legitima, quia lege sancita, & hoc nomine nuncupata, legis vim habet Hæc aũt ideo dicta sint: vt mens literæ percipiat, & vt scias solennitatem duplicem esse in voto, s. cæremonialem & legitimam, quæ ratione cæremoniarum adiunctarum sortita videtur nomen solennitatis. Sed de nomine non est quæstio, sed de re.

¶ In eadem respõsione ad primum eiusdem septimi articuli, dubiũ occurrit, an distinctio voti simplicis & solennis sit specifica, sic ꝙ trãsgressor vtriusq; simul incurrat deformitates duarũ specierũ. Verbi gratia, habens votum solenne & simplex cõtinentiæ, si fornicat, peccet cõtra cõtinentiã latriã voti simplicis, & latriã voti solennis. Apparet enĩ ex dictis Autoris ĩ 4. distinctiõe trigesimaoctaua, ꝙ distinguant hæc vota specie, sicut vegetatiuum & sensitiuum & cõsequenter ꝙ duarũ specierum mala incurrat trãgressor vtriusque.

¶ In oppositum videt esse, quia nihil est vinculi, nihil virtutis in voto simplici, quod nõ fit in solenni. Et similiter quicquid transgressionis est in voti simplicis violatiõe, clauditur in violatione solennis. Nulla ergo alia additur deformitas ex violatione simplicis voti de eodem. Ad hoc dicitur quod quẽadmodum oculus hominis & oculus leonis sunt eiusdem speciei, inquantũ sunt potentiæ visiuæ, propter identitatem formalem obiecti vtriusque. puta coloris. Potentiarũ enim diuersitas vel identitas formalis, penes obiecti formalis diuersitatem vel identitatem attenditur. Et sunt diuersarum specierum, inquantum sunt naturalia membra hominis & leonis, iuxta illud Auer. in 1. de Anima. Membra hominis & membra leonis differunt, quia anima hominis differt ab anima leonis. Hæc siquidem distinctio ex parte subiecti seu habẽtis se tenet. Ita votum solenne & votum simplex, si ad actus referantur, præsupposita identitate materiæ, eiusdem sunt speciei, quoniam vtrunque cultum Deo affert promittendo idem. Si autem referantur ad vouentem, sic claudunt in se diuersitatem specificam, saltem propter inhabilitatem vouentis ad opposita, puta ad matrimonium, ad habendum proprium &c. Propter quod votũ solenne dicitur habere plene vim obligatiuã. Simplex autem non, quoniam simplex votum continentiæ sic obligat ad continentiã quòd relinquit potentiam ad matrimonium & eius opus. Solenne autem sic obligat, quod vouens est inhabilis ad matrimonium & eius opus. Ita quod si cõtra fiat, matrimoniũ est nullũ & si vtatur illo, peccat mortaliter, etiã reddendo debitũ. Et quoniã distinctio specifica vitiorũ ex parte obiecti attenditur (vnde nõ est hic diuersitas) iõ eiusdem speciei est trãsgressio voti solẽnis solũ & cõiũcti cum voto simplici præcedente vel sequente. Imo est eiusdem speciei transgressio solennis & simplicis, & differũt solum secundum magis & minus graue. Vnde in litera dicitur, quòd grauius peccat, qui solenne trãsgreditur. Ad obiectionem autem ex quarto sententiarũ dicitur, quòd distinctio specifica, qua sensitiuum in homine differt specie à sensitiuo puro, puta in leõe, nõ est ex parte obiecti, vt patet de oculis & cęteris sensib⁹, sed ex parte habentis. Vnde ex hoc nõ habetur aliquid cõtra determinationem factã

¶ Super

apparatu equorũ & armorũ & cõcursu militũ, & alia solẽnitas nuptiarum, quæ cõsistit in apparatu spõsi & sponsæ, & cõuentu propinquorũ: votũ autem est promissio Deo facta. Vñ solẽnitas voti attẽditur secũdũ aliquid spirituale, quod ad Deũ pertineat, id est secundũ aliquã spiritualẽ benedictionẽ vel consecrationẽ quæ ex institutione Apostolorũ adhibetur in ꝓfessiõe certæ regulæ, secũdo gradu post sacri ordinis susceptionẽ, vt dicit Dionysius sexto capite Ecclesiasticæ Hier. Et huius ratio est, qa solẽnitates nõ cõsueuerũt adhiberi, nisi quãdo aliquis totaliter mãcipatur alicui rei. Non enim solennitas nuptialis adhibet, nisi in celebratione matrimonij, quando vterque coniugum sui corporis potestatem alteri tradit. Et similiter voti solẽnitas adhibetur, quãdo aliquis per susceptionem sacri ordinis diuino ministerio applicatur. Et in ꝓfessione certæ regulæ, quãdo per abrenũtiationẽ seculi & propriæ voluntatis aliquis statũ perfectionis assumit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ huiusmodi solennitas pertinet non solum ad homines, sed ad Deum, inquantũ hẽt aliquã spiritualẽ cõsecrationem seu bñdictioné, cui⁹ De⁹ est auctor, etsi hõ sit minister, secdm illud Num. 6. Inuocabunt nomen meũ sup filios Israel, & ego bñdicã eis: & iõ votũ solẽne hẽt fortiorẽ obligatiõem apud Deum q̃ votum simplex, & grauius peccat qui illud trãsgreditur. Quod autẽ dr̃, ꝙ votum simplex nõ min⁹ obligat apud Deum quàm solenne, intelligendum est quãtum ad hoc, quòd vtriusque transgressor peccat mortaliter.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ particularibus actibus nõ cõsueuit solennitas adhiberi, sed assumptioni noui status, vt dictum est*. Et iõ cùm qs vouet aliqua particularia opera, sicut aliquam peregrinatiõem, vel aliquod speciale ieiunium, tali voto non congruit solennitas, sed solùm voto, quo aliqs totaliter se subiicit diuino ministerio seu famulatui, in quo tamen voto quasi vniuersali multa particularia opera comprehenduntur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ vota ex hoc quod fiunt in publico, possunt habere quandam solennitatem humanam, non autem solennitatem spiritualem & diuinam, sicut habẽt vota præmissa, etiam si coram paucis fiant. Vnde aliud est votum esse publicum, & aliud esse solenne.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulum octauum.*

IN articulo octauo eiusdem octuagesimæoctauæ quæstionis dubium occurrit, an votum subditi de eo in quo subiicit, obliget subditũ ad mortale antequam innotescat Superiori. Verbi gratia, Vouet Religiosus quotidie dicere septem Psalmos pœnitentiales, nec hoc votum indicat Prælato suo, si interim transgreditur tale votum, an peccet mortaliter. Videtur enim ꝙ non peccet, saltem mortaliter: quia tale votum vsquequo innotescat Prælato non est firmũ, vt patet, & in litera dicitur in responsione ad tertium & ad quartum. Et si non est firmũ, ergo non est votũ: qm̃ de ratione voti est firmitas. Et si non est votum, ergo non habet vim obligatiuam ad mortale. In oppositum est, quia votum conditionatum extante conditione obligat ad mortale. Sed huiusmodi votum est conditionatum, vt in litera dicitur in responsione ad vltimum, & conditio extat. Nã conditio subintellecta est, si Superior non contradixerit. Et hæc extat quandiu Superior nescit tale votum Ergo huiusmodi votum obligat ad mortale nesciente Superiore.

¶ Ad euidentiam huius difficcultatis sciendum est, quòd bonum supererogationis, quod subditus vouet, potest dupliciter se habere ad subditum vouentem, scilicet, vt inhibitum in communi vel in particulari, vel vt non inhibitum. Habet enim se ad Religiosum, vt inhibitum in communi, opus peregrinationis, quia non põt sine licentia exire claustrum, vt inhibitum verò in particulari opus mortificationis, verberando se, & huiusmodi, si à Prælato prohibentur fieri sine sua licentia. Vt non inhibitum vero opus orationis, quando sibi vacat. Si igitur subditus vouet opus supererogationis inhibitum, subintelligitur cõditio affirmatiua, s. si superior cõsenserit, quoniam aliter materia voti nõ esset opus virtuosum. Opus enim inhibitum stante inhibitione constat non esse opus virtuosum: votum aũt est promissio facta Deo, & nõ debet esse ridiculosa. Vnde tenetur subditus consensum superioris requirere, antequam sit in mora persoluendi votum. Nisi enim ipse superiorem teneretur requirere de relaxãda inhibitione seu concedenda licentia, vana & ridiculosa esset promissio.

¶ Et confirmatur, quia in promissione quæ fit homini cum conditione, si consenserit amicus vel cognatus, &c. aut implicitè subintelligitur quis debeat requirere consensum, aut specificatur quis tenetur, si inter rationales homines sit contractus. In voto autem inter hominem & Deum fit quasi contractus quidam, & cùm non expectetur quòd Deus procurare debeat cõsensum Superioris, restat vt vouens teneatur ad Superioris consensum requirendum. Tempus autem requirendi (vt dictum fuit) est antequam sit in mora implendi promissum. Si autem subditus vouet Deo opus supererogationis non inhibitum, tunc conditio subintellecta est negatiua, s. si nõ contradicat Superior. Et ratio est, quia actus supererogationis, qui est in potestate Superioris nõ inhibitus, est vere actus virtutis, & stante conditione non inhibitionis, est in potestate vouentis durante conditione: ergo põt esse materia voti: nõ requiritur ergo ad hoc quod tale votum sit vere votum conditionatum, consensus Superioris. Quoniam in nullo potestatem Superioris lædit.

¶ Et propterea ad dubium motum dicitur, quod si subditus quicunque: puta, puella, vxor, religiosus, &c. voueat non inhibita, quæ sunt in potestate Superioris, tenetur ea implere, Superiore nihil de hoc sciente. Et peccat mortaliter transgrediendo, durante conditione non contradictionis Superioris. Et ad obiectionem in oppositum dicitur, quòd votum tale non est firmum simpliciter & absolute, quia non habet materiam quæ absolutè sit in potestate vouentis, sed in potestate alterius, est tamen firmum durante conditione, & propterea obligat durante cõditione, & nõ obligat absolutè. Et ex his patet sensus literæ, & quare Autor sub disiunctione ponat conditionem affirmatiuam, dicendo, Si Superiori placuerit, vel non renitatur. Facta est enim hæc disiunctio propter diuersam dispositionem materię promissæ secundum esse inhibitum vel non esse inhibitum, vt declaratum est.

¶ Sed hic occurrit dubium non pertranseundum silentio, an Superioris consensus vel contradictio in votis subditorum referatur ad opus, quod est materia voti, an ad vinculum voti. Est nanque dubitare de hoc, quærere, cum quis sit subditus vouet, verbi gratia, peregrinationem vel ieiunium, si Superior negat licentiam peregrinandi, aut inhibet ieiunium, an teneatur manifestare Superiori vinculum facti voti de hoc, an sufficiat quòd superior nesciẽs votum contradicat operi. Ex hac siquidem cogitatiõe multa dependẽt. Videtur enim quòd contradictio vel dissensus referatur ad vinculum voti. Quoniam contradictio Superioris nihil aliud est quàm irritatio voti. Non irritatur autem votum à Superiore nesciente. Et confirmatur, quia Num. 30. vbi de huiusmodi votis est sermo, consensus vel contradictio Superioris refertur manifeste ad votum, vt patet ibi in litera de patre respectu puellæ & viro respectu vxoris.

¶ In oppositum autem est, quia oppositorum eadem est ratio. Sed ad constituendum votum conditionatum validum, sufficit Superioris consensus ad opus, vt patet ex dictis. Ergo ad destruendam obligationem huiusmodi voti sufficit Superioris dissensus respectu operis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia consensus vel dissensus Superioris exigitur ad votum ratione materiæ: quia scilicet, id quod voto promittitur, est in potestate Superioris. Et ad hoc quod sit materia voti, oportet ꝙ sit actus virtutis, nec potest esse actus virtutis, nisi sit à Superiore non inhibitus. ideo contradictio vel consensus Superioris directè ad opus respicit, quod est voti materia. Et propterea si opus inhibetur, desinit esse materia voti, durante inhibitione. Et obligatio voti non se extendit ad illud. Et si opus nõ inhibetur, iam habetur materia voti & obligatio voti extendit se ad illud durante non inhibitione. Ex eo autem quod cessat obligatio voti ratione materiæ subtractæ ab eo cuius est, sequitur quòd non tenetur indicare voti vinculũ Superiori, quoniam indicatione opus est, quando obligatio remaneret respectu illi⁹ operis exequendi, non autem quando desinit esse. Sicut nec habens votum simplex continentiæ, tenetur coniugi indicare votum suum, sed potest licitè reddere debitum eadem ratione, quia scilicet actus concubitus reddendo debitum, desinit esse materia voti castitatis, durante coniugio. Nec obstat si dicatur, quia si indicaret voti sui vinculum Superiori inhibenti opus, forte concederet illud, quoniam licet hoc fortè accideret, non tamen ad hoc tenetur ex vi voti. Sicut nec talis coniux tenetur petere à coniuge, quòd non teneatur reddere debitum, vel quòd non petet debitum. Et ratio eadem est, quæ iam dicta est, quia scilicet obligatio voti deficit propter subtractionem materiæ, durante tali statu seu inhibitione. Dixit autem ex vi voti, quia secus esset quando intentio alicuius vouentis fuisset obligare se ad manifestandum votum illi in cuius potestate est materia quam promittit.

¶ Ad obiectionem vero in oppositum dicitur, quòd aliud est votum irritare, & aliud est votum desinere ab obligatione totaliter, vel nunc propter defectum materiæ totaliter, vel ad tempus. Irritatio nanque requirit notitiam voti, aut saltem Superioris voluntatem irritatiuam votorum subditi. Et de irritatione loquitur Scriptura, quæ notitiam Superioris ponderat. Desitio autem ab obligatione defectu materiæ non exigit nisi materiæ defectum siue scienter siue ignoranter dominus materiæ illam auferat. Et de hac est sermo impræsentiarum. Sed quoniam idem non est petere aliquam rem, vel aliquod opus absolutè, & petere hæc eadem vt exhibenda Deo ex suscepto beneficio per votum, & vniuersaliter vt promissa Deo, & negat quandoque quis concedere aliquid absolute subdito, quod vt Deo exoluendum concederet, ideo tutius est dicere, quod tenetur petere rem vel opus vt promissa Deo. Nec est simile de coniuge habente votum castitatis, quia non vti actu venereo, reddendo debitum, nec etiam sub conditione cadit sub voto castitatis. Votum autem subditi conditionaliter comprehendit opus etiam inhibitum. Et hæc via est regulariter amplectenda. In casibus autem prima via sufficere videtur: non tamen ad irritandum votum, vt dictum est.

¶ In eodem articulo circa vota subditorum, occurrit aliud dubium, an subditus vouens cum licentia Superioris, qui post votum factum reuocat licentiam, teneatur adimplere votum. Et videtur quod non: Primò, quia hæc est Augustini sententia sumpta ex trigesimo capitulo Nume. vt patet per ipsum Augustinum in eodem loco. Cuius verba in parte alleganturà Magistro sentent. in trigesima secunda distinctione quarta, & habentur in Decretis trigesima quæstione quinta, canone, Manifesto. Vbi Gratianus in fine canonis, Mulierem, expresse hoc explicat.

¶ In oppositum autem est, quia Superior reuocans peccat, vt patet, ex eo quod Nume. trigesimo dicitur de viro reuocante, quòd portabit iniquitatem suam. Et constat, quòd ideo peccat: quia iniuste inhibet rem Deo cum suo consensu promissam, non dari. Iniustis autem inhibitionibus nõ est obediendum, sed contradicendum. Igitur subditus tenetur fidem promissam Deo seruare contra voluntatem Superioris iniustam.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum illi qui sunt alterius potestati subiecti, impediantur à vouendo.

[Infra q. 189. ar. 5. Et 4. dis. 32. ar. 4. & di. 38. q. 1. ar. 1. q. 3. & opuscu. 17. ca. 12.]

AD OCTAVVM sic procedit. Videt ꝙ illi qui sunt alterius potestati subiecti, non impediantur à vouendo. Minus enim vinculum superatur à maiori. Sed obligatio, qua quis subiicitur homini, est minus vinculum, quàm votum, per quod aliquis obligatur Deo. Ergo illi qui sunt alienæ potestati subiecti, non impediuntur à vouendo.

¶ 2 Præterea, Filij sunt in potestate patris, sed filij possunt profiteri in aliqua religione, etiam sine voluntate parentum. Ergo non impeditur aliquis à vouendo per hoc quòd est subiectus potestati alterius.

¶ 3 Præterea, Maius est facere quàm promittere. Sed religiosi qui sunt sub potestate Prælatorũ, possunt aliqua facere sine licentia suorum Prælatorum, puta dicere aliquos Psalmos, vel facere aliquas abstinentias. Ergo videtur, quòd multo magis possunt huiusmodi Deo vouendo promittere.

¶ 4 Præterea, Quicunque facit quod de iure facere non potest, peccat. Sed subditi non peccant vouẽdo, quia hoc nunquam inuenitur prohibitum. Ergo videtur quod de iure possint vouere.

¶ SED CONTRA est, quod Num. 30. mandatur, quòd si mulier in domo patris sui & adhuc in puellari ętate aliquid vouerit, non tenetur rea voti, nisi pater eius cõsenserit. Et idem dicit de muliere habente virum. Ergo pari ratione nec aliæ personæ alterius potestati subiectæ possunt se voto obligare.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd sicut suprà dictum est,* votum est promissio quædã Deo facta. [Ar. 1. quæ. præc.] Nullus aũt põt per promissionem se firmiter obligare ad id qđ est in potestate alteri⁹, sed solum ad id quod est omnino in sua potestate. Quicũque autem est subiectus alicui, quãtũ ad id in quo est subiectus, nõ est suæ potestatis facere qđ vult, sed dependet ex voluntate alterius. Et ideo non põt se p votũ firmiter obligare in his, in quibus alteri subiicitur, sine cõsensu sui Superioris.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sub promissione Deo facta, nõ cadit nisi quod est virtuosum, vt suprà dictũ est.* [Art. 2.] Est autem contra virtutem, vt id, quod est alterius, homo offerat Deo, vt supra dictum est.* [Q. 32. ar. 7. & q. 86. ar. 3.] Et ideo non põt omnino seruari ratio voti, cùm qs in potestate alterius cõstitutus vouet id qđ est in potestate alterius, nisi sub conditione, si ille ad cuius potestatẽ pertinet, nõ contradicat.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ex quo homo venit ad annos pubertatis, si sit liberæ cõditionis, est suę potestatis, quãtum ad ea, quæ pertinẽt ad suã personã, puta ꝙ obliget se religioni p votũ, vel ꝙ matrimonium contrahat. Nõ aũt est suæ potestatis quantũ ad dispẽsationẽ domesticam. Vnde circa hoc non põt aliquid vouere, qđ sit ratũ sine cõsensu patris. Seruus aũt quia est in potestate domini, etiã quantũ ad personales operationes, non põt se voto obligare ad religionem, per quã ab obsequio dñi sui abstraheretur.

¶ Ad tertium dicendũ ꝙ Religios⁹ subdit⁹ est Prælato, quantũ ad suas operationes secundũ professionẽ regulæ. Et ideo (etiã si aliquis ad horã aliq̃d facere possit, quãdo ad alia nõ occupatur à Prælato, q̃a tñ nullũ tempus est exceptum, in quo Prælatus nõ possit eũ circa aliquid occupare) nullũ votũ Religiosi est firmũ nisi sit de cõsensu Prælati, sicut nec votũ puellæ existẽtis in domo, nisi sit de cõsẽsu pris, nec vxoris, nisi sit de cõsensu viri.

¶ Ad quartam dicendum, quòd licet votum eorum, qui sunt alterius potestati subditi, non sit firmum sine consensu eorum, quibus subiiciũtur, non tamen peccant vouendo, quia in eorum voto intelligitur debita conditio, scilicet si suis Superiorib⁹ placuerit, vel non renitantur.

¶ Ad huius euidentiã præmittenda sunt duo. Et primo, quòd cum cõsensus vel dissensus Superioris in voto subditi respiciat materiã voti, quæ quia nõ est ipsius vouẽtis, sed superioris, nõ põt esse materia voti subditi, null⁹ enim põt obligare Deo quod suũ nõ est: cõsequens est vt quando superior concedit subdito vouere aliquid, puta ieiuniũ vel orationem, facit actum illũ, qui est materia voti, esse vouentis, non simpliciter & absolutè, sed ad promittendum & exhibendum Deo, quod exigitur. Et sufficit ad hoc ꝙ res sit materia voti, subditi, vt manifestius patet in exemplo rerum corporalium. Vir nanque concedens vxori vt voueat tale vas argenteum Deo, nõ facit per hanc concessionẽ, quòd illud vas sit simpliciter & absolutè vxoris, sed facit quòd illud vas sit vxoris quo ad promittendum, & exinde exhibendũ Deo. D.1107. Nam vxor nõ potest per istam cõcessionẽ facere quicquid vult de illo vase, sed solum promittere, & exinde exhibere illud Deo. Nõ trãsfertur ergo per huiusmodi concessionem vasis, dominium in vxorẽ simpliciter, sed secundũ quid, scilicet quo ad ṗmittendum, & inde exhibendum Deo. Sed remanẽte dominio vasis ápud virum, vxor fit domina eiusdem vasis quo ad hæc tantũ. Sicut si vir concederet tale vas alicui vt daret illud in pignus, nõ pro ipso dño, sed pro eo cui conceditur vas, dñium vasis absolute remaneret apud virũ, & is cui concessum est, esset dñs quo ad hoc, quod est dare illud in pignus. Esset enim vas suũ quo ad hoc, & nõ simpliciter. Cùm igitur superior consentit inferioris voto, facit vt materia voti sit sua, scilicet ipsius subditi. Sua autẽ non simpliciter, sed ad promittẽdum & exinde exhibendũ Deo. Et propterea remanet post concessionẽ dñium simpliciter illius materiæ apud superiorẽ. ¶ Secundo sciendum est quòd qñ aliquid conceditur alicui non absolute, sed ad aliquẽ actũ, res illa sic concessa, non transit in actuale dominiũ eius cui est sic concessa, nisi per actũ illum ad quem est concessa. Ac per hoc donec exerceatur actus ille, res sic concessa non est, etiã quo ad hoc extra dñium Superioris qui concessit, nisi in potẽtia, quia scilicet subditus potest rẽ illã assumere in materiã talis actus. Verbi gratia, ṗsequendo exemplum positum, vas concessum à viro vxori ad vouendũ illud Deo, vel ad dãdũ in pignus, quia non est concessum absolute: sed ad actum promittẽdi & exinde exhibendi Deo, vel dandi in pignus, ideo nõ transit etiã in dominiũ vxoris quo ad hoc, s. quòd sit suũ vt materia promissiõis. &c. nisi in potentia, donec promittat illud Deo. Nam antequã promittat illud Deo, nõ est illud vas suũ in actu, vt materia promissionis, sed in potentia, quia s. põt illud promittere. Vnde si vxor nũquã promissionẽ reduceret ad actũ, nũquã vas concessum sibi ad actum promissionis tantum, efficeretur actu suum secundum quid, scilicet vt materia promissionis suæ. ¶ Ex his autẽ principiis respõdendũ est ad quæsitũ, quòd subdit⁹ qui vouit de cõsensu Superioris postea reuocantis, seu inhibẽtis exhibitionẽ rei voto promissæ, excusatur à peccato nõ seruãdo votũ. Superior vero peccat mortaliter reuocãdo seu inhibẽdo. Quod enim subditus excusetur, sequitur ex eo, quod res cõcessa sibi ad promittendũ & exhibẽdũ, licet facta fuerit actualiter sua vt materia promissiõis quãdo vouit, nõ tñ facta est sua in actu, sed in potentia vt materia exhibitionis. Et propterea ex quo superior antequã ab eo trãsferatur dñium, quo ad hoc ꝙ res sit materia exhibitionis, rem illam retraxit ad se, subdit⁹ cuius nõ erat adhuc actu etiã secundũ quid res illa, nõ tenetur ad exhibendũ quod suũ nõ est. Quod verò Superior mortaliter peccet exhibendo, sequitur ex hoc, quòd licet apud Superiorem remãserit dñium illius rei exhibendæ Deo, remanet tamẽ dñium obligatum ad exhibẽdum rem illã Deo ratione voti sui subditi quo res illa obligata est Deo de cõsensu ipsius Superioris. Et ṗpterea tãquã violator & delusor vinculi ad Deũ, mortaliter peccat. Et propterea lex diuina Numer. 30. maritũ, qui post consensum reuocauit, portare suã iniquitatẽ statuit, vxori aũt nõ iussit vt inuito marito exequeret, insinuans ꝑ hoc (vt Aug. exposuit) vxorem esse excusatã ab obseruatione voti. ¶ Et per hoc patet responsio ad obiectionẽ in oppositũ. Quia, s. iniuste inhibere aut præcipere, cõtigit dupliciter. Vno mõ vt à iustis exequẽdis ad quæ tenemur, abstineamus, aut vt iniusta faciamus, vt si quis præciperet furari, aut nõ credere in Deũ, & sic nõ est obediẽdũ iniustè mãdãtibus. Alio mõ, quia tantùm ipse præcipiẽs aut inhibens, peccat inhibendo seu præcipiẽdo, & sic iniuste inhibẽtibus aut præcipiẽtibus est parẽdũ. Et sic est in ṗposito, qñ (vt dictũ est) subditus nõ tenet ad exhibendũ Deo qđ debebat esse suũ, & impeditũ est ne sit suũ, sed Superior impediẽs post vinculũ, ne sit subditi ad exhibẽdũ Deo vt cõsẽserat, in culpa sol⁹ est. Caue aũt hoc in loco ne ex dictis accipias aut inferas, ꝙ si prælatus cõsentiat voto sui subditi, nõ possit sine peccato in voto illo postea dispẽsare, hoc nãq; non est dictũ, nec claudit sub data doctrina, si formaliter intelligat, vt intelligi dẽt. Sermo nanq; habitus fuit de Superiore & subdito in quãtũ hmõi, inquãtũ. s. Superior est dñs aut quasi dñs materiæ voti, & subditus dominio illius caret. Magna aũt est differẽtia inter Superiorẽ & ecclesiasticum Prælatũ. Nã vir est superior respectu vxoris, & pater respectu filij, & domin⁹ respectu serui: nõ tamen ecclesiasticus Prælat⁹. Et rursus Superioris potestas est ad irritãdũ vota, ecclesiastici aũt prælati vt sic, potestas ad dispensãdũ vel cõmutãdũ vota. Et superioritas cõuenit alicui in ṗpria psona, eadẽ rõne qua est domin⁹, vel quasi dominus materiæ ṗmittẽdæ, vt patet de patre, marito, &c. Prælato aũt ecclesiastica cõuenit alicui in psona Dei, vt inferius in hac eadẽ q. patet ab Autore. Vnde hęc duo inueniunt & separata & cõiũcta. Quãdo sunt separata, vt cõtingit in votis seculariũ (verbi gratia, in votis mulierũ habẽtiũ viros) potestas Supioris est in marito, potestas aũt Prælati est in episcopo. Et tũc maior est potestas Superioris quã Prælati, quia Superior, vt pote domin⁹ materiæ voti, põt irritare votũ, vt pote de re sua sine se factũ. Prælat⁹ aũt, vt pote dispensator, nõ dominus põt dispẽsare vel cõmutare. Et ṗpterea vxorũ vota tutius à viris irritãt, quã à prelatis dispẽsent. Et simile est de aliorũ subditorũ votis, quo ad id in quo sũt alteri⁹. Quãdo verò sunt cõiuncta in eodẽ supposito, vt cõtingit in Prælatis Religiosorũ, qui sũt & tãquã domini materiæ vouẽdæ, & tãquã dispensatores votorũ in psona Dei, non sunt deterioris conditionis ex hoc quòd sunt coniuncta hæc duo in vno, quàm si essent separata. Et propterea sicut in votis vxoris de consensu mariti factis potest Episcopus dispensare, ita in votis Religiosorum de Superioris consensu factis, potest ipse idem, inquantum Prælatus, in persona Dei dispensare. Nam quando consensit voto subditi non vt Prælatus, in persona Dei, sed vt quasi dominus materiæ promittendæ consensit. Vnde si postea in persona Dei dispenset aut commutet, nõ est reuocator cõcessionis aut inhibitor seruandę promissionis, sed dispensator. Nec hoc est autorizare in facto proprio (vt quidam autumare videãtur) quoniã nihil de ṗprio facto iudicat, sed de voto subditi tanquã rato & firmo, cui per accidens coniungitur, ꝙ ex propria concessione ipsius qui dispensat, fuerit ratum. Quæ enim sunt per accidens, tanquam externa relinquuntur.

¶ Circa vota subditorũ aliud adhuc dubium incurrit, an si irritata sunt ab habente potestatem non perpetuam, sint semper irrita, aut cessante statu subiectionis illius reuiuiscant. Verbi gratia, an puella teneatur ad exequendum suum votum à patre irritatum, postquam ætate puellari transacta facta est sui iuris. ¶ Ad hoc dicitur, quod siue votum fuerit perpetuum, siue tẽporale, ex quo est factũ de eo quod est nõ suũ, si Superior, in cuius potestate tunc est illud quod voto promittitur, irritat votũ, amplius non tenetur. Et ratio est, quia si teneretur postquam est facta persona illa sui iuris, aut absoluto illo Prælato qui irritauit, ista obligatio cùm non sit: postea de nouo adueniens, non esset nisi ratione continuati vinculi ipsius voti. Sed vinculum voti ex quo fuit irritum, desiit esse, & constat quod illud quod non est, continuari non potest. Non ergo tenetur quis ad implendum votum semel irritum. Et hoc aperte in sacris canonibus patet. extra. de conuer. coniu. c. Quidam &c. Placet. vbi vir professus irritante vxore suum votum, illa mortua, non tenetur ad religionem. Sed aduerte quòd si persona subdita voueret nunc aliquid non pro nunc, sed pro tempore quo illud erit suum, quòd votum tale est firmũ, adeo quòd nõ potest à Superiore irritari. Verbi gratia, vxor vouet ieiunare quando erit vidua, & sic de aliis. Et ratio est, quia res promittitur pro illo tempore quo nõ erit in potestate Superioris. Et iam constat ꝙ ideo Superior habet potestatem irritandi, quia est dominus aut quasi dominus materiæ quæ ṗmittitur, cuius oppositum hic accidit, & non ratione superioritatis respectu personæ vouẽtis, nisi quatenus ipsa persona vouẽtis esset voti materia. Super hoc enim fundamento tota hæc doctrina fundata est, & bene.

¶ In responsione ad tertium eiusdem octaui articuli, primo declarandus est verus sensus literæ. Deinde discutienda sunt dubia quædam de votis Religiosorum. Scito igitur quod responsio ista communiter videtur malè intellecta, quoniam intelligitur quòd hæc litera reddat pro ratione quare nullũ votum Religiosi est firmum, quia nullum tempus est in quo Prælatus non possit subditum occupare. Et quia ratio ista inefficax inuenitur, aut reprẽhẽditur Autor, aut excusatur cum glossis. Et salua eorum reuerentia, omnium error accidit, quia verba literæ secundum planam eius constructionẽ non cõsiderauerunt. Litera nanque in principio responsionis ponit causam, quare nullum votum Religiosi est firmum tali contextu, quod primo explicat ipsam rem quæ est causa, dicens quod Religiosus subditus est Prælato quantum ad suas operationes secundũ professionem regulæ. Et statim subdit aduerbium causale ad inferendam dictam conclusionem, dicens. Et iõ nullum votum Religiosi est firmum nisi sit de cõsensu Prælati. Sed quoniã in contextu literæ inter ly nullum votum, mediat vna parenthesis quia interponitur totum hoc, s. (Etiam si aliquis ad horam aliquid facere possit, quando ad alia non occupatur à Prælato, quia tamen nullum tempus est exceptum in quo Prælatus nõ possit eũ circa aliquid occupare) idcirco male intellecta est hæc litera. Vbi aduerte duo. Primo, quòd ratio illius interpositionis fuit, vt responderet non tacitæ sed expressæ obiectioni in argumẽto, & in ipsa interpositione replicatæ, s. Etiam si Religiosi possint aliqua bona facere sine licentia Prelatorũ, ergo possunt promittere. Secundò, quia illa conclusio. Nullum votum Religiosi est firmum, est conclusio illata in cõtextu literæ ex duob⁹. Primo, ex propositione posita in principio responsionis tanquam causa cõclusionis. vt dictũ est. Secũdo, ex illa aduersatiua interposita, s. Quia tamen nullum tẽpus est &c. non tanquam à causa conclusionis, sed tanquã à particulari causa excludente particularem obiectionem, s. de votis, quorum adimpletio eget tempore. Non enim omnia vota, etiã propriissimè respectu boni supererogationis, egent tẽpore in executione, vt patet de voto abstinentiæ. Propter hoc enim secundum planam constructionem literæ, illa conclusio vtrique deseruit. Hic est proculdubio sensus literæ.

¶ Circa conclusionem autem ipsã, s. Nullum votum Religiosi est firmũ dubium multiplex oritur. Primũ est de eius ratione, qua, s. ratione habeatur veritas istius conclusionis. Secundũ est de eius veritate. Nã videtur habẽre instantiã in tribus generib⁹ rerum. Primo, quo ad inhibita seu mandata ex regula, seu statutis religionis. Videtur eñ quod possint talia à Religiosis voueri firmiter, quoniam non est subditus Prælato cõtra regulã aut statuta. vt si quis voueret ieiunare feria sexta, aut tenere silentiũ in dormitorio. Secũdo, ex his quæ sunt ex genere suo peccata venialia, vt nõ dicere verbũ otiosũ, videtur quod Religiosus possit hæc firmiter vouere, quia in his non est subditus alicui homini. Tertio, in his quę sunt peccata mortalia, vt nõ furari. In his nãque nulli subditur. Et simile est iudicium de actibus virtutum necessariis ad salutem, vt communicari semel in anno, colere Deum.

¶ Ad primum dicit ꝙ ideo religiosus non potest vouere, q̃a Ecclesia sic statuit, vt habetur vigesima quæstione, quarta, canone, Monacho. vbi dicit Monacho non licet vota vouere, ꝙ si vouerit, frangendũ est. Sed cum textus iste sit ex Basilio à Gratiano acceptus, & à Cõcilio aut apostolica sede, nõ ostendat hr̃e robur, nulla ex hoc loco Ecclesiæ, sed Basilij autoritas habet. Et ṗpterea dicẽs Ricard⁹, ꝙ Ecclesia diuina autoritate hoc statuit, si statutũ Ecclesiæ attulisset, fecisset satis. Accõmodatiões vero quas affert taceo q̃a rationẽ efficacem quærim⁹. Ad rõnẽ igit in litera positã me cõuerto, s. q̃a Religios⁹ subdit⁹ est Prælato quãtũ ad suas operatiões secdm professionẽ regulæ. Ex hoc enĩ habet qđ cùm omne votũ habeat ꝓ materia, operatiões ipsius Religiosi, cõsequẽs est vt Religiosus non sit dominus materiæ voto ṗmittẽdæ. Et si quidẽ oẽs Religiosi operatiões sint subditæ Prelato, manifestè rõ currit vniuersaliter. Si aũt aliquæ sic, & aliquæ nõ, oportet videre vnde vniuersalis sequela habeat. Principiũ aũt huius euidẽtiæ hinc sumẽdũ est, ꝙ operationes religio-

Religiosi quo ad duo possunt subiici Prælato. Primo quo ad exercitationem, quia scilicet Prælatus potest illas vel earum omissiones præcipere exequẽdas à subdito, vt sunt ire ad chorum, seruire infirmis, &c. Secundo quo ad qualitatem operationis, quia scilicet prælatus potest de operatione licita facere licitam dispẽsando, vt comedere bis feria sexta, loqui tẽpore silentij, & huiusmodi, quæ sunt operationes secundum regulam illicitæ, quas tamen secundum regulam potest quando ei videbitur Prælatus dispensando facere licitas huic suo subdito. Constat ꝙ operationes necessariæ ad salutem, aut quæ sunt peccata ex suo genere siue venialia siue mortalia, neutro modo subsunt prælatis religiosorum. Operationes vero supererogationis superexcedẽtes ꝓfessionẽ aliquo modo subsunt, & aliquo modo non subsunt Prælatis. Nã quo ad exercitationem, scilicet quod fiant à subditis, non subsunt Prelatis. Votum meum (inquit Bernardus) non augeat Prælatus sine mea voluntate. Non enim potest prælatus regulariter præcipere ieiunium, quando secundum regulam non tenetur Religiosus ieiunare. Quod tamen potest in casu quando scilicet tale opus ad ea quę dicta sunt, regulæ foret opportunũ. Quo ad omissionẽ vero subsunt Prelatis oĩa, excepto transitu ad altiorẽ religionẽ seu statum. Potest enim Prælatus religiosi suo subdito q̃libet aliud supererogationis op⁹ inhibere, quia istę operationes possunt ordinari ad ea quæ regulę sũt, in quib⁹ directe Religiosus est subditus Prælato. Opera aũt illicita ex regula, quæ Prælatus põt facere licita suo subdito dispẽsãdo, constat ꝙ subsunt Prælato, quo ad qualitatẽ, q̃a potest secundum regulam de illicitis facere licita. Et etiã quo ad exercitationẽ, quia presupposita dispensatione, potest præcipere suo subdito eorũ executionẽ in ordine ad ea quæ sunt secundũ regulã. Potest eñ Prælat⁹ Religioso subdito præcipere ꝙ loquatur tẽpore silẽtij, aut bis comedat tẽpore ieiunij, qñ dispẽsando vinculũ regulę aufert quo ad illũ tunc, & necessitas aut pietas hoc suadet. Et ratio est, q̃a nihil prohibitũ in regula, dispẽsabile tamẽ à Prælato est, ꝙ non possit dispensatũ ad ea quæ sunt regulæ rationabiliter ordinari. Religiosus autẽ subdit⁹ Prælato secundũ regulã, non solũ subditus est quo ad operationes & omissiones contẽtas in regula, sed quo ad eas quæ ad contẽta sub regula rationabiliter ordinari possunt. Alioquin oporteret inter Prælatũ & subditũ disceptationes esse, an facere vel omittere hoc vel illud ṗpter bonũ conuẽt⁹ aut obsequiũ, &c. teneretur: q̃a non est expressũ in regula. Ex quibus omnibus colligit, ꝙ religiosus subdit⁹ est Prælato in operationibus exercẽdis & omittẽdis omnib⁹, quę non sunt de necessitate salutis, aut peccata, excepto exercitio excedẽtiũ regulã & trãsitu ad arctiorẽ religionẽ vel statum. Quæ quia semper intelligũtur excepta, ideo absolutè verificatur quod Religiosus est subdit⁹ Prælato in omnib⁹ operationib⁹ suis. Vñ facile patet ratio, quare nullũ Religiosi votũ ṗprie, s. respectu boni supererogationis, operationis, vel omissionis est firmũ, quia, s. est subditus Prælato quo ad hæc secũdum regulã. Quia est subditus ei in omnibus suis operationibus & omissionibus quæ sunt aut possunt esse oportunæ ad regulam, & ad ea quæ regulæ sunt. Et propterea licet religiosus non subsit prælato in omnibus absolutè: quia tamen est subditus ei in omnibus suis, quę sunt vel esse possunt opportuna secundum regulam, ideo bene infertur quòd est ei subditus in omnibus suis operationibus & omissionibus supererogationis reductiuè saltem ad regulam, & ea quæ sunt regulæ. Et propterea nullum illius votum de huiusmodi est firmum, vt pote factum de eo quod est in potestate alterius directè vel reductiuè. Quod magis respondendo sigillatim singulis dubiis patet.

¶ Vnde ad primum dubium de voto eorum quæ sunt statuta in regula dicitur, quod tale votum est votum supererogationis, quando fit de his, quæ sunt dispensabilia à Prælato, quia est de his quæ sunt Religioso ex dispensatione licita, & ad quorum opposita potest cogi à Prælato dispensante cum eo. Quoniam, vt dictum est, horum opposita sunt quandoque opportuna ad ea, quæ religionis sunt, propter quod prælatis commissa est autoritas dispensandi. Nec hoc est præcipere contra aut præter regulam: sed secundum regulam, quoniam secundum regulam habet potestatem dispensatiuam. Et constat ꝙ dispensatione facta regula non obligat. Vnde nihil contra aut pręter eam agitur, sed secundum eam præcipit actum opportunum ad ea quæ regulæ sunt. Quo fit vt huiusmodi vota dupliciter derogent potestati Prælati. Primo, quo ad qualitatem actus, quia prælatus potest facere dispensando de actu illicito licitum huic suo subdito. Et si votum subditi esset validum, quantumcunque Prælatus faceret licitum, esset illicitum huic qui vouit. Secundo, quo ad exercitationem seu omissionem, quia Prælatus potest dispensando præcipere subdito suo oppositum illius inhibiti seu mandati. Et si votum esset validum, non posset hoc præcipere. Et si bene prospexeris, horum inconuenientium causa est vsurpatio dominii suarum operationum. Nam firmitas talium votorum ex sola voluntate subditi dominiũ præsupponit in subdito, vt possit super tales operationes & quo ad qualitatẽ reddendo sibi eas illicitas lege ṗprij voti, & quo ad exercitationẽ obligãdo se ad illa omittẽda aut exequẽda, & dicat Prælatus quicquid vult. Nõ sunt ergo firma talia vota sine consensu prælati. Nec obstat ꝙ Prælatus non possit hæc facere licita, aut præcipere nisi dispensando. Quoniam potestas dispensatiua & factiua de illicito licitũ & præceptiua omniũ reductiuè opportunorũ ad ea quæ sunt regulæ, est potestas Prælati ordinaria, contra quã constat omne votũ subditi esse infirmũ. Ad secundũ verò dubiũ de voto vitãdi ea, quæ sunt peccata venialia, vt non dicere verbũ otiosũ, & huiusmodi, dicitur quod huiusmodi vota religiosorũ sunt firma non min⁹ quàm si à secularib⁹ fierẽt. (Art. 7. huius q.) Quia non sunt de his, quę subsunt potestati Prælatorũ directè vel reductiue, quo ad qualitatẽ aut exercitationẽ, vt patet. (Art. 7. huius q.) Vnde huiusmodi vota non põt Prælatus irritare, sed potest ea cõmutare in persona Dei. Et quãdoque sunt adeo indiscreta vt mereretur puniri vouẽs, pro eo quod tãto se exponit periculo peccãdi mortaliter. Nec Autor nec iura de huiusmodi votis loquuntur, (Art. præ.) cũ de votis Religiosorũ loquũtur, quia nõ sunt de bono superogationis. ¶ Ad tertium demũ dubiũ dicitur, quod vota de his, quę necessaria sũt ad salutẽ à quocunque fiant, vera vota sunt & firma, qñ in his nullus Prælato subest. Nec oportuit hæc excipi, quia (vt dictum est) non habent propriã voti materiam, ratione cuius subditi non possunt vouere sine volũtate superioris.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum pueri possint voto se obligare ad religionis ingressum.

Infra q. 189. ar. 5. cor Et 4. dis. 27. q. 2. artic. 3. cor. Et di. 38. q. 1. ar. 1. q. 3. & opusc. 17. c. 12. & c. 13. ad 10.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd pueri nõ possint voto se obligare ad religionis ingressũ. Cùm enim ad votum requiratur animi deliberatio, non competit vouere nisi illis qui habent vsum rationis. Sed hoc deficit in pueris, sicut & in amẽtibus vel furiosis. Sicut ergo amentes & furiosi non possunt se ad aliquid voto astringere, ita etiam nec pueri (vt videtur) possunt se voto obligare religioni.

¶ 2 Præterea, illud quod ritè potest ab aliquo fieri, nõ potest ab aliquo irritari. Sed votum religionis à puero vel puella factum ante annos pubertatis, potest à parẽtib⁹ reuocari, vel à tutore, vt habetur 20. quęst. 2. canone, Puella. Ergo videtur qđ puer vel puella ante quatuordecim annos non possit ritè vouere.

¶ 3 Præterea, Religionem intrantibus annus probationis conceditur secundum regulã beati Benedicti, & secundũ statutũ Innocẽtij quarti, *ad hoc ꝙ ṗbatio obligationẽ voti pręcedat. Ergo illicitũ videtur esse, quod pueri voto obligentur ad religionẽ ante probationis annum. (17. q. 2. c. Cõsaldus ex Alexandro.)

¶ SED CONTRA. Id quod non est rite factum, non est validum, ẽt si à nullo reuocet. Sed votum ante annos pubertatis emissum, validum est, si infrà annum à parẽtib⁹ non reuocetur, vt habetur vigesima quæst. 2. cano. Puella. Ergo licite & ritè possunt pueri voto obligari ad religionem etiam ante annos pubertatis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex supradictis patet, *duplex est votum, s. simplex & solenne. Et quia solennitas voti in quadam spirituali benedictione & consecratione consistit (vt dictũ est*) quæ fit per ministeriũ Ecclesię: ideo solemnizatio voti sub dispẽsatione Ecclesię cadit. Votum autẽ simplex efficaciã habet ex deliberatione animi, qua q̃s se obligare intẽdit. Quòd autẽ talis obligatio robur nõ habeat, dupliciter potest contigere. Vno quidẽ modo ṗpter defectum rationis, sicut patet in furiosis & in amentibus, qui se voto non possunt obligare ad aliquid, dum sunt in furia vel amentia. Alio modo, quia ille qui vouet, est alterius potestati subiectus, vt suprà dictum est.* Et ista duo cõcurrũt in pueris ante annos pubertatis: quia & patiũtur rõnis defectũ, vt in pluribus, & sunt materialiter sub cura parentum vel tuto-

¶ Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulum nonum.

IN artic. 9. eiusdem 88. q. notanda sunt primo tria, deinde dubia sunt mouẽda. Nota ergo primo differentiã originis respectu efficacię in voto simplici vel solenni. Nã voti simplicis efficacia ex deliberatione animi est, qua quis intendit se obligare, ꝙ promittendo Deo fit, vt dictũ est. Voti aũt solennis efficacia oritur ex statuto Ecclesiæ, siue hoc fiat media consecratione aut benedictione, vt de facto fieri Autor interpretatur, siue fiat sine benedictione & consecratione, vt prædeclaratũ est. Et ex hoc sequitur, quòd ante factum Ecclesia habet maiorem potestatem supra votũ solẽne quàm supra simplex, qñ statuta Ecclesiæ sunt in eius potestate. Singulorũ autẽ animi interiores mot⁹, in quibus perficitur votũ simplex, non ita subsunt Ecclesiæ, vt patet. Et ex hac differentia sequitur secundo notãdũ, ꝙ s. Ecclesia potest ante factum, votum solenne irritum facere, si fiat, vt patet ex litera dicente, ꝙ quantumcunque aliquis sit doli capax, non potest obligari voto solenni religionis ṗpter Ecclesiæ statutum. Ex hoc ergo quòd Ecclesia sic statuit, inhabiles sunt impuberes ad votum solẽne religionis, & quia plus est inhabilitare omnes huiusmodi impuberes quàm habilitare aliquẽ vnum puberẽ, ideo sicut potest ꝓhibere omnes impuberes doli capaces, qui secundum naturæ ius possent solenniter profiteri, ita potest prohibere ne aliquis, puta Petrus, profiteatur, irritum & inane decernendo si secus factum fuerit. Et ratio iam dicta est superius. Et bene aduerte, quod non loquimur de quocunque voto solenni, sed religionis tantum. Nam secus est de voto solenni continentiæ. Tale nanque votum, si impubes est doli capax, suscipiendo sacrum ordinem emittit. ¶ Tertiò notandum est, quod Autor est malè intellectus in illis verbis. Si vero ante pubertatis annos attigit vsum rationis, potest, quantum in ipso est, se obligare. Interpretati nanq; sunt ꝙ de omni voto, ẽt religionis loquatur, & impugnarunt. Cùm tamẽ clarè constet, quod loquitur de voto distincto contra votum religionis, vt patet per sequẽtia, s. Quãtumcunque autẽ sit doli capax, ante annos pubertatis, non potest se obligare voto solẽni religionis. Et scito ꝙ votum solenne religionis, quod non valet pro solẽni, ṗpter defectum ætatis non remanet habẽs vim voti simplicis, declarãte seu statuẽte hoc Ecclesia, extra. de regula. capit. 16. qui, in sexto. vbi dicitur ꝙ professus ante completum annum quartum decimum potest libere redire ad seculum. Quod non diceret Ecclesia, si talis, quãtum in ipso est, teneretur ad religionẽ aut continẽtiã. ¶ Occurrit autẽ primo dubium circa illud (Nec tamen propter hoc, s. ꝙ ĩpuberes sunt doli capaces, in aliquo eximuntur à cura parentum.) Videtur nãque ꝙ hoc sit falsum, qñ ĩpubes si malitia supplet ætatẽ, potest contrahere verum matrimonium, vt patet extra, de desponsatione impuberum. Et si potest contrahere, ac per hoc dare potestatẽ sui corporis alteri homini inuitis parentib⁹: ergo ante annos pubertatis eximitur à potestate parentũ, cui⁹ oppositum dicitur in litera. Et rursus si põt corpus suum dare inuitis parentibus homini, ergo Deo, cùm non debeat esse magis liber ad dandum alteri homini (si iusta est ecclesiastica lex) quàm Deo. Et confirmatur, q̃a Ecclesia videtur hoc approbare, vt patet vigesima quæstione prima, canone Firma. Vbi professio virginitatis & nuptiæ æquiparantur quo ad tempus. ¶ Ad hoc dicitur primo, quod aliud est impuberẽ esse doli capacem, & aliud eum esse talem, vt malitia in eo suppleat ætatem respectu matrimonij, quoniam primũ importat soli⁹ animę dispositionem, quod scilicet habet vsum rationis liberum. Secundum autem importat animæ & corporis simul dispositionem: quoniam tunc malitia dicitur in proposito supplere ætatem, &

Universidad de Deusto Biblioteca

quod & vsum rationis habet, & corpus potens ad generandum. Alioquin malitia non suppleret ætatem facientem corpus potens ad generandum, nec posset corpus suum facere alterius de præsenti ad generationis actum, quod facit contrahens matrimonium de præsenti, propter quod dicitur de præsenti, aliter esset promissio corporis potius, quàm donatio. Autor autem non loquitur hic in casu quo à iure dicitur, quod malitia supplet ætatem ante annos communis pubertatis, sed in casu quo est doli capax, & malitia supplere diceretur ætatem quo ad actum interiorem voti, & ideo obiectio non est contra Autorem. Sed quid dicendum est ad obiectionem subiunctam, scilicet quòd ante annos pubertatis, si malitia supplet ætatem, potest quis corpus suum inuitis parentibus dare homini, ergo Deo? Dicendum est, quod cùm ista ex positiuo iure pendeant, oportet veram doctrinam iuri conformari, & dicere quod vtique verum est, quod quando malitia supplet ætatem, imo etiam ante, si sit doli capax, potest puer dare corpus tam Deo quàm homini. Sed non potest dare tali modo, scilicet per solenne votum religionis, Ecclesia sic statuente. Cum quo stat, quòd possit illud dare, quia *In corp. art.* potest alio modo illud dare Deo, scilicet per votum solenne continentiæ suscipiendo ordinem sacrum. Quia Ecclesia acceptat tale *ar.8.&9.* votum esse solenne, in tali puero doli capace, quod patet ex eo quod Ecclesia exigit à tali, quod se in sacro ordine, quem sponte suscepit, recognoscat. Et con*4.dist.38. q.1.ar.4. q°.1.cor. & ad 2. & q°.2.* stat, quod vult ordini sacro inseparabiliter annexum esse votum continentiæ in Ecclesia occidentali. Et si instetur, ergo doli capax puer potest inuitis parentibus facere votum solenne continentiæ, & se eximere à potestate parentum: respondendum est, quòd id quod est inconueniens absolutè, potest per accidens fieri non inconueniens. Et sic est in proposito, quoniam totum hoc est ratione ordinis sacri, & non ratione propriæ potestatis pueri. Exemptio nam*art 3.huius q.*que & votum consequuntur ordinem sacrum in proposito, Autor verò & doctores loquuntur absolutè.

¶ Ad confirmationem autem dicitur, quod ponderanda sunt verba Canonis, quoniam ibi expresse de ætate est sermo, & non de malitia supplente ætatem. Quare autem Canonicum ius in matrimonio & voto solemni continentiæ ordinis sacri, malitiam vel vsum rationis supplere admisit ætatem, & non in voto solenni religionis, ratio duplex esse potuit. *1 2.q.79. artic. 4.* Prima, propter mortem ciuilem, quæ in professione religionis interuenit, quę ardua valde mutatio est, quę in aliis non inuenitur. Secunda, propter sacramenta ecclesiastica in illis interuenientia, scilicet ordinis & matrimonij. In professione nanque religionis nullum interuenit sacramentum.

rum, qui sunt eis loco parentum. Et ideo eorum vota ex duplici causa robur non habent. Contingit tamē propter naturæ dispositionem, quæ legibus humanis nō subditur, in aliquibus, licet paucis, accelerari rationis vsum, qui ob hoc dicūtur doli capaces. Nec tamen propter hoc in aliquo eximuntur à cura parentum, quę subiacet legi humanæ respicienti ad id, quod frequentius accidit. Est ergo dicēdum, quòd si puer vel puella ante pubertatis annos nondum habeat vsum rationis, nullo modo potest ad aliquid se voto obligare. Si vero antè pubertatis annos attingit vsum rationis, potest quidem, quātum in ipso est, se obligare: sed votū eius potest irritari per parentes, quorum curæ remanet adhuc subiectus. Quantūcunque tamen sit doli capax ante annos pubertatis, non potest obligari voto solenni religionis ꝓpter Ecclesię statutū, quod respicit id quod in plurib. accidit. Post annos autem pubertatis possūt iam se voto religionis obligare vel simplici vel solenni absque voluntate parentum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit de pueris, qui nōdum attigerunt vsum rationis, quorum vota sunt inualida, vt dictum est*.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ vota eorum qui sunt in potestate aliorum, habent cōditionem implicitam, scilicet, si non reuocentur à superiori, ex qua licita redduntur & valida, si cōditio extat, vt dictū ē*.

¶ Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit de voto solenni, quod fit per professionem.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum posit in voto dispensari.

AD DECIMVM sic ꝓceditur. Videtur quòd in voto dispensari non posit. Minus enim est cōmutari votum quàm in eo dispensari. Sed votū nō pōt cōmutari. Dicitur enim Leuit. vigesimo septimo. Animal, qđ immolari pōt Domino, si quis vouerit, sanctū erit, & mutari nō poterit, nec meli⁹ malo, nec pei⁹ bono. ergo multo min⁹ pōt dispēsari ī voto.

¶2 Præterea, In his, quæ sūt de lege naturæ, & in præceptis diuinis, nō pōt per hominē dispēsari, & præcipue in preceptis primæ tabulæ, quæ ordinātur directè ad dilectionē Dei, quæ est vltim⁹ præceptorū finis. Sed implere votū est de lege naturæ, & est etiam præceptū legis diuinę, vt ex supradictis patet. * Et pertinet ad præcepta primæ tabulæ, cùm sit actus latriæ. Ergo in voto dispensari non potest.

¶3 Preterea, Obligatio voti fundatur super fidelitatem quam homo debet Deo, vt dictum est.* Sed in hac nullus potest dispensare. Ergo nec in voto.

¶SED CONTRA. Maioris firmitatis esse videtur, quod procedit ex cōmuni volūtate, quàm quod procedit ex singulari volūtate alicui⁹ personæ. Sed in lege, quæ habet robur ex cōi volūtate, pōt per hominē dispensari. Ergo videtur ꝙ etiā in voto per hominē dispēsari posit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd dispēsatio voti intelligenda est ad modū dispēsationis quæ fit in obseruātia alicuius legis, qa, vt suprà dictū est*, lex ponitur respiciēdo ad id quod est vt in pluribus bonū. Sed quia contingit huiusmodi in aliquo casu nō esse bonū: oportuit per aliquē determinari in illo particulari casu legem non esse seruādā. Et hoc ꝓpriè est dispensare in lege. Nam dispēsatio videtur importare quandam cōmēsuratam distributionem vel applicationē communis alicuius ad ea, quæ sub ipso cōtinentur, per quē modū dicitur aliquis dispensare cibum familię. Similiter aūt ille qui vouet, quodāmodo sibi statuit legē, obligans se ad aliquid, quod est secūdū se, & vt in pluribus bonum. Potest tamē cōtingere, ꝙ in aliquo casu sit vel simpliciter malū, vel inutile, vel maioris boni impeditiuum, quod est cōtra rationē eius, qđ cadit sub voto, vt ex prædictis patet*. Et ideo necesse est quod determinet' in tali casu votum non esse seruādū. Et si quidē absolutè determinetur aliquod votū nō esse seruādū, dicitur esse dispēsatio voti. Si autem pro hoc, quod seruandū erat, aliquid aliud imponatur, dicitur cōmutatio voti. Vnde minus est votum cōmutare quàm in voto dispēsare. Vtrūque tamen in potestate Ecclesiæ consistit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ animal, qđ immolari poterat, ex hoc ipso quod vouebatur, sāctū reputabat', quasi diuino cultui mancipatū. Et hæc erat rō, quare nō poterat cōmutari, sicut nec mō posset aliquis rē, quā nouit iā consecratā (puta calicē vel domū) cōmutare in meli⁹ vel in peius. Animal aūt, qđ non poterat sanctificari, quia non erat immolatiuū, redimi poterat & debebat, sicut ibidē lex dicit. Et ita etiā nunc commutari possunt vota, si consecratio non interueniat.

¶ Ad secundum dicēdū, quod sicut ex iure naturali & præcepto diuino tenet' homo implere votum, ita etiam tenetur ex eisdem obedire Superiorum legi vel mādato. Et tamen cū dispensatur in aliqua lege humana, non fit vt legi humanę non obediatur, quod est contra legē naturæ & mandatum diuinū, sed fit vt hoc quod erat lex, non sit lex in hoc casu. Ita etiam autoritate Superioris dispensantis fit, vt hoc ꝙ continebat' sub voto, nō cōtineat', inquātū determinatur ī hoc casu hoc nō esse cōgruā materiā voti. Et ideo cū Prelatus Ecclesiæ dispensat in voto, non dispensat in præcepto iuris naturalis vel diuini, sed determinat id quod cadebat sub obligatione deliberationis humanæ, quæ non potuit omnia circunspicere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad fidelitatem Deo debitam non pertinet quòd homo faciat id, quod ad vouēdū est malum vel īutile* vel maioris boni īpeditiuū, ad qđ tēdit voti dispēsatio. Et iō dispēsatio voti nō est cōtra fidelitatē Deo debitam. ** alias quod ad vitādum malū est inutile.*

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum in voto solenni continentiæ posit fieri dispensatio.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ in voto solēni continētię posit fieri dispēsatio. Vna em̄ ratio dispēsādi in voto est, si sit īpeditiuū melioris boni, sicut dictū est*. Sed votū continētiæ etiā si sit solēne, pōt esse īpeditiuū melioris boni. Nā bonū cōe est diuini⁹ q̄ bonū vni⁹: pōt aūt p cōtinētiā alicu-

¶ Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulum decimum.

IN articulo decimo eiusdem octuagesimę octauę quęstionis nota primò, quòd in litera tres causæ enumeratę pro ratione dispensandi in voto, se tenent omnes ex parte materię voti, vt patet applicando. *D. 918.* Esse namque malum vel inutile, vel maioris boni impeditiuum ad materiam voti spectat. Neque enim Autor omnes causas dispensandi complecti intendebat, quia non de his erat quæstio. Sed sat fuit ostendere, quòd dispensari potest in voto ex natura ipsius materiæ voti, quę potest reddi vel mala, vel inutilis, vel maioris boni impeditiua. *art.2.huius q.* Inferius autem in artic. vlt. huius quæstionis de causa dispensandi tractabimus.

¶ Nota secundò, quòd inter dispensationē propriè dictam, & commutationem voti, hoc interest, quòd dispensatio aufert voti materiam & vinculum. Quia decernitur absolutè non seruandum. Commutatio autem aufert à voto materiam & non vinculum. Nam remanet vinculū seu obligatio voti super alia materia cadens. Tenetur enim ex voto ad implere id, in quod commutatum est &, non ex præcepto, propriè loquēdo. Vnde nullum interuenit prçceptum in commutationibus votorum, sed habente potestatem commutandi commutante, concurrit sola passiua acceptatio eius qui vouit. Et sic facta est cōmutatio. Et hoc rationi consonat, vt etiam in exequendo commutatū actus latriæ inueniatur, sicut inueniebatur in exequendo promissum.

¶ Nota tertiò, quòd licet veteris Legis ratio in responsione ad primū data optima videatur, vt pote super litera fundata, quæ vocat huiusmodi animal consecratum Domino: tamen quia lex illa non est moralis sed cæremonialis, hodie non ligat. Non desunt tamen dicentes quòd lex illa non vetat mutabilitatem animalis omnino, sed ex potestate vouētis illud Ita ꝙ non licebat vouenti illud mutare in meli⁹, licuisset tamen Sacerdotis autoritate hoc facere. Primum tñ consonat literæ statuenti alias mutationes mediis Sacerdotibus agendas, & istā absolutè prohibenti. *Infra q°. 186. arti. 8.ad 3.*

¶ Super quæstionis octuagesimæ tertiæ articulum vndecimum.

IN arti.11. eiudē quęst. octuagesimæ octauę declaranda est litera quantum **ar.prec.*

quantū ac tria. Primū est, ꝙ opinio ista de indispensabilitate voti solennis religionis, non est Autoris absolutè. sed cum duabus limitationibus quæ habentur in litera. Prima limitatio est, quia Decre. extrà de sta. mona. c. Cum ad monasterium, sentit hoc. Inchoat enim sic Autor. Sed quia Decretalis inducta expresè dicit, ꝙ nec summus Ponti. pōt cōtra custodiā castitatis monacho licentiam dare: ideo &c. Secunda limitatio est ꝙ opinatiuè Autor hoc sentit. Vnde statim subdit, Ideo aliter videtur dicendum. Est igitur ista non sentētia, sed opinio Autoris, quatenus ex Decretali dependet. Et quoniam eiusdem est interpretari Canonem, cuius est cōdere illum: si Autor vidisset summū Ponti. declarasse, ꝙ Decretalis illa intelligitur, stāte monachatu, proculdubio non suscepisset onus huius opinionis ad defensionē illius Decretalis nō interpretatæ. Videtur aūt pluries à Romano Pontif. interpretata Decretalis illa, vt diximus, dum dispēsauit cū multis Religiosis, vt Cōtraherent matrimoniū, vt de rege Aragonum, Petrus de Palude in 58. dist. 4. refert Et de Constantia filia Rogerij regis vxoreque Hērici sexti, quæ erat sāctimonialis in Panormo, & iam quinquagenaria, vt historiæ tradunt, dispensata à Papa Cęlestino tertio, quæ genuit ex tali coniugio Fridericum secundum: Secundum est ꝙ non intendit Autor, ꝙ sicut consecratio ordinis imprimit characterē *Lib.3.ar. 26.cap.6.* indelebilem, ita benedictio spiritualis, qua monachus benedicitur, imprimit aliquā spiritualē formam indelebilem in Religioso. Nec etiā intēdit, quod postquā benedictus est, non pōt facere Papa quod non fuerit benedictus. hoc enī nec diuinę subiicit' potestati, iuxta Agatonis dictum Ethic. 6. quia est impossibile quod fuit postquā *D.1081.* fuit, non fuisse. Sed intēdit, quod sicut res quæ benedicitur, vt sit sacra, *In 1.arg.* quamdiu viuit seu est in esse suo, perseuerat sacra: vt patet de calice, corporali, paramentis, &c. ita hō qui bñdicit', vt sit Religiosus, q̄diu viuit, perseuerat Religiosus. Et sic sicut non pōt humana autoritate fieri vt sit res illa non sacra: ita non pōt fieri, vt homo iste sit nō religiosus. ¶ Iste est planus sensus literæ, secundū quē non oportet fingere aliquam formā indelebilē in Religioso sicut nec in paramētis sacerdotalib⁹, & aliis huiusmodi. Tertiū est ꝙ licet Ecclesia possit aliter solēnizare vota q̄ per sacrū ordinē & religionis statū: qa tñ de facto non nisi mediātibus his vota solēnizari statuit, ideo votū continētiæ per sacri ordinis susceptionē solēnizari dicitur ad gradū sacri ordinis. Et similiter vota religionis ad statū religionis, tanquā finis, atq; ratio solennizationis illius, sit gradus ordinis sacri, & istorū status religiosus. Et ꝓpterea Autor ex connexione ad huiusmodi fines, dispensari vel non dispensari posse, deducit in litera votum solenne continentiæ. Hæc quo ad expositionem literæ.

¶ Circa rationē in litera redditā, quare votū solēne religionis sit indispēsabile, dubiū occurrit quātū valeat. Male enī de conclusione iudiciū fit indiscussa ratione illius. Quidā nāq; dicūt ꝙ ratio inefficax est. Tū qa sacra possūt deordinari à Papa ab eo, ad ꝙ p cōsecrationē dedicata sūt: vt si Papa preciperet ꝙ null⁹ cōsecraret in tali calice. Tū qa datoꝙ sacra nō possintnō ꝑseuerare sacra, possūt tñ desinere esse obligata ab eo, ad id ꝙ ex solo Ecclesię statuto sūt obligata. Sic aūt est in ꝓposito: qa votū Religiosi obligare ad continētiā, sic quod matrimonium contractum post non valeat, ex solo Ecclesiæ statuto est.

¶ Sed neutrum horum satisfacit, non rationi primum, quia aliud est inhibire vsum calicis, aliud est execrati illum. Religiosus' autem si fiat secularis, execratur: quia iam non est Religiosus: sicut calix execraretur, si posset fieri calix indifferens ad omnem potationem. Nec secundum, quia religiositati de qua loquimur, non inest ex Ecclesiæ statuto inhabilitas ad matrimonium, vt in litera probatur, & etiam isti fatentur. Vnde si homo Religiosus perseuerat Religiosus, inhabilis est ad matrimonium, non ex statuto, sed ex natura: ita quod oppositum implicat contradictoria, Oportet ergo aut religiositatē cessare, aut inhabilitatem manere.

¶ Aliter igitur alii, quos alibi sum in hoc sequutus, soluunt, dicentes quod sacra, etsi non possint passim ad alios trās ferri vsus, possunt tamen transferri ad alios vsus in articulo necessitatis, vt panes propositionis translati sunt ad vsum Dauid, & suorum, propter articulum necessitatis, vt dominus exposuit. Ac per hoc ratio ista non concludit indispensabilitatem in articulo necessitatis. Potest nanq; qui benedictus est, vt sit *Argu.1.* Religiosus, in necessitatis articulo ad vsum matrimonij transferri autoritate Ecclesiæ: quamuis matrimonium repugnet religiositati absolutè. Sed huic exceptio- *Ar.prec. arg.1.* ni obstaret, si verum esse constaret quod de Matthæo Apostolo dicitur, quòd potius mortem elegit, quàm dispensare cū Ephigenia virgine Deo dicata, quòd contraheret matrimonium cum Rege promittente conuersionem dimidij regni ad fidem, si ipsa sibi matrimonio copularetur.

¶ Verum, quia hoc non inuenio pro authentico recipi in Ecclesia, & aliter potest rationis huius efficacia discuti, atque veritas videri: idcirco alia gradiendum est via. *Art.7. huius q. D.799.* Principiū huius euidentiæ hinc sumendum est. Benedictionum duplex est genus. Nam quę dam sunt inuocatiuæ & quædam constitutiuæ. Benedictiones constitutiuas voco omnes, quibus ea quæ benedicuntur constituuntur in esse sacro: & tales sunt omnes benedictiones vestiū sacerdotalium. Benedictiones verò inuocatiuas appello eas, quibus ea quæ benedicuntur nō propterea sunt sacra, vt sunt benedictiones mensæ, & domus & nauis &c. Ad discernendū autem has benedictiones ab illis, non ducit diuersitas verborum, vt patet ex hoc quòd in vestium sacerdotalium benedictione Ecclesia vtitur consecrationis nomine, & in Corporaliū benedictione non. Et tamen constat corporale sacratius esse vestibus, quia ad vsum magis sacrum benedicitur, scilicet continentiā Christi corporis immediatè. Nec ducit diuersitas modi bene dicendi, scilicet imperatiuè, enunciatiuè, aut deprecatiuè: quoniā constat benedictiones vtrasq; fieri deprecatiuè, vt patet in pōtificali, & ordinario Rom. Ecclesiæ. Nec ducit diuersitas ministrorū, puta Episcopi aut sacerdotis, vt patet de benedictione constitutiua aquæ sanctæ à sacerdote facta. Innotescit tamen quandoque huiusmodi differentia ex ministri cōmunitate. Quoniā benedictio, quæ passim communis est ēt ministerio mulierū non est constitutiua. Sicut est benedictio quæ datur in completorio, & benedictio vestiū in ꝓfessione. Vñ illæ vestes non sūt magis benedictæ q̄ cib⁹ qui in mēsa benedicitur. Sed ad hāc discretionē vniuersaliter ducere vr̄ restrictio vs⁹ ex vi bñdictionis, hoc est, quòd ex hoc ꝙ hoc est benedictū, non est āpli⁹ habile licite, ēt si alienet', nisi ad talē vsū ꝓculdubio spiritualē. Cū eni vnūquodq; sit ꝓpter suū op⁹, vt dicit' in primo Cæli, consequēs est ꝙ res constituta p bñdictionem in nouo esse, ad correspondētē vsū tali esse determinetur. Et hoc modo corpo-

ius impediri bonū totius multitudinis, puta quando per contractum matrimonium aliquarum personarum, quæ continentiam vouerunt, posset pax patrię procurari. Ergo videtur quod etiā in solenni voto continentiæ posit dispensari.

¶2 Præterea, Latria est nobilior virtus quàm castitas. Sed si quis vouerit aliquē actum latrię, puta offerre Deo sacrificiū, potest in illo voto dispensari. ergo multo magis potest dispensari in voto continentiæ, quod est de actu castitatis.

¶3 Præterea, Sicut votum abstinentię obseruatum potest vergere in periculum personæ: ita etiam obseruatio voti continentiæ. Sed in voto abstinentiæ, si vergat in corporale periculum vouentis, potest fieri dispensatio. ergo pari ratione in voto continentiæ potest dispensari.

¶4 Præterea, Sicut sub professione religionis ex qua votum solennizatur, continetur votum continentiæ, ita etiam votum paupertatis & obedientiæ. Sed in voto paupertatis, & obedientiæ potest dispensari, sicut patet in illis, qui post professionem ad episcopatum assumuntur. ergo videtur quòd in solenni voto continentiæ posit dispensari.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Eccles. 26. Omnis ponderatio non est digna animæ continentis.

¶ Præterea, Extra, de statu mona. in fi. illius Decretalis*, Cùm ad monasteriū: dicitur, Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeo annexa est regulæ monachali, vt contra eā summus Pontifex posit indulgere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in solenni voto continentiæ tria possunt considerari. Primo quidem, materia voti, scilicet ipsa continentia. Secundo, perpetuitas voti, scilicet cùm aliquis voto se astringit ad perpetuam obseruantiam continentiæ. Tertio, ipsa solennitas voti. Dicunt ergo quidam, ꝙ votū solenne est d indispensabile ratione ipsius continentiæ, quæ non recipit condignam recompēsationem, vt patet ex autoritate* inducta. Cuius rationē quidam asignāt, quia per cōtinētiā homo triūphat de domestico inimico, vel quia per cōtinentiā homo perfectè conformatur Christo secundū puritatē animæ & corporis. Sed hoc nō videtur efficaciter dici, quia bona animæ, vt pote contēplatio & oratio, sunt multo meliora bonis corporis, & magis nos Deo cōformāt. Et tñ pōt dispēsari in voto orationis vel cōtēplationis. Vnde nō vr̄ esse rō, quare non posit dispēsari in voto cōtinētiæ, si respiciatur absolutè ad ipsam continētiæ dignitatē: præsertim cū Apostolus 1. ad Cor. 7. ad cōtinētiā inducat propter contemplationē dicēs, ꝙ mulier innupta cogitat quæ Dei sunt. Finis autem potior est iis quæ sunt ad finem. Et ideo alij rationem huius assignant ex perpetuitate & vniuersalitate huius voti. Dicunt enim quod votū continentiæ non potest pręteriri, nisi per id, quod est omnino cōtrariū: qđ nunquā licet in aliquo voto. Sed hoc est manifestè falsum, qa sicut vti carnali copula est cōtinentię cōtrarium, ita comedere carnes vel bibere vinū, est contrarium abstinentiæ à talibus: & tamen in huiusmodi votis potest dispēsari. Et ideo aliis videtur, quod in voto solenni continentiæ posit dispensari propter aliquā communē vtilitatem, seu necessitatē, vt patet in exemplo prēmisso* de pacificatione terrarū ex aliquo mr̄imonio cōtrahendo. Sed qa Decretalis inducta expresè dicit, ꝙ nec sūm⁹ Pontifex potest contra custodiā castitatis monacho licētiam dare: ideo aliter videtur dicendum, ꝙ sicut suprà dictū est,* & habetur Leuit. vlt. illud quod semel sanctificatum est domino, nō pōt in alios vsus commutari. Non aūt pōt facere aliquis Ecclesiæ Prelat⁹, vt id, quod est sanctificatum, sanctificationē amittat, ēt in rebus inanimatis: puta quod calix cōsecrat⁹ desinat esse cōsecrat⁹, si maneat integer. Vnde multo min⁹ pōt hoc facere aliqs Prēlat⁹, vt hō Deo cōsecrat⁹, quādiu viuit, cōsecrat⁹ esse desistat. Solennitas aūt voti consistit in quadā consecratione seu benedictione vouētis, vt dictū est.* Et iō non pōt fieri p aliquem Prēlatū Ecclesię, ꝙ ille q votū d solenne emisit, desistat ab eo, ad qđ est consecrat⁹, puta, quòd ille q est sacerdos non sit sacerdos: licet posit Prælatus ob aliquā causam executionē ordinis inhibere. Et simili ratione Papa non pōt facere, ꝙ ille, qui est ꝓfess⁹ religionem, non sit religios⁹: licet quidā Iuristæ ignoranter contrariū dicant. Est ergo considerandum, vtrum cōtinentia sit essentialiter annexa ei, ad quod votū solemnizat': qa si non est ei essentialiter annexa, pōt manere sollennitas cōsecrationis siue debito continentiæ: quod nō potest contingere, si sit essentialiter annexū ei, ad quod votū solennizatur. Nō est autem essentialiter annexum debitū continentiæ ordini sacro, sed ex statuto Ecclesiæ. Vnde videtur ꝙ per Ecclesiā posit dispēsari in voto conscientię solēnizato per susceptionem sacri ordinis. Est aūt debitum cōtinētiæ essentiale statui religiōis, per quē homo abrenūtiat seculo,

Universidad de Deusto Biblioteca

totaliter Dei seruitio mãcipat⁹: quod nõ pôt simul stare cum matrimonio,in quo incũbit necessitas procurãdæ vxoris , & prolis,& familię, & rerũ quæ ad hoc requirũtur. Vñ Apostol⁹ dicit 2. ad Corinth. 7. q qui est cum vxore, solicitus est quæ sunt mũdi,quomodo placeat vxori,& diuisus est. Vñ nomẽ Monachi ab vnitate sumitur per oppositũ,dad diuisionẽ prædictã. Et ideo in voto solẽnizato per pfessionẽ religionis nõ potest per Ecclesiam dispensari , & rõnẽ assignat Decretalis, qa castitas est annexa regulæ monachali.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ,quòd periculis rerũ humanarũ est obuiandũ per res humanas,non autẽ per hoc quòd res diuinæ conuertantur in vsum humanum.Professi autem religionem,mortui sunt mundo , & viuunt Deo : vnde non sunt reuocandi ad vitam humanam occasione cuiuscunque euentus.

¶ Ad secundũ dicendũ,quod in voto tẽporalis continentiæ dispensari pôt,sicut & in voto tẽporalis orationis,vel tẽporalis abstinẽtiæ.Sed quod ĩ voto cõtinẽtiæ per professionẽ solẽnizato nõ possit dispensari , hoc non est inquantũ actus castitatis , sed inquantum incipit ad latriam pertinere per professionẽ religionis.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ, q cibus,directè ordinat̃ ad directionẽ personę:d & ideo abstinentia cibi directè pôt vergere in periculũ personæ,vñ ex hac ratione recipit votum abstinentiæ dispensationẽ.Sed coit⁹ nõ ordinatur directè ad cõseruationẽ psonę, sed ad cõseruationẽ speciei. Vnde nec directè abstinẽtia coitus p cõtinẽtiã vergit in periculũ psonæ.Sed si per accidẽs ex ea aliquod periculũ psonale accidat,pôt aliter subueniri,scilicet per abstinentiam vel alia corporalia remedia.

¶ Ad quartum dicendum,quod Religiosus qui fit Episcopus, sicut nõ absoluitur à voto continentiæ , ita nec à voto paupertatis,quia nihil debet habere tanquã propriũ:sed sicut dispẽsator cõmunium bonorũ Ecclesię.Similiter etiã non absoluitur à voto obediẽtiæ,sed per accidens obedire non tenetur, si Superiorem non habeat:sicut nec Abbas monasterij , qui tamen nõ est obedientię voto absolutus. Autoritas verò Ecclesiæ, quæ in contrariũ obiicitur , intelligenda est quantum ad hoc,quòd nec fœcunditas carnis , nec aliquod corporale bonum est comparandum bono continentiæ , quæ inter bona animæ computatur,vt August.dicit in libro de sancta Virginitate.* Vnde signanter dicitur animæ continentis ,non carnis continentis.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum ad commutationem vel dispensationem voti requiratur Prælati autoritas.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd ad cõmutationẽ vel dispensationẽ voti non requiratur Prælati autoritas.Aliquis enĩ pôt intrare religionem absq; autoritate alicui⁹ superioris Prælati.Sed per introitũ religionis absoluitur homo à votis in seculo factis,etiam à voto terræ sanctæ : ergo voti commutatio vel dispensatio potest esse absq; autoritate superioris Prælati.

¶ 2 Prętereа dispensatio voti in hoc consistere videtur,q determinat̃ in quo casu votũ nõ sit obseruandũ. Sed si Prælat⁹ male determinet,nõ videt̃ esse vouens absolutus à voto,qa nullus Prælatus po-

rale quod antè benedictionẽ erat habile,vt esset sudariorum,&c.ex benedictione constituitur habile tantum ad corporis dñi susceptionẽ,& sic de aliis. Et per oppositũ,domus seu nauis ad omnẽ vsum est habilis post bñdictionem ad quem erat habilis ante benedictionẽ.Et propterea benedictio horũ est solũ inuocatiua diuinæ assistẽtiæ ex sua gratia,ex memoria passionis , ex merito benedicentiũ de congruo. &c. Et bene nota quod dixi,ex vi benedictionis , quia si res quæ benedicitur, etiam sine benedictione ex alia causa deputata esset tali vsui spirituali , non haberet sanctitatẽ suã ex vi benedictionis, sed bene dictio cõcurreret ibi ad D.1108. bene esse. Et similiter benedictio,quæ,nisi aliter interueniret cõsecratio,non admitteretur q esset constitutiua, sed inuocatiua,quia nihil con- D.1090. stituitur in aliquo esse per id, sine quo haberet illud esse. Talis autẽ est benedictio,quę datur suscipientibus primam tonsurã in collecta prima. Nã sine tali benedictione esset nihilominus data & suscepta prima tonsura,& consequẽter esse ctus clericus, qui sic eã suscepisset. Ex quibus sequitur,quod benedictio qua monach⁹ bñdicitur, non est constitutiua ipsi⁹ in esse religioso.Quoniã si sola professione fit monachus, sine benedictione iã constitutus est in esse religioso,sed solũ D.1023. modo inuocatiua.In cui⁹ signũ in ordinario Ecclesiæ Rom.collecta illa in qua continet̃ benedictio monachi,nõ appellatur bñdictio ; sed oratio. Fit nanq; ibidẽ pluries distictio benedictionis ab oratione.Vnde ad rationẽ literæ diceretur quòd minor propositio, scilicet esse Religiosum, consistit in benedictiõe, sicut esse sacrum in calice,consistit in consecratione,cum reuerentia est falsa. Quoniam non ex vi benedictionis est quis Religiosus, sed benedictio,si qua quandoque fit,est inuocatiua tantum. Manifestatur autem sic esse ex hoc q multi Religiosi non benedicuntur,vt patet de ordine Prædicatorũ, & tamen constat eos esse nõ minus Religiosos,& voto solenni astrictos.Alioquin monachi dupliciter essent Religiosi , s. ex vi benedictionis, & ex vi professionis. Reliqui aũt vno tantũ modo essent Religiosi,quod adhuc non est auditũ. Et huic solutioni nihil ego video obstare autoritatẽ sacræ Scripturæ, aut naturã sacrorũ:Quin potius,si Ecclesiæ autoritati & ritui attendimus,videmus quod imperator qui vngitur,benedicitur & sanctificatur,non solum priuatur imperio,sicut Episcopus Episcopatu : sed sic priuatur,vt non remaneat Imperator, Episcopo tamen priuato remanente Episcopo.Quod si hæc potest Ecclesia in Imperatore vncto,benedicto & sanctificato , quanto magis pôt in monacho solum benedicto ? Testari enim videntur hæc,quòd omnes huiusmodi benedictiones,sanctificationes & vnctiones,solum inuocationes solennes sunt.Fateor tamen quòd si consecratio virginũ,vera consecratio aut constitutiua benedictio est,ita quod ex vi consecrationis sponsa Christi esset,non posset per Ecclesiam dispensari plus quàm cum calice consecrato.Nec dirimeretur matrimoniũ post contractum ex vi voti,sed ex vi consecrationis.Nec obstat hoc non esse computatum inter impedimenta dirimentia matrimonium : quoniam hoc ideo fuit , quia non consecrantur virgines nisi professæ aliquã religionẽ. Sed si de facto Episcopus consecraret voluntariam virginem:tunc si esset benedictio,vt dictũ est,credo quod Ecclesia iudicaret sequens matrimonium fore nullum ex vi consecrationis ab Ecclesia approbatæ. Et quoniam hoc non esset in potestate Ecclesiæ,sicut nec calicem execrari vinum.Et ideo fortè Matthæus Apostolus pati potius voluit,quamuis passionis eius possit alia reddi ratio,scilicet quia non expediebat in principio fidei per talem apparenter irreuerentiam diuinam,fidem propagari: quæ prædicatione , & signis propaganda erat,secundum Domini mandatum,Marci vltimo.

¶ Circa autoritatem Decretalis inductæ in litera ab Autore , dubium quoque occurrit , quantum valeat ad conclusionem inferendam.Super ea namque fundatur processus literæ,& tantæ autoritatis,vt repelli non possit.

¶ Ad hoc breuiter dicitur,q licet multipliciter exponi videatur,illa tamẽ expositio literalis est, q̃ ex ratione in litera reddita habetur. Cùm aũt in textu illo ratio indispensabilitatis in voto cõtinẽtiæ monachi reddat̃, quia annexa est custodia castitatis regulæ monachali,clarè consequens est,quòd de licentia seu dispẽsatione separare custodiã castitatis à regula monachali loquit̃.Ita q nihil aliud ex Decretalis illius hoc textu habetur, nisi quòd custodia castitatis est adeo annexa statui monachali,quod nec summus Pontif. pôt illam à tali statu separare. Quod gratis cõcedit̃. Cum hoc nanq; stat,quod summus Pontif. pôt vt statũ seu regulã monachalẽ cum omnibus sibi annexis separare ab isto homine,qui est monachus. Exemplum. Proprietas albi est esse disgregatiuũ visus.Estque adeo annexa hæc proprietas albo,vt non possit ab eo separari.Cum hoc tamẽ stat quod esse albũ cum omnibus proprietatibus suis possit separari à subiecto, quod est album. Et hoc est quod dicunt docentes, quòd Papa pôt dispẽsare in voto cõtinẽtiæ Religiosi,faciẽdo de monacho nõ monachũ.Nõ infertur igitur ex illa Decretali necessario indispensabilitas omnino voti continentię Religiosi,sed sic,s.stante monachatu. Consonat quoque hic sensus Autori illius,quoniam Innocentius 3. qui fecit illam Decretalẽ, successit immediatè Cælestino tertio , qui dispensauerat Constãtiã prędictã.Nec eũ latebãt gesta hæc nuperrimè in facie totius orbis, ab eo qui fecit ipsum Cardinalem,& vndiq; admiranda propter ętatẽ quinquagenariam & statum imperialẽ: & tanto plus,quãto matrimonium illud Romæ consummatum fuit.Nõ est enim rationabile , vt sic facta à prædecessore, damnare per hæc verba hanc damnationẽ nõ significãtia voluerit,ex quibus omnibus colligi potest, quòd nulla apparet ratio, quare votũ solẽne religionis non sit dispẽsabile per Ecclesiam in articulo necessitatis cõmunis.

Lib. de bono conn. cap 21. & de virg. c. 7. & 8.

Suprà artic.1.ad 3. Et 4.dist. 58.q.1. ad 4.& art.4.q.1. cor.

¶ In responsione ad tertium eiusdem vndecimi articuli aduerte, quod inter abstinentiã & continentiam hæc est differentia.Quod abstinentia in periculũ personæ non est actus virtutis.Et propterea si est notabile & manifeste tale periculũ, ipso iure votũ non ligat propter defectũ materię: quoniã rationabile debet esse abstinentiæ obsequium.Si autem est aliter,dispensandum, aut commutandum erit. Continentia vero etiã in periculum personæ est actus virtutis,& propterea votum perseuerat in suo robore.Et ratio huius differentiæ assignatur in litera. Quia comedere priuatum abstinentia, directè ordinatur ad salutem personæ. Coire autem priuatum continentia , directè ordinatur ad speciem , non ad personam. Quòd si per accidens vergat in periculũ personæ,prouideatur etiã per accidẽs,scilicet per abstinentiã superfluã,materiã indiuiduo subtrahentem,& alia accidentia.

¶ Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulum duodecimum.

IN articul. duodecimo eiusdem 88.quæst. dubiũ occurrit , an votũ possit in melius euidẽter cõmutari ab ipso vouente,absq; Prælati autoritate. Et est ratio dubij,diuersitas opinionum & iurium.Nam quidam tenent partem affirmatiuam:alij tenent partem negatiuam Ex capite quoque,Peruenit.clem. secundo,extra,de iureiurando , habetur pars affirmatiua , dum dicitur quòd non infringit propositum aut promissum , qui in melius illud commutat. Et idem confirmari videtur cap.Scripturæ.extra,de voto,& cap Licet, extra , de regu.Oppositum autem in cap. primo.extra,de voto habetur.

¶ Ad huius euidentiã sciendũ est, quod quemadmodũ promissio quæ fit homini,sit vt illi rẽ gratã exhibeamus:& propterea ex eius dependet gratia cõmutatio promissi.Nec est dubiũ,quod si constat gratius fore ei , cui promissum est aliquid aliud loco promissi,puta,vitul⁹ quàm aries,nõ est re⁹ violatæ fidei ille,qui promisit arietem,si exhibet vitulũ. Cuius etiã signũ est, quod recipiendo vitulũ, maiores gratias agit ille , cui promissus erat aries. Si autem in dubiũ vertitur,quod sit illi gratius, quamuis non sit dubium vitulum esse meliorẽ ariete, non pôt qui promisit commutare promissum sine voluntate eius cui promisit.Nã licet vitulus sit melior,nõ tamen est melior huic cui forte est minus gratus.Et in hoc sensu intelligendum est ius ciuile , volens quòd soluens melius non liberatur à debito, quãdo scilicet dubiũ est, an creditori illud melius sit magis gratum,ita in voto , quæ est promissio de meliori bono facta Deo,dicendũ est,quod qñ euidenter cõstat gratius esse Deo opus in quod commutatur , quàm id quod est promissum , nõ est reus fracti voti qui promissũ mutat in melius ac gratius Deo.Neque enim agrestis est Deus: aut ab alio quã à Deo hẽt homo rationẽ,qua homo factũ sibi satis putat , si loco promissi,melius & gratius sibi datum est. Cessat siquidẽ tũc ratio requirendi Superioris arbitriũ vice Dei: quoniã constat euidenter Deo hoc esse gratius. Et hoc est quod absque extorsione aliqua Decretalis, Peruenit.de iureiurando docet.Hoc est quod ex capit.Scripturæ.extra,de voto docemur.Nõ enim capit.illud cõdit ius nouũ,sed declarat veritatẽ ex natura rei existẽtẽ , scilicet quod propria autoritate quilibet pôt votũ temporalis obsequij in perpetuã religionis obseruantiam commutare.Cõstat nãque hoc esse longe melius & gratius Deo.Hoc est quod in capitulo,Licet. de regularib⁹,etiam declaratur. Nam neque ibi sit nouũ ius,sed quia licitũ fuit transire ad aliã arctiorem religionem propter meliorem vitã, non obstante voto solẽni prioris religionis, quo obligabatur non solũ Deo,sed Prælatis illius religionis , & erat ei ius acquisit

test dispensare contra præceptum diuinum de implendo voto , vt dictum est*. Similiter etiã si aliquis propria autoritate rectè determinet in quo casu votum non sit implendum , nõ videtur voto teneri : quia votum non obligat in casu in quo habet peiorem euentum, vt dictum est*. Ergo dispensatio voti non requirit autoritatem alicuius Prælati.

¶ 3 Præterea, Si dispensare in voto pertinet ad potestatem Prælatorum , pari ratione pertinet ad omnes.Sed non pertinet ad omnes dispensare in quolibet voto.Ergo non pertinet ad potestatem prę latorum dispensatio voti.

¶ SED CONTRA. Sicut lex obligat ad aliquid faciendũ,ita & votũ. Sed ad dispẽsandũ in pcepto legis requiritur Superioris autoritas,vt suprà dictũ est*. Ergo pari ratione ẽt in dispẽsatiõe vòti.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd sicut suprà dictũ est*,votũ est promissio Deo facta de aliquo , quod sit Deo acceptũ.Quid sit autẽ in aliqua promissione acceptũ ei cui promittitur , ex eius pendet arbitrio. Prælatus autẽ in Ecclesia gerit vicẽ Dei:& ideo in cõmutatione vel dispẽsatione votorũ, requiritur Prælati autoritas , quæ in persona Dei determinat quid sit Deo acceptũ , secundũ illud 2.ad Corin.2.Nã & ego qđ donaui, si qđ donaui , propter vos in persona Christi. Et signãter dicit pter vos,qa oĩs dispẽsatio petita à Prælato,debet fieri ad honorẽ Christi,in cuius persona dispensat: vel ad vtilitatẽ ecclesiæ,q̃ est eius corp⁹.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ,q omnia alia vota sunt quorũdã particulariũ operũ. Sed p religionẽ hõ totã vitã suam Dei obsequio deputat.Particulare aũt in vniuersali includit̃, & ideo Decretalis dicit, q reus voti fracti nõ habet̃ q tẽporale obsequiũ in ppetuã religionis obseruãtiam cõmutat.Nec tamẽ religionẽ ingrediẽs tenet̃ implere vota vel ieiuniorũ, vel orationũ,vel aliorũ huiusmodi, q̃ existẽs in seculo fecit:qa religionẽ ingrediẽs moritur priori vitæ. Et etiam singulares obseruãtiæ religioni nõ cõpetunt , & religionis onus satis hominem onerat,vt alia superaddere nõ oporteat.

¶ Ad secundum dicendum,q quidam dixerunt , q ideo Prælati possunt in votis pro libito dispensare : quia in quolibet voto includitur conditionaliter voluntas Prælati superioris , sicut suprà dictũ est* q in votis subditorũ,puta, serui vel filij,intelligitur cõditio,si placuerit patri vel domino , vel si non renitantur : & sic subditus absque omni remorsu conscientiæ,posset votũ prætermittere, quãdocunque sibi à Prælato diceretur. Sed

quisitum de persona illa:ideo Papa declarat illum non molestandum. Constat nanq; euidenter in illo casu melius & gratius esse Deo obsequiũ in meliori religione. Et propterea non requiritur autoritas Superioris cõmutantis sed solũ petitio licẽtiæ pro reuerẽtia,vt ibi dicitur. Ratio aũt quare pôt in tali casu quis præiudicare Prælatis & religioni priori est , quia non propter seipsos,sed propter Deum, Art.10. huius q. Prælato & religioni data est Religiosi persona. Propter hoc enim solius Dei ratio habetur in huiusmodi cõmutatione. Et quãuis textus iste sanè intelligatur ratione impedimenti,quia scilicet votũ laxioris religio- Art.10. huius q. nis, est in hoc casu impeditiuũ maioris boni:alij tamẽ textus allati nõ loquuntur magis de incõpossibili bono cum meliori, quã de cõpossibili cum eodẽ,sed solã commutationẽ in melius pẽsant, vt patet intuẽti : & propterea concludendũ est , quod cõmutatio in melius ac gratius Deo euidenter fieri potest in Art.10. & 1.2. q. 97.art.4. votis ex ipso naturæ iure,absque alia superioris autoritate.

¶ Et confirmatur hoc, Art.1 & 2. huius q. quoniam si quis vouisset alicui certæ Ecclesiæ offerre decem oues,& curam habentes illius Ecclesiæ non Prælati tamẽ vouentis, pro meliori & magis expedienti euidẽter Ecclesiæ peterent , vt daret eis:verbi gratia,cẽtũ aureos:quis adeo desiperet,vt diceret oportere adesse potestatẽ Prælati ad huiusmodi cõmutationẽ.Et confirmatur amplius hoc ex responsione ad primum in hoc articulo : vbi quamuis Autor in corpore determinauerit requiri potestatem Prælati in commutando, rationem reddit,quare non requiritur Prælati autoritas cum commutatur votum in religionem. Non quia canonicum hoc excipit , sed quia particulare includitur in vniuersali.Similis enim est ratio vbicunque euidenter in melius & gratius Deo commutatur:quoniam in meliori, & gratiori includitur bonũ & gratum. Quando vero non euidenter constat,quod melius & gratius Deo sit,ab ipso Deo,ac per hoc à gerente vices eius requirendum est,vt in litera dicitur,& in cap.1.extra.de voto.Et sic omnia iura consonant.

¶ In eodem articulo dubiũ occurrit circa causas dispensandi in votis,s.honorem Christi,vel vtilitatem Ecclesiæ:an altera sufficiat,sine quacunque necessitate ex parte habentis votum. Et est ratio dubij in hac litera,quia Autor in responsione ad secundum,dicens,Puta si Prælatus dispensaret cum aliquo in voto de ingressu religionis,nulla apparente causa obstante,insinuat quòd aliqua causa obstans ad impletionem voti,requiritur ad dispensationem.Oppositum tamen continue practicari videtur in commutationibus votorum. Ad solam enim voluntatem petentis commutationem fit commutatio.

¶ Ad euidentiam causę dispensandi,& commutandi vota,sciendum est quòd aliud est de dispensatione,aliud de cõmutatione iudiciũ. Nam quia dispensatio tollit ex integro votum,tam scilicet quo ad materiam,quàm quo ad vinculum,oportet causam obstantẽ exequutioni voti interuenire:ad hoc vt licitè decernatur totum nõ esse seruandum.Alioquin dissipatio est non dispensatio. Nec refert an causa obstãs sit ex natura , puta infirmitate,aut ex malitia hominũ excitata, vt si bellũ ciuile nõ posset sedari,nisi puella habens votum continentiæ nuberet,&c.Et hoc intendit Autor in litera ad secundum. Concurrente autem obstante causa quæ redderet exequutionem voti impeditiuam maioris boni,dispensatio ad honorem maiorem Christi proculdubio fieret:quia facere maius bonum est magis honorare Deum. Sed aduerte quòd debet esse bonum,quod est causa dispensandi maius non solum bono , quod erat materia voti , sed bono quod erat ipsum votum,quod est actus latriæ: quoniam vtrunque cessat,scilicet votum & materia.

¶ In commutatione autem votorũ,nec exigitur causa obstans executioni voti,nec exigitur quod bonũ,quod est causa cõmutandi,sit maius vtroque,s.voto & materia eius:quoniam votum remanet. Sed sufficit q sit maius bonum quàm bonum quod erat materia voti. Ita q ipsa maioritas boni in quod cõmutatur,est sufficiens causa cõmutationis. Et quidẽ quod nõ exigatur causa obstans & q maioritas boni sit sufficiens cõmutãdi causa,patet extra,de voto , ca. quod super his, vbi multorũ & inutiliũ ad pugnam vota pro subsidio terræ sanctæ,quãuis habiles sint ad eundum illuc,redimenda dicuntur. Quia melius est subuenire terræ sanctæ de pecuniis, quas consumerent in itinere, quàm illas in via cõsumere.In c.quoq; primo ibidẽ,omnes causæ personales resoluendæ dicuntur in hoc , an recompensatio sit melior , & Deo acceptior arbitrio præsidentis,quãdo causa cõmutandi solũ se tenet ex parte rei in quã sit cõmutatio. Quando vero aliqua necessitas impotẽtiæ vel incõmoditatis, vel scãdali inuitat ad cõmutandũ,tunc sufficit cõmutare in æquale:quoniam non pertinet ad infidelitatẽ dispẽsatoris,si debitori dño suo in æquale gratum eidẽ dño acceptãdo cõmutet ex causa.Quin etiã de rigore iuris , si sola causa miserẽdi seu condescendẽdi vouenti,quasi vt vice Dei sit gratus illi qui spõte Deo se se obligauit,æquè gratũ Deo acceptaret, contra fidem boni dispẽsatoris nõ faceret Prælatus,sicut nec dispẽsator alicuius dñi temporalis hoc faciendo,infidelitatis argueretur. Constat autẽ q æquale bonũ, est æquè gratũ Deo,Secus autẽ esset quãdo pro sola voluntate Prælati hoc fieret,non causa gratitudinis vice Dei. Hæc enim causa manifesta vouentibus prodest Ecclesiæ:quoniã est attractiua ad Deũ,& eius sapientes ac pios ministros. An autẽ tanta aut talis possit subesse causa,vt cõmutatio fiat licitè in minus,facile patet quod sic , miscẽdo cõmutationem dispensationi:ita quod partim sit dispẽsatio & partim cõmutatio , quãdo scilicet causa non est tanta, quod sufficiat ad dispensationẽ absolutè , est tamen tanta quod excusat à tãto, etsi non à toto.Sed stãdo infra limites purę cõmutationis,non potest fieri in minus:quoniã cõmutatio debet esse iusta.Non est autẽ cõmutatio sine ęqualitate rei ad rem,vt patet in 5.Ethic. Et propterea caueant sibi illi,q non habent potestatem aliã in votis,nisi cõmutãdi:quia tenentur ad maius vel æquale , vt dictũ est. Illi autẽ qui Prælati sunt,& vtranq; habẽt potestatẽ,scilicet dispẽsandi & cõmurandi,possunt miscendo vtranque ex causa in minus dispensando commutare, sicut etiam possunt ex causa dispensare absolutè.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, nota rationẽ quare ipso iure omnia vota in seculo facta,spirãt in professione:quia scilicet homo moritur priori vitæ: ad cui⁹ directionẽ emissa erant vota illa. Et præter hoc adduntur duæ aliæ rationes extendentes se ad vota emissa post religionem,quia scilicet onus religionis sufficit & singulares obseruantiæ non competunt religioni. Et ex hac radice Prælatus potest omnia post emissa vota irritare,tanquam incompetentia religioni. Art.8. huius q.

¶ In responsione ad secundũ,dubiũ primo occurrit de ratione reddita in litera ad ostendendum quod Prælati non possunt pro libito dispensare in votis quantũ valeat.Videtur enim inualida , tum quia aliud est phibere vota,aliud irritare.Et consequenter aliud est posse prohibere, aliud posse irritare:in litera aũt hæc duo sumuntur pro eodẽ:quoniã concluditur q nõ possunt Prælati irritare vota,qui nõ possunt phibere vota.Et cõfirmatur,quia si ista duo æquiualẽt in pposito,posse inhibere totũ,& posse irritare illud, sequitur quod Papa possit cuiusq; religiosi votum solenne irritare : quia potest cuiusque solenne votũ prohibere:quoniã ex Eccl.autoritate hoc pẽdet. Tũ quia si radix & pcessus rationis esset in proposito efficax,scilicet,Non habemus potestatẽ nisi in ædificationẽ,&c.sequeretur quod nec Prælati Religiosorũ possent subditorũ vota irritare. Quia etiã tales Prælati non habent potestatẽ nisi in ædificationẽ. Et sicut non possunt præcipere actus vitiorũ,ita non possunt prohibere actus virtutũ. Ex quo igitur ista non concludunt de Prælatis Religiosorũ,sequitur quod nec de aliis concludant.Et sicut tu solues hic,ita soluam ibi. Tum quia aliud est inhibere actus virtutũ absolutè , aliud est inhibere hunc actum virtutum.Nam licet non possint Prælati inhibere omnes actus virtutum,possunt tamen inhibere hunc,vt patet in Prælatis Religiosorum inhibẽtium vouere,& in Papa,qui potest inhibere votum solenne religionis alicui: vt de facto inhibet omnibus doli capacibus infra annos pubertatis.Ratio autem literæ procedit ab inhibitione actuũ virtutis absolutè, ad inhibitionem actus talis,scilicet voti.

¶ Dubiũ secundo occurrit circa dictæ rationis cõclusionẽ , scilicet,Prælati nõ possũt sine obstãte causa dispẽsare in votis.Tũ quia in omni obligatione intelligitur autoritas Papæ excepta:quia nihil pôt pmitti in præiudiciũ potestatis suæ.Votũ autẽ importat obligationẽ & promissionẽ.ergo. Et cõfirmatur: quia lex singularis non præiudicat potestati Principis,quæ est vniuersalis.Votum autẽ est velut lex singularis:ergo non præiudicat potestati Papæ.Tũ quia nõ minus est subditus quilibet Christianus Papæ,quo ad ea q̃ sunt Christianitatis,quæ sunt bona supererogationis cadentia sub Christi cõsilio,quàm Religiosus suo Pręlato.Sed in omni voto Religiosi intelligitur excepta potestas Prælati.Ergo in omni voto Christiani intelligitur excepta potestas Papæ.

¶ Ad primũ dubiũ dicitur,q ratio literę est solida & efficax. Et ad primã obiectionẽ dicitur,q licet inhibere & irritare vota nõ sint idẽ:mutuo tamẽ se inferũt in materia voti,si absolute seu liberè sumãtur. Ita quod quicũq; potest libere irritare vota alicuius,potest etiã libere,& econtra, vt patet in Prælatis Religiosorum,& patre,domino,viro,respectu puellę,serui,vxoris.

¶ Et ad confirmationem dicitur, q aliud est posse inhibere vota absolutè,& aliud posse inhibere tale votum in casu.Præsens sermo est de inhibitione absolutè.Obiectio autem loquitur de inhibitione in casu , & ideo non obstat. Constat namque q Papa non potest inhibere absolutè ne fiat professio religionis.Hoc enim esset directè in destructionem Ecclesiæ, non in ædificationem,licet possit inhibere talib⁹ scilicet pueris:& similiter alicui ex causa rationabili,quod non profiteatur,& huiusmodi.

¶ Ad secundũ dicitur,q quia aliud est loqui de Prælato,& aliud de dño:ideo vbi hæc duo coniũguntur in vnitate personę seu officij,vt cõtingit in Pręlatis Religiosorũ quo ad vota,vt patet ex antedictis,oportet distinguere de Prælato in quantũ Pręlatus , & inquantũ dominus,vel quasi dominus, & dicere q

ratio iſta habet locum in prælato,inquantum Prælatus,& non in eo inquantum dominus.Propter q̄d in litera dicitur,cùm poteſtas Prælati ſpiritualis,q non dominus,ſed diſpenſator,&c.Prohibere ergo & irritare poteſt Prælatus Religioſorum vota,tanquam dominus vel quaſi dominus ſubditorum,ſecundum regulā,& non tanquā Prælatus. Non ſic autē poteſt dici de aliis Prælatis Eccleſiæ:quoniā non ſunt niſi Prælati in populis. Vnde nihil ex hoc adimitur efficaciæ rationis de Prælati poteſtate concludentis.

¶ Ad tertiā obiectionē dicitur, quod inhibere abſolutè vota,eſt inhibere nō actū vnum vnius virtutis,ſcilicet vouere, ſed eſt inhibere actus ſu-
D. 1027. pererogationum omniū virtutū: quoniam omnis actus ſupererogationis eſt in materia voti.

¶ Et ſi inſtetur quod inhibere vota, non eſt inhibere actus,q ſunt materiæ votorū:ſed eſt inhibere vincula & obligationes ad ipſos actus.Ac p hoc non eſt niſi inhibere vnum actum,ſcilicet vouere vnius virtutis,ſ.religionis.

¶ Reſpōdendū eſt,quod licet prima facie appareat, quod inhibere vota ſit inhibere vnū actū,ſ.vouere totaliter,alios autē actus nō totaliter,ſed quo ad libertatē,& firmitatē, qa inhibitus à voto pōt quidē actus virtutis facere, ſed nō libere:quia nō eſt dn̄s ſui quo ad illa opera,nā ſi dn̄s eſſet, poſſet illa abſolutè promittere, nec firmare ſe poteſt, quia inhibitus eſt.Si tamē radix poteſtatis inhibēdi perſpicacius conſideretur apparebit,ꝙ non ſolū poteſt inhibere actum,qui eſt vouere,ſed actus qui ſunt materia voti.Nam ideo poſſet inhibere obligationē ad illos actus:quia poſſet inhibere actus illos fieri, quando ſibi placuerit vti iure ſuo. Sicut patet de viro reſpectu vxoris, & patre reſpectu puellæ.Infert igitur optime ratio literæ quod Prælati non poſſunt inhibere vota,quia non poſſunt inhibere opera virtutum,quæ ſunt materia voti.Iſte enim manifeſtè eſt proceſſus literæ,ab operibus virtutū, non ad vnum tantū opus virtutis,ſed ad omnia opera ſuperogationis quæ materia ſunt voti,quod eſt etiā opus ſupererogationis.Et propterea in litera concluditur,dicendo.Et ideo abſolute poteſt homo vouere ea ſcilicet virtutis opera, & nō tantum conditionaliter,vt Religioſi & alij ſubditi vouere poſſunt.

¶ Ad 2.quæſt.euidentiā ſciendū eſt ꝙ iſta quęſt.eſt ꝓpter plenitudinē poteſtatis Papæ,& pōt in duplici ſenſu tractari. Primo,vt refertur in litera,ſ.qa omnia vota Chriſtianorū ſunt ſicut vota puellæ in domo,& Religioſi,&c.ꝙ ſ.habent cōditionē implicitā,ſi Papa nō contradicat.Et ſecundū hunc ſenſum nullū votū eſſet abſolutè firmū & ratū,ſed quodlibet poſſet irritari p Papā.Et cōtra hunc ſenſum Autor in litera ꝓcedit & ꝓbat ꝙ virtutis opa poſſunt abſolutè voueri à pſonis ſui iuris: Secūdo vt teneamus vota pſonarū ſui iuris eſſe abſolutè firma & rata, & tamē Papa poſſit libere relaxare omnia vota de plenitudine poteſtatis.Et hūc ſenſum litera nō tetigit,& oportet,vt doctrina cōpleta ſit,vtrūq; tractare. Et quoniā votū eſt quædā ſingularis lex habens vim obligatiuam,& quædā promiſſio Deo facta,& p modū legis,& p modū promiſſionis,perſpiciendū eſt. In voto igitur eſt primo ipſa eſſentia voti habens vim obligatiuā,& quo ad hoc aſſimilatur legi.Et ſecundo materia voti, q̄ eſt actus virtutis:& quo ad hoc aſſimilatur legi,cuius materia etiā actus virtutis eſt:quoniā legis eſt bonos facere.Virt' autē eſt quæ bonū reddit habentē. Eſt tertio obſeruatio voti,quæ in debita exequutione conſiſtit:& in hoc etiā aſſimilatur legi:quoniā eius obſeruatio in debita quoq; exequutione cōſiſtit.Eſt & quarto ratio ſeu modus ꝓmiſſionis, quoniā per modū ꝓmiſſionis Deo tenetur qui vouit:& in hoc nō legi, ſed promiſſionib' factis hominib' aſſimilatur. Quocirca patet aliquo horū quatuor modorū inuenire in homine potentiā irritatiuā aut relaxatiuā votorū ad libitū,ſi in homine eſt.Sunt autē modi iſti aut eſt parte obſeruationis,aut ex parte materię,aut ex parte eſſentię,aut ex parte eius cui facta eſt ꝓmiſſio.Et vt melius omnia percipiātur, ſigillatim ſingula tractāda ſunt,ordine quo numerata ſunt.Ex parte ſiquidē obſeruationis,clarè patet, ꝙ nō eſt in poteſtate hominis relaxare non ſolū vota,ſed nec etiā ius poſitiuū:quoniā implicat duo cōtradictoria, ꝙ votū & ius ſtet in ſuo robore,etiā reſpectu iſtius:& ꝙ iſte nō teneatur obſeruare legē ſeu votū.Vnde licet Papa poſſit tollere legē poſitiuā totaliter vel quo ad iſtū hominē, nō pōt tamen facere ꝙ lex ſtet etiā reſpectu iſtius nūc,&c. & ꝙ iſte nō teneatur illā obſeruare:quoniā ſtante lege, obligatio ad obſeruandū eſt de iure naturę,& nō poſitiuo.Et ꝓpterea cōmuniter dicitur & bene,ꝙ Papa, quādo diſpēſat in voto, nō diſpēſat in iure diuino aut naturæ:quia non diſpēſat in obſeruatione,ſtāte voto.Obſeruatio enim de diuino & naturæ iure eſt.Ex parte vero materiæ clarè patet ex ſupradictis,ꝙ quilibet dn̄s aut quaſi dn̄s pōt irritare vota ſubditorū,in his in quib' ſubiiciūtur. Hinc enim dictū eſt quod pater puellæ,vir vxoris,dn̄s ſerui,Prælatus ſui religioſi vota irritare pōt. Sicut vniuerſaliter quilibet pōt de re ſua irritare diſpoſitionē ab alio factā ſine ſuo cōſenſu.Et quoniam Papæ Chriſtiani quo ad bona tēporalia, & quo ad operationes pſonales,nō ſubiiciūtur abſolutè,ſicut religioſi ſubdūtur Prælatis ſuis, inter quos primus eſt Papa:nec ſicut ſerui dominis,nec ſicut puella patri, nec ſicut vxor viro,quo ad ea in quib' naturaliter ſubdūtur pdicti:quoniā null' horū eſt dn̄s eorū in quibus alteri ſubditur.Quilibet autē Chriſtianus ſui iuris eſt dn̄s & perſonaliū ſuarū operationū & rerū ſuarū,ſi habet bona aliqua. Et ꝓpterea ex iſto capite Papa nō dēt irritare vota Chriſtianorū tāquā facta de ſuo,hoc eſt Papæ. Sicut dn̄s reſpectu ſerui,& Prælatus reſpectu Religioſi, & pr̄ reſpectu filiæ,& vir reſpectu vxoris,irritat:qa de ſuo ſunt facta vota.Et ꝓpterea opinio cōfutata in litera,ꝙ vota Chriſtianorū ſint cōditionalia,ſ.ſi Papa nō cōtradicat,ſicut cōtingit in votis religioſorū & aliorū ſubditorū,eſt falſiſſima,quoniā nō eſt dn̄s materiæ Papa. Nec mireris ꝙ materiā voti diximus actus virtutis, & mō deſcēdamus ad operationes pſonales,& tēporales res quas poſſidemus:quoniā hæc,ſ. operationes pſonales, & bona tēporalia, ſunt materia actuū virtutū:q ſunt materia voti: ſicut linū eſt materia fili, q̄d eſt materia telæ.Oēs eñ actus virtutis,opationes ſunt pſonales materialiter, & multi eorū res tēporales aſſumūt,vt liberalitas,eleemoſyna,magnificentia &c.Ex hac tamē parte,ſ.materiæ voti,cōmutatiōes votorū fiūt,vt patet ex dictis:& diſpēſationes etiā fiunt,quādo ſcilicet materia voti eſt impeditiua maioris boni:vt ſi cōtinētia iſtius impediat pacē Chriſtianitatis.Poteſtas enim à Chriſto data Prælatis in ædificationem,ex hac parte commutat,& diſpenſat. Ex parte autem eſſentiæ voti patet, quod non eſt irritabile aut relaxabile,ex differentia inter votū & legem poſitiuam.Lex nanq; poſitiua eſt in poteſtate Principis ad libitū, ita quod poteſt ipſam tollere, quando ſibi placet: nullúſq; amplius obligatur illa ablata:quoniam vis obligatiua legis, ad ipſam legis eſſentiā ſpectat,quæ ſubiicitur Principis poteſtati. Eſſentia autē voti, cum ſit promiſſio facta ſuperiori q̄ ſic Princeps de illius cōſilio, quia eſt ꝓmiſſio facta Deo, & conſulta à Deo,nō ſubiicitur principi ſicut nec tractatus alicuius cū Principe ſubduntur Proconſuli. Ex parte demū Dei,inquātū ei fit ꝓmiſſio,cōſtat,ꝙ ſicut quilibet homo poteſt quālibet ꝓmiſſionē ſibi ꝓpter ſe factā,libere relaxare,ſic Deus pōt quodlibet votū relaxare: quoniā promiſſio eſt Deo propter Deum facta.Et ſi Dei vicarius plenè poteſtate Dei fungeretur in terris,ſine dubio poſſet omnia vota vice Dei relaxare:ſed quoniā nō plenè fungitur Dei poteſtate,ſed limitatè,ſcilicet ad paſcēdū oues, ad clauib' regni cœlorū vtendū ad ædificationē: ideo non poteſt ad libitū vota relaxare,ſed quantū ædificationi conſonat,cōmutare vel diſpēſare. Relaxare ſiquidē ad libitū vota, pertinet ad claues excellētiæ ipſius Chriſti, qui claudit & nemo aperit,aperit & nemo claudit.Vnde nulla via remanet,qua Papa poſſit ad libitum vota irritare aut relaxare,niſi impediendo viam vitæ æternæ.

¶ Ad obiectionē autē primā in oppoſitū dicitur,quod illa propoſitio,In omni obligatione,& promiſſione,intelligitur excepta autoritas Papæ. Et illa,Nihil poteſt ꝓmitti in præiudiciū poteſtatis Papę,& ſimiles, poſſunt bonū & malū ſenſum habere, poſſunt enim intelligi dupliciter. Primo,vt nulla obligatio, &c.poſſit præiudicare poteſtati Papæ:& ſic ſunt veræ.Secundo,vt nulla obligatio,&c.ſit quæ non ſubſit poteſtati Papæ:& ſic ſunt falſiſſimæ. Propter veritatē primi ſenſus, Religioſus non tenetur obedire ſuo Superiori totaliter vel in aliquibus,ſi Papa eximit eum totaliter vel in aliquo. Obligatio enim voti obedientiæ ſit Superiori,& nō ligat manus Papæ ad diſponendū de illius ſuperioritate.Et ſimile eſt in aliis huiuſmo. Hoc enim non eſt relaxare,nec diſpēſare in voto obediētiæ,ſed tollere ſuperioritatē illius prælati. Ex hac autē primi ſenſus veritate nihil habetur cōtra determinata. Nam ad habendū cōtra determinata,oporteret ſubſumere, quòd vouere eſſet in præiudiciū poteſtatis Papæ:quod ridiculū eſſe patet ex eo,quòd nulli facit præiudiciū,qui iure ſuo vtitur.Non præiudicat ciuitati ciuis,qui licet ſit ciuitatis pars, religionem ingreditur,quia iure ſuæ libertatis vtitur:& tamē ciuitas non poteſt amplius de eo diſponere, & ſic de aliis.Sic enim eſt in propoſito, vt patet: quia quilibet vouens iure ſuæ libertatis vtitur,ex Chriſti conſilio.Quod autē ſecūdus ſenſus ſit falſus,probatione non eget. Nā patet innumeras eſſe obligationes,quæ non ſubſunt Papæ ad nutū, vt patet in contractibus inter hominem & hominē,& multo minus inter hominē & Deū:cum quilibet homo ſubditus ſit Papæ,Deus autē nulli ſit ſubditus.Et ſi inter vtrūq; ſubditum obligatio Papæ non ſubeſt ad libitū, quomodo cadere poteſt in mentē ſapientis, quod omnis obligatio inter vnū ſubditū & alterum ſuperiorē Papa,Papæ ſubſit ad libitū?Quin potius ex hoc,quòd non omnis obligatio inter Chriſtianos omnes, quos cōſtat ſubiici Papæ,ſubditur Papæ ad libitū, clarè patet,quod Chriſtiani non ſunt Papæ ſubditi abſolutè quo ad omnia,ſed limitatè,ſ.quo ad ſpiritualia in ædificationem corporis Chriſti,& ea quæ ordinātur ad hæc. Et ex his patet reſponſio ad confirmationem,& alteram obiectionem.

¶ In reſponſione ad tertiū,dubium occurrit ad hominem. Quia autor tenet, quòd ſolus Papa diſpenſet in votis perpetuis.Hic autē vota ieiuniorū,& abſtinentiarum,quæ quandoq; ſunt perpetua, vt patet,& ab aliis diſpēſabilia dicit.

¶ Ad hoc dicitur,quod materia iſta,ſcilicet, quis in quo voto diſpenſet,iuris eſt poſitiui: & non ſolū lex,ſed conſuetudo in his dat,& aufert iuriſdictionē. Et propterea aliqua vota minora,vt viſitare limina Apoſtolorum,reſeruātur Papæ.Cōſtat enim quod vicinis vrbi lōgè maior peregrinatio eſt viſitare ſanctum Thomā in Cantuaria. Vnde in his vltra legē,conſuetudo æmulāda eſt. Quod autē de perpetuis obiicitur,diſtinguēdo ſoluitur. Nā dupliciter cōtingit dici votū perpetuū,ſ.quaſi p ſe,& quaſi per accidēs.Illa enim vota dicuntur perpetua quaſi p ſe,quæ abſolutè,ſine ſ.tēpore adiecto,expreſſo ſolo voto cum materia intelliguntur perpetua,vt votum continētiæ & religionis. Hæc enim ſtatim,ſiue à iure,ſiue ab homine dicātur,intelliguntur perpetua,ſi nihil aliud addatur. Illa vero quæ ſine adiectione tēporis nō intelliguntur perpetua,ſunt quaſi p accidēs perpetua,vt vota peregrinationis,ieiunij, eleemoſynæ.In his enim niſi apponatur,aut ſemp aut nunquā,aut tali tēpore,incertū relinquitur,an tēporalia,an perpetua ſint. Loquitur ergo Autor de perpetuis primo modo,cum dicit reſeruata eſſe Papæ ꝑpetua vota,non de perpetuis ſecūdo modo.Hæc enim frequēter accidūt,& egent facili recurſu ad Prælatū.

¶ In eadem reſponſione,quo ad vota ieiuniorum, dubium male ſolutum occurrit,an vouens ieiunare tali die,puta in vigilia natiuitatis beatæ virginis,ſi non ieiunat illo die,teneatur ſupplere alio die ieiunando.

¶ Ad hoc dubium, vt plena ſit doctrina,cum diſtinctione dicendū eſt ꝙ aut votum principaliter eſt de ieiunando,& ſecundario quaſi per accidens determinatur tēpus talis diei: ſicut cōtingit in ieiuniis iniunctis à cōfeſſore, puta, quod ſingulis vnius anni hebdomadibus ieiunet feria ſexta.In his enim principale eſt quod ieiunet ſemel in hebdomada,& ſecundario,tēpus. Aut principaliter eſt de tēpore ꝓpter celebritatē vel deuotionē, vt contingit in his qui vouent in die Dominæ noſtræ per totū annū,hoc eſt, illo die quo celebratur annūtiatio beatæ Virginis p totū annum,abſtinere à carnibus,& lacticiniis. Hīc tēpus principaliter eligitur propter deuotionē Dñæ noſtræ. In primo caſu tenetur ex voto ad duo, ſcilicet ad ieiuniū, & talem diem.Et propterea ſi non ieiunat tali die,tenetur alio die ieiunare:ſicut debitor pecuniæ tali die ſi tunc non ſoluit:tenetur poſt.In ſecūdo autem caſu, ſi nō ieiunat illo die, non tenetur

prædicta poſitio falſo innititur: qa cùm poteſtas Prælati ſpiritualis,q non eſt dominus,ſed diſpēſator,in ædificationē ſit data, & nō in deſtructionem,vt patet 2. ad Cor.10.ſicut Prælatus non poteſt imperare ea, quæ ſecundum ſe Deo diſplicent,ſcilicet peccata:ita nō poteſt prohibere ea quæ ſecundum ſe Deo placent, ſcilicet virtutis opera. Et ideo abſolutè poteſt d homo vouere ea. Ad Prælatū tamē pertinet diiudicare,q̄d ſit magis virtuoſū, & Deo magis acceptū. Et ideo in manifeſtis diſpēſatio Prælati nō excuſaret à culpa, puta ſi Prælat' diſpēſaret cū aliquo ſup voto de ingreſſu religionis, nulla apparenti cauſa obſtāte. Si autem eſſet cauſa apparēs, p quam ſaltē in dubiū verteretur,poſſet ſtare iudicio Prælati diſpenſantis vel cōmutantis,non tamē iudicio ꝓprio: qa ipſe nō gerit vicē Dei,niſi fortè in caſu,in quo id quod vouit,eſſet manifeſtè illicitū, & non poſſet opportune ad Superiorem recurrere.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ quia ſummus Pōtifex gerit plenariè vicē Chriſti in tota Eccleſia,ipſe habet plenitudinē poteſtatis diſpenſandi in omnibus diſpenſabilibus votis. Aliis autem inferioribus Prælatis cōmittitur diſpēſatio in votis, quæ cōmuniter fiunt,& indigēt frequēti diſpenſatione,vt habeant de facili homines, ad quem recurrant:ſicut ſunt vota peregrinationum & ieiuniorum,& aliorum huiuſmodi. Vota verò maiora, puta cōtinentiæ & peregrinationis terræ ſanctæ, reſeruantur ſummo Pontifici.

tenetur alio die ieiunare:ſed pœnitentiā agere de non ſeruato voto,ſi in culpa fuit:quia onus temporis erat ieiuniū, ſicut ſunt omnia ieiunia ſtatuta ab Eccleſia.Sunt enim onera illorum tantum dierū,ſicut horæ canonicæ. In his enim,quilibet dies ſolicitus eſt ſubiipſi tantum. Et quoniā vota quæ fiunt de ieiuniis in vigiliis Sanctorum & huiuſmodi cōiter fiunt,vt onera dierū illorū ad imitationem Eccleſiæ, quæ ieiunia in vigilis ſtatuit:ideo communiter hæc vota non obligant vltra diem illum, nec tenetur tranſgreſſor alio die ieiunare. Cuius manifeſtū ſignum eſt ꝙ ſi eſſet illo die infirmus, ac per hoc excuſatus illo die, nullam ſibi relinqui obligationem, tuta conſcientia vouens,bene timens Deum putaret,cuius oppoſitum crederet,ſi ieiuniū tali die à Confeſſore iniunctum, non perfeciſſet per infirmitatem.Ipſa nanque diſtinctio teſtatur ibi ieiunium electū,vt onus tēporis:hic abſolutè ieiunium electum, licet cū tali tempore.

¶ Super Quæſtionis octuageſimæ nonæ Articulum primum.

IN artic.1. quæſt.89. dubiū occurrit an iuramentū diſtinguatur ſpecie,cùm diſtinguitur per aſſertoriū,vel promiſſoriū:& ſimiliter cum diſtinguitur p ſimplicem conteſtationē,& per execrationem. Et ratio dubij eſt quo ad primam diuiſionem,differentia inter aſſertiorem & promiſſionem. Quo ad ſecundum vero, tum quia Deus in execratione habet in ſe non ſolum teſtis, ſed iudicis rationē, vt in reſponſione ad tertium litera dicit. Tum quia aſſumitur maledictio in executione, dum dicitur, Puniat me Deus in hoc vel illo.

¶ Ad hoc dicitur quod differentiæ alicuius dicuntur, propriè loquendo,ſolæ illę quę ſunt dif-
infrà art. 4. cor. & q. 98. art. 2. cor. Et 3. diſt. 39. art. 1. ferentiæ per ſe. Nam differentiæ per accidēs, accidentia ſunt reſpectu illius, cui ſunt per accidens,quamuis ſint per ſe differentiæ alterius: vt ſi diſtinguamus animal per album & nigrum, ſunt differentiæ per accidens animalis,quæ tamen ſunt differētiæ per ſe coloris. In propoſito ergo,cū iurare,ſit Deum in teſtē producere, omnes allatæ differentiæ, materialiter & per accidens ſe habent ad Dei teſtificationem. Quod enim Deus teſtetur ſupra præterito, præſenti vel futuro,ad materiam teſtimonij ſpectat.Et ſimiliter ꝙ Deus teſtetur ſimplici manifeſtatione, vel manifeſtatione punitiua, non ad naturam ſpectat teſtimonij, ſed effectum.Vnde nulla apparet ſpecifica diſtinctio in iuramento. Et licet iuramentum nō diſtinguatur ſpecie, nihil tamen prohibet, quòd vtendo aliis ſpeciebus moralium vitiorum vel virtutum, in multas diffundatur ſpecies eo modo,quo vna ſpecies imperat alteri,ordinando illam in finem ſuum. Sicut cùm quis adulteratur,vt occidat,homicidium imperat adulterio. Hoc enim modo iuramentum imperat maledictioni, dum ſit per execrationem, Nam quādo quis iurat, Deus me occidat,ſi non eſt ſi, aut ſic non fecero, ſic iurans maledictionem ſui quo ad vitam, aſſumit ad finem iuramenti,qui eſt teſtificatio diuina. Et iuxta ſpecificam multitudinem maledictionum, aſſumuntur multæ ſpecies ad eundem finem. Vnde patet quod iuramentum per execrationem, quando ſcilicet ad pœnam ſe obligat quis iurando, etſi non diſtinguatur ſpecie ſecundum naturam iuramenti, diſtinguitur tamen per accidēs in multas ſpecies ſecundū naturam aſſumpti mali in pœnam. Aduerte tamen quod iuramentum factum,aſſumendo benedictionem pro manifeſtatione teſtimonij, verbigratia, Faciam hoc, vel,Sic eſt, ita Deus me adiuuet, & huiuſmodi, non eſt ex vi verborum per execrationem, ſed per conteſtationem Dei in effectu boni, ſcilicet adiutorij diuini, ſalutis vitæ, & huiuſmodi. Solum enim illud iuramentum quod mali euētum aſſumit in manifeſtationem diuini teſtimonij, per execrationem eſt, ſecundum verba. Sed quantum ad ſenſum,quia teſtis ad vtrāque partem debet eſſe, ſubintelligitur execratio: ſcilicet, Si non eſt ſic, aut, ſi non fecero, Deus non me adiuuet.

¶ Ad id autem quod obiectū eſt, quòd Deus in execratione eſt etiam iudex, qui differt ſpecie à teſte, reſpondetur in litera, ſcilicet quod officium iudicis in iurando imploratur ſub ratione teſtis. Quoniam imploratur ad hoc punitio, vt teſtetur: ideo iudex non niſi materialiter concurrit. Et propterea in litera concluditur,quòd iurare,vniuerſaliter loquēdo, eſt Deum in teſtem exhibendum inuocare. Cum his tamen ſcito ꝙ peierans execrando pro eo,quod credit punitionem,quam aſſumit,non affuturam, non incurrit duorum vitiorum deformitatem, ſcilicet periurij, & maledictionis talis,puta ,homicidij:quia maledictionem non ſibi ex corde imprecatur, ſed ſoli Deo iniuriam facit vtens eo vt teſte falſitatis.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdē articuli aduerte ꝙ huiuſmodi loquutiones,Deus ſcit,Coram Deo loquor,& huiuſmodi, poſſunt dupliciter intelligi, ſcilicet inuocatiuè, vel enuntiatiuè.Sumuntur nāq; inuocatiuè quādo cōmuniter inducuntur ad cōfirmandū quod dicitur, & tunc habent rationē iuramenti.Sumūtur autem communiter purè enuntiatiuè,quando per modū narrationis hæc dicuntur.Et hoc frequēter accidit his qui nolūt iurare ad confirmandū dicta ſua,ſed remittere ad diuinum iudicium,& futuram vitam,vbi omnia erunt palam.Et quoniam verba ex intentione,& animo proferentis perſantur,ideo ceſſante dolo,& præiudicio cuiuſcunque,ſi aliquis non intendens iurare,ſed ſolum exprimere quod ipſe habet conſcientiam rectam in hoc,& Deum præ oculis,in non mentiendo,dicat,Deus videt,ꝙ dico veritatē,& ſimilia, nō eſt iuramentum

QVÆSTIO OCTVAGESIMA nona de iuramento,in decem articulos diuiſa.

DEINDE conſiderādum eſt de actibus exterioribus latrię,qui bus aliquid diuinum ab hominib' aſſumitur:quod eſt vel ſacramentum aliquod, vel ipſum nomen diuinum. Sed de ſacramēti aſſumptione locus erit tractandi in tertia huius operis parte. De aſſumptione autē nominis diuini nunc agendum eſt. Aſſumitur autem diuinum nomen a. homine tripliciter. Vno modo,per modum iuramēti ad propria verba cōfirmanda. Alio modo, per modum adiurationis ad alios inducendum. Tertio modo per modum inuocationis ad orandum vel laudandum. Primo ergo de iuramento agendum eſt.

¶Circa quod quæruntur decē. ¶ Primò, quid ſit iuramentū. ¶Secundò, vtrū ſit licitū. ¶Tertiò, qui ſint comites iuramēti. ¶Quartò, cuius virtutis ſit actus. ¶Quintò, vtrū ſit appetendū,& frequētandum tanquam vtile,& bonum. ¶Sextò, vtrū liceat iurare per creaturā. ¶Septimò, vtrū iuramentū ſit obligatoriū. ¶Octauò, quæ ſit maior obligatio, vtrum iuramenti, vel voti. ¶ Nonò, vtrum in iuramento poſſit diſpēſari. ¶ Decimò, quādo & in quibus liceat iurare.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum iurare ſit teſtem Deum inuocare.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd iurare non ſit teſtem Deum inuocare. Quicūq; enim inducit autoritatē ſacræ Scripturæ,inducit Deū in teſtimonium, cuius verba proponuntur in ſacra Scriptura. Si ergo iurare eſt teſtem Deum inuocare, quicunq; inducit autoritatē ſacræ Scripturæ, iuraret: hoc autem eſt falſum:ergo & primum.

¶ 2 Præterea, Ex hoc q̄d aliquis inducit aliquē in teſtē,nihil ei reddit. Sed ille q p Deū iurat,aliquid Deo reddit.Dicitur enim Matth.5.Reddes Domino iuramēta tua. Et Auguſt.dicit*, quòd iurare eſt ius veritatis Deo reddere. Ergo iurare non eſt Deum teſtem inuocare.

ſer. 28. de ver. Apoſtol. paulo ante med.

¶ 3 Præterea, Aliud eſt officium iudicis, & aliud teſtis : vt ex ſupradictis patet*. Sed quandoq; iurando implorat homo diuinū iudiciū, ſecundū illud Pſal. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidā merito ab inimicis meis inanis. ergo iurare non eſt teſtem Deum inuocare.

** q. 67. per totum & q. 70. per totū.*

¶ SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. dicit in quodā ſermone de piurio *. Quid eſt iurare per Deum, niſi teſtis eſt Deus?

ſer. 28. de ver apoſt. paulo ante med.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut Apoſtolus dicit ad Hebr.6. Iuramētum ad confirmationem ordinatur. Confirmatio autem in ſcibilibus per rationem fit, quæ procedit ex aliquibus naturaliter notis, quæ ſunt infallibiliter vera. Sed particularia facta cōtingentia hominum, nō poſſunt per rationem neceſſariam confirmari: & ideo ea quæ de his dicuntur, ſolent confirmari per teſtes. Sed humanum teſtimoniū non eſt ſufficiens ad huiuſmodi confirmandum propter duo. Primo quidem propter defectum veritatis humanæ, quia plurimi in mendacium labuntur, ſecundum illud Pſal.16. Os eorum locutum eſt mendacium. Secundo propter defectum cognitionis, quia homines non poſſunt cognoſcere neque futura, neq; cordium occulta, vel etiam abſentia, de quibus tamen homines loquūtur: & expedit rebus humanis, vt certitudo aliqua de his habeatur: & ideo neceſſariū fuit recurrere ad diuinum teſtimoniū, quia Deus neq; mētiri poteſt, neq; eum aliquid latet. Aſſumere autem Deum in teſtem, dicitur iurare: quia quaſi pro iure introductū eſt, vt quod ſub inuocatione diuini teſtimonij dicitur, pro vero habeatur. Diuinum autem teſtimonium quandoq; inducitur ad aſſerendum præſentia vel pręterita: & hoc dicitur iuramentū aſſertoriū. Quādoq; autem inducitur diuinum iuramentum ad confirmandum aliquid futurum: & hoc dicitur iuramentum promiſſoriū. Ad ea vero quæ ſunt neceſſaria, & per rationē inueſtiganda, non inducitur iuramentū. Deriſibile enim videretur ſiquis in diſputatione alicuius ſcientiæ, vellet propoſitum per iuramentum probare.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ aliud eſt teſtimonio Dei vti iam dato, quod fit cùm aliquis authoritatem ſacræ ſcripturæ inducit: & aliud eſt teſtimonium Dei implorare vt exhibendum, quod fit in iuramento.

¶ Ad ſecundū dicendū, quod dicitur aliquis reddere iuramenta Deo ex hoc, ꝙ implet illud quod iurat: vel quia in hoc ipſo ꝙ inuocat Deum in teſtem, recognoſcit eum habere omnium cognitionem & infallibilem veritatem.

¶ Ad tertiū dicendū, quod alicuius teſtimoniū inuocat ad hoc quod teſtis inuocatus veritatē manifeſtet circa ea, q̄ dicūtur. Deus autē manifeſtat, an verū ſit q̄d dicitur dupliciter. Vno modo ſimpliciter reuelando veritatē, vel p internā inſpirationē, vel etiā per facti denudationem, dum ſcilicet ꝓducit in publicū ea q̄ erant occulta, alio modo, p pœnā mentis: & tunc ſimul eſt iudex & teſtis: dum puniēdo mendacē, manifeſtat mēdaciū. Et ideo duplex eſt modus iurandi. Vnus quidem per ſimplicem Dei conteſtationē: ſicut cùm aliquis dicit, Eſt mihi Deus teſtis, vel corā Deo loquor, vel per Deū, quod idē eſt, vt dicit Aug*. Alius modus iurādi eſt p execrationem, dum ſcilicet aliquis ſe, vel aliquid ad ſe pertinēs ad pœnā obligat, niſi ſit verum quod dicit.

Lib. 1. de ſer. domini in monte cap. 30. tom. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

tum: quia non est inuocatio Dei in testem, sed simplex enunciatio, ꝙ Deus hoc scit, ꝙ Deus videt, quòd ego loquor corã Deo, & huiusmodi. Et propterea notãter dicitur in litera, ꝙ iurare est inuocare Deũ in testẽ: & non dicitur quòd est narrare Deũ esse testem. In iudicio autem, & in præiudicialibus oportet ad cõmunem intellectum audientiũ respicere, ne erretur.

Infra art. 3. cor Et 3. dist. 39. ar. 2. q. 2. Et Rom. 1. lect. 5. col. 3. Et Hebr. 6. lect. 4. col. 1.

¶ Sup Quæstionis octuagesimæ nonæ Articulum secundum.

IN articul. 2. eiusdẽ 89. quæst. nota duo. Primo sententiam illam ex Aug. scilicet, quòd consuetudo iurandi non excusat, sed inducit ad periurium. Quod bene notent assueti.

¶ Nota secundò, quod secunda ratio reddita in litera in responsione ad tertiũ, excludit à iuramẽto peccatum tentationis Dei, etiã in iis qui vanè iurant. Quoniã ex hoc, ꝙ iurando non exponit quis se periculo alicui, si Deus testificari noluerit in præsenti, manifestè patet quòd iurãs non tẽtat Deum, sed inuocat ipsum in testem, sic vt beneplacito suæ maiestatis relinquat testificationẽ in præsenti, absq; vllius imminente incursu periculi. Non sic faciunt qui duello expectant diuinũ testimoniũ, sed tentant Deũ: sicut qui igne aut aqua se purgare volunt.

¶ Super Quæstionis octuagesimænonæ Articulum tertium.

IN artic. 3. eiusdẽ quæstio. 89. nota ꝙ secundus iuramenti comes, scilicet iustitia, vt in litera dicitur, potest referri ad duo, scilicet ad rem de qua iuratur, vel ad causam iurandi. Et differentia ista hinc orta videtur: quoniam si isti comites debent esse comites sub eadem ratione iuramẽti vniuersaliter, oportet ꝙ iustitia referatur ad causam iurandi: vt scilicet subsit iusta iurandi causa. Alioquin iuramẽtum assertoriũ non haberet istos tres comites: quoniam iuramentũ assertoriũ est de re mala & iusta quandoque: vt de adulterio facto, &c. Et propter hoc Autor in responsione ad secundum & in tertio sententiarum dist. 39. refert iustitiam ad causam. Si autẽ intelligãtur vt adsint vbi adesse debent, sic iustitia relata ad rem non est comes nisi in iuramento promissorio: in quo oportet ꝙ homo iuret de re iusta. Alioquin iuramentum non est. Et licet prima assignatio adæquata sit iuramẽto, ac ꝑ hoc verior videatur, quia tamen secunda verum necessarium exprimit, quo ad hoc quòd iuramentum promissorium exigit materiam iustam & sermones morales vtilitatis causa sunt: ideo Autor istam secundam assignationem hic prætulit, & illius solius in corpore meminit. In hac siquidem explicatur radix solutionis multarum quæstionum valde vtilium in moralibus.

Matt. 5. tom. 9. — *cap 15. tom. 4.* — *Lib. 1. ca. 30. to. 4.*

¶ Super Quæstionis octuagesimænonæ Articulum quartum & quintum.

IN articulis quarto, & quinto simul eiusdem quæst. dubium occurrit, quomodo iuramentum se habeat ad verũ, quod iuram

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum sit licitum iurare.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod nõ sit licitũ iurare. Nihil enim quòd prohibetur in lege diuina, est licitum. Sed iuramentum prohibetur in lege diuina, Matth. 5. Ego dico vobis nõ iurare omnino, &c. Et Iac. 5. dicitur, Ante omnia fratres mei nolite iurare. Ergo iuramentum est illicitum.

¶ 2 Præterea, Id qđ est à malo, videtur esse illicitũ, quia vt dicitur Matth. 7. Nõ pōt arbor mala fructus bonos facere. Sed iuramentũ est à malo. Dicitur enim Mat. 5. Sit autem sermo vester est, est: non, non. Quod autẽ his abundantius est, à malo est: ergo iuramentũ videtur esse illicitũ.

¶ 3 Præterea, Exquirere signum diuinæ prouidentię est tentare Deum, quod est omnino illicitum: secundum illud Deuteron. 6. Non tentabis Dominum Deum tuũ. Sed ille q iurat, videtur exquirere signum diuinæ prouidentiæ, dum petit diuinum testimonium, quod est per aliquem euidẽtem effectum. ergo videtur quod iuramẽtum sit omnino illicitum.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ nihil ꝓhibet aliquid esse secundũ se bonum, quod tamen cedit in malũ eius qui non vtitur eo cõuenienter. Sicut sumere eucharistiã est bonum. Et tamen qui indignè sumit, iudiciũ sibi manducat, & bibit, vt dicitur 1. ad Corint. 11. Sic ergo in proposito dicendũ est, ꝙ iuramentum secundum se, est licitum & honestum. Quod patet ex origine & ex fine. Ex origine quidem, quia iuramentum est introductum ex fide, qua homines credunt Deum habere infallabilem veritatẽ, & vniuersalem omnium cognitionem & prouisionem. Ex fine autẽ, quia iuramẽtum inducitur ad iustificãdum homines, & ad finiendum cõtrouersias, vt dicitur ad Hebr. 6. Sed iuramentũ cedit in malum alicui ex eo quod malè vtitur eo, id est sine necessitate, & cautela debita. Videtur enim paruã reuerentiã habere ad Deũ, qui eum ex leui causa testẽ inducit, quod nõ præsumeret etiã de aliquo viro honesto. Imminet etiã periculum periurij: quia de facili homo in verbo delinquit, secundũ illud Iacobi 3. Si qs in verbo nõ offendit, hic perfectus est vir. Vnde & Eccles. 23. dicitur, Iurationi non assuescat os tuũ, multi enim casus in illa.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ Hierony. super Matth.* dicit, Considera quod saluator nõ per Deum iurare prohibuerit, sed per cælum, & terrã. Hãc enim per clementa iurãdi pessimã consuetudinẽ habere Iudæi noscuntur. Sed ista respõsio non sufficit, qa Iac. addidit, Neq; per aliud quodcunq; iuramẽtum. Et ideo dicendum est, quod (sicut Augustinus* dicit in lib. contra mendacium) Apostolus in epistolis suis iurans, ostendit quomodo accipiẽdum esset quod dictum est, Dico vobis nõ iurare omnino: ne scilicet iurando ad facilitatem iurandi perueniatur, & ex facilitate iurãdi ad cõsuetudinẽ, & à cõsuetudine in periurium decidatur. Et ideo non inuenitur iurasse nisi scribẽs, vbi consideratio cautior non habet linguam præcipitem.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ sicut August. dicit in lib. de sermone Domini in monte:* Si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorũ, quib⁹ aliquid suades: quæ vtiq; infirmitas malũ est. Itaque non dixit: Quod amplius est, malum est. Tu enim non malum facis, qui bene vteris iuratione, vt alteri ꝑsuadeas quod vtiliter persuadeas: Sed à malo est illi⁹, cuius infimitate iurare cogeris.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ ille qui iurat, nõ tẽtat Deum: quia nõ implorat diuinum auxiliũ absque vtilitate, & necessitate. Præterea, Nõ exponit se alicui periculo, si Deus testimonium adhibere noluerit in præsenti. Adhibebit autem pro certo testimoniũ in futuro, quãdo illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, vt dicitur primæ ad Corinth. 4. Et illud testimoniũ nulli iuranti deficiet, vel pro eo vel contra eum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum conuenienter ponantur tres comites iuramenti, videlicet iustitia, iudicium & veritas.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ponantur tres comites iuramẽti, videlicet iustitia, iudicium, & veritas. Ea enim quorum vnum includitur in altero, non sunt connumeranda tanquam diuersa. Sed horũ trium vnum includitur in altero, quia veritas est pars iustitię, secundum Tullium*. Iudicium autem est actus Iustitiæ, vt supra habitum est*: ergo inconuenienter ponuntur tres comites iuramenti.

Infra. artic. 7. cor & q. 98. arti. 1. ad 1. Et 3. distinct. 39. ar. 2. q. 3. Et quoli. 5. ar. 27. — *Lib. 2. de inuẽ. pag. 4. ante finem.* — ** q. 60. art. 1.*

¶ 2 Præterea, Multa alia requiruntur ad iuramentum, scilicet deuotio & fides, per quam credamus Deum omnia scire, & mentiri non posse. Ergo videtur, quòd insufficienter tres comites iuramenti enumerantur.

¶ 3 Præterea, Hæc tria in quolibet opere humano requirenda sunt. Nihil enim debet fieri cõtra iustitiam aut veritatem aut sine iudicio, secundũ illud 1. ad Timo. 5. Nihil facias sine præiudicio, id est sine præcedenti iudicio. ergo hæc tria nõ magis debent associari iuramento, quàm aliis humanis actibus.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Hiere. 4. Iurabis, Viuit Dñs, in veritate, in iudicio, & in iustitia. Quod exponens Hierony*. dicit: Adnimaduertendum est ꝙ iusiurandũ, hos habet comites, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam.

22. q. 2. cap. aĩaduertendũ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est*, iuramentum non est bonum nisi ei qui bene vtitur iuramento. Ad bonum autem vsum iuramenti duo requiruntur. Primo quidem, quod aliquis nõ leuiter, sed ex necessaria causa, & discretè iuret. Et quantum ad hoc requiritur iudicium, scilicet discretionis, ex parte iurantis. Secundo quantũ ad id quod per iuramentum confirmatur, vt scilicet neq; sit falsum, neq; sit aliquid illicitum. Et quãtum ad hoc requiritur veritas: per quam aliquis iuramento confirmat quod verum est: & iustitia per quam confirmat quod licitum est. Iudicio autem caret iuramentum incautum: veritate autem iuramentum mendax: iustitia autem iuramentum iniquum siue illicitum.

art. præc.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iudicium non sumitur hic pro executione iustitiæ, sed pro iudicio discretionis, vt dictum est*. Neq; etiã veritas hic accipitur secũdum ꝙ est pars iustitiæ, sed secundũ ꝙ est quædã conditio locutionis.

In corp. art.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ deuotio, & fides, & omnia huiusmodi, quæ exiguntur ad debitum modum iurandi, intelliguntur in iudicio. Alia enim duo pertinent ad rem, de qua iuratur, vt dictum est*. Quamuis posset dici, quòd iustitia pertinet ad causam, per quam iuratur.

In corp. art.

¶ Ad tertium dicendum, quod in iuramento est periculum magnum: tum propter Dei magnitudinẽ, cuius testimonium inuocatur: tum etiam propter labilitatem linguæ humanæ, cuius verba iuramento cõfirmãtur. Et ideo huiusmodi magis requiruntur ad iuramentum quàm ad alios humanos actus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum iurare sit actus religionis, siue latriæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ iuramẽtum non sit actus religionis siue latriæ. Actus enim latriæ sunt circa aliqua sacra, & diuina. Sed iuramenta adhibentur circa cõtrouersias humanas, vt Apostolus dicit ad Hebr. 6. Ergo iurare non est actus religionis seu latriæ.

¶ 2 Præterea, ad religionem pertinet cultum Deo offerre, vt Tullius dicit*. Sed ille qui iurat nihil Deo offert, sed Deum inducit in testẽ. Ergo iurare non est actus religionis seu latrię.

Lib. 2. de inuent. pag. 4. ante finem.

¶ Præterea,

iuramento firmatur: an scilicet, vt finis, an vt ad finem. Et quidem quod iuramentum non sit finis veri, clarè habetur in responsione ad primum quinti articuli, vbi ponitur differentia inter votum, & iuramentũ in hoc, ꝙ votum materiam suam facit actum religionis, iuramentum autẽ non. Quod autem iuramentum ordinetur ad verum, vt id quod est ad finem ordinatur in finẽ, in responsione ad secũdum quinti articuli patet, vbi dicitur quòd iurans non ordinat iuramentum ad venerandũ aut diligendum eum, ꝑ quem iurat, sed ad aliquid aliud quod est necessarium præsenti vitę. Hoc autem constat esse certitudinẽ veri, quod iuramento firmatur: ꝙ vero iuramentum non ordinetur ad verũ quod firmatur, vt finem, ex eo patet, quòd latria non rectè ordinatur in res humanas, vt finem: quũ finis nobilior sit eo qđ est ad finem. Neque enĩ fas est diuinam reuerẽtiam humanæ veritati supponere.

art. 1. huius q.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quod in iuramento concurrunt duo. Alterum, vt exhibitum, scilicet diuina reuerentia, quæ Deum inuocando in testem exhibetur ipsi Deo. Alterum, vt expectatum, scilicet manifestatio veri, quæ vt fiat, à Deo iurando imploratur. Primum horum spectat ad ipsam essentiam iuramenti, vt patet ex hoc quòd iuramentum est actus latriæ, vt in litera dicitur. Secundum autem spectat ad effectum ipsius, mediante tamen Deo. Et simile est videre in oratione. Ipsa namque oratio est actus latriæ. Protectio tamen ab hostibus circunstantibus in sylua ꝑ aliquem petita, est effectus orationis diuina mediante ope. Et quemadmodum oratio ipsa ad Deum, vt finem, ordinatur, & non ad rem humanam, vt finem: effectus tamen orationis, puta protegi, ordinatur ad rem humanam, vt finem, vt puta vitam corporalem, ita in proposito ipsum iuramentum non ordinatur in verũ quod firmatur, vt finẽ, sed in Deum: effectus tamen iuramenti, scilicet manifestari, ordinatur ad verum vt finem. Finis enim quare illud manifestatur, est, vt verum esse cognoscatur. Oportet ergo cautum esse lectorem, vbi inuenerit iuramentum ordinari, vel non ordinari ad veri cognitionem, vt distinguat, vt diximus. Pro intellectu tamen literæ scito quòd de iuramento ipso loquendo, vt Autor loquitur, dicendum est quòd neutrum ad alterum ordinatur vt finem. Ita quòd nec iuramentum est finis veri quod firmatur nec econtra. Et quod iuramentum non sit finis, clarè patet in responsione ad primum quinti articuli. Quod etiam verum non sit finis iuramenti, habes in responsione ad tertium quarti articuli: vbi habes, vt sicut Deus propter gloriam suam, & nostram vtilitatem operatur, ita nos iuramus propter diuinam reuerentiam, & gloriam, & vtilitatem humanam. Et dicitur hoc respondendo argumento, quòd finis religionis est Deus, iuramenti autem, confirmatio veri. Tanquam si apertè diceretur, quòd iuramenti finis est Deus. Confirmatio autem veri non est finis iuramenti, sed vtilitas ex iuramento proueniens: sicut patet in exemplo dato de operatione Dei, cuius finis est ipse. Vtilitas autem est bonum nostrum. Et merito sic dixit, quia licet testis, vt sic videretur esse propter firmitatem veri ad quod adfertur: excellentia tamen talis ac tantæ personæ, quæ Deus est, in infinitum eleuat inductionem testis, vt patet ex hoc quod inducere Deum in testem, est actus latriæ, quæ soli Deo exhiberi potest. Ex hoc enim prouenit, quòd veri certitudo non finis sed vtilitas est iuramenti. Vnde quando inuenies quòd iuramentum ordinatur ad verum quod firmatur, vt litera dicit in responsione ad secundum quinti articuli, intellige de ordine honesti ad vtile, & non de ordine vtilis ad honestum. Honestũ enim habet annexum vtile quasi effectum, & non habet vtile pro fine. Nec te perturbent illa verba in eadem responsione dicta, scilicet: iurans non ordinat iuramentum ad venerandum aut diligendum eum per quem iurat. Hæc enim intelliguntur sic. Iurans non ordinat absolutè iuramentum ad venerandum, sed ordinat ex necessitate iuramentum ad venerandum. Ex hoc enim sensu directè satisfit argumento ex veneratione Dei, inferenti appetibilitatem iuramenti. Si enim iurare esset Dei veneratio absolute, appetendum esset. Si (vt patet) non est veneratio Dei, nisi in necessitate, quando scilicet oportet verum aliquod certificare, tunc vtimur honesta veneratione: & dilectione Dei ad vtilitatem humanam, quam talis inuocatio nata est parere.

*Matt. 5. * Cap. 3. dum refert opin. Thaletis tom. 3.* — *Supra. q. 89. art. 3. cor. Et 1. 2. q. 107. art. 2. cor. & ad 2. & 3. dist. 39. art. 2. q. 1. & Psal. 14. fin. & Rom. 1. lect. 5. * q. 88. ar. 5. & 6.* — *Matt. 5. tom. 9.* — *cap. 15. circa mediũ tom. 4.* — *lib. 1. cap. 3 tom. 4.*

¶ Sed adhuc circa hæc dubium restat, an iuramẽtum & verum quod confirmatur, se habeant vt forma, & materia, an aliquo alio modo, aut omnino per accidens.

¶ Ad hoc dicitur, quòd proprie loquendo, nullum genus causæ & effectus propriæ inuenitur inter ea nisi efficientis eodem modo quo deprecans, inter efficientes causas comparatur: ita tamen quod causalitas iuramenti suprà verum non referatur ad verum in se, sed in sui certificatione. Quod ex hoc patet, quòd inuocans Deum in testem inuocat manifestatorẽ veri: est tamen quædam similitudo materiæ, & formæ inter ea quo ad hoc quòd iuramentum superuenit, & quasi adiacere intelligitur vero quod confirmatur: non tamen est ibi propriè materia & forma, sicut & inter

¶ 3 Præterea, Finis religionis seu latriæ est reuerentiam Deo exhibere: hoc autem non est finis iuramenti, sed potius aliquod verbum confirmare. ergo iurare non est actus religionis.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, & ipsi soli seruies, ac per nomẽ illius iurabis. Loquitur autem ibi de seruitute latrię. ergo iurare est actus latriæ.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quod sicut ex dictis patet*, ille qui iurat, inuocat diuinũ testimoniũ ad confirmandum ea q dicit. Nihil autẽ confirmatur nisi ꝑ aliquid quod certius est, & potius. Et ideo in hoc ipso, quòd homo ꝑ Deũ iurat, profitetur Deũ potiorẽ, vt pote cuius veritas est indefectibilis, & cognitio vniuersalis. Et sic Deo aliquo modo reuerentiam exhibet. Vnde & Apostolus dicit ad Hebre. 6. quod homines ꝑ maiorẽ se iurant. Et Hieronym. dicit super Matth.* quòd qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum, per quem iurat. Philosophus etiam dicit in 1. Metaphysic.* quòd iuramẽtum est honorabilissimũ. Exhibere autem reuerentiam Deo pertinet ad religionem siue latriam: vnde manifestum est quòd iuramentũ est actus religionis siue latriæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod in iuramẽto duo cõsiderãtur, scilicet testimoniũ quod inducitur: & hoc est diuinũ, & id sup quo inducitur testimoniũ, vel quod facit necessitatem testimonium inducendi: & hoc est humanũ. Pertinet ergo iuramẽtũ ad religionẽ ratione primi, non autem ratione secundi.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ in hoc ipso quod aliquis assumit Deum in testẽ, per modum iuramenti, profitetur eum maiorem: quod pertinet ad Dei reuerentiam. Et sic aliquid offert Deo, scilicet reuerẽtiam & honorem.

¶ Ad tertium dicendũ, quod omnia quæ facimus, debemus in Dei reuerentiã facere. Et ideo nihil prohibet, si in hoc ipso ꝙ intendimus hominẽ certificare, Deo reuerentiam exhibeamus. Sic enim debemus aliquid in Dei reuerentiam facere, vt ex hoc vtilitas proximis proueniat: quia etiam Deus operatur ad suam gloriam, & nostram vtilitatem.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum iuramentum sit appetendum & frequentandum tanquam vtile & bonum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd iuramentũ sit appetendũ & frequentandum tanquã vtile & bonũ. Sicut enim votum est actus latriæ, ita & iuramentum: sed facere aliquid ex voto est laudabilius, & magis meritoriũ: quia votum est actus latriæ, vt supra dictum est*: ergo pari ratione facere vel dicere aliquid cum iuramento, est laudabilius: & sic iuramentum est appetendũ tanquam per se bonum.

¶ 2 Præterea, Hieronymus dicit super Matth.* quod qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum ꝑ quem iurat. Sed venerari aut diligere Deum, est appetendum tanquam per se bonum: ergo & iuramentũ.

¶ 3 Præterea, Iuramentum ordinatur ad cõfirmationem seu certificationem: sed quòd homo confirmet suum dictum, bonum est: ergo iuramentum est appetendum tanquam bonum.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Eccles. 23. Vir multum iurans, replebitur iniquitate, Et August. dicit in libro cõtra mendaciũ*, ꝙ præceptum domini de prohibitione iuramenti ad hoc positum est, vt quantum in te est, non affectes, vt quasi pro bono cum aliqua delectatione appetas iusiurandum.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd id quod non quæritur nisi ad subueniendum alicui defectui, nõ numeratur inter ea, quæ sunt ꝑ se appetẽda, sed inter ea q̃ sunt necessaria: sicut patet de medicina, quæ quæritur ad subueniendum infirmitati. Iuramentũ autẽ quæritur ad subueniendum alicui defectui, quo scilicet vnus homo alteri discredit. Et ideo iuramentum non est habendũ inter ea quæ sunt ꝑ se appetẽda, sed inter ea quæ sunt huic vitæ necessaria: quibus indebitè vtitur quicunque eis vtitur vltra terminos necessitatis. Vnde August. dicit in lib. de sermone Domini in monte*. Qui intelligit non in bonis, id est, per se appetendis, sed in necessariis iurationem habendam, refrænet se quantum potest, vt non ea vtatur nisi necessitas cogat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ alia ratio est de voto, & iuramẽto. Nã per votum aliquid in Dei reuerentiam ordinamus: vnde ex hoc ipso fit religionis actus. Sed iuramento ecõuerso reuerentia diuini nominis assumitur ad promissi confirmationẽ. Et ideo illud quod iuramento confirmatur nõ propter hoc fit religionis actus: quia secũdum finem morales actus species sortiuntur.

¶ Ad secundũ dicendũ, ꝙ ille, qui iurat, vtitur quidẽ veneratione aut dilectione eius per quem iurat: non autẽ ordinat iuramentum ad venerandum aut diligendum eum per quem iurat, sed ad aliquid aliud, quod est necessariũ præsenti vitæ.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ sicut medicina est vtilis ad sanandũ, & tamen quãto magis est virtuosior, tanto maius nocumentũ inducit, si nõ debitè sumatur: ita etiã iuramentũ vtile quidem est ad confirmationem, tamen quanto est magis venerãdum, tãtò est magis periculosum, nisi debitè inducatur: qa vt dicitur Eccle. 13. Si frustrauerit, id est, deceperit fratrẽ, delictum ipsius supra ipsum erit: Et si dissimulauerit, quasi per simulationẽ iurãdo falsum, delinquit dupliciter: qa scilicet simulata æquitas est duplex iniquitas. Et si in vanũ iurauerit, id est sine debita causa, & necessitase non iustificabit.

Universidad de Deusto Biblioteca

& inter votum,& rem promissam,quia materia est propter formā. Iam autem dictum est quod verum non est propter iuramentum. Appellatur tamē verum quod confirmatur materia iuramenti,vel propter dictam similitudinem vel potius sicut materia agentis, circa quam scilicet versatur agens:sicut materia orationis pro sanitate vocatur sanitas,& huiusmodi.

¶ *Super Quæstionis octuagesimænonæ Articulum sextum.*

3.dist.39. arti.1. & in expo. lit. Et Hebr. 6. lect.4. co.2.

IN articulo 6. eiusdem quæstionis 89. dubiū occurrit. An confirmare quod dicitur dicendo, In veritate,aut, Per fidē meam, & huiusmodi,sit iurare. Et est ratio dubij, instructio simpliciū, & correctio errantium. ¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod nihil horum est iuramentum, quicquid minus scrutantes scripserint. Et ratio est, quia non inuocatur in his testimonium diuinum,sed humana adduntur adiectiua ad firmitatem. Cum enim dicitur. In veritate sic est, nihil aliud dicitur, quā, verè sic est. Nec obstat, quia Deus veritas est. Nam licet Deus sit veritas, tamen quicquid affirmatur de veritate, affirmatur de Deo:quia veritas cōmunior est, quā Deus. Qui autem dicit, Per fidem meā sic faciā, vel sic est: non de fide, quæ est virtus theologica, sed de fide quæ est virtus moralis, loquitur: hoc est fidelitate.Et perinde est ac si diceret, ita hoc faciam sicut sum fidelis in promissis,vel in dicēdo verum. Seipsum ergo affert in testem, non Deum. Sicut Reges promittentes in fide regia non iurāt p hoc:sed propriam fidelitatē excellentem, qualis debet in Rege esse,afferunt ad confirmandū, vt sic seipsos inducant in testes non Deum. Et est sic de similibus, puta dicere, ad fidem bonam,&c.sic est,aut sic faciam. Semper nanque de fidelitate est sermo:quia sermonū veritas fidelitati innititur,nō fidei, quæ est virtus theologica.Et verba secundum subiectā materiam intelligēda sunt. Hæc autē debent,per se intelligi, non per accidens, quia si iste putat quòd dicere ista sit iurare,& dicit proculdubio, ex intentione sua iurat iste, non ex vi verborū.

Art.4. huius q. — *Art.3. ad 3.arg.*

¶ *Super Quæstionis octuagesimænonæ Articulum septimum.*

IN Articulo septimo, eiusdem.89 quęstion. duo occurrunt dubia quotidiana. Primū est, an iuramentum promissorium de minimis sit obligatorium. Et est ratio dubij, quia votum de minimo bono supererogationis,puta dicendi hæc verba Aue Maria, est obligatorium: ergo pari ratione iuramentum. In oppositum autem est,quia in omni genere, modicum pro nihilo reputatur.

22.q.1.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum liceat per creaturas iurare.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd non liceat per creaturas iurare. Dicitur enim Matth.5. Ego dico vobis non iurare omninò,neq; p cœlum,neq; per terrā,neq; per Hierosolymā,neq; per caput tuū. Quod exponens Hieronymus dicit. Considera ꝙ hic Saluator non per Deum iurare prohibuit, sed per cœlum & terram,&c.

¶ 2 Præterea, Pœna non debetur nisi culpæ. Sed iuranti per creaturas adhibetur pœna. Dicitur enim 22.quæst.1. Clericū per creaturam iurantem acerrimè obiurgandum:si perstiterit in vitio,excommunicandum placuit. ergo illicitum est per creaturas iurare.

¶ 3 Præterea, Iuramentum est actus latriæ,sicut dictum est*. Sed cultus latriæ non debetur alicui creaturæ, vt patet Rom.1. ergo non licet iurare per aliquā creaturam.

¶ SED CONTRA est, quod Ioseph iurauit per salutem Pharaonis, vt legitur Genesis 42. Ex cōsuetudine etiam iuratur per Euāgelium, & per reliquias, & per Sanctos.

¶ RESPONDEO dicendū,quòd sicut supra dictū est*,duplex est iuramētum. Vnū quidem,quod fit p simplicem cōtestationem,inquantum scilicet testimonium Dei inuocatur.Et hoc iuramentum innititur diuinæ veritati,sicut & fides.Fides aūt est p se quidē,& principaliter de Deo,qui est ipsa veritas:secūdario autem de creaturis,in quibus veritas Dei relucet, vt supra habitum est. Et similiter iuramentum principaliter refertur ad ipsum Deum,cuius testimonium inuocatur: secundario autē assumuntur ad iuramentū aliquæ creaturæ,nō secundum se, sed inquantū in eis diuina veritas manifestatur. Sicut iuramus p Euangeliū,id est,p Deū,cuius veritas in Euāgelio manifestatur: & p sanctos, q hanc veritatē crediderunt,& obseruauerunt. Alius autē modus iurādi est p execrationem.Et in hoc iuramēto inducitur creatura aliqua, vt in qua diuinū iudicium exerceatur. Et sic solet homo iurare per caput suum,aut per filium suum, aut per aliquā aliam rem,quam diligit. Sicut & Apostolus iurauit 2. ad Corin.1. dicens: Ego testē Deū inuoco animā meā.Quod autem Ioseph per salutem Pharaonis iurauit,vtroque modo intelligi potest:vel per modum execrationis, quasi salutem Pharaonis obligauerit Deo:vel per modum contestationis, quasi contestādo veritatem diuinæ iustitiæ,ad cuius executionem Principes terræ constituuntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū,ꝙ Dominus prohibuit iurare p creaturas, ita ꝙ eis adhibeatur reuerentia diuina. Vnde Hieronymus ibidem subdit, quòd Iudæi per angelos, &c.huiusmodi iurantes, creaturas venerabantur Dei honore. Et eadem ratione punitur, secundum canones, clericus per creaturam iurans: quod ad blasphemiam infidelitatis pertinet. Vnde in* sequenti cap.dicitur:Si qs per capillū Dei vel caput iurauerit, vel alio modo blasphemia contra Deū vsus fuerit, si in ecclesiastico ordine est, deponatur.

¶ Et per hoc patet responsio ad secundū.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ cultus latriæ adhibetur ei, cuius testimonium iurādo inuocatur. Et ideo præcipitur Exod. 23. Per nomen externorum deorum non iurabitis.Non autem exhibetur cultus latriæ creaturis quæ in iuramento assumūtur,secundum modos prædictos.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum iuramentum habeat vim obligandi.*

*3.dist.39. art.3.q.1. & 2.& 4.dist.39. artic.1.ad quartum Et quol. 3.art.14. Et quol. 5.art.27. Et quol. 12.ar.22. * Cap. de Opposi. & lib.2.Top. cap.3. * Art.4. huius q.*

AD SEPTIMVM sic ꝓceditur. Videtur quòd iuramentū non habeat vim obligandi.Inducitur enim iuramentum ad cōfirmandum veritatē eius, quod dicitur. Sed quādo aliquis dicit aliquid de futuro, verum dicit, etiam si nō eueniat quod dicit: sicut Paulus,quamuis non iuerit Corinthum,sicut dixerat, non tamen est mentitus,vt patet secundæ ad Corinth.1.ergo videtur ꝙ iuramētum non sit obligatorium.

¶ 2 Præterea, Virtus nō est virtuti cōtraria,vt dicit in Prædicamentis*. Sed iuramentū est actus virtutis , vt dictum est*. Quandoq; autē esset contra virtutē, aut in aliquod eius impedimentū,si quis seruaret id quod iurauit:sicut cū aliquis iurat se facere aliquod peccatū, vel cū iurat desistere ab aliquo opere virtutis, ergo iuramentū non est semp obligatoriū.

¶ 3 Præterea, Quandoq; aliquis inuitus compellitur ad hoc quod sub iuramento aliquid promittat. Sed tales iuramenti nexibus sunt per Romanos pontifices absoluti, vt habetur extra. de iureiur. c. Verum. in ea quæst. &c. ergo iuramentum non semper est obligatorium.

¶ 4 Præterea,Nullus pōt obligari ad duo opposita,sed quādoq; oppositū est quod intendit iurās,&quod intēdit ille cui iuramentū præstatur, ergo iuramentū non potest esse semper obligatorium.

¶ SED CONTRA est quod dicit Matth.5.Reddas domino iuramenta tua.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd obligatio refertur ad aliquid quod est faciendum vel dimittendum. Vnde non videtur respicere iuramentū assertorium, quod est de præsenti vel de præterito. Neq; etiam iuramentum de iis quæ sunt per alias causas fienda: sicut si quis iuramento assereret, quòd cras pluuia esset futura:sed solū in iis, quæ sunt fienda p illum qui iurat.Sicut autem iuramentū assertorium quod est de pręterito vel de præsenti , debet habere veritatem, ita etiam & iuramentum de iis quæ sunt fienda à nobis in futurum.Et ideo vtrūque iuramentū habet quandam obligationem, diuersimodè tamen : quia in iuramento quod est de præterito vel præsenti,obligatio est nō respectu rei, quæ iam fuit vel est,sed respectu ipsius actus iurādi:vt scilicet iuret id quod iam verū est vel fuit.Sed in iuramēto, quod præstatur de iis,quæ sunt fienda à nobis, obligatio cadit econtra super rem,quam aliquis iuramento firmauit. Tenetur enim aliquis,vt faciat verum esse id,quod iurauit : alioquin deest veritas iuramento. Si autem est talis res , quæ in eius potestate non fuit , deest iuramento discre-

¶ Secundum dubium est,an homines se inuicem præuenientes honore, iurantes* se non præcessuros in exitu domus, ad hoc vt ille alter præcedat in exitu,vt quotidie fit,teneantur seruare hæc iuramenta. Et est ratio dubij, quia possunt seruari absq; hoc quòd vergant in peiorem exitum. In oppositum est , quia ista iuramenta non fiunt cum tali immobilitate animi vt velint omnino hæc seruare:vt patet ex hoc quod statim faciunt oppositum.

¶ Ad primum dubium dicitur quòd proculdubio iuramentum promissorium de quocunque minimo opere virtutis est obligatorium, sed an obliget ad mortale si non seruetur,non vsquequaque patet,propter rationes allatas hinc inde. Quibusdam namque videtur quòd periurium huiusmodi sit veniale, propter dictam rationem : quia scilicet modicum pro nihilo reputatur , vt si mater, quæ iurauit verberare filium , aut dare pomum , & huiusmodi, non seruauit , venialiter tantum peccasse dicitur. Et firmatur ratio , quia videmus in præceptorum obseruatione sic esse,quòd trāsgressio in minimis non est mortalis: vt patet in præceptis iustitiæ de nō auferendo & de non detinendo alienum inuito domino. Constat enim quod minima auferens aut detinens non nisi venialiter peccat, propter imperfectionē actus , quamuis furtum & detentio alieni sit peccatum mortale ex suo genere , sicut periurium. Sed si perspicaciter intueamur, apparebit ꝙ malè applicatur hoc principiū ad propositum. Modicum nanque , siue parum relatiuè , cum dicatur ad aliquid,respectu cuius est modicum aut parum , tunc pro nihilo haberi intelligendum est , quando vt pars aut quasi pars alterius respicitur.Quando verò vt totū quoddam secundum se sumitur , tunc non modici , sed totius habet rationem. Verbi gratia, Vouet quis dicere die Dominico Psalterium : si dicendo omittit vnum versum, non est reus fracti voti, quia modicum pro nihilo reputatur. At si solum voluisset dicere vnum versum & omisisset illum, esset proculdubio reus fracti voti. Vbi manifestè vides, quòd vnus versiculus diuersimode cadens sub præcepto diuino, de seruandis votis, vt pars modica, & quoddam totum,diuersimode cadit sub obligatione. Nam ad illum versum, vt modicam partem, non obligatur, nisi sub peccato veniali, propter imperfectionem actus : quia modicum pro nihilo reputatur.Ad eundem vero versum vt totum, obligatur sub peccato morta-

tionis iudiciū , nisi forte qđ erat ei possibile, quādo iurauit,reddat ei impossibile p aliquē euentum:puta,cum aliquis iurat se pecuniā soluturum,quæ ei postmodum vi,vel furto subtrahit.Tunc eñ videtur excusatus esse à faciēdo quod iurauit , licet teneat facere quod in se est: sicut etiā supra,circa obligationem voti diximus*. Si vero sit quidē possibile fieri,sed nō debeat:vel qa est p se malū,vel quia est boni impeditiuum,tunc iuramēto deest iustitia. Et ideo iuramentum nō est seruandū in casu quo est peccatū vel boni impeditiuū. Secundum enim August.*vtrunq; eorum vergit in deteriorem exitū.Sic ergo dicendum est, quòd quicunq; iurat aliquid se facturū,obligatur ad id faciendū, ad hoc quod veritas impleatur:si tamen alij duo comites adsint,scilicet iudicium & iustitia.

Q.præc. art.3. ad 2. — *Habetur. 22.q.4.c. Si aliquid & cap.Inter cætera.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ aliud est de simplici verbo, aliud de iuramēto, in quo diuinū testimoniū imploratur.Sufficit enim ad veritatē verbi,ꝙ aliquis dicat id , quod proponit se facturū: quia hoc iam verum est in sua causa,scilicet in proposito facientis.Sed iuramētum adhiberi nō debet nisi in re de qua aliquis firmiter certus est. Et ideo si iuramentū adhibeat propter reuerentiā diuini testimonij , quod inuocat, obligat homo vt faciat esse verū id quod iurauit secundum suā possibilitatem, nisi in deteriorem exitum vergat,vt dictum est*.

In corp. art.

¶ Ad secundū dicendum,quod iuramentum potest vergere in deteriorem exitū dupliciter.Vno modo,qa ab ipso principio habet peiorē exitum,vel quia est secundū se malum : sicut cùm aliquis iurat se perpetraturū adulteriū : siue quia est maioris boni impeditiuum,puta,cum aliquis iurat se nō intraturum religionem vel quòd nō fiet Clericus , aut quod nō accipiet prælationem in casu in quo expedit eum accipere , vel si quid aliud est huiusmodi. Huiusmodi enim iuramentum à principio est illicitū:differenter tamen,quia si qs iuret se facturū aliquod peccatū,& peccat iurādo,& peccat iuramentum seruādo. Si quis aūtem iurat se non facturum aliquod melius bonum, quod tamen facere non tenetur, peccat quidē iurando , inquantū ponit obicem Spirituisancto,qui est boni propositi inspirator : nō tamen peccat, iuramentum seruādo,sed multo melius facit,si nō seruet.Alio modo vergit in deteriorē exitū propter aliquid , quod de nouo emerserat,quod fuit impręmeditatū:sicut patet in iuramēto Herodis,qui iurauit puellæ saltanti se daturū,quod petisset.Hoc eñ iuramentum poterat esse à Principe licitum, intellecta debita conditione,scilicet si peteret quod dare deceret:sed impletio iuramenti fuit illicita.Vnde Ambros.dicit in 1.de Officiis*:Est cōtra officiū nonnunquā ꝓmissum soluere sacramentū:sicut Herodes , qui necē Ioannis præstauit,ne promissum negaret.

Lib.3. cap.12. tom.1.

¶ Ad tertiū dicendū,quod in iuramento, quod quis coactus facit, duplex est obligatio.Vna quidē, qua obligatur homini, cui aliquid ꝓmittit:&talis obligatio tollit p coactionē,qa ille q vim intulit,hoc meretur vt ei promissum nō seruet.Alia autem est obligatio,qua qs Deo obligatur,vt impleat quod per nomen eius promisit. Et talis obligatio nō tollit in foro

mortali:habet enim rationem perfecti actus.

¶ Inspice igitur conuenientiā & differentiā præceptorum naturaliū & diuinorū,cum præceptis etiā naturæ,& Dei,de votis & iuramentis seruādis. Cōuenientiā quidem in hoc,quòd si vota fiāt de aliquo toto,sicut præcepta dātur de generib⁹,quasi de aliquib⁹ totis,puta de nō auferēdo alienum : (Hoc enim quod dico alienū, habet rationem cuiusdā totius)cōstat quòd trāsgressor totius peccat mortaliter,&trāsgressor in parte modica peccat venialiter.Et rō iam dicta est. Quia trāsgressio totius hēt rationē actus perfecti, trāsgressio vero minimę partis hēt rationem actus imperfecti. Nec refert quo ad hanc cōuenientiæ rationem,an quantitas illius totius sit parua vel magna in se.Formalis nāq; ratio cōsistit in hoc, ꝙ sit trāsgressio totius sub præcepto cadentis. Differentia autem in hoc quòd præcepta naturæ & dei ex se nō sunt determinata vniuersaliter ad minimas res, sed ad genera rerū,vt patet discurrendo per præcepta charitatis,religionis,iustitiæ,fortitudinis,tēperantię.Et ꝓpterea in eis modicū in se,etiā si seorsum fiat,pro nihilo reputatur,vt patet de accipiente alienū pomū.Sed præcepta de votis & iuramentis seruādis, quia à nobis voto vel iuramento determinantur, res etiam paruæ in se, ideo obligant ad minimas eleemosynæ,liberalitatis,charitatis,aliarūque virtutum actiones, quādo seorsum & p se sunt promissæ. Nostra nāque determinatio ad hoc minimū,vt quoddā totum,substernit diuini præcepti vinculo hoc minimū, ac si præceptū de hoc minimo factum esset. Vnde patet, & quod vouens dicere Aue Maria,aut dare ꝓ eleemosyna potum aquæ frigidę,tenet sub mortali:& similiter iurās quādocunq; virtuosum quantuncunq; minimū:cuius etiā signum est,ꝙ sacri Canones cogunt ad soluendas vsuras iuratas,vt patet in c.Debitores.extra,de iureiuran.Qui tñ actus minimū habet de virtute , cum qs nō eget amplius vsurario:qm̄ illi scilicet vsurario nō tenet, & suæ vtilitati iam cōsuluit:& ꝙ nihil obstat illa regula,Modicū pro nihilo reputat. Quod aūt refert de iuramentis matrum circa verberationē filiorum , nō ex paruitate ꝓmissi boni,scilicet correctionis paruæ , sed aliunde iudicādum est,scilicet vel ex obiecto,qa scilicet huiusmodi iuramenta cōiter fiunt ex passione iracundiæ:& verberatio sub ratione paruæ vindictæ, magis quā correptionis, ꝓsentatur mulieri præsenti, q̄ facile agitur passionib⁹. Cuius signū est,ꝙ si in eodem erraret filius,& mater nō esset irata,nō ꝓmitteret punire illum.Et sic huiusmodi punitio promittitur sub ratione mali venialis,ac p hoc nō tenetur seruare qn̄ sic est.Secus aūt esset,si vt bonum correctionis ꝓmitteret, quāuis ex ira.Vel iudicandum est ex cōmutatione in melius. Quāuis enim bonum correptionis ꝓmiserit, si tn̄ melius est post pacatā domū parcere,ne fletus cōturbet domū,cōmutatur iuramentum in melius. Sicut Dauid iuramentum,quo punire Nabal ꝓmiserat,mutauit in melius,indulgendo.Et qa alterū horum cōmuniter accidit in huiusmodi,ideo cōmuniter non nisi venialiter peccant,nō puniendo vt iurauerāt.Cum autē facile iurat quis dare pomū puero ad alliciendum,nisi puer alliciat,nō tenetur, sicut in cæteris cōditionatis iuramētis:allecto tamen tenet ob iusiurādū.Et sibi imputet quod in his minimis nō veretur Deū testem inducere. Vbi tamen cessaret ratio actus virtuosi,puta quia importunus iam esset, si daret post huiusmodi minima,non teneretur:quoniam iuramentum ad nihil obligat imprudens.

¶ Ad secundū autē dubiū dicit,quod in huiusmodi actib⁹, in quib⁹ de nulli⁹ agitur ꝓiudicio,sed potius de honoris animo ac signis,cōsiderāda sunt duo. Primo pia intētio iurātis:qa scilicet sic iurādo nō intendit omnino sic facere,sed cum grano salis,scilicet quātum ex se est.Sicut Petrus cum dixit Christo.Nō lauabis mihi pedes in æternum,intēdebat quātum ex se erat. Et hāc intentionē manifestat,ꝙ statim ad voluntatē alterius facit oppositum.Et sic nec iurādo,nec faciēdo oppositū,deest iuramēto veritas.Secūdo,actus qualitas,qa scilicet iurat in huiusmodi quis sæpe de actu,qui est in potestate alterius:puta non venies mecū, non trāsibis hoc ostiū,& huiusmodi. Hæc eñ licet piè interpretāda sint,s.quantū est ex parte iurātis,in veritate tamē indiscreta sunt iuramenta.Et propterea sic iurās cōmuniter peccat venialiter,ꝓpter indiscretionē. Faciēdo tamen oppositū,periurus nō est:quia nō facit cōtra intentionem implicitam & communiter cognitam in huiusmodi.

¶ In eodem art.7. eiusdem quæst.89.in respōsione ad primū,nota diligenter quòd iuramentū promissorium exigit duplicē veritatem:alterā,in qua conuenit cum assertorio,vt scilicet dicat verum , hoc est, vt habeat ꝓpositū adimplendi quod promittit,quoniā promittendo hoc dicit : quoniā promissio vera includit animum adimplendi. Alterā,in qua differt ab assertorio,vt scilicet faciat esse verum quod promittit. Et sicut habet duplicem veritatem: ita habet duplicem obligationem:alteram cadentem super ipso actu iurandi,vt scilicet iuret esse verum,vt in anima promittit:& in hoc communicat cum assertorio iuramento. Alterum cadentem sup rem, quæ implenda iuratur,vt scilicet faciat sic esse tēpore quo tenetur.Et quoniā prima veritas & prima obligatio indispensabilis est , nec refert in quacunq; materia sit,quoniā spectat ad ipsum actū iurādi : ideo non minus quo ad hoc quod est euadere peccatum mortale , tenet homo in quacunq; etiā minima materia,& indifferenti &iniqua,dicere veritatem in promissorio iuramento,quā in assertorio : quāuis peccet iurādo promissionem iniquā cum animo faciendi ex alio capite, scilicet ex iniustitia & iniqua volūtate perpetrādi malum. Et hæc bene perspice & applica : quoniam hinc habes quòd quicūque iurat se aliquid facturū non animo faciēdi, peccat mortaliter, vt pote violans iuramentū inquantum est assertorium sui animi.

¶ In responsione ad secundum eiusdem tertij articuli, dubium occurrit, quantum peccet iurans se non facturū aliquod bonum,quod facere non tenetur:quia ponit obicem Spirituisancto.

¶ Ad hoc dicitur, quod non peccat nisi venialiter, nisi adeo pertinaciter iuraret, vt etiā in articulo necessitatis iuraret se non facturum. nā proculdubio peccaret mortaliter sic iurando:vt in Canone, Archidiaconum , distinct.85 de illo dicitur qui iurauit se nunquam fore Episcopum. Hoc enim est contra debitum obedientiæ vel charitatis : quod necessitatis, non supererogationis est. Si tamen iuramentum illud criminosum censendum est , ad quod textus seriem non ducit,quia potest dici,quòd Gregorius voluit illum licito iuramento,quantum ex se erat,astrictum, suum seruare iuramentum,& non cogere illum nulla necessitate existente. Et quòd non peccet nisi venialiter, patet ex hoc,quòd si quis iurat cōmittere peccatum veniale, puta dicere verbum otiosum,non nisi venialiter peccat iurando. Et tamen constat quòd multo plus obicem ponit Spirituisancto,qui iurat peccare venialiter,quàm non facere bonum,ad quod non tenetur : quia plus repugnat gratiæ firmitatis ad faciendum malum,quàm ad non faciendum bonum, quantumcunque magnum,supererogationis.

¶ In responsione ad tertium , dubium occurrit circa obligationem in foro conscientiæ. Tum quia falsum videtur quòd in promissorio iuramento sit duplex obligatio,vna homini,altera Deo.Nam si esset duplex obligatio,non possum ego relaxare iuramentū mihi pro me factū. Et tenet sequela:quia ego possum relaxare alicui obligationē qua mihi tenet,nō qua Deo tenet.

¶ Et confirmatur:quia sequeretur in proposito quòd latro qui coegit ad iurandum,non posset relaxare tale iuramentum.Quod patet esse falsum.

¶ Et confirmatur rursus, quia sequeretur quod Ecclesia aut foueret periuria aut male relaxaret huiusmodi iuramenta.Probat sequela.Nam Ecclesia aut fecit hæc iuramenta ipso iure irrita,aut irritāda in foro cōscientiæ. Ex quo in foro iudiciali non admittit ista tanquam valida. Si fecit irrita,ergo nō ligant in foro conscientiæ,& si ligant in foro conscientiæ, ergo non sunt ipso iure irrita.Et consequenter Ecclesia iudicando eum qui coacte iurauit,non implere,foueret periuria non occulta ipsi Ecclesiæ. Si autem censet esse relaxanda,cùm nulla superueniat causa , & iuramentum obliget coram Deo: quomodo absque cōmutatione & causa noua Ecclesia relaxat ius Deo quæsitum,non apparet. Et quoniam constat quòd Ecclesia alterum horum facit,vt etiam in litera dicitur , & habetur extra , de his quæ vi metúsve.cap. Abbas,& de iureiurando.cap. Verum.& 15.quæstione quarta,in plurib⁹ can. Tum quia in iuramento coacto non saluatur materia iuramenti,ac per hoc non obligat coram Deo. Et quod non saluetur materia iuramenti , probatur.Nam materia iuramenti promissorij est ipsa materia promissionis,vt patet,puta dare pecuniam,&c. Promissionis autem materia non est nisi actus virtutis. Quoniam quicquid operis extra actus virtutis est , aut peccatum, aut indifferens est. Et constat quòd peccata non possunt promitti , neque indifferentia, salua eorum indifferentia , quoniam esset promittere otiosa , ac per hoc venialia. Materia igitur iuramenti promissorij in hoc differt à materia voti , quod propria materia voti est virtutis actus ad supererogationem spectans. Iuramenti autem promissorij est virtutis actus

Universidad de Deusto
Biblioteca

actus quicunque. Vnde arguitur sic in proposito. In iuramento coacto non promittitur aliquis virtutis actus, ergo nõ obligat in foro cõscientiæ. Declaratur antecedens. Ioannes coactus promittit Petro latroni inuasori, &c. dare centũ ducatos. Iste actus, qui est dare Petro centũ, non est actus virtutis: quia non iustitiæ. vt patet, ex hoc quod cessante iuramento, non teneretur, quãtumcũq; coactè promisisset. Deficit siquidẽ ratio debiti, siue qua nõ põt intelligi actus iustitiæ cuius est vnicuiq; dare debitũ. Nec liberalitatis, quia non donat: vt patet ex hoc q̃ põt repetere. Nec fidei, quia vt in litera dicitur, coactio illata à latrone tollit talẽ obligationem, vt scilicet iste teneat̃ dare id quod promisit, ac p hoc actus iste nõ est de necessitate fidei, sed nec ad supererogationẽ spectãs: quia dare bona sua indignis, speciẽ mali fatrẽ habet. Scriptũ est aũt: Ab omni specie mali abstinete vos. Nec potest dici quòd dare istos centum, est actus religionis, propter iusiurandum adiunctũ. Tum quia materia iuramenti debet esse actus virtutis, præsupposito iuramento, & nõ fieri actus virtutis ex iuramẽto, vt patet de materia voti. Tum quia, Autor ponendo differentiã inter votum & iuramẽtum in responsione ad primũ quinti articuli huius q. explicitè docet, quòd illud quod iuramento confirmatur non propter hoc fit religionis actus.

¶ Et cõfirmat̃ q̃ talis exhibitio centũ, est nociua spiritualiter receptori. Tũ q̃a recipiendo peccat, & quãuis paratus, adiungendo tamen actũ exterioris receptionis, fit peior. Tum q̃a recipiendo reddit difficilior ad reditũ in viã salutis, quãto difficilius est restituere receptũ, quàm solummodo pœnitere.

¶ Præterea, Materia iuramẽti ꝓmissorij nõ est materia iuramẽti immediatè, sed mediante promissione. Nam iuramẽtum promissorium, promissionis est cõfirmatio. Q̃docunq; aũt extrema iungunt̃ permediũ, cessante medio cessat cõiunctio extremorũ. Desinẽte ergo ꝓmissione, desinit ei' materia esse materia iuramẽti. Sed i ꝓposito desinit ꝓmissio, q̃a, vt i litera dr, ꝓmissio nõ obligat: ergo iuramẽti materia desinit, & cõsequẽter iuramẽtũ non obligat.

¶ Et confirmatur hæc ratio, quia videmus quod iuramentum sequitur vim promissionis. Nam si promissio est mali, aut nociui, aut inutilis, aut impediti tũ maioris, aut præiudicialis alterius: quia promissio non obligat, iuramentum non obligat, quando promissio obligat, iuramentum obligat.

¶ Et confirmatur, quia sicut confirmatio dati nihil dat, sed firmat datum: ita confirmatio promissi non promittit, sed est firmitas promissi. Ac per hoc quemadmodum si donatio fuisset inualida, cõfirmatio non faceret eam validam: ita si promissio fuit inualida, iuramentum confirmatorium non facit esse validam. Et sic sequitur idem quod prius.

¶ Ad euidentiã huius quæstionis, sciendũ est quod iuramenta coacta, seu ex metu, ex triplici capite possunt considerari, scilicet ex parte iurãtis, & ex parte cogentis. & ex parte materiæ. Et si consideretur ex parte iurãtis, obligatoria inueniuntur: q̃a nõ est ibi violentia simpliciter, sed mixta, q̃, vt dicitur in 3. Ethic. licet habeat aliquid de inuoluntario, cõstituit tamẽ voluntariũ omnibus cõsideratis: vt patet de proiiciẽte merces in mare tẽpore tempestatis. Nec in hoc aliqua est difficultas. Si vero cõsideretur ex parte cogentis, non sunt obligatoria, quoniã iniustè cogendo nõ meretur sibi obseruari iuramentũ. ad quod coegit: sicut nec simplicẽ ꝓmissionem ad quã coegit. Si aũt cõsideretur ex parte materiæ, tũc oportet secundũ subiectã materiã dicere. Si enim materia est actus virtutis, iuramentũ est obligatorium. Et si materia non est actus virtutis, iuramentũ nõ est obligatorium: q̃a vergeret in deteriorem exitũ. Quoniã actus iuramento ꝓmissus oportet quod sit licitus: ac per hoc bonus moraliter in individuo, cũ nõ det indifferens in individuo. Et si caret in individuo necessitate, aut pia utilitate, otiosus, ac p hoc nõ licit' est. Omnis aut actus bonus moraliter, alicuius virtutis est actus, quoniã virtus est q̃ bonũ reddit habentẽ, & actũ eius bonũ, vt dicit 2. Ethic. Quãdo ergo actus q̃ materia est iuramẽti, nõ est actus virtutis, iuramentũ vergit in deteriorẽ exitũ: quia obligaret ad actũ otiosũm ſaltem. Et q̃a hæc sola causa ſufficit ad irritũ reddendũ iuramentũ, & cõis est tã coactis quã ſpõtaneis iuramẽtis: ideo pẽsãda est. Et vt in ꝓposito calu examinetur materia, quia cõmuniter huiusmodi iuramenta coacta fiũt de actu qui est redemptio vexationis propriæ: vt in casu ꝓposito, incidens in latronẽ ꝓmittit ei centũ ducatos pro vita sua, & ideo sciendũ est q̃ in huiusmodi ꝓmissionibus non eadit sub promissione donare latroni, aut vsurario & huiusmodi, centũ: sed solum exhibere exteriori actu in illius potestate, centũ: quoniã hoc ſufficit ad redemptionem vexationis. Iste autem actus, q̃ est exhibere centũ latroni, aut vsurario, nullius virtutis est actus. nisi vt induit formã redẽptionis. Et sic ſi redimit vexationẽ alterius, est actus misericordiæ ſi propriã, est charitatis: cuius est vel sibiipsi bonũ, quod redimendo vexationẽ propriã fit, dum minus dãnum maiori damno præponitur. Quo fit, vt actus iste qui est exhibere centum latroni vel vsurario, licet vt terminatur ad recipientem sit illi nociuus: vt tamen exit ab agente sub forma redemptionis fit actus sanctus. Et propterea iuramento attẽctus ad redemptionem vexationis suæ vel alterius tenetur adimplere, non propter illum cui exhibetur, sed propter vinculum ad virtutis actum. Propter quod dicitur, extra de iureiurando. cap. ¶ Debitores, quòd qui iurauit soluere vsuras, cogendus est ad soluendum.

¶ Sed tunc duo insurgunt dubia.

¶ Primum est, quia secundum hoc obligatio ad soluendum est pro quãto iste actus induit formã redemptionis. Et ex hoc sequeretur quod postquam homo euasit periculum vexationis nõ tenetur soluere redemptionem promissam cum iuramento præteritæ vexationis. Sed gratia, Ioannes est iniuste captiuus, & occidendus, nisi det centum, promittit sub iuramento detentori, dare ibi centum si eum liberet. Liberatur sub hac fide, & redit ad partes proprias, vbi nõ timet amplius vexari: nunquid tenebitur dare centum?

¶ Quoniã ista ſolutio ſi fiat, non erit redemptio vexationis: quoniã vexatio præterita non est vexatio, sicut nec homo mortuus est homo.

¶ Secundũ dubiũ est. Quare ſimplex promissio redẽptionis non obligat, & iuramentum obligat: cum vtriusque materia actus virtutis sit vnus & idem?

¶ Ad primũ horum potest prima facie dici, q̃ quia cessante vexatione cessat redemptio illius, & cessante forma redemptionis ab actu exhibendi centũ, actus ille illicitus est: quia habet speciẽ mali, quia nõ ꝓdigalitatis actus est, expẽdere quãdo & quare nõ oportet, cõsequenter iuramentũ non obligat. Et quod iura & doctores, dũ dicunt, quod iuramenta ista obligãt, intelligi debent ſtante forma redemptionis: ita quod quãdiu actus iuratus habet rationẽ redẽptionis, tandiu obligat̃ iste ex iuramẽto: cũ autem non habet rationẽ redemptionis, nõ tenet̃: quia actꝰ ille nõ est materia iuramenti, nisi sub illa forma. Et ꝓpterea quotiescũq; cessauit vexatio & periculũ, non obligat̃ amplius. Hoc tamen dictũ licet ſit verũ quo ad Maiorẽ, scilicet quod cessante forma redẽptionis. cessat materia talis iuramenti: falsum tamẽ subsistit, scilicet quod exhibitio ista nõ fiat sub forma redẽptionis. Tũ q̃a actꝰ ſit sub forma qua iuratus est. Cõstat aũt quod est iuratus sub forma redẽptionis. ergo exercet, q̃ſcunq; exercetur, sub forma redẽptionis inchoatæ in iuramẽto cõsũmãdæ in exhibitione. Et cũ dicit, Vexatio nõ est, ac p hoc nõ potest redimi, dicendũ est, quod q̃a vexatio fuit, & redẽptio est iam inchoata olim quãdo erat vexatio, dũ iuramento ꝓmissa est: ideo cõcedit̃ q̃ iste actus non habet nouã formã redemptionis, sed antiquã sub qua cõsũmmãdus est. Hoc enim ratio cõcludit q̃ nõ est noua redemptio, sed non quod nõ sit actus sub inchoata iam iurãdo redemptionis forma. Tum quia iuramentũ huiusmodi ꝓmissionibus ideo exigit̃ & apponitur, vt Deus ipse inuocatus in testem cõ ſummãdæ promissionis, habeatur veluti fideiussor. Alioquin nec detentor, nec vsurarius, relinqueret ꝓmissorem sub ſola iuramenti fide, absq; pignore & alia fideiussione: quod vel quã oporteat promissorem illum redimere. Vnde sicut iniuria fieret fideiussori homini ſi nõ adimpletur ꝓmissum, ita iniuria fit Deo ſi non impleretur promissum. Et hoc facẽs Canonibus satis cõsonat, & cõmuni proborum hominum conceptioni: quia perfidus æſtimatur, qui huiusmodi promissa per nomen Domini non adimpleret.

¶ Ad secundũ vero dubiũ dicit̃, quod q̃a promissio homini fit nõ inquitu actus virtutis, sed sub ratione vtilis, quãuis debeat virtutis esse ille actus vtilis illi cui ꝓmittitur, & actus redẽptionis nõ est vtilis secundũ veritatẽ illi cui ꝓmittitur: ideo ꝓmissio non obligat illi, siue ſit coacta, siue nõ. Et de coacta quidẽ habes in litera: de nõ coacta habes in dicto cap. Debitores, vbi dicit̃, q̃ licet promiserint ſoluere vsuras, nõ tamen sunt cogendi ad hoc, nisi iurauerint. Iuramentũ vero ꝓmissoriũ, quia respicit actũ sub ratione boni & veri, hoc est, vt bonũ quod iuratur, fiat verũ in executione, ideo obligat ad actũ redemptionis, qui est bonus, vt exit ab agente: quãuis ſit malus in recipiẽte.

¶ Ex his ergo ad principalem quæstionem dicitur q̃ iuramenta promissoria tam coacta quã voluntaria, ſi habent materiam bonã moraliter, obligant in foro cõscientiæ. Et ratio est, quia ſeruata non declinant in peiorem exitum. Vnde quo ad obligationem in foro conſcientiæ non est recurrendum ad voluntarium mixtum vel purum, sed ad materiam, vt declaratum est.

¶ An autem ſit differentia inter ista iuramenta in hoc, quòd facta metu cadente in constantem, obligent ad veniale tantum, ſine autem tali metu obligent ad mortale: quidam in dubium verterunt, vt Panor. in cap. Si verò, extra. de iureiurando. Nec desunt tenentes talem differentiam pro vera: quia extra. de iureiurando. c. Verum, dicitur quòd tales ſi non ſeruauerint iuramenta, non ob hoc ſunt tanquam pro mortali crimine puniendi.

¶ Sed hi grauiter errant: quoniã iuramentum obligatorium obligat de præcepto. Et voluntas coacta, est voluntas ſufficiens ad vinculum peccati mortalis. Et hoc tenet expreſsè Panorm. ibidẽ, verba autem illius Decretalis potius ſunt contra istos, ſi rectè inſpiciantur: quia ibi dicitur, quòd non est dicendum iſtis vt non ſeruent. ne detur eis materia deierandi: deierarent ergo non ſeruando. Quod autem ſubditur, quòd non ſunt tanquam pro mortali puniendi, ad iudicium præſentis clementiæ ſpectat, non ad diuinæ animadueſionis iudicium, quòd non ſubeſt ſtatutis canonicis iuris. Communicant ergo omnia promissoria iuramenta in hoc, quod ſi habent actum virtutis pro materia, obligant ad mortale in foro conſcientiæ.

¶ Ad primã autem obiectionem dicitur, quod ſequela non valet: ſed procedit ex malo intellectu literæ. Potest ſi quidem habere dupliceum ſenſum. Primus est vt in iuramento promissorio ſit vel ut duplex promissio ſub eadem materia: vna homini, altera Deo exhibita. Et hic ſenſus est falſus, & tamen iuxta hunc ſenſum ꝓcedit obiectio cum prima confirmatione. Clarũ quippe est, quòd ſi promissio est facta duobus hominibus, vnus eorum nõ potest remittere ius alterius. Quanto minus homo potest relaxare ius Dei? Alter ſenſus est, q̃ ſunt duæ obligationes, hoc est, duæ rationes vnius obligationis, ſcilicet iuramentum & promissio facta coactori. Et hic est verus & interitus ſenſus literæ, & vt patet est abſq; obſcuritate aliqua verus. Et quia iuramentum obligat iurãtem vt reddat Deo ſua iuramẽta, & promissio obligat, vt redda: homini cui promiſit. ideo duæ dictæ ſunt obligationes, ex duplici capite: Deo ſcilicet, & homine. Iuxta hunc autem ſenſum non tenent ſequelæ: quia, vt in litera dicit̃, iuramentum ſeruaſſe intelligitur, qui de mihi proper me promiſſo, fecit quod ego volui. Nec oporter ſolicitũ te eſſe de actu virtutis promiſſo nõ ſeruato. Quia ex quo mihi ſatisfactũ est, iam non esset actus virtutis exhibere mihi aliquid, vt debitum, aut vt redemptionem vexationis: quoniam & ratio debiti & redemptionis abolita est.

¶ Ad ſecundã aũt cõfirmationẽ ſimiliter negat̃ ſequela: & dicit̃ q̃ Eccleſia nullum iſtorũ iuramentorũ, quãdo habet materiã virtuoſam, ſtatuit irritũ eſſe: nec etiã ſi cõſtat de iuramento, reddendũ illi ius ſtatuit cõtra iuramẽtũ, ſed præabſoluto

præ abſoluto à iuramento ſuccurrit. Circa irritanda tamẽ huiusmodi iuramenta Eccleſia magis reſpicit ad hoc, an ſ. ſponte vel magno metu factum fuerit iuramentum, quàm ad materiã: vt patet ex hoc quòd pari exiſtẽte materia, tredẽptione vexationis propriæ, Eccleſia cogendũ ducit eum qui non ex metu iurauit, vt patet in dicto c. Debitores. extra. de iureiurã. de illo qui iurauit ſoluere vſuras: quod nihil aliud est quàm redimere vexationem ſuã, & irritanda ducit iuramenta coacta. vt habes extra de his quæ vi metuſve causa fiunt, c. Abbas. Et ratio est quia Princeps boni publici curam habet. & ad ipſum ſpectat reddere homines alienos à coactionibus aliorũ. In odium ergo coactionis cõmuni bono nociuæ, lex irritanda coacta iuramenta dicit, vt patet in d.cap. Si verò. Quo fit vt is qui coactè iurauit, dum ſe præſentat Prælato vice Dei petens relaxationem, paratum ſe offerat ad ſatisfaciendum: quoniam ſine relaxatione non vult contrauenire, & Prælatus ex causa rationabili materiam iuramento ſubtrahat, dum relaxando iuramentum, quaſi ex officio ſuo volens bono communi prouidere, ſubtrahit hanc materiã quaſi fautricẽ mali, & maioris boni impeditiuã. Aliã rationẽ inuenit Alexander Papa 15. q. 6. c. Si ſacerdotibus. quia ſ. quæ fiunt coactè, non exeunt de corde. vnde iuxta Domini ſententiã, exeunt periuria, adulteria, &c. ſed de ne ceſſitate exeunt. Et proculdubio vtraque ſimul concurrit cõmuniter, & ſuffi cit ad relaxandũ. Sed aduertendum eſt, ne relaxatio cedat in Domini blaſphemiam, aut Eccleſiæ contẽptum, vt ſi quis iniuſtè captiuus apud infideles pro redimenda vita ſub iuramento promitteret decẽ millia ducatorum, &c. non eſſet ei relaxãdum iuramentũ, tanti factũ ab infideli ne nomen Domini blaſphemaretur ab infidelibus. Et ſimile est in ſimilibus. Et quẽadmodum non ſemper ſunt relaxanda talia iuramenta, ita nõ ſemper egẽt relaxatione, quando ſ. huiuſmodi conſummatio redemptionis propriæ vexationis, manifeſtè præiudicialis est bono aliorũ ſpirituali, vel temporali, vt ſi quis timore mortis iurauit ſe ceſſurum eſſe ſuæ Eccleſiæ cui præeſt, & euidenter conſtet de damno ſpirituali ouiũ ex tali ceſſione, non tenetur ſic ſe redimere propter iuramentũ. Imò iurando peccauit, promittẽdo aũtẽ malũ pro ſui redẽptione: quia non ſunt facienda nec permittenda mala, vt eueniant bona. Et ſimile est in omnibus, quando actus promiſſus eſt illicitus ex circunſtantiis adiacentibus, licet absolutè ſit licitus, vt in exemplo dato de renuntiatione apparet. Stant ergo ista duo ſimul: & quod coacta iuramenta obligent coram Deo, & quòd Eccleſia relaxet ea rationabiliter, abſque alia commutatione.

¶ Ad ſecundam rationem principalem tendentẽ ad hoc quòd in iuramento ꝓmiſſorio coacto non ſaluatur materia iuramenti, ſactus virtutis. iã patet reſponſio: quia ſaluatur actus virtutis, ſ. redemptio propriæ vexationis, renũtiando, vel dando, & ſi quid eſt aliud eiuſmodi. Eſt enim talis actus, vt dictũ eſt, charitatis. Nec obſtat quòd ſit ſpiritualiter nociuus proximo, & quaſi foetens malignitatem cogentium: quoniã hæc omnia non habet actus iſte, inquantum actio, vt ſ. exit ab agente, ſed inquantũ paſſio, hoc eſt, vt recipitur à patiente. Et conſideratio hæc ad habentes publici boni curã ſpectat, qui propterea relaxat iuramẽtũ: & nõ ad perſonã oppreſſam, cui ſat eſt ſe redimere.

¶ Ad vltimã denique rationẽ principalẽ de promiſſione deſinente, dicitur, q̃ promiſſio & iuramentũ promiſſoriũ, habent quidem eandem materiam, ſed non ſub eadem ratione. Nã quia promiſſio alteri fit, reſpicit actũ in ordine ad alterũ. Iuramentum verò, quia de proprijs eriã fieri põt, reſpicit actũ eundem abſolutè. vndecunque habeat rationẽ actus virtuoſi. Et hinc ſit, vt promittens latroni eum iuramento redimere vexationem ſuã dando iſti centũ, habeat iuramẽtũ obligatorij, promiſſionẽ aũt nõ. Nam latroni non tenetur conſummare charitatis actũ, in fauorem ſuimet, nõ latronis, ſanctè inchoatum. Solue ergo diſtinguendo, & dicẽdo, q̃ promiſſionem mediate inter iuramentũ & materiã, intelligitur dupliciter. Vno modo, quantum ad rem quæ iurando promittitur. Et ſic eſt verum. Alio modo, quo ad rationem, qua res promiſſa ſub iuramento cadit. Et ſic non eſt verum vniuerſaliter, vt declaratum eſt. Et propterea ſtat, q̃ deſit ius promiſſionis, quia deeſt illius ratio: & non deſinat ius iuramenti ſuper eodẽ, quia nõ deeſt illius ratio. Deficit ſiquidem materiæ ratio, qua ſubdatur promiſſioni obligãti huic homini cogenti. Non tamẽ deeſt eidem materiæ ratio, qua ſubdatur iuramento, vt degenti. Non tamẽ deeſt eidem materiæ ratio, qua ſubdatur iuramento, vt declaratum eſt. Et per hæc patet reſponſio ad primam confirmationem.

¶ Ad ſecundam autem, ſ. quòd confirmatio nihil dat, dicitur quòd confirmatio cadens ſuper vno & eodem actu ſecundum omnino eandem rationem, nihil aliud facit niſi firmitatem, ſed cõfirmatio cadens ſuper eodem actu ſenihil aliud facit niſi firmitatem, ſed cõfirmatio cadens ſuper eodem actu ſecundum tamen aliam rationem, ex hoc ipſo firmat actum eundem ſecundũ aliam rationem. Et ſic eſt in ꝓpoſito: vt declaratum eſt.

¶ In eadem reſponſione ad tertium, dubium occurrit. Quomodo iuramentũ de non denuntiando, eſt contra publicam iuſtitiam, cũ denuntiatio ordinetur ad medelã peccãtis & nõ ad publicã iuſtitiã. nec propriũ cõmodũ domũ tiãtis. Et augetur dubiũ, quia paſſus diſpendiũ in ꝓpoſito, non ſperat correctionẽ eius qui eũ cogit, nec mouetur ꝓpter bonũ coactoris, ſed ꝓprium.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia denũtiatio ordinatur ad publici officij exercitiũ, primarius aũt ſinis officij publici, eſt bonũ publicũ: ideo denuntiatio etiam ordinatur ad commune bonũ. Vnde maximè tenemur denuntiare

obseruandi,sine animo promittendi,sine animo iurandi, tunc nulla est obligatio ex iuramento ad executionem in foro cõscientiæ absolute:quia nullum est in veritate iuramentum,sed in apparentia tantum. Dixi autem absolute,quia ex suppositione scandali iudicis,vel partis exigentis seruari iuramentum , tenetur in foro cõscientiæ obseruare propter iuramentum exterius,ne scandalizet,quantum ex se est, audientes non seruari iuramentũ. Neque enim meretur vt credas sibi dicenti , non ex animo iurasse,sed sibi-ipsi imputet quòd se sic illaqueauit.

¶In eadem responsione ad quartum, dubium occurrit, an iurans coactè alicui , simulatorijs verbis , animo non se obligandi , nec adimplendi, peccet mortaliter sic iurando. Et est ratio dubij, quia quidam scripserunt quòd non,si habet aliquam tacitam in mente conditionem,puta,Si debebo. Verbi gratia: iurat dare latroni centum aureos,in mente tamen sua intẽdit,si sum obligatus, & non aliter. Et afferunt , quòd licet vt i extra iudicium simulationibus huiusmodi:vt patet 22.q.2. cap.Vtilem.ex autoritate Hieronymi. In oppositum autem est:quia iuramentum mendax est mortale. q.88.ar.1

¶Ad hoc dicitur , quòd hic est opus duplici distinctione. Prima est de verbis quæ in huiusmodi iuramentis assumuntur : quoniam aut sunt falsa, aut sunt plures sensus habentia,& in vno vera , & in alio falsa:aut absolutè vera , sed sic artificiosè composita , vt audiens alium sensum, non verum accipiat.Secunda distinctio est, quia aut est sermo in materia præiudiciali alteri, vt sunt emptiones,venditiones , actus iudicij , & huiusmodi : aut sine cuiusquam præiudicio. Et tunc dicitur,quòd in quacunque materia sit,si verba sunt falsa.tale iuramentum est peccatum mortale. Et ratio est , quia ibi est mendacium iuramento firmatum:quia ibi est falsæ vocis significatio , cum intentione fallendi iuramento firmata.Vnde 24.q.2.cap.In dolo. dicit Aug. In dolo iurat, qui aliter facturus est quàm promittit. Vbi Gratianus in sequenti.ea.exponens,dicit:Ille in dolo iurat,aut mendaciter promittit , in cuius mente est,non sic se facturum vt promittit.Nec excusatur propter implicitam subauditionem in mente retentam:quoniam huiusmodi subauditio non excusat,quin sit falsa vocis significatio,cũ intentione fallendi illum, vt intelligat sibi promitti,quod iste non promittere intendit. Et breuiter habea tur pro vniuersali regula,quod mendacio interueniente, semper iuramentũ est mortale.Et quia vbicunque deficit animus promittendi,aut obseruandi in iuramento promissorio,interuenit mendacium : ideo semper est mortale. Vbi autem deficit etiam animus iurandi , & solum exterioris iuramenti apparentia interuenit,mortale quoque peccatum est. Et ratio est,quia exterius iuramentũ applicatur mendacio , quod est materia omnino contraria iuramento,tam interiori quam exteriori. Sicut si quis non animo colendi,sed solo actu exteriori,coleret idola:vt de Marcellino dicitur,peccaret mortaliter, quia actum exterioris cultus applicaret cui non debet. Ita in proposito actũ exterioris iuramenti,qui est actus latriæ,applicaret materiæ contrariæ,s.mẽdacio,dum diceret , Deus est mihi testis,quod sic faciam, & nõ intendit facere.Est enim hoc exhibere Deo irreuerentiã corã hominibus, quibus mẽdacium manifestum fieri debet in nõ obseruando Et scriptum est.Quicunq; me erubuerit coram hominibus,hunc & filius hominis erubescet corã Angelis Dei.Si verò non interueniunt verba falsa,sed plures sensus habentia.& in vno vera. & alio falsa:& à iurante intenduntur in sensu quo sunt vera, si nõ est in iudicio aut materia præiudiciali ,quãuis sit intentio vt audiẽs fallatur, absque peccato mortali sit tale iuramentum, quia veritas & iustitia adsunt, licet discretio deficiat:quoniam non debet diuinum testimonium his immiscere , quasi duplicitatibus. Si autem artificiosè composita verba dicuntur cũ iuramento,vera quidẽ,sed nõ penetrabilia ab audiẽte nisi falso, cessante præiudicio iuris & hominis,absq; peccato fieri põt.Quoniã cõtingit huic iuramẽto omnes tres adesse comites,cùm sex rationabili causa sit. Nec obstãt verba Isidori allata,s.quacunque arte verborum , &c. quoniam intelligenda sunt,quando falsa aut præiudicialia sunt:quoniam dolosa sunt tunc.

¶Ad obiectionem autem in principio allatam,quia s.simulatio vtilis , est licita,dicitur quòd accipiẽdo simulationẽ pro mẽdacio falsum est, q; quãdoq; sit assumenda. Accipiendo aũt largè pro fictione,põt quandoq; assumi. Hoc aũtẽ secundo modo dicit inferius in q.de simulatione Autor, q; Hieronymus simulationem accepit:in nostro aũt casu manifestè cõcurrit mẽdacium.

¶Ex his autẽ in tot dubiis de iuramẽtis coactis & simulatis discussis , patet q; si quis animo euadẽdi iurat redire ad carcerem,in foro cõscietiæ tenetur redire ad carcerẽ quãtũcũq; iniuriosum,siue iniustẽ siue iustè patiatur.Et ratio in promptu est,quia materia est licita & sancta. Nã velle pari iustũ & vel le pati iniustũ,sanctũ est. Materia autẽ existente sancta, iuramẽtũ non perdet vim suã obligatoriã,vt patet ex dictis.Nec iura quæ afferuntur in oppositum,à quibusdã,s.extra.de his quæ metus causa.c.1. & 3. q. 1. cap.Lotarius, aliquid probant in cõtrarium:sed iuramẽta metu facta in foro iudiciali tractãt. Et hoc particulare sit scriptum,vt de similibus idẽ intelligatur iudicium.

¶Sed restant circa discussam materiam adhuc dubitationes duæ.Prima est, an iurare super vero cum animo non iurandi,sit peccatum mortale.Secunda est an iurare cum animo se non obligandi,sit interpretandum pro iurare cũ animo non iurandi.

¶Est autẽ primi dubij ratio, quia iurando verũ animo nõ iurandi,nec Deo, nec homini iniuria est,quoniã Deus nõ affertur ex iuramẽto exteriori in testem falsi : quia iuratur verũ.Nec homini detrimentũ aliquod affertur,quia in nullo homo læditur,nisi in notitiã vnius singularis, scilicet quòd iste habet animum iurandi,in quo fallere non excedit limites peccati venialis.

¶In oppositum autem est,q; veritas sermonis deber esse comes iuramenti. Et si desit in materia iuramẽti,hoc est,i eo,qđ iuramẽto cõfirmatur,est mortale.Ergo à fortiori,si desit in forma,hoc est in ipsa iuratione,quia scilicet iuratio ipsa est mendacium,magis est mortale.

¶Secundi autem dubij ratio est , quia intendens se non obligare , intendit quicquid annexum necessariò est ad hoc quòd est se non obligare,sed ad iuramentum cum animo non obligandi annectitur necessariò animus non iurandi.Ergo iurare cum animo non se obligandi , interpretandum est pro iurare cum animo non iurandi.

¶ In oppositum autem est : quia mentiens in vno non est interpretandus mentiri in duobus. Sed iurans cum animo se non obligandi , mentitur in materia iuramenti,scilicet in promissione , ad quam non intendit se obligare , vt dicit. Ergo non est censendus mentiri etiam in forma iuramenti. Constat enim quòd iurare cum animo non iurandi est mentiri in ipsa ratione.

¶ Ad euidentiam primi dubij sciendum est,quòd in hac quæstione non est difficultas ex parte materiæ,quia supponitur quòd verum dicatur & iustum:sed ex parte ipsius actus iurandi in quo mendaciũ inuenitur:quia iurat verbo,& nõ mente.Et propterea oportet ex parte mẽdacij videre si sit perniciosum.Apparet enim quòd non:quia mẽtiendo, dum dicit,Deus est testis,non attribuit aliquid non competens Deo:quoniam verum est quòd Deus est testis omnis veritatis, sed attribuit sibiipsi quod non conuenit,s.se inuocare in testem Deum.In hoc enim mentitur. Hoc in nullius iniuriam videtur esse.Si fubtilius inspexerimus, apparebit hoc mendacium perniciosum ex propria natura.quoniam directè contrariatur fini iurationis , s. confirmationi veritatis. Ideo enim iuramus, vt veritatem confirmemus.Iurare nanque non cũ animo iurandi,est confirmare , & nõ confirmare veritatem.Nam quia iurat actu exteriori,firmat veritatem inquantum est ex specie actus exteriotis. Quia verò non iurat mente , non confirmat veritatem. Vnde actus iste sic peruersus in seipso , vt sibiipsi contrarius,est perniciosus toti generi humano , vt pote quantum in se est,tollens à iuramento exteriori finem quare fit,s.confirmationem veri.Et similiter,quãtum ex se est eneruans fidem dandam exteriori iuramento. Magis autẽ apparet directè pernicies huiusmodi ficti iuramenti,considerando iuramentũ in ordine ad Deum. Nam sic iurare est ex suo genere illudere diuino testimonio:quia ex actu exteriori inducit diuinũ testimonium, & ex actu interiori dissentit inuocationi diuini testimonij,quod nihil aliud videtur quàm quædam diuini testimonij illusio : & per hoc patet solutio obiectionis in oppositum. Nec putes me immemorem supràscriptorum , s.quòd iurans secum animo non iurandi,non ligatur,ac per hoc non iurat. Cùm enim homo sibiipsi loquitur,non habet locum mẽdacium nec in materia nec in forma, sed sola ibi interuenit vna fatua prolatio illorum verborũ,tanquam nihil significãtium. Ita quòd omnia verba,etiam ipsa iuratio,materialiter proferuntur & supponunt.Nec contingunt hæc personis sani capitis in hoc.

¶ Ad secundum dubium dicitur , quòd cùm quis fatuè secum sibiipsi iurat, cũ animo non se obligandi,iurare illud pro vano habendũ est: quia cũ nulla sit ibi materia,quoniam verba quæ dicuntur,materialiter sumũtur,iuramẽtũ super nihilo profertur.ac per hoc indiscrete. Sed cùm quis alteri promittit aut dicit sub iuramento cũ animo se non obligandi,iuramentum pro iuramento cum animo iurandi,interpretandũ est.Et ratio est,quia in iuramẽto animus iurandi concurrit directè & manifestè ipsi iuranti. Ac per hoc nunquam interpretãdum est deesse animũ iurandi,nisi manifesta sic huiusmodi intentio iurantis. Regulare siquidem ac naturale est, vt iurantes habeant animum iurandi.Et quoniam ex animo non se obligandi non nisi indirectè & occultè sequitur intentio non iurandi,ideo ex animo non se obligandi non est interpretandum iuramentum, quod sit factum animo nõ iurandi : Quinimo ex errore videtur procedere animus iste non se obligandi: quia scilicet putant posse se separare obligationem à iuramento.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad obiectionem pro contraria parte.Non enim quicunque vult aliquid , vult omne necessariò annexum ibi incognitum, quod credit non esse annexum.Imò, ex errore vult implicitè cõtradictoria latentia apud eum.

¶ *Super Quæstionis octuagesimenone Articulum octauum.*

IN artic.octauo,eiusdem octuagesimæ nonæ quæstionis,nota pro intellectu literæ tria.Primũ est,quòd in obseruatione tam voti quàm iuramenti concurrunt,duo,s.ipsa obseruatio voti vel iuramenti, & actus seruatus , qui promissus vel iuratus erat,puta, dare centum aureos. Commune est autem voto & iuramento,quòd ipsa obseruatio vtriusque spectat ad religionem, quoniam ex diuino aliquo cauſatur,vt in litera dicitur , & ad diuinum cultum spectat reddere Deo tam vota quàm iuramenta. Sed differentia inter votum & iuramentum est,quo ad actus seruatos:quia in voto etiam actus seruatus est actus religionis,imperatus tamẽ.In iuramẽto autem actus seruatus relinquitur suæ naturę,& nõ est factus religionis actus,vt in art.quinto huius quæstionis didicimus.Secundum est,quòd licet fidelitas & reuerẽtia,diuersarum virtutum sint inter homines,vt patet ex distinctione virtutũ ordinatarũ ad honorandum,& ad fidem seruandam,in ordine tamẽ ad Deũ, fidelitas & reuerentia eiusdem virtutis sunt.s.religionis.Decet enim vt quæ in inferioribus diuisa sunt,in superiori vniantur.Tertium est,q; dictum literæ,s.omnis infidelitas irreuerentiam continet.si secundum subiectam materiam restringatur,s.respectu domini,clarum est.Maxima nanque,vt in litera subditur,irreuerentia domini videtur infidelitas ad eum.Si verò vniuersaliter,vt sonat,intelligendum est,non caret scrupulo:cùm fides etiam sit supremorum ad infimos. Veruntamen verificatur ratione contemptus annexi: quia quicunque infidelis alicui est,ipsum patuipedere videtur, ac per hoc dehonorare, quod ad irreuerentiam spectat.

¶ Super

¶ *Super Quæstionis octuagesimenonæ Articulum nonum.*

IN articulo nono eiusdẽ octuagesimænonæ q. nota conuenientiam & differentiam inter votũ & iuramentum , quo ad dispensationis autoritatem.Nam conueniunt in hoc , quòd vtrobique dispensatio, commutatio, irritatio, aut relaxatio fit ratione materiæ , vt habes clarè in litera. Differunt verò in duobus ad propositum, s.in qualitate materiæ, & in persona cui fit. Nam voti propria materia est solum bonum supererogationis. Et soli Deo votum fit.Iuramenti autem propria materia est, non solùm bonum supererogationis , sed etiam bonum de necessitate salutis : vt reddere debitum, seruare fidem,&c.& vniuersaliter quodcunque licitũ: ita tamen quòd non ponatur obex Spiritui sancto. Et fit iuramentum non solùm Deo, sed frequentissimè homini. Et hinc prouenit duplex differentia. Prima est,quòd in votis dispensandis seu commutandis attenditur quid magis Deo acceptum sit, vt prædictum est. In iuramentis autem oportet respicere ad præiudicium hominis,cui factum est , & in cuius fauorem factum est. Et hinc sequitur altera , s. quòd homo non potest votum relaxare,quia non fit homini. Sed iuramentum potest homo homini relaxare,vt in litera dicitur in responsione ad secundum:quia fit homini propter ipsum hominem, & quòd Prælatus ecclesiasticus,etiam Papa , non habet ita potestatem super iuramẽta sicut supra vota. Quia non est ita in potestate Papæ auferre ius tertij in rebus non ecclesiasticis , sicut est in potestate sua commutare in aliquid gratius Deo , quia est Dei vicarius , & non est vicarius illius hominis: nec ita est super eũ, vt possit illum rebus suis priuare ad libitum. Et hoc non est propter defectum potestatis Papæ, aut excellentiam iuramenti , sed ex natura contractus iuramento firmati, scilicet inter hominem & hominem. Quocirca cessante præiudicio hominis, ita iuramenta subiiciuntur Ecclesiæ potestati , sicut etiam vota. Et cum iuramentum sit minus obligatiuum quàm votum, vt præhabitum est, consequens est , vt omnia iuramenta subsint inferioribus Papæ,quæ si essent vota, subessent eisdem:quia cui concessum est posse ordinare in maius, concessum est posse & in minus. Et similiter videntur referuata omnia iuramenta Papæ: rentia quã debemus ei, ex qua tenemur quòd verificemus id quod p nomen ei9 promittimus.Omnis autẽ infidelitas irreuerentiam continet, sed nõ conuertitur. Videtur enim infidelitas subiecti ad dominum,esse maxima irreuerentia. Et ideo votũ ex ratione suа magis est obligatorium quàm iuramentum.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ,q; votum est ,missio nõ quæcunq; , sed Deo facta , cui infidelẽ esse grauissimum est.

¶Ad secundum dicendum , quòd iuramentum non adhibetur voto, quasi aliquid firmius, sed vt per duas res immobiles maior firmitas habeatur.

¶Ad tertiũ dicendũ , qđ deliberatio añi dat firmitatẽ voto,quãtũ ex parte vouẽtis est.Habet tñ maiorem firmitatis causam ex parte Dei,cui votum offertur.

ARTICVLVS IX.

¶ *Vtrũ aliquis possit in iuramento dispensare.*

AD NONVM sic proceditur.Videtur q; nullus possit dispensare in iuramento. Sicut enim veritas requirit ad iuramẽtum assertorium, qđ est de ꝑterito vel præsenti : ita ad iuramentum promissoriũ,quod est de futuro. Sed nullus põt cum aliquo dispensare, quòd de ꝑsentibus vel ꝑteritis iuret cõtra veritatem.Ergo etiã nullus põt dispensare, qđ non faciat aliquis esse verum id , quod cum iuramento in futurum promisit.

¶2Præterea, Iuramentum promissorium inducitur ad vtilitatem eius cui fit promissio.Sed ille(vt videtur) nõ potest relaxare, quia est contra reuerentiam diuinam. Ergo multo minus per aliquem alium potest super hoc dispensari.

¶3Præt. In voto quilibet Episco.põt dispensare,exceptis quibusdam votis,quæ soli Papæ referuantur,vt suprà habitum est*.Ergo pari ratione in iuramento,si esset dispensabile quilibet Episcopus posset dispensare. Quod tamen videtur esse contra iura. Non ergo videtur quòd in iuramento possit dispensari.

¶SED CONTRA est , quod votum est maioris obligationis q̃ iuramentum , vt suprà dictum est*. Sed in voto potest dispensari.Ergo in iuramento.

¶RESPONDEO dicendũ, q; sicut ſ̃ dictum est*, necessitas dispensationis tã in lege q̃ in voto , est propter hoc q; id quod in se, vel vniuersaliter consideratum est vtile & honestum , sẽdm aliquẽ particulare euentum põt esse inhonestum & nociuũ,qđ nõ põt cadere nec sub lege,nec sub voto.Quod aũt aliqđ sit inhonestum vel nociuum,repugnat iis q̃ dñt attendi in iuramento.Nã si sit inhonestum , repugnat iudicio. Et ideo pari ratione ẽt in iuramento dispensari põt.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q; dispensatio q̃ sit in iuramento,nõ se extẽdit ad hoc, q; aliquid cõtra iuramentum fiat.Hoc em est impossibile,cum obseruatio iuraméti cadat sub ꝑcepto diuino, quod est indispẽsabile:sed ad hoc se extendit dispensatio iuraméti,vt id qđ sub iuramento cadebat,sub iuraméto nõ cadat,quasi nõ existẽs debita materia iuramenti,sicut & de voto ſ̃ diximus*. Materia aũt iuramenti assertorij , quod est de ꝑterito vel præsenti,in quandã necessitatem iam transit , & immutabilis facta est.Et ideo dispensatio nõ referretur ad materiã , sed referretur ad ipsum actũ iuraméti.Vnde si dispẽsatio directè esset cõtra ꝑceptũ diuinũ. Sed materia iuraméti ꝑmissorij est aliqđ futurũ qđ variari põt, ita ſ. qđ ſ aliquo euentu põt esse illicitũ & nociuũ, & per cõsequens non esse debita materia iuramenti.Et iõ dispensari potest iniuramento promissorio, q; talis dispensatio respicit materiam iuramenti,& nõ contrariatur ꝑcepto diuino de iuramenti obseruatione.

¶Ad secundũ dicendũ, q; hõ põt alteri ,p mittere aliqđ sub iuramento dupliciter. Vno mõ , qñ ,mittit aliquid pertinens ad vtilitatẽ ipsius:puta, si sub iuramento ,mittat se seruiturũ ei vel pecuniã datu rũ : & à tali ,missiõe põt absoluere ille cui ,missio facta est. Intelligitur em iã ei soluisse,missum,qñ facit de eo secundum eius vtilitatem. Alio modo ,mittit aliquis alteri quod pertinet ad honorẽ Dei,vel vtilitatem aliorũ:puta, si aliquis sub iuramento promittat alicui se ĩtraturum religionem , vel aliquod opus pietatis facturũ. Et tunc ille cui ,mittit non põt absoluere ,mittentem:quia ,missio non est facta ei principaliter, sed Deo:nisi fortè sit ĩterposita conditio ratione cuius posit,scilicet, si illi videbit cui promittitur, vel aliquid aliud tale.

¶Ad tertium dicendũ, quòd quandoque illud quod cadit sub iuramento ,missorio,est manifestè repugnans iustitiæ,vel q; est peccatum,sicut cũ aliq; iurat se facturum homicidium : vel q; est maioris boni impeditiuũ : sicut cũ aliq; iurat se nõ iuraturũ religionẽ.Et tale iuramentũ dispensatiõe nõ indiget:sed in primo casu tenet aliquis tale iuramentum non seruare.In secundo autem casu licitũ est & seruare & non seruare,vt ſ̃ dictũ est*.

Qñq; verò aliquid sub iuramento promittit,de quo dubium est, vtrum sit licitum vel illicitum , ꝑticũ vel nociuum, aut simpliciter , aut in aliquo casu : & in hoc potest q̃libet Episcopus dispensare. Quandoq; verò sub iuramento ,mittit aliq̃d, quod est manifestè licitum & vtile. Et i tali iuramento non videt habere locũ dispẽsatio vel cõmutatio, nisi aliqđ melius occurrat ad communẽ vtilitatẽ faciendum:quod maximè videt pertinere ad potestatem Papæ, q̃ habet curã vniuersalis Ecclesiæ:vel etiã absoluta relaxatio,quod etiã ad Papã pertinet in omnibus gñaliter q̃ad dispensationem rerũ ecclesiasticarum pertinent, super quas habet plenitudinem potestatis. Sicut & ad vnumquemque pertinet irritare iuramentum,quod à sibi subditis factum est, circa ea q̃ eius potestati subduntur:sicut pater potest irritare iuramentum puellæ,& vir vxoris , vt dicitur Numer. 30. sicut & suprà de voto dictũ est*.

ARTICVLVS X.

¶ *Vtrum iuramentum impediatur per aliquam conditionem personæ vel temporis.*

AD DECIMVM sic ꝓcedit.Videtur , q; iuraméntũ non impediat per aliquã cõditionẽ personę vel tẽporis.Iuramentũ em ad confirmationem inducitur,vt patet per Apost.ad Heb.6.Sed cui libet conuenit cõfirmare dictum suum, & quolibet tempore.Ergo videtur q; iuramentum non impediatur per aliquam conditionem personæ,vel temporis.

¶2Præt.Maius est iurare per Deum quã per Euãgelia.Vñ Chry.dicit* : Si aliqua causa fuerit,modicum videt facere,q; iurat per Deum , sed q; iurat per Euãgelia,

quæ si essent vota , essent Papæ referuata , vt iuramentum de castitate , & huiusmodi. Et ex hac radice Ecclesia dispensat in iuramentis coactis : quia scilicet cessat præiudicium hominis, & audacia malorum coercetur dispensando.

¶ In eodem articulo in responsione ad tertium, nota quòd dupliciter contingit fieri relaxationem iuramenti , scilicet directè , vel indirectè. Directè quidem fit duabus viis : aut ratione materiæ , quia scilicet materia est potestati relaxantis subdita,vt contingit in patre respectu filij , & viro respectu vxoris, & domino respectu ſerui , & huiusmodi : aut ratione publici officij , quia ſ. sic expedit facere: quamuis ille qui iurauit licitè posset seruare , vt contingit in iuramentis coactis. Et vtraque via vtitur Ecclesia in relaxatione iuramenti. Prima quidem in distributione seu dispensatione & rerum Ecclesiasticarum & officiorum Ecclesiasticorum : super quibus Papa habet plenitudinem potestatis in dispensando seu distribuendo. Et hoc modo relaxari possunt iuramenta facta à beneficiaris de rebus Ecclesiæ, disponente Papa aliter de rebus illis. Et similiter iuramenta de conferendis aut suscipiendis beneficiis , officiis, aut gradibus ecclesiasticis, sic relaxantur:vt plures fieri videmus dum relaxantur iuramenta Baccalaureorũ in Theologia , de non suscipiendo alibi magisterium. Omnium autem horum causa est , quia hæc ita subsunt inferioribus potestatibus,vt Papa sit magis potens super hæc dispensanda, distribuenda, committenda , inhibenda, communicanda , quã quæcunque inferiori potestas , tam personalis quàm collegialis , vt nulli iniurium faciat, vtendo iure suo. Ideo in ipso iuramento intelligitur semper superioris ius exceptum , vt patet, extra , de iureiurando.capitulo,9 Venientes. Secunda autem via, scilicet ex publico officio,vtitur Ecclesia,quandoque quidem in pœnam eius , cuius iuramentum erat præstitum, vt patet de relaxatione iuramenti exhibiti ex- communicato. 15. quæstione , sexto capitulo , Nos sanctorum. & capitulo , Iuraros. Quandoque verò & in pœnam & in odium humanæ ſ̃cuitiæ, vt sit in relaxatione iuramẽtorum coactorum , vt patet, extra, de iureiurando. capitulo, Si verò. Quandoque verò propter bonum publicum. Sed hic à medio!

Universidad de Deusto
Biblioteca

opus est sale, ne cuiquam fiat præiudicium. Indirectè autem relaxantur ab Ecclesia iuramenta ex naturali sequela: vt si deponit Episcopum, ex naturali sequela omnes iuramento astricti illi, quatenus Episcopo, non tenentur ei amplius. Et similiter si remouet statuta alicuius religionis vel collegij, ex naturali sequela non tenẽtur qui vouerunt, aut iurarunt seruare statuta, quia non sunt amplius statuta. Et similiter si priuat iustè regẽ regno, omnes qui illi personæ iurauerant se futuros illum in regno, non tenentur amplius. Quia ex hoc ipso quòd iudicatus iustè est indignus regno, nullus tenetur eum amplius fouere in eodẽ. Consuenit tamen, vt videtur, Ecclesia, & quando directè & quando indirectè relaxat iuramentum, mentionem facere de talis vinculi relaxatione vt ex scientia potestatem habentis intelligatur procedere relaxatio, ne surreptio opponatur. Et de votis & iuramentis pro nunc dicta sufficiant, & pro tota hac quæstione octuagesimanona.

¶ Super Quæstionis nonagesimæ Articulum 1. 2. & 3.

IN omnibus tribus articulis quæstionis nonagesimæ de adiuratione, sola vna propter secundum articulum occurrit dubitatio. Quantum scilicet valeat ratio literæ toties repetita de actibus pertinentibus ad quandam societatem cum dæmone, consurgunt siquidem hic duo dubia: an scilicet cessante omni inuocatione, reuerentia, & pacto tam explicite quã implicite liceat homini vti operatione dæmonum ad opera non excedentia vires naturales eorum, nec mala, nec propter malum finem. Alterum est si non est licitum, an sit peccatum mortale vti huiusmodi operibus dæmonum, puta locutione, exequutione, seu seruitio. Et est ratio dubitandi, quia non apparet hic malum ex genere, sed ex periculo. Quia scriptum est. Cum peruerso peruerteris: vel quia prohibitum primæ ad Corint. 10. Nolo vos fieri socios dæmoniorum: & experientia quotidiana testatur cũ arreptitiæ personæ occurrunt, multos cum dæmonibus colloqui absque scrupulo conscientiæ. Et Autor in ferius quæstionis nonagesimæquintæ articulo quarto, ad primum dicit: Inquirere aliquid à dæmone sponte occurrente, quandoque licet propter vtilitatem aliorum.

Epist. 54. paulo post princip. to. 3.

¶ Ad euidentiam huius maius aliquid fecisse videtur. Quibus dicẽdum est: Stulti, scripturæ propter Deũ factæ sunt, nõ Deus propter scripturas. Sed cuiuslibet conditionis personæ, & quolibet tempore in communi locutione cõsueuerũt iurare p Deũ. Ergo multo magis licitũ est eis iurare per Euãgelia.

¶ 3 Præt. Idem non causatur ex contrariis causis, quia contrariæ causæ sunt contrariorum. Sed aliqui excluduntur à iuramento propter defectum personæ, sicut pueri ante quatuordecim annos: & etiã illi, qui semel fuerunt periuri. Non ergo videtur quod aliqui prohibeãtur iurare vel propter dignitatem, sicut clerici: aut etiam propter temporis solennitatem.

¶ 4 Præt. Nullus homo viuens in hoc mũdo est tantæ dignitatis sicut angelus. Dicitur enim Matt. 11. ꝙ qui minor est in regno cælorum, maior est illo, s. Ioanne Baptista adhuc in mundo viuẽte. Sed angelo cõuenit iurare. Dicitur enim Apo. 10. quod angelus iurauit per viuentẽ in secula seculorũ. Ergo nullus homo propter dignitatẽ dẽt excusari à iuramento.

¶ SED CONTRA est, quod habẽtur 2. q. 5. Presbyter vice iuramenti per sanctam consecrationem interrogatur. Et 22. q. 5. dicitur, Nullus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico quicquam super sancta Euangelia præsumat.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ in iuramento duo sunt considerãda. Vnũ qui dem ex parte Dei, cuius testimoniũ indu citur. Et quantũ ad hoc debetur iuramẽto maxima reuerẽtia. Et ꝓpter hoc à iuramẽto excludũtur pueri ante annos pubertatis, qui non coguntur ad iurãdum: quia nondum habẽt perfectum vsum rationis, quo possint cũ reuerentia debita iuramentum præstare. Et iterum periuri, qui ad iuramentũ nõ admittuntur: quia ex retroactis præsumitur, quod debitã reuerentiã iuramento non exhibebunt. Et propter hoc etiã, vt iuramẽto debita reuerẽtia exhibeatur, dicitur 22. q. 5. Honestũ est, vt qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat cũ omni honestate & timore Dei. Aliud autem est cõsiderãdũ ex parte hominis, cuius dictũ iuramẽto confirmatur. Non enim indiget dictum hoĩs confirmatione, nisi quia de eo dubitatur. Hoc aũt derogat dignitati personæ, vt dubitetur de veritate eorũ q̃ dicit. Et ideo personis magnæ dignitatis non cõuenit iurare. Propter quod dicitur 2. q. 4. c. Si quis presbyter, quòd sacerdotes ex leui causa iurare nõ debent: tñ pro aliqua necessitate, vel magna vtilitate licitum est eis iurare: & præcipuè pro spiritualibus negotiis, ꝓ quibus etiã iuramenta competit præstare in solennibus diebus, quibus est spiritualibus rebus vacãdum. Non autem tunc sunt iuramenta præstanda pro rebus temporalibus, nisi forte ex magna necessitate.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ quidam sunt, qui dictũ suum cõfirmare nõ possunt propter defectum eorũ: & q dam sunt, quorũ dictum adeo debet esse certum, quòd confirmatione non egeat.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd iuramẽtũ, secundum se consideratum, tãto fortius est, & magis obligat, quanto maius est id, p quod iurat, vt Aug. dicit ad Publicolã*. Et secundũ hoc, maius est iurare per Deum q̃ per Euãgelia. Sed potest esse econuerso, ꝓpter modũ iurãdi: vtpote si iuramentum, quod fit p Euangelia, fiat cum quadã deliberatione & solennitate: iuramentum autem quod fit p Deũ, fiat leuiter, & absque deliberatione.

¶ Ad tertium dicendum, quod nihil prohibet aliquid tolli ex contrariis causis per modum superabundantiæ & defectus: hoc modo aliqui impediuntur à iuramento, quia sunt maioris autoritatis quàm quòd eos iurare deceat: aliqui verò, quia sunt minoris autoritatis quàm quod eorum iuramento stetur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ iuramentũ angeli inducitur non propter defectum ipsius, quasi nõ sit eius simplici dicto credendum, sed ad ostendendũ id, quod dicitur, ex infallibili Dei dispositione ꝓcedere. Sicut etiam & Deus aliquando inscripturis iurans inducitur, ad ostendendum immobilitatem eius quod dicitur, sicut Apostol. dicit ad Heb. 6.

QVÆSTIO NONAGESIMA
de Diuini nominis assumptione per modum adiurationis, in tres Articulos diuisa.

POSTEA considerandũ est de assumptione Diuini nominis p modũ adiurationis. ¶ Et circa hoc q̃runtur tria. ¶ Primò, vtrũ liceat adiurare hoĩes. ¶ Secũdò vtrum liceat adiurare dæmões. ¶ Tertiò, vtrũ liceat adiurare irrationales creaturas.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum liceat adiurare hominem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non liceat hominem adiurare. Dicit enim Origenes super Matt. * Aestimo quoniã non oportet vt vir qui vult secundum Euangeliũ viuere, adiuret alterũ. Si em̃ iurare non licet quãtũ ad Euãgelicũ Christi mandatum, notũ est, quia nec adiurare alterũ licet.

¶ 2 Præt. Manifestum est, quòd Princeps sacerdotum Iesum illicitè adiurauit per Deum viuum.

¶ 3 Præt. Quicunque adiurat aliquẽ, quodammodo ipsum compellit. Sed non licet alium inuitum cogere. Ergo videtur quod nec liceat alium adiurare.

¶ 4 Præt. Adiurare est aliquem ad iurandum inducere. Sed inducere aliquem ad iurandum est superiorum, qui inferioribus iuramenta imponunt. Ergo inferiores superiores suos nõ possũt adiurare.

¶ SED CONTRA est, quod etiam Deũ per aliqua sacra obsecramus, eũ ob testantes. Apostolus ét fideles obsecrat per misericordiã Dei, vt patet Rom. 12. quod videtur ad quandam adiurationẽ pertinere. Ergo licitũ est alios adiurare.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ ille q̃ iurat iuramẽto promissorio per reuerẽtiã diuini nominis, quod ad confirmationẽ suæ promissionis inducit, seipsum obligat ad faciendũ q̃d ꝓmittit, quod est, seipsum immobiliter ordinare ad aliq̃d agẽdũ. Sicut aũt hõ seipsũ ordinare põt ad aliquid agẽdum, ita ét alios, superiores quidem deprecãdo, inferiores autẽ imperãdo: vt ex supradictis patet*. Cum ergo vtraq; ordinatio p aliquod diuinũ confirmatur, est adiuratio. In hoc tñ differunt, ꝙ hõ est suorum actuũ dominꝰ: nõ autẽ est dominus eorum q̃ sunt ab alio agẽda. Et ideo sibiipsi põt necessitatẽ imponere p diuini nominis inuocationem. Non autem hanc necessitatem põt aliis imponere, nisi subditis, quos potest ex debito præstiti iuramenti compellere. Si ergo aliqs p inuocationem diuini nominis, vel cuiuscunque rei sacræ alicui non sibi subdito, adiurando, necessitatem agendi aliquid imponere intendat, sicut imponit sibiipsi iurando, talis adiuratio illicita est: quia vsurpat potestatem in aliũ, quam non habet. Tamen propter aliquam necessitatem superiores inferiores suos tali genere adiurationis constringere possunt. Si verò intendat solummodo per reuerentiam diuini nominis, vel alicuius rei sacræ, aliquid ab alio obtinere absque necessitatis impositione, talis adiuratio licita est respectu quorumlibet.

Q. 83. artic. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd Origenes loquitur de adiuratione, qua aliquis alicui necessitatẽ imponere intẽdit, sicut imponit sibiipsi iurando. Sic enim Princeps sacerdotum præsumpsit dominum Iesum Christum adiurare.

¶ Ad secundũ dicendum, quod illa ratio procedit de adiuratione, quæ necessitatem imponit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd adiurare non est aliquem ad iurandum inducere, sed per quandam similitudinem iuramenti à se inducti, alium ad aliquid agendum prouocare. Aliter tamẽ adiuratione vtimur ad hominem & aliter ad Deum. Nam adiurando hominem, eius voluntatem per reuerentiam rei sacræ immutare intendimus, quod quidem non intendimus circa Deum, cuius voluntas est immutabilis. Sed quod à Deo per ætternam eius voluntatem aliquid obtineamus, non est ex meritis nostris, sed ex eius bonitate.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum liceat dæmones adiurare.

Hom. vlt. to. 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non liceat dæmones adiurare. Dicit emꝰ Origenes super Mat. * Non est secundum potestatem datam à Saluatore adiurare dæmonia: Iudaicum enim est hoc. Non autem debemus Iudæorum ritus imitari, sed potius vti potestate à Christo data. Ergo non est licitum dæmones adiurare.

¶ 2 Præt. Multi necromanticis incantationibus dæmones inuocant per aliquid diuinum, quod est adiurare. Si ergo licitũ est dæmones adiurare, licitum est necromanticis incantationibus vti. Quod patet esse falsum, ergo &c. ꝓimum.

¶ 3 Præt. Quicunque, adiurat aliquem, ex hoc ipso aliquam societatem cum ipso facit. Sed non licet cum dæmonibus societatem facere secundum illud 1. Corint. 10. Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Ergo non licet dæmones adiurare.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Marci vltimo, In nomine meo dæmonia eiicient. Sed inducere alium ad aliquid agendum propter nomen diuinum, hoc est adiurare. Ergo licitum est dæmones adiurare.

Arist. præ.

¶ RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ sicut dictum est,* duplex est adiurandi modus: Vnus quidem per modum deprecationis, vel inductionis ob reuerentiam alicuius sacri. Alius autem per modum compulsionis. Primo autem modo non licet dæmones adiurare, quia ille modus adiurandi videtur ad quandã beneuolentiam vel amicitiam pertinere, quia non licet ad dæmones vti. Secundo autem adiurationis modo, qui est per compulsionem, licet nobis ad aliquid vti, & ad aliquid nõ licet. Dæmones enim in cursu huius vitæ nobis aduersarij constituuntur. Non autem eorũ actus nostræ dispositioni subduntur, sed dispositioni diuinę & sanctorum Angelorum: quia, vt Aug. dicit in 3. de Trin.* spiritus desertor regitur per spiritum iustũ.

cap. 4.

Possumus ergo dæmones adiurando per virtutem diuini nominis, tanquam inimicos repellere, ne nobis noceãt ꝓpriualiter vel corporaliter, secundum potestatem diuinam datam à Christo, secundum illud Lucæ 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Non tamen licitum est eos adiurare ad aliquid ab eis addiscendum, vel etiam ad aliquid per eos obtinendum: quia hoc pertineret ad aliquam societatem cum ipsis habendã. Nisi forte ex speciali instinctu vel reuelatione diuina, aliqui Sancti ad aliquos effectus, dæmonum operatione vtantur: sicut legitur de beato Iacobo, quòd per dæmonem fecit Hermogenem ad se adduci.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Origenes loquitur de adiuratione, quæ non fit potestatiuè per modum compulsionis sed magis per modum cuiusdam beneuolæ deprecationis.

¶ Ad secundum dicendum quod necromantici vtuntur adiurationibus & inuocationibus dæmonũ ad aliquid ab eis addiscendum vel adipiscendum. Et hoc est illicitũ, vt dictum est*. Vnde Chrysꝰ* dicit Marci primo, exponens illud verbum Domini, quod spiritui immundo dixit, Obmutesce & exi ab homine. Salutiferum hoc nobis dogma datur, ne credamus dæmonibus, quantumcunque denuntient veritatem.

In corpo. art. Concione 2. de Lazaro inter pri. & med.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ ratio illa procedit de ea adiuratione qua imploratur auxilium dæmonum ad aliquid agendum vel cognoscendum: hoc enim videtur ad quandam societatẽ pertinere. Sed quod aliquis adiurando dæmones repellat, hoc est ab eorum societate recedere.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrũ liceat irrationalẽ creaturam adiurare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ nõ liceat adiurare irrationalẽ creaturã. Adiuratio enim fit per locutionem. Sed frustra sermo dirigitur ad eum qui non intelligit, qualis est irrationalis creatura: ergo vanũ est & illicitum irrationalem creaturam adiurare.

¶ 2 Præterea, Ad eum videtur cõpetere adiuratio, ad quem pertinet inratio. Sed iuratio non pertinet ad creaturam irrationalem. Ergo videtur quòd ad eã non liceat adiuratione vti.

¶ 3 Præt. Duplex est adiurationis modus, vt ex supradictis patet*. Vnus quidem per modũ deprecationis, quo non possumus vti ad irrationalem creaturam, quæ non est domina sui actus. Alia autem adiuratio est per modum cõpulsionis, qua etiã (vt videtur) ad eã vti non possumꝰ, quia non est nostrum creaturis irrationalibus imperare, sed solum illius de quo dicitur Matt. 8. Quoniam venti & mare obediunt ei. Ergo nullo modo (vt videtur) licet vti adiuratione ad irrationales creaturas.

¶ SED CONTRA est, ꝙ Simon & Iudas legũtur adiurasse dracones, & eis ꝓcepisse, vt in desertũ locũ discederent.

¶ RESPONDEO dicendum, quod creaturæ irrationales ab alio agũtur ad ꝓprias operatiões. Eadẽ aũt actio est eius quod agitur & mouetur, & eius qd agit & mouet, sicut motus sagittæ etiam est q̃da operatio sagittantis. Et ideo operatio irrationalis creaturæ non solum ipsi attribuitur, sed principaliter Deo, cuius dispositione omnia mouentur. Pertinet etiã ad diabolũ, qui permissione diuina vtitur aliquibꝰ irrationalibus creaturis ad nocendum hominibus. Sic ergo adiuratio qua quis vtitur ad irrationalẽ creaturam, potest intelligi dupliciter. Vno mõ, vt adiuratio referatur ad ipsã irrationalem creaturã secundũ se, & sic vanũ esset irrationalem creaturam adiurare. Alio mõ, vt referatur ad eũ à quo irrationalis creatura agitur & mouetur. Et sic dupliciter adiuratur irrationalis creatura. Vno quidẽ mõ, per modum deprecationis ad Deũ directè, quod pertinet ad eos qui diuina inuocatione miracula faciũt. Alio mõd, ꝓ modũ cõpulsionis, quæ refertur ad diabolum, qui in nocumẽtũ nostrũ vtitur irrationalibꝰ creaturis. Et talis est modus adiurãdi in Ecclesiæ exorcismis: per quos dæmonũ potestas excluditur ab irrationalibus creaturis. Adiurare autem dæmones ab eis auxilium implorando, non licet. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVÆSTIO NONAGESIMA
prima de Diuinis nominis assumptione ad inuocandum per orationem vel laudem, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de assumptione diuini nominis ad inuocandũ per orationem vel laudem. Et de oratione quidem iam dictum est. Vnde nunc de laude restat dicendum.

Art. 1. et 2.

cem inimicos contingit. Sed omnia voluntaria dæmonis, hostilia sunt ꝓpter eorum peruersam ac obstinatam voluntatem in malo, in tantũ vt in quolibet suo voluntario opere peccẽt mortaliter, vt in præcedenti habitum est libro. Omnis autem amicitia cum hoste, in his quæ hostilia sunt, est perniciosa, vt pote hostilitati contraria. Vnde sequitur, quòd si cum dæmone exercetur actus socialis perfectè, est peccatũ mortale: si vero imperfectè, est peccatum veniale. Habet autem rationem actus socialis perfectè, vti dæmonis voluntaria confabulatione, seruitio, doctrina, & similibus: hæc enim socialis sunt vitæ. Imperfectè autẽ, si quis ex leuitate vel curiositate non credens se diuinam amicitiam offendere cum occurrente dæmone in assumpto corpore vel arreptitio, per modum transeuntis loquitur, inquirit curiosa, facit aliquid vanum ab eo fieri: puta, mouere lapidem, respondet pro tunc. In his nanque actibus, licet sit perfectè ratio humani actus, non tamen est perfectè ratio actus socialis. Et ratio ne huius imperfectionis à mortali excusantur. Sicut in quolibet genere peccati mortalis actus ꝓpter imperfectionem, sunt peccata venialia. Cum his autem omnibus stat, quod per accidens licitum esse potest ab occurrente dæmone inquirere & cum eo loqui ꝓpter aliorũ vtilitatem, vt Autor in allegata autoritate dicit, si casus accidit, quasi testimonium ab hoste oblato exigens. Et tunc tanquam cum hoste hęc agenda sunt & per modũ transeuntis. Ex quo nãque hoc est per accidens, non exigitur compulsio, nec expulsio, nisi quo ad finem, hoc est quòd finis proximus fit imminens vtilitas, hoc expolcens ad honorem Christi. Quod rarò aut nũquam accidere videtur, nisi iis qui possunt dæmones compellere. Quoniam mendax cùm sit & hostis, nulla potest eius verbis fides dari, nisi adsit virtus compulsiua.

D. 34.

D. 82.

¶ Super Quæstionis nonagesimæ primæ Articulum primum & secundum.

IN duobus articulis quæstionis nonagesimæ primæ, not. primo finem cantus consistere in excitatione deuotionis propriæ vel alienæ ad Deum. Et cùm omnia quæ sunt propter finem, non sint propter se appetenda, nec facienda, nisi inquantum sunt vtilia ad finem, consequens est, vt in ecclesiasticis officiis in Ecclesiis perfol-

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Circa quam quæruntur duo. ¶ Primò, vtrum deus sit ore laudandus. ¶ Secundò vtrum in laudibus dei sint cantus adhibendi.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum Deus sit ore laudandus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Deus non sit ore laudandus. Dicit enim Philosophus in primo Ethic*. Optimorum non est laus, sed maius aliquid & melius. Sed Deus est super omnia optimus. Ergo deo non debetur laus, sed aliquid maius laude. Vnde Eccl. 43. dicitur quòd deus maior est omni laude.

¶2 Preterea, Laus dei ad cultũ ipsius pertinet: est enim religionis actus. Sed deus mẽte colitur magis quã ore. Vnde dominus Matt. 25. contra quosdã inducit illud Isa. Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorum lõge est à me. Ergo laus dei magis cõsistit in corde quàm in ore.

¶3 Præterea, Homines ad hoc ore laudãtur, vt ad meliora prouocentur. Sicut enim mali ex suis laudib⁹ superbiunt, ita boni ex suis laudibus ad meliora prouocantur. Vnde dicitur Prouer. 27. Quõ ꝓbatur in conflatorio argentum, sic probatur homo ore laudantium. Sed deus per verba hominum non prouocatur ad meliora: tum quia immutabilis est: tũ quia summè bonus est, & non habet quo crescat. Ergo deus non est laudandus ore.

¶SED CONTRA est, quod in Psal. 62. dicitur: Labiis exultationis laudabit os meum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd verbis alia ratione vtimur ad deum, & alia ratione ad hominẽ. Ad hominem enĩ vtimur verbis, vt cõceptũ nostri cordis, quem non potest cognoscere nisi verbis nostris ei exprimamus: & ideo laude oris ad hominem vtimur, vt vel ei vel aliis innotescat, quod bonam opinionem de laudato habemus: vt per hoc & ipsũ qui laudatur, ad meliora prouocem⁹, & alios, apud quos laudatur, in bonam opinionem, & reuerentiam, & imitationem ipsius inducamus. Sed ad deum verbis vtimur, non quidem vt ei, qui est inspector cordium, nostros conceptus manifestemus, sed vt nosipsos & alios audiẽtes ad eius reuerẽtiã inducamus. Et ideo necessaria est laus oris, nõ quidẽ propter deum, sed propter ipsum laudantem: cuius effectus excitatur in deum ex laude ipsius, secundum illud Psal. 49. Sacrificiũ laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei: & inquãtum homo per diuinam laudem affectu ascendit in deum, intantum per hoc retrahitur ab iis, quæ sunt contra deũ, secũdũ illud Isa. 48. Laude mea infrenabo te, ne intereas. Prodest etiam laus oris ad hoc, quòd aliorũ affectus prouocetur in deum. Vnde dicitur in Psal. 33. Semper laus eius in ore meo. Et postea subditur: Audiant mansueti & lætentur. Magnificate dominum mecum.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ de deo dupliciter possum⁹ loq. Vno mõ quantũ ad eius essentiam: & sic, cum sit incomprehensibilis & ineffabilis, maior est omni laude. Debetur autẽ ei secũdũ hanc comparationẽ reuerentia & latrię honos. Vnde & in Psal. 64. secundũ translationẽ Hiero*. dicitur: Tibi silet laus deus: quantum ad primũ, &: Tibi reddetur votum: quãtum ad secundũ. Alio modo, secundum effectus ipsius, qui in nostram vtilitatem ordinãtur: & secundũ hoc debetur laus Deo. Vnde dicitur Isa. 63. Miserõnum Domini recordabor: laudẽ Domini aununciabo super omnibus quæ reddidit nobis Dominus. Et Dion. dicit primo ca. de diuinis nomin. Omnẽ sanctum Theologorum hymnum, id est diuinam laudem, inuenies ad beatos thearchiæ, id est diuinitatis processus, manifestatiuè & laudatiuè Dei nominationes diuidentem.

¶Ad secundũ dicendum, quòd laus oris inutilis est laudãti, si sit sine laude cordis. Tunc enĩ loquitur Deo laudem, dũ magnalia operũ ei⁹ cogitat cũ affectu. Valet tñ exterior laus oris ad excitãdũ interiorẽ affectũ laudãtis, & ad ꝓuocãdũ alios ad Dei laudem, sicut dictum est*.

¶Ad tertium dicendum, quod Deum nõ laudamus propter vtilitatem suã, sed ꝓpter vtilitatem nostram, vt dictum est*.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum in diuinis laudibus sint cantus assumendi.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod cantus non sint assumendi in laudem diuinam. Dicit enĩ Apostolus ad Colossen. tertio, Docẽtes & cõmonentes vosmetipsos in psalmis & in Hymnis, & canticis spiritualibus. Sed nihil debemus assumere in diuinum cultum præter ea, quæ nobis autoritate Scripturæ traduntur. Ergo videtur qđ non debemus vti in diuinis laudibus canticis corporalibus, sed solum spiritualibus.

¶2 Præterea, Hieronymus super illud ad Ephes. 5. Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, dicit*. Audiant hæc adolescentuli: audiant hi, quibus in Ecclesia est psallendi officium, Deo non voce, sed corde cantandum. Nec in tragœdiarum modum guttur & fauces medicamine liniendæ sunt, vt in Ecclesia theatrales moduli audiantur & cantica. Non ergo in laudes Dei sunt cantus assumendi.

¶3 Præterea, Laudare Deum cõuenit paruis & magnis, secundum illud Apoc. 19. Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deum pusilli & magni. Sed maiores qui sunt in Ecclesia nõ decet cantare. Dicit enim Gregorius,* & habetur in decretis distinctio. nonagesima secunda, cano. In sancta Romana Ecclesia. Præsenti decreto cõstituo, vt in sede hac sacri altaris ministri cantare nõ debeant. Ergo cantus non conueniunt diuinis laudibus.

¶4 Præterea, In veteri lege laudabatur Deus in musicis instrumentis & humanis cãtibus, secundum illud Psal. 32. Cõfitemini Domino in cithara: in palterio decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum. Sed instrumẽta musica, sicut citharas & psalteria non assumit Ecclesia in diuinas laudes, ne videatur iudaizare. Ergo pari ratione nec cantus in diuinas laudes sunt assumendi.

¶5 Præterea, Principalior est laus mẽtis, quã laus oris. Sed laus mẽtis impeditur per cãtus: tũ quia cãtãtiũ intẽtio abstrahitur à cõsideratione eorũ, quæ cantãt, dũ circa cãtũ studẽt: tũ etiã quia ea quæ cãtantur, minus ab aliis intelligi possunt quã si sine cantu proferrentur. Ergo cãtus non sunt in diuinis laudib⁹ assumẽdi.

uendis, debeat tantùm cantari, quantum expedit excitandæ deuotioni cãtantium, si alienæ deuotionis ratio cessat, & non plus. Et quoniam nõ potest Prælatus singulorum affectus in stathera habere. & si haberet, ipsius est communis deuotionis non singularis rationem habere in communibus: ideo prudentia opus est in istis, vt pensatis conditionibus personarum, &c. quantum pro excitanda & conseruanda deuotione expedire videbitur, cantetur. Ratio vero alienæ deuotionis sic habenda est, vt propria non destruatur. Non enĩ debet nostra esse tribulatio aliena subuẽtio secũdum Apostoli doctrinã, secundæ ad Corint. 8. Et Dauid, cum dixisset, Semper laus eius in ore meo, subiungit, Magnificate Dominum mecum, non contra me. Vnde à duobus cauendum est, s. ne ideo cantetur quasi ipse cantus secundum se sit Deo gratior, & ne cantetur causa delectationis nostræ vel alienæ in Ecclesiasticis officiis, vt patet ex fine. Et ex autoritate Aug. ex 10. Confessionum in litera allata.

*1. di. 9. q. 1. arti. 3. q. 3. cor. & ad 2. Et 4 d. 15. q. 4. art. 1. q. . cor. Et Ps. 32. col. 1. & 2. et Ephes. 5. lect. 7. col. 2. *cap. pen. to. 5.*

¶Nota secundo quòd tẽpore Diui Tho. Ecclesia non vtebatur organis.

¶In cuius signum, adhuc Romana Ecclesia coram summo Pontifice non vtitur. Et si rationẽ in litera allatã ex 8. Politicorũ, attentius meditati fuerim⁹, apparebit qđ in Ecclesiastico officio, ad qđ suscipiendæ diuinæ interioris disciplinæ gratia cõuenimus iuxta illud, Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei: non sunt admittenda instrumẽta musica. Tãtóq; magis excludenda sunt, quanto diuina disciplina iterior excellentior est oĩbus disciplinis humanis hmõi instrumẽta repellẽtibus. Et licet per se loquẽdo hoc sit verũ, põt tamẽ per accidens tolerari extẽsa iã consuetudo organorum, propter nimiã elongationẽ hominũ à diuino cultu, vt vel sic allecti, diuinis intersint. Qui tamẽ organa in Ecclesia medicinã animæ à remotis esse cogitauerit, parcè illis vtetur, ne sanis noceat, minuendo vel tollẽdo eorũ deuotiones. Et licet organorũ vsijs licitus iã in Ecclesia sit causa excitandæ deuotionis, illicitus tamen est causa delectationis eadem ratione, qua cantus.

¶Sed occurrit hic dubiũ an pulsare in organis inter officia ecclesiastica sonos seculariũ vanitatũ sit peccatũ mortale. Et est ratio dubij: quia quidã propter irreuerentiam diuini cultus, putant quòd sic. Alij autem videntur hanc respuere sententiam: quia sonus abstrahit à materia hac vel illa, & sonus qui ab vno applicatus est ad materiã vanã, potest ab altero applicari ad materiã spiritualem, vt patet.

D. 806.

In comment. Psal. 64.

¶ Ad euidentiã huius oportet vitare ambo extrema, ne s. tanti faciam⁹ abstractionem soni à materia, vt omnis sonus æquè admitti dignus sit in Ecclesia. Quoniã eadem est ratio de cãtu & sono. Quoniam cantus abstrahit etiã à materia: & potest vnusmet cantus applicatus ad malam materiam, etiã applicari ad spirituale m non minus, quã vnusmet sonus. Constat autem ex autoritate Hieronymi in litera allata, quæ habetur in decretis distinctio. 92. cap. Cantãtes, quòd non omnis cãtus est in Ecclesia licitus. Non igitur omnis sonus est in Ecclesia licitus. Neque etiam omnem irreuerentiam seu indecentiam, diuinis admixtam, mortale peccatum dicamus. Contingit nãque vel propter imperfectionem actus, puta, quia in re modica: vel propter pietatẽ intentionis, indiscreta tamen habentis media, venialiter tantum peccare in multis dedecentibus diuina.

In corp. artic.

In corp. arti.

Locis art. induct.

¶ Inter hæc igitur, & ex his procedendo dicendum est, quod dupliciter contingit pulsare in diuinis officiis organa cũ sonis rerum vanarum, scilicet per se & per accidẽs: hoc est ex intentione ingerendi illa vana, & non ex intentione ingerendi illa vana, sed tantummodo sonum illum. Et primo quidem modo, si res illæ sunt non solum vanæ, sed prouocatoriæ ad impudicitiã & huiusmodi, manifestè est peccatum mortale, non solum inter Ecclesiastica, sed extra: quia hoc est mortale ex suo genere, & tanto grauius, quanto etiam inter diuina. Si vero sunt solum vana, tunc non deest peccatum superstitionis in tali actu. Est nanque talis actus in prima specie superstitionis, qua Deo cultus exhibetur modo indebito. Constat nanque quod sonus inter diuina, pars diuini cultus est: & pro solennitate diuini cultus adhibetur ab Ecclesia: & ꝙ modo indebito colitur Deus, quando sonus vanitatum ex intentione admiscetur, loco solennitatis Ecclesiasticæ. Contrariatur autem talis actus ex suo genere dupliciter diuino cultui. Primò quoad finem: quia actus iste, ex suo genere est excitatiuus mentis, & affectus ad vana, ac per hoc directè contrarius actui diuini cultus excitatiui ad deuotionem. Secundò, quo ad veritatem ex parte colentis: quia cultus diuinus per ministerium pulsantis ab Ecclesia Deo reddendus, falsificatur. Ita quòd falsarij sunt omnes sic pulsantes, & procurantes, ac consen-

Ad Eph. 5. to. 9. Et habetur in decret. dist. 92. ca. cantantes.

Libro 4. Reg. cap. 88.

tientes: quoniam ex parte Ecclesiæ cultum contra modum ab ea iussum, Deo exhibent, quantum est ex natura talis actus, vt inferius in quæstio. 93. artic. 1. ex litera habere potes. Et quoniam superstitio ex suo genere est mortale peccatum, & actus iste ex suo genere contrariatur fini diuini cultus: ideo ex intentione pulsare in ecclesiasticis officiis siue mala, siue vana, peccatum est mortale ex suo genere. In cuius signum Leuiti. 10. filij Aaron deuorati sunt: quia ignem alienum in diuino cultu apposuerunt. Simile namque accidit in proposito. Quoniam ignis alieni amoris, scilicet carnis, vel mundi, in diuino apponitur cultu loco antiphonarum & laudum diuinarum. Par siquidem est ex intentione talium, sono vocis naturalis aut artificialis hęc in diuino cultu proferre. Constat autem quòd naturali voce hęc diuino admixta cultui perniciosissima essent: ergo, &c. Si quis tamen nesciens diuino se cultui per hoc facere iniuriam, sed putans vanitatem solummodo in huiusmodi interuenire, & ex huiusmodi ignorantia ingerat pulsando vana delectionis causa: sicut etiam Prędicatores vana aliqua inter prędicandum immiscent, non tanquam Prędicatores, sed personę priuatę, vanę delectationis gratia: talis non nisi materialiter superstitionem committit, & excusatur à mortali superstitioso: ex quo paratus erat, si cognouisset, non patrare hoc facinus: sicut de aliis superstitionibus ignotis inferius dicetur. A grauissimo peccato, & forte mortali sacrilegij non excusatur, qui ex intentione inter diuina immiscet talia mundana: quę si verbis exprimeret ibidem, nullus excusaret à mortali. Et reducitur hoc crimen ad eam sacrilegij speciem, qua rebus sacris iniuria fit vtendo diuino cultu in hac parte, vt re quadam non sacra. Ex quo, non vt partem diuini cultus iste pulsans diceret se hęc inferre, sed potius vt extranea interponere. Et nihilominus pro quanto etiam loco sacro iniuria fit, dum in dicato ad Dei laudem loco prophana hæc fiunt, ad aliam sacrilegij speciem spectat, qua loco sacro iniuria fit. Si verò hoc fit præter intentionem cuiuscunque materiæ, ex sola intentione soni talis, propter suam consonantiam, tunc secundum se nullum peccatum est: sed ratione vsus vel euentus potest ibi esse peccatum. Ratione vsus, si accommodatus communiter est talis sonus ad materiam dedecentem sacra. Quoniam idem est de tali sono iudicium, quod est de cantu theatrali, aut tragico, qui propter talem vsum prohibiti sunt in Ecclesia. Ratione verò euentus, si communiter ex tali sono excitantur auditorum animi ad mala, vel vana. Propter quod quandoque potest interuenire etiam peccatum mortale in huiusmodi, vt ibi patet si sonus aliquis alicubi ex consuetudine excitatiuus esset ad venerea, aut valde distractiuus Clericorum, præcipue à diuinis. Et quamuis pia intentio, vt scilicet per huiusmodi sonorum delectationem, infirmorum valde aut malorum animi recreati, attentius vacent diuinis, alleuiet dicta peccata, non tamen excusat totaliter. Quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Et sunt dicta omnia hæc accipienda, si desit in his scandalum pusillorum.

cap. 7. to. 1 — *Ar. præd.* — *cap. 5. & 6 & 7.* — ** Lib. 1. cap. 1.* — *cap. 33. to. 1.* — *cap. 6. to. 1* — *cap. 33. to. 1* — *Lib. 4. Regist. c. 88.* — *cap. 6. to. 5.* — *D. 966.* — *ca. 33 to. 1.*

¶SED CONTRA est, quod beat⁹ Ambrosius in Ecclesia Mediolanensi cãtus instituit, vt Aug. refert in 9. Conf*.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut dictũ est*, laus vocalis ad hoc necessaria est, vt affectus hoĩs prouocetur in Deũ. Et ideo quæcunq; ad hoc vtilia esse possunt, ĩ diuinas laudes cõgruẽter assumũtur. Manifestum est aũt ꝙ secundum diuersas melodias sonorum, animi hominũ diuersimode disponuntur: vt p̃t per Philosop. in octauo Politicorum,* & p Boetium* in prologo musicæ. Et ideo salubriter fuit institutũ, vt in diuinas laudes cantus assumerentur, vt animi infirmorũ magis ꝓuocarẽtur ad deuotionẽ. Vnde Aug. dicit in 10. Conf*. Adducor cãtandi cõsuetudinem approbare in Ecclesia, vt per oblectamẽta auriũ, infirmorũ animus in affectum pietatis assurgat. Et de seipso dicit in 9. Confes*. Fleui in hymnis & cãticis tuis, suauè sonãtis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ cantica spiritualia possunt dici, nõ solũ ea, q̃ interi⁹ canũt spiritu, sed et ea q̃ exterius ore cãtantur, inquantũ p hmõi cãtica spiritualis deuotio prouocatur.

¶Ad secundũ dicendum, ꝙ Hieronym⁹ non simpliciter vituperat cantũ, sed reprehẽdit eos, qui in Ecclesia catãt more theatrico, nõ propter deuotionem excitandã, sed propter ostentationẽ vel delectationẽ prouocandam. Vnde Aug. dicit in 10. Confes*. Cùm mihi accidit, vt me amplius cantus quàm res quæ cantatur, moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallẽ non audire cãtãtem.

¶Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ nobilior modus est ꝓuocãdi hoĩes ad deuotionẽ p doctrinã & p̃dicationẽ, q̃ p cãtũ. Et ideo Diaconi & Prælati, quibus cõpetit p p̃dicationẽ & doctrinã animos hominũ prouocare ĩ Deũ, nõ debẽt cantibus insistere, ne per hoc à maioribus retrahantur. Vñ ibidẽ Gregor. dicit*. Consuetudo est valde reprehẽsibilis, vt in diaconatus ordine cõstituti, modulatiõi vocis inseruiãt: quos ad prædicationis officium & eleemosynarum studium vacare congruebat.

¶Ad quartũ dicendũ, quòd sicut Philos. dicit in 8. Polit*. neq; fistulas ad disciplinã est adducẽdũ, neq; aliquod aliud artificiale organũ: puta citharã, & si quid tale alterũ est: sed quæcunq; faciant auditores bonos. Hmõi enĩ musica d instrumẽta magis animum mouent ad delectationem, q̃ per ea formetur interius bona dispositio. In veteri aũt Testamẽto vsus erat taliũ ĩstrumẽtorũ, tũ qa popul⁹ erat magis durus & carnalis, vñ erat p hmõi instrumẽta prouocãdus, sicut & per ꝓmissiones terrenas: tum etiã quia hmõi ĩstrumẽta corporalia aliquid figurabãt.

¶Ad quintum dicendũ, ꝙ p cantũ, quo quis studiosè ad delectandũ vtitur, abstrahitur animus à cõsideratiõe eorũ, q̃ cantantur. Sed si aliquis cãtet ꝓpter deuotionẽ, attentius cõsiderat q̃ dicũtur: tũ qa diuti⁹ moratur sup eodẽ: tũ qa, vt Aug. dicit in 10. Cõfes*. Omnes affectus spiritus nostri ꝓ sua diuersitate hñt proprios modos in voce atq; cantu, quorũ occulta familiaritate excitantur. Et eadẽ etiam est ratio de audientibus, in quibus etsi aliquando nõ intelligant quæ cantantur, intelligunt tamen propter quid cantantur, scilicet ad laudẽ Dei. Et hoc sufficit ad deuotionem excitandam.

QVÆSTIO NONAGESIMA secunda De vitiis religioni oppositis, & primò de superstitione in duos articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de vitiis religioni oppositis. ¶Et primo, de illis quæ cum religione cõueniunt in hoc quòd exhibẽt cultum diuinum. ¶Secundo, de vitiis manifestam contrarietatem ad religionem habẽtibus, per contemptum eorum quę pertinent ad diuinum cultum. Primum autem horum pertinet ad superstitionẽ. Secundum autem ad irreligiositatẽ. Vñ primo considerandum est de ipsa superstitione, & de partibus eius. Deinde de irreligiositate, & partibus eius. ¶ Circa primum quæruntur duo. ¶Primo, vtrum superstitio sit vitium religioni contrarium. ¶ Secundò, vtrum habeat plures partes, seu species.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum superstitio sit vitiũ religioni cõtrariũ.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd superstitio non sit vitium religioni contrarium. Vnum enim contrariorum non ponitur in diffinitione alterius. Sed religio ponitur in diffinitione superstitionis. Dicitur enim superstitio esse religio supra modum seruata, vt patet in Glos. ad Coloss. super illud. Quæ sunt rationem habentia sapiẽtiæ in superstitione: ergo superstitio nõ est vitium religioni contrarium.

¶2 Præt. Isido. dicit in li. Etymo*. Superstitiosos ait Cicero appellatos, qui totos dies deprecabantur & immolabant, vt sui sibi liberi superstites fierent: Sed hoc etiam potest fieri secundum veræ religionis cultum: ergo superstitio nõ est vitium religioni oppositum.

¶3 Prçt. Superstitio quendam excessum importare videtur Sed religio non põt habere excessum: quia, sicut supra dictũ est*, secundum eam non contingit æquale Deo reddere eius quod debemus: ergo superstitio non est vitium religioni oppositum.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in libr. de decem chordis*. Tangis primam chordam, qua colitur vnus De⁹, & cecidit bestia superstitionis. Sed cultus vnius Dei pertinet ad religionem. ergo superstitio religioni opponitur.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut suprà dictum est*, religio est virtus moralis. Omnis autem virtus moralis in medio consistit, vt suprà habitũ est*. Et ideo duplex vitium virtuti morali opponitur. Vnum quidem secundum excessum, aliud autẽ secundum defectum. Contingit autem excedere mediũ virtutis nõ solũ secundum circunstantiam, quæ dicitur quantũ, sed etiã secundum alias circunstantias. Vnde & in aliquibus virtutibus, sicut in magnanimitate & magnificentia, vitiũ excedit virtutis mediũ, nõ quia ad maius aliquid tẽdat quã virtus, sed fortè ad minus. Trãscendit tñ virtutis mediũ, inquãtum facit aliquid,

¶ *Super Quæstionem nonagesimam secundam.*

IN quæstionis nonagesimæ secundæ articulis duobus, quædam occurrunt scribenda spectantia specialiter ad secundum articulum. Et primò, quòd duæ ponuntur in litera specificæ distinctiones superstitionis. Prima, penes distinctiones obiectorum, scilicet Creatoris, cui debetur cultus latriæ, quando indebitè exhibetur: & creaturæ, cui cultus latriæ non debetur. Secunda, penes distinctionem finiũ diuini cultus: quod non est sic intelligendũ, quasi cultus diuinus habeat plures fines principales, cùm vnus sit eius adæquatus finis, scilicet diuina reuerentia: sed quia sub vno principali fine sunt & alij fines secundarij, qui in litera numerantur. Deinde, quòd quemadmodum in diuino cultu inueniuntur tria genera diuinorum, primò sacrificia, oblationes, decimæ, vota, & huiusmodi, quæ directè in Dei reuerentiam fiunt: secundò, orationes, contemplationes, lectiones, & huiusmodi, quæ ad instructionem nostram ordinantur: tertio, sacramenta, benedictiones, sacramentalia, ieiunia, festa, & huiusmodi, quæ directè cõsistunt in ritu instituto à Deo, & ordinantur ad dirigendos nostros actus, vt sunt actus regenerationis, confirmationis, ordinis, matrimonij, &c. ita in cultu superstitioso est primò idololatria, quæ diuinam reuerentiã exhibet creaturæ: est deinde diuinatio, quæ tot modis instructionem à dæmone quærit. Et denique obseruatio, qua tã multipliciter & operationes suas construunt, continent, laxant, & aliquas creaturas quandoque assumunt ad sua opera, quasi sacramentalia quædam.

Infrà q°. 94. art. 1. cor. & q. 95 art. 1. cor. & q. 122. ar. 3. cor. & 3. di. 9. q. 1. art. 1 q. 2. ad 3.

Lib. 10. c. 18.

Q. 81. art. 5. ad 3.

cap. 9 to. 9

¶In responsione ad primum eiusdem secundi articuli aduerte diligenter, tu speculatiue, quòd licet prima fronte appareat, quòd quemadmodũ religio est virtus vna secũdum speciem, eo quòd actus eius adæquatus est vnus, s. colere Deũ, quoniam in hoc actu clauditur & diuina reuerentia, & hominis seruitus respectu dei: ad quæ duo ordinãtur omnia religionis opera, vt scilicet superius in quæst. 81. artic. 3. ad secundum didicimus: ita in superstitione co-

Q. 81. ar. 5

1. 2. q. 64. art. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

lente creaturam, vna est species, cuius proprium est colere creaturam, & illam venerando sacrificiis, & illi subiiciendo hominẽ: & in hoc quòd instrui per illam curat, & in hoc quòd signis illius se subiicit, obseruando illa: Quia tamen ex communibus patet, quòd multa ad vitiorum distinctionem sufficiunt, quæ non sufficiunt ad diuersificandũ virtutem, vt patet in materiis moralium: in quibus vna existente virtute, duo sunt vitia. Et ratio suffragatur communis: quia ad constitutionem boni multa exiguntur: ad malum autem quodlibet sufficit, vt in litera ex Dionysio dicitur: ideo in speciali intuitus est Autor, quòd illi tres fines, s. reuerẽtia, ĩstructio, & directio, licet nõ sufficiant ad distinguendam religionem, sufficiunt tamen ad distinguendam superstitionem. Quo fit vt inuolutus vno malo, puta diuinatione, non sit inuolutus altero, puta idololatria: religionis autem virtutem nemo habeat nisi qui integre omnibus polleat.

cap. 1. & 5 to. 5. — D. 916.

¶ In responsione ad secundum aduerte, quòd quia vis argumenti stat in hoc, ꝙ sicut religio est in ordine ad Deum: ita superstitio contraria est in ordine ad creaturam, puta dæmonem, cui cultus exhibetur. Sed diuinatio & obseruatio est in ordine ad euentus & actus nostros, ergo non sunt superstitionis species. Ideo responsio directe satisfacit argumento, dicendo quòd diuinationes & obseruationes, inquantum dæmoniacæ, sunt species superstitonis, & non inquantum humana opera. Sicut etiam sub religione comprehẽduntur opera hominum, inquantum diuina, per assumptionem alicuius diuini, vt supra patuit: ita quod in omnibus istis saluatur ordo aliquis reuerentialis ad dæmonem, inuocando ipsum, & subiiciendo se institutis eius: sicut in religionis multis operibus accidit respectu Dei, vt patet in iuramento, sacramentis, & huiusmodi. Et tu bene seruabis hoc in corde tuo, vt inde postmodum discernas in obseruationibus & diuinationibus, rationem peccati mortalis vel venialis, vt infrà declarabimus.

Infrà q. 94. arti. 1. — cap. 13. to. 1. — Q. 81. art. 1. & 5. — ex Amb. ibidem. — cap. 10. vsque ad 24. to. 3. — Art. præ.

¶ *Super Quæstionis nonagesimætertiæ Articulum primum & secundum.*

* 1. 2. q. 72. art. 9. * 1. 2. q. 1. ar. 3 & q. 18. art. 4. 5. 6. 10. & 11.

IN ambobus articulis quæst. 93. notãdum est, quòd duo culpabilia in cultu veri Dei committuntur, s. falsitas & superfluitas. Quorum primum manifeste mortiferum est. Et ideo sub perniciosi nomine in litera proponitur primus articu. Secundus autem in superfluitatis stat nomine. Et in promptu horum ratio est, quia scilicet in ipso actu diuini cultus, requiritur veritas: quia oportet Deum adorare in veritate: vt dicitur Ioan. 4. Et requiritur commensuratio seu proportio ad spiritum. Quia, vt ibidem dicitur, oportet Deum adorare in spiritu. Opponitur autem veritati falsitas: & proportioni ad spiritum superfluitas. Quicquid nanque extra necessarium aut vtile ad spiritualem est cultum, totum superfluum est. In corpore primi articuli dubium occurrit de ritu Iudæorum, quo modo in eo inueniatur mendacij ratio. Nam mendacium in verbo, est falsa vocis significatio cum intentione fallendi: & proportionaliter mendacium in facto debet esse falsa facti significatio cum intentione fallendi. Constat autem quòd Iudæi modo, vtentes veteri cultu, non habent intentionem fallendi: quamuis factis falsum significantibus, credentes se verum significãtia facta exercere, vtãtur. Non ergo in eorum ritu mendacium, sed factum perniciosum. Et tamen in litera mẽdacium reputatur.

cap. 20. — cap. 20. — Ar. præced. & q. 10. art. 5. — D. 714. & 958.

¶Ad hoc dicitur, quòd in litera nunquam dicitur, nisi in communi, quòd mendacium est cùm aliquis exterius significat contrarium veritati siue verbo siue facto. & propterea non subsumitur in particulari, quòd in tali cultu, s. veteris legis apud Iudæos nunc sit mendacium perniciosum, sed quòd sit cultus perniciosus, & quòd sit falsitas perniciosa. Sat enim est quæstioni motæ, quòd inueniat in cultu veri Dei aliquid perniciosum siue falsum, siue mendacium. Vnde sicut Iudæus dicens corde & ore Christum non venisse, sed vẽturum, non mentitur, sed falsum perniciosum dicit: ita colens Deum ritu veteris legis profitente facto Christum venturum, non mentitur, sed factum falsum perniciose exercet in cultu Dei. Quamuis posset dici ꝙ in istis falsis est mendacium, quantum est ex parte actus exterioris, s. verbi vel facti falsi. Licet non sit mendacium ex parte intentionis interioris, & quòd in litera distinguitur mendacium ex parte rei significatæ contra id quod est ex parte colentis. Prima responsio, adiuncta hac secunda, amplectenda est: quia falsitatem significare in diuino cultu distinguitur in litera ex parte rei & ex parte colentis. Inchoauit tamen Autor à mendacio pernicioso in hoc corpore artic. quia perniciosa est huiusmodi falsitas, sicut mendaciũ perniciosum: & quia (vt tactum est) ex parte exterioris actus est perniciosum mendacium, nec excusat Iudæorum ignorantia tale crimen, sicut nec infidelitatẽ eorundem. In eodem arti. quo ad falsum cultum ex parte colentis nota tria. Primò, quod cultus iste est perniciosus iuxta Autoris sententiam: qm̃ cum dixisset, Et ideo si per cultum exteriorem aliquid falsum significetur, erit cultus perniciosus, statim subdidit, Hoc autem contingit dupliciter, s. ex parte rei significatæ & ex parte colentis. Vtrũq; ergo falsum, est ex genere peccatum mortale. Secundò, quòd tunc est falsitas, quando contra Ecclesiam, non autem si præter Ecclesię institutionem fieret. Vnde Autor in hoc articulo falsitatem ex parte colentis instituit, in hoc qđ est esse cõtra Ecclesię institutionem, seu cõsuetudinẽ: quia falsitas cultus contra Ecclesiã est.

Lib. 12. epist. vlt. — Epist. 18. & 19. to. 2. — cap. 14. to. 4.

¶ In sequente vero art. superfluitatẽ dicit, quando est cultus præter vel contra constitutionẽ, seu cõsuetudinem Ecclesię. Perspice igitur differentiam inter contra & præter. Illud perniciosum: hoc superfluum constituit. Illud contrariatur veritati, & ideo perniciosum: hoc vtilitati, & ideo minus malum, & est veniale, licet possit esse mortale propter contemptũ vel præceptum. Et ideo admiscetur in litera sequentis artic. ly contra consuetudinem communem. Tertio, quòd falsitas ista habet locum & in cultu communi, & in cultu singulari. Et propterea in litera non dicitur. Et hoc in cultu cõmuni: sed dicitur, Et hoc præcipuè in cultu communi: insinuãs per ly, Præcipuè, ꝙ hoc etiã potest habere locũ in cultu singulari, puta in ieiunio, vel oratione singulari non imposita ab Ecclesia, vt si quis cõtra modum Ecclesiæ ieiunaret in dominica aut oraret sic in propria persona, quòd nihil ad Ecclesiã, cùm quilibet sit pars Ecclesiæ, & in persona Ecclesiæ præceptum habeat orandi à Domino, dicente, Orabitis. Pater noster: Panem nostrum: Dimitte nobis, &c. Ad falsitatẽ autẽ communis cultus ex parte colentis non solũ spectat, si sacramenta contra Ecclesiæ ritum celebrantur, vt habes 26. quæst. 5. capit. Quicunque. Sed etiã reducitur, si miracula falsa quis prædicet, aut docendo scribat. Prædicatores nanque & Doctores in persona Ecclesiæ dicere & prædicare cõstat. Nec excusantur quacunq; pia intentione à pernicioso cultu: quia, quantum in se est, fidem Christi euacuant veritate.

Super 1. ad Corin. 11. — Ex Amb. ibidem. c. 1. to. 5.

cui nõ dẽt, vel quãdo non debet, & similiter secundum alia hmõi, vt patet per Philos. in 4. Ethic*. Sic ergo superstitio est vitium religioni oppositum secundũ excessum, non quia plus exhibeat in cultum diuinum quàm vera religio, sed quia exhibet cultum diuinum, vel cui non debet, vel eo modo quo non debet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut bonum metaphoricè dicitur, in malis, prout dicimus bonum latronem, ita etiam nomina virtutum quãdoque trãssumptiuè accipiuntur in malis, sicut prudentia quãdoque ponitur pro astutia: secundum illud Luc. 16. Filij huius seculi prudentiores filiis lucis sunt. Et per hũc modum superstitio dicitur esse religio.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliud est Etymologia nominis, & aliud est significatio nominis. Etymologia attenditur à secundũ id à quo imponitur nomen ad significãdum. Nominis verò significatio secundum id ad quod significandum nomen imponitur: quæ quandoq; diuersa sunt. Nomen enim Lapidis imponitur à læsione pedis, non tamen hoc significat. Alioquin ferrum cùm pedẽ lædat, lapis esset. Similiter etiam nomẽ Superstitionis non oportet quòd significet illud, à quo nomen est impositum.

¶Ad tertium dicendum, quòd religio nõ potest habere excessum secundum quãtitatem absolutam: potest tamen habere excessum secundum quantitatem proportionis, prout scilicet in cultu diuino fit aliquid quod fieri non debet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum sint diuersæ superstitionis species.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non sint diuersæ superstitionis species: quia secundum Philosophum in 1. Topicorum,* Si vnũ oppositorum dicitur multipliciter, & reliquum. Sed religio cui opponitur superstitio, non habet diuersas species, sed omnes eius actus ad vnam speciem referuntur. Ergo nec superstitio habet diuersas species.

¶ 2 Præterea, Opposita sunt circa idem. Sed religio, cui opponitur superstitio, est circa ea quibus ordinamur in Deũ, vt s̃ habitum est*. Non ergo species superstitionis, quæ opponitur religioni, possunt attendi secundũ aliquas diuinationes humanorum euentuũ, vel secundum aliquas obseruationes humanorũ actuũ.

¶3 Prẹt. Ad Colos. 2. super illud: Quę sunt rationem habentia sapientiæ in superstione, dicit glo*. id est, in simulata religione. ergo etiam simulatio debet poni species superstitionis.

¶SED CONTRA est, quod Aug*. in secundo de Doct. Christi. diuersas species superstionis assignat.

¶RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est*, vitiũ superstitionis consistit in hoc, quòd trãscendit virtutis medium secundum aliquas circunstantias, vt s̃ dictum est*. Non enim quęlibet circunstantiarum corruptarum diuersitas variat peccati spẽm, sed solũ qñ referuntur ad diuersa obiecta vel diuersos fines. Secundum hoc enim morales actus speciem sortiuntur, vt supra habitum est*. Diuersificantur ergo superstitionis species. Primo quidem, ex parte obiecti. Põt em̃ diuinus cultus exhiberi vel cui exhibẽdus est, s. Deo vero, modo tamen indebito; & hæc est prima superstitionis species: vel ei cui nõ debet exhiberi, s. cuicunque creaturæ. Et hoc est aliud superstitionis genus, quod in multas species diuiditur, secundum diuersos fines diuini cultus. Ordinatur enim primò diuinus cultus ad reuerentiam, Deo exhibendam. Et secundum hoc prima species huius generis est idololatria, quæ diuinam reuerẽtiam indebitè exhibet creaturæ. Secũdò, ordinatur ad hoc quòd homo instruatur à Deo quem colit. Et ad hoc ptinet superstitio diuinatiua quæ dæmones consulit per aliqua pacta cum eis inita vel tacita vel expressa. Tertiò, ordinatur diuinus cultus ad quandam directionem humanorum actuum secundum instituta Dei, qui colitur: & ad hoc pertinet superstitio quarũ dam obseruationum Et hæc tria tangit Aug. in 2. de Doct.* Christ. dicẽs superstitiosum esse quicquid institutum est ab hominibus ad facienda & colẽda idola pertinẽs. Et hoc pertinet ad primum. Et postea subdit: Vel ad consultationes & pacta quædam significationum cum dæmonibus placita atque fœderata, qđ pertinet ad scđm. Et post pauca subdit*: Ad hoc genus pertinent oẽs ligaturę & cætera hmõi: quod pertinet ad tertium.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ sicut Diony. dicit 4. c. de diuinis nom. Bonum contingit ex vna & integra causa, malum autẽ ex singularibus defectibus. Et ideo vni virtuti plura vitia opponuntur, vt suprà habitum est*. Verbum autẽ Philosophi dveritatem habet in oppositis, in quibus est eadẽ ratio multiplicationis.

¶Ad secundum dicendum, quòd diuinationes & obseruationes aliquæ ptinent ad superstitionem inquantum dependent ex aliquibus operationibus dæmonum, & sic pertinent ad quędam pacta cum eis inita.

¶Ad tertiũ dicendum, quòd simulata religio ibi dicitur, quando traditioni humanæ nomen Religionis applicatur, prout in gloss. sequitur. Vnde ista simulata religio nihil est aliud quàm cultus Deo vero exhibitus, modo indebito, sicut si aliquis tempore gratiæ vellet colere Deum secundum veteris legis ritũ. Et de hac ad literam loquitur glossa.

QVÆSTIO NONAGESIMA-tertia de superstitione indebiti cultus diuini, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de speciebus superstitionis. ¶Et primò, de superstitione indebiti cultus veri Dei. Secundo, de superstitione idololatriæ. Tertio, de superstitione diuinationum. Quarto, de superstitione obseruationum.

¶ Circa primum quæruntur duo. ¶Primò, vtrum in cultu veri Dei possit esse aliquid perniciosum. ¶Secundo, vtrũ possit ibi esse aliquid superfluum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum in cultu veri Dei possit esse aliquid perniciosum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in cultu veri Dei non possit esse aliquid perniciosum. Dicitur enim Ioelis. 2 Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Sed qui cunque colit Deũ quocũq; modo, inuocat nomẽ ei⁹. Ergo oĩs cult⁹ Dei cõfert

salutem. Nullus ergo est perniciosus.

¶ 2 Præterea, Idem Deus est qui colitur à iustis quacunque mundi ætate. Sed ante legem datam, iusti absque peccato mortali colebant Deum qualitercunque eis placebat. Vnde & Iacob proprio voto se obligauit ad specialem cultum: vt habetur Genes. 28. Ergo etiam modò nullus Dei cultus est perniciosus.

¶3 Præterea, Nihil perniciosum in Ecclesia sustinetur. Sustinet autem Ecclesia diuersos ritus colendi Deum. Vnde Gregorius scribit Aug. Episcopo Anglorum*, proponenti quòd sunt diuersæ Ecclesiarum consuetudines in missarum celebratione. Mihi, inquit, placet, vt siue in Romanis, siue in Galliarum partibus, seu in qualibet Ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas. Ergo nullus modus colendi Deum est perniciosus.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit in epistola ad Hieronym. & habetur in gl. ad Galat. 2. Quod legalia obseruata post veritatem Euangelij diuulgatam, sunt mortifera: & tamen legalia ad cultum Dei pertinent. Ergo in cultu Dei potest esse aliquid mortiferum.

¶RESPONDEO dicẽdum, quod sicut Aug. dicit in lib. contra mendaciũ*. Mendaciũ maximè perniciosum est quod fit in iis quæ ad Christianã religionẽ pertinent. Est autẽ mendacium, cùm aliquis exterius significat cõtrarium veritati. Sicut autem significatur aliquid verbo, ita etiã significatur aliquid facto: & in tali significatione facti consistit exterior religionis cultus, vt ex supradictis patet*. Et ideo si per cultum exteriorem aliquid falsum significetur, erit cultus perniciosus. Hoc autẽ contingit dupliciter. Vno quidem modo ex parte rei significatæ, à qua discordat significatio cultus: & hoc modo, tempore nouæ legis peractis iã Christi mysteriis, perniciosum est vti cæremoniis veteris legis, quibus Christi mysteria figurabantur futura: sicut etiã perniciosum esset si quis nõ cõfiteretur Christum esse passum. Alio modo potest contingere falsitas in exteriori cultu ex parte colentis & hoc præcipuè in cultu cõmuni, qui per ministros exhibetur in persona totius Ecclesię. Sicut enim falsarius esset, qui aliqua proponeret ex parte alicuius quæ non essent ei commissa: ita vitium falsitatis incurrit, qui ex parte Ecclesiæ, cultũ exhibet Deo contra modum diuina autoritate ab Ecclesia constitutũ, & in Ecclesia consuetum. Vnde Ambros. dicit*. Indignus est, qui aliter celebrat mysterium, quàm Christus tradidit. Et propter hoc etiam gl.* dicit ad Colos. 2. quòd superstitio est, quando traditioni humanæ Religionis nomen applicatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, cùm Deus sit veritas, illi inuocant Deum qui in spiritu & veritate eum colunt, vt dicitur Ioan. 4. Et ideo cultus continens falsitatem non pertinet propriè ad Dei inuocationem, quæ saluat.

¶ Ad secundum dicẽdum, quod ante tẽpus legis, iusti per interiorẽ instinctũ instruebãtur de modo colẽdi Deum, quos alij sequebantur. Postmodum verò exterioribus præceptis circa hoc homines sunt instructi, q̃ præterire pestiferũ est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuersæ consuetudines Ecclesiæ in cultu diuino, in nullo veritati repugnant: & ideo sunt seruandæ, & eas præterire illicitum est.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in cultu Dei possit esse aliquid superfluum.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur quòd in cultu Dei nõ possit esse aliquid superfluum. Dicitur enim Eccles. 43. Glorificantes Deum quantumcunque poteritis, superualebit adhuc. Sed cultus diuinus ordinatur ad Deum glorificandum: ergo nihil superfluum in eo potest esse.

¶ 2 Præterea, Exterior cultus est professio quædã cultus interioris, quo Deus colitur fide, spe, & charitate: vt Aug. dicit in Enchiridio:* Sed in fide, spe & charitate, non potest esse aliquid superfluum.

¶ 3 Præterea, Ad diuinum cultum pertinet, vt ea Deo exhibeamus quæ à Deo accepimus. Sed omnia nostra à Deo accepimus: ergo si totum quicquid possumus, facimus ad Dei reuerentiam, nihil superfluum erit in diuino cultu.

¶ SED CONTRA est, quod August. dicit in secundo de doctrina Christiana,* quòd bonus verúsque Christianus etiam in literis sacris superstitiosa figmenta repudiat. Sed per sacras literas Deus colendus ostenditur. Ergo etiam in cultu diuino potest esse superstitio ex aliqua superfluitate.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid dicit̃ superfluũ dupliciter. Vno modo secundum absolutã quantitatem: & secundũ hoc nõ potest esse aliquid superfluũ in diuino cultu: quia nihil potest homo facere, quod nõ sit minus eo, quod Deo debet. Alio modo põt esse aliquid superfluum secundum quãtitatẽ proportionis: quia s. non est fini proportionatum. Finis autẽ diuini cultus est, vt homo Deo det gloriam, & ei se subiiciat mente & corpore. Et ideo quicquid homo faciat quod pertinet ad Dei gloriam, & ad hoc quòd mens hominis Deo subiiciatur, & etiam corpus per moderatam refrenationem concupiscentiarum, secundum Dei & Ecclesiæ ordinationem, & consuetudinem eorum, quibus homo conuiuit, non est superfluum in diuino cultu. Si autẽ aliquid sit, quod quantum est de se, non pertinet ad Dei gloriã, neque ad hoc quod mens hominis feratur in Deum, aut quod carnis concupiscentiæ immoderatæ refrenentur: aut etiam si sit præter Dei & Ecclesiæ institutionẽ vel contra consuetudinem communem (quę secundum Aug*. pro lege habenda est) totum hoc reputandum est superfluum & superstitiosum: quia in exterioribus solùm cõsistens, ad interiorem Dei cultum non pertinet. Vnde Aug. in lib. de vera religione * inducit quod dicitur Luc. 17. Regnũ Dei intra vos est: loquitur contra superstitiosos, qui scilicet exterioribus principalem curam impendunt.

Epist. 86. paulo post princ. Et de Eccles. dog. c. 52. cap. 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod in ipsa Dei glorificatione implicatur, quòd id quod fit, pertineat ad Dei gloriam: per quod excluditur superfluitas superstitionis.

¶ Ad secundum dicendum quòd per fidem, spem, & charitatem, anima subiicitur Deo. Vnde in eis non potest esse aliquid superfluum. Aliud autẽ est de exterioribus actibus, qui quandoque ad hæc non pertinent.

* cap. 3 à medio to. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de superfluo quantum ad quantitatem absolutam.

¶ *Super Quæstionis nonagesimætertiæ Articulum secundum.*

IN secundo eiusdem quæst, ar. vide in litera resolutionem superfluitatis, s. quia in exterioribus solum consistens ad interiorem Dei cultum non pertinet. Cùm enim cultus exterior ad interiorem ordinetur, si aliquis extra fiat cult⁹, qui ad interiorem non ordinetur, superfluus est: & quia ad interiorem Dei cultum non rectè ordinatur quod præter Ecclesiæ institutionẽ aut consuetudinẽ fit: ideo, dato quòd aliquis præter Ecclesiæ morem, ad interiorem deuotionem intenderet noua ordinare, superfluitatis vitio non caret, & exterius tantum colit. Nam interius peccat, ab Ecclesiæ regula declinans. Quale autem peccatum committatur in huiusmodi superfluitate, quæ inter superstitiones numeratur, in litera non exprimitur. Est tamen cõmuniter veniale, nisi contemptus Ecclesiasticæ disciplinæ aut interioris cultus adsit, quia non est ibi perfecta superstitionis ratio, nec tamen leue habendum est peccatum hoc: quoniam infrà superstitionis latitudinem continetur, quę diuino opponitur cultui. Omne autem peccatum in iis quæ Dei sunt, magnum esse constat.

Suprà q. 81 art. 5. ad 1. Et q. 92. art. 1. cor. & ad 3. Et infrà q. 104. art. 2 ad 2. — Ca. 3. to. 3. — Cap. 18. to. 3.

¶ Super

QVÆSTIO NONAGESIMA QVARTA de Idololatria, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est idololatria. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrum idololatria sit species superstitionis. ¶ Secundò, vtrum sit peccatum. ¶ Tertiò, vtrum sit grauissimum peccatorum. ¶ Quarto de causa huius peccati. ¶ Vtrum autem cum idololatris sit communicandum, dictum est suprà, cùm de infidelitate ageretur.

Universidad de Deusto Biblioteca

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum idololatria rectè ponatur species superstitionis.

AD PRIMVM sic procedit'. Videt' q̄ idololatria nō ponatur rectè species supstitionis. Sicut em̄ hæretici sunt infideles, ita & idololatrę. Sed hæresis est species infidelitatis, vt suprà habitū est. Ergo & idololatria, nō aūt supstitionis.

¶ 2 Præt. Latria ptinet ad virtutē religionis, cui opponit' superstitio. Sed idololatria vr̄ vniuocè dici cum ea latria, quæ ad veram religionē pertinet. Sicut enim appetitus falsæ beatitudinis cum appetitu veræ beatitudinis vniuocè dicit', ita cultus falsorū deorū, qui dicitur idololatria, vniuocè videtur dici cū cultu veri Dei, qui est latria veræ religionis. Ergo idololatria non est species superstitionis.

¶ 3 Pręt. Illud qđ nihil est, nō pōt esse alicui⁹ generis species: sed idololatria nihil esse vr̄. Dicit enim Apostolus primæ ad Corin. 8. Scimus quia nihil est idolum in mūdo. Et infrà 10. Quid ergo dico, q̄ idolis immolatū sit aliquid, aut q̄ idolum sit aliquid? quasi dicat, nō. Immolare autem idolis proprie ad idololatriam pertinet. Ergo idololatria, quasi nihil existēs, non potest esse superstitionis species.

¶ 4 Præt. Ad superstitionē ptinet exhibere cultū diuinū, cui non debetur. Sed cultus diuinus sicut non debetur idolis, ita nec aliis creaturis. Vnde ad Roma. 1. Quidā vituperantur de hoc q̄ coluerūt & seruierūt poti⁹ creaturis, quàm Creatori. Ergo incōuenienter huiusmodi superstitionis species idololatria nominatur: sed deberet potius nominari latria creaturæ.

¶ SED CONTRA est, quod Act. 17. dicitur q̄ Paul⁹ cùm Athenis expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, vidēs idololatriæ deditam ciuitatem: & postea dixit. Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video. Ergo idololatria ad superstitionem pertinet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, ad supestitionem pertinet excedere debitū modum diuini cultus. Quod quidē præcipuè fit, quando diuinus cult⁹ exhibet' cui nō debet exhiberi. debet aūt exhiberi soli summo Deo s. increato, vt suprà habitū est*, cū de religione ageret'. Et ideo cuicunq; creaturæ diuinus cult⁹ exhibeatur, superstitiosum est. Huiusmodi autē cultus diuinus sicut creaturæ insensibili exhibebatur per aliqua sensibilia signa, puta sacrificia, ludos, & alia huiusmodi: ita etiam exhibebatur creaturæ repræsentatæ per aliquam sensibilē formā seu figurā, quæ idolū dicitur. Diuersimodè tamē cultus diuin⁹ idolis exhibebatur. Quidā enim per quandā nefariā artē imagines quasdā cōstruebāt, quæ virtute dæmonū aliquos certos effectus habebāt. Vnde putabāt in ipsis imaginib⁹ esse aliquid diuinitatis, & per cōsequens, q̄ diuinus cult⁹ eis deberetur. Et hęc fuit opinio Hermetis Trismegisti, vt Aug. dicit in octauo de ciuitate Dei*. Alij verò nō exhibebāt cultū diuinitatis ipsis imaginib⁹, sed creaturis, quarū erāt imagines. Et vtrunq; horū tāgit Apostolus ad Rom. 1. Nā quantū ad primū dicit: Mutauerūt gloriā incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis & volucrū & quadrupedū, & serpentiū. Quātū aūt ad scđm subdit: Coluerūt & seruierūt poti⁹ creaturę quàm Creatori. Horū tn̄ fuit triplex opinio. Quidam em̄ æstimabāt quosdā hoīes deos fuisse, quos p eorū imagines colebāt: sicut Iouē, Mercuriū, & alios huiusmodi. Quidā vero existimabāt totū mundū esse vnum Deū, non propter corporalē substātiam, sed propter animā, quam Deū esse credebant, dicētes Deū nihil aliud esse quā animā motu & rōne mundū gubernantē. Sicut homo dr̄ sapiēs ꝓpter animā, nō propter corpus. Vn̄ putabant toti mundo & omnibus partib⁹ eius esse cultū diuinitatis exhibendū: cælo, aeri, aquæ, & omnibus huiusmodi partib⁹. Et ad hæc referebāt nomina & imagines suorū deorū, sicut Varro dicebat, vt narrat Aug*. in 7. de ciuit. Dei. Alij verò, s. Platonici, posuerūt vnū esse summū Deum causam omnium: post quē ponebāt esse substātias quasdam spirituales à summo Deo creatas, quas Deos nominabāt, participatione s. diuinitatis, nos autē eos angelos dicimus. Post quos ponebāt animas cælestium corporum, & sub his dæmones: quos dicebant esse aërea quædā animalia: & sub his ponebāt animas hominū, quas per virtutis meritum ad deorū vel dęmonū societatē assumi credebant. & his omnibus cultum diuinitatis exhibebāt, vt Aug. narrat in 18. de ciuitate Dei*. Has aūt duas vltimas opiniones dicebāt ptinere ad Physicā Theologiā, quā Philosophi considerabāt in mundo, & docebāt in scholis. Aliā verò, de cultu hominum, dicebant ptinere ad theologiā fabularē: quæ secundum figmēta poetarū repręsentabatur in theatris. Aliā verò opinionē de imaginibus dicebāt pertinere ad ciuilē theologiam, quæ per pōtifices celebrabatur in tēplis. Omnia autē hæc ad superstitionē idololatriæ pertinebant. Vnde Augustinus dicit in secundo de doctrina Christ*. Superstitiosum est quicquid institutum ab hominibus est ad faciēda & colenda idola, vel pertinēs ad colēdum, sicut Deum, creaturam, partemve vllam creaturæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut religio non est fides, sed fidei protestatio p aliqua exteriora signa, ita superstitio est quędā infidelitatis ꝓtestatio per exteriorē cultū, q̄ quidē ꝓtestationē nomē Idololatriæ significat: nō autē nomen Hæresis, sed solum falsam opinionem. Et ideo hæresis est species infidelitatis. Sed idololatria est species superstitionis.

¶ Ad secundum dicēdum quod nomē Latriæ dupliciter pōt accipi. Vno enim modo potest significare humanū actū ad cultū Dei pertinentē. Et secundum hoc non variat' significatio huius nominis Latria, cuicunq; exhibeatur: qa illud cui exhibetur nō cadit secundū hoc in eius diffinitione. Et secundū hoc Latria vniuocè dicetur, secundū hoc, quòd pertinet ad verā religionē & secundum qđ pertinet ad idololatriā. Sicut solutio tributi vniuocè dicitur, siue exhibeat' vero Regi siue falso. Alio mō accipitur latria ꝓut est idem religioni. Et sic cùm sit virtus, de ratione eius est quòd cultus diuin⁹ exhibeatur ei cui debet exhiberi. Et secundum hoc latria æquiuocè dicitur de latria veræ religionis, & de idololatria. Sicut prudentia æquiuocè dicitur de prudentia, quæ est virtus, & de prudentia, quæ est carnis.

¶ Ad tertium dicendum qđ Apostolus intelligit idolū nihil esse in mundo, qa imagines illæ, quæ idola dicebātur, nō erant animatæ, aut aliquam virtutem diuinitatis habētes, sicut Hermes ponebat, quasi esset aliquid compositū ex spiritu & corpore. Et similiter intelligendū est q̄ idolis non est aliquid immolatū: quia p huiusmodi immolationem carnes immolatitiæ aliquam sanctificationē non consequebantur, vt Gentiles putabant: neque aliquam immunditiā, vt putabant Iudęi.

¶ Ad quartum dicendum, quod ex cōmuni consuetudine, qua creaturas quascunque colebant Gētiles sub quibusdā imaginibus, impositū est hoc nomē Idololatria ad significandū quemcunq; cultum creaturæ, etiam si sine imaginibus fieret.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum idololatria sit peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod idololatria non sit peccatū. Nihil enim est peccatū, quod vera fides in cultum Dei assumit. Sed vera fides imagines quasdam assumit ad diuinum cultum. Nam & in tabernaculo Erant imagines Cherubin, vt legitur Exo. 25. Et in Ecclesia quædam imagines ponuntur, quas fideles adorant. Ergo idololatria, secundum quam idola adorantur, non est peccatum.

¶ 2 Pręterea, Cuilibet Superiori est reuerentia exhibenda. Sed angeli & animæ sanctorum sunt nobis superiores. Ergo si eis exhibeatur reuerentia per aliquem cultum vel sacrificiorum vel aliquorum huiusmodi, non erit peccatum.

¶ 3 Præterea, Sūmus Deus interiori cultu mentis est colendus, secundum illud Io. 4. Deum oportet adorare in spiritu & veritate. Et Augustinus dicit in Enchiridio,* quod Deus colitur fide, spe, & charitate. Potest autem contingere quod aliquis exterius idola colat: interius tamen à vera fide non discedat. Ergo videtur quod sine præiudicio diuini cultus possit aliquis exterius idola colere.

¶ SED CONTRA est, quod Exo. 20. dicitur, Non adorabis ea, scilicet exterius, neq; coles, scilicet interius, vt gl. exponit. Et loquitur de sculptilibus & imaginibus. Ergo peccatum est idolis exteriorem vel interiorem cultum exhibere.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc aliqui dupliciter errauerunt. Quidā enim putauerūt quòd offerre sacrificiū, & alia ad latriam pertinētia, non solum summo Deo, sed etiā aliis supradictis esset debitū, & p se bonū, eo qđ cuilibet superiori naturæ diuinā reuerentiā exhibendā putāt, quasi Deo ꝓpinquiori: sed hoc irrationabiliter dicitur. Nā etsi omnes Superiores reuereri debeamus, non tamen eadē reuerentia omnibus debetur, sed aliquid speciale summo Deo debetur, qui singulari ratione excellit. Et hoc est latrię cultus. Nec potest dici, sicut quidā putauerunt, hæc visibilia sacrificia diis aliis cōgruere, illi vero summo Deo, tanquā meliori meliora, s. puræ mētis officia, qa vt Aug. dicit in 10. de Ciu*. Dei, exteriora sacrificia ita sunt signa interiorum, sicut verba sonātia signa sunt rerū: quo circa sicut orātes atq; laudātes ad eū dirigimus significantes voces, cui tamen res ipsas in corde quas significamus, offerimus: ita sacrificantes non alteri visibile sacrificiū offerendū esse nouerimus, quā ei, cuius in cordib⁹ nostris inuisibile sacrificiū nosipsi esse debemus. Alij vero ęstimauerūt latriæ cultū exteriorē nō esse idolis exhibendū tāquam per se bonū aut oportunū, sed tanquā vulgari consuetudini consonum, vt August. in 6. de ciui. Dei,* introducit Senecā dicentē: Sic, inquit, adorabimus, vt & meminerimus huiusmodi cultū magis ad morem quàm ad rem pertinere. Et in li. de vera religione, Aug. dicit,* non esse religionē à Philosophis quærendā, q eadē sacra recipiebant cū populis, & de suorū deorū nā ac summo bono diuersas contrariásq; sentētias in scholis personabāt. Et hūc etiā errorē secuti sunt quidam hæretici, asserentes nō esse periculosum, si quis persecutionis tempore deprehensus, exterius idola colat: dum tamen fidem in mente seruet: sed hoc apparet manifestè falsum. Nam cùm exterior cultus sit signū interioris cultus, sicut est perniciosum mēdacium, si quis verbis asserat contrariū eius, quod per veram fidem tenet in corde: ita etiam est perniciosa falsitas, si quis exteriorem cultum exhibeat alicui contra id, quod sentit in mente. Vnde August. dicit contra Senecam in 6. de ciuit*. Dei, quod eo damnabilius colebat idola, quo illa quæ mēdaciter agebat, sic ageret, vt eum populus veraciter agere existimaret.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd neque in veteris legis tabernaculo seu templo, neq; etiam nunc, imagines in Ecclesia instituuntur, vt eis cultus latriæ exhibeatur: sed ad quandam significationem, vt per huiusmodi imagines mentibus hominum imprimatur & confirmetur fides de excellentia Angelorum & Sanctorum. Secus autem est de imagine Christi, cui ratione diuinitatis latria debetur, vt dicetur in tertio*.

¶ Ad secundum & tertium patet responsio per ea quæ dicta sunt*.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum idololatria sit grauissimum peccatorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod idololatria nō sit grauissimum peccatorum. Pessimum enim opponitur optimo, vt dicitur 8. Ethic*. Sed cultus interior, qui consistit in fide, spe, & charitate est melior quàm cultus exterior. Ergo infidelitas, desperatio, & odium Dei, quæ opponuntur cultui interiori, sunt grauiora peccata quàm idololatria, quæ opponitur cultui exteriori.

¶ 2 Præterea, Tanto aliquod peccatum grauius est, quanto magis est cōtra Deū. Sed directius aliquis videtur contra Deū agere blasphemando, vel fidem impugnando, quàm cultum Dei alij exhibendo, quod pertinet ad idololatriam. Ergo blasphemia vel impugnatio fidei, est grauius peccatum quàm idololatria.

¶ 3 Præterea, Minora mala maioribus malis puniri videntur. Sed peccatū idololatriæ punitū est peccato contra naturā, vt dicitur ad Roma. 1. ergo peccatū contra naturam est grauius peccato idololatriæ.

¶ 4 Pręterea, Aug*. dicit 20. cōtra Faustū. Neque vos, scilicet Manichæos, Paganos dicimus, aut schisma Paganorū, sed cum eis habere quandam similitudinem, eo quod multos colatis Deos. Verùm in hoc esse eis longè deteriores, quòd illi ea colant quæ sunt, sed pro diis colenda non sunt: vos autē ea colitis, quę omnino non sunt. Ergo vitium hæreticæ prauitatis est grauius quàm idololatria.

¶ 5 Præterea, Super illud ad Galat. 4. Quomodo cōuertimini iterum ad infirma & egena elementa, dicit glos. Hiero. Legis obseruantia, cui dediti tunc erant, erat

¶ Super Quæstionis nonagesimæ quartæ Articulum primum.

3.dis.9.q. 1 ar. 1 q. 3.ad 3. Et 3. contra cap. 110.

IN artic. 1. quæst. 94. nota duo pro claritate literæ. Primo, quod cùm circa principium corporis articuli dicitur. Huiusmodi autē cultus diuinus sicut creaturę insensibili exhibebatur, &c. ita etiā ecōuerso, &c. sensus est, q̄ sicut exhibēdo sensibilia sacrificia insensibili creaturæ, ascēdebatur à sensibilibus ad insensibilia: ita cultū exhibendo idolis descendebatur ab insensibilibus rebus repræsentatis, vel occultatis, ad sensibilia idola: Ita vt idolis ipsis cult⁹ exhiberetur: diuermode tamen, vt in litera subiungitur. Secundò quòd cum narratur opinio de mundo animato, ly sicut homo dicitur sapiens propter animam, non propter corpus, referendum est ad ly, quidam verò æstimabant totum mundum esse verum Deum, non propter corporalem substātiam, sed propter animam. Ita quod sensus est, quod sicut dicimus. Homo est sapiens, ita illi dicebant, mūdus est Deus. Vtrumque enim dicitur de toto ratione partis, scilicet animæ. Et quia mūdum dicebant Deum, quælibet pars mundi erat pars Dei, quamuis non deitatis. Sicut quælibet pars hominis, est pars sapientis, quamuis non sapientiæ: ideo cuilibet parti mundi cultum exhibebant, tanquam parti totius subiecti Deitatis. q.92.ar.1. Quemadmodū aliquis veneratur manus viri sapientis tanquam partem totius subiecti animæ sapientis.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, dubiū occurrit: an Christianus cōmittēs actum 4.81.ar.1. idololatriæ, salua integrè interiori fide, incurrat pœnas censurarum ecclesiasticarum in foro conscientiæ: ita quòd in veritate & non solum in foro exteriori sit excōmunicatus. Et est ratio dubij, quia censuræ sunt latæ contra hæreticos. In casu autem proposito nulla est infidelitas in anima secundum veritatem. Ergo non incurruntur in foro conscientiæ huiusmodi censuræ. Et confirmatur, quia sicut dicens non ex intentione infideli, sed ioco verba hæretica, puta, cap.23.to.5. quòd mortuo corpore est mortua etiam anima, non est excommunicatus: ita dicens facto cultus, & non ex intentione idolū esse deum, non est excōmunicatus. Pro parte autem affirmatiua est: quia talis est verè apostata, ac per hoc excommunicatus.

¶ Ad euidentiam huius sciendum est, quòd dupliciter contingit aliquē actum humanum perniciosum exercere, scilicet ex animo affecto illo vitio, vt si quis ex auaritia furetur, ex luxuria fornicetur, ex infidelitate neget Christum, ex interiori idololatria offerat extra sacrificium idolis. Et de istis nulla est quæst. Alio modo contingit fieri ex animo refutante secundum se illud crimen, sed propter alium affectum consentiente in actum exterio- Cap.6. & 16.to.5. rem perniciosum, vt si mulier exosam habens libidinem timore permittat se cognosci. Et similiter homo exosum habens furtū, compulsus à domino consentit in exteriorem actū furti. Et similiter retinens perfectā intus fidem, timore victus consentit in exteriorem actum negandi fidem, vt fecit Petrus, aut despiciens idola in mente sua, timore, vt Marcellinus, thura exterius offerat idolis. Aut amore populari idem faciat, vt Seneca. Cap. 14. to.5. Et de huiusmodi est quęstio pręsens, & iam ex datis exēplis potest patere solutio quæstionis, quòd quemadmodum non excusatur in foro conscientiæ à furto, fornicatione, negatione fidei, & idololatria, qui ex alieno affectu hos actus perniciosos exterius committit, quia voluntariè committit actus exteriores talium vitiorum, Cap. 20. to.3. ita non excusatur in foro conscientiæ ab ecclesiasticis censuris latis contra cōmittentes talia crimina: ita quòd si esset lata excommunicationis sententia contra fures, ille qui in solum exteriorem actum furti consentiendo, furatus est, proculdubio esset excommunicatus in foro conscientiæ, quia voluntariè furtum cōmisit. Similiter Christianus ille qui in solum exteriorem actum negandi fidem consentit, est in foro conscientiæ excommunicatus, quia voluntariè consensit in actum infidelitatis, & illum exercuit negando Christum verbo, vt Petrus fecit. Et similiter qui solum actum idololatriæ exterius cōmisit, excōmunicatus est in foro cōscientiæ: quia actū infidelitatis & apostasię voluntariè exercuit. Est enim idololatria ex proprio genere, infidelitatis protestatio, vt in hac litera dicitur. Et omnium horum & similium communis ratio est: quia iste in foro conscientiæ est idololatra, fuit, &c. Non enim solùm dicitur in foro conscientiæ fur aut idololatra, q ex affectu furti aut idololatriæ furatur aut idola colit: sed etiā qui voluntariè exercet exteriorem actum furti, aut idololatriæ. Concurrunt enim tunc ad hanc denominationem, & actus exterior & actus interior. Quamuis actus interior videatur quasi extraneus ab exteriori. Et p hoc patet responsio ad primam obiectionem in oppositum, dicendo quod hic est infidelitas exterior voluntaria. Et quia actus voluntatis quo consentit in actum exteriorem ad eādem speciem spectat, in qua est actus exterior ideo in hoc dicto. s. Infidelitas exterior voluntaria includit' interior, voluntatis actus infidelitatis. 3. contra. cap. 100. Ac per hoc voluntariè negans Christum solo verbo, non solum extra, sed etiam intus, est quodammodo infidelis: quamuis absolutè non sit intus infidelis.

¶ Ad secundum dicitur, quòd dicens, cognoscendo quod dicit, verba cōtra fidem seriò, proculdubio est excommunicatus, vt dictum est. Dicēs autem ioco, excommunicatus nō est: quia non dicit illa verba vt sunt verba infidelitatis: grauissimè tamen peccat.

¶ Super Quæstionis nonagesimæquartæ Articulum secundum & tertium.

Ca.3.to.3. IN art. 2. & 3. simul q. eiusdem 94. dubia duo occurrunt. Alterum de comparatione idololatriæ exterioris tantum voluntariæ ad infidelitatem. Alterum de comparatione idololatrię ad omnia alia crimina. Est autē ratio primi dubij, quia videtur quòd infidelitas interior sit peccatū grauius quàm mendaciū perniciosum quo quis non ex animo colit idola: vt Seneca, aut Marcellinus. In oppositū autem est autoritas Aug. in litera secundi articuli allata, dicentis de Seneca, quòd eo damnabilius colebat idola, quo illa quę mendaciter agebat, sic ageret, vt eum populus veraciter agere existimaret. Et in litera tertij articuli in responsione ad primum, dicitur quòd infidelitatem grauius esse peccatū arguebat, defendendo contrarium. Si vero sit exterior tantum idololatria, absque interiori infidelitate, additur culpę falsitatis, quasi culpa falsitatis æquetur infidelitati interiori.

¶ Secundi autem dubij lib.10.ca. 19.to.5. ratio est quia odiū Dei ex genere suo est grauius peccatum quā idololatria: quia directè opponitur amori Dei in se ipso. Idololatria autem opponitur exteriori cultui ipsius Dei, & odium Dei tollit, quantum ex se est, diuinū esse, idololatria minuit. Odium Dei annullat' Deū: idololatria æqualem illi dat. Vnde ex genere suo odium Dei grauius est quocunque alio. Ca.10.to.5. Et augetur dubium: quia Autor in litera in primo argumento tertij articuli tangit hanc difficultatem de odio, infidelitate, & desperatione, & soluendo pertransit. Ca.5.to.1.

¶ In oppositum autem est autoritas literæ.

¶ Ad hæc dubia retrogrado ordine dicendum est: quia primum est de specie, secundum de genere: vt doctrina ordinata sit à magis cōmuni ad minus commune. Sciendum est igitur quòd comparatio hoc in loco sit inter peccata secundum sua genera: vt ex pluribus locis tertij articuli apparet. Et quoniam diuersorum generum peccata contingit se habere ex additione, cap.10 to. 5. vt scilicet vnum includatur in altero, quamuis non econuerso, idcirco, quando comparatio fit inter peccatum ex additione se habens ad aliud, & reliquum secundum se solum, facilis est comparatio: quoniam constat quòd includens est grauius incluso. Nec propter hoc mouenda esset solemnis quæstio. Sic autem est in proposito, quia idololatria secundum suum genus claudit in se infidelitatem & odium Dei, 3.par. q. 25.ar.3. *In corp. art. quoniam vtriusque protestatio est. Colens nanque idola, quantum in se est, tollit à Deo suam singularem excellentiam, qua solus est Deus. Hæc est autem sua Deitas, quod ad odium Dei spectat. Et negat huiusmodi singularitatem, quod ad infidelitatem spectat: ac per hoc grauius peccatum illis secundum se est. 1.2. quæs. 102.ar.3. ad 11. Et in al. qō. 2. art. 10.cor. * cap.10. Et propterea Autor qui non mouit quæstionem de idololatria in respectu ad ista, sed vniuersaliter in respectu ad omnia peccata, pertransiuit facile in respōsione ad primum tertij articuli, materiam istam tanquam claram.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum dicitur, quòd aliud est comparare peccata secundum sua genera, & aliud comparare peccatum vnius generis ad summitatem alterius generis, vt in argumento fit comparando idololatriam ad summū odium Dei: ca.5.&9. puta, quo quis vellet Deum totaliter non esse. Huic enim summo oporteret e regione ponere aliud summum, puta idololatriam ex tali odio, & sic idololatria inueniretur grauior.

¶ Ad primum autem dubium dicitur, quia idololatria tantum exterior est etiā protestatio infidelitatis & odij Dei, ideo retinet grauitatem sui generis, ac per hoc est gra

Universidad de Deusto Biblioteca

est grauior secundum suum genus infidelitate & odio Dei. Et includit præter sui generis grauitatē, grauitatē mendacij perniciosi: & propterea ab August. damnabilior dicitur: & ab Autore sustinetur, & nō dicitur in litera ꝗ tale mēdacium adæquetur aut excedat infidelitatē interiorē, sed (vt dictum est) declaratur quid idololatriæ exteriori secundū se conueniat, scilicet ꝗ præsupponat infidelitatē interius, ac per hoc etiamsi interior deest infidelitas, exterior tamen, quā idolatria ex proprio genere ex hoc, ꝗ est interioris infidelitatis protestatio, habet, nō amittit. Cum his tamen stat, ꝗ ex parte peccātis grauius peccatū sit deliberare intus negare fidem Christi, & int⁹ odio habere Deū, quàm voluntariè extra tantum idola colere. Quoniam in peccatis intus maior deordinatio ipsius peccantis inueniretur. D. 716.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ quartæ articulum quartum.*

IN art. 4. eiusdem 94 quæst. dubium occurrit, quo pacto verificetur quod omnes dij gentiū dæmonia: & tamen licet colerent multos deos, colebāt etiā vnum summum Deū: de quo non potest dici ꝗ sit dęmon, quia est verus De⁹. Rursus colebāt motores cælorum, quos constat non esse dæmones. Quomodo igitur omnes dij gentium dæmonia? Ar. pra.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, vt in litera dicitur, quòd dæmonia erant causæ omnis cultus idololatriæ. Et propterea omnes dij gentiū erant dæmonia causaliter, licet non essentialiter. Secundò dicitur ꝗ omnes dij gentium erāt etiam essentialiter, aut participatiuè dæmonia, inquantū erant dij gentium. Quoniam non venerabantur secundū id quod in veritate erant, sed secundū id quod nō erant, hoc est secundum deitatem, cùm non essent dij, nisi vnus, qui nō adorabatur etiam secundum id quod erat, sed secundum id quod ipsi de eo concipiebant. Ac per hoc non adorabāt ipsum Deum secundum se, sed id, quod ipsi vocabant Deū, quod non est verus Deus. Et sic omnes Dij gentium, aut erāt dæmonia, aut figmēta dæmoniaca: quæ participatiuè dæmonia erant & dicuntur. D. 703. & 716.

¶ In responsione ad secundū, quum legis idololatriā exclusam per virtutē Christi in sexta ætate, non intelligas ꝗ hoc sit pro omni parte sextæ ætatis perfectę: sed quoniā ex magna parte exclusa est, & excludentur reliquiæ in eadē ætate, 2. distin. 15. q. 1. ar. 2. cor. Et 3. contra cap. 120 Et po. q. 5. ar. 4. cor.

peccatum pene par seruituti idolorum, cui ante conuersionem vacauerant. Non ergo peccatū idolatriæ est grauissimum.

¶SED CONTRA est, quod Leuit. 15. super illud qd dicit de immūditia mulieris patientis fluxū sanguinis, dicit glo. Omne peccatum est immunditia animi, sed idolatria maximè.

¶RESPONDEO dicēdum, quòd grauitas alicuius peccati potest attendi dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius peccati, & sic peccatum idolatriæ d grauissimū est. Sicut enim in terrena Republica grauissimum esse videtur, quòd aliquis honorem regium alteri impendat quàm vero Regi (quia, quātum in se est, totum Reipublicæ perturbat ordinem) ita in peccatis quæ contra Deum committuntur, quæ tamen sunt maxima, grauissimum esse videtur quòd aliquis honorem diuinum creaturæ impēdat: quia, quantum est in se, facit alium Deum in mundo, minuens principatum diuinum. Alio modo potest attēdi grauitas peccati ex parte ipsius peccātis, sicut dicitur grauius esse peccatum eius, qui peccat scienter, quàm eius qui peccat ignorāter. Et secundum hoc nihil prohibet grauius peccare hæreticos, qui scienter corrumpunt fidem, quam acceperunt, quàm idololatras ignoranter peccātes. Et similiter etiā aliqua alia peccata possunt esse maiora propter maiorem contēptum peccantis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝗ idololatria presupponit interiorē infidelitatē & adiicit exterius indebitū cultum. Si verò sit exterior tantum idololatria absque interiori infidelitate, additur culpa falsitatis, vt prius dictum est*.

¶Ad secundum dicendum, ꝗ idololatria includit magnam blasphemiā, inquātum Deo subtrahitur dominij singularitas, & fidem opere impugnat idololatria.

¶Ad tertium dicendum, quòd quia de ratione pœnæ est, quòd sit contra voluntatem, peccatū per quod aliquid punitur, oportet esse magis manifestū, vt ex hoc homo sibiipsi & aliis detestabilis reddatur. Non autem oportet ꝗ sit grauius. Et secundum hoc peccatum quod est cōtra naturam, minus est peccatum quàm idololatriæ. Sed quia est manifesti⁹, ponitur quasi conueniens pœna peccati idololatriæ, vt s. sicut homo per idololatriā peruertit ordinē diuini honoris: ita per peccatum contra naturam, propriæ naturæ confusibilem peruersitatem patiatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd d hæresis Manichæorum, etiam quantum ad genus peccati, grauior est quàm peccatum aliorum idololatrarum, quia magis derogant diuino honori, ponentes duos deos contrarios, & multa vana fabulosa de Deo fingentes. Secus autem est de aliis hæreticis, qui vnum Deum confitentur, & eum solum colunt.

¶Ad quintum dicendum, quòd obseruatio legis tempore gratiæ, non est omnino æqualis idololatriæ, secundum genus peccati, sed penè æqualis: quia vtrunque est species pestiferæ superstitionis.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum causa idololatriæ fuerit ex parte hominis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd causa idololatrię non fuerit ex parte hominis. In homine enim nihil est nisi vel natura, vel virtus, vel culpa, sed causa idololatriæ non potuit esse ex parte naturę hominis: quin potius naturalis ratio hominis dictat, quòd sit vnus Deus, & quòd non sit mortuis cultus diuinus exhibendus, neque rebus inanimatis. Similiter etiam nec idololatria habet causam in homine ex parte virtutis, quia non potest arbor bona malos fructus facere, vt dicitur Matt. 7. Neque etiam ex parte culpæ: quia, vt dicitur Sapientiæ 14. Infandorum idolorum cultura omnis mali est & initium & finis. ergo idololatria non habet causam ex parte hominis.

¶2 Præterea, Ea quæ ex parte hominis causantur, omni tēpore in hominibus inueniuntur. Non autem semper fuit idololatria, sed in secunda ætate legitur esse adinuenta, vel à Nembroth qui (vt dicitur) cogebat homines ignem adorare vel à Nino, qui imaginē patris sui Beli adorari fecit. Apud Grecos autem (vt Isidorus refert*) Prometheus primus simulachra hominū de luto finxit. lib. 8. Ety. cap. 11. Iudæi verò dicunt quòd Ismael primus simulachrum de luto fecit. Cessauit etiam in sexta ætate idolatria ex magna parte. ergo idolatria non habuit causam ex parte hominis.

¶3 Pręterea, Aug. dicit 21. de Ciui. Dei*. Ca. 6. to. 5 Neq; potuit primum, nisi in illis, s. dæmonibus docentibus, disci quid quisque illorum appetat, quid exhorreat, aut quo inuitetur nomine, aut quo cogatur: vnde magicæ artes earúmque artifices extiterunt. Eadem autem ratio videtur esse de idololatria. Ergo idololatriæ causa non est ex parte hominum.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Sapientiæ 14. superuacuitas hominum hæc, scilicet idola, adinuenit in orbe terrarum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd idololatriæ est duplex causa. Vna quidem dispositiua. Et hæc fuit ex parte hominum. Et hoc tripliciter. Primò quidem ex inordinatione affectus; prout. s. homines aliquem hominem vel nimis amantes, vel nimis venerantes, honorem diuinum ei impenderunt. Et hæc causa assignatur Sapien. 14. Acerbo luctu dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit. & ibidem etiam subditur, quod homines aut affectui aut regibus deseruientes, incommunicabile nomen, scilicet Diuinitatis, lignis & lapidibus imposuerunt. Secundò propter hoc quòd homo naturaliter de repræsentatione delectatur, vt Philosophus dicit in Poetria sua*. Ca. 2. to. 6. Et ideo homines rudes à principio videntes per diligentiam artificum imagines hominum expressiuè factas, Diuinitatis cultū eis impenderunt. Vnde dicitur Sap. 13. Si quis artifex faber de sylua lignum rectum secuerit, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet imagini hominis, de substantia sua, & filiis & nuptiis votum faciens, inquirit. Tertio propter ignorantiam veri Dei, cuius excellentiam homines non considerātes, quibusdam creaturis propter pulchritudinem seu virtutem, Diuinitatis cultum exhibuerunt. Vnde dicitur Sapient. 13. Neque operibus attendentes agnouerunt quis artifex esset, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem, aut lunam, rectores orbis terrarum, deos putauerunt, alia autem causa idololatriæ fuit consummatiua ex parte dæmonum, qui se colendos hominibus errantibus exhibuerunt, in idolis dando responsa, & aliqua quæ videbantur hominibus mirabilia, faciendo. Vnde & in Psal. 95. dicitur, Omnes dij gentium dæmonia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd causa dispositiua idololatriæ fuit ex parte naturæ hominis defectus, vel per ignorantiam intellectus, vel per inordinationem affectus, vt dictum est*. In cor. ar. Et hoc etiam ad culpam pertinet. Dicitur autem idololatria esse causa, initium, & finis omnis peccati: quia non est aliquod genus peccati, quod interdum idololatriam non producat, vel expresse inducendo per modum causæ, vel occasionem præbendo per modum initij, vel per modum finis, inquantum peccata aliqua assumebantur in cultum idolorum: sicut occisiones hominum, & mutilationes membrorum, & alia huiusmodi. Et tamen aliqua peccata possunt idololatriam præcedere, quæ ad ipsum hominem disponunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd in prima ętate non fuit idololatria propter recentem memoriam creationis mundi, ex qua adhuc vigebat cognitio vnius Dei in mente hominum. in sexta autem ætate idololatria est exclusa per virtutem & doctrinam Christi, qui de diabolo triumphauit.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de causa consummatiua idololatriæ.

QVÆST

¶ *Super Quæstionis nonagesimæquintæ Articulum primum.*

IN ar. 1. q. 95. nota tria. Primò, ꝗ quia disputatio de causis ad vtrunlibet non est moralis, ideo hic pertrāseundo, & cautè tamen loquēdo, dicitur qd secūdū se consideratæ sunt neutræ. qm̄ oportet eas ad alterā declinare partē, quādo causant. Secundò, ꝗ tam de effectibus causarum ad vtrūlibet quàm de casualibus cautè in litera dicitur, quòd per considerationem causarum prænosci nōn possunt & intendit de causis, vt prædixerat, consideratis: s. secundū se. Nā sic, vel sunt neutræ, vt potētiæ rationales: vel sunt ad opposita casualiū, vt causæ naturales: sic non habēt determinationem aliquā ad huiusmodi effectus. Cū his tamen stat quòd per easdē causas præparatas seu dispositas præcognosci aliquo mō possint causatū harū effectus, vt patet inter homines præcognosci ex dispositione naturæ, aut consuetudinis, aut passionis alicuius, quid faciet in tali euētu, quāuis certitudo desit. Et similiter si quis seminis defectuosi & matricis hui⁹ cognosceret dispositionē, conijceret de monstro. Considerandum est ergo ad qualiter se habentē causam referatur effectus futurus, cùm præcognoscēdus ex causa dicitur. Et hoc patet maximè in materia diuinationis obseruare, quia super hoc fundantur omnes excusationes vt inferius apparebit diffusi⁹. Tertiò, qd Diuinationis nomine intelligēdū est, apud Theologos & in Ecclesia. Quoniam, vt in litera dicitur, intelligitur indebita vsurpatio prænuntiationis futurorū euentuū. Et dicitur indebita, ab indebito modo præcognoscendi ea, quia scilicet nec media diuina reuelatione, nec vigore naturalis luminis, sed dæmoniaca vanitate implicitè vel explicitè, vt patebit, habetur aut iactatur. Et quia in hoc consistit formalis ratio diuinationis, & in materialib⁹ diuinationis multa est ambiguitas, ꝑpter incertitudinem nostræ scientiæ, & elongationē ac occultationē causarum respectu nostri: ideo tota præsentis quæstionis doctrina formaliter est intelligenda, & in quolibet articulo secundū materiam meditandū, ac secundū vniuscuiusque naturam suspendendum aut decernendum iudicium est. 1. dist. 15. q. 1. ar. 3. ad 4. Et 3. contra. cap. 154. col. 5. Et Isa. 3. lect. 4. princ. *li. 1. c. 1. to. 1. Paulo post princip.

¶ In responsione ad secūdum eiusdem articuli aduerte quod Aristoteles in principio libelli de memoria & reminiscentia, incidēter affert, respectu futurorum esse scientiam speratiuam: quamquidam diuinatiuam vocant. Qualis sit autem, aut ex quib⁹ procedat, non inuenio in eo. Vnde an hoc retulerit ad dogmata coniiciendi ex causis & signis, vt astra, complexiones, lineæ naturales, somnia pro aliqua parte, & huiusmodi credūtur: an ad artes vanas, quæ de facto tunc erant apud idololatras, sicut & post fuerunt apud Christianos, vt patet 26. quæst. 1. Sortilegi, nescio. Autor parū de intētione illius hominis curās, ad rē se cōuertit respondendo, permanens in formali, vt dictū est. Naturalia nanq; siue signa sint, siue causæ: vt in pluribus verificantur. li. 9. Meta. tex. 3. & 18. to. 3.

QVÆSTIO NONAGESIMAquinta de Superstitione diuinatiua, in octo articulos diuisa.

POSTEA cōsiderandū est de superstitione diuinatiua. ¶ Et circa hoc quæruntur octo. ¶ Primò, vtrum diuinatio sit peccatum. ¶ Secundò, vtrū sit species superstitionis. ¶ Tertiò, de speciebus diuinationis. ¶ Quartò, de diuinatione, quæ fit per dæmones. ¶ Quintò, de diuinatione, quæ fit per astra. ¶ Sextò, de diuinatione, quæ fit per somnia. ¶ Septimò, de diuinatione quæ fit per auguria, & alias huiusmodi obseruationes. ¶ Octauò, de diuinatione quæ fit per sortes.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum diuinatio sit peccatum.*

AD PRIMVM sic procedit. Videtur qd diuinatio non sit peccatum. Diuinatio enim ab aliquo diuino nominatur. Sed ea quæ sunt diuina, magis ad sanctitatē pertinēt quā ad peccatū. Ergo videtur quod diuinatio non sit peccatū.

¶2 Pręterea, Aug. dicit in li. de libe. arb*. Quis audeat dicere disciplinam esse malum? Et iterum, Nullo modo dixerim aliquā intelligentiā malam esse posse. Sed aliquæ artes sunt diuinatiuę, vt patet per Philosophum in lib. de memoria*. Videtur etiā ipsa diuinatio ad aliquam intelligentiam veritatis pertinere. Ergo videtur quòd diuinatio non sit peccatum.

¶3 Præt. Naturalis inclinatio nō est ad aliquod malum, qa natura nō inclinat nisi ad simile sibi. Sed ex naturali inclinatione homines sollicitātur prænoscere futuros euentus, quod pertinet ad diuinationem. Ergo diuinatio non est peccatum.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 18. Non sit qui pythones consulat, neq; diuinos. Et in Decretis 26. quęst. 5. dicitur: Qui diuinationes expetūt, sub regulis quinquennij iaceant secundum gradus pœnitentiæ diffinitos.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nomine Diuinationis intelligitur quædā prænunciatio futurorum. Futura autē dupliciter prænosci possunt. Vno quidē modo in suis causis. Alio mō in seipsis. Causę autem futurorum tripliciter se habent. Quędam enim producunt ex necessitate & semper, suos effect⁹. Et huiusmodi effectus futuri p certitudinē pręnosci & pręnunciari possunt ex consideratione suarum causarum, sicut astrologi prænunciāt eclipses futuras. Quædā verò causæ producunt suos effectus nō ex necessitate & semper, sed vt in pluribus: raro tamē deficiunt. Et p huiusmodi causas possunt pręnosci effectus futuri, non quidem per certitudinem, sed quandā coniecturā: sicut astrologi per considerationem stellarum quædā prænoscere & prænunciare possunt de pluuiis & siccitatibus, & medici de sanitate vel morte. Quædā vero causæ sunt, quę si secūdum se cōsiderent, se habent ad vtrumlibet: quod præcipuè videtur de potētiis rationalibus quæ se habēt ad opposita secundum Philosophum*. Et tales effectus vel etiā si qui effectus, vt in paucioribus casu accidunt, ex naturalibus causis, per consideratione causarum prænosci non possunt: quia eorum causę non habent inclinationē determinatā ad huiusmodi effectus: Et ideo effectus huiusmodi prænosci non possunt, nisi in seipsis considerētur. Homines autem in seipsis huiusmodi effectus cōsiderare possunt solū dum sunt præsentes: sicut cū homo videt Sortē currere & ambulare. Sed cōsiderare huiusmodi in seipsis, antequā fiāt, est Dei ꝓprium: qui solus in sua ęternitate videt ea quæ futura sunt, quasi præsentia: vt in primo* habitum est. Vñ dicit Isa. 41. Annūtiate quę ventura sunt in futurum, & sciem⁹ qa dij estis vos. Si quis ergo huiusmodi futura prænūciare aut pręnoscere quocunq; modo præsumpserit, nisi Deo reuelāte, manifestè vsurpat sibi quod Dei est, & ex hoc aliqui diuini dicuntur. Vnde dicit Isidorus in lib. Ety*. Diuini dicti quasi Deo pleni. Diuinitate enim se plenos simulāt, & astutia quadam fraudulētiæ hominibus futura coniectāt. Diuinatio ergo non dicitur, si quis prænunciet ea quæ ex necessitate eueniunt, vel vt in pluribus, quæ humana ratione prænosci possunt, neq; etiā si quis futura alia cōtingētia, Deo reuelāte, cognoscat. Tunc em̄ non ipse diuinat, id est, quod diuinum est facit, sed magis quod diuinum est suscipit. Tunc autē solum dicitur diuinare, quādo sibi indebito modo vsurpat prænūciationē futurorū euētuum. Hoc autē constat esse peccatum. Vñ diuinatio semper est peccatum. Et ꝑpter hoc Hierony. dicit super Michæā*, quòd diuinatio semper in malam partem accipitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuinatio non dicitur ab ordinata participatione alicuius diuini, sed ab indebita vsurpatione, vt dictum est*.

¶ Ad secundum dicendum, qd artes quędā sunt ad prænoscēdum futuros euētus, qui ex necessitate vel frequenter proueniunt, quæ ad diuinationē non pertinēt. Sed ad alios futuros euentus cognoscendos non sunt aliquæ veræ artes seu disciplinæ, sed fallaces & vanę ex deceptione dæmonum introductę, vt dicit Aug. in 21. de Ciuitate Dei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homo habet naturalem inclinationem ad cognoscendum futura secundum modum humanum, non autem secundum indebitum diuinationis modum.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum diuinatio sit species superstitionis.*

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur quòd diuinatio non sit species superstitionis. Idē em̄ non potest esse species diuersorum generum. Sed diuinatio videtur esse species curiositatis, vt August. dicit in lib. de Vera religione*. Ergo videtur quod non sit species superstitionis.

¶2 Præterea, Sicut religio est cultus debitus: ita superstitio est cultus indebitus. Sed diuinatio non videtur ad aliquē cultum indebitum pertinere. Ergo diuinatio non pertinet ad superstitionem.

¶3 Præterea, Superstitio religioni opponit. Sed ī vera religione nō inuenit aliqd diuinationi p contrarium respondēs. Ergo diuinatio nō est species supstitionis.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæquintæ Articulum secundum.*

IN articulo 2. eiusdem 95. quæst. vide in primis quòd ratio superstitionis in diuinationibus est, quia auxiliū dæmoniacū assumitur, & ideo ad hoc oportet semper inspicere, & hinc scire quòd diuinatio ex genere suo, mortale peccatum est, & ab Ecclesia damnata, tanquam diabolici cultus pars ex propria natura operis, vt diffusè habes in Decretis 26. quæst. 1. 2. 3. 4. 5. & 7. vbi materiam istius quæstionis tractatam videre potes. Q. 14. ar. 13. & q. 57 art. 3. & q. 86. ar. 4. li. 8 ca. 9.

¶In eodem articulo nota, quòd duplex in litera ponitur inquisitio pro diuinatione, s. manifestè perniciosa: quę s. est cum expressa dæmonum inuocatione, & vana, quæ s. est quādo aliquis futurū præcognoscere tētat, vnde præcognosci non potest. Et hæc propter admixtionem occultam dæmonū est perniciosa, sed occultè, vt amplius infrà patebit. Et hoc oportet seruare pro fundamentis in tota materia diuinandi, quonjam in his consistit formale, ad quod oportet resoluere. Cap. 3. Michea to. 6. Ex his enim non scimus an talis inquisitio, puta per somnia, per sortes, per astra, per lineas, &c. sit vana. In cor. ar. Sed tantum in quo formalis rō dæmoniacæ inquisitionis respectu futurorum consistat, scilicet aut in expressa inuocatione aut tacita, per hoc quòd vana sit futuri inquisitio. Si nosse autem vis an talis inquisitio sit vana, oportet formale ad talē materiam adplicare, & videre si inde futurum potest vel non potest præcognosci, Et propterea oportebit in singulis articulis sequētibus singula examinare, quantū Deus dederit, ne homines docti nos derideant tanquam rudes auferentes à rebus eas, quæ in eis occultæ sunt conditiones, & dæmoni attribuentes: & ne sapientes in oculis suis, quasi sine ratione dicta omnia promiscuè despiciant: sed habeant rationes quibus obedire debet humana ratio: & vt viri boni peccatum non timeant, vbi peccatum non est. Infrà art. 3. cor. principio. Et 1. dist. 15 q. 1. ar. 3. ad 4. Et 3. contra cap. 154. * ca. 38. to. 1.

¶ Occurrit tamen ante omnia dubium quare vana inquisitio futurorum sit perniciosa: an ex propria natura, an quia prohibita & dānata ab Ecclesia. Et est ratio dubij, quoniam vana appellatur in proposito inquisitio ex defectu à fine: quia

¶ SED CONTRA est, qđ Origenes dicit in Periarchõ*, Est quædã operatio dæmonũ in ministerio præscientiæ, quæ artib⁹ quibusdã ab iis, qui se dęmonibus mancipauerũt, nunc per sortes, nunc per auguria, nunc per cõtẽplationem vmbrarũ, cõprehendi videt̃. Hęc aũt omnia operatione dæmonum fieri non dubito. Sed vt Aug. dicit in 2. de doct. Christiana*, Quicquid procedit ex societate dęmonum & hominum, superstitiosum est. Ergo diuinatio est species superstitionis.

Hom. 16. in Num. à med. to. 1.

cap. 20. to. 3.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictũ est*, superstitio importat indebitum cultum diuinitatis. Ad cultum aũt Dei pertinet aliquid dupliciter. Vno modo cùm aliquid Deo offert̃, vel sacrificium, vel oblatio, vel aliquid huiusmodi. Alio modo, cùm aliquid diuinum assumitur, sicut suprà dictũ est * de iuramẽto. Et ideò ad superstitionẽ pertinet non solùm cùm sacrificium dæmonibus offertur per idololatriã, sed etiã cùm aliquis assumit auxiliũ dæmonum ad aliqđ faciendum vel cognoscendũ. Omnis autẽ diuinatio ex operatione dæmonum prouenit, vel quia expressè dæmones inuocantur ad futura manifestãda, vel quia dæmones ingerũt se vanis inquisitionibus futurorum, vt mentes hominum implicent vanitate. De qua vanitate dicitur in Psal. 39. Non respexit in vanitates & insanias falsas. Vana autem inquisitio futurorum est, quando aliquis futurum prę noscere tẽtat, vnde prænosci non potest. Manifestum est ergo quòd diuinatio species superstitionis est.

Q. 92. art. 1. & q. 94. ar. 1.

q. 59. in præfat. & ar. 5. ad 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuinatio pertinet ad curiositatem quantum ad finem intentum, qui est prę cognitio futurorũ. Sed pertinet ad superstitionem, quantũ ad modũ operationis.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd huiusmodi diuinatio ptinet ad cultũ dæmonum, inquantum aliquis vtitur quodam pacto tacito vel expresso cum dæmonibus.

¶ Ad tertium dicendũ, quod in noua Lege mens hominis arcetur à temporalium solicitudine. Et ideo nõ est in noua lege aliquid institutũ ad præcognitionem futurorum euentuũ de tẽporalibus rebus. In veteri autẽ Lege, quę promittebat terrena, erãt cõsultationes de futuris ad religionẽ pertinentibus. Vnde dicitur Isa. 8. Et cum dixerint ad vos, Quærite à Pythonibus, & à diuinis, qui strident incantationib⁹ suis, subdit quasi respõsionem: Nunquid non populus à Deo suo requiret visionem pro viuis & mortuis? Fuerũt tamen in nouo Testamento etiam aliqui Prophetæ spiritum habentes, qui multa de futuris euentibus prædixerunt.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum sit determinare plures diuinationis species.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod non sit determinare plures diuinationis species. Vbi enim est vna ratio peccãdi, nõ vidẽtur plures esse peccati species. Sed in omni diuinatione est vna ratio peccãdi, q. a. s. vtitur aliqs pacto dæmonũ ad cognoscendũ futura. Ergo diuinationis nõ sunt plures species.

¶ Pręterea, Actus human⁹ speciẽ sortitur

quia, s. nõ potest assequi intentũ finẽ, qui est cognitio futurorũ, seu occultorũ, vt patet ex diffinitione in litera posita, quæ iã prænotata est. Inquisitio autem sic vana nõ est ex genere suo perniciosa: qm̃ multas constat esse inquisitiones vanas nõ pniciosas: vt si quis quærat smaragdũ in cerebro gallinæ. Nec etiam ex eo quod ad cognitionẽ tendit, perniciosa est: quandoquidem & vanè inquirere speculatiuam cognitionẽ, puta geometriam à Iureconsulto, aut practicã etiã in agibilibus, puta consiliũ de aliquid agẽdo à puero, stultũ nõ pniciosum est. Nec etiã ex eo quòd ad futura vel occulta terminatur, perniciosa est. Quoniam si quis illamet futura aut occulta ab homine inquireret, vanè inquireret: quoniam ille non potest ei dare de his notitiam: non tamẽ perniciosè inquireret. Et breuiter in huiusmodi inquisitionibus magis relucet hominem stultum quàm perniciosum esse. Et confirmatur, quia sicut non est perniciosum ex suo genere committere vanitati fortunæ futurorum dominium exterioris rei, etiã cũ periculo perdẽdi, vt fit in omnibus ludis fortunæ: ita nõ est perniciosum committere fortunæ vanitati cognitionẽ singulariũ, quæ non sunt de pfectione intellect⁹, sine cuiusque dãno. Hoc aũt importat vana inquisitio futurorum. Non est ergo ex propria natura perniciosa vana inquisitio futurorum: sed ex Ecclesię prohibitione, iuxta dictũ Gratiani 26. quæst. 2. cap. Sors.

¶ In oppositum autem est: quia hæc inueniuntur in vtroq; Testamento damnata, scilicet à Moyse & Paulo Apostolo. Huiusmodi autem non sunt mala, quia prohibita, sed ideo prohibita, quia mala.

¶ Ad euidẽtiam huius sciendũ est, vanas occultorum inquisitiones dupliciter fieri posse. Primo, vt vana. Secũdo, vt vtilia ad cognitionẽ occultorum. Si fiant vt vana, sic constat ꝙ fiunt vt in veritate sunt, quia vana in veritate sunt. Et sic cũ vacare vanis inquantũ huiusmodi, nullam maiorẽ culpã, quàm vanitas sit, ponat, cõsequens est ꝙ exercere inquisitiones vanas vt vanas, licet sit secundũ se malũ, non tamẽ perniciosum est. Vnde veniale tantũ peccatum est si quis vtatur huiusmodi inquisitionib⁹ vanis vt vanis: hoc est, nõ expectãs notitiam ex ipsis nisi à casu. Si vero fiant vt vtilia, cũ non sint secundũ veritatẽ vtilia ratione sui, sed ratione secretæ virtutis dæmoniacę, inquisitiones istæ ex genere suo sunt pniciosæ: quoniã vti vanis vt vtilibus secũdũ secretã vim dæmoniacã, manifestè perniciosum est. Nec obstat si dicatur ꝙ inquisitiones istæ vtiles, non fiunt secundũ secretã vim dæmoniacã, sed secundum secretam quandam vim nobis incognitã. Dicũt enim inquisitores isti, ꝙ non inuocãt nec inuocare intendunt dæmonẽ, sed vti talibus, quia experiũtur illa esse vtilia ad huiusmodi cognitionẽ occultorum. Hoc, inquam, non obstat: quoniam ex quo secreta illa virtus in veritate est virtus dæmoniaca nisi homo vtens illa, excusetur ꝓpter ignorantiã, diabolicæ se societati immiscet tacitè, ex hoc ipso quòd vtitur vanis & vtilibus secundũ secretã vim ignotã. Debet enim curã habere operũ suorũ vt sciat qđ facit. Quando vero ignorãtia in istis excuset à mortali, & quando nõ, ex cõmunibus ignorãtiæ regulis iudicandũ est. Rationi autẽ consonũ est, vt credẽtes absq; hæsitatione aliqua inquisitiones aliquas, quę in veritate sunt vanæ secũdum se, vtiles aũt ex dæmone, esse vtiles ex diuina aut naturali, secreta tamen virtute: & pro tanto eis vtentes ac eis inhærẽtes, sic tamen ꝙ parati sunt nullo modo facere, si ambiguũ esset, ꝙ ex dæmone essent, excusantur à mortali, nisi fortè laborarent ignorantia affecta aut crassa, & supina. Hos enim non audeo excusare. Talis enim videtur ignorãtia, qui vtũtur quodam versiculo Psalmistæ ad hoc vt anulus super protenso filo moueatur. Constat eñ ex Deo non esse inditã virtutẽ sacris verbis ad huiusmodi leuitates, nec ex natura inesse verbis illis hanc virtutẽ: ex dęmone igitur. Et hoc vnũ dixerim, vt ex hoc alia scias iudicare diligenter notans, quòd extra de Sortilegiis. c. Ex tuarũ, presbyter in secreto loco cũ infami, ad inspectionẽ astrolabij propter furtũ inueniendũ ex zelo & simplicitate accedẽs, non modicã peccati maculã contraxisse dicit̃. Iste siquidẽ animũ inuocandi dæmonẽ nõ habuit. Inuocauit tamẽ tacitè de facto nõ ex ignorãtia excusante: q a cũ infami, & in loco priuato, presbyter. Ratio aũt excusans prima est: quia non per se, sed per accidẽs & materialiter tantũ tales immiscẽt se tacitè cũ dæmonibus. A toto aũt omnino excusantur, qui credulitatẽ hãc falsam ex consilio sapientis acceperũt: & propterea his vanitatibus se immiscuerũt. Sunt igitur huiusmodi vana quatenus pro vtilibus habẽtur secundũ genus suum superstitiosa: ac per hoc inquantum vana & inquantum superstitiosa, ideo sunt prohibita, quia mala, & nõ ecõuerso. Et ex hoc habes ꝙ licet Ecclesia moneat abstinere etiã à licito vsu astrologiæ, somniorũ, linearũ, & huiusmodi, in prænunciationibus, propter periculum declinandi in vsum illicitũ, sicut accidit in vsu iuramenti: non tamẽ absolute prohibet in communi loquẽdo, nisi quatenus sunt vana aut superstitiosa. Dixi aũt in cõmuni loquẽdo: quia in tali materia, puta in electionibus, quia dẽt eligi melior, & non debet committi fortunæ electio: ideo in speciali sunt prohibitę sortes, extra de sortile. ca. vlt. Et hic etiã sunt prohibitæ: quia malæ secundũ se in tali materia. Et simile est in prohibitione sortiũ ex paginis euãgelicis, quo ad secularia negotia, propter s. diuinam irreuerentiã: vt Aug. dicit 26. quæst. 2. Hi qui quod autẽ prohibitiones omnes de his sic sint intelligendæ, s. inquantum vana, aut superstitiosa, aut aliàs mala, manifestatur ex quatuor. Primò, ex studio Doctorum ad discernendum ad quid astra, somnia, auium motus, &c. sunt vtilia secundum naturam: & ad quid non, concludendo quod vti eis secundum quod sunt ex natura vtilia, non est peccatum. Si enim essent mala aliqua, quia prohibita, non oporteret hanc discretionem facere. Secundo, ex hoc quòd tot textus qui habentur in Decretis c. 26. per tot quæstiones diuinationem, incantationem, vel superstitionem afferendo, hæc spectare ad ritũ Paganorũ, culturã vel societatẽ dæmonũ insinuant. Tertiò, ex hoc ꝙ ius diuinum in hac materia Deuter. 18. Nõ inueniatur in te qui obseruet somnia & auguria, exponit̃ secũdum dictã glossam, sed vana aut superstitiosa. Multo ergo magis ius humanũ, vbi aliter non exprimitur, interpretabimur sic. Quarto ex hoc quod Apostolus Galat. 4. non dixit, obseruatoribus tẽporum, quòd in vanum in eis laborauerit. Sed dixit, Timeo ne in vanum in vobis laborauerim: significans se timere ne tempora superstitiosè obseruauerint: & sic in vanum in eis laborasset, vt etiam Aug. exponit: vt habetur 26 quæst. 7. ca. Quis æstimaret. Hoc enim modo timens Ecclesia ne ad superstitiosa filij sui declinẽt, horret, dãnat, punitq; hęc, non obiiciẽdo loqueũ animabus, sed prohibendo quæ mala sunt, & monẽdo ne etiã licitis in huiusmodi se implicent, ne paulatim declinent in perniciosa. Et si Christiani intelligerẽt celsitudinem gradus sui (qua diuinæ facti consortes naturæ asciti sunt in membra Christi, & datum est eis omnibus præesse naturalibus & dæmonibus, iuxta Domini promissionem Marci vltimo: vbi dicitur, Signa autem eos qui crediderint, hæc sequẽtur, &c.) neque à signis cæli, neque ab aliis quę Gentes, quæ homines non Christiani timent, metuerent sibi, sed Christianitatis virtute super omnia seipsos agerent, felicissimè omnia calcantes.

Opusc. 15. cap. 4.

¶ Ad obiectiones aũt in oppositũ allatas in principio dubij iam patet responsio, quia loquuntur de inquisitionibus istis quatenus vanæ sunt, & infra vanitatẽ sistũt: excepta vltima confirmatione: ad quã dicitur, quod non est eadem ratio de dominio rei tẽporalis & de cognitione. Quoniam casus fortuitus ex cõuentione hominũ potest esse vtilis ad translationẽ dominij, vt patet in ludis fortunæ, & in sortibus diuisoriis. Non subest aũt humanæ voluntati, quòd casus fortuitus sit vtilis ad cognitionẽ occultorũ: & ideo argumentũ non valet.

¶ Gratianus aũt in oppositũ allatus verificatur, quo ad monitionẽ Ecclesiæ, vt diximus, & quo ad cessationẽ inquisitionis per sortes non vanas, sed Deo olim probatas, pp rationẽ in hoc ar. ad 3. ab Autore assignatam ex differentia inter legẽ nouã & veterẽ. Quãuis fuerit etiã alia rõ, s. pronitas illius populi ad idololatriã, in qua videbant responsa dari Gẽtilibus. Vnde Saul, cum non haberet à Deo responsum, ad Pythonis se conuertit diuinationem, primi Reg. 28.

¶ In responsione ad primũ & secundum eiusdẽ secundi articuli, nota ꝙ diuinatio, licet subiectiuè sit in intellectu, in quo est tam inquisitio quã cognitio, siue debitè siue indebitè habeat̃: q a tamẽ includit ordinẽ ad volũtatẽ, cuius est vti pacto cũ dæmoniis, ideo Autor ex hac parte ponit ipsam speciẽ esse superstitionis, quæ vitium in voluntate est, sicut religio est virtus in voluntate: Et licet vti pacto dæmonis, absolutè loquendo, videatur ad societatem & non ad cultum spectare, ac per hoc diuinationem non esse speciem superstitionis, cuius est exhibere cultum creaturæ &c. si tamen diligentius attendamus quòd ratione diuinæ excellẽtiæ subiectionẽ profiteri Deo religionis est, videbimus ꝙ ratione affectatæ excellentiæ diuinæ à dæmone, profiteri se subiectum dęmoni, implorando illius consiliũ vel auxiliũ, superstitionis est. Constat autem quòd vti pacto cũ dæmone, est profiteri se indigentẽ dæmone, ac per hoc illi subditũ. Omnis enim indigens, quatenus indigens est, subiicitur illi cuius opera indiget. Propter quod Propheta Deitatem ex nullius indigentia probat, dicens, Dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

¶ Super Quæstionis nonagesimæ quintæ Articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdẽ quæst. 95. nota penes qđ distinguitur expressa à tacita inuocatione dæmonis, scilicet penes intentionẽ hominis: quam intelligẽ dupliciter haberi pro expressa. Primo, cum inuocat dæmonem. Secundo, cum aliquid facit, quod scit ex diaboli virtute operari: vt facunt incantatores. Vtrique nanque expressè dæmonem inuocant ex intentione, verbo, vel facto. Et tũc inueruenit pactum factũ, & si non cum illo homine, factũ tamen cum aliquo alio qui assistet illius operibus ostendendo, vel operando. Tacita autem inuocatio dęmonum tunc solummodo est, quando aliquis talibus se implicat, vt dignum sit dæmonem se illis immiscere, quamuis hoc sit prę ter intentionem talis hominis, vt in multis enumeratis in litera habes.

ex fine, vt suprà habitum est*. Sed omnis diuinatio ordinatur ad vnum finem, s. ad prænunciationem futurorũ. Ergo omnis diuinatio est vnius speciei.

¶ 3 Præterea, Signa non diuersificant speciem peccati. Siue enim aliquis detrahat verbis, vel scripto, vel nutu, est eadẽ species peccati. Sed diuinationes non vidẽtur differre nisi secundum diuersa signa, ex quibus accipitur præcognitio futurorum. Ergo non sunt diuersæ diuinationis species.

¶ SED CONTRA est, quod Isidorus in lib. Etym*. enumerat diuersas species diuinationis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictũ est *, omnis diuinatio vtit̃ ad præcognitionẽ futuri euentus aliquo dæmonũ cõsilio, vel auxilio *. Quod qdem vel expressè implorat̃, vel præter intentionẽ hominis se occultè dæmon ingerit ad prænuntiandũ futura quædã, quæ hominibus sũnt ignota, eis autẽ cognita per modos, de quib⁹ in primo dictũ est*. Dęmones autẽ expressè inuocati, solent futura prænũtiare multipliciter. Quandoq; quidem præstigiosis quibusdã apparitionibus se aspectui, & auditui hominũ ingerentes ad pronuntiandum futura: & hæc species vocatur præstigiũ, ex eo ꝙ oculi hominum præstringuntur. Quandoque autẽ per somnia: & hæc vocatur diuinatio somniorũ. Quandoque verò per mortuorum aliquorũ apparitionem, vel locutionẽ: & hæc species vocatur necromantia, quia vt dicit Ido. in lib. Etymol*. necros Græce mortuus, mantia verò diuinatio nũcupatur, quia quibusdã præcantionibus, adhibito sanguine, vidẽtur resuscitati mortui diuinare, & ad interrogata respondere. Quandoque vero futura prænuntiant per homines viuos, sicut in arreptitiis patet. Et hæc est diuinatio per Pythones. Et vt Isido. dicit *, Pythones à Pythone Apolline sunt dicti, qui dicebatur esse autor diuinãdi. Quandoque vero futura prænũtiãt per aliquas figuras vel signa, quæ in rebus inanimatis apparent, quæ quidẽ si appareãt in aliquo corpore terrestri, puta, in ligno, vel ferro, vel lapide polito, vocatur geomãtia. Si autem in aqua, hydromãtia. Si autẽ in aere, aeromantia. Si autem in igne, Pyromantia. Si aũt in visceribus animaliũ immolatorum in aris dæmonum, vocatur aruspicium. ¶ Diuinatio autem quę fit absque expressa dæmonum inuocatione, in duo genera diuiditur. Quorũ primũ est, quando ad præcognoscendũ futura aliqđ consideramus in dispositionibus aliquarũ rerũ. Et si quidẽ aliquis conetur futura prę noscere ex cõsideratione situs & mot⁹ syderũ, hoc pertineret ad astrologos, qui & genethliaci dicũtur, propter naturalium considerationes dierũ. Si verò per motus vel voces auium, seu quoruncunque animalium, siue per sternutationes hominũ, vel membrorum saltus, hoc pertinet generaliter ad augurium, quod dicit̃ à garritu auium, sicut auspiciũ ab inspectione auium. Quorũ primum pertinet ad aures, secundum ad oculos. In auibus enim huiusmodi præcipuè considerari solent. Si verò huiusmodi consideratio fiat circa verba hominum absque intentione dicta, quæ quis retorquet ad futurũ, quod vult pręnoscere, hoc vocatur omen. Et sicut Valeri⁹ Maximus dicit*, omniũ obseruatio aliquo contractu religioni annexa est, quoniam non fortuito motu, sed diuina prouidentia cõstare creditur: quæ fecit, vt Romanis deliberantibus vtrum ad alium locum migrarent, fortè eo tẽpore centurio quidam exclamauit, Signifer, statue signum, hic optime manebimus. Quam vocem auditam pro omine acceperunt, transeundi consilium omittẽtes. Si autem considerentur aliquæ dispositiones figurarum in aliquibus corporibus visui occurrentes, erit alia diuinationis species. Nã ex lineamentis manus consideratis, diuinatio sumpta, Chiromantia vocatur, quasi diuinatio manus. Chir enim Græcè dicitur manus. Diuinatio verò ex quibusdam signis in spatula alicuius animalis apparentibus, spatulamantia vocatur.

li. 1. ca. 5.

¶ Ad secundum autẽ diuinationis genus, quod est sine expressa dæmonum inuocatione, pertinet diuinatio quæ fit ex consideratione eorũ, quæ eueniũt ex quibusdam, quæ ab hominibus seriò fiunt, ad aliquid occultũ inquirendũ, siue per protractionem, quod pertinet ad artẽ Geomantiæ, siue per considerationem figurarum, quæ proueniunt ex plumbo liquefacto in aqua proiecto: siue ex quibusdam schedulis scriptis vel non scriptis in occulto repositis, dum consideratur quis quam accipiat, vel etiã ex festucis inæqualibus propositis, quis maiorẽ vel minorẽ accipiat, vel taxillorum proiectione, quis plura puncta proiiciat, vel etiam dum consideratur quid aperienti librum occurrat, quæ omnia sortium nomen habent. ¶ Sic ergo patet triplex diuinationis genus, quorum primũ est per manifestã dæmonum inuocationem, quod pertinet ad necromanticos: secundum autem est per solam considerationem dispositionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad augures: tertium est, dum facimus aliquid vt nobis manifestetur aliquid occultum, quod pertinet ad sortes. Sub quolibet autem horum multa continentur, vt patet ex dictis *.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in omnibus prædictis est eadẽ generalis ratio peccandi, sed non eadem specialis. Multo enim grauius est dæmones inuocare, quàm aliqua facere quibus dignum sit, vt se dæmones ingerant.

In cor. ar.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ cognitio futurorum vel occultorum est vltimus finis ex quo sumitur generalis ratio diuinationis. Distinguuntur autem diuersæ species secundum propria obiecta, siue materias, prout s. in diuersis rebus occultorum cognitio consideratur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd res, quas diuinantes attendunt, considerantur ab eis non sicut signa, q bus exprimant quod iam sciunt, sicut accidit in demonstratione, sed sicut principia cognoscendi. Manifestum est autem, quòd diuersitas principiorum diuersificat speciem, etiam in scientiis demonstratiuis.

q. 92. art. 2. & 1. 2.
q. 1. art. 3.

¶ In eodẽ ar. circa apparitiones dæmonũ nota ꝙ quinq; modis contingũt huiusmodi visiones: trib⁹ sm̃ sensus exteriores: & duobus secundum interiores. Contingit siquidẽ exteri⁹ à dęmone induci primo verũ corpus aliunde acceptũ, vt cũ verum semen, vestem, & hmõi, offert, aut tunc formatũ commiscendo naturalia actiua & passiua, vt serpentes factos per magos Pharaonis, Exod. 7. & volucres factos loco sociorũ Diomedis submersorũ, vt Aug. dicit 19. de Ciuitate Dei. Cõtingit secũdo non verũ corp⁹, sed similitudinẽ aliquã corporeã offerre exteri⁹, ex naturaliũ tamẽ operatione consurgentẽ, vt Aug. dicit ibidem de Arcadib⁹ & sociis Vlyssis. Et in phialis aquæ vel polito corpore apparent quandoq; similitudines quædã à dęmone procuratę, cũ ad huiusmodi inuocatur. Et frequẽter accidit cùm dęmones in assumptis corporibus humanis apparẽt vigilãtibus, conuersantur cum eis familiariter colloquentes, & concũbentes, quãdoque etiam munera vera afferentes eisdẽ. Non enim habẽt veras carnes & vera ossa nec membra, sed carnis & mẽbrorũ similitudinẽ non solùm visibilẽ, sed palbabilẽ & solidã, ita vt sentiantur tanquã humanę personę, vt à multis fide dignis ex propria experientia narrantibus audiui. In duobus tamẽ deficere ab humanis percepi corporib⁹. Primò in tẽperamento carnis. Nã cõfessus est ipse mẽdacij pater, cùm eius caro quasi glacialis molesta esset tactui humanę carnis, se nõ posse melius facere. Non põt enim sic cõmiscere naturalia absq; vera generatione hoĩs, vt carnem humanã efficiat. Et simili rõne nõ põt semẽ humanũ efficere pp perfectionẽ horũ & similiũ effectuũ requirentiũ ꝓpria naturalia actiua pfecta, & ex hoc patet ꝙ verissimũ est, ꝙ Christ⁹ post resurrectionẽ dixit, Palpate, & videte, q a spiritus seu dęmoniũ, carnẽ & ossa non habet, Ioan. 20. & Luc. vlti. Secũdo, in delectatione tact⁹, & cõcubitus. Est enim tanto personarũ humanarũ commixtio naturalis delectabilior, quanto verum superexcedit verisimili. Et hæc sunt dicta & pro declaratione veritatis & ꝓ confutatione sapiẽtium in oculis suis negantium dæmones. Qui si Ecclesię non credunt, accipiãt fidei Christianæ testimoniũ vel ab hoste. Ex eisdem nanq; cognoui ꝙ volunt dæmones personas has fidẽ Christi relinquere. Quorsum hoc si fides Christi dæmoni non displiceret? Neq; somnia, aut extases, aut subita momentaneáve aliqua, sed diuturnas familiaritates, sicut inter homines sensibiliter cum effectibus sensibilibus non vetularũ, non insensatarum, aut melancholicarũ, vt aiunt, personarũ, narro. Sed quia habent Moysem & prophetas, & scriptũ est, quòd fides donũ Dei est, non hominum voluntatis, & non est volentis neq; currentis, sed miserentis Dei, ideo, &c. Contingit tertio, secundũ exteriorẽ sensum apparere aliqua, quę nec in veritate, nec in similitudine extra sunt, sed ex parte vidẽtis causa est. Et talia videntur præstigia, dæmone cõmouente humores, aut spiritus hominum. Sicut accidit febricitantibus videre similitudines in parietibus, & huiusmodi, vt Philosoph⁹ dicit in libro de Sõno & vigilia. Cõtingit & secundũ interiorẽ sensum apparitiones dæmonem causare, vel in alienatione à sensibus, siue per nimiã attentionem, vt accidit superbis contẽplatiuis, qui à dæmone illuduntur in variis imaginibus, siue per vnctionem corpoream, vt accidit his qui ire se credũt verspere quintæ feriæ ad ludos Dianæ, vel similia diabolica. Sunt enim hæc in imaginatione, vt experientia teste visum est à fide digna persona, quæ mihi narrauit se vetulã illã, quę ꝓmiserat se ituram in suã camerã, nocte illa inuenisse nudã in propria camera insensibiliter cõstitutã. Vnde & postea cõuertit eã ex tali confusione. Ego quoque ab vna muliere amãte quendã, scio, quòd diabolus vnxit eam nudam suadens illi, quòd sic duceret eam ad domũ sui dilecti, & postmodum postquam fuit extra se multo tẽpore, & crederet se cũ suo dilecto fuisse, &c. inuenit se in suo loco ita lassatã, quòd refocillatione indiguit, &c. Et nisi ego declarassem ei quod imaginatio fuit, & ex tali imaginatione ita læsa esset, nesciret fortè vsque hodie quòd illud non fuerit in veritate. Per hæc tamen non negamus, quin diabolus, Deo permittente, quandoque personam aliquam voluntariam etiam corporaliter ducat de loco ad locum. Sed hoc rarissimè videtur accidere. Siue quacunque alia causa alienatio à sensib⁹ cõtingat, vel sine alienatione à sensibus operatur dæmõ in homine, quemadmodũ ex infirmitate accidit phreneticis, qui vident & audiunt quæ non sunt. Facit autem dæmon hæc omnia intus in sensibus, cõmouendo humores spiritus, componendóque diuersimode, vt diffusè habes ab Autore in quæst. disputatis de malo, quæst 16. quæ est de dæmonibus.

lib. 8. c. 9.
arti. prec.
* Alias, petitione.
q. 57. ar. 3.
lib. 8. c. 9.
Loco proxime citato.

¶ In eodem artic. 3. q. 95. circa duo reliqua genera diuinationis, vbi non expressè inuocatur dæmon, aduerte quòd quia hic nõ habes nisi diuinationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione sumpta ex istis enumeratis in litera, esse illicitã, & superstitionis speciẽ, & diuinatio sonat in debitã vsurpationem diuinæ cognitionis, non potes hinc dãnare ista, nisi quatenus diuinationis sunt opera, ac per hoc, si aliqua horum sint quæ possunt aliter fieri, quã diuinatiuè, cohibe istiam & linguã, & distue prius singula quot modis fieri possunt, ante quam dãnes opera absolutè & tolerabili intẽtione facta.

Et licet hoc difficile sit, conabor pro viribus illud efficere, non exeundo terminos morales, in singulis articulis sequẽtibus cuncta tangendo.

infrà q. 96. art. 1. cor. Et 3. contra c. 154. ¶ In responsionibus argumentorum aduerte, q̃ Autor species diuinationis tot distinxit ex parte intellectus, qua l. ex diuersis principiis formabilibus ad inuicem non resolubilibus, nec ad alia vnius speciei cõstitutiua principia procedunt, puta ex lineis, ex vocibus, ex sortibus, &c. Hæc enim nec adinuicem reducuntur, nec rosoluuntur in aliqua principia specifica, sed generica, aut analoga iuxta eorũ conuenientiã. Et quoniã formalitũ principiorum diuersitas infert formalem diuersitatem obiectorũ, ideo Autor in responsione ad secundũ diuersitatẽ formalẽ obiectorum cum dixisset, probat eam in responsione ad tertium ex diuersitate principiorum. Non ergo intelligas in responsione ad secundum, per diuersas materias rerum, in quibus cognitio quæritur, diuersitatem rerum conquisitarum, puta auri, argenti, vel vestis, &c. Sed diuersitatem declaratam in corpore articuli, puta in terra, in lineis, in vocibus, &c.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ quintæ Articulum quartum.*

IN art. 4. eiusdem 95. q. primo declarandi sunt termini. Deinde diffcutiendæ sunt rationes conclusionis. In primis scito primò quòd ly illicita, tam in titulo huius articuli, quàm in titulo quatuor sequentium articulorũ, licet absolutè comprehendat illicitũ quouis modo, s. venialiter, vel mortaliter, & non valeat argumentum, hoc est illicitum, ergo mortale: vbi tamen quæritur de licito vel illicito ex suo genere, & est sermo de genere cõtrario virtuti necessariæ ad salutem, dubium non est, q̃ peccatum mortale principaliter quæritur: quoniam omne sic illicitum, peccatum mortale est nisi propter imperfectionem actus sit veniale. Et quia sic est in proposito, quoniã de diuinatione, & vniuersaliter de speciebus superstitionis est quæstio, & superstitio vitiũ est generalicũ, contrarium religioni necessariæ ad salutem æternam: ideo & cũm inquiritur, & cũm in conclusione principali responsiua dicitur, quòd est illicita, siue ligitur de illicito ex suo genere, ac per hoc de mortali peccato. Est ergo literæ sensus, quod inuocatio dæmonum est mortale peccatum ex suo genere.

¶ Scito secundo, quòd ly pactũ cum dæmone initũ, potest dupliciter accipi. Vno modo pro conuentione aliqua cum dæmone facta: puta, Tu facias aut dicas hoc, & ego hoc. Alio modo, pro sociali actu cum dæmone. Et licet hæc vocabula pactum & fœdus sonent conuentionem, ac per hoc cũ toties replicantur hæc verba, videntur hic accipienda. Si quis tamen diligenter consideret intentionem, & verba autoris, hanc primam interpretationẽ non exiget, sed in secunda permanebit, scilicet de actu sociali. Et intentio quidem Autoris manifesta est, quoniam intendit quòd inuocatio dæmonum sit illicita, vt per totum specialiter in responsione ad primum patet, vbi distinguit inquisitionem inuocatiuam dæmonis contra inquisitionem per occultum dæmonis. Verba autem ad hoc in hac litera clara sunt in prima ratione, cùm dicit, quòd scilicet est pactum expressè cum dæmone initum, per ipsam dæmonis inuocationem. Ex his nanque subiunctis verbis, scilicet per ipsam dæmonis inuocationem, ex planuit in quo consisteret pactum, s. in ipsa inuocatione. Ita quòd inuocatio expressa, est pactum expressum, & inuocatio tacita est pactum tacitum. Constat autem, quòd inuocatio est pactus socialis, ergo.

¶ Amplius in q. sequenti in artic. 1. ad tertiũ. Autoris verba sunt ista. Exquirere cognitionẽ futurorũ à dæmonibus, non solùm est peccatũ, propter hoc quòd ipsi futura non cognoscũt, sed propter societatẽ cũ eis initã, quæ etiam in proposito habet locũ. Vbi clarè manifestat, q̃ appellatione pacti intelligit societatem. Ita quòd quãdo legeris pactũ vel fœdus initũ, intellige societatẽ initam expressè per inuocationẽ, tacitè per opus, cui meritò dæmon se immiscet. Et bene hæc nota, q̃ actus inuocationis, seu cuiuscunq; recursus ad dæmonẽ, est saltem societas inita, quia est initiũ societatis cũ dæmone, & vocatur pactum initũ, sicut etiã societas inita, quoniam societas includit in se pactum, fœdus, seu conuentionẽ, & si non verbo, saltẽ facto ipsius societatis, de ipsa societate, vt sic etiam primæ interpretationi locus sit sanè intellectæ. Vnde ad rationis primæ dilcussionem descẽdere amplius non oportet. Quoniã ex eo, quòd societatem initam cùm dæmone, ex hoc ipso quòd inuocatur dæmon, manifestè mortale peccatum esse monstratum est, ratio prima clarè concludit.

¶ Sed secunda ratio, quæ ex parte euentus se tenet, non caret ambiguitate, quoniã videtur minus efficax. Quoniã euentus, licet addat ad grauitatẽ peccati, non tamen cõstituit peccatũ. Et propterea ex euentu non potest probari inuocationem esse illicitam, præsertim, quia euentus iste, s. deceptionis, non est intentus ab inuocante, sed præuisus, & in potestate sua remanet, quòd se præseruet à tali euentu in his, quæ sunt necessaria ad salutem.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet euentus, vt est in executione, nõ constituat actũ

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum diuinatio, quæ fit per inuocationes dæmonum sit licita.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd diuinatio, quæ fit per inuocationes dæmonum, non sit illicita. Christus enim nihil illicitũ commisit, secundũ illud primæ Petri 2. Qui peccatũ non fecit. sed Dominus à dæmone interrogauit, Quod tibi nomen est, Qui respondit: Legio. Multi enim sumus, vt habetur Marci. 5. Ergo videtur, q̃ liceat à dæmonibus aliquid occultum interrogare.

¶ 2 Præterea, Sanctorum animæ non fauent illicitè interrogantibus. Sed Sauli interrogãti de euentu futuri belli à muliere habente spiritum Pythonis, apparuit Samuel, & ei futurum euentum præ dixit, vt legitur 1. Reg. 28. Ergo diuinatio, quę fit per interrogationem à dæmonibus, non est illicita.

¶ 3 Præterea, Licitũ esse videtur, veritatẽ ab aliquo sciente inquirere, quã vtile est scire. Sed quãdoque vtile est scire aliqua occulta, quæ per dæmones sciri possunt, sicut apparet in inuentione furtorũ. Ergo diuinatio, quæ fit per inuocationem dæmonum, non est illicita.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 18. Non inueniatur in te, q̃ ariolos feiscitetur, neque Pythones cõsulat.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd omnis diuinatio, quæ fit p̃ inuocationes dæmonũ, est illicita duplici rõne. Quarũ prima sumit̃ ex parte principij diuinationis, q̃ s. est pactum expressè cũ dæmone initũ p̃ ipsam dæmonis inuocationẽ. Et hoc est omnino illicitũ. Vñ cõtra quosdã dicitur Isa. 28. Dixistis, percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Et adhuc grauius esset, si sacrificium, vel reuerentia dęmoni inuocato ex hiberetur. Secunda verò ratio sumitur ex parte futuri euẽtus. Dæmon enim qui intẽdit perditionem hominum ex huiusmodi suis responsis, etiã si aliquando vera dicat, intendit homines assuefacere ad hoc, q̃ ei credatur, & sic intendit perdu cere in aliquid, quod sit saluti humanæ nociuũ. Vnde Athanasius* exponẽs illud quod habet Luc. 4. Increpauit illũ dicẽs, Obmutesce, dicit: Quãuis vera fateretur

In habet Chrysõc. 2. de Lazaro & med. & Theophyl. in Marc. 1. & Luc.

ad credendũ dæmoni. Nec est in potestate hominis assueti præseruare se à fallacia. Si enim homines à dæmonum conuersatione alienos, oporter tam armatos esse, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus principes & potestates tenebrarum harum, vt Apostolus dicit Ephes. 6. quomodo inermes, imò subditi dæmoni, ex hoc ipso quòd ad eũ confugiunt, poterunt se præseruare: Diuina nanque iustitia deseruendi sunt in manu hostili, ad quam recurrunt.

¶ Circa diuinationem & vniuersaliter inuocationem dæmonum, dubium adhuc vnũ occurrit, an possit fieri absque cultu dæmonis. Et est ratio dubij, quia ex eo quod est species superstitionis, sequitur quòd spectet ad cultum: ex eo vero quòd aliquis potest inuocare dæmonem vt socium, aut amicum absque omni oblatione, reuerentia, & cęremonia, apparet quòd inquisitiones huiusmodi fieri possint absque superstitione & cultu, quicquid sit de alio genere peccati. Et confirmatur: quia si diuinatio, & huiusmodi inuocationes essent necessario cum cultu dæmonis, sequeretur, quòd essent manifestè actus infidelitatis proetatiui. Ac per hoc facientes hæc incurrerent pœnas apostatarũ, seu hæreticorum. Hæc autem constat esse falsa, vt patet de hære. c. accusatus, in sexto, vbi ne negotiũ fidei impediatur, dicitur quòd inquisitores hæresim non se impendiant de diuinationibus, & sortilegiis, nisi hæresim sapiãt manifestè. Et aliæ sunt in iure pœnæ hæreticorũ, & aliæ sortilegorũ, vt patet. Nõ ergo huiusmodi diuinationes & inuocatiões sunt necessariò cũ cultu dæmonũ.

¶ Ad hoc dicitur quòd operatio diuinationũ, & obseruationũ, quæ in quæstione sequenti tractantur, & vniuersaliter inuocationes dæmonũ, dupliciter exerceri possunt, s. formaliter & materialiter. Et quòd si formaliter fiant, ad superstitionem, & cultum dæmonum spectant: si autem materialiter, extra dæmonum cultum formaliter sunt, materialiter tamen ad cultum eorum spectant. Declarantur singula. Sicut detractio dupliciter fieri potest, s. animo detrahendi, & sine animo detrahendi. Et primum spectat ad detrahere formaliter, secundum ad detrahere materialiter: ita inuocatio dęmonum dupliciter fieri potest. Primò, animo efficiendi id ad quod dæmonum inuocatio ordinatur, & sic formaliter spectat ad cultum dæmonum & superstitionem, vt patet ex auctoritate Aug. in 2. de doctrin. Christ. diffusè, & ex Autore in hoc tractatu, & ex ratione, quia hæc ordinantur, & ex sua natura, & à dæmone, qui hæc instituit ad subiectionem hominis respectu dæmonum. Huiusmodi autem subiectio ratione excellentiæ diuinæ affectatæ & intentæ à dæmonibus, ad superstitionem spectat, sicut subiectio hominis ad Deum, ad religionem, vt prædictum est. Alio modo, potest fieri materialiter, vt s. homo sępare ab opere animum faciendi id ad quod opus ordinatur, hoc est quòd nolit subiicere se dæmoni. Sed solum tanquam à sciente, vel potente aliquid adiuuari, sicut ab altero homine requireret absque vlla reuerentia, &c. Et sic ad superstitionem, & cultum materialiter spectant, quia opera ista materia sunt superstitionis & cultus, quamuis non fiant tali animo. Nec tamen propterea euadicur peccatũ mortale, quia operatista etiam materialiter spectant ad societatem dæmonum, & constituunt initã societatem formaliter cũ dæmonibus, ac per hoc cũ hostibus Dei & proprijs. Constat nanque quòd societas cũ hoste, siue consummata, siue inita solũ fit, perniciosa est, & lęsæ maiestatis rea, & cũ tali hoste, s. dæmone, contra fidelitatem, quam Deo debemus, est, & contra nosipsos, quia doloſi sunt semper vbiq;, & in oibus. Propterea Aug. vbi suprà dicit hãc amicitiã infidelẽ & dolosam. Et proculdubio ad apostasiã à Deo pertine, hæc societas. Et si vis perpendere grauitatẽ huius peccati, respice, q̃ sicut ad initiũ cæleſtis fœlicitatis & patriæ spectat conuersatio in hac vita cũ angelis, aut Sanctis apparentibus quandoque nobis, ita ad initiũ æternæ dãnationis, & infernalis habitaculi spectat societas cũ dæmonib⁹. Et ppte rea in ea est iniquitas cõsummata. Vnde patet q̃ vtraq; pars quæstionis vera aliquo mõ est: absolutè tñ & simpliciter verũ est, quod sunt superstitiones, & cultus dæmonũ. Propter quod prima ratio dubij cõcedatur, quòd cõcludit verũ simpliciter. Quia dicit, q̃ ista implicẽt cultũ dæmonũ formaliter, vel materialiter

terialiter. Rationi aũt in oppositum duo dicẽda sunt. Primò q̃ ex distinctiõe posita in ista Decretali in fauorẽ fidei non plus habetur quàm q̃ quædã diuinationes non habent cultum dæmonum manifestum. Hoc em̃ cõsonat dictis propter illos qui hæc exercent materialiter tantũ. Secundò q̃ referẽdo ẽt Decretalẽ illã ad diuinationes & sortilegia formaliter, distinguendũ est de cultu dæmonũ, s. directè, vt sunt ea quæ in reuerentiam dæmonũ ordinantur. Qualis est in adorationibus, oblationibus, & huiusmodi, quæ ad idololatriæ speciẽ spectãt. Et hęc sapiũt hæresim manifestè, vt patet ex prædictis, & inducunt omnes pœnas apostatarũ & hæreticorum: vel indirectè, vt fur ea, quæ ordinantur ad nostrũ scire, vel operari per dæmones, quæ ad duas vltimas species superstitionis dictũ est in arti. 2. q. 92. spectare, & in hac, & sequenti q. tractantur. Hæc enim non sapiunt hæresim manifestè, quoniã cultum exhibent dæmoni, eo modo quo in religiõe cultum exhibent Deo iurantes per ipsum, pro quanto inuocant dæmonem ad sua commoda. Non tñ tantùm honorãt dæmonem, pro quanto nõ protestantur per hæc eum esse Deum, aut infallibilem veritatem. & huiusmodi, nisi consulant ipsum tanquã scientem aut potentem omnia, hoc enim manifestẽ sapere hæresim. Et per hæc patet responsio ad confirmationem. Hæc autẽ accipe dicta theologicè, quoniam non me impedio an iuris intentio sit q̃ contra sortilegos cum iniuria sacramẽtorum, &c. inquisitores q̃ cedãt. Gaudeat vnaquæq; q. scientia suis terminis.

Lib. 3. ca. 32. *Lib. 2. q. 5.* *2. dist. 15. q. 1. ar. 3. ad 3. & contra c. 154 co. et Gal. 4. le. 4 co. 2.* *cap. 1. to. 5.* *In habet Chrysõc. 2. de Lazaro & med. & Theophyl. in Marc. 1. & Luc.*

¶ In fine ad secundũ aduerte, q̃ istorũ duorũ modorũ dicẽdi, quos ex Augustino autor affert, neuter videtur certus, & vterq; habet pro se fauorem. Quòd enim verè fuerit anima Samuelis, Ecclesiastici 46. dicitur, vbi habentur hæc verba de Samuele: Post hæc dormiuit & notũ fecit Regi, & ostendit illi finẽ vitæ suæ. Quòd verò fuerit dæmon in forma Samuelis in Decretis 26. q. 5. c. nec mirum, habetur ex Aug. de Ciuitate Dei. Sub iudice igitur lis est.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ quintæ Articulum quintum.*

IN titulo artic. 5. nota, tam pro ipso quàm pro tribus sequentibus articulis, quod titulus minus dicit quàm significat. Dixit nãque, An diuinatio talis sit illicita & significatur an inquisitio futurorum talis sit illicita. De diuinatione nanque omni definitum est, quod est illicita. Sed an in tali materia seu via, aut modo inquirendi notitiam futurorum, sit diuinatio propria, dicitur restat.

¶ In artic. eodem repete primò in quo formaliter cõsistit illicita per cęlestia inquisitio occultorum, ẽ in hoc q̃ est vana, aut falsa, ita q̃ sola illa inquisitio occultorum per astra est illicita, quæ est vana, aut falsa: & ne sit quæstio de vanitatis vocabulo, in litera declaratur, quod tunc est vana, an falsa, quando per ea vult quis præcognoscere, quæ per ipsa cælestia præcognosci non possunt. Formale ergo ad quod oportet resolui iniquisitionem, & consultationes astrorum, est, si id quod quæritur potest per cælestia præcognosci. Si enim potest præcognosci, non est inquisitio vana, aut falsa, non est illicita, non est superstitiosa, non est digna vt dæmon se immisceat, non est prohibita. Et ratio in promptu est, quia naturalis scientiæ, opiniones, & coniecturæ, non sunt prohibitæ, sed à Deo nobis in perfectionem intellectus administ. Quæ sumus datæ. Si autem per cælestia corpora cognosci nequeunt, inquisitio ipsa ex sua temeritate meretur, vt dæmon se immisceat, & quandoq; vera, quãdoq; falsa, prout permittit iustè à Deo, dicat. Et tũc væ hominibus illi, qui ad hæc tendit: q̃m diuinatio est, superstitio est, pernicies est animæ, vt ex antedictis patet. Et hmõi inquisitio dãnata est ab Ecclesia & ꝓhibita. Oportet aũt & in hoc formali diligenter distinguere modũ cognoscẽdi seu inhęredi. Nã multũ refert an aliquis ex cęlestibus velit scire p̃ certitudinem quid futurũ sit, aut scire p̃ cõiecturã, quãtùm sesẽt ex tali inclinatione. Primo nanque dæmon, cõpescebat tñ Christus eius sermonẽ, ne simul cum veritate ẽt suã iniquitatẽ promulgęt, vt nos etiã assuefaciat ne curemus de talibus, etsi vera loqui videatur. Nefas enim est, vt cũ adsit nobis Scriptura diuina, à diabolo instruamur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut Beda* dicit, Luc. 8. nõ velut inscius Dominus inqrit, sed vt cõfessa peste, quã tolerabat, virtus curantis gratior emicaret. Aliud aũt est inqrere aliquid à dæmone spõte occurrẽte, quod q̃q; licet pp vtilitatem aliorum, maximè q̃n diuina virtute potest cõpelli ad vera dicẽda: & aliud dæmonẽ inuocare ad cognitionem occultorum acquirendam ab ipso.

¶ Ad secundũ dicendum, q̃ sicut Aug. dicit ad Simplicianum, * nõ est absurdum credere aliqua dispẽsatiõe pmissũ fuisse, vt nõ dominãte arte Magica vel potẽtia, sed dispensatione occulta, quæ pythonissa, & Saulẽ latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectib⁹ Regis, diuina eum sententia percussurus. Vel non verè spiritus Samuelis à requie sua excitat⁹ est, sed aliqd Phantasma, & illusio imaginaria, diaboli machinationibus facta: quam Scriptura Samuelem appellat, sicut solent imagines, rerum suarum nominibus appellari.

¶ Ad tertium dicẽdũ, q̃d nulla vtilitas tẽporalis põt comparari detrimento spiritualis salutis, q̃d imminet ex inquisitione occultorũ per dæmonũ inuocationem.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum diuinatio, quæ fit per astra, sit illicita.

AD QVINTVM sic ꝓceditur. Videtur quòd diuinatio quæ fit per astra, non sit illicita. Licitũ est em̃ ex consideratione causarum prænuntiare effect⁹, sicut Medici ex dispositione ægritudinis prænũtiat mortem. Sed corpora cælestia sunt causa eorũ quę fiunt in hoc mũdo: vt etiã Dion. dicit 4. c. de diui. no. ergo diuinatio quæ fit per astra, non est illicita.

¶ 2 Præterea, Scientia humana ex experimentis originem sumit, vt patet per Philosophum in 1. Metap.* Sed per multa experimenta aliqui compererunt, ex consideratione syderum aliqua futura posse prænosci. ergo videtur esse illicitum tali diuinatione vti.

¶ 3 Præterea, Diuinatio dicitur esse illicita, inquãtũ innititur pacto cũ dæmonib⁹ inito, sed hoc non fit in diuinatione, quæ fit per astra, sed solũ cõsideratur dispositio creaturarum Dei. ergo videtur quod huiusmodi diuinatio non sit illicita.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit 4. Conf.* Illos Planetarios, quos Mathematicos vocant, cõsulere non desistebã, quasi nullũ esset sacrificiũ, & nullę pces ad aliquem spiritum ob diuinationẽ dirigerentur, quod tamen Christiana, & vera pietas expellit & damnat.

¶ RESPONDEO dicẽdũ, q̃ sicut dictũ est, * diuinationi, q̃ ex opinione falsa, vel vana procedit, ingerit se operatio dęmonis, vt hominũ aios implicet vanitati, aut falsitati. Vana aũt aut falsa opinione vtiẽ si qs ex cõsideratiõe pmissũ fuisse, vt nõ dominãte arte Magica vel potẽtia, sed dispensatione occulta, quæ pythonissa, & Saulẽ latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectib⁹ Regis, diuina eum sententia percussurus. Vel non verè spiritus Samuelis à requie sua excitat⁹ est, sed aliqd Phantasma, & illusio imaginaria, diaboli machinationibus facta: quam Scriptura Samuelem appellat, sicut solent imagines, rerum suarum nominibus appellari. ¶ Ad tertium dicẽdũ, q̃d nulla vtilitas tẽporalis põt comparari detrimento spiritualis salutis, q̃d imminet ex inquisitione occultorũ per dæmonũ inuocationem.

cap. 3. to. 1. *Art. 1. & 2.*

¶ 3 Præterea, Diuinatio dicitur esse illicita, inquãtũ innititur pacto cũ dæmonib⁹ inito, sed hoc non fit in diuinatione, quæ fit per astra, sed solũ cõsideratur dispositio creaturarum Dei. ergo videtur quod huiusmodi diuinatio non sit illicita.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit 4. Conf.* Illos Planetarios, quos Mathematicos vocant, cõsulere non desistebã, quasi nullũ esset sacrificiũ, & nullę pces ad aliquem spiritum ob diuinationẽ dirigerentur, quod tamen Christiana, & vera pietas expellit & damnat.

¶ RESPONDEO dicẽdũ, q̃ sicut dictũ est, * diuinationi, q̃ ex opinione falsa, vel vana procedit, ingerit se operatio dęmonis, vt hominũ aios implicet vanitati, aut falsitati. Vana aũt aut falsa opinione vtiẽ si qs ex cõsideratiõe pmissũ fuisse, vt nõ dominãte arte Magica vel potẽtia, sed dispensatione occulta, quæ pythonissa, & Saulẽ latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectib⁹ Regis, diuina eum sententia percussurus. Vel non verè spiritus Samuelis à requie sua excitat⁹ est, sed aliqd Phantasma, & illusio imaginaria, diaboli machinationibus facta: quam Scriptura Samuelem appellat, sicut solent imagines, rerum suarum nominibus appellari. ¶ Ad tertium dicẽdũ, q̃d nulla vtilitas tẽporalis põt comparari detrimento spiritualis salutis, q̃d imminet ex inquisitione occultorũ per dæmonũ inuocationem.

¶ Præterea, Diuinatio dicitur esse illicita, inquãtũ innititur pacto cũ dæmonib⁹ inito, sed hoc non fit in diuinatione, quæ fit per astra, sed solũ cõsideratur dispositio creaturarum Dei. ergo videtur quod huiusmodi diuinatio non sit illicita.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit 4. Conf.* Illos Planetarios, quos Mathematicos vocant, cõsulere non desistebã, quasi nullũ esset sacrificiũ, & nullę pces ad aliquem spiritum ob diuinationẽ dirigerentur, quod tamen Christiana, & vera pietas expellit & damnat.

¶ RESPONDEO dicẽdũ, q̃ sicut dictũ est, * diuinationi, q̃ ex opinione falsa, vel vana procedit, ingerit se operatio dęmonis, vt hominũ aios implicet vanitati, aut falsitati. Vana aũt aut falsa opinione vtiẽ si qs ex cõsideratiõe pmissũ fuisse, vt nõ dominãte arte Magica vel potẽtia, sed dispensatione occulta, quæ pythonissa, & Saulẽ latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectib⁹ Regis, diuina eum sententia percussurus. Vel non verè spiritus Samuelis à requie sua excitat⁹ est, sed aliqd Phantasma, & illusio imaginaria, diaboli machinationibus facta: quam Scriptura Samuelem appellat, sicut solent imagines, rerum suarum nominibus appellari. ¶ Ad tertium dicẽdũ, q̃d nulla vtilitas tẽporalis põt comparari detrimento spiritualis salutis, q̃d imminet ex inquisitione occultorũ per dæmonũ inuocationem.

¶ 3

Universidad de Deusto Biblioteca

niant, hæc autem secundum rationē contingentiæ, vt variabiliter cōtingant. Vnde non pōt esse ꝙ ex inspectione syderū accipiatur præcognitio futurorū nisi sicut ex causis prēcognoscūtur effect⁹. Duplices aūt effectus subtrahuntur causalitati cælestiū corporū. Primò qdē oēs effectus ꝑ accidēs cōtingētes, siue in reb⁹ humanis, siue in rebus naturalib⁹, qa vt ꝓbat in 6. Metaphy. *ens per accidēs nō hēt cām & ꝑcipuè naturalē, cuiusmodi ē virt⁹ cęlestiū corporū, qa quod ꝑ accidēs fit, neq; est ens ꝓpriè, neque vnū, sicut ꝙ lapide cadēte fiat terrę mot⁹, vel ꝙ homine fodiente sepulchrū, inueniat thesaurus. Hæc em̄ & hmōi nō sunt simpliciter vnū, sed simpliciter multa. Operatio aūt naturæ semp terminatur ad aliquid vnū, sicut & ꝓcedit ab vno prīcipio, qđ est forma rei naturalis. Secundò aūt subtrahuntur causalitati cælestiū corporū act⁹ liberi arbitrij, qđ est facultas volūtatis & rōnis. Intellectus em̄ siue rō, nō est corpus, nec actus organi corporei, & ꝑ cōsequēs nec volūtas, q̄ est in ratione, vt patet per Philosophū in 3. de Anima. * Nullū aūt corpus pōt imprimere in rē incorporeā. Vñ īposibile est, ꝙ corpora cęlestia directè imprimāt in intellectū, & volūtatem. Hoc em̄ esset ponere intellectum nō differre à sensu, qđ Aristot. ī lib. de Anima, * īponit his qui dicebāt, ꝙ talis voluntas est in hominibus, qualē in die inducit pater virorū deorúmque, s. sol vel cælū. Vñ corpora cælestia non possunt esse ꝑ se cā operationum liberi arbit. Possunt tamen ad hoc dispositiuè inclinare inquātū imprimunt in corpus humanum, & ꝑ cōsequens in vires sensitiuas, quæ sunt actus corporaliū organorum qui inclinant ad humanos actus. Quia tamen vires sensitiuæ obediūt rationi, vt patet per Philosophū in 2. de Anima* & 1. Ethic* nulla necessitas ex hoc libero arbitrio īponit, sed cōtra inclinationē cęlestiū corporum hō pōt ꝑ rōnē operari. Si q s ergo cōsideratione astrorū vtatur ad præcognoscēdos futuros, casuales, vel fortuitos euentus, aut ēt ad cognoscēdū ꝑ certitudinē futura opera hominū, ꝓcedit hoc ex falsa & vana opiniōe. Et sic operatio dæmonis se īmiscet: vñ erit diuinatio superstitiosa, & illicita. Si verò aliquis vtat cōsideratiōe astrorū ad ꝓcognoscēdum futura quæ ex cælestibus causāt corporibus, puta siccitates & pluuias, & alia hmōi, non erit illicita diuinatio, nec superstitiosa. Et secūdum hoc patet responsio ad primum.

[Tex. 4.5. & 6.to.3.] [Tex. 42. to.2.] [Li.2.tex. 159.to.2.] [cap.vl.to. 5.& lib.3. de anima tex. 42. & 47.to. 2.]

¶AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hoc quòd Astrologi ex cōsideratione astrorum frequēter vera prænuntiāt, contigit dupliciter. Vno quidem mō, qa plures hominū pasśiōes corporales sequūt. Et iō actus eorum disponunt, vt in pluribus, secundum īclinationē cælestium corporum. Pauci autem sunt, id est, soli sapiētes, qui ratiōe hmōi inclinationes moderent. Et iō Astrologi in multis vera prænuntiant: & ꝑcipuè in cōmunibus euentibus, q dependent ex multitudine. Alio mō ꝓpter dæmones se īmiscentes. Vnde Aug. ī 2. super Gen. ad literā* dicit: Fatendum est, quādo à Mathematicis vera dicunt, instinctu quodā occultissimo dici, quem nescientes humanę mētes, patiuntur: qđ tñ ad decipiēdos homines fit spirituum immundorum & defunctorum operatiōe, q quædā vera de temporalibus rebus nosse pmittunt. Vñ cōcludit: Quapropter bono christiano, siue Mathematici siue quilibet impiè diuinātium, & maximè dicentes vera, cauendi sunt, ne cōsortio dæmoniorum animam deceptam, pacto quodam societatis irretiant. Et per hoc patet responsio ad tertium.

[cap.17. to.2.]

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum diuinatio quæ fit per sōnia, sit illicita.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd diuinatio, quę fit per sōnia, nō sit illicita. Vti em̄ instructiōe diuina nō est illicitum. Sed in sōniis homines instruunt à Deo. Dr̄ em̄ Iob.33. Per sōniū in visiōe nocturna, qñ irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit, s. Deus, aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina: ergo vti diuinatione, quæ est per somnia, non est illicitum.

¶2 Præterea, Illi qui interpretantur somnia, propriè vtuntur diuinatione somniorum. Sed sancti viri leguntur sōnia interpretati, sicut Ioseph est interpretatus sōnia pīcernæ Pharaonis, & magistri pisto

ens per accidens secundum se totum. An autē possint ex concursu causarum qñque, nihil in litera dicitur. Sed hæc altioris sunt speculationis, & tractata in 115.q. primi lib. Nec tñ propter hæc quæ dicta sunt, ne profitentes philosophiā derideant rōnem quasi insufficientē, supponenda sunt casualia, seu fortuita corporibus cælestibus omnibus simul sumptis. Qm̄ secundū veritatē à toto cælo nō necessario eueniunt hæc pp naturam passibilis seu potētiæ contradictionis inuentā in istis inferiorib⁹, q̄ sunt materia actionū cælestiū, vt ibidē declaratū est. Excipiuntur ergo à cælestiū corporū omniū simul actionibus necessario inferentibus effectus, duo genera reū, s. entia per accidens, casualia vel fortuita, & oīa volūtaria, vt sic. Vtraq; tamen cælestib⁹ causis subesse aliquo mō nō est negandū, qm̄ casualia ac fortuita secundū partes constat ad inclinationes aliquas ex cælo deriuatas, sequi, vt Autor expressè dicit in lib. 3. cōtra Gent. ca 92. dicēs, Pōt esse quod ex inclinatione cælesti inclinatur aliquis ad eligendū aliqd cui cōiungat per accidens aliquod cō modū: & ex alia inclinatione aliud & ex tertia tertiū, non aūt ita ꝙ ex vna inclinatione inclinetur ad omnia. Hæc ille. Vnde habes, ꝙ nō minus, sed maius est iudicium de concursu causarū cælestium causantiū inclinationes, & ꝙ pōt simul concurrere inclinatio ad inueniendum thesaurum, cum inclinatione ad fodiēdū puteū, quū nō sit maior rō de cōcursu harum quàm aliarū. Veruntamen scito, ꝙ cōmuniter istę inclinationes nō exeūt simul in opera, sed cōcurrit cōmuniter inclinatio cæli cū aliqua actione ordinata ad cognitū finē. Ita ꝙ Sortes, verbi gratia, inclinatus ad submersionem in aquis, stimulatur per modū passionis ad eundū iuxta aquas, vel in aquas, nesciens ꝓpter quid ita incitatur, & ꝓpter aliquod negotium occurrens nauigat, vel ad aquas vadit ex alio ꝓposito, & sic submergitur. Et simile est in aliis. Vbi vides ꝙ submersio euntis ad tale negotium, ibi est effect⁹ casualis, seu fortuitus, & ꝑ accidens. Et totum hoc nō habet vnā, sed duas cās, s. cælum, & propositum hominis ad eundum, & ꝙ ille hō non necessitatur à cælo, sed incitatur per modum passionis, hoc est per modum quo illa tristitia, amor, odium, &c incitat voluntatem nostrā. Et ꝙ si in illo homine esset tunc vna alia inclinatio cælestis ad tale negotium ibi tractandum, quale elegit, tunc tale per accidens esset secundum vtrāq; sui partē à cælo, nō necessario, sed inclinatiue: ac per hoc, totum hoc, scilicet, submersio euntis ad tale negotiū, esset, inclinatiuè tñ, à cęlo propter cōcursum inclinationū simul. Simili quoq; mō sortimur à cælo inclinationes ad eligendum multa. Quibus inclinationibus fit qñq;, vt ille inclinetur ad eligendū casta, alter venerea, alter naturalia, alter contra naturā, alter religiosa, alter ambitiosa. Habēt em̄ electiones & opera nostra pro causis qñq; nō solā, aut purā voluntatē, sed voluntatem motā à corporibus in quibus, sunt istæ inclinationes à natura prouenientes. Et propterea, quāuis opera nostra, vt sunt à voluntate, nō subsint cęlo, vt tñ sunt à corporalibus, subsunt cælo, sicut subsunt passionib⁹ nostris. Et quemadmodum sapiens dominatur passionibus suis, ita dominabitur astris. Videat ergo vir sapiens, vt cum instigatur ad mala, aut periculosa, non sectetur stimulos hos, sicut nec passiones sequi debet. Cùm autem ad bona, si ratio non obstet, sectetur illa, etiam si nesciat propter quid. Quoniam ad bona agitur quodammodo à superioribus causis. Canendus ergo triplex est error in huiusmodi Primò, vt non quæramus ex cælestibus supernaturalia, qualia sunt mysteria fidei. Secundò, vt nullum contingentium quęramus ex cælestibus cognoscere per certitudinem. Tertiò, vt cognitioni per coniecturam, quam ex cælestibus habere quærimus, non inhæreamus secundum affectum & executionē, tanquam legi vt faciunt fortè multi Principes, qui non exirent domo, aut equitarent sine calculo cælesti, habentes quinternos, diarios, vel hebdomadarios, tanquā leges suorū operum, Astrologorum computo cōditos. Iste nanq; error parū, aut nihil distat à secundo. Secundus nanq; est error in intellectu contra naturā & gratiā, iste autē in voluntate contra naturæ, & gratiæ libertatem. Et errantes in secundo digni sunt venia: qa ignoranter peccant. Errātes aūt in tertio digni sunt duplici pœna, quia sciētes corpora cælestia nō plusquā passiōes nostras posse, subiiciunt seipsos corporalibus, & in captiuitatem seipsos redigunt non in obsequium Christi, sed diaboli. Et verificatur de eis illud propheticū. Homo cùm in honore esset, non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Homo nanq; secundum ratiōis dominiū sup corporalia omnia in honore est. Et qui hoc nō intelligit facto: sed tanquā subditus corporalibus operat ex proposito, cōparat iumētis, imò vilior iumētis, quæ natura, nō vilitate animi subsunt corporalibus. Et ꝓpterea iuste à Deo similis factus est illis, quia scilicet curā de eo habet Deus sicut de iumētis, scilicet propter bonum aliorum, non ꝓpter bonum sui. Et propterea traduntur dæmonibus gubernandi, qui tales sunt. Quilibet em̄ horum triū errorū peccatū mortale est ex suo genere, quia inhæsionē importat animi humani ad cęlestia corpora supra eorū facultates. Hoc enim patet ex dictis superstitiosum, & dæmoniacū esse. Sapientes autē si cælestes influxus nosse volunt, non vtuntur eis, vt legibus, sed dominant eis vtentes ratiōis iudicio atque gratiæ diuinæ lumine, & adiutorio, si Christiani sunt. Et ex his patet quomodo intelligendum est ꝙ corpora cælestia nō sunt supra electiones, & opera nostra volūtaria, & qūo dānata, vel non dānata est consultatio Astrologorum circa natiuitates hominum & sequentia, & huiusmodi. Hæc em̄ si ad certitudinē cognitionis cōtingentium ordinētur, vel, quod idem est, si vt lege vtendum est tali figura natiuitatis &c. diabolica sunt, dānata sunt. Et hoc intendit Aug. in quarto Cōfessionum &c. Si autem fiant ad coniecturam habendā naturalium inclinationū, & dominandum corporalibus sapientis, mala non sunt, prohibita non sunt, vt paret ex antedictis. Et scito, quod licet quandoque veritas aliqua ex istis habeatur, tam debilis tamen est ratio coniecturæ vt vix coniectura sit. Et hoc propter humanā ignorantiam, maximè partis causarum cælestium, & proximarum. Totum enim id, quod cognoscimus in huiusmodi, non meretur dici pars quantuncunque minima eorum quæ ignoramus de eodē effectu. Quoniam astra sunt nobis ignota, quomodo se habent adinuicem & ad nos, & quotidie vsquequo complectus sit semel totus cursus cælestium, qui ante triginta sex millia annorum non completur. Quotidie inquam, est nouus stellati cæli situs, qui nunquam fuit consideratus: ad quem relati planetæ & astra, quis scit quam causalitatem induant, mutent, perdant, &c. Taceo de calculo motuum: quoniam impossibile fortè est habere instrumenta quibus ad amussim sciant ortum & occasum, vt ab ipsis audio Astrologis.

[3. contra c.54. Et opus. 25.cap.4. co.2.]

¶ Super quæstionis nonagesimæ quintæ Articulum sextum.

IN artic.6. eiusdem q.95 circa causas & significationes sōniorū, aduertēda sunt multa. Primò, quo ad causas naturales intrinsecas, quot modis fiant, & quid significēt, ad medicos & physicos spectat. Significāt siquidē sēper suas causas naturales, vt humores aliquos causantes motus illos in phantasia, vt in litera dicitur, vel superfluitatem potus vini causantis distorsionē somniorū, vt Ari. inquit de som. & vig. & alia huiusmodi. Secūdò, quo ad causas extrinsecas naturales, & præcipuè corpora cælestia, ꝙ quādoque cęlestia corpora vnū & eūdē effectū ꝓducūt in duplici esse, s. in esse materiali naturali, & in esse ꝓportionali, seu cōformi. Ver. g. Pluuia futura primo producit in quodā effectu cōformi ipsi pluuię in animali crocitāte, & deinde producit in esse materiali

vt legitur Gen.41. Et Daniel interpretatus est somniū Regis Babylonis, vt habetur Danie.2.& 4. ergo diuinatio somniorū non est illicita.

¶3 Præterea, Illud quod cōiter homines experiūtur, irrationabile est negare. Sed omnes experiūtur somnia habere aliquā significationem futurorum. ergo vanum est negare somnia habere vim diuinationis: ergo licitum est eis intendere.

¶SED CONTRA est quod dicitur Deuter.18. Non inueniatur in te, qui obseruet somnia.

¶RESPONDEO dicēdū, quòd sicut dictū est, *diuinatio, quæ innititur falsæ opinioni, est superstitiosa & illicita. [Ca.2.& 5.] Ideo cōsiderare oportet quid sit verū circa ꝑcognitionē futurorū de somniis. Sūt aūt sōnia futurorū euētuū qñque q dē cā, puta cùm mens alicuius solicita ex his, quæ videt in somniis, inducitur ad aliquid faciendū vel vitandū. Quandoq; verò somnia sunt signa aliquorum futurorū euentuū, inquantū reducuntur ad aliquā causam cōmunē somniis & futuris euēt b⁹. Et secūdum hoc plures præcognitiones futurorum in somniis fiunt. Est ergo considerādū, quæ sit cā somniorū, & an possit esse cā futurorū euentuum, vel ea possit cognoscere. Sciendū est ergo, ꝙ somniorum qñque est cā interius, qñque exterius. Interior aūt somniorum causa, est duplex. Vna quidē animalis, inquantum s. ea occurrunt hominis phantasiæ in dormiendo, circa quæ eius cogitatio & affectio fuit immorata in vigilando. Et talis cā somniorum non est cā futurorū euentuum, vnde huiusmodi somnia ꝑ accidēs se habent ad futuros euentus. Et si qñque simul cōcurrant, erit casuale Quādoque vero cā intrinseca somniorum est corporalis Nam ex interiori dispositione corporis formatur, aliquis motus in phantasia conueniens tali dispositioni, sicut homini, in quo abūdāt frigidi humores, occurrūt in sōniis, ꝙ sit vel in aqua, vel niue. Et pp hæc medici dicunt esse intēdēdum somniis ad cognoscendum interiores dispositiones. Cā aūt somniorum exterior, similiter est duplex, s. corporalis & spiritualis. Corporalis quidē, inquantum imaginatio dormientis immutatur, vel ab aere cōtinenti, vel ex impresśione cælestis corporis, vt sic dormienti aliquæ phantasiæ appareant cōformes cęlestium dispositionū. Spiritualis autē causa est quandoque quidē à Deo, quę ministerio angelorū aliqua hominibus reuelat in somniis, secundū illud Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum, quandoque verò operatione dæmonum aliquæ phantasiæ dormientibus apparent, ex quibus quandoque aliqua futura reuelant his, qui cum eis habent pacta illicita. Sic ergo dicendum, ꝙ si quis vtatur somniis ad præcognoscenda futura, secundum quòd somnia procedunt ex reuelatione diuina vel ex cā naturali intrinseca, siue extrinseca, quantum pōt se virtus talis extēdere, nō erit illicita diuinatio. Si aūt huiusmodi diuinatio causetur ex reuelatione dęmonum, cum quibus pacta habentur expressa, quia ad hoc inuocātur: vel tacita, quia huiusmodi diuinatio extēditur ad quod se non potest extendere, erit diuinatio illicita & superstitiosa.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum diuinatio, quæ fit per auguria & omina, & alias huiusmodi obseruationes exteriorum, sit illicita.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ diuinatio, quę fit per auguria, & omina, & alias huiusmodi obseruationes exteriorum rerū, non sit illicita. Si enim esset illicita, sancti viri ea nō vterentur. Sed de Ioseph legit quòd auguriis intendebat. Legitur em̄ Gen.44 ꝙ dispensator Ioseph dixit, Cyphū quē furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet. Et ipse postea dixit fratribus suis, An ignoratis ꝙ non sit similis mei in augurādi sciētia? Ergo vti tali diuinatione non est illicitum.

¶ 2 Præterea, Aues aliqua circa futuros euentus tēporū naturaliter cognoscunt, secūdū illud Hiere.8. Miluus in cælo cognouit temp⁹ suū: turtur, & hirundo, & ciconia custodierūt tēpus aduentus sui. Sed naturalis cognitio est infallibilis, & à Deo. ergo vti cognitione auiū ad præcognoscendum futura, quod est augurari, non videtur esse illicitum.

¶3 Præterea Gedeon in numero Sanctorū ponitur, vt patet ad Hebr.12. Sed Gedeon vsus fuit omine ex hoc ꝙ audiuit recitationem & interpretationem cuiusdā sōnij, vt Iudic.7. dicit. Similiter Eliezer, seru⁹ Abrahę: vt legit Genes.24. Ergo videtur ꝙ talis diuinatio nō sit illicita.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Deutero.18. Nō inueniatur in te qui obseruet auguria.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ motus vel garritus auiū, vel quæcūq; dispositiones in huiusmodi rebus cōsideratæ, manifestū est, ꝙ nō sunt causa futurorum euentuum. Vnde ex eis futura cognosci non possunt sicut ex causis. Relinquitur ergo, ꝙ si ex eis aliqua futura cognoscātus, hoc erit, inquantum sunt effectus aliquarum causarum, quæ etiam sunt causantes vel præcognoscētes futuros euentus. Causa aūt operationum brutorū animaliū est instinctus quidā, quo mouētur motu naturali. Non enim habent dominium sui actus. Hic autem instinctus potest ex duplici causa procedere. Vno quidem modo, ex causa corporali. Cùm enim bruta animalia non habeant nisi animam sensitiuam, cuius omnes potentiæ sunt actus corporalium organorum, subiacet eorum anima dispositioni con-

qñ actualiter pluit. Et nūc crocitatio auis est signum pluuiæ tanquā coeffectus vnius communis causæ vtriusq;. Et hoc modo somnia, quæ à corporibus cælestibus habemus, sunt signa futurorū euentuū. Præcausant nanq; in hominibus motus phātasiæ conformes ipsi communi causæ & effectui futuro. Ita quod somniū, & futurus effectus, sunt effectus vnius communis causæ cælestis, & propterea somniū significat illum effectū futurum. Et propterea Autor dicit in litera, ꝙ secūdum hoc præcognitiones futurorū plurimū fiunt ex somniis. Qualis autem huiusmodi conformitas sit, non videtur ratione comprehendi. Quoniam in ordine ad cām videtur esse analoga quædam similitudo. Quoniam phantasia nostra non nisi analogicè cælestibus causis similis efficitur. Non em̄ est in phantasia similitudo syderis talis, qñ à tali sydere mouetur, sed mot⁹ cōformis & analogicè correspondens, vt effect⁹ proportionatus tali syderi in tali patiente. In ordine verò ad futurum effectū, qñq; videtur habere rōnem idoli, seu similitudinis. Quēadmodū apparēt in speculo imagines rerū, & experimur in nobis intus habere multorū simulacra, & hoc Arist. in lib. de Sōno & vigilia expressit. Et dixit artificiosissimū esse somniorū iudicē, q potest similitudines inspicere, qm̄ pluries impediuntur huiusmodi similitudines pp motus nostros proprios, sicut contingit in aquis motis idola dissipari. Et talia fuisse somnia Ioseph de manipulis, & Sole, & Luna, & Stellis, patet nō curando à quo fuerint. Quādoq; aūt hēt rationē non similitudinis, sed proportionis, sicut si motus crocitātis repręsentat pluuiā, nō ꝙ fiat in imaginatione animalis imago pluuiæ, sed quia fit motus quidā correspondēs pluuiæ. Et hoc videtur frequenter accidere. Talia aūt vident fuisse pincernę & pistoris in carcere cum Ioseph somnia. Sed quia latēt nos proportiones, & correspondētiæ motuū phātasiæ in nobis ad futuros, vel existētes effect⁹, q s motus cui rñdeat effectui: iō artificiosissimus iudex, & interpres somniorū esset, si quis sciret, aut cuius causæ cælestis sit effectus talis mot⁹ phantasiæ, aut, cui effectui correspōdet sed hoc scire per certitudinem impossibile est Qm̄ id quod habet multas causas, neutrā determinate monstrat, vt in 2. Posteriorū patet. Constat aūt nullū esse somnium à cælo, quòd non possit ex alia cā prouenire & consequenter non significaret illū effectū, quē significaret si à cęlo esset. Et hoc bene nota, tu qui philosophearis. Et propter hoc ego, qui tot habui in vita mea somnia vera de remotis, præcipue hoc modo, scilicet per huiusmodi correspondētiā, & aliquā similitudinē, vt si ea scripsissē cū suis euētib⁹, quorū forte aliqui adhuc pēdēt, non mirarētur Philosophi & Theologi, sed stuperēt, incert⁹ de cā eorūdē isto suspēsus, nec vnquā me, aut mea illis credidi, ne forte illusio dæmoniaca se immisceat. Fateor tñ ꝙ paucorū, aut nullorum interpretationem determinatā noui ante euentū. Tertiò, quo ad cautelā in significationibus somniorum, quoniā oportet omnes cautelas, quæ circa cognitionem futurorū ex corporibus cælestibus dictæ sunt adhibere. Et tāto plus oportet hic esse cautiorē, & minus cōiicere ex somnio, quāto somniū incertissimus effectus est cæli. Si em̄ cognita cælesti cā in aliis coniecturarum generibus trepida restat coniectura futurorū: quid dicendū est, qñ etiam ignoratur, quod hoc iudiciū, s. somnium à cælesti est causa? Ex somniis igitur soli suspitioni locus relinquitur circa futura contingentia. Quartò, quo ad peccatum, quia inuenitur in adhæsione ad somnia peccatum omnibus supradictis tribus modis, quibus inuenitur in sequendo cælestia, & vltra hæc inuenitur error in attribuendo somnium vni determinatæ causæ, puta cælo. Est enim iste error cōtra omnem rationem, vt Arist. docet in secundo Posteriorum. Quoniam, vt dictum est, effectus potens prouenire à plurib⁹ causis, nullā earū determinatè infert. Incerta est ergo omnis ex somnio coniectura pendens ex causa extrinseca. Et si qs incerta cā vt certa vteretur, proculdubio vanè inquireret non quo ad modum, pro quanto supponeret certū, quod est dubium, & consequēter acciperet coniecturā certā, quæ est dubia. Et periculosè iste erraret, non tamen pernitiosè, si infra latitudinem coniecturæ maneret. Quòd enim periculosè erraret patet, quia facilè posset decipi à dęmone ex quo indicia quę incertum est esse à cælo, accipit vt certa à cælo. Non pernitiosè autē pro quāto infra latitudinē coniecturæ ex cælo, haberi possibilis versatur. Vnde Autor in litera duobus modis superstitionē esse in somniis concludit. Quando, s. est expressa inuocatio dæmonum, vel qñ somnia extenduntur ad ea, quæ non se pñt extendere, vt sunt habere certitudinem de contingentibus, & aliis quæ subter fugiunt etiam cęlestia corpora, &c. Tunc enim est tacita cum dęmone societas Nihil aūt horū accidit in proposito casu sed aut mētis comes nō est: aut ignorans valde, aut pertinax, qui sic erraret, nisi tot signa cęlestis influxus haberet, vt minus grauiter peccaret, Mortale tamen non video, nisi ratione contemptus.

[3. contra cap 154. col.5. & 6. Et opu. 25. ca.3. & 6.c.2. Et Isa.2. lec.2.col. 2.prin.]

¶ Super Quæstionis nonagesimæ quintæ articulum septimum.

IN articulo septimo eiusdem quęstionis nonagesimę quintę, duo tantum scribenda sunt: quoniā ex dictis in prę-cedētibus patet, quomodo signa ex auibus, & animalibus sumuntur, & quę subsunt cęlestibus corporibus. Primum est, quòd cùm in litera dicitur, quòd non extendantur signa animalium, nisi ad ea quæ aliqualiter possunt ad huiusmodi animalia pertinere: & redditur ratio, quia consequuntur cognitionem, & instinctum ad necessaria suę vitę, non intelligas per hoc exclusa humana à signis animalium, tanquam nihil pertinentia ad illa animalia. Oportet nanque recolere, quòd vna eademque cælestis causa mouet animalia, & humana, dispositiuè tamen, quo ad voluntaria: ac per hoc effectum quandoque causat in animali conformem effectui causando in humanis. Verbi gratia, cælum inclinans humana ad bella, causat in animalibus dispositiones cholericas, ex

Universidad de Deusto Biblioteca

tioni cōtinentiū corporū, & primordialiter cæleſtiū. Et ideo nihil prohibet aliquas eorū operationes eſſe futurorū ſigna, inquantū conformantur diſpoſitionibus corporū cæleſtium, & aeris continentis, ex quibus proueniūt aliqui futuri euentus. In hoc tamē duo conſiderari oportet. Primū quidem, vt operationes huiuſmodi nō extēdātur niſi ad præcognoſcēda futura, quæ cauſantur per motus cæleſtiū corporū, vt ſuprà dictū eſt*. Secūdo, vt nō extendātur, niſi ad ea quæ aliqualiter poſſunt ad huiuſmodi animalia pertinere. Cōſequūntur enim per cæleſtia corpora cognitionē quandam naturalē & inſtinctū ad ea, quæ eorum vitę ſunt neceſſaria, ſicut ſūt īmutatiōes quæ fiunt per pluuias & ventos, & alia huiuſmodi. Alio mō inſtinctus huiuſmodi cauſantur ex cā ſpirituali, ſ. vel ex Deo, vt patet in columba ſuper Chriſtū deſcendente, & in coruo qui pauit Heliam, & in cete, qui euomuit, & eiecit Ionam. Vel etiā ex dæmonibus, qui vtuntur huiuſmodi operationibus brutorum animalium ad implicādos animos hominum vanis opinionibus. Et eadē rō videtur eſſe de omnib⁹ aliis huiuſmodi, pręter quā de ominibus, quia verba humana, quæ accipiūtur pro omine, non ſubdūtur diſpoſitioni ſtellarū. Diſponuntur tamen ſecundū diuinam prouidentiam & quādoque ſecundum dæmonum operationem. Sic ergo dicendū, ꝙ omnis huiuſmodi diuinatio ſi extēdatur vltra illud ad ꝙ pōt ptingere ſecūdū ordinem naturæ, vel diuinæ prouidentiæ, eſt ſuperſtitioſa & illicita.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc quod Ioſeph dixit, nō eſſe aliquē ſibi ſimilē in ſciētia augurandi ſecūdū Aug.* ioco dixit, nō ſerio, referēs fortè hoc ad illud, quod vulgus de eo opinabatur. Et ſic etiam diſpenſator eius locutus eſt.

[Lib. q. ſuper Gen. cap. 145. to. 4.]

¶ Ad ſecundū dicendum, ꝙ illa autoritas loquitur de cognitiōe auiū, reſpectu eorū, quę ad eas pertinent. Et ad hæc pręcognoſcenda conſiderare earum voces & motus non eſt illicitum, puta ſi quis ex hoc, ꝙ cornicula frequenter crocitat, pręd icat pluuiam citò eſſe futuram.

¶ Ad tertium dicēdum, ꝙ Gedeon obſeruauit recitationem & expoſitionē ſomnij, accipiens ea pro omine, quaſi ordinata ad ſui inſtructionem à diuina prouidētia. Et ſimiliter Eliezer attendit verba puellæ, oratione præmiſſa ad Deum.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum diuinatio ſortium ſit illicita.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quod diuinatio ſortiū non ſit illicita: quia ſuper illud Pſal. 30. In manib⁹ tuis ſortes meæ. dicit gl. Aug.* Sors nō eſt aliquid mali, ſed res in humana dubitatiōe diuinam indicans voluntatem.

¶ 2 Præterea, Ea quæ à Sanctis in Scripturis obſeruata leguntur, nō videntur eſſe illicita. Sed ſancti viri tam in veteri, quā in nouo Teſtamento inueniuntur ſortibus vſi eſſe. Legitur enim Ioſue 7. quòd Ioſue ex præcepto Domini, iudicio ſortium puniuit Acham, qui de anathemate ſurripuerat. Saul ēt ſorte deprehendit filium ſuum Ionatā mel comediſſe, vt habetur 1. Reg. 14. Ionas autē à facie Domini fugiens, ſorte deprehenſus eſt & in mare deiectus, vt legitur Ionæ 1. Zacharias etiam ſorte exiit, vt incenſum poneret, vt legitur Lucę 1. Matthias etiam eſt ſorte ab Apoſtolis in Apoſtolatū electus, vt legitur Act 1. Ergo videtur quòd diuinatio ſortium non ſit illicita.

¶ 3 Præterea, Pugna pugilum, quæ Monomachia dicitur, id eſt ſingularis concertatio: & iudicia ignis & aquæ, quæ dicūtur vulgaria, videntur ad ſortes pertinere, quia per huiuſmodi aliqua exquiruntur occulta. Sed huiuſmodi non vidētur eſſe illicita, quia & Dauid cū Philiſtęo ſingulare iniſſe certamen legitur, vt habetur 1. Reg. 17. Ergo videtur quòd diuinatio ſortium non ſit illicita.

¶ SED CONTRA eſt, quod in Decr. 26. q. 5. dicitur, Sortes, quibus cuncta vos veſtris diſcriminatis ꝓuīcis, quas patres dānauerunt, nihil aliud q̄ diuinationes, & maleficia decernim⁹. Quāobrē volum⁹ oīno illas dānari, & vltra inter Chriſtianos nolum⁹ nominari, & ne exerceantur, anathematis interdicto prohibem⁹.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd vt ſupradictum eſt,* ſortes propriè dicuntur cùm aliquid fit, vt eius euentu conſiderato, aliquid occultū innoteſcat. Et q̄dem ſi quæratur iudicio ſortiū, quid cui ſit adhibendū, ſiue illud ſit res poſſeſſa, ſiue ſit honor, ſiue dignitas, ſeu pœna, aut actio aliqua, vocat̃ ſors diuiſoria. Si aūt inquiratur quid agere oporteat, vocatur ſors conſultoria. Si verò quæratur quid ſit futurum, vocatur ſors diuinatoria. Actus aūt hominū, qui requiruntur ad ſortes, non ſubduntur diſpoſitioni ſtellarū, nec etiam euent⁹ ipſorū. Vnde ſiquis ea intentione ſortibus vtatur, quaſi huiuſmodi actus humani, qui requiruntur ad ſortes, ſecundū diſpoſitionem ſtellarum ſortiantur effectum, vana & falſa eſt opinio, & per conſequens non carens dæmonum ingeſtione, ex quo talis diuinatio erit ſuperſtitioſa, & illicita. Hac aūt cā remota neceſſe eſt, ꝙ ſortialium actuum expectetur euent⁹, vel ex fortuna vel ex aliqua ſpirituali cā dirigente. Et ſi quidē ex fortuna, quod locum habere poteſt ſolùm in diuiſoria ſorte, non videtur habere niſi fortè vitiū vanitatis, ſicut ſi aliqui non valentes aliquid concorditer diuidere, velint ſortib⁹ ad diuiſionem vti, quaſi fortunæ exponētes q̄s quam partē accipiat. Si verò ex ſpirituali cauſa expectetur ſortiū iudiciū, quandoque q̄dem expectatur ex dæmonibus, ſicut legitur Ezechielis 21. quòd Rex Babylonis ſtetit in biuio, in capite duarū viarum, diuina-

[art. 3. huius q.]

quibus prodeunt tales motus, aut voces, mugitus, garritus, &c. animalium. Vnde cognitor huiuſmodi conformitatum, coniecturam ſumet futuri belli inter homines. Et ſic verificatur, ꝙ motus animalium ſunt ratione pertinentium ad ſe, & cum hoc ſignificant quandoque cōis cauſæ cæleſtis coeffectum in humanis. Quòd autem directè ea quæ in auibus ſunt, ad noſtra referātur, & ſtultum & ſuperſtitioſum eſt. Secundū eſt, ꝙ accipere quādoq; omen, oratione præmiſſa, vel tanquā ex diuina datum prouidentia, non eſt peccatum, vt in reſponſione ad tertium habes. Si tamen ex hoc perſona non ſe imprudenter periculo exponat mali, quoniam non propterea excuſatur, ſua enim credulitas, aut oratio non debet facere hominem præcipitem. Oportet enim diuinum præcipere lumen, aut præceptum ad hoc, & non ex ſola hac facili credulitate, aut fiducia moueri ad opus. Omē nanque ad cognitionem non ad operationē licitū ex noſtra erga Deum fiducia intelligitur.

[art. 5 & 6. huius q.]

¶ Super Quæſtionis nonageſimæ quintæ Articulum octauum.

IN art. 8. eiuſdem q. 95. aduerte vnde ſortes primò iudicandæ ſunt, ſ. ex cauſa an expectetur ſortium euentus à Deo an à fortuna, an à dæmone. Hic enim oportet primum iacere lapidem. Quoniam hoc ſpectat ad rationem ſortis in cōmuni. Multa autem alia conſiderāda ſunt, quæ ſpectant ad rationē ſortis talis, puta diuiſoriè, vel conſultoriè, vel diuinatoriè. Et propterea primò circa examen cauſarum verſabimur, & deinde ad ſpecialia deſcendet ſermo. Si igitur ſortes ea ratione exerceantur, vt à Deo fiat diuiſio, conſilium, vel cognitio, neceſſitas requiritur inducens ad ſortes, vt in litera dicitur, vt Dei tentatio euitetur, cum aliis conditionibus in litera explanatis, ſcilicet, vt ſit reuerentia ex parte hominis recurrentis ad ſortes. Proportio ex parte actus, ſcilicet diuina oracula, puta, Euangelia & huiuſmodi, non conuertantur ad ſortes pro temporalibus. Et diſpoſitio ex parte materiæ, vt ſcilicet non ſit materia prohibita, fieri per ſortes, vt ſunt electiones ſpiritualium prælatorum, vt patet extrà, de ſortilegiis cap. vltimo. Si verò ſortes exerceantur, vt effectus expectetur à cælo, diſtinguendum eſt, quia aut expectatur à cælo ratione ſubiectionis actuum noſtrorum concurrentium ad ſortes, quales ſunt extrahere paleā aut ſchedulam, iacere plura puncta, & huiuſmodi. Et hoc in litera dānatur, quia actus noſtri non ſubſunt cælo. Ego autem intelligo hanc damnationem, quando quis vtitur noſtris actibus tanquam abſolutè atque ſimpliciter ſubiectis cælo, & non quando quis vtitur eiſdem vel vt non deliberatis, tanquam non humanis: vel vt aliqualiter cælo ſubditis, quo ad inclinationem, ad illa tamen quæ cælo ſubſunt. Quoniam primo modo eſt ibi falſitas. Secundo autem non eſt certa falſitas. Et propterea non eſt damnanda, ſed vitanda ac timenda. Et iuxta hunc ſenſum intellige Autoris verba in tertio contra Gen. cap. 154. cum dicit de ſomniis, & iſtis, &c. ꝙ reducere ea in corpora cæleſtia, habet modicā rōnem, & ideo exiſtimandū eſt ꝙ ab aliquo cognoſcēte fiant. Accipe hæc vt dicta pro tutiore parte ad cōſulendū quę ſanioris doctrinę ſunt, non ad damnationem defendentium hæc fieri qñque à cælo. Et hæc dixerim, vt ꝗ legūt aut docent, non ſint præcipites, ſed caueant ſibi & aliis. Nō dānent tamen eos ꝗ ſeruatis ſuperi⁹ dictis, tantum ſibi de cælo promittunt. Aut expectatur euentus ſortiū à cælo ratiōe talis temporis, puta, quia occurrit tunc tempus ſuę exaltationis ſecundum Aſtrologiā, & propterea ſperat ꝙ omnia in quibus agitur de ipſo, cælum inclinabit ſecundū ſuas vires in exaltationem ipſius, & ſic fortè cadet ſors ſuper illū illa hora. Conſolatio quippe iſta licet leuis ſit, dānanda tamen non eſt. Et hæc omnia tolerāda præcipuè ſunt, qñ ſortes non fiunt præcisè propter cæleſtē actionem, ſed partim à fortuna, partim à cælo, partim à diuina prouidentia ſperatur. Si aūt fortunæ cōmittitur euentus per ſortes, tunc ex genere ſuo nullum peccatum apparet. Sed ratione cauſæ, puta ſi ex leuitate fiant, vel rōne materiæ, puta, quia in his, quæ per electionē fieri debent, aut aliunde, quàm ex fortuna cognoſci, aut haberi debent, peccatum eſt. Et quoniam tā conſilia quàm futurorum, & occultorum cognitiones, & magiſtratus atque officia ex diuina aut humana prouidentia agenda, ſecundū rectā rationē ſunt, ideo nec ſors conſultoria, nec diuinatoria, nec diuiſoria prælationū, & magiſtratuū debet eſſe fortuita.

[3. contra. cap. 154. col. 5. & 6. Et opu 25. ca. 4. & 5 * In pſ. 30. conc. 2 declinando ad finem.]

¶ Eſt tamen hic dubitādi locus. Quoniā in litera dicitur non eſſe peccatum vti ſortibus diuiſoriis in temporalibus dignitatibus, quæ ad terrenā diſpoſitionē ordinantur. Conſtat nanque ꝙ huiuſmodi ſortes fortunæ cōmittuntur, ſub diuina tamē prouidentia, ſicut in rerū diuiſione. Et rō dubij eſt, quia in dignitatibus diſtribuendis agitur de malo cōi reip. Quoniā pōt facilè Reſpub. incidere in malos rectores. Et conſequenter contingit exaltari prauos, & opprimi bonos, &c. In diuiſione autē rerum nulli ſit iniuria, ex quo domini rerū committūt voluntariè fortunæ dominiū earū.

¶ Sed hæc ambiguitas facilè ſoluitur, ſi percceperimus quomodo intelligitur, ꝙ ſors eſt illicita in dignitatibus temporalibus. Intelligitur namque quantum eſt ex ſuo genere, concurrentibus cæteris, quæ ad actū licitum exiguntur, ſcilicet quòd non ſtultè fiat, quòd ſine iniuria alicui⁹, &c. Vnde dupliciter contingit vti ſortibus in dignitatibus temporalibus. Primò promiſcuè, vt vnuſquiſq; de populo bon⁹ & malus, aptus & ineptus, ſorti ſubſit principat⁹, vel huiuſmodi regiminis habendi. Et hoc, quia eſt contra naturalem dignitatem rationalis creaturæ, cui datū eſt vt ratione prouideat ſibi & aliis, & contra commune Reip. bonū, quod quilibet tenetur tutari, & non in diſcrimen ponere, vt hic accideret, ideo peccatum eſt non ſuperſtitionis, ſed fatuitatis & iniquitatis contra commune bonum. Alio modo contingit vti ſortibus in dictis dignitatibus poſt nominatos

tionē quærens, cōmiſcens ſagittas interrogauit idola, exta conſuluit: & tales ſortes ſunt illicitæ & ſecūdum Canones ꝓhibentur. Quandoq; verò expectatur à Deo, ſecundum illud Prouerb. 16. Sortes mittuntur in ſignū, ſed à Domino tēperātur, & talis ſors ſecundū ſe nō eſt malū, vt Aug. dicit.* Pōt tñ in hoc quadrupliciter peccatū incidere. Primo q̄dē ſi abſq; vlla neceſſitate ad ſortes recurritur. Hoc eīm videt̃ ad Dei tentationē ptinere. Vñ Ambroſ. dicit ſuper Lucā.* Qui ſorte eligit̃, humano iudicio nō cōprehendit̃. Secūdò, ſiquis etiā in neceſſitate abſque reuerentia Dei ſortibus vtatur. Vnde ſuper Actus Apoſtolorum dicit Beda,* Sed ſi q̄ neceſſitate aliqua cōpulſi Deū putāt ſortib⁹ exemplo Apoſtolorū eſſe cōſulendū, videant hoc ipſos Apoſtolos nō niſi collecto fratrū cœtu, & precibus ad Deū fuſis egiſſe. Tertiò, ſi diuina oracula ad terrena negotia conuertantur. Vnde Aug. dicit ad inquiſitiones Ianuarij.* His qui de paginis Euāgelicis ſortes legūt, etſi optādū ſit vt poti⁹ faciāt, quā ad dæmonia cōſulenda cōcurrāt, tñ iſta mihi diſplicet cōſuetudo, ad negotia ſecularia, & ad vitæ hui⁹ vanitates, diuina oracula velle cōuertere. Quartò, ſi in electionib⁹ eccleſiaſticis, quæ Spiritusſancti inſpiratione fieri debent, aliq̄ ſortib⁹ vtant̃. Vnde ſicut Beda dicit ſuper act⁹ Apoſtolorū*. Matthias ante Pentecoſtē ordinat⁹ ſorte quęritur, q̄a ſcz nōdū erat plenitudo Spiritusſancti in Eccleſia effuſa. Septem autem Diaconi poſtea non ſorte, ſed electione diſcipulorum ſunt ordinati. Secus autē eſt in temporalibus dignitatibus, quæ ad terrenam diſpoſitionem ordinantur, in quarū electione plerunque homines ſortibus vtuntur, ſicut & in temporaliū rerum diuiſione. Si verò neceſsitas immineat, licitum eſt cum debita reuerentia ſortibus diuinū iudiciū implorare. Vnde Auguſtinus dicit in epiſtola ad Honoratum,* Si inter Dei miniſtros ſit diſceptatio, qui eorum perſecutionis tempore maneant, ne fuga fiat omnium, & qui eorum fugiant, ne morte omnium deſeratur Eccleſia, ſi hæc diſceptatio aliter nō potuerit terminari, quātū mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant, ſorte eligēdi ſūt. Et in 1. de Doctrina Chriſtiana dicit*. Si cui abundaret aliq̄d, qd̄ oportetet dari eis qui nō haberēt, nec duob⁹ dari potuiſſet, ſi tibi occurrāt duo, quorū neuter alium, vel indigentia, vel vrgente aliqua neceſſitate ſuperaret, nihil iuſti⁹ faceres, quàm vt ſorte eligeres cui dādum eſſet quod dari vtrique non poſſet.

[loco citato arg. 1.] [cap. 1. tit. de ingr. Zacha. in templum *ſuper c. 1. Act. to. 2.] [Epiſ. 119. ca. 2Q. to. 2.] [Super c. 1.] [Epiſ. 180 inter med & finem] [cap. 18. to. 3.]

¶ Et per hoc patet reſponſio ad primum & ſecundum.

¶ AD TERTIVM dicēdū, ꝙ iudiciū ferri cādentis, vel aquę feruētis, ordinatur quidem ad alicuius peccati occulti inquiſitionē per aliquid, quod ab homine fit, & in hoc conuenit cum ſortibus. In quantum tamen expectatur aliquis miraculoſus effectus à Deo, excedit cōmunem ſortiū rationem. Vnde huiuſmodi iudicium illicitum redditur: tum quia ordinatur ad iudicandum occulta, quæ diuino iudicio reſeruantur: tum etiam quia huiuſmodi iudicium non eſt autoritate diuina ſancitum. Vnde 2. quæſt. 5. in Decreto Stephani Papæ * dicitur: Ferri cādentis, vel aquæ feruētis examinatione cōfeſsionē extorqueri à quolibet, ſacri nō cēſent Canones. Et qd̄ ſactorū Patrū documēto ſancitū nō eſt, ſupſtitioſa adinuētione nō eſt præſumendū. Spōtanea enim cōfeſsione, vel teſtiū approbatione publicata delicta, habito p̄ oculis Dei timore, cōceſſa ſunt noſtro regimini iudicare. Occulta verò & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorū hominum. Et eadē rō videtur eſſe

natos multos, qui pro idoneis ad huiuſmodi officia cōiter habētur: ſic quod ſuper illos tm̄ nominatos, ſeu conſcriptos ſortes cadere poſſunt. Et ſic ſortes in litera licitę dicuntur in dignitatibus tēporalibus. Tanquā terrenæ hæ adminiſtrationes parui pendendæ ſint, vt pote ad terrena ordinatæ, & propterea non ſicut in ſpiritualibus oporteat in electione, & Spirituſancto omnino permanere. Agitur quoque in temporalibus dignitatibus de re humana temporali. In ſpiritualibus autem de re diuina & æterna hæreditate. Et propterea in illis pax ciuiū præcipuū bonum eſt, ad qd̄ ordinātur ſortes. In iſtis pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, bonū eſt, quod à ſolo Spirituſancto effici pōt. Et propterea ſortes repellūtur in dignitatibus ſpiritualibus, & non in temporalibus. Si denique à dæmone euentus ſortium expectat̃, clariſſimè ſortilegij crimen incurrit̃. Et ſcito, ꝙ licet circa expreſſam dæmonum expectationem idem ſit iudicium in ſortibus, & aliis, circa tacitam tamen varium eſt iudiciū propter fortunæ admixtionem. In aliis nanque ſupradictis, ſ. aſtris, ſomniis, & ſignis, ſtatim cū vires naturæ excedūtur, ad Deum, aut dæmonem oportet ſe reſoluere dantem operam his. Et ſic neglecto Deo, tacita dęmonum incurritur ſocietas. In ſortibus autem, quia fortunæ ſe ſæpe committunt vtentes non ſolùm iocosè, ſed ſerio ſortibus, ſiue prudenter, ſiue ſtolidè hoc faciant, ideo à tacita dæmonum inuocatione remotior eſt ſortium vſ⁹.

¶ Circa duella, quæ in rñſione ad tertium tractantur dubium occurrit, an ſint licita in aliquo caſu ſaltem ex parte requiſiti: Et an Principes licitè poſſint in caſu duella concedere. Et eſt ratio dubij, quia extra de purgatione vulgari, capit. Cura ſuſcepti. in nullo caſu tollerandum dicitur duellum, & 2. quęſtio. 5. can. Monomachiam, duella damnantur. Quidam tamen dicunt licita eſſe in caſu. Et quantum hactenus reperi, vnus caſus ponitur in quo innocēs conuictus, morti adiudicatur aut duello. Inquiunt quod in hoc caſu licitè poteſt acceptare duellum, quia licitum eſt mihi pugnare, quādo alio modo non poſſum euadere. Alter caſus, ſi tamen alter dici dēt, vniuerſaliter ponitur à Nicolao de Lyra ſuper primo Regum cap. 17. Quando. ſ. lis aliqua criminalis, vel ciuilis non poteſt aliter terminari quàm duello. Tunc enim ille qui non poteſt aliter ſe aut ſua ſaluare, niſi acceptando duellum, poteſt, inquiūt, illud acceptare. Et ratio aſſignatur, quia licitū eſt pro defenſione & ſui & rerum ſuarū pugnare. De Principibus quoque refert idem ibidem, aliquos tenere ꝙ in omni caſu peccant mortaliter, concedendo duella. Sibi tamen videtur hoc durum, quia ſanctus Ludouicus Rex Francorum, & Carolus Magnus & multi Prælati hæc ſuſtinuerunt, & quia licitum eſt tolerare minus mala, vt euitentur maiora, quæ niſi duella fierent, euenirent, vt vaſtationes & incendia pauperum & homicidia: & quia Autor hic dicit, ꝙ duella accedunt ad communē ſortiū rationē. Sortibus enim in multis caſibus vti licet.

¶ Ad euidentiā huius materiæ inchoare oportet à perſcrutatione, an duellū ſit malū ex genere. Si eīm eſt malū ex ſuo genere, vt mēdaciū, vel adulteriū, nulla ratione eſt licitū: & ſi non eſt malū ex ſuo genere, pōt qñque eſſe licitum. Duellū igitur cùm bellū ſit duorum, ex belli ratione cōſiderādū eſt. Et qm̄ bellū nō eſt malū ex ſuo genere, multa nāq; ſunt bella iuſta, & vnum & multa non variāt ſpeciē, eiuſdē eīm ſpeciei eſt homicidiū factū ab vno & à multis, cōtingit proculdubio eſſe bellum iuſtū inter me & alterū, ſicut inter regnū & regnū. Nā quēadmodū iuſtū ſuſcipit̃ deſēſiuū bellū à regno impetito, &c. ita ēt iuſtū ego habeo bellū aduerſus inuaſorē, & licitè me defēdēdo occido illū. Et rurſus, ego publicus miniſter iuſtitiæ iuſtū habeo bellū aduerſus reū inuaſorē, ita qd̄ ex intētiōe licitè occido illū. Nō eſt ergo duellū, i. duorū bellū, iniuſtū ex gñe, ſed pōt eſſe iuſtū ex vna parte. Oportet ergo ad cauſā inſpicere ſuſcipiēdi belli talis. Notāter autē dixi ly ſuſcipiēdi, & ly talis. Dixi ſuſcipiēdi, q̄a indicere duellū nunquā licet, vt patebit. Dixi, talis, quia aliqua cā pōt eſſe iuſta cā ſuſcipiēdi belli, quæ nō eſt iuſta cauſa belli, talis ſcilicet ſingularis, vt patebit. Sex autē cauſæ finales vident̃ potiſſimę, ad quas ſingularis pugna ordinatur. Prima eſt manifeſtatio veritatis, dum ſcilicet aliqui confidunt, quòd victoria ſua erit teſtis veritatis, quòd ſcilicet ipſe eſt innocens, aut habet ius, & huiuſmodi. Et tale certamen propriè vocatur duellum, & inter purgatiōes vulgares cōputatur: & dānatur ab Eccleſia, extra. de purgatione vulgari & in c. Monomachiā 2. q. 5. Et huiuſmodi duellum, licet, vt in litera dicitur, magis accedat ad rōnem ſortiū, malū tñ eſt ex ſuo genere ſortilegiū, quia in propria rōne claudit repugnātiā ad rectā rationē. ſ. inducere in teſtimoniū, qd̄ non eſt teſtimoniū, qm̄ conſtat habentes ius ſuccumbere quandoque in duello, vt patet in cap. Significantibus, extra de purgatione vulgari. Nec ſolum hmōi duellum eſt malum ex ſuo genere, vt mendacium, ſed etiam eſt perniciosum ex ſuo genere, quia cōtra rectā rationē eligit vterque percutere proximum, & contra rectā rōnē vita vtriuſque ex propoſito exponit̃ mortis & vulnerū periculo, cum Dei tentatione, & diuini fit vſurpatio iudicij, vt in litera dicitur, & diabolica inuentio adimpletur, vt in Decretis loco allegato dicitur & in litera tangitur in c. Cōſuluiſti. ibidē. Secūda cā eſt oſtētatio viriū vt Goliath Philiſtęis indicebat duellū, 1. Regū. 17. Et tale duellum committere eſt perniciosum ex ſuo genere, propter eādem cauſā, quia, ſ. contra rectā rōnem eligit vterq; alterum velle percutere. Cōſtat nāq; à rōne alienum eſſe vt pro oſtentatione virium quis pugnet. Et propterea Dauid excuſatur ꝙ Spirituſancto mot⁹ pugnauerit cum Philiſtęo. Errant autē in hac ſicut & prima cā Principes, cōcedentes quaſi ſpectaculi cā, cum ī bellis ſunt, certamina quaſi ſingularia, puta decē hinc & decē inde ad oſtentationē virorum fortium. Diabolica ſunt hæc, & ſicut duella iudicāda, eadē rōne. Nec excuſat eos tempus belli, & cōflictus partialis hoſtium cum hoſtib⁹. Qm̄ iuſti cā belli in partiali conflictu locum non habet, quia habens iuſtum bellum vt ſic, non ad oſtentationem pugnat. Tertia cauſa eſt euitatio ignominiæ, quia ſ. reputatur vilis & degeneris animi, ſi non acceptat duellū. Et hęc cā licet apud idiotas plurimū valere videat̃, apud tñ ſapiētes nulla eſt. Et q̄a reb⁹ vtendū eſt vt ſapiētes, nō vt plures, iō ſecundū rectā rōnē nō eſt ratiōi cōſona cā hæc. Et ꝓpterea duellum tale cōmittere, malum pniciosū eſt ex ſuo genere ꝓpter eādē rōnē, q̄a cōtra rectā rōnē vterq; alterum eligit pcutere, &c. Quarta cā, eſt terminatio litis criminalis, aut ciuilis: qñ ſ. nō pōt aliter terminari lis, niſi duello acceptato. Alioquin, aut nō acceptās duellū, iuſtitiā nō pōt cōſequi, aut liti ſuccūbit cum ſuo & multorum qñq; dāno magno. Et hic oportet cōſiderare ꝙ ad hoc, ꝙ act⁹ moralis ſit licit⁹, oportet medium non eſſe diſproportionatū fini: huic autē fini, qui eſt terminatio litis, ꝓportionatū eſt medium, aut cōueniētia partiū, aut ſētētia iudicis, aut pugna bellica ex parte habētis iuſtitiā cum cōditionib⁹ requiſitis ad iuſtum bellum. Et ꝓpterea tunc tm̄ duellum eſt licitum ad talē finē, ſ. ad terminādas lites, & cōtētiōes, qñ hēt rōnē iuſti belli. Quod an ſit poſſibile, hinc apparere pōt. Bellū iuſtum, aut eſt vindicatiuum, aut defēſiuum. Si eſt vindicatiuum, hoc eſt, ꝙ indicitur bellum ad vindicādā iniuriā illatā patriæ, &c. indicēs bellum gerit pſonam iudicis, vt pote vtēs publico gladio cōtra extraneos impugnatores Reipublicæ eadē rōne, qua vtit̃ cōtra internos pturbatores, vt patet ex ſupradictis, cùm de bello tractaretur. Hmōi autē iudex & vindex fungit̃ pſona, & officio agētis. Agēs autē debet ſupexcedere patiens, vt poſſit illud ſibi ſubiicere. Et propterea huiuſmodi bellum non debet, niſi à potentiori indici, & ſic potentiori, vt licet varius ſit euent⁹ belli, humana tamen ratione, quaſi certa ſit victoria, aut ſaltem non ſuccumbere quemadmodum iudex contra internos perturbatores pacis, non procedit, niſi habens tot ſatellites, vt ſit quaſi certus quòd capiet malefactores, &c. Hoc autem in duello ſeruari non poteſt. Quia in ſingulari certamine, aut par eſt vtriuſque conditio, aut vni facilè poſſunt accidere in illo actu aliqua, quæ fortiorem facient ſuccumbere. Et ꝓpter hāc rationē quāuis indicere bellum quādoq; ſit licitum: indicere tamen duellum nunquam eſt licitum, quia eſt contra rectā rationē ex ſuo genere. Si verò bellum iuſtum eſt defenſiuum, prout patria aliquā indictum ſibi bellum oportet aut ſuſtinere aut ſuccumbere, tunc ſuſcipiens bellum gerit pſonam ac officium & reſiſtentis, & propulſantis à ſe iniuriam. Et ideo oportet imitari tunc res naturales, quæ quantum poſſunt, reſiſtunt contrariis ſuis: Et dēt in huiuſmodi bello fortificari, quantum fieri pōt, virt⁹ reſiſtitiua & ꝓpulſatiua iniuriæ. Cōtrarium autē hui⁹ ſit in duello, quia dum vn⁹ ſol⁹ ponitur ad reſiſtendum vni, & ad propulſandum iniuriam ab eodem, debiliter, ac minus periculosè cōſulitur huic defēſioni. Et ꝓpterea, niſi

[ca. conſuluiſti.]

Universidad de Deusto Biblioteca

actualiter vnica persona, inuadatur, dẽt defendi iustitia cũ multitudine forti, & non cõmitti vnius periculo, secundũ rectã rõnẽ à Cõmunitate, seu Principe, cuius est bellũ ẽt defensiuum assumere. Aliena est ergo natura duelli à natura iusti belli tã defensiui, quã vindicatiui. Et propterea nulla ex parte inuenitur duellũ esse proportionatũ mediũ ad determinationẽ litis, tam ciuilis q̃ criminalis. ¶Et quia nõ sunt facienda mala, vt veniant bona, patiatur potius qui non potest iura sua aliter tueri. In vno tñ casu licitũ mihi videtur acceptare duellum. Quando s. accusator euidenter calumniatur, & præualet contra me innocentem, ad mortem, vel mutilationem. Tunc enim ex quo accusator impetit me iudicis gladio iniustissimè, & sine dubio occidet, vel mutilabit me, ego non habẽs aliud refugium, habeo iustũ bellum defensiuũ cõtra eum. Et propterea si ipse offert mihi duellũ, ego possum acceptare de consensu Principis, & tueri me meliori mõ quo possum. Hoc enim licet secundum apparentiam sit duellum, secundum veritatẽ non [1. Par. 64 art. 1. ad quintum.] est nisi defensio cõtra inuadentẽ se personaliter ad mortẽ, vel mutilationẽ. Differt enim secundũ rẽ nihil, occidere me gladio proprio, & alieno. Vñ & Nathã dixit ad Dauid, Vriam interfecisti gladio filiorum Amon. Secus aũt est in aliis causis: quoniam defensio armata non est mihi licita nisi contra inuadentem me armis: in aliis aũt causis sola sententia iniusta sit inuasio. Nec opus est violentia in exequutione ex parte iudicis: quoniã reo non resistẽte absque armis oĩa fiũt. Quinta cã est indulgẽtia multitudinis, qñ s. inter duas patrias est bellum, & parcendo multitudini resoluitur de consensu partiũ totũ bellũ in duellũ, vt legitur de Cosdroe filio & Heraclio, in Legenda exaltationis sanctæ Crucis. Ob hãc siquidẽ cãm non est licitũ subire duellum. Et rõ est, quia declinatur à natura belli ex vna parte iusti, ad naturam duelli, qđ rõni rectę aduersari patet ex antedictis. Nec verba Autoris in hac litera fauent duello, tanquã cuidã sorti: sed dãnant duella, vt ferrum candens, & aquã feruentem. Minus tñ, quàm illa, quia non expectatur miraculum. Et propter hoc dixit, ꝙ magis appropinquat ad sortis rationem. Nã ly magis comparationem ad prædicta dicit. Cùm enĩ omnia posuerit in genere sortis, dixit duella magis participare de sortis rõne quàm ignem, & aquam, & non dixit esse puras sortes. Fateor tñ, quòd in casu, quo pars habens iustũ bellum cognoscit vires suas, & ꝙ oportet aut confligere, & succumbere, aut acceptare duellum, quòd licitè acceptat duellum. Transfert enim quasi certum casum in dubium, & in spem victoriæ vtendo omnibus suis viribus. Nec solùm licitum est tali parti in prædicto necessitatis articulo constitutæ, acceptare, sed etiam prouocare tale duellum resoluendo bellum in duellum. Quoniam ex parte sui vtitur omnibus viribus suis melius in duello, quàm in bello, & propterea non peccat. Ex parte verò alterius partis supponitur, ꝙ habeat bellum iniustũ & non solùm ille qui in duello comparebit, sed omnesq; parati sunt ad inuadendũ iniustè patriam, vel exercitũ, personas, &c. Ac per hoc offerendo duellũ, abducuntur à maiori malo, auferendo materiam maioris mali, nõ vt faciãt totum hoc, scilicet minus malum, sed vt facturi malum, peccent minus. Quod est officiũ angelorum, vt patet de decem viris, qui occisuro eos obtulerũt, vt acciperẽt suos thesauros. Sexta causa est desẽsio. Et si quidẽ aliquis actualiter impetatur, non est dubium, quod vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ, sed hoc non propriè est duellum, qm̃ duellum sonat duorum belluem ex condicto. Et propterea cum ex ratione monstratum sit, quod duorum bellum ex condicto non est conueniẽs medium ad defensionẽ litis, aut discordiæ ciuilis, aut criminalis, quia non põt habere rationẽ iusti belli ex quacunque parte, nisi in duobus casibus supradictis, ideo nõ est licitum duellum pro defensione. Vidẽtur aũt in hoc quidam falli, ꝙ non discernũt inter hæc duo, s. bellum, & duellũ, Et putant, ꝙ quia licet pugnare pro se, & suis, iõ licet duellum committere, quod tamen monstratũ est non sequi. Quia alia est ratio de bello, & alia de duello vt patet ex dictis. Et ex his patet quid de Principibus concedentibus duella, dicẽdum sit. Constat enim ꝙ peccãt concedendo. Non peccant autem permittendo ex vrgenti cã. Sicut nec peccãt permittendo vsuras & meretrices.

de lege duellorum, nisi quòd plꝰ accedit ad cõmunem rationem sortium, inquantum non expectatur ibi miraculosus effectus, nisi fortè quando pugiles sunt valde impares virtute, vel arte.

QVÆSTIO NONAGESIMA sexta, de Superstitionibus obseruantiarum, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de superstitionibus obseruãtiarũ. ¶Et circa hoc quærũtur quatuor. ¶ Primò, de obseruantiis ad scientiam acquirendam, quæ traduntur in arte notoria. ¶Secundò, de obseruãtiis quę ordinantur ad aliqua corpora immutanda. ¶ Tertiò, de obseruantiis quæ ordinãtur ad coniecturas sumendas fortuniorum, vel infortuniorum. ¶ Quartò, de suspensionibus sacrorum verborum ad collum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrũ vti obseruãtiis artis notoriæ, sit illicitũ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ vti obseruantiis artis notoriæ non sit illicitum. Dupliciter enim aliquid dicitur illicitum. Vno modo secundum genꝰ operis, sicut homicidium, vel furtũ. Alio modo ex eo quod ordinatur ad malum finem, sicut cũ aliquis dat eleemosynam propter inanem gloriam. Sed ea quæ obseruantur in arte notoria secũdum genus operis non sunt illicita. Sunt enim quędã ieiunia & orationes ad Deũ. Ordinantur etiam ad bonum finem s. ad scientiam acquirendam. ergo vti huiusmodi obseruationibus, non est illicitum.

¶2 Præterea, Danielis primo legit', ꝙ pueris abstinẽtibus dedit Deus sciẽtiã, & disciplinã in omni libro, & sapiẽtia. Sed obseruantiæ artis notoriæ sunt secundũ aliqua ieiunia, & abstinentias quasdã. ergo videtur ꝙ diuinitus sortiatur ars illa effectum. Non ergo illicitum est ea vti.

¶ 3 Præterea, Iõ vr̃ esse inordinatũ à dæmonibus inqrere de futuris, quia ea non cognoscũt: sed hoc est ꝓpriũ Dei, vt dictũ est.* [q. 95. art. 1.] Sed veritates sciẽtiarũ dęmones sciũt, quia sciẽtiæ sunt de his quæ sũt ex necessitate, & semper, q̃ subiacẽt humanæ cognitioni, & multo magis dæmonũ, qui sũt perspicaciores, vt Aug. dicit*. [*lib. de diuin. dæmonũ cap. 3. & 4. & lib. 2. super Gen. cap. 17.] ergo nõ vr̃ esse peccatum vti arte notoria, etiam si per dęmones sortiatur effectum.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Deute. 18. Non inueniatur in te, qui quærat à mortuis veritatem, quæ quidem inquisitio innititur auxilio dæmonum. Sed per obseruantias artis notoriæ inquiritur cognitio veritatis non per quædam pacta significationũ cum dæmonibus inita. ergo vti arte notoria est licitum.

¶RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ ars notoria est & illicita, & inefficax. Illicita quidẽ est, quia vtitur quibusdã ad sciẽtiã acquirendã, q̃ non habent secũdum se virtutem causandi scientiã, sicut inspectione quarundam figurarum, & prolatione quorundam ignotorum verborum, & aliis huiusmodi. Et iõ huiusmodi ars nõ vtitur his, vt causis, sed vt signis, non autẽ vt signis diuinitus institutis, sicut sunt sacramentalia signa. Vñ relinquitur, ꝙ sint superuacua signa, & per cõsequẽs pertinentia ad pacta quædam significationis cum dæmonibus placita atq; fœderata. Et ideo ars notoria penitus est repudianda, & fugienda Christiano, sicut & aliæ artes nugatoriæ, vel noxiæ supstitionis, vt Aug. dicit 2. de Doct. Christ.* [Cap. 21. to. 3.] Et est huiusmodi ars inefficax ad scientiam acquirendã. Cũ enĩ per huiusmodi artẽ nõ intendat' acqsitio scientiæ per modũ homini connaturalem, s. adinueniẽdo, vel addiscendo, cõsequẽs est ꝙ iste effectus, vel expectetur à Deo vel à dæmonibus. Certum est aũt aliquos à Deo sapientiam, & scientiã per infusionẽ habuisse, sicut de Salomõe legitur 3. Regũ. 3. & 2. Paralip. 1. Dominus ẽt discipulis suis dixit, Luc. 21. Ego dabo vobis os, & sapientiã, cui non poterunt resistere, & cõtradicere omnes aduersarij vestri. Sed hoc donum non datur q̃buscunq;, aut cũ certa obseruatiõe, sed secũdũ arbitriũ Spiritussancti, secundũ illud primæ ad Corin. 12. Alij q̃dẽ dat' per Spiritum sermo sapiẽtiæ, alij sermo scientiæ secũdũ eundẽ Spiritũ. Et postea subditur, Hæc oĩa operatur vnus atq; idẽ Spiritꝰ diuidens singulis prout vult. Ad dæmones autẽ nõ pertinet illuminare intellectum, vt habitũ est in prima huiꝰ operis parte*. [q. 109. ar. 3.] Acquisitio aũt scientiæ & sapiẽtiæ fit per illuminationem intellectꝰ, & iõ nullus vnquã per dæmones sciẽtiã acquisiuit. Vñ Aug. dicit in 10. de Ciui. Dei.* [cap. 9. to. 1.] Porphyriũ fateri theurgicis theletis in operationibus dæmonũ animæ intellectuali nihil purgationis accidere, quod eã faciat idoneam ad videndũ Deũ suũ, & perspiciẽda ea, quę vera sunt, qualia sũt oĩa sciẽtiarũ theoremata. Possent tñ dæmones verbis hominibꝰ colloquẽtes, exprimere aliqua scientiarũ documẽta, sed hoc nõ quærit' p artem notoriam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ acquirere scientiã bonũ est, sed acquirere eam mõ indebito, non est bonum. Et ad hunc finem intendit ars notoria.

¶Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ pueri illi nõ abstinebant secundũ vanã obseruantiam artis notoriæ, sed secundũ autoritatẽ legis diuinæ, nolentes inquinari cibis Gentiliũ. Et iõ merito obedientiæ cõsecuti sunt à Deo scientiã, scđm illud Psal. 118. Super senes intellexi, qa mandata tua quæsiui.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ exquirere cognitionem futurorum à dæmonibus, nõ solùm est peccatum, propter hoc ꝙ futura non cognoscunt, sed propter societatem cum eis initam, quę etiam in proposito non habet locum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum obseruationes ad corporum immutationem ordinatæ, puta ad sanitatem, vel ad aliquid huiusmodi, sint illicitæ.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ obseruationes ordinatæ ad corporum immutationem, puta ad sanitatem, vel ad aliquid huiusmodi, non sint illicitæ. Licitũ enim est vti naturalibus virtutibus corporũ ad proprios effectus inducendos. Res autẽ naturales habent quasdã virtutes occultas, quarũ rõ ab homine assignari non põt, sicut quod adamas trahit ferrum, & multa alia quæ Aug. enumerat 21. de Ciui. Dei.* [Cap. 5. & 7. to. 5.] Ergo videtur quòd vti huiusmodi rebus ad corpora immutanda, non sit illicitum.

¶2 Præterea. Sicut corpora naturalia subduntur corporibus cęlestibꝰ, ita ẽt corpora artificialia. Sed corpora naturaliter sortiũtur quasdam virtutes occultas, speciem cõsequentes ex impressione cælestiũ corporũ. ergo & corpora artificialia, puta imagines, sortiũtur aliquã virtutẽ occultam à corporibus cælestibus ad aliquos effectus causandos. ergo vti eis & aliis huiusmodi non est illicitum.

¶3 Pręterea, Dæmones ẽt possunt multipliciter corpora trãsmutare, vt dicit Aug. tertio de Trinitate.* [Cap. 8. & 9. to. 3.] Sed eorum virtus à Deo est. Ergo licet vti eorũ virtute ad aliquas huiusmodi ĩmutationes faciẽdas.

¶SED CONTRA est, ꝙ Aug. dicit in 2. de Doct. Christ.* [Cap. 20. to. 3.] ꝙ ad superstitionẽ ptinẽt molimina magicarũ artiũ, & ligaturæ, & remedia, quę medicorũ quoq; disciplina cõdẽnat siue ĩ pręcãtiõibꝰ, siue ĩ q̃busdã notis quas characteres vocãt, siue ĩ q̃buscũq; rebꝰ suspẽdẽdis atq; ĩsignãdis.

¶RESPONDEO dicẽdũ, quod ĩ his, quę fiũt ad aliquos effectus particulares inducendos, cõsiderãdũ est vtrũ naturaliter videant' posse tales effectꝰ causare: sic enĩ nõ erit illicitũ. Licet enĩ cãs naturales adhibere ad ꝓprios effectꝰ. Vnde si naturaliter nõ videant' posse tales effectꝰ causare, consequẽs est qđ nec adhibeant' ad hos effectꝰ causandos anquã causæ: sed solum quasi signa. Et sic pertinent ad pacta significationum cum dæmonibus inita. Vnde Aug. dicit 21. de Ciui. Dei*. [Cap. 6. to. 5.] Alliciũtur dæmones per creaturas, quas nõ ipsi, sed Deus condidit, delectationibus ꝓ sua diuersitate diuersis, nõ vt animalia cibis, sed vt spiritus signis: quę cuiusq; delectationi congruũt per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ si simpliciter adhibeantur res naturales ad aliquos effectꝰ ꝓducẽdos, ad quos putãt' nãlẽ habere virtutẽ, nõ est supstitiosũ, vel illicitũ. Si verò adiũgãt' vel characteres aliq, vel aliqua nomina, vel aliæ quæcunq; variæ obseruationes, quæ manifestũ est naturaliter efficaciam non habere, erit superstitiosum & illicitum.

¶ Ad secundum dicẽdũ, ꝙ virtutes naturales corporum naturaliũ cõsequunt' eorũ formas substãtiales, quas sortiũtur ex impressione cęlestiũ corporũ. Et iõ ex eorundẽ impressione sortiũtur quasdã virtutes actiuas. Sed corporum artificialiũ formæ procedũt ex cõceptione artificis: [D. 613.] & cùm nihil aliud sint quàm cõpositio, ordo, & figura, vt dicit' in 1. Physi.* [Tex. to. 2.] nõ possunt habere naturalẽ virtutẽ ad agendum. Et inde est ꝙ ex impressione cælestium corporũ nullã virtutẽ sortiuntur, inquãtũ sunt artificialia, sed solùm secũdũ materiã naturalẽ. Falsũ est ergo quod Porphyrio videbatur, vt Aug. dicit in 10. de Ciuit. Dei* [cap. 9. & 1. & lib. 21. cap. 2. to. 5.] Herbis & lapidibꝰ & animantibus, & sonis certis quibusdam, ac vocibus, & figurationibus, atq; figmentis, quibusdã etiã obseruatis in cæli conuersione, motibꝰ syderũ, fabricari in terra ab hominibꝰ potestates idoneas syderũ variis effectibꝰ exequendis: quasi effectꝰ magicarũ artium ex virtute cælestiũ corporum ꝓuenirẽt. Sed sicut Aug. ibidẽ subdit* [lib. 10. de ciuit. cap.] totum hoc ad dæmones pertinet ludificatores animarum sibi subditarum. Vñ etiã imagines quas astronomicas vocãt, ex operatiõe dęmonum habẽt effectum. Cuiꝰ signum est ꝙ necesse est eis inscribi quosdã characteres qui naturaliter ad nihil operant'. Nõ enim est figura actionis naturalis principium. Sed in hoc distant astronomicæ imagines à necromanticis: ꝙ in necromãticis fiunt expressæ inuocationes & præstigia quædã. Vnde pertinent ad expressa pacta cum dæmonibus inita. Sed in aliis imaginibꝰ sunt quædam tacita pacta per quædã figurarum seu characterum signa.

¶ Ad tertiũ dicẽdum, ꝙ ad dominiũ diuinæ maiestatis pertinet, cui dæmones subsũt, vt eis vtatur Deus ad quodcunq; voluerit. Sed homini non est potestas super dæmones cõmissa, vt eis licitè possit vti ad quodcũq; voluerit: sed est eis cõtra dęmones bellũ indictũ. Vnde nullo modo

¶ Super quæstionis nonagesimæsextæ Articulum primum.

IN articu. 1. q. 96. duo tantum notanda occurrunt. Alterum est finis artis notoriæ, s. scientia per infusionem, & propterea inefficax est. Si enim finis esset scientia per disciplinam à dæmone docente colloquẽdo, licet esset illicita, q̃tum tñ est ex potestate naturali dæmonis, esset efficax: quia posset facile docere aliquẽ melius, quàm quicunque Philosophus, aut Astrologus, si Deus permitteret. Alterũ est in respõsione ad tertium, ꝙ sola societas non consummata, sed inita cũ dæmone, constituit illicitum peccati mortalis, quod constat in obseruantiis artis notoriæ committi. Quod nota propter casus.

¶ Super Quæstionis nonagesimæsextæ Articulum secundum. [3. contr. c. 105. Et opusc. 29. Et Gal. 4. lect. 4. col. 2.]

IN articulo. 2. eiusdem quæstionis nonagesimæsextæ not. in responsione ad primum, ly, Putatur habere naturalem virtutem. Quoniam hinc habes, ꝙ quando aliqui adhibent lapides, herbas, imagines, vel aliquid huiusmodi, ad sanandum vulnus, vel mitigandum dolorem, & huiusmodi, putando quod adhibeant naturales vel diuinas causas, etiam si errent, excusantur à superstitione, nisi ignorantia sit crassa & supina, excusationisque non capax.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum, quæstio occurrit de imaginibus astronomicis simpliciter, & ad hominem. Simpliciter quidem, quia tota ratio quare damnãtur figuræ astronomicæ est, quia in veritate non sunt causæ, sed signa, non naturalia, sed dæmoniaca. Ratio autem quare non põt esse imagines astronomicæ de numero causarum, assignatur ex parte agentis: quia sunt à conceptione artificis. Ex parte causæ formalis: quia forma artificialium est ordo, compositio, aut figura, quæ non est principium actionis naturalis. Hæ rationes hic & in tertio contra Genti. cap. 105. & in quolib. 12. arti. 14. sunt fundamenta conclusionis. Sed hæ rationes non concludunt necessario intentum: qm̃ quo ad causam efficientem dicitur, ꝙ sicut hic homo generatur ab homine & sole, ita hæc imago fit ab artifice & cælesti corpore, cùm sit opus corporale, ac per hoc subiectũ cælesti actioni. Quo ad cãm verò formalem dicitur primò, ꝙ licet figura non sit principium actionis naturalis: vt patet in motu grauium. Idem namque graue, puta ferrum, si latæ sit figuræ, natat in aqua: si acutæ, submergitur. Coefficit ergo vel impedit figura naturalem motum. Apparet quoque manifestè in instrumentis artium, quantum cooperetur figura, vt patet in serra & huiusmodi. Dicitur secundò, ꝙ licet figura, inquãtum figura, & inquantũ artificialis, non sit actionis principium: inquantum tamen imago cælestis figurę gerit vicem illius, cuius est imago. Et sic remanet quęstio ambigua simpliciter.

¶ Ad hominem verò, quia aut Autor hic retractat quod concessit in tertio contra Gen. cap. 105. aut non. Si non, sequitur quod imagines astronomicę sint tolerabiles, si sine characteribus fiant: & quòd conclusio istarum rationum non vt sonat hoc in loco sit accipienda, sed moderanda. Et oportet glossam inuenire non destruentem hunc textum: quoniam ibi post discussionem quomodo figura non potest suscipere influxum cælestis virtutis, subiungit hæc verba. Quia verò figuræ in artificialibus sunt quasi formæ specificæ, potest aliquis dicere quod nihil prohibet, quin constitutionem figuræ, quæ dat speciem imagini, consequatur aliqua virtus ex influentia cælesti, non secundum quòd figura est, sed secundum quòd causat speciem artificiati, quod adipiscitur virtutem ex stellis. Sed de literis quibꝰ inscribitur aliquid in imagine, vel characteribus, nihil aliud potest dici, quàm quòd signa sunt. Hæc ibi. Si verò retractat ista ibi dicta, mirum est quod non meminerit huius obiectionis seu euasionis de constitutione figuræ inquantum specificans est.

¶ Ordine retrogrado respondendo ad secundum dubium, quod est ad hominem, dicitur quod cùm clarè & aperte in hac litera concludatur vniuersaliter, quod corpora artificialia ex impressione cælestium corporum nullã virtutem sortiuntur, inquantum sunt artificialia, sed solum secundum materiam naturalem: & huic conclusioni repugnet illud quod ex libro contra Gen. affertur, s. ꝙ artificiatum, inquantum constituitur in specie, suscipiat influxum cælestem: quoniam constitui in specie artificiati conuenit corpori artificiali inquantũ artificiale: imò hoc est constituere ipsum corpus in tali esse artificiati: & rursus hoc non conuenit artificiato solum secundum materiam naturalem, sed ratione figuræ quæ est forma: in litera autem expressè dicitur quod non sortiuntur, inquantũ artificialia, sed solum secundũ materiã naturalem: quia, inquã, clarè apparet intentio Autoris in litera, quàm condidit post libros contra Gen. vt in principio primæ partis ipse insinuat, dicens quòd non solùm pro doctis &c. ideo dicitur quòd Autor non retractauit se propriè loquẽdo: quia illa verba nõ dixit in ꝓpria ꝑsona, sed dixit: posset aliquis dicere, sed cõfutauit, & exclusit hoc in loco qđ ibi non exclusit. Quod nullum est inconueniens, cùm naturaliter homo proficiat secũdũ intellectũ, nec oportuit meminisse specialiter figurę inquantum reponit in specie artificiati, summariè docens de artificialibus, inquantum artificialia, tam ratione formę, quàm materię: vt in litera fit. Sed qm̃ Autor in lib. contra Gen. post discussam hãc materiam distinxit figurã ab aliis formis artificialiũ, & videns eius principatum inter ipsas in hoc ꝙ ipsa est velut forma specifica artificialiũ, illã euasionẽ non est prosecutus: videtur dicẽdũ quod si bene perspiciantur verba illic dicta in illa euasione, non est sensus, ꝙ figura, inquantum causans speciem artificiati, suscipiat influxũ cęlestem, vt pręcedens rñsio interpretata est: sed est sensus, ꝙ figura, inquantũ causans speciem artificiati, talis s. ꝙ adipiscitur virtutem ex stellis, suscipere põt cęlestem influxum. Ita ꝙ ex hoc ꝙ figura est principalis forma inter artificiales, vtpote constituens in specie, nihil prohibet artificiale suscipiendo figurã, quasi specificam formã artificiati cęlo cõformis, suscipere simul cæleste aliquã virtutẽ ad ea quæ subduntur illi syderi. Et iuxta hũc sensu dicitur ꝙ non est hic retractatum seu confutatũ quod in libro contra Gen. dictum seu permissum est, & ꝙ non repugnat his quæ in hac litera traduntur: qm̃ litera loquitur hic de corporibus artificialibus inquantũ artificialia sunt: & propterea sola materia naturalis relinquitur capax influxus: ibi verò secundũ hãc singularissimã rõnem, inquãtũ cõstituuntur in specie cælestis conformitatis, rõne figuræ talis. In cuius signum hoc in loco dãnare volens Autor imagines astronomicas non audet eas dãnare sine signo sumpto ex characteribus. Ex quo vult ꝙ imaginibus vtãtur, non vt effectibus cæli, sed vt signis. Quia constat characteres nihil valere ad operationem naturalem sed ad significãdum tãtũm: quoniam illi nullius sunt actionis principia. Potest nihilominus litera (Non enim est figura actionis naturalis principium) referri ad ipsã necessitatẽ characterũ: quasi diceret, Cum figura imaginis non sit nãlis actionis principium, necesse est addere characteres ad hoc, vt imago induat rõnem signi: quo mediante dæmon operetur. Et quocunque modo hæc verba applicentur, sat est proposito, quod imagines astronomicæ non apparent hic damnandæ, nisi per figurarũ & characterum signa. Quæ harum solutionum moti ad hominem dubij eligenda sit, vt Autoris intentioni satisfiat, non facile dixerim. Valde namque magni fecisse videtur Autor rationẽ allatã in litera, cũ infert. Falsũ est ergo quod Porphyrio videbatur.

¶ Ad primum dubium simpliciter videtur mihi, saluo meliori iudicio, quòd imagines astronomicæ absque characteribus, non vt corpora artificialia sunt, sed vt effectus sunt cælestis syderis (licet ministerio humano) non sint damnandæ. Et ratio me mouens est, quia impressio (verbi gratia) figuræ leoninæ in auro sub tali sydere, est opus corporale subiectum cælo, supposita executione, & constitutio illius imaginis potest influxum cælestem suscipere: sicut aggressio bellica quæ voluntaria est, & in nostris consistit actibus, robur ex cęlesti sydere suscipit in tali tempore. Vnde de Guidone Bonacto Forliuiensi legitur, ꝙ capta hora secundum astrologiam, impetum fecit in hostes, & liberauit patriam. Et licet figura (vt in litera dicitur, & bene) nullius appareat naturalis actionis principium: & propterea faciens figuratum non facit actiuum, quia tñ figura est actionis naturalis comprincipium & dispositio ad formam, quę est naturalis actionis principium: nam sicut figura hominis est consequens formam hominis, ita similis figura est dispositio in materia ad suscipiendum formam homini: & figura cuiuscunque organi naturalis, puta, cordis, hepatis, manus, &c. inter dispositiones sunt ad formas organicas, & ad operationes, non quatenus figuræ, sed quatenus terminationes quędam corporũ naturaliũ: iõ nihil prohibere videtur, quin figura quę humano ministerio

terminare ponitur tale, corpus sub tali sydere, sit velut quædam secundã stella, propter conformitatem ad tale sydus. Non enim negari potest quin figuræ quædam cęlo approprietur, & quin occulti valde sint nobis modi cælestis influxus. Signum quoque cælestis conformitatis est, quod aiunt imaginem sub leone factam prodesse non omnibus hominibus, sed leoninis. Et sic de aliis, tanquam oporteat actiones fieri in patiente proportionato. Rationes ergo in litera allatę concludunt intentum de corporibus artificialibus, inquantum artificialia sunt, sic enim nihil habent à cælo.

Opusc.26. Et Gal.4. ec.4.

¶ In responsione ad tertium, nota radicem quare omnis societas cum dæmone ex suo genere est mortale peccatum quia s. est cum hoste iam indicto bello à Principe vniuersi inter nos & dæmones.

¶ Super Quæstionis nonagesimæsextæ articulum tertium.

IN art. 3. intellige titulum ex exemplis allatis in litera, argumentãdo in oppositum, & aduerte quod huiusmodi obseruationes si fiant ex cõsuetudine patriæ, vt Romæ oportet proprium tangere nasum, cum proximi corporis bona valetudo laudatur, & dicere, Angelus sanctus audiat. Et hoc passim à mulieribus fit, qñ ex quacũq; leuitate vel timore simplici corde fiunt, putantes se non malè facere, sed vane forsan, non sunt superstitionis, sed vanitatis rei qui hęc seruant. Multo magis excusantur à superstitionis vitio, q ex timore, ne ex cælesti influxu præueniens sinistrũ aliquod sit coeffectus alterius futuri mali: vt si timeant casum in mane signum depressionis futurę ex cõi cã cęlesti. Et breuiter cõiter hæc venialia videntur peccata, vt superius de diuinationibus & auguriis & cęteris dictum est, quando superfluus est timor aut irrationabilis.

Cap.20. to.3.

¶ Super Quæstionis nonagesimæ sextæ articulum quartum.

IN arti.4. eiusdem nonagesimæ sextæ quæstionis aduerte quod multa obseruantur in his, quæ pro Dei reuerentia aguntur, quæ superstitiosa apparent, & tñ fiũt: & dicũt se excusari quia habent talem deuotionem. Verbi gratia: patientes contractionem neruorum, accipiunt primum carlinum oblatum Crucifixo in parasceue cùm adoratur, & ex eo fit anulus, qui gestatus valet contra illam passionem. Dicunt quod habent deuotionem

q.117.ar.3 ad 2.

licet homini dæmonum auxilio vti per pacta tacita vel expressa.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum obseruationes quæ ordinantur ad præcognoscendum aliqua fortunia vel infortunia, sint illicitæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod obseruationes, quæ ordinantur ad præcognoscendum aliqua fortunia vel infortunia, non sint illicitæ. Inter alia enim inforrunia hominum sunt etiã infirmitates. Sed infirmitates in hominibus quædam signa præcedunt, quæ etiam à medicis obseruantur: ergo obseruare huiusmodi significationes non videtur esse illicitum.

¶2 Præterea, Irrationabile est negare illud, qđ quasi cõiter oẽs experiunur. Sed quasi omnes experiuntur, quod aliqua tẽpora, vel loca, vel verba audita, vel occursus hominum, siue animaliũ, siue distorti aut inordinati actus, aliquod pręsagium habent boni vel mali futuri: ergo obseruare ista non videtur esse illicitum.

¶3 Præterea, Actus hominũ & euẽtus ex diuina prouidentia disponuntur secũdũ ordinem quẽdã, ad quem pertinere videtur, quod præcedẽtia sint subsequẽtiũ signa. Vnde ea, quæ antiquis Patribus contigerunt, signa sunt eorũ, quæ in nobis coplẽtur, vt patet per Apostolũ primæ ad Cor. 10. Obseruare autem ordinem ex diuina prouidentia procedentem, non est illicitum. Ergo obseruare huiusmodi præsagia non videtur esse illicitum.

¶SED CONTRA est, qđ Aug. dicit in secundo de Doctr. Chri.* quod ad pacta cum dæmonibus inita, pertinent milia inaniũ obseruationum: puta si membrũ aliquod salierit, si iunctim ambulantibus amicis, lapis, aut canis aut puer medius interuenerit, limen calcare, cùm ante domũ suam aliquis transit, redire ad lectũ, si quis cùm se calciat, sternutauerit, redire domum si procedens offenderit, cum vestis à soricibus roditur, plus timere superstitiones mali futuri quàm præsens damnum dolere.

¶RESPONDEO dicendũ, quod homines hmõi obseruationes attendũt, non vt quasdã cãs, sed vt signa quædã futurorũ euentuũ bonorũ vel malorũ. Non obseruantur aũt sicut signa à Deo tradita, cum nõ sint introducta ex autoritate diuina, sed magis ex vanitate humana, cooperante dæmonũ malitia, q nituntur animos hominũ huiusmodi vanitatibꝰ implicare. Et iõ manifestũ est oẽs huiusmodi obseruatiões esse superstitiosas & illicitas. Et videntur esse quædã reliquię idololatriæ, secũdũ quam obseruabantur auguria, & quidã dies fausti vel infausti: quod quodãmodo pertinet ad diuinationẽ, quæ fit per astra, secũdum quæ diuersificãtur dies. Videtur ergo quod huiusmodi obseruatiões sint sine rõne & arte: vñ sunt magis vanæ & superstitiosæ.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quod infirmitatũ causæ præcedũt in nobis: ex quibꝰ aliqua signa præcedũt futurorũ morborũ, q̃ licitè à medicis obseruãt. Vñ & si qs præsagiũ futurorũ euẽtuũ cõsideret ex sua causa, nõ erit illicitũ, vt si seruꝰ timeat flagella iudicis vidẽs irã dñi sui. Et simile ẽt esse posset, si quis timeret nocumẽtũ alicui puero ex oculo fascinãte, de quo dictũ est in primo lib.* Sic autem nõ est in huiusmodi obseruationibus.

¶ Ad secundum dicendum, quod hoc quod à principio in istis obseruationibus aliquid veri homines experti sunt, hoc accidit casu. Sed postmodum cum homines incipiunt suum animum huiusmodi obseruantiis implicare: multa secundum huiusmodi obseruationes eueniunt per deceptionem dæmonum: vt in his obseruationibus homines implicati, curiosiores fiant, & se magis inferant multiplicibus laqueis perniciosi erroris: vt Augustinus dicit* secundo de Doctri. Christiana. cap.23. to.3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in populo Iudæorum, ex quo Christus erat nasciturus, non solùm dicta, sed etiam facta fuerunt prophetica, vt August. dicit contra Faustum.* Et ideo licitum est illa facta assumere ad nostram instructionem, sicut signa diuinitus data. Non autem omnia quæ aguntur per diuinam prouidentiam, sic ordinantur, vt sint futurorum signa. Vnde ratio non sequitur. lib.4. c.2. & lib.22. cap.24. to.6.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum suspendere diuina verba ad collum sit illicitum. Quol. 12. cap. 14.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod suspendere diuina verba ad collum non sit illicitum. Non enim diuina verba minoris sunt efficaciæ cùm scribuntur quàm cùm proferuntur. Sed licet aliqua sacra verba dicere ad aliquos effectus, puta ad sanandum infirmos, sicut Pater noster vel Aue Maria, vel qualitercunque nomen Domini inuocetur, secundum illud Mar. vlt. In nomine meo eiicient dæmonia, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. ergo videtur quod licitum sit aliqua sacra scripta collo suspendere in remedium infirmitatis, vel cuiuscunque nocumenti.

¶2 Præterea, Verba sacra nõ minus operant᷑ in corporibus hominum, q̃ in corporibus serpentũ & aliorũ animaliũ. Sed incantationes quandã efficaciam habent ad reprimendũ serpentes, vel ad sanandũ quædã alia animalia. Vñ dicitur in Psal. 57. Sicut aspidis surdę & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venifici incantantis sapienter. Ergo licet suspendere sacra verba ad remedium hominum.

¶3 Præterea, Verbũ Dei nõ est minoris sanctitatis quã reliquię Sanctorum. Vnde Aug.* dicit, quod non minus est Verbum Dei, quàm corpus Christi. Sed reliquias Sanctorum licet homini collo suspendere, vel qualitercũque portare ad suam protectionem. ergo pari ratione licet homini verbo vel scripto verba sacræ Scripturæ ad suam tutelam assumere. libr. 50. Hom.26. ante medium. to. 10.

¶SED CONTRA est quod Chryso. dicit super Matth.* Quidam aliquam partem Euangelij scriptã circa collũ portãt. Sed nonne quotidie Euãgeliũ in Ecclesia legitur, vt audiatur ab omnibꝰ? Cui ergo in auribus posita Euãgelia nihil prosunt, quomodo possunt eũ circa collũ suspẽsa saluare? Deinde vbi est virtus Euãgelij? in figuris literarũ, an in intellectu sensuũ? Si in figuris, bene circa collũ suspendis: si in intellectu, ergo melius in corde posita prosunt, quàm circa collum suspensa. * Hom. 43. in opere imperf. à medio illius to. 2.

¶RESPONDEO dicendum, quod in omnibus incantationibus vel scripturis suspensis duo cauenda videntur. Primò quidẽ, quid sit quod profertur vel scribitur: quia si est aliquid ad inuocationes dæmonũ pertinens, manifestè est superstitiosum & illicitũ. Similiter ẽt videtur esse cauendum, si cõtineat ignota nomina: ne sub illis aliquid illicitũ lateat. Vnde Chrysost. dicit super Matth.* quod Pharisæorum magnificantiũ fimbrias suas exemplo, nunc multi aliqua nomina Hebraica angelorũ cõfingunt, & scribunt, & alligant: quæ non intelligentibus metuenda videntur. Est ẽt cauendum ne aliquid falsitatis cõtineat: quia sic eius effectus nõ posset expectari à Deo, qui nõ est testis falsitatis. Deinde cauendũ est secũdò, ne cũ verbis sacris cõtineãtur aliqua vana: puta aliqui characteres inscripti pręter signũ crucis. Aut si spes habeatur in mõ scribendi aut ligandi, aut in quacunq; hmõdi vanitate, quę ad diuinã reuerentiã non ptineant: quia hoc iudicaretur supẽrstitiosũ: alias autem est licitũ. Vnde in Decretis dr̃ 26. q. 5. c. non liceat Christianis, &c. Nec in collectionibus herbarũ, quę medicinales sunt, aliquas obseruationes aut incãtationes licet attendere, nisi tm̃ cum Symbolo diuino aut Dominica oratione: vt tantum creator & Deus omnium adoretur & honoretur. loco iam citato.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam proferre diuina verba, aut inuocare diuinum nomen, si respectꝰ habeatur solum ad Dei reuerentiam, à qua expectatur effectus, licitum erit: si verò habeatur respectus ad aliquid aliud vane obseruatum, illicitum erit.

¶ Ad secundum dicendum, quod etiã in incantationibus serpentum vel quoruncunque animalium, si respectus habeat᷑ solum ad verba sacra, & ad virtutem diuinam, non erit illicitũ, sed plerunque tales incantationes habẽt illicitas obseruãtias, & per dæmones sortiuntur effectum, & præcipuè in serpentibus

ad hoc quia sic didicerunt & experiũtur. Ego nescio hos excusare à vanitate, nisi patet quis expertus effectũ ex deuotione, quod Deus alicui sancto viro hoc inspirauerit. Sicut hodie, quia Grego. triginta diebꝰ orari fecit pro defuncto, missæ nume. 30. dicuntur pro defuncto. Videtur ergo simplici corde similia credentes & faciẽtes ex deuotiõe, excusandi, qa non peccãt, aut venialiter tantũ, ex quo principale, puta quod diuina assistat virtus, potest sustineri, licet nesciant aliã reddere rationẽ, quare has conditiones, quæ vanæ sunt, obseruant, nisi quia sic acceperunt à maioribus. Difficile est enim cõfutare quod seniorũ traditione & autoritate firmatũ, vulgares accepe rũt. Non sunt tamẽ hæc extendenda, sed prudenter declarãda, vbi fructꝰ speratur, ne deteriora eueniant. Videntur enim hæc sic simplici corde ex deuotione facta, valde imperfectè superstitionẽ sapere. Sicut mendacium iocosum imperfectũ est in genere peccati in proximum.

ordinar. sup Psal. 57.

D.895.

¶ Super Quæstionis nonagesimæseptimæ Articulum primum.

IN artic.1. q.97. aspice in quo consistit formale interpretatiue tẽtationis Dei, scilicet in hoc quod absq; necessitate vel vtilitate respuat homo causas secundas. Et aduerte in responsione ad tertiũ quod respuere corporalẽ medicinã contingit tripliciter. Primò, tẽpore martyrij. Et hoc nõ est tẽtare Deũ: quoniam vtilitas maxima est, & necessitas prõptitudinis animi ad sustinendũ, & sic promptè testimoniũ perhibendũ fidei Christianæ. Nam si medicinã corporalẽ susciperet, videretur minus sponte hæc pati, & euitare passionẽ quantũ posset. Cuius oppositũ sancti martyres facto docuerunt. Secundò, absolutè in toto tempore vitæ suæ. Et hoc e[st] de quo Agatha in Domino gloriatur, & in litera excusatur ex diuina experientia. Nam de communi lege hoc esset tentare Deum. Scriptum est enim. Altissimus de terra creauit medicinam & vir sapiens non despiciet illam. Tertiò, ratione spiritualis profectus. Et hoc si infra limites rationabilis obsequij sit, nõ est tentare Deum, sed semetipsum offerre hostiam viuentem Deo. Et hoc modo Sancti, qui dati sunt in exemplum cæteris, & præsertim religiosis in hoc mundo, dolores iliacos, vlcera, &c. quæ patiuntur, suscipiunt libenter & vtuntur eis vt instrumentis diuinitus sibi concessis ad carnis subiectionem & mortificationem & ad Iesu Christi passionis participationem. Et ideo respuunt medicinam. Et egrè ferent si filialis dilectionis signum hoc perderent, sanitatem recuperando. Sed hi licet infirmentur in carne, fortissimi sunt ad spiritualia, ita vt nihil mali videantur quãdoque habere.

3. q.41. art. 4. ad 2. & 2. cor.

lib.6. cap. Qualiter discipuli à Christo missi. tom.5.

¶ Super Quæstionis nonagesimæseptimæ Articulum secundum.

IN articul. 2. eiusdem 97. quæstionis, iunge doctrinam in calce articuli traditam, rationi positæ

bus: quia serpens fuit primum dæmonis instrumẽtum ad hominẽ decipiendum. Vnde dicit gl.* ibid. Notandũ quia non laudatur à Scriptura, vndecũq; datur in Scriptura similitudo: vt patet de iniquo iudice, qui rogãtem viduam vix audiuit.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quod eadem etiam ratio est de portatione reliquiarũ: qa si portentur ex fiducia Dei & sanctorum, quorũ sunt reliquiæ, non erit illicitũ. Si aũt circa hoc attẽderetur aliquid aliud vanum, puta quòd vas esset triangulare, aut aliquid aliud huiusmodi, quod non pertineret ad reuerẽtiam Dei & sanctorum, esset superstitiosum & illicitum.

¶ Ad quartũ dicendũ, quòd Chrys. loquitur, quãdo respectus habetur magis ad figuras scriptas, q̃ ad verborũ intellectũ.

QVÆSTIO NONAGESIMAseptima, de Tentatione Dei, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de vitiis religioni oppositis per religionis defectum, quę manifestã habent contrarietatẽ ad religionem. Vnde sub irreligiositate cõtinẽtur. Huiusmodi autem sunt ea quæ pertinent ad contemptũ, siue ad irreuerentiam Dei & rerum sacrarum. Primo ergo considerandum est de vitiis, quæ pertinent directè ad irreuerentiam Dei. Secundo, de his quæ pertinent ad irreuerentiam sacrarum rerum.

¶ Circa primũ considerandum occurrit de tentatione qua Deus tentatur, & de periurio in quo nomen Dei irreuerenter assumitur. ¶ Circa primum quæruntur quatuor. ¶ Primò, in quo cõsistit Dei tentatio. ¶ Secundò, vtrũ sit peccatum. ¶ Tertiò, cui virtuti opponatur. ¶ Quartò, de comparatione eius ad alia vitia.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum Dei tentatio consistat in aliquibus factis, in quibus solus diuinæ potestatis expectatur effectus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod tentatio Dei non consistat in aliquibus factis, in quibus solius diuinæ potestatis expectatur effectus. Sicut enim Deus tentatur ab homine, ita etiam homo tentatur & à Deo & ab homine & à dæmone. Sed non qualitercunque tentatur homo, expectatur aliquis effectus potestatis ipsius: ergo etiam neque per hoc quod Deus tentatur, expectatur solus effectus potestatis ipsius.

¶ 2 Præterea, Omnes illi qui per inuocationem diuini nominis miracula operantur, expectant aliquem effectũ solius diuinæ potestatis. Si ergo in factis huiusmodi cõsisteret diuina tẽtatio, quicunq; miracula facerent, Deum tentarent.

¶ 3 Præterea, Ad perfectionem hominis pertinere videtur, vt prætermissis humanis auxiliis in solo Deo spẽ ponat. Vnde Amb*. super illud Luc.9. Nihil tuleritis in via, &c. dicit. Qualis debeat esse qui euangelizat regnũ Dei, præceptis euangelicis designatur, hoc est, vt subsidij secularis adminicula non requirat, fideiq; totius inhærens putet, quo minus ista requiret, magis posse suppetere. Et beata Agatha dixit, Medicinam corporalem corpori meo nunquam exhibui, sed habeo Dominum Iesum Christum qui solo sermone restaurat vniuersa. Sed Dei tentatio non consistit in eo quod ad perfectionem pertinet. ergo tentatio non consistit in huiusmodi factis, in quibus expectatur solum Dei auxilium.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit 22. cõtra Faustum*, quod Christus qui palã docendo, & arguẽdo & tamen inimicorum rabiem valere in se aliquid non sinendo, Dei demonstrabat potestatem: idem tamen fugiendo & latẽdo hominis instruebat infirmitatem, ne Deum tentare audeat, quando habet quod faciat, vel quod cauere oportet, euadat: Ex quo videtur in hoc Dei tentationem consistere, quando prætermittit homo facere quòd potest ad pericula euadenda, respiciens solum ad auxilium diuinum. Cap.36. tom.6.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd tentare est propriè experimentũ sumere de eo, qui tẽtatur. Sumimus autẽ experimentũ de aliquo & verbis & factis. Verbis quidẽ, vt experiamur an sciat quod quærimus, vel possit aut velit illud implere. Factis autem cum per ea quæ facimus, exploramus alterius prudentiã, vel volũtatem, vel potestatẽ. Vtrũq; autem horum cõtingit dupliciter. Vno quidem modo apertè: sicut cum quis tentatorem se profitetur: sicut Samson Iudi.14. proposuit Philistæis problema ad eos tẽtandũ. Alio vero modo insidiosè & occultè: sicut Pharisæi tentauerũt Christum: vt legitur Matth. 22. Rursus quãdoq; quidẽ expressè, puta cum quis dicto vel facto intendit experimentũ sumere de aliquo. Quãdoque verò interpretatiuè, quãdo scilicet etsi hoc non intendat vt experimentum sumat, id tamen agit vel dicit quod ad nihil aliud videtur ordinabile, nisi ad experimentũ sumendum. Sic ergo homo tentat Deũ quandoq; verbis, quandoq; factis. Verbis quidem Deo colloquimur orando. Vnde in sua petitione expressè aliquis Deum tentat, quando ea intentione aliquid à Deo postulat, vt exploret Dei scientiam, potestatem, vel volũtatem. Factis autẽ expressè aliquis Deũ tentat, quando per ea quæ facit, intendit experimentũ sumere diuinæ potestatis siue pietatis atq; scientiæ. Sed quasi interpretatiuè Deum tentat, qui etsi non intendat experimentũ de Deo sumere, aliquid tamen petit vel facit quod ad nihil aliud est vtile, nisi ad probandam Dei potestatem vel bonitatem vel cognitionẽ: sicut cum quis equũ currere facit, vt euadat hostes, hoc nõ est experimẽtum de equo sumere. Sed si equũ currere facit absq; aliqua vtilitate, hoc nihil aliud esse videtur quã experimentũ sumere de equi velocitate. Et idẽ est in omnibꝰ aliis rebꝰ. Quãdo ergo ꝓpter aliquã necessitatẽ seu vtilitatem cõmittit se aliquis diuino auxilio in suis petitionibus vel factis, hoc non est Deum tentare: dicitur enim in 2. Paralipom. 20. Cum ignoramus qđ agere debeamus, hoc solũ habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Quando verò hoc agitur absq; vtilitate & necessitate, hoc est interpretatiuè tẽtare Deũ. Vnde super illud Deuteron. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum: dicit gloss. Deum tentat, qui habens quod faciat, sine ratione committit se periculo, experiens vtrum possit liberari à Deo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo etiam quandoque factis tentatur, vtrum possit, vel sciat vel velit huiusmodi factis auxilium vel impedimentum præstare.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sancti suis precibus miracula facientes ex aliqua necessitate vel vtilitate mouentur ad petendum diuinæ potestatis effectum.

¶Ad tertium dicendũ, quòd prædicatores regni Dei ex magna necessitate & vtilitate subsidia tẽporalia ꝑtermittũt, vt verbo Dei expeditius vacẽt. Et ideo si soli Deo innitãtur, non ex hoc tẽtant Deũ. Sed si absq; vtilitate vel necessitate humana subsidia deferrẽt, tentarẽt Deũ. Vnde & August. dicit 22. cõtra Faustum*, quòd Paulus non fugit quasi non credendo in Deũ, sed ne Deũ tentaret si fugere noluisset, cum sic fugere potuisset. Beata verò Agatha experta erat erga se diuinã beneuolentiã, vt vel infirmitates nõ pateretur, pro quibus corporali medicina indigeret, vel statim sentiret diuinæ sanationis effectum. cap.36. tom. 6.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum tentare Deum sit peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd tentare Deũ non sit peccatũ. Deus enim non præcepit aliquod peccatum. Præcepit autẽ vt homines eum probẽt, quod est eum tentare. Dicitur enim Mal. 3. Inferte omnem decimã in horreum meum, vt sit cibus in domo mea: & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cœli. ergo videtur quòd tentare Deum non sit peccatum. 1. q. 112. art.2. cor.

Universidad de Deusto Biblioteca

pesitæ in corpore eiusdem. Et vide quòd cùm in Deo sint tria, posse, scire, & velle, & tentare Deum ignorantiam vel dubitationem malam claudat, consequens est quod si qd est quod licet dubitare de Deo, hoc extra tentationem Dei sit, si cum debitis circunstãtiis fiat: & quoniam de Dei voluntate, quid circa aliquid particulare velit nescimus, licitum est si necessitas, aut vtilitas cum debitis adsit circunstantiis, per signum instructionem à Deo petere. De Dei potentia autem, scientia, & veritate dicti diuini, & aliis quæ ad Dei perfectionē & excellentiam spectant, dubitare non licet. Et propterea velle hæc explorare, peccatum est. Et scito quod ad primum modum, scilicet instructionis, spectat, si quis dubitat an reuelans aut promittens sit Deus. Vnde Iudicum sexto laudatur à glossa Gedeon, quando primò explorare voluit an esset Angelus lucis qui ei apparuit. *Art. præ.* Et similiter si dubitet, an sit promissio absolutè, an secundum merita secundarum causarum, quando hoc expedit scire. De vtroque enim horum licitum est dubitare. Et humiliter petere signū pro opportuna instructione, nullum peccatum est.

¶ *Sup Quæstionis nonagesimæ septimæ Articulum tertium.*

IN articul. tertio in responsione ad secundum legito literam prudenter, vt inde solicitior fias, vt præpares animā tuam ante orationem, vt quod in te est faciendo, in irreuerentiam diuinam non incidas, & scrupulum non incurras peccati tentationis Dei, si negligens fueris. Quoniam non nisi extenso vocabulo, irreuerentia, hæc tētatio Dei est. *Q. 87. art. 1.* Vnde & dicitur quasi tentatio Dei.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ septimæ Articulum quartum.*

IN articulis quarto, tertio, & secundo, simul dubium occurrit, an tentare Deū sit semper peccatum mortale. Et est ratio dubij, quia in articul. tertio ponitur, quod tentare Deum est contra diuinam excellentiam, & in articul. quarto cōparatur secundum grauitatē idololatriæ. Constat autem quòd hæc non dicuntur de peccatis venialibus. Ergo est semper peccatum mortale. Et alia

¶ 2 Præterea, Sicut aliquis tētatur ad hoc quòd experiētia sumatur de scientia vel potētia eius, ita etiā & de bonitate & voluntate ipsius. Sed licitū est quòd aliquis experimentū sumat diuinæ bonitatis siue etiā voluntatis. Dicitur enim in Psal. 33. Gustate & videte quoniam suauis est Dñs. Et ad Rom. 12. Vt probetis quæ sit voluntas Dei bona & beneplacēs & perfecta. ergo tentare Deū non est peccatū.

¶ 3 Præterea, Nullus vituperatur in Scriptura ex eo quod à peccato cessat, sed magis si peccatum cōmittit. Vituperatur autē Achaz, qui Domino dicente, Pete tibi signum à Domino Deo tuo, respōdit, Non petam, & non tentabo Dominum. Et dictum est ei, Nunquid parum est vobis molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? vt dicitur Isa. 7. De Abraham autem legitur Genes. 15. quòd dixit ad Dominū, Vnde scire possum quòd possessurus sim eam, scilicet terrā repromissam à Deo? Similiter etiā Gedeon signum à Deo petiit de victoria repromissa, vt legitur Iudicum 6. qui tamen ex hoc non reprehenduntur. ergo tentare Deum non est peccatum.

¶ SED CONTRA est, quod prohibetur in lege Dei. Dicitur enim Deuter. 6. Non tentabis Dñm Deum tuum.

¶ RESPONDEO dicendum, quod sicut suprà dictum est*, tētare est experimētum sumere: nullus autem experimētum sumit de eo, de quo est certus. Et ideo omnis tētatio ex aliqua ignorantia vel dubitatione procedit, vel eius qui tētat, sicut cùm quis experimētum de aliqua re sumit, vt eius qualitatem cognoscat, siue aliorū: sicut cùm quis experimentū de aliquo sumit vt aliis ostēdat: per quē modū Deus dicitur nos tentare. Ignorare autē vel dubitare de his, quę pertinēt ad Dei perfectionē, est peccatū. Vnde manifestū est, quod tētare Deū ad hoc quod ipse tentās cognoscat Dei virtutem, est peccatū. Si quis autē ad hoc experimentum sumat eorū quę ad diuinā perfectionem pertinēt nō vt ipse cognoscat, sed vt aliis demonstret, hoc non est tentare Deū, cùm subsit iusta necessitas seu pia vtilitas, & alia quæ ad hoc cōcurrere debēt. Sic enim Apostoli petiuerūt à dño, vt in nomine Iesu Christi fierēt signa: vt dicitur Act. 4. Ad hoc scilicet quod virtus Christi in fidelibus manifestaretur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd solutio decimarū erat in lege præcepta, vt suprà habitum est*. vnde habebat necessitatem ex obligatione præcepti, & vtilitatem quæ ibi dicitur, vt sit cibus in domo mea. vnde soluendo decimas non tentabant Deum. Quod autem ibidem subditur. Et probate me, non est intelligendum causaliter, quasi ad hoc soluere deberent decimas, vt probarent si Deus aperiret eis cataractas cœli: sed consecutiuè, quia scilicet si decimas soluerent, experimento probaturi erant beneficia, quæ eis Deus conferret.

¶ Ad secundum dicendum, quod duplex est cognitio diuinæ bonitatis vel voluntatis, vna quidem speculatiua. Et quantū ad hanc nō licet dubitare, nec probare, vtrum Dei voluntas sit bona: vel vtrum Deus sit suauis. Alia autem est cognitio diuinæ voluntatis, siue bonitatis affectiua siue experimentalis, dum quis experitur in seipso gustum diuinæ dulcedinis, & complacentiam diuinæ voluntatis. Sicut de Hierotheo dicit Dion. 2. cap. * de Diui. no. quod didicit *part. 1. in fine.* diuina ex cōpassione ad ipsa. Et hoc modo mouemur vt probemus Dei voluntatem, & gustemus eius suauitatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus volebat signum dare regi Achaz non pro ipso solum, sed pro totius populi instructione. Et ideo reprehenditur quasi impeditor cōmunis boni & salutis, quod signum petere nolebat. Nec petendo tentasset Deum: tum quia ex mandato Dei petiisset, tum quia hoc pertinebat ad vtilitatem communem. Abraham autem signum petiit ex instinctu diuino, & ideo non peccauit. Gedeon verò ex debilitate fidei signum petiisse videtur, & ideo à peccato non excusatur: sicut ibidem glos. dicit. Sicut & Zacharias peccauit, dicens Lucæ 1. ad Angelum, Vnde hoc sciam? Vnde & propter hanc incredulitatem punitus fuit. Sciendum tamen quod dupliciter aliquis signum petit à Deo. Vno modo, ad explorandum diuinam potestatem aut veritatem dicti eius: & hoc de se pertinet ad Dei tentationem. Alio modo, ad hoc quod instruatur quid sit circa aliquod factum placitum Deo. Et hoc nullo modo pertinet ad Dei tentationem.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum tentatio Dei opponatur virtuti religionis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd tentatio Dei nō opponatur virtuti religionis. Tentatio enim Dei habet rationem peccati ex hoc quod homo de Deo dubitat, vt dictum est*. *Art. præc.* Sed dubitare de Deo pertinet ad peccatum infidelitatis, quod opponitur fidei. Ergo Dei tentatio magis opponitur fidei quàm religioni.

¶ 2 Præterea, Ecclesia. 18. dicitur, Ante orationem præpara animam tuā, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Vbi dicit glossa interlinearis, qui, scilicet tentans Deum, orat quod docuit, sed non facit quod iussit. Sed hoc pertinet ad præsumptionem, quæ opponitur spei: ergo videtur quòd tentatio Dei sit peccatum oppositum spei.

¶ 3 Præterea, super illud Psal. 77. Et tentauerunt Deum in cordibus suis: dicit glossa quòd tentare Deum est dolose postulare, vt in verbis sit simplicitas, cùm sit in corde malitia. Sed dolus opponitur virtuti veritatis: ergo tentatio Dei non opponitur religioni, sed veritati.

¶ SED CONTRA est, quod sicut ex prædicta glo.* habetur, *In art. præced.* tentare Deum est inordinate postulare. Sed debito modo postulare est actus religionis, vt suprà habitum est*. ergo *Q. 83. art 3.* tentare Deum est peccatum religioni oppositum.

¶ RESPONDEO dicendum, quod sicut ex supradictis patet*, *Q. 81. art. 1. & 4.* finis religionis est, Deo reuerentiā exhibere. Vnde omnia illa quæ directè pertinent ad irreuerentiam Dei, religioni opponuntur. Manifestū est autem, quod tentare aliquem ad irreuerentiam eius pertinet. Nullus enim præsumit tentare eum, de cuius excellētia certus est. Vnde manifestum est, quod tētare Deum est peccatum religioni oppositum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est*, ad religionem pertinet protestari fidem per aliqua *q. 81. art. 7.* signa ad diuinam reuerentiam pertinentia. Et ideo ad irreligiositatem pertinet, quod ex incertitudine fidei homo aliqua faciat, quæ ad diuinam irreuerentiā pertinent, cuiusmodi est tentare Deum: & ideo est irreligiositatis species.

¶ Ad secundum dicendum, quod ille, qui ante orationem animā suam non præparat, dimittendo siquid aduersum aliquem habet, vel alias ad deuotionem se non disponendo, non facit quod in se est, vt exaudiatur à Deo: & ideo quasi interpretatiue tentat Deum. Et quamuis huiusmodi interpretatiua tentatio videatur ex præsumptione seu indiscretione prouenire, tamen hoc ipsum ad irreuerentiam Dei pertinent, vt homo præsumptuosè, & sine debita diligentia se habeat in eis, quæ ad Deum pertinēt. Dicitur enim primæ Petri 5. Humiliamini sub potenti manu Dei. Et 2. ad Timoth. 2. Solicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo. Vnde huiusmodi tentatio, irreligiositatis species est.

¶ Ad tertium dicendum, quod in comparatione ad Deum, qui nouit cordis abscondita, non dicitur aliquis dolosè postulare sed per respectum ad homines. Vnde dolus per accidens se habet ad tentationem Dei. Et proper hoc non oportet, quod tentatio Dei directè opponatur veritati.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum tentatio Dei sit grauius peccatum quàm superstitio.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd tentatio Dei sit grauius peccatum quàm superstitio. Maior enim pœna pro maiori peccato infertur. Sed grauius est punitum in Iudæis peccatum tentationis Dei, quàm peccatum idololatriæ, quod tamen est præcipuum

parte obstat, quia Zacharias pater Ioānis Baptistæ, peccauit tentando Deum, & tamen non mortaliter. Et similiter Gedeon, vt in litera dicitur, peccauit petendo signum in vellere: & tamē tunc est exauditus, & in Catalogo sanctorū ponitur ad Hebræos 11.

¶ Ad hoc dicitur quòd tentare Deum ex suo genere est peccatum mortale: & ex illius dubitatione procedit, vt in litera dicitur. Propter imperfectionem tamen actus pluries interuenit aliqualis Dei tentatio absq; mortali peccato, sicut etiam in quolibet genere peccati inuenitur aliquid veniale propter imperfectionem actus. Vnde Zacharias, licet peccauerit petendo signum, non nisi venialiter tamen peccauit: vt etiam pœna temporalis cū amplitudine Spiritussancti cōpleta pœna testatur. Et peccatū eius fuit, quia non credidit verbis Angeli. Videns quippe angelum, & audiens exauditā orationem suam pro salute populi, ac prope esse saluatorem Messiam, ita quod ex eo & vxore nasciturus erat præcursor eius, vt Helias: quum sciret ipse sacerdos ex Scriptura tempus Messię adesse, non plenè credidit se generaturum præcursorem. Itaque motus ex causis secundis, id est, ex naturali impossibilitate generationis ex sene & sterili etiam in senectute, nō plenè credidit ista annuntiari à Deo per Angelum sanctum, quāuis opinaretur quod ille esset Angelus sanctus. Et *Art. 1. & 2.* propter hanc fidei debilitatem petebat signum vt firmiter adhæreret sine qua firma adhæsione non credimus, propriè loquendo. In cuius signum Angelus statim respondit, Ego sum Gabriel, & missus sum, &c. Hæc autem infirmitas fidei non fuit de potentia, neque de excellentia, neque de prouidentia diuina, neque de veritate diuini dicti, sed de nuntio Dei. Superflua tamen: *In cor. ar.* quia ex circunstantiis, & dictis, & quia nihil ei mandabatur agendum cum aliquo periculo, debebat firmare iudicium suum, quo sibi videbatur nuntius Dei esse & consequenter credere omnia futura. Et ideo fuit venialis. Gedeon verò à quibusdam excusatur tanquam ex familiaritate diuina petierit illa duo signa in vellere. Et posset fortè excusari, quod pro ampliori Dei gloria manifestāda exercitui, cùm esset nouus dux, non exploratiuè, sed deprecatiuè cum humilitate pro maiori sua gloria Deus hæc signa propalanda faceret. Si tamen

cipuū inter superstitiones: quia pro peccato idololatrię interfecti sunt ex eis viginti tria millia hominū: vt legit Exod. 30. Pro peccato autē tentationis oēs vniuersaliter in deserto perierunt, terrā promissionis nō intrātes, secundū illud Psal. 94. Tētauerunt me Patres vestri. Et postea subditur, Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiē meā. Ergo tentare Deum est grauius peccatum quàm superstitio.

¶ 2 Præterea, Tāto aliquod peccatū videtur esse grauius, quāto magis virtuti opponit. Sed irreligiositas, cuius species est tētatio Dei, magis opponit virtuti religionis quā superstitio, quæ habet aliquā similitudinem cum ipsa. Ergo tētatio Dei est grauius peccatum quàm superstitio.

¶ 3 Præterea, Maius peccatū videtur esse irreuerēter se habere ad parentes, quàm reuerētiam parētibus debitā aliis exhibere. Sed Deus est honorādus à nobis sicut omnium pater, vt dicitur Malach. 1. Ergo maius peccatū esse videt tentatio Dei, per quam irreuerēter nos habemus ad Deū, quàm idololatria, per quam reuerentia Deo debita, exhibetur creaturæ.

¶ SED CONTRA est, quod super illud Deut. 17. Cum reperti fuerint apud te, &c. dicit gl. Lex errorē & idololatriā maximè detestat. Maximū enim est scelus honorē Creatoris impendere creaturæ.

¶ RESPONDEO dicēdum, quod in peccatis, quæ religioni aduersantur, tanto aliquod grauius est, quāto magis diuinæ reuerētiæ aduersat. Cui quidē minus aduersat, quod aliquis de diuina excellētia dubitet, quàm quod cōtrariū per certitudinem sentiat. Sicut enim magis est infidelis, qui in errore cōfirmatus est, quàm qui de veritate fidei dubitat, ita etiā magis cōtra Dei reuerentiā agit, qui suo facto protestatur errorem contra diuinam excellentiam, quàm qui protestatur dubitationem. Superstitiosus autem protestatur errorem, vt ex dictis patet. Ille autem qui tentat Deum verbis, vel factis, protestatur dubitationem de diuina excellentia, vt dictū est*. Et ideo grauius est peccatū superstitionis, quàm peccatum tentationis Dei.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quod peccatū idololatriæ nō fuit punitū illa pœna, quasi sufficiēti: sed in posterū pro illo peccato grauior pœna reseruabat. Dicitur enim Exod. 32. Ego autem in die vltionis visitabo hoc peccatum eorum.

¶ Ad secundū dicendū, quod superstitio habet similitudinē cū religione, quantū ad materialē actū, quem exhibet, sicut religio: sed quantū ad finē plus cōtrariatur ei, quā tētatio Dei: quia plus pertinet ad diuinam irreuerentiam, vt dictum est*.

¶ Ad tertiū dicēdum, quod de ratione diuinę excellētiæ est, quod sit singularis & incōmunicabilis. Et ideo idē est cōtra diuinā reuerentiā agere aliquid, & diuinā reuerentiā alteri cōmunicare. Nō est autem similis ratio de honore parentum, qui potest sine culpa, aliis communicari.

QVÆSTIO NONAGESIMA-nona, de Periurio, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de periurio. Et circa hoc quęrūtur quatuor. ¶ Primò, vtrū falsitas requiratur ad periurium. ¶ Secundò, vtrum periurium sit semper peccatum. ¶ Tertiò, vtrū sit peccatum mortale. ¶ Quartò, vtrum peccet ille qui iniungit iuramentum periuro.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum falsitas eius quod in iuramento confirmatur, requiratur ad periurium.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod falsitas eius quod in iuramēto cōfirmatur, non requiratur ad periuriū. Vt enim supra dictū est*, sicut veritas debet cōcomitari iuramentum, ita etiā iudiciū & iustitia. Sicut ergo īcurrit periurium per defectū veritatis, ita etiā per defectum iudicij, puta, cùm aliquis indiscretè iurat, & per defectū iustitiæ, puta, cùm aliquis iurat aliquid illicitū.

¶ 2 Præterea, Illud per quod aliquid cōfirmatur, potius esse videtur eo quod cōfirmatur per illud: sicut in syllogismo principia sunt potiora cōclusione. Sed in iuramēto confirmat dictū hominis per assumptionē diuini nominis. Ergo magis videtur esse periuriū, cùm aliquis iurat per falsos deos, quā si veritas desit dicto hominis, quod iuramento confirmatur.

¶ 3 Pręterea, August. dicit in sermone de verbis Apostoli Iacobi*, Homines falsū iurant, vel cum fallūt, vel cùm fallūtur. Et ponit tria exēpla: quorū primum est, Fac illum iurare, qui verum putat esse pro quo iurat. Secundū est, Da alium qui scit falsum esse & iurat. Tertium est, Da aliū, qui putat esse falsum & iurat tanquā sit verū, quod fortè verū est: de quo postea subdit quòd periurus est. Ergo aliquis veritatē iurās potest esse periurus. Non ergo falsitas requirit ad periuriū.

¶ SED CONTRA est, quod periuriū diffinit esse mēdaciū, iuramēto firmatū.

¶ RESPONDEO dicēdum, quod sicut suprà dictū est*, morales actus ex fine speciē sortiunt. Finis autē iuramēti est cōfirmatio dicti humani, cui quidē cōfirmationi falsitas opponit. Per hoc enim cōfirmat aliquod dictū, quod ostēdit firmiter esse verū: quod quidē nō potest cōtingere de eo quod falsū est. Vnde falsitas directè euacuat finē iuramēti. Et propter hoc à falsitate præcipuè specificat peruersitas iuramēti, quæ periurium dicitur. Et ideo falsitas est de ratione piurij.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quod sicut Hieron. dicit Hiere. 4. quodcūque illorū triū defuerit, periuriū est, non tamē eodē ordine. Sed primò quidē & principaliter, periuriū est quando deest veritas, ratione iam dicta*. Secundariò autē, quādo deest iustitia. Quocunq; enim modo quis iurat illicitū, ex hoc ipso falsitatem incurrit, quia obligatus est ad hoc quod cōtrariū faciat. Tertiò verò, quando deest iudiciū, quia cùm indiscretè iurat, ex hoc ipso periculo se cōmittit falsitatem incurrēdi.

¶ Ad secundum dicendum, quod principia in syllogismis sunt potiora, tanquam habentia rationē actiui principij: vt dicitur in 1. Physi*. Sed in moralibus actibus principalior est finis, quàm principium actuū. Et ideo licet sit peruersum iuramētum quando aliquis verū iurat per falsos deos, tamen ab illa peruersitate iuramēti periurium non nominatur: quod tollit iuramenti finem, falsum iurando.

¶ Ad tertiū dicendum, quod actus morales procedūt à voluntate, cuius obiectū est bonū apprehensum. Et ideo si falsum apprehēdatur vt verum, erit quidē relatum ad voluntatē materialiter falsū, formaliter autē verum. Si autē id quod est falsum, accipiatur vt falsum, erit falsū, & materialiter & formaliter. Si autē id quod est verum, apprehēdatur vt falsum, erit

verbis solis literæ standum est, vbi non allegatur causa vlla, nisi conditionalis de victoria, cuius prius certificationē per Angelum habuerat, cum Autore dicendum videtur, quod non excusatur à peccato. *Infra q. 123. art. 3. ad 3. Et 3. dist. 39. art. 4.* Veniale tamen illud puto fuisse: quia per modum humilis deprecationis infirmitatem fidei suæ adiuuandam petiit consolatione signorum, licet crederet quod prius didicerat ab Angelo. *Q. 89. art. 3.* Quasi fuerit tunc Gedeon dispositus eo modo, quo fideles firmiter persistētes in fide, sunt dispositi quādo tentantur intrinsecus de fide. Ita quod imperfectio actus quasi vacillandi, ex quo processit humilis supplicatio, infra venialium latitudinem retinuit actū tentationis. Et per hæc patet responsio ad obiecta. *Ser. 28. & 30. nō longe à princ.*

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ octauæ Articulum primum.*

IN artic. primo, quæstio. 98. dubium occurrit de eo quod dicitur in corpore. Finis iuramēti est confirmatio dicti humani. Videtur enim hoc aduersari primo veritati. Quia actus latrię, vt est iuramentum, non ordinatur ad confirmationem humani dicti vt ad finem, quia nobilius non habet pro fine id quod est minus nobile. *Q. 91. art. 2. & 1. 2. q. 1. art. 3. & q. 18. art. 6.* Diuina autem sunt nobiliora humanis. Deinde supradictis in quæst. 89. artic. 4. ad tertiū, vbi autor tractans quod confirmatio dicti humani sit finis iuramenti, oppositum sentit eius quod hic dicitur.

¶ Ad hoc dicitur ex Autore superius in responsione ad primum articuli quarti, quæstio. 98. quod in iuramento duo considerantur. Primo testimonium quod inducitur, & hoc est diuinum. *In corpor. art.* Et ex hac parte iuramētum est actus latriæ: & finis eius est diuina reuerentia. Et hoc ordinatur ad confirmationem humani dicti, non vt ad finem, sed vt honestum ad vtile. Secundo id quod facit necessitatem inducēdi testimonium, & hoc est humanū. *Tex. 29. tom. 1.* Et ex hac parte iuramentum ordinatur ad confirmationem humani dicti, vt ad finem. Quia igitur confirmatio dicti est & ratio vtilitatis, & finis necessitatis iuramenti: ac per hoc est tota ratio quare sit licitum iuramentum: ideo in litera hac Autor ex hoc fine deduxit periurium consistere primo in falsitate. Actus siquidem humani ex fine suæ necessitatis, & ratione suæ vtilitatis ad conuiuendum inter homines iudicātur.

¶ In

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In responsione ad primum eiusdē articuli, aduerte quod Autor omne illicitum iuramentū, quia vocatur periurium à Hieronymo, reducit ad falsum aliquo modo, vt sic falsitas sit non solum principalis ratio periurij, sed cōmunis lues omniū periuriorum. Et licet ita sit ꝙ in omni illicito iuramento desit aliquo modo veritas, vel quia deest in potentia periculosa, vt in iuramento indiscreto, vel quia deest in obligatione. Quia scilicet sobligatur ad cōtrarium, hoc est ad falsificādum dictum suum: vt cum quis iurat illicitum aut non obligatur ad illud verificandum, quāuis iuret: vt cum iurat nō facere bonum supererogationis, vel de veritas in intētione: vt cum quis mendaciter iurat, aut si veraciter iurat, mentit in executione. Propriè tamen & formaliter loquēdo de periurio, sola falsitas orationis cognita vel neglecta cōstituit periurium. Quoniā iuramentū directè Deum in testimonium orationis, quam iurans dicit, inducit: & propterea oportet orationē & esse & cognosci verā. Et si est promissoria, vltra hoc oportet dare operā ad illam verificandam. Ex tribus ergo comitib⁹ iuramenti, solius veritatis defectus culpabilis constituit periurium simpliciter. Iudicij autē & iustitiæ defectus constituit periurium secundum quid, propter dictam rationem. vt amplius manifestabitur.

Serm. 28. de verbis Apost. Paulo po. princip. to 10.

¶In responsione ad tertium eiusdē articuli aduerte quod eūm quis iurat id quod in re est falsum, putans esse verum, si adhibuit debitam diligentiam, excusatur à peccato periurij.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ octauæ Articul. secundum & tertium.*

IN arttic. 2. & 3. huius eiusdē quæst. 98. dubiū occurrit non dissimulandum de doctrina Autoris. Nā si iungatur articulus articulo, apparet Autorē docere quod omne illicitū iuramentum est periurium, in primo articul. Et omne periurium est peccatū, in secundo articul. Et ꝙ omne periurium est peccatum mortale, in tertio articul. Si hæc doctrina suscipitur, haberemus ꝙ quicūq; indiscrete iurat quid verissimū, peccat mortaliter: quod à nomine acceptari videtur. Et quod qui iurat de aliquo faciendo quod est veniale, puta de dicēdo mendacio iocoso, quod peccat mortaliter: quod valde durum videtur.

¶Ad hoc dicitur ꝙ periurij dicitur dupliciter, scilicet simpliciter vel secundum quid. Et vocatur periurium simpliciter & absolutè id quod directè cōtrariatur fini iuramēti ita ꝙ licet in iuramēto multæ possint inueniri deformitates, sola illa deformitas ꝙ cōtrariatur primo fini iuramēti, cōstituit speciē peccati periurij. Iā enim diximus ꝙ ex fine ꝓprio specificātur actus humani. tam boni quā mali. Proprius autē finis iuramenti est cōfirmatio humani dictitiis ꝙ ad hoc directè Deus inducit testis, vt quod dicit, firmū sit iuxtā diuino testimonio multo plus, quàm si esset iuxtā testimonio mille hominū quantūcunq; grauiū. Et quoniā firmitas ex teste quo ad assertorias orationes, nō facit aliud quā firmare ea quæ ab eis vt dicitur: & quantū ad promissorias, sic futurū esse vt dicitur: & in hoc cōsistit ratio veri. scilicet sic esse, vel non esse, fore vel nō fore, vt patet quarto Metaph. ideo finis iuramēti sola falsitas illa qua aut falsum dicitur, aut falsificatur quod verè ꝓmissum fuit, cōtrariatur. Veraq; nāq; falsitas, & solæ hæ duæ tollunt finem iuramenti. Prima nāq; falsitas cōtrariatur firmitati assertoriæ orationis secunda autē firmitati orationis ꝓmissoriæ: quoniā ad hoc directè firmatur ꝓmissoria oratio vt verificetur in executione. Reliquas vero deformitates iuramēti, finē iuramēti nō tollere manifestat. Nam & iurare p falsos Deos, finē iuramēti nō tollit: quoniā saluatur ibi bonū fidelitatis, qua verū dicit. Et iurare in diserētē, si verū dicitur, finē iuramenti non tollit: quia saluatur ibi cōfirmatio dicti humani. Et iurare sup re iniqua, finē iuramenti nō tollit: quia saluatur ibi cōfirmatio dicti humani quantū ad veritatē, quāuis non saluetur ibi cōfirmatio dicti humani quantū ad obligationē ad materiam veritatis. Quādo namq; quis iurat cōmittere homicidiū cū animo occidendi, inuocat tunc Deus in testē veritatis præsentis in intētione, & verificationis ac veritatis futuræ in executione, & nō inuocat in testē confirmationū obligationis ad occidendum, tum quia obligatio ibi nulla est: tū quia testis nō inducit ad firmandā obligationē, sed ad infirmandā veritatē locutionis in quacunq; materia sit sue sit obligatiua, siue non. Constat autē ꝙ & veritas ꝓsentis & futuræ iniquitatis, & veritas adimplētionis iniquitatis bonū quoddā est testificabile à Deo. Ac ꝙ hoc locutio humana hæc dicēs, est confirmabilis diuino testimonio. Sicut enim cūm assertorię iurat quis. Testis est mihi Deus, ꝙ odio habeo proximū sup veritate actus iniqui quo actualiter peccat mortaliter, & quē teneē de necessitate salutis euitare. Deū testē inuocat absq; periurio. Ita cūm iurat promissorię. Testis est Deus quòd occidam, super veritate futuri actus iniqui, quem tenetur de necessitate salutis euitare, iurat absque periurio. Nullum est enim hic mendacium, quamuis sit iniquitas & propterea iuramentum tale dicitur malum, non defectu veritatis, sed defectu iustitiæ, verū materialiter, & falsum formaliter. Et ideo in quolibet istorum casuum saluatur aliquo modo ratio piurij propter aliquē falsitatis modū. Sed quia in vnoquoque potius est id, quod est formale, quam id quod est materiale, non ita est periurus ille qui falsum iurat, quod putat esse verum, sicut ille qui verum iurat, quod putat esse falsum. Dicit enim ibi Augu.* Interest quemadmodū verbum procedat ex animo, quia ream linguam non facit nisi rea mens.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum omne periurium sit peccatum.

AD SECVNDVM sic procedi-tur. Videtur quòd non omne periurium sit peccatum. Quicunque enim non implet quod iuramento confirmauit, periurus esse videtur. Sed quandoq; aliquis iurat se facturum aliquid illicitum, puta adulterium vel homicidium, quod si faciat, peccat. Si ergo etiam non faciendo peccaret peccato periurij, sequeretur quod esset perplexus.

¶2 Præterea, Nullus peccat faciendo qđ melius est: sed quādoq; aliquis periurādo facit quod melius est: sicut cūm quis iurat se non intraturum religionem, vel quæcunq; opera virtuosa non facturū: ergo non omne periurium est peccatum.

¶3 Præterea, Ille ꝙ iurat facere alterius voluntatē, nisi eā faciat, videē incurrere periurij materialiter, & falsum formaliter. Et ideo in quolibet istorum casuum saluatur aliquo modo ratio piurij propter aliquē falsitatis modū. Sed quia in vnoquoque potius est id, quod est formale, quam id quod est materiale, non ita est periurus ille qui falsum iurat, quod putat esse verum, sicut ille qui verum iurat, quod putat esse falsum. Dicit enim ibi Augu.* Interest quemadmodū verbum procedat ex animo, quia ream linguam non facit nisi rea mens.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum omne periurium sit peccatum.

AD SECVNDVM sic procedi-tur. Videtur quòd non omne periurium sit peccatum. Quicunque enim non implet quod iuramento confirmauit, periurus esse videtur. Sed quandoq; aliquis iurat se facturum aliquid illicitum, puta adulterium vel homicidium, quod si faciat, peccat. Si ergo etiam non faciendo peccaret peccato periurij, sequeretur quod esset perplexus.

¶2 Præterea, Nullus peccat faciendo qđ melius est: sed quādoq; aliquis periurādo facit quod melius est: sicut cūm quis iurat se non intraturum religionem, vel quæcunq; opera virtuosa non facturū: ergo non omne periurium est peccatum.

¶3 Præterea, Ille ꝙ iurat facere alterius voluntatē, nisi eā faciat, videē incurrere periurium. Sed quādoq; potest cōtingere, quòd nō peccat, si eius nō impleat volūtatē: puta cūm præcipit ei aliquid nimis durum & importabile: ergo videtur, ꝙ non omne peiurium sit peccatum.

¶4 Præterea, Iuramentū promissorium se extēdit ad futura, sicut assertorium ad præterita & præsentia. Sed pōt contingere quòd tollatur obligatio iuramenti p aliquid, quod in futurum emergat: sicut cum aliqua ciuitas iurat se aliquid seruaturā, & postea superueniunt noui ciues, ꝙ illud non iurauerunt: vel cūm canonicus aliquis iurat statuta Ecclesiæ aliqui⁹ seruaturum, postmodum aliqua fiunt de nouo. Ergo videtur quòd iste qui transgreditur iuramentum, non peccet.

¶SED CONTRA est, quod Augustē. dicit in sermone de verbis Apostoli Iacobi* de periurio loquens, Videtis quam ista detestāda sit belua, & de rebus humanis exterminanda.

¶RESPONDEO dicendū, quòd sicut supra dictū est*, iurare est Deū testē inuocare. Pertinet autē ad Dei irreuerentiā quòd aliquis eum testem inuocet falsitatis: quia p hoc dat intelligere, vel ꝙ Deus ve ritatē non cognoscit, vel ꝙ falsitatē testificarivelit. Et ideo periurium manifestè est peccatū religioni cōtrariū, cuius est, Deo reuerentiam exhibere.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ille qui iurat se facturū aliquid illicitū, propter quod iurans faceie rem iniquam sine animo faciendi illā. est periurus. Quia est ibi ratio periurij, scilicet mendacium iuramento firmatum. Iurans autem idem cum animo faciendi, non est periurus absolutè: quia non est ibi mendaciū iuramento firmatū, sed veritas iniquitatis iuramento firmata. Peccat tamen mortaliter si iurat cōmittere mortale. non peccato periurij simpliciter, sed secūdum quid. Et magis propriè diceretur ꝙ iuramēti additio plus grauat peccatū illud quàm constituat nouā peccati speciem. Quia non apparet ibi species periurij, sed quædā irreuerentia iuramenti. pro quanto applicatur ad materiam q̄ non est confirmabilis quo ad obligationē. Venialiter aūt peccat, si iurat se cōmissurum venīale, aut non facturum opus supererogationis extra casū necessitatis, propter eandem rationē, quia scilicet ibi non est species periurij, sed irreuerentia: minor tamen. Est enim etiā materia ista non confirmabilis quo ad operationem exequendam.

Ser. 28. & 30. inter. loqe aprīa cip.

2. 2. q. 89. ar. 1.

¶Et ve melius hæc intelligantur, aduertendum est quod iuramentū habet dupliceem vim, scilicet testificatiuā & obligatiuam. Interē quas est hæc differētia. quod vis testificatiua est iuramēto essentialis Nam iurare est Deum in testē inuocare Et hæc via testificatiua in differenter se habet ad quancunq; materiam Quoniā respicit directè id quod est testificabile, quod est quodcunque verum in quacunque materia sit. Vnde vis testificatiua pertinet ad intellectū & cognitionē testis cuius est obiectū verum. Et propterea sit iniuria directè Deo si inducatur testis mēdacij, quoniā aut attribuit Deo quod ignoret veritatē, aut qđ sciendo verū, aburi velit scientia sua mentiendo, per hoc ꝙ attestaretur pro mēdacio tanquā vero. Et ex hoc patet ꝙ vis testificatiua in iuramēto necessario fert secū vim obligatiuā iurantis ad veritatē dicti, ad quod Deū testem inducit, siue locutio sit de præterito, siue de præsenti, siue de futuro, siue de bono, siue de malo. Manifestè siquidē iniuria faceret mētiens testimonio diuino, vt deductū est. Et finis proprius iuramenti, qui est cōfirmatio dicti humani, quo ad veritatē tolleretur, & propterea esset peccatū mortale. Sed præter hanc obligationē ad veritatē locutionis, quæ est proxima, materia iuramenti consurgit, sed non semp & necessario, sed quandoq; iuxta materiam locutionis vna alia obligatio in iurante, scilicet obligatio ad verificandum quod dicitur. Et hoc non habet locum nisi in locutione promissoria materiæ licitæ. Nec vis ista est alia à vi testificatiua secundum essentiam, sed secundū effectum. Quoniam vis obligatoria ad veritatē futuræ executionis consistit in hoc quod Deus inuocatur testis affuturæ veritatis. Sed quia materia futuræ veritatis quandoque iniqua est, & diuinum testimonium non debet esse vinculum iniquitatis, ideo vis hæc obligatoria ad verificandum futurū, nullum habet effectum, quando non habet materiam capacem. Prima autem vis semper habet suum effectum in quacunque materia fiat. Ex his autem patet ꝙ iuramentū duplicem firmitatem dicto humano præstat, scilicet firmitatem veritatis nunc, & firmitatem obligationis ad verificandum futurum. Primam dat ex vi testificatiua simpliciter & absolute: secundam dat in tali materia, scilicet promissoria. Et si quidem iuramentum inducerētur simpliciter & absolute ad constituendam veranque firmitatem, sicut est mortale apponere iuramentū materiæ non cōstrmabili, quo ad veritatē, scilicet mendacio, vt cum quis iurat facere illicitum, aut nō facere bonū supererogationis: quoniam vt vbique tolleretur finis iuramenti. Ibi firmitas veritatis hic firmitas obligationis. Et propter hanc rationem iudicari videtur periurij, quando quis iurat facere malum aut omittere bonum supererogationis. Sed iuramentū cum nihil aliud sit quàm Deum in testē inducere, & conster quod testes non inducuntur ad vinculum obligationis inducēdum, sed ad testimoniū perhibendum veritati, & non ad aliud in quacunque materia sit, & respectu cuiuscunque differentiæ temporis, consequens est ꝙ sola confirmatio dicti humani quo ad veritatē sit finis inductionis Dei in testē: ac ꝙ hoc falsitas dicti humani sola contrarietur veritati & eius firmitati, tollatq; finē iuramenti. Confirmatio autē obligationis promissoriæ in iurante, non est finis proprius iuramēti, sed cōsequens ad ipsum iuramentum in materia dispōsita. Et ꝓpterea licet nonnulla irreuerētia sit apponere iuramētum materiæ eius remotæ habēti repugnātiam respectu firmitatis obligationis, ac ꝙ hoc impediēti eam, ꝙ sequeretur ex iuramento firmitatē obligationis: quia tamē materia proxima iuramenti, quæ est orario vera, est materia non repugnās, non tollit finis ꝓprius iuramēti. Quia verē cōfirmat humanū dictum quo ad veritatē ꝓsentē & futurā, quantū ex intētione inuocantis Deum in testē vtriusq; veritatis. Et Deus vere pōt vtriusq; testis esse, quāuis non inferat inuocatio ista vinculū in iurāte ad verificandum futurum. Et ideo nō est periurij

periurij species, nisi sit mendacium iuramento firmatum. Attestatur autem huic doctrinæ quoniā pro diffinitione periurij cōmuniter accepta tur, quod est mendaciū iuramento firmatū, & ex tertio sententiarum distin. 9. Nec Autor docet hic oppositum, quoniam Autor expresse in articulo primo, periurium in falsitate constituit. Et in secundo peccatū periurij contra reuerētiam diuinam decernit, propter falsitatē orationis, vt patet ex ratione quā affert, scilicet quod vel Deus veritatem non cognoscat, vel falsitatem testificari velit. Et propterea in tertio articul. dicit, quod omne periurium est mortale. Intendit siquidem Autor de periurio simpliciter & absolute, quod est mendacium iuramento firmatum, cui deest veritas: & non de periurio secundum quid, quod est periurium ex defectu iudicij aut iustitiæ. In cuius signum Autor in articulo secundo, in responsione ad primum, dicit. Qui iurat se facturum aliquid illicitum, incurrit periurium propter defectum iustitiæ. Et non dicit absolute, incurrit periurium, sed cum illa additione, propter defectum iustitiæ. Et similiter dicit in responsione ad secundum de iurante super promissione indiscreta, ꝙ incurrit periurium propter defectum iudicij. Et non dixit absolute, incurrit periurium.

1. 2. q. 56. art. 4. præcipue. Supr. q. 70. ar. 4. cor. Et 2. di. 16. art. 5. qrī. In Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15.

INart. 2. nota diligenter responsionē ad tertium. Quomodo interpretanda sunt iuramenta & obligationes ad mādatum alterius subeundum. Et diligentissimè in responsione ad quartum, illam regulam, Iuramentum est actio per sonalis. Quoniā ex hoc sequitur quod non tranſit in secundā personam. Et propterea licet hæres teneatur soluere debitū, quod pater iurauit soluere, non tamē tenetur ex iuramento, sed quia hæres. Et similiter si procurator iurauit, in causa aliqua, licet principalis teneatur quia principalis, non tamē tenetur ex vi iuramēti facti à suo procuratore. Et similiter si episcopatus, aut quodcunque aliud officium aut quæuis dignitas, habeat multa iuramenta annexa, videlicet quod acceptans hoc, est obligatus ad hoc & illud, & confueuit firmari obligatio iuramento. Si aliquis absque iuramento accepter, non tenetur ad illa ex iuramento præde cessorum. Et si non esset aliud vinculū obligans ad illa nisi iuramentum, esset omnino liber ab illis obligationibus talis persona. Sed si est aliud vinculum obligans officium, seu dignitatem, puta, vinculum statuti, aut contractus, ratione huiusmodi vinculi tenetur ad seruare ille, qui non iurauit. Et hæc dicta sunt, vt facilius similia decernantur. Non sis tamen rudis, vt sic accipias iuramentum esse actionem personalem, quod nullo pacto possit exhiberi per alium: quoniā constat, quod contrahere matrimonium est nō minus actio personalis: & tamen potest per aliū contrahi per verba de præsenti. Sed intellige, quod sicut in coniugio contrahendo facit quis actionem personalē alterius. dicendo. Ego nomine Martini accipio te in coniugem, ita in iuramento potest dicere. Ego nomine Martini in to sic fuisse, vel esse, vel fore: & tunc ille solus, cuius nomine iuratur, tenetur ex vi iuramenti. Qui autem est minister seu procurator ad sic iurādum, in nullo tenetur, si bona fide iurauit, vt si bi cōmissum est, siue assertorie siue promissorie, sicut de procuratore ad contrahendum matrimonium pater.

Refertur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Lib. 1. Decretalium tit. 2. cap. 5. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 1. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15.

Ad 2. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 3. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 4. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 5. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 6. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 7. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 8. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 9. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 10. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 11. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 12. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 13. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 14. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 15. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 16. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 17. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 18. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 19. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 20. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 21. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 22. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 23. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 24. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 25. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 26. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 27. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 28. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 29. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 30. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 31. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 32. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 33. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 34. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 35. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 36. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 37. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 38. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 39. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 40. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 41. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 42. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 43. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 44. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 45. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 46. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 47. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 48. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 49. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 50. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 51. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 52. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 53. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 54. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 55. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 56. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 57. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 58. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 59. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 60. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 61. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 62. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 63. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 64. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 65. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 66. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 67. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 68. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 69. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 70. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 71. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 72. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 73. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 74. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 75. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 76. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 77. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 78. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 79. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 80. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 81. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 82. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 83. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 84. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 85. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 86. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 87. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 88. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 89. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 90. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 91. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 92. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 93. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 94. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 95. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 96. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 97. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 98. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 99. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 100. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 101. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 102. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 103. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 104. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 105. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 106. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 107. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 108. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 109. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 110. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 111. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 112. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 113. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 114. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 115. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 116. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 117. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 118. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 119. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 120. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 121. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 122. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 123. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 124. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 125. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 126. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 127. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 128. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 129. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 130. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 131. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 132. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 133. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 134. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 135. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 136. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 137. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 138. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 139. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 140. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 141. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 142. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 143. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 144. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

Ad 145. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c. Si aliqua causa.

*Ad 146. Decretalium lib. 2. tit. 24. ca. 15. Referetur 22. q. 1. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

citare ad illud. Et omniũ vna est cõmunis ratio, quia digni sunt morte, non solum qui faciũt mala, sed etiã qui consentiunt facientibus. Et idem est de cooperantibus ad malum, iudiciũ.

Ser. 28 de verbis apostol. in vltim. col. tom. 10. ¶ *Super Quæstionẽ nonagesimam nonam.*

IN quæstio. 99. multa occurrũt dubia simul mouenda & tractanda. Primum est circa quod quid est sacrilegij. Nam definitio ista, scilicet rei sacrę violatio, hoc est irreuerẽtia, multo plus se extendit quàm sacrilegium. Simoniacus namque emendo vel vendẽdo sacramẽta, & huiusmodi, manifestè iniuriatur: & tamen non sacrilegus, sed simoniacus dicitur. Rursus cuiuslibet voti violator, rei sacræ, hoc est ad diuinum cultum ordinatæ per ipsum vorum iniuriam facit: & tamen non est sacrilegiũ omittere iciunium votiuum.

¶ Secundum est, quòd litera in responsione ad primum secundi articuli, asserit sacrilegium esse siquis peruertat verba diuinæ legis. Et tamẽ

Epist. 154 ante med. tom. 2. in tertio articulo nõ inueniturlocus in quo diuina lex ponitur, inter res sacras, vt patet discurrenti personas, loca, & res ibi enumeratas.

¶ Tertium est, quòd in litera tertij articuli eximuntur tres sacrilegij species, & gradus earum. Et dicitur in responsione ad primum quòd

In lib. q. super Levit. q. 1. tom. 4. est ibi diuersitas formalis, quæ tamen non explicatur. Nec apparet maior diuersitas inter illas species, quàm inter gradus vnius speciei, puta inter iniuriã Eucharistiæ, & furtum vnius agni, qui esset ecclesiæ.

¶ Quartũ est quòd percussio monialis, & stuprum eiusdem, sint eiusdem speciei in genere

Q. 33. art. 7. & 8. & q. 68. art 1. sacrilegij, vt in responsione ad secundum tertij articuli dicitur: cum sanctitas alia ratione sit vtrobique, scilicet, quia ratione voti est dicta castitas & ratione Eccle siasticæ mancipationis sit libera à verbere.

¶ Quintum est, in quo consistit agere directè contra sanctitatem ali-

Epi. 154. non longe à princip. cuius loci, personæ, vel rei, vt propriè sacrilegiũ sit, vt in responsione ad tertium tertij articuli dicitur.

¶ Sextum, an sacrilegiũ quod committitur contra sacramentum Eucharistiæ sit grauissimum inter omnia sacrilegia simpliciter, an inter omnia sacrilegia tertiæ speciei. Et est ratio dubij, quia quomodo hoc intelligitur in litera tertij articuli in corpore, non explicatur.

¶ Septimum est, an peccatum sacrilegij. ¶ Quartò, de pœna sacrilegij.

¶RESPONDEO ergo dicẽdum, q̃ circa eum qui exigit ab alio iuramentũ, distinguendũ videtur. Aut enim exigit iuramentum pro seipso, ꝓpria spõte, aut exigit iuramentũ pro alio ex necessitate officij sibi cõmissi. Et si quidem aliquis ꝓ seipso exigit iuramentũ tãquam ꝑsona priuata, distinguendũ videtur, vt Auguſt. * dicit in sermone de periuriis. Si enim nescit eum iuraturũ falsum, & ideo dicit. Iura mihi, vt fides ei sit, nõ est peccatũ. Tamẽ est humana tẽtatio: quia, si procedit ex quadã infirmitate, qua homo dubitat aliũ esse verũ dicturũ. Et hoc est illud iuramentum, de quo Dñs dicit Matthæi 5. Quod amplius est, à malo est. Si autẽ scit deũ fecisse, scilicet cõtrariũ eius quod iurat, & cogit eum iurare, homicida est. Ille enim de suo periurio se interimit, sed iste manũ interficiẽtis impressit. Si autẽ aliquis exigat iuramentũ tanquam ꝑsona publica, secundum ꝙ exigit ordo iuris ad petitionẽ alterius, non videtur esse in culpa, si ipse iuramẽto illius qui verum per falsos deos iurat. Vnde Aug. dicit ad Publicolã *, quamuis dictũ sit ne iuremus, nunquam tamen me in Scripturis sanctis legisse memini, ne ab aliquo iurationẽ accipiamus. Vnde ille qui iurationem recipit, non peccat, nisi fortè quando propria spõte ad iurandum cogit eum, quem scit falsum iuraturum.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ sicut Aug. * dicit, Moyses nõ expressit in prædicta autoritate cui sit indicandũ periuriũ alterius. Et ideo intelligitur ꝙ debeat indicari talibus qui magis possunt prodesse quàm obesse periurio. Similiter etiam non expressit quo ordine debeat manifestari. Et ideo videtur seruandus ordo Euãgelicus, si sit peccatum periurij occultũ. Et præcipuè qñ non vergit in detrimẽtum alterius: quia in tali casu non haberet locũ ordo Euãgelicus, vt suprà dictum est.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ licet malo viti propter bonũ sicut & Deus vtitur: nõ tamen licet aliquẽ ad malũ inducere. Vnde licet eius, qui p falsos deos iurare paratus est, iuramentum recipere: nõ tamẽ licet eum inducere ad hoc, ꝙ per falsos deos iuret. Alia tamen ratio videtur esse in eo, qui per verũ Deum falsum iurat: quia in tali iuramento deest bonũ fidei, qua vtitur aliquis in iuramẽto illius qui verum per falsos deos iurat. Vnde Aug. dicit ad Publicolã *, Vnde in iuramento eius qui falsum per verũ Deum iurat, nõ videt esse aliquod bonũ, quo vti liceat.

QVÆSTIO NONAGESIMA nona, de Sacrilegio, in quatuor articulos diuisa.

DEINDÈ considerandum est de vitiis ad religiositatẽ pertinẽtibus, quibꝰ rebus sacris irreuerẽtia exhibetur. Et primò, de sacrilegio. Secundo de simonia.

¶ Circa primũ quæruntur quatuor. ¶ Primo, quid sit sacrilegiũ. ¶ Secũdo, vtrũ sit speciale peccatũ. ¶ Tertiò, de speciebus sacrilegij. ¶ Quartò, de pœna sacrilegij.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum sacrilegium sit sacræ rei violatio.*

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ sacrilegium non sit sacræ rei violatio. Dicitur enim 17. q. 4. * Cõmittũt sacrilegiũ, qui de Principis iudicio disputãt: dubitãtes an is dignus sit honore, quẽ Princeps ẽlegerit. Sed hoc ad nullã rem sacrã pertinere videt. ergo sacrilegiũ nõ importat sacræ rei violationẽ.

¶ 2 Præterea, Ibidem subditur *, ꝙ si quis pmiserit Iudæos officia publica exercere, velut in sacrilegũ excõmunicatio ꝓferat. Sed officia publica nõ videt aliquod sacrũ priuere. Ergo videt ꝙ sacrilegiũ nõ importet violationẽ alicui⁹ sacri.

¶ 3 Præterea, Maior est virtus Dei quàm virtus hominis. Sed res sacræ à Deo sanctitatem obtinent. Ergo non possunt per homines violari. Et ita sacrilegium non videtur esse sacræ rei violatio.

¶SED CONTRA est quod Isid. dicit in lib. Etymol. * ꝙ sacrilegus dicitur ab eo ꝙ sacra legit, id est, furatur.

¶RESPONDEO dicendũ, quod sicut ex supra dictis patet, *sacrũ dicitur aliquid ex eo ꝙad diuinũ cultũ ordinat. Sicut autẽ ex eo ꝙ aliquid ordinat in finẽ bonũ, sortitur rationẽ boni, ita etiam ex hoc ꝙ aliquid deputat ad cultũ Dei, efficitur quoddã diuinũ: & sic ei quædã reuerẽtia debetur, quæ refertur in Deũ. Et ideo omne illud quod ad irreuerẽtiã rerum sactarum pertinet, ad iniuriã Dei pertinet, & habet sacrilegij rationem.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ secundum Philosophum 1. Ethi. * bonũ cõmune gentis, est quoddã diuinum, & ideo antiquitus rectores Reipublicæ diuini vocabãtur, quasi diuinæ prouidẽtiæ ministri: secundũ illud Sap. 6. Cũ essetis ministri regni illius, nõ rectè iudicastis. Et sic per quandam nominis extẽsionem illud, quod pertinet ad irreuerentiam Principis, scilicet disputare de eius iudicio, an oportet eũ sequi, secundum quandam similitudinem, sacrilegium dicitur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ populus Christianus ꝓ fidem & sacramẽta Christi sanctificatus est secundũ illud 1. ad Corint. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis. Et ideo 1. Petri 2. dicitur, Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et ideo id, quod fit in iniuriam populi Christiani, scilicet ꝙ infideles ei præficiantur, pertinet ad irreuerentiam sacræ rei. Vnde rationabiliter sacrilegium dicitur.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ violatio hic largè dicit quæcunq; irreuerẽtia vel exhortatio. Sicut aũt honor est in honorãte, non aũt in eo q honoratur, vt dicit 1. Ethic. * ita etiã irreuerẽtia est in eo q irreuerẽter se habet, quãuis etiã nihil noceat ei, cui irreuerentiã exhibet. Quantũ ergo est in ipso rẽ sacrã violat, licet illa ĩ se nõ violet.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum sacrilegium sit peccatum speciale.*

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ sacrilegiũ nõ sit peccatum speciale. Dicitur enim 17. q. 4. * Cõmittunt sacrilegium, qui in diuinæ legis sanctitatem aut nesciẽdo cõmittunt, aut negligẽdo violant & offendũt. Sed hoc sit per omne peccatũ. Nam peccatũ est dictum, vel factũ, vel concupitum contra legẽ Dei: vt Augu. dicit 22. cõtra Faustũ. * ergo sacrilegiũ est generale peccatum.

ipsa art. 2. ad 3. & q. 154. ar. 10. ad 3.

Ca. constituit.

¶In oppositum autem *Lib. 10. est, quia rapiens Eucha- cap. 18.* ristiam non est excommunicatus: ergo nec *Q. 81. art.* percutiens. Consequen- *5. & 1. 2.* tia est euidens, quia v- *q. 101.* trobique est violenta *art. 4.* manus in Eucharistiam. Antecedens autem ab omnibus conceditur. ergo.

¶ Ad euidentiam horũ sciendum est, quòd cum sacrilegium sit vitium oppositũ religioni, quæ est pars iustitiæ, vtpote Deo debitum cultum reddens, considerãdum est, sicut vitia opposita iustitiæ, ita vt quemadmodum distinguuntur penes iustitiam commutationes voluntarię, puta, emere, vendere, mutuare, &c. ab inuoluntariis, puta, furto, rapina, &c. & alia sunt vitia circa has, alia circa illas: sic in vitiis religioni oppositis, intueri oportet quòd quædam irreuerentiæ, violationes, & iniuriæ fiunt circa sacra per modum commutationum voluntariarum: vt in simonia contingit. Et propterea in emptione & venditione dicitur consistere quędam per modum commutationum inuoluntariarum: vt contingit in sacrilegio. Et propterea in violatione rei sacræ, dicitur consistere. Sonat enim violatio illationem iniuriosam, vt patet. Propter quod simonia & sacrilegium licet conueniãt in hoc quòd in relatione ad res sacras vtrunque iniuriam illis facit: in relatione tamen ad personas, quæ sunt velut extrema huiusmodi iustitiæ, differunt: quia simonia est inter homines ex vtraq; parte. Nã homines emunt & vendunt sacra. Sacrilegium autem est inter homi- *cap. si quis suaderent.* nem sacrilegum ex vna, & Deum ex altera parte. Cuius signum est, ꝙ etiam si sanctitati personæ fit iniuria, persona vt res Dei concurrit. Vnde & in litera pri- *Cap. 27 tom. 6.* mi articuli concluditur, quod

quòd omne quod ad irreuerentiam rerum sacrarũ pertinet ad iniuriã Dei p̃inet, & habet rationẽ sacrilegij. Et monialis venereis vacãs, sacrilega est, violans sanctitatẽ suæ personæ contra voluntatem Dei. Sonat ergo in diffinitione sacrilegij ly violatio, actionem iniuriosam p modum cõmutationis inuolũtariæ. Et p hoc distinguitur sacrilegiũ à simonia q̃ iniuriã facit Deo in rebus sacris tanquam materia cõmutationis voluntariæ inter homines Ly rei, cõmuniter sumitur, prout cõtinet & ꝑsonas, & loca & signa, & res, vt pẽ ex diuisione sacrilegij. Ly sacræ, communiter etiã sumitur ꝓ sacro subiectiuè, vt personæ: & effectiuè, vt sacramenta: cõtentiuè, vt loca: & vniuersaliter relatiuè ad diuinum cultum: vt vasa, vestes, bona mobilia, vel immobilia: vt patet ex diuisione sacrilegij.

cap. 2. tom. 5.

¶ Ad primũ ergo dubiũ dicitur, quòd diffinitio sacrilegij sane intelle-

Arg. 2. huius art. cta non se extendit in plus quã sacrilegium. Et de differentia eius à simonia iam dictũ est. De transgressione autẽ voti dicitur, ꝙ votũ proculdubio actus religionis est, & oppositũ eius est propriè loquendo, perfidia fidelitati, quã Deo debemus, cõtraria. Sed huiusmodi perfidia sub sacrilegio cõprehenditur quoniã eo ipso ꝙ res, vel actus, vel persona, Deo promissa est, ad diuinũ ordinata est cultũ: ac per hoc eius subtractio, quæ in transgressione voti fit, sacrilegium est. Attestatur autẽ hoc & sacri Canones decernentes sacrilegiũ esse si quis pecuniã legatã Ecclesiæ nõ soluat: vt patet 17 quæst. 4. cap Sacrilegium. Attestatur & autor in litera, in resp. tertij articuli dicens. Sacrilegiũ esse, si virgo Deo dicata fornicetur. Constat nanque non solum solẽni, sed simplici voto virginitatis fieri virgineꝫ Deo dicatam. Vñ sicut mulier vouens abstinentiam à venereis dicat se ipsam Deo quo ad immunitatẽ ab his: ita vouens ieiunium vel aliud personale dicat seipsum quo ad illud. & sanctificatur ꝑsona quo ad hęc, huiusmodi votis. Et propterea si transgreditur, peccat contra sanctitatem suæ personæ peccato sacrilegij. Si votum autẽ non personale, sed reale est, siue de re mobili, siue immobili sacrilegus est contra sanctitatem rerum omittẽdo adimplere, sicut negans legatũ Ecclesiæ. Et hinc habes quòd frangens ieiunium votiuũ, peccat peccato gulæ & sacrilegij, si inordinatio est etiam contra abstinentiã simpliciter. Frangẽs autem ieiunium Ecclesiæ peccat solum peccato gulæ. Et sic de aliis.

Infra q. 154. art. 10. ad tertium.

¶ Ad secũdum dubium dicitur quod peruertere verba diuinæ legis & vniuersaliter irreuerentia exhibita verbo diuino, sacrilegium est tertiæ ꝑspeciei. Nam sermo diuinus sanctificatiuus est: iuxta illud Ioan. 13 Vos mundi estis propter sermonem, quẽ locutus sum vobis, & repræsentatiuus est Dei, sicut sermo hominis repræsentat hominẽ. Vnde sicut sacramẽtorum & imaginum sacrarũ iniuria est in tertia ꝑspecie: ita iniuria diuini Verbi: & renere videtur primum locũ post sacramenta. Nec oportet in litera omnia sacrilegia enumerata intelligi. Sed sat est, & species & gradus, ad quas & quos cæteri reducun tur accepisse.

¶ Ad tertium dubiũ dicitur, ꝙ licet in litera non appareat explicitè, in quo cõsistat ista diuersitas formalis, videtur tamen insinuata per ipsa vocabula, & propterea non aliter expressa: vt scilicet ratio ꝑsonæ, loci, & rei, vt distinguitur cõtra ꝑsonã & locum, diuersæ rationis sanctitatem exigat. Nã ꝑsona sanctitatẽ personalẽ, quæ formaliter sanctũ facit, vt subiectũ sanctitatis exigit. Locus vero, vt cõtentiuus ꝑsonarũ ad diuinum cultum sanctitatẽ exposcit. Res verò, licet diuersimodè sanctę sint, in hoc omnes cõueniunt, ꝙ re latiuè sanctæ sunt, vel quia sanctũ faciunt, vel quia ad sanctos ordinatur. &c Et per hoc patet responsio ad obiectio nem, negando quòd sit maior diuersitas inter gradus vnius speciei, quàm inter species: quoniam sicut inter locum & relationem est distinctio generica, non autem inter relationes inter se: sic inter sanctitatem localem, & relatiuam. De personali autem manifesta est distinctia, non solum generica, sed etiam quia sola ꝑsona est simpliciter, & absolutè sancta. Sicut solum animal est simpliciter & absolutè sanum, & cætera sunt sancta secundũ quid: sicut cætera sunt sana secundum quid. At si alicui hæc non satisfaciunt, inueniat meliora.

Art. 1. huius q.

Art. 1. huius q.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quod licet diuersę sanctitates vnius personæ ex diuersis causis prouenĩant, puta ex voto, ex ordine, &c. omnes tamen conueniunt in hoc quod personales sunt. Et ꝓpterea vnius ꝑspecie sacrilegium constitui dicitur, quæcunque sanctitas ꝑsonæ violetur.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quod sicut agere contra iuramentum est solum facere, vel velle facere contra illud, quod iuramento firmatum est: & similiter agere contra vorum, est cõmittere oppositum, vel omittere illud quod voto firmãtum est: ita agere contra sanctitatẽ aliquam, est occurrere voluntariè in illud ad cuius contrarium inest sanctitas illa. Verbi gratia: persona cuiuslibet Clerici est sancta, quo ad hoc, quòd non potest subiici potestati secularis: & similiter locus, quo ad hoc, quòd non potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest ibi extrahi aliquis violenter: & possessiones Ecclesiæ, quo ad hoc q̃ non possunt donari, &c. Si quis oppositũ faciat, sacrilegus est. Siquis autem aliquid aliud, quauis longe peius, faciat, vt si Clericus blasphemet, &c. non propterea est sacrilegus. Et si tu eris memor doctrinæ habitæ in præcedẽti libro, videbis q̃ iuris positiui autoritate potest de actu, qui modo est sacrile gium, fieri non sacrilegium: vt si Ecclesia statueret q̃ nullus homici cida ex proposito saluaretur in Ecclesia. Et eõtra potest de non sacrile gio facere sacrilegium. Vt si Ecclesia statueret q̃ nocturnus populator esset saluus in Ecclesia. Substernit nãq; lex actũ virtutibus vel vitiis, vt ibi dictum est.

In Epitaphio ad Eustoch. à medio.

Infra. q̃. 154. ar. 10 ad secundum.

¶ Ad sextum dubiũ dicitur q̃ proculdubio sacrilegium cõmissum contra Eucharistiã, est grauissimũ omnium sacrilegiorum. Quoniã est directe cõtra ipsam humanitatem Christi cõtentam in sacramento illo. Vnde grauius sacrilegium est iniuriari Eucharistiq̃ quã occidere Papam. Et hoc loquẽdo de grauita te peccati ex sua specie, vt etiam habes à sancto Thoma in tertia parte quæst. 81. artic. 5.

¶ Ad septimum dubium dicitur, q̃ percutiens Eucharistiam non est excõmunicatus. Et ratio est, quia hoc sacrilegiũ (vt in litera patet) non est contra sanctitatẽ personæ, sed contra sanctitatem rei. Et sacrilegium contra Eucharistiã ponit in specie sacrilegij contra sanctitatem rei. Et ratio huius est, quia corpus Christi non est in Eucharistia per modũ corporis, vt inferius in tertia parte patet, & in quarto sententiarum.

¶ Ad obiectionem ergo in oppositum dicitur. q̃ violẽtia in corpus Christi, ad hoc quòd sit sacrilegium personale, oportet q̃ inferatur corpori Christi per modum corporis existenti, quo modo non est in sacramento, sed in cœlo. Violentia enim quæ infertur ei in Eucharistia, infertur quidẽ corpori Christi, non per modum corporis, sed per modum rei velatæ sub specieb⁹ sacramentalibus. Et propterea non inducit excommunicationem latam contra personales iniurias sacrarum personarum. Et hæc de tota quæst. de sacrilegio sufficiant pro nunc.

QVÆSTIO CENTESIMA, de Simonia, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de simonia. ¶ Et circa hoc quærũtur sex. ¶ Primò, quid sit simonia. ¶ Secũdò, vtrum liceat pro sacramentis pecuniam accipere. ¶ Tertiò, vtrum liceat accipere pecuniam pro spiritualibus actibus. ¶ Quartò, vtrum liceat vendere ea quæ sunt spiritualibus annexa. ¶ Quinto, vtrum solũ munus à manu faciat simoniacum, an etiam munus à lingua & ab obsequio. ¶ Sextò, de pœna simoniaci.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrũ simonia sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ simonia nõ sit studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexum. Simonia enim est hæresis quædã. Dicitur enim * 1. quæst. 1. Tolerabilior est Macedonij, & eorũ qui circa ipsum sunt, Sancti spiritus impugnatorũ, impia hæresis, quàm simoniacorum. Illi enim creaturam & seruũ Dei patris & filij Spiritum sanctum delirãdo fatentur. Isti verò eundem Spiritũ sanctum efficiunt seruum suum. Omnis enim dominus quod habet, si vult, vẽdit siue seruum, siue aliquid aliud eorum q̃ possidet. Sed infidelitas non consistit in voluntate, sed magis in intellectu, sicut & fides, vt ex supradictis patet * ergo simonia nõ debet p voluntatem diffiniri.

¶ 2 Præterea, Studiosè peccare est peccare ex malitia, quod est peccare in Spiritũ sanctum. Si ergo simonia est studiosa voluntas peccandi, sequitur quod semper sit peccatum in Spiritum sanctum.

¶ 3 Præterea, Nihil est magis spirituale quàm regnum cœlorum, sed licet emere regnum cœlorum. Dicit enim Greg*. in quadam Hom. Regnum cœlorum tantũ valet quantum habes: ergo non est de simonia, velle emere aliquid spirituale.

¶ 4 Præterea, Nomẽ Simoniæ à Simone mago acceptũ est, de quo legitur Act. 8. q̃ obtulit Apostolis pecunia ad spirituale potestatẽ emendã: vt scilicet quibuscũq; manus imponeret, reciperẽt Spiritum sanctũ. Non autẽ legitur q̃ aliquid voluerit vendere. ergo simonia non est voluntas vendendi aliquid spirituale.

¶ 5 Præterea Multæ aliæ sunt volũtariæ cõmutationes, p̃ter emptionẽ vel vẽditionẽ, sicut pmutatio, transactio: ergo videtur q̃ insufficienter diffiniatur simonia.

¶ 6 Præterea, Omne quod est spirituali annexum, est spirituale. Superfluè ergo additur, vel spirituali annexum.

¶ 7 Præterea, Papa secundũ quosdã, non põt cõmittere simoniã. Potest aũt emere vel vẽdere aliquid spirituale. ergo simonia nõ est volũtas emẽdi vel vendẽdi aliquod spirituale, vel spirituali annexum.

¶ SED CONTRA est, q̃d Gre. dicit i Regi. * Altare vel decimas vel spiritum municationis adhiberi aliquam temporalem pœnam ad coercẽdum homines, qui spiritualia contemnunt.

¶ Ad tertium dicendũ q̃ si pecunia exigeretur absq; rõnabili causa, hoc videretur ad occasionem auaritiæ pertinere. Sed quando exigitur ad hominum correctionem, habet manifestã vtilitatem: & ideo non pertinet ad occasionem auaritiæ.

¶ Sup. Quæstionis centesimæ Articulum primum.

IN articul. primo quæstion. 100. in rẽspõione ad secundum, dubiũ occurrit circa illa verba. Iustitia, & omnes partes eius, & per consequens omnia vitia opposita, sunt in volũtate sicut in subiecto. Videntur enim hæc verba cõtra Autorem ipsum: quoniam constat quòd loquitur de partibus iustitiæ non solum integralibus & subiectiuis, sed potentialibus, alioquin nõ loqueretur ad propositum: quia de simonia loquitur, quæ est vitium oppositũ religioni, quæ est vna pars potentialis iustitiæ. Et cũm Autor ponat etiã liberalitatẽ partem potentialem iustitiæ, vt patet inferius quæst 117. articulo quinto, & ponat eam subiectiuè in concupiscibili, tam inferius in quæst. 134. artic. 4. ad primum, quàm superius, scilicet in prima secundæ q. 60. artic. 5. quomodo ergo stant hæc duo simul, scilicet quòd omnes partes iustitiæ sunt in voluntate, vt in subiecto, & aliqua pars eius, scilicet liberalitas est in concupiscibili, vt in subiecto?

¶ Ad hoc dubium, quod etiam morum fuit in præcedenti lib. quæstio. 60. articul. 5. dicitur, q̃ in hac re est aliquid manifestum, & aliquid ambiguum. Nam clarum est primò quod omnes virtutes, quæ sunt ad alterum, oportet aliquam habitualem perfectionem in voluntate, vt in subiecto, ponere ex eo, quòd voluntas nec ex natura sua, nec ex natura volentis inclinatur naturaliter in bonum alterius, ita vt nõ egeat habitu perficiẽte ipsam ad eligendum bonum ad alterũ. Sicut per oppositũ supra didicimus, quòd quia naturaliter in propriũ bonum inclinamur secundum superiorem partem appetitus, ideo voluntas in his, quæ ad nos sunt, nõ eget virtute. Clarum est secundò, quod quia aliquæ virtutes, vt liberalitas, sic respiciũt operationes ad alterum, puta dare gratis pecunias alteri, vt oporteat passiones cupiditatis domare, ideo etiam in concupiscibili oportet aliquã habitualẽ perfectionẽ ponere. Ambiguum vero est, in qua earum, scilicet in voluntate, an in concupiscibili, dicenda sit esse simpliciter, & absolutè, sicut in subiecto, huiusmodi virtus, quod cuidenter non apparet sine discussione actuum propriorum huiusmodi virtutum. Et propterea vsque ad dictum locum differatur vltima diffinitio. Quantum autem ad præsentem literam, potest gloss. fari, quòd intelligitur de partibus iustitiæ, quæ strictè & propriè sunt partes iustitiæ, quas Tullius enumerauit: quæ scilicet habent rationem debiti ad alterum: ita quod sine eo non saluatur morum honestas. Liberalitas autẽ, & huiusmodi, nõ sunt huiusmodi, sed partem habent de ratione debiti, non ad necessitatem, sed propter melius, vt superius in quæst. 80. patet. vbi de partibus iustitiæ tractatur.

1. 2. q. 18 ar. 2.

Arg. 1.

¶ In rẽsponsione ad septimum, nota primò, quòd Papa potest committere peccatum simoniæ, sicut peccatum adulterij, & aliorum vitiorũ: quamuis nullam censuram incurrat. Et hoc est clarum.

D. 1127.

¶ Nota secundo, quòd cũm duplex sit pecunia, quam Papa possit recipere, scilicet Ecclesiæ, vel prophana, quamcunque recipiat, vt pretium spiritualis rei, simoniam cõmittit: quia neutra est sua. Et de prophana patet. De ecclesiastica verò in litera declaratur. Quia Papa non est dominus, sed dispensator principalis pecuniæ Ecclesiasticæ: ac per hoc pecunia Ecclesiæ non est sua absolutè, vt possit ad libitum de ea disponere.

¶ Nota tertiò, quòd cum potestas Papæ, quo ad res temporales Ecclesiæ, sit potestas non domini, sed dispensatoris, vt in litera dicitur, consequens est vt plenitudo potestatis Papalis circa bona Ecclesiæ temporalia, non excat limites potestatis dispensatiuæ. Sicut in naturalibus plenitudo potentiæ calefactiuæ, non exit limites potestatis calefactiuæ, & in politicis plenitudo potestatis regiæ non exit limites regiæ potestatis. Ac per hoc non potest Papa ad libitum donare res Ecclesiæ, sed potest tanquam habens apicem dispensatiuæ potestatis multo plus de eisdem dispensare, quàm quicunque alius proximus Ecclesiæ alicuius prælatus. Et per hoc patet solutio quæstionis mercatorum, an scilicet de vsuris, quas cum Clericis variis, certis tamen, lucrati sunt, possint, cum domino Papa componere: pura, si vsuræ ascendunt ad quindecim milia ducatorum, dare Papæ tria vel quatuor milia, & residuum sibi retinere tuta conscientia. Constat nanq; quod non remaneret mercator absolutus in cõscientia, tum quia Papa non est dominus, sed dispensator rerum ecclesiasticarum, & huiusmodi compositio non esset dispensatio, quæ diceretur dispositionem importat: tum quia etiã sanctum emere vel vendere, simoniacã hæresim esse nullus fidelium ignorat.

Lib. 8. ca. 5 In princ. 10. 6.

Q. 10. ar. 2.

Q. 14. ar. 2. c. Salmator.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ sicut supra dictũ est *, actus aliqs est malus ex genere, eo q̃ cadit super materiã indebitã. Emptionis autẽ & vẽditionis est materia indebita res spiritualis triplici rõne. Primò quidẽ, quia res spiritualis non põt aliquo terreno pretio cõpensari, vt de sapiẽtia dicitur Prouerb. 3. Pretiosior est cunctis opibus, & oĩa q̃ desiderantur, huic non valẽt cõparari. Ideo ẽt Petrus in ipsa sui radice simoniacam prauitatẽ condẽnans, dixit, Pecunia tua tecum sit in perditionem. q̃m donũ Dei existimasti pecunia possidere. Secundò, quia id non põt esse debita venditionis materia, cuius venditor nõ est dominus, vt patet in autoritate ã * inducta. Prælatus autẽ Ecclesiæ non est dominus spiritualium rerum, sed dispensator, secundũ illud 1. ad Cor. 4. Sic nos existimet hõ vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei. Tertiò, quia venditio repugnat spiritualiũ origini, quæ ex gratuita volũtate Dei prouenit. Vnde & Dominus dicit Matt. 10. Gratis accepistis, gratis date. Et ideo aliquis q̃ emendo vel vendendo rem spiritualem, irreuerẽtiã exhibet Deo & rebus diuinis, ꝓpter quod peccat peccato irreligiositatis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ sicut religio cõsistit in quadã fidei protestatione, quã tñ aliquis interdum non hẽt in corde: ita ẽt vitia opposita religioni habent quandã protestationem in fidelitatis, licet q̃ñq; non sit infidelitas in mente. Secundum hoc ergo simonia hæresis dicitur secundum exteriorem protestationem: quia in hoc q̃ aliquis vendit donũ Spiritus sancti, quodammodo protestatur se esse dominum spiritualis doni, quod est hæreticum. Sciendum tñ quòd Simon magus, ꝓter hoc quòd ab Apostolis Spiritus sancti gratiã pecunia emere voluit, dixit quòd mũdus nõ erat à Deo creat⁹, sed à quadã supma virtute: vt dicit Isidor⁹ in li. Etym*. Et sic scdm hoc iter alios hereticos simoniaci cõputãtur, vt patet in lib. Aug. de hæresibus*.

Q. 58. art. 4.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd sicut ẽ dictũ est *, iustitia & oẽs partes ei⁹ & p cõsequens oĩa vitia opposita sunt in volũtate, sicut in subiecto Et ideo conuenienter simonia per voluntatẽ diffinitur. Additur autẽ studiosa: ad designãdũ electionem, q̃ principaliter pertinet ad virtutẽ & vitiũ. Non autẽ ois qui peccat electione, peccat peccato in spiritũ sanctũ, sed solum qui peccatum eligit per contemptum eorum, per quæ homines solent retrahi à peccãdo, vt suprà dictum est *.

Q. 14. ar. 2.

¶ Ad tertium dicendum quòd Regnũ cẽlorũ dicitur emi, dũ q̃s dat q̃d hẽt, ꝓpter Deum, largè sumpto noĩe Emptionis, secundum q̃d accipitur pro merito: quod tamẽ non pertingit ad perfectã rationẽ emptionis, tum qa non sunt condignæ passiones huius temporis, nec aliqua nostra dona vel opera ad futurã gloriam, q̃ releuabitur in nobis, vt dicitur Roman. octauo, tum quia meritum non consistit principaliter in exteriori dono, vel actu, vel passione, sed in interiori affectu.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd Simõ magus ad hoc emere voluit potestatẽ spiritualem, vt eã postea venderet. Dicit enim 1. q. 1. 3. * quòd Simon magus donum Spiritus sancti emere voluit, vt ex venditione signorum, q̃ per eum fierent, multipli catam pecuniam lucraretur. Et sic illi q̃ spiritualia vendunt, cõformantur Simoni mago in intentione: in actu verò illi qui emere volunt. Illi autẽ qui vendũt in actu, imitantur Giezi discipulum Helisæi: de quo legitur quarti Regum 5. q̃ accepit pecuniã à leproso mundato. Vñ venditores spiritualiũ possunt dici non solum Simoniaci, sed etiam Giezitæ.

Hom. 5 in Euangel. paulo ante med.

¶ Ad quintum dicendum, quòd nomine Emptionis & Venditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus. Vnde nec permutatio præbendarum vel ecclesiasticorũ beneficiorum fieri potest authoritate partium absque periculo simoniæ: sicut nec transactio, vt iura determinant. Potest tamen Prælatus ex officio suo permutatiões huiusmodi facere pro causa vtili vel necessaria.

¶ Ad sextum dicendum, q̃ sicut ãa viuit ſedm seipsam, corpus autẽ viuit ex vnione ãæ: ita etiã quædã sunt spiritualia secundum seipsa, sicut sacramenta, & alia huiusmodi. Quædam autem dicuntur spiritualia ex hoc, quòd talibus adhærẽt. vnde 1. quæst. 4. dicitur ca. Si quis obiecerit, quòd spiritualia sine corporalibus non proficiunt, sicut nec anima sine corpore corporaliter viuit.

¶ Ad septimũ dicendũ, q̃ Papa põt incurrere vitiũ simoniæ, sicut & quilibet aliꝰ hõ: peccatum em̃ tãto in aliqua persona est grauius, quanto maiorem obtinet locum. Quãuis enim res Ecclesię sint eius, vt principalis dispensatoris, non tamen sunt eius vt dñi & possessoris. Et ió si receperet pro aliqua re spirituali pecuniã de reditib⁹ Ecclesiæ alicuius, nõ careret vitio simoniæ. Et similiter ẽt posset simoniã committere, recipiendo pecuniam ab aliquo laico non de bonis Ecclesiæ.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum semper sit illicitum pro sacramentis pecuniam dare.

AD SECVNDVM sic procedit. Videt⁹, q̃ nõ semper sit illicitũ, pro sacramẽtis pecuniã dare: baptismus em̃ est ianua sacramentorũ, vt i tertia parte * dicet⁹. Sed licet (vt videt⁹) in aliquo casu dare pecuniã pro baptismo: puta qñ sacerdos puerum morientem sine ꝓtio baptizare non velleꝛ. Ergo non semp est illicitum emere vel vendere sacramẽta.

¶ 2 Præt. Maximum sacramentorum est Eucharistia, quæ in Missa consecratur. Sed pro Missis cantandis aliqui sacerdotes præbendam vel pecuniam accipiunt. Ergo licet multo magis alia sacramenta emere vel vendere.

¶ 3 Præt. Sacramentum pœnitentiæ est sacramentum necessitatis, quod præcipuè in absolutione consistit. Sed quidam absolutentes ab excommunicatione, pecuniam exigunt. Ergo non semper est illicitum sacramentum emere vel vendere.

¶ 4 Præt. Consuetudo facit, vt non sit peccatum id, quod alias peccatum esset, sicut Aug. * dicit, quòd habere plures vxores qñ mos erat, crimen non erat. Sed apud quosdam est consuetudo, quòd in consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus Clericorum, pro chrismate, vel oleo sancto, & aliis huiusmodi, aliquid detur. Ergo videtur quòd hoc non sit illicitum.

¶ 5 Præt. Contingit quandoque quòd ali quis malitiosè impedit aliquem vel ab episcopatu obtinendo, vel ab aliqua alia dignitate. Sed licet vnicuique redimere suam vexationem. Ergo licitum videtur

si Papa esset dominus, præsumitur verisimiliter, quod non libere donaret, sed redimeret vexationem suam, acciꝑiendo de suo quantum habere posset. Cuius manifestum signum est, quia conatur componendo rehabere quantum plus potest. Ex eodem quoque fundamento, scilicet quòd Papa non est dominus sed dispensator, sequitur, quòd de plenitudine potestatis non possit ad libitum dare bona Ecclesiæ cui voluerit, aut consanguineis, &c. sed tenetur fideliter dispensare, vt recta ratio suader: iuxta illud, Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Et rursus, Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illi in tempore tritici mensuram, & non ad libitum quantum volet.

¶ Super Quæstionis centesimæ Articulum secundum.

IN articulo secundo in rẽsponsione ad primum, dubium occurrit, An in casu literæ, quo adultus in articulo mortis constituitus nullum habet qui velit eum baptizare sine pecunia, locum habeat redemptio propriæ vexationis. Et est ratio dubij, quia si ibi locũ habet, sequitur quòd licitè potest dare pecuniam auaro sacerdoti vt eum baptizet, non emendo baptismum, sed redimendo suam vexationem. Et consequenter non debet mori absque baptismo fluminis: cuius oppositum in litera dicitur. Si verò ibi non habet locum, mirum valde est, quare Abrahæ non in tanta necessitate licuit redimere vexationem suam, soluendo locum sepulchri: & Iacob licuit hoc eodem modo soluere pro primogenitura: vt in articulo quarto ad tertium huius quæstionis Autor dicit.

4 di. 25. q. 3. ar. 2. q. 1.

* Q. 68. art. 6.

Lib. 22. de ciuit. Dei cõtra Faustum cap. 47.

¶ Ad hoc dicit Petrus de Palude in quarto, dist. 5. articulo tertio, quòd hic non habet locum redemptio vexationis. Et ratio sua est differentia inter vexatores. Nam quidam sunt qui facto possunt obesse, & de iure non possunt prodesse. Et ab istis licitum est redimere suam vexationem, vt cõtra patet cum quis electus in Episcopum, redimit suam vexationem à perturbatoribus de facto, qui nihil possunt iuris conferre. Quidam verò sunt qui & facto obesse, & iure prodesse possunt. Et ab istis non licet redimere, vt patet in exemplo dato respectu commissoris. Nam si confirmator vexaret electum nolendo eum confirmare,

Universidad de Deusto Biblioteca

non liceret ei pecuniam dare. Et ratio diuerſitatis eſt, quia iſtis dando, pararet ſibi viam acquirendi epiſcopatum, qui à confirmatore datur. Et ſimile eſt in propoſito: quia baptizator confert characterem baptizádo. Alij autem diſtinguendo dicunt, quòd caſus poteſt dupliciter contingere. Primo, in adulto pro ſeipſo baptizando, & ſic concordant, dicentes quòd potius debet mori, quàm ſoluere auaro ſacerdoti. Secundò, in adulto pro infante moriente, addendo caſui, quòd ipſe adultus ſit omnino impotens carens membris: & ſic dicunt quòd licitū, eſt dare pecuniam ſacerdoti vt baptizet infantem, non emendo ſacramentum, ſed redimendo vexationem pueri. Et ratio diuerſitatis aſſignatur, quia adultus poteſt ſaluari per baptiſmum fluminis. Infans autem eſt in extrema neceſſitate, nullum aliud habens remedium: huius opinionis eſt Panor. in cap. Cum in Eccleſiæ. extra. de ſimonia. & quidam recitati à Ricardo in 25. diſtinct. 4. artic. 3. queſt. 1 ad octauum. *Ex lib. de paſtoribus c. 2. circa fin. to. 9.* Ipſe tamen Ricardus declinat ad oppoſitum.

¶Inter opiniones autem has, rationi magis conſona videtur, dicens redemptionem vexationis habere hic locum reſpectu infantis in articulo mortis, & non reſpectu adulti. Et ratio me mouens eſt, quia baptizandus in hoc caſu patitur iniuſtum à potente & nolente baptizare: quia tenetur iſte de neceſſitate præcepti diuini in hoc articulo baptizare occurrentem baptizandum in articulo mortis ſine alio baptizatore: ſicut teneretur paſcere fame morientem ſi occurreret. Conſtat nanque vniuerſaliter verum eſſe, quòd vnuſquiſque poteſt licite à ſe abiicere iniuſtum, quod patitur, dato pretio aliquo: quum hoc nihil aliud ſit quàm vti iniquitate parati, imò facientis iniquitatem, *in corp. art.* ad proprium bonum neceſſarium: & hoc eſt redimere vexationem ſuam. Vnde quia inter infantem & adultum in propoſito hæc eſt differentia, quòd infans patitur iniuſtum ſi non baptizatur *in corp. et 1.2.q.97. art.3.* (perdit enim aditum æternæ vitæ ſibi debitum ab iſto per actum baptiſmi: adultus autem non perdit illum, quia patet ei aditus per baptiſmum fluminis: quamuis ille auarus nolens baptizare inferat, quantum in ſe eſt, vtrique iniuſtum: quia tenetur & infantem & adultum baptizare) ideo habens curam infantis ſi non poteſt baptizare, puta quia mutus, licitè pecuniam dat auaro, non vt baptizet, ſed vt auferat obicem prohibentem ipſum baptizare, ſcilicet auaritiam illam, vt impeditiuam baptiſmi. Nec hoc eſt contra Autorem in litera, qui hunc caſum non ponit in litera. Et per hoc etiam patet ſolutio rationis Petri, ſi contra hoc afferatur: quia non datur vexatori pecunia vt ius conferat, ſed vt iniquum impedimentum auferat, & conſequenter libere ius conferat non impeditus. Nec eſt ſimile de confirmatore electionis: quia non eſt ibi neceſsitas, vt hic, nec conſtat de ſanctitate, & intentione dantis pecuniam, vt hic conſtat, quoniam nihil temporale quæritur.

in tali caſu pecuniam dare ꝓ epiſcopatu vel aliqua alia Eccleſiaſtica dignitate.

¶6Præt. Matrimoniū eſt quoddā ſacramētū. Sed qn̄q; dat̃ pecunia ꝓ matrimonio. Ergo licitū eſt ſacramētū vendere.

¶SED CONTRA eſt, quod dicitur 1. q. 1. Qui pro pecunia quenquam conſecrauerit, alienus ſit à ſacerdotio.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ ſacraméta noue legis ſūt maximè ſpiritualia, inquātū ſunt cauſa ſpiritualis grẽ, q̃ ꝑtio æſtimari nō pōt: & eius rationi repugnat, quòd non gratuitè det̃. Diſpenſantur aūt ſacraméta per Eccleſiæ miniſtros, quos oportet à populo ſuſtētari ſecūdum illud Apoſt. 1. ad Cor. 9. Neſcitis qm̄ qui in ſacrario operātur, q̃ de ſacrario ſunt edunt: & qui altario deſeruiūt, cum altario participāt? Sic ergo dicendū eſt, ꝙ accipere pecuniā ꝓ ſpirituali ſacramentorum grã, eſt crimē ſimoniæ, qđ nulla conſuetudine pōt excuſari: quia cōſuetudo nō p̃iudicat iuri naturali vel diuino. Per pecuniā autem intelligitur omne illud, cui⁹ p̃tiū pōt pecunia æſtimari, vt Philoſ. dicit in 3. Ethi. Accipere aūt aliqua ad ſuſtētationē eorum q ſacraméta Chr̄i miniſtrant ſecundū ordinationē Eccleſiæ, & cōſuetudines apꝓbatas, nō eſt ſimonia, neq; peccatum Non em̄ ſumitur tanquā p̃tium mercedis, ſed tanquā ſtipendium neceſsitatis. Vn̄ ſup illud 1. ad Timot. 9. Qui bene præſunt presbyteri, &c. dicit glo. Aug*. Accipiāt ſuſtentationem neceſsitatis à populo, mercedem diſpenſationis à Domino.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ in caſu neceſsitatis quilibet pōt baptizare. Et quia nullo modo eſt peccandum, ꝓ eodē eſt habendum ſi ſacerdos abſq; p̃tio baptizare non velit, ac ſi non eſſet q baptizaret. Vnde ille qui gerit curā pueri in tali caſu licitè poteſt eum baptizare, vel à quocunq; alio facere baptizari. Poſſet tn̄ licitè aquā à ſacerdote emere: quæ eſt purum elementum corporale. Si autem eſſet adultus, qui baptiſmū deſideraret, & immineret mortis periculū: nec ſacerdos eū vellet ſine p̃tio baptizare, deberet, ſi poſſet, per alium baptizari. Quòd ſi non poſſet ad alium habere recurſum, nullo modo deberet pretium ꝓ baptiſmo dare, ſed poti⁹ abſq; baptiſmo decedere. Suppleret̃ em̄ ei ex baptiſmo fluminis, quod ei ex ſacramento deeſſet.

¶Ad ſecundū dicendū, ꝙ ſacerdos nō accipit pecuniā quaſi p̃tium conſecrationis Euchariſtię, aut Miſſæ decantandæ. Hoc em̄ eſſet ſimoniacum. Sed quaſi ſtipendiū ſuæ ſuſtētationis, vt dictum eſt*.

¶Ad tertiū dicendum, quòd pecunia nō exigitur ab eo, qui abſoluitur, quaſi pretium abſolutionis. Hoc enim eſſet ſimoniacum. Sed quaſi pœna culpæ præcedētis, pro qua fuit excommunicatus.

¶Ad quartū dicēdum, quòd ſicut dictū eſt*, conſuetudo nō p̃iudicat iuri naturali vel diuino, quo ſimōia prohibet̃. Et iō ſi aliqua ex conſuetudine exigantur quaſi p̃tium rei ſpiritualis cū intētiōe emēdi, vel vendēdi, eſt manifeſtè ſimonia, & p̃cipuè ſi ab inuito exigantur. Si verò exigātur quaſi q̄dā ſtipendia per conſuetudinē approbata, nō eſt ſimonia: ſi tn̄ de ſit intentio emendi vel vendendi, ſed intentio referatur ad ſolā cōſuetudinis obſeruātiā, & pręcipuè qn̄ aliquis voluntariè ſoluit. In his tamen omnibus ſolicitè cauendum eſt quod habet ſpeciem ſimoniæ vel cupiditatis, ſecundum illud Apoſtoli primæ ad Theſſal. vlti. Ab omni ſpecie mali abſtinete vos.

¶Ad quintum dicendum, quòd antequā alicui acquiratur ius in epiſcopatu, vel quacunque dignitate, vel præbenda per electionem vel prouiſionem, ſeu collationem, ſimoniacum eſſet aduerſantium obſtacula pecunia redimere. ſic enim per pecuniam pararet ſibi viam ad rem ſpiritualem obtinendam. Sed poſtquam ius acquiſitum eſt, licet per pecuniam iniuſta impedimenta remouere.

¶Ad ſextum dicendum, quòd quidam dicunt, quòd pro matrimonio licet pecuniam dare, quia in eo non confertur gratia, ſed hoc non eſt vſquequaque verum, vt in tertia parte * huius operis dicetur. *Non compleuit, morte præuentus.* Et ideo aliter dicendum eſt quòd matrimonium non ſolum eſt Eccleſiæ ſacramentum, ſed etiam naturæ officium. Et ideo dare pecuniam pro patrimonio, inquantum eſt naturæ officiū, licitum eſt: inquantum verò eſt Eccleſiæ ſacramentum, eſt illicitum. Et ideo ſecundum iura prohibetur, ne pro beendictione nuptiarum aliquid exigatur.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum liceat dare & accipere pecuniam pro ſpiritualibus actibus.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod licitum ſit dare, & accipere pecuniam pro ſpiritualibus actibus. Vſus enim prophetiæ eſt ſpiritualis actus. Sed pro vſu prophetiæ olim aliquid dabatur, vt patet primi Reg. 9. & tertij Reg. 13. Ergo videtur quòd liceat dare & accipere pecuniam pro actu ſpirituali.

¶ 2Præt. Oratio, prædicatio, laus diuina ſunt actus maximè ſpirituales. Sed ad impetrandum orationum ſuffragia, pecunia datur ſanctis viris, ſecundum illud Luc. 16. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis. Prædicatoribus etiā ſpiritualia ſeminantibus temporalia debentur ſecundum Apoſtolum primæ ad Corinth. 9. Celebrāntibus etiā diuinas laudes in eccleſiaſtico officio, & proceſsiones facientibus, aliquid datur: & quandoq; annui reditus ad hoc aſsignantur. Ergo licitum eſt pro ſpiritualibus actibus accipere aliquid.

¶3Pręt. Scientia non eſt minus ſpiritualis, quā poteſtas: Sed pro vſu ſcientiæ licet pecuniā accipere: ſicut aduocato licet vendere iuſtum patrocinium, & medico conſilium ſanitatis, & magiſtro officium doctrinæ. Ergo pari ratione videtur quòd liceat Prælato aliquid accipere pro vſu ſpiritualis ſuæ poteſtatis, puta pro correctione, vel diſpenſatione, vel aliquo huiuſmodi.

¶4Pręt. Religio eſt ſtatus ſpiritualis pfectionis Sed in aliquibus monaſteriis aliquid ab iis q recipiūtur, exigitur. Ergo licet pro ſpiritualibus aliquid exigere.

¶SED CONTRA eſt, quod dicitur 1. q. 1. Quicquid inuiſibilis gratiæ conſolatione tribuitur, nunquam quæſtibus vel quibuslibet præmiis venundari penitus debet. Sec omnia huiuſmodi ſpiritualia per inuiſibilem gratiam tribuuntur. Ergo non licet ea quæſtibus vel præmiis venundare.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ ſicut ſacraméta dicūt̃ ſpiritualia, q̄a ſpirituale conferunt gratiā, ita ēt quædā alia dicūt̃ ſpiritualia, q̄a ex ſpirituali grã procedūt & ad eam diſponunt: quæ tn̄ per hominū miniſteriū exhibētur, quos oportet à

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ Articulum ſecundum, tertium, & quartum.*

IN articulis ſecundo, tertio, & quarto ſimul dubium occurrit, *4. diſt. 25. q. 3. art. 2. quo. 2. Et quolib. 8. ar. 11.* an ſtipendium ſuſtentationis ſub pacto ponere liceat ſacerdotibus, prædicatoribus, diuinique cultus miniſtris. Et eſt ratio dubij, quoniam partem negatiuam omnia iura clamant, pacta huiuſmodi exterminantia & punientia ſi fiant. Et in litera expreſsè dicitur in articulo tertio, in reſponſione ad primum, ſi huiuſmodi pacto interueniente fiant: aut etiam cum intentione emptionis, vel venditionis, ſimonia eſſet. Pro parte autem affirmatiua pugnat conſuetudo ab Eccleſia approbata: vt videlicet ſacerdotes ſeruituri per annum alicui capellæ, pacto conueniunt de annua quantitate pecuniæ. Non deſunt quo que prædicatores, qui quantum eis pro quadrageſima ſoluendū eſt, intelligere cum pacto volunt pro ſuſtentatione ſua. ratio deinde ſuffragatur: quoniam vel le ſtipendium ſuſtētationis, non eſt velle tēporale pro ſpirituali. Ergo ex pacto velle tale ſtipendium, non eſt vendere ſpiritualia. Non ergo eſt illicitum. Prima conſequentia patet: quia pactum non mutat materiam actuum. eadem nanque eſt materia donationis & venditionis, ſi vas argenteum dono datur, vel venditur. Et propterea, ſi abſolutè velle ſtipendium ſuſtentationis, non eſt velle tēporale pro ſpirituali: ergo velle idem ex pacto, non eſt velle tēporale pro ſpirituali, quod eſſet vendere. Secunda verò conſequētia patet: quia nō alia ratione hoc eſſet illicitū, niſi quia eſſet ſimonia, videlicet velle temporale pro ſpirituali. Sublata ergo

populo ſuſtentari, cui ſpiritualia adminiſtrant, ſecundum illud primæ ad Cor. 9. Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Et ideo vendere quod ſpirituale eſt, in huiuſmodi actibus, aut emere, ſimoniacum eſt. Sed accipere aut dare aliquid pro ſuſtentatione miniſtrātium ſpiritualia, ſecundum ordinationē Eccleſiæ & conſuetudinem approbatā, licitum eſt: ita tamen quòd deſit intentio emptionis vel venditionis: & quòd ab inuitis non exigatur per ſpiritualiū ſubtractionē, quæ ſunt exhibenda. Hoc enim haberet quandam venditionis ſpeciem. Gratis tamen ſpiritualibus prius exhibitis, licitè poſſunt ſtatutæ & conſuetæ oblationes & quicunque alij prouentus, exigi à nolentibus & volentibus ſoluere, autoritate ſuperioris interueniente.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ſicut Hiero. dicit ſuper Michæam*: munera quædam ſpontè exhibebantur bonis prophetis ad ſuſtentationem ipſorū, non quaſi ad emendum prophetię vſum: quem tamen pſeudoprophetæ retorquebant ad quæſtum.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ illi qui dāt eleemoſynas pauperib. vt orationū ab ipſis ſuffragia impetrent, non eo tenore dant, quaſi intendentes orationes emere. Sed per gratuitam beneficētiam pauperum animos prouocant ad hoc quòd pro eis gratis & ex charitate orent. Prędicantibus etiam temporalia debentur, ad ſuſtentationem prædicantium: non autem ad emendum prædicationis verbum. Vnde ſuper illud 1. ad Timoth. 5. Qui benè præſunt presbyteri, &c. dicit glo*. Neceſsitatis eſt accipere vnde viuitur, charitatis eſt præbere: non tamen venale eſt Euangelium, vt pro his prædicetur. Si enim ſic vendunt, magnam rem vili vendunt pretio. Similiter etiam aliqua temporalia dantur Deum laudantibus in celebratione eccleſiaſtici officij, ſiue pro viuis ſiue pro mortuis, nō quaſi pretium, ſed quaſi ſuſtentationis ſtipendium. Et eo etiam tenore pro proceſsionibus faciendis in aliquo funere, aliquæ eleemoſynæ recipiuntur. Si autem hmōi pacto interueniente fiant, aut ēt cum intentione emptionis vel venditionis, ſimonia eſſet. Vn̄ illicita eſſet ordinatio, ſi in aliqua Eccleſia ſtatueretur, quòd non fieret proceſsio in funere alicuius, niſi ſolueret certā pecunię quātitatem: quia per tale ſtatutum præcluderetur via, gratis officium pietatis aliquibus impendēdi. Magis aūt licita eſſet ordinatio, ſi ſtatueretur ꝙ omnibus certā eleemoſynā dantibus talis honor exhiberetur: quia per hoc non præcluderetur via aliis exhibēdi. Et præterea prima ordinatio hēt ſpeciem exactionis. Secunda autem habet ſpeciem gratuitæ recompēſationis.

¶Ad tertiū dicēdum, quòd ille cui committitur ſpiritualis poteſtas, ex officio obligatur ad vſum poteſtatis ſibi commiſſæ in ſpiritualium diſpenſatione: & etiā pro ſua ſuſtentatione ſtatuta ſtipendia habet ex reditibus Eccleſiæ. Et ideo ſi aliquid acciperet pro vſu ſpiritualis poteſtatis, non intelligeretur locare operas ſuas, quas ex debito ſuſcepti officij debet impendere, ſed intelligeretur vēdere, ipſum ſpiritualis gratiæ vſum. Et propter hoc nō licet pro quacunque diſpenſatione aliquid accipere. Nec etiam pro hoc quòd vices ſuas committant, nec etiā pro hoc quòd ſubditos ſuos corrigant, vel à corrigendo deſideſtant. Licet tamen eis accipere procurationes, quando ſubditos viſitant: non quaſi pretium correctionis, ſed quaſi debitum ſtipendium. Ille autem qui habet d ſcientiam, & non ſuſcipit cum hoc officium, ex quo obligetur aliis vſum ſciētiæ impendere, licitè poteſt pretium ſuę doctrinæ vel conſilij accipere: non quaſi veritatem, aut ſcientiam vendens, ſed quaſi operas ſuas locans. Si autem ex officio ad hoc teneretur, intelligeretur ipſam vendere veritatem, vnde grauiter peccaret. Sicut patet in illis, qui inſtituuntur in aliquibus Eccleſiis, ad docēdum clericos Eccleſiæ, & alios pauperes, pro quo ab Eccleſia beneficium recipiunt: à quibus non licet eis aliquid

ergo hac mali ratione, reſtat quòd non ſit illicitum.

¶Dubium ſecundò occurrit, an in huiuſmodi ſpiritualibus liceat vendere laborem perſonalem, & locare operas ſuas ſub pretij pacto. Et eſt ratio dubij, quia pars affirmatiua fouetur ex hoc, quòd labor corporeus & ſimiliter operata corporea nō ſunt de genere ſpiritualium, ſed temporalium. Vendere autem aut locare temporalia, nullum peccatum eſt.

¶Et confirmatur, quia ſi hoc eſt illicitum ex ſuo genere, non erit licitum in aliquo ſpirituali, & illicitū in aliquo alio ſpirituali: ſed in toto genere ſpiritualium hoc erit licitum, aut illicitum. Sed experientia teſte, conſtat in multis ſpiritualibus eſſe hoc licitum Nam ſacerdos licitè locat operas ſuas in celebrando ter in hebdomada, & huiuſmodi. Et laborem quē ſuſtinere debet eundo in villam ad celebrandum, licitè ſub pretio ponit. Doctor quoque Theologiæ vendit ſuas operas & laborem, ſicut & aduocatus iniuſtum patrociniū. In aliis igitur ſpiritualibus, cum non ſint iſtis ſpiritualiora, licitum erit.

Super c. 3. ¶Partem verò negatiuā probant duo. Primum, quia cùm omnia eccleſiaſtica, quæ ſpiritualia dicuntur, vt ſacramentorū adminiſtratio, ſacrificiū Miſſæ, prædicatio, diuinúſque cultus cōſtent ex duob⁹, vez ex ſpirituali & temporali, nam ſpirituale in eis eſt gratia, veritas, &c. temporale vero eſt actio humana, ſi licitum eſt vendere aut locare hæc ratione actionis humanæ, omnia eccleſiaſtica venalia licite eſſent ab ſolutè loquendo. Ita ꝙ ſicut licitum eſt vendere calicē ratione materiæ, ita proportionaliter licitum erit vendere omnia huiuſmodi ſpiritualia ratione actionis humanę.

Et Aug. lib. de paſtoribus cap. 2. ¶Et confirmatur ex diffinitione ſimoniæ, in qua ponitur vendere annexa ſpiritualib. Conſtat autē ꝙ magis annexa ſunt ſpiritualib. ſimultanea, quā illa ad quæ ſpiritualia ſe habent antecedenter. Sed actio humana in iſtis eſt ſimul cum ſpiritualibus. Ergo eſt magis inuendibilis quàm beneficium eccleſiaſticum ad quod ſpirituale ſe habet antecedenter, & dicitur omnino inuendibile. Secūdum eſt, quia niſi fiat differentia inter ſtipendium ſuſtentationis, & venditionem laboris, ſeu locationem operarum, ſicut aduocato & doctori quantumcunque diuiti, licet vendere ſuum docere & patrocinari: ita ſacerdotibus, prædicatoribúſque diuitibus licitum erit locare ſuas operas, vendere ſuos labores, ac per hoc non ſuſtentationis gratia, ſed mercedis titulo à populo temporalia ſuſcipere: & conſequenter omnia iura ruent.

¶Ad euidentiam horum ſciendum eſt, quòd inter ſtipendiū ſuſtentationis & ſtipendium locatarum operarum, hæc eſt differentia, quod ſtipendiū locatarū operarū habet rationē mercedis, iuxta illud Matt. 23. Voca operarios, & redde illis mercedem. Stipendiū autē ſuſtentationis nō habet rationē mercedis, ſed ſubuentionis neceſſariæ vel commodæ miniſtris. Et ex hoc ſequitur, quod q dat aliquid tēporale, puta pecuniā miniſtris Eccleſiæ ꝓ ſuſtentatione eorum, non dat pecuniam ꝓ pretio operarum aut laboris eorum, ſed ſolùm dat vt ſe ſuſtenteut in victu, & veſtitu, &c. vt ſic habentes alimentū & quibus tegātur, vacent eccleſiaſticis officiis gratis. Qui verò dat aliquid tēporale eiſdē ꝓ locatis operis, mercedē debitā reddit quaſi pretiū laboris & operarū eorundē, vt ipſum Locationis nomē oſtendit. Ex hoc autē, quod ſtipendiū ſuſtentationis concurrit, vt neceſſariū, ſine quo nō poteſt miniſter ſalua ſui ſtatus honeſtate, diuina exercere officia, ſequitur quod pōt ſub pacto poni ſtipēdium ſuſtentationis non minus quàm reliquorum oportunorū ad diuina ſeruitia ꝓuiſio, ſ. puta, calicis, ſacrarum veſtium, & huiuſmodi. Ita quod ſicut ſacerdos celebraturus ad inſtantiam alicuius, poteſt ſub pacto ponere, quòd vocans eū prouideat de calice, altari, veſtibus ſacris, & huiuſmodi, ſine quibus nō poteſt celebrare: ita poteſt ſub pacto ponere ſuſtentationē ſuā, ſine qua non poteſt in ſacerdotij miniſterio deſeruire: & in hoc nulla ſimonia interuenit. Aduertenda tn̄ ſunt hic duo. Primò, quod ſuſtentationis nomine non tantùm venit cibus & potus, ſed quicquid eſt neceſſarium ad victum & veſtitū ſui, & eorum quorum ſibi cura incūbit. Non enim debet mendicare ſacerdos pro ſuſtentatione ſuorum aut parentum antiquorum aut paruulorum nepotum, ſuæ curæ ſecundum naturæ iura relictorum, & huiuſmodi. Secundo, quod ſuſtentationis ſtipendium dupliciter poteſt obuenire. Primò gratuitè, vel ex autoritate Superioris: & ſic non exigit neceſſitatem in eo in cuius ſuſtentationem datur, vt patet ex eo quod Epiſcopo ditiſſimo viſitanti debetur ſecundum iura procuratio. Alio modo, ex pacto: & ſic non niſi pauperi indigenti ſuſtentationis ſtipendio licitè prouenire poteſt. Quoniā ſacerdos habens vnde ſecundum ſuum ſtatū honeſtè viuat, ſi ex pacto vult ſtipendium ſuſtentationis, conuincitur quòd mendax eſt, conueniēdo de ſtipendio vt neceſſario, ſine quo non poteſt commodè in ſacerdotio ſeruire: quoniam ſine illo ſtipendio poteſt hoc commodè facere. Vnde conuincitur, quòd conuenit non de ſtipendio ſuſtentationis, ſed de ſtipendio operarum ſuarum. Quod an liceat, in ſequenti tractabitur dubio. In hoc ſi quidem primo dubio de ſolo ſtipendio ſuſtentationis eſt ſermo.

¶Ad obiecta autē in oppoſitum dicitur, quòd miniſteria eccleſiaſtica poni ſub pacto dupliciter poteſt intelligi. Primò, ſimpliciter & abſolutè: vt videlicet dicatur Ego volo tantam pecuniam pro miniſterio, vel ſi debeo miniſtrare. Et hæc pacta ſūt prohibita: & dicuntur ſymoniaca in iure & in litera. Alio modo, ſecundū quid, ſeu cum limitatione. Verbi gratia: Si debeo miniſtrare in ſpiritualib. ego volo pro ſtipendio ſuſtentationis meæ tantum, quia aliter non poſſum miniſterio commodè incumbere. Et ſic limitata pacta ab indigentib. miniſtris facta, non ſunt ſymoniaca apud Deum, *D. 242.* qui cor rectū videt. Nec ſunt ſymoniaca apud Eccleſiam, cui cōſtat, vel cōſtare poteſt & de indigētia miniſtri, & de expreſſa limitatione in pacto appoſita, videlicet pro ſuſtentatione neceſſaria. Hæc de primo.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, quòd in eccleſiaſticis miniſteriis licitum eſt abſolutè loquendo, locare operas ſuas ex pacto: tum quia hoc habet Eccleſiæ conſuetudo, vt patet in ſacerdotibus, qui conducuntur, vt ſint capellani annuales, vel menſtrui: pactum nanque interuenit quòd tantum debeatur eis ſingulis menſibus: tum quia eadem ratio eſt de pacto expreſſo, & pacto implicito. Sed pactū implicitum inuenitur in iure approbatum, vt patet extra. de prębendis c. Significatum. Ergo licitum eſt etiam explicitè paciſci de pretio operarum: tum quia locationem operarum in huiuſmodi, iura, doctoréſque approbant: conſtat autem quòd locatio pacto & conuentione firmari poteſt: tum quia Apoſtolus de hac materia loquens primæ ad Cor. 9. dicit, Quis vnquam ſuis ſtipendiis militat? Si enim non tenetur quis militare in eccleſiaſtica militia ſuis ſtipendiis, poteſt de ſui operis ſtipendio paciſci, ſicut miles armatæ militiæ, iuxta rationem Apoſtoli. Et confirmatur, quia dominus Lucæ 10. de diſcipulorū opere loquens, ſubdit, Dignus eſt operarius mercede ſua. Quid clarius? Ergo licitè poteſt cōuentio fieri de mercede operis laboríſque humani in eccleſiaſticis officiis. Firmatúrque opinio hæc ratione iam allata, videlicet quia res temporalis poteſt ſub pacto poni. Et licet ita ſit ſecundum veritatem ex parte rei, quia tamen ſecūdū exteriora, ſpeciē hēt mali, qm̄ ſic via ſymoniæ fraudibus aperitur: ideo ab Eccleſia pacta in huiuſmodi inhibita ſunt. Sed hæc opinio non videtur rationabilis. Quoniam Eccleſia ideo prohibet pacta, quia illicita ſunt pacta, & non econtra, vt patet ex hoc quòd Doctores in hoc videntur varij, qui tamen conueniunt in eccleſiaſtico iure. Videtur ergo aliter dicendum, interponendo vnā propoſitionem pro regula, ſ. quòd ſpirituale non poteſt eſſe ratio pretij ſeu æſtimationis. Manifeſtatur ſiquidem iſtius regulæ veritas inductiuè. Qm̄ & calix conſecratus non poteſt plus vendi ratione conſecrationis: & villa habens ius patronatus, non poteſt plus vendi ratione iuris patronatus. Et quæ ſunt merè ſpiritualia, omnino inuendibilia ſunt, vt patet. Poſt hanc regulam diſtinguendū eſt quòd quædam ſunt miſta ex ſpirituali & tēporali, in quibus principale quæſitū eſt id quod eſt temporale: quędam verò in quibus principale quæſitū eſt id quod eſt ſpirituale. Et iuxta hanc diſtinctionem dicitur, quòd illa in quibus principale quæſitum eſt temporale, poſſunt ſub pacto poni: illa autem in quibus

Universidad de Deusto Biblioteca

recipere, nec ad hoc q doceant, nec ad hoc q aliqua festa faciāt,vel p̄termittāt. ¶Ad quartum dicendum, quòd pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere vel accipere quasi pretiū.Licet tñ si monasteriū sit tenue,quod nō sufficiat ad tot personas nutriendas,gratis quidē ingressum monasterij exhibere,sed accipere aliquid p victu personæ,quæ in monasterio fuerit recipienda, si ad hoc non sufficiant monasterij opes. Similiter etiā licitū est,si propter deuotionem, quam aliquis ad monasterium ostēdit, largas eleemosynas faciendo, facilius in monasterio recipiatur.Sicut etiam licitum est aliquē econuerso prouocare ad deuotionē monasterij per tēporalia beneficia:vt ex hoc inclinetur ad monasterij ingressum, licet non sit licitum ex pacto aliquid dare vel recipere pro ingressu monasterij vt habetur 1.q.2.c.quàm pio.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum sit licitum pecuniam accipere pro iis quæ sunt spiritualibus annexa.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur,quòd licitū sit pecuniā accipere pro iis quæ sunt spiritualib.annexa. Omnia enim temporalia videntur spiritualibus esse annexa, quia temporalia sunt propter spiritualia quærenda. Si ergo non licet vendere ea,quæ sunt spiritualibus annexa,nihil temporale vendere licebit,quod patet esse falsum. ¶2 Præt.Nihil videtur magis esse spiritualibus annexum quàm vasa cōsecrata. Sed calicē licet vendere pro redemptione captiuorum,vt Ambr.dicit*.Ergo licitum est vendere ea quæ sunt spiritualibus annexa. ¶3 Præt. Spiritualibus annexa dicuntur ius sepulturæ,ius patronatus,& ius primogenituræ secundum antiquos (quia primogeniti ante legem sacerdotis officio fungebantur)& etiam ius accipiendi decimas. Sed Abraham emit ab Ephron speluncam duplicem in sepulturam, vt habetur Genes. 23. Iacob autem emit ab Esau ius primogenituræ:vt habetur Genes.25.Ius etiam patronatus transit cum re vendita,& in feudum conceditur: decimæ etiam concessæ sunt quibusdā militibus,& redimi possunt. Prælati etiam interdum retinent sibi ad tēpus fructus prebendarum,quas conferunt, cùm tamen præbendæ sint spiritualib. annexæ. Ergo licet emere & vendere ea,quæ sūt spiritualibus annexa. ¶SED CONTRA est, qđ dicit Paschalis Papa,& habetur 1.q.3.c.Si qs obiecerit.Quisqs horū alterū vēdit,sine quo nec alterū puenit,neutrum inuēditū derelinquit. Nullus ergo emat Ecclesiam

Supra ar. 1.ad sextū Et 4.dist. 25.q.3.ar. 2.q.3.

Lib.2. de offic.c.28. to.1.

principale quæsitū est spirituale,nō possunt sub pacto poni.Et vtriusq; conclusionis ratio est vna:quia accessoriū sequr principale,ita q nō æstimatur vtrobique illud accessorium,sed concurrit concomitanter ad principale.

¶Ex his aūt duabus conclusionibus reddenda est ratio omniū obiectorū & accidētiū hinc & inde.Ex his em̄ patet primò,quare cantores pro capellis Papæ, dñorū & Ecclesiarū, sicut & organistæ licitè ex pacto locant operas suas: q̄m principale in eis quæsitū est opera humana,nō spirituale quid:quāuis opera humana ad spiritualia cōducant. Quærit' em̄ in eis vox, artis opus, & huiusmodi, quæ sensibilia ac temporalia sunt.

¶Patet secūdo,quare aduocati atq; doctores cuiuscunq; facultatis licitè vendunt operas suas:q̄m principale in eis quæsitū est humanū auxilium,vel ad iustitiā, vel ad sciētiā. Iustū siquidē patrociniū opē fert tēporalē,æstimabilē pecunia:& doctor opē temporalē magnā fert discipulo, declarando, applicando,&c.

¶Patet tertiò, quare pro celebratione, pro oratione, p sacramētorū administratione, p officio diuino,seu mortuorū, p prædicatione, p oleo sancto: pro chrismate,pro benedictione nubentium,non est licitum pacisci:quia s. principale in istis quæsitū est spirituale.Et quicquid tēporale in istis interuenit,nō æstimat' nisi ratiōe spiritualis. Veruntamen quia in istis, quæ sunt per accidens,contingit ēt sapientes falli,vt dicit Arist.ideo aduertendū est q aliud est loqui de celebratione Missæ absolutè, & aliud est loqui de obligatione ad celebrādū Missam in tali loco,toties in hebdomada,tali hora,& hmōi.Istæ náq; cōditiones per accidēs iunguntur & sunt tēporales,& propterea possunt sub pacto poni. Ita,q licet sacerdos non possit locare actionē suā celebrando,prædicando,ministrando sacramēta,&c.exercet:q̄m,vt dictum est,ratione spiritualis, quod principaliter quæritur,æstimatur & appretiatur:potest tamen locare seu vendere obligationē suam ad personam suam continendam vel præsentandam in tali loco toties in hebdomada,tali tempore,&c.quoniam hæc temporalia sunt,& impedimenta propriæ libertatis notabiliter,& per accidens sunt coniuncta actui celebrationis,& huiusmodi.Non sic autem est in eo qui non se locat,sed sponte quando occurrit celebrat: quoniam nihil notabile temporale inuenit per accidens in sic sponte celebrante: & propterea de spirituali pactum faceret,si conueniret de pretio.Quia igitur in istis menstruis vel annuis obligationibus ad celebrādum & hmōi, interueniunt hæc temporalia accidentia,ideo dicuntur licitè locare operas suas: quod non admittitur de non obligatis ad hæc accidentia. Vnde ab obiectiones in oppositum dicitur sigillatim. Et ad primam dicitur,quòd licet tam labor quàm opera humana in sacramentorū administratione sit aliquid temporale,quia tamen ratio æstimationis eorum est id quod est spirituale,non licet illa vēdere,vt patet de oleo sancto,& chrismate.Quodlibet enim eorum est aliquid temporale:quia tamen non æstimatur nisi ratione spiritualis,ideo non licet ea vendere.

¶Ad secundā dicitur,q ratio diuersitatis est manifesta: quia s. in quibusdam principale æstimatum est tēporale,in quibusdam est spirituale.Et de sacerdote locāte se,iā dictū est.De labore vero quē quis sustinet ad itinerandū ad locum celebrationis vel prædicationis,nō est ad propositū:q̄m est per accidens,& potest sub pretio poni:sicut & expensæ quæ in itinere fiunt. Labor autem qui in ipsa celebratione & prædicatione interuenit, pars est celebrationis & prædicationis per se:q̄m spiritualia per tales actus humanos dispensat Deus.Doctor quoq; Theologiæ in hoc differt à prædicatore,q Doctor quæritur propter tēporale auxiliū in Theologia,sicut in cæteris scientiis: Prædicator autē solum propter spirituale opē, quia si prædicator sit instrumentum Spiritus sancti ad purgandū,illuminandū, perficiendūmq; homines secundum adoptionis gratiā.Vñ nullus potest prædicare,nisi missus,iuxta illud ad Ro.10.Quo prædicabūt,nisi mittantur?Et ideo non pōt Prædicator pacisci de opera & labore suo in prædicando.Quāuis ad hoc etiā sit alia ratio ex eadē autoritate:quia s. quilibet prædicans prædicat ex officio delegationis.Et propterea debet esse contentus stipendiis taxatis à delegante, s. stipendio sustentationis:& non potest iterum locare se populo,qui semel locauit se deleganti.Non spectat tamen ad symoniæ vitiū,q prædicator aliquis libentius in loco vbi maiorē scit taxatam eleemosynam quàm alibi prædicet,sed spectat ad charitatis defectū,quo quis magis tēporalium quā spiritualiū profectui intendit.De aduocato quoque iā dictū est,q tēporale auxiliū intelligitur vendere, & ideo cū ferunt magnum auxilium ex magno cōsilio ad magnā causam,volunt sibi multū solui, & meritò:quia tñ valet tā rarū auxiliū,tot vigiliis, laboribus, expensisq; cōparatū. Et per hæc patet responsio ad motiua alterius opinionis, nisi ad autoritates Apostoli & Dñi.Ad quarū primā dicitur,q tā Apostolus quā Dñs de stipēdio sustētationis loquitur:vt patet ex conclusione Apostoli,videlicet q licet viuere de Euāgelio.Et hoc Dominum ordinasse ipse Apostolus testatur,declarans qūo verba illa Dñi,Dignus est operarius mercede sua, in proposito sunt accipiēda.Quod ēt Mat.10.c.explanauit,dicēs Dominū dixisse,Dignus est operarius cibo suo:qui ēt sensus patet ex eo q Dominus tā apud Matth.quàm Lucā,postquā sine sacculo,& pera iussisset Apostolos ire,sustētationis stipendiū, cibum,s.& potū,concessit apud suos auditores.Triplici ergo titulo cum possit pro spiritualiū exhibitione temporale peti seu dari,videlicet pro pretio, p stipēdio sustētationis,pro stipendio locatarū operarū,primus titulus symoniam constituit:secundus à Domino ordinatus est in vtroq; Testamento & potest in pactū à pauperibus reduci,quando oportet, propter inhumanitatē eorum quibus seruitur in spiritualibus.Tertius in illis,in quibus principale quæsitum est temporale,locum habet,& per accidēs in quibusdam spiritualibus vt patet ex dictis.

IN art.3.ad vltim.not.q quemadmodum text. Decre.prohibens aliquid dare vel recipere pro ingressu monasterij,glossatur,q intelligitur q̄n petitur vel datur tanquam pretiū pro ingressu:quod tunc est q̄n ex pacto est à non indigente monasterio aliquid exigere:sed si monasterium indigeat, & manifestè caueat q p necessaria sustentatione oportet tātum dare,nulla symonia est. Ita iura alia de hoc interpretāda sunt. Vnde q̄n taxatus est numerus monialiū quæ pñt absque penuria sustineri, ita quòd si plures reciperētur, monasteriū grauaretur,ita quòd aliis sororib.opportunorū aliquid ex hoc deesset,licitè posset statui quòd supra talē numerum nulla recipiatur,nisi quæ releuamen grauaminis,quod sequeretur,afferret, puta mille aureos:q̄m hoc non est p ingressu exigere, sed pro sustentatione. Nec est p̄cludere viā aliis: q̄m ipsa taxatio numeri,quæ secū dum iura fit, claudit viā: sed est aperire viam ingressus habentibus temporalia, quibus onus monasterij subleuare possunt ac volunt.

IN art.4.dubium occurrit:an ecclesiastica bñficia liceat vendere autoritate Papæ,sed quia hoc sat ī nostro primo quolibeto discussimus,quæ super hoc articulo fundantur,vbi dicitur quòd ius clericale cui beneficium annectitur, est spirituale,ideo pertranseo.Vide ibi si vis.Vnū tñ dubium restat:quia in permutationib.beneficiorum,quorum vnum ditius est altero,licitum est pecuniā Superioris autoritate minus diuiti dari,vt ad æqualitatem prouentus tēporalis cōmutatio reducatur:vt habetur extra.de rer.permu.ca.Ad quæstionēs.Ex hoc em̄ insurgit dubium duplex.Primum est, quia qualis est proportio partis ad partem,talis est,proportio totius ad totum. Sed pro parte in qua temporalis prouentus alterius excedit,licitum est pecuniam exigere. Ergo si alterū illorum beneficiorum nihil omnino prouentus habet, licitum erit pro tota præbenda alterius pecuniā dare.Et sic sequitur quòd præbēda tota,seu prouētus beneficij,poterit vēdi autoritate Superioris permutādo duo bñficia,quorum alterum nihil tēporale,alterum aliquid hēt.Falsum est ergo qđ dr in litera,q hmōi annexa spiritualib.nullo mō licet vēdere.Scđm est,q̄a quicquid potest licitè dari alteri Clerico autoritate Papæ, p ānexis spūalib.pōt eadē autoritate licitè dari sibiipsi Papæ:quia ipse ē cuiusq; puēt' Ecclesiæ dispēsator principalis.Pōt ergo Papa donādo titulū spūalē exigere p puētu quātū valet puētus,sicut pōt pcipere q hoc p̄tiū detur pmutāti, si beneficium permutaretur.

¶Ad primū horū pōt dupliciter dici.Primò,q nō ē eadē rō pportionis īter partē,& partē,& totū quo ad rōem principalis vel accessorij: quia pars pōtest hr̄e rōem accessorij ad totū:q̄a sequit' naturā sui totius. Ipsū verò totū nō hēt rōem accessorij,sed principalis.Vñ in pposito dicit',q q̄n vtrūque beneficium hēt suū puentū,interuenit ibi cōtractus pmutationis puētuū.Et quia in aliqua parte alter alterū excedit,p viā sequelæ accidit q suppleat' per pecuniam. Sed vbi alterū tm̄ bñficiū hēt puētus, nullus pōt eē ibi cōtract' pmutationis puētuū.Q̄m qđ nō est,nō pmutatur.Et sic nō eēt ibi pmutatio,sed venditio. Iura autē in pmutationib.prouentuū,suppletionē pecuniæ admittunt & non vēditionē p̄bēdæ.Secūdò dicit',q licet iferiores Prælati nō possint,Papa tñ posset,cessantib.fraudib.ex cā rōabili in permutationib.titulorū spūaliū, toti prouētui vnius cōcedere,q pecunia responderet loco puētus alteri',qui nihil habet.Q̄m solū tēporalia,vt sic,æstimarētur ab eo qui ius nouū cōdere pōt.Prima rñsio est tutior, p quāto titulo habēti puentū,aliquid ipso iure prouētuū debetur.Ac per hoc non totū adæquari dēt pecunia,vt principali correspondente.Non abiicio tñ secundā,propter plenitudinē potestatis papalis, & singularis iuris,quod potest statuere.¶Ad secundū verò dubium,qđ directè est contra hāc responsionem,dicit',q ibi est sophisma.Q̄m quicquid possit dari alteri, possit dari Papæ:non tñ eodē mō,nec eadē rōe.Sicut quicquid potest visus,potest intellectus,sed non eodē mō,nec eadē rōe. In proposito ergo permutanti licitè dari potest,quia permutat, aut quasi permutat, deputatum sibi stipendiū.Papa aūt non se hēt vt permutās,aut quasi permutans deputatū sibi stipēdium,sed potius se habet vt vēdens stipendia Ecclesiarū ministris deputata.Cū his tñ stat,quòd Papa alio modo,puta per viam vnionis ad mensam suam vel subsidij charitatiui,posset ex cā rationabili,prouentus vacātis Ecclesiæ sibi applicare,& post alienare, put opus fuerit,& rō sua fuerit Ecclesiasticæ pietatis.

¶In eodem ar.circa gesta Iacob,dubium occurrit,quia excusabilis apparet Iacob,tum quia inhumanitatis est negare fratri lasso pulmētū paratū:tum quia induxit Esau ad peccandū,vendendo sibi primogenitură.Nō em̄ erat Esau ad hoc paratus, sicut vsurarius stat paratus ad vsuram,sed inductus fuit ad hoc à Iacob,dicente.Vende mihi primogenita.Genes.25.tum quia Esau non vexabat Iacob in iure primogenituræ, sed naturali iure illud possidebat pacifice, quia primò natus:ac per hoc non habuit hic locum redemptio vexationis quæ in litera

vel p̄bēdam vel aliquod ecclesiasticum. ¶RESPONDEO dicendum,q aliquid potest esse annexum spiritualibus dupliciter. Vno mō, sicut ex spiritualib' dependens,sicut habere beneficia ecclesiastica, dicitur spiritualibus annexum: quia non competit nisi habenti officium clericale. Vnde huiusmodi nullo modo possunt esse sine spiritualibus. Et ppter hoc ea nullo modo vendere licet: quia eis venditis intelliguntur etiam spiritualia venditioni subiici. Quædam aūt sunt annexa spiritualibus, inquantum ad spiritualia ordinātur:sicut i' patronatus,qđ ordinatur ad præsentandū Clericos ad ecclesiastica beneficia:& vasa sacra,quæ ordinātur ad sacramentorū vsum: vnde hmōi non præsupponunt spiritualia,sed magis ea ordine temporis præcedunt.Et ideo aliquodmō vendi possunt, non aūt inquantum sunt spiritualibus annexa. ¶AD PRIMVM ergo dicendū,q oīa tēporalia annectuntur spiritualibus sicut fini. Et ideo ipsa quidem temporalia vendere licet,sed ordo eorū ad spiritualia sub venditione cadere non debet. ¶Ad secundum dicendū, quòd ēt vasa sacra sunt spiritualibus annexa sicut fini: & ideo eorum consecratio vēdi nō dēt: tñ pro necessitate Ecclesiæ & pauperū, materia eorū vendi d pōt, dummō præmissa oratione prius confringātur: quia post confractionē nō intelliguntur esse vasa sacra,sed purum metallū. Vñ si ex eadem materia similia vasa iterū integrarētur, indigerent iterum consecrari. ¶Ad tertium dicendum, quòd spelunca duplex,quā Abraham emit in sepulturā, non habetur quòd erat terra cōsecrata ad sepeliendum:& ideo licebat Abrahæ terrā illā emere ad vsum sepulturæ,vt ibi institueret sepulchrum:sicut ēt nunc liceret emere aliquem agrum communē ad instituendum ibi cœmeterium vel ēt Ecclesiam. Tñ quia apud Gentiles loca sepulturæ deputata, religiosa reputabāt', si Ephron pro loco sepulturæ intendit pretium accipere, peccauit vendens:licet Abrahā nō peccauerit emēs,quia nō intendebat emere nisi terram communem.Licet enim etiam nunc terram, vbi quondam fuit Ecclesia,vendere aut emere in casu necessitatis,sicut & de materia sacrorum vasorum dictum est *: Vel excusatur Abraham, quia in hoc redemit suam vexationē.Quamuis enim Ephron gratis ei sepulturam offerret, perpendit tamen Abraham, quòd gratis recipere sine eius offensa non posset. Ius autem primogenituræ debebatur Iacob ex diuina electione:secundum illud Malach. 1.Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Et ideo Esau peccauit primogenita vendens: Iacob autem non peccauit emendo,quia intelligitur suam vexationē redemisse.Ius autem patronatus per se vēdi non potest,nec in feudū dari, sed trāsit cum villa quæ venditur vel conceditur.Ius autem spirituale accipiendi decimas non conceditur laicis, sed tantummodo res temporales quæ nomine decimæ dantur,vt s̄ dictum est*.Circa collationem vero beneficiorum sciendum est,quòd si Episcopus antequam beneficium alicui cōferat, ob aliquam causam ordinauerit aliquid subtrahendū de fructibus beneficij conferendi, & in pios vsus expendendum,non est illicitum. Si verò ab eo,cui beneficium confert,reqrat aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficij, idē est ac si aliquod mun' ab eo exigeret,& nō caret vitio simoniæ.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum liceat spiritualia dare pro munere, quod est ab obsequio,vel à lingua.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd liceat spiritualia dare pro munere, quod est ab obseqo vel à lingua.Dicit enim Greg.in registro*,Ecclesiasticis vtilitatibus deseruientes ecclesiastica dignum est remuneratiōe gaudere.Sed deseruire ecclesiasticis vtilitatibus ptinet ad munus ab obsequio. Ergo videtur quòd licitū sit pro obsequio accepto ecclesiastica beneficia largiri. ¶2Præt.Sicut carnalis videtur esse intētio,si quis alicui det beneficiū ecclesiasticū pro suscepto beneficio, ita etiā si quis det intuitu consanguinitatis. Sed hoc nō videtur esse simoniacum, quia non est ibi emptio & vendi.Ergo nec primū. ¶3Præt.id quod solum ad preces alicuius fit,gratis fieri videtur,& ita non videtur locum habere simonia,quæ in emptione vel venditione consistit.Sed munus à lingua intelligitur, si qs ad preces alicuius ecclesiasticum beneficium conferat. Ergo non est simoniacum. ¶4Præt.Hypocritæ spiritualia opera faciunt vt laudem humanam consequantur,quæ ad munus linguæ pertinere videntur, nec tamen hypocritæ dicuntur simoniaci.Non ergo per munus à lingua simonia contrahitur. ¶SED CONTRA est, quod Vrbanus Papa dicit,*Quisquis res ecclesiasticas nō ad quod institutæ sunt,sed ad propria lucra munere linguæ,vel obsequij, vel pecuniæ,largitur vel adipiscitur, simoniacus est. ¶RESPONDEO dicendū, quòd sicut s̄ dictum est*, nomine pecuniæ intelligitur cuiuscunque pretium, quod pecunia mensurari potest. Manifestū est autem quòd obsequium hominis ad aliquam vtilitatem ordinatur, quæ potest pretio pecuniæ æstimari. Vnde pecuniaria mercede ministri conducuntur. Et ideo idem est,quòd aliquis det rem spiritualem pro aliquo obsequio temporali exhibito vel exhibendo, ac si daret pro pecunia data vel promissa,quia illud obsequium æstimari posset.Similiter etiam quòd aliquis satisfaciat precibus alicuius ad temporalem gratiam quærēdam, ordinatur ad aliquam vtilitatem, quæ potest pecuniæ pretio æstimari. Et ideo sicut contrahitur simonia, accipiendo pecuniam, vel quamlibet aliam rem exteriorem,quod pertinet ad munus à manu, ita etiam contrahitur per munus à lingua vel ab obsequio. ¶AD PRIMVM ergo dicendū, q si aliquis clericus alicui Prælato impendat obsequium honestum ad spiritualia ordinatum(puta ad Ecclesiæ vtilitatem, vel ministrorum eius auxilium) ex ipsa deuotione obsequij redditur dignus ecclesiastico beneficio, sicut & propter alia opera. Vnde nō intelligitur esse mu-

4.di. 25. q.3.art.3.

** Lib.2. c.57.*

Habetur 1.q.3 cap. saluator.

Art huius q.

in litera affertur.Redimere enim vexationē præsupponit vexationem.Nec sufficit dicere, quod debeatur ius primogenituræ Iacob ex diuina electione, quia ex hoc non sequitur quòd posset inducere fratrem ad peccandum:quia non sunt facienda mala vt veniant bona,vt dicitur ad Rom. 3. Nec tenebatur Esau renuntiare iuri,quod in primogenitura habebat.

¶Ad hoc dicitur, quòd quia Deus reuelauerat Rebeccæ,vt patet ibidem q maior seruiret minori: & rationabile est quòd ipsa omnia dilecto sibi filio Iacob reuelauerit,cōsequens est vt Iacob certus de iure primogenituræ,quòd esset suum ex diuina electione,ab Esau tā quā ab occupatore iuris sui redimere voluerit suā vexationem illo tempore,quo commodè posset vti iniquitate alterius ad sui iuris consecutionē.Vñ licet Esau peccauerit, vt non solum litera dicit, sed Apo. ad Hebr.12.dicens,Ne quis fornicator, aut prophanus vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua. Iacob tamen excusatur & primo ab inhumanitate, tum quia Esau non necessitatis, sed delectationis causa motus videtur: tum quia prudentis viri est negare aliquid occupatori iuris sui, quando sperat ex huiusmodi negatione rehabere quòd suum est. Secundò excusatur ab inductione ad peccatum, non minus quàm offerens pecuniam occupatori sui beneficij ecclesiastici. Non est em̄ hoc inducere ad peccatum,sed non solum parato, verum actualiter peccanti detinendo maius offerre redemptionem secundum veritatē, quāuis secundum modum loquēdi & secundum intentionem alterius,sit aliud.Vñ de dicens Iacob, Vende mihi primogenita, sensus erat, da mihi primogenita quæ in veritate sunt mea:ex quo non vis gratis dare, offero prādium, &c.In hoc enim sensu intelliguntur omnes redemptiones vexationum. Inueniūtur nanque in qualibet redemptione duo. Alterum licitum quod petit redemptor, puta, dari sibi vitam,libertatē, ius,beneficium,&c.Alterum,iniquum, quod non petit,sed patitur redemptor:quamuis per modū petentis se habeat: quia offert materiam illius iniquitatis parato ad iniquitatem illam vel maiorem, vel forte non minorē,quā acceptio pretij. Non enim qui redimit fratrem aut filium à latrone, petit vt accipiat latro tantum pecuniæ, quasi hoc volens,sed offert pecuniam patiens, vt latro illam accipiat qui paratus est detinere hominem,& sic de aliis.Nō induxit ergo Iacob Esau ad peccandum, qui secundum rem occupator erat primogenituræ, & sic erat vexator:& tenebatur renuntiare: quia tenebatur obedire diuinæ ordinationi de iure primogenituræ. Sed ipse Esau occasionem peccandi ex verbis Iacob accepit.

D.1127. *D.539.* *D.5.* *In solut. arg. præt.* *Q.88.ar. 3.*

Nec obstat si dicatur,quod Esau credebat primogenita esse sua,inscius diuinæ ordinationis, quam Iacob sciebat(vt creditur) quoniam etiam si sciuisset Esau diuinam ordinationem,non propterea cessisset, sed in occupatione perseuerasset, vt patet ex eo quòd cognita post paterna ordinatione de eadem re, dixit,Venient dies luctus patris mei,& interficiam Iacob.Genes.27. Licuit ergo redimere vexationem suam ab ignorante tanto magis quanto minus peccandi occasionem accipit ignorans se possidere alienum,quàm sciens.

¶Super Quæstionis centesimæ Articulum quintum.

IN articulo 5.in responsione ad tertium, dubium occurrit, an preces beneficij cum cura animarum pro ipso petente, sint preces pro indigno. Et est ratio dubij diuersitas opinionum.

¶Ad hoc,licet diuersi diuersa scripserint, vt habes à domino Ioanne de Turrecremata, super Decre. in q.1.c. Ordinationis in art. 3. tota tamen ambiguitas ad hoc deducitur, an scilicet in huiusmodi petitione interueniat præsumptionis vitium. Ita quòd si præsumptio interuenit in petendo,preces sint pro indigno. Si non interuenit præsumptio in petendo, preces pro seipso alias digno, non sunt pro indigno. Et hoc satis in litera insinuatur,cum dicitur, ex ipsa præsumptione redditur indignus. An autem petitio ipsa simpliciter vel regulariter præsumptuosa sit, videndum est.Et nunc summariè dicēda occurrūt quinque.Primò,q petitio curæ simpliciter animarum regulariter est præsumptuosa, vt petere episcopatum.Dixi curæ simpliciter animarum, quia vt inferius patet, curati non habent simpliciter curam animarum: sed Episcopi sunt habentes simpliciter curam animarum totius diœcesis. Dixi regulariter,vt præseruem petitionem episcopatus in casu necessitatis ipsius Ecclesiæ. Hæc conclusio satis patet per dicta doctorū: & ex Aug. 19. de Ciuit. Dei:& inferius in tractatu de statibus patet. Secundum, q petitio curæ simpliciter animarum in casu,non est præsumptuosa,sed sancta:quando scilicet clarè constat, quòd nisi ipse dignus petat episcopatum illum, Ecclesiæ illi malè prouidebitur. Tunc enim si sine scādalo pōt alias dignus,licite, vt prosit, petit: & maximè si indirectè petit. Et ratio est quia charitatis est, non præsumptionis, consilium hoc: quod ex hoc patet, q Ecclesia illa gratias magnas illi referret, si sciret ex illius petitione ex proposito ereptam de manu lupi imminentis. Et similiter sponsus ac dominus Ecclesiæ Iesus Christus, vt fidelem negotij gestorem illum recognoscet non minus quā vnus homo, cui hoc beneficium,

nus ab obsequio. Et in hoc casu loquitur Greg. Si verò sit inhonestũ obsequũ vel ad carnalia ordinatũ (puta quia seruiuit Prælato ad vtilitatem consanguineorũ suorũ, vel patrimonij sui, vel ad aliquid huiusmodi) erit munus ab obsequio, & est simoniacum.

¶Ad secundũ dicendũ, q; si aliquis aliqđ spirituale alicui conferat gratis propter consanguinitatem, vel quamcunque carnalem affectionem, est quidẽ illicita & carnalis collatio, nõ tñ simoniaca: quia nihil ibi accipitur. Vñ hoc non pertinet ad contractum emptionis & venditiõis, in quo fundatur simonia. Si tamẽ aliquis dat beneficiũ ecclesiasticum alicui hoc pacto vel intentione, vt exinde suis cõsãguineis ꝓuideat, est manifesta simõia.

¶Ad tertiũ dicendũ, q; munus à lingua dicitur vel ipsa laus pertinens ad fauorẽ humanũ, q sub ꝓtio cadit, vel ẽt ꝓces, ex quibus acqritur fauor humanus, vel cõtrarium euitatur. Et ideo si aliquis principaliter ad hoc intẽdit, simoniã cõmittit. Videtur autem ad hoc principaliter intendere, qui preces ꝓ indigno porrectas exaudit. Vñ ipsũ factũ est simoniacum. Si aũt ꝓces ꝓ digno porrigantur, ipsum factum nõ est simoniacũ: qa subest debita causa, ex qua illi, ꝓ quo preces porriguntur, spirituale aliquid confertur: tñ põt esse simonia in intentione, si non attendatur ad dignitatem personæ, sed ad fauorem humanũ. Si verò aliqs ꝓ se rogat vt obtĩeat curã animarũ, ex ipsa ꝑsumptione redditur indignus, & sic ꝑces sunt pro indigno. Licitè tñ potest aliquis, si sit indignus, ꝓ se beneficiũ ecclesiasticum petere sine cura animarum.

¶Ad quartũ dicendum, quòd hypocrita non dat aliquid spirituale propter laudem, sed solum demonstrat: & simulando magis furtiuè surripit laudem humanam, quàm emat. Vnde non videtur pertinere ad vitium simoniæ.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrũ sit conueniens simoniaci pœna, vt priuetur eo, quod per simoniam acquisiuit.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q; nõ sit cõueniens simoniaci pœna, vt priuetur eo, quod ꝑ simoniã acquisiuit. Simonia enim cõmittitur ex eo quòd alicuius muneris interuẽtu spiritualia acquirũtur. Sed quædã sunt spiritualia quæ semel adepta non possunt amitti: sicut oẽs characteres, qui per aliquã consecrationem imprimũtur. Ergo non est conueniens pœna, vt quis priuetur eo, quod simoniacè acquisiuit.

¶2Pręt. Cõtingit qñq; quòd ille, qui est episcopatũ ꝑ simoniã adeptus, præcipiat subdito, vt ab eo recipiat ordinẽ: & videtur quòd ei debeat obediri, quandiu ab Ecclesia toleratᷣ. Sed null⁹ dẽt aliquid recipere ab eo qui nõ hẽt potestatẽ cõferẽdi. Ergo Eps non amittit Episcopalem potestatem, si eam simoniacè acquisiuit.

¶3Præt. Nullus dẽt puniri ꝓ eo quòd nõ est factum eo sciente & volente, quia pœna debetur peccato, qđ est volũtariũ vt ex supra dictis patet*. Contingit autẽ qñq; quòd aliquis simoniacè consequitᷣ aliquid spirituale ꝓcurãtib⁹ aliis, eo nesciente & nolente. Ergo non dẽt puniri ꝑ priuationem eius quod ei collatũ est.

¶4Pręt. Nullus dẽt reportare commodũ de suo peccato. Sed si ille qui consecutus est beneficiũ ecclesiasticum per simoniã, restitueret quod percepit, quandoq; hoc redundaret in vtilitatem eorũ, qui fuerũt simonię participes: puta, qñ Pręlatus & totum collegium in simoniam consensit. Ergo non semper est restituẽdum, quòd per simoniam acquiritur.

¶5Præt. Qñq; aliquis per simoniã in aliquo monasterio recipitur, & votũ solẽne ibi facit profitendo. Sed nullus debet absolui ab obligatione voti propter culpã cõmissam. Ergo non debet monach⁹, quod simoniacè acquisiuit amittere.

¶6Præt. Exterior pœna in hoc mũdo nõ intelligitur pro interiori motu cordis, de quo solius Dei est iudicare. Sed simonia committitur ex sola intentione vel volũtate, vnde & per voluntatem diffinitur, vt dictum est*. Ergo non debet aliquis priuari eo, quod simoniacè acquisiuit.

¶7Præt. Multo maius est promoueri ad maiora, quàm in susceptis permanere. Sed quandoque simoniaci ex dispensatione promouentur ad maiora. Ergo nõ semper debent susceptis priuari.

¶SED CONTRA est, quod dicitur 1.q.1.can. Si quis Episcopus. Qui ordinatus est, nihil ex ordinatione vel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat, sed sit alien⁹ à dignitate vel sollicitudine, quam pecuniis acquisiuit.

¶RESPONDEO dicẽdum, q; nullus potest licitè retinere id, quod contra voluntatem domini acquisiuit, puta si aliquis dispensator de reb⁹ dñi sui daret alicui contra voluntatẽ & ordinationẽ domini sui, ille qui acciperet, licitè retinere posset. Dominus autem, cuius Ecclesiarum Prælati sunt dispensatores & ministri, ordinauit vt spiritualia gratis darentur: secundum illud Matt.10. Gratis accepistis, gratis date. Et ideo qui muneris interuentu spiritualia quæcunque assequitur, ea licitè retinere non põt. Insuper autem simoniaci tam vendentes q̃ ementes spiritualia, aut etiam mediatores, aliis pœnis puniuntur, scilicet infamia & depositione, si sint clerici: & excõmunicatione, si sint laici, vt habetur.1.q.1.can. Si quis Episcopus*.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd ille qui simoniacè recipit sacrum ordinem, recipit quidem characterem ordinis propter efficaciam sacramenti, non tamen recipit gratiam, neque ordinis executionem, eo q; quasi furtiuè suscepit characterem contra principalis domini voluntatem. Et ideo est ipso iure suspensus, & quo ad se, vt scilicet de executione sui ordinis se non intromittat: & quo ad alios, vt scilicet nullus ei communicet in ordinis executione, siue sit peccatum eius publicum, siue occultũ. Nec põt repetere pecuniam, quam turpiter dedit, licet alius iniustè detineat. Si verò sit simoniacus, quia cõtulit ordinẽ simoniacè, vel quia dedit vel recepit bñficiũ simoniacè, vel fuit mediator simoniæ: si est publicum, est ipso iure suspensus, & quo ad se, & quo ad alios. Sed quãdo est occultum, est suspensus ipso iure, quo ad se tãtùm, nõ autem quo ad alios.

præstitum fuisset. Constat nanque quòd si mea esset Ecclesia illa, ego tenerer illi sic petenti gratias agere. An fortè ingratus aut tam rigorosus est Christus vt non velit suarum Ecclesiarum periculis humana ratione obuiam iri? Tertium est, quod petitio curæ etiam simpliciter animarum, non est necessario præsumptuosa. Patet hoc, quia in casu est licita: & quia Isaias purgatum se videns petiit absque præsumptione, Ecce ego, mitte me. Quartum est, quòd petitio curæ animarum secundum quid seu secundario, vt petitio parochiæ, archipresbyteratus, & huiusmodi, licet aliquid sapiat præsumptionis infra recti regiminis limites stãdo (vbi tamen communiter Ecclesiasticum regimen corruptum esset, quia scilicet non dantur hæc beneficia nisi petentibus) præsumptione caret, si citra cuiusquam præiudicium fit, & est aliàs dignus petens, & ex charitate ad Ecclesiam mouetur. Patet hoc ex eo quòd in huiusmodi corruptis regionibus frequenter fiunt malæ prouisiones. Ac per hoc in hac diminuta cura animarum sufficit dignitas, & charitas ad petendum mouens, absque eo quòd videatur in particulari quòd mala imminet prouisio. Quintum est, quòd quando vel ubi huiusmodi corruptum regimen ecclesiasticum esset, petitio huiusmodi beneficij curati pro se aliàs digno ex humano affectu procedens, licet sapiat aliquid præsumptionis pro quãto petit præesse: quia tamen verè appetit & intendit prodesse, & periculum imminet semper malæ prouisionis, stante huiusmodi corruptela, & probi viri postponuntur, non plus quam venialis videtur illa præsumptio. Et sic preces nõ sunt pro indigno simpliciter, sed secundum quid. Nec mirum si Aug. Gregor. Autor, & alij aliter videntur docuisse: quoniam ipsi docuerũt quid agendum infra legum limites est. Nos autem quid inter corruptiones legum fieri potest, & quãdoque debet. Et rursus ipsi quid absolutè fieri
4.dist.25. q.3.art.1 q.1.ad 1. licet: nos autem quid in casu necessitatis vel simpliciter, vel pro nunc inter tales.

¶Super Quæstionis centesimæ Articulum sextum.

IN artic. sexto, eiusdem 100. quæst. dubium occurrit præcipuè in responsione ad quintũ, an simoniacus mẽtalis possit tuta conscientia retinere quicquid simoniacè acquisiuit. Et est ratio dubij, quia pro parte affirmatiua est Autor in litera in responsione ad sextum, dicẽs, quod nõ tenetur abrenũtiare beneficio simoniaca mente
1.2.q.74. art.1. & 2.&q.71. art.5.& 6. acquisito. Et est textus iuris extra. de simonia. cap. Mandato, vnde autor responsionem hanc accepit. Pro parte verò negatiua est ratio: quia regula generalis est, quòd quando tam dare, quàm accipere aliquod tẽporale est iniustum, non potest sic acquisitum retineri cum bona conscientia, vt patet superius in q.12. artic.7. Constat autem quòd in acquisitione ex mẽte simoniaca, vtrumque tam dare quàm accipere est iniquum: quia ille illicitè ex mente simoniaca dat beneficium, seu pecuniam, sine omni pacto, & ille iniquè recipit id qđ simili mente simoniaca recipit. Ergo nullum taliter acquisitum potest retineri cum bona conscientia.

¶Et confirmatur, quia mirabile valde apparet stante simonia mẽtali vtrinque inter duos: puta quia Episcopus principaliter propter spem habendæ pecuniæ dat Clerico beneficiũ, qui ẽt paratus est dare pecuniam Episcopo principaliter propter beneficium, & sine omni pacto sequitur consummatus vtrinque effectus: in hoc & simili casu mirabile, inquam, est, q; Episcopus teneatur non retinere pecuniam acceptam, quia simoniacè accepit, & Clericus possit retinere beneficiũ, Art. huius. q. cùm magis Cleric⁹ potuerit donare pecuniam, vt pote verus pecuniæ dominus, quã Episcop⁹ beneficium, vt pote dispensator tantum beneficiorũ.

¶Et confirmatur, quia quemadmodũ vsurarius mentalis tenetur ad restitutionem, si cognoscit q; munus sibi à mutuario oblatum non sponte, sed quasi vsuras soluendo datur, sine omni tñ cõuentione, nõ min⁹ simoniac⁹ mẽtalis cognoscẽs bñficiũ, vel pecuniã sibi simoniacè dari, quamuis sine oĩ conuentione, tenetur restituere, seu non retinere taliter receptum.

¶Ad hoc dubiũ quidam distinguendo dicunt, q; ĩ simoniacis, quia prohibita, mentalis simoniacus non tenetur restituere acquisitum temporale vel spirituale, iuxta dictum cap. Mandato. In prohibitis autem, quia simoniaca, tenetur etiam acquisitum ex mentali simonia restituere in foro conscientiæ. Et istorum ratio est, quia textus ille non loquitur nisi de simoniacis ex iure positiuo: & propterea non est extendendus ad simoniaca ex iure diuino. Quidam aũt reprehendunt hanc responsionẽ, quia textus indistinctè loquitur. Ex concil. Calcedon. can.2.

¶Mihi videtur, quòd hęc respõsio non valeat: quia textus ille loquitur de simonia etiam diuino iure prohibita, s. quę committitur pro religionis statu. Constat nanque diuino iure prohibitum esse, vt spiritualis religionis status vendatur, cùm sit inuendibilis, & spiritualis status à Christo constitutus: Si vis perfectus esse, vade, vende, &c.

¶Alij dicunt, quòd teneri ad restitutionẽ, contingit dupliciter, s. ratiõe pœnæ Ecclesiasticæ, vel ratione naturalis iuris. Et subdũt quòd simoniaci oẽs ex pacto tenentur duplici iure ad restitutionem

¶Ad secundum dicendũ, q; nec propter pceptum ei⁹, nec ẽt propter excõmunicationẽ, dẽt aliquis recipere ordinationẽ ab Episcopo, quẽ scit simoniacè promotũ. Et si ordinetur, nõ recipit ordinis executionẽ, ẽt si ignoraret eũ esse simoniacum: sed indiget dispensatione. Quãuis quidam dicant, q; si non põt probare eum esse simoniacum, dẽt obedire recipiẽdo ordinem, sed non dẽt exequi sine dispensatione. Sed hoc absq; ratione dicitur, quia nullus dẽt obedire alicui ad cõmunicãdum sibi in facto illicito. Ille autẽ q est ipso iure suspensus, & quo ad se, & quo ad alios, licite confert ordinẽ. Vñ null⁹ dẽt sibi obedire,[d] recipiẽdo ab eo quacunque ex causa. Si autem ei non constat, nõ debet peccatum credere alterius: & ita cũ bona conscientia dẽt ab eo ordinẽ recipere. Si autẽ Episcopus sit simoniacus aliquo alio modo quã per promotionẽ suam simoniacè factã, potest ab eo ordinem recipere, si sit occultum, qa non est suspensus quo ad alios, sed solũ quo ad seipsum, vt dictum est.*

¶Ad tertiũ dicendũ, q; ad hoc quòd aliquis priuetur eo quod accepit, nõ solum est pœna peccati, sed etiã qñq; est effectus acquisitionis iniustæ: puta, cum aliqs emit rẽ aliquã ab eo qui vendere nõ potest. Et ideo si aliquis sciẽter & ꝓpria spõte simoniace accipiat ordinẽ, vel ecclesiasticum bñficium, non solum priuatᷣ eo, quod accepit, vt s. careat executione ordinis, & beneficium resignet cum fructibus inde perceptis, sed etiam vlteri⁹ punitur: quia notatur infamia. Et tenetᷣ ad restituendos fructus non solum perceptos, sed etiam eos, qui percipi potuerunt à possessore diligentí. Quod tamen intelligendum est de fructibus, qui supsunt deductis expensis factis causa fructuũ, exceptis fructibus illis, qui alias ex pẽsi sunt in vtilitatẽ Ecclesię. Si vero eo nesciente nec volẽte, p alios alicui⁹ promotio simoniacè procuratur, caret qdẽ ordinis executiõe, & tenetᷣ resignare bñficiũ, quod est cõsecutus cũ fructib⁹ extãtibus: non autem tenetur restituere fructus cõsumptos, quia bona fide possedit: nisi fortè inimicus eius fraudulẽter pecuniam daret pro alicuius promotione: vel nisi ipse expresse contradixerit. Tũc enim non tenetur ad renunciãdum, nisi fortè postmodum pacto consenserit, soluendo quod fuit promissum.

¶Ad quartũ dicendũ, q; pecunia, vel possessio, vel fruct⁹ simoniacè accepti, dẽnt restitui Ecclesię, in cuius iniuriã data fuerunt, non obstãte q; Pręlatus vel aliquis de collegio illius Ecclesiæ fuit ĩ culpa: qa eorũ peccatũ nõ dẽt aliis nocere: ita tñ quòd quãtũ fieri põt, ipsi qui peccauerunt, ĩde cõmodũ nõ consequãtur. Si verò Prælat⁹ & totũ Collegiũ sũt in culpa, tũc dẽt cũ autoritate Superioris vel pauperibus vel alteri Ecclesiæ erogari.

¶Ad quintum dicendum, q; si aliqui sũt ĩ monasterio simõiacè recepti, dẽnt abrenunciare. Et si eis sciẽtib⁹ commissa est simonia post cõcilium gñale, sine spe restitutionis de monasterio suo repelluntᷣ: & ad agendã perpetuã pœnitentiã sunt in arctiori regula ponendi, vel in aliquo loco eiusdem ordinis, si arctior ordo nõ inueniretur. Si verò hoc fuit ante concilium, debent in aliis locis eiusdem ordinis collocari. Et si hoc fieri nõ potest, dispensatiuè debent in eisdem monasteriis recipi, ne in seculo euagẽtur: mutatis tñ prioribus locis & inferiorib⁹ assignatis. Si verò ipsis ignorantibus, siue ante cõcilium, siue post, sint simoniacè recepti, postquam renunciauerint, possunt de nouo recipi locis mutatis, vt dictum est*.

¶Ad sextũ dicẽdum, q; quo ad Deũ sola volũtas facit simoniacũ. Sed quo ad pœnã ecclesiasticã exteriorem non punitur vt simoniacus, vt abrenũciare teneatur: sed debet de mala intentione pœnitere.

¶Ad septimũ dicẽdũ, q; dispensare cum eo qui est bñficiat⁹ simoniacè sciẽter, solus Papa põt. In aliis autẽ casibus potest ẽt Episcopus dispensare: ita tamen quòd prius abrenunciet qđ simoniacè acquisiuit: & tunc dispẽsationẽ cõsequatur, vel

tionem scilicet ratione naturalis iuris, quia tam datio quàm acceptatio fuit iniusta: & ratione ecclesiasticæ pœnæ, quia Ecclesia sic statuit. Simoniaci autem mentales ratione ecclesiasticæ pœnæ non tenentur. Et hoc solùm textus ille dicit. Sed ratione naturalis iuris bene tenentur ad resignationem & restitutionem tam spiritualium quàm temporalium: quia iniustè accepit quicquid simoniacè accepit. Et hoc tacuit textus ille quia fori ecclesiastici iura sonabat.

¶Sed hæc responsio licet sit subtilis, à veritate tamẽ deuia videtur, quia textus ille etiã de foro conscientiæ loquitur, & expresse dicit q; apud Deũ sola pœnitentia opus est. Si nanque sufficit Creatori per solam pœnitentiã in simonia mentali satisfacere, non ergo vt satisfaciat Deo in foro conscientiæ, tenetur ad aliud, puta resignationẽ, restitu-
Di.128. tionem, &c. Non tenentur ergo mentales simoniaci ex naturali & diuino iure nisi ad pœnitentiam. Quia igitur non oportet plus sapere quàm oportet, & Decretalis illa vtrunque dicit, scilicet & quòd apud Deum sufficit sola pœnitentia, & absolutè quòd non tenentur ad resignationem spiritualium & temporaliũ, quæ nullo pacto, sed affe-
In solu. ar g⁹. præc. ctu animi præcedente vtrinque taliter acquiruntur: ideo absolute dicendum est, q; simoniaci mẽtales, hoc est sine omni conuentione, non tenentur etiam in foro consciẽtiæ ad restitutionem eorum quæ ex mente & affectu simoniaco acquiruntur, siue sint spiritualia, siue temporalia, sed sola eis pœnitentia sufficit: vnde omnes simoniaci à manu, lingua, vel obsequio, non ex conuentione, sed ex principali spe siue affectu hæc dantes vel recipientes propter spiritualia, peccant mortaliter peccato simoniæ, & sunt in statu damnationis æternæ, quandiu perseuerant in tali malo animo: sed non tenentur ad resignandum aut restituendum taliter accepta. Et sic communiter seruari videtur. Ad obiectiões autem in oppositum ex quibus clarior fiet veritas, dicendum est. Et ad primã, quæ difficilis valde est, dicitur, quòd datio & acceptio põt esse illicita dupliciter. Vno modo, secundum ipsam formam exterioris actus, quẽ significat tam datio quàm acceptio: vt cum actus dandi vel accipiendi ex sua exteriori forma est venditio, emptio, & huiusmodi. Alio mõ ex solo interiori affectu, puta, quia actus exterior secundum modũ & formã exterius habet rationem donationis gratuitę: sed ex solo affectu interiori habet rationẽ vẽditionis. Regula illa: quando datio & acceptio est illicita, non põt retineri taliter acquisitũ, intelligitur de datione & acceptione illicita primo mõ, & non secundo. Qm̃ primo modo datio & acceptio est per se illicita. Secũdo aũt modo est illicita per accidens: quia non ex mõ & forma exteriori, sed ex adiuncta mala intẽtione. Et sic est in proposito. Cũ enim sola simonia mẽtalis vtrinq; interuenit, datio & acceptio est illicita, non secũdum exteriorem formã, sed ex adiuncta interiori intentione, ita sola quod non efficit in actu exteriori illam iniquam exteriorem formam: quoniam ille qui dat, per modum doni dat, & non per modum venditionis: licet intus habeat hanc iniquitatem. Et similiter ille qui accipit, per modum doni accipit, licet intus ex iniqua voluntate emat.

¶Ad secundã obiectionem dicitur, quòd præsupponit vnum falsum, videlicet q; Episcopus teneatur ad restitutionẽ illius pecuniæ, quã ex mentali simonia accepit. Patet nanq; in textu Decretalis illius q; nec ad spiritualium, nec ad temporalium taliter acquisitorum tenentur simoniaci mentales vtrinque.

¶Ad tertiã obiectionẽ, quæ à Panor. in d.ca. Mandato, diffusè tractatur, recitando tot rationes diuersitatis inter vsurariũ & simoniacum mẽtales, omissis omnibus quæ minus sufficienter dici vidẽtur, vt potes ibi videre, breuiter dicitur, quòd rõ quare vsurarius mentalis tenetur ad restitutionẽ eius quod nõ animo donandi à mutuatario datum est, simoniacus autẽ mẽtalis nõ tenetur ad restitutionem eius, quod à mẽtali simoniaco animo emẽdi vel vẽdendi est donatũ, quia quod taliter datur vsurario, nõ datur sponte, sed inuolũtariè. Inuoluntariè nanque soluuntur vsuræ, redimendo vexationẽ. Est enim ibi volũtariũ mixtũ inuoluntario, vt patet ex tertio Ethi. Quod autẽ datur simoniaco mentali, datur voluntariè: quoniã datur animo emendi vel vendendi. Cõstat enim quod tã emerè quàm vendere, voluntarij contractus sint absque inuoluntario mixto: vt ex 5. Ethic. habes. Est igitur tota diuersitatis ratio differentia inter voluntarium & inuoluntarium, quia ibi inuoluntariè datur, & iõ restituendum est. Hic autem voluntariè, & ideo non est restitutioni obnoxium.

¶In respon. ad 7. eiusdem vltimi art. q.100. aduerte q; litera defectiua videtur, quoniam defuit, ly ordinatus. Debet enim dicere sic, qui est ordinatus vel beneficiatus, &c. Nam constat secundum omnes, & habetur extra de simonia c. Si quis, q; cum ordinato scienter simoniacè solus Papa dispensat. Nota tertiò, q; Papam posse dispensare in pœnis cum omni simoniaco, non est dubium. Sed an dispenset ipso facto cum committentibus secum simoniã, in quæstionem vertitur inter Doctores, quibusdã dicentibus quòd Papa intelligitur dispensare in tali casu: quia scientia Principis purgat. Sicut intelligitur dispensare cum irregulari, conferendo ei scienter ordinem vel beneficium, quia intendit quòd suus actus sit efficax. De horum numero est Petrus de Palude in 4. distinct.25. quæst.4. art.1. Aliis verò sentientibus oppositum, quia etsi Papa posset dispensare, non tamen communicando in crimine intelligitur dispensare. De horum numero est Panor. in ca.1. de simonia. Videtur autem mihi quòd hæc secunda opinio rationi & veritati innitatur duplici ratione. Primò, quia cum in tali casu non interueniat dispensatio, seu iuris relaxatio expresse, non alia ratiõe potest dici quòd hic interueniat dispensatio, nisi quia præsumendum est q; Papa intendat ipso suo facto dispensare. Sed falsum est interuenire hic dispensationẽ pręsumptã. In hac solut. Ergo nulla hic interuenit dispensatio. Probatur minor, quia ad præsumendũ q; Princeps dispenset, requiritur quòd recta ratio id suadeat. Quamuis enim Princeps possit ex sola voluntate dispensare, si tamẽ voluntas eius expressa nõ habetur, non debet præsumi q; dispenset nisi recta ratione præsumptionem huiusmodi suadẽte. Sed recta ratio non suadet hoc, sed potius oppositum quia talis dispẽsatio est in maximã perniciem Ecclesiæ. Nam ex illa fieret vt sacrilegi essent legitimi pastores & possessores Ecclesiarum, & passim homines iniqui securi de licita possessione emerent à Papa beneficia. Et sic Ecclesia impleretur indignis Pręlatis & curatis. Quo quid perniciosius esse potest? Nec obstat quòd iam supponimus q; Papa est iniquus: quoniã non est Princeps præsumẽdus peior quã opera sua monstrent. Longè aũt peior esset Papa vendens spiritualia & volẽs ementes licitè illa possidere illisque frui, quàm si vendat tm̃. Quoniam hic est vnum malũ, ibi duplex. Secundò, quia si persona Papæ sciret illum cui confert ordinẽ vel beneficium, esse excõmunicatum, & absq; alia absolutione cõfert illi ordinẽ vel beneficiũ nõ ꝓpterea absoluit eũ ab excõmunicatione, vt habes ex ca. Si summus. de sent. excõ. in Clemẽ. vbi in tex. dicitur quòd ex hoc q; Papa quouis modo participat scienter cũ excõmunicato, non censetur illũ absoluere, nisi hoc se velle exprimat. Et gl. ibidẽ in verbo, Quouis modo, dicit quòd etiã hoc habet locũ in participatione in diuinis. Si enim Papa conferendo scienter ordinẽ vel beneficiũ excõmunicato nõ absoluit eũ in ipso facto, sed recipiẽtẽ relinquit iuris dispositioni, pari ratione non relaxat iuris communis dispositionẽ, per hoc q; confert beneficium illi qui recipiendo est secundũ iura excommunicatus, & fit inhabilis, &c. Et confirmatᷣ, quia dispẽsationes huiusmodi cũ maximè exorbitent à iure & bono Ecclesiæ, sunt sanctissimi iuris & minimè præsumendæ. Ad motiua autem alterius opinionis dicitur, quòd licet scientia Principis, inquantum Princeps, quæ est scientia publica, quandoque excuset, & non semper, vt patet in allato cap. scientia tamen Principis, inquantum priuata persona, nisi aliunde appareat, non videtur excusare. Vnde si Papa tribuit scienter beneficium irregulari, si solum hoc scit vt priuata persona, non habeo pro certo quòd præsumatur dispensare cum eo: vt patet ex inducto capitulo in materia absolutionis, quæ non est ita odiosa sicut dispensatio. Sed si præsumeretur dispensare, non propterea simile sequitur in proposito casu, quia in proposito nostro Papa peccaret mortaliter, dispensando cum indigno, quòd sit pastor. Dispensando autem cum irregulari, non oportet quòd peccet. Vnde patet non esse similes casus, nec eandem rationem præsumendi dispensationem hic & ibi. Ad id vero quod dicitur, q;

Princeps intendit actionem ſuam eſſe efficacem, reſpõdetur quòd hoc eſt verum, quantũ eſt ex parte ſui agentis. Sed ex hoc non habetur quod tollat impedimenta quæ ſe tenent ex parte patientis, quamuis nota ſibi, vt priuata eſt perſona, ſeu ad partem. Quoniam Princeps eſt agens voluntarium: & non tantum agit ſemper quantum poteſt, ſed quantum vult. In propoſito autem nec apparet, nec præſumitur eũ velle relaxare ius commune ex parte patientis. Sed fortè eſt ignorans, & putat omnia eſſe valida. Vel ſi habet ſcientiam, ex quo ab eo non petitur ſuſpenſio iuris, quo ad illum relinquit ipſum in diſpoſitione iuris, relinquens ementi & recipienti beneficiũ curã ſuiipſius. Aut nihil de hoc cogitat occupatus in aliis vel malè aſſuetus. Tenentur igitur & in foro conſcientiæ & in foro iudiciali reſignare & reſtituere quicquid acceperũt ſimoniaci cum Papa & ſunt excommunicati, & omnes iuris pœnas incurrunt, niſi Papa ſe velle ſuſpendere iura quo ad hæc exprimat, vel diſpenſet cum eis poſt factum. In hac tamẽ ſententia non tam fixum firmo pedem quin titubem: quoniam ad ſecundam rationẽ dici põt ꝙ lex illa noua in Clem. eſt exceptiua à communi iure, & quòd ideo facta eſt, quia de iure erat oppoſitum: ac per hoc non eſt extendenda, ſed in ſuo tantũ caſu intelligenda. Ad primam vero poteſt dici, quòd de voluntate tam iniqua præſumendum eſt conſequenter, vt ſcilicet velit illud, quod ad ſuum peruerſum contractũ conſequitur. Conſtat autem quòd venditor vult rem venditam transferre in emptorem. Intendit igitur ſimoniacus Papa vt qui emit ab ipſo habeat in veritate beneficium, quod ipſe vendit, me fraudulentus venditor videatur. Quantum hæc valeant alij viderint. Fateor ego quòd ſi ſecundũ iura talis ſcientia Principis purgat, ita ꝙ excuſet à pœnis iuris in foro iudiciali, quod iuriſtis decernendum relinquo, non tenetur qui ſic emit à Papa beneficium, renuntiare in foro conſcientiæ: quia ſuſpenſæ ſimpliciter intelligerentur pœnæ iuris.

3. di 33. q. 3. art. 4. q. 1. cor. & ad ſecundum & 1. Timot. 4. lect. 2. — ** c. 1. to 5* — ** c. 32. to. 3.* — *c. 30. to. 3.* — *c. 11. et 12. to. 5.* — *Lib. 2. de inuent.*

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ primæ Articulum primum.*

ca. 12. to. 5. IN artic. 1. q. 101. in reſponſione ad ſecundũ, aduerte quòd nomẽ Pietatis ad opera miſericordiæ & Deum extenſum videtur propter ſimilitudinem operum. Quia nãque opera miſericordiæ ſimilia ſunt operibus, quę ex pietate exhibemus

paruam, vt habeat laicam communionẽ: vel magnã, vt poſt pœnitentiã in alia Eccleſia in ſuo ordine remaneat: vel maiorẽ, vt remaneat in eadẽ, ſed in minoribus ordinibus: vel maximã, vt in eadẽ Eccleſia etiam maiores ordines exequatur, non tamen prælationem accipiat.

QVÆSTIO CENTESIMA-prima de Pietate in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE poſt religionẽ conſiderãdum eſt de pietate, cuius oppoſita vitia ex ipſius cõſideratione innoteſcunt.

¶ Circa pietatem ergo quæruntur quatuor. ¶ Primò, ad quos pietas ſe extẽdat. ¶ Secũdo, quid p pietatẽ aliquibus exhibeatur. ¶ Tertiò, vtrũ pietas ſit ſpecialis virtus. ¶ Quartò, vtrũ religionis obtentu ſit pietatis officium prætermittendum.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum pietas ſe extendat ad determinatas perſonas aliquorum hominum.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd pietas non ſe extendat ad determinatas perſonas aliquorũ hominum: dicit enim Aug. in 10. de ciuitate Dei*, quòd pietas propriè Dei cultus intelligi ſolet, quam Græci euſebiam vocant. Sed Dei cultus non dicitur per cõparationem ad homines, ſed ſolum ad Deum. Ergo pietas non ſe extẽdit determinatè ad aliquas hominum perſonas. ¶ 2 Præt. Greg. dicit in 1. Moralium*, Pietas in die ſuo conuiuium exhibet, quia cordis viſcera miſericordiæ operibus replet. Sed opera miſericordiæ ſunt oĩbus exhibenda, vt patet p Aug. in 1. de Doc. Chriſtian*. Ergo pietas nõ ſe extẽdit determinatè ad aliquas ſpeciales perſonas. ¶ 3 Pręt. Multæ ſunt aliæ in humanis rebus cõmunicationes p̃ter conſanguineorum, & cõciuium cõmunicationẽ, vt patet p Philoſ. in 8. Eth*. & ſuper quãlibet earum aliqua amicitia fundatur, quæ videtur eſſe pietatis virtus: vt dicit gl. 2. ad Timo. 3. ſuper illud, Habentes quidem ſpeciẽ pietatis: ergo nõ ſolum ad cõſanguineos & conciues pietas ſe entendit.

¶ SED CONTRA eſt, quod Tullius dicit in ſua Rhetorica* ꝙ pietas eſt p quã ſãguine iũctis patriæq; beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ homo efficit̃ diuerſimode aliis debitor ſecundũ eorũ diuerſam excellentiã, & diuerſa beneficia ab eis ſuſcepta. In vtroq; aũt Deus ſummũ obtinet locum, & q excellẽtiſsimus eſt, & eſt nobis eſſẽdi & gubernationis primum principium. Secũdariò verò noſtri eſſe & gubernationis principia ſunt parẽtes & patria, à quib⁹ & in qua nati & nutriti ſum⁹. Et iõ poſt Deũ eſt hõ maximè debitor parẽtib⁹ & patrię. Vñ ſicut ad religionẽ pertinet cultũ Deo exhibere, ita ſecũdario gradu ad pietatẽ pertinet exhibere cultũ parentibus & patriæ. In cultu aũt parentum includitur cultus omniũ conſanguineorũ, quia ẽt conſanguinei ex hoc dicuntur ꝙ ex eiſdẽ parẽtib⁹ proceſſerunt, vt patet per Philoſo. in 8. Ethic*. in cultu autem patriæ intelligitur cultus omniũ conciuium & omniũ patrię amicorũ. Et ideo ad hos pietas principaliter ſe extendit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ in maiori includitur minus. Et iõ cultus qui Deo debetur, includit in ſe, ſicut aliquid particulare, cultũ qui debetur parẽtibus. Vñ dicitur Matt. 15. Si ego pater, vbi eſt honor me⁹? Et ideo nomẽ pietatis etiam ad diuinum cultum refertur. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut Aug. dicit in 10. de Ciuitate Dei*, more vulgi nomen Pietatis etiã in operibus miſericordiæ frequentatur. Quod iõ arbitror eueniſſe, quia hæc fieri præcipuè mandat Deus, quę ſibi præ ſacrificiis placere teſtatur: ex qua conſuetudine factum eſt, vt Deus ipſe pius dicat̃. ¶ Ad tertium dicendum, quòd cõmunicationes conſunguineorũ & cõciuium magis referũtur ad principia noſtri eſſe, quã aliæ cõmunicationes. Et ideo ad has nomen pietatis magis extenditur.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrũ pietas exhibeat parẽtibus ſuſtẽtationẽ.*

AD SECVNDVM ſic procedit̃. Videtur quòd pietas non exhibeat parentibus ſuſtentationem. Ad pietatem enim videtur pertinere illud præceptum decalogi, Honora patrem tuum & matrẽ tuã. Sed ibi non præcipitur niſi honoris exhibitio. Ergo ad pietatẽ non pertinet ſuſtentationem parentibus exhibere. ¶ 2 Præt. Illis homo debet theſaurizare, quos tenetur ſuſtentare. Sed ſecundum Apoſtolum, vt habetur 2. ad Cor. 12. filij non debẽt theſaurizare parẽtibus. Ergo nõ tenentur eos per pietatẽ ſuſtentare. ¶ 3 Pręt. Pietas non ſolum extendit ſe ad parentes, ſed etiam ad alios conſanguineos & conciues, vt dictum eſt*. Sed nõ tenetur aliquis omnes conſanguineos & conciues ſuſtentare. Ergo nec etiam tenetur ad ſuſtentationem parentum.

¶ SED CONTRA eſt, quòd Dominus Matt. 11. redarguit Phariſæos, quòd impediebant filios, ne parentibus ſuſtentationem exhiberent.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ parentibus & conciuibus aliquid debetur dupliciter. Vno modo per ſe, alio mõ per accidens. Per ſe quidem debetur eis id quod decet patrem, inquãtum pater eſt: qui cum ſit ſuperior, quaſi principium filij exiſtens, debetur ei à filio reuerentia & obſequium. Per accidens aũt aliquid debetur patri, quod decet eum accipere ſecundum aliquid quod ei accidit, puta ſi ſit infirmus, quòd viſitetur, & eius curationi intẽdatur. Et ſi ſit pauper ꝙ ſuſtentetur, & ſic de aliis hmõi, q̃ omnia ſub debito obſequio continentur. Et ideo Tullius dicit*, ꝙ pietas exhibet & officium & cultum: vt officium referat̃ ad obſequium, cultus verò ad reuerentiam, ſiue honorem: quia, vt dicit Aug. ĩ 10. de Ciuit. Dei*, dicimur colere homines, quos honorificatione vel recordatione vel præſentia frequentamus.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ in honoratione parentũ intelligit̃ oĩs ſubuentio q̃ dẽt parentib⁹ exhiberi, vt Dñs interpretat̃ Matt. 15. Et hoc iõ, quia ſubuentio fit patri ex debito tanquã maiori. ¶ Ad ſecundum dicendũ, ꝙ pater habet rationem pricipij, filius aũt habet rationem à principio exiſtentis. Iõ per ſe patri conuenit, vt ſubueniat filio: & propter hoc non ſolùm ad horã decet ei ſubuenire, ſed ad totã ſuã vitã: qđ eſt theſaurizare. Sed quòd filius aliquid conferat patri, hoc eſt per accidens, ratione alicui⁹ neceſsitatis inſtãtis, ĩ qua tenetur ei ſubuenire: nõ aũt theſaurizare quaſi in longinquũ, quia naturaliter non parentes filiorum, ſed filij parẽtũ ſunt ſucceſſores.

ſanguine iunctis ac patriæ, ciuibus & amicis: ideo opera miſericordiæ, opera pietatis vocata videntur: & qui illis vacant, pij appellati. Et hinc vſurpatum videtur quòd Deus pius dicitur, quòd pietas diuina hæc & illa faciat, quoniã Deus maximè exercet opera miſericordiæ. Differunt autem in hoc quantum ad propoſitum ſpectat, officia pietatis ab officiis miſericordiæ, quod pietas id quod impendit, impendit ſub ratione debiti: miſericordia autem ſub ratione gratuitæ ſubleuationis. *cap. 1. to. 5.*

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ primæ Articulum ſecundum, & tertium.*

IN artic. ſecundo & tertio ſimul, eiuſdem q. dubium occurrit circa diffinitionem Tullij, & propriam rationem pietatis ab Autore aſſignatam. Nam ſecundum Tullium pietas eſt, qua officium & cultus ſanguine iunctis, patriæque beneuolis exhibetur: ſecundum verò Autorem, pietatis propria ratio formalis conſiſtit in hoc ꝙ parentes, & patriam, vt quoddam noſtri principium colimus. *Ar. præc.* Si nanque in hoc ratio pietatis conſiſtit, ſequitur quòd pietas non ſit ad filios, nec inter virum & vxorem. Et tenet ſequela, quia filiis officia non impendimus ratione parentum, ſed quia filij. Et ſimiliter inter virum & vxorem non interſunt cultus & officium ratione parentum, ſed ſuimet. Et tamen Tullius dicit ꝙ pietas eſt ad ſanguine iunctos. Conſtat enim & filios eſſe nobis ſanguine iunctos, & virum & vxorem ſanguine iungi, cum ſint duo in carne vna. Nonnullum quoque dubium eſt, quomodo pietas vniuerſaliter cultum exhibet ſanguine iunctis: cum parentum non ſit colere filios, ſed econuerſo. *Lib. 2. de inuent. fol. 4. ante fi. libri.* ** c. 1. to. 5.*

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd pietas habet plures actus, & reſpicit plures perſonas, ſed præcipuè perſonæ quas reſpicit, ſunt perſonæ parentum: & principalis actus pietatis eſt colere obſequíque parentibus: quoniam quilibet homo, qui eſt ſubiectum virtutis pietatis, prius habet parentes quàm conſanguineos, quàm vxorem, quàm filios, quàm patriã. Ex hoc enim quòd à patribus generati ſumus, reliqua habemus ſtatim, vt patriam: vel poſtquam adulti ſumus, vt vxores & filios. Ideo pietas ſecundum ſuum principalem actum ab Autore diſtincta eſt, aſſignata ſcilicet ratione formalis pietatis, ſecundum principalẽ eius actum, qui eſt reddere

dere debitũ patri, & patriæ, vt principia eſſendi. Cum quo tamen ſtat ꝙ pietas habeat actus ſecundarios ordinatos ad principalem, vel annexos principali. Ordinatos quidẽ, vt ſunt actus inter virum & vxorem: quoniã inter coniuges eſt cultus & officium ad inuicem tãquam coadiutores ad cõſeruationem cõſanguinitatis vtriuſq;, quã quilibet cõiugum à ſuis habet parentibus. Conſeruatur enim propagatione filiorũ vtriuſque parentis ſanguis. Et idem dicimus de filiis: quia ſcilicet reſpiciuntur à pietatis virtute vt conſeruatores conſanguinitatis à parentibus ſuſceptæ. Et quoniam tam coniuges quàm filij ſecundũ ſuaſmet perſonales actiones & conſiſtentias ad adiuuandũ & cõſeruandũ cõſanguinitatẽ concurrũt, ideo ſecundũ ſeipſos à pietate reſpiciuntur, tanquam ſecundum ſeipſos ordinatos ad principale, quod reſpicit pietas.

Lib. 2. de inuent. fol. 4. ante fin. — *cap. 1. to. 5.* — *ca. 1. & 2.* — *Lib. 2. de inuent. fol. 4. ante fin.*

¶ Ad ſecundũ verò dubiũ dicitur, ꝙ pietas tam cultũ quã ſubſidiũ ſanguine patriæque iunctis omnibus exhibet diuerſimode. Nam parẽtibus præcipuè cultũ cũ obſequio, filiis verò aliqualẽ cultũ, dũ eos non vt ſeruos, non vt illegitimos, &c. tractamus, & à ſeruis & aliis honorari volumus, & in loco honeſto locum ſedẽdi eis damus, & ſimilia. Omnibus quoque ſubſidium aliquod præbemus ex pietate, vel conſeruando, vel ſaltem in præparatione animi. Dicitur enim in litera ſecũdi articuli ad vltimũ, quòd tenemur ad hoc ſecundum facultatem & decentiam perſonarum, pro loco etiam & tempore, cùm ſit præceptum affirmatiuum.

cap. 1. ¶ *Super Quæſtionis centeſimæ primæ Articulum quartum.*

IN art. 4. eiuſdẽ quæſt. in reſponſione ad primum & tertiũ, nota differentiam literæ inter prouocationem & inductionem ad malũ. Nam ſi parentes egentes filiorum aut filiarum ſeruitiis, ſunt prouocatores ad malũ, deſerendi ſunt quo adhoc, vt videlicet non ſequantur eorũ prouocationes, ſed quo ad hoc eos odio habeant filij, vt in reſponſione ad primũ dicitur. Si verò parentes non tantum prouocatores, ſed inductores ſunt ad malũ, tũc deſerẽdi ſunt ſimpliciter & abſolutè, & nõ ſolũ quo ad hoc, vt in reſponſione ad tertium dicitur. Propter quod ſi pater infirmus filiã ſibi ſeruiẽtem nititur violare, & illa nõ timet ſe induci, quia ſcit ſuam & intẽtionem

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd cultus, & officiũ, vt Tullius dicit*, debet̃ omnib⁹ ſanguine iunctis & patriæ beneuolis. Nõ tamẽ æqualiter omnibus, ſed præcipuè parentibus. Aliis autem ſecundũ propriam facultatem & decentiam perſonarum.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum pietas ſit ſpecialis virtus ab aliis diſtincta.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ pietas nõ ſit ſpecialis virtus ab aliis diſtincta. Exhibere enim obſequium & cultũ aliquibus, ex amore procedit: ſed hoc pertinet ad pietatem. Ergo pietas nõ eſt virtus à charitate diſtincta. ¶ 2 Præt. Cultum Deo exhibere eſt proprium religionis. Sed etiã pietas exhibet cultũ Deo, vt dicit Aug*. 10. de Ciu. Dei, ergo pietas non diſtinguitur à religione. ¶ 3 Præterea, Pietas, quæ exhibet cultum & officium patriæ, videtur eſſe idẽ cum iuſtitia legali, quæ reſpicit bonum cõmunę. Sed iuſtitia legalis eſt virtus generalis, vt patet per Philoſophum in 5. Ethi*. Ergo pietas non eſt virtus ſpecialis.

¶ SED CONTRA eſt, quod ponitur à Tullio* pars iuſtitiæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliqua virtus ſpecialis eſt ex hoc ꝙ reſpicit aliquod obiectum ſecundũ aliquã ſpecialem rationẽ. Cùm autẽ ad rationẽ iuſtitiæ pertineat, ꝙ debitũ alij reddat, vbi inuenitur ſpecialis ratio debiti alicui perſonæ, ibi eſt ſpecialis virtus. Debetur aũt aliquid alicui ſpecialiter: q a eſt cõnaturale principiũ producẽs in eſſe & gubernans. Hoc autẽ principiũ reſpicit pietas, inquantũ parẽtibus, & patriæ, & his qui ad hæc ordinantur, officium & cultũ impendit, & ideo pietas eſt ſpecialis virtus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut religio eſt quædã proteſtatio fidei, ſpei, & charitatis, quibus hõ primordialiter ordinatur in Deum: ita etiam pietas eſt quædam proteſtatio charitatis, quam quis habet ad parentes & ad patriam. ¶ Ad ſecundum dicendũ, ꝙ Deus longè excellentiori modo eſt principiũ eſſendi & gubernationis, quàm pater vel patria: & ideo alia virtus eſt religio, quæ cultum Deo exhibet, à pietate, quę exhibet cultũ parẽtibus & patriæ. Sed ea quæ ſunt creaturarum p quandam ſuperexcellentiã & cauſalitatem transferunt̃ in Deũ, vt Diony. dicit in li. de di. no*. Vnde per excellentiã pietas cultus Dei nominatur: ſicut & Deus excellẽter dicitur pater noſter. ¶ Ad tertium dicẽdum, quòd pietas ſe extẽdit ad patriam, ſecundum quod eſt nobis quoddam eſſendi principiũ. Sed iuſtitia legalis reſpicit bonum patriæ, ſecundum quod eſt bonum commune. Et ideo iuſtitia legalis magis habet quòd ſit virtus generalis, quàm pietas.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum occaſione religionis ſint prætermittenda pietatis officia in parentes.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd occaſione religionis ſint prætermittenda pietatis officia in parentes. Dicit enim Dominus Luc. 14. Si quis venit ad me & non odit patrẽ ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Vnde & in laudem Iacobi & Ioannis Matt. 4. dicitur, Quod relictis retibus & patre, ſecuti ſunt Chriſtũ. Et in laudẽ Leuitarum dr̃ Deut. 33. Qui dixerit patri ſuo & matri ſuæ, neſcio vos: & fratribus ſuis, ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquium tuum. Sed ignorando parentes & alios conſanguineos, vel etiam odiendo eos, neceſſe eſt quòd prætermittantur pietatis officia: ergo propter religionem officia ſunt pietatis prætermittenda. ¶ 2 Præt. Mat. 8. & Lu. 9. dicitur, quòd dominus dicenti ſibi, Permitte me primum ire & ſepelire patrem meum, reſpondit: Sine, vt mortui ſepeliant mortuos ſuos. Tu autem vade & annuntia regnũ Dei: quod pertinet ad religionem. Sepultura autẽ patris pertinet ad pietatis officium. Ergo pietatis officium eſt prętermittendum propter religionem. ¶ 3 Præterea, De⁹ per excellentiã dicitur pater noſter. Sed ſicut per pietatis obſeqa colimus parẽtes, ita per religionem colimus Deũ. Ergo prætermittẽda ſunt pietatis obſequia propter religionis cultum. ¶ 4 Pręterea, Religioſi tenentur ex voto, qđ tranſgredi nõ licet, ſuæ religionis obſeruãtias implere, ſecundũ quas ſuis parẽtibus ſubuenire impediũtur: tũ ꝓpter paupertatẽ, quia proprio carẽt; tũ etiam propter obedientiã, quia ſine licẽtia ſuorum Prælatorum eis clauſtrũ exire non licet: ergo propter religionem prætermittenda ſunt pietatis officia in parentes.

¶ SED CONTRA eſt, quòd Dominus Matt. 15. redarguit Phariſæos, qui intuitu religionis honorem parentibus debitum ſubtrahere docebant.

¶ RESPONDEO dicẽdũ, quòd religio & pietas ſunt duæ virtutes. Nulla aũt virtus alij virtuti cõtrariatur aut repugnat: quia ſecundũ Philoſophũ in Prædicamentis*, Bonũ non eſt bono contrarium. Vñ nõ põt eſſe qđ pietas & religio ſe mutuo impediãt, vt ꝓpter actũ vnius, actus alteri⁹ excludatur. Cuiuſlibet enim virtutis act⁹, vt ex ſuprà dict*. patet debitis circunſtantiis limitatur: quas ſi prætereat, iã nõ erit virtutis act⁹ ſed vitij. Vñ ad pietatẽ ptinet officium & cultum parentibus exhibere ſecundum debitũ modum. Non eſt aũt debitus modus, vt plus homo tendat ad colẽdum patrẽ, quàm ad colendum Deum, ſed, ſicut Ambro. dicit ſup Lu*. neceſsitudini generis, diuinæ religionis pietas antefertur: ſi ergo cult⁹ parentum abſtrahat nos à cultu Dei, iã non eſſet pietas, parẽtum inſiſtere cultui contra Deũ. Vñ Hiero, dicit in Epiſt. ad Heliodorum*, Per calcatũ perge patrẽ, per calcatã perge matrẽ, ad vexillum crucis euola: ſummũ genus pietatis eſt, in hac re fuiſſe crudelẽ. Et iõ đ in tali caſu dimittẽda ſunt officia pietatis in parẽtes, propter diuinum religionis cultũ. Si verò ex hibendo debita obſequia parẽtibus, non abſtrahamur à diuino cultu, hoc iam pertinebit ad pietatem: & ſic non oportebit propter religionem pietatem deſerere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Gre*. exponẽs illud verbũ Domini: dicit ꝙ parẽtes, quos aduerſarios in via dei patimur, odiendo & fugiẽdo neſcire debemus. Si enim parẽtes noſtri nos ꝓuocent ad peccãdũ, & abſtrahãt à cultu diuino, debemus quãtum ad hoc eos deſerere & odire. Et hoc modo dicuntur Leuitę ſuos cõſanguineos ignoraſſe: quia idololatris ſecundum mãdatum domini nõ pepercerunt, vt habetur Exod. 33. Iacobus autẽ & Ioãnes laudãtur ex hoc ꝙ ſunt ſecuti dominum, dimiſſo parẽte: nõ q a eorum pa-

& conſtãtiam, non tenetur relinquere patris ſui ſeruitia: quamuis propter ipſius demerita poſſit illum relinquere, ſi non vult ceſſare à prouocatione. Vnde & Ioſeph non reliquit ſeruitia domus, quamuis haberet dominã ſuam quotidie ſibi moleſtam, vt dicitur Gene. 39. Si verò ſeruiens videt ſe induci ad peccatum, relinquere tenetur totaliter parentem, iuxta illud, Qui amat patrem plus quàm me, non eſt me dignus.

¶ In eod. ar. 4. in reſponſione ad quartum, dubium occurrit, an Religioſus teneatur ſuccurrere patri non potenti ſine ſuo ſeruitio viuere. Et eſt ratio dubij, quia in litera dicitur quòd non tenetur, nec debet aut poteſt ſine Pręlati ſcientia vel licentia, & ſeruato religionis ſtatu. Alij autem Doctores afferuntur in oppoſitum. Ratio autem apparet vſquequaque clara.

¶ Ad huius euidentiam ſciendum eſt, quòd dupliciter contingit patrem egere ſeruitio filij Religioſi. Primò, circa extremam neceſſitatem. Secundò, in extrema neceſſitate. Et ſiquidem pater ita eget filio quod ſine ipſo extrema neceſſitate manifeſtè laboraret, tenetur filius petita, licet non obtenta licentia Superioris, patri ſubuenire, Et ratio eſt, quia præceptum iuris naturæ & diuini, in extrema neceſſitate præeminet omni voto & vinculo: nec ſolùm pro patre, ſed pro quocunque homine in ſeculi neceſſitate tenetur quilibet. Non enim debent vota eſſe impeditiua operum iuſtitiæ. Vnde ſicut licet furari propter extremam alterius neceſſitatẽ, ita licet actualẽ obedientiã Prælato ſubtrahere, & furari bona Eccleſiæ, ſi aliter nõ poteſt patri ſubueniri. Nec oppoſitum ſenſit hic Autor, qui de neceſſitate paterna, non de neceſſitate humana loquitur, hoc eſt de neceſſariis patri à filio, & non de neceſſariis abſolutè à quocunq; homine. Si verò pater circa extremam eſt neceſſitatẽ, tunc Religioſus tenetur adiuuare patrem ſaluo ſuo ſtatu, & non aliter, hoc eſt, ſalua obedientia & regulari obſeruantia: ſicut filius vxoratus non tenetur patri niſi ſaluo ſtatu coniugali. Et hoc eſt, quod in litera dicit̃: Ita quòd differentiã, quæ ponitur in litera inter filiũ antequam ſit Religioſus, vel poſt, non intelligo reſpectu extremæ neceſſitatis in patre, ſed reſpectu cuiuſque neceſſitatis, in qua filius tenetur

cap. de oppoſitis, & lib. 2. Top. ca. 3. — ** 1. 2. q. 7 ar 2. & q. 18. art. 3.* — *cap. 9. & 12. to. 5.* — *cap. 1. de laudibus vitæ ſolitariæ, non procul à principio. D. 1033.* — *Hom. 37. in Euãg. nõ procul à fine.*

operas suas patri exhibere ex præcepto pietatis. Cōstat nāque quòd non exigitur necessitas extrema ad hoc, sed sufficit necessitas habens magnam latitudinē. Et fortè, sic cōcordarentur Doctores. Ratio igitur quæ mouet oppositam opinionem, facilè soluitur. Nam præceptum de honore parentum, licet verū sit, ꝙ priusquā votum, & ex naturæ iure obligat, nec est abrogabile per superueniens votum: falsum tamē est quòd eodē modo obliget filium in quocunque statu: quoniā est præceptum affirmatiuum, & obligat pro tēpore vnūquemque prout tunc inuenit illum. Non enim eodem modo obligat filium liberum & vxoratum. Nam vxoratus non obligatur ad actum commanēdi cum patre: quia iam est obligatus ad cōmanēdum cum vxore. Et sic est in proposito ꝙ filiꝰ liber tenetur ex hoc præcepto ad subsidium paternū simpliciter. Filius autem religionis vinculo astrictus tenetur, vt Religiosus potest. Propterea in litera dicitur, quòd tenetur pium adhibere studium, salua religione, vt patri subueniatur.

Hom. 28. in Matt. non longè à fine.

cap. 9.

¶ *Super Quæstionis centesimæ secundæ Articulum primum.*

IN ar. 1. quæst. 102. iuncto cum ar. 3. dubiū occurrit de differētia inter pietatem & obseruantiam circa personas in dignitate cōstitutas. Et est rō dubij, quia eiusdem virtutis est colere patriā & patriæ Principē: sicut eiusdē virtutis est colere patrē & reliquā consanguineorum familiam. Nō spectat ergo, ad obseruantiā colere Principem ciuitatis, & ad pietatē colere patriam. Si dicatur, vt litera insinuat in tertio articulo, quòd pietas colit Principē quo ad cōmunia, obseruātia quo ad personalia, tūc dubium primo est, quare pietas colit patrē quo ad vtrūque, s. & personam & cōmunicationem familiæ, & obseruantia colit Principem quo ad personam tantum. Videtur enim quòd recta ratio velit, vt pietas ad parētes & consanguineos, obseruantia vero ad præsidentes & communitates referatur.

In cor. ar. & ar. 2.

¶ Dubium secundò est, quæ sint tam obsequia quàm honores, de quibus hic dicitur, quòd spectant ad præsidentium personalem vtilitatē, vel gloriam. Et ratio dubij est, tum quia hic non intelligūtur omnia seruitia personalia, quia non

Suprà q. 80. artic. vni. corp. Et infrà q. 103. ar. 3. corp.

ter eos prouocaret ad malū, sed quia aliter æstimabant ipsum posse vitam transigere eis Christum sequentibus.

¶ Ad secundum dicendū, quòd Dominus iō ꝓhibuit discipulū à sepultura patris: qa sicut Chry*. dicit p hoc eū Dominꝰ à multis malis eripuit: puta, luctibꝰ & mœroribꝰ, & aliis quę hinc expectant̄. Post sepulturā em̄ erat necesse & testamēta scrutari, & hęreditatis diuisionē & alia hmōi: & præcipuè, qa alij erāt q complere poterāt huiꝰ funeris sepulturā. Vel sicut Cyrillus exponit super Luc*. discipulus ille non petiit ꝙ patrē iā defunctū sepeliret, sed adhuc viuētē in senectute sustētaret, vsquequo sepeliretur. Quod dominꝰ non concessit, quia erant alij, qui eius curam habere poterant, linea parētelæ astricti.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ hoc quod parētibus carnalibꝰ ex pietate exhibemus, in Deū referimus: sicut & alia misericordiæ opera, quæ qbuscunq; proximis impēdimꝰ, Deo exhibita vident̄, scd̄m illud Matt. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et ideo si carnalibus parentibus nostra obsequia sint necessaria: vt sine his sustētari non possint, nec nos ad aliquid contra Deum inducant, non debemus intuitu religionis eos deserere. Si autem sine peccato eorū obsequiis vacare non possumus, vel etiam si absque nostro obsequio possunt substentari, licitū est eorum obsequia prætermittere ad hoc, quod amplius religioni vacemus.

¶ Ad quartū dicendum, ꝙ aliud dicēdum est de eo, q est adhuc in seculo cōstitutꝰ, & aliud de eo, qui iā est in religione professus. Ille enim q est in seculo cōstitutus si habet parētes, q sine ipso sustētari non possunt, nō dēt eis relictis, religionem intrare: quia transgrederetur præceptū de honoratione parentū. Quamuis quidā dicant, ꝙ in hoc casu licite posset eos deserere, eorū curam Deo committens. Sed si qs rectè cōsideret, hoc esset tētare Deū: cū habens ex humano consilio quid ageret, periculo parentes exponeret sub spe diuini auxilij. Si vero sine eo parētes vitā trāsigere possent, licitū esset ei, desertis parentibus religionē intrare, qa filij non tenentur ad sustentationē parentum, nisi causa necessitatis, vt dictū est*. Ille verò q iā est in religione professus, reputatur iā quasi mortuus mūdo. Vn̄ non debet occasione sustētationis parentū, exire claustrū, in quo Christo cōsepelitur, & se iterū secularibus negotiis implicare. Tenetur tamen, salua sui Prælati obedientia & suæ religionis statu, piū studiū adhibere, qualiter eius parentibus subueniatur.

QVÆSTIO CENTESIMA secunda de Obseruantia & illius partibus, in tres articulos diuisa.

DEINDE cōsiderādū est de obseruātia & partibꝰ eiꝰ, p quæ de oppositis vitiis erit manifestū.

¶ Circa obseruantiā autē quæruntur tria.

¶ Primò vtrum obseruantia sit specialis virtus ab aliis distincta. ¶ Secundò, quid obseruantia exhibeat. ¶ Tertiò de comparatione eius ad pietatem.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum obseruantia sit specialis virtus ab aliis distincta.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd obseruātia non sit specialis virtus ab aliis distincta. Virtutes enim distinguūtur secundū obiecta. Sed obiectum obseruantiæ non distinguitur ab obiecto pietatis. Dicit em̄ Tullius in sua Rhet*. ꝙ obseruātia est, p quā homines aliqua dignitate antecedētes quodā cultu & honore dignantur. Sed cultū & honorē etiā pietas exhibet parētibus, qui dignitate antecedunt. Ergo obseruantia non est virtus distincta à pietate.

Lib. 2. de inuen. fol. 4. ante fi.

¶ 2 Præt. Sicut hominibꝰ in dignitate cōstitutis debetur honor & cultꝰ, ita ēt eis qui excellūt sciētia & virtute. Sed nō est aliqua specialis virtus, per quā honorē & cultū exhibeamꝰ hominibꝰ, q sciētiæ & virtutis excellentiam habent. Ergo ēt obseruātia, p quam cultū & honorē exhibemus his, q nos in dignitate antecedunt, non est specialis virtus ab aliis distincta.

¶ 3 Prętęrea, Hominibꝰ in dignitate cōstitutis multa debentur, ad quæ soluēda lex cogit, secundum illud ad Ro. 13. Reddite omnibus debita: cui tributū, tributū, &c. Ea verò, ad quæ per legē cōpellimur, pertinent ad iustitiam legalem, seu etiā ad iustitiam specialem. Ergo obseruātia nō est per se specialis virtus ab aliis distincta.

¶ SED CONTRA est, qđ Tullius dicit* cōdiuidēdo obseruantiā aliis iustitiæ partibus, quæ sunt speciales virtutes.

Loco cit.

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ sicut ex dictis patet*, necesse est vt eo mō per quendā ordinatū descensum distinguantur virtutes, sicut excellētia psonarum, qbus est aliquid reddendū. Sicut aūt carnalis pater particulariter participat rōnē principij, quę vniuersaliter inuenitur in Deo: ita etiā persona quæ quantum ad aliquid prouidētiā circa nos gerit, particulariter participat proprietatem patris: quia pater est principiū & generationis & educationis, & disciplinæ, & omnium quæ ad perfectionem humanæ vitæ pertinent. Persona autē in dignitate constituta est sicut principiū gubernationis respectu aliquarum rerū: sicut Princeps ciuitatis in rebus ciuilibus, dux autē exercitus in rebus bellicis: magister autē in disciplinis, & simile est in aliis. Et inde est ꝙ omnes tales personæ patres appellātur, propter similitudinē curę: sicut 4. Reg. 5. serui Naamā dixerūt ad eū, Pater, etsi rē grādē dixisset tibi Propheta, &c. Et iō, sicut sub religione, p quā cultus tribuit̄ Deo, quodāmodo inuenit̄ pietas per quā colūtur parētes, ita sub pietate inuenitur obseruantia, per quā cultus & honor exhibetur personis in dignitate constitutis.

q. præ. art. 1. & 3. & 1. 2. q. 80. & q. 73. ar. 9.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd sicut dictū est suprà*, ꝙ religio p quandam supereminentiā pietas dicitur: & tamē pietas ꝓpriè dicta à religione distinguitur: ita etiā pietas per quandā excellētiam pōt dici obseruātia, & tamen obseruantia ꝓpriè dicta à pietate distinguitur.

Q. præc. ar. 3. ad 3.

¶ Ad secundum dicendū, quòd aliquis ex hoc ꝙ est in aliqua dignitate cōstitutus, non solùm quādam status excellētiā habet, sed etiam quandā potestatem gubernandi subditos. Vnde competit sibi ratio principij, prout est aliorū gubernator. Ex hoc aūt quod aliquis habet pfectionem scientiæ vel virtutis, non sortit̄ rationē principij quantum ad alios, sed solū quādā excellētiam in seipso. Et ideo specialiter quædā virtus determinat̄ ad exhibendum honorē & cultum his, q sunt in dignitate constituti. Verū quia per scientiā & virtutem, & omnia alia huiusmodi aliquis idoneꝰ redditur ad dignitatis statū, reuerētia, quæ propter quancūque excel

seruitia exhibita à seruis, nec à filiis, nec à mercenariis. In quo igitur discernenda sunt ista psonalia à coībus? Tum quia ratio cuiusque seruitij aut honoris præsidenti à subditis exhibiti, est dignitas: quicquid autē impēditur personæ ratione dignitatis, non personæ, sed cōmunitati vel Principi, cuius vices gerit, exhibetur: vt Autor fatetur inferius in quæstione sequenti arti. 2. ad 2. Et sic omnia exhibita præsidentibus inquantum præsidentes sunt, spectant ad pietatem & non ad obseruantiam.

¶ Ad huius dubij dilucidationem sciendū est, quòd regulariter eiusdē rōnis est cōmunitatem, Collegium, & vniuersaliter communicationem aliquam, & illius caput colere. Et propter ea ad obseruantiam spectat tam Episcopum quam Canonicos colere, tā magistrum quàm condiscipulos, tam ducē quàm exercitū, & sic de aliis: nisi quod ab ista regula excipitur Princeps patriæ. Nā alterius virtutis est colere patriā & alterius Principē patriæ. Et ratio exceptionis istius est, quia princeps est solummodo principium gubernationis. Patria autem est etiā principiū nostri esse. Et propterea patriæ cultus ad eandē virtutem spectat, ad quam spectat colere patrem, qui est nostri esse principium. Principes autem, quia non habent rationē principij essendi, sed solū gubernandi, excludūtur ab illa excellentiori virtute, videlicet, pietate, quæ colit principia essendi & gubernandi simul, s. patrem, & patriam & sequenti virtuti, s. obseruantiæ, relinquuntur. In reliquis autem communicationibus, puta exercitus, scholę, collegij, &c. nō est hęc admistio principiorum essendi & gubernandi, sicut in patria & in Principe patriæ: sed omnes ad gubernationem spectant. Et hanc rationem habes ab Autore in quęstione præcedente, art. 1. ad vltimum, vbi reddit rationem quare patria colitur à pietate, aliç autem communicationes non. Et per hæc patet responsio ad primò obiecta: & quare obseruantia non respicit Principē quo ad communia quæ spectāt ad patriam, quia s. præuenitur à pietate propter excellentiā quā habet patria & non princeps: quia s. est principium nostri esse. Et sic solida ratio primum dubium soluit.

¶ Secundum vero dubium soluitur dicendo ꝙ personalia hoc in loco dicuntur, non omnia quæ personæ Principis à quocunque exhibentur:

tur (nam quod illi à filio exhibetur, pietatis: quod à seruo, duliæ: quod à mercenario, iustitię est:) sed ea quæ non alia ratione illis exhibentur, nisi quia sunt in dignitate cōstituti: & terminantur ad eorum personas. Vbi aduerte quòd hac in re inueniuntur duo, s. ratio exhibendi cultū, & terminus cui exhibetur. Vniuersaliter siquidem ratio exhibendi istis cultū, est dignitas. Vnde siue boni siue mali sint homines in dignitate constituti, colendi sunt: terminus autem qui colitur per obseruantiæ virtutem, est persona illa quæ in dignitate est constituta. Ita quod differētia inter exhibita à pietate & ab obseruantia Principibus, stat in hoc, quòd exhibita à pietate directè terminatur ad commune bonum vtilitatis vel honoris: & Principes tūc se habent vt præcipientes, & non vt termini. Sicut cùm quis instituitur à Principe in publico officio Reipub. vt in litera tertij articuli dicitur. Si quis verò ad subleuandum Principis laborem ministraret, ad obseruātiā spectaret actus iste: quia ad personam Principis seruitium hoc ordinatur. Et cōtra, cum patria gloriam suam ostentare rationabiliter vellet, & aliqui ciues patriæ caput propterea amplius colerent, pietati, non obseruantiæ operam darent: quia ad patriam iste cultus terminatur. Honoratur ergo semper ab obseruantia in personis in dignitate cōstitutis communitas, seu Deus, cuius sunt ministri, vt ratio honorādi: sed persona ipsa, vt terminus, & persona quæ honoratur. Et per hęc patet solutio omnium obiectorum. Nā quidquid impenditur personæ in dignitate constitutæ, ratione dignitatis, impenditur communitati, vel Deo vt rationi honoris & cultus, & non vt termino. Personas enim ipsas, licet malas, honoramus ratione dignitatis.

q. 58. ar. 6.

cap. 1. to. 5.

Lib. 2. de inuent. fol. 4. ante fin.

¶ *Super Quæstionis centesimæ secundæ Articulum secundum.*

IN ar. 2. eiusdem 102. q. in responsione ad primum, nota quòd cultus nomen absolutè habetur commune ad honorem & reliquos decētes actus vt in litera dicitur. Sed in proposita diffinitione Tullij, vbi contra honorem distinguitur, cultus sumitur pro reliquis decentibus actibus tantum, ne superfluitas aut incongruum aliquid incurratur.

q. 80. per totum.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundū, vide hic quòd omissio honoris præsidentibus propriis debiti non solum est peccatum, sed est punibile per humanam legem. Omissio autem honoris extraneorum præsidentium punibilis non est pro quanto ad legale debitum non spectat. Peccatum tamen quandoque est, pro quanto quandoque præter morem est, & à morali propterea debito declinat.

¶ *Super*

lentiam aliquibus exhibetur, ad eandem virtutem pertinet.

¶ Ad tertium dicendū, quòd ad iustitiam specialem propriè sumptā, pertinet reddere æquale ei cui aliqd debetur. Quod quidem non pōt fieri ad virtuosos, & ad eos, qui bene statu dignitatis vtuntur, sicut nec ad Deum, nec ad parētes. Et ideo ad quandā virtutem adiunctam hoc pertinet, non autem ad iustitiam specialem, quæ est principalis virtus. Iustitia verò legalis se extendit ad actus omnium virtutum, vt suprà dictum est*.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum ad obseruantiam pertineat exhibere cultum & honorem iis, qui sunt in dignitate constituti.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ad obseruantiā non pertineat exhibere cultum & honorem iis, qui sunt in dignitate constituti: quia vt Aug. dicit in 10. de Ciuita. Dei*, colere dicimur illas personas, quas in quodā honore habemus: & sic idē esse videtur cultus & honor. Inconueniēter ergo determinatur ꝙ obseruantia exhibet in dignitate constitutis cultum & honorem.

¶ 2 Præterea, Ad iustitiā pertinet reddere debitum: vnde & ad obseruantiam, quæ ponitur iustitiæ pars, ptinet. Sed cultum & honorem non debemus omnibus in dignitate cōstitutis, sed solū iis, qui super nos prælationem habent. Ergo inconuenienter determinatur quòd eis obseruantia exhibet cultum & honorem.

¶ 3 Præterea, Superioribus nostris in dignitate constitutis non solum debemus honorē, sed etiam timorem, & aliquā munerū largitionē, secūdum illud ad Rom. 13. Reddite omnibꝰ debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorē. Debemus etiam eis reuerentiam & subiectionem, secūdum illud Heb. 13. Obedite propositis vestris, & subiacete eis. Nō ergo conuenienter determinatur quòd obseruantia exhibet cultum & honorem.

¶ SED CONTRA est, quod Tullius dicit*, quòd obseruātia est, per quam homines aliqua dignitate antecedētes, quodam cultu & honore dignantur.

¶ RESPONDEO dicēdū, quòd ad eos, q sunt in dignitate constituti ptinet gubernare subditos. Gubernare autē est mouere aliquos in debitū finē: sicut nauta gubernat nauē, ducēdo eā ad portum. Omne autem mouens habet excellētiam quandam & virtutem suprà id, quod mouetur: vnde oportet quòd in eo qui est in dignitate cōstitutus, primò consideretur excellentia status cū quadā potestate in subditos. Secundo, ipsum gubernationis officiū. Rōne igitur excellentię debetur ei honor, qui est quædā recognitio excellentiæ alicuius. Ratione autē officij gubernationis debetur ei cultus, qui in quodā obsequio consistit: dum s. aliquis eorum obedit imperio, & vicem beneficiis eorum pro suo modo rependit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod in cultu non solū intelligitur honor, sed etiam quæcunque alia, quæ pertinent ad decentes actus, quibus homo ad alium ordinatur.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ sicut suprà dictū est*, duplex est debitum. Vnū quidē legale, ad quod reddendum homo lege cōpellitur. Et sic debet hō honorē & cultū iis qui sunt in dignitate cōstituti, prelationē sup ipsum habētes. Aliud autem est debitū morale, quod ex quadā honestate debetur. Et hoc mō debemus cultū & honorē iis qui sunt in dignitate constituti, etiam si non simus eis subiecti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd excellētiæ eorū, qui sunt in dignitate cōstituti, debetur honor ratione sublimioris gradus, timor autem ratione potestatis quam habēt ad coercēdum. Officio verò gubernationis ipsorū debetur obedientia, per quam subditi mouentur ad imperium præsidentium: & tributa, quæ sunt quædam stipendia laboris ipsorum.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum obseruantia sit potior virtus, quàm pietas.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd obseruantia sit potior quàm pietas. Princeps enim cui cultus per obseruantiam exhibetur, comparatur ad patrem, qui pietate colitur, sicut vniuersalis gubernator ad particularem. Nam familia, quā pater gubernat, est pars ciuitatis quæ gubernatur à Principe. Sed vniuersalis virtus potior est & magis ei inferiora subduntur. Ergo obseruātia est potior virtus quàm pietas.

¶ 2 Pręterea, Illi qui sunt in dignitate constituti, curā gerūt boni communis. Consanguinei autem pertinent ad bonum priuatum, quod est propter bonum commune cōtemnendum. Vnde laudabiliter aliqui pro bono communi periculis mortis seipsos exponunt. Ergo obseruantia, per quam exhibetur cultus iis, qui sunt in dignitate constituti, est potior virtus quàm pietas, quæ exhibet cultum personis sanguine iunctis.

¶ 3 Præterea, Honor & reuerentia maxime debetur virtuosis post Deum. Sed virtuosis exhibetur honor & reuerentia per obseruātiæ virtutem, vt dictum est*. ergo obseruantia est præcipua post religionem.

ar. 1. ad 1.

¶ SED CONTRA est, quòd præcepta legis dātur de actibus virtutum. Immediatè autem post præcepta religionis, quæ pertinent ad primam tabulam, subditur præceptum de honoratione parentum, quod pertinet ad pietatem: ergo pietas immediatè sequitur religionem ordine dignitatis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd personis in dignitate constitutis, potest aliquid exhiberi dupliciter. Vno modo in ordine ad bonum commune, puta cùm aliquis eis seruit in administratione Reipub. Et hoc iam non pertinet ad obseruantiam, sed ad pietatem, quę cultum exhibet non solùm patri, sed etiam patriæ. Alio modo exhibetur aliquid personis in dignitate constitutis, pertinens specialiter ad personalem eorum vtilitatem & gloriam. Et hoc propriè pertinet ad obseruantiam secundum quod à pietate distinguitur. Et ideo comparatio obseruantię ad pietatem, necesse est quòd attendatur secundum diuersas habitudines diuersarum personarum ad nos, quas respicit vtraque virtus. Manifestum est autem quòd personæ parentum, & eorum, qui sunt nobis sanguine coniuncti, substantialius nobis coniunguntur quàm personæ, quæ sunt in dignitate constitutæ. Magis enim ad substantiam pertinet generatio & educatio, cuius principium est pater, quàm exterior gubernatio, cuius principium sunt illi, qui in dignitate constituuntur. Et secundum hoc pietas obseruantiæ præeminet, inquantum cultum reddit personis magis coniunctis, quibus magis obligamur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Princeps comparatur ad patrem sicut vniuersalis virtus ad particularē, quantum ad exteriorē gubernationem, non autem quātum ad hoc quod pater est principium generationis. Sic enim comparatur ad ipsum virtus diuina, quæ est omnium productiua in esse.

¶ Ad secundum dicendum quòd ex ea parte, qua personæ in dignitate constitutæ ordinantur ad bonum commune, non pertinet earum cultus ad obseruantiam, sed ad pietatem, vt dictum est*.

In cor. ar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd exhibitio honoris vel cultus non solum est proportionanda personæ cui exhibetur secundum se consideratæ, sed etiam secundum quod ad exhibentes comparatur. Quamuis ergo virtuosi secundum se considerati, sint magis digni honore, quàm personæ parentum: tamen filij magis obligantur propter beneficia suscepta ab ipsis parentibus, & coniunctionem naturalem, ad exhibendum cultum & honorem parentibus quàm extraneis virtuosis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis centesimæ tertiæ Articulum primum.*

IN Artic.1.qō.103. nota duo.Primò,in responsione ad primum, quòd reuerentia nec est adæquatum motiuum ad honorandum, nec est ad æquatus finis honoris. Quoniam & aliqui mouentur ad honorandum non ex reuerentia, sed ex amore, vt pater cùm superiores honorant in feriores quosdam. Et multi honorant solum vt honorem debitū impendant, sed distinctio inter reuerentiā & honorē satis manifesta est in litera ex hoc, quòd quādoq; est principium & quandoque finis honoris.Secūdo, in respon. ad secundum quòd quia bono & pulchro debitum est vt manifestetur: ideo ram cōmunis est ap
Ca. 5 to 5. petitus glorię quasi debitę cuilibet æstimāti in sē bonum aut pulchrum aliquid rei vel operis.

q. 81. art. 2. ad. 1. ¶ *Super Quæstionis centesimæ tertiæ Articulum tertium.*

* *Cap. 3. to. 5.* IN art. 3. ciusdē quæst. omisso secundo nota in corpore articuli quòd Deus non solū est maior domin⁹ quā homo, quia dominus vniuersorū est: sed est alia ratione dominus: quia est dominus totius cuiusque rei, vt pote creator totius, homo au tē non. Vnde seruitus hominis ad Deum est secundū totū id quod quo modolibet est. Errat autem (inquit Hier.de seruis hominum) qui seruitutem in totum hominem descendere putat, tū propter libertatē mētis,tum quia materię dominus non est homo, sed solus Deus, qui poreſt annihilare animam & corpus.

Ca. 8. to. 5. ¶ In responsione ad tertium eiusdem tertij art. dubium primo est, an vnaquæque duarum responsionum sit per se sufficiens.

¶ Dubium secundo est, an ratio primæ responsionis, videlicet quia homo quādo honorat hominem, non semper actu refert hoc in Deum, valeat. Et est ratio dubij, quia videtur peccare secundum non causam vt causam. Quoniam non requiritur ad idēritatem motus in imaginem, & id cuius est imago, quòd actu ille qui mouetur referat in id, cuius est ima go, vt patet de adorantibus imaginem Christi & Sanctorum mente euagata. Cōttat enim quòd non actu referunt ad id, cuius est imago, suam venerationem.

¶ Dubiū tertio est quo
Lib. 4. ca. 3. D. 710. pacto verificetur quòd reuerētia, quę exhibetur ipsi Deo, nullo modo pertinet ad eius imaginem, cùm ſtatim Autor in ſequentis calce articuli

Quæst. CIII.

Artic. I II. & III.

QVÆSTIO CENTESIMA tertia de Dulia, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de partib⁹ obseruantiæ. Et primò, de dulia, quę exhibet honorem & cætera ad hoc pertinentia, personis superioribus. ¶ Secundò, de obedientia, per quam earum obeditur imperio.

¶ Circa primū queruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum honor sit aliquid spirituale vel corporale. ¶ Secundo, vtrum honor debeatur solis superioribus. ¶ Tertiò. vtrum dulia, cuius est exhibere honorem & cultum Superioribus, sit specialis virtus à latria diuersa. ¶ Quartò, vtrum per species distinguatur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum honor importet aliquid corporale.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur qđ honor non importet aliquid corporale. Honor enim est exhibitio reuerētiæ in testimoniū virtutis, vt pōt accipi à Philosopho in primo Eth*. Sed exhibitio reuerentiæ est aliquid spirituale: reuereri em̄ est act⁹ timoris, vt suprà habitū est*. Ergo honor est aliqd spirituale.

¶ 2 Præterea, Secundū Philosophū in 4. Eth. * honor est præmium virtutis. Virtutis aūt, quæ principaliter in spiritualibus cōsistit, præmiū non est aliqd corporale, cùm præmium sit potius merito. Ergo honor non consistit in corporalibus.

¶ 3 Præterea, honor à laude distinguitur & etiam à gloria, sed laus & gloria in ex terioribus consistunt. Ergo honor consistit in interioribus & spiritualibus.

¶ SED CONTRA est, quod Hier*. exponens illud primæ ad Tim. 5. Qui bene prę sunt presbyteri duplici honore ha beatur &c. dicit. Honor impræsentiarū vel ,p eleemosyna vel munere accipitur. Vtrūque aūt horum ad corporalia pertinet. Ergo honor in corporalibus cōsistit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd honor testificationē quandā importat de excellentia alicuius. Vnde homines qui volūt honorari, testimoniū suę excellētię quærūt, vt p Philosophū patet in 8. Eth*. Testimoniū aūt redditur vel corā Deo vel coram hominibus. Corā Deo, qui in spector est cordium, testimoniū conscientiæ sufficit. Et ideo honor, quo ad Deum, potest cōsistere in solo interiori motu cordis, dū scilicet aliquis recogitat vel Dei excellentiam, vel etiam alterius hominis coram Deo. Sed quo ad homines, aliquis non potest testimoniū ferre, nisi p aliqua signa exteriora, vel verborum, puta, cum aliquis pronunciat excellētiam alicuius: vel factis, sicut inclin tionib⁹, obuiatiōibus, & aliis huiusmodi: vel etiā exteriori bus rebus, puta in munerū oblatione, aut imaginū institutione, vel aliis huiusmodi. Et secundū hoc honor in signis exterioribus & corporalibus consistit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ reuerentia nō est idē quod honor, sed ex vna parte est primū motiuū ad honorandum, inquantum s. aliquis ex reuerentia, quam habet ad aliquē, eum honorat. Ex alia vero parte est honoris finis, inquantum s. aliquis ad hoc honoratur, vt in reuerentia habeatur ab aliis.

¶ Ad secundū dicendū, quod sicut Philosophus ibidē dicit* Honor nō d est sufficiēs virtutis præmiū. Sed nihil pōt esse in humanis rebus & corporalibus maius honore, inquantū s. ipsę corporales res sunt signa demonstratiua excellentis virtutis. Est autem debitum bono & pulchro vt manifestetur: secundum illud Mat. 5. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Et pro tanto præmium virtutis dicitur honor.

¶ Ad tertiū dicendū, quòd laus distinguitur ab honore dupliciter. Vno modo, quia laus cōsistit in solis signis verborū: honor autē in quibuscūque exterioribus signis: & secūdum hoc laus in honore includitur. Alio modo, quia per exhibitionē honoris testimonium reddimus de excellentia bonitatis alicuius absolutè. Sed per laudem testificamur de bonitate alicuius in ordine ad finem: sicut laudamus bene operātē propter finem. Honor autem est etiam optimorū, quæ non ordinantur ad finem, sed iam sunt in fine: vt patet per Philosophum in 1. Ethi*. *cap. 12. to.* Gloria autem est effectus honoris & laudis, quia ex hoc quod testificamur de bonitate alicuⁱ⁹, clarescit bonitas eius in notitia plurimorum. Et hoc importat nomen gloriæ. Nam gloria dicitur quasi claria. Vnde ad Rom. 1. dicit quædam glossa Ambr*. quòd gloria est clara cum laude notitia. *Ex Aug. lib. 83. qō. q. 31.*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum honor proprie debeatur superioribus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd honor non proprie debeatur superioribus. Angelus enim est superior quolibet homine viatore: secundum illud Mat. 11. Qui minor est in regno cælorum, maior est Io. Bap. sed Angelus prohibuit Ioannem volentem se honorare, vt patet Apocal. 19. Ergo honor non debetur superioribus. *Ad Heb. 13. lec. 3. princ.*

¶ 2 Præterea, Honor debetur alicui in testimonium virtutis, vt dictū est*. Sed quandoq; contingit quod superiores non sunt virtuosi. Ergo eis non debetur honor: sicut nec dæmonibus, qui tamen superiores nobis sunt ordine naturæ. *art. prec. & q. 63. ar. 3.*

¶ 3 Præterea, Apostolus dicit ad Roma. 12. Honore inuicem prę uenientes, & primæ Pet. 2. Omnes honorate. Sed hoc non esset seruandum, si solis superioribus honor deberetur. Ergo honor non debetur propriè superioribus.

¶ 4 Præterea, Tob. primo dicitur, Quod Tobias habebat decē talenta ex his quibus erat honoratus à Rege. Legitur etiam Hester. 6. Quòd Assuerus honorauit Mardochæū, & coram eo fecit clamari. Hoc honore dignus est quem Rex honorare volue rit. Ergo honor etiam exhibetur inferioribus: & ita videtur quòd honor non debetur propriè superioribus.

¶ SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 5. Eth*. quòd honor debetur optimis. *cap. 6. & lib. 4. cap. 3. & lib. 1. cap. 12. to.*

¶ RESPONDEO dicēdū, q̄ sicut suprà dictū est*, honor nihil aliud est quā quædā protestatio de excellentia bonitatis alicuius. Potest autē alicuius excellētia cōsiderari non solum per cōparationē ad honorātem, vt s. sit excellentior eo qui honorat, sed etiam secundū se vel per comparationem ad aliquos alios. Et secundū hoc honor semper debetur alicui propter aliquā excellentiā vel superioritatē. Non enim oportet q̄ ille qui honoratur, sit excellentior honorante, sed fortè q̄busdā aliis: vel etiam ipso honorante, quantū ad aliquid & nō simpliciter. ** ar. prec.*

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd Angelus prohibuit Ioannē non à quacunq; honoratione, sed ab honoratione adorationis latriæ, quæ debetur Deo: vel etiā ab honoratione duliæ, vt ostenderet ipsius Ioan. dignitatem, qua per Christū erat angelis adæquatus secundum speciem gloriæ filiorum Dei. Et ideo nolebat ab eo honorari tanquam superior.

¶ Ad secundū dicendū, quod si Prælati sint mali, non honorantur propter excellentiā proprię virtutis: sed propter excellentiā dignitatis, secūdum quā sunt Dei ministri. Et etiā in eis honoratur tota cōmunitas, cui præsunt: dēmones autē sunt irreuocabiliter mali, & pro inimicis habendi magis quàm honorādi.

¶ Ad tertium dicendum, quod in quolibet inuenit aliquid ex quo potest aliquis eum superiorem reputare, secundum illud ad Phi. 2. In humilitate superiores inuicē arbitrantes. Et secundum hoc etiam omnes se inuicem debent honore præuenire.

¶ Ad quartum dicendū, quòd priuatæ personæ interdū honorantur à Regibus, nō quia sint eis superiores secundū ordinem dignitatis, sed propter aliquā excellētiam virtutis ipsarum, & secundū hoc honorati sunt Tobias & Mardocheus à Regibus.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum dulia sit specialis virtus à latria distincta.

AD TERTIVM sic ,proceditur. Vt qđ dulia nō sit specialis virt⁹ à latria distincta: qa sup illud Ps. 7. Domine Deus me⁹ in te sperauī, dicit Gl. Domine omniū p potentiā, cui debet dulia: De⁹ p creationē, cui debet latria. Sed nō est distincta virt⁹, quæ ordinatur in Deum sēdm qđ est dominus, & secundū quod est Deus: Ergo dulia non est virtus distincta à latria. *ad Heb. 13. lect. 3. princi. 3. di. 9. q. 2. ar. 1. Et 1. ſt. 40. ſi.*

¶ 2 Præ

dicat quòd eodem honore Christus, & eius crux honoratur.

¶ Dubiū quartò est, An venerari hominem inquantū est imago Dei, referēdo hoc actualiter in Deū, spectet ad ,latriā vel duliā, & est rō dubij, quia sicut præter amicitias proprias quibus amamus ,proximos, vt patrē, vt cōciuem, vt cōmi litonē, vt amicū, &c. est charitatis amicitia, qua amamus in ,proximo Deū. Quare non præter ,pprias ve
Ca. 8. to. 5. nerationes quibus colimus patrē, principes, excellētes viros, &c. datur vna veneratio qua colamus Deū in hominibus & in omnibus creaturis tanquā in imagine & vestigio suo. Et augetur dubium, quia sicut datur vnū vitium, pura blasphemia, qua blasphematur Deus & in se, & in quali bet creatura, ita debet dari vnus honor quo & in se & creaturis omnibus honoretur Deus glo riosus omnium creator. ¶ Ad euidentiam horum nosse oportet ,duplex esse genus imaginis. Nam quædam sunt quæ secūdum seipsas sunt capaces honoris. Quædā vērò quæ honoris capaces non sunt, nisi vt exercēt imaginis officiū. Et quoniā capacia honoris non sunt quæ à virtutis capa citate aliena sunt, cùm honor sit præmium virtutis, cōsequēs est vt non nisi rationalia seu intelle ctualia sint secundū seipsa honoris capacia. Inter imaginem ergo Dei in natura intellectuali & in rebus aliis, hęc est differentia, q̄ id, quod constituit in creatura rationali imaginē diuinam, cōstituendo imaginem, constituit ipsam creaturā secundū seipsam honorabilē. Id verò qđ constituit imaginē diuinam in aliis, nō cōstituit creaturam, nisi vt imaginis exercet officiū honorabile. In præsenti igitur proposito vtraq; responsio de imagine, secūdum se honorabili, sermonē habet. Et prima quidem responsio ex parte imaginis se tenet. Secunda verò ex parte eius cuius est imago. Prima nāque distinguit dupliciē animi motum in imaginē. 1. secundū se, & inquantū est imago. Et sufficiēter eua cuat argumentū, subiūgendo q̄ dulia est mot⁹ in rōnalē creaturā sēdm se ipsam, hoc, est secundum q̄ ipsa est sēdm seipsam honorabilis. Secūda aūt responsio etiā euacuat argumentū, dicēdo q̄ licet dulia quodammodo redundet in Deum, non est tamen latria: quia latria ita exhiberur Deo, quòd non illi creaturæ cui debetur dulia. Et per hoc patet responsio ad primum dubium.

Ca. 1. to. 5.

Q. 101. ar. 3.

¶ Ad secundū verò dubiū dicitur, q̄ Autor per referre actu in Deum, non intendit referre actualiter cogitando de Deo. Sed intendit de actu vt commune quoddā est actualiter & virtualiter, hoc est virtute primę intentionis referre: ita q̄ vocatur actu referre in Deū ille, qui ab initio hoc intēdit: quāuis in ,ipse quutione nunquā amplius de Deo cogitet. Sicut etiā in sacramētis dicit quis actus intentionē consecrādi habere, q̄ accessit ad altare intentione celebrādi, licet quādo cōsecrat, actualiter euagetur. Huiusmodi aūt actualis relatio est vere causa distinctiua motus in imaginē secundum se, & motus in imaginem inquantū imago. Et propterea verā dedit rationē quare dulia non terminatur ad Deum in homine, sed ad hominem: quia non cadit sub intentione exhiben tis homini duliā, honorare Deum in homine, sed hominem ipsum.

¶ Ad tertium autem dubium dicendum est post discussionem quartæ dubitationis, quoniam ex illius pender claritate.

¶ Ad quartum igitur dubiū dicitur, q̄ difficultas cōsistit in hoc q̄ creatura rationalis videtur ex vno & eodē constituta honorabilis dupliciter, videlicet & secundū seipsam, & secundū q̄ est imago Dei. Nā ex hoc ipso q̄ est rōnalis, est sēdm seipsam virtutis capax, & imago Dei. Et q̄ sēdm seipsam honorat dulia, videtur q̄ sēdm q̄ est imago, veneranda sit latria: ita q̄ De⁹ in ipsa honoretur, inxta illud Aug. in reg. Honorate in vobis Deū inuicē. Alioquin imago *Dei* in creatura rōnali esset deterioris cōditionis q̄ imago eius in statua vel pictura, inquantum imago. Et q̄n eadem est ratio de vestigio in creaturis aliis, nisi quòd non constituitur honorabiles secundū se, sed solū ratione repræsentatiuidē nāque est motus in vestigiū vt sic, & in id cuⁱ⁹ est vestigiū: ideo oportet cōmunē rōnē reddere.

¶ Videtur mihi quòd dicēda sunt duo. Primū est q̄ latria de facto non exhibetur, nec est exhiben da creaturæ cuicunq; rationali, & inquātum est imago Dei. Et hoc dicere videtur Autor in litera in secūda responsione, dicēdo q̄ reuerētia quæ ipsi Deo debetur, nullo modo pertinet ad eius imaginē. Loquitur enim de imagine inquantum motus in ipsam est mot⁹ in id cuⁱ⁹ est imago. Sēdm est, q̄ cōmunis ratio huius dicti est euitatio erroris, ne s. Deo soli debitū honorē creaturæ videamur impēdere. Ex hac nāque rōne nec creaturis irrōnabilib⁹, inquā tū repræsentāt Deū nec creaturis rationabilibus, inquantum similes sunt Deo, diuinum honorem impendimus, vt fugiamus, s. errorē colentium oēs mūdi partes: & errorē exhibētiū hominibus diuinos honores. Sicut em̄ Ecclesia humanitatem Christi secundū seipsam non adorat dulia, sed Christo exhibet latriam, dicendo illi, Miserere nobis: & nunquam, Ora pro nobis: ne occasione errandi sumant populi. Concludendū ergo videtur, q̄ si quis creaturam veneraretur, inquantum est similitudo vel vestigium Dei, hoc est, quòd veneraretur Deū in creatura hac vel illa, latriæ cultū exhiberet nō creaturæ, sed Deo in creatura, sicut & blasphematur De⁹ in creatura, & amatur. Et hoc ,pbant rationes allatæ. Sed quoniam obiecta hæc annexā habent occasionem errōris, ideo exhibendus non est honor latriæ iustiusmodi imaginibus & vestigijs, vt sic. *D. 720.*

¶ Nunc ad tertiū dubiū dicitur, q̄ cū imago Dei inueniatur quasi triplex, primò pictura seu statua repræsentandū Deū, vt quotidie in Ecclesia videmus: secūdò, rationabilis creatura secundū seipsam. Est enim secundū seipsam imago representās Deū. Tertiò, ipsa rationalis creatura vt relata in deū. Autor in litera non intēdit de prima imagine, vt instantia obiicit de cruce, sed directè intendit de secūda, cuius veneratio redūdat secundū quendā modū in Deū, pro quāto eius est imago id quod honoratur. Et indirectè verificatur de tertia, propter vtriusq; concursum in identitatē formalem fundamenti vtriusq; imaginis, vel rectius loquendo, imaginis vtroq; modo sumptæ. Et tunc est sensus, quòd nullo modo absque occasione erroris spectat ad eius imaginem latriæ reuerentia. Et enim si honor imagini sic sumptæ impenderetur, non redunderet quodammodo in Deum, sed directè tenderet simpliciter, & absolutè.

¶ *Super Quæstionis centesimæ tertiæ Articulum quartum.*

IN art. 4. eiusdem q. 103, dubium occurrit, quoniā Autor videtur oblitus sui, dum hoc in loco ponit obseruantiam esse virtutē genericam, dicendo quod dulia est vna specierum obseruantiæ. In primo autem art. quæstionis præcedentis, ex proposito posuit obseruantiam esse virtutem ,specialem distinctam contra pietatem, religionem & iustitiam.

¶ Ad hoc dicitur quòd Autor non dixit obseruantiā esse virtutē specialē specie specialissima. Sat em̄ est intēto suo quòd sit ,specialis species subalterna. Et hoc ibi insinuauit dicendo, quòd ad obseruantiā spectat venerari principē, ducem

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ dulia potest accipi dupliciter. Vno mō, cōmuniter, secūdum ꝙ exhibet reuerētiam cuicunq; homini ratione cuiuscunq; excellentiæ, & continet sub se pietatem & obseruantiam, & quācunque huiusmodi virtutē, quæ homini reuerentiā exhibet. Et secundum hoc habebit partes specie diuersas. Alio modo potest sumi strictè, prout secundum eā reuerētiam exhibet seruus domino. Nam dulia seruitus dicitur, vt dictum est*. Et secūdum hoc non diuiditur in diuersas species, sed est vna specierum obseruantiæ, quam Tullius* ponit, eo quòd alia ratione seruus reueretur dominum, miles ducem, discipulus magistrum, & sic de aliis huiusmodi.

Ar. 3. huius q. — ** Lib. 2. de inuent. fol. 4. ante fin.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de dulia cōmuniter sumpta.

¶ Ad secūdum dicendū, quòd hyperdulia est potissima species duliæ, communiter sumptæ. Maxima em̄ reuerētia debet̄ homini ex affinitate, quam habet ad Deum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd creaturæ irrationali in se cōsideratæ non debetur ab homine aliqua subiectio vel honor: quin potius omnis creatura est naturaliter homini subiecta. Quòd autem crux Christi honoretur, hoc fit eodem honore, quo Christus honoratur: sicut purpura Regis honoratur eodem honore, quo Rex: vt Damasc. dicit in tertio libro.

cap. 8. & lib. 4. cap. 12.

QVÆSTIO CENTESIMA quarta, de Obedientia, in sex articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandum est de obedientia.

¶ Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò vtrum homo debeat obedire homini. ¶ Secundò, vtrum obedientia sit virtus. ¶ Tertiò de comparatione eius ad alias virtutes.

¶ Quartò vtrum Deo sit in omnibus obediendum. ¶ Quintò, vtrum subditi suis Prælatis teneantur in omnibus obedire.

¶ Sextò vtrum fideles teneantur secularibus potestatibus obedire.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum vnus homo teneatur alteri obedire.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ vnus homo non teneatur alteri obedire. Non est enim aliqđ faciendum contra institutionem diuinam. Sed hoc habet diuina institutio, vt hō suo consilio regatur, secundum illud Ecclesi. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cōsilij sui. Ergo non tenetur vnus homo alteri obedire.

¶ 2 Præterea, Si aliquis alicui teneretur obedire, oporteret ꝙ haberet voluntatē prçcipientis tāquam regulā suę actionis. Sed sola diuina voluntas, quæ semper est recta, est regula humanæ actionis. Ergo non tenetur homo obedire nisi Deo.

¶ 3 Præterea, Seruitia quanto sunt magis gratuita, tanto sunt magis accepta. Sed id qđ homo ex debito facit, nō est gratuitū. Si ergo hō teneretur ex hoc debito aliis obedire in bonis operibus faciendis, ex hoc ipso redderetur minus acceptabile opus bonum, quod ex obedientia fieret. Non ergo tenetur homo alteri obedire.

¶ SED CONTRA est, quod præcipitur ad Hebr. vlt. Obedite præpositis vestris & subiacete eis.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut actiones rerum naturaliū procedunt ex potētiis naturalibus, ita etiā operationes humanæ procedūt ex humana volūtate. Oportuit aūt in rebus naturalibus, vt superiora mouerent inferiora ad suas actiones per excellentiā naturalis virtutis collatæ diuinitus. Vnde etiam oportet in rebus humanis, quòd superiores moueant inferiores per suam voluntatē ex vi autoritatis diuinitus ordinatę. Mouere autem per rationem & voluntatē est præcipere. Et ideo sicut ex ipso ordine naturali diuinitus instituto, inferiora in rebus naturalibus necesse habēt subiici motioni superiorum, ita etiā in rebus humanis ex ordine iuris naturalis & diuini, tenentur inferiores suis superioribus obedire.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Deus reliquit hominē in manu consilij sui, non quia liceat ei facere omne qđ velit, sed quia ad id quod faciendū est, non cogitur necessitate naturæ, sicut creaturæ irrationales: sed libera electione ex ꝓprio cōsilio procedente. Et sicut ad alia faciēda debet procedere proprio consilio, ita ēt ad hoc ꝙ obediat suis superioribus. Dicit enim Greg. vlt. Mora*. quòd dū alienæ voluntati nos humiliter subdimus, nosmetipsos in corde superamus. *cap. 12.*

¶ Ad secundum dicendū, quòd diuina voluntas est prima regula, qua regulantur omnes rōnales voluntates: cui vna magis appropinquat quā alia secundū ordinem diuinitus institutū. Et ideo volūtas vnius hominis præcipientis potest esse quasi secūda regula volūtatis alterius obediētis.

¶ Ad tertiū dicendū, quod aliquid potest iudicari gratuitū dupliciter. Vno modo ex parte ipsius operis: quia s. homo ad id non obligatur. Alio modo ex parte operantis: quia s. libera voluntate hoc facit. Opus autē redditur virtuosum & laudabile & meritorium præcipuè secundum quod ex volūtate procedit. Et ideo quāuis obedire sit debitū, si propria voluntate aliquis obediat, non propter hoc minoratur eius meritū, maximè apud Deū, qui non solum exteriora opera, verùm etiam interiorem voluntatem videt.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum obedientia sit specialis virtus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd obediētia non sit specialis virtus. Obedientię enim inobediētia opponitur. Sed inobediētia est generale peccatum. Dicit enim Ambr*. quòd peccatum est inobedientia legis diuinæ. Ergo obedientia non est specialis virtus, sed generalis.

2. dist. 35. art. 2 ad 5 & dist. 44. q. 2. art. 1. Et Hebr. 2. — *Lib. 2. de Parad. ca. 9. to. 4*

¶ 2 Præt. Oīs virtus specialis aut est theologica aut moralis. Sed obedientia non est virt⁹ theologica, qa neq; cōtinet̄ sub fide, neque sub spe, neq; sub charitate. Similiter etiam nō est virtus moralis, quia non est in medio superflui & diminuti. Quanto enim aliquis est magis obediēs, tanto magis laudatur. Ergo obedientia non est specialis virtus.

¶ 3 Præterea, Greg. dicit vlt. Moralium*, quod obediētia tāto magis est meritoria & laudabilis, quāto minus habet de suo. Sed quælibet specialis virtus tāto magis laudatur, quanto magis habet de suo, eo quòd ad virtutē requiritur vt sit volēs & eligens, sicut dicitur in secūdo Eth*. Ergo obedientia non est virtus specialis.

¶ 4 Præterea, Virtutes differūt specie secundū obiecta. Obiectum autē obediētię esse videtur superioris prçceptum, quod multipliciter diuersificari videtur secundū diuersos superioritatis gradus. Ergo obediētia est virtus generalis sub se multas virtutes speciales comprehendens.

¶ SED CONTRA est, quod obediētia à quibusdā ponitur pars iustitiæ, vt supra dictum est*.

¶ RESPONDEO dicēdū, quòd ad omnia opera bona, quæ specialē habent laudis rationē, specialis virt⁹ determinatur. Hoc enim propriè cōpetit virtuti vt op⁹ bonū reddat. Obedire aūt Superiori debitum est secūdum diuinum ordinem rebus inditū, vt ostensum est*, & p cōsequēs est bonum, cùm bonum cōsistat in mō, specie, & ordine, vt Aug. dicit in lib. de Natura boni*. Habet autē hic act⁹ specialē rationē laudis ex speciali obiecto. Cū enim inferiores suis superiorib⁹ multa debeant exhibere, inter cætera hoc est vnum speciale, quòd tenētur eorū prçceptis obedire. Vnde obediētia est specialis virtus, & eius speciale obiectū est præceptum tacitū vel expressum. Volūtas em̄ Superioris quocunq; mō innotescat, est quoddā tacitum præceptum Et tanto videtur obedientia promptior, quanto expressum præceptum obediēdo prçuenit, voluntate tamen superioris intellecta.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ nihil prohibet duas speciales rōnes, ad quas duę speciales virtutes respiciunt, in vno & eodē materiali obiecto cōcurrere, sicut miles defendēdo castrū Regis & implet op⁹ fortitudinis nō refugiēs mortis pericula propter bonum, & opus iustitię, debitū seruitium domino suo reddēs. Sic igit̄ rō præcepti, quā attēdit obediētia, cōcurrit cum actibus omnium virtutum nō tamē cum omnibus virtutum actibus, quia nō omnes act⁹ virtutum sunt in præcepto, vt suprà habitum est*. Similiter ēt quædam quandoq; sub præcepto cadunt, quæ ad nullā aliā virtutem pertinent, vt patet in iis quæ nō sunt mala, nisi qa prohibita. Sic ergo, si obedientia ꝓpriè accipiatur secundum qđ respicit per intētionem, formalē rationē præcepti, erit specialis virtus, & inobediētia peccatum speciale: secūdum hoc enim ad obediētiam requiritur, quòd impleat aliquis actū iustitiæ vel alteri⁹ virtutis, intēdens implere præceptū, & ad inobedientiā requiritur, qđ actualiter cōtemnat speciale præceptū. Si verò obediētia largè accipiatur pro executione cuiuscunq;, quod pōt cadere sub ꝑcepto, & inobedenitia ꝓ omissione eiusdē ex quacunq; intentione, sic obediētia erit generalis virtus, & inobedientia erit generale peccatum.

¶ Ad secundū dicendum, quòd obedientia non est virtus theologica. Non enim per se obiectum eius est Deus, sed præceptum superioris cuiuscunq;, vel expressum vel interpretatiuum, s. simplex verbum Prælati eius indicans voluntatē, cui obedit promptus obediens, secundum illud ad Titum tertio, Dicto obedire. Est autē virtus moralis, cùm sit pars iustitiæ, & est medium inter superfluum & diminutum. Attenditur autē eius superfluum non quidē secundum quātum, sed secundum alias circunstantias, inquantum s. aliqs obedit vel cui non debet, vel in quibus non habet, sicut supra de religione dictū est*. Pōt etiā dici ꝙ sicut in iustitia superfluum est in eo q. retinet alienum: diminutum autē in eo, cui nō reddit̄ quod

---

cem ac magistrum, quos diuersa ratione constat honorari.

¶ Sed tunc insurgunt dubia duo. Primū est quod nulla haberetur propria virtus ad cultum exhibendū Principibus nostris: quia obseruantia genus est ad omnes species: quarū alia Princeps, alia dux, &c. colitur. Secundū est, ꝙ nulla esset species obseruātiæ ad quā pertineret venerari hominē propter virtutem eius. Et est ratio sequelæ, quia in litera illius articuli in responsione ad secundum dicitur, quòd talis cultus spectat ad eandem virtutē: sed nulla est eadem in specie virtus colens omnes in dignitate constitutos: ergo nulla vna secundum speciē virtus est, cuius sit colere hominē propter virtutem illius.

¶ Sed primum horū solui potest, primò, concedendo quòd nulla specierum obseruantiæ est nominata, nisi dulia & hyperdulia. Secundo dicendo, ꝙ sicut dispositio est nomen genericum ad habitū & dispositionē, & est nomē specificum dispositionis distinctæ cōtra habitū, ita & obseruātia est nomen genericū cōmune ad oēs obseruātiæ species, & est etiam nomē specificum illius speciei, qua colitur caput ciuitatis. Et quia de nominibus quæstio hæc est, siue sic sit, siue non, parui refert.

¶ Secunda autem dubitatio soluitur dicendo, ꝙ propriè loquēdo honorare hominem propter virtutē, quia dighus est ducatu, spectat ad illam obseruantiæ speciē, cuius est colere ducem, & honorare hominem propter virtutem, qua dignus est vt sit caput ciuitatis, pertinet ad illam obseruantiæ speciē, quæ colit caput ciuitatis, & sic de aliis. Et sic semper verificatur dictum Autoris, quod spectat ad eandē virtutē, ad quam scilicet spectat colere illum dignitatis statum. Et quoniam nulla est virtus quæ non habilitet hominem ad aliquem dignitatis statū, vel saltem ad illum referat vt adiutorē vel ministrum, &c. ideo nulla est obseruantiæ species ponēda propter honorem exhibendum homini ob virtutem, sed sufficiunt virtutes, quarum est colere personas in dignitate constitutas: quoniam earundē est colere omnes personas ad dignitatem illam quomodolibet spectantes.

Suprà qō. 69. art. 1. cor. & qō. 88. artic. 10. ad 2. & infrà ar. 5. corp. princ. & art. 6. ad 2.

¶ In responsione ad secundum, nota ꝙ cōiunctio secūdum carnalem consanguinitatē ad humanitatem assumptā à verbo Dei, vocatur in litera affinitas ad Deum. Ita ꝙ cōsanguinei Christi, inquantum homo, sunt affines Dei ea ratione qua Deus deitatis est nomen, quæ nulli est consanguinea, sed natura humana ab extra ad deitatis fines attigit, quasi vxor ab extra adueniēs in thalamo vteri virginalis, & ideo genitrix illius, affinis Deo constituta dicitur. Non omnibus tamē huiusmodi affinibus hyperdulia debetur, cū eorū quidam sint fortè dānati (de quibus scriptum est, Neq; enim fratres eius credebant in eum) sed soli beatæ Virgini, quæ sola ad fines deitatis ꝓpria operatione naturali attigit, dū Deum concepit, peperit, genuit, & lacte proprio pauit.

¶ In responsione ad tertium eiusdē quarti articuli, nota, quòd directè est hic sermo de cruce illa, in qua Christus est passus. Illa enim non solum vt imago, sicut cæteræ cruces, sed vt cōiuncta Christo eodem honore quo Christus, sicut Rex & eius purpura venerari dicitur.

¶ Super Quæstionis centesimæ quartæ Articulum primum.

IN ar. 1. qō. 104. aduerte quòd ad hoc quòd vnus homo teneat̄ obedire alteri, exigūtur duo. Primū est inęqualitas, vt s. vn⁹ sit superior & alius inferior. Par nanq; in parē non habet imperium. Secundū, potestas vnius super alterum. Oportet enim eum, qui obedire tenetur, subiici potestati illius qui præcipit. Quāuis autem in litera primum supponi videatur, & secundum deducatur, dum ex proportionali similitudine naturaliū corporum superiorū & inferiorum in hoc, quòd oportet inferiora à superioribus moueri potestate excellentiæ diuinitus ordinata, infertur simile oportere esse in humanis: videlicet quòd inferiores à superiorib⁹ moueātur potestate quoq; diuinitus ordinata: apparet nāque in hoc processu superiora & inferiora supponi, & motionē per potestatem concludi. Si tamen radix consideretur ex vna & eadem ratione, apparebit tam in naturalibus quàm in humanis superiora & inferiora dari, & tanquam per se notum assumi. Cum enim vnumquodque sic cōmuniter agatur, sicut aptū natum est agi, & econuerso: vt patet ex secundo Physi. & ad sensum pateat tam in corporibus naturalibus quā in humanis dari superiora mouentia inferiora, apparet siquidem hoc in omnibus Gentibus: rectè concluditur, quòd quia proportionalia sunt in virtutibus propriis naturalia & humana, & in ordine inæqualitatis ad superiora: sicut oportet in naturalibus inferiora moueri à superioribus, ita in humani.

¶ In eodem ar. nō te perturbet verbū illud, Mouere per rationē & voluntatē est præcipere, eo quòd etiā petere est mouere per intellectum & voluntatem, vt superius patet. Est namque sermo iste secundū subiectā materiam intelligendus, vt videlicet intelligatur de mouere sufficiēter. Qui enim præcipit, sufficienter mouet: quia necessitatē imponit mobili, vt moueatur. Qui autē petit, non imponit illi, à quo petit necessitatem, vt patet.

¶ Super Quæstionis centesimæquartæ Articulum secundum.

IN ar 2. eiusdē 104. q. dubiū occurrit. An obiectū obedientiæ sit præceptum obligās ad mortale peccatū vel prçceptū cōmuniter, siue obliget ad mortale siue ad veniale. Et est rō dubij, qa hinc inde sunt autoritates & rōnes. In primis Autor hic dicit, ꝙ volūtas Superioris quomodolibet innotescat, est quoddam tacitum

tacitū præceptū. Constat enim ꝙ non omnis volūtas Superioris nota, est præceptū obligās ad mortale, vt patet cùm innuit subdito ꝙ deferat librū hebdomadario, & hmōi. Et rursus in respō. ad 2m dicit, Simplex verbū Prælati, eius indicans voluntatē, cui obedit prōptus obediens, &c. In oppositū autē est, quia in hoc art. in responsione ad primū, litera dicit, Ratio præcepti quā attēdit obediētia, cōcurrit cū actib⁹ omniū virtutū, non tamen cū omnib⁹ actibus virtutū. Quia nō omnes actus virtutū sunt in præcepto. Et in q. sequenti in ar. 1. ad primū dicit, Peccatū veniale non est inobediētia, quia nō est contra præceptū, sed præter prçceptum. Ex his enim apparet quod tā obediētia quàm inobediētia respicit solūmō præceptū obligās ad mortale. Nā sic sumēdo præceptū, aliqui actus virtutū sunt in præcepto, & venialia extra inobedientiā sunt, & non aliter: venialia siquidem in transgressione præcepti communiter sumpti consistunt.

cap. 13. — *ca. 4. to. 5.* — *quæst. 80.* — *art. pre.* — *ca. 3. to. 6.*

¶ Ad hoc dicitur, quòd proculdubio obiectum obedientiæ est prçceptū communiter sumptum, prout est tertius actus rationis practicæ, de quo sub imperij nomine in præcedenti libro tractatum est.

¶ Ad cuius clariorē intellectū scito, ꝙ sicut in dispositione humanę vitę secundū corp⁹, aliquis est cib⁹ cōtrarius vitę vt venenum, aliquis est minuens aliqđ, quod est de integritate vitæ, vt cibus nocens oculis vel stomacho, & aliquis est in nullo minuēs, sed eius omissio esset melior, vt cibus non nocens, qui tamē si omitteretur, expeditiorē redderet hominē: ita cōtingit in his quæ rō dictat agēda vel omittēda in ordine ad vitam ęternā. Quædam nanque indicit, vt omnino necessaria ad vitā æternam. Et hæc sunt præcepta obligantia ad peccatū mortale, vt non adulterari, &c. Quædam verò indicit, non vt necessaria ad vitam æternā, sed ad integritatē vitæ spectātia, & hæc sunt præcepta obligantia ad veniale peccatū, vt non dicere verbū otiosum, & huiusmodi. Nam veniale peccatum tollit non æternam vitā, sed integritatem vitæ animæ pergentis in vitam æternā. Quædā verò inducit vt conferentia ad vitam æternam, & hæc sunt consilia, quæ non obligāt, sed siue fiāt siue non, nihil illicitū incurritur, vt seruare virginitatem, ingredi religionē, & huiusmodi. Ita quod inter consilia & præcepta tā primo quàm secundo modo hæc est differentia, quòd præceptū omne necessitatē imponit, licet diuersimodè, quia præceptū obligans ad mortale imponit necessitatē vitæ æternæ, quæ est finis. Præceptū verò obligans solum ad veniale, necessitatē integritatis vitæ ad vitam æternā imponit. Consilia autem nullam imponunt necessitatē. Et quia inobedientes constat esse qui nolunt parere Superiori in iis quæ necesse est exequi, si peccare nolūt: & similiter obediētes sunt non solū qui obediunt in simpliciter necessariis ad vitam æternam, sed in omnibus statutis, quorum omissio illicita est, ideo obedientiæ & inobedientiæ obiectum est præceptum communiter sumptum, vt distinguitur contra consiliū. Et hoc manifestūm fit ex actu vtriusque. Nam obedientiæ actus proprius est facere vel omittere aliquid vt Superioris voluntatem sibi notā impleat. Inobedientię verò proprius actus est facere vel omittere aliquid vt cōtra qualitercunq; insinuatā vel creditam voluntatem Superioris faciat. Hoc est enim propriè contēnere, contrariè oppositū actui obedientię. Constat nanque quòd si quis ideo aliquid facit, vel omittit quantuncunque minimū, vt Superioris mandatū impleat, de obedientia laudatur. Et qui oppositum, vt s. contra superioris mandatum faciat, contemptor dicitur, & est. Propter quod etiam in constitutionibus fratrum ordinis Prædicatorum sub disiunctione dicitur: nisi propter præceptū vel contemptum, tanquam præcepti strictè sumpti transgressio distinguatur contra transgressionē contemptus. Et verè sic est, quia siue adsit contemptus siue non, sola transgressio præcepti obligantis ad mortale, inducit peccatum mortale. Et similiter siue adsit præceptum ad mortale siue non, solus contemptus obligat ad mortale. Qui enim frangeret silentium hac intentione vt faceret cōtra voluntatem indicentis illud, hic verè contemneret & mortaliter peccaret. Sine huiusmodi autem toties dicta intentione, videlicet vt faciat contra superioris voluntatem seu mandatum, nunquam est contemptus.

¶ Ad primā ergo obiectionē in oppositum dicitur, quòd cùm in litera dicitur. Omnes actus virtut ū non esse in præcepto, sumitur præceptum communiter vt distinguitur contra consiliū, quoniam multi actus virtutum sunt in consilio, vt vouere, qui est actus religionis, & similes, & non sumitur præceptum strictè vt distinguitur contra mandatum.

¶ Ad secundam verò dicitur, quòd quia inobediētia formaliter importat contrarietatē ad prçceptum communiter, & omne peccatū mortale importat contrarietatem ad id quod est præceptū, strictè sumendo præceptū, & nullū peccatū veniale importat cōtrarietatē ad prçceptū, vel id quod est præceptum: ideo omne mortale est inobediētia materialiter vel formaliter: veniale autē neutro modo. Et propterea dicitur quòd veniale nō est inobedientia. Cum quibus stat omne veniale esse secundum quid inobediētiam materialiter, vt reliqua venialia: vel formaliter, vt prim⁹ motus inobedientiæ, sicut primus motus infidelitatis spectat ad speciem infidelitatis. Loquitur siquidem litera ibi de obedientia simpliciter formaliter, vel materialiter.

ca. 3. to. 6. 1. 2. q. 96. ar. 3.

¶ In eodem. 2. art. in responsione ad primū, circa illud, Ratio præcepti, quā obedientia attēdit, concurrit cum actibus omniū virtutum, &c. Dubium occurrit, an hæc differentia intelligatur de concursu in actu vel in potētia. Si nanq; intelligitur in potentia, nulla est differentia, quia omnis actus virtutis potest cadere sub præcepto: si verò in actu, falsum dicitur, quia aliqua virtus est, cuius nullus actus cadit sub præcepto, vt magnificentia. Malè ergo ponitur differentia inter concursum præcepti cum actib⁹ omnium virtutum, & non cum omnibus actibus virtutum.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò ꝙ sermo præsens est de virtutibus principalibus. Sicut cum dicitur quòd omnes virtutes oportet esse connexas, intelligitur de principalibus virtutibus quæ sunt apud nos theologales & cardinales, quarum quamlibet constat cadere sub præcepto. Secundò dicitur quod cuiusque virtutis actus aliquid cadit sub præcepto, sed non eodem modo: quia actus positiuus cuiusque virtutis cadit sub præcepto affirmatiuo, quod obligat semper, sed non ad semper. Omissio autem contrarij cadit sub præcepto negatiuo, quod obligat semper & ad semper. Et propterea quilibet tenetur obedire præcepto Dei, seu naturalis iuris, de actu magnificentiæ pro loco & tempore, quando scilicet habet diuitias, & oportet magnificos facere sumptus: & nihilominus quilibet quantumcunque pauper, tenetur nihil velle contra magnificentiam. Stat ergo solida differentia assignata in litera.

q. 91. art. 2.

¶ In eadem responsione ad primum, circa illud, Quædam quandoque sub prçcepto cadunt, quæ ad nullam aliam virtutem pertinēt, vt patet de iis quæ non sunt mala, nisi quia prohibita, dubium occurrit. An omittere mala quia prohibita, ad nullam virtutem spectet, nisi ad obedientiam. Et est ratio dubij, quia verbum literæ inductum hoc manifestè dicit.

¶ In oppositum autē est, quia frangere ieiuniū Ecclesię, quod non est malum, nisi quia prohibitū, spectat ad gulā, & seruare illud spectat ad virtutem abstinētiæ, & rapi à iudice homicidā in Ecclesia, quod non est malū, nisi quia prohibitum, spectat ad sacrilegiū, & abstinere ab hoc, spectat ad virtutē religionis, & sic de aliis. Non videtur ergo verū esse quod in litera dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ vt patet ex præcedēti libro, cū legis sit facere homines virtuosos, præcepta de actibus virtutū vel vitiorum sic dātur, vt quidam actus secūdum se spectēt ad virtutes vel vitia, vt colere patriā, non furari, non inebriari, & huiusmodi: quidam autem secundum se ad nullam virtutem spectant, sed ex hoc ipso ꝙ mandātur in tali materia, substernuntur tali virtuti vel vitio. Si enim præcipit̄ aliquid pro veneratione sacrorū, ex hoc ipso fit act⁹ religionis, & sic de aliis, vt ibi declarauimus. Sic ergo in hoc ꝙ in proposito dicitur, subintelligēda est glo. hæc, s. secundum se. Ita quòd sensus est, Quædā quandoq; sub præcepto cadūt, quæ secundum se ad nullā spectāt virtutē. Et sic pars negatiua quæstionis est vera, quia etiā ad aliā virtutē spectat omittere mala, qa prohibita. Et pars affirmatiua est quodammō vera, quia talia secundū se ad nullam aliā virtutē spectāt, & non est mirū si diuersa in diuersis locis apparet sentētia.

In respon

ca. 4. to. 5. ¶ In responsione ad quartum eiusdem secundi articuli, dubium occurrit, an obediētia respectu Dei & hominis sit vnius speciei specialissimæ. Et est ratio dubij, quia in litera primo est differentia inter obiectum reuerentiæ & obedientiæ, concluditur de obedientia absolute, qđ non est nisi vnius rationis. Postmodū vero subiūgit limitate, quòd obedientia hominis est eadem specie, quasi per ly hominis prçseruauerit se ab obedientia Dei, &c. *q. 58. art. 10.*

¶ Ad hoc dicitur quòd obedientia respectu Dei & hominis est quodammodo vnius, & quodam modo alterius rationis. Nam secundū propriam differentiam obediētiæ, quę ex obiecto sumitur, vnius est rationis, quia præceptum formaliter à quocunque fiat, & de quocunq; fiat, vnius est rationis, & hoc est quod primo in litera concluditur. Si vero consideretur obedientia secundum communem rationem virtutis vel vitij (secundum quam distinguitur virtus erga Deū vel proximum vel seipsum, & similiter peccatum contra Deū aut proximum aut seipsum) sic obedientiæ diuini præcepti, & obedientia humani præcepti diuersarum sunt rationum, & similiter inobedientiæ. Quoniā vna respicit Deum, alia hominem, sicut in naturalibus figura cæli & inferioris corporis, sunt vni⁹ rationis secundum propriam rationem figuræ, & sunt diuersorum generum secundum communem rationem entis qua diuersificantur per incorruptibile & corruptibile, & propter dictā diuersitatem Autor in litera subiunxit limitate de obedientia hominis & sic omnia consonant. *cap. 13.*

¶ *Super Questionis centesimæ quartæ Articulum tertium.*

Phi. 2. le. 3. IN art. 3. eiusdem 104. quæst. dubium occurrit de conclusione principali, an s. in litera concludatur, quòd obedientia est maxima virtutum moraliū, & est ratio dubij obscuritas literæ.

q. 81. art. 6. ¶ Ad hoc breuiter dicitur, q̄ neque secundū veritatē, neq; secundum literā, obedientia est maxima virtutum simpliciter, quia thelogales sunt præstātiores ea, vt in litera probatur. *cap. 12.* Nec est maxima in genere moralium, quia religio ad minus est præstātior ea: quoniam religio ipsum Deum qui præcipit, colit: obedientia verò ad eius præceptum attēdit. *cap. 13.* Cōstat autem quod maius est, Deum quàm Dei præceptum venerari. Sed est maxima in genere moralium talium, quæ *cap. 14.*

debetur, vt Philos. dicit in 5. Ethi*. ita ēt obedientia mediū est inter superfluum, quod attenditur ex parte eius qui subtrahit Superiori obediētiæ debitū, qa superabundat in implendo propriā volūtatem: diminutū autē ex parte Superioris, cui nō obeditur. Vnde secundū hoc obedientia non erit medium duarū malitiarum, sicut suprà de iustitia dictum* est.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ obediētia sicut & quælibet virtus, debet habere promptam voluntatem in suum propriū obiectum, nō autē in id quod repugnās est ei. Proprium autē obiectum obedientiæ est præceptū, quod quidē ex alterius voluntate procedit. Vn̄ obediētia reddit promptam hominis voluntatē ad implendū voluntatē alterius, s. præcipiētis. Si autē id, qđ ei præcipitur, sit propter se ei volitū, etiā absq; rōne præcepti, sicut accidit in prosperis, iā ex propria voluntate tendit in illud, & nō videt̄ illud implere ꝓpter præceptū, sed ꝓpter voluntatē propriā. Sed quādo illud qđ prçcipitur nullo mō est scđm se volitū, sed est scđm se consideratū propriæ volūtati repugnās, sicut accidit in asperis, tūc omnino manifestū est, q̄ non implet̄ nisi propter præceptū. Et iō Gre. dicit in li. Moral*. q̄ obediētia, quę habet aliqđ de suo in ꝓsperis, est vel nulla, vel minor, qa s. volūtas propria nō vr̄ principaliter tendere ad implēdū præceptū, sed ad assequendū ꝓprium volitū. In aduersis autē, vel difficilib⁹ est maior, qa voluntas ꝓpria in nihil aliud tendit quàm in præceptū. Sed hoc intelligendū est secūdū id, qđ exterius apparet: secūdum tamen Dei iudiciū, qui corda rimatur, potest cōtingere, q̄ etiam in prosperis obedientia aliquid de suo habēs, non propter hoc sit minus laudabilis, si s. propria voluntas obedientis, nō minus deuotè tendat ad impletionem præcepti.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ reuerentia directè respicit personam excellētem, & ideo secūdum diuersam rationē excellentiæ diuersas species habet. Obediētia verò respicit præceptū personæ excellētis, & ideo non est nisi vnius rōnis. Sed quia propter reuerentiā personæ obedientia debetur eius præcepto, consequens est q̄ obedientia hominis sit eadē specie, ex diuersis tamen specie causis procedens.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum obedientia sit maxima virtutum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd obedientia sit maxima virtutū. Dr̄ enim. 1. Reg. 15. Melior est obedientia quàm victimæ: sed oblatio victimarum pertinet ad religionē, quæ est potissima inter omnes virtutes morales, vt ex supradictis patet*. Ergo obedientia est potissima inter omnes virtutes.

¶ 2 Prӕt, Greg. dicit vltim. Moral*. quòd obediētia sola virtus est, quæ virtutes cæteras mēti inserit, insertasq; custodit. Sed causa potior est effectu. Ergo obedientia est potior omnibus virtutibus.

¶ 3 Præt. Greg. dicit vlt. Mora*. q̄ nūquā per obedientiā malū debet fieri. Aliquando autē per obedientiā bonū quod agimus intermitti debet. Sed nō prætermittitur aliqđ nisi pro meliori. Ergo obediētia, pro qua prætermittunt̄ bona aliarum virtutum, est virtutibus aliis melior.

¶ SED CONTRA est, qđ obedientia habet laudē ex eo, quòd ex charitate procedit. Dicit enim Greg. vlt. Mora*. q̄ obediētia nō seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Ergo charitas est potior virtus quàm obedientia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut peccatū consistit in hoc, q̄ hō contēpto Deo cōmutabilibus bonis inhęret: ita meritū virtuosi actus consistit ecōtrario in hoc, q̄ hō contēptis bonis creatis, Deo inhæret sicut fini. Finis autē potior est iis quæ sunt ad finē. Si ergo bona creata pp hoc cōtemnātur, vt Deo inhæreat̄, maior est la⁹ virtutis ex hoc q̄ Deo inhæret, quàm ex hoc q̄ bona terrena cōtēnit. Et iō virtutes, qbus Deo scđm se inhęretur, s. theologicæ, sunt potiores virtutib⁹ moralib⁹, qbus aliqđ terrenū cōtēnitur, vt Deo inhæreat̄. Inter virtutes aūt morales tāto aliqua potior est, quāto aliqs magis aliqđ cōtēnit, vt Deo inhæreat. Sunt aūt tria genera bonorū humanorum, quę hō pōt contēnere pp Deū, quorū infimū sunt exteriora bona, mediū autē sunt bona corporis, supremum aūt sunt bona animæ. Inter q̄ quodāmō prçcipuum est voluntas, inquantū s. p voluntatē hō omnibus aliis bonis vtit̄. Et iō p se loquēdo, laudabilior est obedientiæ virtus, q̄ propter Deum contēnit propriā voluntatē, q̄ aliæ virtutes morales, q̄ ꝓpter Deū aliqua alia bona contēnunt. Vn̄ Greg. dicit in vlt. Mora*. qđ obediētia victimis iure præponitur, qa per victimas aliena caro, per obedientiā vero voluntas ꝓpria mactat̄. Vnde ēt quæcunq; alia virtutū opera ex hoc meritoria sunt apud Deū, quòd fiunt vt obediat̄ voluntati diuinæ. Nā si quis ēt martyriū sustineret, vel omnia sua pauperib⁹ erogaret, nisi hęc ordinaret ad impletionē diuinę voluntatis quod rectè ad obedientā pertinet, meritoria esse non possent, sicut nec si fierēt sine charitate, quæ sine obediētia esse nō pōt. Dicit̄ em̄ 1. Ioan. 2. q̄ qui dicit se nosse Deū, & mandata eius non custodit, mendax est. Qui autem seruat verba eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. Et hoc ideo est, quia amicitia facit idem velle, & nolle.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd obediētia procedit ex reuerentia, quæ exhibet cultū & honorē Superiori. Et quantū ad hoc sub diuersis virtutibus cōtinetur, licet secundum se cōsiderata, ꝓut respicit rōnē præcepti, sit vna specialis virtus. Inquātum ergo ꝓcedit ex reuerētia Prçlatorum, cōtinetur quodāmodo sub obseruātia: inquātum verò ꝓcedit ex reuerentia: parentū, sub pietate: inquātum vero ꝓcedit ex reuerentia Dei, sub religione, & pertinet ad deuotionē, quæ est principalis act⁹ religionis. Vn̄ secundum hoc laudabilius est obedire Deo, quàm sacrificium offerre: & etiā qa in sacrificio immolat̄ aliena caro, per obedientiā aūt ꝓpria voluntas, vt Greg. dicit*. Specialiter tn̄ in casu in quo loquebat̄ Samuel, melius fuisset Sauli obedire Deo, quàm animalia pinguia Amalecitarum in sacrificium offerre contra Dei mandatum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad obedientiā pertinent omnes actus virtutum prout sunt in præcepto. Inquantum ergo actus virtutū operātur causaliter, vel dispositiuè ad earū generationē & cōseruationem, intantum dicitur q̄ obedientia omnes virtutes menti inserit & custodit. Nec tamen sequitur quòd obedientia sit simpliciter omnibus virtutibus prior propter duo. Primò, quia licet actus

s. in contemptu temporalium consistunt. Et hanc excellentiam non habet obedientia quæcunque, sed illa qua Deo vniuersaliter obedimus. Sic enim & non aliter præcepto eius voluntatem nostram subiicimus. Si enim quædam Dei præcepta placet implere, & quædā non, iam non Dei sed nostram, qua implenda, & nō implenda elegimus, sequimur voluntatē. Omnes siquidem hæ conditiones ex litera diligenter perspecta habētur. Et ex hac parte considerata obedientia, filia ponitur charitatis indiuidua, differēs ab ea in hoc, quòd charitas facit hominem cum Deo idem velle & idem nolle per modum amici, obedientia verò per modum subditi. Homo enim recognoscens se tali amico subditum, perpendit iustum esse vt obediat volendo & nolendo, vt subditus, quicquid ille præcepit. *d. 936.* Et ex hac eadem parte obedientia causat omnium virtutum etiam charitatis & fidei actus, vt scilicet impleat Dei præcepta. *cap. 12.* Et ex eadem parte ponitur, quasi forma virtutum aliarū, pro quanto actus reliquarū fiunt, vt impleātur diuina præcepta, quod directè spectat ad obedientiā. Veruntamen quia ipsa impletio præcepti diuini ordinatur ad impletionem diuinæ voluntatis per modum amicitiæ, quod est proprium charitatis, ideo finis præcepti & obedientiæ simpliciter est charitas, iuxta illud Apost. ad Titum, Finis præcepti est charitas.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli aduerte, quòd obedientia dupliciter sumitur, causaliter & formaliter: si formaliter, sic vna est species: si causaliter, in multis reponitur speciebus, & laus eius, qua anteponitur religionis actui, qui est victimas offerre, conuenit ei causaliter sumptæ, prout cōtinetur sub religione, & spectat ad potiorem religionis actum, qui est deuotio, & ideo non est mirū si hoc modo præponitur minori actui religionis, tanquam si diceretur, melior est deuotio, quàm victima, melius est sacrificium interioris voluntatis, quàm exterioris victimę, quod est per se notum. *lib vlt ca. 12.* Et hanc rationem reddūt verba Gregorij, dicendo, quòd mactatur voluntas proculdubio in sacrificium diuinum.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte, quod per bonum ad quod faciendum homo ex necessitate tenetur, non intelligitur solum de necessitate peccati mortalis, sed etiam

sed etiā venialis. Ita q̄ nulli homini homo tenetur obedire in iis quę sunt peccata, quantumcunque minima, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona.

¶ *Super Quæstionis centesimæ quartæ Articulum quartum.*

IN arti. 4. eiusdē quæstionis 104. in responsione ad primum, dubiū occurrit An dominus Iesus verè præceptum fecerit cæcis ne eum manifestarent. Et est ratio dubij, quia si non intendit præcipere, vt litera dicit, sequitur quòd Euangelista malè expressit verba Domini, dicendo, quod præcepit eis. Si autem intendit præcipere, malè ergo exprimitur in litera oppositum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Dominus Iesus licet esset superior, & posset potestate præceptiua vti, *lib. vlt. moral. ca. 13.* in illo tamen actu non est ea vsus, sed vt vnus hominum loquutus est ad exemplum aliorum per modū præcipientis petendo ne diuulgaretur. Et suberat veritas quia tanquam vnus homo, quantum ex se erat, volebat vt non manifestaretur. Et ad ostendendum veritatem talis intentionis per modum præcipiētis loquebatur, & sic omnia consonant. *Infra ar. 5. cor. & ad 2. & q. 154. ar. 2. ad 2. Et 2. dis. 44. in expo. li. ad 7. Et lo. 2.*

¶ *Super Quæstionis centesimæ quartæ Articulum quintum.*

IN articulo 5. eiusdem 104. quæstionis collige exempla ab obediētia hominis, & vide esse tria. Primò, iussa à Superiori. Secundò, interiores animi motus. Tertiò spectantia ad naturā corporis. Restare ergo patet quod in dispositione actuum & rerum humanarum homo homini subditur diuersimode iuxta diuersas potestates.

¶ Sed multa dubia occurrunt hic. Primum est de interioribus animi motibus, cum Ecclesia excommunicet, si inquisitor odio vel amore, &c. *1. 2. q. 19. ar. 10.* Et rursus confessor sit iudex cogitationum occultarum absoluendo vel ligando, vt patet.

Art. 1. huius q. ¶ Secundum est de spectantibus ad naturam corporis. Nam videmus Ecclesiam præcipere de alimenti priuatione in præcepto ieiunij. Constat autem quòd alimētum spectat ad naturā corporis plus quàm generatio, quanto conseruatio indiuidui naturalior est cuique quā conseruatio speciei. *1. 2. q. 9. ar. 8.*

¶ Ad primum horum dicitur, quòd actus interiores dupliciter inueniuntur, scilicet secundum se tantum, & sic non subiiciuntur iudi- *Cap. 18.*

virtutis cadat sub præcepto, potest tamē aliquis implere actum virtutis, non attēdens ad rationem præcepti. Vnde si aliqua virtus sit, cuius obiectum sit naturaliter prius quàm præceptum, illa virtus dicitur naturaliter prior quàm obedientia, vt patet de fide, per quam nobis diuinæ autoritatis sublimitas innotescit, ex qua competit ei potestas præcipiendi. Secundò, quia infusio gratiæ virtutum potest præcedere, etiam tempore, omnem actum virtuosum. Et secundum hoc neque tempore, neque natura est obedientia omnibus aliis virtutibus prior.

¶ Ad tertium dicēdum quòd duplex est bonum. Quoddā, ad qđ faciendum hō ex necessitate tenet̄, sicut amare Deum, vel aliquid huiusmodi. Et tale bonum nullo mō dēt ꝓpter obedientiam prætermitti. Est autem aliud bonum ad qđ hō nō tenetur ex necessitate. Et tale bonum dēt hō quādoq; propter obedientiā prætermittere, ad quam ex necessitate hō tenet̄, qa nō debet hō aliquod bonum facere, culpā incurrendo. Et tamen, sicut ibidem Gregorius dicit, * qui ab vnoquoq; bono subiectos vocat, necesse est vt multa cōcedat, ne obediētis mēs fundit⁹ intereat, si à bonis omnib⁹ repulsa penitus ieiunet. Et sic per obedienttā & alia bona pōt damnum vnius boni recompensari.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum in omnibus sit Deo obediendum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non in omnibus sit Deo obediendum. Dicitur enim Mat. 9. quòd Dominus duob⁹ cæcis curatis prçcepit dicēs, Videte ne quis sciat. Illi autē exeuntes diffamauerunt eum per totam terram illam, nec tamen ex hoc inculpantur. Ergo videtur quòd non teneamur in omnibus obedire Deo.

¶ 2 Præterea. Nullus tenetur aliquid facere cōtra virtutem. Sed inueniuntur quædam præcepta Dei contra virtutem, sicut præcepit Abrahæ quòd occideret filium innocentem, vt habetur Gene. 22. Et Iudæis, vt furarentur res Aegyptiorum, vt habetur Exod. 11. quæ sunt cōtra iustitiā. Et Oseæ, quòd acciperet mulierē adulteram, quod est contra castitatem. Ergo non in omnibus est obediendum Deo.

¶ 3 Præterea, Quicunque obedit Deo, cōformat voluntatem suā voluntati diuinæ, etiam in volito. Sed nō quantum ad omnia tenemur cōformare voluntatem nostram voluntati diuinæ in volito, vt supra habitum est.* Ergo non in omnibus tenetur homo Deo obedire.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Exod. 24. Omnia quæcunque locutus est Dominus, faciem⁹, & erim⁹ obedientes.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est., * ille qui obedit, mouet̄ p īperium ei⁹ cui obedit, sicut res naturales mouent̄ per suos motores. Sicut autē Deus est prim⁹ motor omnium, quę naturaliter mouent̄: ita etiā est prim⁹ motor omnium voluntatum, vt ex supradictis patet*. Et iō sicut naturali necessitate oīa naturalia subdunt̄ diuinę motiōi: ita etiā quadā necessitate iustitiæ omnes voluntates tenēt̄ obedire diuino īperio.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Domin⁹ cæcis dixit, vt miraculum occultarent, non quasi intendens eos per virtutem diuini prçcepti obligare, sed sicut Gre. dicit 19. Moral. * seruis suis se sequentib⁹ exēplū dedit, vt ipsi qdem virtutes suas occultare desiderent, & tn̄ vt alij eorū exēplo proficiāt, prodāt̄ inuiti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Deus nihil operatur cōtra naturam, quia hoc est natura vniuscuiusque rei, quòd in ea Deus operatur, vt habetur in glo. * ad Roma. 11. operatur tamen aliquid cōtra solitū cursum naturæ: ita etiam Deus nihil potest præcipere cōtra virtutē, qa in hoc principaliter cōsistit virtus & rectitudo volūtatis humanæ, q̄ Dei voluntati cōformetur, & eius sequatur imperiū, quāuis sit cōtra consuetum virtutis modum. Secundum hoc ergo præceptū Abrahæ factū, q̄ filium innocentem occideret, nō fuit cōtra iustitiā, quia Deus est actor mortis & vitę. Similiter nec fuit contra iustitiā, quòd mandauit Iudæis vt res Aegyptiorum acciperēt, quia eius sunt omnia, & cui voluerit, dat illa. Similiter etiā non fuit cōtra castitatem præceptū Oseæ factum, vt mulierē adulteram acciperet, quia ipse Deus est humanę gn̄ationis ordinator, & ille est debitus modus mulieribus vtendi, quem Deus instituit. Vnde patet q̄ p̄dicti nec obediēdo Deo, nec obedire volendo peccauerunt.

¶ Ad tertiū dicendū, quòd etsi nō semper teneatur hō velle quod Deus vult, semp tamē tenetur velle qđ Deus vult eū velle. Et hoc homini p̄cipuè īnotescit per præceptum diuinum. Et ideo tenetur hō in omnibus diuinis p̄ceptis obedire.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum subditi teneantur suis Superioribus in omnibus obedire.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd subditi teneant̄ suis superioribus in omnib⁹ obedire. Dicit enim Apostolus ad Col. 3. Filij obedite parentibus per omnia. Et postea subdit. Serui obedite per omnia dominis carnalib⁹. Ergo eadem ratione alij subditi debent Prælatis suis in omnibus obedire.

¶ 2 Præterea, Prelati sunt medij inter Deū & subditos, secundū illud Deu. 5. Ego sequester & medius fui inter Deum & vos in tēpore illo, vt annuntiarem vobis verba eius. Sed ab extremo in extremum nō peruenitur nisi per medium, ergo præcepta prælati sunt reputanda tanquā prçcepta Dei. Vnde & Apostolus dicit ad Gal. 6. Sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum, & 1. ad Thes. 2. Cùm accepissetis à nobis verbum audit⁹ Dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut verè est verbum Dei. ergo sicut homo debet Deo obedire in omnibus, ita & Prælatis.

¶ 3 Præterea, Sicut religiosi profitēdo vouēt castitatē & paupertatē, ita & obediētiā. Sed Religiosus tenet̄ quātum ad omnia seruare castitatē & paupertatē: ergo similiter quantum ad oīa tenet̄ obedire.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Act. 5. Obedire oportet Deo magis quā hominibus. Sed quādoque præcepta Prçlatorum sunt contra Deum: ergo non in omnibus Prælatis est obediendum.

¶ RESPONDEO dicēdum, q̄ sicut dictum est, obediēs mouetur ad īperium præcipientis quadā necessitate iustitiæ, sicut res naturalis mouet̄ ex virtute sui motoris necessitate naturæ. Quòd aūt aliqua res naturalis non moueatur à suo motore, potest contingere dupliciter. Vno modo propter impedimentum, quod prouenit ex fortiori virtute alterius mouentis, sicut lignum non comburitur ab

cio humano, iuxta illud Apostoli 1. ad Corint. 4. Nolite ante tempus iudicare, donec Dominus manifestet consilia cordium. Alio modo, vt sunt rationes actuum exteriorum, & sic computantur cum actibus exterioribus humano iudicio subditis. Et hoc modo cadunt sub inhibitionibus Ecclesiæ. *Ex Aug li. 26. contra Faustum c. 3.*

¶ Altera vero obiectio de iudicio Confessorū, soluitur, dicendo quòd Confessor, non vt homo, sed vt Deus, exercet cōfessionis iudiciū. *D. 518.* Nam quod scit in confessione, non scit vt homo, sed vt Deus. *D. 802.* Nec habet simile in quocunque alio actu ecclesiastico. Et ideo non est mirum si etiam cogitationes cordis Confessoris subduntur iudicio, sicut subduntur diuinæ legi, quæ vetat concupiscere vxorem & rem proximi. *D. 4.*

¶ Ad secūdum dubium dicitur, quòd vt in litera insinuatur, inter materiam corporis, & actiones alias ac res possessas, hæc est differentia, quòd homines in natura sunt pares, & ideo nullus in alterum imperium habet in iis quę sunt naturæ, vt alimentum, operimentum & generatio. *D. 422. & 491. D. 967.* Sed in actionibus & rebus valde impares sumus, dum alij aliis præstant. Et ad hæc disponenda, punienda, compescenda Superiores instituuntur. Et ideo in iis homo tenetur homini obedire. Ecclesia autem per ieiunium nō subtrahit alimentum, hoc em̄ præcipere multo minus posset, quàm virginitatē seruari, sed de tempore & qualitate alimenti ordinat, sic vt naturæ substentatio necessaria non tollat̄. *Su. q. 69 arti. 3. ad 1. Et inf. q 186. ar. 2. cor. Et 3. dist 25 q. 1. art. 1. q. 4. ad 3. Et Rom. 13. cor. 4.* Et scito nouitie quod litera dicens quòd homo non tenetur homini in istis obedire, intelligitur absolutè, & non de homine qui iam se voto proprio obligauit ad hæc: puta ad virginitatem, & huiusmodi. Hi enim tenentur obedire ratione voti. Cum autem audis homines secundum naturam esse pares, intellige non de æqualitate dignitatis seu nobilitatis, quoniā & secundum animam & secundum corpus, vnus alio inuenitur nobilior à natura, sed de æqualitate potestatis, qa nullus homo in his quæ ad naturam spectant, habet potestatem super alium.

¶ In responsione ad tertium eiusdem quinti artic. dubium occurrit, an Religios⁹ teneatur obedire Prælato præcipienti ea in quibus potest Prælatus dispensare, pu

Universidad de Deusto Biblioteca

ta quòd comedat carnes, quòd loquatur in loco ſilentii, & huiuſmodi. Et eſt ratio dubij, qa ex quo facere talia non eſt ſecũdũ regulã, ſed regulæ relaxatio, non tenetur obedire. Ex eo autẽ qđ Prælatus poteſt relaxare in hoc regulam, ſequitur, ꝙ poteſt hoc prę cipere, ſicut alia quæ nõ ſunt expreſſa in regula.

¶ Ad hoc dicitur, quòd diſpenſatio poteſt fieri dupliciter. Primò, abſolutè ſine cauſæ diſcuſſione, quia ſic videtur Prælato ſuperficieten⁹ aut ſine cura diſpenſanti, vt cõmuniter fieri videtur in iſtis leuibus. Alio modo, cum cauſæ vrgentis diſcuſſione & concluſione. Si Prælatus ergo præcipiat aliquid cõtra vel præter regularẽ vitã, diſpenſando, primo modo non tenetur ſubditus obedire, ſed debet ſequi potius ſtatutũ religionis ſuæ. Et ratio eſt, quia diſpenſatio ſine cauſa legitima ſufficiente ad relaxationem legis in hoc caſu non eſt diſpẽſatio, ſed diſſipatio, niſi fortè diſpenſans ſit Princeps in iis quæ ſunt purè iuris poſitiui Si verò præcipiat aliquid, diſpenſando cum cauſa legitima, ſic tenetur ſubditus obedire. Et ratio eſt, quia ex quo acceſſit legitima diſpenſatio, opus illud pro tunc non eſt contra aut præter regularem vitã: & ex alia parte ſubeſt cauſa pręcipiendi, vt fiat hoc opus ꝓpter aliquẽ finem ſubordinatũ regulari cõuerſationi, ſeu vitæ, ad quã omnia hominis præcepta ordinãtur in religione, conſequens eſt vt nulla rõne excuſetur ſubditus ab huiuſmodi obedientia. Vnde Bernardus in lib. de diſpenſatione & præcepto, inquit, Votũ meũ non minuat Prælatus ſine neceſſitate, inſinuãs quòd quando neceſſitas adeſt, poteſt Prælatus præcipere.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæquartæ Articulum ſextum.*

IN artic. 6. eiuſdẽ 104. q. dubiũ occurrit in reſponſione ad primum de ſatisfactione reſponſionis Nã nõ ſatisfacit argumento, quia gloſſa illa ad literã loquit̃ de libertate quo ad tẽporalia, ſicut textus loquens de libertate à tributis, reſponſio aũt Autoris loquitur de libertate ſpirituali, & contraria omnino videtur gloſſæ. Et cõfirmatur hoc, quia gloſſa illa ſũpta eſt ex Aug. in quęſtion. Euang. vbi ante illa verba dicitur, Dicit filios eſſe liberos, hoc eſt non vectigales, vt patet in Catena aurea ſuper illo textu.

¶ Ad hoc dicitur quòd Autor ſatiſfacit argumento, exponendo gloſſam formaliter de filiis Dei, quatenus ſunt filij, & non quaten⁹ ſunt ſerui. Et quia in hac vita ſunt filij quo ad animã, & remanet ſeruit⁹ quo ad corpus, iõ nõ eſt intelligenda gloſſa illa niſi de libertate animæ pro nunc, corporis autẽ quãdo cõpleta erit filiorũ libertas. Poſſet nihilominus aliter exponi gloſſa dicendo ꝙ per filios Regis ſeu regni æterni non intelligit omnes Chriſtianos, ſed eos qui pręſunt in regno quaſi filij. Hi autẽ ſunt Epiſcopi, preſbyteri, & qui reliquentes omnia Chriſtũ ſequũtur, iudicaturi orbẽ. Hi eñ in hoc mũdo tãquã filij Regis, ex eorũ ſtatu regnũ Dei in aliis propagare fouereq; debent, & liberi etiã à ſeruitute tẽporaliũ dominorũ eſſe debẽt. Et hoc Saluatoris doctrinæ cõſonat, dũ Petrũ Apoſtolum liberũ inſinuat, ſubiungens, ne ſcãdalizem⁹ eos, ſolue pro te, & gloſſæ loquenti in hac vita, dũ dicit: in quolibet regno terreno liberi eſſe debent filij regni, ſub quo ſunt omnia regna.

igne, ſi fortior vis aquæ impediat. Alio modo ex defectu ordinis mobilis ad motorem, quia etſi ſubiiciatur eius actioni quãtũ ad aliquid, non tamen quantũ ad omnia, ſicut humor quandoque ſubiicitur actioni caloris quantũ ad calefieri, nõ tamen quãtum ad exiccari ſiue conſumi. Similiter ex duobus poteſt contingere ꝙ ſubditus ſuo Superiori nõ teneatur in omnibus obedire. Vno modo propter præceptum maioris poteſtatis. Vt enim dicitur ad Ro. 13. Super illud, Qui poteſtati reſiſtũt, ipſi ſibi damnationẽ acquirũt, dicit gloſ. Si quid iuſſerit curator; nunquid eſt tibi faciendum, ſi cõtra Procõſulẽ iubeat? Rurſũ, ſi quid Procõſul iubeat, & aliud Imperator, nũquid dubitatur illo cõtẽpto, illi eſſe ſeruiendũ? Ergo ſi aliud Imperator, aliud Deus iubeat, cõtẽpto illo obtẽperandum eſt Deo. Alio modo nõ tenetur inferior ſuo Superiori obedire, ſi ei aliquid pręcipiat, in quo ei nõ ſubdatur. Dicit enim Seneca in tertio de Beneficiis, Errat ſi quis exiſtimat ſeruitutem in totum hominẽ deſcendere. Pars enim melior excepta eſt. Corpora obnoxia ſunt & adſcripta dominis, mẽs quidẽ eſt ſui iuris. Et ideo in iis quæ pertinent ad interiorẽ motũ volũtatis, homo nõ tenet̃ homini obedire, ſed ſolũ Deo. Tenetur autẽ homo homini obedire in iis quæ exterius per corpus ſunt agenda, in quibus tamẽ ſecũdũ ea quæ ad naturã corporis pertinẽt, homo homini obedire nõ tenetur, ſed ſolũ Deo, quia oẽs homines natura ſunt pares, puta in iis quæ pertinent ad corporis ſubſtentationẽ & prolis generationẽ. Vnde non tenentur nec ſerui dominis, nec filij parẽtibus obedire de matrimonio cõtrahẽdo, vel virginitate ſeruãda, aut aliquo alio huiuſmodi. Sed in iis quæ pertinẽt ad diſpoſitionẽ actuũ & rerũ humanarũ, tenetur ſubditus ſuo Superiori obedire ſecũdũ rõnẽ ſuperioritatis, ſicut miles Duci exercit⁹, ĩ iis quæ ꝑtinẽt ad bellũ: ſeru⁹ dño, in iis quæ ꝑtinẽt ad ſeruilia opera exequenda: fili⁹ patri in iis quæ ꝑtinent ad diſciplinã vitę & curam domeſticam, & ſic de aliis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc quod Apoſtolus dicit, intelligendũ eſt per omnia quãtũ ad illa, quæ pertinẽt ad ius patriæ vel dominatiuæ poteſtatis.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ deo ſubiicitur homo ſimpliciter quantũ ad omnia & interiora & exteriora: & ideo in omnib⁹ ei obedire tenetur. Subditi autẽ nõ ſubiiciuntur ſuis Superioribus quãtũ ad omnia, ſed quãtum ad aliqua determinatè, & quãtũ ad illa medij ſunt inter Deũ & ſubditos. Quantum ad alia verò immediatè ſubduntur Deo, à quo inſtruuntur per legem naturalem vel ſcriptam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Religioſi obedientiã profitẽtur quãtũ ad regularẽ cõuerſationẽ, ſecundum quã ſuis prælatis ſubduntur. Et ideo quãtũ ad illa ſola obedire tenent̃, quæ poſſũt ad regularẽ cõuerſationẽ ꝑtinere. Et hæc eſt obediẽtia ſufficiẽs ad ſalutẽ. Si autẽ ẽt ĩ aliis obedire voluerĩt, hoc ꝑtinebit ad cumulũ ꝑfectionis, dũ tñ illa nõ ſint cõtra Deũ aut cõtra ꝓfeſsionẽ regulæ, qa talis obediẽtia eſſet illicita. Sic ergo põt triplex obediẽtia diſtĩgui, vna ſufficiẽs ad ſalutẽ, quę ſ. obedit in iis, ad quæ obligatur; alia perfecta, quæ obedit in omnibus licitis: alia indiſcreta, quæ etiam in illicitis obedit.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum chriſtiani teneantur ſecularibus poteſtatibus obedire.*

AD SEXTVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd Chriſtiani non teneantur ſecularibus poteſtatibus obedire, quia ſuper illũd Matth. 17. Ergo liberi ſunt filij, dicit glo. * Si in quolibet regno filij illi⁹ Regis qui regno illi præfertur, ſunt liberi, tunc filij Regis illius, cui omnia regna ſubduntur, in quolibet regno liberi eſſe debẽt. Sed Chriſtiani ꝑ fidẽ Chriſti facti ſunt filij Dei, ſecundum illud Ioannis primo, Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri, iis, qui credunt in noĩe ei⁹. Ergo nõ tenent̃ poteſtatibus ſecularib⁹ obedire.

2. diſt. 44 q. 2. artic. 2. Et quol. 2. artic. 9. cor.
* Ex Aug. lib. quæſt. Euan. ca. 23 to. 4.

¶2 Prætereaad Roma. 7. dicitur, Mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, & loquitur de lege diuina veteris Teſtamẽti. Sed minor eſt lex humana, per quã homines ſecularibus poteſtatibus ſubduntur, quã lex diuina veteris Teſtamẽti. Ergo multo magis hoĩes ꝑ hoc ꝙ ſunt facti membra corporis Chriſti, liberant̃ à lege ſubiectiõis, qua ſecularib⁹ prĩcipib⁹ aſtrĩgebãt̃.

¶3 Pręterea, Latronibus q ꝑ violentiam opprimũt homines, obedire non tenent̃. Sed Aug. dicit in 4. de Ciui. Dei, * Remota iuſtitia quid ſunt regna niſi magna latrocinia? Cũ ergo dominia Principũ ſecularium plerunq; cũ iniuſtitia exerceãtur, vel ab aliqua iniuſta vſurpatione principatũ ſumpſerint, videtur ꝙ nõ ſit Prĩcipibus ſecularib⁹ obediendũ à Chriſtianis.

Cap. 4. to. 5.

¶SED CONTRA eſt, quod dicitur ad Titũ. 3. Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe. & 1. Petri 2. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deũ, ſiue Regi, quaſi præcellenti: ſiue Ducibus, tanquam ab eo omiſsis.

¶RESPONDEO dicendum, quod fides Chriſti eſt iuſtitiæ principiũ & cauſa, ſecundũ illud Roma. 3. Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti. Et ideo per fidẽ Chriſti nõ tollitur ordo iuſtitiæ, ſed magis firmatur. Ordo autem iuſtitię requirit vt inferiores ſuis Superioribus obediant. Aliter enim non poſſet humanarum rerum ſtatus conſeruari. Et ideo per fidem Chriſti non excuſantur fideles, quin principibus ſecularibus obedire teneantur.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ quintæ Articulum primum.*

IN art. 1. q. 105. quia iã expoſita ſunt in q. pręcedente, quæ in reſponſione ad primũ dicũtur, non oportet immorari, ſed in reſpõſione ad ſecundũ aduerte ꝙ quia ad quãdã excellẽtiã ſpectat nõ ſubdi præceptis, eo ꝙ ſubdi ſeruitutẽ importat, iõ aſtutus tentator Euę, noſcens ſuperbã mulieris cõditionẽ, inchoauit. Cur præcepit vobis Deus? vt faſtidio præcepti nomen haberet, ſicut & habuit.

¶ Super

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſicut ſuprà dictũ eſt*, ſeruitus qua homo homini ſubiicit̃, ad corpus pertinet, nõ ad animã, quæ libera manet. Nunc autem in ſtatu huius vitæ per gratiã Chriſti liberamur à defectibus animæ: non autẽ à defectibus corporis, vt patet per Apoſtolum ad Roman. 7. qui dicit de ſeipſo, quòd mente ſeruit legi Dei, carne autem legi peccati. Et ideo illi qui fiunt filij Dei per gratiam, liberi ſunt à ſpirituali ſeruitute peccati: non autem à ſeruitute corporali, qua temporalibus dominis tenentur aſtricti, vt dicit gloſ. ſuper illud 1. ad Tim. 6. Quicunque ſunt ſub iugo ſerui, &c.

Ar. præc.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Lex vetus fuit figura noui Teſtamẽti, & ideo debuit ceſſare Veritate veniente. Non aũt eſt ſimile de lege humana, per quam homo ſubiicitur homini. Et tamen etiã ex lege diuina homo tenetur homini obedire.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Principibus ſecularibus in tantũ homo obedire tenetur, inquantũ ordo iuſtitiæ requirit. Et ideo ſi non habeant iuſtum principatum, ſed vſurpatum, vel ſi iniuſta præcipiant, non tenentur eis ſubditi obedire, niſi forte per accidens, propter vitandum ſcandalum vel periculum.

QVÆSTIO CENTESIMAQVINTA, de inobedientia, in duos Articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de inobedientia. ¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primò, vtrum ſit peccatum mortale. ¶ Secundò, vtrum ſit grauiſsimum peccatorum.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum inobedientia ſit peccatum mortale.*

AD PRIMVM ſic ꝓcedit̃. Videt̃ ꝙ inobedientia non ſit peccatũ mortale. Omne eñ peccatũ eſt inobedientia, vt patet per diffinitionem Ambroſij ſuperi⁹ poſitam. * Si ergo inobedientia eſſet peccatum mortale, omne peccatum eſſet.

Su. q. 69. art. 1 cor. * ar. 2. argum. 1. q. præc.

¶ Præterea

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ quintæ Articulum ſecundum.*

IN art. 2. eiuſdẽ 105. q. nota primò quòd in litera inobedientia diuini præcepti grauius dicitur peccatũ quã adulteriũ ex ipſa ratione inobedientiæ: quia ſ. eſt peccatum cõtra Deũ, illud verò eſt peccatum in hominem. Et ex principio corporis articuli manifeſtatur ſenſus intentus, quod ſ. intendit de illa inobedientiæ ratione quæ ſe tenet ex parte præcipientis Dei. Nam quum ad præceptũ tria concurrant, ſ. præcipientis excellentia, actus præceptus, & ipſum præceptum, Autor in litera grauitatem inobedientiæ graduat ex duobus primis, ſ. diuerſitate præcipientium & re præcepta, & ex excellẽtia Dei præcipientis, inobedientiã diuini præcepti præponit peccato in hominem, vt patet in litera. Quo fit vt præſens litera aut intelligatur de ratione cauſali inobedientiæ, eſt eñ excellentia præcipientis ratio cauſalis inobedientiæ, vt in q. præcedente ar. 2. ad 4. dixit Autor, aut intelligatur de rõne formali inobedientiæ, qua conſtituitur in hoc qđ eſt eſſe peccatum contra Deũ iuxta ibidem à nobis explanata. Et licet vterque ſenſus in idem deducat, ſenſus tñ formalis eſt, &c. Declaranda occurrit deĩde litera, quia obſcura apparet. Scito ergo ꝙ litera ab illo loco, Sic ergo oportet ſecundum diuerſos inobedientiæ gradus, incipit applicare ad propoſitũ, & tres aut quatuor comparationes facere. Prima eſt inter inobedientiã Dei & peccatũ contra hominẽ, ſecluſa Dei inobedientia. Verbi gratia, Inter peccatũ quo quis cõtẽnit præceptũ Dei, & peccatũ quo quis offendit ꝓximũ, adulterio, homicidio, furto, &c. & in hac comparatione dicitur ꝙ inobedientia Dei eſt grauius peccatũ. Secunda eſt inter inobedientiam Dei & peccatũ cõtra proximũ, incluſa inobedientia Dei. Et in hac cõparatiõe dicitur, ꝙ adhuc inobedientia eſſet grauius peccatum. Si tñ in aliquo potiori quã ſit offenſa illa proximi, præceptũ Dei contẽneret. Tertia eſt inter peccatũ quo contẽnitur præcipiens, & peccatũ quo cõtẽnitur pręceptũ. Et hæc, quia tractatur inter hominẽ & ſuũ pręceptũ, & ſimiliter inter Deũ & ſuũ præceptum ideo quatuor dici poſſunt cõparationes. Vna tñ eſt formaliter hæc tertia, & in ea dicitur ꝙ grauius eſt peccatũ quo cõtẽnitur non præcipiens, puta deſpect⁹ ſuperioris, quã inobedien

cap. 31.
Q. 24. ar. 12. & 1. 2. q. 72. ar. 5. & q. 88. ar. 1.
* Q. 24. ar. 12.

¶2 Præterea, Gregori⁹ dicit trigeſimo primo Moral. * ꝙ inobedientia oritur ex inani gloria, ſed inanis gloria non eſt peccatum mortale. Ergo nec inobedientia.

¶3 Præterea, Tunc dicitur aliquis eſſe inobediens, quando ſuperioris pręceptum non implet. Sed ſuperiores multotiens præcepta multiplicant, quæ vix aut nunquam omnia poſſunt obſeruari. Si ergo inobedientia eſſet peccatũ mortale, ſeq̃retur ꝙ homo non poſſet vitare mortale peccatũ, quod eſt incõueniens. Nõ ergo inobedientia eſt peccatum mortale.

¶SED CONTRA eſt, quòd ad Romanos primo, & ſecundæ ad Timot. tertio, inter alia peccata mortalia computãtur parentibus non obedientes.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt *, peccatum mortale eſt qđ contrariatur charitati, per quam eſt ſpiritualis vita. Charitate autẽ diligitur Deus & proximus. Exigit autẽ charitas Dei, vt eius mãdatis obediatur, vt ſuprà dictũ eſt*. Et ideo inobediẽtẽ eſſe diuinis præceptis eſt peccatũ mortale, quaſi diuinæ dilectioni cõtrariũ. In præceptis autẽ diuinis cõtinetur ꝙ etiã Superioribus obediatur. Et ideo etiã inobedientia, qua quis inobediẽs eſt pręceptis Superiorum, eſt peccatum mortale, quaſi diuinæ dilectioni contrarium, ſecundũ illud ad Romanos decimotertio, Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Contrariatur inſuper dilectioni proximi, inquãtum Superiori proximo ſubtrahit obedientiam, quam ei debet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa diffinitio Ambroſij datur de peccato mortali, qđ habet perfectã peccati rationem. Peccatum autem veniale non eſt inobediẽtia, quia nõ eſt cõtra præceptũ, ſed præter præceptũ. Nec etiã omne peccatũ mortale eſt inobedientia ꝓpriè & per ſe loquẽdo. Sed ſolum tunc, quando aliquis præceptum contẽnit, quia ex fine morales actus ſpeciẽ habẽt. Cũ aũt facit aliquid cõtra præceptũ, nõ propter præcepti cõtemptũ, ſed ꝓpter aliquid aliud, eſt inobediẽtia materialiter tantũ, ſed ꝑtinet formaliter ad aliam ſpeciẽ peccati.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ inanis gloria appetit manifeſtationem alicuius excellentiæ. Et quia videtur ad quandã excellentiã pertinere ꝙ homo pręceptis alterius nõ ſubdatur, inde eſt quod inobedientia ex inani gloria oritur. Nihil autẽ prohibet ex peccato veniali oriri mortale, cum veniale ſit diſpoſitio ad mortale.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nullus obligat̃ ad impoſsibile. Et ideo ſi tot præcepta Prælatus aliquis ingerat ſeu iniungat ꝙ ſubditus ea implere non poſsit, excuſatur à peccato. Et ideo Prælati abſtinere debẽt à multitudine præceptorum.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum inobedientia ſit grauiſſimũ peccatorũ.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd inobedientia ſit grauiſsimũ peccatũ. Dicitur eñ 1. Regũ 15. Quaſi peccatũ ariolãdi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere. Sed idolatria eſt grauiſsimum peccatum, vt ſuprà habitum eſt. * Ergo inobedientia eſt grauiſsimum peccatum.

Opuſ. 64. cap. 1. Et Hebr. 3. lect. 2.
Q. 94. ar. 3.

¶2 Præterea, illud peccatũ dicitur eſſe in Spiritũ ſanctũ, per quod tolluntur impedimẽta peccati, vt ſuprà dictũ eſt. * Sed per inobedientiã cõtemnit homo præceptũ, qđ maximè retrahit hominẽ à peccãdo. Ergo inobediẽtia eſt peccatũ in Spiritũ ſanctũ, & ita eſt grauiſsimũ peccatum.

Q. 14. ar. 2.

¶3 Præterea, Apoſtol⁹ dicit ad Romanos quinto, quòd per vnius inobedientiam peccatores multi cõſtituti ſunt. Sed cauſa videtur eſſe potior effectu. Ergo inobedientia videtur eſſe grauius peccatũ, quàm alia quæ ex ea cauſantur.

¶SED CONTRA eſt, quod graui⁹ eſt contemnere præcipientem quàm pręceptum. Sed quædam peccata ſunt contra ipſam perſonã præcipientis, ſicut patet de blaſphemia & homicidio. Ergo iõbedientia non eſt grauiſsimum peccatũ.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd non omnis inobedientia eſt æquale peccatum. Poteſt enim vna inobedientia eſſe grauior altera dupliciter. Vno modo, ex parte præcipientis. Quamuis enim omnem curã hõ apponere debeat ad hoc, ꝙ cuilibet ſuperiori obediat, tamen magis eſt debitũ ꝙ homo obediat ſuperiori q̃ inferiori poteſtati. Cuius ſignum eſt, ꝙ preceptũ inferioris prætermittitur, ſi ſit præcepto ſuperiori cõtrarium. Vnde cõſequẽs eſt ꝙ quanto ſuperior eſt illi qui præcipit, tanto ei inobedientẽ eſſe ſit grauius, & ſic inobediẽtẽ eſſe Deo, eſt graui⁹ quàm inobedientẽ eſſe homini. Secũdò ex parte præceptorum. Non enim pręcipiẽs æqualiter vult impleri omnia quę mandat. Magis enim vnuſquiſque præcipiens vult finem, q̃ id quod eſt fini ꝓpinquũ. Et ideo tãto eſt inobediẽtia grauior quanto pręceptũ quod quis præterit, magis eſt de intentione illius, qui præcipit. Et in præceptis quidẽ Dei manifeſtũ eſt, ꝙ quãto præceptũ datur de meliori, tanto eſt eius inobedientia grauior, quia cũ volũtas Dei per ſe feratur ad bonũ, quãto aliquid eſt melius, tãto De⁹ vult illud magis impleri. Vnde qui inobediens eſt præcepto de dilectione Dei, grauius peccat, q̃ qui inobediens eſt præcepto de dilectione ꝓximi. Volũtas aũt hominis nõ ſemper magis fertur in melius. Et ideo vbi obligamur ex ſolo hominis præcepto, nõ eſt grauius peccatũ ex eo ꝙ maius bonũ præteritur, ſed ex eo ꝙ pręterit̃ illud, qđ eſt magis de intentiõe præcipientis. Sic ergo oportet ſecundũ diuerſos inobedientiæ gradus diuerſis peccatorũ gradib⁹ cõparare. Nã inobedientia quo contemnit̃ Dei præceptũ, ex ipſa ratione inobedientiæ graui⁹ eſt peccatũ quã peccatũ quo peccat̃ in hominẽ, ſi ſecerneretur inobedientia Dei. Et hoc iõ dico, quia qui cõtra proximum peccat, etiã cõtra Dei præceptũ agit. Si tamen in aliquo priori præceptum Dei cõtemneret, adhuc peccatũ grauius eſſet. Inobedientia autẽ, qua cõtemnitur præceptum hominis, leuior eſt peccato quo cõtemnitur ipſe præcipiens, qa ex reuerentia præcipientis procedere debet reuerentia pręcepti. Et ſimiliter peccatũ, qđ directè ꝑtinet ad cõtemptũ Dei, ſicut blaſphemia vel aliqđ hmõi, grauius eſt etiã ſemota per intellectum inobedientia à peccato, quã eſſet illud peccatum, in quo contemnitur ſolum Dei præceptum.

tia. Et ſimiliter grauior eſt blaſphemia, qua cõtẽnitur Deus, quàm inobedientia præceptorũ eius, & hoc etiã ſecluſa à peccato blaſphemiæ inobedientia, hoc eſt, cõtẽptu præcepti. Hic eſt ſenſus literę. Et ſic diuerſi gradus inobedientiæ diuerſis aliorũ peccatorum gradibus ſunt comparati, vt in litera applicãdo propoſuit. Et hinc patet quibus peccatis inobedientia eſt grauior, & quibus non. Ratio primæ comparationis eſt, quia per ſe loquendo, totũ genus peccatorũ in Deũ excedit totũ genus peccatorũ in proximũ, cæteris paribus. Inobedientia autẽ Dei formaliter eſt peccatũ in Deũ, vt patet, diſtinguendo peccata aut in Deũ, aut in ſe, aut in ꝓximũ. Hęc eñ diffinitio in præcedẽti lib. reliquis prçlata eſt. Et peccatum tã in ſe quã in ꝓximũ cõſtat cõphẽdi ſub peccato ĩ hominem, qđ min⁹ graue quã inobediẽtiã Dei eſſe litera dicit. Ratio ſecundæ cõparationis eſt inæqualitas rerum præceptarum, vt ſi quis peccet ĩ ꝓximũ, furto, cotẽnendo diuinũ præceptũ, & aliter inobediẽs quoq; Deo ꝑiuret, quia præceptũ ꝑiurij potius eſt præcepto furti, peior eſt iſta inobediẽtia quã pctm in ꝓximũ cũ inobediẽtia diuina. Rõ vero tertiæ cõparatiõis apta eſt in litera. Quia ꝑcipiẽs lõgè mai⁹ quid eſt quã ſuũ pręceptũ. Et memẽto intelligere terminos formaliter, ſ. de inobediẽtia formaliter, quę ſolũ eſt, cũ quis iõ trãſgredit̃ vt faciat contra præceptũ, vt prius dictũ eſt, & in litera habes.

¶ Super

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ illa cõparatio Samuelis nõ eſt ęqualitatis, ſed ſimilitudinis, qa inobedientia redundat in cõtemptum Dei, ſicut & idolatria, licet idolatria magis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non omnis inobedientia, eſt peccatum in Spiritum ſãctum, ſed ſolum illa cui obſtinatio adhibetur. Non enim contemptus cuiuſcunque, quod peccatũ impedit, conſtituit peccatum in Spiritumſanctum. Alioquin cuiuſlibet boni contemptus eſſet peccatum in Spiritum ſanctum, quia per quodlibet bonum poteſt homo impediri à peccato. Sed bonorum illorum contemptus facit peccatum in Spiritum ſanctum, quæ directè ducunt ad pœnitentiam & remiſſionem peccatorum.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ primum peccatum primi parentis ex quo in omnes peccatum emanauit, nõ fuit inobedientia, ſecundũ qđ eſt ſpeciale peccatum, ſed ſupbia, ex qua hõ ad inobedientiã ꝓceſsit. Vnde Apoſtol. in verbis illis videtur accipere

Universidad de Deusto Biblioteca

inobenditiam secundum quod generaliter se habet ad omne peccatum.

QVÆSTIO CENTESIMA sexta, de Gratia siue gratitudine, in sex Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de gratia, siue gratitudine & ingratitudine. Circa gratiam autem quæruntur sex. ¶ Primò, vtrum gratia sit specialis virt⁹ ab aliis distincta. ¶ Secūdò, quis teneatur ad maiores gratiarum actiones Deo, vtrum innocens vel pœnitens. ¶ Tertiò, vtrum semper teneatur homo ad gratias pro beneficiis humanis reddendas ¶ Quartò, vtrum retributio gratiarum sit differenda. ¶ Quintò, vtrum sit mensuranda secundum acceptum beneficium, vel secundum dantis affectum. ¶ Sextò, vtrum oporteat aliquid maius rependere.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum gratia sit specialis virtus ab aliis distincta.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd gratia non sit virtus specialis ab aliis distincta. Maxima enim beneficia à Deo & à parentib⁹ accepim⁹. Sed honor, quē Deo retribuimus, ptinet ad virtutem religionis: honor autē, quē retribuimus parentibus, pertinet ad virtutem pietatis. Ergo gratia siue gratitudo non est virtus ab aliis distincta.

¶ 2 Præterea, Retributio proportionalis pertinet ad iustitiam commutatiuam, vt patet p Philosophum in quinto Ethicorum.* Sed gratiæ redduntur vt retributio sit, vt ibidem dicitur. Ergo redditio gratiarum, quæ pertinet ad gratitudinē, est actus iustitiæ. Non ergo gratitudo est specialis virtus ab aliis distincta.

Cap. penult. & Ca.2.to.5.

¶ 3 Præterea, Recompensatio requiritur ad amicitiam conseruandam, vt patet p Philosophum, in octauo & nono * Ethicorū. Sed amicitia se habet ad omnes virtutes ,ppter quas hō amatur. Ergo gratia siue gratitudo, ad quā pertinet recompēsare beneficia, non est specialis virtus.

Lib.2. de inuēt. fol. 4. ante fin.

¶ SED CONTRA est, quod Tullius * ponit gratiam specialem iustitię partē.

*Q.101. ar.1. & 2. q.60 ar.3.

¶ RESPONDEO dicendum, quod sicut suprà dictū est, * secundum diuersas causas ex quibus aliquid debetur, necesse est diuersificari debiti reddendi rationē, ita tamen ꝙ semper in maiori, illud quod minus est continetur. In Deo autē primò & principaliter inuenitur causa debiti, eo ꝙ ipse est primum principium omniū bonorum nostrorū. Secūdariò autē in patre, quia est proximū nostræ generatiōis & disciplinæ principiū. Tertiò autē in persona, quæ dignitate præcessit, ex qua cōmunia beneficia procedūt. Quartò autē in aliquo benefactore à quo aliqua particularia & priuata beneficia percepimus, pro quibus particulariter ei obligamur. Quia ergo nō quicquid debemus Deo, vel patri, vel personæ dignitate præcellenti, debemus alicui benefactorū, à quo aliquod particulare beneficiū recepimus, inde est quòd post religionē, qua debitum cultum Deo impendimus, & pietatem, qua colimus parētes, & obseruantiam, qua colimus personas dignitate præcellentes, est gratia siue gratitudo, quæ benefactoribus gratiam recompensat, & distinguitur à præmissis virtutibus, sicut quodlibet posteriorum distinguitur à priori quasi ab eo deficiens.

Q.83. ar.17.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut religio est quędam superexcellens pietas, ita est & quędam excellens gratia siue gratitudo. Vnde & gratiarum actio ad Deum suprà * posita est inter ea, quæ ad religionem pertinent.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ retributio proportionalis pertinet ad iustitiā commutatiuā, quando attenditur secundum debitum legale, puta, si pacto firmetur vt tātum pro tanto retribuatur. Sed ad virtutem gratiæ siue gratitudinis retributio pertinet, quæ fit ex solo debito honestatis, quam s. aliquis sponte facit. Vnde & gratitudo est minus grata si sit coacta, vt Seneca dicit in libro de Beneficiis.

¶ Ad tertium dicēdum, ꝙ cùm vera amicitia suprà virtutem fundetur, quicquid est virtuti contrariū in amico, est amicitiæ impeditiuum, & quicquid est virtuosum, est amicitiæ prouocatiuum Et secundū hoc per recompensationē beneficiorum amicitia conseruatur, quamuis recompensatio beneficiorum ad virtutem gratitudinis specialiter pertineat.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum magis teneatur ad gratias reddendas Deo innocens, quàm pœnitens.

AD SECVNDVM sic ,pceditur. Videtur ꝙ magis teneatur ad gratias reddendas Deo innocens quā pœnitens. Quanto enim aliquis maius donum à Deo percepit, tanto magis ad gratiarū actiones tenetur. Sed mai⁹ est donum innocentiæ, quàm iustitiæ restitutæ. ergo videtur quòd magis teneatur ad gratiarum actionem innocēs quàm pœnitēs.

Lib.2.ca. 7.to.1.

¶ 2 Præterea, Sicut benefactori debetur gratiarum actio, ita & dilectio. Sed Augustinus dicit in quarto Confess.* Quis hominum suā cogitans infirmitatem, audet viribus suis tribuere castitatem, atq; innocentiā suā, vt minus amet te, quasi minus fuerit ei necessaria misericordia tua, qua condonas peccata conuersis ad te? Et postea subdit, *Et ideo tantundem, imo amplius te diligat, quia per quē me videt tantis peccatorum meorum lāguoribus exui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus non implicari. Ergo etiam magis tenetur ad gratiam reddendam innocens quàm pœnitens.

Ib.idem.

¶ 3 Præterea, Quanto gratuitum beneficium est magis continuatum, tanto maior pro eo debetur gratiarum actio. Sed in innocente magis continuatur diuinæ gratiæ beneficium, quàm in pœnitēte. Dicit enim Augustinus ibidē,* Gratiæ tuæ deputo & misericordiæ tuæ, quia peccata mea tanquam glaciem soluisti: gratiæ tuæ deputo & quæcunque non feci mala. Quid enim facere non potui? Et omnia mihi dimissa esse fateor, & quæ mea sponte feci mala, & quæ te duce non feci. Ergo magis tenetur ad gratiarū actiones innocens quàm pœnitens.

Eodem c.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Lucæ septimo, Cui plus dimittitur, plus diligit. Ergo eadem ratione plus tenetur ad gratiarum actiones.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd actio gratiarum in accipiēte respicit gratiā dantis. Vnde vbi est maior gratia ex parte dantis, ibi requiritur maior gratiarum actio ex parte recipientis. Gratia autē est, quia gratis datur. Vnde dupliciter pōt esse ex parte dātis maior gratia. Vno mō ex quantitate dati, & hoc modo innocēs tenetur ad maiores gratiarū actiones, quia maius bonum ei datur à Deo, & magis cōtinuatū cæteris paribus, absolutè loquendo. Alio modo potest dici maior gratia, qa magis datur gratis. Et secūdum hoc magis tenetur ad gratiarum actiones pœnitens quàm innocens, quia magis gratis datur illud quod ei datur à Deo. Cùm enim esset dignus pœna, datur ei gratia. Et sic licet illud donum, qđ datur innocenti, sit absolute consideratum maius, tamen donū, quod datur pœnitenti est maius in comparatione ad ipsum. Sicut etiam paruum donum pauperi datū, est ei maius quā diuiti magnum. Et quia actus circa singularia sunt in iis quę agenda sunt, magis consideratur qđ est hic vel nunc tale, quàm quod est simpliciter tale, sicut Philosop. dicit in tertio Ethicorū* de voluntario & inuolūtario. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Cap.1.to. 5.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum homo teneatur ad gratiarum actiones omni homini benefacienti.

AD TERTIVM sic ,pceditur. Videtur quòd homo non teneatur ad gratiarum actiones omni homini benefacienti. Potest enim aliquis sibi benefacere, sicut & sibiipsi nocere, secūdum illud Ecclesiastic. decimoquarto, Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Sed homo sibiipsi nō potest gratias agere: quia gratiarum actio videtur transire ab vno in alterum. ergo non omni benefactori debetur gratiarum actio.

¶ 2 Præterea, Gratiarum actio est quædā gratiæ recompensatio. Sed aliqua beneficia nō cum gratia dantur, sed magis cum contumelia & tarditate vel tristitia. ergo nō semp benefactori sūt gratiæ reddēdę.

¶ 3 Præterea, Nulli debet̄ gratiarum actio ex eo ꝙ suam vtilitatem procurat, sed quandoque aliqui aliqua beneficia dant propter suam vtilitatem. Ergo eis non debetur gratiarum actio.

¶ 4 Præterea, Seruo non debetur gratiarū actio, quia hoc ipsum qđ est, Domini est. Sed quandoque contingit seruum in dominū beneficiū facere vel beneficum esse. ergo non omni benefactori debetur gratiarum actio.

¶ 5 Præterea, Nullus tenetur ad id quod facere non potest honestè & vtiliter. Sed quandoque cōtingit quòd ille qui beneficium tribuit, est in statu magnæ felicitatis, cui inutiliter aliquid recōpensaretur pro suscepto beneficio. Quandoq; etiam contingit, quòd benefactor mutatur de virtute in vitium, & sic videtur quòd ei honestè recompensari non potest Quandoque etiam ille qui accepit beneficiū, pauper est, & omnino recōpensare nō potest. ergo videtur quòd nō semper teneatur homo ad gratiarum recōpensationē.

¶ 6 Præterea, Nullus debet pro alio facere, qđ ei nō expedit, sed ē ei nociuū. Sed quādoq; cōtingit ꝙ recōpensatio beneficij est nociua vel inutilis ei cui recompēsatur. ergo non est semper beneficium recompensandum per gratiarū actionem.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur primę ad Thes. vlt. In oībus gratias age.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd omnis effectus naturaliter ad suā causam conuertitur. Vnde Diony. dicit 3. cap. de Diui. no. ꝙ Deus omnia in se conuertit tanquam omniū causa. Sēper enim oportet quòd effectus ordinetur ad finē agētis. Manifestū est autē quòd benefactor, inquantum huiusmodi, est causa beneficiati. Et ideo naturalis ordo requirit, vt ille qui suscepit beneficiū, per gratiarum recōpensationē conuertatur ad benefactorē secūdū modū vtriusq;. Et sicut de patre dictū est suprà, *benefactori quidē inquantum huiusmodi, debetur honos & reuerentia, eo quòd habet rationem principij. Sed per accidens debetur ei subuentio vel sustentatio, si indigeat.

Q.101. artic. 2. & q.31. ar.3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Seneca dicit in libro de Beneficiis, * Sicut nō est liberalis, q. sibi donat, nec clemēs qui sibi ignoscit, nec misericors qui malis suis tangitur, sed qui aliis: ita etiā nemo sibiipsi beneficium dat, sed naturæ suæ paret, quæ mouet ad refutanda nociua, & ad appetenda ,pficua. Vn̄ in iis quæ sunt ad seipsum nō habet locū gratitudo & ingratitudo. Nō enim potest homo sibi aliquid denegare nisi sibi retinendo. Metaphoricè tamē illa quæ ad alterū propria dicuntur, accipiuntur in iis quæ sunt ad seipsum, sicut de iustitia dicit Philosophus in 5. Eth.* inqnātū, s. accipiūtur diuersæ partes hōis sicut diuersæ psonæ.

Li 5.c.9.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ boni animi est, vt magis attendat̄ ad bonū quàm ad malū. Et ideo si aliquis beneficium dedit nō eo modo quo debuit, non ideo debet recipiens à gratiarū actione cessare. Min⁹ tamē quā si modo debito pręstitisset: quia etiā beneficium min⁹ est, quia vt Seneca dicit in libro de Beneficiis,* multū celeritas fecit, multum abstulit mora.

Cap. vlt. Li.2.capit.6.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ sicut Seneca dicit in sexto de Beneficiis*, Multū interest vtrū aliquis beneficiū nobis det sua causa, an sua & nostra. Ille qui tot⁹ ad se spectat, & nobis prodest, qa & aliter sibi ,pdesse nō pōt, eo mihi loco habēd⁹ videt̄, quo q. pecori suo pabulū ,pspicit, si me in cōsortiū admiserit: si duos cogitauit, ingrat⁹ sū & iniust⁹, nisi gaudeā hoc illi ,pfuisse, qđ ,pderat mihi. Sūmę malignita

Cap.12.

¶ Super Quæstionis centesimæsextæ Articulum secundum.

OMisso primo articulo quæstionis centesimæsextæ in titulo secundi articuli, aduerte quòd non est quæstio de quocunque beneficio præstito innocenti & pœnitenti, sed de ipso beneficio innocentiæ & pœnitentiæ, qs eorum teneatur ad maiores gratias, innocens pro innocentia, an pœnitens pro pœnitentia.

¶ In corpore articuli eiusdem aduerte, ꝙ donum innocentiæ dicitur in litera maius secūdum se quàm pœnitentiæ, cæteris paribus in hoc sensu, quòd si iustitia innocentis est, verbi gratia, vt quatuor, & iustitia pœnitentis est etiā vt quatuor, & sola differētia inter istos est, quia illa est iustitia innocens, ista pœnitēs, tunc rectè fit comparatio inter innocentem & pœnitentem cæteris paribus, nā iustitia innocens, seclusa ratione innocentiæ, esset vt decem, & pœnitens vt quatuor, aut ecōuerso, puerilis esset comparatio. Cum ergo dicitur quòd donum quod datur innocenti est absolutè maius cæteris paribus, sensus est quòd ipsa innocentia maius est bonum secundum se quàm pœnitentia, & quòd donum par, maius est secundum se adiunctum innocentiæ quàm adiunctum pœnitentię.

infra q. 107 ar.1. cor. & 1.2 q.6.ar.3. cor.

¶ In corpore eiusdem secūdi articuli, dubium occurrit. Primò quia non videtur verū quòd donum innocentiæ sit maius absolutè, tū quia innocētia negationem offensæ importat, negatio autem nō auget bonitatem rei, licet quandoque sit illius conditio: tum quia (vt dicitur in primo Ethicorum) albedo decem dierum non est perfectio albedinis vnius diei, ac per hoc innocentia, quæ nihil aliud formaliter dicit quàm cōtinuitatem in non offendendo, nō est maius bonum quàm iustitia æqualis restituta.

Cap.4.

¶ Dubiū occurrit secundo, quia non videtur verum, quòd datū pœnitenti sit maius huic, quā datum innocenti, tum quia exemplum literæ non est simile, quoniam comparat modicum & magnum datum pauperi & datū diuiti, præsupposito ꝙ iste sit pauper & ille diues. Pręsens enim quæstio, licet præsupponat quòd pœnitens fuerit peccator, nō tamē pręsupponit quòd alter sit innocens, & aliquid magnum ei detur, sed de ipso dono quo cōstituitur innocens, quærit. Et esset simile si diceretur quòd maius est modicum, quod datur pauperi, quàm ditare aliquem. Et tunc hoc negaretur, quia plus tenetur Regi ditatus à Rege à natiuitate sua, quā alius pauperculus subleuatus à necessitatibus suis, tum quia in beneficiis superuenientibus meritis vel demeritis personarum, locū habet cōparatio quid mai⁹ in se vel huic, sed in beneficiis cōstitutiuis ipsarū psonarū in bonitate, supposita ęqualitate naturæ nō habet locū hmōi distinctio, quia quātū est donū in se, tātū est huic cui dat̄, quē cōstituit bonū. ac per hoc cū innocentia cōstituat innocentē, quātū donū est innocētia secūdū se, tātum donū est huic, qui est innocens, & cōsequēter, quia maius donū est in se, vt in litera dicitur. Ergo maius donū est etiā huic, cuius oppositum in litera dicitur.

¶ Dubium tertiò occurrit, quia magnitudines duæ doni, quæ in litera explicantur, scilicet secundum se vel secundum proportionem ad eum cui datur, sunt diuersarum rationum, ac per hoc iunctæ simul non faciunt maius, sed multiplex. Sicut longitudo & latitudo non faciunt maius, sed multiplex quantum. Et secundum hoc, donum pœnitentis habens duas magnitudines, vnam, quia est in se alicuius bonitatis, & in hac exceditur à dono innocentiæ, & alteram ex proportione ad eum cui datur, quia datur inimico qui deberet puniri, & in hac excellit innocentiam, quia innocentia hanc magnitudinem non habet. Sicut superficies paruissima excedit lineam quātumcunque magnam, quia habet latitudinem qua linea caret. Secundum hoc inquam non deberet concludi quod donum pœnitentis est maius, sed quod est pluribus modis bonum quàm donum innocentiæ. Et consequenter in processu literæ committitur sophisma figuræ dictionis, mutando multa in maius.

D.677.

¶ Dubium quarto est, quia dato quòd istę duę magnitudines iunctæ simul faciant maius, nō apparet, nec probatur quòd in proposito illa vna magnitudo innocētiæ excedatur ab vtraque simul iuncta in dono pœnitentiæ. Non enim apparet ratio qua re iustitia vt quatuor, verbi gratia, data vtrique, scilicet innocenti & pœnitenti, sit maius beneficium, quia data demerenti, quàm quia data ad præseruandum ne demereatur. Hæc enim conditio videtur magis beneficum animum concedentis ostēdere. In cuius signum dicimus quòd maius beneficium concessum fuit beatæ Virgini, si præseruata est à peccato originali, quàm si mundata est ab illo. Oporteret nanque in litera probari, quòd iste modus dandi, scilicet magis gratis, sit tantæ excellentiæ quòd excedat illam maiorem bonitatem, quam habet innocentia in se.

¶ Dubium, quinto est, quia ex ratione literæ videlicet, in iis quæ agenda sunt, pensandum est magis id, quod est hic & nunc, quàm quod absolutè conuenit, non habetur intentum Autoris. Nec similitudo ex tertio Ethicorum, est ad propositum, quoniam pensando innocentiam in rerum natura in hoc singulari, puta in Adam positam, & in eodem iustitiam restitutam per pœnitentiam, cæteris paribus, fit consideratio & iudicium vtriusque hic & nunc, & respectu huius, & non fit de vno secundum se, & de altero consideratis omnibus circunstantiis actualiter concurrentibus, vt de voluntario & inuoluntario in tertio Ethicorum fit. Est ergo vitium æquiuocationis in litera, de ly secundum se, seu in se, vt capitur in proposito, & vt capitur in 3. Ethic. Nam in 3. Ethic. capitur secundum se, hoc est, non consideratis circunstantiis actualiter tunc interuenientibus. Hic verò capitur secundum se, vt distinguitur contra secundum quid. Nam quod non est maius nisi huic, non est maius nisi secundum quid.

¶ Dubium sextò principale est, quia falsa videtur conclusio huius articuli, videlicet, Pœnitens tenetur ad maiores gratias quàm innocens, cæteris paribus. Quoniam innocentia est melior & magis dilecta à Deo, vt prima parte, quæstione vigesima, articulo quarto ad quartum, autor dixit Ac per hoc constituit hunc hominē meliorem & magis dilectum à Deo quā pœnitens sit. Alioquin effectus formalis separaretur à forma, si bonitas melior non constitueret meliorem habentem, & consequenter magis ad gratiarum actiones obligatum. Tanto nanq; magis quis gratias agere debet, quanto melior est factus à Deo. Et sic litera istius articuli concludens ꝙ omnibus cōsideratis pœnitens magis tenetur quàm innocens, non permanet solida. Quoniam omnibus consideratis innocens actualiter est melior & magis dilectus à Deo, & suprà pœnitentem in vniuerso locandus, ac per hoc ad maiores gratias tenetur quàm pœnitens. Et confirmatur, quia Autor in tertio sententiarum distinctione trigésima secunda, articulo quinto, quæstione secunda ad tertium, dicit quòd liberare inimicum quamuis sit maius respectu illius qui liberatur, non tamen est maius simpliciter. Cuius oppositum hic concluditur.

¶ Ad euidentiam horū sciendum est, quòd innocentia & pœnitentia se habent sicut sanitas non interrupta & sanitas reparata, & cæteris paribus sumptæ (puta quòd tanta sit sanitas reparata in isto, quantum est sanitas in altero conseruata) possunt dupliciter considerari. Primò, vt sunt in gne bonorū. Secundò, vt sunt in genere donorum seu beneficiorum. Si primo modo sumantur, sic innocentia excellit, & importat dignitatem irrecuperabilem, sicut virginitas. Vnde quantumcunque peccator resurgat per pœnitentiam ad tantam vel maiorem charitatem, nunquam tamen resurget ad tantam dignitatem. Et propter istam dignitatem innocentia constituit hunc hominem meliorem & magis dilectum à Deo. Si autem considerentur secundo modo, sic dico duo. Primò, quod pœnitentia simpliciter excellit, quia est maius donū quàm innocentia. Secūdò, quod innocentia est maius donum in se. Hęc sic manifestantur Donū dupliciter (vt in litera distinguitur) dicitur magnum; vel secundum quantitatem rei quæ datur, & sic innocentia est maius donū. Et propterea dictum est, quod est maius donum in se. Nā cōsideratis duabus quātitatibus, s. boni innocētiæ, & boni pœnitentię, maior est quantitas innocentiæ quàm pœnitentiæ. Sicut comparatis virginitate & castitate viduali, maior inuenitur virginitas. Propter quod est mai⁹ donum & magis continuatum. Vel secundum quantitatem proportionalem, referendo s. donum pœnitentiæ huic supposito male merito de Deo, & donum innocentiæ illi alteri supposito non male merito. Et sic maius donum inuenitur pœnitentia quàm innocentia, quia pœnitētia est maius donum huic quàm sit donum innocentiæ illi, vt in literæ exemplo manifestatur. Et quoniā esse maius donū proportionaliter constituit maius donum simpliciter, sicut eleemosyna vel oblatio maior proportionaliter ex Domini sententia, est maior simpliciter, vt patet de vetula Luc. 21. de qua dixit Dominus ꝙ plus omnibus obtulit, ideo pœnitentia dicitur simpliciter donum maius. Simile nāque est in proposito, nisi quod ibi est sermo de quantitate proportionali respectu dantis, hic vero respectu recipientis. Sed hoc non variat veritatem intentā. Nam sicut in illis oblationibus si comparemus duo minuta, & argentum oblatū ab aliis secundum suas quantitates, sic constat quod alij plus dederunt quā vidua: sed si spectemus ad proportiones, hinc & inde, videbis ꝙ minutū fuit plus viduæ quàm argentum alteri. Et quia vidua obtulit plus sibi, quā quicunq; alius sibi, iudicatur à Domino simpliciter ꝙ plus omnibus obtulit. Ita in proposito (vt iam dictum est) si ad pœnitentiam & innocentiā respiciamus quantę sūt, maior inuenitur innocētia. Sed si spectemus ad proportiones horū donorū ad eos quibus dantur, sic, cū plus sit pœnitentiæ donū huic male merito de Deo, quàm innocentiæ illi: iō simpliciter concludendum est, ꝙ pœnitentiæ donū est mai⁹. Et quia gratiarū actio directè respondet quātitati doni, quaenus donum est, ideo concluditur quod simpliciter loquendo pœnitēs plus tenet̄ ad gratiarū actiones. Hæc est intētio literæ. Et (vt singulis dubiis respondendo patebit) huc oīa tendunt.

¶ Ad primum ergo dudium dicitur ꝙ innocētia non est negatio, sed dignitas est negationē interruptionis exigens, & iō bonitatem auget.

¶ Ad obiectionē autem ex quarto Ethicorū dicitur, quod licet sanitas decem dierum non sit maior sanitas intēsiuè, vt Aristot. ibi intendit, est tamen maius bonū quā sanitas vni⁹ diei. Duratio nāq; & non interruptio, licet nō augeāt rationē specificā formę, cuius sunt extraneæ cōditiones, augēt tn̄ rationem transcendentem, sub qua comprehenduntur. Duratio nanque est quædam bonitas, & quoddam donū

ac magnum beneficium.Et propterea augent rationem boni,& doni ac beneficij.Et ideo sanitas quatuor conseruata,licet non sit maior sanitas quàm æqualis sanitas restaurata, est tamen donum ex hoc ipso quod est maior extensiuè extensione durationis.Et simile est de innocentia quæ continuationem sanitatis animæ importat,quod videlicet est maius bonum simpliciter quàm pœnitentia:& est maius donum in se,quã pœnitentia in se.

tis est nō vocare hoc beneficium, nisi ꝙ dantem aliquo incommodo afficit.

¶ Ad quartum dicēdū quod sicut Seneca dicit in tertio de Beneficiis *, quandiu seruus præstat quod à seruo exigi solet, ministeriū est.Vbi plusquã à seruo necesse est,beneficium est.Vbi enim in affectū amici transit, incipit vocari beneficiū.Et ideo etiam seruis vltra debitum facientibus gratiæ sunt habendæ. *Cap. 21.*

¶Ad quintum dicendū quòd etiã pauper ingratus nō est, si faciat quod possit. Sicut enim beneficiū magis in affectu cōsistit, quàm in effectu,ita etiã recōpēsatio magis in affectu cōsistit.Vnde Seneca dicit in secundo de Beneficiis,* Qui gratè beneficiū accipit,primã eius pēsionē soluit. Quod gratè autem ad nos beneficia peruenerit indicem⁹ effusis affectib⁹,qđ nō ipso tantū audiēte, sed vbique testemur. *Cap. 22.* Et ex hoc patet,quòd quãtūcūque in felicitate existēti potest recōpensatio beneficij fieri p exhibitionē reuerētię & honoris.Vnde Philosophus dicit in octauo Ethicorū* quod superexcellēti quidē debet fieri honoris retributio,indigenti autē retributio lucri. *Cap. vlt. to.5.* Et Seneca dicit in quīto de beneficiis*, Multa sunt per quæ quicquid debemus, reddere & felicibus possum⁹,fidele cōsiliū,assidua conuersatio,sermo cōmunis,& sine adulatiōe iocund⁹. ** Ex ca. 13.* Et iō nō oportet vt hō optet indigētiã eius,seu miseriã, q. beneficiū dedit ad hoc ꝙ beneficiū recōpēset:quia vt Seneca dicit in sexto de Beneficiis*,Si hoc ei optares, cui⁹ nullū beneficiū haberes, inhumanū erat votū. Quãto inhumanius ei optas cui beneficium debes? *Cap.27.* Si aūt ille q beneficiū dedit, in pei⁹ mutat⁹ est,dēt tn̄ sibi fieri recōpēsatio secūdū statū ipsi⁹, vt scilicet ad virtutē reducat si sit possibile.Si aūt sit insanabilis propter malitiam, tūc alter est effect⁹ quã pri⁹ erat. Et ideo nō debetur ei recōpēsatio beneficij sicut prius.Et tamē quãtū fieri potest salua honestate,memoria dēt haberi pręstiti beneficij,vt patet pPhilosophū in nono Eth.* *Cap. 2.*

¶Ad sextū dicēdū,quòd sicut dictū est*, recōpēsatio beneficij præcipuè pēdet ex affectu.Et ideo eo modo debet recōpēsatio fieri,quo magis sit vtilis.Si tamē postea p eius incuriã in dãnū ipsius vertatur *In solut. ad 5.* nō imputatur recōpēsanti, vt Seneca dicit ī sexto de beneficiis*,Reddēdū mihi est nō seruãdū cum reddidero, ac tuēdū. *Cap.19.*

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum homo debeat statim beneficium recompensare.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ homo debeat statim beneficium recompensare.Illa em̄ quæ debemus sine certo termino,tenemur restituere statim. Sed non est aliquis termin⁹ pręscriptus recōpensationi beneficiorū, quæ tamē cadit sub debito,vt dictū est.* Ergo tenet hō statī bn̄ficiū recōpensare. *Ar.præc.*

¶Prętereа,Quanto aliquod bonum fit ex maiori animi feruore, tanto videtur esse laudabilius. Sed ex feruore animi videt procedere quod homo nullas moras adhibeat in faciendo quod debet. ergo videtur esse laudabilius quòd statim homo beneficium reddat.

¶ Præterea, Seneca dicit in secundo de Beneficiis *, quod proprium bn̄factoris est libenter & cito facere.Sed recompensatio debet beneficium adæquare. Ergo debet statim recompensare. *Ex.cap.5*

¶SED CONTRA est, quod Seneca dicit in 4.de Beneficiis*,Qui festinat reddere, non animum habet grati hominis, sed debitoris. *In fin.*

¶RESPONDEO dicendum,quod sicut in beneficio dãdo duo considerãtur, scilicet affect⁹ & donum, ita ēt hæc duo considerãtur in recōpensatiōe beneficij. Et quantum quidē ad effectum,recōpensatio statī fieri debet. Vnde Seneca dicit in secundo de Bn̄ficiis*, Vis reddere beneficium,accipe benigne. *Cap.35.* Quãtum autē ad donum debet expectari tempus, quo recōpensatio sit benefactori opportuna. Si autem nō cōuenienti tempore statī velit aliqs mun⁹ pro munere reddere,nō videtur esse virtuosa recompensatio,sed inuita Vt enim Seneca dicit in quarto de Beneficiis*,Qui minus cito cupit soluere,inuitus debet:& qui inuitus debet,ingratus est. *In fine.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum,ꝙ debitum legale est statim soluēdum,alioquin nō esset cōseruata iustitiæ ęqualitas si vnus retineret rem alterius absq; eius voluntate. Sed debitum morale depen-

¶ Ad secūdum verò dubium dicitur, ꝙ datum pœnitenti, esse maius huic quàm datum innocenti clarè patet. Et ad primã obiectionē dicitur,ꝙ exemplum literæ currit.Nam sicut in exēplo sunt duo data, videlicet paruū & magnū, & duæ personæ quibus datur, videlicet pauper & diues,ita in proposito sunt duo data, videlicet pœnitentia, quæ est vt paruum quid,& innocentia,quæ est quid magnum,& præsupponuntur duæ personæ,videlicet,malè merita de Deo quæ est vt pauper,& nō malè merita,quæ est vt diues. Datus nanque innocentia simpliciter & absolutè præsuppositæ(ordine naturæ saltē) personæ non malè meritæ,vt pote quę nūquã offendisse supponitur, quæ sola est susceptiua doni innocentię totalis, quod dico propter innocentiã secundū partē, s. à peccato actuali tantū. In quo sensu appellam⁹ innocentes paruulos occisos ab Herode in Christi natiuitate.

¶Ad secundam verò obiectionem dicitur, ꝙ vtrunque horū beneficiorū est superueniens non meritis & demeritis,sed demeritis & non demeritis personarum.Et hęc distinctio personarum secundū demeritum vel non demeritum, sufficit ad distinguendum in beneficiis magnitudinem in se vel huic. Et sic est in proposito,vt patet ex dictis.Vnde falsum est, quòd quanto maius est in se quàm aliud in se, tanto maius est huic,quàm aliud illi alteri.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd aliud est esse magnitudines diuersarum rationum, vt sint linea & superficies, & aliud est magnitudines attendi secundū diuersa, vt si magnitudo coloris attendatur secundū subiectū,vel secūdū agens.Et in ꝓposito duæ magnitudines,scilicet rei in se & in cōparatione ad alterum,non sunt diuersarū rationū sic,sed attendunt secundū diuersa,s.secundū quãtitatē suã,& secundū ꝓportionem ad alterū.Et vna istarū supueniens alteri facit maius vel minus. Ducatus em̄ aureus secundū se est quoddã bonū vtile,paruæ quãtitatis:relatus autē ad pauperē mendicū fit de paruo magnū, & fortè maximū bonū vtile illi:relatus autem ad Regē,ꝓ nihilo habet.Nullus ergo est error si paruum in se donū magnū dicitur relatū ad malè meritū de Deo, nec est verū ꝙ donum innocentiæ nullã habeat magnitudinē relatum ad eum cui datur: qm̄ gratis dat huic,ac ꝓ hoc habet duas magnitudines:alterã in se,secundū quam est tantæ bonitatis,alterã in ꝓportione ad eum cui dat,ꝓ quãto gratis,& nō ex debito datur illi, cui dat.Nullū igitur sophisma in litera cōmittitur,hec mutat mai⁹ in multa,aut cōuerso:sed quãtum ꝓportionatum sic vni,cōparatur quãto sic ꝓportionato alteri in rōne doni,quod eorum mai⁹.

¶ Ad quartum dubium dicitur,ꝙ falsa est imaginatio in argumento, dū q̄rit ꝙ magnitudo īnocētiæ absolutè debeat excedi ab vtraq;simul iuncta magnitudine pœnitentiæ.Nō versat hoc in quæst.vt patet in exēplo allato de oblatione viduæ.Nã cū dicit ꝙ vidua pl⁹ obtulit quã alij,nō cōparam⁹ vtrãq; quantitatē oblationis viduæ quãtitati absolutè pecuniæ oblatæ ab aliis,sed vtrãq; vni⁹ vtrique alterius, vt vna informat altera,hoc est,quãtitatē minuti,vt substernit relationi ad viduã quãtitati aurei,vt substat relatiōi ad diuitē,vt patet ex verbis Dn̄i,Lucæ 21.Reddit em̄ rōnē quare vidua obtulit pl⁹, qa obtulit sibi necessariū,alij aūt min⁹,quia sibi supfluū obtulerūt.Vbi apparet ꝙ quãtitas excessa est quãtitas aurei no absolutè supta,sed vt relata est relatiōe supflui ad dãtē.Et sic in ꝓposito,donū innocētiæ nō absolutè,sed relatū ad eū cui dat,dicit excedi à dono pœnitētię nō absolutè,sed relato ad malē meritū de Deo,cui dat.Et hoc est verū.Nec obstat exēplū de præseruatiōe beatæ Virginis, tū quia persona illa, cui donum præseruationis concessum secundum aliquos fuit,erat obnoxia peccato ex vi carnis suæ per propagatione immediatè genitã, & consequenter donū tale fuit etiã redemptiuum & liberatiuum personæ. Ac per hoc ex conditione miserabili personæ donū illud redditur maius quàm in se sit. Non sic aūt in innocentia accidit,vbi persona non supponitur obnoxia peccato, quãuis potens peccare:tū quia in casu illo diceretur quòd beata Virgo accepisset maius beneficiū secundū quantitatē beneficij, sed non maius sibi,ita qđ mundata à peccato recepit maius sibi, præseruata aūt recepisset maius nō sibi,sed absolutè,& ideo fuisset melior, dignior, & magis dilecta à Deo.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quòd nulla interuenit æquiuocatio, sed eodem modo sumit hic secundū se, vt sumitur in tertio Ethicorū. Est enim sensus literæ quod dona innocentiæ & pœnitentiæ comparantur dupliciter. Vno modo secundum se,hoc est nudą,secūdum id tãtum quod sunt.Et sic donū innocentiæ inuenitur maius.Et quod conuenit alicui hoc modo, vocatur in tertio Ethicorum conuenire illi absolutè.Alio mō,prout actualiter in rerū natura exercētur,hoc est, vt sūt vestita tali relatione seu proportione ad talē personã vel finē.Et sic donū pœnitentiæ inuenitur maius.Quoniam sumendo ex vna parte donum innocentiæ vestitū proportione ad eum cui datur,ex alia parte donum pœnitentiæ vestitum ꝓportione ad eum cui datur,inuenitur quòd donum pœnitentiæ est maius huic, quàm donū innocentiæ illi.Quia maius est malè merito donum charitatis: vt quatuor, quàm nō malè merito idē donū cum dignitate innocentiæ. Quoniam ille est in contraria dispositione ad tale donum,iste non.Et quoniã hoc esse maius donum hic,quàm illud illi est esse maius donum cōsideratis donis,prout sunt actualiter in actu exercito vestita suis relationib⁹ ad singularia:iō concludit donū pœnitētiæ esse mai⁹ simpliciter loquendo Et quia quod conuenit alicui hoc modo,distinguitur in tertio.Eth.contra id quod conuenit ei absolutè considerato,ideo optimus est processus literæ.

¶ Ad sextū dubiū,qđ est pricipale,dicit ꝙ verū est ꝙ innocēs,cæteris paribus est magis dilect⁹ à Deo,& melior,& in supiori sede locãdus,& hēt maius bonū àDeo quã pœnitens,& maius donū secundū se q̄ pœnitens,sed qa hēt minus donū sibi,iō minus tenet ad gratiarum actiōes quã pœnitens.Ita ꝙ penes aliud attendit quãtitas vinculi ad gratiarū actiones,& penes aliud quãtitas bonitatis & dilectiōis Dei in istis,s.innocente & pœnitēte.Nã quãtitas bonitatis & dilectiōis Dei attendit penes magnitudinē rei,quã in se hēt.Ille em̄ est melior q maiorē habet bonitatē,& idē magis diligit àDeo.Sed quãtitas gratitudinis attēdit penes magnitudinē doni relati ad eū cui dat.Ille em̄ tenet esse plus gratus q plus sibi recipit.Et quia magnitudo ista in ꝓportiōe cōsistens,crescit ex demerito psonæ cui dat,iō nō est mirãdū,si minus bonus magis tenet ad gratiarū actiōes, cuius signū manifestum est,ꝙ quãto quis ad æqualē charitatē ex peiore statu resurgit,tãto maius donum recipit,& tãto magis tenet ad gratiarum actiōes,& nō tū ꝓpterea est melior.Notãter autem dixi,ī istis,quia simpliciter loquendo,quãto quis est melior,tãto magis tenet ad gratiarum actiōes Deo à quo est omne bonum.Sed in istis,s.pœnitente & innocente,inuenit aliter p accidens,seu rōne materiæ.Quia s.pœnitentiæ donum auget ex demerito psonæ,cui dat.Et ꝓpterea Autor specialē q. mouit de gratitudine maiore inter istos.Et hinc patet quã bona fuerit distinctio præposita de iis quæ dãt,vt sunt in gn̄e bonorum,vel vt sunt in gn̄e donorum.Nō ergo cōtradicunt sibi inuicem dicta Autoris.Sed alibi docuit innocentem simpliciter esse meliorem & magis dilectū quã pœnitentem,cęteris paribus.Hic verò docet pœnitentem recipere maius donū simpliciter, & plus

det ex honestate debentis. Et ideo oportet reddi debito tempore secundum qđ exigit rectitudo virtutis.

¶ Ad secundum dicendum,ꝙ feruor voluntatis non est virtuosus,nisi sit ratione ordinatus. Et ideo si aliquis ex feruore animi præoccupet debitum tempus,non erit laudandus.

¶ Ad tertium dicendū,ꝙ beneficia etiam sunt opportuno tempore dãda:& tūc nō est amplius tardãdū, cum opportunū tēpus aduenerit.Et idem etiã obseruari oportet in beneficiorum recōpensatione.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum gratiarum actio sit attendenda secundum affectum beneficiantis,an secundū effectum.

AD QVINTVM sic ꝓceditur.Videtur quòd beneficiorum recōpensatio non sit attendenda secundum affectum beneficiantis,sed secundum effectum.Recompensatio enim beneficiis debetur.Sed beneficiū in effectu cōsistit, vt ipsum nomen sonat: ergo recompensatio debet attendi secundum effectum.

¶2Præterea,Gratia quæ recōpēsat beneficia,est pars iustitiæ. Sed iustitia respicit æqualitatem dati & accepti:ergo in gratiarum recompensatione attendēdus est magis effectus quã affectus beneficiãtis.

¶3 Præterea, nullus potest attendere ad id quod ignorat.Sed solus Deus cognoscit interiorē affectum:ergo non pōt fieri gratiæ recompēsatio secundū affectū.

¶SED CONTRA est,quòd Seneca dicit in primo de beneficiis.*Nōnunquã magis nos obligat qui dedit parua magnificè, q. exiguū tribuit, sed libēter. *Lib.1.ca. 7.*

¶RESPONDEO dicēdū,ꝙ recompensatio beneficij potest ad tres virtutes pertinere s.ad iustitiam,ad gratiam,& ad amicitiã.Ad iustitiã quidem pertinet qn̄ recōpensatio habet rōnē debiti legalis, sicut in mutuo & aliis huiuiusmodi: & in tali recompensatio debet attendi secundum quantitatem dati. Ad amicitiã autem pertinet recompensatio beneficij, & similiter ad virtutē gratiæ secundum quòd habet rationem debiti moralis, aliter tamen & aliter.Nam in recompensatiōe amicitiæ oportet respectum haberi ad amicitiæ causam.Vnde in amicitia vtilis debet recompensatio fieri secundū vtilitatem,quã quis ex beneficio consecutus est.In amicitia autē honesti dēt in recōpensatione haberi respect⁹ ad electionem siue ad effectum dãtis:quia hoc præcipuè requiritur ad virtutem, vt dicitur in 8.Ethic.* Et similiter, quia gratia respicit beneficium secundum qđ est gratis impensū,quod quidem pertinet ad affectū:ideo etiam gratiæ recompensatio attēdit magis affectū dantis,quã effectū. *Cap.13. to.5.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ omnis act⁹ moralis ex volūtate depēdet. Vn̄ beneficium secundum qđ est laudabile, prout ei gratiæ recompensatio debetur, materialiter quidem consistit in effectu, sed formaliter & principaliter in voluntate. Vnde Seneca dicit in primo de Beneficiis.* Beneficium non in eo qđ fit,aut datur consistit, sed in ipso dantis aut facientis animo. *Cap.6.*

¶ Ad secundum dicendū,quòd gratia est pars iustitiæ,non quidē sicut species generis,sed per quandam reductionem ad genus iustitiæ,vt suprà dictum est.* Vnde non oportet,quòd eadem ratio debiti attendatur in vtraque virtute. *Quæst.80*

¶ Ad tertium dicendū ꝙ affectum hominis per se quidē solus Deus videt,sed secūdum quod per aliqua signa manifestatur,potest etiam ipsum homo cognoscere.Et hoc modo affectus beneficiãtis cognoscitur ex ipso modo,quo beneficium tribuitur,puta,quia gaudenter & prōptè aliquis beneficium impendit.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum oporteat aliquem plus exhibere in recompensatione, quam susceperit in beneficio.

AD SEXTVM sic proceditur.Videtur quòd nō oporteat aliquē pl⁹ exhibere in recōpensatione quàm susceperit in beneficio.Quibusdã enim (sicut parentibus) nec etiam æqualis recompensatio fieri potest, sicut Philosophus dicit in 8.Ethi.* Sed virtus non conatur ad impossibile. Non ergo gratiæ recompensatio tendit ad aliquid maius. *Infrà qō. 107. art. 2.cor.*

¶2Præterea,Si aliqs pl⁹ recōpēsat quàm in beneficio acceperit, ex hoc ipso quasi aliqđ de nouo dat.Sed ad beneficium de nouo datū tenet hō gratiã recōpensare. Ergo ille qui primo beneficiū dederat, tenebit aliquid maius recēpēsare. Et sic procederet in infinitū.Sed virt⁹ nō conatur ad infinitū, qa infinitū aufert naturã boni,vt dicit in 2.Met.*Ergo gratiæ recompensatio non debet excedere acceptum beneficium. *Circa finem to.5.* *Tex.8.to. 3.*

¶3Præterea,Iustitia in æqualitate consistit.Sed maius,est quidam æqualitatis excessus:cùm ergo in qualibet virtute excessus sit vitiosus,videtur quòd recōpensare aliquid maius accepto beneficio sit vitiosum & iustitiæ oppositum.

¶SED CONTRA est,quod Philosophus dicit in 5.Ethi.* Refamulari oportet ei qui gratiam fecit,& rursum,ipsum recipere: quod quidem fit, dum aliquid maius retribuitur.ergo recompensatio debet tendere ad hoc quòd aliquid maius faciat. *Cap.5.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd sicut dictum est*,recōpensatio gratiæ respicit beneficium secundum voluntatem benefacientis.In quo quidem præcipuè hoc commendabile videtur, quòd gratis beneficium contulit,ad qđ non tenebatur. Et ideo qui beneficiū accepit,ad hoc obligatur ex debito honestētis,vt similiter aliquid gratis impendat.Non autem videtur gratis aliquid impendere, nisi excedat quantitatem accepti beneficij : quia quandiu recompensat minus vel æquale, non videtur facere gratis, sed reddere quod accepit. Et ideo gratiæ recompensatio semper tendit, vt pro suo posse aliquid maius retribuat. *Ar. præ. & art.3.*

¶AD PRIMVM ergo dicendū,ꝙ sicut dictum est,*in recompensatione beneficij magis est considerandus affectus q̄ effectus Si ergo cōsideremus effectum beneficij, quod filius à parentibus accepit,s.esse& viuere,nihil æquale filius recompensare potest,vt Philosophus*dicit.Si autem attendamus ad ipsã voluntatem dantis & retribuentis,sic potest filius aliquid maius patri retribuere,vt Seneca* dicit in tertio de beneficiis. Si tamen non posset,sufficeret ad gratitudinem recompensandi voluntas. *In corpo. & art.3. ad 5. & 6.* *Lib.8.Ethic. ca. vlti.* **Cap.11. & 17.*

¶ Ad secundum dicēdum,ꝙ debitum gratitudinis ex charitate deriuatur:quæ quãto plus soluitur,tanto magis debetur,secūdum illud ad Ro. 13. Nemini quicquam debeatis,nisi vt inuicem diligatis. Et ideo nō est incōueniens, si obligatio gratitudinis interminabilis sit.

¶Ad tertium dicēdum, ꝙ sicut in iustitia,quæ est virtus cardinalis,attēditur æqualitas rerū, ita in gratitudine attēditur æqualitas voluntatum:vt s.sicut ex prōptitudine voluntatis beneficium aliquis exhibuit, ad quod nō tenebatur,ita etiã ille qui suscepit beneficium,aliquid suprà debitum recompenset.

QVÆSTIO CENTESIMA SEPTIMA,de Ingratitudine,in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de ingratitudine. ¶ Et circa hoc quærunt quatuor.¶Primò,vtrum ingratitudo semper sit peccatum.¶ Secundò, vtrum ingratitudo sit peccatum speciale. ¶ Tertiò ,vtrum ingra

& plus teneri ad gratiarum actiones Deo,quæ stare simul patet. Et propterea nomine doni hic Autorem vsum fuisse perspice, & vide quàm doctior seipso Autor fuerit hic,quàm ī quarto sentētiarum, dist. 22. qō.1.art.2.q.2.vbi adhuc non penetrauerat,pœnitentiam esse simpliciter maius donum pœnitēti quàm innocentiã huię. Cū his tamen intellige quod propriè & exactè loquendo innocens tenetur minus ad gratiarum actionem,sic tamē quòd tenetur ad maiores gratias agendas.Pœnitens verò sic tenetur magis ad gratiarum actionem, quòd tamen non tenetur ad maiores gratias agendas. *Suprà arti.3. ad 5. & 6. & infra ar. 6.ad 8.* Vt sic ex parte beneficiati,modus vinculi respondeat modo dandi ex parte dantis,& quantitas gratiarum respōdeat quantitati rei datæ à donante. Patet nanque in litera, quod secundum hæc duo magnificatur gratia donantis: & quòd pœnitenti magis gratis datur: innocenti verò maior gratia datur.

¶ Super Quæstionis centesimæ sextæ Articulum quintum.

IN art.5. eiusdem 106. qō. dubium occurrit quia diuersæ virtutes oportet quòd habeant actus sub diuersis formalibus rationibus. Ac per hoc malè in litera dicitur,quòd recompensatio beneficij secundū eandem rationem,s.affectum dantis, spectat ad duas virtutes, s.gratiã & amicitiã honesti.

¶ Ad hoc dicitur, quod aliud est loqui de rationibus formalibus adæquatis ipsis virtutibus, & aliud de aliqua vna particulari ratione contenta sub adæquata. Oportet nanque omnem actum vnius virtutis esse alterius rationis ab actu alterius, loquendo de ratione formali adæquata virtutis. Sed non oportet hoc, loquendo de aliqua ratione particulari. Quoniam stat ꝙ vna particularis ratio contineatur materialiter sub formali ratione vtriusque virtutis.Vnde in proposito quamuis gratia & amicitia conueniant in hac causa recōpēsandi beneficium, videlicet in affectu dantis:sub diuersa tamē ratione vtraque hoc facit.Nã amicitia honesti hoc facit in ordine ad amicum simpliciter & absolutè : gratia autem ad benefactorem,vt sic. Amicitiæ namque obiectum est ipse proximus absolutè, gratiæ autem nō,sed beneficiū seu benefactor, vt sic. Nec te moueat ꝙ Autor amicitiã virtutē appellauit loquens non de amicitia quæ ponitur inferi⁹ pars iustitię,vocata affabilitas : sed de amicitia honesti, de qua est dubium an sit virtus,vt patet 8.Ethic. vtitur enim Autor in verbis positione dicente, ꝙ amicitia est virtus,Vel quia amicitia saltem est cum virtute,idem protulit iudiciū de virtute & de consequente ad virtutē. Amicitia namque est virtus,aut cumvirtute. Et propterea potest dici virtus cōcomitanter: quia virtutem consequitur. Et nota demū ex litera practicam negotiatorū ꝙ si grati esse debent, quãtū lucri sibi accesserit ex beneficio amicitiæ vtilis,considerare debent.Quo fit, vt qui ad quantitatem lucri respiciendo remunerant,supponant benefactorē vtilitatis gratia beneficiū præstitisse,absque pacto &c.Nam si honesti gratia beneficium collatū supponerent, non mentirentur proprium lucrum, in recompensando beneficium, sed affectum benefactoris. Et hæc de tota hac quæst. cum dictis in quęstione sequenti dicta sufficiãt.

¶ Super Quæstionis centesimæ septimæ Articulum primum.

IN quæstio.107.& specialiter in artic.3. dubium occurrit circa dictum

ctum autoris ibi videlicet. Poteſt tamen cōtingere quod talis ingratitudo ſit peccatum mortale, vel propter interiorem contemptum vel propter conditionem eius quod ſubtrahitur. *Infra q. 162. art. 4. ad 3.* Et eſt dubij ratio multiplex. *Cap. 1.* Tum quia ly talis ingratitudo, refert ingratitudinem, de qua immediatè ante ſermo habetur, ſ. quæ illud non tribuit debitū, ad quod non tenetur. Conſtat nanque quòd homo nō peccat mortaliter ex hoc quod non addit beneficio recepto. Satis eſt enim ad euitandū mortale peccatum reddere æquiualens. *Lib. 3. de lib. arb. c. 17. & li. 1. retract. ca. 9. to. 1.* Tū quia etiam reddere æquiualens particulari benefactori non obligat, pluſquam reddere debitā obedientiam Superiori. *Cap. 1.* Sed non adimplens præceptum Superioris circa contemptum, non peccat mortaliter peccato inobedientiæ. ergo non gratus citra contemptum beneficij, & benefactoris, quamuis omittat reddere quod debet, multo minus peccat mortaliter peccato ingratitudinis. *Lib. 4 in fine.* Conſiſtit enim formaliter ingratitudo in contemptu beneficij, ſicut inobedientia in contemptu præcepti. Tum quia per illa verba literæ, videlicet propter conditionem eius quod ſubtrahitur quod ex neceſſitate debetur beneficio ſimpliciter, vel in caſu: *Q. præce. art. 4. ad 1. & art. 6.* Autor intendit quod omiſſio omnis rei, quæ ex neceſſitate debetur beneficio ſimpliciter, aut in caſu, eſt peccatum mortale, & hoc videtur valde abſonum, quoniam ſequeretur quod ſiquis omitteret honorare, aut reuereri benefactorem, peccaret mortaliter. Et tenet ſequela ex articulo tertio præcedentis quęſtionis, vbi dicitur, quod benefactori, in quantū huiuſmodi debetur honor & reuerentia, eo quod habet rationem principij, per accidens autem ſubuentio, ſi indigeat. *Q. præc. art. 6. ad 1.* Falſitas autem conſequentis probatur ex eo quod ſiquis etiam omittit honorare patrem aut principem, abſque contemptu tamen, ſic enim loquimur, non peccat mortaliter. *Cap. 1.* Et tamen conſtat quòd peius eſt pietatē aut obſeruantiam omittere quàm gratitudinē vt patet ex primo articulo præcedentis quæſtionis. Aut Autor non intendit quòd omiſſio omnis rei debitæ ex neceſſitate benefico, ſed quòd omiſſio alicuius rei neceſſario debitæ benefico illius, ſ. quæ talis ē cōditionis, quod eius omiſſio priuationē charitatis infert, mortale peccatum eſt. *3. q. 88. art. 4. et 4. diſ. 22. q 1. arti. 2. q. 1.* Et tunc reſtat ſub dubio quæ eſt

titudo ſit peccatū mortale. ¶ Quartò, vtrū ingratis ſint beneficia ſubtrahenda.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum ingratitudo ſit ſemper peccatum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ingratitudo nō ſemper ſit peccatum. Dicit enim Seneca in 3. de Beneficiis,* quòd ingratus eſt qui non reddit beneficium. Sed quandoque aliquis non poſſet recompenſare beneficiū niſi peccando, puta, ſi auxiliatus eſt homini ad peccandum. Cùm ergo abſtinere à peccato non ſit peccatum, videtur quòd ingratitudo nō ſēper ſit peccatū. ¶ 2 Præterea, Omne peccatū eſt in poteſtate peccantis, quia ſecundum Auguſt. nullus peccat in eo, quod vitare non poteſt. Sed quandoque non eſt in poteſtate peccantis ingratitudinem vitare, puta, cū non habet vnde reddat: obliuio etiam nō eſt in poteſtate noſtra, cū tamē Senecā dicat in tertio de beneficiis*, quòd ingratiſsimus omnium eſt qui oblitus eſt: ergo ingratitudo nō ſemper eſt peccatū. ¶ 3 Præterea, Non videtur peccare qui nō vult aliquid debere, ſecūdum illud Apoſtoli ad Ro. 13. Nemini quicquàm debeatis. Sed qui inuitus debet, ingrat⁹ eſt, vt Seneca dicit in quarto de Beneficiis*: ergo nō ſēper ingratitudo eſt peccatum.

¶ SED CONTRA eſt, quòd ſecundæ ad Tim. 3. ingratitudo connumeratur aliis peccatis, cum dicitur, Parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt,* debitū gratitudinis eſt quoddā debitū honeſtatis, quam virtus requirit. Ex hoc aūt aliquid eſt peccatū, quòd repugnat virtuti. Vnde manifeſtū eſt ꝙ omnis ingratitudo eſt peccatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quod gratitudo reſpicit beneficium. Ille autē qui alicui auxiliatur ad peccandum, non cōfert beneficiū, ſed magis nocumentū. Et ideo nō debetur ei gratiarū actio, niſi fortè ꝓpter voluntatem bonā ſi ſit deceptus, dū credidit adiuuare ad bonū, & adiuuit ad peccandū. Et tunc nō debet talis recōpenſatio, vt adiuuet ad peccādū: quia hoc non eſſet recompenſare bonū, ſed malum: qđ cōtrariatur gratitudini.

¶ Ad ſecundū dicēdum, quòd null⁹ propter impotentiā reddendi, ab ingratitudine excuſatur, ex quo ad debitū gratitudinis reddendū ſufficit ſola voluntas, vt dictum eſt.* Obliuio autē beneficij ad ingratitudinē pertinet, non quidē illa, quę prouenit ex naturali defectu, qui nō ſubiacet voluntati, ſed illa quæ ex negligentia ꝓuenit. Vt enī dicit Seneca in tertio de benefi.* Apparet illū non ſæpe de reddendo cogitaſſe, cui obrepſerit obliuio.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ debitū gratitudinis ex debito amoris deriuatur, à quo nullus debet velle abſolui. Vnde quod aliquis inuitus hoc debitum debeat, videtur prouenire ex defectu amoris ad eum, qui beneficium dedit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum ingratitudo ſit ſpeciale peccatum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd ingratitudo nō ſit ſpeciale peccatū. Quicūq; enī peccat, contra Deum agit, qui eſt ſummus benefactor. Sed hoc ꝑtinet ad ingratitudinē: ergo ingratitudo nō eſt ſpeciale peccatū. ¶ 2 Præterea, Nullum ſpeciale peccatum ſub diuerſis peccatorū generibus cōtinetur. Sed diuerſis peccatorū generib⁹ pōt aliquis eſſe ingratus: puta, ſi quis benefactori detrahat, ſi quis furet, vel aliquid aliud huiuſmodi contra eum committat. Ergo īgratitudo nō eſt ſpeciale peccatū. ¶ 3 Præterea, Seneca dicit in 3. de beneficiis,* Ingratus eſt qui diſsimulat: ingratior eſt qui non reddit: & ingratiſsimus omniū qui oblitus eſt. Sed iſta non vidētur ad vnā peccati ſpeciē pertinere. Ergo ingratitudo nō eſt ſpeciale peccatum.

¶ SED CONTRA eſt, quòd ingratitudo opponitur gratitudini, ſiue gratiæ, quæ eſt ſpecialis virtus. ergo eſt ſpeciale peccatum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd omne vitiū ex defectu virtutis nominat, qui magis virtuti opponitur: ſicut illiberalitas magis opponitur liberalitati quā prodigalitas. Poteſt autem virtuti gratitudinis aliquod vitiū opponi per exceſſum, puta, ſi recompenſatio beneficij fiat vel ꝓ quibus nō dēt, vel citius quàm debet, vt ex dictis patet.* Sed magis opponit gratitudini vitium, quod eſt per defectū: quia virtus gratitudinis (vt ſupra habitū eſt*) in aliquid amplius tendit. Et ideo propriè ingratitudo nominatur ex gratitudinis defectu. Omnis aūt defect⁹ ſeu priuatio ſpeciē ſortitur ſecundū habitū oppoſitū. Differūt enim cæcitas & ſurditas ſecūdū differentiā viſus & auditus. Vnde ſicut gratitudo vel gratia eſt vna ſpecialis virtus, ita etiam ingratitudo eſt vnū ſpeciale peccatū: habet tamē diuerſos gradus ſecundum ordinē eorum quæ ad gratitudinē requirūtur. In qua primū eſt ꝙ hō acceptum beneficium recognoſcat: ſecundum eſt, ꝙ laudet & gratias agat. Tertium eſt, ꝙ retribuat pro loco & tēpore ſecundum ſuā facultatē. Sed quia quod eſt vltimum in generatione eſt primū in reſolutiōe, iō prim⁹ ingratitudinis grad⁹ eſt, vt hō beneficiū nō retribuat. Secund⁹ eſt, vt diſsimulet, quaſi nō demōſtrās ſe beneficiū accepiſſe. Tertiū & grauiſsimū eſt, ꝙ nō recognoſcat ſiue ꝑ obliuionē, ſiue quocunq; alio mō. Et qa in affirmatiōe oppoſita intelligit negatio, iō ad primum īgratitudinis gradum ꝑtinet, ꝙ aliquis retribuat mala pro bonis: ad ſecūdum qđ beneficiū vituperet: ad tertiū ꝙ beneficium quaſi maleficium reputet.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ in quolibet peccato eſt materialis ingratitudo ad Deum, inquātum ſ. facit homo aliquid, quod poteſt ad ingratitudinem pertinere. Formaliter autem īgratitudo eſt, quando actualiter beneficium contemnitur. Et hoc eſt ſpeciale peccatum.

¶ Ad ſecundum dicēdum, quòd nihil ꝓhibet formalem rationem alicuius ſpecialis peccati in pluribus peccatorum generibus materialiter inueniri. Et ſecundum hoc in multis generibus peccatorum inuenitur ingratitudinis ratio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa tria nō ſunt diuerſæ ſpecies, ſed diuerſi gradus vnius ſpecialis peccati.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ingratitudo ſemper ſit peccatum mortale.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Videtur quòd ingratitudo ſemper ſit peccatū mortale. Deo enim maxime dēt aliquis eſſe gratus. Sed peccando venialiter homo nō eſt ingrat⁹ Deo. Alioquin omnes homines eſſent ingrati. Ergo nulla ingratitudo eſt peccatum veniale. ¶ 2 Præterea. Ex hoc aliquod peccatū eſt

iſta cōditio rei ex neceſſitate benefico debitæ ſimpliciter, puta honoris, aut reuerentiæ, non enim apparet. Tum quia ingratitudo, vt in litera dicitur in reſponſione ad ſecundum articuli primi quæſtionis præcedentis, *Cap. 3.* non eſt contra debitum legale, ſed ſolummodo contra debitū honeſtatis. Sed omittere id quod ſolum ex honeſtate eſt debitum, quamuis minus bonum ſit, peccatum tamē mortale non videtur. Et confirmatur, quia ſi eſſet mortale peccatum, eſſet peccatum contra proximum: & cum cōſiſtat in ſubtractione, oporteret, quòd conſiſteret in læſione proximi in aliquo notabili ad hoc quod eſſet peccatū mortale ex ſuo genere: ſicut cætera vitia quæ proximum lædunt, vt patet de contumelia, detractione, &c. *Art pre. & q. 106. art. 4. * q. prec* In nullo autem notabili apparet lædi proximū ab ingrato per ſolam omiſsionem circa cōtemptum.

¶ In eodem articulo dubium aliud occurrit circa ſubiunctam differentiam, *D. 677.* videlicet quòd ingratitudo proueniēs ex peccato mortali habet perfectam ingratitudinis rationem. Quæ verò prouenit ex veniali, imperfectam: quod intendit Autor. Nam aut loquitur de ingratitudine formaliter, aut materialiter: ſi formaliter nulla eſt differentia: qa ex qualicunque peccato proueniat ingratitudo formalis, habet perfectam rationem ingratitudinis, vt patet: ſi materialiter, falſum dicitur quod ingratitudo proueniens ex mortali habet perfectam ingratitudinis rationem. Nam perfecta ingratitudinis ratio non habetur, ſine eo quod complet rationem formalem ingratitudinis. Sicut nęc habetur perfecta ratio nauis, ſi materia tantum habeatur ſine forma ipſi⁹ nauis, vt patet.

¶ Ad horum euidentiam ſciendum eſt, quòd ingratitudo dupliciter ſumitur, ſcilicet formaliter, & ſic eſt ſolummodo contemptus beneficij ſeu benefactoris: ſicut inobedientia eſt cōtemptus præcepti, vt ex articulo ſecundo in reſponſione ad primum habes. Et propterea ingratus formaliter ille ſolus eſt, qui ex contemptu omittit retribuere, aut laudare aut reminiſci: vel committit aliquid contra benefactorem. Et hoc membrum ſcilicet ingratitudo, formaliter exprimitur in litera hac ibi, propter interiorem contemptum: & quia contemptus

tēpus beneficij vel benefactoris directè cōtrariat virtuti gratitudinis, & tollit charitatē ex qua tenemur diligere benefactorē: ideo ingratitudo formaliter videt de genere ſuo peccatū mortale. Pōt tñ eſſe veniale ꝓpter imperfectionē actus, vel ex parte actus: puta, qa primus motus, vel ex parte materiæ: puta, qa in re minima, vt de furto dicimus. Contēptus enī in re minima non eſt contemptus: ſicut furtum rei minimæ, quia minima, non eſt furtum. Secus autem ſi non ideo quia minima res eſt, furat quis aut contēnit, iuxta illud Luc. Qui infidelis eſt in minimo, & in magno infidelis erit. *Cap. 10. in fin.* Alio modo ſumit materialiter. Et tā omiſſio triplex in lrā numerata, ſ. retributionis in opere, locutione, & memoria, q̄ cōmiſſio etiā triplex in ope, locutione, & eſtimatione, ingratitudo eſt. Et hoc mēbrū in litera hac tangit per totū reſiduū corporis articuli, vt diſtinguit cōtra contēptū interiorē. Ita ꝙ Autor in hoc huius articuli corpore ſemp loquit de ingratitudine materialiter, niſi cùm loquit de ingratitudine formaliter, & intēdit ꝙ ingratitudo formaliter eſt peccatū mortale, vt dictum eſt: materialiter aūt nō, niſi ex cōditione omiſſi aut cōmiſſi: hoc eſt, ſi omiſſum eſt talis cōditionis, vt eius ſubtractio ſit mortale peccatū cōtra proximū. Verbi gratia: Socrat. expoſuit ſe mortis periculo, vt me liberaret: ego autē eundē in mortis periculo poſitū poſſum eruere, & negligens ipſum eruere, ſino ipſum occidi. Et ſimiliter ſi benefactorē meū vulnero aut cōtumelia afficio.

¶ In his enī, & ſimilibus omiſſionib⁹ & cōmiſſionibus, ea quæ omittuntur aut committuntur ſunt talis cōditionis, ꝙ ingratitudinē, materialiter tñ, manifeſtè ingerūt. Sicut quodlibet peccatū mortale reſpectu Dei, ingratitudinē annexā habet peccatoris. Vnde ſicut ſuperius dictū eſt, ꝙ detrahēs materialiter tātum non peccat mortaliter, niſi ex cōditione mali prolati, qđ videlicet eſt notabiliter læſiuum famæ proximi: vt ſi quis de bene reputata muliere, ex loquacitate publicaret ei⁹ ſecretū adulteriū: ita nūc dicitur ꝙ ingratus materialiter, non peccat mortaliter, niſi ex conditione omiſſi aut commiſſi, quod videlicet notabiliter lædit proximum. Et quia hæc erat intentio Autoris, ideo ſtatim ſubiungit differentiam inter ingratitudinem cōſequentem peccatum mortale & veniale. Hæc nanque differentia ad materiam ingratitudinis ſpectat, de qua Autor ratiocinatur in litera, alio tamē ordine: quia primò diſtinxit modos ingratitudinis, ſcilicet vel per omiſſionem vel per commiſſionem. Et ſubdiuiſit ly per omiſſionem, ratione materiæ, quæ omitti poteſt, in duo membra, ſcilicet vel per omiſſionem debiti, ad quod tamen gratus non tenetur ex neceſſitate, vt adæquet beneficium, ſed vt abundet, iuxta determinata in art. 6. q. præcedentis, vel per omiſſionem debiti, ad quod gratus tenetur ex neceſſitate, vt adæquet beneficium. Et primo quidē Autor determinat ſimpliciter, ꝙ ingratus per ſolam omiſſionē debiti ſuperexcreſcentis non peccat mortaliter, ſed venialiter. Secundo, ꝙ ingratus per omiſſionē debiti neceſſarij ad adæquandum, peccare poteſt mortaliter dupliciter, vel propter interiorem contēptum, vel propter conditionem omiſſi. Tertiò, ꝙ ingratus per commiſſionem poteſt peccare mortaliter propter cōditionem commiſſi. Et tu ſubintellige quòd multò magis propter contemptum poteſt peccare mortaliter, quàm omittens: quanto contemptus ducens ad committendum, prior eſt omittente tantum. Et quia hoc manifeſtè ſequebatur ex dictis de contemptu omiſſionis, ideo tacuit hoc litera.

¶ Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd ly talis ingratitudo, nō refert ingratitudinem ſuperexcreſcentiæ, de qua negauerat litera mortale, & concluſerat veniale peccatū. Sed refert primū mēbrum diuiſionis, ſcilicet ingratitudinē per ſolam omiſſionem: de qua quia dixerat & manifeſtauerat quòd

mortale, qđ cōtrariatur charitati, vt ſuprà dictum eſt* *q 24. art. 1. 2.* Sed ingratitudo cōtrariatur charitati, ex qua ꝓcedit debitum gratitudinis, vt ſuprà dictum eſt* : *q. preced. art. 1. ad 3. & art. 6. ad 2* ergo ingratitudo ſemp eſt peccatum mortale. ¶ 3 Præterea, Seneca dicit in 2. de beneficiis*, Hæc bñficij eſt lex: alter ſtatim obliuiſci debet dati, alter memor eſſe accepti. Sed ꝓpter hoc (vt videt) debet obliuiſci, vt lateat eum peccatū recipiētis, ſi cōtingat eū eſſe īgratū, quod nō oporteret ſi ingratitudo eſſet leue peccatū. ergo īgratitudo ſemp eſt peccatū mortale.

¶ SED CONTRA eſt, quod nulli eſt danda via peccādi mortaliter. Sed ſicut Seneca dicit ibidē*, *Cap. 9.* interdū q iuuatur fallendus eſt, vt habeat, nec à quo acceperit ſciat, qđ videtur viā ingratitudinis recipienti præbere. ergo ingratitudo non ſemper eſt peccatum mortale.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd ſicut ex ſuprà dictis* patet, *Art præ. & art. 1. ad 1.* ingratus dicitur aliquis dupliciter. Vno modo ꝑ ſolā omiſsionē: puta, qa nō recognoſcit, vel nō laudat, vel nō retribuit vices pro beneficio accepto. Et hoc nō ſemp eſt peccatum mortale: qa, vt ſuprà dictū eſt*, *q. prec. art. 6.* debitū gratitudinis eſt, vt homo etiā aliquid liberaliter tribuat, ad quod nō tenet. Et ideo ſi illud ꝑtermittit, nō peccat mortaliter.* Eſt tamē peccatū veniale, qa hoc prouenit ex negligētia quadā: aut ex aliqua indiſpoſitione hominis ad virtutē. Poteſt tamē cōtingere quòd ēt talis ingratitudo ſit mortale peccatū, vel propter interiorē contemptum, vel etiā propter conditionē eius quod ſubtrahitur, quod ex neceſsitate debet beneficio ſiue ſimpliciter ſiue in aliquo neceſsitatis caſu. Alio modo dicit aliquis ingratus qa non ſolùm prætermittit implere gratitudinis debitum, ſed etiā contrariū agit. Et hoc etiā ſecundum conditionem eius quod agitur, quādoq; eſt peccatum mortale, quandoq; veniale. Sciēdum tamen quòd ingratitudo, quę prouenit ex peccato mortali, habet perfectā ingratitudinis rationem. Illa vero quæ prouenit ex peccato veniali, imperfectam.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ ꝑ peccatū veniale nō eſt aliquis ingrat⁹ Deo ſecundū ꝑfectā ingratitudinis rationē. Habet tñ aliquid ingratitudinis, inquātū peccatū veniale tollit aliquē actū virtutis, per quē homo Deo obſequitur. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ingratitudo, quæ eſt cum peccato veniali, nō eſt contraria charitati, ſed eſt præter ipſam: quia non tollit habitum charitatis, ſed aliquem actum ipſius excludit.

¶ Ad 3. dicendū, quod idē Seneca dicit in 7. de beneficiis*. *Cap. 22.* Errat, ſi qs eſtimat, cùm dicimus eum q beneficiū dedit, obliuiſci oportere, excutere nos illi memoriā rei, prę́ſertim honeſtiſsimæ. Cùm ergo dicimus, meminiſſe nō debet, hoc volumus intelligi, ꝑdicare nō debet, nec iactare. ¶ Ad quartum dicēdum, ꝙ ille q ignorat beneficium, nō eſt ingratus, ſi beneficiū nō recōpenſet, dummodo ſit paratus recōpēſare ſi noſſet. Eſt autē laudabile quādoq;, vt ille cui ꝓuidetur, beneficium ignoret, tum propter inanis gloriæ vitationē, ſicut beatus Nicolaus aurum furtim in domū proiiciēs, vitare voluit humanum fauorē, tum etiam qa in hoc ipſo amplius beneficium facit, ꝙ conſulit verecundiæ eius, qui beneficium accipit.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum ingratis ſint beneficia ſubtrahenda.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ingratis ſint beneficia ſubtrahenda: Dicitur enim Sap. 16. Ingrati ſpes tanquā hybernalis glacies tabeſcet. Non autē eius ſpes tabeſceret, ſi non eſſet ei beneficium ſubtrahendum. ergo ſunt ſubtrahenda beneficia ingratis. ¶ 2 Præterea, nullus debet alteri præbere occaſionē peccādi. Sed ingrat⁹ beneficiū recipiēs ſumit occaſionē ingratitudinis. ergo non eſt ingrato beneficium dādum. ¶ 3 Præterea, In quo quis peccat, ꝑ hoc & torquetur, vt dicitur Sap. 11. Sed ille, q ingratus eſt beneficio accepto, peccat cōtra beneficiū. ergo eſt beneficio priuād⁹.

¶ SED CONTRA eſt, qđ dicit Luc. 6. ꝙ Altiſsim⁹ benignus eſt ſuper īgratos & malos: ſed eius ꝑ imitationē nos filios eſſe oportet, vt ibidē dicitur. Ergo nō debemus ingratis beneficia ſubtrahere.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ circa ingratū duo cōſideranda ſunt, primo, qd eſt ꝙ ipſe dign⁹ ſit pati: & ſic certū eſt ꝙ meret bñficij ſubtractionē. Alio modo, cōſiderandū eſt, qd oporteat beneficū facere. Primò nāq; nō debet eſſe facilis ad ingratitudinē iudicandā: qa frequenter

non ſemper eſt peccatum mortale, modò ſubiūgit quòd poteſt eſſe mortale peccatum, vel propter contemptum interiorē, vel propter conditionem, &c.

¶ Ad ſecundam autem obiectionem dicitur, ꝙ vtique verum eſt, quòd ſicut inobedientia formaliter cōſiſtit in contemptu, ita & ingratitudo: ſed quēadmodū inobedientia materialiter inuenitur mortale peccatū propter conditionē eius quod prętéritur: puta, quia eſt cōtra Deū, vel proximū, vt patet in periurio & adulterio: ita ingratitudo inuenitur materialiter quandoq; mortale peccatum propter conditionē eius quod omittitur vel cōmittitur. Simile nanq; accidit vtrobique.

¶ Ad tertiā verò obiectionem dicitur, ꝙ Autor per illa verba intendit ſecundam partē diſiunctiuæ propoſitæ, videlicet ꝙ omiſſio alicuius neceſſariò debiti bñfactori poteſt eſſe peccatum mortale. Et determinatur in litera ꝙ eſt illud aliquod cum dicitur. Propter conditionem eius, &c. Pro cuius pleniori notitia, nota ꝙ quia particularis benefactor eſt etiā nobis ꝓximus, ideo debet ei & quod proximo & quod benefactori. Ita ꝙ tria ei debet qui ſuſcepit beneficiū, ſ. id quod debet ei vt ꝓximo, & quod ei debet vt benefactori: vt adęquet beneficiū ſuſceptū, & id quod eidē debet, vt ſic fiat quædā adæquatio voluntatum. *Infrà q. 122. art. 5. ad 4.* Hoc tertiū in litera dicitur ſuperexcreſcens debitū & diſtinguit cōtra neceſſario debitum: qđ ex neceſſitate debitū cōtinet ta primū quàm ſecundū. Quēadmodum enim ea quæ cōmuniter ꝓximis debemus, filius magis debet patri quā aliis, ita beneficiat⁹ magis debet benefactori ea quæ cōmuniter debentur ꝓximis, quàm aliis. Et quēadmodum impietatis materialiter eſt cōmiſſum in patrem quodcunq; crimen, ita ingratitudinis materialiter eſt omiſſum quodcunq; debitum, benefactori, quomodocunq; ei debeatur. Non intendit ergo Autor ſpecialiter de honoris & reuerentiæ omiſſione, quæ debentur per ſe benefactori, ſed de omiſſione cuiuſcunq; ex neceſſitate quomodolibet debiti benefactoris. Et docet ꝙ talis cōditionis poteſt eſſe id qđ omittit, ꝙ erit peccatū mortale, vt patet cū omittitur illud bonū ꝓximi, ad qđ de neceſſitate ſalutis tenet quis exhibēdū bñfactori ſimpliciter, vt eſt cōmunis amor: vel in caſu, vt eſt ſubuētio. Declaratur aūt hāc eſſe intētionē literæ, & ex eo ꝙ de ingratitudine materialiter loquit, & cōſtat hæc oīa eſſe materiā ingratitudinis: & ex eo ꝙ par iudiciū in lrā ſubiūgit de ingratitudine ꝑ cōmiſſionē alio modo, &c. Et cōcludit. Et hoc ēt, ſcđm cōditionē eius qđ agit, qñq; eſt peccatū mortale, & qñq; veniale. Leuis enī offenſa benefactoris ingratitudinē venialē habet annexā.

¶ Ad quartam demū obiectionem dicitur ꝙ vt in q. 80. ſuperius didicimus, debitū morale eſt duplex: quoddam ſine quo honeſtas morū non ſaluatur, quoddam ad bene eſſe. Et, vt ibi patet, gratitudo ſpectat ad debitum morale primo modo: ſicut etiā veritas & fidelitas. Violatio autē huiuſmodi debiti, vt prædictum eſt, poteſt fieri dupliciter, materialiter, vel formaliter. Et materialiter quidē non eſt peccatū mortale, niſi cōditio eius quod debetur, trahat in mortale: puta, quia eſt in notabile proximi nocumentū. Formaliter autem nō videtur regulā generalē habere. Quia quandoque conſiſtit in actu cōtra dilectionē proximi, & quandoque non: vt patet de mēdacio. In propoſito tñ, quia ingratitudo formaliter conſiſtit in actu contemptus benefactoris, ideo ex genere ſuo videtur mortale peccatum. Vñ ſuperius, cum de iudicio temerario tractaret, didicimus ꝙ inquantū nō eſt ſine cōtēptu ꝓximi, peccatū mortale eſt. Ex hoc ergo ꝙ cōtemptus benefactoris cōtrariat dilectioni, q̄ ex neceſſitate charitatis illi debemus, ingratitudo formaliter peccatū mortale etiā in litera ponit, dum dicit ꝙ propter interiorē cōtemptum omiſſio, eſt peccatū mortale. Et cū quæritur, quid tollit ꝓximo ingratitudo formaliter, reſpōdet ꝙ tollit amorē illi debitū, & honorē. Et hęc nō qualitercunque

Universidad de Deusto Biblioteca

cunq; tollit,sed cōtēnendo, quo cōtēptu cōmittit in benefactorē actu interiore,dū saltē ideo non vult tribuere, vt velit cōtra benefactorem.Sicut enī cōtemptus ꝑcepti est velle facere, vel omittere vt sit cōtra præceptū,ita cōtēptus beneficij,vt sic,ac ꝓinde benefactoris est velle facere,vel omittere vt sit cōtra benefactorē:quod ex suo genere sonat cōtrariū actū dilectioni benefactoris:ac ꝑ hoc Dei vel ꝓximi iniuriā importare videtur, q benefactor est. Ad idē enī vitium ingratitudinis spectat cōtemptus beneficij & benefactoris sicut ad eandē virtutē gratitudinis spectat vtrunq;. Cuius oppositū dictum est cōtingere in obediētia:quia contēptus præcepti spectat ad inobedientiā. Contēptus autē illius q præcipit spectat ad obseruantiæ vel pietatis cōtraria, & huiusmodi. Et ratio est, quia illi qui præcipiūt, speciali gaudent prærogatiua, vt Deus,pater,Princeps quibus proprias sibi vēdicāt virtutes maiores, virtute respiciēte eorū ꝑceptū. Sed particulares personę,quæ benefaciunt,nullā supponūtur habere specialē prærogatiuā,vltra hoc quòd beneficium conferunt.

¶ Ad dubium secūdum pōt dici ꝙ vtroque modo sumitur ingratitudo,& sensus in idē redit. Nam pōt dici ꝙ sumitur ingratitudo materialiter, & ꝙ ingratitudo materialiter tūc dicitur habere perfectā rationē ingratitudinis quādo habet perfectè materiam ingratitudinis. Et quia peccatum mortale est perfecta materia ingratitudinis, veniale autem nō:ideo ingratitudo consequens mortale dicitur ꝑfecta, alia imꝑfecta & secundū quid. Et pōt dici quòd sumitur ingratitudo formaliter, sed non simpliciter, sed quo ad materiam. Quia ex peccato mortali habetur ꝑfecta ratio ingratitudinis ex parte materiæ, ex veniali nō: prima tñ expositio magis literæ consonat. Et debes scire quòd ingratitudo formaliter,dupliciter inuenit,vel in propria specie, vel eleuata in superiori specie.Sicut potentia calefactiua inuenit formaliter in calore,& in luce. Ingratitudo formaliter in propria specie est vitiū,quo quis ingratus est particulari bñfactori, & opponitur directè virtuti gratiæ. Ingratitudo aūt formaliter eleuata in peius vitiū, continet modo sub vno, modo sub altero vitio.Nam respectu beneficij diuini,cōtinet sub irreligiositate, quæ opponitur religioni, ad quā spectat gratias agere Deo. Respectu verò beneficij paterni,cōtinetur sub impietate, quæ opponitur pietati: cuius est patri debitas gratias agere. Respectu verò Principum, spectat ad vitiū contrariū obseruātię,cuius est Principib⁹ gratias debitas reddere. Vnde quicūq; horū cōtēnit beneficiū, ingratus formali-

Lib.3.de beneficiis cap.7.

aliquis,vt Seneca dicit*,q non reddidit, gratus est:qa fortè non occurrit ei facultas aut debita opportunitas reddendi.Secundo,debet tendere ad hoc ꝙ de ingrato gratum faciat : ꝙ si non potest primo beneficio satisfacere, fortè faciet secundo.Si verò ex beneficiis multiplicatis ingratitudinem augeat & peior fiat,debet à beneficiorum exhibitione cessare.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ autoritas illa loquitur quantum ad id, ꝙ ingratus dignus est pati.

¶ Ad secūdum dicendū ꝙ ille q ingrato beneficium exhibet, nō dat ei occasionē peccandi, sed magis gratitudinis & amoris. Si vero ille q accipit, ingratitudinis exinde occasionem sumat, non est danti imputandum.

¶Ad tertium dicendum,quòd ille qui beneficium dat,non statim se debet exhibere punitorem ingratitudinis , sed prius pium medicum,vt scilicet iteratis beneficiis ingratitudinem sanet.

QVÆSTIO CENTESIMA-octaua,de Vindicatione, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vindicatiōe.¶Et circa hoc quærūtur quatuor. ¶ Primò, vtrum vindicatio sit licita.
¶Secundò,vtrum sit specialis virtus.
¶Tertiò,de modo vindicandi.
¶Quartò,in quos sit vindicta exercenda.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum vindicatio sit licita.

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ vindicatio nō sit licita. Quicunque enim vsurpat sibi quod Dei est, peccat. Sed vindicta pertinet ad Deum. Dicitur enim Deut.32. secundum aliam literā, Mihi vindictam & ego retribuā. Ergo omnis vindicatio est illicita.

infra q̄ō.118.art.3. q.15.art.9.cor. Et Mal. q̄ō.12.art.1. cor. & ad 8. & 14. & art.3. ad 5. Et Ro.12. lect.3. col. 5. & 7.

¶ 2 Præterea,Ille de quo vindicta sumitur,non toleratur. Sed mali sunt tolerandi:quia super illud Cant.2. Sicut lilium inter spinas dicit gl.*Non fuit bonus q malos tolerare nō potuit. Ergo vindicta non est sumenda de malis.

**Ex Grego homil. 38. ante med.*

¶3 Præterea,Vindicta ꝑ pœnas fit,ex quibus causatur timor seruilis.Sed lex noua nō est lex timoris,sed amoris, vt Aug.dicit cōtra Adamātium*.ergo ad minus in nouo Testamēto vindicta fieri nō debet.

Cap.17. tom.6.

¶4 Pręterea.Ille dicit vindicare se,q iniurias suas vlciscit.Sed,vt videt,nō licet etiā iudici in se delinquētes punire. Dicit enī Chrys.sup Matth.*Discamus exēplo Christi nostras iniurias magnanimiter sustinere. Dei aūt iniurias nec vsque ad auditum sufferre. Ergo vindicatio videtur esse illicita.

Hom.5. in opere imperfec. tom.2.

¶ 5 Præterea, Peccatū multitudinis magis est nociuum q̄ peccatū vnius tātum. Dicit enī Eccles.26. A tribus timuit cor meum,zelaturam ciuitatis,& collectionem populi,&c.Sed de peccato multitudinis nō est vindicta sumēda,qa sup illud Matth.13.Sinite vtraq; crescere,ne forte eradicetis triticū,dicit gl.*ꝙ multitudo non est excommunicāda, nec princeps: ergo nec alia vindicatio est licita.

Glossa ordin. ibidē ex Aug.

¶SED CONTRA.Nihil est expectādum à Deo nisi quod est bonū & licitū. Sed vindicta de hostib⁹ est expectāda à Deo : dicit enī Luc.18. Deus non faciet vindictā electorū suorū clamātium ad se die ac nocte?quasi diceret:imò faciet, ergo vindicatio nō est ꝑ se mala & illicita.

¶RESPONDEO dicēdum,ꝙ vindicatio fit ꝑ aliquod pœnale malū inflictū peccāti.Est ergo in vindicatione considerādus vindicātis animus. Si enī eius intētio ferat principaliter in malū illius, de quo vindictā sumit,& ibi quiescat,est omnino illicitū:qa delectari in malo alterius ptinet ad odiū,quod charitati repugnat, qua oēs homines debemus diligere. Nec aliquis excusat, si malū intendat illius,q sibi iniustè intulit malū:sicut nō excusat aliquis ꝑ hoc ꝙ odit se odientem.Nō enī debet homo in aliū peccare ꝓpter hoc,ꝙ ille peccauit pri⁹ in ipsum. Hoc enī est vinci à malo, quod Apostol⁹ ꝓhibet ad Rom.13.dicēs.Noli vinci à malo,sed vince in bono malū. Si verò intētio vindicātis ferat principaliter ad aliqđ bonū, ad quod ꝑuenitur ꝑ pœnā peccātis:puta,ad emendationem peccātis, vel saltē ad cohibitionē eius, & quietē aliorum, & ad iustitiæ conseruationē, & Dei honorē, potest esse d vindicatio licita aliis debitis circunstantiis seruatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendū,ꝙ ille q secundū gradū sui ordinis vindictā exercet in malos, non vsurpat sibi quod Dei est ; sed vtit potestate sibi diuinitus cōcessa. Dicit enī ad Ro.13. de Principe terreno,ꝙ Dei minister est,vindex in irā ei q malè agit. Si aūt præter ordinē diuinę institutiōis aliquis vindictā exerceat, vsurpat sibi quod Dei est,& ideo peccat.

¶Ad secundū dicendū, ꝙ mali tolerātur à bonis in hoc ꝙ ab eis proprias iniurias patiēter sustinent secundum ꝙ oportet. Non autem tolerant eos , vt sustineant iniurias Dei & proximorum.Dicit enim Chrys.sup Matth.*in ꝓpriis iniuriis esse quēpiā patientē laudabile est:iniurias autem Dei dissimulare nimis est impiū.

¶Ad tertiū dicendum, ꝙ lex Euāgelij est lex amoris. Ideo illis qui ex amore bonū operātur, qui soli propriè ad Euangelium pertinent, non est timor incutiendus per pœnas,sed solū illis qui ex amore nō mouentur ad bonū,qui etsi numero sint de Ecclesia,non tamen merito.

¶Ad quartū dicendū, ꝙ iniuria q̄ infert personæ alicui,quādoq; redūdat in Deū & in Ecclesiā:& tūc debet aliquis ꝓpriā iniuriā vlcisci.Sicut patet de Elia,q fecit ignē descendere sup eos q venerant ad ipsum capiendum.vt legitur 4.Reg.1.Et similiter Elisæus maledixit pueris eum irridentibus,vt habetur 4.Reg.2.Et Syluester Papa excōmunicauit eos , qui cū in exilium miserunt,vt habetur 23.quęstio.4*.Inquātū verò iniuria in aliquē illata ad eius ꝑsonā pertinet,debet eā tolerare patiēter si expediat. Huiusmodi enī pręcepta patientiæ intelligēda sunt secūdum præparationem animi:vt Aug.dicit in lib.de sermone Domini in monte*.

¶Ad quintū dicendū, ꝙ qn̄ tota multitudo peccat, est de ea vindicta sumēda vel quantū ad totā multitudinē, sicut Ægyptij submersi sunt in mari rubro ꝑsequētes filios Israël,vt habet Exod.14.& sicut Sodomitę vniuersaliter perierūt:vel quātū ad magnam multitudinis partem,sicut patet Exod.32. in pœna corū, qui vitulū

ter dicit, & est,sed nō secundū vnā rationē : qa alius secundū rationē irreligiositatis,alius secundū rationē impietatis, &c. Et hāc doctrinā colligere potes ab autore pluries repetēte,ꝙ religio est excellēter pietas,&c. Et specialiter in 1.art præced.quæst.vbi loquēs de his quatuor virtutib⁹,s.religione,pietate,obseruātia,& gratia,dixit,ꝙ posterior distinguit à priori,vt deficiens ab ea : quoniā prior iūcludit qđ est posterioris:nā religio dū colit Deū vt patrē,habet qđ est pietatis:& pietas dū colit patrē, vt principiū gubernatiōis, habet quod est obseruātiæ:& obseruantia dū colit Principes,vt benefactores, habet qđ est gratiæ.Et ꝑ cōsequēs dū cōtemnūtur bñficia Dei,patris,principis,aut particularis benefactoris,diuersæ sunt ingratitudines formaliter, vt declaratū est.Ingratitudo quoque materialiter in omnib⁹,quæ materia ingratitudinis, quomodolibet sumptę, esse possunt, inuenit.Et talis ingratitudo circunstantia ponit pctī illi⁹, qđ materia est ingratitudinis, & nō ad speciē ingratitudinis, sed ad speciē illius peccati,cuius est circunstantia spectat:vt in ar.vlt.quę.88.tertiæ Partis,Autor docet.Notare quoq; debes , quantum ꝓfecerit Autor, q in 4. senten.dist.12.q.1. art.2. q.1. posuit ingratitudinē opponi iustitiæ. Hic autē in art.2. opponi dicit eā gratiæ. Cū enim gratia sit pars potentialis iustitiæ , id quod ibi toti attribuit,hic ꝓpriè illius parti tribuit : quia ad distinctam cognitionem partis peruenit.

D.792.

¶Super Quæstionis centesimæ octauæ Articulum primum.

IN arti.1.q.108. dubiū non dissimulandū de vindicationis virtute occurrit.Et est ratio dubij qa vindicationis actus nō est nisi iustitiæ legalis actus secundū formā cōmutatiuę iustitię. Nā quod vindicatio nō sit actus singularis ꝑsonæ,vt est iustitia cōmutatiua , & sunt aliæ partes iustitiæ, ex eo patet, ꝙ vindicatio nō est licita inter partē & partē,sicut cōmutatio versatur inter partē & partē:sicut gratiarū actio est debita benefactori à beneficiato. Sed est tatū licita personæ publicæ : quoniā ad ipsam solam spectat vlcisci illatas iā iniurias. Act⁹ autē ꝓprius personæ publicæ ꝓpter cōmune bonū, ad iustitiā spectat legalē vtentē cōmutatiua iustitia, dum æquale debitū alicui secundū quantitatē reddit propter cōmune bonū. Ita ꝙ & ex parte subiecti,& ex parte qualitatis debiti, apparet ꝙ vindicatio non est virtus in singulari ꝑsona, nisi concedamus quòd vnicuiq; licitum sit vlcisci illatas sibi iniurias, tantumdem recompensando in malis pœnæ,sicut dictum est, ꝙ vnusquisque debet susceptis beneficiis vices reddere. Et hoc forte voluit Tullius, ponens vindicationem in malis,sicut gratiam

Hom.5. in opere imperfecto à me. tom.2.

cap.Guilisarius.

lib.1.cap.35.& 36. tom.4.

gratiā in bonis. Sed cū doctrina Christiana oppositū doceat in malis, mirū est ꝙ Autor secutus fuerit Tulliū,& non excluserit hæc dubia.

¶Ad hoc dicit,quod difficultatem inculcāt duo cōcurrētia ad vindicationem,quę videtur ad inuicē repugnare , videlicet ratio debiti moralis, & actus,scilicet reddere malū ꝓ malo. Nā si inspiciamus rationē debiti, inueniemus ꝙ priuata persona vindicationis est subiectum : quia hæc est differētia inter publicā & priuatā personā in ꝓposito, ꝙ persona publica debet debito legali vindicare illatas iniurias sibi commissas. Priuata aūt persona quę iniuriā recipit,debet debito morali tantū vindicare suā iniuriam. Non enim pōt cogi ad hoc ꝙ vindicet se.Iudex autem pōt cogi ad vindictam exercēdā.Si verò spectemus ad naturā actionis, videlicet reddere malū pro malo , inueniemus oppositū,hoc est, ꝙ persona priuata nō est subiectū vindicationis,sed persona publica , seu in potestate constituta. Nā reddere malū pro malo nō est licitū personæ priuatæ, sed personæ in potestate cōstitutę:ad quā spectat malos homines castigare, & reddere eis iuxta demerita sua,vt patet 23.q.4.c.Ea vindicta. Et sunt verba Augu. Et quoniā intellectus adæquādus est rebus,& non ecōtra, perspiciendū est quomodo possint hæc duo coire, vt veritas elucescat.

Libr.2.de inuent.fo.4.ante fi.

In princi.

¶Aduertendū est igitur ꝙ reddere malū ꝓ malo nō est actus virtutis: neque ita se habet actio ista ad vindicationē, sicut se habet reddere bonū pro bono ad gratitudinē:quia reddere malū pro malo, est actus contrarius charitati, cuius est & velle,& facere cuique bonū. Et propterea in litera primi articuli huius quæst. actio ista reprobata est, & attributa odio.Sed reddere malum pro malo punitiuè seu emēdatiuè,est actus virtutis,nō vnius tantū, quoniā, vt procedit ex affectu priuatæ ꝑsonæ, actio est vindicationis, & ex debito morali procedit,vt autē ex voluntate iudicis emanat, actio est cōmutatiuæ & legalis iustitiæ ex debito legali procedens.Est ergo singulare in hac virtute vindicationis , ꝙ persona quæ est subiectū virtutis,nō pōt per seipsam cōsūmare actionē propriā illi virtuti propter necessitatē materiæ:qa videlicet materia eius est malum pœnæ:quod coactiuā potestatē exigit in autore. Vnde & superius in præcedenti libro inter actiones legis cōnumerata est pu-

Libr.2.de inuēt.fol.4. ante fin.lib.

adorauerunt. Quādoq; verò si speretur multorum correctio,debet seueritas vindictæ exerceri in aliquos paucos principaliores,quibus punitis,cæteri terreantur:sicut Dñs Nume.25.mādauit suspēdi populi Principes pro peccato multitudinis. Si autē nō tota multitudo peccauit, sed ꝓ parte : tunc si possunt mali secerni à bonis,debet in eos vindicta exerceri,si tamē hoc fieri possit sine scādalo aliorū. Alioquin parcendū est multitudini & detrahendū seueritati. Et eadē ratio est de Principe,quē sequit multitudo. Tolerādū enī est peccatū ei⁹ si sine scādalo multitudinis puniri nō posset:nisi fortè esset tale peccatū Pricipis,qđ magis noceret multitudini, vel spiritualiter, vel tēporaliter,q̄ scandalum quod exinde orirer.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum vindicatio sit specialis virtus.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur ꝙ vindicatio nō sit specialis virtus ab aliis distincta.Sicut enim remunerantur boni ꝓ iis quæ bene agunt, ita puniunt mali pro iis quę malè agunt. Sed remuneratio bonorū nō pertinet ad aliquā virtutē specialē , sed est actus cōmutatiuæ iustitiæ : ergo pari ratione & vindicatio nō debet poni specialis virt⁹.

¶ 2 Præterea,ad actū illū nō debet ordinari specialis virtus, ad quē hō sufficiēter disponit ꝑ alias virtutes. Sed ad vindicandū mala sufficiēter disponit homo ꝑ virtutē fortitudinis & ꝑ zelū.Nō ergo vindicatio debet poni specialis virtus.

¶3 Præterea, Cuilibet speciali virtuti aliquod speciale vitiū opponit.Sed vindicationi nō videtur opponi aliquod vitium speciale:ergo non est specialis virtus.

¶SED CONTRA est,quod Tullius*ponit eam partem iustitiæ.

¶RESPONDEO dicendū, quòd sicut Philo.dicit in 2.Ethic.*aptitudo ad virtutē inest nobis à natura,licet cōplementum virtutis sit ꝑ assuetudinē vel ꝑ aliquā aliā causam.Vnde patet quod virtutes ꝑficiunt nos ad ꝓsequēdum debito modo inclinationes naturales q̄ pertinēt ad ius naturale. Et ideo ad quālibet inclinationē naturalē determinatā ordinat aliqua virtus specialis.Est autē quædā specialis inclinatio naturæ ad remouēdum nocumēta. Vnde & animalib⁹ datur vis irascibilis separatim à vi cōcupiscibili. Repellit autē homo nocumēta ꝑ hoc ꝙ se defendit contra iniurias ne ei inferātur, vel illatas iam iniurias vlciscitur,nō intentione nocēdi, sed intētione remouēdi nocumenta.Hoc autem pertinet ad vindicationem. Dicit enim Tullius * in sua Rhetorica, ꝙ vindicatio est ꝑ quam vis aut iniuria & omnino quicquid obscurum est,id est ignominiosum defendēdo aut vlciscendo propulsatur. Vnde vindicatio est specialis virtus.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ sicut recompensatio debiti legalis pertinet ad iustitiā cōmutatiuam,recompensatio autē debiti moralis,quod nascitur ex particulari beneficio exhibito, pertinet ad virtutem gratiæ:ita etiā punitio peccatorum secundum quòd pertinet ad publicam iustitiam, est actus iustitiæ commutatiuæ:secundum autem quòd pertinet ad immunitatē alicuius personæ singularis,à qua iniuria propulsatur,pertinet ad virtutem vindicationis.

¶ Ad secundum dicendum,quòd fortitudo disponit ad vindictā, remouēdo prohibens, scilicet timorem periculi imminentis. Zelus autē secundum ꝙ importat feruorē amoris, importat primā radicē vindicationis, prout aliquis vindicat iniurias Dei vel proximorū,quas ex charitate reputat quasi suas. Cuiuslibet autē virtutis actus ex radice charitatis ꝓcedit : qa vt Greg. dicit in quadā Homilia, * Nihil habet viriditatis ramus boni operis, si nō ꝓcedat ex radice charitatis.

¶ Ad tertiū dicendū ꝙ vindicationi opponuntur duo vitia:vnum quidem ꝑ excessum, scilicet peccatū crudelitatis vel sæuitiæ,quæ excedit mēsuram in puniendo. Aliud autē est vitium quod consistit in defectu:sicut cùm aliquis est nimis remissus in puniēdo. Vñ dicitur Prouerb. 13.Qui parcit virgæ,odit filiū suum. Virtus autē vindicationis cōsistit in hoc , vt homo secundū oēs circunstātias debitā mensuram in vindicando conseruet.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum vindicatio debeat fieri per pœnas, apud homines consuetas.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd vindicatio non debeat fieri per pœnas apud homines consuetas.Occisio enim hominis est quædā eradicatio eius. Sed dominus mandauit Matth. 13. quòd zizania,per quæ significantur filij nequam, non eradicarentur. ergo peccatores non sunt occidendi.

¶2 Præterea,Quicunque mortaliter peccant,eadē pœna videntur digni. Si ergo aliqui peccantes mortaliter morte puniuntur, videtur ꝙ omnes tales deberēt morte puniri.Quod patet esse falsum.

¶ 3 Præterea, Cū aliquis pro peccato punit manifestè, ex hoc peccatū eius manifestatur, quod videtur esse nociuū multitudini,q̄ ex exēplo peccati sumit occasionem peccādi:ergo videt ꝙ hoc sit pœna mortis pro aliquo peccato infligenda.

¶SED CONTRA est,quòd in lege diuina huiusmodi pœnæ determinātur, vt ex supradictis patet*.

¶RESPONDEO dicendū,quòd vindicatio d intantū licita est & virtuosa, in quantū tendit ad cohibitionē malorum. Cohibentur autē aliqui à peccando, q affectū virtutis nō habent,per hoc ꝙ timēt amittere aliqua , quæ plus amant quàm illa quæ peccando adipiscuntur: aliàs timor non cōpesceret peccatum. Et ideo per subtractionem omnium quæ homo maximè diligit, est vindicta de peccatis sumēda. Hæc autē sunt quæ homo maximè diligit,vitam, incolumitatem corporis,libertatē sui,& bona exteriora,puta, diuitias,patriam,& gloriam.Et ideo vt Augu.refert 21. de Ciuit.Dei*octo genera pœnarum in legibus esse scribit Tullius, scilicet mortem,per quā tollitur vita:verbera,& talionem, vt scilicet oculū pro oculo perdat,per quæ amittit quis corporis incolumitatem:seruitutem,& vincula,per quæ perdit libertatem:exilium,per quod perdit patriam:damnum per quod perdit diuitias:ignominiam,per quam perdit gloriam.

Cap.11. tom.5.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd Dominus prohibet eradicari zizania,quando timetur ne simul cum eis eradicetur & triticum, sed quandoque possunt eradicari mali per mortem non solùm sine periculo,sed etiam cum magna vtilitate bonorum. Et ideo in tali casu potest pœna mortis peccatoribus infligi.

¶Ad secundum dicendum, quòd omnes peccantes mortaliter digni sunt morte æterna, quantum ad futuram retributionē, quæ est secundum veritatem diuini iudicij.Sed pœnæ præsentis vitæ sunt magis medicinales : & ideo illis solis peccatis pœna mortis infligitur, quæ in grauem perniciem aliorum cedunt.

¶Ad tertium dicendum, quòd quando simul cum culpa innotescit & pœna vel mortis, vel quæcunq; alia, quam homo horret, ex hoc ipso voluntas eius à peccādo abstrahitur:quia plus terret pœna, quàm alliciat exemplum culpæ.

nitio & ab eis exclusa est remuneratio. Stant ergo ista duo simul : & ꝙ vindicatio sit virtus priuatæ personæ, & ꝙ nō possit cōsummare actionē suam priuata ꝑsona , nisi adiuncta publica potestate : propter cōditionē materiæ reddendæ, scilicet mali pœnæ.Et hæc de principali actu vindicatiōis dicta sint, hoc est de vltione iniuriarū iam receptarum. Nā de secundario eius actu loquēdo, scilicet defensione, ne inferātur iniuriæ , cōstat ꝙ cuilibet priuatæ personæ licitus est.

Hom.27. in Euang. circa princip.

¶Super Quæstionis centesimæ octauæ Articulum tertium.

IN eiusdē q.art.3.ad secundū,nota vniuersalem radicē , vnde pœna corporalis mortis iustè infligi ab humano iure pōt:qn̄ scilicet crimē in graue est aliorū perniciem. Hac siquidem de causa furtum hodie pœna mortis damnatur.

¶In responsione ad primū quarti articuli eiusdē q. aduerte ꝙ cū dicitur peccatū vnius deriuari in alterū per modū meriti, & dantur exēpla de Rege hypocrita propter peccata populi , & peste populi propter Dauid , intellige in primo exemplo ꝙ peccata multorum particularia redūdant in alterū particularem,qui non peccauit. Et tñ patitur Regē hypocritam , ac si etiā ipse peccasset. In secundo autem ꝙ quia Princeps repræsentat populū, & qđ Princeps facit videtur regnū facere, ideo peccatū regis Dauid, quasi peccatum seu demeritū populi punitum fuit. Et hæc de tota q.108.dicta sufficiant.

1.2.q.105. art.2.

D.792.

¶ Super

¶ART

¶ *Super Quæstionis centesimæ nonæ Articulum primum.*

IN art. 1. q. 109. in responsione ad tertiũ, dubiũ occurrit circa illa verba, Circa huiusmodi res sunt solæ virtutes morales. Videtur enim ꝙ hoc falsum sit. Nam circa signa rerum, vt verba, facta, & res extra, sunt etiã virtutes intellectuales, vt scientia & ars. Non ergo sunt solæ virtutes morales circa hæc. Si dicatur ꝙ Autoris verba cũ grano salis intelliguntur, videlicet ꝙ circa hæc non absolutè, sed quantũ ad vsum, sunt solæ virtutes morales, quia vti est actus voluntatis. Contrà, Autor ex natura taliũ rerũ probat veritatẽ, q̃ est circa eas, esse virtutẽ moralẽ, vt patet in litera, & nõ ex eo ꝙ vti est actus voluntatis. Ergo de rebus ipsis secundum se loquitur.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ Autor proculdubio ex natura taliũ: puta verborũ, factorũ, & rerũ extra nõ absolute, sed quatenus signa sunt eorum q̃ in nobis sunt, probat veritatẽ esse virtutẽ moralẽ. Et merito, quia ex materia seu obiecto pẽsanda est natura habitus. Signa autẽ q̃ quis profert dũ verũ dicit, sunt materia circa quam versatur veritas, siue sint verba dũ loquimur, siue facta dum nutu aut gestu aliquo exprimimus mentẽ nostrã, siue sint res extrà: vt si in obsidione positi igne accẽso significamus iis qui extra sunt indigentiã nostrã, & huiusmodi. Quãuis enim de ratione horũ absolutè non sit aliquid, vnde potius morali quàm alterius ordinis virtuti subdãtur: de ratione tñ eorundem, quatenus signa eorũ, quæ in nobis sunt, est materia moralis, quoniã sunt signa voluntaria. Et propterea circa ipsa, vt sic, solæ virtutes morales sunt, quãuis circa ipsa secundum alias rationes possint esse aliæ virtutes. Formaliter ergo loquendo de istis, quatenꝰ signa sunt eorũ quę apud nos sunt optimè Autor dixit & deduxit intentum.

¶ *Super*

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum vindicta sit exercenda in eos, qui inuoluntariè peccauerunt.

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ vindicta sit exercenda in eos, q inuolũtariè peccauerũt. Voluntas enim vnius nõ consequitur voluntatem alterius. Sed vnus punitur pro alio: secundum illud Exod. 20. Ego sum Deus zelotes, visitans iniquitatẽ patrũ in filios in tertiã & quartã generationẽ. Vnde ꝓ peccato Cham, Chanaan filius eius maledictus est: vt habetur Gen. 7. Giezi etiã peccãte, lepra transmittitur ad posteros: vt habetur 4. Reg. 5. Sanguis etiã Christi pœnæ reddit obnoxios successores Iudæorum, qui dixerũt Matth. 27. Sanguis eius sup nos & sup filios nostros. Legit̃ etiam quòd pro peccato Achan, populus Israël traditus est in manus hostium, vt habetur Iosue 7. & pro peccato filiorum Heli, idem populus corruit in cõspectu Philistinorum, vt habetur 1. Reg. 4. ergo aliquis inuoluntarius est puniendus.

¶ 2 Præterea, Illud solum est voluntariũ, quod est in potestate hominis. Sed quãdoq; pœna infertur pro eo quod nõ est in eius potestate: sicut propter vitium lepræ aliquis remouetur ab administratione Ecclesiæ. Et propter prauitatẽ aut malitiam ciuium Ecclesia perdit cathedrã episcopalẽ. Ergo non solùm pro peccato voluntario vindicta infertur.

¶ 3 Præterea, Ignorãtia causat inuoluntariũ. Sed vindicta quandoq; exercetur in aliquos ignorãtes. Paruuli enim Sodomitarum licet haberẽt ignorãtiã inuincibilẽ, cum parẽtibꝰ tamẽ perierũt: vt legitur Gene. 19. Similiter etiã paruuli ꝓ peccato Datan & Abiron, pariter cũ eis absorpti sunt, vt habetur Nu. 16. bruta etiã animalia q̃ carẽt ratione iussa sunt interfici ꝓ peccato Amalecitarũ, vt habetur 1. Reg. 15. Ergo vindicta quandoq; exercetur in inuoluntarios.

¶ 4 Pręterea, Coactio maximè repugnat voluntario. Sed aliquis q timore coactꝰ aliquod peccatum cõmittit, non propter hoc reatum pœnæ euadit. ergo vindicta exercetur etiam in inuoluntarios.

In Cap. 5.

¶ 5 Præterea, Amb. dicit sup Lucã* ꝙ nauicula in qua erat Iudas turbabat̃. Vnde Petrus q erat firmus meritis suis, turbabatur alienis. Sed Petrus non volebat peccatum Iudæ. ergo quandoque inuoluntarius punitur.

lib. 3. de li. arb. c. 17. & lib. 1. retract. cap. 9.

¶SED CONTRA est, quod pœna debetur peccato. Sed omne peccatũ est voluntariũ, vt dicit Aug.* ergo in solos voluntarios exercenda est vindicta.

D. 1006. 1. 2. q. 82. art. 1.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ pœna dupliciter potest cõsiderari. Vno modo secundum rationem pœnæ. Et secundũ hoc pœna non debetur nisi peccato: quia per pœnã reparatur æqualitas iustitiæ, inquantum ille, qui peccando nimis secutus est suam voluntatem, aliquid cõtra suam voluntatem patitur. Vnde cùm omne peccatum sit d voluntarium, etiam originale (vt suprà habitum est*) consequens est quòd nullus punitur hoc modo nisi pro eo quod voluntariè factum est. Alio modo potest considerari pœna, inquantum est medicina non solùm sanatiua peccati præteriti, sed etiam præseruatiua à peccato futuro, vel etiam promotiua in aliquod bonum. Et secundũ hoc aliquis interdũ punitur sine culpa, non tamẽ sine causa. Sciendũ tamen quòd nunquam medicina subtrahit maius bonum vt promoueat minus bonum, sicut medicina carnalis nunquam cæcat oculum, vt sanet calcaneum. Quandoque tamen infert nocumentum in minoribus, vt melioribus auxilium præstet. Et quia bona spiritualia sunt maxima bona, bona autem temporalia sunt minima: ideo quandoq; punitur aliquis in temporalibus bonis absque culpa, cuiusmodi sunt plures pœnæ præsentis vitæ diuinitus inflictæ ad humiliationẽ vel ꝓbationem. Nõ autẽ punit̃ aliquis in spiritualibꝰ bonis sine propria culpa, neq; in præsenti, neq; in futuro: quia ibi pœnæ nõ sunt medicinæ, sed consequuntur spiritualem damnationem.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ vnus homo pœna spirituali nunquã punitur pro peccato alterius: quia pœna spiritualis pertinet ad animã, secundum quã quilibet est liber sui. Pœna autẽ tẽporali quãdoq; vnus punit̃ pro peccato alterius, triplici ratione. Primò quidẽ, quia vnus homo tẽporaliter est res alterius, & ita in pœnã eius etiã ipse punit̃: sicut filij secundũ corpus sunt quædã res patris, & serui quædã res dominorũ. Alio modo, inquantũ peccatũ vnius deriuat̃ in alterũ, vel per imitationẽ, sicut filij imitant̃ peccata parentũ, & serui peccata dominorũ, vt audacius peccent: vel ꝑ modũ meriti, sicut peccata subditorũ merent̃ peccatorẽ prælatum: secundũ illud Iob 34. Qui regnare facit hominem hypocritã propter peccata populi. Vnde & pro peccato Dauid, populum numerantis, populus Israël punitus est, vt habetur 2. Reg. vlt. Siue etiã per aliqualem consensum seu dissimulationẽ, sicut etiã interdum boni simul puniũtur temporaliter cũ malis, quia eorũ peccata non redarguerunt, vt Aug. dicit in 1. de Ciuit. Dei*. Tertiò, ad commendandũ vnitatẽ humanæ societatis, ex qua vnus debet ꝓ alio solicitus esse ne peccet. Et ad detestationẽ peccati, dũ pœna vnius redũdat in omnes, quasi omnes essent vnũ corpus, vt Aug.* dicit de peccato Achã. Quod artẽ Dominus dicit. Visitans peccata parentũ in filios in tertiã & quartã generationem: magis videtur ad misericordiam quàm ad seueritatẽ pertinere: dum nõ statim vindictã adhibet, sed expectat in posterum vt vel saltẽ posteri corrigantur. Sed crescente malitia posterorum, quasi necesse est vltionem inferri.

Lib. 1. cap. 9. tom. 5. Lib. quæ. super. Iosue, q. 8. tom. 4.

¶Ad secundũ dicendũ, quod sicut Aug.* dicit, iudiciũ humanũ debet imitari diuinũ iudiciũ in manifestis Dei iudiciis, quibus homines spiritualiter dãnat pro proprio peccato. Occulta verò Dei iudicia quibꝰ tẽporaliter aliquos punit, absq; culpa non pôt humanũ iudiciũ imitari: qa homo nõ potest cõprehendere horũ iudiciorũ rationes, vt sciat quid expediat vnicuiq;. Et ideo nunquã secundũ humanũ iudiciũ aliquis debet puniri sine culpa pœna flagelli vt occidatur, vel mutiletur, vel verberetur. Pœna autem damni punitur aliquis etiã secundũ humanum iudiciũ, etiam sine culpa, sed non sine causa. Et hoc tripliciter. Vno modo, ex hoc ꝙ aliquis ineptus redditur sine sua culpa ad aliquod bonũ habendum vel consequendũ: sicut propter vitium lepræ aliquis remouetur ab administratione Ecclesiæ, & propter bigamiam vel iudiciũ sanguinis aliquis impeditur à sacris ordinibꝰ. Secũdò, quia bonũ, in quo dãnificatur, nõ est proprium bonum, sed cõmune: sicut quòd aliqua Ecclesia habeat episcopatũ, pertinet ad bonũ totius ciuitatis, non autẽ ad bonũ clericorũ tantùm. Tertiò, quia bonũ d vnius dependet ex bono alterius: sicut in crimine læsæ maiestatis filius amittit hæreditatem pro peccato parentis.

Ibidem. D. 615.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ paruuli diuino iudicio simul puniũtur tẽporaliter cũ parẽtibꝰ: tum qa sunt res parentũ, & in eis etiã parẽtes puniũtur: tum etiã qa hoc in eorũ bonũ cedit, ne si reseruarẽtur, essent imitatores paternæ malitiæ: & sic grauiores pœnas mererẽtur. In bruta verò animalia & quascunq; alias irrationales creaturas, vindicta exercet̃: quia ꝑ hoc puniunt̃ illi, quorũ sunt, & iterum propter detestationem peccati.

¶Ad 4. dicendũ, ꝙ coactio timoris nõ facit simpliciter inuolũtarium, sed habet voluntarium mistũ, vt supra habitum est*.

¶Ad quintum dicendum, quòd hoc modo pro peccato Iudæ cæteri Apostoli turbabãtur: sicut pro peccato vnius punitur* multitudo ad veritatem commendandam, vt dictum est*.

1. 2. q. 6. ar. 5. & 6. * In solut. ad 1. & 2.

QVÆSTIO CENTESIMANONA, DE Veritate in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de veritate & vitiis oppositis. ¶Circa veritatem autẽ quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrum veritas sit virtus. ¶Secundò, vtrum sit specialis virtus. ¶Tertiò, vtrum sit pars iustitiæ. ¶Quartò, vtrum magis declinet in minus.

1. q. 16. art. 4. ad 4. & q. 17. art. 1. cor. Et 3. dist. 34. q. 1. art. 2. cor. & 4. dist. 16. q. 4. art. 1. q. 2. cor. & dist. 17. q. 3. art. 2. q. 3. & ver. q. 1. art. 3. q. 1. art. 5. ad 12. * Cap. 7.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum veritas sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd veritas nõ sit virtus. Prima enim virtutũ est fides, cuius obiectũ est veritas. Cùm ergo obiectũ sit prius habitu & actu, videtur ꝙ veritas non sit virtus, sed aliquid prius virtute.*

¶ 2 Præterea, Sicut Philo.* dicit in 4. Ethic. ad veritatẽ ptinet ꝙ aliquis cõfiteatur existentia circa seipsum, & neq; maiora neque minora. Sed hoc non semper est laudabile: neq; in bonis: quia vt dicitur Prouerb. 27. Laudet te alienus, & non os tuum: nec etiam in malis, quia contra quosdam dicitur Isa. 3. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt: ergo veritas non est virtus.

Lib. 2. de inuent. fol. 4. ante fi.

¶ 3 Præterea, Omnis virtus aut est theologica, aut intellectualis, aut moralis. Sed veritas nõ est virtus theologica, qa nõ habet Deũ pro obiecto, sed res tẽporales. Dicit enim Tullius* quod veritas est ꝑ quã immutata ea q̃ sunt, aut fuerũt, aut futura sunt, dicũtur. Similiter etiã nõ est virtus intellectualis, sed finis earũ. Neq; etiã est virtus moralis: quia nõ consistit in medio inter superfluum & diminutũ. Quanto enim aliquis plus dicit verum, tanto melius est. ergo veritas non est virtus.

Cap. 7. Cap. 5.

¶SED CONTRA est, quod Philosophus in 2.* & 3.* Ethic. ponit veritatem inter cæteras virtutes.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd veritas dupliciter accipi potest. Vno modo, secundũ quod veritate aliquid dicitur verũ, & sic veritas nõ est virtus, sed obiectũ vel finis virtutis. Sic enim accepta d veritas non est habitus, qui est genus virtutis, sed æqualitas quædam intellectus, vel signi ad rem intellectã & signatam, vel etiã rei ad suam regulã, vt in primo* habitum est. Alio modo potest dici veritas, qua aliquis verum dicit, secundum quòd per eam aliquis dicitur verax. Et talis veritas, siue veracitas necesse est quòd sit virtus: quia hoc ipsum quod est dicere verum, est bonus actus. Virtus autem est quæ bonum facit habentem & opus eius bonum reddit.

D. 1162. * q. 16. art. 1. & q. 21. ar. 2.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ ratio illa procedit de veritate primo modo dicta.

¶Ad secundum dicendũ, ꝙ confiteri id quod est circa seipsum, inquantũ est cõfessio veri, est bonũ ex genere. Sed hoc nõ sufficit ad hoc ꝙ sit virtutis actus, sed ad hoc requiritur quod vlterius debitis circunstantiis vestiatur: quæ si nõ obseruentur, erit actus vitiosus. Et secundum hoc vitiosum est, ꝙ aliquis sine debita causa laudet seipsum etiam de vero. Vitiosum est etiam quòd aliquis peccatum suum publicet, quasi se de hoc laudando, vel qualitercunque inutiliter manifestando.

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ ille qui dicit verum, profert aliqua signa cõformia rebus, scilicet vel verba, vel aliqua facta exteriora aut quascunq; res exteriores. Circa huiusmodi autem res sunt solæ virtutes morales, ad quas etiã pertinet vsus exteriorum membrorũ secundum ꝙ fit per imperium voluntatis. Vnde veritas non est virtus theologica neque intellectualis, sed moralis. Est autem in medio inter superfluum & diminutum dupliciter. Vno quidem modo, ex parte obiecti. Alio modo, ex parte actus. Ex parte quidem obiecti, quia verũ secundum suam rationem importat quandam æqualitatem. Æquale autem est medium inter maius & minus. Vnde ex hoc ipso quod aliquis dicit verũ de seipso, medium tenet inter eum qui maiora dicit de seipso, & inter eum qui minora. Ex parte autem actus mediũ tenet, inquãtum verum dicit quãdo oportet, & secundum quod oportet. Superfluum autem conuenit illi, qui importunè ea quæ sua sunt manifestat. Defectus autem competit illi qui occultat, quando mauifestare oportet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum veritas sit specialis virtus.

4. dist. 16. q. 4. ar. 1. q. 2. cor.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod veritas non sit specialis virtus. Verum enim & bonum conuertuntur. Sed bonitas non est specialis virtus: quinimò omnis virtus est bonitas, quia bonum facit habẽtem. ergo veritas non est specialis virtus.

¶ 2 Præterea, Manifestatio eius, quod ad ipsum hominem pertinet, est actus veritatis, de qua nũc loquimur. Sed hoc pertinet ad quãlibet virtutẽ: quilibet em̃ virtutis habitus manifestatur per propriũ actũ. ergo veritas non est specialis virtus.

¶ 3 Præterea, Veritas vitæ dicitur, qua quis rectè viuit: de qua dicitur Isa. 38. Memento quæso quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto. Sed qualibet virtute rectè viuitur, vt patet per diffinitionem virtutis supra positam*. ergo veritas non est specialis virtus.

1. 2. q. 55. ar. 4.

¶ 4 Præterea, Veritas videtur idem esse simplicitati: quia vtrique opponitur simulatio. Sed simplicitas nõ est specialis virtus, quia facit intentionem rectam, quod requiritur in omni virtute. ergo etiam veritas non est specialis virtus.

¶SED CONTRA est, quod in secundo Ethic. connumeratur aliis virtutibus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad rationem virtutis humanæ pertinet, quòd opus hominis bonum reddat. Vnde vbi in actu hominis inuenitur specialis ratio bonitatis, necesse est quòd ad hoc disponatur homo per specialem virtutẽ. Cùm autẽ bonum secundum Aug. in lib. de Natura boni,* cõsistat in ordine, necesse est specialẽ rationem boni cõsiderari ex determinato ordine. Est autẽ quidam specialis ordo, secundũ q d exteriora nostra vel verba vel facta debitè ordinãtur ad aliquid, sicut signũ ad signatũ: & ad hoc ꝑficitur homo per virtutem veritatis. Vnde manifestũ est quòd veritas est specialis virtus.

Cap. 3. tom. 6.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ verũ & bonum subiecto quidẽ cõuertuntur: qa omne verũ est bonũ, & omne bonũ est verũ: sed secundũ rationẽ inuicem se excedunt: sicut intellectus & voluntas inuicẽ se excedunt. Nam intellectus intelligit voluntatẽ, & multa alia. Et voluntas appetit ea quæ pertinent ad ĩtellectũ, & multa alia. Vnde verũ scdm rationẽ propriã, quæ est perfectio intellectus, est quoddã particulare bonũ, inquantũ appetibile quoddã est. Et similiter bonũ secundũ propriã rationẽ, prout est finis appetitus, est quoddam verum, inquantum est quoddam intelligibile. Quia ergo virtus includit rationem bonitatis, potest esse quòd veritas sit specialis virtus, sicut verum est speciale bonũ. Non autẽ potest esse quòd bonitas hominis sit specialis virtus, cum magis secundum rationem sit genus virtutis.

¶Ad secundũ dicendũ, ꝙ habitus virtutũ & vitiorũ sortiũtur speciem ex eo quod est ꝑ se intẽtũ, non autẽ ab eo quod est ꝑ accidens & præter intentionem. Quod autẽ aliquis manifestet quod circa ipsum est, pertinet quidẽ ad virtutẽ veritatis, sicut per se intẽtum. Ad alias autem virtutes potest pertinere ex cõsequẽti, pręter principalem intentionem. Fortis em̃ intendit fortiter agere. Quòd autem fortiter agendo aliquis manifestet fortitudinem, quam habet, hoc cõsequitur pręter eius principalem intentionem.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ veritas vitæ est veritas secundũ quam aliquid est verum, non veritas secundũ quam aliquis dicit verũ. Dicitur autem vita vera, sicut & quęlibet alia res ex hoc, quòd attingit suam regulã & mensurã, scilicet diuinã legem, ꝑ cuius cõformitatem, rectitudinem habet. Et talis veritas siue rectitudo, cõmunis est ad quamlibet virtutem.

¶Ad quartum dicendũ, ꝙ simplicitas dicitur per oppositũ duplicitati, qua scilicet aliquis aliud habet in corde, & aliud ostendit exterius. Et sic simplicitas ad hanc virtutem pertinet. Facit autem intentionem rectam, non quidem directè quia hoc pertinet ad omnem virtutem, sed excludendo duplicitatẽ, qua homo vnum prætendit, & aliud intendit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum veritas sit pars iustitiæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd veritas non sit pars iustitiæ. Iustitiæ enim proprium esse videtur, quòd reddat alteri debitum. Sed ex hoc quòd aliquis dicit verum, non videtur alteri debitum reddere: sicut fit in omnibus præmissis iustitiæ partibus. ergo veritas non est pars iustitiæ.

¶ 2 Præterea, Veritas pertinet ad intellectum, iustitia autem est in voluntate, vt suprà habitum est*. ergo veritas non est pars iustitiæ.

q. 58. art. 4.

¶ 3 Præterea, Triplex distinguitur veritas secundum Hier. scilicet veritas vitæ, & veritas iustitiæ, & veritas doctrinæ. Sed nulla istarũ est pars iustitiæ. Nã veritas vitæ cõtinet in se omnẽ virtutẽ, vt dictũ est*. Veritas autẽ iustitiæ est idem iustitiæ, vñ nõ est pars eius. Veritas aũt doctrinę pertinet magis ad virtutes inellectuales. ergo veritas nullo modo est pars iustitiæ.

Habetur in Gloss. ordinar. Matt. 15. * Art. præc. ad 3.

¶SED

¶ *Super Quæstionis centesimænonæ Articulum secundum.*

IN art. 2. eiusdẽ q. in responsione ad quartũ, vbi dicitur ꝙ simplicitas facit intentionẽ rectã nõ directè, intelligẽdum est, non vt directè distinguitur cõtra indirectè: quandoquidẽ omnis virtus directè intentionem facit rectã, sicut & electionem: sed vt distinguitur à secundario, quia scilicet facere intẽtionẽ rectã non est opus proprium simplicitatis, sed cõmune omni virtuti: ac per hoc nõ est opus primo cõueniẽs simplicitati, sed secundariò cõueniẽs ei, ex eo ꝙ est sibi & cæteris virtutibus cõmune. Vbi scito ꝙ intẽtio pôt fieri recta dupliciter. Primò, in hac vel ista materia, & sic est huius vel illius virtutis opus. Et sic simplicitas dicitur facere intẽtionem rectã per exclusionẽ duplicitatis in significando. Alio modo, absolutè: & sic est omnis simul virtutis opus, & nõ alicuius particularis virtutis. Et quia illud directè dicitur spectare ad aliquã virtutẽ, ad qđ secundum propriam rationẽ instituta est: ideo in litera absolutè negatur, quòd simplicitas directè faciat intentionẽ rectam.

¶ *Super Quæstionis centesimænonæ Articulum tertium.*

IN art. 3. eiusdẽ 109. q. circa illa verba. Solũ veritas illa, qua aliquis vita & sermone talẽ se demõstrat, qualis est, ad hanc virtutem pertinet: aduerte ꝙ cùm in hac virtute inueniat̃ signũ & signatum, dupliciter potest intueri signatũ, videlicet aut ꝑ se & immediatum, aut per accidens & mediatũ. Si respicias ad signatum per se & immediatũ, nõ inuenies aliquid signatũ nisi quod apud significãtem est in esse naturali & cognito simul: vt cùm qs dicit se esse sanũ: aut bonũ, &c. aut in esse cognito tantùm: vt cùm quis dicit Romã esse in Europa. Si verò spectes ad signatũ per accidens & mediatũ, sic inuenies quæcunq; extrema à significante signata esse, quoniam cõtingit de omnibus omnifariam loqui. Et quoniam secundum rẽ ea quę extra nos sunt nõ significamus nisi mediantibus iis quæ apud nos sunt, saltem ficta: & accidit iis q̃ apud nos sunt,

Veri. q. 1. art. 5. ad. 12.

[Lib.2. de inuent.] sunt, q alia extra nos referant, vñ non conuenit omnibus quæ apud nos sunt, significare alia extrà nos: ideo Aristoteles & autor veritatẽ per signa in nobis definierunt, ab eis quæ per se & immediatè cõcurrũt ad veritatis virtutẽ, illã manifestãtes. [q.80. art. 1.] Vnde ex hoc ipso quod veritatis virtus manifestat hominem qualis est, & nihil aliud sequitur, nõ q cætera nõ manifestet, sed quòd cætera nõ manifestet nisi secũdũ quod sunt in homine. Verbi gratia. Si sunt in homine vt opinata, non dicit ea vt certa: & sic de aliis. Opposita autẽ vitia aliter quàm in significãte sint, proferunt quæ dicũt, vt patet de mẽdacibus. &c. Omne ergo ab homine quomodolibet cognitũ vel imaginatũ, põt per veritatis virtutẽ manifestari, sed non nisi secundum quod est apud significãtẽ. Et hoc significauit, licet obscurius, etiã Tullius dicens: veritas est per quã omnia q̃ sunt, fuerunt, aut futura sunt, immutata dicuntur, p ly immutata significans, quod sicut sunt apud dicẽtem, dici facit veritatis virt⁹. Hoc quoq; pulchre patet in calce huius articuli: vbi & veritas doctrinæ proculdubio moralis, & quęcunque alia veritas, quia in nobis est, ad hanc virtutẽ spectare dicitur.

¶ *Super Quæstionis centesimænonæ Articulum quartum.*

IN artic.4. eiusdẽ 109. quęst. nota nouitie qđ declinare in minus affirmatiuè, est affirmare minus quàm sit: quod cõstat non esse falsum, quia in maiori includitur minus. [Art.præ. ad 3.] Sicut si habens decẽ aureos dicat se habere duos. Declinare vero in minus negatiuè, est negare totam eius quãtitatem: & hoc cõstat esse falsum. Sicut si habens decem, dicat, Habeo duos tantùm.

Super Quæstionis centesimæ decimæ Articulum primum.

IN titul.1. arti. 110. not. quod quemadmodũ iuxta distinctionẽ habitam in 1. art. quæst. præcedẽtis, veritati, qua aliquid dicitur verũ, opponitur semper falsitas, & ambę sunt in intellectu: ita veritati quæ est in voluntate, qua quisque vult dicere verũ, opponi videtur mendacium tanquam continens falsitatẽ, vtpote, quo quis vult dicere falsum. [cap.7. tom.5.] Et propterea in diuisione quęstionis huius, Autor proponendo primum articulum dixit: quasi continens falsitatem. Vero enim cùm non contrarietur nisi falsum, dicenti ex proposito verum, is, qui ex proposito dicit falsum,

¶SED CONTRA est, quod* Tullius ponit veritatẽ inter partes iustitiæ.

¶RESPONDEO dicendum, q sicut suprà dictum est*, ex hoc aliqua virtus iustitiæ annectitur, sicut secundaria principali, quod partim quidem cum iustitia cõuenit, partim autem deficit ab eius perfecta ratione. Virtus autẽ veritatis cõuenit quidem cum iustitia in duobus. Vno quidem modo, in hoc quod est ad alterum. Manifestatio enim, quã diximus esse actum veritatis, est ad alterum, inquãtum scilicet ea q̃ circa ipsum sunt, vnus homo alteri manifestat. Alio modo, inquãtum iustitia æqualitatẽ quandã in rebus cõstituit. Et hoc etiã facit virtus veritatis. Adæquat enim signa reb⁹ existentibus circa ipsum. Deficit autem à propria ratione iustitiæ quãtum ad rationẽ debiti. Nõ enim hæc virtus attendit debitum legale, quod attendit iustitia, sed potius debitum morale, inquantum scilicet ex honestate vnus homo alteri debet veritatis manifestationem. Vnde veritas est pars iustitię, inquãtum annectitur ei, sicut virtus secundaria principali.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q quia homo est animal sociale, naturaliter vnus homo debet alteri id, sine quo societas humana seruari nõ posset. Non autem possent homines adinuicem conuiuere, nisi sibiinuicem crederent, tanquam sibiinuicem veritatem manifestãtibus. Et ideo virtus veritatis aliquo modo attendit rationem debiti.

¶Ad secundũ dicendum, quod veritas, secundũ quod est cognita, pertinet ad intellectũ. Sed homo p propriã voluntatẽ, p quã vtitur & habitibus & mẽbris, profert exteriora signa ad veritatem manifestandam: & secundum hoc manifestatio veritatis est actus voluntatis.

¶Ad tertium dicendũ, q veritas de qua nũc loquimur, differt à veritate vitæ, vt dictum est*. Veritas autẽ iustitiæ dicitur dupliciter. Vno modo, secundum quod ipsa iustitia est rectitudo quædam regulata secundum regulã diuinæ legis. Et secundum hoc differt veritas iustitiæ à veritate vitæ: qa veritas vitæ est secundum quã aliquis rectè viuit in seipso. Veritas autẽ iustitiæ est secundum quã aliquis rectitudinẽ legis in iudiciis, q̃ sunt ad alterũ, seruat. Et secundũ hoc veritas iustitiæ nõ pertinet ad veritatẽ de qua nunc loquimur: sicut nec veritas vitæ. Alio modo potest intelligi veritas iustitiæ secundum q aliquis ex iustitia veritatẽ manifestat, puta cùm aliquis in iudicio veritatem cõfitet, aut verum testimoniũ dicit. Et hęc veritas est quidã particularis act⁹ iustitiæ, & nõ pertinet directè ad hanc veritatem de qua nunc loquimur: qa scilicet in hac manifestatiõe veritatis principaliter homo intendit ius suum alteri reddere. Vnde Philos. in 4. Ethi.* de hac virtute determinãs dicit. Non de veridico in cõfessionib⁹ dicimus, neq; quęcunque ad iustitiã vel iniustitiã cõtendunt. Veritas autem doctrinæ cõsistit in quadã manifestatione verborum, de quibus est scientia. Vnde nec ista veritas directè pertinet ad hanc virtutem, sed solùm veritas, qua aliquis & vita & sermone talẽ se demõstrat, qualis est: & nõ alia, quàm circa ipsa sint, nec maiora nec minora. Veruntamẽ qa moralia, inquãtum sunt à nobis cognita, circa nos sunt, & ad nos pertinent: secundum hoc veritas doctrinæ potest ad hanc virtutem pertinere: & quæcunque alia veritas, qua quis manifestat verbo vel facto quod cognoscit.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum virtus veritatis magis declinet in minus.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd virtus veritatis non declinet in minus: sicut enim aliquis dicendo maius, incurrit falsitatem, ita & dicendo minus: non enim magis est falsum quatuor esse quinq;, quàm quatuor esse tria. Sed omne falsum est secundum se malum & fugiendum, vt Philosophus dicit in 4. Ethic.* ergo veritatis virtus non plus declinat in minus quàm in maius. [Infra q. 129. art. 3 ad 5.] [cap.7. tom.5.]

¶2 Præterea, Quòd vna virtus magis declinet ad vnum extremum quàm ad aliud, contingit ex hoc quòd virtutis medium est propinquius vni extremo quàm alteri: sicut fortitudo est propinquior audaciæ quàm timiditati. Sed veritatis medium non est propinquius vni extremo quàm alteri: quia veritas, cùm sit æqualitas quædam, in medio punctuali consistit. ergo veritas non magis declinat in minus.

¶3 Præterea, In minus videtur à veritate recedere, qui veritatem negat, veritati aliquid subtrahens, in maius autem qui veritati aliquid superaddit. Sed magis repugnat veritati qui veritatem negat, quàm qui superaddit: quia veritas non compatitur secundum negationem veritatis, compatitur autem secum superadditionem. ergo videtur quòd veritas magis debeat declinare in maius quàm in minus.

¶SED CONTRA est, quod Philos. dicit in 4. Ethic.* q homo secundũ hanc veritatẽ magis à vero declinat in minus. [cap.7. tom.5.]

¶RESPONDEO dicendũ, quòd declinare in minus à veritate, cõtingit dupliciter. Vno modo* affirmãdo, puta cùm aliquis nõ manifestat totũ bonũ, quod in ipso est: puta scientiã vel sanctitatẽ vel aliquid huiusmodi, quod fit sine præiudicio veritatis: qa in maiori etiã est minus. Et secundũ hoc hæc virtus declinat in minus. Hoc enim, vt Philo.* dicit ibidẽ, videtur esse prudentius, propter onerosas superabundãtias. Homines enim qui maiora de seipsis dicũt quàm sint, sunt aliis onerosi, quasi excellere alios volentes. Homines autẽ q minora de seipsis dicũt, gratiosi sunt, quasi aliis cõdescendẽtes p quandam moderationẽ. Vnde Apostol. dicit 2. ad Corinth. 12. Si voluero gloriari, nõ ero insipiens, veritatẽ enim dicã: parco autẽ, ne qs me existimet supra id quod videt in me aut audit ex me. Alio modo potest aliquis declinare in minus, negãdo scilicet vt neget sibi inesse, quod inest. Et sic non pertinet ad hanc virtutem declinare in minus, quia per hoc incurreret falsum. Et tamen hoc ipsum esset minus repugnans veritati, non quidem secundum propriam rationem veritatis, sed secundũ rationem prudentiæ, quam oportet saluari in omnibus virtutibus. Magis enim repugnat prudentiæ (quia periculosius est, & onerosius aliis) quòd aliquis existimet vel iactet se habere quod non habet quàm quòd non existimet vel dicat se non habere quod habet. Et per hoc patet responsio ad obiecta. [* Alias non affirmando.] [cap. eodẽ.]

QVÆSTIO CENTESIMADECIMA, DE Vitiis oppositis veritati, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de vitiis oppositis veritati. ¶Et primò, de mendacio. ¶Secundò, de simulatione siue hypocrisi. ¶Tertiò, de iactantia & opposito vitio. ¶ Circa mendacium quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrum mendacium semper opponatur veritati, quasi continens falsitatem. ¶Secundò, de speciebus mendacij. ¶Tertiò, vtrum mendacium semper sit peccatum. ¶ Quartò, vtrum semper sit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum mendacium semper opponatur veritati.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd mendaciũ non semper opponatur veritati. Opposita enim nõ possunt esse simul. Sed mendacium simul potest esse cum veritate. Qui enim verum loquitur, quod falsum esse credit, mentitur, vt Aug. dicit in lib. contra mendacium*. ergo mendacium non opponitur veritati. [Infrà ar. 2 cor. Et 3. dist. 38. ar. 1.]

¶2 Præterea, Virtus veritatis nõ solùm cõsistit in verbis, sed etiã in factis: qa secundũ Philosophum in 4. Ethic.* secũdum hanc virtutem aliquis verũ dicit & in sermone & in vita: sed mendaciũ consistit solùm in verbis. Dicitur enim quòd mendacium est falsa vocis significatio. Sic ergo videtur quòd mendacium non directè opponatur virtuti veritatis. [Cap.3. tom.4.]

¶3 Præterea, August. dicit in lib. contra mendacium* q culpa mentientis est fallendi cupiditas. Sed hoc non opponitur veritati, sed magis beneuolentiæ, vel iustitiæ. ergo mandacium nõ opponitur veritati. [Cap.7. tom.5.] [Cap.3. tom.4.]

¶SED

qui mendax vocatur, opponi non quandoque, sed semper videtur. Et ideo in quæstionis articulum vertitur.

¶ In artic. eodẽ dubiũ occurrit circa illa verba. Vnde bruta animalia etsi aliquid manifestent, non tamẽ manifestationẽ intẽdunt, sed naturali instinctu aliquid agunt, ad quod sequitur manifestatio. Nam aut litera per ly intendunt, intelligit intentionem propriè dictã, quæ est actus volũtatis, & sic nihil dicit: quoniã constat bruta nõ habere voluntatẽ: aut per ly intendũt, intelligit actũ appetitus animalis, quasi diceret. Non tamen manifestationẽ appetũt animaliter, hoc est, cognoscunt & appetunt. Et sic falsũ dicit, quoniã bruta quẽadmodũ cognoscunt cognitione sensitiua, & appetunt comedere & bibere: ita etiã manifestare effectus suos. Cuius signũ est, q si impediantur à manifestatione, nitũtur cõtra impediẽtes: sicut pugnant pro cibo. Lætitia quoq; præsentis manifestationis attestatur appetitui eiusdem absentis. [Cap. 4. tom. 4.] [1.2. q.18. arti.6. & 7. q. præ. art. 1. & 2. ad 3.]

¶ Ad huius euidentiam sciendũ est, q vniuersaliter quando aliquid fit propter finẽ, non solum inueniũtur ibi hęc duo, videlicet finis, & id qđ ad ipsum finẽ ordinat, sed oportet inueniri ibi collationẽ medij ad finem: alioquin nõ magis fieret hoc quàm aliud propter talem finẽ. Verùm operatio ad finem, & collatio operis ad finem, quamuis in opere semp concurrãt simul, impossibile est enim aliquid fieri propter finẽ, nisi sit collatũ fini, an sit ei proportionatũ seu cõueniens, in operante tamen nõ semp inueniũtur cõiuncta, sed in aliquo operante cõiungũtur, & in aliquo separãtur. In artificialibus siquidẽ apparet q magister artis, puta, faber ferrarius facturus gladiũ, non solùm ferrum assumit propter gladiũ construendũ, sed etiã cõfert ferrũ cum fine, puta opere gladij. Et propterea refutat aurum, & eligit ferrum vt idoneum ad talẽ finem, puta incisionẽ. Et sic iungũtur in eodem operante operari propter finem, & cõferre medium cum fine. In naturalibus autẽ agentibus duo hi actus separati inueniuntur. [D.867.] Nam agens naturale, puta arbor, habet vnũ actum, videlicet operari propter finẽ, dum profert frondes propter fructus protectionẽ. Sed non habet alterũ actũ, scilicet conferre tale medium tali fini, vt patet. Sed huiusmodi collationis actus conuenit institutori, & directori naturæ. Propter quod, opus naturæ dicitur opus intelligentiæ. Quando ergo inuenitur in aliquo operari propter finem absque collatione, vocatur operari propter finem executiuè. Quando verò inuenitur in aliquo, quòd & operatur propter finem, & confert vnum cum altero, vocatur operari imperatiuè seu directiuè. Et sicut contingunt hæc in naturalibus, ita & in iis quæ ad animam spectant sentiẽndum est. Non enim omnis anima collatiua est, sed rationalis tantùm. Isti igitur actus animæ, de quibus est sermo, scilicet enuntiare, manifestare, & repręsentare, exigunt in primis hæc duo, scilicet signũ, & signatum. Nam oportet enuntiantem aliquo signo enuntiare, & similiter manifestantem, & repræsentantem. Et exigunt deinde collationem signi ad signatũ. Alioquin nõ assumeretur magis vnũ quàm aliud signum ad significandum tale quid. Concurrentibus autem ad manifestationis rationẽ duobus extremis, scilicet signo, & signato, & collatione eorũdem, vt in litera dicitur, spectãdum est q inter bruta, & rationalia hæc est differẽtia in proposito, q brutis cõuenit manifestare affectus suos p signa: sic q non conferunt signa signatis. Vnde nõ eligũt ad significandũ aliquid magis vnũ signũ quàm aliud: sed iuxta naturæ instinctũ quodlibet illorum signum profert sui affectus manifestatiuũ. [D. 874.] Homines autem per signa sic manifestant quę in ipsis sunt, vt conferãt q sit idoneũ signum ad tale quid significãdum, nunc, huic, & tunc, &c. [Cap. 2. tom. 3.] Et propterea bruta affectus suos manifestãt executiuè tantùm. Autoris autẽ naturæ, & instinct⁹ eorũ, est conferre illorũ signa ad signata. Homines autẽ manifestant q̃ in ipsis sunt imperatiuè, & directiuè. Et hæc est differentia in litera intenta. Cum ergo dicitur, quid intelligit per ly intendunt: respondetur, q intelligit appetere animaliter: & q manifestare eodem modo appetitur à brutis, quo illis natum est conuenire. [D. 538.] Et quia non conuenit eis manifestationis act⁹ nisi executiuè, ideo non appetitur ab eis nisi executiuè. Hoc autẽ non est appetere manifestationis actum nisi materialiter: quoniam de ratione manifestationis in actu exercito, est collatio in actu exercito, quæ à brutorum cognitione & appetitu aliena est. Manifestant igitur bruta per signa affectus suos sicut naturalia operantur propter finem. Et quia non conferunt signa signatis, sicut nec naturalia media ad finem, ideo dicuntur nõ appetere appetitu animali manifestare formaliter: sicut nec vnquã possunt manifestare formaliter.

¶In eodem articulo aduerte glossam notabilẽ super vulgata definitione mendacij, scilicet q est falsa vocis significatio cum voluntate fallendi, ex Aug. 22. quæst. 2. cap. Beatus. Videlicet, quòd ly fallendi, exponitur, hoc est, falsum dicendi, si per essentialia tantum definitio est accipienda, vt in litera dicitur.

¶SED CONTRA qđ dicit Aug. in lib. contra mendacium*. Nemo dubitet mẽtiri eum qui falsum enuntiat causa fallendi. Quapropter enuntiatio falsi cũ voluntate ad fallẽdum prolata, manifestũ est mẽdaciũ. Sed hoc opponitur veritati. Ergo mẽdaciũ veritati opponitur.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd actus moralis ex duobus speciẽ sortitur, scilicet ex obiecto & ex fine. Nã finis est obiectum voluntatis, quæ est primũ mouens in moralibus actibus. Potentia aũt à volũtate mota habet suum obiectum, quod est proximum obiectum volũtarij actus: & se habet in actu voluntatis ad finẽ, sicut materiale ad formale, vt ex supradictis* patet. Dictũ est autẽ* q virtus veritatis, & per consequẽs opposita vitia in manifestatione consistit, quæ fit per aliqua signa: quę quidẽ manifestatio siue enuntiatio est rationis actus, cõferẽtis signũ ad signatum. Omnis enim repręsentatio cõsistit in quadã collatione, quę propriè pertinet ad rationem. Vnde etsi bruta animalia aliquid manifestẽt, nõ tñ manifestationem intendunt, sed naturali instinctu aliquid agũt, ad quod manifestatio sequitur: inquantũ tamen huiusmodi manifestatio siue enũtiatio est actus moralis, oportet quòd sit voluntarius, & ex intentione voluntatis dependens. Obiectum autẽ propriũ manifestationis siue enuntiationis est verũ vel falsum. Intentio verò voluntatis inordinatæ potest ad duo ferri: quorũ vnũ est, vt falsum enuntietur: aliud est, effectus proprius falsę enuntiationis, vt scilicet aliquis fallatur. Si ergo ista tria occurrant, scilicet quod falsum sit id qđ enũtiatur, & q adsit voluntas falsum enuntiandi, & iterum intentio fallẽdi, tunc est falsitas materialiter: quia falsum dicitur, & formaliter ꝓpter voluntatem falsum dicendi, & effectiuè propter voluntatẽ falsitatem imprimẽdi. Sed tamen ratio mendacij sumitur à formali falsitate, secundũ hoc scilicet quòd aliquis habet voluntatem falsum enuntiandi. Vnde & mẽdacium nominatur ex eo quòd contra mẽtem dicitur. Et ideo si quis falsum enuntiet, credẽs id esse verum, est quidem falsum materialiter, sed nõ formaliter: quia falsitas est præter intentionem dicentis. Vnde non habet perfectam rationem mẽdacij. Id enim quod prçter intentionem dicentis est, per accidẽs est. Vnde nõ potest esse specifica differẽtia. Si vero d aliquis formaliter falsũ dicat, habens voluntatẽ falsum dicendi, licet sit verũ id quod dicitur, inquãtum tamen huiusmodi actus est voluntarius, & moralis, habet per se falsitatem, & per accidens veritatẽ. Vnde ad speciem mendacii pertingit. Quod autem aliquis intendat falsitatẽ in opinione alterius constituere, fallendo ipsum, non pertinet ad speciẽ mendacij, sed ad quandam perfectionem ipsius: sicut & in rebus naturalibus aliquid speciem sortitur, si formã habeat, etiã si desit formę effectus: sicut patet in graui, quod violenter sursum detinet, ne descẽdat secũdũ exigẽtiã suę formę. Sic ergo patet q mendaciũ directè, & formaliter opponit virtuti veritatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q vnũqđque magis iudicat secũdũ id quod est ĩ eo formaliter, & p se, quã secundum id quod est in eo materialiter, & per accidẽs. Et ideo d magis opponit veritati inquãtũ est virtus moralis, q aliquis dicat verũ, intendens dicere falsum, quàm qđ dicat falsum intendens dicere verum.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd sicut Augu. dicit in secũdo de Doct.* Christia. voces præcipuum locum tenẽt inter alia signa. Et ideo cùm dicitur quòd mendaciũ est falsa vocis significatio, nomine Vocis intelligitur omne signũ. Vnde ille qui aliquod falsum nutibus significare intenderet, non esset à mendacio immunis.

¶ Ad tertium dicendum q cupiditas fallendi pertinet ad perfectionẽ mendacij, non autem ad speciẽ ipsius: sicut nec aliquis d effectus ptinet ad speciẽ suæ causæ.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum mendacium sufficienter diuidatur per mendacium officiosum, & perniciosum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt quòd mendacium insufficienter diuidat per mẽdaciũ officiosum, iocosum, & perniciosum. Diuisio enĩ est danda secũdũ ea quę per se cõueniũt rei: vt patet per Philosophũ in 7. Metaphysicę*. Sed intentio effectus est pręter speciem actus moralis, & per accidens se habet ad ipsum, vt videtur. Vnde & infiniti effectus possunt consequi ex vno actu: Sed hęc diuisio datur secundum intentionem effectus. Nã mendaciũ iocosum est quod fit causa ludi. Mẽdacium autem pniciosum est quod fit causa nocumẽti. Mendacium autem officiosum est quod fit causa vtilitatis. Ergo inconuenienter hoc modo diuiditur mendacium. [3. dist. 38. ar. 2. & 5. & opusc. 64 c. 25. & 26. Et Psalm. 3.] [* tex. 43. tom. 3.]

¶2 Præterea, Aug. in libro cõtra mendaciũ* diuidit mẽdaciũ ĩ octo partes. Quorũ primũ est ĩ doctrina religionis. Secundũ est, quod nulli ꝓsit & obsit alicui. Tertiũ est, quod prodest ita vni, vt alteri obsit. Quartum est, quod fit sola mentiendi fallendiq; libidine. Quintum est quod fit placendi cupiditate. Sextũ est, quod nulli obest, & prodest alicui ad conseruandã pecuniam. Septimum est, quod nulli obest, & prodest alicui ad vitandum mortẽ. Octauum, quod nulli obest, & prodest alicui ad vitandũ immunditiam corporalem. Ergo videtur quòd prędicta diuisio mendacij sit insufficiens. [Cap.14. tom.4.]

¶3 Pręterea, Philosophus in quarto Ethicor.* diuidit mendacium in iactantiam, quæ verum excedit in dicendo, & ironiam, quæ deficit à vero in minus: quæ duo sub nullo prædictorum membrorum continentur. Ergo videtur quòd diuisio prædicta mendaeij sit incompetẽs. [cap.7. tom. 3.]

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæ Articulum secundum.*

IN articul.2. eiusdẽ centesimædecimæ quæstionis, nota duo. Primum est q speciale quid inuenitur in oppositis virtuti veritatis, scilicet q habet vnũ primo oppositum, videlicet mendacium: sub quo, tanquam genere, continẽtur alia opposita, puta iactantia, & ironia: cum aliarum virtutum in medio duarum malitiarum existentium opposita assignentur immediatè extrema, vt liberalitati auaritia, & prodigalitas, & sic de aliis. Accidit autẽ hoc fortè,

quia

¶SED CONTRA est, quod sup illud Psal.5. Perdes oẽs q loquuntur mẽdaciũ: dicit gl.* ꝙ sunt tria genera mẽdaciorũ. Quædã enim sunt pro salute, & cõmodo alicuius. Est etiã aliud genus mendacij quod fit ioco. Tertiũ vero mẽdacij genus est quod fit ex malignitate. Primũ autẽ horũ trium dicitur officiosum, secũdum iocosum, tertiũ perniciosum. Ergo mẽdacium in tria prędicta diuidit'.

Est. Aug. ib. ed. tom.8. Et lib. de menda. c. 14. to.4.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd mẽdacium tripliciter diuidi potest. Vno modo, secundũ ipsam mẽdacij rationẽ, q̃ est ꝓpria, & ꝑ se mẽdacij diuisio. Et secũdum hoc mẽdacium in duo diuidit', scilicet in mẽdacium, quod trãscendit veritatẽ in maius, quod ꝑtinet ad iactantiã: & in mẽdacium, quod deficit à veritate in minus, quod pertinet ad ironiã: vt patet ꝑ Philosophũ in 4. Ethic.* Hæc aũt diuisio ideo ꝑ se est ipsius mẽdacij qa mendacium, inquãtum huiusmodi, opponit' veritati, vt dictum est*. Veritas autẽ æqualitas quædã est, cui ꝑ se opponit' maius & minus. Alio modo põt diuidi mẽdaciũ, inquantum habet rationẽ culpæ, secundum ea q̃ aggrauãt, vel diminuunt culpã mẽdacij ex parte finis intenti. Aggrauat autẽ culpã mẽdacij, si aliquis per mẽdacium intẽdat alterius nocumentũ, quod vocat' mẽdacium ꝑniciosum. Diminuit' autẽ culpa mẽdacij, si ordinetur ad aliquod bonum vel delectabile, & sic est mendacium iocosum: vel vtile, & sic est mẽdacium officiosum, quo intẽditur iuramẽtum alterius vel remotio nocumẽti. Et secundum hoc diuiditur mẽdacium in tria ꝑdicta.* Tertio modo diuiditur mẽdacium vniuersalius secundum ordinẽ ad finẽ siue ex hoc addat' vel diminuat' ad culpã mẽdacij, siue nõ. Et secundum hoc diuisio est octo mẽbrorum, q̃ dicta* est, in qua quidẽ tria prima mẽbra cõtinẽtur sub mẽdacio ꝑnicioso: qđ quidẽ fit vel cõtra Deum, & ad hoc pertinet primum mẽdacium, quod est in doctrina religionis: vel est cõtra hominem siue sola intẽtione nocẽdi alicui, & sic est mẽdacium secundum quod scilicet nulli ꝓdest, & obest alicui: siue etiã intendatur in nocumẽto vnius, vtilitas alterius: & hoc est tertiũ mẽdacium, quod vni ꝓdest, & alteri obest. Inter q̃ tria, primum est grauissimum: qa semp peccata cõtra Deum sunt grauiora, vt supra dictũ est*. Secundum autẽ est grauius tertio, quod diminuit' ex intentione vtilitatis alterius. Post hæc aũt tria, q̃ super addunt ad grauitatẽ culpæ mendacij, ponit' quartũ: qđ habet ꝓpriã quantitatem sine additione vel diminutione. Et hoc est mendacium, quod fit ex sola mẽtiendi libidine, quod ꝓcedit ex habitu. Vnde & Philosophus dicit in 4. Ethic.* ꝙ mẽdax eo ꝙ talis est secundũ habitum, ipso mẽdacio gaudet. Quatuor verò subsequentes modi diminuunt de culpa mendacij. Nã quintũ est mendaciũ iocosum, quod fit placẽdi cupiditate. Alia verò tria cõtinent' sub mẽdacio officioso: in quo intendit' quod est alteri vtile, vel quantũ ad res exteriores, & sic est sextũ mendaciũ, quod ꝓdest alicui ad pecuniã cõseruandã, vel est vtile corpori, & hoc est septimũ mendaciũ, in quo impedit' mors hominis: vel etiã vtile est ad honestatẽ virtutis, & hoc est octauũ mendaciũ, in quo impeditur illicita pollutio corporalis. Patet aũt ꝙ quãto bonum intentũ est melius, tanto magis minuitur culpa mẽdacij. Et ideo si qs diligenter cõsideret secundũ ordinem ꝑdictæ enumerationis, est ordo grauitatis culpæ in istis mẽdaciis. Nam bonũ vtile præfertur delectabili, & vita corporalis præfertur pecuniæ, honestas autem ipsi corporali vitæ. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

lib.4. cap.7. tom.5.
art.prec.
1.2.q.73. art.9.
li.4. cap.7. tom.5.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum omne mendacium sit peccatum.

AD TERTVM sic proceditur. Videtur ꝙ nõ omne mẽdaciũ sit peccatũ. Manifestum enĩ est quod Euangelistæ scribendo Euãgelium non peccauerunt. Videntur tamen aliquid falsum dixisse: quia verba Christi, & etiã aliorum frequẽter aliter vnus, & aliter retulit alius. Vnde videtur ꝙ alter eorum dixerit falsum. Nõ ergo omne mendacium est peccatum.

¶2 Præterea, Nullus remuneratur à Deo pro peccato. Sed obstetrices Ægypti remuneratæ sunt à Deo propter mendaciũ. Dicitur enim Exod.1. quòd ædificauit illis Deus domos. Ergo mendacium non est peccatum.

Suprà q. 69. art. 1. & 2. & q. 70. art. 4. cor. & 3. dist. 38. art. 5. Et quolibet. 8. art. 14.

¶3 Præterea, Gesta sanctorũ narrãtur in sacra Scriptura ad informationẽ vitæ humanæ. Sed de quibusdã sanctissimis viris legitur ꝙ sunt mentiti: sicut Genes.12. & 20. ꝙ Abrahã dixit de vxore sua quòd soror sua esset. Iacob etiam mentitus est dicẽs se esse Esau, & tamen benedictionem adeptus est: vt habetur Genes.37. Iudith etiam commendatur, quæ tamen Holoferni mentita est. Non ergo omne mendacium est peccatum.

¶4 Præterea, Minus malum est eligendum, vt vitetur maius malũ, sicut medicus ꝑscindit membrũ, ne corrũpatur totum corpus. Sed minus nocumentum est ꝙ aliquis generet falsam opinionem in animo alicuius quàm quòd aliquis occidat, vel occidatur. Ergo licitè potest homo mentiri, vt vnum præseruet ab homicidio, & alium præseruet à morte.

¶5 Pręterea Mẽdaciũ est si qs nõ impleat quod ꝓmisit: sed nõ omnia ꝓmissa sunt implenda. Dicit enĩ Isid.* In malis ꝓmissis rescinde fidem. Ergo nõ omne mendacium est peccatum.

Refertur 22. q. 4. cap. in malis.

¶6 Præterea, Mendacium ob hoc videt' esse peccatum, qa per ipsum homo decipit ꝓximum. Vnde Aug.* dicit in lib. contra mendaciũ. Quisquis esse aliquod genus mẽdacij, quod peccatum non sit, putauerit, decipiet seipsum turpiter, cùm honestũ se deceptorem arbitretur aliorum: sed non omne mendacium est deceptionis causa: qa ꝑ mendacium iocosum nullus decipitur. Non enim ad hoc dicuntur huiusmodi mendacia vt credatur, sed propter delectationem solam. Vnde & hyperbolicæ locutiones quandoque etiam in Scriptura sacra inueniuntur. Non ergo omne mendacium est peccatum.

cap. vlt. à med. to4.

¶SED CONTRA est quod dicitur Eccles.7. Noli velle mentiri omne mendacium.

¶RESPONDEO dicendum, quòd illud quod est secundum se malum ex genere, nullo modo potest esse bonum, & licitum: quia ad hoc quòd aliquid sit bonum, requiritur quòd omnia rectè concurrant. Bonum enim est ex integra causa, malum verò est ex singularibus defectibus, vt Dionys.* dicit 4.ca. de Diui.no. Mendacium autem est malum ex genere. Est enim actus cadens super indebitam materiam. Cùm enim voces naturaliter sint signa intellectuum, innaturale est, & indebitum quòd aliquis voce significet id quod non habet in mente. Vnde Philosophus dicit in 4.Ethic.* quòd mendacium est per se prauum, & fugiendum: verum autem est bonum & laudabile. Vnde omne mendacium est peccatum, sicut etiam Aug.* asserit in lib.contra mendacium.

*par.4.
lib.4. cap. 7. ante medium to.5.
cap.1. tom.4.

¶AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ nec in Euãgelio nec in aliqua Scriptura canonica fas est opinari aliquod falsum asseri, nec quòd Scriptores earum mendacium dixerint: quia periret fidei certitudo, quæ autoritati sacræ scripturæ innititur. In hoc verò quòd in Euangelio, & in aliis Scripturis sacris verba aliquorum diuersimode recitantur, non est mendaciũ. Vnde Augu. dicit in lib. de consensu Euangelistarum*. Nullo modo laborandum esse iudicat, qui prudenter intelligit ipsas sententias esse necessarias cognoscendæ veritati, quibuslibet verbis fuerint explicatæ. Et in hoc apparet, vt ibidem subdit, non debere nos arbitrari mentiri quenquam, si pluribus reminiscentibus rem quam audierunt vel viderunt non eodem modo, àtque eisdem verbis eadem res fuerit indicata.

lib.2. cap. 12 parum à medio tom.4.

¶Ad secundum dicendum, quod obstetrices non sunt remuneratæ pro mendacio, sed pro timore Dei, & beneuolentia, ex qua processit mendacium. Vnde signanter dicitur Exod.1. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit illis domos. Mẽdacium verò postea sequens non fuit meritorium.

¶Ad tertium dicendum, quod in sacra Scriptura vt Aug. dicit inducuntur aliquorũ gesta, quasi exẽpla perfectæ virtutis, de quibus non est æstimandum eos fuisse mẽtitos. Si qua tamẽ in

lib. de mẽdacio cap. 5 ante mediũ to.4.

corum

quia innominatũ est in aliis genus proximum vtriusque vitij extremi. In hac autẽ materia nominatur mẽdaciũ, vt cõtinet etiam in se simulationẽ, genus proximum vtriusque vitij extremi oppositi veritati, vt patet. Secundũ est, ꝙ de ratione mẽdacij pernicio si est intẽtio nocendi, vt in litera dicitur: sicut de ratione mendacij iocosi est intẽtio delectandi: & de ratiõe officiosi est intẽtio vtilitatẽ afferendi. Et quoniã mortalia secundũ intentũ finem maximè pẽsantur, & formaliter considerantur, hinc habes quod sicut detrahens non intentione detrahendi, nõ formaliter detrahit, nec peccat mortaliter, nisi fortè ꝑ accidẽs ratione nocumẽti illati: ita proferens mendaciũ perniciosum nõ animo nocẽdi, licet sit formaliter mẽdax, nõ tamẽ est formaliter mendax perniciosus, nec peccat mortaliter, nisi forte per accidens, ratione scilicet materiæ: puta, quia in doctrina fidei mẽtitur: vel ratione dãni in audiẽte, puta, quia credendo cõmisit post mortale: vel in quocunq; alio notabiliter propterea lęsus quis est.

¶In eodem secundo articu. dubiũ nouitiorũ occurrit quo pacto mẽdacium iocosum ex intentione delectãdi, & similiter officiosum ex intẽtione boni minuatur, cùm semper remaneat mendacium, ac per hoc in sua prauitate, quam habet ex sua genere.

In arg.2. ad oppositum.
Arg. 2. huius art.

¶Ad hoc dicitur, quòd quia bonum additũ malo, etsi illud non tollat, minuit tamẽ illius culpam: minus enĩ culpabilis inuenit' qui malum propter bonum, quàm qui absolutè malũ facit: quoniã ibi ratio faciẽdi bona adiungitur, idcirco dicta mendacia alleuiantur, nõ tollunt', hoc est, non sunt tantæ culpæ cum dictis intentionibus bonis, quantæ sunt absolutè prolata.

¶Super Quæstionis centesimædecimæ Articulum tertium.

IN art.3. eiusdẽ quæst. nota duo. Primò, respõsionem ad quintum: in qua autor meminit virtutis fidei, quam reduci ad virtutẽ veritatis in quæstione octuagesima dixerat. Sed in fine huius tractatus, scilicet de veritate, & illius oppositis, nos dicemus quod Deus dabit.

¶Secundo, in responsione ad sextũ, quòd mendacium iocosum potest dupliciter sumi, scilicet formaliter, & materialiter. Et vocatur in ꝓposito materialiter, quando tota locutio tenetur materialiter. Sicut

eorũ dictis appareãt, q̃ mẽdacia videtur, intelligẽdum est ea figuraliter, & ꝓpheticè dicta esse. Vñ Aug. dicit in lib. contra mẽdaciũ*. Credendũ est illos homines qui propheticis tẽporib. digni autoritate fuisse cõmemorãtur, oĩa q̃ scripta sunt de illis propheticè gessisse atq; dixisse. Abrahã tñ, vt Aug. dicit in q. super Gen*. dicens, Sarã esse suãd sororẽ, veritatem voluit celari, & non mẽdacium dici: soror enĩ dicitur, qa filia patris erat. Vñ & ipse Abrahã dicit Gen.20. Verè soror mea est filia patris mei, & nõ matris meæ filia: quia s. ex parte patris ei attinebat. Iacob verò mysticè dixit se esse Esau primogenitũ Isaac: quia videlicet primogenita illius de iure ei debebantur. Vsus autẽ est hoc mõ loquẽdi per spiritũ prophetiæ ad designandũ mysterium: qa videlicet minor populus, s. Gentiliũ, substituendus erat in locũ primogeniti, s. in locũ Iudæorum. Quidã verò cõmendãtur in Scriptura, nõ propter perfectã virtutẽ, sed propter quandã virtutis indolẽ, s. quia apparebat in eis aliquis laudabilis affectus, ex quo mouebantur ad quędam indebita facienda. Et hoc modo, Iudith laudatur, non quia mentita est Holoferni, sed propter affectum, quem habuit ad salutem populi, pro qua periculis se exposuit. Quamuis etiam dici posit, quòd verba eius veritatem habent secundum aliquem mysticum intellectum.

ca.5.to.4.
li.22. contra Faustũ ca.34.
D.2.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ mẽdacium nõ solũm hẽt rationẽ peccati ex damno, quod infertur proximo, sed ex sua ordinatione, vt dictum est*. Non licet autem aliqua illicita inordinatione vti ad impediendum nocumenta, & defectus aliorũ: sicut non licet furari ad hoc quòd homo eleemosynã faciat, nisi fortè in casu necessitatis, in quo oĩa sunt cõia. Et ideo non est licitum mendacium dicere ad hoc quòd aliquis alium quocunque periculo liberet. Licet tamen veritatẽ occultare prudenter sub aliqua dissimulatione, vt Aug. dicit ĩ li. cõtra mẽdaciũ*.

In corp. art.
cap.10.to.4.

¶Ad quintũ dicẽdum, ꝙ ille qui aliquid promittit, si habeat animũ faciendi quod promittit, nõ mẽtitur: quia nõ loquitur contra id quod gerit in mente. Si verò nõ faciat quod promisit, tũc videtur infideliter agere per hoc ꝙ animũ mutat. Põt tñ excusari ex duobus. Vno mõ, si ꝓmisit id qđ manifestè est illicitũ: qa promittendo peccauit, mutãdo aũt propositũ, bñ facit. Alio mõ si sunt mutatæ cõditiões personarum, & negotiorũ. Vt enĩ Seneca dicit in lib. de Bñficiis*, Ad hoc ꝙ hõ teneatur facere, quod ꝓmisit, requiritur ꝙ oĩa immutata ꝑmaneãt: alioquĩ nec fuit mẽdax in promittẽdo: quia promisit quod habebat in mente, subintellectis debitis conditionibus. Nec ẽt est infidelis nõ implendo quod promisit, quia eædẽ cõditiones non extãt. Vnde & Apostolus non est mentitus, qui non iuit Corinthum, quò se iturũ esse promiserat: vt dicitur 2. ad Corint.1. & hoc propter impedimenta, quæ superuenerunt.

li.4.c.34. & 35.

¶Ad sextũ dicendum, ꝙ operatio aliqua potest cõsiderari dupliciter. Vno modo, secundum seipsam: alio mõ, ex parte operãtis. Mẽdaciũ ergo iocosum ex ipso genere operis hẽt rationẽ fallẽdi, quanuis ex intentione dicentis nõ dicatur ad fallẽdum, nec fallat ex mõ dicẽdi. Nec est simile de hyperbolicis aut quibuscunque figuratiuis locutionibus, q̃ in sacra scriptura inueniuntur: quia sicut Aug. dicit in lib. contra mẽdacium*, quicquid figuratiuè fit, vel dicitur, nõ est mẽdacium. Oĩs enĩ enuntiatio ad id quod enuntiat referẽda est. Omne aũt figuratiuè aut factũ aut dictũ hoc enuntiat, qđ significat eis, quibus intelligendum prolatum est.

ca.5.to.4.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum omne mẽdacium sit peccatũ mortale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd omne mẽdacium sit peccatum mortale. Dicitur enim in Psal.5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et Sap.1. Os quod mentitur occidit animam: sed perditio, & mors animæ non est nisi per peccatum mortale. Ergo omne mendacium est peccatũ mortale.

¶2 Præt. Omne, qđ est contra præceptum Decalogi, est peccatum mortale. Sed mẽdacium est contra hoc præceptum Decalogi, Non falsum testimoniũ dices. Ergo omne mẽdacium est peccatum mortale.

Suprà q°. 69. art. 1. & 2. & q. 70. ar. 4. cor. Et 3. dist. 38. ar. 4. & 4. dist. 36. q. 4. ar. 1. q. 3. cor. Et quol. 8. ar. 14. & quol. 9. ar. 14

¶3 Præt. Aug. dicit in 1. de doctrin. Christiana*. Nemo mẽtiẽs, in eo qđ mẽtitur, seruat fidẽ. Nã hoc vtiq; vult, vt cui mẽtitur, fidẽ sibi habeat: quã tñ ei mentiẽdo nõ seruat. Oĩs autẽ fidei violator iniquus est. Nullus autẽ dicitur fidei violator vel iniquus propter peccatũ veniale. Ergo nullum mẽdacium est peccatũ veniale.

*cap.26. to.3.

¶4 Pręt. Merces æterna non perditur nisi pro peccato mortali. Sed pro mendacio perditur merces æterna commutata in temporalẽ. Dicit enim Greg*. ꝙ in remuneratione obstetricũ cognoscit' qđ mẽdacij culpa mereatur. Nã benignitatis earum merces, quæ eis potuit in æterna vita tribui, præmissa culpa mendacij in terrenam est remunerationem declinata. Ergo etiam mendacium officiosum quale fuit obstetricũ, quod videtur esse leuissimum, est peccatum mortale.

lib.18. Moral. cap.2.

¶5 Præterea, Aug*. dicit in li. contra mẽdaciũ, ꝙ perfectorum ꝑceptum est, omnino non solùm non mẽtiri, sed nec velle mentiri. Sed facere cõtra præceptum est peccatum mortale. Ergo omne mendacium perfectorum est peccatum mortale. Pari ergo ratione, & omnium aliorũ: alioquin essent peioris conditionis.

c.17. to.4.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 5. Psa*. Duo sunt genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tñ nõ sunt sine culpa: cùm aut iocamur, aut proximo cõsulẽdo mentimur. Sed omne peccatum mortale habet grauem culpam. Ergo mẽdacium iocosum, & officiosum nõ sunt peccata mortalia.

Super illud: Perdes omnes qui loquũtur mendacium.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd peccatũ mortale ꝓpriè est qđ repugnat charitati, ꝑ quã aĩa viuit Deo cõiuncta, vt dictum est*. Põt autẽ mendacium cõtrariari charitati tripliciter. Vno mõ, secundum se: alio mõ, scđm finem intentum: tertio mõ, per accidens. Scđm se q̃dem charitati contrariatur ex ipsa falsa significatione. Quæ quidẽ si sit circa res diuinas, cõtrariatur charitati Dei: cuius veritatem aliquis tali mendacio occultat vel corrumpit. Vnde huiusmodi mẽdaciũ non solùm opponitur virtuti charitatis, sed ẽt virtuti fidei, & religionis: Et ideo hoc mendaciũ est grauissimũ, & mortale. Si verò falsa significatio sit circa aliqd, cuius cognitio pertineat ad hominis bonũ, puta, q̃ pertinet ad perfectionẽ sciẽtiæ, & informationẽ morum, tale mẽdacium inquantũ infert dãnum falsę opinionis ꝓximo, contrariatur charitati

q.24. art. 12. & q. 35. art. 3.

cum aliquis narrat vnam fabellam, aperiens se narrare fabellam. Et sic dicens infinita mendacia iocosa, in nullo peccat, si causa delectandi, quando oportet, & vbi oportet, &c. dicit. Quoniam hoc quod est falsum dicere, cum intentione falsum dicendi, non cadit sub loquutione eius, nisi materialiter. Et hoc nec ex ipso genere operis natum est fallere, sed delectationem afferre tantũ. formaliter autem mentitur, qui sermone falso vtitur, causa delectandi, siuè seriò. Vt cum quis fingit in suo sermone aliquid accidisse, vt delectetur infirmus qui nouit illum, putando illud esse verum: siue iocosè, vt cùm quis in suo sermone aliquid fingit, vt delectet audientes, siue credant, siue non: in suspenso, quantum ex se est relinquens, an verum, an falsum dicat. Quo fit, vt aliqui ex faceta inuentione prolata, aliqui ex credita, aut quasi credita delectentur. Et quocunque horum modorũ accidat, est propriè mendacium iocosum: & quãtum est ex natura operis natum est fallere: quamuis contingat quòd quãdoque nec ex intentione dicentis, nec ex modo dicendi fallat, vt patet in vltimo modo. Et quia ex natura operis natum est fallere, ideo formaliter exercens illud peccat venialiter.

¶ Super Quæstionis centesimædecimæ Articulum quartum.

IN articulo quarto eiusdem centesimædecimæ quæstionis, dubium occurrit, quia præsens distinctio videtur aduersari doctrinæ habitæ in articulo 2. huius quæstionis. Nam ibi dictum est quòd distinctio mendacij per se non est mendacium perniciosum, officiosum, & iocosum: sed ista distinctio attenditur secundum finem intentum, aggrauãtem vel alleuiantem. Hic verò mẽdacium perniciosum ponitur, & in mendacio ratione finis intenti, puta nocumenti. Quomodo stant ista simul? Si enim mendacium perniciosum definitur penes finem nocumenti intenti, vt ibi dictum est, quo pacto hic duplex mendacij perniciosi genus ponitur, scilicet ex nocumento intento, & secundum se? Et econtra: si secundum se inuenitur perniciosum, ergo non ex solo nocumento intento.

¶Ad hoc dicitur, quòd finis vitiosi actus est duplex, intrinsecus & extrinsecus. Verbi gratia finis detractionis intrinsecus est detrahere famæ: finis verò extrinsecus esset dãnum in diuitiis, si hoc quis detrahendo intenderet. Et sicut detractio dupliciter potest esse peccatum mortale, scilicet ex fine intrinseco, vt si quis detrahat cum animo infamandi: & ex solo fine extrinseco, vt si quis animo damnificandi proximum in statu vel diuitiis detrahat in aliquo minimo: ita in proposito mendacium dupliciter dicitur peccatum mortale, scilicet ex fine intrinseco, & ex fine extrinseco. Et quia finis intrinsecus mendacij in communi est dicere falsum vt ex diffinitione mendacij patet, consequens est, vt finis intrinsecus mendacij in tali materia, sit dicere falsum in tali materia: ac per hoc, qui mentitur, vt dicat falsum nociuum diuinis, siue humanis, hic mendacium, & perniciosum, & mortale incurrit ex fine intrinseco intento contra charitatem Dei, aut proximi. Qui verò mẽtitur, vt dicat falsum, quicquid sit illud, vt noceat diuinis aut humanis, hic etiam perniciosum mendacium & mortale incurrit ex extrinseco fine intento contra charitatem Dei vel proximi. Et hanc distinctionem manifestè intendit litera probans hoc secundum membrum ex hoc quòd sola intentio peccandi mortaliter constituit peccatum mortale: quasi diceret quòd licet mendacium tale ex propriis nõ sit mortale, ex sola intentione extranei mortalis, fit mortale. Vñ doctrina præsens nõ aduersatur antedictę, qm̃ stat solida doctrina data, scilicet, quòd perniciosum mendacium constituitur ex intento fine nocumenti. Sed vt declaratum est, hic distinguitur finis intentus in intrinsecum & extrinsecum. Oportet nanque perniciosè mentientem animum habere quòd dicat falsum nociuum, vel ad nocendum, ac per hoc intendere nocumentum. Vnde & in illo articulo Autor sub pernicioso mendacio statim locauit tria prima membra enumerata ab August. tanquam contẽta sub mendacio pernicioso ex fine intrinseco intento. Et hic eadem tria membra ponit sub mendacio secundum se contrario charitati: distinguens ea contra mendacium ex fine intento extrinseco. Ad id autem quod obiicitur, quòd mendacium hic dicitur secundum se perniciosum, &c. respondetur quòd æquiuocatio accidit. Nam hic dicitur mendacium secundum se, hoc est secundum suam propriam materiã, quam constat esse de ratione eius, ibi vero vocatur mendacium per se secundum rationem formæ, qua opponitur

Universidad de Deusto Biblioteca

veritati, & diuiditur in plus & minus. Vnde & perniciosum gratia materiæ inuenitur sub vtraque specie, scilicet iactantia & ironia.

¶ In eodem articulo aduerte circa mendacium in materia scibili quòd ad hoc quòd fiat formaliter, oportet, quòd sit falsa vocis significatio cum intentione dicendi falsum nociuum proximo: ita quòd nisi tertia conditio, scilicet nocumentum proximi cadat sub intentione, nō incurritur formaliter tale mendacium. Et ex hoc habes, quando doctor peccat mortaliter dicendo falsa, quando scilicet aduertit se docere falsum in scibilibus, & tamen assertiuè illud docet. Constat enim quòd inexcusabilis est ab intētione nocumenti, qui nociuum ex suo genere sciens, & præuidens infert, vt iste facit. Vniuersaliter autem quicunque scienter mendacium dicit contra iudicium, vel doctrinā, mortaliter peccat, vt in rñsiōe ad vltimū habes. Vbi nota ly contra: quoniam inde habes quòd si iudex, dum iudicat, mendacia aliqua impertinentia immisceat, licet peccet, non tamen mortaliter: quia non mentitur contra veritatem iudicij, sed impertinentium ad iudicium. Idem autem est iudicium de doctoribus, si docendo mentiantur non tamen contra veritatem doctrinæ. Sed aduerte quòd Prædicator semper contra veritatem doctrinæ Christianę mētitur, quando miracula falsa scienter prædicat: qm̄ quātū in se est, veritatem miraculorum Christi, & Sanctorum euacuat. Agit enim vt falsa etiam putentur Christi & Sanctorum miracula. Et simile est, si vitam Sanctorum fingunt aliter quàm sit, eadem ratione. Mentiendo autem in nominibus Autorum aut quotationibus, puta capitulum decimum pro 12. aut Isaiam pro Hieremia, vel Hier. pro August. dicendo: quia tunc non occurrit, & turpe putat sic pertransire, peccat quidem, sed non mortaliter: quia nō contra, sed præter veritatem doctrinæ mentitur. Falli nanque in his non est falli in doctrina, sed in accidentibus eius.

Q.44.ar. 1.& 1.2. q.100.ar. 5.

¶ Super Quæstionis centesimæ vndecimæ Articulum primum.

D.346. & 993.

IN quæstione centesima vndecima, occurrunt quinque dicenda. primò, quòd Autor distinxit quæstionem simulationis à quæstio. mendacij, non propter formalem sed materialem differentiam, dum mendacium est falsa vocis significatio, simulatio vero est falsa facti significatio. Et vtrobique requiritur voluntas: ibi falsum dicendi: hic falsum faciendi. Et propter hanc malam voluntatem semper simulatio est peccatum, sicut mendacium formaliter sumendo vtrumque. Et quia habet speciales difficultates in Theologia, propter vnā simulationis speciem, quæ vocatur hypocrisis, qua quis simulat factis personam iusti. Secundo, quòd Abraham à simulatione, imò à mendacio, propter figuratam locutionem propheticè excusatur, quia commisisse se intelligitur Spirituisancto, tanquam proferret illa verba ad sensum intentum à Spiritusancto, quamuis sibi ignota. Potest tamen aliter excusari, & facilius Abraham, vt intelligatur locutus secundum communem hominum morem, secundum quem erant post adorationem reuersuri, quasi dixerit, Deo aliter non disponente, Reuertemur ego, & puer. Huiusmodi enim conditiones generales subintelliguntur. Sed pro reuerentia Ambrosij Autor sic exposuit. Tertiò quod de fictione Dauid coram Achis, licet Autor vtatur glossa, & ad mysterium trāseat, ad literam tamen excusari videtur: quia facta, nisi ex intentione significandi fiant, signi vim non per se habent ex parte facientis, vt superius dixi. Quartò, quòd simplicitas seu veritas nō intelligitur opponi dolo, vel fraudi formaliter, sed potius causaliter, pro quā to opponitur simulationi & mendacio, quę sunt effectus doli, vel faudis. Astutus enim adinueniens vias apparentes dolo siue fraude, exequitur eas mediante mēdacio, & simulationis vitio, & aliquo alio quandoque. Et pro quanto eis immiscetur mendacium aut simulatio, pro tanto opponi dicuntur simplicitati in art. 3. ad secundum. Nam secundum se absolutè opponi dicuntur prudentiæ superius in q.45. Quinto, quo modo hypocrisis cōsueuit in sacra Scriptura sumi, vt dicitur in articulo quarto. Et propterea tam detestabiliter commemoratur. Et hæc de quæst. tertia sufficiant.

quantum ad dilectionem proximi. Vnde est peccatū mortale. Si verò falsa opinio ex mendacio generata sit circa aliquid, de quo nō referat, vtrū sic vel aliter cognoscatur, tunc ex tali mendacio nō damnificatur proximus: sicut si quis fallatur in aliquibus particularibus contingentibus, ad se non pertinentibus. Vnde tale mendaciū secundū se nō est peccatū mortale. Ratione verò finis intenti aliquod mendacium contrariatur charitati: puta, quod dicitur aut in iniuriā Dei, quod semper est peccatum mortale, vtpote religioni contrarium: aut in nocumentum proximi, quantum ad personā, diuitias, vel famam. Et hoc etiā est peccatum mortale, cùm nocere proximo sit peccatum mortale. Ex sola autem intentione peccati mortalis, aliquis mortaliter peccat. Si verò finis intentus non sit contrarius charitati, nec mendacium secundum hanc rationem erit peccatum mortale. Sicut apparet in mendacio ioco, in quo intenditur aliqua leuis delectatio: & in mēdacio officioso, in quo intenditur etiā vtilitas proximi. Per accidens autem potest contrariari charitati ratione scandali, vel cuiuscunque damni consequentis. Et sic erit etiā peccatū mortale, dum s. aliquis non veretur propter scandalum publicè mentiri.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ illæ autoritates intelligunt de mēdacio pnicioso, vt exponit gl. sup illud Psalmi, Perdes omnes qui loquuntur mendaciū.

¶Ad secundum dicendū, ꝙ cùm omnia pcepta Decalogi ordinētur ad dilectionē Dei, & pximi, sicut suprà dictū est *, intantum mendacium est contra pceptū Decalogi, inquantū est cōtra dilectionē Dei, & proximi. Vñ signanter prohibetur contra proximū falsum testimoniū.

¶Ad tertiū dicendum, quòd etiam peccatum veniale largo modo potest dici iniquitas, inquantum est præter æquitatem iustitiæ. Vnde dicitur primæ Ioan.3. Omne peccatū est iniquitas. Et hoc modo loquitur Aug.

¶Ad quartum dicendum, quòd mendacium obstetricum potest dupliciter considerari. Vno modo, quantum ad effectū beneuolentiæ in Iudæos, & quantum ad reuerentiam diuini timoris, ex quibus commendatur in eis indoles virtutis: & sic debetur eis remuneratio æterna. Vñ Hiero. exponit, quòd Deus ædificauit illis domos spirituales. Alio modo pōt considerari quātum ad ipsum exteriorē actum mendacij: quo quidem nō potuerunt æternā remunerationē mereri, sed fortè aliquā remunerationem temporalem, cuius merito nō repugnabat deformitas illius mendacij, sicut repugnabat merito remunerationis æternæ. Et sic intelligenda sunt verba Greg. non ꝙ per illud mēdacium mererent amittere remunerationē ęternā, quā iā ex pręcedēti affectu meruerant, vt ratio procedebat.

¶Ad quintum dicendū, ꝙ quidā dicunt ꝙ perfectis viris omne mēdaciū est peccatum mortale. Sed hoc irrationabiliter dicitur. Nulla eñ circunstantia aggrauat in infinitum, nisi quæ transfert in aliam speciem. Circunstātia aūt personæ non transfert in aliam speciem, nisi fortè ratione alicuius annexi: puta, si sit cōtra votū ipsius: qđ nō pōt dici de mendacio officioso vel iocoso. Et ideo mēdaciū officiosum, vel iocosum non est peccatū mortale in viris perfectis, nisi fortè per accidens, ratione scandali. Et ad hoc potest referri quod Aug *. dicit perfectis esse præceptum non solùm non mentiri, sed nec velle mētiri. Quāuis hoc Aug. * non assertiuè, sed sub dubitatione dicat. Præmittit enim, Nisi fortè ita, vt perfectorum, &c. Nec obstat quòd ipsi ponunt in statu conseruandæ veritatis: quia veritatem tenentur cōseruare ex suo officio in iudicio vel doctrina: contra q̄ si mentiant, erit mendacium, quod est peccatum mortale. In aliis autē non oportet quòd mortaliter peccent mentiendo.

Li.de mēdac.c.17.
Ibidem.

QVÆSTIO CENTESIMAundecima de Simulatione & Hypocrisi, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de simulatione, & hypocrisi. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrum omnis simulatio sit peccatum. ¶ Secundo vtrum hypocrisis sit simulatio. ¶ Tertiò, vtrum opponatur veritati. ¶ Quartò, vtrum sit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum omnis simulatio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non oīs simulatio sit peccatum. Dicitur enim Lucæ vltimo, quòd Dominus se finxit longius ire. & Ambro. dicit de Abrahā * in libr. de Patriarchis, ꝙ captiosè loquebatur cū seruulis, cum dixit Genes.22. Ego & puer illucusq; properantes, postquam adorauerim⁹, reuertemur ad vos. Fingere aūt & captiosè loqui ad simulationem pertinet. Sed non est dicendum, ꝙ in Christo, & in Abraham fuerit peccatum. Ergo non omnis simulatio est peccatum.

**c.8.to.4.*

¶2 Præt. Nullum peccatum est vtile. Sed sicut Hier. dicit *, Vtilem simulationē, & in tempore assumēdā, Iehu Regis Israel nos doceat exēplū, q interfecit sacerdotes Baal, fingens se idola colere velle, vt habet quarti Reg.10. & Dauid īmutauit faciē suā corā Achis rege Geth, vt habet 1.Reg.21. Ergo nō oīs simulatio est pctm̄.

super Epi. ad Gal. Cap.2.

¶ 3 Præterea, Bonum est malo contrariū. si ergo simulare bonum, est malum: ergo simulare malum, erit bonum.

¶4 Præt. Isa.3. cōtra quosdam dicit: Peccatū suū quasi Sodoma pdicauerūt, nec absconderūt. sed abscōdere peccatū ad simulationē pertinet. Ergo nō vti simulatione interdū est reprehensibile. vitare autē peccatum nunquā est reprehensibile. Ergo simulatio nō sēper est peccatū.

¶SED CONTRA est quod Isa.16. super illud, In trib⁹ annis, &c. dicit gl.* In comparatione duorum malorum leuius est apertè peccare, quàm sanctitatē simulare. Sed aperte peccare semper est peccatum. Ergo simulatio semper est peccatum.

Ex Hieronymo ibid.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est *, ad virtutem veritatis pertinet, vt quis talē se exhibeat exterius per signa exteriora, qualis est. Signa autē exteriora nō solū sūt verba, sed ēt facta. sicut ergo veritati opponitur quòd aliquis per verba exteriora aliud significet quā habet apud se, quod ad mendacium pertinet: ita etiā opponitur veritati, quòd aliqs per aliqua signa factorum, vel rerum, aliquid significet contrarium eius quod in eo est: quod proprie simulatio dicitur. Vnde simulatio proprie est mendacium quoddam in exteriorum signis factorum consistens. Non refert autē vtrum aliquis mētiatur verbo, vel quocunque alio facto, vt supra habitum est * vnde cùm omne mendacium sit peccatum, vt suprà * dictum est, consequens est etiam quòd omnis simulatio est peccatum.

Q.109. ar.3.ad.3. & q.110. ar.1.
q.prec.ar.1.
q.prec.ar.3.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ sicut Aug. dicit in lib. de Quæstionibus Euangelij, *non omne quod fingimus mendaciū est: sed qñ id fingimus quod nihil significat, tunc est mēdaciū. Cùm aūt fictio nostra refertur ad aliquā significationē, non est mendaciū, sed aliqua figura veritatis. Et subiungit exēplū de figuratiuis locutionibus, in quibus fingitur quædā res, non vt asseratur ita esse, sed eam proponimus, vt figurā alterius quod asserere volumus. Sic ergo Dominus in Euangelio finxit se longius ire, quia cōposuit motum suum quasi volentis longius ire, ad aliud figuratiuè significandum, s. quòd ipse ab eorum fide longè erat, vt Greg*. dicit, vel vt Aug*. dicit, quia cū longius recessurus esset ascendendo in cælū, per hospitalitatē quodammodo retinebatur in terra. Abraham etiam figuratiuè locutus est. Vnde Ambros*. dicit de Abraham quòd prophetauit quod ignorabat. Ipse enim solus disponebat redire immolato filio. Sed Dominus per os eius locutus est quod parabat. Vnde patet quòd neuter simulauit.

Li.2.c.51. tom.4. *Hom. 23. in Euāg.* *Lib. 2. q. Euang q. vlt. D.2.* *Li.de Abrahā ca. 8.to.4.*

Ad secundum dicendum, quòd Hiero. vtitur largè nomine Simulationis proquacunque fictione. Commutatio autem faciei Dauid fuit fictio figuralis, sicut gl. exponit in titulo illius Psa. Benedicam Dominum in omni tempore. Simulationem verò Iehu non est necesse excusari à peccato, vel mendacio, quia malus fuit: vt pote ab idolatria Hieroboam non recedens. Cōmendatur tamen, & temporaliter remuneratur à Deo non pro simulatione, sed pro zelo, quo destruxit cultum Baal.

¶Ad tertiū dicendum, quòd quidam dicunt quòd nullus pōt se simulare esse malum: quia per opera bona nullus simulat se malū. Si autem opera mala faciat, malus est. Sed hæc ratio non cogit. Potest enim aliquis se simulare malum per opeta quæ in se non sunt mala, sed habēt in se quandam speciem mali: & tamen ipsa simulatio est mala, tum ratione mendacij, tum ratione scandali. Et quamuis per hoc fiat malus, nō tamen fit malus illa malitia quam simulat. Et quia ipsa simulatio secundum se mala est, non ratione eius de quo est, siue sit de bono, siue sit de malo, peccatum est.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut aliquis verbo mentitur quando significat quod non est, non autem quando tacet quod est, quod aliquando licet: ita etiā simulatio est quando aliquis per exteriora signa factorum vel rerū significat aliquid quod non est, non autem si aliquis prætermittat significare quod est. Vnde aliquis potest peccatum suum occultare absque simulatione. Et secundum hoc intelligendum est quod Hiero. dicit ibidem*, quòd secundum remedium post naufragium est peccatū abscondere, scilicet ne exinde aliis scandalum generetur.

Esa.3.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum hypocrisis sit idem quod simulatio.

4.di.16. q.94.ar.1 q.1.per to. & q.1.ad 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hypocrisis non sit idem quod simulatio. Simulatio enim consistit in quodā factorū mendacio. Sed hypocrisis potest etiā esse si aliquis ostendat exterius quę interius agit, secundum illud Mat.6. Cùm facis eleemosynam noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt. Ergo hypocrisis non est idem simulationi.

In prin. et c.11.

¶ 2 Præterea, Gregor. dicit 31. moral*. Sunt nonnulli, qui & sanctitatis habitum tenent, & perfectionis meritum exequi nō valent. Hos nequaquam credendum est in hypocritarum numerum currere: quia aliud est infirmitate, aliud malitia peccare. Sed illi, qui tenent habitum sanctitatis, & meritum perfectionis non exequuntur, sunt simulatores: quia exterior habitus sanctitatis opera perfectionis significat. Non ergo simulatio est idem quod hypocrisis.

¶3 Præt. Hypocrisis in sola intentione consistit. Dicit enim Dominus de hypocritis Matt.25. quod omnia opera sua faciunt, vt ab hominibus videantur. Et Greg. dicit 31. moral*. quòd nūquam quid agant, sed quomodo de actione qualibet hominibus possint placere considerant. Sed simulatio non consistit in sola intentione, sed in exteriori operatione. Vnde super illud Iob 36. Simulatores, & callidi prouocant irā Dei: dicit gl. quòd simulator aliud simulat, & aliud agit. Castitatem pręfert, & lasciuiam sequitur. Ostendit paupertatem, & marsupium replet. Ergo hypocrisis non est idem quod simulatio.

cap.11.

¶SED CONTRA est quod Isido dicit in lib. Etymologiarum*, Hypocrita Græco sermone, in Latino simulator interpretatur: qui cùm intus malus sit, bonum se palam ostendit: Hypo enim falsum: crisis iudicium interpretatur.

Libr. 10. ca.8.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Isidorus dicit ibidem, nomen Hypocritæ tractum est à specie eorum, qui in spectaculis contecta facie incedunt, distinguentes vultum vario colore, vt ad personæ quam simulant, colorem perueniant: modò in specie viri, modò in specie fœminæ: vt in ludis populum fallant. Vnde Aug. dicit in li. de sermone Dñi in monte*, ꝙ sicut hypocritæ simulatores aliarum personarum agunt partes illius, qđ non sunt (non enim qui agit partes Agamennonis, verè ipse est, sed simulat eum) sic in Ecclesiis, & in omni vita humana, qui se vult videri quod non est, hypocrita est: simulat enim se iustum, non exhibet. Sic igitur dicendum est, quod hypocrisis simulatio est: non autem omnis simulatio, sed solùm illa, qua quis simulat personam alterius: sicut cùm peccator simulat personam iusti.

Li.2.c.3.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ opus exterius naturaliter significat intentionē. Quādo ergo aliquis per bona opera quæ facit, ex suo genere ad Dei seruitium pertinentia, non quærit Deo placere, sed hominibus, simulat rectam intentionem quam non habet. Vnde Greg. dicit 31. Morali *. quod hypocritæ per causas Dei deseruiunt intentioni seculi: quia per ipsa quoque quæ se agere sancta ostendunt, non conuersionem quærunt hominum, sed auras fauorum. Et ita simulant mendaciter intentionem rectam, quam non habent: quamuis non simulant aliquod rectum opus, quod non agunt.

cap.11.

¶Ad secundum dicendum, quod habitus sanctitatis (puta religionis vel clericatus) significat statū, quo quis obligatur ad opera perfectionis. Et ideo cùm quis habitū sanctitatis assumit, intendens se ad statum perfectionis transferre, si per infirmitatem deficiat, non est simulator vel hypocrita: quia non tenetur manifestare suum peccatum, sanctitatis habitum deponendo. Si autem ad hoc sanctitatis habitum assumeret, vt se iustum ostentaret, esset hypocrita, & simulator.

¶Ad tertium dicendum, quòd in simulatione sicut in mendacio duo sunt. Vnum quidem sicut signum, & aliud sicut signatum. Mala ergo intentio in hypocrisi consideratur sicut signatum, quod non respondet signo. Exteriora autem vel verba vel opera vel quæcunque sensibilia considerantur in omni simulatione, & mendacio sicut signa.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum hypocrisis opponatur virtuti veritatis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ hypocrisis nō opponatur virtuti veritatis. In simulatione eñ siue hypocrisi est signū & signatū. Sed quantū ad vtrunq; non videtur opponi alicui speciali virtuti. Hypocrita enim simulat quancunque virtutem, & etiam per quæcunque virtutis opera: puta per ieiunium, orationem, & eleemosynam, vt habetur Mat. 6. Ergo hypocrisis non opponitur specialiter virtuti veritatis.

4.di.16. q.4.ar.1. q.2.

¶ 2 Præterea, Omnis simulatio ex aliquo dolo videtur procedere: vnde & simplicitati opponitur. Dol⁹ autē opponitur prudentiæ, vt supra habitū est*. Ergo hypocrisis, quæ est simulatio, non opponitur veritati, sed magis prudentię vel simplicitati.

Q.55.ar.4

¶ 3 Præterea, Species moralium considerantur ex fine: Sed finis hypocrisis est acquisitio lucri vel inanis gloriæ. Vnde super illud Iob 27. Quæ est species hypocritæ si auarè rapiat, &c. dicit gl.* Hypocrita, qui Latinè dicitur simulator, auarus raptor est: qui cum iniquè agens desiderat de sanctitate venerari, laudem vitæ rapit alienæ. Cum ergo auaritia vel inanis gloria nō directè opponatur veritati, videtur quòd nec simulatio siue hypocrisis.

Ex Greg. ibid.li.19. cap.2.

¶SED CONTRA est, quia omnis simulatio est mendacium quoddam, vt dictum est*. Mendacium autem directè opponitur veritati: ergo & simulatio, siue hypocrisis.

Ar.1.huius q. *Tex.13.et 24 to.3.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum Philoso. in 10. Metaph.* Contrarietas est oppositio secūdū formam, à qua scilicet speciem habet. Et ideo dicendum est, quod simulatio siue hypocrisis potest opponi alicui virtuti dupliciter. Vno modo, directè: alio modo, indirectè. Directa quidem oppositio eius siue eius contrarietas est attendenda secūdū ipsam speciē actus, qui accipitur secundū propriū obiectū. Vnde cùm hypocrisis sit quædā simulatio, qua quis simulat se habere personā, quā non habet, vt dictū est*, consequens est ꝙ directè opponatur veritati, per quam aliquis exhibet se talem vita, & sermone qualis est: vt dicitur in 4. Ethic*. Indirecta autem oppositio siue contrarietas hypocrisis potest attendi secūdū quodcūque accidens: puta secundū aliquem finem remotū, vel secundū aliquod instrumentum actus, vel quodcunque aliud huiusmodi.

Ar.præ. *ca.7.to.5.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod hypocrita simulans aliquam virtutem, assumit eam, vt finē: non quidem secūdū existētiam, quasi volens eā habere, sed secundū apparentiā, quasi volens videri eam habere: ex quo non habet quod opponatur illi virtuti, sed quod opponatur veritati, inquantū vult decipere homines circa illam virtutem. Opera autē illius virtutis non assumit, quasi per se intenta, sed instrumentaliter,

quasi signa illius virtutis. Vnde ex hoc nō habet directam oppositionem ad illam virtutem.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut s̄ dictum est*, prudentiæ directè opponitur astutia: ad quam pertinet adinuenire quasdam vias apparentes, & non existẽtes, ad propositum consequendum. Executio autem astutiæ est propriè per dolum in verbis per fraudem autem in factis. Et sicut astutia se habet ad prudentiā, ita dolus & fraus ad simplicitatē. Dolus autem vel fraus ordinatur ad decipiendum principaliter, & quandoq; secundariò ad nocendū. Vnde ad simplicitatem pertinet directè se præseruare à deceptione. Et secundum hoc, vt suprà dictum est*, virtus simplicitatis est eadē virtuti veritatis: sed differt sola ratione, quia veritas dicitur secundum quòd signa concordant signatis. Simplicitas autem dicitur secundum quòd non tendit in diuersa, vt scilicet aliud intendat interius & aliud prætendat exterius.

¶Ad tertiū dicendum, quòd lucrum vel gloria est finis remotus simulatoris, sicut & mendacis. Vnde ex hoc fine speciē non sortitur, sed ex fine proximo, qui est ostendere se alium quàm sit. Vnde quādoque contingit quòd aliquis fingit de se magna, nullius alterius gratia, sed sola libidine simulandi, sicut Philoso. dicit in 4. Ethi*. & sicut etiam suprà de mendacio dictum est*.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum hypocrisis semper sit peccatū mortale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd hypocrisis semper sit peccatum mortale. Dicit em̄ Hieron. Isa. 16. in glo. quòd in cōparatione duorū malorum, leuius est apertè peccare quā sanctitatem simulare. Et super illud Iob 1. Sicut autem domino placuit, &c. glo. dicit quòd simulata æquitas non est æquitas, sed duplex peccatum. Et super illud Thre. 4. Maior effecta est iniquitas peccati populi mei peccato Sodomorum, dicit glo. Scelera animæ plangun tur quæ in hypocrisim labitur, cuius maior est iniquitas peccatorum* Sodomorum. Peccata autem Sodomorum sunt peccata mortalia. Ergo & hypocrisis semper est peccatum mortale. *alias peccatis.

Cap. 11. ¶2 Præt. Greg. dicit 32. moral*. ꝙ hypocritę ex malitia peccant. Sed hoc est grauissimū: quia pertinet ad peccatum in Spiritum sanctum. Ergo hypocrita semper mortaliter peccat.

¶3 Præterea, Nullus meretur irā Dei, & exclusionē à Dei visione nisi propter peccatum mortale Sed per hypocrisim aliquis meretur iram Dei: secundum illud Iob 36. Simulatores, & callidi prouocant iram Dei. Excluditur etiā hypocrita à visione Dei: secundum illud Iob 13. Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Ergo hypocrisis semper est peccatum mortale.

¶SED CONTRA est quia hypocrisis est mendacium operis, cum sit simulatio quædam. Non autem omne mendaciū operis est peccatum mortale: ergo nec omnis hypocrisis.

¶Præterea, intentio hypocritæ est ad hoc quòd videtur bonus. Sed hoc non opponitur charitati. Ergo hypocrisis non est secū dum se peccatum mortale.

¶Præt. Hypocrisis nascitur ex inani gloria, vt Grego. dicit 31. moral *. Sed inanis gloria non semper est peccatum mortale. Ergo neque hypocrisis. Cap. 31.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ in hypocrisi duo sunt, s. defectus sanctitatis, & simulatio ipsius. Si ergo hypocrita dicatur ille, cuius intentio fertur ad vtrunque, vt s. aliquis non curet sanctitatē habere, sed solum sanctus apparere, sicut consueuit accipi in sacra Scriptura, sic manifestū est quòd est peccatum mortale. Nullus enim totaliter priuatur sanctitate nisi per peccatum mortale. Si autem dicatur hypocrita ille, qui intendit simulare sanctitatem, à qua deficit per peccatū mortale, tūc quamuis sit in peccato mortali, ex quo priuatur sanctitate, non tamen semper ipsa simulatio est ei peccatum mortale, sed quandoque veniale. Quod discernendum est ex fine, qui si repugnat charitati Dei vel proximi, erit peccatum mortale, puta, cùm simulat sanctitatem, vt falsam doctrinam disseminet: vel vt adipiscatur ecclesiasticam dignitatem indignus: vel quæcunque alia temporalia bona, in quibus finem constituit: si verò finis intentus nō repugnet charitati, erit peccatum veniale, puta, cùm aliquis in ipsa fictione delectatur, de quo dicitur 4. Ethi*. quòd magis videtur vanus quàm malus. Cap. 7. Eadē enim ratio est de mendacio, & simulatione Contingit tamen quandoque quòd aliquis simulat perfectionem sanctitatis, quæ non est de salutis necessitate: & talis simulatio nec semper est peccatum mortale, nec semper est cum peccato mortali. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVÆSTIO CENTESIMADVODECIMA de Iactantia, in duos Articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de iactantia, & ironia, quæ sunt partes mendacij secundum Philoso. in 4. Ethi. Primò autem circa iactantiam quęruntur duo. ¶Primo, cui virtuti opponatur. ¶Secundo, vtrum sit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum iactantia opponatur virtuti veritatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd iactantia non opponatur virtuti veritatis. Veritati enim opponitur mendacium. Sed quandoque potest esse iactantia etiam sine mendacio, sicut cùm aliquis suam excellentiam ostentat. Dicitur enim Hester primo, quod Assuerus fecit grande conuiuiū, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ ac regni sui, ac magnitudinē atque iactantiam potentiæ suæ. Ergo iactantia non opponitur virtuti veritatis.

¶2 Præterea, Iactātia ponitur à Grego. 21. Moral *. vna de quatuor speciebus superbiæ : cum scilicet quis iactat se habere quod non habet. Et lib. 23. c. 7. Vnde dicitur Hier. 48. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. sublimitatem eius & arrogantiam, & superbiam, & latitudinem cordis eius ego scio, ait Dominus, iactantiam eius, eo quòd non sit iuxta eam virtus eius. Et 31 Moral*. Gregor. dicit, quòd iactantia oritur ex inani gloria. Cap. 31. Superbia autem, & inanis gloria opponuntur virtuti humilitatis. Ergo iactantia non opponitur veritati, sed humilitati.

¶3 Præterea, Iactantia ex diuitiis causari videtur. Vnde dicitur Sap. 5 Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Sed superfluitas diuitiarum videtur pertinere ad peccatum auaritiæ, quod opponitur iustitiæ vel liberalitati. Non ergo iactantia opponitur veritati.

¶SED CONTRA est, quod Philo. dicit in 2*. & 4.*Eth. iactantiam opponi veritati. *Cap. 7. *Cap. 7.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ iactantia propriè importare videtur quòd homo verbis se extollat: illa enim quæ vult homo longè iactare, in altum eleuat. Tunc autem propriè aliquis se extollit, quando de se supra se aliquid dicit. Quod quidem contingit dupliciter. Quandoque enim aliquis loquitur de se non quidem suprà id quod in se est, sed supra id quod de eo homines opinantur. Quod Apostolus refugiens, dicit secūdæ ad Cor. 12. Parco nequis existimet me supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Alio modo aliquis per verba se extollit, loquens de se supra id quod in se est secūdum rei veritatem. Et quia magis est aliquid iudicandum secundū quod in se est, quàm secundum quod est in opinione aliorum, inde est quòd magis propriè dicitur iactantia, quando effert se supra id quod est in opinione aliorum, quamuis vtroque modo iactantia dici possit. Et ideo iactantia proprie dicta opponitur veritati per modum excessus.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd ratio illa procedit de iactantia secundum quod excedit opinionem.

¶Ad secundum dicendum, quòd iactantiæ peccatum considerari potest dupliciter. Vno modo, secundum speciem actus, & sic opponitur veritati, vt dictum est*. In corp. et q. 100. artic. 1. Alio modo, secundum causam suam: ex qua, etsi non semper, tamen frequentius accidit. Et sic procedit quidem ex superbia, sicut ex causa interius motiua, & impellente. Ex hoc enim quòd aliquis interius per arrogantiam supra seipsum eleuatur, sequitur plerunque quòd exterius maiora quædam de se iactet, licet quandoque non ex arrogantia, sed ex quadam vanitate aliquis ad iactantiam procedat, & in hoc delectetur: quia talis est secundum habitum. Et ideo arrogantia, per quam aliquis supra seipsum extollitur, est species superbiæ: non tamen est idem iactantiæ, sed, vt frequentius, eius causa. Et propter hoc Gregor*. iactantiam ponit inter superbiæ species. Loco cit. in arg. 2. princ. Tendit enim iactator plerunque ad hoc quod gloriam consequatur per suam iactantiam: Et ideo secundum Gregor* . ex inani Li. 31 moral. c. 31.

¶ *Super Quæstionis centesimæ duodecimæ Articulum primum.*

q. 55. ar 3. 4. & 5. IN art. 1. q. 112. nota duo. Primò, ꝙ iactantia, licet quo ad vocabuli vsū dicatur etiā de ostentatione veri supra opinionē seu cognitionem aliorū, vt de Assuero dicitur, tamen secundum rem, prout est nomen vitij ex suo genere (sic enim tantùm propriè sumitur) non dicitur nisi de opposito veritatis per modum excessus: qm̄ sic tantùm est nomen vitij ex suo genere. Ostentatio nanq; veri supra cognitionem aliorū, non est mala ex suo genere, sed quandoque bona, Q. 109. arti. 2. ad 4. iuxta necessitatē aut vtilitatem exigentē huiusmodi manifestationē: & quandoque mala propter malum aut vanum finem. Et propterea in calce corporis articuli concluditur, quòd iactantia propriè dicta opponitur veritati per modum excessus. Et sic de iactantia est in litera reliquus sermo. Secundò, quòd ex responsione ad secundum discas & discernere, & propriè loqui. Nam species superbiæ non iactātia, sed arrogantia intus est: ca. 7 to. 5. quæ frequenter causa est iactantiæ, * Q. 100. ar. 1. quæ species est mendacij: & quoniam se habent, vt causa, & effectus, 4. di. 16. q. 4. art. 1. q. 3. ideo vnum poni inuenitur pro alio.

¶ Super

inani gloria oritur scd̄m rationem finis.

¶Ad tertium dicēdū, ꝙ opulētia ēt iactātiā causat dupliciter. Vno mō occasionaliter, inquantū de diuitiis aliquis superbit. Vn̄ & signāter Prouerb. 8. opes dicūtur superbæ. Alio mō, per modū finis, ꝙa vt dicitur in 4. Ethic*. aliqui seipsos iactant non solùm propter gloriam, sed ēt propter lucrum, qui de seipsis fingunt ea, ex quibus lucrari possunt: puta, quòd sint medici, vel sapientes, vel diuini.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum iactantia sit peccatum mortale.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd iactantia sit peccatū mortale: dicitur enim Prouer. 28. Qui se iactat, & dilatat, iurgia cōcitat. Sed concitare iurgia est peccatum mortale. Detestatur enim Deus eos qui seminant discordias, vt habetur Prouerb. 6. Ergo iactantia est peccatum mortale.

¶2 Præt. Omne qd̄ ꝓhibetur in lege Dei est peccatū mortale. Sed super illud Eccles. 6. Nō te extollas in cogitatione aīæ tuæ, dicit gl. Iactātiam & superbiā ꝓhibet. ergo iactantia est peccatū mortale.

¶3 Præt. iactantia est mēdacium quoddā. Non est aūt mēdacium officiosum vel iocosum Quod patet ex fine mēdacij, quia vt Philo. dicit in 4. Ethic*. Iactator fingit de se maiora existentibus, qn̄q; nullius gratia, quandoq; gr̄a gloriæ vel honoris, quandoq; autem gratia argenti. Et sic patet quòd neq; est mendacium iocosum neque officiosum. Vnde relinquitur quòd semper sit perniciosum. Videtur ergo quòd semper sic peccatū mortale.

¶SED CONTRA est, quod iactātia oritur ex inani gloria, secundū Greg. 31. moralium*, sed inanis gloria nō semper est peccatum mortale, sed quandoq; veniale: quod vitare est valde perfectorum. Dicit enim Gre. quod valde est perfectorū, sic ex ostenso opere autoris gloriam quærere, vt de illata laude priuata nesciant exultatione gaudere. ergo iactātia non semper est peccatum mortale.

¶RESPONDEO dicendū, quòd sicut s̄ dictum est*, peccatum mortale est, quod charitati contrariatur. Dupliciter ergo iactātia cōsiderari pōt. Vno mō, scd̄m se, prout est mendacium quoddā, & sic qn̄q; est peccatū mortale, qn̄q; veniale. Mortale quidem, qn̄ aliquis iactāter de se profert quod est contra gloriā Dei, sicut ex persona Regis Tyri dicitur Ezech. 28. Eleuatum est cor tuū, & dixisti, Deus ego sum. Vel etiā contra charitatem proximi: sicut cùm aliquis iactādo seipsum, prorumpit in contumelias aliorū, sicut habetur Luc. 18. de Pharisęo, qui dicebat, Non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiā hic publicanus Quandoque verò est peccatum veniale : quando scilicet aliquis de se talia iactat, q̄ neq; sunt contra Deū neque contra proximum. Alio modo potest cōsiderari secundum suam causam, s. superbiā vel appetitum lucri, aut inanis gloriæ. Et sic si procedat ex superbia vel inani gloria, q̄ sit peccatū mortale, etiam iactātia erit peccatum mortale: alioquin erit peccatū veniale. Sed qn̄ que aliquis prorumpit in iactantiam propter appetitū lucri: & hoc videtur iam pertinere ad proximi deceptionē, & dānū. Et ideo talis iactātia magis est peccatum mortale. Vnde & Philos. dicit in 4. Ethic* . quòd turpior est qui se iactat causa lucri, quā qui se iactat causa gloriæ vel honoris. Non tamen semper est peccatum mortale: quia potest esse tale lucrum, ex quo alius non damnificatur.

¶AD PRMVM ergo dicendū, ꝙ illè qui iactat se ad hoc quòd iurgia concitet, peccat mortaliter. Sed quandoque contingit, quòd iactātia est causa iurgiorū, non per se, sed per accidens. Vnde ex hoc iactantia non est peccatum mortale.

¶Ad secundum dicendum, quòd glo. illa loquitur de iactantia secundum quòd procedit ex superbia prohibita, quæ est peccatum mortale.

¶Ad tertium dicendum, quòd non semper iactantia importat mendacium perniciosum, sed solùm quando est contra charitatem Dei, aut proximi, aut secundū se, aut scd̄m suā causam. Quòd autem aliq.s se iactet quasi ex hoc ipso delectatus, est quoddā vanum, vt Philo. dicit*. Vnde reducitur ad mēdacium iocosum, nisi fortè hoc diuinæ dilectioni præferret, vt propter hoc Dei præcepta contēneret. Sic enim esset contra charitatem Dei, in quo sola mens nostra debet quiescere, sicut in vltimo fine. Videtur autē ad mendacium officiosum pertinere, cū aliquis ad hoc se iactat, vt gloriam vel lucrum acquirat, dummodo hoc sit sine damno aliorum : quia hoc iam pertineret ad mendacium perniciosum.

QVÆSTIO CENTESIMADECIMATERTIA de ironia, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de ironia. ¶Circa quā quæruntur duo. ¶Primo, vtrū ironia sit peccatum. ¶Secundo, de comparatione eius ad iactantiam.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum ironia (per quam aliquis de se fingit minora) sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ ironia (per quā aliquis de se fingit minora) nō sit peccatū. Nullum em̄ peccatū procedit ex diuina cōfortatiōe ex qua ꝓcedit ꝙ aliquis de se minora dicat, secūdum illud Prouer. 30. Visio quam locutus est vir, cum quo est Deus, & qui Deo secum morante confortatus ait, Stultissimus sum virorū. & Amos 7. dicitur, Respondit Amos, Non sum propheta. Ergo ironia (per quam aliquis minora de se dicit) non est peccatum.

¶2 Prȩt. Greg. dicit in epistola ad Augu. Anglorum episcopum*, bonarum mentium est suas ibi culpas agnoscere vbi culpa non est. In fine regist. c. 10. Sed omne peccatum repugnat bonitati mentis. Ergo ironia non est peccatum.

¶3 Præterea, Fugere superbiam non est peccatum. Sed aliqui minora de seipsis dicunt fugientes tumidum : vt Philosophus dicit in quarto Ethic*. Ergo ironia non est peccatum. cap. 7.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit in libro de Verbis Apostoli.* Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiēdo efficeris. Serm. 19. & 31. to. 10.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hoc ꝙ aliqui minora de se dicant, potest contingere dupliciter. Vno modo, salua veritate, dum scilicet maiora quæ sunt in seipsis, reticent: quædam verò minora detegunt, & de se proferunt, quæ tamen

¶ *Super Quæstionis centesimæ duodecimæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo eiusdē q. 112. collige primò quinque casus in quibus iactantia est mortale peccatum. ca. 7. to. 5. Primus, quando iactator de se profert id quod est contra charitatem Dei, vt de Rege Tyri dicitur. Secundus, quando profert id quod est contra charitatem proximi, vt Pharisæus fecit. Tertius quando ex superbia vel inani gloria mortali: vt cùm quis quasi non acceperit à Deo, se iactat. Quartus, quando ex cupiditate lucri cum damno proximi intus vel extrà, vt cùm quis iactat se doctorem aut medicū, & inde falsam doctrinā seminat, vel pecuniam exhaurit, aut corpora lædit. Quintus, cum quis vsque adeo delectatur iactātia, vt in eā finem ponat: puta, quia non curat de præceptis Dei, vt impleat appetitum suum in se iactando. Et hic casus communis est omnibus vanis, quæ de genere suo sunt venialia. ca. 7. to. 5.

¶Aduerte secundò quòd quia iactantia propriè dicta, de qua est sermo, est species mendacij: ideo in primis duobus casibus in quibus iactantia secundum se est peccatum mortale, interuenit mendacium perniciosum, vel directè contra Deum vt in primo, dum dixit homo, Deus ego sum. cap. 31. Vel contra proximum, dū superbus dixit, Non sum sicut cæteri hominum, velut etiā hic publicanus. In reliquis autem casibus mendacium iactantiæ fit perniciosum ex causa: ideo enim perniciosè mentitur quis se medicum, quia propter damnum proximi, vel propter talē superbiam, & huiusmodi, vt patet. Q. 110 arti. 4.

¶ Circa præsentem articulum, dubium occurrit quia diminuta videtur doctrina hæc de iactantia. Nam contingit quòd quis iactet se de malo perpetrato & tunc constat quòd non mentitur, & tamen peccat mortaliter iactando se. Et similiter contingit quòd aliquis absque mendacio iactet se medicum ex superbia mortali, & cupiditate nocendi, & tunc similiter iactantia est peccatum mortale. Et hęc in lr̄a pretermittūtur. In qua etiā prætermittitur, cùm quis iactat se de malo quod non fecit. Quoniā iactantia opposita veritati per excessum plus dicit de bono, non de malo. Nam dicere plus de malo spectat ad ironiam, quæ dicit minus de bono: eiusdem namque rationis est dicere minus boni, & plus mali, quoniam minus bonum mali rationem habet.

ca. 7. to. 5. ¶Ad hoc dicitur, quòd doctrina præsentis articuli est sufficiens, nec aliquid prætermisit opportunum. Nam ꝙ aliquis iactat se de perpetrato malo, non est actio ista iactantiæ vitij: sed inanis gloriæ, iuxta illud Psalmi, Quid gloriaris in malitia: Iactantia enim mendacium exigit: quoniam species non est separabilis à suo genere. Inanis autem gloria non requirit mendacium. Similiter quòd iactet se quis cū veritate medicum aut confessorem, &c. animo nocendi, aut ex superbia, & huiusmodi, non est actus iste iactantiæ vitij, sed superbiæ, aut iniustitiæ, aut sacrilegij, aut luxuriȩ, & huiusmodi, iuxta naturam vitij imperantis hanc manifestationem veri. li. 4. Eth. ca. 7. to. 5. Quando autem aliquis iactat se de malo quod non fecit, hic veræ iactantiæ actus est, habens mendacium perniciosum, pro quanto seipsum infamat. Et quoniā talis iactator accipit malum sub ratione boni, & differt nihil bonum vel apparens bonum, vt dicitur in secundo Physicorum: Ideo non ad ironiā, quæ declinationem à bono sed ad iactantiam quę excessum in bono vero, vel apparenti dicit, talis loquutio spectat. Nec prætermissa est ab Autore, sed comprehensa est in secundo casu, in quo iactator profert aliquid cō tra charitatem proximi. Scriptum enim cum sit, Diliges proximum tuum sicut teipsum, sub charitate proximi præintelligitur charitas sui ipsius.

¶ *Super Quæstionem centesimam decimam tertiam.*

IN quæstione 113. nihil in specie de sola ironia occurrit dicendum Sed vniuersaliter de oppositis veritati quærendum, an virtuti veritatis sint sufficienter assignata opposita vitia. Super. q. 110. ar. 2. c r & 3. di. 39. art. 2. ad 6. Videtur enim quòd non. Tum quia ad veracem spectat dicere verum, non solum circa conditiones personæ suę, sed in quacunque materia. Iactantia autem, & ironia solùm important excessum & defectū veritatis circa conditionem personæ propriæ Multa ergo relinquūtur sub veritate, quæ non pollui possunt per hæc vitia. Tū quia ad veracem spectat verificare dicta, seruando promissa, vt in q. 80. habitum est. Sed obseruationi promissorum, neque mendacium, neque simulatio, neque iactantia, neque ironia opponitur: sed perfidia, cuius nulla fit in litera mentio. Insufficienter ergo determinatum hic videtur de oppositis veritati, & de ipsa veritate quo ad actū fidei.

¶Ad primum horum dicitur, quòd quia veritas per se primò respicit conditiones personæ dicen-

Universidad de Deusto Biblioteca

in se esse recognoscunt. Et sic minora de se dicere non pertinet ad ironiam, nec est peccatum secundum genus suum nisi per alicuius circunstantiæ corruptioné. Alio modo aliquis dicit minora à veritate declinãs: puta, cú asserit de se aliquid vile, quod in se non recognoscit: aut cú negat de se aliquid magnum, quod tamé percipit in seipso esse. Et sic pertinet ad ironiam & est semper peccatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicédú, ꝙ duplex est sapiétia, & duplex stultitia. Est em̃ quedã sapientia secúdum Deum, quę humanã vel mundanam stultitiam habet adiúctã, secundú illud primæ ad Corint. 3. Si quis inter vos sapiés videtur esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Alia verò est sapiétia múdana, quæ, vt ibidem subditur, stultitia est apud Deú. Ille ergo qui à Deo confortatur, cófitetur se esse stultissimú scdm reputationé humanã, quia s. humana contẽnit, quæ hominum sapiétia quęrit. Vñ & ibidé subdit, Et sapiétia hominú nõ est mecú. Et postea subdit, Et noui sanctorú sciétiam. Vel potest dici sapiétia hominú, quę humana rõne acquiritur: sapientia verò sanctorum, q̃ ex diuina inspiratiõe habetur. Amos auté negauit se esse prophetam origine, q̃a s. non erat de genere prophetarum. Vnde ibidem subdit, Nec filius prophetæ.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ad bonitatem mentis pertinet, vt homo ad iustitię pfectioné tendat. Et ideo in culpa reputat, non solú si deficiat à cómuni iustitia, quod verè culpa est: sed etiam si deficiat à iustitiæ perfectione, quod quandoque culpa non est. Non autem culpam dicit, quod pro culpa non recognoscit, quod ad ironiæ mendacium pertineret.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homo nõ debet vnum peccatum facere, vt aliud vitet. Et ideo non debet mentiri qualitercunque, vt vitet superbiam. Vnde Aug*. dicit super Ioan. Nõ ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur. Et Greg*. dicit quòd incautè sunt humiles, qui se mentiendo illaqueant.

[Refertur 22. q. 2. c. non ita.] [*lib. 16. mor. ca. 1.]

ARTICVLVS II.

Vtrum ironia sit minus peccatũ quã iactãtia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ironia non sit minus peccatum quàm iactantia. Vtrunque em̃ est peccatum, inquantum declinat à veritate: quæ æqualitas est quædam. Sed ab æqualitate non magis declinat qui excedit quàm qui diminuit. Ergo ironia nõ est minus peccatum quàm iactantia.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum ironia quandoque iactantia est. Iactantia auté non est ironia. Ergo ironia non est minus peccatum quàm iactantia.

3 Præt. Prouer. 26. dicitur, Quando submiserit vocé suam ne credideris ei, qm̃ septem nequitię sunt in corde illius. Sed submittere vocem pertinet ad ironiam. Ergo in ea est multiplex nequitia.

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit in quarto Ethi*. quòd irones, & minus dicétes, gratiores secundum mores videntur. [*Ibid.]

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum est*, vnum mendacium est grauius altero, quãdoq; quidem ex materia, de qua est, sicut mendacium quod fit in doctrina religiõis, est grauissimú. Quandoq; autem ex motiuo ad peccãdum, sicut mendacium perniciosum est grauius quã officiosú vel iocosum. Ironia autem & iactantia circa idem mentiuntur, vel verbis, vel quibuscunq; exteriorib. signis, s. circa conditioné personæ. Vnde quãtum ad hoc æqualia sút. Sed vt plurimú iactãtia ex turpiori motiuo procedit, scilicet ex appetitu lucri vel honoris. Ironia verò ex hoc quod fugit, licet inordinatè, per elationem aliis grauis est. Et secundum hoc Philos*. dicit, quòd iactantia est grauius peccatum quàm ironia. Contingit tamen quandoque quòd aliquis minora de se fingit ex aliquo alio motiuo, puta, ad dolosè decipiendum, & tunc ironia est grauior.

[Q. 110. ar. 2. & 4] [lib. 4. Eth. ca. 7. to. 5.]

¶ AD PRIMVM ergo dicendú, ꝙ ratio illa procedit de ironia & iactantia secundú ꝙ mendacij grauitas consideratur ex seipso, vel ex materia eius. Sic em̃ dictú est, quòd æqualitatem habent.

¶ Ad secundum dicendum, quod duplex est excellentia Vna quidem in téporalibus rebus, alia verò in spiritualibus. Cótingit autem quandoque quòd aliquis per verba exteriora vel signa prætendit quidem defectum in exterioribus reb⁹: puta, per aliquam vestem abiectam, aut aliquid huiusmodi. Et per hoc ipsum intendit ostendere aliquam excellentiam spiritualé. sicut Dominus de quibusdã dicit Mat. 6. quod exterminãt facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Vñ isti simul incurrúnt vitium ironiæ & iactantiæ, tamen secúdum diuersa: & propter hoc grauius peccant. Vnde Philos. dicit in 4. Ethic*. quòd & superabundantia & valde defectus iactantium est. Propter quod & de Aug. legitur, quòd neq; vestes nimis pretiosas, neq; nimis abiectas habere volebat, quia in vtroq; homines suam gloriam quærunt. [ca. 7. to. 5.]

¶ Ad tertiú dicendum, quod sicut dicitur Eccle. 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Et scdm hoc Salomõ loquitur de eo qui ex dolosa humilitate neq̃ter vocé suã submittit.

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMAQVARTA, de Amicitia, quę affabilitas dicitur, in duos articulos diuisa.

DEINDE cósiderandum est de amicitia, quæ affabilitas dicitur, & de eius vitiis oppositis, quæ sunt adulatio, & litigium.

¶ Circa amicitiam autem seu affabilitatem, quæruntur duo.

¶ Primo, vtrum sit specialis virtus.

¶ Secundo, vtrum sit pars iustitiæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum amicitia sit specialis virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd amicitia non sit specialis virtus. Dicit enim Philos. in 8. Ethi*. quòd amicitia perfecta est, quæ est propter virtutem. Quælibet auté virtus est amicitiæ causa, quia bonú omnibus est amabile, vt Dion. dicit 4. cap. de diui. no. Ergo amicitia nõ est specialis virtus, sed consequens omnem virtutem.

¶ 2 Præt. Philos. dicit in 4. Ethi. de tali amico, quòd non in amando vel inimicãdo recipit singula, vt oportet: Sed si aliquis signa amicitię ostendat ad eos quos non amat, videtur pertinere ad simulationem, quæ repugnat virtuti. Ergo huiusmodi amicitia non est virtus. [ca. 6. to. 5.]

¶ 3 Pręt. Virtus immediate cóstituitur ꝑ ut sapiens determinabit, sicut dicitur 2. Ethi. Sed Ecclesiast. 7. dicitur, Cor sapié cú vbi tristitia, & cor stultorú, vbi lætitia. Vnde ad vitiosum pertinet maximè à delectatione sibi cauere: vt dicitur 2. Eth*. Hæc auté amicitia per se quidé desiderat cõdelectare, contristare autem reueretur, vt Philosophus dicit ĩ 4. Ethi*. ergo amicitia non est virtus. [c. vlt. to. 5.] [ca. 6. to. 5.]

¶ SED CONTRA. Præcepta legis dantur de actibus virtutú. Sed Eccl. 4. dicitur, Cógregationi pauperú affabilem te facito. ergo affabilitas, q̃ hic amicitia dicitur, est quædam specialis virtus.

¶ RESPONDEO dicendú, ꝙ sicut dictú est*, cú virtus ordinetur ad bonú, vbi occurrit specialis rõ bõi, ibi oportet esse specialé rationé virtutis. Bonum aút in ordine cósistit, sicut s̃ dictú est*. Oportet autem hominem conuenienter ad alios homines ordinari in communi conuersatione tam in factis quàm in dictis, vt scilicet ad vnumquenque se habeat secundum quod decet. Et ideo oportet esse ꝗ quãdã specialé virtutem, q̃ hanc conuenientiã ordinis obseruet. Et hæc vocatur amicitia siue affabilitas.

[Q. 109. ar. 2. & 1. 2. q. 55. ar. 3.] [* q. 109. ar. 2. & 1. 2. q. 5. art. 6.] [D. 87.]

¶ AD PRIMVM ergo dicédú, quod Philosophus in li. Ethi*. de duplici amicitia loquitur, quarum vna consistit pricipaliter in affectu, quo vnus alium diligit. Et hæc potest consequi quamcunq; virtutem. Quæ aút ad hanc amicitiam ꝑtinét, s̃ de charitate dicta sunt*. Aliam verò amicitiam ponit, quę consistit in solis exterioribus verbis vel factis quæ q̃dem non habet perfectam rationem amicitiæ, sed quandam eius similitudiné, inquantum aliquis decenter habet se ad alios, cum quibus conuersatur. [Loco cit. in argum.] [Q. 23. art. 1. & art. 3. ad 1.]

¶ Ad secúdú dicendú, ꝙ omnis hõ naturaliter omni homini est amicus quodam gñali amore, sicut etiam dicitur Eccl. 13. ꝙ omne animal diligit simile sibi. Et húc amoré repræsentant signa amicitię, quę quis exterius ostendit in verbis vel factis ét extraneis vel ignotis: vñ non est ibi simulatio. Non em̃ ostendit eis signa perfectæ amicitiæ, quia nõ eodem mõ se habet familiariter ad extraneos sicut ad eos, qui sunt sibi speciali amicitia iuncti.

¶ Ad tertiú dicendú, quòd cor sapiétum dicitur esse, vbi tristitia, nõ quidé vt ipsi proximo tristitiã inferat: dicit em̃ Apostolus ad Rom. 14. Si propter cibú frater tuus cótristatur, iã non scdm charitatem ambulas: sed vt contristantib. consolationé cóferat, secundum illud Eccle. 7. Non desis plorantib. in consolatione, & cú lugentibus ambula Cor autem stultorú est vbi lætitia, nõ quidé vt ipsi alios lætificent, sed vt ipsi aliorum lætitia perfruãtur. Pertinet ergo ad sapientem vt códelectationé afferat his cú quib. conuersatur, non quidé lasciuã, quã virtus cauet, sed honestam, secundum illud Psal. 132. Ecce q̃ bonú & quàm secundum habitare fratres in vnum. Quandoq; tamé propter aliquod bonú consequens, vel propter aliquod malum excludendum non refugiet virtuosus eos, quibus conuiuit contristare, vt Philoso. dicit in 4. Ethi*. [ca. 6. to. 5.]

---

tis, & alia non respicit, nisi prout sunt in dicente, vt patet ex dictis: ideo veritati & assignatum est vniuersaliter oppositum, quod se extendit ad primo & secundario respecta à veritate, scilicet mendacium tam verbo quàm facto, & assignata sunt specialia opposita circa per se primò materiam veritatis, conditiones scilicet personæ dicentis, videlicet iactantia, & ironia.

¶ Ad secundum autem non facilè patet satisfactio. Oportet siquidem hic multa discutere. Primò, an fides coincidat cum veritate: & si non, quomodo prętermissa est fides. Si sic, quare non determinatum de actu fidei & eius oppositis. Secundò, an fides habeat propriam materiam, & quã. Tertiò, an sit ad omnes. Quartò, an habeat vim obligatiuam, & quantum peccet frangens fidem. Et primi quidem dubij ratio est, quia veritas cósistit in conformitate signorum exteriorum ad ea quæ sunt intus in nobis. Fides autem consistit in conformitate factorum ad dicta. Hæc autem diuersæ sunt conformitatum species. Non est ergo fides idem quod veritas. Et confirmatur hoc ex oppositis, quia scilicet veritati opponitur directè mendacium, fidei autem directè opponitur infidelitas.

¶ In oppositú autem est autoritas literæ superius in q. 80.

¶ Secundi verò dubij ratio est, quia fides est, qua fiunt dicta. Sed omnia possunt dici. Ergo omnia possunt esse materia fidei. Præterea, Quæcunque possunt promitti, possunt esse materia fidei, sed omne possibile fieri ab aliquo, potest promitti. Non ergo est aliquod certum genus eorum quæ sunt materia fidei.

¶ In oppositum autem est, quia specialis virtus habet specialem materiam. Fides autem est specialis virtus. Ergo.

¶ Tertij autem dubij ratio est, quia fides non est ad infideles, iuxta illud Atrei in actio. poet. Neque dedi, neque do infideli fidem. Præterea, Fides non est ad latrones, & vniuersaliter ad extorquentes vi, metu, aut dolo promissiones, vt patet ex Tullio in primo de Officiis.

¶ In contrarium autem est, quia fides etiam hosti seruanda est, vt dicitur 23. quæst. 1. cap. Noli. præterea, nisi esset fides mutua inter homines, non possemus conuiuere. Sed cum omnibus contingit conuiuere. Ergo ad omnes est fides.

¶ Quarti demum dubij ratio est, quia seruare fidem est de præcepto iuris naturæ: Quod autem est huiusmodi, obligat de necessitate. Ac per hoc si nõ fiat, incurritur peccatum mortale. Præterea, Infidelitas tollit conuictum societatis humanæ: quoniam nisi fidem sibi inuicem seruarent homines, non possent conuiuere. Ergo contrariatur charitati, qua homo animal sociale debet cum aliis conuiuere. Ac per hoc opponitur charitati quantum ad dilectionem proximi. Ergo est peccatum mortale ex suo genere.

¶ In oppositum est, quia simplex promissio non obligat ex necessitate, sed honestate. Non est ergo huiusmodi infidelitas mortale, sed veniale peccatum.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est quòd fides qua fiunt dicta, de qua est sermo, sumitur tripliciter. Primò, vt ex debito legali seu ciuili implet promissa, iuxta Tullij definitionem in primo de officiis, Fides est dictorum conuentorúmque constantia, & veritas.

¶ Secundò, vt ex debito morali implet promissa.

¶ Tertiò, vt ex debito implet promissa non determinando quale sit illud debitum, an morale, an ciuile. Et si primo modo sumitur fides, non est specialis virtus, sed coincidit cum diuersis virtutibus. Seruãdo nanque promissum, qui reddit debitum creditori, iustitiæ actum exercet. Qui implet iusiurãdum, religionis opus complet. Similiter si tertio modo sumitur, non est vnius specialis virtutis nomen, sed commune nomen est ad omnem fidem, qua fiunt dicta. Secundo autem modo si sumatur, est specialis virtutis moralis nomen. Significat enim virtutem illã, qua homo bene se habet ad alterú in hoc quod facit, vt dixit in his, ad quæ non tenetur ex debito legali, sed morali tantùm. Actus nanque iste humanus bonus moraliter est, specialem habens laudé ex hoc ipso quòd facit quod dixit, seruata debita materia, & circunstantiis: & ad alterum est, nec ex debito est ciuili. Vnde non potest cogi à iudice si non facit quod dixit, sed ex debito morali procedit, sine quo moris honestas non seruatur. Nam violando fidem non restat moris honestas, vt patet. Et propterea exigit specialem virtutem adiunctam iustitiæ. Videtur autem virtus ista eadem esse virtuti veritatis ea ratione, quia eiusdem moris esse videtur, vt homo verum dicat, & vt dicta verificet. Veritatis quippe est verum dicere: fidei verò dictum verificare. Vnde & Tullius fidem per veritatem definit, dicendo quòd est dictorum veritas. Cuius signum est, quòd veraces illos appellamus qui implent quod dicunt. Vocatur ergo virtus veritatis fides, pro quanto est principium verificandi dicta. Et propterea dictum est quòd fides reducitur ad veritatem. Actus autem proprius eius, vt sic non est verè significare. Hic enim est actus proprius veritatis. Sed est verificare quod dictum est. Vnde patet quòd materia eius propria est materia promissionis. Ita quòd quicquid non potest esse materia promissionis, longè abest à materia fidei. Quo fit vt quicquid aut malum aut maioris boni impeditiuum est, sub fide cadere non possit. Propter quod 22. q. 4. dicitur, In malis promissis rescinde fidem. Et si diligenter considerauerimus, eosdem exigit comites fides, quos iuramẽtum promissorium, videlicet iustitiam, iudicium, & veritatem. Oportet nanque quod faciendum est pro fide seruanda, esse iustum, hoc est non malú esse: discretum, hoc est, rationabile. Et hinc excluduntur indifferentia, & stulta. In verificatione autem fides ipsa consistit. Et quoniam tam promissio quàm eius verificatio, voluntarius actus est, & primus quidem gratuitus, secundus ex morali procedens debito: ideo quicquid repugnat gratuitæ seu voluntariæ promissioni, tollit morale debitum fidei. Et propterea si quis vi, metu, aut dolo, promisit, cùm promissio gratuita non fuerit, quãuis fuerit voluntaria, loquendo de voluntario mixto, non tenetur verificare dictum suum. Non enim morum honestas exigit vt gratuita fiant coactè. Nec honestati conuenit, vt ex iniquitate reportet quis commodú sibi vel suis: reportaret autem si teneretur coactus vi, metu, aut dolo, implere promissum.

[Locis supra art. 1. inductis.] [lib. 4. Ethic. ca. 7.]

¶ Quibus visis, sigillatim ad quæstiones motas dicendum est. Et ad primã quidem dicitur, quòd fides coincidit in idem specie & numero cum veritate, & sola ratione ab ea differt: quoniam veritas dicitur pro quanto conformat signa signatis apud se, fides autem pro quanto conformat facta dictis. Ab Autore autem nõ omnino prætermissa est. Qm̃ & superius de promissione determinauit, & in q. 110. art. 3. ad 5. declarauit quòd dupliciter aliquis ab infidelitate excusatur, vt ibi patet.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppositum dicitur, quòd licet conformitas signi ad signatum, & facti ad dictum, sint diuersarum rationum in genere naturæ, sunt tamen eiusdem rationis in genere moris.

¶ Ad secundam verò dicitur, quòd cum constet vni virtuti multa vitia opponi secundú diuersos modos corrumpendi actus illius virtutis, vt patet de charitatis oppositis vltra odium, quod directè illi opponitur, nullum inconueniens est, quod veritati inquantum veritas est, directè & adæquatè opponatur mendacium: & eidem inquantum fides est, opponatur infidelitas: quæ etsi non sit propriè mendacij species, sapit tamen nonnihil mendacij, dum infidelis aliud habet ex debito in mente, licet non de facto, quia mutauit voluntatem, & aliud in opere: ac per hoc mentitur debitum.

¶ Ad secundam vero quæstionem dicitur, quod fides habet propriam materiam, scilicet opus bonum aliàs non debitú, possibile fieri à promittente. Nullus enim promittit nisi id quod in sua est potestate. Nec valet promissio, nisi sit alicuius boni. Et quia affirmatio, & negatio vnius sunt generis, appellatione operis boni, intellige etiam vel omissionem bonam: vt cum quis promittit nõ ire venatum tali die, ne impediat illius venationem. Et si aliàs tale bonum esset proximo debitum ab hoc, iam non ex sola fide deberetur.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppositum dicitur, quòd non est eadem ratio de materia verbi, & de materia fidei: quia etiam mala, & turpia possunt benedici, non tamen possunt bene promitti. Et ideo non omnia quæ possunt dici, cadunt sub fide. Secunda vero obiectio vna limitatione excluditur, vt s. fides æquetur in materia non promissioni, sed promissioni spontaneæ, & secundum rectam rationem. Constat enim quod recta ratio non concedit promittere nisi bonum possibile fieri per promittentem, &c.

¶ Ad tertiam autem quæstionem dicitur, quòd fides, absolutè loquendo, est ad omnes homines: quoniam omni homini promitti aliquid potest, quod seruandum est. Verùm sicut ex parte materiæ contingunt impedimenta, vt patet ex dictis, ita ex parte illius cui seruanda est fides. Nam si compulit aut decepit, non merétur vt sibi fides seruetur, vt superius dixit Autor in q. 89. art. 7. ad tertium. Et hoc vult Tullius, & similiter si infidelis est in eodem negotio. Et sic verificatur dictum Actij, loquendo videlicet de infideli vt sic. Nam infidelis vt sic, non minus quàm dolosus meretur non sibi seruari fidem: vt si mutua fuit quasi conuentio, altero non seruante fidem, absolutus est alter. Quãuis Tullius dicta Actij tanquam ab Atreo prolata suscipienda non putet in lib. 3 de Officiis. Et per hæc patet solutio obiectorum.

¶ Ad quartam demum dubitationem dicitur, quod violare fidem proculdubio peccatum est. Nam ex qualibet promissione homo obligatur in foro cóscientiæ ad verificandum dictum. Hoc enim naturalis ratio sic dictat, vt eius oppositum manifestè noceat tranquillitati humanæ societatis. Discernere autem oportet quando est veniale vel mortale peccatum. Mortale illud solum est quod charitati contrariatur. Sicut autem de mendacio in litera distinctum est, ita & de infidelitate distinguendum est. Nam quædam est perniciosa, quædam non. Et perniciosa quidem mortale peccatum est, cæterę venialia peccata non transcendunt. Est autem perniciosa, si contra dilectionem Dei aut proximi est: vt si quis promittat alicui succurrere primo mane inchoato bello, & non seruet. Et similiter si quis promittit se tenere aliquod secretum, quod magni refert si reuelaretur. Si medicus promittat periclitanti infirmo subuenire, qui spe frustratus notabiliter læsus est. Et vniuersaliter ad conditioné rei promissæ spectare oportet, an sit vtilis seu necessaria proximo, ita quòd oppositum sit nociuum proximo, qm̃ tunc contra eius charitaté est. Nam ex sola ratione promissionis violatæ, licet ratio peccati habeatur, quia est contra rationis naturalis rectitudinem, non tamen habetur ratio peccati mortalis, nisi ad aliquid contra charitatem Dei, aut proximi descendatur.

¶ Violare namque promissionem non nisi fallere importat. Fallere autem proximum ex genere suo non est mortale, vt patet de mentiente, qui ad hoc mentitur vt fallat. Et constat quod non peccat mortaliter, nisi gratia materiæ perniciosæ. Sunt autem duo secundum Tullium casus, in quibus sine omni peccato fides rectè præstita non seruatur. Primus est, cùm seruare fidem factum est inutile ei, cui seruanda est, vt si quis promisisset alicui ensem, & interim efficeretur furiosus, non est ei seruanda fides. Secundus, cùm seruare fidem factum est magis nociuum mihi quàm tibi esset vtilis obseruatio, vt si quis promisisset se iturum ad aduocatum in causa eius cras & accidit proprij filij infirmitas exigens paternam curam, non tenetur tunc ad seruandam fidem. Autor autem sequens Senecam vnum vniuersalem casum posuit in quæst. 110. scilicet mutationem, dú dixit, quòd omnia debent esse immutata, si pacta seruanda sunt. Oportet ergo considerare impedimenta superuenientia, & conferre cum re promissa, & collatione facta, quod recta tunc ratio suadet, pensatis códitionibus locorum, personarum, temporum, & negotiorum, honestum exequi.

[Suprà q. 22. art. 3. ad 1. & 3. dis. 27. q. 2. ar. 2. ad 1. Et dist. 34. q. 1. ar. 2. cor. et vir. q. 1. ar 5. ad 5. & q. 2. ar. 2. ad 8.]

¶ Ad primam ergo obiectionem in oppositum dicitur, quòd non quicquid est contra ius naturæ, est peccatum mortale, vt patet de mendacio quod est secundum se prauum, vt dicitur in 4. Ethicor. Plus enim requiritur ad peccatum mortale, scilicet quòd sit contra dilectionem Dei aut proximi. Vnde ex hoc quòd natura eius violatur, non aliud habetur nisi quòd fidei violatio peccatum est.

¶ Ad secundam autem obiectionem dicitur, quod fides, vt extendit se ad debitum ciuile, bene obligat ad mortale: quia eius oppositum tolleret, & ius & socialem vitam. Sed fides, vt concluditur infra limites debiti moralis, oportet quòd consideretur iuxta materiam subiectam, & distinguédo dicatur quòd vt concernit ea quorum perfidia vergeret contra Deú aut proximum, obligat ad mortale, quia talis perfidia tollit societatis diuinæ & humanæ bonum. Vt verò concernit illa quorum perfidia parum aut nihil alicui nocet, non obligat ad mortale. Nec huiusmodi perfidia tollit bonum conuictus humanæ societatis, quamuis aliqualiter impediat tranquillitatem illius. Est enim præter tale bonum potius quàm contra. Et hæc de toto tractatu de veritatis virtute: & illius oppositis dicta sufficiant.

¶ Super Quæstionis centesimæ decimæ quartæ Articulum primum.

IN articulo primo q. 124. nota tria. Primum est, quod virtus ista apud Græcos innominata est, vt dicitur in 4. Ethic. Sed quia similis videtur amicitiæ, ideo amicitia vocatur. Apud Latinos autem vocatur affabilitas, vt autori placet. Et meritò: quia circa colloquia delectabilia principaliter versatur, vt dicitur in 4. Ethi. Affabilium autem est colloqui delectabiliter. Vel appellatur comitas, qua quis ad omnes se comiter habet, suauem cum omnibus conuersationem habendo.

¶ Secundum est, quòd affabilitatis materia est cóuersatio hominis cum aliis, non in quibuscunque, sed in iis quæ serio fiunt, aut dicuntur. Et per hoc distinguitur ab eutrapelia seu vrbanitate, quæ circa delectabilia versatur in iis quæ ioco fiunt.

¶ Tertium est, quòd affabilitas duo exigit. Quorum vnum se habet vt finis, alterum vt medium ad finem. Nam finis eius est delectabilem se aliis exhibere in seriis. Mediú autem est componere verba motusque suos in seriis, vt decet ipsum respectu illorum cú quib. conuersatur, considerata qualitate negotiorum & temporum. Ita ꝙ sicut iustitia in iis quæ fiunt facit vt sine iniuria alicuius verba negotiáque fiant, ita affabilitas efficit, vt in iis, quæ dicuntur & fiunt, homo non sit homini, cum quo con-

Universidad de Deusto Biblioteca

uersatur, molestus, nec etiam in modo dicendi, sed ei delectabilem se in omnibus seriis exhibeat. Secundum tamen quod eundem & negotium de cet. Et hi vulgariter gratiosi appellantur. Non arcet tamen affabilitas hominem, quin quandoq; ingerat quis tristitiam illi cum quo conuersatur, quando scilicet oportet, vt dicitur in 4. Ethic.

¶ Super Quæstionis centesimædecimæquartæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæstio. no primò, quòd affabilitas non attendit, vt in litera dicitur, rationem debiti moralis, & ex parte debentis & eius cui debetur, sed magis ex parte debentis. Cum enim homo sit naturaliter animal sociale, debitum naturali ratione est, vt vnusquisque conuersetur cum altero prout socium, & vniuersaliter prout conuersantem hominem decet. Et quoniam cum tristi, aut non delectabili persona eligibilis non est conuersatio, ideo & vnicuique debetur quòd conuersatio cum ipso fiat delectabilis, & quilibet qui conuersatur, debet delectabiliter conuersaris sed quia debitum hoc non fundatur super inæqualitate aliqua, ex eo quòd hic aliquid acceperit ab eo, ac per hoc debeat recompensare, vt ad æqualitatem reducantur, vt accidit in debito iustitiæ commutatiuæ, & in virtute gratitudinis, sed super commẽsurabilitate actuum hominis ad alium in conuersando. Ex hoc nanque quòd actus mei sunt secundum rationem cõmensurabiles sociali vitæ, debeo ego componere eos, prout me decet, in ordine ad vitam socialem. Ideo debitum hoc magis se tenet ex parte ipsius virtuosi debentis facere quod eum decet ad omnes.

¶ Nota secundò, quòd quia affabilitas ex debito morali est, sine quo honestas moris in conuersatione humana saluari potest, sed non bene, vt patet ex iis, quæ in litera habes, & ex quæst. 80 vbi distinctæ sunt partes iustitiæideo omissio affabilitatis extra peccata venialia non est.

¶ Super Quæstionis centesimæ quintæ Articulum primum.

IN articulo primo quæstionis 110. in responsione ad primum, dubiũ occurrit circa illud verbum, Quòd peccatum esset, si quis vellet placere. Sed in hoc attẽditur similitudo, q̃ ad omnes oportet facere quod decet.

QVÆSTIO CENTESIMA DE cimaquinta de Adulatione, in duos Articulos diuisa.

SEINDE considerandũ est de vitiis oppositis prædictæ virtuti. Et primò, de adulatione. Secundò, de litigio.

¶ Circa adulationem quæruntur duo.

¶ Primo, vtrum adulatio sit peccatum.

¶ Secundo, vtrum sit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum adulatio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃d adulatio nõ sit peccatum. Adulatio enim consistit in quodã sermone laudis alteri exhibito intentione placendi. Sed laudare aliquem non est malũ secundum illud Prouer. vlt. Surrexerũt filij eius, & beatissimã prædicauerũt & vir eius laudauit eã. Similiter & velle placere aliis nõ est malũ, secundũ illud primæ ad Corin. 10. Per omnia omnibus placeo. Ergo adulatio non est peccatum.

¶ 2 Præt. Bono malum est contrarium, & similiter vituperiũ laudi. Sed vituperare malũ nõ est peccatũ: ergo neq; laudare bonũ, q̃d videtur ad adulationem pertinere. Ergo adulatio non est peccatum.

¶ 3 Præt. Adulationi detractio contrariatur. Vnde Greg. dicit* quòd remedium contra adulationem est detractio. Sciẽdũ est, inquit, quòd ne immoderatis laudibus eleuemur, plerunq; nostri rectoris moderamine detractionib⁹ lacerari pmittimur, vt quos vox laudãtis eleuat, lingua detrahentis humiliet. Sed detractio est malum, vt suprà habitum est*. Ergo adulatio est bonum.

¶ SED CONTRA est, quòd sup illud Ezec. 13. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, dicit glo. id est, suauem adulationem. Ergo adulatio est peccatum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut ⁊ dictum est, amicitia prædicta vel affabilitas, etsi principaliter delectare in tendat eos quibus conuiuit, tamen vbi necesse est propter aliquod bonum exequendum, vel malum vitandũ, non vereatur contristare. Si ergo aliquis in omnibus velit ad delectationem alteri loqui, excedit modũ in delectãdo, & ideo peccat per excessum. Et si quidẽ hoc faciat sola intentione delectandi, vocatur placidus secundũ Philosophũ*. Si aũt faciat hoc intentione alicuius lucri consequendi, vocatur blãditor, siue adulator. cõmuniter tñ nomẽ adulationis attribui solet omnibus, qui ⁊ debitum modum virtutis volunt alios verbis, vel factis delectare in communi conuersatione.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd laudare aliquem contingit & bene & malè, prout scilicet debitæ circunstantiæ vel seruantur vel prætermittuntur. Si enim aliquis aliquẽ velit delectare laudando, vt ex hoc eum consoletur, ne in tribulationibus deficiat, vel etiam vt ĩ bono proficere studeat aliis, debitis circũstantiis obsẽruatis, pertinebit hoc ad prædictam virtutẽ amicitiæ. Pertinet autem ad adulationem, si quis velit aliquem laudare, in quibus non est laudãdus, quia fortè mala sunt, secũdũ illud*, Laudatur peccator in desideriis animæ suæ: vel quia nõ sunt certa, secũdũ illud Eccles. 27. Ante sermonẽ non laudes virũ. Et iterũ Eccl. 11. Non laudes virum in specie suæ: vel etiã si timere possit, ne humana laude ad inanẽ gloriã prouocetur. Vnde dicitur Eccle. 11. Ante morte ne laudes hominẽ. Similiter etiã velle placere hominibus propter charitatẽ nutriendã, vt in ea hõ specialiter* proficere possit, laudabile est. Quòd aũt aliquis velit placere hominibus propter inanẽ gloriã, vel propter lucrũ, vel etiã in malo, hoc esset peccatum secundũ illud Psal. 52. Deus dissipabit ossa eorum, qui hominibus placent. Et Apostolus dicit ad Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam vituperare malum, si non adhibeantur debitæ circunstantiæ, est vitiosum: & similiter laudare bonum.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd nihil prohibet duo vitia esse contraria. Et ideo sicut detractio est malum, ita & adulatio, quæ contrariatur ei quantum ad ea quæ dicuntur, non autem directè quãtum ad finem: quia adulator quærit delectationẽ eius cui adulatur: detractor autem non quærit eius cõtristationem cũ aliquando occultè detrahat, sed magis quærit eius infamiã.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum adulatio sit peccatum mortale.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ adulatio sit peccatum mortale, q̃a secundum Aug. in Enchiridio*, malũ dr̃ q̃a nocet. Sed adulatio maximè nocet, secundũ illud Psal. 9. Quoniã laudat peccator in desideriis animæ suę, & iniquus benedicit, exacerbauit Dominũ peccator. Et ideo Hier*. dicit, q̃ nihil est q̃d tam facilè corrũpat mentes hominũ quàm adulatio. Et super illud Psal. 69. Conuertẽtur statim erubescẽtes. dicit gl*. Plus nocet lingua adulatoris quàm gladius persecutoris. Ergo adulatio est grauissimum peccatum.

¶ 2 Præterea, Quicunque verbis aliis nocet, non minus nocet sibi quàm aliis. Vnde dicitur in Psal. 36. Gladius eorũ intret in corda ipsorum. Sed ille qui alteri adulatur, inducit eum ad peccandum mortaliter. Vnde super illud Psal. 140. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. dicit glo*. Falsa laus adulatoris mentes à rigore veritatis emollit ad noxia. Ergo multo magis adulator in se mortaliter peccat.

¶ 3 Præterea, in Decretis scribitur dist. 46. Clericus qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio. Sed talis pœna non infligitur nisi pro peccato mortali. Ergo adulatio est peccatum mortale.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. in sermone de purgatorio*, inter peccata minuta numerat, si quis cuiquam maiori personæ aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluerit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, peccatum mortale est q̃d charitati contrariatur. Adulatio autem quandoque quidem charitati contrariatur, quandoq; autem non. Contrariatur siquidẽ charitati tripliciter. Vno modo rõne ipsius materiæ, puta, cùm aliquis laudat alicuius peccatũ. Hoc enim contrariatur dilectioni Dei, contra cuius iustitiã homo loquitur. Et contra dilectionem proximi, quem in peccato fouet. Vnde est peccatũ mortale, secundũ illud Isa. 5. Væ qui dicitis malum bonum. Alio modo ratione intentionis, puta, cùm quis alicui adulatur ad hoc quòd fraudulenter ei noceat, vel corporaliter, vel spiritualiter: & hoc etiam est peccatum mortale. Et de hoc habetur Prouerb. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta odiẽtis oscula. Tertio modo, per occasionem, sicut cũ laus adulatoris fit alteri occasio peccandi, etiam præter adulatoris intentionẽ. Et in hoc cõsiderari oportet, vtrum sit occasio data vel accepta, & qualis ruina subsequatur, sicut potest patere ex iis quæ suprà* de scandalo dicta sunt. Si autem aliquis ex sola auiditate delectandi alios, vel etiam ad euitandum aliquod malum, vel consequendum aliquid in necessitate, alicui adulatus fuerit, non est contra charitatem. Vnde non est peccatum mortale, sed veniale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ autoritates illæ loquuntur de adulatore qui laudat peccatũ alicuius. Talis enim adulatio dicitur plus nocere quàm gladius persecutoris, quia in potioribus bonis nocet, s.in spiritualibus. Non autem nocet ita efficaciter, quia gladius persecutoris occidit effectiuè, qua si sufficiens causa mortis. Nullus autem potest esse alteri sufficiens causa peccandi, vt ex suprà dictis patet*.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de eo, qui adulatur intentione nocendi. Ille enim plus nocet sibi quàm aliis, quia sibi nocet tanquam sufficiens causa peccandi, aliis autem occasionaliter tantùm.

¶ Ad tertium dicendum, quòd autoritas illa loquitur de eo, qui proditoriè alteri adulatur, vt eum decipiat.

Eccles, 27. Ante sermonẽ non laudes virũ. Et iterũ Eccl. 11. Non laudes virum in specie suæ vel etiã si timere possit, ne humana laude ad inanẽ gloriã prouocetur. Vnde dicitur Eccle. 11. Ante morte ne laudes hominẽ. Similiter etiã velle placere hominibus propter charitatẽ nutriendã, vt in ea hõ specialiter* proficere possit, laudabile est. Quòd aũt aliquis velit placere hominibus propter inanẽ gloriã, vel propter lucrũ, vel etiã in malo, hoc esset peccatum secundũ illud Psal. 52. Deus dissipabit ossa eorum, qui hominibus placent. Et Apostolus dicit ad Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam vituperare malum, si non adhibeantur debitæ circunstantiæ, est vitiosum: & similiter laudare bonum.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd nihil prohibet duo vitia esse contraria. Et ideo sicut detractio est malum, ita & adulatio, quæ contrariatur ei quantum ad ea quæ dicuntur, non autem directè quãtum ad finem: quia adulator quærit delectationẽ eius cui adulatur: detractor autem non quærit eius cõtristationem cũ aliquando occultè detrahat, sed magis quærit eius infamiã.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum adulatio sit peccatum mortale.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ adulatio sit peccatum mortale, q̃a secundum Aug. in Enchiridio*, malũ dr̃ q̃a nocet. Sed adulatio maximè nocet, secundũ illud Psal. 9. Quoniã laudat peccator in desideriis animæ suę, & iniquus benedicit, exacerbauit Dominũ peccator. Et ideo Hier*. dicit, q̃ nihil est q̃d tam facilè corrũpat mentes hominũ quàm adulatio. Et super illud Psal. 69. Conuertẽtur statim erubescẽtes. dicit gl*. Plus nocet lingua adulatoris quàm gladius persecutoris. Ergo adulatio est grauissimum peccatum.

¶ 2 Præterea, Quicunque verbis aliis nocet, non minus nocet sibi quàm aliis. Vnde dicitur in Psal. 36. Gladius eorũ intret in corda ipsorum. Sed ille qui alteri adulatur, inducit eum ad peccandum mortaliter. Vnde super illud Psal. 140. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. dicit glo*. Falsa laus adulatoris mentes à rigore veritatis emollit ad noxia. Ergo multo magis adulator in se mortaliter peccat.

¶ 3 Præterea, in Decretis scribitur dist. 46. Clericus qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio. Sed talis pœna non infligitur nisi pro peccato mortali. Ergo adulatio est peccatum mortale.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. in sermone de purgatorio*, inter peccata minuta numerat, si quis cuiquam maiori personæ aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluerit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, peccatum mortale est q̃d charitati contrariatur. Adulatio autem quandoque quidem charitati contrariatur, quandoq; autem non. Contrariatur siquidẽ charitati tripliciter. Vno modo rõne ipsius materiæ, puta, cùm aliquis laudat alicuius peccatũ. Hoc enim contrariatur dilectioni Dei, contra cuius iustitiã homo loquitur. Et contra dilectionem proximi, quem in peccato fouet. Vnde est peccatũ mortale, secundũ illud Isa. 5. Væ qui dicitis malum bonum. Alio modo ratione intentionis, puta, cùm quis alicui adulatur ad hoc quòd fraudulenter ei noceat, vel corporaliter, vel spiritualiter: & hoc etiam est peccatum mortale. Et de hoc habetur Prouerb. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta odiẽtis oscula. Tertio modo, per occasionem, sicut cũ laus adulatoris fit alteri occasio peccandi, etiam præter adulatoris intentionẽ. Et in hoc cõsiderari oportet, vtrum sit occasio data vel accepta, & qualis ruina subsequatur, sicut potest patere ex iis quæ suprà* de scandalo dicta sunt. Si autem aliquis ex sola auiditate delectandi alios, vel etiam ad euitandum aliquod malum, vel consequendum aliquid in necessitate, alicui adulatus fuerit, non est contra charitatem. Vnde non est peccatum mortale, sed veniale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ autoritates illæ loquuntur de adulatore qui laudat peccatũ alicuius. Talis enim adulatio dicitur plus nocere quàm gladius persecutoris, quia in potioribus bonis nocet, s.in spiritualibus. Non autem nocet ita efficaciter, quia gladius persecutoris occidit effectiuè, qua si sufficiens causa mortis. Nullus autem potest esse alteri sufficiens causa peccandi, vt ex suprà dictis patet*.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de eo, qui adulatur intentione nocendi. Ille enim plus nocet sibi quàm aliis, quia sibi nocet tanquam sufficiens causa peccandi, aliis autem occasionaliter tantùm.

¶ Ad tertium dicendum, quòd autoritas illa loquitur de eo, qui proditoriè alteri adulatur, vt eum decipiat.

QVÆSTIO CENTESIMA DE cimasexta, de Litigio, in duos articulos diuisa.

POSTEA considerandũ est de litigio. ¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primò, vtrum opponatur virtuti amicitię. ¶ Secundò, de comparatione eius ad adulationem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum litigium opponatur virtuti amicitiæ seu affabilitatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd litigium non opponatur virtuti amicitiæ, vel affabilitatis. Litigium enim ad discordiam pertinere videtur, sicut & contentio. Sed discordia opponitur charitati, sicut dictum est*. Ergo & litigium.

¶ 2 Præterea, Prouer. 26. dicit, Homo iracundus incẽdit litẽ. Sed iracundia opponitur mansuetudini. Ergo & lis siue litigiũ.

¶ 3 Præterea, Iac. 4. dicitur, vnde bella & lites in vobis? Nónne ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? Sed sequi concupiscentias videtur opponi temperantiæ. Ergo videtur q̃ litigium non opponatur amicitiæ, sed tẽperantiæ.

¶ SED CONTRA est, quod Philosophus in 4. Ethi*. litigium opponit amicitiæ.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd propriè litigium in verbis consistit, cum s. vnus verbis alterius contradicit. In qua quidem contradictione duo possunt attendi. Quãdoq; enim contingit contradictio propter personã dicẽtis, cui contradicẽs cõsentire recusat propter defectũ amoris animos vnientis. Et hoc videtur ad discordiam pertinere charitati contrariã. Quandoq; verò contradictio oritur ratione personæ, quam aliquis contristare nõ veretur. Et sic fit litigiũ, quod prædictæ amicitiæ, vel affabilitati opponitur, ad quã pertinet delectabiliter aliis conuiuere. Vnde Philosophus dicit in 4. Eth*. quod illi q̃ ad omnia contrariãtur, causa eius q̃d est cõtristare, neq; quoscũque curãtes, dyscoli & litigiosi vocãtur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ contentio magis propriè pertinet ad contradictionem discordiæ, litigium autem ad contradictionem, quæ fit intentione contristandi.

¶ Ad secundum dicendũ, q̃ directa oppositio vitiorum ad virtutes, non attẽditur secundum causas, cùm contingat vnũ vitium ex diuersis causis oriri, sed attenditur secundũ specié actus. Licet aũt quandoque litigium ex ira oriatur, põt tamen etiã ex multis aliis causis oriri. Vnde non oportet q̃ directè opponat mãsuetudini.

¶ Ad tertiũ dicendum, q̃ Iacobus loquitur ibi de concupiscentia secundum quod est generale peccatũ, ex quo omnia vitia oriuntur, prout dicit glo*. ad Ro. 7. Bona est lex, quæ dum concupiscentiam prohibet, omne malum prohibet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum litigium sit grauius peccatum quàm adulatio.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd litigium sit minus peccatum quàm contrarium vitium, s. placiditas vel adulatio. Quãto enim aliquod peccatũ plus nocet, tãto peius esse dis non conuenit homini ex debito. Et propterea non est mirum si faceti, iucundi, & huiusmo di absque turpitudine locant operas ministerij sui in exercãdo delectationem aliis in iocis, aut ludis. Sed in seriis ex debito homo affabilem se exhibere tenet. Et ideo non est eadẽm ratio de vtrisque.

¶ Super Quæstionis centesimædecimæquintæ Articulum secundum.

IN art. 2. eiusdem quæstionis, nota in corpore articuli nouitie, q̃ quia peccatum veniale non habet perfectè rationẽ peccati, quia non est contra. sed præter legem Dei, ideo cum dicitur: adulator laudando peccatũ alicuius, peccat mortaliter, intellige, si laudat hominem de peccato mortali. Nam si de veniali laudat, venialiter peccat, quoniam materia non est cõtraria charitati, nec contra iustitiã Dei, sed præter iliam laudat, qui veniale laudat. Quia veniale non est contra sed præter iustitiam Dei. Nec cõtra dilectionem proximi loquitur, fouendo eum in peccato veniali, sed præter eam, vt patet.

¶ Super Quæstionis centesimædecimæ sextæ Articulum primum.

IN articulo 1. quæstionis 116. nota primum differentiam inter contentionem & litigium in tribus. Primo, in fine: quia finis contentionis est impugnatio veritatis, vt patet superius q. 38. & ex diffinitione Ambrosij. Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Finis autem litigij est perturbare quietem animi. Nam contristatio nihil aliud est quàm ingerere inquietudinẽ animi. Et hæc est per se & essentia lis differentia inter hæc duo vitia. Secundò, differunt in materia proxima, quia cõtentio est in colloquiis, litigiũ verò est & in colloquiis & aliis actibus ad conuersationem concurrentibus, sicut & affabilitas, cui contrariatur. Tertiò, in radice, quia contentio, vt in litera dicitur, est ex discordia animorum. Litigium verò non ex alia est causa, nisi quia molestus natura vsu, vel passione, quis est aliis in conuersando.

¶ Nota secundo, quod sicut contingit detrahere dupliciter, s. formaliter, hoc est cum intentione detrahendi, & materialiter, hoc est ex loquacitate, non animo detrahẽdi: ita contingit esse aliquos litigiosos dupliciter

Universidad de Deusto
Biblioteca

dupliciter, scilicet formaliter, hoc est cum intentione contristandi proximũ, opponere iis, quæ dicuntur, aut exhibere se grauem seu molestum aliis: vel materialiter, s. non cum hac intẽtione, sed tamẽ cum effectu, vt accidit iis, qui consueuerunt dare agrestes responsiones, qui nescíunt hilariter conuiuere & conuersari cũ aliis, hoc non ex intentione contristandi alios, sed ex complexione, vel malo vsu, aut passione. Et hic licet non sit formaliter litigiosus, est tamen materialiter & quo ad effectum litigiosus, quia sin suis colloquiis & ex conuersatione infert de facto tristitiam aliis. Nec excusatur à peccato: quoniam voluntarij sunt actus isti deformes. Sicut non totaliter excusatur detrahens ex loquacitate.

Ca.6.to.5.

Cap.vlt.

¶ Nota tertio, pro articulo secundo, quod quia magis contrariatur affabilitati litigium quàm adulatio, tutius est homi nem, qui vult esse virtuosus, declinare in extremum adulationis, quàm litigij, hoc est attendere, vt in colloquiis & conuersatione sua magis de clinet, vt potius excedat in placendo quàm in contristando, iuxta illam regulam Philosophi in 2. Ethi. videlicet quod de clinandum est in vitium similius virtuti. Et hæc de tota hac quæstione sat sint.

¶ *Super Quæstionem centesimam decimam septimam.*

IN omnibus simul art. quæstio. 117. aduerte quod habitus liberalitatis ad hoc ponitur vt moderetur amorem, desiderium, atque delectationem pecuniæ, sic vt homo afficiatur ad eam, prout opus est ea ad vsum, & non plus, nec minus. Nam homo sic & non aliter affectus ad pecuniam, ex tali affectu vtitur pecunia tam ad se quàm ad alios quando oportet, &c. Ex eo enim quod amat pecuniam & delectatur in ea, non simpliciter, sed vt opus est ea ad vsum, econsequens est cùm tempus est vtendi, vt amori suo satisfaciat, & delectetur in vsu illius, & quando non est tempus vtendi custodiat pro vsu, &c. Et quia hæc est prima & essentialis conditio liberalitatis, ideo ex ipsa cæteræ facilè patent, s. quod proxima eius materia sunt passiones concupiscibilis. Quoniam, vt ex dictis patet, est medietas amoris cupiditatis & delectationis pecuniæ, dum in amore, cupiditate, delectatione pecuniæ medium rationis constituit, fa-

2.66.ar. 9.

In arg.3.

videtur. Sed adulatio plus nocet quàm litigium. Dicitur enim Isa.3. Populeus, q. beatũ te dicũt, ipsi te decipiũt, & viam gressuum tuorũ dissipant. Ergo adulatio est grauius peccatum quàm litigium.

¶ 2 Præterea, In adulatione videtur esse quædam dolositas, quia aliud adulator dicit ore, aliud habet in corde. Litigiosus autem caret dolo, quia manifestè contradicit. Ille autem qui cum dolo peccat, tur pior est, vt Philosophus dicit in 7. Ethi*. Ergo grauius peccatum est adulatio, quàm litigium.

¶ 3 Præterea, Verecũdia est timor de turpi, vt patet per Philosophum in 4. Ethi*. Sed magis verecundatur homo esse adulator, quàm litigiosus. Ergo litigium est minus peccatum quàm adulatio.

¶ SED CONTRA est, quod tanto aliquod peccatum videtur esse grauius, quanto spirituali statui magis repugnat. Sed litigiũ magis repugnare videtur statui spirituali. Dicitur enim 1.ad Timot.3. quod oportet Episcopum nõ litigiosum esse. Et 2.ad Timot. 2. Seruum Dei non oportet litigare. Ergo litigium videtur esse grauius peccatum quàm adulatio.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd de vtroq; istorũ peccatorum loqui possumus dupliciter. Vno modo, cõsiderando speciem vtriusq; peccati. Et secũdum hoc, tanto aliquod vitiũ est grauius, quãto magis repugnat oppositæ virtuti. Virtus autẽ amicitiæ principalius tendit ad delectandum, quàm ad cõtristandum. Et ideo litigiosus, q. superabundat in cõtristando, grauius peccat quã placidus vel adulator, q. superabundat in delectando. Alio mõ possunt cõsiderari secundũ exteriora motiua. Et secundũ hoc quandoque adulatio est grauior, puta, quãdo intẽdit per deceptionẽ indebitũ honorem vel lucrũ acquirere. Quandoq; vero litigium est grauius, puta, quando homo intendit vel veritatem impugnare, vel dicentem in contemptum adducere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q. sicut adulator potest nocere occultè decipiendo, ita litigiosus potest interdum nocere, manifestè impugnando. Grauius autem est, cæteris paribus, manifestè alicui nocere quasi per violentiã, quàm occultè. Vnde rapina est grauius peccatum, quàm furtum, vt suprà dictum est*.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd non semper in actibus humanis illud est grauius quod est turpius. Decor enim hominis est ex ratione. Et ideo turpiora sunt peccata carnalia, quibus caro dominatur rationi, quamuis peccata spiritualia sint graviora, quia procedũt ex maiori contẽptu. Similiter peccata, quę fiunt ex dolo, sunt turpiora, inquantũ videntur ex quadam infirmitate procedere, & ex quadam falsitate rationis, cùm tamen peccata manifesta, quandoq; sint ex maiori contemptu. Et ideo adulatio quasi cum dolo existens, videtur esse turpior. Sed litigium quasi ex maiori contemptu procedẽs, videtur esse grauius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum est*, verecundia respicit turpitudinem peccati. Vnde non semper magis ve recundatur homo de grauiori peccato, sed de magis turpi peccato. Et inde est quòd magis verecundatur homo de laudatione, quàm de litigio, quamuis litigium sit grauius.

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMA septima, de Liberalitate, in sex articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de liberalitate & vitiis oppositis, s. auaritia & prodigalitate. ¶ Circa liberalitatem autẽ quæruntur sex. ¶ Primò vtrum liberalitas sit virt⁹. ¶ Secũdò, quæ sit materia eius. ¶ Tertiò de actu ipsius. ¶ Quartò vtrũ magis ad eã dare quàm accipere pertineat. ¶ Quintò, vtrum liberalitas sit pars iustitiæ. ¶ Sextò, de comparatione eius ad alias virtutes.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum liberalitas sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd liberalitas non sit virtus. Nulla enim virtus contrariatur naturali inclinationi. Inclinatio autem naturalis est ad hoc vt aliquis sibi quàm aliis prouideat, cuius contrarium pertinet ad liberalem, quia vt Philoso. dicit in 4. Ethic*. liberalis non est respicere ad seipsum, ita quòd sibi minora derelinquit. Ergo liberalitas non est virtus.

2. Cor. 8. lect. 1.

Et 2. Eth. lect. 8.

** Cap. 1.*

Ca.8.to.5.

¶ 2 Præterea, Per diuitias homo suam vitam sustentat, & ad felicitatem diuitiæ organicè deseruiunt, vt dicitur in 1. Ethicor*. Cùm ergo omnis virtus ordinetur ad felicitatem, videtur quòd liberalis non sit virtuosus: de quo Philosophus dicit in 4. Ethic*. quòd non est acceptiuus pecuniæ, neque custodiuus, sed emissiuus.

Ca.1. to.5.

¶ 3 Præterea, Virtutes habent connexionem ad inuicem. Sed liberalitas non videtur connexa aliis virtutibus. Multi enim sunt virtuosi, quo non possunt esse liberales, quia non habent quod dent. Multi etiam liberaliter dant vel expendunt, qui tamen alias sunt vitiosi. Ergo liberalitas non est virtus.

¶ SED CONTRA est, quòd Ambro. dicit in primo de offic*. quòd in Euãgelio multas doctrinas accepimus iustæ liberalitatis. Sed in Euangelio non docentur nisi ea, quę ad virtutem pertinent. Ergo liberalitas est virtus.

Lib. 1. ca. 30.

¶ RESPONDEO dicendum, q. sicut Aug. dicit in lib. de Li. arb*. bene vti iis quibus malè vti possum⁹, pertinet ad virtutem. Possumus autem bene & malè vti non solum iis, quæ intra nos sunt, puta, potentiis & passionibus animæ, sed etiã iis, quę extra nos sunt, s. rebus huius mundi concessis nobis ad sustentationem vitæ. Et ideo, cùm bene vti iis rebus pertineat ad liberalitatem, consequens est quòd liberalitas virtus sit.

Lib. 2. ca. 19. to. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Ambr*. & Basilius* dicunt, superabundantia diuitiarum datur aliquibus à Deo, vt meritum bonæ dispensationis acquirãt. Pauca autem vni sufficiunt, & ideo liberalis plura laudabiliter in alios expendit, quàm in seipsum. Debet autem homo semper magis sibi prouidere in spiritualibus bonis, in quibus vnusquisque sibi præcipuè subuenire potest. Et tamen in rebus temporalibus non pertinet ad liberalem, vt sic aliis intendat, quòd omnino se & suos despiciat. Vnde Ambr. dicit in primo de officiis*. Est illa probanda liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas.

Serm. 81. to.3.

Serm. ad diuites de auaros.

Lib. 1. ca. 30.

¶ Ad secundũ dicendum, q. ad liberalem non pertinet sic diuitias emittere, vt non sibi remaneat vnde sustẽtetur, & vnde vir tutis opera exequatur, quibus ad felicitatem peruenitur. Vnde Philosophus dicit in 4. Ethi*. q. liberalis non negliget propria, volens per hoc quibusdã sufficere. Et Ambr. dicit in li. de offi*. q. dominus non vult simul effundi opes, sed dispensari: nisi fortè, vt Heliæus boues suos occidit & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica, qã ptinet ad statum pfectionis spiritualis vitæ, de quo infra dicetur*. Est tamen sciendũ, quòd hoc ipsum quod est sua liberaliter largiri, inquantum est actus virtutis, ad beatitudinem ordinatur.

Ca. 1. to.5.

Cap.30. to 1.

q.184 & 186. ar.3. præcipue.

¶ Ad tertiũ dicendum, q. sicut Philosophus dicit in 4. Eth*. illi, qui cõsumunt multas res in intẽperatiis, non sunt liberales, sed prodigi: & similiter quicunq; effundit quæ habet propter quæcunq; alia peccata. Vnde & Amb. dicit in primo de Offi*. Si adiuues eum, qui possessiones aliorum eripere conatur, non probatur largitas. Nec illa perfecta est liberalitas, si iactantiæ causa magis quàm misericordiæ largiaris. Et ideo illi qui carẽt aliis virtutibus, licet in aliqua mala opera multa expendãt, non sunt liberales. Nihil etiã prohibet aliquos multa in bonos vsus expendere, & habitum liberalitatis non habere, sicut & aliarum virtutum opera faciunt homines antequam habitum virtutis habeant, licet non eodem modo quo virtuosi, vt suprà dictum est*. Similiter etiam nihil prohibet aliquos virtuosos licet sint pauperes, esse liberales. Vnde Philosophus dicit 4. Eth*. Secundum substantiã, id est, facultatẽ diuitiarum, liberalitas dicitur. Nõ enim cõsistit in multitudine datorũ, sed in datis

*1. 2. q. 65. ar. 1. * Cap. 1. to. 5.*

Cap. 3. tis habitu. Et Ambr. dicit in primo de Offic*. q. affectus diuitem collationẽ, aut pauperẽ facit, & pretium rebus imponit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum liberalitas sit circa pecunias.

*Infrà ar. 3. Et prima secunda qũ.60. art. 5. cor. Et mal. q. 13. art. 1. cor. fin. Et 4. Ethic. col. 1. fin. * Cap. 1. * Cap. 5. & 6.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q. liberalitas non sit circa pecunias. Omnis enim virtus moralis est circa operationes, vel passiones. Esse aũt circa operationes est propriũ iustitiæ, vt dr̃ in 5. Eth*. Ergo cùm liberalitas sit virt⁹ moralis, videtur quòd sit circa passiones, & non circa pecunias.

¶ 2 Præterea, Ad liberalem pertinet quarũcunque diuitiarum vsus. Sed diuitiæ naturales sunt veriores quã diuitiæ artificiales, quæ in pecuniis consistunt, vt patet per Philosophum in 1. Polit*. Ergo liberalitas non est principaliter circa pecunias.

¶ 3 Præterea, Diuersarum virtutũ diuersæ sunt materiæ, quia habitus distinguuntur secundum obiecta. Sed res exteriores sunt materia iustitiæ distributiuæ & commutatiuæ. Ergo non sunt materia liberalitatis.

Cap. 1.

¶ SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 4. Eth*. quòd liberalitas videtur esse medietas quædã circa pecunias.

Cap. 1.

¶ RESPONDEO dicẽdum, q. secundũ Philosophũ in 4. Ethi*. ad liberalẽ pertinet emissiuũ esse. Vnde & alio nomine liberalitas largitas nominatur: qa quod largũ est, non est retẽtiuũ, sed est emissiuũ. Et ad hoc idem ptinere videtur etiã nomen Liberalitatis. Cùm enim aliquis à se emittit, quodãmodo illud à sua custodia & dominio liberat, & animum suum ab eius affectu liberũ esse ostẽdit. Ea verò quæ emittenda sunt ab vno homine in alium, sunt bona possessa, quæ nomine pecuniæ significantur. Et ideo propria materia liberalitatis est pecunia.

Art. præ. ad 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dictum est, liberalitas non attenditur in quantitate dati, sed in affectu dantis. Affectus autem dantis disponitur secundum passiones amoris & concupiscentiæ, & per consequens delectationis & tristitiæ ad ea quæ dantur. Et ideo immediata materia liberalitatis sunt interiores passiones. Sed pecunia exterior est obiectum ipsarum passionum.

Cap. 1.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd sicut Aug. dicit in li. de disciplina Christ*. Totum quicquid homines in terra habent, & omnia quorum sunt domini, pecunia vocatur: quia antiqui, quæ habebant, in pecoribus habebant. Et Philosophus dicit in 4. Ethic*. quòd pecunias omnia dicimus, quorum dignitas numismate mensuratur.

In princ. lo. 5.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd iustitia constituit æqualitatem in istis exterioribus rebus. Non autem ad eam propriè pertinet moderari interiores passiones. Vnde aliter pecunia est materia liberalitatis & aliter iustitiæ.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum vti pecunia sit actus liberalitatis.

Infrà art. 4. Et quo 5. articu. 2. ad primum. Et 4. Ethic. col. 3.

AD TERTIVM sic procedit. Videt⁹ q. vti pecunia, non sit actus liberalitatis. Diuersarũ enim virtutũ diuersi sunt actus. Sed vti pecunia cõuenit aliis virtutibus, sicut iustitiæ & magnificentiæ. Non ergo est proprius actus liberalitatis.

¶ 2 Præterea, Ad liberalitatẽ non solũ pertinet dare, sed etiam accipere & custodire. Sed inexperti & custodia non videntur ad vsum pecuniæ pertinere. Ergo incõuenienter dicitur proprius actus liberalitatis vsus pecuniæ.

¶ 3 Præterea, Vsus pecuniæ non solùm cõsistit in hoc, quòd pecunia detur, sed in hoc quòd expendatur. Sed expendere pecuniam refertur ad ipsum expendentem, & sic non videtur esse actus liberalitatis. Dicit enim Seneca in 5. de beneficiis*, Non est liberalis aliquis ex hoc quod sibi donat. Ergo non quilibet vsus pecuniæ pertinet ad liberalitatem.

Cap.9. a.1. to.5.

¶ SED CONTRA est, quòd Philosoph⁹ dicit in 4. Eth*. Vnoquoq; optimè vtit⁹ q. habet circa singula virtutẽ. Ergo diuitiis vtet⁹ optimè, q. habet circa pecunias virtutẽ: iste autẽ est liberalis. Ergo bonus vsus pecuniarum est actus liberalitatis.

*1. 2. q.18. art. 2. * Artic. præ. ad 2.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd species actus sumitur ex obiecto, vt suprà habitum est*. Obiectum autem siue materia liberalitatis est pecunia, & quicquid pecunia mẽsurari potest, vt dictum est*. Et quia quælibet virtus conuenienter se habet ad suum obiectum, consequens est vt cùm liberalitas sit virtus, actus eius sit proportionatus pecuniæ. Pecunia autem cadit sub ratione bonorum vtilium, quia omnia exteriora bona ad vsum hominis sunt ordinata. Et ideo actus proprius liberalitatis est pecunia vel diuitiis vti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad liberalitatem pertinet bene vti diuitiis, inquantum huiusmodi, eo quod diuitiæ sunt propria materia liberalitatis. Ad iustitiam autẽ pertinet vti diuitiis secundum rationem debiti, prout scilicet res exterior debetur alteri. Ad magnificentiã autem pertinet vti diuitiis secundum quandam specialem rationem, id est, secundũ quod assumuntur in alicuius operis magni expletionẽ. Vnde & magnificentia quodammodo se habet ex additione ad liberalitatem, vt infra dicetur*.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum ad liberalem maximè pertineat dare.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ad liberalem non maximè pertineat dare. Liberalitas enim à prudentia dirigitur, sicut & quælibet alia virtus moralis. Sed maximè videtur ad prudentiam pertinere, diuitias cõseruare. Vnde & Philosophus dicit in 4. Ethic*. quòd illi qui non acquisierũt pecuniam, sed susceperunt acquisitam ab aliis, liberalius eam expendũt, quia sunt inexperti indigẽtiæ. Ergo videtur quòd dare nõ maximè pertineat ab liberalem.

¶ 2 Præterea, De hoc quod aliquis maximè intẽdit, nullus tristatur, neque ab eo cessat. Sed liberalis quandoque tristatur de iis quæ dedit, neque etiam dat omnibus, vt dicitur in 4.* Eth. Ergo ad liberalem non maximè pertinet dare.

¶ 3 Præterea, Ad illud implendum, quod quis maximè intendit, homo vtitur viis quibus potest. Sed liberalis non est petitiuus, vt Philoso. dicit in 4. Ethi*. cum per hoc posset sibi præparare facultatem aliis donandi. Ergo videtur quòd maximè non intendat ad dandum.

¶ 4 Præterea, Magis homo obligatur ad hoc quòd prouideat sibi quàm aliis. Sed expendendo aliquid, prouidet sibi, dãdo autem prouidet aliis. Ergo ad liberalem magis pertinet expendere quàm dare.

¶ SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 4. Eth*. quòd liberalis est superabundare in datione.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ,ppriũ est liberalis, vti pecunia. Vsus autẽ pecuniæ est in emissione ipsius. Nã acquisitio pecuniæ magis assimilat generatiõi, ciens amare eam secundum quod oportet, &c. & quod remota eius materia est pecunia, quæ est obiectum passionum, vt pote amata, desiderata, & delectans: *Quæst.* & quòd proprius actus *13. art. 1.* eiusdem est rectè vti pecunia. Ex eo namque quod amare facit pecuniam ad vsum, consequens est vt ad vtendum pecunia inclinet hominem. Fit autem vti actio liberalitatis non per modum imperantis, sic enim solius est voluntatis actus, sed per modum exequentis medij, hoc est mouentis motum. Concupiscibilis siquidem subest superiori potestati, habituata liberalitate mota à voluntate, mouet appetendo exteriora membra, puta manus ad vsum pecuniæ, vel linguam ad significandum ministro quòd det pecuniam, &c. Vel per modum remouentis prohibens: quoniam tollit passionem cupiditatis & delectationis pecuniæ, quæ impediret voluntatem ab actu vtendi pecunia. Et hic est modus communis omnibus virtutibus circa passiones impedientes voluntatem à recto vsu exteriorũ mẽbrorum vel rerum, & est certus ac indubitatus. Et quod liberalitas consistit in affectu magis quàm in effectu. Ex eo enim quòd amat pecuniam, prout oportet ad vsum, manifestè patet quòd penes quantitatem talis affectus liberalior & minus liberalis quis est, & non penes quantitatem, aut multitudinem eorum quæ dat: cum contingat maximè liberalem posse minus dare, & quòd liberalis non est alicui, ex eo quod amat illum, hoc enim misericordiæ, aut charitatis est, vt in litera dicitur, sed ex eo quòd rectè amat pecuniam, scilicet ad vsum, quando oportet, &c. Et propterea quando dat, non ideo dat, quia illum amat, sed quia decet ipsum dare illi, quod est ex mortali debito dare. Cui iusti gnum in litera affertur, quia dat notis & ignotis.

Art. præc. ad 1. & 3.

*Infrà qõ. 119 artic. 1 ad 2. & 3. Et 4. Eth. col. 3. * Cap. 1. to.5.*

Ibidem.

Ibidem.

¶ In responsione ad primum tertij articuli circa illud, Ad liberalitatem pertinet bene vti diuitiis inquantum huiusmodi, dubium occurrit, quia fallum hoc videtur, eo quòd sicut magnificentia est circa diuitias magnas, ita liberalitas est circa diuitias mediocres, vt patet in 4. Ethi. Ac per hoc neutra est circa diuitias in quantum huiusmodi. Diuitiæ enim vt sic abstrahunt à magnis & mediocribus.

Ibidem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cùm Autor dicit liberalitatem

Universidad de Deusto Biblioteca

ralitatē eſſe circa diuitias, inquantū huiuſmodi,ly inquātum, tenetur ſpecificatiuè,& determinat conditionē, qua diuitiæ ſunt materia liberalitatis. Et quoniam conditio iſta eſt quòd diuitiæ ſumātur ſine aliqua additione, qm̄ diuitiæ abſolutè ſumptæ, ſunt obiectū concupiſcibilis, ideo talē cōditionē ſignificauit per notam ſignificationis rōnis propriæ ipſarum diuitiarum. Ita quòd ſenſus eſt,quòd liberalitas eſt vti diuitiis, inquantum huiuſmodi, hoc eſt diuitiis abſolutè, ſine additiōe aliqua cōſideratis. Magnificentiæ verò eſt,vti eis cum additione arduitatis. Iuſtitiæ autē cū additione debiti, vt in litera dicitur. Dicta autē conditio explicatur quandoque ex quātitate diuitiarum. Non quod quantitas variet rationē materiæ, ſed per viā circūloquutionis explicatur differētia inter diuitias abſolute, & vt arduas p eſſe magnas, vel mediocres,quia magnæ idoneitatē quandā habent vt tendāt ad arduitationē, mediocres autē non. Ac per hoc denotāt diuitias abſolutè, quas Autor hîc vocat diuitias inquantū diuitias,per excluſionē ſuperadditæ rationis alicuius.

Tex. 17. to.2. — *Ca.1.to.5.* — *In cor & ar.præc.*

¶ In reſponſione ad primum ſexti artic.aduerte q dū Autor dicit quòd diuina datio non prouenit ex eo quod ſic afficiatur ad ea quæ dat, vt eſt datio liberalitatis,ſed ex eo q amat perſonas, quibus dat, qđ pertinet ad charitatē,corrigere videtur quod dixerat alibi,& ſpecialiter in primo huius operis libro, q.21. q ſ.in Deo eſt propriè liberalitas, quia tamē diuina datio habet de liberali hoc,qđ eſt ſine expectatione & debito,ac p hoc liberalitas ſecluſis imperfectionibus pōt ſuſtineri in Deo: ideo Autor non totaliter reprobat dictū alibi, ſed dicit q magis ſpectat ad charitatē quā liberalitatem diuina datio. Et hæc de tota hac quæſtione ſufficiant.

quā vſui.Cuſtodia verò pecuniæ,in quātum ordinatur ad facultatem vtendi, aſſimilatur habitui. Emiſsio autem alicuius rei,quanto fit ad aliquid diſtantius, tāto à maiori virtute procedit, ſicut patet in iis,quæ proiiciūtur.Et ideo ex maiori virtute procedit quòd aliquis emittat pecuniā,dando eam aliis, quàm expendendo eam circa ſeipſum. Proprium eſt autem virtutis,vt præciſè tendat in id quod perfectius eſt.Nam virtus eſt perfectio quędam,vt dicitur in 7.Phyſ.* Et ideo liberalis maximè laudatur ex datione.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q ad prudentiā pertinet cuſtodire pecuniā ne ſurripiatur,aut inutiliter expendatur. Sed vtiliter eam expendere non eſt minoris prudentię,quā vtiliter eā conſeruare, ſed maioris:quia plura ſunt attendenda circa vſum pecuniæ,qui aſſimilatur motui,quàm circa conſeruationē, quæ aſſimilatur quieti.Quòd autē illi, qui ſuſceperunt pecunias ab aliis acquiſitas, liberalius expendunt, quaſi exiſtentes inopię inexperti, ſi propter ſolam hanc inexperientiam liberaliter expēderent, non haberent virtutem liberalitatis. Sed quandoq; huiuſmodi inexperiētia ſe habet ſolùm ſicut tollens impedimentū liberalitatis, ita quòd prōptius liberaliter agāt. Timor enim inopiæ ex eius experientia procedens, impedit quandoque eos, qui acquiſierūt pecuniam, ne eam conſumāt liberaliter agēdo.Et ſimiliter amor, quo eam amant,tanquam proprium effectum vt Philoſophus dicit in 4.Ethic*.

¶Ad ſecundum dicendum,quòd ſicut dictū eſt *,ad liberalitatem pertinet conuenienter vti pecunia, & per conſequens cōuenienter dare, qđ eſt quidā pecuniæ vſus. Quælibet autem virtus triſtatur de contrario ſui actus,& vitat eius impedimēta.Ei autē quod eſt conuenienter dare,duo opponuntur, ſ.non dare quod cōuenienter eſt dandum, & dare aliquid in conuenienter. Vnde de vtroque triſtatur liberalis, ſed de primo magis, quia plus opponitur proprio actui: & ideo non dat omnibus.Impediretur enim actus eius, ſi quibuslibet daret. Nō enim haberet vnde aliis daret,quibus dare conuenit.

¶ Ad tertiū dicendū, q dare & accipere ſe habēt,ſicut agere & pati.Nō eſt autem idē principiū agēdi & patiēdi. Vnde quia liberalitas eſt principiū dationis,non pertinet ad liberalē,vt ſit prōpt⁹ ad recipiēdū,& multo min⁹ ad petendū Vñ verſus.

Si quis in hoc mūdo vult multis gratus haberi,
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

Ordinat autem ad dandum aliqua ſecundum cōuenientiam liberalitatis, ſ. fructus propriarum poſſeſsionum, quos ſolicitè procurat,vt eis liberaliter vtatur.

¶ Ad quartum dicendum,quòd ad expendendū in ſeipſum natura inclinat. Vnde ad hoc quòd pecuniam quis perfundat in alios,pertinet propriè ad virtutem.

Suprà q. 58.ar.12. ad primū & q 117. art. 2. ad 3. & art. 3.ad 2. Et infrà q°. 157. artic.1 co. & 3. dist. 27. q. 2. art. 4. q°. 2. cor. Et Mal. q 13 art. 1. cor.fin.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum liberalitas ſit pars iuſtitiæ.

AD QVINTVM ſic proceditur.Videtur quòd liberalitas non ſit pars iuſtitiæ. Iuſtitia enim reſpicit debitū. Sed quanto eſt aliquid magis debitum, tanto minus liberaliter datur.Ergo liberalitas non eſt pars iuſtitiæ,ſed ei repugnat.

¶2 Præterea,Iuſtitia eſt circa operationes,vt ſuprà habitū eſt*. Sed liberalitas eſt præcipuè circa amorem & concupiſcentiam pecuniarum,quæ ſunt paſsiones. Ergo magis videtur liberalitas ad temperantiam pertinere quàm ad iuſtitiam.

** q. 68 ar 9.& 1. 2. q. 60. ar.1.2.& 3.*

¶3 Præterea, Ad liberalitatē ptinet præcipuè cōueniēter dare, vt dictū eſt*.Sed cōueniēter dare ptinet ad beneficentiā & miſericordiā,quæ pertinent ad charitatem,vt ſuprà dictum eſt*. Ergo liberalitas magis eſt pars charitatis,quàm iuſtitiæ.

** Artic. præ. ad 2. *q 30.& 31.*

¶SED CONTRA eſt,quòd Ambr.dicit in primo de Officiis*, Iuſtitia ad ſocietatem generis humani refertur. Societatis enim ratio diuiditur in duas partes, iuſtitiam ſ.& beneficentiam, quam eandem liberalitatem, aut benignitatem vocant.Ergo liberalitas ad iuſtitiam pertinet. *Cap.18.*

¶RESPONDEO dicendum,quòd liberalitas non eſt ſpecies iuſtitiæ,quia iuſtitia exhibet alteri,quod eſt eius,ſed liberalitas exhibet id, quod ſuū eſt. Habet tamen quandam conuenientiam cum iuſtitia in duobus.Primò quidem,quia principaliter eſt ad alterum,ſicut & iuſtitia. Secundo,quia eſt circa res exteriores,ſicut & iuſtitia,licet ſecundū aliam rationem, vt dictum eſt*. Et ideo liberalitas à quibuſdam ponitur pars iuſtitiæ,ſicut virtus annexa ei vt principali. *Hic in cor. & art. 2. huius q. ad 3.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q liberalitas,etſi non attēdat debitū legale qđ attēdit iuſtitia, attēdit tamē debitum quoddā morale,quod attendit ex quadā ipſius decētia, non ex hoc q ſit alteri obligatus: vnde minimū habet de rōne debiti.

¶Ad ſecundum dicendum,quòd temperantia eſt circa cōcupiſcentias corporalium delectationum.Concupiſcentia autē pecuniæ & delectatio,non eſt corporalis,ſed magis animalis: vnde liberalitas non pertinet propriè ad temperantiam.

¶Ad tertium dicēdum, q datio beneficentiæ, & miſericordię procedit ex eo quòd homo eſt aliqualiter affectus circa eū, cui dat. Et ideo talis datio pertinet ad charitatem, ſiue ad amicitiam.Sed datio liberalitatis prouenit ex eo, quòd dans eſt aliqualiter affectus circa pecuniam,dum eam non cōcupiſcit, neque amat:vnde etiam non ſolùm amicis,ſed etiam ignotis dat quando oportet.Vnde non pertinet ad charitatem, ſed magis ad iuſtitiam,quæ eſt circa res exteriores.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum liberalitas ſit maxima virtutum.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur q liberalitas ſit maxima virtutū.Omnis enim virt⁹ hominis eſt quædam ſimilitudo diuinæ bonitatis. Sed per liberalitatē homo maximè aſsimilatur Deo,qui dat omnibus affluēter, & non improperat,vt dicitur Iac.1.Ergo liberalitas eſt maxima virtutum.

¶ 2 Præterea,Secundū Aug.in 6.de Trinit*.in iis quę non mole magna ſunt,idem eſt eſſe maius, quod melius. Sed ratio bonitatis maximè videtur ad liberalitatem pertinere, quia bonum diffuſiuum eſt, vt patet per Dion.4.c. de Diui.no.Vnde & Amb. dicit in primo de Officiis*,quod iuſtitia cenſurā tenet, liberalitas bonitatem.Ergo liberalitas eſt maxima virtutum. *Ca.8.to.3.* *Cap.18. to 1.*

¶ 3 Præterea,Homines honorātur, & amātur ꝓpter virtutem. Sed Boëtius dicit in libro de Conſola*.Largitas maximè charos facit.Et Philoſo.dicit in 4.Ethicor*. quòd inter virtuoſos maximè liberales amanť. Ergo liberalitas eſt maxima virtutū. *Li.2.proſa 5.* *Ca.1.to.5.*

¶SED CONTRA eſt,quòd Amb.dicit in li.de Officiis* quòd iuſtitia excellentior videtur liberalitate, ſed liberalitas gratior.Philoſophus etiam dicit in primo Rhet*. quòd fortes & iuſti maximè honorantur, & poſt eos liberales. *Cap.18. to. 1.* *Ca 9.to.6.*

¶RESPONDEO dicendū,quòd quælibet virtus tēdit in aliquod bonū. Vnde quāto aliqua virtus in maius bonū tendit, tanto melior eſt.Liberalitas autē tendit in aliquod bonū dupliciter.Vno modo,primo & per ſe.Alio mō,ex conſequenti.Primò quidem & per ſe, tēdit ad ordinandū propriā affectionem circa poſſeſsionē pecuniarū,& vſum.Et ſic ſecundū hoc prefertur liberalitati:& tēperantia,quæ moderatur & cōcupiſcētias & delectationes pertinentes ad propriū corpus: & fortitudo, & iuſtitia,quæ ordinantur quodāmodo in bonū cōmune. Vna quidem tēpore pacis,alia verò tempore belli.Et omnibus præferuntur virtutes quæ ordinant in bonū diuinū. Nam bonum diuinum,præeminet cuilibet bono humano.Et in bonis humanis bonum publicum præeminet bono priuato, in quibus bonum corporis præeminet bono exteriorum rerum. Alio modo ordinatur liberalitas ad aliquod bonum ex conſequenti.Et ſecundum hoc liberalitas ordinatur in omnia bona prædicta. Ex hoc enim quòd homo nō eſt amatiuus pecuniæ,ſequitur quòd de facili vtatur ea & ad ſeipſum,& ad vtilitatem aliorum,& ad honorem Dei. Et ſecundum hoc habet quandam excellētiam, ex hoc quod vtilis eſt ad multa.Quia tamen vnumquodq; magis iudicatur ſecundum id quod primò & per ſe competit ei, quàm ſecundū id quod conſequenter ſe habet, ideo dicendum eſt liberalitatem non eſſe maximam virtutum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum,q datio diuina prouenit ex eo q amat homines,quibus dat,nō autē ex eo quòd afficiatur ad ea,quæ dat.Et ideo magis videtur pertinere ad charitatem, quæ eſt maxima virtutum,quàm ad liberalitatem.

¶ Ad ſecundū dicendū, q quęlibet virtus participat rationem boni,quantum ad emiſsionem proprij actus.Actus autem quarundam

rundam aliarum virtutum meliores ſunt quàm pecunia,quam emittit liberalis.

¶Ad tertiū dicendū,q liberales maximè amantur, non quidem amicitia honeſti, quaſi ſint meliores,ſed amicitia vtilis:qa ſunt vtiliores in exterioribus bonis,quæ cōmuniter homines maximè cupiunt. Et ēt propter eandē cauſam clari reddūtur.

QVÆSTIO CENTESIMA-decima octaua,de Vitiis liberalitati oppoſitis, & primo de auaritia in octo articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderandum eſt de vitiis liberalitati oppoſitis. Et primò de auaritia. Secundò de prodigalitate.

¶ Circa primū quæruntur octo.¶Primò, vtrum auaritia ſit peccatum. ¶Secundò, vtrum ſit ſpeciale peccatū. ¶ Tertiò, cui virtuti opponatur.¶Quartò,vtrū ſit peccatum mortale.¶Quintò,vtrū ſit grauiſſimū peccatorū. ¶ Sextò, vtrū ſit carnale vel ſpirituale peccatū. ¶Septimò,vtrū ſit vitiū capitale. ¶ Octauo de filiabus eius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum auaritia ſit peccatum.

Infrà q°. 119.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd auaritia non ſit peccatū. Dicitur enim auaritia quaſi æris auiditas:quia ſ.in appetitu pecuniæ cōſiſtit, per quā omnia exteriora bona intelligi poſſunt.Sed appetere exteriora bona nō eſt peccatū:naturaliter enim homo ea appetit,tum quia ſubiecta ſunt homini naturaliter,tū quia per ea vita hominis cōſeruatur:vnde & ſubiecta homini dicuntur.Ergo auaritia non eſt in Deum.

¶ 2 Præt.Omne peccatū, aut eſt in Deum aut in proximū,aut in ſeipſū, vt ſuprà habitū eſt*.Sed auaritia nō eſt propriè peccatū cōtra Deū.Non enim opponitur,neque religioni, neque virtutib⁹ theologicis,quibus homo ordinatur in Deū. Neque etiā eſt peccatū in ſeipſum. Hoc em̄ propriè pertinet ad gulam & luxuriā,de qua Apoſtol⁹ dicit 1.ad Corin.6.Qui fornicatur,in corpus ſuum peccat.Similiter etiā nō vř eſſe peccatum in proximū : qa per hoc quòd homo retinet ſua, nulli facit iniuriā.Ergo auaritia non eſt peccatū. *1.2.q. 21. ar.4.*

¶3Pręterea,Ea quæ naturaliter adueniūt, non ſunt peccata. Sed auaritia naturaliter conſequitur ſenectutem, & quēlibet defectū,vt Philoſophus dicit in 4. Eth*. Ergo auaritia non eſt peccatum. *Ca.1.to.5.*

¶SED CONTRA eſt, quod dicitur ad Heb. vlt. Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus.

¶RESPONDEO dicēdū,q in quibuſcunq; bonum conſiſtit in debita menſura,neceſſe eſt q per exceſſum vel diminutionē illius menſuræ malū ꝓueniat:in omnib⁹ aūt quæ ſunt propter finē, bonū cōſiſtit in quadā mēſura. Nā ea,q̄ ſunt ad finem,neceſſe eſt cōmenſurari fini, ſicut medicina ſanitati, vt patet per Philoſophum in 1. Polit *. Bona autem exteriora habēt rationē vtiliū ad finē, ſicut dictum eſt*. Vnde neceſſe eſt q bonum hominis circa ea cōſiſtat in quadā mēſura.Dum ſ. homo ſecundū aliquā menſuram quærit habere exteriores diuitias,prout ſunt neceſſariæ ad vitā eius ſecundū ſuā cōditionē. Et ideo in exceſſu huius menſuræ conſiſtit peccatū:dū ſ.aliquis ſupra debitū modū vult eas acquirere, vel retinere, quod pertinet ad rationem auaritiæ, quæ diffinitur eſſe immoderatus amor habēdi.Vnde patet quòd auaritia eſt peccatū. *Cap. 5. & 6. Q. præc. ar.3.& 1. 2 q 2. ar. 1.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd appetitus rerū exteriorū eſt homini naturalis, vt eorum quæ ſunt propter finem.Et ideo in tantū vitio caret,inquātum continetur ſub regula ſumpta ex ratione finis.Auaritia autem hanc regulam excedit:& ideo eſt peccatum.

¶ Ad ſecundum dicēdum, q auaritia pōt importare immoderantiā circa res exteriores dupliciter. Vno mō, immediatè quantū ad acceptionē vel conſeruationē ipſarū,vt ſ. homo plus debito eas acqrat vel cōſeruet.Et ſcđm hoc eſt directè peccatū in proximū:qa in exterioribus diuitiis nō pōt vnus hō ſuperabūdare,niſi alteri deficiat,qa bona tēporalia nō poſſunt ſimul poſsideri à multis. Alio modo pōt importare immoderātiā circa interiores affectiones,quas quis ad diuitias habet: puta ſi immoderatè aliqs diuitias amet, aut deſideret,aut delectetur in eis. Et ſic auaritia eſt peccatū hominis in ſeipſum, quia p hoc deordinatur eius affectus, licet non deordinetur corpus ſicut per vitia carnalia. Ex conſequenti autē eſt peccatum in Deum, ſicut & omnia peccata mortalia,inquantum homo propter bonum temporale contemnit æternum.

¶ Ad tertiū dicendū, quòd inclinationes naturales ſunt regulandæ ſecundū rationē,quę principatū tenet in natura humana.Et ideo quāuis ſenes propter naturæ defectum auidius exteriorū rerū inquirant ſubſidia,ſicut & omnis indigēs quęrit ſuæ indigentiæ ſupplementū : non tamen à peccato excuſantur,ſi debitam rationis menſuram circa diuitias excedant.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum auaritia ſit ſpeciale peccatum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd auaritia non ſit ſpeciale peccatum. Dicit enim Auguſtinus in libro de Lib. arbitrio *. Auaritia, quæ Grecè philargyria dicitur,non in ſolo argento, vel in nummis

*Infrà art. 5.ad 2. & 1 q. 62. arti.2. ad 2. & 2. diſ. 2 in expo.liter. fi. Et mal. q.8.art.1. ad 2. *Lib 3.c. 17.*

¶ Super Quæſtionis centeſimæ octauæ Articulum primum.

IN art.1.q.118.dubium occurrit circa illud, Menſura diuitiarū,eſt prout ſunt neceſſariæ ad vitam hominis ſecundum ſuam conditionem, ita q in exceſſu huius menſuræ conſiſtit peccatū auaritiæ.Nā falſum videtur hoc eſſe,quia ſequeretur q nemo poſſet licitè cumulare ſibi pecunias,vt mutet ſtatū, quem habet, in maiorē. Cuius oppoſitū quotidie fit abſque remorſu conſcientiæ & reprehēſione aliqua. Et patet ſequela, quia ſi homo non poteſt excedere menſuram neceſſariorum ad conditionē ſuam, conſequens eſt,vt ſi ad conditionem ſuā abundāter ſufficiunt mille, q non poſſit iſte cumulare quatuor vel decem millia ſine exceſſu mēſuræ requiſitorum ad conditionē ſuā:ac per hoc non poſſet hac via mutare ſtatū ſine peccato. Et ſic ruſticū oporteret ſemper forè ruſticū, & artificē ſemper artificem, & ciuē ſemper ciuem, & nunquam poſſe emere ſibi dominiū aliquod.Quæ ſunt manifeſtè abſurda.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum appetitus cuiuſlibet inſtrumēti in infinitum, manifeſtè diſſonet à recta ratione, quæ dictat quod quodcunq; nō alia ratione eſt bonū,niſi propter aliud menſuratè appetatur, quantū ſ.op⁹ eſt propter illū finē.Signum autē quòd appetitus debet eſſe menſuratus, eſt quod exterior vſus illius inſtrumenti ſeu medij oportet q ſit cōmenſuratus fini, ita quòd tā exceſſus quàm defectus ab omnibus vituperatur, vt patet in medicina reſpectu ſanitatis, & in exciſione lignorum,aut lapidū propter aliquod op⁹, puta quòd ponātur in angulo,aut fiant laquearia, &c.Hinc enim laudātur opifices quòd commenſurata finibus opera efficiunt. Conſtat autem quòd pecunia, & quicquid pecuniæ loco poſſidetur, in genere bonorum vtilium continetur.Sic quòd nō niſi propter aliud expetitur,poſſidetur, & expenditur. Oportet ergo pecuniam & appeti, & amari, & haberi,menſuratè,quantum ſcilicet opus eſt ad finem. Finis autem proprius in vnoquoque propter quem diuitiæ ſunt ſecundum rationem rectam, eſt propria vniuſcuiuſque vita ſecundum ſuam conditionē: ita quòd in vita propria intelligatur etiam eorum vita quorum ſibi cura incūbit. Et appellatione vitæ intellige nō ſolùm cibum & potum,ſed quæcunq; opportuna commoda & delectabilia,ſalua honeſtate.Vltra hunc autem finem non finit recta ratio appeti,aut haberi diuitias niſi propter alios:puta propter liberalitatis,miſericordiæ,aut magnificentiæ opera & ſi quid eſt huiuſmodi,vbi etiam apparet mēſura appetitus ex fine.Vnde appetere diuitias in infinitum & ſic amare aut velle habere, à recta ratione deuiat. Et propterea negotiatio propter ſolum lucrū,vt pote infinita,vituperatur à Philoſopho in 1.Polit. Sunt igitur hic duo indubiè vera.Primū eſt, q amor pecuniæ debet eſſe menſuratus homini, quo ad ſe quidem ſecundū conditionē ſuā, quo ad alios verò iuxta opera virtutum.Secundū eſt,quòd appetitus in infinitum pecuniæ eſt illicitus,vt pote à recta ratione diſcordās.Dubium autē reſtat quid dicendū de appetitu mutare volentiū ſtatū ex cumulatione pecuniæ ſuperfluæ præſenti eius conditioni.Et dicendū videtur,quòd cōditio hominis eſt duplex:vna conſequens ſpeciē humanā,& altera conſequens indiuidua.Species ſiquidē humana ex eo q præſentis felicitatis capax eſt,rationi conſentaneum eſſe conſtituit, vt quilibet eouſque ſeipſum ſuóſque ducere conetur,vt felicitatis vitæ præſentis particeps eſſe poſſit.Et quia ad felicitatem præſentem diuitiæ, licet non magnæ requiruntur organicè vt dicitur in 10.Ethi.idcirco abſque immoderato pecuniæ amore poteſt ſeipſum & ſuos reducere de operum ſeruilium mechanicorūmq;, necnon negotiationū neceſſitate,& moderatas diuitias acquirere,quatenus felicitatis præſentis, quæ ſecūdum virtutis ſupremę exercitationē eſt, particeps eſſe poſſit ſecundū ſuū modulum Singulares autē perſonas multas ab intrinſeco donatas concupiſcimus quadā ſapiētia, aut à natura indita, aut exercitatione cōparata ſeu aucta, ita quòd inter homines velut aliorum domini, nati vel facti ſint, quāuis domini non ſint. Et quia his naturali ęquitate debetur regimen aliorū,idcirco ſi iſti appetunt dominiū, ſi ad hoc cumulant pecunias vt dominiū temporale emāt, vt cuiuſque decet ſapientiā, à rationis rectæ tramite nō recedūt. Et ſimile eſt iudicium de aliis virtutibus, quibus homo idoneus redditur ad mutandum ſtatū,puta cùm quis ad fortitudinis actus præclaros,ex perientia teſte, in bello cōſpicitur præparatus vt propterea dign⁹ ſit præeſſe aliis.In omnibus em̄ huiuſmodi menſuratur appetitus pecunię ex vita hominis ſecundū ſuā cōditionem,vt patet. At ſi quis ſufficienter diues pro naturali felicitate conſequenda ex ſolo appetitu aſcēdendi, & glorię, cumulat pecunias præſenti ſuæ conditioni ſuperfluas, procul dubio immoderato fertur amore, ſicut illi qui ſolo amore lucri negotiantur. Vtriuſque nanque appetitus ſine fine eſt, quoniā tam aſcēdere quàm lucrari abſolutè ſumpta termino carent. Et ſicut non ſic contingit appetentibus lucrum propter opportunam vitam ſuæ familiæ, aut neceſſitatē patriæ, quia menſuratur eorum appetitus ex bono œconomico aut politico, ita non ſic accidit illis de quibus prædictū eſt, quòd cumulant pecuniam vt habeāt ſuperiorem ſtatum cōſonum ſuæ virtuti. Menſuratur quippe horum appetitus aſcendendi penes quantitatē ſuæ virtutis.Et propter ea iſti poſtquā aſcēderint ad gradū ſuæ virtuti conſonum, puta comitatū,quieſcent & non cumulabunt iterum, vt aſcendant ad regnum,vt pote excedens virtutem ſuam.Qui verò ſola libidine aſcendendi & gloriæ cumulant,cum aliquid nacti fuerint dominij,iterum cumulant,vt altiora conſcendant, & ſic in infinitum. Et per hæc patet ſolutio obiectorum. Vtrum autem hi qui illicitè cumulant,propter ſolam libidinem aſcendendi, peccēt mortaliter,in artic.4.ad ſecundum differetur.

¶ Super Quæſtionis centeſimæ decimæoctauæ Articulum ſecundum.

IN art.2.hoc ſolùm notandum occurrit,quòd nomine pecuniæ, vt eſt materia auaritiæ,non intelligitur quicquid eſt pecunia comparabile,ſed ſolùmodo quicquid habet rationē boni vtilis.Ita q cū pecunia ex ſua ratione habeat rationem boni vtilis,vt principale ſui generis, ſ. boni vtilis, ponitur obiectum auaritiæ,ducēs ſecū totū ſuum genus Cū aūt audis auari obiectū eſſe bonum vtile tantū,memēto vt intelligas id quod per ſe eſt de genere bonorū vtilium: vt ſunt agri,ouilia,armēta,& huiuſmodi. Quoniā per accidēs etiam honor & voluptas

voluptas poſſunt ſpectare ad vtilia, ſ.ex intétione alicuius appetentis hæc, non propter ſe,ſed propter lucrum. Obiecta nanque & materiæ virtutum & vitiorum penes ea quæ per ſe inſunt, diſtinguuntur, & non penes ea, quæ ſunt per accidens. *[1.2. q.71. art.6. ad 3. * Lib.10 cap.1.]*

¶ Super Quæſtionis centeſimæ decimæoctauæ Articulum tertium & quartum.

IN ar.3.& 4.ſimul nota, quòd auaritia, vt opponitur liberalitati, non eſt ex ſuo genere peccatum mortale, ſed ex fine,ſi ſ.pecunia amaretur vt vltimus finis. Et ideo in litera dicitur qđ tunc eſt peccatum mortale,quando præponitur amori Dei,quòd propter eam tranſgredi quis non curaret præcepta Dei. Hæc enim declaratio ex communibus tacitè inſinuat, quòd ex propria auaritia iſta non eſt peccatum mortale, ſed ex communi ratione, qua cæteri amores bonorum tam naturalium, quàm fortunæ, &c. ſunt mortalia peccata ſi excedūt diuinum amorem. Ex quo patet quòd immoderatus appetitus lucri in infinitum, vt contingit negotiatoribus abſolutè, non eſt mortale peccatum ex ſuo genere. *[Q. præc. arti.2. ad 2. Ex Aug. lib. de ſpiritu & li. cap. 4. à med.to.4. 1.2. q.72. art.1.]*

¶ In eiſdem articulis dubium occurrit,an habens de ſuperfluo poſſit cogi ad dandum pauperibus. Et eſt ratio dubij, quia in art. 4.in reſponſione ad 2. dicitur, quòd ex debito legali tenetur habens de ſuperfluo dare pauperibus. Conſtat autē quod id ad quod homo tenetur ex legali debito, poteſt homo à iudice cogi, vt patet ſuperius, quæſt. 80.

¶ In oppoſitum autē eſt quia nulli cōpetit agere contra talem diuitē pro iure ſuo, quia nulli pauperi quæſitum eſt ius ſuper ſuperfluis diuitiis, cum non ſit maior ratio de vno quàm de alio. *[Hom.6.in Euan. inter pri.& medium.]*

¶ Ad huius euidentiam ſciendum eſt,quod in litera dicitur non ſolùm de habente ſuperfluum, ſed etiam abſolutè de vidente pauperem in periculo neceſſitatis extremę,quòd ex legali debito tenetur erogare ſua pauperibus.Et de ſecundo quidem caſu,hoc eſt ratione periculi neceſſitatis extremæ, non eſt difficile perſpicere quòd interueniat legale debitum. Nam tempore extremæ neceſſitatis omnia ſunt communia. Ac per hoc bona quæ alter poſſidet, fiunt mea ſi patior extremam neceſſitatem. Et ſi poſſidens nō ſponte vult mihi ſubuenire, poſſet iudex cogere.Et ſi hæc via deficit, poſſum occultè quaſi per modum furti, *[In Arg. 1.]*

ſed in oībus rebus quæ immoderatè cupiunt̄ intelligēda ē.Sed in oī peccato eſt cupiditas immoderata alicui⁹ rei,qa peccatū eſt ſpreto bono incōmutabili,bonis cōmutabilib⁹ inhærere, vt ſuprà habitū eſt*. Ergo auaritia eſt generale peccatū.

¶2 Præterea,Secundum Iſid.in lib.Ety*. auarus dicitur quaſi auidus æris,id eſt pecuniæ. Vnde & in Gręco auaritia philargyria nominatur, id eſt, amor argenti. Sed ſub argento,per quod pecunia ſignificatur, ſignificātur omnia bona exteriora, quorū pretium pōt numiſmate menſurari,vt ſuprà habitū eſt*.Ergo auaritia cōſiſtit in appetitu cuiuſlibet exterioris rei. Ergo videtur eſſe generale peccatū.

¶3 Pręterea, Super illud ad Ro.7. Nā concupiſcentiā neſciebā,&c.dicit glo*. Bona eſt lex,quæ dū concupiſcentiā prohibet, omne malum prohibet. Videtur autē lex ſpecialiter prohibere cōcupiſcentiam auaritiæ : vnde dicitur Exod. 20. Non concupiſces rem proximi tui. Ergo cōcupiſcentia auaritię eſt omne malum. Et ita auaritia eſt generale peccatum.

¶SED CONTRA eſt,qđ ad Rom. 1. auaritia connumeratur inter alia ſpecialia peccata,vbi dicitur,Repletus omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, &c.

¶RESPONDEO dicēdum,ꝙ peccata ſortiuntur ſpeciē ſecundū obiecta, vt ſuprà habitum eſt*:obiectum autē peccati eſt illud bonū, in quod tendit inordinatus appetitus. Et ideo vbi eſt ſpecialis ratio boni quod inordinatè appetitur, ibi eſt ſpecialis ratio peccati. alia autē eſt rō boni vtilis & boni delectabilis. Diuitiæ aūt ſecundū ſe habent rationē vtilis. Ea em̄ rōne appetūtur inquantū in vſum hominis cedūt.Et ideo ſpeciale quoddā peccatū eſt auaritia,ſecundū ꝙ eſt immoderat⁹ amor habēdi poſſeſſiones,quæ nomine pecuniæ deſignant̄,ex qua ſumitur Auaritię nomen. Verùm quia verbū Habendi ſecundū primariā impoſitionē ad poſſeſſiones ptinere videtur, quarū ſumus totaliter domini,ad multa alia deriuatur.(Sicut dicitur homo habere ſanitatē,vxorē,veſtimentū, & alia huiuſmodi, vt patet in Prædicamētis*)per cōſequēs etiā, & nomē Auaritiæ ampliatum eſt ad omnem immoderatum appetitū habendi quamcunque rē,ſicut Greg.dicit in quadam Homil*.ꝙ auaritia eſt non ſolū pecuniæ,ſed etiā ſciētiæ & altitudinis,cum ſuprà debitū modū ſublimitas ambitur. Et ſecundū hoc auaritia non eſt ſpeciale peccatum. Et hoc etiam modo loquitur Aug. de auaritia in autoritate inducta*. Vnde patet reſponſio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicendū,quòd omnes res exteriores, quæ veniunt in vſum humanæ vitæ nomine Pecuniæ intelliguntur, inquantū habent rationem boni vtilis.Sunt autem quædā exteriora bona, quæ poteſt aliquis pecunia conſequi, ſicut voluptates & honores, & alia huiuſmodi, quæ habent aliam rationem appetibilitatis. Et ideo illorum appetitus non propriè dicitur auaritia, ſecundum quòd eſt vitium ſpeciale.

¶Ad tertium dicendum, quòd gloſſa illa loquitur de concupiſcentia inordinata cuiuſcunque rei. Poteſt enim intelligi quod per prohibitionem concupiſcentię rerum poſſeſſarum prohibeantur quarumcunque rerum concupiſcentiæ, quæ per res poſſeſſas haberi poſſunt.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum auaritia opponatur liberalitati.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd auaritia non opponatur liberalitati,quia ſuper illud Matt.5.Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam,Chryſ.*dicit quòd duplex eſt iuſtitia, vna generalis & alia ſpecialis , cui opponitur auaritia. Et hoc idem Philoſophus dicit in 5. Ethic*. Ergo auaritia non opponitur liberalitati. *[Suprà q. 107. art. 1. cor. & q. 118. ar. 5. ad tertium. Et Mal. q.13 arti.2. ad decimum. Et 4. Ethicorum lec. 4. per to. & lec. 5. fin.]*

¶2 Præterea , Peccatum auaritiæ in hoc conſiſtit quòd homo tranſcendit menſuram in rebus poſſeſsis.Sed huiuſmodi menſura ſtatuitur per iuſtitiam. Ergo auaritia directè opponitur iuſtitiæ,& non liberalitati.

¶3 Præterea,Liberalitas eſt virtus media inter duo vitia contraria,vt patet per Philoſophū in 2.*& quarto * Ethi.Sed auaritia non habet peccatum contrarium & oppoſitum, vt patet per Philoſophum in 5.Ethic*. Ergo auaritia non opponitur liberalitati. *[* Homi. 6. ex variis locis in Matt. * Cap.1. & 2. * Cap.7. * Cap.1. * Cap.1. & 2.]*

¶SED CONTRA eſt,quòd ſicut dicitur Eccleſ.5.Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.Sed non impleri pecunia & inordinatè eas amare eſt cōtrarium liberalitati,quæ in appetitu diuitiarum medium tenet.Ergo auaritia opponitur liberalitati.

¶RESPONDEO dicendum,quòd auaritia importat immoderantiam quandam circa diuitias dupliciter. Vno modo, immediatè circa ipſam acceptionem & conſeruationem diuitiarum,inquantum ſ.aliquis acquirit pecuniam vltra debitum aliena ſurripiendo,vel retinendo: & ſic opponitur iuſtitiæ. Et hoc modo accipitur auaritia Ezech. 22. vbi dicitur, Principes eius in medio eius quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem, & auara lucra ſectanda.Alio modo importat immoderantiam circa interiores affectiones diuitiarum : puta cùm quis nimis amat,vel deſiderat diuitias, aut nimis delectatur in eis,etiam ſi nolit rapere aliena.Et hoc modo auaritia opponitur liberalitati,quæ moderatur huiuſmodi affectiones , vt dictum eſt*. Et ſic accipitur auaritia 2.ad Corin. 9. Præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe, & ſic quaſi benedictionem , non quaſi auaritiam , glo.ſ.vt doleant pro dato, & parum ſit quod dent. *[Q. præce. art.6. & arti.2. ad 1. & art. 3. ad 3.]*

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd Chryſ.& Philoſophus loquuntur de auaritia primo modo dicta. Auaritiam autem ſecundo modo dictam nominat Philoſophus illiberalitatem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd iuſtitia propriè ſtatuit menſuram in acceptionibus & conſeruationibus diuitiarū , ſecundum rationem debiti legalis,vt ſ. homo non accipiat,nec retineat alienum. Sed liberalitas conſtituit menſuram rationis, principaliter quidem in interioribus affectionibus,& per conſequens in exteriori acceptione & cōſeruatione pecuniarum & emiſsione earum,ſecundum quod ex exteriori affectione procedunt,non obſeruando rationem debiti legalis, ſed debiti moralis,quod attenditur ſecundum regulam rationis.

¶ Ad tertiū dicendum,quòd auaritia ſecundum quòd opponitur iuſtitię,non habet vitium oppoſitum,quia auaritia conſiſtit in plus habendo quàm debeat ſecundum iuſtitiam.Et huic opponitur minus habere , quod non habet rationem culpæ , ſed pœnæ.Sed auaritia ſecundum quòd opponitur liberalitati,habet vitium prodigalitatis oppoſitum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum auaritia ſemper ſit peccatum mortale.

AD QVARTVM ſic proceditur.Videtur quòd auaritia ſemper ſit peccatū mortale.Nullus enim eſt dignus morte niſi pro peccato mortali.Sed propter auaritiam homines digni ſunt morte. Cùm enim Apoſtolus ad Rom.primo , præmiſiſſet,Repletos omni iniquitate,fornicatione,auaritia,&c.ſubdit,qui talia agunt, digni ſunt morte. Ergo auaritia eſt peccatum mortale. *[Mal. q. 13. art. 2.]*

¶2 Præterea , Minimum in auaritia eſt quòd aliquis inordinatè retineat ſua. Sed hoc videtur eſſe peccatum mortale. Dicit enim Baſilius *, Eſt panis famelici quem tu tenes , nudi tunica quam conſeruas,indigentis argentum , quod poſsides. Quocirca tot iniuriaris,quot exhibere valeres.Sed iniuriari alteri, eſt peccatum mortale , quia contrariatur dilectioni proximi. Ergo multo magis omnis auaritia eſt peccatum mortale. *[Serm. ad diuites verſus finem.]*

¶3 Præterea,Nullus excæcatur ſpirituali cæcitate,niſi per peccatum mortale , quod animam priuat lumine gratiæ. Sed ſecundum Chyſoſt *. tenebra animæ eſt pecuniarum cupido: ergo auaritia, quæ eſt pecuniarum cupido , eſt peccatum mortale. *[Ex hom. 15 Math. in opere imperf.]*

¶SED

vel manifeſtè quaſi per viam rapinæ accipere quantum mihi opus eſt: quoniā nō accipio aliena,ſed communia negata & impoſſibilia aliter haberi in extrema neceſſitate. Apparet ergo hic quòd quia extrema neceſſitas facit res alterius mihi communes, ꝙ ex debito legali mihi debentur: & cogi poteſt à iudice,&in eius defectu, à meipſo propter neceſſitatis articulum. Sed in primo caſu cùm quis habet de ſuperfluo naturæ & perſonæ & nullus apparet in extremæ neceſſitatis periculo , non ita apparet legale debitum. Verum ſi inſpexerimus, quòd dupliciter aliquis pōt à iudice compelli: Vno modo propter debitū alicui certæ perſonæ, vt ſi furatus quis fuerit bona alicuius vel aliàs ei debitor fuerit rōne depoſiti, vel mutui, &c. Alio modo ratione debiti non alicui ſingulari perſonæ, ſed propter commune bonum : vt ſi quis homicidiū commiſerit, & nullus conqueratur, pōt iudex ex officio, propter commune bonū iuſtitiæ ſeruādum, punire hominē. Si hoc, inquā,inſpexerimus,non apparebit difficile quòd habens de ſuperfluo,nec volens ſponte impartiri indigentibus pōt à Principe cogi ad ſubuentionem indigentiū.Ita ꝙ poteſt Princeps ex officio, vt iuſtitia in diuitiis ſeruetur, à nolēte ſuperfluū naturæ & perſonæ diſpenſare,diſtribuere illud indigētibus, tanquā auferendo diſpenſationem diuitiarū cōmiſſam diuiti ab ipſo indigno. Nam iuxta Sanctorum doctrinā diuitiæ ſuperfluę non ſunt diuiti niſi vt diſpēſatori conceſſę à Deo,vt habeat meritū bonę diſpēſationis. Fundatur ergo legale debitū in hoc caſu ſuper ipſa diuitiarum iuſtitia,quæ cum in genere boni vtilis ſint, ſuperfluitas non diſpenſata , ſed retenta contra vtriuſque vtilitatē occupatur.Nam & contra retinētem occupatur,quia ſua eſt vt ſibi proſit diſpenſatio.Et contra indigentiū vtilitatē occupatur:quia quod in eorum vſum cedere debet, occupatur.Et vt Baſilius dixit, ipſorū indigentiū eſt ex debito,licet nō de facto. Et ideo indigentibus fit iniuria,non diſpenſando ſuperflua. Quā iniuriam Princeps qui cuſtos iuſti eſt,ex officio auferre poteſt , & debet , ſi conſtat euidenter. *[Ex Aug. lib. de fide & ope. c.16.to.4. Art. præ. Q.66.ar. 6.& 8. Q.66.ar. 6.ad 3. Pſal. 15. col. 5. fin. Cap. de Magnanimitate. Qua.36. to.4]*

¶ Ad obiectionem autē in oppoſitum dicitur, ꝙ licet nulli determinato pauperi ſit acquiſitū ius vt debeatur ſibi id quod diues habet de ſupfluo: qa ex arbitrio diuitis pēdet diſpenſatio vt huic, vel illi indigēti det: quia tamen cōmuni bono hominū quæſitū eſt ius , vt quæ ſuperſunt vni, dentur indigentibus. Ideo Princeps, cuius eſt curā habere de cōmuni bono , poteſt ex officio ad hoc cogere tales diuites. Et quia violatio legalis debiti in diuitiis iuſtitiam violat,non liberalitatem , vt patet ex litera, iniuſtitia autem ex ſuo genere eſt peccatū mortale , vt pote contra bonum proximi, vt ex ſuperius habitis didicimus: ideo diues non diſpenſans ſuperflua,ſed cumulans ad emendū ſibi dominiū,ex ſola aſcendēdi libidine non ſolū illicitè agit propter libidinē dominādi, & inordinatum amorē pecuniæ,ſed mortaliter peccat contra proximorū indigentiā,occupādo ſuperflua quę pauperibus debētur, ex hoc ipſo ꝙ ſuperflua ſunt, vt habes ex Baſilio, & litera, &c. Et per hoc patet ſolutio dubij in primo articulo inſoluti. *[Ca.2.to.5. D. 84.]*

¶ Super Quæſtionis centeſimæ decimæoctauæ Articulum quintum.

IN ar. 5.caue ne in verbis literæ erres,aut fluctues, legens ꝙ priuatio boni formaliter ſe habet in peccato : cōuerſio autem ad bonum commutabile materialiter. Memento quod de peccato in genere mali ſimpliciter ſermo eſt,cùm comparantur inter ſe , quod eorū ſit peius , vt hic fit. Conſtat autem formale peccati in genere mali ſimpliciter conſiſtere in priuatione , vt ſuperius pluries dictum eſt.

¶SED CONTRA eſt,quòd primę ad Corint.3. ſuper illud , Si quis ædificauerit ſuper hoc fundamentum,&c. dicit gl*.ꝙ lignum,fœnū, & ſtipulā ſuperędificat ille qui cogitat quę mūdi ſunt, quomodo placeat mundo , quod pertinet ad peccatum auaritię. Ille autē qui ædificat lignū,fœnum,& ſtipulam nō peccat mortaliter,ſed venialiter.De eo enim dicitur ꝙ ſaluus erit ſic quaſi per ignē.Ergo auaritia quandoque eſt veniale peccatum.

¶RESPONDEO dicendum,quòd ſicut dictū eſt*,auaritia dupliciter dicitur.Vno modo ſecundū quod opponitur iuſtitiæ.Et hoc mō ex genere ſuo eſt peccatū mortale.Sic enim ad auaritiā pertinet quòd aliquis iniuſtè accipiat,vel retineat res alienas: quod ptinet ad rapinam vel furtū, quæ ſunt peccata mortalia, vt ſuprà habitū eſt*.Cōtingit tamen in hoc genere auaritiæ aliquid eſſe peccatū veniale,propter imperfectionē actus, ſicut ſuprà dictū eſt * , cum de furto ageretur. Alio modo pōt accipi auaritia ſecundum quod opponitur liberalitati. Et ſecundū hoc importat inordinatū amorē diuitiarum. Si ergo in tantum amor diuitiarum creſcat,ꝙ præferatur charitati, vt ſ. propter amorem diuitiarum aliquis non vereatur facere contra amorē Dei , & proximi,ſic auaritia erit peccatum mortale. Si autem inordinatio amoris intra hoc ſiſtat,vt ſ.homo quamuis ſuperfluè diuitias amet,non tamen præfert earū amorē amori diuino , vt ſi propter diuitias non velit aliquid facere contra Deū , & proximū, ſic auaritia eſt peccatum veniale.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd auaritia cōnumeratur peccatis mortalibus ſecundum illam rationem , qua eſt peccatum mortale.

¶ Ad ſecundum dicēdum , quòd Baſilius loquitur in illo caſu,in quo aliquis tenetur ex debito legali bona ſua pauperibus erogare,vel propter periculum neceſſitatis , vel etiam propter ſuperfluitatem habitorum.

¶ Ad tertiū dicendum,quòd cupido diuitiarum obtenebrat animā propriè,quando excludit lumen charitatis præferēdo amorem diuitiarum amori diuino.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum auaritia ſit maximum peccatorum.

AD QVINTVM ſic pceditur.Videtur quòd auaritia ſit maximū peccatorū.Dicitur enim Eccleſi.10.Auaro nihil eſt ſceleſtius. Et poſtea ſubditur , Nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam. Hic enim & animā ſuam venalē habet.Et Tullius dicit in primo de Offi*.Nihil eſt tam anguſti animi , támque parui quam amare pecuniam. Sed hoc pertinet ad auaritiam:ergo auaritia eſt grauiſsimum peccatorum.

¶2 Præterea, Tāto aliqđ peccatū eſt grauius, quāto magis charitati cōtrariatur. Sed auaritia maximè contrariatur charitati.Dicit enim Aug.in lib. 83. Quæſtionum*, ꝙ venenū charitatis eſt cupiditas. ergo auaritia eſt maximum peccatorum.

¶3 Pręterea, Ad grauitatē peccati pertinet quòd ſit incurabile. Vnde & peccatū in Spiritum ſanctū dicitur grauiſsimum, qa eſt irremiſsibile. Sed auaritia eſt peccatū inſanabile: vnde dicit Philoſophus in 4.Ethic*.quòd ſenectus & omnis impotētia auaros facit: ergo auaritia eſt grauiſsimum peccatorum.

¶4 Præterea, Apoſtolus dicit ad Ephe.5. quòd auaritia eſt idolorum ſeruitus : ſed idololatria computatur inter grauiſsima peccata.Ergo & auaritia.

¶SED CONTRA eſt,quòd ᵈadulterium eſt grauius peccatum quàm furtum, vt habetur Prouerb.6. Furtum autem pertinet ad auaritiam : ergo auaritia non eſt grauiſsimum peccatorum.

¶RESPONDEO dicendum,quòd omne peccatū ex hoc ipſo quòd eſt malum,cōſiſtit in quadam corruptione, ſiue priuatione alicuius boni. Inquantū autē eſt voluntariū , cōſiſtit in appetitu alicuius boni. Dupliciter ergo ordo peccatorum poteſt attendi. Vno modo, ex parte boni quod per peccatum contēnitur, vel corrumpitur:quod quāto maius eſt, tāto peccatum grauius eſt. Et ſecundum hoc peccatū quod eſt contra Deū,eſt grauiſſimum,& ſub hoc eſt peccatū quod eſt cōtra perſonā hominis: ſub quo eſt peccatū qđ eſt contra res exteriores,quæ ſunt ad vſum hominis deputatæ : quod videtur ad auaritiā pertinere. Alio modo poteſt attendi gradus peccatorū ex parte boni, cui inordinatè ſubditur appetitus humanus:quod quāto minus eſt,tanto peccatū eſt deformius. Turpius eſt enim ſubeſſe inferiori bono quā ſuperiori. Bonū autē exteriorū rerū eſt infimum inter humana bona.Eſt enim minus quàm bonū corporis, quod etiā minus eſt quàm bonum animæ,qđ exceditur à bono diuino.Et ſecundū hoc peccatū auaritiæ, quo appetitus humanus ſubiicitur etiam exterioribus rebus,habet quodammodo deformitatē maiorem. Quia tamen corruptio,vel priuatio boni formaliter ſe hēt in peccato,conuerſio aūt ad bonū commutabile materialiter, magis eſt iudicanda grauitas peccati ex parte boni qđ corrūpitur, quā ex parte boni, cui ſubiicitur appetitus.Et ideo dicendum eſt , quòd auaritia non eſt ſimpliciter maximum peccatorū.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum , quòd autoritates illæ loquūtur de auaritia ex parte boni ,cui ſubditur appetitus.Vnde & in Eccleſ. pro ratione ſubditur , quòd auarus ſuam animam habet venalē : quia videlicet animam ſuam, id eſt, vitam ſuam exponit periculis pro pecunia. Et ideo ſubdit : quoniam in vita ſua proiecit,id eſt,contempſit intima ſua,vt ſcilicet pecuniam lucraretur. Tullius * etiam addit hoc eſſe anguſti animi, vt ſcilicet velit pecuniæ ſubiici. *[* Loco cit.]*

¶ Ad ſecundum dicendum,quòd Auguſtinus ibi accipit cupiditatem generaliter cuiuſcunque temporalis boni , non ſecundum quod accipitur ſpecialiter pro auaritia. Cupiditas enim cuiuſcunque temporalis boni eſt venenum charitatis, inquantum ſcilicet homo ſpernit bonum diuinum propter hoc,quòd inhæret bono temporali.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliter ᵈ eſt inſanabile peccatum in Spiritum ſanctum,& aliter auaritia.Nam peccatum in Spiritum ſanctum eſt ᵈ inſanabile ex parte contēptus:puta,quia homo contemnit,vel miſericordiam , vel iuſtitiam diuinam , aut aliquid horū,per quæ hominis peccata ſanantur. Et ideo talis inſanabilitas pertinet ad maiorem grauitatem peccati.Auaritia verò habet inſanabilitatem ex parte defectus humani , in quem ſ.ſemper procedit humana natura : quia quo aliquis eſt magis deficiens, eo magis indiget adminiculo exteriorum rerum:& ideo magis in auaritiam labitur. Vnde per talem inſanabilitatem non oſtenditur peccatum eſſe grauius , ſed quodammodo per hoc eſt periculoſius. *[D. 1005. D. 1019.]*

¶Ad quartum dicendum,quòd auaritia cōparatur idololatriæ per quandā ſimilitudinē quam hēt ad ipſam : quia ſicut idololatria ſubiicit ſe creaturæ exteriori,ita etiā auarus: non tamen eodem modo,ſed idololatria quidem ſubiicit ſe creaturæ exteriori, vt exhibeat ei cultum diuinum : auarus autem ſubiicit ſe creaturæ exteriori,immoderatè eam concupiſcendo,ad vſum, non tamen ad cultum. Et ideo non oportet quòd auaritia habeat tantam grauitatem,quantam habet idololatria.

¶Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis centesimæ decimaoctauæ Articulum sextum, septimum, & octauum.

IN articulis reliquis, s. 6. 7. & 8. eiusdē quæstionis, sola responsio ad quartum vltimi articuli tractanda occurrit quo ad quatuor. Primò, q̄ auaritia habere dicitur species. Et hoc nō sic accipiendū videtur, vt singula enumerata in litera sint diuersārū specierum. Nam natura parci, & tenaces eiusdē videntur rationis differentes secūdū magis, & minus: sed quia quædā eorum differunt specie, vt aleatores, latrones, lenones, & huiusmodi: propter quod in litera non simpliciter dicitur, q̄ sunt species, sed quòd magis sunt species quam filiæ: quia magis accedunt ad naturam specierū, recipiendo prædicationem auaritiæ, vt superioris. Et super 4. Ethico. Author modò hęc nominat species, modo nominat modos illiberalitatis. Secundo, quòd litera videtur corrupta cùm dicit, vt quia lucratur multa cum paruo labore. Quoniam ex 4. Ethic. (vnde hæc recitat Autor) nō habetur hęc species, sed opposita, q̄a lucratur parum ex multo. Ad auaritiam siquidem spectat valde laborare pro paruo lucro: quoniam minus decet hoc, & nimiam lucri cupiditatem ostēdit. Vnde litera corrigēda videtur ad textum quarti Ethic. & legi, Quia lucratur parū cum multo labore. Est enim hic vnus auaritiæ modus. Tertio, q̄ primū mēbrū turpis lucri s. vilia, & seruilia opera exercendo per illiberales operationes, licet non habeat exēplum in litera, non propterea est obscurū: quia in promptu exempla sunt auaroru. Qui ciues diuites cū sint, non verentur vilibus, & seruilibus se occupare operibus propter lucrum: vt patet de iis qui sequūtur iumenta, laborant manibus, &c. vt pleniores fructus percipiāt pecorū aut agrorum, &c. Quartò, q̄ cùm in litera aleatores ponūtur sub iniusto lucro, tam hic quàm in 4. Ethico. ab Autore, licet non ab Aristotele, intellige hoc dictū de aleatoribus in casibus, in quibus tenētur ad restitutionem, de quibus supra dictū est. nam aliàs aleatores nō iniusti, sed auari sunt, lucrari quærentes ab amicis quib⁹ liberalitas dandum cenſet. Inde enim turpes sunt, quòd cupiūt lucrari vnde non debent, s. ex amicorum bonis. Quoniam deberent cupere vt illa conseruentur, non vt diminuātur.

Hom. 21. & 29. in Matth. à medio. to. 2.

Cap. 31.

Cap. 5. to. 5.

2. dist. 42. q. 2. ar. 3. Et Mat. q. 8. ar. 1. cor & q. 33. art. 3.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum auaritia sit peccatum spirituale.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod auaritia non sit peccatum spirituale. Peccata enim spiritualia videntur esse circa spiritualia bona. Sed materia auaritiæ sunt bona corporalia, s. exteriores diuitiæ: ergo auaritia non est peccatum spirituale.

¶ 2 Præterea, peccatū spirituale cōtra carnale diuiditur. Sed auaritia videtur esse peccatū carnale. Sequitur em̄ corruptionē carnis, vt patet in senibus, q̄ propter naturæ carnalis defectū in auaritia incidūt. Ergo auaritia non est peccatū spirituale.

¶ 3 Præterea, Peccatū carnale est p quod ēt corpus hominis deordinatur, secūdum illud Apostoli 1. ad Corin. 6. Qui fornicatur, in corpus suum peccat. Sed auaritia etiam corporaliter hominē vexat. Vnde & Chrys. Mat. 5. comparat auarum dæmoniaco q̄ in corpore vexatur: ergo auaritia non videtur esse peccatum spirituale.

¶ SED CONTRA est, quòd Greg. 31. Mora*. computat auaritiam cum vitiis spiritualibus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd peccata præcipuè in affectu consistunt. Omnes aūt affectiones animę, siue passiones terminantur ad delectationes & tristitias, vt patet p Philosophū in 2. Ethi*. Delectationū autē quædā sunt carnales, & quædā spirituales. Carnales quidē delectationes dicuntur, quæ in sensu carnis cōplent, sicut delectationes ciborū, & venereorū. Delectationes verò spirituales dicūtur, q̄ cōplentur in sola animæ apprehensione. Illa ergo peccata dicūtur carnalia, quę perficiūtur in delectationib⁹ carnalibus: illa verò dicunt spiritualia, quæ perficiuntur in spiritualibus delectationib⁹ absq; carnali delectatione. Et huiusmodi est auaritia. Delectatur em̄ auarus in hoc, q̄ cōsiderat se possessorē diuitiarū. Et ideo auaritia est peccatū spirituale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ auaritia circa corporale obiectū nō quærit delectationem corporalem, sed solum animalem, prout s. homo in hoc delectatur quòd diuitias possideat. Et ideo non est peccatū carnale. Ratione tamen obiecti medium est inter peccata purè spiritualia, quæ quęrunt delectationem spiritualem circa obiecta spiritualia, sicut superbia est circa excellentiā: & vitia purè carnalia quæ quærunt delectationem purè corporalē circa obiectum corporale.

¶ Ad secundū dicēdum, q̄ motus recipit speciē, secundū terminū ad quē, non autem secundū terminum à quo. Et ideo vitiū dicitur carnale ex hoc, q̄ tendit in delectationem carnalem, non autem ex eo, quod procedit ex aliquo defectu carnis.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd Chrys.* cōparat auarum dęmoniaco, non quia vexetur in carne sicut dæmoniacus, sed p oppositum: quia sicut dæmoniacus ille, de quo legitur Marci 5. se denudabat, ita auarus se superfluis diuitiis onerat.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum auaritia sit vitium capitale.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd auaritia non sit vitiū capitale. Auaritia enim opponitur liberalitati, sicut extremo. Sed neque liberalitas est principalis virtus, neque prodigalitas vitium capitale: ergo auaritia non debet poni vitium capitale.

¶ 2 Præterea, Sicut suprà dictum est*, illa dicuntur esse vitia capitalia, quæ habent principales fines ad quos ordinantur fines aliorum vitiorum. Sed hoc non competit auaritiæ: quia diuitię non habent rationem finis, sed magis rationem eius quod est ad finem, vt dicitur in 1. Ethi*. Ergo auaritia non est vitium capitale.

1. 2. q. 84. ar. 3. & 4.

Ca. 5. to. 5.

¶ 3 Præterea, Greg. dicit 15. Moral.* quòd auaritia quandoque oritur ex elatione, quādoque per timorē. Dum enim quidā deficere sibi ad sumptum necessaria æstimāt, mentē ad auaritiam relaxant. Sunt alij qui dum potentiores videri appetunt, ad alienarū rerum ambitū succenduntur: ergo auaritia magis oritur ab aliis vitiis quàm ipsa sit vitium capitale respectu aliorum.

Cap. 12. & 14.

¶ SED CONTRA est, quòd Greg. 31. Moral*. ponit auaritiam inter vitia capitalia.

Cap. 31.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictū est, *vitium d capitale dicitur ex quo alia vitia oriuntur secundum rationem finis: qui cùm sit multū appetibilis, propter eius appetitum, homo procedit ad multa facienda, vel bona vel mala. Finis autē maximè appetibilis est beatitudo vel fœlicitas, qui est vltimus finis humanæ vitæ, vt suprà habitum est*. Et ideo quanto aliquid magis participat conditiones fœlicitatis, tanto magis est appetibile. Est autem vna de conditionibus fœlicitatis, vt sit per se sufficiens, alioquin non quietaret appetitum tanquā vltimus finis. Sed per se sufficientiam maximè repromittūt diuitiæ, vt Boëtius dicit in 3. de Conso*. Cuius ratio est, quia sicut Philosophus dicit in 5. Ethic*. denario vtimur quasi fideiussore ad omnia habenda. Et Eccles. 10. dicitur quòd pecuniæ obediunt omnia. Et ideo auaritia, quæ consistit in appetitu pecuniæ, est vitium capitale.

1. 2. q. 84. art. 3. & 4. D. 302.

Prosa. 3.

Cap. 5.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ virtus perficitur secundum rationem. Vitiū autem perficitur secundū inclinationem appetitus sensitiui. Non autē ad idem genus principaliter respicit ratio & appetit⁹ sensitiu⁹. Et ideo d non oportet quòd principale vitiū opponatur principali virtuti. Vnde licet liberalitas non sit principalis virtus, quia non respicit ad principale bonum rationis: auaritia tamen est principale vitiū, quia respicit ad pecuniam, quæ habet quandam principalitatem inter bona sensibilia, ratione iam dicta*. Prodigalitas autē non ordinatur ad aliquem finem principaliter appetibilem, sed magis vī procedere ex defectu rationis. Vnde Philosophus dicit in quarto Eth*. quòd prodigus magis dicitur vanus quàm malus.

D. 1005. 1028. & 1179.

In corp. art.

Ca. 1. to. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pecunia ordinatur quidem ad alium finem. Inquantum tamen vtilis est ad omnia sensibilia acquirenda, continet quodammodo virtute omnia. Et ideo habet quandam similitudinem fœlicitatis, vt dictum est*.

*In cor. ar. * Q. 36. art. 4. ad 1. & 1. 2. q. 84. ar. 4.*

¶ Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet vitium capitale interdum à quibusdam aliis oriri, vt dictum est*, dum tamen ex eo alia vitia soleant plerunque oriri.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentia, & contra misericordiam obduratio, sint auaritiæ filiæ.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd non sint auaritiæ filiæ quæ dicuntur, s. proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentiæ, & contra misericordiam obduratio. Auaritia enim opponitur liberalitati, vt dictum est*. Proditio autem, fraus, & fallacia, opponuntur prudentiæ, periuria religioni, inquietudo spei vel charitati, quæ quiescit in amato. Violentiæ opponuntur iustitiæ: obduratio, misericordiæ: ergo huiusmodi vitia non pertinent ad auaritiam.

Supra q. 55. art. 8. Et 2. dist. 42. q. 2. ar. 3. Et mal. q. 8. ar. 1. corp. & q. 15. art. 3.

*Art. 3.

¶ 2 Præterea, Proditio, dolus, & fallacia ad idem pertinere videntur, s. ad proximi deceptionē: ergo non debent omnia enumerari tanquam diuersæ filiæ auaritiæ.

¶ 3 Præterea, Isid. ponit nouem filias, videlicet mendaciū, fraus, furtum, periurium, & turpis lucri appetitus, falsa testimonia, violentia, inhumanitas, rapacitas. Ergo prima assignatio filiarum fuit insufficiens.

Cap. 31.

¶ 4 Præterea, Philosophus in 4. Ethic.* ponit multa genera vitiorum pertinentium ad auaritiam, quam nominat illiberalitatem, videlicet parcos, tenaces, chimibiles, liberales operationes operantes, & de meretricio pastos, & vsurarios, aleatores, mortuorum spoliatores, & latrones. Ergo videtur quòd prædicta enumeratio sit insufficiens.

Ca. vlt.

¶ 5 Præterea, Tyranni maximè violentias subditis inferunt. Dicit autē Philosophus ibidem, quòd tyrannos ciuitates desolantes, & sacra prædantes non dicimus illiberales, id est, auaros. Ergo violentia non debet poni filia auaritiæ.

¶ SED CONTRA est, quòd Greg*. 31. Moral. assignat auaritiæ filias prius enumeratas.

Cap. 31.

¶ RES

D. 302.

¶ RESPONDEO dicendum q̄ filiæ d auaritiæ dicuntur vitia, quæ ex ipsa oriuntur, & præcipuè secūdū appetitū finis. Quia verò auaritia est superfluus amor habendi diuitias, in duobus excedit. Primò enim superabūdat in retinendo. Et ex hac parte oritur ex auaritia obduratio contra misericordiam: q̄a scilicet cor eius misericordia non emollitur, vt de diuitiis suis sùbueniat miseris. Secūdò ad auaritiā pertinet superabundare in accipiēdo. Et secundū hoc auaritia pōt cōsiderari dupliciter. Vno modo, secundū qd est in affectu: & sic ex auaritia oritur inquietudo, inquantū ingerit homini solicitudinē, & curas superfluas. Auarus enim nō implebitur pecunia, vt dicitur Eccl. 5. Alio modo pōt cōsiderari in effectu. Et sic in acquirēdo aliena vtitur quandoq; quidē vi, qđ pertinet ad violentias, quandoq; aūt dolo. Quod quidem si fiat in verbo, fallacia erit quantū ad simplex verbū: periurium aūt si addatur cōfirmatio iuramēti. Si aūt dolus cōmittitur in opere, sic quantum ad res, erit fraus: quantū autem ad personas, erit proditio, vt patet de Iuda, qui ex auaritia prodidit Christum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod non oportet filias alicuius peccati capitalis ad idem genus vitij pertinere: quia ad finem vnius vitij possunt ordinari etiam peccata alterius generis. Aliud est enim peccatum habere filias, & peccatum habere species.

In corp. art.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa tria distinguuntur, sicut dictum est.*

¶ Ad tertium dicendū, quòd illa nouem reducūtur ad septem prædicta. Nam mendacium, & falsum testimoniū continentur sub fallacia. Falsum enim testimoniū est quædam specificatio mendacij, sicut & furtū est quædam specificatio fraudis, vnde sub fraude continetur. Appetitus autem turpis lucri pertinet ad inquietudinem. Rapacitas autem continetur sub violentia cùm sit species eius. Inhumanitas aūtem est idem quod obduratio contra misericordiam.

¶ Ad quartū dicendū, q̄ illa, quæ ponit Arist. sunt illiberalitatis vel auaritiæ species magis quā filiæ. potest enim aliquis dici illiberalis, vel auarus ex eo q̄ deficit in dādo: & si quidē parum det, vocatur parcus: si aūt nihil, tenax: si cum magna difficultate det, vocatur cymibilis, quasi cymini venditor: quia de paruis magnā vim facit. Quandoque autem aliquis dicitur illiberalis, vel auarus, qa excedit in accipiendo. Et hoc dupliciter. Vno modo qa turpiter lucratur, vel vilia & seruilia opera exercendo per illiberales operationes, vel qa de aliquibus vitiosis actibus lucratur, sicut de meretricio, vel de aliquo huiusmodi. Vel qa lucratur de eo qđ gratis oporteret cōcedere, sicut vsurarij. Vel qa lucratur parua cū magno labore. Alio mō, qa iniustè lucratur, vel viuis vim inferēdo, sicut latrones, vel mortuos spoliando: vel ab amicis, auferendo, sicut aleatores.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ sicut liberalitas est circa mediocres pecunias, ita & illiberalitas. Vnde tyranni qui magna per violentiam auferunt, non dicuntur liberales, sed iniusti.

QVÆSTIO CENTESIMA DECIMAnona de Prodigalitate, in tres in articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de prodigalitate. ¶ Et circa hoc quæruntur tria. ¶ Primò, vtrum prodigalitas auaritiæ opponatur. ¶ Secundò, vtrum prodigalitas sit peccatum. ¶ Tertiò, vtrum sit grauius peccatum quàm auaritia.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum prodigalitas opponatur auaritiæ,

Supr. q. 118. ar. 3. ad 3. Et infra. ar. 2. & 3. cor.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd prodigalitas non opponatur auaritiæ. Oppositæ enim non possunt simul esse in eodem. Sed aliqui sunt prodigi, & illiberales: ergo prodigalitas non opponitur auaritiæ.

¶ 2 Præterea, Oppositæ sunt circa idem. Sed auaritia, secundum quod opponitur liberalitati, est circa passiones quasdam, quibus homo afficitur ad pecuniam. Prodigalitas autem non videtur esse circa aliquas animæ passiones. Non enim afficitur circa pecunias, nec circa aliquid aliud huiusmodi. Non ergo prodigalitas opponitur auaritiæ.

¶ 3 Præterea, Peccatum principaliter respicit speciem à fine, vt suprà habitum est*. Sed prodigalitas semper videtur ordinari ad aliquem finem illicitum, propter quem sua bona expendat, & præcipuè propter voluptates. Vnde & Luc. 15. dicitur de filio prodigo, quòd dissipauit substantiam suam, luxuriosè viuendo. ergo videtur, quòd prodigalitas magis opponatur temperantiæ, & insensibilitati, quàm auaritiæ & liberalitati.

1. 2. q. 79. art. 3.

*Cap. 7. *Cap. 1.*

¶ SED CONTRA est, q̄ Philosophus in 2.* & in 4.* Ethi. ponit prodigalitatem oppositam liberalitati, & illiberalitati, quam nunc auaritiam dicimus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in moralibus attenditur oppositio vitiorum adinuicem & ad virtutem, secundum superabundātiam & defectum. Dicuntur autem auaritia & prodigalitas secundum superabūdantiam, & defectum diuersimodè. Nam in affectione diuitiarum auarus superabūdat, plus debito eas diligens: prodigus autem deficit, minus debito earum sollicitudinē gerens. Circa exteriora verò ad prodigalitatem pertinet excedere quidem in dando, deficere autē in retinendo, & acquirēdo. Ad auaritiam autem pertinet cōtrario deficere quidem in dando, superabundare aūt in accipiēdo & retinēdo. Vñ patet, quòd prodigalitas auaritiæ opponitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ nihil prohibet eidē inesse opposita secundum diuersa: ab illo tamē aliquid magis denominatur, quod inest principalius. Sicut autem in liberalitate, quę medium tenet, præcipua est datio ad quā acceptio, & retentio ordinātur: ita etiam auaritia, & prodigalitas præcipuè attenduntur secundum dationem. Vnde ille, qui superabundat in dando, vocatur prodigus: qui autem deficit in dando, vocatur auarus. Contingit autem quandoque q̄ aliquis deficit in dando, qui tamen non excedit in accipiendo, vt Philosophus dicit in 4. Ethic*. Similiter etiam contingit, quòd aliquis excedat in dando, & ex hoc est prodigus, & simul cùm hoc excedat in accipiendo vel ex quadam necessitate, quia dum superabundat in dando, deficiunt ei propria bona, vnde cogitur indebitè acquirere: quod pertinet ad auaritiam: vel etiam propter animi inordinationem. Dum enim non dat propter bonum, quasi cōtempta virtute, non curat vndecunque & qualitercunque accipiat. Et sic non secundum idem est prodigus & auarus.

¶ Ad secūdū dicendū quòd prodigalitas attēditur circa passiones pecuniæ, non sicut superabūdans in eis, sed sicut deficiens.

¶ Ad tertium dicendum q̄ prodigus non semper abundat in dando propter voluptates, circa quas est intēperantia: sed quādoque quidem ex eo q̄ totaliter dispōnitur, vt diuitias non curet. Quandoque aūt propter aliquid aliud, vt frequentius tamen ad intēperantias declinant: tum quia ex quo superflue expendunt in aliis, etiam in rebus voluptuosis expendere non verentur, ad quas magis inclinat concupiscentia carnis: tum etiam quia non delectantur in bonis virtutum, quærunt sibi corporales delectationes. Et inde est vt Philos. in 4. Eth.* dicit, quod multi prodigorum fiunt intemperati.

Cap. 1. to. 5.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum prodigalitas sit peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd prodigalitas non sit peccatum. dicit enim Apostolus 1. ad Timoth. vltim. Radix omnium malorum est cupiditas. Sed nō est radix prodigalitatis, quæ ei opponitur. ergo prodigalitas non est peccatum.

Infra art. 3. ad 1.

¶ 2 Præterea, Apostolus 1. ad Timoth. vlt. dicit, Diuitibus huius sęculi præcipe facile tribuere, communicare. Sed hoc maximè faciunt prodigi: ergo prodigalitas non est peccatum.

¶ 3 Præterea, Ad prodigalitatē pertinet superabūdare in datione, & deficere in solicitudine diuitiarū. Sed hoc maximè conuenit viris perfectis implentibus quod Domin⁹ dicit Matt. 6. Nolite soliciti esse in crastinum. & Matt. 19. Vende omnia quę habes, & da pauperibus. ergo prodigalitas non est peccatum.

¶ SED CONTRA est, quòd filius prodigus vituperatur de sua prodigalitate, Luc. 5.

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ sicut dictū est*, prodigalitas opponitur auaritiæ, secūdū oppositionē superabūdātiæ & defectus. Mediū aūt virtutis per vtrūq; horum corrūpitur. Ex hoc aūt est aliquid vitiosum & peccatum, quod corrūpit bonum virtutis. Vnde relinquitur quòd prodigalitas sit peccatū.

Art. præc.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ illud verbum Apostoli quidā exponūt non de cupiditate actuali, sed de quadā habituali cupiditate, q̄ est concupiscentia fomitis, ex qua omnia peccata oriūtur. Alij verò dicūt, quod loquitur de cupiditate

D. 629.

¶ Super Quæstionem centesimam decimam nonam.

IN q. 119. tria not. Primum est, quòd quæstio ista mora est in priori libro q. 84. art. 1. An cupiditas pro auaritia sumpta sit radix omnium malorū. Et propterea non aliter est hic in art. 2. in responsione ad 1. discutienda. Secundū est, q̄ prodigalitas clericorum non simplex est prodigalitas, sed habet annexam auaritiam opositam iustitiæ: quoniā clericus accipit pecuniā à pauperibus, quia pecunia Ecclesiæ est pauperum, & dat quando, & cui, &c. nō oportet. Tertium est, quòd peccata quæ ex minori sensu fiunt ab iis qui vocantur simplices, vt contingit in multis actibus bonarum mulierū & hominum deuotorū, qui non pollent prudentia, tanto leuiora sunt quanto soli prudentiæ opponuntur, vt in responsione ad tertium articuli tertij dicitur. Et ratio est, quia ista natura in istis affectus secūdū se bene dispositus, dum putant se non male facere. Et hæc de tota hac quæst. sufficiant.

Cap. 1. to. 5.

generaliter respectu cuiuscunq; boni. Et sic manifestū est, ꝙ prodigalitas ex cupiditate orit̄. Prodigus enim aliquod bonū temporale cupit cōsequi inordinatè, vel placere aliis, vel saltē satisfacere suę voluntati ī dādo. Sed si quis rectè cōsideret, Apostolꝰ loquitur ibi ad literā de cupiditate diuitiarū. Nā suprà pręmiserat, Qui volunt diuites fieri, &c. Et sic dicitur esse auaritia radix omnium malorū: non quia omnia mala semper ex auaritia oriantur, sed q̄a nullū malū est q̄d nō interdū oriatur ex auaritia. Vn̄ & prodigalitas q̄nque ex auaritia nascitur: sicut cū aliq̄s prodigè multa cōsumit intētiōe captādi fauorem aliquorū, à quibus diuitias accipiat.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Apostolus monet diuites vt facile tribuāt, & cōmunicēt sua secūdū q̄d oportet: q̄d nō faciūt prodigi: quia vt Philos. dicit in 4. Ethi.* dationes eorū nō sunt bonæ, neque boni gratia, neque secundum q̄d oportet. sed quādoque dāt multa illis quos oporteret pauperes esse, scilicet histrionibus, & adulatoribus: bonis autem nihil dant.

¶ Ad tertium dicēdum, ꝙ superexcessus prodigalitatis nō attēditur principaliter secūdū quantitatē dati, sed magis inquātū excedit id, q̄d fieri oportet. Vnde quādoque liberalis maiora dat quàm ꝓdigus si necessarium sit. Sic ergo dicendum est, quòd illi qui intentione sequēdi Christū omnia sua dant, & ab animo suo omniū temporalium solicitudinē remouēt, non sunt prodigi, sed perfectè liberales.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum prodigalitas sit grauius peccatum quàm auaritia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd prodigalitas sit grauiꝰ peccatum quàm auaritia. Per auaritiam enim aliquis nocet ꝓximo, cui bona sua non communicat: per prodigalitatē autem quis sibiipsi nocet. Dicit enim Philosophus in 4. Ethic.* quòd corruptio diuitiarum, per quas homo viuit, est quędam ipsius esse perditio. Grauius autē peccat qui sibiipsi nocet, secundum illud Eccle. 14. Qui sibi nequam est, cui bonꝰ erit? ergo prodigalitas est grauius peccatum quàm auaritia.

¶2 Præterea, Inordinatio quæ ꝓuenit cū aliqua cōditiōe laudabili, minꝰ est vitiosa. Sed inordinatio auaritiæ quādoq; est cū aliqua laudabili cōditiōe, vt patet in illis qui nolūt sua expēdere, ne cogāt̄ aliena accipere. Prodigalitatis aūt inordinatio prouenit cū cōditione vituperabili. Vnde & prodigalitatem attribuimꝰ intēperatis hominibus, vt Philosophus dicit in 4. Ethic.* ergo prodigalitas est grauiꝰ peccatum quàm auaritia.

¶3 Præterea, Prudētia præcipua est inter morales virtutes, vt suprà habitum est.* Sed prodigalitas magis opponitur prudentiæ quàm auaritiæ. Dicitur enim Prouer. 21. Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud. Et Philosophus dicit in 4. Ethi.* quòd insipientis est superabūdāter dare, & non accipere. ergo prodigalitas est grauius peccatum quàm auaritia.

¶ SED CONTRA est, quod philosophus dicit in 4. Ethi.* quòd ꝓdigus multò videtur melior illiberali.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd prodigalitas secūdum se considerata minꝰ peccatū est, quā auaritia. Et hoc triplici rōne. Primò quidē, q̄a auaritia magis differt à virtute opposita. Magis em̄ ad liberalē ptinet dare, in quo supabūdat prodigꝰ, quàm accipere vel retinere: in quo superabūdat auarus. Secūdo q̄a ꝓdigus est multis vtilis quibꝰ dat, auarꝰ aūt nulli, sed nec sibiipsi, vt dicit̄ in 4. Eth.* tertio q̄a ꝓdigalitas est facile sanabilis, & p hoc ꝙ declinat ad ætatē senectutis, quæ est cōtraria ꝓdigalitati: & p hoc ꝙ peruenit ad egestatē de facili, dum multa inutiliter consumit, & sic paup factus nō pōt in dando superabundare: & etiā q̄a de facili perducitur ad virtutē propter similitudinē quā habet ad ipsam. Sed auarꝰ nō de facili sanatur ratione supradicta.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd differentia prodigi & auari nō attēditur secūdū hoc q̄d est peccare in seipsū & in alium. Nā prodigus peccat in seipsum, dū bona sua cōsumit vn̄ viuere deberet. Peccat etiā in alterū, cōsumēdo bona ex quibꝰ aliis deberet ꝓuidere. Et pręcipuè hoc apparet in clericis, qui sunt dispēsatores bonorū Ecclesiæ, quæ sunt pauperū quos defraudāt ꝓdigè expēdēdo. Similiter etiā auarꝰ peccat in alios, inquātū deficit in dationibꝰ: peccat & in seipsum, inquātum deficit in sumptibus. Vnde dicitur Eccles. 6. Vir cui Deus dedit diuitias, nec tribuit ptātē, vt comedat ex his. Sed tn̄ in hoc superabūdat prodigꝰ, quia sic sibi, & quibusdā aliis nocet, ꝙ tn̄ aliquibus prodest. Auarꝰ aūt nec aliis, nec sibi ꝓdest: q̄a nō audet vti ēt ad suā vtilitatē bonis suis.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ cū de vitiis cōiter loquimur, iudicamus de eis scd̄m ꝓpriā rōnē ipsorū. Sicut circa prodigalitatē attēdimus, ꝙ superfluè cōsumit diuitias: circa auaritiā verò, ꝙ superfluè eas retinet. Quòd autē quis propter intēperantiam superfluè consumat: hoc iā nominat simul peccata multa. Vnde & tales ꝓdigi sunt peiores, vt dicit̄ 4. Eth. Quod autē illiberalis, siue auarus abstineat ab accipiēdis alienis, etsi in se laudabile videatur, tamē ex causa propter quā facit, vituperabile est: dū ideo non vult ab aliis accipere, ne cogatur aliis dare.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ oīa vitia prudētiæ opponuntur, sicut & omnes virtutes à prudentia diriguntur. Et ideo vitiū ex hoc ipso quòd opponitur soli prudētię, leuius reputatur.

QVÆSTIO CENTESIMA vigesima de Epiceiceia, seu æquitate, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de epiceiceia.

¶ Circa quam quæruntur duo.

¶ Primò vtrum epiceiceia sit virtus. ¶ Secundò, vtrum sit pars iustitiæ.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum epiceiceia sit virtus.

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur quòd epiceiceia nō sit virtꝰ. Nulla em̄ virtus aufert aliā virtutē. Sed epiceiceia aufert aliā virtutē: q̄a & tollit id q̄d iustū est secundū legē, & opponi videtur seueritati. ergo epiceiceia non est virtus.

¶2 Præterea, Aug. dicit in lib. de Vera religione,* In istis temporalibus legib. quamquam de his homines iudicent, cum eas instituunt, tamē cùm fuerint institutę, & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secūdum ipsas. Sed epiceiceia videtur iudicare de lege, quando eam æstimat nō esse seruandā in aliquo casu. ergo epiceiceia magis est vitium quàm virtus.

¶ Super Quæstionem centesimam vigesimam.

IN quæstione 120. nota primo, quod quid est epiceiceiæ, seu æquitatis, vt Latinè loquamur in lingua Latina. Vt enim ex quinto Ethi. patet, æquitas est directio legis vbi deficit propter vniuersale. Dicitur enim in primis directio: quia consistit actus eius in hoc quod est rectificare & rectum facere opus. Dicitur legis tā positiuæ quàm naturalis: vniuersalis tamen, & defectiua in aliquibus dicitur, vbi deficit ad mōstrandam propriam materiam æquitatis esse actus illos in quibus lex deficit. Dicitur, propter vniuersale: quia causa defectus eius ad hoc vt æquitas habeat locum, non est quæcunque, sed sola ista, scilicet si propter vniuersale deficit. hoc est, si ideo deficit quia quod vniuersaliter statutum est, in hoc particulari casu deficit. Ad quorum pleniorem intellectum scire oportet quòd lex positiua cōtinet duo genera statutorum. Quædam quę vocantur, & sunt iuris positiui: quæ, scilicet à principio nihil differt sic, vel aliter statuere, vt quod homines sic, vel aliter vestiantur, & huiusmodi. Quædam verò quæ vocantur iuris naturæ, seu gentium, quæ lex positiua magis monstrat quàm statuat. Hæc autem quæ ad naturale ius spectant, sunt duorum ordinum. Nā quædam sic sunt vniuersaliter vera vt in nullo casu deficiant, vt non esse mentiendum, non esse adulterium perpetrandum, & huiusmodi. Et in istis, quia deficere nequeunt, nullum locum habet æquitas. Quædam verò sunt, quæ vt in pluribus rectitudinem continent, in aliquo tamen casu à rectitudine declinarent si seruarentur, vt deposita reddenda esse, rectum est vt in pluribus. Quia tamen quandoque, si redderetur depositum, esset iniquum, oportuit aliquod aliud directiuum inueniri horum operum, in quib. lex naturalis depositorum deficit: & hoc directiuum vocatur virtus æquitatis. Et similiter in statutis quæ sunt pure positiui iuris, oportet simile directiuum adesse. Quoniam leges de singularibus singulariter, vt pote ignotis, non dantur: sed oportet, quòd de singularib. vniuersaliter dētur, puta, ꝙ quicunque ascendit sine licentia muros ciuitatis, decapitetur, & sic de aliis. Contingunt autem singulares casus in quibus huiusmodi leges deficiunt, ita ꝙ iniquum esset eas seruare vt pote si hostes subito inuadunt ciuitatem & per subitum ascensū eorum, qui sunt intus, potest auxiliū ferri, & saluari. Decernit siquidem æquitas in hoc casu non esse legē seruandam: & in his actibus ipsa æquitas dirigit. Patet ergo, quod vtriusque legis, s. purè positiuæ. & naturalis defectiuæ æquitas: directio est in iis operibus in quibus deficiunt non quomodolibet, sed propter vniuersaliter esse positas. Nā si deficeret lex in casu aliquo propter priuilegiū aliter præcipiens quàm lex communis, non spectat directio actuū priuilegij ad æquitatem: quoniā non deficit tunc lex, propterea quia erat vniuersalis, sed quia legislator derogauit legi quo ad hos priuilegiatos, & simile est si ex qua cūque alia causa lex deficiat. Nunquā enim spectat directio ad æquitatem, nisi deficiat propter vniuersale. Et propterea non spectat ad ęquitatē si lex propter obscuritatē aut ambiguitatē sensuum deficiat, aut deficere dubitetur. Interpretari enī leges autoritatiuè spectat ad Principē, doctrinaliter autē ad legisperitos. Propter quod in litera dicitur in articulo primo in respōsione ad tertiū, quòd æquitas non habet locum nisi vbi manifestè deficit lex, vbi non consultatione, sed executione opus est. Et hoc bene notent sapientes in oculis suis, qui etiam quæ iuris sūt diuini interpretari præsumunt in casu non esse intelligenda. Et dicunt se vti epieiceia. Non em̄ æquitatis est interpretari, an in hoc casu seruanda sit lex, sed vbi manifestè lex deficit ꝓpter vniuersale, dirigere. Diligētissimè quoque notandum est, quod non de quocunque defectu legis propter vniuersale est sermo in hac distinctiōe Aristotelis, sed de defectu obliquitatis. Dupliciter nāque cōtingit deficere legem propter vniuersale, s. Negatiuè, vel contrariè. Deficit siquidē lex propter vniuersale negatiuè tantum, quando accidit casus in quo cessat ratio legis, ac p hoc videtur, quòd lex in illo casu nō obliget. Si tamen seruetur lex, nihil mali, nihil inordinati committitur. Verbi gratia: Lata est lex vt quilibet tali die sacrificet, vt satis faciat pro peccatis suis. Accidit, vt vnus sciat certe nunc se satisfecisse pro peccatis suis: deficit tūc lex in hoc particulari ꝓpter vniuersale. Deficit autē defectu purè negatiuo, quia cessat ratio legis in illo. Et propterea creditur

D. 56. 154. & 1144.
Cap. 1. to. 5.
Suprà q. 197. ar. 2. cor. & q 118. art 5. ad 3. & Mal q. 13 art. 2. ad 10. Et 4. Ethi. lect. 4. per to. & lect. 5. fin.
*Cap. 1. to. 5.
Ibid.
Q. 56. ar. 1. ad 1. & 1. 2. q 61. ar. 2 ad 1.
*Cap. 1. to. 5.
Ibid
Cap. 1. to. 5.
In hoc ar. & q. præt. art. 5. ad 3
Cap. 1. to. 5.
Infra q°. 128 ar. 1 ad 6. Et 3. dist. 37 art 4 cor fin. & 5. Ethi. lect 18.
*c. 31. to 1.

¶3 Præterea, Ad epieiceiā videtur ptinere vt attendat ad intētionem legislatoris vt Philosophus dicit in 5. Ethic.* Sed interpretari intentionem legislatoris ad solum Principem ptinet. Vnde Imperator dicit in Codice de Legibus, & cōstitutionibꝰ Princip.* Inter æquitatē iusq;, interpositā iterpretationē nobis solis, & oportet, & licet īspicere. ergo actus epieiceiæ nō est licitꝰ. Ergo epieiceia nō est virtus.

¶ SED CONTRA est, quòd Philosophus in 5. Ethic.* ponit eam virtutem.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut suprà dictū est,* cū de legibus ageretur: q̄a humani actus de q̄bus leges dant̄, in singularibus cōtingētibꝰ cōsistūt, quæ infinitis modis variari possūt, nō fuit possibile aliquā regulā legis institui, quæ in nullo casu deficeret. Sed legislatores dat tēdūt ad id q̄d in pluribus accidit, secūdū hoc legem ferētes: quam tamen in aliquibus casibus seruare, est contra æquitatem iustitiæ, & contra commune bonum quod lex intēdit. Sicut lex instituit quòd deposita reddātur, q̄a hoc, vt in pluribus, iustū est. Contingit tamen aliquando esse nociuū, puta, si furiosus deposuit gladiū, & eum reposcat, dum est in furia. Vel si aliquis reposcat depositum ad patriæ impugnationē. In his ergo & similibus casibus, malum est sequi legem positam. Bonum aūt est prætermissis verbis legis, sequi id, quod poscit iustitiæ ratio, & communis vtilitas. Et ad hoc ordinat̄ epieiceia, quæ apud nos dicitur æquitas. Vnde patet quod epieiceia est virtus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ epieiceia nō deserit iustū simpliciter, sed iustū quod est lege determinatū. Nec ēt opponitur seueritati, quæ sequit̄* veritatem legis in q̄bus oportet. Sequi aūt verba legis, in quibus non oportet, vitiosū est. Vnde dicitur in Codice de legibus & cōstit. Princ.* Nō dubiū est, ī legē cōmittere eum, qui verba legis amplexus, contra legislatoris nititur voluntatem.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ille de lege iudicat, q̄ dicit eā non esse bn̄ positā. Qui verò dicit verba legis nō esse in hoc casu seruanda, non iudicat de lege, sed de aliquo negotio particulari, quod occurrit.

¶ Ad tertium dicēdum, ꝙ interpretatio locū hēt in dubiis, in quibus nō licet absque determinatione Principis à verbis legis recedere. Sed in manifestis non est opus interpretatione, sed executione.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum epieiceia sit pars iustitiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ epieiceia non sit pars iustitiæ. Vt enim ex supradictis patet,* duplex est iustitia: vna particularis, alia legalis. Sed epieiceia non est pars iustitiæ particularis: quia se extendit ad omnes virtutes, sicut & iustitia legalis. Similiter ēt non est pars iustitiæ legalis: q̄a operatur præter id quod lege positū est. ergo videtur, quòd epieiceia non sit pars iustitiæ.

¶2 Præterea, Virtꝰ pricipalior nō assignatur virtuti minus pricipali vt pars. Cardinalibus. n. virtutibus quasi principalibus assignātur secūdariæ virtutes, vt partes. Sed epieiceia videtur esse pricipalior virtus quā iustitia, vt ipsū nomē sonat: dicitur. n. ab epi, q̄d est supra, & eich ió q̄d ē iustū. ergo epieiceia non est pars iustitiæ.

¶3 Pręterea, videtur ꝙ epieiceia sit idē q̄d modestia. Nā vbi Apostolꝰ ad Philip. 4. dicit, Modestia vestra nota sit omnibus hōibus: in Græco habet̄ epieiceia. Sed secundū Tulliū* modestia est pars temperātię. ergó epieiceia non est pars iustitiæ.

¶ SED CONTRA est, quod philosophus dicit in 5. Ethi.* quòd epieiceia est quoddam iustum.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut suprà dictū est,* virtus aliqua triplicē habet partē, scilicet partē subiectiuam, partem integralem, & partē potentialē. Pars autē subiectiua est de qua essentialiter prædicatur totū, & est minus. Quod quidē cōtingit dupliciter. Quādoque enim aliq̄d prædicatur de pluribꝰ secūdū vnā rōnē: sicut animal de equo & boue. Quādoq; autē prædicatur secūdū prius & posterius: sicut ens prædicatur de substātia, & accidente. Epieiceia ergo est pars iustitiæ cōmuniter dictæ, tāquā iustitia quædam existēs, vt Philosophus dicit in 5. Ethi*. Vn̄ patet, ꝙ epieiceia est pars subiectiua iustitiæ. Et de ea iustitia dicitur per prius quàm de legali. Nam legalis iusti-

creditur legē nō habere vim obligatiuā respectu illius, & quòd si legislator adesset certus de hoc, nō obligaret illum. Si tamē ille legē seruaret, nihil mali, nihil inordinati cōmitteret, seruando illā, vt patet de dn̄o Iesu Christo, qui seruauit circūcisionis legē in seipso. Et similiter beata Virgo legē præsentationis in tēplo. Cōtrariè aūt deficit lex ꝓpter vniuersale, quando euenit casus in quo non solū cessat rō legis: sed iniquè ageretur seruādo legē, vt patet in lege de reddēdis depositis, si redderētur poscēti ad impugnādū patriā. Et de lege non ascendendi mœnia ciuitatis, si non ascendē do permitteret ciuitatē capi, & aliis huiusmodi, in quibus seruare legē esset à recto deuiare. Cū igitur propter vniuersale lex deficit contrariè, tunc æquitas directio legis est, ne ad obliqua deducat. Quando autē deficit purè negatiuè, nō spectat ad ęquitatē ordinare actus illos, sed seruāda est lex ipsa: quoniā secūdū veritatē vim obligatiuā non perdit ex eo, ꝙ ratio legis cessat propter vniuersale, sed hoc ex nā vniuersalis ī humanis operationibꝰ cōtingit: q̄m s. nō ē q̄nq; totaliter vniuersale, quin aliq̄n deficiat.

¶ Probatur autē tripliciter materiā æquitatis nō esse nisi actus, q obliqui essēt, si lex seruaret̄ vniuersaliter. Primò, ostēsiue, ex ratione ipsius virtutis, quæ vocatur æquitas. Cū em̄ sit iustitia quædā, vt in litera, & in 5. Ethic. patet, & iustitia virtus necessaria homini sit ad hoc vt virtuosus sit, consequēs est vt materia eius, sicut & aliarū specierū iustitiæ, sit operatio illa quæ sine ipsius directione recta non esset. Videmus aūt ꝙ cōmutationes sine cōmutatiua iustitia, distributiōes sine distributiua, rectè nō fierent. Operationes igitur illę, quæ obliquarēt à recto, seruando legem vniuersalē, sunt propria materia æquitatis, & propter eas solas necessaria est directio. Et propter hoc merito vocata est à Philosophorū Principe directio legis: nō. n. eget directione lex, nisi vbi à recto abduceret. ¶ Secundò, probatur ducēdo ad incōueniens. Nā si ad æquitatem spectaret dirigere ea in quibus lex purè negatiuè deficit propter vniuersale, sequeretur & ꝙ simplex fornicatio quādoq; esset æqua, & quod multa alia crimina quādoq; essēt iusta & sancta. Declaratur sequela in simplici fornicatione Legis nanq; ratio in simplici fornicatione est bonū prolis, nō generationis: sed educatiōis, institutiōis, curæ, & huiusmodi. Propter quæ oportet coniugali copula iungi marem & fœminā in humanis: ne, s. proles fornicariè nata, priuet̄ tali bono, seu incurrat tale dānum, vt in 3 cōtra Gen. c. 122. Autor dicit. Hmōi aūt legis ratio potest in casu aliquo cessare: puta, si vtraq; pars carnalis copulæ sit sui iuris, & diues: & prouisionem omnem proli necessariā ordinent, &c. Et consequenter in tali casu licita esset talis copula carnalis soluti cum soluta. Quod constat esse falsum, quoniā essent fornicarij, de quibus dicitur ad Gal. 5. quòd regnum Dei non possidebunt. Adimplenda est ergo lex vniuersalis, etiā si ratio legis cessat in casu aliquo, dummodo ad obliqua non ducat in casu aliquo. Nā si ad obliqua in casu duceret, æquitate tunc opus est, ne lex deducat ad malum: quod est contra legis intentionem. Si verò ad obliqua non ducat, licèt in casu cesset legis ratio, seruanda est lex, quæ ex iis quæ vt in pluribus inueniuntur, statuta est: sic vt nunquam ad obliqua declinet, vt inferius in q. 154. art. 2. de fornicatione Autor dicit.

¶ Tertio, probatur autoritate. Nam in 3. sent. dist. 37. q. 1. art. 4. distinguit Autor inter casum in quo salua intentione legis possunt præcepta pręteriri à casu in quo lex à legis intentione discederet: dicens, quod in primo casu opus est dispensatione, in secundo autem non: sed epieiceia ad hoc perficit.

¶ Super Quæstionis centesimæ vigesimæ Articulum secundum.

IN art. 2. eiusdem q. dubiū occurrit circa illud, Iustitia dicitur p priꝰ de ęquitate quā de legali iustitia, & circa illius rōnē. Nā legalis iustitia dirigitur secūdum æquitatē. Videt̄ nāque vtrunq; falsum. Primū quidem, quia legalis iustitia nobilior est omnibus moralibus virtutibus, vt dicitur in 5. Ethic. adeo ꝙ neque hesperus neq; lucifer est ita admirabilis sicut iustitia legalis: ac per hoc per prius iustitia dicitur de legali quàm de æquitate. Secundum verò, quia æquitas non est directio legis, seu legalis iustitiæ absolutè, sed in paucioribus, in quibus deficit propter vniuersale, vt in 5. Ethic. dicitur. Ex hoc autem quòd æquitas in casu dirigit legalem iustitiam, non sequitur quòd simpliciter & absolutè dirigat illam, sed secundum quid tantum. Et consequenter non sequitur quòd sit nobilior illa simpliciter, sed secundum quid.

¶ In eodem arti. 2. in responsione ad primū, occurrit illud dubium circa distinctionem iustitiæ legalis & æquitatis. Nam malè sonat quòd iustitia legalis distincta contra æquitatem, obtemperet legi quantum ad verba legis tantum. Quoniam in 5. Ethi. expresse distinguitur æquitas contra iustitiam legalē penes id quod est vt in pluribus, & id q̄d in casu accidit. Constat autem quòd iustitia, vt in pluribus, non solum verba, sed intentionem attendit, vt patet ī reddēdo depositum: quod pertinet ad iustitiam legalem. Reddit nāque quis depositum, vt bonum, & iustum seruet: quod est intentio legis.

¶ In eodem art. dubium 3. occurrit circa illud, Aequitas est quasi superior regula humanorū actuum. Tum quia regula humanorum actuum, vt in pluribus, non est inferior regula eorundem, vt in paucioribus. Aequitas autem est regula in paucioribus: iustitia legalis vt in pluribus. ergo. Tum quia superior regula debet sumi ex superiori cā. Aequitas autem & iustitia legalis non sic se habent, quòd respiciant duos fines, s. superiorē & inferiorem, sed respiciunt eundem finem, vt patet in lege, ne peregrini ascendant mœnia ciuitatis: & in lege depositorum. Nam finis legis ibi est salus ciuitatis, ne peregrini noceant. Accidente autem casu quo perderet̄ ciuitas, nisi peregrini ascenderent mœnia, finis æquitatis est ēt salꝰ ciuitatis. Et similiter reddendi depositum finis est bonū vtile dn̄i. In casu aūt quo furiosus est, æquitas negat depositū ex eodem fine: quia, s. esset ei nociuū tūc habere gladiū. Nō est ergo æquitas superior regula humanorū actuū.

¶ Ad hæc dubia ordine retrogrado respondendo dr̄ ad tertium, quod quemadmodū in intellectu practico indicatiuo respectu singulariū agibilium positæ sunt duæ virtutes, s. synesis & gnome, quarum prima secundum communes regulas est rectè iudicatiua de agibilibus occurrentibꝰ: altera autem est rectè iudicatiua de agibilibus occurrentibus præter cōes regulas: ita in parte appetitiua est duplex iustitia: vna inclinatiua ad iustum secundum leges communes, & hæc vocatur iustitia legalis: altera inclinatiua ad iustum extra cōes leges & hæc vocatur æquitas. Et quemadmodum illæ quæ ad iudicandum perficiunt, sic se habent quòd iudicans præter communes regulas ad altiora respicit principia quàm iudicans secundum communes leges, vt superius in q. 15. artic. 4. Autor dixit: ita istæ quæ ad volendum perficiunt, proportionaliter se habent: sic quod iustitia legalis inferiores sortitur fines, & æquitas superiores. Fines enim appetibilium, principia appetendi, & operandi sunt. Vnde ad primam obiectionem dicitur, quod falsum assumitur, vt clare in loco allegato Autor dicit.

¶ Ad secundam autem negat̄ Minor. Et ad exemplarem probationem dicit̄, quod ēt in istis exemplis patet ꝓpositum nostrum. Nā in lege peregrinorum finis ꝓximus est securitas ciuitatis à peregrinis. Finis autē æquitatis in casu est salus ciuitatis. Constat autem quòd altiòr finis est salus ciuitatis quàm securitas à peregrinis, quia securitas ista ordinatur ad salutem ciuitatis vt ad finem. Et similiter in lege depositorum finis proximus est vt cuique suum reddatur. Finis autem æquitatis negantis in casu est vtile: quia scilicet in casu hoc illud suum non est illi vtile, sed nociuum. Cōstat aūt quod altior finis est dare alicui suū vtile, q̄ suum: quia ideo datur alicui suū, vt sit vtile. Datur.

Cap. 10. to. 5.
Lib. 1. tit. 17. ca. Inter æquitatem.
*cap. 10. to. 5.
*1. 2. q. 96. ar. 6.
D. 788.
D. 918.
D. 556.
al. Verba
Loco citato ca Non dubiū est.
D. 797.
Suprà q. 80. artic. vnico ad 5. Et 3. di. 33. q°. 3. art. 3. q. 5. cor. & ad 5. & 4. Ethic. lect. 16.
Q. 58. ar. 5. 6. & 8.
Lib. 2. de inuent. f. l. 4. ante finem libri.
Cap. 10. to. 5.
quæst. 48.
Cap. 10. to. 5.

tia dirigitur secūdum epieiceiam. Vnde epieiceia est quasi superior regula humanorum actuum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ epieiceia correspōdet propriè iustitiæ legali, & quodāmodo cōtinetur sub ea, & quodammodo excedit eam. Si enim iustitia legalis dicatur, quæ obtemperat legi, siue quantum ad verba legis, siue quantū ad intentionem legislatoris, quæ potior est: sic epieiceia est pars potior legalis iustitiæ. Si verò iustitia legalis dicatur solùm, quę obtemperat legi secundum verba legis, sic epieiceia non est pars legalis iustitię: sed est pars iustitiæ cōmuniter dictæ, diuisa contra iustitiam legalem, sicut excedens ipsam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Philosophus dicit in 5. Ethic.* epieiceia est melior quadam iustitia, scilicet legali, quæ obseruat verba legis. Quia tamen & ipsa est iustitia quædam, non est melior omni iustitia.

Cap.10. Eo.5.

¶Ad tertium dicēdum, quòd ad epieiceiā pertinet aliquid moderari, scilicet obseruātiam verborū legis. Sed modestia quæ ponitur pars temperantię, moderatur exteriorem hominis vitam: puta, in incessu vel habitu, vel aliis huiusmodi. Potest tamē esse quod nomē Epieiceiæ apud Græcos per quādam similitudinem transfertur ad omnes moderationes.

QVÆSTIO CENTESIMA vigesima prima de Pietate, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de dono correspōdente iustitiæ, scilicet de pietate.

¶ Et circa hoc quærūtur duo.
¶Primò, vtrum sit donum Spiritussancti.
¶ Secundò, quid in beatitudinibus, & fructibus ei correspondeat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum pietas sit donum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd pietas non sit donum. Dona enim à virtutibus differunt, vt suprà habitum est*. Sed pietas est quædam virtus, vt suprà dictum est. * ergo pietas non est donum.

*3. dist. 43. q.3. ar. 2. q.1. — * 1. 2. q. 68. ar.1. — * Q. 101. ar.3.*

¶2Præterea, Dona excellentiora sunt virtutibus maximè moralibus, vt suprà habitum est.* Sed inter partes iustitiæ religio est potior pietate: ergo si aliqua pars iustitiæ debeat poni donū, videtur quòd magis religio debeat esse donum quàm pietas.

** 1. 2. q. 68. ar. 8.*

¶3Præterea, Dona manent in patria & actus donorum, vt supra habitum est.* Sed actus pietatis non potest manere in patria. Dicit enim Greg. 1. Moral.* quòd pietas cordis viscera misericordiæ operibus replet. Et sic non erit in patria, vbi nulla erit misericordia. ergo pietas non est donum.

** 1. 2. q. 68. ar.6. — Cap.32.*

¶SED CONTRA est, quòd Isa. 11. ponitur inter dona.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut suprà dictum est,* dona Spiritussancti sunt quædam habituales animæ dispositiones, quibus est promptè mobilis à Spiritusancto. Inter cætera autem mouet nos Spiritussanctus ad hoc quòd affectū quendam filialem habeam⁹ ad Deum, secundum illud Rom. 8. Accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Et quia ad pietatē propriè pertinet officium, & cultū patri exhibere, consequens est ꝙ pietas, secundū quam cultum, & officiū exhibemus Deo vt patri per instinctum Spiritussancti, sit Spiritussancti donum.

1.2. q.69. ar.1. et 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ pietas, quæ exhibet patri carnali officiū, & cultū, est virtus. Sed pietas quæ est donum hoc exhibet Deo vt patri.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ exhibere cultum Deo vt creatori, quod facit religio, est excellēti⁹ quàm exhibere cultū patri carnali, qđ facit pietas, quæ est virt⁹. Sed exhibere cultū Deo vt patri, est adhuc excellentius, quàm exhibere cultū Deo vt creatori, & domino. Vnde religio est potior pietate virtute: sed pietas secundum quod est donum, est potior religione.

¶Ad tertium dicēdum, ꝙ sicut per pietatem, quę est virtus, exhibet homo officiū & cultum non solùm patri carnali, sed etiam omnibus sanguine iunctis, secundum quod pertinent ad patrem, ita etiam pietas, secundum quòd est donum, non solùm exhibet cultum & officium Deo, sed etiam omnibus hominibus inquantum pertinent ad Deum. Et propter hoc ad ipsā pertinet honorare Sanctos, non contradicere Scripturæ siue intellectæ, siue non intellectæ, sicut Augustinus dicit in secundo de Doct. Christ.* Ipsa etiam ex consequenti subuenit in miseria constitutis. Et quāuis iste actus non habeat locum in patria, præcipuè post diem iudicij: habebit tamen locum præcipuus actus eius, qui est reuereri Deum affectu filiali, quod præcipuè tunc erit secūdum illud Sapient. 6. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Erit etiam mutua honoratio Sanctorum adinuicem. Nunc autem ante diem iudicij miserentur Sancti etiam eorum qui in statu huius miseriæ viuunt.

Cap.7. to.3.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum dono pietatis respondeat secūda beatitudo, scilicet, Beati mites.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd dono pietatis non respondeat secunda beatitudo, scilicet, Beati mites. Pietas enim est donum respondens iustitiæ, ad quam magis pertinet quarta beatitudo, scilicet, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Vel etiam quinta beatitudo, videlicet, Beati misericordes: quia, vt dictum est*, op⁹ misericordiæ pertinet ad pietatem. Non ergo secunda beatitudo pertinet ad donum pietatis.

Suprà q. 83. ar. 9. ad 3. 1. 2. q.69. art. 3. ad 3. Et 3. dist. 34. q. 1. ar. 4. col. fi. et ar.6. cor. Et Matt. 5.

¶2Præterea, Donum pietatis dirigitur dono scientiæ, quod adiungitur in connumeratione donorum, Isa. 11. Ad idem autem se extendunt dirigens & exequens. Cùm ergò ad scientiā pertineat tertia beatitudo, scilicet, Beati qui lugent: videtur quod non pertineat ad pietatem secunda beatitudo.

¶3Præterea, Fructus respōdēt beatitudinibus, & donis, vt suprà habitum est*. Sed inter fructus bonitas, & benignitas magis videntur conuenire cum pietate quàm mansuetudo, quæ pertinet ad mititatem. ergo secunda beatitudo non respondet dono pietatis.

Q.70 ar. 3.

¶SED CONTRA est, quòd Aug. dicit in lib. de sermone domini in monte,* Pietas congruit mitibus.

Lib 1. ca. 1. to 4.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in adaptatione beatitudinum ad dona, duplex conuenientia potest attendi. Vna quidem secundum rationem ordinis, quam videtur August.* fuisse secutus. Vnde primam beatitudinem attribuit infimo dono, scilicet timoris: secundam autem, scilicet, Beati mites, attribuit pietati, & sic de aliis. Alia conuenientia potest attendi secundum propriam rationem doni, & beatitudinis. Et secundum hoc oporteret adaptare beatitudines donis secundū obiecta, & actus. Et ita pietati magis responderet quarta, & quinta beatitudo, quàm secunda. Secunda tamen beatitudo habet aliquam conuenientiam cum pietate, inquantum, scilicet per mansuetudinem tolluntur impedimenta actuum pietatis. Et per hoc patet responsio ad primum.

Lib 1. de ser. Domini in mon. cap. 9. to. 4.

¶AD SECVNDVM dicendum, ꝙ secundum proprietatem beatitudinum, & donorum oportet ꝙ eadem beatitudo respondeat scientiæ & pietati. Sed secundum rationem ordinis diuersæ beatitudines eis adaptantur, obseruata tamen aliquali conuenientia, vt suprà dictum est.*

In corp. art.

¶ Ad tertium dicendum, quòd bonitas, & benignitas in fructibus directè attribui possunt pietati. Mansuetudo autem indirectè, inquantum tollit impedimenta actuum pietatis, vt dictum est.*

In corp. art.

enim sub ratione finali boni vtilis. Habet ergo se æquitas ad iustitiā legalem, quasi regula superior: quia nomen Regulæ ad partē cognoscitiuam spectare videtur. Est tamen verè superior: quia superiorem intendit finem.

¶Ad secundum dubium dicitur, ꝙ cum in litera distinguitur lex quantum ad verba tātum, & quantum ad intentionē, intelligitur distingui intentio extrinseca contra verba cum sua intrinseca intentione, ita quòd verba & finis eorum intrinsecus sunt vnū membrū, & finis extrinsecus est aliud membrum, vt patet in exemplis expositis. Verba enim legis depositi, scilicet, Reddenda sunt deposita cū suo intrinseco fine, scilicet vt suum domino reddatur, sunt vnū membrū, & finis vlterior, quia scilicet est illi bonū vtile, est alterum membrum, & sic de aliis. Non excluditur ergo à verbis omnis finis, sed finis extrinsecus. Vnde patet solutio obiectionis.

¶Ad primū dubium dicitur, ꝙ proculdubio & secundum Autorē, & secundū Arist. in 5. Ethic. æquitas est præstantior iustitia legali, limitata infra communes leges. Dicitur enī expresse in 5. Ethic. quòd ęquum est melius iusto quodam. Et loquitur de iusto secundum communes leges. Laus autē illa in prima obiectione allata de iustitia legali nō limitata, sed extensa ad ęquitatis principia, & comprehēdente æquitatem vt partē, accipienda est. Quod autem in secunda obiectiōe dicitur, dupliciter soluitur. Primò sustinendo ꝙ æquitas, quo ad sua pricipia, est directio legis absolutè & simpliciter, pro quāto pricipia æquitatis sunt fines extrinseci legum, altiores finibus proximis ipsarū legum. Secundò, quòd ex hoc ipso quòd æquitas est directio legis in casu quo obliquaret propter vniuersale, dato ꝙ non sequatur, Ergo dirigit legem simpliciter: sequitur tamen, ergo est simpliciter nobilior ipsa legali iustitia. Quia sequitur, quòd intēdat ad altiorem finem, vt ex dictis habes: ac per hoc ꝙ sit simpliciter nobilior.

¶ Super Quæstionem centesimam vigesimam primam.

IN quæstione centesima vigesima prima, nihil dubitandum occurrit: nouitiis tamē declarandum est, quòd cū pietatis doni principale obiectum sit Deus vt pater, & consequenter omnia spectantia ad Deum vt patrem: actus verò sit habere se ad Deum vt patrem, colendo ac seruiendo eidem, & similiter habere se ad alios, & alia vt filios & res patris: consequens est vt pietati dono magis respondeat sitis iustitiæ. Quoniam nōnulla iustitia est patri cultū officiumque reddere, & ad paterna rectè se habere. Et similiter respondeat misericordia respectu paternorum in miseria cōstitutorum. Et quoniam pietas in affectu, scientia in intellectu ponitur ad illius directionem: ideo eædem beatitudines ad scientiam spectant magis quàm luctus. Et per hæc clarior est litera, quæ pro tota hac quæstione sufficiāt.

¶ Super

QVÆS

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA secunda de Præceptis iustitiæ, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de præceptis iustitiæ. Et circa hoc quęruntur sex. ¶Primò, vtrum præcepta Decalogi sint præcepta iustitiæ. ¶Secundò, de primo præcepto Decalogi. ¶Tertiò, de secundo. ¶ Quartò, de tertio. ¶ Quinto, de quarto. Sextò, de aliis sex.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum præcepta Decalogi sint præcepta iustitiæ.

Suprà q. 56. art.1. ad 1. & art.2. & q°. 140. arti.1. ad 3. & q°. 148. arti. 2 ad 1. Et 12. q.99. ar.5. ad 1. & q.100. ar 2. cor. & ar. 3. ad 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ præcepta Decalogi non sint præcepta iustitiæ. Intentio enim legislatoris est ciues facere virtuosos secundum omnem virtutem, vt dicitur in 2. Ethico.* vnde & 5. Ethico. dicitur, ꝙ lex præcipit de actibus omnium virtutum. Sed præcepta Decalogi sūt prima principia totius diuinæ legis. ergo præcepta Decalogi non pertinent ad solam iustitiam.

¶2Præterea Ad iustitiā videtur pertinere præcipue præcepta iudicialia, quę contra moralia diuiduntur, vt supra habitum est.* Sed præcepta Decalogi sunt præcepta moralia, vt ex dictis patet: ergo præcepta Decalogi nō sunt præcepta iustitiæ.

† Cap. 1. & lib.5. c. 1. et 2. — † 1. 2. q. 99. art.4. — † 1. 2 q. 100. art. 3.

¶3 Præterea, Lex præcipuè tradit præcepta de actibus iustitię pertinentibus ad bonū cōe: puta de officiis publicis & aliis huiusmodi. Sed de ijs nō fit mētio in pręceptis Decalogi. ergo videtur, ꝙ præcepta Decalogi non pertineāt propriè ad iustitiā.

¶4 Præterea, Præcepta Decalogi distinguntur in duas tabulas, secundum dilectionem Dei & proximi, quę pertinent ad virtutem charitatis. ergo pręcepta Decalogi magis pertinent ad charitatem quàm ad iustitiam.

¶SED CONTRA est, ꝙ iustitia sola videtur esse virt⁹, per quā ordinamur ad alterum. Sed per omnia præcepta Decalogi ordinamur ad alterū, vt patet discurrenti per singula. ergo omnia præcepta Decalogi pertinent ad iustitiam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd præcepta Decalogi sunt prima principia legis, & quibus statim ratio naturalis assentit, sicut manifestissimis principiis. Manifestissimè autē rō debiti, quæ requiritur ad præceptū, apparet in iustitia, quæ est ad alterū: quia in iis quæ sunt ad seipsum videtur primo aspectu ꝙ homo sit sui dominus, & ꝙ liceat ei facere quodlibet. Sed in iis quæ sunt ad alterū, manifestè apparet, ꝙ hō est alteri obligatus ad reddendum ei qđ debet. Et ideo præcepta Decalogi oportuit ad iustitiā pertinere. Vnde tria prima præcepta sunt de actibus religionis, quæ est potissima pars iustitiæ. Quartum aūt præceptū est de actibus pietatis, quæ est pars iustitiæ secunda. Alia verò sex dantur de actibus iustitiæ cōmuniter dictæ, quæ inter æquales attenditur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ lex intēdit oēs hoīes facere virtuosos, sed ordine quodā, vt, s. prius tradat eis præcepta de iis, in quibus est manifestior ratio debiti, vt dictum est *.

In corp. art.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ iudicialia præcepta sunt quædam determinationes moraliū præceptorum, prout ordinantur ad proximū, sicut & cæremonialia sunt quędam determinationes præceptorū moralium, prout ordinantur ad Deum. Vnde neutra præcepta continentur in Decalogo. Sunt tamē determinationes præceptorum Decalogi, & sic ad iustitiam pertinent.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ea quæ pertinent ad bonum commune, oportet diuersimodè dispensari secundum hominum diuersitatem, & ideo non fuerunt ponenda inter præcepta Decalogi, sed inter præcepta iudicialia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd præcepta Decalogi pertinent ad charitatem sicut ad finem, secundum illud 1. ad Timoth. 1. Finis præcepti est charitas. Sed ad iustitiā pertinent, inquātum immediatè sunt de actibus iustitiæ.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum primum præceptum Decalogi conuenienter tradatur.

1. 2. q°. 100. art. 6. et 7. Et 3. dist. 36. art. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd primum præceptum Decalogi inconuenienter tradatur. Magis enim homo est obligatus Deo quàm patri carnali, secundum illud ad Hebr. 12. Quanto magis obtemperabimus patri spirituum, & viuem⁹? Sed præceptum pietatis, qua honoratur pater, ponitur affirmatiuè, cum dicitur Honora patrem tuum & matrem tuam. Ergo multo magis primum præceptum religionis, qua honoratur Deus, debuit poni affirmatiuè: præsertim cùm affirmatio naturaliter sit prior negatione.

¶2Præterea, Primum præceptum Decalogi ad religionem pertinet, vt dictum est. * Sed religio, cùm sit vna virtus, habet vnum actū. In primo autē præcepto prohibent̃ tres act⁹. Nā primo dicit̃, non habebis deos alienos corā me. Secundò dicitur, Non facies tibi sculptile. Tertiò verò, Non adorabis ea, neque coles. ergo inconuenienter traditur primum præceptum.

Art. præc.

¶3Pręterea, Aug. dicit in lib. de decē chordis,* ꝙ per primum præceptum excluditur vitium superstitionis. Sed multæ sūt aliæ noxiæ superstitiones præter idololatriam, vt suprà dictum est.* Insufficienter ergo prohibetur sola idololatria.

Cap.9. tom.9. — Q.92. ar. ti.2.

¶IN CONTRARIVM est Scripturæ autoritas.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad legē pertinet, facere homines bonos. Et ideo oportet præcepta legis ordinari secūdū ordinē generationis, qua scilicet fit homo bonus. In ordine aūt generationis duo sunt attēdēda. Quorū primū est, ꝙ prima pars primò cōstituitur. Sicut in generatiōe animalis prīo generatur cor. Et in domo primò ponitur fundamentū. Et in bonitate animę prima pars est bonitas volūtatis, ex qua aliquis hō bene vtitur qualibet alia bonitate. Bonitas aūt voluntatis attenditur ad obiectū suū, quod est finis. Et ideo in eo qui erat per legem instituendus ad virtutē, primò oportuit quasi iacere quoddā fundamentū religionis, per quā hō debitè ordinatur in Deū, qui est vltim⁹ finis humanæ volūtatis. Secundò attendendū est in ordine generationis, ꝙ primò contraria, & impedimenta tollūtur. Sicut agricola primò purgat agrū, & postea proiicit semina, secūdum illud Hiere. 4. Nouate vobis nouale, & nolite serere sup spinas, & tribulos. Et ideo circa religionē prīo hō erat instituēdus, vt īpediméta veræ religiōis excluderet. Præcipuū aūt impedimentum religionis est, ꝙ homo falso deo inhęreat, secūdū illud Mat. 6. Non potestis Deo seruire, & mammonæ: & ideo in primo præcepto legis excluditur cultus falsorum deorum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ēt circa religionem ponitur vnum præceptum affirmatiuum, s. Memēto vt diē sabbati sanctifices. Sed erant prætermittēda præcepta negatiua, quib⁹ impedimenta religiōis tollerētur. Quamuis enim affirmatio naturaliter sit prior negatione, tamen in via generationis, negatio, qua remouentur impedimenta, est prior, vt dictum est.* Et præcipuè in reb⁹ diuinis, in quibus negationes præferuntur affirmationibus, propter insufficientiam nostrā: vt Dion. dicit 2. cap. Cæl. hierar.

D.88. — In corp. art.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ cultus alienorū deorū dupliciter apud aliquos obseruabat̃. Quidam enim quasdam creaturas pro dijs colebant absque institutione imaginum. Vnde Varro dicit, quod antiq. Romani diu sine simulachris deos coluerunt. Et hic cultus ꝓhibet̃ primò cū dicit̃, Nō habebis deos alienos. Apud alios aūt erat cultus falsorū deorū sub quibusdā imaginibus. Et iō oportunè ꝓhibet̃ & ipsarū imaginū institutio, cùm dicit̃, Non facies tibi sculptile. Et ipsarum imaginū cult⁹ cùm dicitur. Nō coles ea, &c.

¶ Ad tertium dicendū, quod oēs aliæ superstitiones procedūt ex aliquo pacto cū dæmonibus inito, tacito vel expresso. Et iō omnes intelliguntur prohiberi in hoc quod dicitur, Non habebis deos alienos.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum secundum præceptum Decalogi conuenienter tradatur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod secundum præceptū Decalogi non conuenienter tradatur. Hoc enim præceptum, Non assumes nomen Dei tui in vanū, sic exponitur in gl. Exod. 20. Nō existimes creaturā esse filiū

¶ Super Quæstionis centesimæ vigesimæ secundæ Articulum primum.

IN articu. primo quæstionis centesimæ vigesimæ secundæ dubiū occurrit circa illud in princip. corporis articuli: Precepta Decalogi sunt prima principia legis, quibus statim ratio naturalis assentit tanquam manifestissimis. Videtur nanque hoc esse falsum, atque contra doctrinam in pręcedenti libro habitam. Nam in q. 100. art. 5. exclusa sunt à præceptis Decalogi principia per se nota tam in moralibus quàm in fide, vt ibi patet. Quomodo ergo nūc dicitur quòd sunt prima principia manifestissima?

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud est loqui de principiis intrinsecis legis, & aliud de principiis extrinsecis, quæ sūt velut prima principia in speculabilibus. Nam principia intrinseca legis clauduntur infra latitudinem eorum, quæ indigent editione: quoniam sunt partes legis, quam constat oportere promulgari. Sunt tamen primo edita inter omnia quæ in lege continentur. Et propterea vocantur prima, & communia legis principia. Principia vero extrinseca editione non egēt, sed solo naturali seu infuso lumine in nobis existente contenta sunt. Et propterea vocantur non prima principia legis, sed prima principia communia absolutè, vtpote ante leges existentia. Et hæc sunt per se nota lumine naturali, vt nulli esse nocendum & bona esse prosequenda: vel infuso, vt credere in Deum, diligere Deum & huiusmodi. Illa verò non sunt per se nota, sed modica consideratione manifesta. Propter qđ in litera dicitur, non ꝙ intellectus sed ratio naturalis statim eis assentit: quoniā cognitio horum ad discursū nō disciplinæ, sed naturę spectat. Ita quod inter principia intrinseca legis, & principia prima simpliciter in moralibus, non solum est differentia quo ad materiam, quia principia legis sunt velut principia propria, principia verò prima sunt communia, sed etiam quo ad modum notitiæ: quia illa noscuntur discursu naturali tantum, hoc est, non egente humano doctore, ista verò cognoscuntur absque discursu quocunque, cognitis terminis. Non contradicunt ergo hęc superius dictis, quia de primis principiis legis,

Locis supra art.1. inductis.

Dei. Per qđ prohibetur error cõtra fidẽ. Et Deut.5. exponitur, Nõ aſſumes nomẽ Dei tui in vanũ, ſcilicet nomẽ Dei ligno vel lapidi attribuendo, per qđ prohibet̃ falſa cõfeſsio, q̃ eſt actus infidelitatis, ſicut & error. Act⁹ autem infidelitatis eſt prior ſuperſtitione, ſicut & fides religione. Ergo hoc præceptũ debuit præmitti primò, in quo prohibetur ſuperſtitio.

¶2 Præterea, Nomẽ Dei ad multa aſſumitur, ſicut ad laudandũ, ad miracula faciẽdũ, & vniuerſaliter ad oĩa, quæ dicuntur vel fiũt à nobis: ſecundũ illud ad Col.3. Omne quodcũque facitis verbo vel opere, in nomine Domini facite. Ergo præceptum, quo prohibetur nomẽ Dei aſſumi in vanũ, videtur vniuerſalius eſſe quàm præceptum quo prohibetur ſuperſtitio, & ita debuit ei præmitti.

¶3 Preterea, Exod.20. exponitur illud verbũ, Nõ aſſumes nomẽ Dei tui in vanũ, iurãdo. ſ. pro nihilo. Vnde videtur per hoc prohiberi vana iuratio, quæ eſt ſcilicet ſine iudicio. Sed multo grauior eſt falſa iuratio quæ eſt ſine veritate, & iniuſta iuratio, q̃ eſt ſine iuſtitia. Ergo magis debuerunt illa prohiberi per hoc præceptum.

¶4 Preterea Multo grauius peccatum eſt blaſphemia vel qcq̃d fiat verbo vel facto in contumeliã Dei, quã periurium. Ergo blaſphemia & alia huiuſmodi debuerunt magis per hoc præceptum prohiberi.

¶5 Præterea, Multa sũt Dei nomina. Ergo non debuit indeterminatè dici, Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.

¶SED IN CONTRARIVM eſt autoritas Scripturæ.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ oportet prius impedimẽta veræ religionis excludere in eo qui inſtituitur ad veritatẽ, quàm eũ in vera religiõe fundare. Opponitur tamẽ veræ religioni aliquid dupliciter. Vno modo, per exceſſum, quãdo ſcilicet id qđ eſt religiõis, alteri indebitè exhibetur: qđ ptinet ad ſuperſtitionẽ. Alio modo, quaſi per defectũ reuerẽtiæ, cùm ſcilicet De⁹ cõtemnitur: qđ pertinet ad vitiũ irreligioſitatis, vt ſuprà habitũ eſt.* Superſtitio autẽ impedit religionẽ quantũ ad hoc, ne ſuſcipiatur Deus ad colendũ. Ille aũt, cuius animus implicatus eſt alicui cultui indebito, nõ poteſt ſimul debitum Dei cultũ ſuſcipere, ſecũdũ illud Iſa.28. Coanguſtatũ eſt ſtratum, ita vt alter decidat, ſcilicet De⁹ verus vel falſus à corde hominis, & palliũ breue vtrũq; operire nõ poteſt. Per irreligioſitatẽ autẽ impedit̃ religio, quãtũ ad hoc, ne De⁹ poſtquã ſuſceptus eſt honoret̃. Prius autẽ eſt Deũ ſuſcipere ad colendũ, quàm eũ ſuſceptum honorare. Et iõ præmittitur præceptum, quo prohibetur ſuperſtitio, ſecundo præcepto, quo prohibetur periurium ad irreligioſitatẽ pertinens.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ illæ expoſitiões ſunt myſticæ. Literalis autẽ expoſitio eſt, quæ habetur Deuteron.5. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, ſcilicet iurando pro re, quæ non eſt.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ non prohibetur quælibet aſſumptio diuini nominis per hoc præceptũ: ſed ꝓpriè illa, qua aſſumitur diuinũ nomẽ ad cõfirmationem humani verbi per modũ iuramẽti: qa iſta aſſumptio diuini nominis eſt frequẽtior apud homines. Poteſt tamen ex conſequenti intelligi, ꝙ per hoc prohibeatur omnis inordinata diuini nominis aſſumptio. Et ſecundum hoc procedunt illæ expoſitiones de quibus ſuprà dictum eſt.*

Artic.1. corp. huius artic.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ pro nihilo iurare dicitur ille, qui iurat pro eo quod nõ eſt: quod pertinet ad falſã iurationem, quæ principaliter periurium nominatur, vt ſuprà dictũ eſt.* Quãdo enim aliqs falſũ iurat, tunc iuratio eſt vana ſecundũ ſeipſã, quia nõ habet firmamentũ veritatis. Quando autem aliquis iurat ſine iudicio ex aliqua leuitate, ſi verum iurat, non eſt vanitas ex parte ipſius iuramenti, ſed ſolum ex parte iurantis.

Q. 98. art. 1. ad 3.

¶Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ ſicut ei qui inſtruitur in aliqua ſcientia primò proponuntur quædã cõmunia documenta: ita etiã lex quæ inſtituit hominem ad virtutẽ in p̃ceptis Decalogi, quæ ſũt prima, propoſuit ea vel prohibendo vel mãdãdo quæ communius in curſu vitæ humanæ ſolent accidere. Et iõ inter præcepta Decalogi prohibetur periuriũ, quod frequentius accidit quàm blaſphemia, in quam homo rarius prolabitur.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ hominibus Dei debetur reuerentia ex parte rei ſignificatæ, quæ eſt vna: nõ aũt ratione vocum ſignificantiũ, quæ ſunt multæ. Et ideo ſingulariter dixit, Non aſſumes nomen Dei tui in vanũ: quia non differt per quodcunque nomen Dei periurium committatur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum tertium Decalogi præceptum conuenienter tradatur, ſcilicet de ſanctificatione ſabbati.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter tertium præceptum Decalogi tradatur, ſcilicet de ſanctificatione ſabbati. Hoc enim præceptum ſpiritualiter intellectum, eſt generale. Dicit enim Ambr.* ſuper illud Luc.13. Archiſynagogus indignãs quòd ſabbato curaſſet, Lex inquit, in ſabbato non iubet hominem curare, ſed ſeruilia opera facere, id eſt, peccatis grauari prohibet. Secundum autem literalem ſenſum eſt præceptum cæremoniale. Dicitur enim Exod.31. Videte vt ſabbatũ meũ cuſtodiatis, quia ſignũ eſt inter me & vos in generationibus veſtris. Præcepta autem decalogi & ſunt præcepta ſpiritualia, & ſunt præcepta moralia. Inconuenienter ergo ponitur inter præcepta Decalogi.

*1.2. q.100. ar. 5. ad 2. & q. 102. arti. 4. ad 10. Et 3. diſt. 37 art. 5. Et Iſa. 56. Et Iob. 3 co. 2. fi. & col. 2. lect. 4. * Lib. 7.*

¶2 Præterea, Cæremonialia legis præcepta continent ſacra, ſacrificia, ſacramenta, & obſeruãtias, vt ſuprà habitum eſt* Ad ſacra autem pertinebant non ſolum ſacri dies, ſed etiã ſacra loca, & ſacra vaſa, & alia huiuſmodi. Similiter etiam erant multi ſacri dies præter ſabbatum: inconueniens eſt ergo quòd prætermiſsis aliis omnibus cæremonialibus, de ſola obſeruantia ſabbati fiat mentio.

1.2. q. 10. ar. 4.

¶3 Præterea, Quicunque tranſgreditur præceptum Decalogi, peccat, Sed in veteri Lege aliqui tranſgredientes obſeruantiam ſabbati non peccabant, ſicut circuncidentes pueros octaua die: & ſacerdotes in templo ſabbatis operãtes, & Helias cũ quadraginta dieb⁹ p̃ueniſſet ad mõtem Dei Oreb, cõſequens eſt ꝙ in ſabbato itinerauit. Similiter etiã ſacerdotes dum ſeptem diebus circũferrent arcã Domini, vt legitur Ioſue 6. intelligunt̃ eã ſabbato circuntuliſſe. Dicitur etiam Luc.13. Nonne vnuſquiſque veſtrum ſoluit bouem ſuũ aut aſinũ, & ducit ad aquare? ergo inconuenienter ponitur inter præcepta Decalogi.

¶4 Præterea, Præcepta Decalogi ſunt etiam in noua Lege obſeruanda. Sed in noua Lege non ſeruatur hoc præceptum, nec quantum ad diem ſabbati, nec quantum ad diem Dominicam, in qua & cibi coquuntur, & itinerãtur & piſcantur homines, & alia multa huiuſmodi faciunt. Ergo inconuenienter traditur præceptum de obſeruatione ſabbati.

¶SED CONTRA eſt Scripturæ autoritas.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ remotis impedimentis veræ religionis per primũ, & ſecundum præceptum Decalogi, vt ſuprà dictũ eſt*, cõſequens fuit vt tertium præceptũ poneretur, per quod homines in vera religione fundarentur. Ad religionem aũt ptinet cultũ Deo exhibere. Sicut aũt in Scriptura diuina traditur nobis cultus interior ſub aliquib⁹ corporaliũ rerũ ſimilitudinibus: ita cult⁹ exterior Deo debet̃ per aliquod ſenſibile ſignũ. Et qa ad interiorem cultũ, q̃ cõſiſtit in oratione, & deuotione, magis induci᷑ hõ ex interiori Spirit⁹ ſancti inſtinctu, præceptũ legis dãdũ fuit de exteriori cultu ſecũdũ aliquod ſenſibile ſignũ. Et qa præcepta Decalogi ſunt quaſi quædã prima, & cõmunia legis principia: iõ in tertio præcepto Decalogi præcipitur exterior Dei cultus ſub ſigno cõmunis beneficij: qđ pertinet ad homines, ſcilicet ad repræſentandũ opus creationis mundi, à quo requieuiſſe dicitur Deus ſeptima die: ĩ cuius ſignũ dies ſeptima mãdatur ſanctificãda, id eſt deputanda ad vacandum Deo. Et ideo Exod. 20. præmiſſo præcepto de ſanctificatione ſabbati, aſsignatur ratio: quia ſex diebus fecit Deus cælum & terram, & in ſeptima die requieuit.

Art.2. et 3. huius q.

¶Ad

hoc eſt contentis in lege, & communibus reſpectu contentorum in lege, & manifeſtiſſimus inter contenta in lege eſt hic ſermo. Superius autem de primis principiis moralium ſimpliciter, & communibus ſimiliter & per ſe notis eſt ſermo.

¶In eodem arti. primò nota quod ratio debiti requiſita ad præceptum aliter inuenitur in præceptis naturalis & diuini iuris, & aliter in præceptis iuris poſitiui. Nã in illis ratio debiti fundat præceptum, in iſtis verò rõ debiti fit à præcepto. Præcepta nanque illa affirmatiua ideo iubent aliquid, quia debitum eſt illud fieri: puta, honorare parentes, tempus aliquod diuino cultui deputare, & huiuſmodi. Et ſimiliter negatiua ideo prohibẽt, quia debitum eſt non fieri illud, puta, non furari, non colere plures deos, & huiuſmodi. In poſitiuis verò præceptis patet, ꝙ ideo eſt debitum aliquid fieri vel omitti, quia præceptũ eſt. Quoniam à principio nihil differt quod ſpectat ad ius poſitiuum, vt dicitur in 5. Ethicor. Præcepti igitur ratio debiti rationem exigit: diuerſimode tamen, vt cauſam ſcilicet, vel effectum.

¶ Super quæſtionis centeſimæ vigeſimæ ſecundæ Articulum quartum.

IN Articulo quarto, omiſſis ſecundo & tertio, nota diligentiſſime, ꝙ præceptum de ſanctificatione ſabbati ad literam non eſt de interiori, ſed de exteriori Dei cultu datum. Colebatur ſiquidem Deus ſabbato in ipſa exteriore quiete ab operibus ſeruilibus: quia quieſcebant ad repræſentandam diuinam quietem à creatione mundi. In noua verò lege exterior cultus eſt dicere vel audire Miſſam. Quies autem à ſeruilibus operibus eſt ad remouenda exteriora impedimenta quietis mentis in Deo. Vnde ex duobus capitibus excluditur phantaſia dicẽtium ꝙ homo tenetur in die feſto contritionem habere de peccatis quæ habet. Primo, ex hoc quod contritio eſt actus interior, præceptum autem Decalogi eſt de cultu exteriori. Secundo, quia contritio eſt actus pœnitentiæ virtutis, præceptum autem de ſanctificatione feſtorum, eſt de actu religionis. Et confirmatur, quia ſi proprie actus interior religionis, puta deuotio & oratio, non continetur ſub hoc præcepto, vt in litera dicitur, multo minus continentur ſub eodem præcepto inferiores actus aliarum virtutum:

Q. 97. in diuiſione quæſt. & in ſequentibus.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ præceptum de ſanctificatiõe ſabbathi literaliter intellectum, eſt partim morale, partim autem cæremoniale. Morale quidem quãtũ ad hoc, ꝙ homo deputet aliquod tempus vitæ ſuæ ad vacandum diuinis. Ineſt enim homini naturalis inclinatio ad hoc ꝙ cuilibet rei neceſſariæ deputetur aliquod tempus, ſicut corporali refectioni, ſomno, & aliis huiuſmodi. Vnde etiã ſpirituali refectioni, qua mens hominis in Deo reficitur ſecundum dictamen naturalis rationis, aliquod tempus deputat homo. Et ſic habere aliquod tempus deputatũ ad vacandũ diuinis, cadit ſub præcepto morali. Sed inquantum in hoc præcepto determinatur ſpeciale tẽpus in ſignum creationis mundi, ſic eſt præceptũ cæremoniale. Similiter etiã cæremoniale eſt ſecundũ allegoricam ſignificationẽ, prout fuit ſignũ quietis Chriſti in ſepulchro, quæ fuit ſeptima die. Et ſimiliter ſecundum moralem ſignificationẽ, prout ſignificat ceſſationem ab omni actu peccati, & quietem mentis in Deo. Et ſecundũ hoc quodammodo eſt præceptum generale. Similiter etiam cæremoniale ſecundum ſignificationem anagogicam, prout ſcilicet præfigurat quietẽ fruitionis Dei, quæ erit in patria. Vnde præceptũ de ſanctificatione ſabbathi ponitur inter præcepta Decalogi, inquantũ eſt præceptum morale, non inquantũ eſt cæremoniale.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd aliæ cæremoniæ legis ſunt ſigna aliquorũ particularium effectuum Dei. Sed obſeruatio ſabbathi eſt ſignũ generalis beneficij, ſcilicet productionis vniuerſæ creaturæ. Et ideo conuenientius debuit poni inter præcepta generalia Decalogi, quàm aliquod aliud cæremoniale legis.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ in obſeruantia ſabbati duo ſunt conſideranda, quorum vnũ eſt ſicut finis. Et hoc eſt vt homo vacet reb. diuinis: qđ ſignificatur in hoc ꝙ dicit, Memento vt diẽ ſabbathi ſãctifices. Illa enim dicũtur ſanctificari in lege quæ diuino cultui applicãtur. Aliud autem eſt ceſſatio operũ, quæ ſignificat̃ cùm ſubditur, Septima die Domini Dei tui non facies omne opus. Sed de quo opere intelligat̃ apparet per id qđ exponit̃ Leuit.23. Omne opus ſeruile non facietis in eo. Opus aũt ſeruile dicit̃ à ſeruitute. Eſt autẽ triplex ſeruit⁹. Vna q̃dem, qua homo ſeruit peccato, ſecundũ illud, Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Et ſecũdum hoc, omne op⁹ peccati dicitur ſeruile. Alia verò ſeruitus eſt, qua homo ſeruit homini. Eſt aũt hõ alterius ſeruus, non ſecundum mentem, ſed ſecundũ corpus, vt ſuprà habitum eſt*. Et ideo opera ſeruilia ſecundum hoc dicuntur opera corporalia, in qbus vnus homo alteri ſeruit. Tertia autem eſt ſeruitus Dei. Et ſecundum hoc, opus ſeruile poſſet dici opus latriæ, qđ pertinet ad Dei ſeruitium. Si autẽ ſic intelligatur opus ſeruile, nõ prohibetur in die ſabbathi: quia hoc eſſet cõtrarium fini obſeruationis ſabbathi. Homo enim ad hoc ab aliis operibus abſtinet in die ſabbathi, vt vacet operibus ad Dei ſeruitutem pertinentibus. Et inde eſt, quòd ſicut dicitur Ioan.7. circuncisionem homo accipit in ſabbatho, vt non ſoluatur lex Moyſi. Inde etiam eſt ꝙ ſicut dicitur Matthæi 12. Sabbathis ſacerdotes in tẽplo ſabbathũ violant, id eſt, corporaliter in ſabbato operãtur, & ſine crimine ſunt. Et ſic etiam ſacerdotes in ſabbatho circũferentes arcam, non tranſgrediebantur præceptum de ſabbathi obſeruatiõe. Similiter etiam nullius ſpiritualis actus exercitiũ eſt cõtra obſeruantiam ſabbathi, puta, ſi quis doceat verbo vel ſcripto. Vnde Nume.28. dicit gl. quòd fabri & hmõi artifices ociãtur in die ſabbathi. Lector aũt diuinæ legis, vel doctor, ab opere ſuo non deſinit, nec tamen contaminatur ſabbathũ: ſicut ſacerdotes ĩ tẽplo ſabbathũ violãt, & ſine crimine ſunt. Sed alia opera ſeruilia, quæ dicunt̃ ſeruilia primo vel ſecũdo mõ, cõtrariãt̃ obſeruãtiæ ſabbathi, inquãtũ impediũt applicationem hominis ad diuina. Et quia magis hõ impedit̃ à rebus diuinis per opus peccati, quàm per op⁹ licitũ, quãuis ſit corporale: iõ magis q̃ contra hoc præceptũ agit q̃ peccat in die feſto, quàm qui aliud corporale op⁹ licitũ facit. Vñ Aug. dicit in libro de decẽ chordis*, Melius faceret Iudæus in agro ſuo aliquid vtile, quàm ſi in theatro ſeditioſ⁹ exiſteret. Et melius fœminæ eorũ die ſabbathi lanã facerent, quàm quòd tota die in neomeniis ſuis ĩpudicè ſaltarent. Nõ enĩ qui peccat venialiter in ſabbatho, cõtra hoc præceptum facit: quia peccatum veniale non excludit ſanctitatem. Opera enim corporalia ad ſpiritualem Dei cultũ non pertinentia, intantum ſeruilia dicuntur, in quantũ propriè pertinent ad ſeruientes. Inquantũ verò ſunt communia ſeruis & liberis, ſeruilia nõ dicunt̃. Quilibet aũt tam ſeruus quàm liber tenetur in neceſſariis prouidere, nõ tantùm ſibi, ſed etiam proximo, præcipuè quidem in iis quæ ad ſalutem corporis pertinent, ſecũdũ illud Prouerb.24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem. Secundariò autem etiam in damno rerum vitando, ſecundũ illud Deut.22. Nõ videbis bouem fratris tui, aut ouem errãtem, & præteribis: ſed reduces fratri tuo. Et ideo opus corporale pertinens ad conſeruandam ſalutẽ proprij corporis non violat ſabbathũ. Non enim eſt cõtra obſeruãtiã ſabbathi quòd aliquis comedat, & alia hmõi faciat, quibus ſalus corporis conſeruatur. Et pro-

Qu. 104. ar. 5. & 6. ad 1. arg.

D. 345. & 599.

de quorum numero eſt contritio. A veritate ergo longè errant dicentes ſub præcepto teneri hominem in die feſto ad dolendum de peccatis quæ habet, aut ad orandum, aut ad quietem mentis in Deo. Et minus perſpexerunt literæ huius doctrinam, dicentes ꝙ ſecundum omnes tenetur quis ſub præcepto ad quietem mentis in Deo, in feſto. Finis enim præcepti non eſt ſub præcepto. Quoniam aliud eſt de quo datur præceptum, & aliud ad quod intendit lex per præceptum hominem ducere, vt 1.2. q. 100. art. 9. Autor dicit in libro præcedenti.

¶In eodem artic. in reſponſione ad tertium, dubium occurrit circa illa verba, Magis contra hoc præceptum agit qui peccat in die feſto, quã qui aliud corporale opus licitum facit. Nam videtur ſententia hæc falſa eſſe, ex eo quod ſequeretur, quod circunſtantia diei feſti variaret ſpeciem peccati commiſſi in feſto, quod nulla ratione probatur. Et tenet ſequela. Quia tũc fornicatio commiſſa in die feſto eſſet contra virtutem religionis, cuius actus cadit ſub hoc præcepto, & nõ ſolum eſſet ſpecies luxuriæ.

¶Ad hoc dicitur, quod cum duo in hoc præcepto concurrant, ſ. finis, & id quod eſt ad finem: & finis ſit duplex intrinſecus & extrinſecus (cultus enim interior eſt finis extrinſecus, cultus exterior, puta audire Miſſam, eſt finis intrinſecus: ceſſare ab operibus ſeruilibus eſt id qđ eſt ad finẽ) Et cùm finẽ extrinſecum, cultum videlicet interiorem conſtet non cadere ſub præcepto, vt in litera dicitur, ſed ſolum exteriorẽ cultum & ceſſationem à ſeruilib. operibus: conſequens eſt vt id ſolum cadat ſub hoc præcepto ad literam, quod contrariatur directè exteriori cultui. Hoc autem eſt opus ſeruile. Clarè autem liquet quod ſicut ſanctitati ſacerdotis non contrariatur quodlibet peccatum, ſed ſolum illud quod contrarium eſt ei, ad quod ſanctificatus eſt: puta, ſi percutiat ſeipſum, aut abutatur ſacerdotio, & huiuſmodi: ita ſanctitati temporis deputati ad exteriorem cultum non contrariatur quodlibet peccatũ, ſed illud tantum quod cultum illũ adimit aut violat. Non prohibetur ergo quodlibet peccatũ per hoc præceptũ inquãtũ præcipit diuinũ cultũ, ſed ſolũ illud irreligioſitatis ſeu ſacrilegij peccatum, quod diuino cultui tunc debito contrariatur. Sicut vniuerſaliter cum actus alicuius virtutis præcipit̃, non prohibet̃ per hoc omne peccatũ, ſed ſolum contrariũ ei quod præcipit̃, vt patet de præceptis temperantiæ, fortitudinis, manſuetudinis, & huiuſmodi. Opus autem ſeruile ad literã non eſt peccatum. Tum quia non propriè, ſed metaphorice ſeruile opus dicitur de peccato: ſicut eſſe ſeruum peccati metaphorice dicitur de faciente peccatũ. Nam nullus eſt ſeruus ſuiipſius. Sed ſicut iuſtitia metaphoricè in homine dicitur reſpectu ſui, ratione diuerſarum partium hominis, puta rationis & ſenſualitatis, ita ſeruitus, & alia huiuſmodi. Senſus autem metaphoricus vbi inuenit̃ ſenſus proprius conſonus literæ ſine metaphora, non pertinet ad ſenſum literalem: alioquin ſenſus metaphoricus ſemper eſſet literalis. Sic autem eſt in propoſito. Quia opera ſeruilia ad literam ſecundum propriam rationem ſunt illa, in quibus ſerui diſtinguuntur à liberis, ad quæ, ſ. ſeruos deputatos habemus. Qualia ſunt opera mechanicarum artium diſtinctarũ contra artes liberales. Tũ quia Autor in 3. ſent. diſt. 37 art. 5. expreſſè dicit quod opera ſeruilia myſticè dicuntur peccata. Et hic in reſponſione ad primum, reſpondendo ad eandem Ambroſij autoritatem, ꝙ lex prohibet hominem in ſabbatho grauari peccatis, dicit ꝙ ceſſare à peccato pertinet ad ſenſum myſticum moralem huius præcepti. Vñ quod in quodam de hac re ſcripſi quolibeto, firmioribus rationibus apparet hic confirmari.

¶Ad obiectionem autẽ in oppoſitum dicitur dupliciter. Primo, ꝙ Autor loquitur de hoc præcepto ſpiritualiter intellecto. Vel, & melius, dicitur ꝙ loquitur de hoc præcepto quantum ad ſuum finem, qui non eſt in præcepto, vt patet ex eius ratione: quia, ſ. magis impediunt peccata applicationem hominis ad diuina, quàm corporalia opera licita. Cùm autem audis & legis in litera interiorem cultũ deuotionis & orationis non iuberi hoc præcepto, intellige de cultu interiori ſecundum ſe. Talis enim hic non iubetur, ſed eſt finis præcepti. Cum quo tamen ſtat ꝙ cultus interior vt ratio, ſeu conditio cultus exterioris ſit in præcepto. Tenetur enim audiens Miſſam in dominica interiorem & exteriorem hominem cultui Miſſæ exhibere: ſicut ſacerdos tenetur ad attente ſoluendum horas canonicas, hoc eſt, vt ex propoſito ſeu aduertenter, non notabiliter mentem auertat.

¶In eodem artic. in reſponſione ad tertium, dubium occurrit circa illam comparatiuam, videlicet: magis agit contra hoc præceptum qui peccat quàm qui opus corporale alias licitum facit, quia peccatum magis impedit, quàm corporale op⁹. Videtur hoc eſſe falſum: quia exercens in feſto die opus corporale aliàs licitum: puta, fodiẽs terram, vel ædificans domum, magis impedit finem huius præcepti: quia impedit & ex genere operis, quia facit opus ſeruile: & ex deformitate peccati, q̃ peccat mortaliter. Qui aũt committit aliquod peccatũ mortale abſque exercitio mechanico, ſolùm præſtat impedimentum fini præcepti huius ex parte peccati. Malè ergo dicitur quòd magis facit contra hoc præceptum qui peccat, quàm qui laborat.

Cap. 3. to. 9.

¶Ad hoc dicitur, quod cùm comparatio omnis ſit inter diſtincta, & nõ inter idem & ſeipſum: non eſt in hac comparatione ſumendũ ex vna parte peccatũ, & ex alia peccatũ & opus mechanicũ. Quoniã hoc eſſet cõparare peccatũ ſibiipſi coniũcto cũ alio. Sed ex vna parte ſumitur peccatum mortale, & ex alia opus mechanicũ ſecundum ſuum genus. Hæc eñ duo communicant in hoc quod vtrũque eſt cõtra finem præcepti huius, quia vtrunque impedit quietem mentis in Deo. Et iõ vtrũque eſt cõtra hoc præceptum quo ad finẽ, non quia prohibitum, ſed ecõtra, iõ prohibitum, quia impeditiuum finis. Sed quia actus peccati mortalis ex ſuo genere plus contrariat̃ quieti mentis in Deo, quàm act⁹ exercitationis mechanicæ: ideo magis agit contra hoc præceptum quo ad finem eius, qui peccat mortaliter, quàm qui corporale opus exercet.

¶Ad obiectionem exgo ĩ oppoſitum dicit̃, quod male ſumit extrema comparationis: quoniam hic comparantur hæc duo genera impedimẽtorum finis

Universidad de Deusto Biblioteca

præcepti huius, vt patet ex ratione quæ in litera redditur, s. ex ratione peccati, & ex ratione corporalis operis. Et non cõparatur peccatũ cõmissum in festo, & peccatũ trãsgressionis festi in opere seruili, vt argumentũ assumit. Cõtingit nanque peccatum commissum in festo esse grauius: puta blasphemiã vel odium Dei: contingit & esse leuius ex suo genere, puta, gulam. Trãsgressio nanque festi opponitur religioni, quæ est inter præcipuas virtutes, ac per hoc inter grauia computatur peccata ex suo genere. Vnde & pœna mortis primus violator affect⁹ est Leuit. 24.

ꝓpter hoc Machabæi non polluerũt sabbathum pugnantes ad sui defensionem die sabbathi, vt legit' primi Machabæorũ secũdo. Similiter nec etiã Elias fugiẽs à facie Iezabel in die sabbathi. Et ꝓpter hoc etiã Dñs Matt. 12. excusat discipulos suos qui colligebãt spicas in die sabbathi propter necessitatem, q̃ patiebant'. Similiter opus corporale, quod ordinatur ad salutem corporalem alteri⁹, nõ est contra obseruantiã sabbathi. Vñ dicit' Ioannis septimo, Mihi indignamini, quia totum hominem saluũ feci in sabbatho. Similiter etiã op⁹ corporale, qđ ordinat' ad imminens dãnũ rei exterioris vitandum, nõ violat sabbathum. Vnde dicit dominus Matth. 12. Quis erit ex vobis homo, qui habet vnam ouem, & si ceciderit sabbatho in foueam, nónne tenebit & leuabit eam?

¶ In eodem art. 4. collige opera corporalia licita in festo, quæ in litera ponũtur: & inuenies primò opera corporalia ad cultum Dei pertinentia, exemplo gestantiũ arcã Domini, & violantium sabbathũ sine crimine. Secundò, corporale exercitium cuiuscunque spiritualis actus, exemplo doctoris verbo vel scripto. Tertiò, actus corporales necessarios ad salutem corporis proprij exemplo Eliæ, Machabeorum & discipulorũ Christi. Quartò, actus necessarios ad salutẽ corporis proximi, exemplo Christi, qui totum hominem curauit in sabbatho. Quinto, act⁹ corporales oportunos ad imminens damnum exterioris rei vitandũ, exẽplo leuantiũ in sabbatho ouẽ quæ cecidit. Sextò, coquere cibos, itinerare, & huiusmodi ex consuetudine populi Christiani. Septimò, piscari ex indulgentia Ecclesiæ quandoque dispensantis. Ratio primi est, quia præceptum de sabbatho non contrariatur actui religionis. Ratio secundi est, quia actus spirituales sunt liciti in festo. Ratio tertij, & quarti, & quinti est, quia actus tales nõ sunt seruiles, sed communes liberis & seruis: quoniam quilibet debet eos exercere. Ratio sexti & septimi est, quia non est ita arcta obseruatio festorum in lege gratiæ, sicut erat in lege scripta.

¶ Et quoniã ambiguitates circa obseruationes seu violationes festorũ cõmunes ac frequentes sunt, ideo latius singula discutienda sunt. Ante omnia autẽ scire oportet quòd vltra præceptũ de cessatione ab omni opere seruili ex veteri lege acceptũ, ab Ecclesia renouatũ, vt patet in c. licet. extra. de feriis. inuenim⁹ Ecclesiã multa alia opera in festis inhibere, vt patet ibidẽ in c. Omnes, & in c. Cõquestus. Nã ibi quinque prohibent', s. mercatum, placitũ, iudicium mortis vel pœnę, & iuramentũ nisi pro pace, vel alia necessitate. Et iudicialis strepitus intãtũ quiescere iubetur, vt annulletur tã processus habitus quàm sententia promulgata in festo, etiã de consensu partiũ: nisi necessitas vrgeat, aut pietas suadeat. Cũ igitur præceptũ de obseruatione festorũ, quantũ ad tẽporis & operum determinationẽ, sit non de iure diuino: quia sic erat cęremoniale, & cessauit, sed ex Ecclesiæ cõstitutione & consuetudine: posset enim Ecclesia aliter tẽpus festiuũ decernere, puta, quòd vsque ad meridiẽ tantum esset festum, & similiter quãtum ad opera tã positiua, puta mutare præceptum de auditione Missæ, quàm negatiua, puta concedere aliqua talia opera, quæ nunc sunt prohibita: & licet quo ad opera nulla appareat necessaria mutatio, quo ad tẽpus tamen multis videtur quòd oporteret festum esse solum mane, & hoc propter communiter accidentia, quia post prandium in festis communiter cõmittuntur infinita peccata, quæ aliis dieb⁹ non fiunt, nec fierent si liceret laborare, quia, inquã, præceptum hoc huiusmodi est, consequens est, vt duo genera operum inueniamus in festo prohibita, s. opera seruilia, & quædam non seruilia, quæ enumerauimus ex textu Decretalium.

¶ Verũ quia in duob. operib. non seruilib. s. iuramento, & iudiciali processu seu sentẽtia, exceptio fit casuum necessitatis & pietatis: ideo statim dubiũ cõsurgit, an similis exceptio intelligenda sit in cæteris prohibitis tã seruilibus quã nõ seruilib. Et est hoc quærere, an propter necessitatẽ vel pietatem licitũ sit in festis facere quodcunque oportuerit vel expedierit facere. Et est ratio dubij, tũ quia exceptio in numeratione multorũ apposita quibusdam nõ videtur extendẽda ad omnia. Nã si extẽderetur ad omnia, minus erudite apponeretur quibusdã tantũ enumeratorũ. Sic autem est in proposito quia in c. Omnes. enumeratis illis quatuor, s. mercato, placito, iudicio, & sacramento, non apponitur exceptio necessitatis vel pietatis, nisi vltimò. Tũ quia dato ꝙ exceptio vnius extẽdatur ad omnia similia, non tamẽ extẽditur ad maiora. In proposito autẽ sunt duo genera prohibitorũ, s. opera seruilia & quædam non seruilia. Et constat ꝙ magis prohibita sunt opera seruilia, quã illa non seruilia. Quia illa sunt ꝓhibita per se, ista per accidens. Exceptio verò est apposita ad opera minus ꝓhibita, s. non seruilia: vt sunt processus, sententiæ, sacramenta. Ergo nõ extẽdẽda est exceptio ista ad opera seruilia quæ sunt magis ꝓhibita. Ac per hoc nõ est licitũ opera seruilia ĩ festo facere vniuersaliter causa necessitatis aut pietatis. In oppositũ autẽ multi sunt qui de festorũ obseruatione scripserunt. ¶ Ad hoc dubiũ, qa duas partes habet, secundum duas causas, s. necessitatis & pietatis, sigillatim dicendum est. Et primò, ꝙ si necessitas vrgeat (vt textus dicit) nullũ est opus siue seruile, siue nõ seruile, quod nõ fiat ratione necessitatis vrgentis licitũ in festo. Et in litera huius articuli rõ redditur: quia videlicet cũ necessario exercẽda iminẽt, iã nõ sunt seruilia, sed cõmunia liberis & seruis. Quia quilibet dẽt ad sui ac ꝓximorũ cõseruationẽ & dãnũ imminens vitãdũ, necessariã prouisionẽ facere. De pietate vero suadẽte distinguẽdum est. Quoniã pietas tripliciter sumit', s. pro religione, ꝓ misericordia, pro speciali parte iustitiæ, quæ vocat' pietas, ꝑ quã sanguine iunctis patriæque beneuolis officium & diligẽs tribuit' cultus, vt à Tullio definita est. Primo mõ pietatis nomine vtit' Aug. Secũdo mõ vtit' vulgus: intantum vt etiã Deum piũ appellet. Tertio mõ vtunt' philosophi. Si sumat' ergo pietas ꝓ religione, vt glossa ibidẽ exponit, tunc distinguendum est, vt inferius tractando primum casum inter septẽ collectos ex litera, dicet' cõcludendo, ꝙ vniuersaliter nõ est licitum. Si verò sumatur pro misericordia, vt etiam glossa ibidem accipit, & bene: sic dicendum est, ꝙ quamuis sola misericordiæ ratio sufficiat ad excusandum iudicialia opera in festo, non tamẽ sufficit ad excusandũ opera seruilia omnia in festo, nisi adsit simul necessitas, aut vitatio damni imminẽtis. Et rõ est, quia præceptũ de festorũ obseruatione est de actu religionis, vt vacemus Deo. Nec debet impedimentum præstari cultui diuino ex occupatiõe seruili circa proximos extra articulũ necessitatis.

¶ Ad quartum dicẽdũ, ꝙ obseruãtia diei Dominicæ in noua lege succedit obseruãtiæ sabbathi, non ex vi præcepti legis, sed ex constitutione Ecclesiæ & consuetudine populi Christiani. Nec em̃ huiusmodi obseruatio est figuralis, sicut fuit obseruatio sabbathi ĩ veteri lege. Et iõ nõ est ita arcta prohibitio operandi in die Dominica, sicut in die sabbathi. Sed quædam opera conceduntur in die Dominica, quæ in die sabbathi prohibebantur: sicut decoctio ciborum, & alia huiusmodi. Et etiam in quibusdam operib. prohibitis facilius propter necessitatem dispensatur in noua quàm in veteri lege: qa figura pertinet ad protestationem veritatis, quã nec in modico præterire oportet. Opera autem secundum se considerata immutari possunt pro loco & tempore.

Quod autẽ dicit ibi gl. ꝙ in operibus misericordiæ non est discretio dierũ, intelligẽdum est cũ grano salis, hoc est, in illis operibus, quę de genere suo sunt opera misericordiæ, qualia sunt vestire nudum, pascere esurientem, potum dare sitienti, visitare infirmũ &c. quæ opera misericordiæ appellantur. Et non intelligitur de omnibus operibus seruilibus, quæ causa misericordiæ fieri possent. Quoniam hæc per accidens sunt opera misericordiæ, & per se sunt seruilia. Propter qđ non est licitum propter misericordiam colere agros pauperum, aut alia huiusmodi facere in die festo. Si autem pietas sumatur ꝓpriè tertio mõ, tunc dicendũ est ꝙ à nullo prohibito opere pietas excusat in festo. Quoniã nec ꝓpter cõsanguineos aut patriæ beneuolos licet in festis iudicialia exercere, & multo minus seruilia opera. Vñ sequit' falsum esse ꝙ liceat, si necessitas non adsit, laborare in festis ꝓ refectione põtis, aut viæ ꝓpter pietatẽ publicæ vtilitatis: sicut nõ licet ꝓpter pietatẽ cõsanguineorũ hęc eadem facere, cũ eadẽ virtus pietatis sit ad cõsãguineos & patriã: & sicut nõ licet agros serere, metere, arare, &c. ꝓpter patriã, extra necessitatis articulũ. Et decepti vident', dicẽtes oppositũ ex pietatis vocabulo: & qa nõ cõsiderarunt ꝙ religionis opera non sunt prætermittenda ꝓpter pietatẽ, quę est ad ꝓximos extra necessitatis articulũ in seruilib. operib. Cõcludendũ est ergo ꝙ ad literã Decretales illæ intelligẽdæ sunt vt sonãt, s. in casib. in quib. applicãt', & similib. licet possint ꝓpter veritatẽ subsistẽtẽ quo ad casũ necessitatis vrgẽtis extẽdi. Vñ nõ oportet ad obiecta aliter respõdere. ¶ Redeundo igit' ad discussionẽ septẽ casuũ ex lrã collectorũ ĩ primo casu, vez. de operib. ꝑtinentib. ad Dei seruitium, dubium occurrit, an licitum sit in festo qđlibet seruile op⁹ ad Dei seruitium facere. Videt' em̃ quod sic, tum qa nõ vr̃ maior rõ de vno quã de alio seruili opere: ac ꝑ hoc aut omnia licita sunt ad Dei seruitiũ, aut nullum licitum erit, tum quia quodcunque op⁹ nõ malum moraliter ex hoc ꝙ fit ad Dei seruitium, fit etiã actus religionis, ac ꝑ hoc consonat fini huius præcepti, qui est, omissis aliis, vacare operib. ad Dei seruitutẽ ꝑtinẽtib. vt in litera dicitur. In oppositum autem est, quia si sic esset, liceret Ecclesiarum quantumcunque diuitum agros colere, terras fodere, domos fabricare, & alia huiusmodi facere ad Dei seruitium: quod est falsum.

¶ Ad hoc dr̃ quòd corporalia opera ad Dei seruitutem ꝑtinentia sunt triplicis ordinis. Quædã sunt cõsistentia in ipso cultu diuino: vt olim erat gestare arcã Dñi, & mõ est gestare Sanctorum statuas argenteas vel aureas in ꝓcessionib. & deferre crucem, & huiusmodi. Et hæc sunt omnino licita, & amplectenda, quia sunt pars diuini cultus. Quædã verò sunt præparatoria ad diuinum cultum. Et hæc in duo secant' gña. Nã quædã sunt præparatoria simultanea cum cultu, vt olim erat præparatio victimarum, excoriando, lauãdo, & hmõi: & nunc est pulsare cãpanas ad Missã, Vesperas. Et hæc quoque ꝓcul dubio sunt omnino licita & sãcta. Et sunt illa, de quib. dicit' Mat. 12. quod sacerdotes in templo sabbathum violãt, & sine crimine sunt. Quędã verò sunt ꝑparatoria, quæ pñt præcedenti die fieri, vt ornare templum, mundare illud, cõficere hostias ꝓ Missis celebrãdis. Et hæc sine rõabili cã nõ debent in die festo fieri. Ex cã autem rõnabili licita sunt in festo. Et rõ est, quia dies festus dicat⁹ est diuino cultui, & annexis sibi ꝓ tẽpore illius diei. Hæc autem opera ad diuinum cultum illi⁹ diei præsupponunt'. Et ꝓpterea nisi rõabilis cã adsit, debent cõgruo tpe, hoc est ante festum fieri, & nõ in die festo. Esset autem rõabilis cã faciendi hæc in festo, si festum aliqđ eueniret. V. g. in sabbatho sãcto. Tunc em̃ cum non decuerit prius ornare templum ꝓpter luctum passionis Dñi, rõni cõsonat, vt sine crimine parent ꝓ paschali solemnitate. Similiter si cõtinuatis festis templa ad concursum immunda reddita sunt, mundãda sunt, ne immunditia inter solẽnitates duret, & sic de similib. Et licet hmõi præparatoria opera ex causa rõabili licita sint, & sine ea illicita: si simplici tñ corde fiant in festo, veniale tm̃ peccatum est: quia sunt infra ea, quæ ꝑ se ordinant' ad diuinum cultum, & ꝑ se spectant ad Dei seruitium. Quędam verò sunt ꝑ accidens ordinata ad diuinum cultum: quia, s. ex hoc solo spectãt ad diuinum cultum, quia ob Dei seruitium fiunt, cũ ex suo gñe nõ ordinent' ad cultum diuinum, vt arare, metere, fabricare, fodere, & hmõi. Et hęc non nisi necessitatis cã licita sunt in festo: puta, si Ecclesia est paupcula, ita vt non possit ꝓuidere sibi de hmõi necessariis. Neq; hoc auderem dicere, nisi quia multi hoc sentiunt, & de facto quãdoq; fit absq; rep̃hensione: & nullam video hui⁹ rationem, nisi quia vacãt in veritate seruitio diuino, & Ecclesia non reprehendit. Quare aũt extra necessitatis articulum illicita sint hęc opera in festo, ratio est: quia ista sunt opera ex suo genere seruilia, non ꝑ se spectãtia ad Dei seruitiũ, sicut spectãt reliqua oĩa tã primi quã secundi ordinis opera. Et confirmat' hoc ex consuetudine populi Christiani, q̃ est optima legum interpres, qua vix & fortè nõ nisi alicubi sine scãdalo tolerat', hmõi labores fieri in obsequiũ paupcularum Ecclesiarum. ¶ Ad primã ergo obiectionẽ in oppositum dr̃ quòd alia est rõ de iis quæ sunt in primo & in secundo ordine, & alia de iis quæ sunt in tertio: quia illa ꝑ se pertinẽt ad Dei seruitutem, cum sint aut pars cultus diuini, aut præparationes ad illum: ista verò extranea ac per accidens ordinantur ad Dei seruitium. ¶ Ad secundã verò dicitur, quod ad hoc p̃ceptum spectat occupari in operib. quæ per se spectãt ad Dei seruitutem, nõ aũt in operib. extraneis, quę per accidens ordinant' ad Dei seruitiũ, qualia sũt opera tertij ordinis. ¶ In secũdo casu de corporali exercitio spũalis act⁹ duo occurrunt

occurrunt dubia: Alterũ de ipsa vniuersali regula, videlicet: nullius spiritualis actus exercitiũ est cõtra obseruantiã sabbati. Alterũ de exẽplo, videlicet: docere verbo vel scripto. Dubitat' nanq; de veritate illius regulæ. Nam si spirituale dicitur à Spiritu sancto, eo modo quo dicunt' spiritualia sacramẽta, & sacra doctrina, sic sequeret' ꝙ docere philosophiã non esset licitum in festo, quod falsum est. Si vero spirituale sumitur à mẽte nostra, eo modo, quo virtutes omnes, & opera intellectus dicuntur res & actus speciales, sic sequeretur ꝙ omnia opera artium essent licita in die festo: quia ars est virtus intellectualis, vt patet in 6. Ethic. ac per hoc liceret in festis texere, seu fabricare, & huiusmodi. Sequeretur etiam quod licitum esset diebus festis aduocatis patrocinari in causis iustis, cùm actus iste sit scientiæ vsus.

¶ Dubitat' quoq; de actu scribẽdi, an ex suo genere sit opus seruile. Et est ratio dubij, quia inuenitur licitus quãdoq; in festo, puta docẽdo. Et dicit' qñq; in festo illicitus: puta, transcribendo libros. Si enim esset ex suo genere opus seruile, semꝑ esset seruile. Et similiter si esset opus liberũ, semꝑ esset liberũ.

¶ Ad primũ horũ dicit', ꝙ spiritualis actus, siue à spiritu mẽtis nostræ, siue à spiritu gratiæ sumat', non refert in ꝓposito, nisi secundũ magis & minus: qa scilicet spirituales actus penes spiritũ gratiæ non solum liciti sunt, sed quasi p̃cepti sunt in festis: vt orare, prędicare, laudare Deũ, docere sacrã Scripturã, ministrare sacramẽta, visitare Ecclesias & clericos more religioso absq; strepitu iudiciali, & alia huiusmodi, q̃ in art. 3. q. 100. superi⁹ habes, vbi de actib⁹ spiritualib⁹ quæstio vertitur. Actus verò spirituales penes spiritũ mentis nostræ liciti quidẽ, sed non mandati sunt in festo. Sed à quocunq; spiritu actus dicantur spirituales, oportet considerare ꝙ in proposito dicuntur spirituales non solum à principio, sed etiã à termino. Ita ꝙ illi dicuntur spirituales qui ꝑ se terminantur ad spirituales. Ita ꝙ si actio à spirituali principio proueniat ꝑ corporale ministerium, oportet ad hoc, ꝙ sit spiritualis, ꝙ per se ordinet' ad spiritualẽ passionem inferendã, vt actio doctrinę ordinatur ad inferendã disciplinã, quæ est spirituale opus. Et similiter laus Dei terminat' ad excitationem spiritualẽ mẽtis, & Dei gloriã: & sic de aliis. Actiones verò quæ ad corporalẽ inferendã passionẽ per se ordinantur, non cõputantur inter spirituales, quãuis à spirituali sint principio, vt patet de artibus quæ per se ordinantur ad perfectionem corporalium operum: vt fabrilis ad gladium, vasa, domos, &c. constituendum: vnde patet solutio primæ obiectionis.

¶ Ad secundũ autem dicitur, ꝙ sicut licitũ est docere philosophiã & cæteras disciplinas: ita licitũ est aduocatis prẽstare patrociniũ. Ordinatur enim patrociniũ aduocati ad notitiã & persuasionẽ veritatis causæ. Constat autẽ nosse, & persuaderi esse spiritualia. Et ex his patet ꝙ in festo licitũ est ciuib⁹ ad cõsilia cõuenire, quoniã consiliari spirituale opus est vndiq;: quoniã ex prudentia oritur, & terminus consilij electio est, quæ spiritualis est & omni tẽpore licita. Nec obstat ꝙ sit electio ad tẽporalia officia, aut negotia: quoniã hæc materialiter se habent ad electionẽ, quæ formaliter & ꝑ se est terminus cõsilij. Aduerte tamen in hac regula, ꝙ intelligẽda est quantũ est ex genere operis. Quod ꝓpterea dico, quia ex prohibitione Ecclesiæ aliquis actus spiritualis est illicitus in festo, scilicet vsus spiritualis potestatis Prælatorũ ad exercẽda iudicia & processus, vt patet ex suprà allegatis. Et propterea omnis actus spiritualis, qui non specialiter est prohibitus ab Ecclesia in festo, est procul dubio licitus in festo. Et hinc fit quod Prælati possunt potestate sua in festis vti, nisi in prohibitis, quæ dicta sunt, & infrà discutientur sigillatim.

¶ Ad secundum dubiũ dicitur, ꝙ scribere de genere suo nõ est actus seruilis, sed cõmunis liberis & seruis. Vnde & Reges Prælatosq; oẽs non dedecet scribere, quin potius turpe Principem putamus nescientẽ exprimere cõceptum aut secretum suum propria manu. Quare autẽ quandoq; sit licitũ, & quandoq; non, in diebus festis, ratio est, qa scribere qñq; est quasi species quædã locutionis, & tũc est opus liberũ: ita ꝙ locutio quasi diuiditur in locutionem successiuã, & locutionem permanentem. Illa fit labiis, & lingua, & instrumẽtis naturalibus tantùm: ista fit scriptura. Qñq; autem non egreditur latitudinẽ corporalis operis, sicut mechanicũ quoddam opus existens, vt pingere, & statuã facere: & tunc est opus seruile. Propter quæ scribere literas, scribere per se, vel ꝑ alium docendo, & huiusmodi, licitum est in festo. Quoniam hoc non est aliud quàm loqui permanenter. Transcribere autem illicitum est, quoniam mechanicum, quoniam corporalis operis limen non exit.

¶ In tertio casu & duobus sequentib⁹ aduerte diligenter & perspicaciter eorum rationẽ. Ad cuius euidentiã scito, ꝙ operũ corporaliũ quædam sunt ex suo genere seruilia, & hæc sunt propria seruis, vt opera mechanica: quædam ex suo genere libera: & hæc sunt propria liberis, vt opera artium liberaliũ: quædam verò ex suo genere cõmunia seruis & liberis: vt scribere & itinerare. Cum autẽ sola seruilia prohibita sint in festo, libera autẽ & cõmunia remanserint licita in festo, in tantũ litera vtitur licentia cõmunium, ꝙ nõ solum cõmunia ex suo genere, sed etiã quæ seruilia sunt ex suo genere, si in casu induunt rõnem cõmunium, licita fiunt, vtpote exuta tunicã seruilitatis, & vestita formã cõmunium. Induunt autẽ rationẽ cõmunium vt in litera dicitur, cum sunt necessaria ad salutẽ corporalẽ propriã vel proximi, vel ad euitandum imminens damnum exteriorũ rerum tam suarũ quàm proximi. Et propterea tertius, quartus, & quintus casus, liciti sunt in festo. Et hinc patet multorũ licentia operũ in festo, scilicet medicorũ, tam physicorũ quàm chirurgicorum phlebotomãtium, tondentiũ capita, & vniuersaliter seruitorum omnium necessariorũ ad sanitatem corporis. Hinc longæ fugæ & bella in festis licẽt. Hinc etiam ipsum diuinũ cultum auditionis Missæ licitè omittunt custodes, ac seruientes infirmis, quando vtrũq; fieri nequit. Hæc enim omnia & similia ex hoc ipso ꝙ necessaria sunt ad corporalem salutẽ, cõmunia sunt seruis & dñis: ac ꝑ hoc sine alia dispẽsatione licita, vtpote extra genus ꝓhibitorũ existẽtia. Hinc quoq; imminente bello licite laboratur, faciendo fossas, aggeres, ꝓpugnacula, & huiusmodi in festo, vt scilicet euitetur imminens dãnum exteriorũ rerum: & sicut imminente publico bello ac dãno hęc licẽt, ita imminẽte huic pauperi priuato dãno ex priuato bello iniusto, qđ dominus suus habet aduersus eum, dum vult ipsum dãnificare in reb⁹ aut persona, nisi fodiat in festo, licite ad vitandum imminens dãnum, laborat in festo. Hinc imminente pluuia vitatur licite dãnum rerum sub diuo damnificandarum, auferendo inde eas, quæcunq; res sint. Sic licitè subleuantur bestiæ à casu & huiusmodi. Hinc mater rationabiliter timẽs dãnum stupri in puella, quam non decet secum ducere ad Ecclesiam, nec habet cui tutò cõmittat, licite in festo omittit Missam. Hinc ad vitandũ cõmune damnũ Reipublicæ, & multorum priuatorũ, licitè in festo exercẽtur cõmunes artes, q̃ continuationem operis absq; discretione dierum requirunt: ita ꝙ si oporteret discernere inter diem & diem, non inuenirentur artes istæ vtiles ac necessariæ Reipublicæ & priuatis multis: huiusmodi autẽ sunt ars nauigatiua, maritima, & similiter cursores, pedites, siue equites, coquentes lateres, calcẽ, saponẽ, & quicquid huiusmodi est. Nam si oporteret quiescere festis diebus, nullus inueniretur marinus nauta, quoniã dãnosa esset ars & impossibilis sępe: sic simpliciter nullus inueniretur cursor ad hoc opus deputatus, vt infrà tot horas sit in loco distanti, &c. quoniam habendo rationẽ dierũ, impossibile frequenter esset hoc efficere, cum tamen hoc sæpe oporteat fieri. Nec rationi videtur consonum, vt spectet ad cursores discutere sufficientiã necessitatis causæ pro qua mittitur. Sicut vniuersaliter alij artifices non quærunt ad quid vis hunc gladiũ, hæc arma, hanc lanam, &c. Similiter non inuenirẽtur qui coquerent lateres, & huiusmodi, multos dies exigentes ad coctionẽ: vel quia damnosa esset ars vel impossibilis esset, vbi plusquam sex dies exiguntur, cum septimus quisque dies festus sit. Hinc quoque in itinere licitũ est die festo equo ferrum reparare, & huiusmodi, ad vitandum imminens damnum cœpti itineris, aut perdendæ societatis in itinere inchoãdo. In his siquidem omnibus, ratio vitandi damnum imminens, opera constituit extra prohibita in festo, quia vel transfert illa in ordinem communium dominis & seruis, vel ad imitationem dicti ordinis reducit.

¶ In sexto casu vbi licita ex consuetudine locantur, discutienda primo sunt non seruilia ex statuto Ecclesiæ: & deinde omnia ex consuetudine licita tractanda. Prohibitorũ igitur ab Ecclesia in festis primum est mercari, vbi prohibetur contractus emptionis & venditionis, & vniuersaliter negotiationes, locationes ac conductiones. Sunt nanque species venditionis, quoniam vsus rerum venditur vel emitur. Et quamuis hæç opera nõ sint seruilia, fundata tamen est prohibitio ista Ecclesiæ super obseruatione sabbati apud Iudæos, qui non emebant etiã aromata, vt patet ex Lucæ 23. vbi dicitur, quod mulieres sabbato secundum mandatum siluerunt: & ex Marci 16. vbi dicitur, Dum trãsisset sabbatũ emerunt aromata. Emere autem & vendere comestibilia pro illo die, nullo forte tempore fuit prohibitum.

¶ Secundum autem prohibitorum est litigare. Vbi in dubium vertitur an liceat informare iudicem in diebus festis cum aduocato & procuratore. Et est ratio dubij, quia eadem videtur ratio quòd prohibeatur informatio, & quòd prohibeatur litigatio: cùm ipsa informatio, & partes & iudicem valde distrahat à diuinis. In oppositum autem est, quia informatio non est iudicialis actus, ac per hoc non prohibitus.

¶ Sed ad hoc dicendum est, ꝙ licitum est, quia hoc nõ nisi ad illuminationẽ iudicis ordinatur, ac per hoc ad spirituale, & nullibi ĩuenitur ꝓhibitũ, quin potius continuè hoc fit in Dominicis & festis diebus in Romana curia, quãdo die sequenti proponenda est causa in Rota: & licet ista opera distrahant à diuinis, quia tamen ex suo genere non sunt seruilia, & ex positiua lege non sunt prohibita, restat vt sint licita. Prohibentur ergo homines litigare quo ad iudiciales actus in diebus festis, actu appellandi excepto, qui in omni tẽpore licitus reputatur. Tertiũ autem prohibitorum est iudicare ad mortem vel ad pœnam, & vniuersaliter procedere, & sententiam ferre. Sub qua inhibitione non intelligo prohibitas sententias excõmunicationis, quas Prçlati faciunt, inhibendo ne aliquid fiat: quoniam hoc nõ est procedere, aut iudicare, sed quasi legem cõdere. Et quoniã ius excipit à processu & iudicio causas necessitatis vel pietatis, rationabiliter videtur ꝙ cũ immanitas sceleris notorij exigit captum subito suspẽdi, aut decollari, absq; processu & sententia, vt sæpe cõtingit publicis latronib. licitè possunt in die festo morte affici, vt consuetudo videtur seruare de facto, dum multi in nemoribus suspẽduntur, & huiusmodi. Quartum prohibitorum est iurare, nisi pro pace vel alia necessitate: quod intelligo solum de iuramento iudiciali. Alioquin sub præcepto caderet non iurare in festo, si Canon ille præceptũ continet, & sic quilibet indiscretè, non tamen falsò, iurans in festo, peccaret mortaliter: quod cõstat esse falsum. Sed tunc obiicitur, quia ex quo lites & iudicia sunt prohibita in festo, superflue iuramenta iudicialia prohibentur. Sed hoc potest tripliciter solui. Primò, ꝙ tempore quo conditus est ille Canon in concilio, Cõpendiosa. adhuc non erant Ecclesiastica iudicia prohibita, quæ postmodum Greg. nonus in cap. Conquestus. prohibuit. Secundò dicitur quòd quia adhuc restant iudicia aliquando in festis licita, scilicet causa necessitatis vel pietatis, inhibentur iuramenta præstanda in festis (vt Autor exponit superius in q. 89. art. vlt.) pro reb⁹ temporalibus, nisi fortè in magna necessitate, non autem pro spiritualibus negotiis. Et ratio sua est, quia festis diebus est spiritualib. rebus vacãdum, non temporalibus. Posset & tertiò dici iuxta istã Autoris distinctionem, ꝙ lex exprimere voluit in specie, iuramẽta iudicialia pro temporalib. causis intelligi prohibita. Quia enim actus iurandi de se habet quandam spiritualitatem, cùm sit actus religionis, videri siquidem poterat, quòd consonus esset fini dierum festorum: & idcirco non superfluum fuit spiritualiter inhibere iuramenta iudicialia in festo.

¶ His igitur expeditis ad sextũ casum redeundo, ex cõsuetudine multa opera seruilia & non seruilia, quæ tamẽ prohibita sunt, hodie licitè exercentur, vt coquere cibos, itinerare longo itinere, quod in veteri lege nõ fiebat: quia quasi seruiliter fit longũ iter: emere & vendere in nũdinis, quas Prælati sciẽtes consuetas esse, non reprehendunt: carnes vendere in macello, nauigare in fluminibus, locare conducereq; equos ac operarios pro die sequẽti, ius dicere rusticis vbi est consuetũ, vendere autoritate publica pignora in subhastatione, in locis vbi emptores aliis diebus nõ cõparent, & sic fieri cõsueuit: cũ equis, aut mulis cõtinuare vecturã, præcipuè ad partes remotas: inchoare verò abusionis esset. Nõ tñ dicitur inchoare qui die festo cum mulis vacuis ad locũ accedit, vt sequenti die inueniat se cũ mulis ibidẽ, quoniã hoc non est nisi itinerare. Infra etiã itinerari, cõprehende opera mulionum agẽtium mulos cũ lecto & huiusmodi necessariis ad iter: qm̃ hæc per accidens fiunt, propter iter, s. & eadẽ ratione licita sunt qua iter licitum est. Vendere quoque & emere calceos & similia, alicubi licitum est rusticis, nõ nisi festis dieb⁹ ad oppidũ veniẽtibus cum pecunia, vt emere possint talia: sicut Romæ licitum est diebus festis emere, ac vendere asinos & equos, quia sic est consuetudo in publico foro in diebus festis spectante mũdo. Hæc enim omnia vbi antiquata est consuetudo, ac ꝑ hoc à Prælatis scita, cum sint omnib⁹ notoria, licita sunt ex ipsa cõsuetudine fundata super libertate Euãgelica; qua non tenemur stricto iure veteris legis de obseruatione festorũ. Et eadẽ ratione licitũ est barbitõsoribus artẽ suam exercere vsq; ad tot noctis horas iuxta patriæ consuetudinẽ, vacando tamen per vigintiquatuor horas: quia festa quo ad principium & finem inchoant secundũ consuetudinẽ regionũ, vt extra. de fer. in cap. Quoniã dicitur. Nec obstat si dicatur, ꝙ vna ars non facit consuetudinem: tum quia concurrit populus qui tondetur, ad hãc consuetudinem: tũ quia scientia Prælatorum absq; reprehensione per se vel parochianos vel prædicatores, licita facit opera illius artis, quæ consueta tolo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rant, vt patet in exẽplo dato de venditione caballorũ Romæ. Similiter non obstat, quod cap. illud exprimat extensionẽ temporis, & non restrictionem, quoniã cap. illud non vnum tantum, sed multa exprimit disparata inter se, scilicet quod finis & initium festorũ sit iuxta regionum consuetudinẽ, & q̃ iuxta solennitatem maiorẽ prior præuentio & subsequẽs retardatio abstinẽtiæ ab operibus fiat. Moderationis tamen illius memẽto in huiusmodi, vt non dilatentur, nec consueta post horã Vesperorũ extendantur ad totam diem, & huiusmodi. Eadẽ quoq; ratione excusantur à diuino cultu audiẽdi Missam puellæ, vbi cõsuetũ est q̃ nõ exeant: ita q̃ nec ipsæ, nec matres peccãt propter hoc. Et similiter q̃ cõsueuerunt vno mense domũ non exire, propter viri mortẽ. Et omniũ prius & nunc dictorum communis ratio est, quòd omnia hæc sunt de iure positiuo, quod constat per contrariam consuetudinem abrogari Prælatis scientibus & non reprehendẽtibus. Nec est opus videre si cõsuetudo sit rationaliter introducta: sufficit enim quòd ita sit. Venari autem solatij causa vt domini faciunt, & ludere cum magna vel parua sphæra, & huiusmodi, & similiter sonare musicis instrumẽtis, & choreas ducere & similia: si modico tẽporis spatio fierent cum debitis circunstantiis, licitum esset. cùm non possit homo diem absque delectatione transire, vt dicitur in 9. Ethic. Sed q̃ toto quasi die, vel magna festi parte, hæc fiant, illicitum est: quia hæc contrariantur fini huius præcepti, qui est vacare diuinis, impeditur enim propter hæc à vacatione diuinorum. Non tamen est peccatum mortale, quia non est contra id quod præcipitur hoc præcepto. Iam enim dictũ est quòd aliud est de quo datur præceptũ, & aliud quod est finis præcepti. Et scito q̃ multa diximus licita ex consuetudine, quæ ex ratione quasi damni imminentis, etiam videntur licita, vt patet de vectoribus rerum ad longa itinera, quibus nisi pretia rerum mutarẽtur, damnosa esset eorum ars: aut ratione pietatis, vt ius dicere rusticis: aut ratione quasi ne cessitatis, vt ars lanionum in æstate, quãdo carnes corrumperentur inter continua festa, & sic de similibus. Complementum tamen omniũ quòd liceat, videtur mihi consuetudo populi Christiani.

¶ In septimo casu de indulgentia Ecclesiæ, vnum in iure indultum inuenio, scilicet piscationẽ halecum, vt patet in cap. Licet. extrà, de feriis. Quod ideo in iuris corpore positum puto, vt ex eo similes casus dispensari intelligãtur, puta, piscatio tunnorum & similium. Quoniam eadem est ratio, quia scilicet non omni tempore capiuntur. Verum si beneficio huius indulgentiæ vtuntur aliqui in simili casu, memores sint sufferre adiunctum onus, vt scilicet Ecclesiis circumpositis & Christi pauperibus honestam de lucro portionem faciant. Quoties quoque repentinus aliquis casus occurrit, aut necessitas aliqua, ita quod clarum non sit an liceat laborare in illo festo, ad Episcopum, & ipso deficiente, ad sacerdotem cuius est maior autoritas recurrendo, etiã si ille minus perspicaciter licentiam concedendo erraret, excusantur à crimine qui in festo laborant: quoniam, vt in litera dicitur, in noua lege dispensatio circa hoc non est difficilis, sicuti erat in antiqua: ac per hoc non tanta opus est subtilitate.

¶ Post omnes speciales casus, communis omnibus generibus mortalium actuum casus occurrit: ideo tacitus in litera, quia communis est, videlicet, quòd modicum pro nihilo reputatur, ac propterea facere modicum cuiuscunque seruilis operis in festo, non est contra præceptum hoc. Et hinc prouenit, quòd domini aliqui in festis diebus rasuram barbæ propriæ volunt propter nuptias, vel quia ex itinere venerunt: aut quia assueti sunt secundo aut tertio quoque die releuationem huiusmodi habere, &c. Aiunt enim perinde esse ac si lauari mundarique faciant sibi vultum. Tolerari hoc potest, quoniam mortale peccatum non est tondere vnam barbam, quoniam pauciſſimo tempore hoc fit.

¶ Dubium vnum non dissimulandum restat, an opera in festo licita, reddantur illicita ex hoc quod fiunt mercenariè seu propter lucrum. Apparẽt enim rationes cõtrariæ. Nam quòd reddantur illicita, probatur ex hoc quòd quæcunque opera fiunt mercenariè, fiunt seruiliter, quoniam fiunt propter aliũ, scilicet dantem mercedem. Liber enim in hoc differt à seruo, q̃ liber sui causa est, vt dicitur in procemio Metaphysic. seruus autem non. Opera autem seruilia sunt illicita die festo. Et cõfirmatur ex ratione literæ. Nam ideo opera ex suo genere seruilia licita esse in festo concluſum est ratione necessitatis, aut imminentis damni: quia transeunt tunc in cõmune dominis & seruis: ergo econtra opera communia vel libera illicita esse debent in festo, si transeunt in seruilia. Et quia quæcunque ratione necessitatis aut imminentis damni fiunt mercenariè, ex hoc ipso quòd fiunt mercenariè, transeunt in seruilia: ideo consequens est vt omnia huiusmodi quæ mercenariè in festo fiunt, illicitè fiant, in oppositum autem est, quia nemo cogitur gratis operas suas impendere ei qui potest mercedem reddere. Constat autem quòd necessariis in festo seruitijs pro salute corporis, vel propter imminens damnũ, cogerẽtur homines gratis seruire, si non possent absq; peccato propter mercedem seruire. Et ex hoc vlterius sequeretur, quod inuenirentur nunquam aut raro seruitores pro huiusmodi: quoniam omnes quærunt naturaliter quæ sua sunt, & raræ est virtutis alieno studere bono.

¶ Ad hoc dubiũ à quibusdam dicitur, q̃ si quis seruiat seu operetur in festo principaliter propter mercedẽ seu lucrum, illicitè agit. Si autẽ principaliter facit vt seruiat homini patienti necessitatẽ seu periculum, secundario autem propter lucrum, non peccat. Et simile datur iudicium de operibus liberis quę fiunt mercenariè, vt docere, studere, & huiusmodi. Secundum enim dictam distinctionem hæc omnia & similia licita vel illicita iudicant. Mihi autem altius ordiendo aliter dicendum videtur, præmittendo duo. Primo, q̃ spes lucri non reddit opus ex non seruili seruile. Probatur, quia cum lucri spes maximè inueniatur, & quasi per se primò in negotiatione, quoniam negotiatio directè ordinatur ad lucrum: consequens esset quòd negotiatio esset opus seruile, quod constat esse falsum: quia negotiari est liberorum, qui

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum conuenienter tradatur quartum præceptum de honoratione parentum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̃ incõuenienter tradatur quartum præceptum de honoratione parentum. Hoc enim est præceptum, quod pertinet ad pietatem. Sed sicut pietas est pars iustitiæ, ita etiã obseruantia & gratia & alia de quibus dictum est *: ergo videtur quod non debuit dari speciale præceptũ de pietate, cum de aliis nõ detur.

3.dist. 37. art. 2. q. 2.

Quæ. 101 & 102.

¶ 2 Præterea, Pietas non solum exhibet cultum parentibus, sed patriæ, & etiam aliis sanguine coniunctis, & patriæ beneuolis, vt suprà dictum est *. Inconuenienter ergo in hoc quarto præcepto fit mentio solum de huiusmodi honoratione patris & matris.

Quæ 101, arti. 1.

¶ 3 Præterea, Parentibus non solum debetur honoris reuerentia, sed etiam sustentatio. ergo insufficienter sola parentum honoratio præcipitur.

¶ 4 Præterea, Cõtingit q̃nq; q̃ ij qui honorant parentes, citò moriuntur: & ecõtrario, qui parentes non honorant, diu operari mercenariè. Nam operari seruiliter non est seruus quicquid operatur, dño operatur. Operari autẽ mercenariè, est operari propter se. Nam mercenarius operatur principaliter propter mercedẽ sibi ipsi necessariã aut vtilem. Repugnãt ergo adinuicẽ operari seruiliter & operari mercenariè: quia seruo non redditur merces aliqua, mercenario autem oportet mercedem reddi: ac per hoc ille non propter se, iste propter se principaliter operatur. Non redditur ergo opus seruile ex hoc q̃ sit propter mercedem, cum seruile opus sit quod proprium est seruorũ, ad quod seruos deputatos habemus. Tertio, quia licet opus mercenarium in hoc assimiletur seruili, quòd ipsum opus, quod quis propter mercedem facit, operatur propter alium, puta, arat agrum alterius, suit vestem alterius, &c. veruntamen si resoluatur totum opus mercenarium in suas partes, apparebit q̃ non est seruile. Ex duobus siquidem constat, scilicet ex vinculo mercedis, & operari ad alium. Sed ex operari ad alium constat quod non est seruile: quia contingit operari ad alium non seruiliter, puta gratis. Et vinculum mercedis distinguitur cõtra vinculum seruile: quia vinculũ seruile est per dominũ, vinculum autẽ mercedis est propter seipsum. Non fit ergo operari ad aliũ opus seruile nisi ex vinculo seruili, si ex suo genere non est opus seruile. Minus ergo bene distinxerunt quidam opus seruile in formaliter & materialiter seruile pones finem lucri seu mercedis: quoniam hæc impertinentia sunt ad seruilia opera. Propter quod diuinum Autoris ingenium nunquam in tertio sententiarum aut hic, tractans de seruilibus operibus, meminit lucri aut mercedis.

¶ His præmissis, quoniã vniuersale ex singularibus colligendũ seu abstrahẽdum est, intuendũ est quid obseruatio Christiani populi absq; scrupulo conscientiæ habeat. Musici in primis locãt operas suas præcipuè pro diebus festis in pulsandis organis in Ecclesia: Doctores illustres locant operas suas ad legẽdum diebus festis lectionẽ publicam, vel Astrologiæ, vel moralẽ, vel Theologiæ, vel aliã huiusmodi, vt patet Romæ, Parisiis, Paduæ: & ita debet esse in aliis studiis. Musici iterũ & coqui locant operas suas diebus festis cum nuptiæ celebrantur, vt patet. Aduocari & procuratores locant operas informãdo in causis diebus festis, vt patet Romæ. Medici, minutores, & huiusmodi, ita pro mercede operãtur diebus festis sicut in aliis. Nautæ similiter. Et breuiter manifestè absque tergiuersatione aliqua liquet q̃ operantes in diebus festis opera quæ reputantur licita in illis diebus, eadẽ intentione vt pacta, & conuentiones, & conditiones seruitiorũ testantur, eadẽ, inquam, intentione operantur, qua aliis diebus illa operãtur, scilicet propter mercedẽ. Et cum hæc, vtpote notoria, constent, & absque scrupulo fiant, colligendum est vniuersale, Quòd scilicet opera quæ licitè possunt in festo fieri, siue propter cõsuetudinem, siue propter necessitatẽ corporalis salutis, siue propter imminẽs damnũ, siue ex suo genere, possunt licitè fieri propter mercedẽ, seu mercenariè, sicut aliis diebus fiunt mercenariè quo ad intẽtionem mercedis. Vbi scito q̃ in his operibus, quæ licitè fiunt in festo, duplex inuenitur finis, alter operis, alter operãtis. Verbi gratia, Finis seu ratio operis in minutore, est adiuuare naturã hominis egentis minutione. In Doctore, est illuminare intellectum. In musico, delectare vel solennizare diuinum cultum, & sic in aliis. Finis autẽ seu ratio operantis est mercesita q̃ ij qui in festo operantur, pro ratione operis habent necessitatẽ vel imminens periculũ, vel genus operis p se licitum, vel consuetudinem, & si quid est eiusmodi. Pro ratione autem applicandi se ad illa opera, habent mercedem. Ideo nanque Ioãnes paratus est locare operas suas in festo ad coquendum, & non ad arandũ: quia coquere est de consuetudine licitum, arare autẽ non: & ideo applicat se ad locandum operas suas ad coquendum, quia indiget pecunia, quæ erit eius merces. Et si non indigeret, sine dubio non locaret suas operas neque in festo, neque in aliis diebus, sed viueret vt nobilis dominus. Ista est cõmunis dispositio & intentio operantium tam in festo quàm extra. Et, vt ex consuetudine & ratione apparet, nullum hic peccatum interuenit. Ex eo nanque q̃ opus facio cõcessum in die festo, non pecco. Ex eo vero quòd ad opus illud me applico, vt subueniam meæ indigentiæ, nulla deformitas apponitur, nihil contra finem festi facio: quoniã non minus abstrahor à diuinis, faciendo illudmet opus absque mercede, quàm propter mercedem. Nihil facio contra id quod vetitum est præcepto festi, quia non propterea opus illud afficitur seruilitate, vt probatum est. Cur ergo peccatum hic timetur, vbi nulla culpæ ratio inuenitur? Vnde ad dubium motum dicitur, quòd opera non sunt neq; fiunt seruilia, ex eo quod fiunt mercenariè, vel propter lucrum, tãquam propter finem principalem applicandi se ad opus, sed dicitur seruilia ex suo genere, vt sunt opera mechanica, ad quę seruos deputatos habem⁹, vt Autor docuit. Et propterea secta obiectio nihil obstat, neque primaaliud concludit quàm quòd opera mercenaria habent aliquid de seruili: quia scilicet operantur propter alterum. Sed hoc non sufficit ad opus seruile propriè dictum: quia exigit vel quòd sit ex seruili vinculo, vel q̃ sit opus mechanicum: quod tamen in multis casibus trãsit in commune & licitum in festo: & propterea quando iam exiuit à seruilitate, & transit in commune aut licitum, nõ redit in seruilitatem ex hoc solo quod sit propter aliud, aut mercenariè: quoniam neutrũ horum nec vtrunque simul constituit seruilitatem, vt probatum prius est.

Super

viuunt. Incõuenienter ergo redditur huic præcepto hæc promissio, vt sis longæuus super terram.

¶ IN CONTRARIVM est sacræ scripturæ autoritas.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd præcepta Decalogi ordinãtur ad dilectionẽ Dei & proximi. Inter proximos autẽ maximè obligamur parentibus. Et ideo immediatè post præcepta ordinantia nos in Deum, ponitur præceptum ordinans nos ad parentes, qui sunt particulare principium nostri esse, sicut Deus est vniuersale principium. Et sic est quædam affinitas huius præcepti ad præcepta primæ Tabulæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut suprà dictum est *, pietas ordinatur ad reddendum debitum parentibus: quod communiter ad omnes pertinet. Et ideo inter præcepta Decalogi quæ sunt cõmunia, magis debet poni aliquid pertinens ad pietatem, quàm ad alias partes iustitiæ, quæ respiciunt aliquod debitum speciale.

9.101. ar. 1. & 2.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ per prius aliquid debetur parẽtibus quàm patriæ & cõsanguineis: quia per hoc quod sumus nati à parentibus, pertinent ad nos & consanguinei & patria. Et ideo cum præcepta Decalogi sint prima præcepta legis, magis ordinatur homo per ea ad parentes quam ad patriã vel ad alios consanguineos: nihilominus tamen in hoc præcepto, quod est de honoratione parentum, intelligitur mãdari quicquid pertinet ad reddendum debitum cuicunque personæ, sicut secundarium includitur in principali.

¶ Ad tertium dicendum, quòd parentibus, inquãtum huiusmodi, debetur reuerentiæ honor. Sed sustentatio & alia huiusmodi debentur eis ratione alicuius accidentis: puta, inquantum sunt indigentes vel seruj, vel aliquid huiusmodi, vt suprà dictum est *. Et quia quod est per se, prius est eo quod est per accidens: ideo inter prima etiam præcepta legis, quæ sunt præcepta Decalogi, specialiter præcipitur honoratio parentum. In quo, sicut in quodam principali, intelligitur mandari & sustẽtatio, & quicquid aliud parentibus debetur.

9.101. ar. 1.

¶ Ad quartũ dicendũ quod longæuitas promittitur honorãtibus parẽtes non solùm quantũ ad futurã vitã, sed etiam quantum ad præsentẽ, secundũ illud Apostoli 1. ad Timoth. 4. Pietas ad omnia vtilis est, promissionẽ habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Et hoc rationabiliter. Qui enim est gratus beneficio, meretur secundũ quandã congruentiã, vt sibi beneficiũ cõseruetur. Propter ingratitudinẽ autẽ meretur aliquis beneficiũ perdere: Beneficiũ autẽ vitæ corporalis post Deũ à parentibus habemus. Et ideo ille, qui honorat parentes quasi beneficio gratus, meretur vitæ conseruationem: qui autẽ non honorat parẽtes, tanquã ingratus meretur vitã priuari. Quia autẽ præsentia bona vel mala non cadunt sub merito vel demerito, nisi inquantum ordinãtur ad futuram remunerationem, vt dictũ est *: ideo quandoq; secundum occultam rationem diuinorum iudiciorum, quę maximè futuram remunerationem respiciunt, aliqui qui sunt pij in parentes, citius vita priuantur: alij verò qui sunt impij in parentes, diutius viuunt.

2.q.104. art. 10.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum alia sex præcepta Decalogi conuenienter tradantur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd alia sex præcepta Decalogi inconuenienter tradãtur. Non enim sufficit ad salutẽ, quod aliquis proximo suo non noceat, sed requiritur, quod ei debitum reddat. secundum illud ad Rom. 13. Reddite omnibus debita. Sed in sex vltimis præceptis solum prohibetur nocumentum proximo inferendum: ergo inconuenienter prædicta præcepta traduntur.

3.dist. 37. art. 2. q. 2.

¶ 2 Præterea, In p̃dictis præceptis prohibent̃ homicidiũ, adulteriũ, furtũ, & falsũ testimoniũ. Sed multa alia nocumẽta possunt proximo inferri, vt patet ex iis q̃ suprà determinata sunt *: ergo videt̃ quod incõueniẽter sint tradita huiusmodi p̃cepta.

Quæ. 64. & sequẽtibus.

¶ 3 Præterea, Cõcupiscẽtia dupliciter potest capi: vno modo, secundũ quod est actus volũtatis, vt dicitur Sap. 6. Cõcupiscẽtia sapiẽtiæ perducit ad regnum perpetuũ: alio modo, secundũ quod est actus sensualitatis, sicut dicit Iac. 4. Vnde bella & lites in vobis? nonne ex cõcupiscentiis, q̃ militant in mẽbris vestris? Sed p præceptũ Decalogi nõ prohibet̃ concupiscẽtia sensualitatis: ga secundũ hoc primi motus essent peccata mortalia, vtpote cõtra præceptum Decalogi existẽtes. Similiter etiã non prohibet̃ cõcupiscentia voluntatis: qa hæc includitur in quolibet præcepto: ergo inter præcepta Decalogi inconuenienter ponuntur quædam concupiscentiæ prohibitiua.

¶ 4 Præterea, Homicidiũ est grauius peccatũ quàm adulteriũ vel furtũ. Sed non ponitur aliquod præceptum prohibitiuum cõcupiscentiæ homicidij. ergo inconuenienter ponuntur quædam præcepta prohibitiua concupiscentiæ, furti, & adulterij.

¶ Super Quæstionis centesimæ vigesimæ tertiæ Articulum primum.

IN quæst. 123. incipit 6. pars huius libri in qua tractatur de fortitudine. Occurrit autẽ in hoc tractatu, & sequẽti de tẽperãtia nouus S. Thom. impugnator doctor Parisien. qui ex proposito duos libros edidit p modũ quæstionũ, alterũ de fortitudine, alterũ de tẽperantia: conatus quæ, vt audio, quantũ potest diẽta Autoris impugnare, propter quod decreui obiecta eius referre, & eum diui Thomæ auxilio solu ere, solidã eius doctrinam clarificando.

¶ In

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA TERTIA, de Fortitudine, in duodecim articulos diuisa.

CONSEQVENTER post iustitiam considerandum est de fortitudine. ¶ Et primò, de ipsa virtute fortitudinis. ¶ Secundò, de partib⁹ eius. ¶ Tertiò, de dono ei correspondente. ¶ Quartò, de præceptis ad ipsam pertinentibus. ¶ Circa fortitudinem autem considerada sunt tertia. ¶ Primò, quidem, de ipsa fortitudine. ¶ Secũdò, de actu præcipuo eius, scilicet martyrio. ¶ Tertiò, de vitiis oppositis. ¶ Circa primum quæruntur duodecim. ¶ Primò, vtrum fortitudo sit virtus. ¶ Secundò, vtrum sit virtus specialis. ¶ Tertiò, vtrum fortitudo sit solum circa timores & audacias. ¶ Quartò, vtrum sit solum circa timorem mortis. ¶ Quintò, vtrum sit solum in rebus bellicis. ¶ Sextò, vtrum sustinere sit præcipuus actus eius. ¶ Septimò, vtrum operetur propter propriũ bonum. ¶ Octauò, vtrum habeat delectationem in suo actu. ¶ Nonò, vtrum fortitudo maximè consistat in repentinis. ¶ Decimò, vtrum vtatur ira in sua operatione. ¶ Vndecimò, vtrum sit virtus cardinalis. ¶ Duodecimò, de comparatione eius ad alias virtutes cardinales.

Infrà art. 3. & 4. cer. & q. 11. ar 2. cer. Et 3. dist. 33. q. 3. art. 1. q. 1. cer. & opusc. 42. lib 4. ca. 17. et. psal. 17. Eth. lect. 18. fi. * 1. 2. q. 57. & 62.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum fortitudo sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd fortitudo non sit virtus. Dicit enim Apostolus 2. ad Corin. 11. Virtus in infirmitate perficitur: sed fortitudo infirmitati opponitur. ergo fortitudo non est virtus.

¶ 2 Præterea, Si est virtus, aut est theologica, aut intellectualis aut moralis: sed fortitudo neq; continẽt inter virtutes theologicas, neque inter intellectuales, vt ex suprà dictis * patet

tet, neq; videtur esse virtus moralis: qa vt Philos. dicit in 3. Ethic.* vident' aliqui esse fortes ꝓpter ignorantiā, aut propter experientiā, sicut milites, q̄ magis pertinent ad artē, quàm ad virtutē moralem. Quidā etiā dicūtur esse fortes ꝓpter aliquas passiones, puta, propter timorē cōminationū vel dehonorationis, aut etiā propter tristitiā vel iram, seu spē. Virtus autē moralis non operatur ex passione, sed ex electione, vt suprà habitum est*, ergo fortitudo non est virtus. *(cap.6. & sequētib°. tom.5.)*

¶ 3 Præterea, Virtus humana maximè consistit in anima, est enim bona qualitas mentis, vt suprà dictum est*. Sed fortitudo videtur consistere in corpore, vel saltem corporis complexionem consequitur: ergo videtur quòd fortitudo nō sit virtus. *(1.2.q.55. art.4.)*

¶ SED CONTRA est, quod Aug. in lib. de Moribus Ecclesiæ* fortitudinē inter virtutes enumerat. *(Cap.15. & 22. tom.1.)*

¶ RESPONDEO dicendū, quod secundū Philosophū in 2. Ethic.* virtus est q̄ bonū facit habentē, & opus eius bonū reddit: vnde virtus hominis, de qua loquimur, est q̄ facit bonū hominē & opus eius bonū reddit. Bonū autem hominis est secundū rationem esse, secundū Dio. 4. cap. de Diui. no.* Et ideo ad virtutē humanā pertinet, vt bonū faciat hominē, & opus eius secūdū rationē esse. Quod quidē tripliciter cōtingit. Vno modo, secūdū quod ipsa ratio rectificat', quod fit per virtutes intellectuales. Alio modo, secūdum ꝙ ipsa rectitudo rationis in reb° humanis instituit': quod pertinet ad iustitiā. Tertio modo, secundū ꝙ tollūtur impedimēta huius rectitudinis in reb° humanis ponēdæ: dupliciter autem impeditur volūtas humana, ne rectitudinē rationis sequatur, vno modo per hoc ꝙ trahitur ab aliquo delectabili ad aliquid aliud quàm rectitudo rationis requirat: & hoc impedimentū tollit virtus temperantiæ. Alio modo per hoc quod volūtatem repellit ab eo, quod est secundū rationē propter aliquod difficile, quod incumbit. Et ad hoc impedimentum tollēdum requiritur fortitudo mentis, qua scilicet huiusmodi difficultatibus resistat: sicut & homo per fortitudinem corporalem impedimenta corporalia superat & repellit: vnde manifestum est, ꝙ fortitudo est virtus, inquantum facit hominem secundum rationem esse. *(Cap.6. tom.5.) (part.4.)*

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ virtus animæ non perficitur in infirmitate animæ, sed in infirmitate carnis, de qua Apostolus loquebatur, hoc autē ad fortitudinem mentis pertinet, quòd infirmitatem carnis fortiter ferat, quod pertinet ad virtutē patientiæ vel fortitudinis: & ꝙ homo propriam infirmitatem recognoscat, quod pertinet ad perfectionem, quæ dicitur humilitas.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ exteriorē virtutis actum quandoq; aliqui efficiūt, non habentes virtutē ex aliqua alia causa quàm ex virtute. Et ideo Philos. in 3. Ethic.* ponit quinq; modos eorū qui similitudinariè dicūtur fortes, quasi exercentes actū fortitudinis præter virtutē. Quod quidē contingit tripliciter. Primò quidē, quia ferunt' in id quod est difficile ac si nō esset difficile: quod in tres modos diuiditur. Quādoq; enim hoc accidit ꝓpter ignorātiā, qa scilicet homo nō percipit magnitudinē periculi. Quandoq; hoc accidit ꝓpter hoc quod homo est bonæ spei ad pericula vincēda, puta, cū expertus est se sæpe pericula euasisse: qn̄q; autē hoc accidit propter scientiam & artē quandā, sicut cōtingit in militib° q propter peritiā armorū & exercitiū, non reputant grauia pericula belli, æstimātes se per suam artem posse contra ea defendi: sicut Vegetius dicit in libro de Re militari, Nemo facere metuit quod se bene didicisse cōfidit. Alio modo agit aliquis actū fortitudinis sine virtute, ꝓpter impulsum passionis siue tristitiæ, quam vult repellere, vel etiā iræ. Tertio modo ꝓpter electionē, nō quidem finis debiti, sed alicuius tēporalis cōmodi acqrēdi: puta honoris, voluptatis, vel lucri vel alicuius incommodi vitandi, puta, vituperij, afflictionis, vel damni. *(Cap.8. tom.5.)*

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ ad similitudinē corporalis fortitudinis, dicitur fortitudo animę, quæ ponitur virtus, vt dictum est*: nec tamen est contra rationem virtutis quòd ex naturali complexione aliquis habeat naturalem inclinationē ad virtutem, vt suprà habitum est*. *(in solut. ad 1.) (1.2.q.63. art 1.)*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum fortitudo sit virtus specialis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ fortitudo nō sit specialis virtus. Dicit' enim Sap. 8. ꝙ sapientia sobrietatem, & prudentiā docet, iustiam & virtutē, & ponitur ibi virtus pro fortitudine. Cum ergo nomen Virtutis sit cōmune omnibus virtutibus, videtur quòd fortitudo sit generalis virtus.

¶ 2 Præterea, Ambr. dicit in 1. de Offic*. Non mediocris animi est fortitudo, quæ sola defendit ornamenta virtutum omnium, & iudicia custodit, & quę inexpugnabili prælio aduersus omnia vitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus voluptates, auaritiam fugat tanquam labem quādam, quæ virtutem effœminet, & idem postea subdit de aliis vitiis. Hoc autem non potest conuenire alicui speciali virtuti: ergo fortitudo est generalis virtus. *(*cap.39. tom.1.)*

¶ 3 Præterea, Nomē fortitudinis à firmitate sumptum esse videtur. Sed firmiter se habere pertinet ad omnem virtutem, vt dicitur in 2. Ethic*. ergo fortitudo est virtus generalis. *(*cap.4. tom.5.)*

¶ SED CONTRA est, quod 22. Moral. Greg*. connumerat eam aliis virtutibus. *(*cap.1.)*

¶ RESPONDEO dicendū, quòd sicut suprà dictum est*, nomen Fortitudinis dupliciter accipi potest. Vno modo secūdū quod absolutè importat quādā animi firmitatē: & secundū hoc est generalis virtus, vel potius cōditio cuiuslibet virtutis: quia sicut Philosophus dicit in 2. Ethic*. ad virtutē requiritur firmiter & immobiliter opari. Alio modo potest accipi fortitudo, secundū ꝙ importat firmitatē animi in sustinēdis & repellendis iis, in quibus maximè difficile est firmitatē habere, scilicet in aliquibus periculis grauibus. vnde Tullius dicit in sua Rhetorica*, ꝙ fortitudo est cōsiderata periculorū susceptio, & laborū ppessio. Et sic fortitudo ponit' specialis virtus, vtpote materiā determinatā habēs. *(*1.2.q.61 art.3. & 4. & q.65. art.1.) (*cap.4.) (Lib.1. de inuent. fol.3. ante finē lib.)*

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ secundū Philosophū in primo de cœlo* nomen virtutis refertur ad vltimū potētiæ. Dicitur autē vno modo potētia naturalis, secundū quā aliquis potest resistere corrūpentib°. Alio modo secundum quod est principiū agendi, vt patet in 5. Metaph*. Et ideo quia hæc acceptiò est cōmunior, nomen virtutis secundum ꝙ importat vltimū talis potētiæ, est cōmune. Nam virtus cōmuniter sumpta nihil aliud est quàm habitus, quo quis potest bene operari. Secundū autē ꝙ importat vltimū potentiæ primo modo dictæ, qui quidem est modus magis specialis, attribuitur speciali virtuti, scilicet fortitudini, ad quam pertinet firmiter cōtra quæcunque impugnantia stare. *(Text.116. tom.2.) (Tex.17. tom.3.)*

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ Ambrosius accipit fortitudinē largè, secundum ꝙ importat animi firmitatem respectu quorumcunq; impugnantiū. Et tamen etiam secundū quod est specialis virtus habēs determinatā materiā, coadiuuat ad resistendum impugnationibus omniū vitiorū. Qui enim potest firmiter stare in iis quæ sunt difficillima ad sustinendum, cōsequens est quòd sit idoneus ad resistendum aliis, quæ sunt minus difficilia.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ obiectio illa procedit de fortitudine primo modo dicta.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum fortitudo sit circa timores & audacias.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ fortitudo nō sit circa timores & audacias. Dicit enim Greg. 7. Mora*. Iustorū fortitudo est carnē vincere, propriis voluptatibus cōtraire, delectationē præsentis vitæ extinguere. Ergo fortitudo magis videt' esse circa delectationes q̄ circa timores & audacias. *(*cap.9.)*

¶ 2 Præterea, Tulli° dicit in sua Rheto*. quod ad fortitudinē pertinet susceptio periculorum & perpessio laborum. Sed hoc non videtur pertinere ad passionem timoris vel audaciæ, sed magis ad actiones hominis laboriosas, vel ad exteriores res periculosas: ergo fortitudo non est circa timores & audacias. *(Lib.2. de inuent. f.1. ante fin. libri.)*

¶ 3 Præterea, Timori non solum opponitur audacia, sed etiam spes, vt suprà habitum est*, cum de passionibus ageretur: ergo fortitudo nō magis debet esse circa audaciam quàm circa spem. *(* 1.2.q.45. art.1. ad 1.)*

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 2.* & 4.* Ethic. quòd fortitudo est circa timorem & audaciā. *(Cap.6. tom.5.) (*cap.9.)*

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut suprà dictū est*, ad virtutē fortitudinis ptinet remouere impedimentū, quo retrahit' volūtas à sequela rationis. Quod aūt aliquis retrahat' ab aliquo difficili, *(Art.1. huius q.)*

¶ In primo igitur art. huius quæst. dubiū occurrit ex dicto doctore qui vocat' Martinus de Magistris (cuius superius in tractatu de odio & inuidia corrigēdo meminimus) circa rationē redditā in corpore art. ad ostendendū quòd fortitudo est virtus, quia scilicet tollit impedimēta abducētia volūtatē à rectitudine rationis, arguit siquidē cōtra hoc prima sua quæst. sex mediis. Primò sic. Omnis virt° moralis habet ponere rectitudinem in operib° humanis. Igitur fortitudo nō est præcisè virtus ex hoc ꝙ tollit impedimēta rectitudinis ponēdæ in operib° humanis. Antecedens probat' inductiuè sic, rectitudo ista, scilicet, pugnandū est contra hostē oppugnantem ciuitatē ponenda est ab aliqua virtute morali, & nō à prudētia, nec tēperantia, nec iustitia, ergo à fortitudine. Similiter, rectitudo ista, abstinendū est ab vxore aliena, ponēda est, & nō à iustitia, nec fortitudine, ergo à tēperantia, de iustitia verò nō oportet probare quod sit positiua rectitudinis, quia in litera Autor fatetur, & nō sunt plures morales virtutes: quia prudētia est virtus intellectualis. ergo, &c. Secundò, Omnis causa cui cōuenit operatio & remotio impedimenti magis debet denominari ab operatione quā à remotione impedimēti. Virtus est huiusmodi, ergo. Tertio, Rectitudo rationis potest poni in operibus humanis tam si sint ad alterum, quàm si sint ad se. Sed iustitia ponit rectitudinē in iis q̄ sunt ad alterū. ergo aliæ virtutes ponūt rectitudinē in iis, quæ sunt ad se. Quartò, autoritate Aris. in 1. Rhe. diffiniēdo virtutē dicēdo, quòd est potētia benefactiua. Quintò, Stante æquali periculo & æquali actu in contemnendo periculū, adhuc vnus potest fortius facere quàm alter. Et nō nisi ratione actus humani, in quo ponitur rectitudo rationis: ergo fortitudo habet ponere rectitudinē in operib° humanis. Sextò, Sublato impedimēto tali, ponit' rectitudo, aliter sublatio impedimenti esset otiosa. Sed huiusmodi rectitudo non ponitur per tēperantiā, neq; per iustitiam, vt patet. Ergo per fortitudinē.

¶ Ad horū euidentiā recolenda est doctrina in præcedēti lib. habita, scilicet quod volūtas humana ex sua natura determinata est ad rōnis bonū in operibus humanis, quæ sunt ad se: ita ꝙ non eget in seipso virtute aliqua ad hoc. Et ratio est, quia inclinatur naturaliter in propriū bonū suppositi sui, & qa non inclinatur naturaliter in bonū alterius: ideo eget voluntas virtute aliqua in semetipsa voluntate ad hoc ꝙ rectè velit bonū alterius, & propterea iustitia q̄ perficit in operibus ad alterū, est in voluntate. Fortitudo autē & tēperātia q̄ perficiunt humanos actus in ordine ad ipsum operantē, non sunt in voluntate, sed in appetitu sensitiuo, vt rationalis tamen est p participationem, vt patet ex 3. Ethic. in principio. ca. de Temperantia, ex hac nāq; radice pullulat ꝙ volūtas quātū est ex parte sua est rectè electiua, tam in iis quæ sunt tēperantiæ, quàm iis quæ sunt fortitudinis. Et nisi ex moribus appetitus sensitiui, scilicet timore & audacia impediretur voluntas, ipsa voluntas recta rōne regulata absq; habitu fortitudinis rectitudinē poneret in operibus humanis, q̄ sunt fortitudinis. Sed quoniā impeditur ex huiusmodi passinibus, ideo opus est fortitudinis habitu in appetitu sensitiuo. Ita ꝙ habitus fortitudinis habet duo officia ꝓpria. Alterū respectu superioris, scilicet voluntatis, & hoc est tollere impedimenta rectę electionis: tum quia voluntas exercere debet electionē rectā elgiendo mediū, seu moderamē in passionibus timoris & audaciæ respectu periculorū mortis: tū qa passiones immoderatæ mouent voluntatē ad malè eligendū: tum qa electio recta debet participari in ipso appetitu sensitiuo, & cōstat ꝙ participari nequit in susceptiuo impedito p immoderatas passiones. Alterū respectu sui subiecti in quo est. Et hoc est reddere ipsum firmū ac potentē ad prompte & faciliter moderandum timorē, & audaciā instantib° periculis mortis bellicæ. Tertiū autē officium, scilicet directe rectitudinē ponere in operib° exteriorib° fortitudinis, officiū est principaliter volūtatis rectè eligentis & vtentis omnib° virib° humanis. Secundariò aūt, & inquātū pēdent huiusmodi opa & earum rectitudo ex passionib° appetit° sensitiui, scilicet timoris & audaciæ, est act° à fortitudine emanās, ita ꝙ virtus fortitudinis, si rectè pspiciat', est in primis causa rectæ electionis, quæ est à voluntate, nō eiiciēdo illā, sed impedimēta illius tollēdo. Est deinde causa p modū habitus elicitiuè, scilicet in appetitu sensitiuo participatæ electionis moderatę & timēdi & audēdi ī periculis. Est demū ex vtroq; officio diuersimodè causa rectitudinis ponēdæ in exteriorib° operibus instantibus periculis mortis.

¶ Ad primū ergo argumentū dicit' cū duplici distinctione, vt clarior sit doctrina. Prima est, ꝙ ly ponere rectitudinē, cōtingit nō vno modo, sed multis, scilicet vel directè causando illā, vel tollēdo impedimēta illius: & rursus principaliter, vel secūdariò. Secunda dis. est ꝙ ly in operib° humanis pōt dupliciter intelligi. Primo, pro omnibus operib° humanis partis appetitiuæ & executiuæ necessariis ad opus illius virtutis. Secundo, p quibusdā tantùm passionibus. Iuxta has distinctiones dicitur primò ꝙ cū in litera Autor ponit differētiā inter officiū iustitiæ, & aliorum moraliū, scilicet fortitudinis & tēperātiæ, locutus est de ponere seu facere rectitudinem, directè causando illā. Et similiter locutus est de operibus humanis omnibus, non his vel illis, per se tamen cōcurrentibus ad opus virtutis. Ita ꝙ sola iustitia inter morales virtutes est directè effectiua rectitudinis in omnib° humanis operibus cōcurrentibus ad opus suæ virtutis: qa ipsa sola est elicitiua rectæ electionis, & medij in operibus humanis. Hæc siquidē duo ponūtur in diffinitione virtutis moralis in 2. Ethic. dū dicit' ꝙ virtus est habitus electiuus in medietate cōsistēs. fortitudo aūt & tēperātia, nō sunt directe causatiuæ electionis rectæ, qa sunt in appetitu inferiori, sed causatiuæ illius alio modo, scilicet tollēdo impedimēta illius. Et hic est verus & planus literæ sensus. Cōtra quē si argumēta tendant, facile ordinate soluuntur. Et primi siquidē antecedēs distingue: qa si intelligit de ponere rectitudinē quouis mō, verū est, & nihil cōtra Autorē dicit, qa fortitudo ponit rectitudinē in operib° humanis tollēdo impedimēta illius, & passiones directe modificās. Si aūt intelligit de ponere rectitudinē, & de operib° omnib° humanis cōcurrētib°, falsum est. Et ad ꝓbationē inductiuā, cū dicit' ponere rōnis rectitudinē in hoc ope. pugnandū est cōtra hostē ciuitatē oppugnātē, nō pertinet ad iustitiā, &c. rn̄detur ꝙ rectitudo ista spectat nō ad vnā, sed ad plures morales virtutes: qa pro quāto pugna est act° ad alterū, hoc est, ad hostē cōtra quē fit, rectificanda est à iustitia. Et ꝓpterea oportet bella esse iusta. Pro quāto verò hō debet in seipso bene moraliter disponi, ptinet ad fortitudinē. Sed nō illo mō, vt scilicet directe causet rectitudinē illā in oībus actib° concurrētibus, sed vt in aliquo causet rectitudinē, tollēdo impedimenta, puta in electione: & in aliquo directe, puta in passionib°: & in aliquo secūdario, puta in opationib° exteriorib°. Et si instet', Ponere directe hm̄oi rectitudinē simpliciter spectat ab aliquā virtutē: ergo. Respōdendū est p interēptionē, qm̄ recta electio talis operis p quāto cedit in ꝓpriū operātis bonū (sic em̄ solū cadit sub fortitudine sola) nulla eget virtute morali directe causatiua illius, sed solū ablatiua impedimētorū eius, & rectificatiua inferioris appetit°. Fallūtur aūt arguētes in hoc ꝙ putāt actū q rectificat' sua virtute, vno tantum modo, scilicet directe, rectificari: cū tamē alio modo cōtingat. scilicet tollēdo impedimēta, vt mōstratū est. Ita ꝙ si rectè perficiat', nō negatur actus huiusmodi rectificari à fortitudine & tēperātia, sed dicitur ꝙ nō vno sed diuersis modis diuersi actus ad id cōcurrētes à fortitudine rectificant'. Quia electio, q̄ est in volūtate, rectificat', vt dictū est, à fortitudine, tollēdo impedimēta. Passiones aūt q̄ sunt in appetitu sensitiuo rectificāt' à fortitudine directe causando earū rectitudinē. Opera autē exteriora pro quanto ex passionibus pendent, secundariò rectificat fortitudo, directe tn̄. Quo ad principale verò eorum rectificatiuū, quod est voluntas eligens & vtens, cōcurrit fortitudo tollēdo impedimenta. Et sic fortitudo omnia cōcurrentia rectificat sed nō omnia directe, qa nō est opus. Quia. quædā, scilicet actus volūtatis requisiti habent directe rectificatiuū eorundē longe excellētius, scilicet inclinationē naturalem voluntatis in rationis bonū ꝓpriū supposito. Ex hoc em̄ ꝙ habitus imitat' naturā, dum inclinat p modū naturæ, & cōsuetudo dicitur altera natura, euidenter patet, ꝙ inclinatio naturæ præeminet omni habitui.

¶ Ad secundū dicit' etiā cum distinctione, ꝙ causa est duplicis ordinis. Quædā ordinata immediate ad propriā operationem: vt calor ad calefaciendum. Quedā immediatè ordinata ad actionem superioris causæ, & mediante illa ad operationem propriā. In primo genere causarū, vera est Maior, ꝙ causa habens operari & tollere impedimenta magis secundū operari, quā secundū tollere impedimenta, iudicāda est. In secundo autem causarum genere nō est vera. Et in prōptu ratio diuersitatis est, quia in istis causis pcipuum est quo respiciunt causam superiorem. In illis verò principale est respicere ꝓpriam opationem. Et propterea in istis causis principalius & immediati° cōsiderat' ablatio impedimentorum superioris causæ, quā facere operationem ꝓpriā, quā mediāte superioris causæ actione causant. hæc ad Maiorem. Ad minorem verò dicitur verum esse ꝙ virtus habet vtrūque scilicet opari & tollere impedimēta, sed nō vno modo quælibet virtus hæc duo habet: qm̄ quædā virtutes sunt velut causæ superioris ordinis, & hæc primo operātur & secundario tollunt impedimenta, vt iustitia facit. Quædā sunt inferioris ordinis, quæ primo ordinant' ad operationem superioris, & mediante illa ad operationem propriā, vt fortitudo & temperantia. Quoniā primo ordinatur quęlibet moralis virtus ad rectam electionē quæ est actus voluntatis. Virtus enim est habitus electiuus 2. Ethic. Et hæc primo tollunt impedimenta rectæ electionis. Ac per hoc participando electionem rectam moderatè operantur, passiones rectificando, & consequenter exteriora opera.

¶ Ad tertium iam patet respōsio, cōcedendo ꝙ fortitudo & temperantia ponunt rectitudinē in operibus humanis q̄ sunt ad se, sed non directè, nec vno & eodē modo in omnibus operib° eius, vt iam bis declaratum est.

¶ Ad quartum conceditur ꝙ virtus & fortitudo est habitus benefactiuus, sed non vno, sed multis modis rectificat diuersos actus concurrentes ad suum beneficium.

¶ Ad quintum gratis conceditur, quòd fortitudo ponit rectitudinem in actibus humanis diuersis modis respectu diuersorum actuum, & non nisi tollendo impedimenta respectu principalis actus, qui est electio.

¶ Et p hoc etiā patet responsio ad sextū. Non enim docemus ꝙ sublatis impedimentis, voluntas non per habitum iustitiæ, sed per naturalē inclinationem iam expeditè ponit rectitudinē in electione sua, & quasi infert rectitudinem in electione participata in appetitu sensitiuo, cooperāte ad hoc virtute fortitudinis, vt patet ex dictis. Stat ergo solidū fundamentū literæ, ꝙ virtus nō vno modo dicitur, & quòd fortitudo ideo virtus est, qa tollit impedimēta rectitudinis rōnis: quoniā hoc est præcipuū, & immediatū suū officiū, & in hoc suo officio cōtinetur reliquum, quod sibi cōuenit, scilicet moderari passiones: quoniā ipsa est in appetitu sensitiuo nō absolutè, sed vt subest volūtati, ac p hoc firmatiua appetitus, vt mouetur à voluntate, & p hoc est moderatrix timoris & audaciæ, vt eligibiles quodāmodo sunt ab appetitu sensitiuo. Nunquā em̄ moderaret' has passiones fortitudo, nisi electionis impedimēta abstulisset. Et p hoc ipsum ꝙ impedimēta rectę electionis aufert, electionis rectæ participatiuum habile cōstituit: vnde reliqua recta sequuntur.

¶ In eodē art. dubiū ex eodem Martino occurrit, circa illud quod in litera dicitur, ꝙ tēperantia tollit impedimenta à delectabili prouenientia. Cōtra, inquit, Perseuerātia pertinet ad temperantiā. & tollit impedimenta prouenientia à cōtristabili, vt patet in 7. Ethic. ergo tēperantia male dicitur tollere impedimēta à delectabili.

¶ Ad hoc dicitur primo, ꝙ cùm temperantia sit circa delectationes & tristitias, vt inferius patebit: quia tamen principaliter est circa delectationes, ideo meritò & verè dictū est, ꝙ tollit impedimenta à delectabili prouenictia. Nihil ergo obstat veritati huius literæ, si etiā secundario impedimenta à tristabili tollat. Secūdo dicitur, quod perseuerantia non est virtus, sed imperfectum quid in genere virtutis, vt inferius patebit. Aliudque est de ea, & aliud de tēperantia iudiciū: qm̄ illius prima materia est tristitia, istius vero principalis materia est delectatio.

¶ In eodē primo art. in responsione ad secundū, dubium occurrit circa hoc, ꝙ contra vere fortes distinguuntur exercētes fortitudinis actū, puta, pugnare propter dānum vitandum vituperij, afflictionis, aut dāni, & est ratio dubij, quia istæ sunt causæ iusti belli, & per hoc pugnando pro his vere fortitudinis actus exercetur.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ cum finis virtutis non sit aliquid inferius ipsa virtute, cùm nihil sit propter vilius se tanquā finem, & omnia bona exteriora sint minus bona quā virtutes ipsæ, quæ sunt interiora animi bona, q̄ nec dari possunt nec auferri ab omnibus, consequens est ꝙ finis fortitudinis non rectè ponatur quodcunq; tēporale bonum: puta honor, voluptas, aut lucrum, & propterea pugnantes pro gloria aut imperio dilatando, quamuis fortissime se habeant, non sunt tamen vere fortes, sed fortibus similes, & quia vitare mala opposita, puta vituperium, tristitia, & dānum, oritur ex amore honorum, quorū priuationes annectuntur malis: ideo eadem ratione non rectè ponitur fortitudinis finis pugnare propter temporale dānum vitandum tanquā propter finem. *(Infra art.6. cor. Et q.126. ar.1. cor. & q.157. ar.1. cor. & q.141. ar.1. cor & ad 2. Et 1.q.21. ar.1. ad 2. & q.95 art.3. ad 1. & 3. dist.33. art.1. Et vir. q.1. art.4. cor. fin. & ar.5. cor.)*

¶ Ad obiectionem autē in oppositum dicitur, quod temporalia bona dupliciter considerantur. Primo absolutè, & sic non excusant bellum. Alio modo vt sunt adminicula virtutum, & sic reddunt iusta bella. Litera autem loquitur quando in ipsis bonis temporalibus constituitur finis. Vnde dicit tertio modo propter electionem non quidem finis debiti, sed alicuius temporalis. Vbi insinuat ꝙ temporale præstituatur vt finis: quod constat esse illicitum, quia debet respici vt ad finem, virtutem scilicet, seu veram felicitatem, quæ est secundum virtutem.

¶ Super Quæstionis centesimætertiæ Articulum tertium.

IN art. 3. eiusdem quæst. omisso secundo, dubium ex eodem Martino occurrit circa cōclusionē literæ, videlicet: Fortitudo est circa timores & audacias quasi cohibitiua timorū & audaciarū moderatiua. Ipse enim q. 4. dicit se contra dictum S. Tho. arguere sex mediis, primo sic, Fortitudo est cohibitiua vtriusq; scilicet timoris & audaciæ. ergo non est timoris cohibitiua & audaciæ moderatiua, probatur antecedens dupliciter. Primò, quia fortitudo habet cohibere, ne timor & audacia insint, aut non continuentur, aut ne exeant in affectū. Secundò ex dictis S. Tho. quia scilicet fortitudinis est remouere impedimēta, &c. cōstat enim ꝙ vtraq; passio impedit. ergo vtraque est

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

est cohibenda. Secundò, Omnis virtus est cohibitiua vitij sibi appositi, fed tã timor quàm audacia opponitur fortitudini: ergo. Tertiò, Fortitudo inclinat ne actus fortis fit audacia, ſicut ne ſit timor: ergo non plus eſt cohibitiua timoris quã audaciæ. Quartò, Moderati audaciã non eſt aliud quã facere vt audeamus quãdo oportet, &c. & nõ aliter: & ſic etiã oportet facere in paſſione timoris. Ergo ſi fortitudo eſt moderatiua audaciæ, eſt & moderatiua timoris. Quinrò, ad hoc q̃ ex audaci fiat fortis, oportet ſibi addere quod deſicit, & ſubtrahere quod ſuperabundat, & ſimiliter ad hoc q̃ ex timido fiat fortis: ergo par eſt ratio vtriuſque. Sextò, ſecundum Ariſt. Inclinatus in vnum vitium debet trãſferre ſe in aliud oppoſitum, vt tandem veniat ad medium, ergo non plus cohibẽdus eſt timor quàm audacia, nec plus moderanda audacia quàm timor.

1.2.q.41. art.3.

In arg.

¶ Ad hoc tria dicenda ſunt. Primum eſt q̃ iſta verba, ſcilicet cohibere & moderari quibus Autor vſus eſt, non ſunt vt diſparata aut compoſita intelligenda, vt iſte bonus homo voluit intelligere. Expreſſe nãq; in hac eadẽ quæſt. Autor vtitur Reſponſionis vocabulo, reſpectu audaciæ, vt patet in art. 6. in corpore: & Moderationis vocabulo reſpectu timoris, vt patet in art. 4. ad 2. Vñ manifeſtum cuilibet eſſe poteſt, q̃ ſecundum ſuã doctrinã fortitudo eſt repreſſiua audaciæ. Conſtat enim q̃ reprimere in idẽ redit q̃ cohibere, & q̃ eſt moderatiua timoris. Nõ eſt ergo cõtra Autoris doct. intellectã, q̃ fortitudo eſt cohibitiua timoris & audaciæ, nec q̃ fortitudo eſt moderatiua vtriuſq;. Ac p hoc totus labor arguẽdi in oppoſitũ contra S. Tho. vanus fuit. Secũdò dicendũ q̃ Autor ,,pprie loquendo, optimè diuerſis illis vocabulis vſus eſt ad inſinuandum q̃ fortitudo maiorẽ habet cõuenientiã cum audacia, quæ animoſitatẽ quandã ſonat. q̃ cum timore, quæ retrocceſſum quandã importat: quoniam fortitudo in animi virilitate cõſiſtit, vt eius nomẽ ſonat. Tertiò dicendũ eſt, q̃ ſi argueſs intendit arguere contra illã comparatiuam. Fortitudo magis eſt cohibitiua timoris acq; audaciæ: facilè reſpondeꝛ, dicẽdo q̃ nunquã hæc cõcluſio conſtaꝛet ex aſſumptis, vt patet ſigillatim. Nã ex hoc q̃ fortitudo eſt cohibitiua vtriuſq; & opponit vtrique, vt mediũ extremis, & excludit vtrunque, & moderatur vtrunque, & q̃ ex trãſitu ex quocũq; extremorũ ad mediũ oporteat addere & ſubtrahere, & inclinatus ad vnum extremum debeat quaſi trãſire in aliud, nõ ſequitur q̃ æqualiter ambo diſtent à medio, aut q̃ æqualiter opponãt medio, vt patet in naturalib⁹. Pallidũ enim eſt inter nigrũ & albũ, & tamẽ non æqualiter opponit̃ vtriq; extremo, nec æqualiter diſtat ab vtroque, licet vtrunq; excludat. Vnde fortitudo magis aſſimilat audaciæ quã timori, licet neuter ei cõſonet: & magis diſtat fortis à timore quàm audacia: & magis contrariatur fortitudini timor quã audacia. Propterea oportet q̃ fortitudo magis ſit cohibitiua timoris quàm audaciæ, vtpote magis contrariæ. Nec hæc egent probatione, quoniã & experientia teſtis eſt, q̃ timor nõ ſolum aufert actus fortes, ſed ſimiles fortibus, quoniam facit fugere. Audacia autem facit actus ſimiles fortibus, dum facit aggredi. Et in 2. Ethic. conſulitur acquiſituro virtutes, vt in extremum ſimilium virtuti declinet. Conſtat nanque quòd ſimilius virilitati animi eſt audere quàm timere. Liquet ergo quòd hæc Martini argumenta vana ſunt vndique.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdẽ artic. dubium ex eodem Martino ibidẽ occurrit, quo ad duo. Primo quo ad id quod ibi dicitur, q̃ timor & audacia ſunt circa idem obiectum, ſcilicet malum. Dicit enim q̃ hoc non videtur ſibi verum: quia licet ſit idem obiectum realiter vtriuſque, eſt tamẽ aliud formaliter: cum quia obiectum timoris formaliter eſt terribile, audaciæ autem eſt auſibile. Iu cuius ſignum Ariſt. 3. Ethic. obiectum fortitudinis ponit terribile & auſibile: cum quia auſibile cõtrarium eſt timendo, vt dicit Ariſt. in 2. Rheto. cum quia auſibile ſecundum quod huiuſmodi, importat rationem boni, timendum verò rationem mali. Secundo quo ad ipſam rationem, quod non ſatisfiat argumento, quia auſibile terrahit à bono fortitudinis, ſicut terribile: & ſpes ſicut audacia, inquantum per ſpem circa auſibile ferimur in ipſum inconſulte, & contra rationis iudicium.

¶ Ad euidentiã horum recolere oportet in precedenti lib. de timore & audacia tractata. Breuiterq; ſciendum eſt q̃ obiectum timoris & audaciæ eſt vnũ & idem materialiter & formaliter ex parte rei, quo ad rationem formalem malitiæ q̃ vtriuſq; obiectũ eſt formaliter malum, ſcilicet ipſa mors ſeu mortis pericula: & manifeſte patet in 3. Ethic. vbi expreſſe vult Ariſt. circa idem verſari timidum & audacem, ſed ille deficiẽdo, iſte expectando, ſed differentia eſt ex parte cognitionis ſeu apprehẽſionis. Cum enim appetitus obiectũ ſit bonum vel malũ apprehenſum, nõ eſt differentia inter malũ q̃d timidus fugit, & malũ quod audax inuadit ex parte mali. Quoniã non ſolum vnum & idem malum eſt obiectum vtriuſq;, ſed etiã eiuſdem quãtitatis. puta, æquale periculũ mortis æqualiter prope ex parte rei. Quod patet ex hoc q̃ reſpectu huiuſmodi æqualis periculi mortis in bello æqualiter prope, fortis bene ſe habet, audax ſuperabundat, & timidus deficit: & non oportet eſſe maius periculum, quod timidus fugit, quàm illud quod audax ſuperat, aut fortis ſubit, vt patet: & eſt ſemp fermo de timendo & auſibili humano. Quod dico propter terribilia humanam virtutẽ excedentia, circa quæ, vt Ariſt. dicit in 3. Ethic. nõ eſt fortitudo: quia fortem dicimus vt hominẽ: ſed differẽtia eſt ex apprehẽſionis, quia idẽ periculũ bellicæ mortis apprehendit̃ ab vno, vt prope exiſtens, & vt magnæ potentiæ ad valde contriſtandum, & nocendum: & ſic habet rationẽ timendi: & ab alio apprehenditur, vt longè exiſtẽs, & vt meabilis ſeu ſeparabilis reſiſtentiæ: & ſic habet rationẽ auſibilis. Probatur autem ita eſſe ex eo quod experimur: quia talia ſunt quæ vt timenda occurrunt, & ſimiliter ad quæ audemus, & ex doctrina Ariſto. 2. Ethic. Vbi pertinet ad rationẽ timoris, q̃ importat receſſum quendã à malo difficultatẽ habẽte, vt ſuprà habitũ eſt*, cùm de paſſionib⁹ ageret. Et ideo fortitudo principaliter eſt circa timores difficiliũ rerũ, quæ retrahere poſſunt voluntatẽ à ſequela rationis. Oportet autẽ huiuſmodi rerum difficiliũ impulſum nõ ſolũ firmiter tolerare, cohibẽdo timorẽ, ſed etiã modera tẽ aggredi: quãdo ſcilicet oportet ea exterminare, ad ſecuritatem in poſterum habendam: quod videtur pertinere ad rationem audaciæ. Et ideo fortitudo eſt circa timores & audacias quaſi cohibitiua timorum, & audaciarum moderatiua.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ Greg. ibi loquitur de fortitudine iuſtorũ ſecundum quod cõmuniter ſe habet ad omnẽ virtutem. Vnde præmittit quædã pertinentia ad tẽperantiã, vt dictũ eſt*. Et ſubdit * de iis quæ pertinẽt ,,pprie ad fortitudinem ſecundum quod eſt ſpecialis virtus, dicens huiuſmodi aſpera pro æternis præmiis amare.

¶ Ad ſecundum dicendũ, quòd res periculoſæ, & actus laborioſi, nõ retrahũt voluntatẽ à via rationis, niſi inquantum timentur. Et ideo oportet q̃ fortitudo ſit immediatè circa timores & audacias, mediatè autem circa pericula & labores, ſicut obiecta prædictarum paſſionum.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ ſpes opponitur timori ex parte obiecti: q̃a ſpes eſt de bono, timor de malo. Audacia aũt eſt circa idẽ obiectum, & opponitur timori ſecũdum acceſſum & receſſum, vt ſuprà dictũ eſt*. Et q̃a fortitudo ,,pprie reſpicit temporalia mala retrahenria à virtute, vt patet p diffiniriõnẽ Tullij* ide eſt q̃ fortitudo ,,pprie eſt circa timorẽ & audaciã, nõ autem circa ſpẽ, niſi inquantum connectitur audaciæ, vt ſuprà habitum eſt* apprehẽſionis diſtinguit̃ formaliter, & q̃a ratio mali ſe tenet ex parte rõnis formaliter ex parte rei, ideo optimè dixit Autor q̃ timor & audacia nõ opponũtur ex parte obiecti, ,,p quãto vterq; eſt reſpectu mali. Sed bene ſic opponũtur timor & ſpes. q̃a iſta eſt reſpectu boni, & ,,pterea diſtinctio formalis ex parte apprehenſionis nihil obſtat literæ, vtpote impertinẽs propoſito: propter hanc enim diuerſitatẽ ex parte apprehenſionis Ariſtot. diſtinguit auſibile & timendum, & dicit eſſe contraria, vt ſecunda inducebat inſtantia.

1.2.q.45. art.1.

** loco cit.*

** art.2. huius q.*

¶ Ad tertiã aũt dicũ, quòd falſum eſt, quòd auſibile inquantũ huiuſmodi habeat rationẽ boni, quoniã non habet rationẽ boni, niſi p aliud adiunctum, ſcilicet bonũ, quod eſt obiectum non audaciæ, ſed ſpei cauſantis audaciam. ¶ Ad id verò quod cõtra ſatisfactionẽ reſpõſionis arguit, dicit̃ q̃ manifeſtè falſum eſt q̃ auſibile abducat ſicut terribile, ſi, ſicut, vterq; æqualitatẽ vt patet ex 3. Ethic. & experiẽtia teſtatur. Lõge enim magis abducit terribile quã auſibile: quin potius auſibile cõferꝛ quòdamodo ad bonũ fortitudinis, vtpote ,,ppinquius. Falſum quoq; ſimiliter eſt q̃ ſpes abducat à fortitudinis bono ſicut audacia: q̃a audacia abducit immediatè à fortitudinis bono, vtpote extremũ vitiũ circa idẽ exurgẽs. Spes autẽ abducit ab eodem mediãte audacia: quia cauſando audaciã facit hominẽ præcipitẽ in aggreſſu. Et propterea patet quòd reſponſio Autoris ſtat ſolida, & ſatis faciens optimè argumento.

¶ In eodẽ art. aduerte quòd fortitudo eſt circa timores & audacias tanquã circa propriam materiã, in qua fortitudo ponit ſuã rectitudinem: Ita quod timere & audere circa pericula, &c. quando oportet, vbi. & ſicut oportet, ſunt actus fortitudinis elicíti ab ipſa fortitudine exiſtente ſubiectiuè in appetitu ſenſitiuo, qui vocatur iraſcibilis. Probatur autem hoc autoritate & ratione Ariſt. in 3 Ethic. expreſſè hoc dicentis in cap. illo, Terribile autem. Vbi habet hæc verba. Qui quidem igitur quæ oportet, & talis gratia ſuſtinet, & timet vt oportet, & quando. Similiter autem & audet fortis. Secundum dignitatẽ enim & vt ratio poſcit, patitur & operatur fortis. Vbi manifeſte Ariſt. dicit & probat q̃ fortis timet & audet quando oportet, & propter quod oportet, &c. Certum eſt enim quod loquimur de forti inquantum fortis, & de actibus fortis inquantum fortis, vt patet ex probatione allata, ſcilicet. Secundũ dignitatem enim & vt ratio poſcit, patitur & operatur fortis. Ratio etiã ad hoc ducit: quoniã ſicut prudentiæ actus eſt præcipere recte, quoniã ipſum præceptũ eſt propria ipſius materia, quam in proprio ſubiecto rectificat: & ſimiliter iuſtitiæ actus eſt velle reddere ius ſuum vnicuique, quoniã huiuſmodi velle eſt propria materia, quam in proprio ſubiecto rectificat: & vniuerſaliter quælibet virtus habet pro actu rectã operationem, quæ in potentia in qua eſt, reſpõdet illi vt propria materia rectificeata ab eadẽ oportet vt fortitudo. q̃ eſt ſubiectiuè in iraſcibili, habeat pro actu illos iraſcibilis motus, qui ſunt propria materia ipſius fortitudinis. Non qualitercunque aurẽ habet fortitudo pro actibus tales motus, ſed rectificatos: ita quod timere quæ, & quãdo, & cuius graria oporter, & ſimiliter audere, ſunt actus elicíti à fortitudinis virtute, & ſunt etiã actus prudentiæ regulanris fortitudinem, vt imperati à prudentia, & ſunt actus voluntatis naturaliter inclinatæ ad bonum fortitudinis ſimiliter vt imperati à voluntate.

¶ Et quoniam Martinus in dicta quæſtione oppoſitum conatur probare, tenendo quòd fortitudo non eſt circa has paſſiones vt actus, ſed vt obiecta partialia interioris ſui actus: & primũ dictũ ſuũ non probat, & monſtratum eſt eſſe falſum: ſecundum etiam, abſolutè loquendo, eſt falſum, licet poſſit ad aliquem bonum ſenſum reduci, ideo tres ſuas rationes intendo ſoluere, inquantum militant contra ſuperiorem doctrinam. Primo ergo probat ſic. Omnis virtus, quæ eſt circa aliquem actum, eſt tanquam circa partiale obiectum circa omne illud, quod ſcitum eſt eſſe impedimentum illius actus. Sed fortis ſcit quòd timor & audacia ſunt impeditiua ſui actus: ergo. Maior patet, quia quantum fortitudo inclinat ad actum ſuum, tantum inclinat ad remouendum impedimentum. Secundò, Quicquid eſt obiectum prudentiæ directiuæ fortitudinis, illud eſt obiectum fortitudinis. Sed prudentia talis habet has paſſiones pro obiectis: ergo. Probatur Maior, quia aliàs non eſſet actus voluntatis ſufficienter conformis actui rationis. Tertiò, Per actus fortitudinis, timor & audacia ſunt noliti formaliter vel æquialenter: ergo ſunt obiecta. Probatur ſequela, quia nolitum eſt obiectum actus, quo eſt nolitum.

¶ Ad huius rei amplioré euidentiã ſciendũ eſt, q̃ tollere impedimẽta actus nõ vno modo dicitur. Nã aliquãdo dicit̃ effectiue, aliquãdo formaliter. Verbi gratia: quãdo cõbuſtiuũ ligni tollit aquoſitatẽ, quæ eſt in ligno, dicit̃ tollere impedimẽtum effectiue: & tale impedimẽtũ hẽ̃ ſe vt obiectũ formaliter, ſed per accidens tamen: quia ſcilicet periculum apprehendit̃ non ſolùm vt ſuperabile & longè: ſed apprehenditur coniunctũ ſibi bonum victoriæ ſuperãdo illud malũ, & ad tale bonum non fertur audacia, ſed ſpes quæ eſt mater audaciæ. Ex hoc nanq; q̃ ſperat quis bonum, audet aggredi malũ periculi bellicæ mortis, quantumcunque ex parte rei ſit maximũ & propinquum: & ,,propter hoc Ariſt. poſuit ſpẽ ibidem ſalutarium eſſe audaciam, nõ realiter nec formaliter, ſed cauſaliter, quia eſt audaciæ cauſa, vt dictum eſt.

¶ Ex his igitur ad ea q̃ primò obiiciũtur, dicit̃ q̃ obiectum timoris & audaciæ, ex parte rei tã realiter, quàm formaliter eſt idẽ, ſed ex parte fortitudinem ſecundum quod eſt ſpecialis virtus, dicens huiuſmodi aſpera pro æternis præmiis amare.

¶ Ad ſecundum dicendũ, quòd res periculoſæ, & actus laborioſi, nõ retrahũt voluntatẽ à via rationis, niſi inquantum timentur. Et ideo oportet q̃ fortitudo ſit immediatè circa timores & audacias, mediatè autem circa pericula & labores, ſicut obiecta prædictarum paſſionum.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ ſpes opponitur timori ex parte obiecti: q̃a ſpes eſt de bono, timor de malo. Audacia aũt eſt circa idẽ obiectum, & opponitur timori ſecũdum acceſſum & receſſum, vt ſuprà dictũ eſt*. Et q̃a fortitudo ,,pprie reſpicit temporalia mala retrahentia à virtute, vt patet p diffiniriõnẽ Tullij* ide eſt q̃ fortitudo ,,pprie eſt circa timorẽ & audaciã, nõ autem circa ſpẽ, niſi inquantum connectitur audaciæ, vt ſuprà habitum eſt* apprehẽſionis diſtinguit̃ formaliter, & q̃a ratio mali ſe tenet ex parte rõnis formaliter ex parte rei, ideo optimè dixit Autor q̃ timor & audacia nõ opponũtur ex parte obiecti, ,,p quãto vterq; eſt reſpectu mali. Sed bene ſic opponũtur timor & ſpes. q̃a iſta eſt reſpectu boni, & ,,pterea diſtinctio formalis ex parte apprehenſionis nihil obſtat literæ, vtpote impertinẽs propoſito: propter hanc enim diuerſitatẽ ex parte apprehenſionis Ariſtot. diſtinguit auſibile & timendum, & dicit eſſe contraria, vt ſecunda inducebat inſtantia.

1.2.q.45. art.1.

** loco cit.*

** art.2. huius q.*

¶ Ad tertiã aũt dicũ, quòd falſum eſt, quòd auſibile inquantũ huiuſmodi habeat rationẽ boni, quoniã non habet rationẽ boni, niſi p aliud adiunctum, ſcilicet bonũ, quod eſt obiectum non audaciæ, ſed ſpei cauſantis audaciam. ¶ Ad id verò quod cõtra ſatisfactionẽ reſpõſionis arguit, dicit̃ q̃ manifeſtè falſum eſt q̃ auſibile abducat ſicut terribile, ſi, ſicut, vterq; æqualitatẽ vt patet ex 3. Ethic. & experiẽtia teſtatur. Lõge enim magis abducit terribile quã auſibile: quin potius auſibile cõferꝛ quòdamodo ad bonũ fortitudinis, vtpote ,,ppinquius. Falſum quoq; ſimiliter eſt q̃ ſpes abducat à fortitudinis bono ſicut audacia: q̃a audacia abducit immediatè à fortitudinis bono, vtpote extremũ vitiũ circa idẽ exurgẽs. Spes autẽ abducit ab eodem mediãte audacia: quia cauſando audaciã facit hominẽ præcipitẽ in aggreſſu. Et propterea patet quòd reſponſio Autoris ſtat ſolida, & ſatis faciens optimè argumento.

¶ In eodẽ art. aduerte quòd fortitudo eſt circa timores & audacias tanquã circa propriam materiã, in qua fortitudo ponit ſuã rectitudinem: Ita quod timere & audere circa pericula, &c. quando oportet, vbi. & ſicut oportet, ſunt actus fortitudinis elicíti ab ipſa fortitudine exiſtente ſubiectiuè in appetitu ſenſitiuo, qui vocatur iraſcibilis. Probatur autem hoc autoritate & ratione Ariſt. in 3 Ethic. expreſſè hoc dicentis in cap. illo, Terribile autem. Vbi habet hæc verba. Qui quidem igitur quæ oportet, & talis gratia ſuſtinet, & timet vt oportet, & quando. Similiter autem & audet fortis. Secundum dignitatẽ enim & vt ratio poſcit, patitur & operatur fortis. Vbi manifeſte Ariſt. dicit & probat q̃ fortis timet & audet quando oportet, & propter quod oportet, &c. Certum eſt enim quod loquimur de forti inquantum fortis, & de actibus fortis inquantum fortis, vt patet ex probatione allata, ſcilicet. Secundũ dignitatem enim & vt ratio poſcit, patitur & operatur fortis. Ratio etiã ad hoc ducit: quoniã ſicut prudentiæ actus eſt præcipere recte, quoniã ipſum præceptũ eſt propria ipſius materia, quam in proprio ſubiecto rectificat: & ſimiliter iuſtitiæ actus eſt velle reddere ius ſuum vnicuique, quoniã huiuſmodi velle eſt propria materia, quam in proprio ſubiecto rectificat: & vniuerſaliter quælibet virtus habet pro actu rectã operationem, quæ in potentia in qua eſt, reſpõdet illi vt propria materia rectificeata ab eadẽ oportet vt fortitudo. q̃ eſt ſubiectiuè in iraſcibili, habeat pro actu illos iraſcibilis motus, qui ſunt propria materia ipſius fortitudinis. Non qualitercunque aurẽ habet fortitudo pro actibus tales motus, ſed rectificatos: ita quod timere quæ, & quãdo, & cuius graria oporter, & ſimiliter audere, ſunt actus elicíti à fortitudinis virtute, & ſunt etiã actus prudentiæ regulanris fortitudinem, vt imperati à prudentia, & ſunt actus voluntatis naturaliter inclinatæ ad bonum fortitudinis ſimiliter vt imperati à voluntate.

¶ Et quoniam Martinus in dicta quæſtione oppoſitum conatur probare, tenendo quòd fortitudo non eſt circa has paſſiones vt actus, ſed vt obiecta partialia interioris ſui actus: & primũ dictũ ſuũ non probat, & monſtratum eſt eſſe falſum: ſecundum etiam, abſolutè loquendo, eſt falſum, licet poſſit ad aliquem bonum ſenſum reduci, ideo tres ſuas rationes intendo ſoluere, inquantum militant contra ſuperiorem doctrinam. Primo ergo probat ſic. Omnis virtus, quæ eſt circa aliquem actum, eſt tanquam circa partiale obiectum circa omne illud, quod ſcitum eſt eſſe impedimentum illius actus. Sed fortis ſcit quòd timor & audacia ſunt impeditiua ſui actus: ergo. Maior patet, quia quantum fortitudo inclinat ad actum ſuum, tantum inclinat ad remouendum impedimentum. Secundò, Quicquid eſt obiectum prudentiæ directiuæ fortitudinis, illud eſt obiectum fortitudinis. Sed prudentia talis habet has paſſiones pro obiectis: ergo. Probatur Maior, quia aliàs non eſſet actus voluntatis ſufficienter conformis actui rationis. Tertiò, Per actus fortitudinis, timor & audacia ſunt noliti formaliter vel æquialenter: ergo ſunt obiecta. Probatur ſequela, quia nolitum eſt obiectum actus, quo eſt nolitum.

¶ Ad huius rei amplioré euidentiã ſciendũ eſt, q̃ tollere impedimẽta actus nõ vno modo dicitur. Nã aliquãdo dicit̃ effectiue, aliquãdo formaliter. Verbi gratia: quãdo cõbuſtiuũ ligni tollit aquoſitatẽ, quæ eſt in ligno, dicit̃ tollere impedimẽtum effectiue: & tale impedimẽtũ hẽ̃ ſe vt obiectũ formaliter, ſed per accidens tamen: quia ſcilicet periculum apprehendit̃ non ſolùm vt ſuperabile & longè: ſed apprehenditur coniunctũ ſibi bonum victoriæ ſuperãdo illud malũ, & ad tale bonum non fertur audacia, ſed ſpes quæ eſt mater audaciæ. Ex hoc nanq; q̃ ſperat quis bonum, audet aggredi malũ periculi bellicæ mortis, quantumcunque ex parte rei ſit maximũ & propinquum: & ,,propter hoc Ariſt. poſuit ſpẽ ibidem ſalutarium eſſe audaciam, nõ realiter nec formaliter, ſed cauſaliter, quia eſt audaciæ cauſa, vt dictum eſt.

¶ Ex his igitur ad ea q̃ primò obiiciũtur, dicit̃ q̃ obiectum timoris & audaciæ, ex parte rei tã realiter, quàm formaliter eſt idẽ, ſed ex parte

excluden dũ tamen. Quãdo vero prudentia præcipit, quãdo oportet, & quod oportet, &c. ſcipiendo aufert actualiter ab actu ſcipiẽdi cõditiones oppoſitas, nõ ita q̃ cõditiones oppoſitæ quæ excludũtur, ſint obiecta actus præcipiendi: ſed ſicut actus præcipiendi dicit̃ elicitus à prudentia, ita conditiones eius ſunt elicitæ velut cõditiones actus elicíti. Et ſic actus informatus talib⁹ conditionibus excludit formaliter oppoſitas cõditiones, ſicut albedo in ſubiecto excludit formaliter nigredinem ab eodem ſubiecto. Sic aũt tollere cõtraria impediméta, nõ eſt habere impedimenta pro obiecto actus ſed pro contrariis ſeu priuationibus ipſius actus, recti. Et q̃n fortitudinis actus nõ primo modo, ſed ſecundo tollit impedimẽta timoris & audaciæ, ideo timor & audacia, vt opponuntur fortitudini, tolluntur ab actibus fortitudinis, vel conditio actus, & ſi quid eſt huiuſmodi. Probatio autem Maioris, ſcilicet quia alias nõ eſſet actus voluntatis conformis actui rationis, nihil valet, loqnẽdo de cõformitate quæ natus eſt actus voluntatis eſſe cõformis rationi, q̃ eſt cõformitas rectitudo quinimo p hoc eſt rõni cõformis, q̃ exercet vt actũ id quod eſt cognitum, ac ,,ceptum à prudentia. Loquendo de cõformitate naturæ cõcedatur obiectũ: q̃a voluntas eſt valde diſformis naturæ à natura intellectus, vt patet. Sed hoc eſt impertinens ,,poſito. Ad tertiã autem obiectionẽ negat̃ ſequela: quia eſſe volitũ vel nolitum cõtingit dupliciter, ſcilicet vt obiectũ, & vt actus. Cùm eñ quis vult, vel nõ vult ſcribere, ly ſcribere, eſt volitũ ſeu nolitũ, vt obiectum. Sed ly vult aut nõ vult, eſt volitũ vt actus, vtrunq; eñ eſt voluntariũ. Et differentia eſt inter hos duos modos voliti ſeu noliti, quia volitum ſeu nolitũ vt obiectum, eſt volitum illo actu voluntatis, quo dicit̃ volitũ aut nolitũ, ita quod eſt illius obiectũ. Vt in exẽplo dato, ſcribere eſt obiectum actus voluntatis, quo vult, aut nõ vult ſcribere. Volitũ autem ſeu nolitum, vt actus volẽdi vel nolendi, nõ alio q̃ ſeipſo eſt volitũ aut nolitũ: q̃n ſe ipſo formaliter eſt voluntarius actus in actu exercito. Quia igitur quilibet actus voluntarius volitus nõ vt obiectũ, ſed vt actus, eſt volitus formaliter vel æquialenter: & nõ eſt obiectũ actus alicuius quo ſit volitus, ideo nõ valet ſequela. Impediméta ſunt nolita p actum fortitudinis formaliter vel æquialenter: ergo ſunt obiecta actus q̃ dicunt̃ nolita: q̃n ſtat q̃ ſint nolita vt actus. Et verè ſic eſt q̃ ſunt æquialenter nolita p actũ fortitudinis, vt prima tiones ſeu cõtraria ipſius actus. Eodem ſiquidem modo quo actus fortitudinis eſt volitus, vt actus, eodẽ modo cõtraria ſeu priuationes illius ſunt nolita vt actus Ex hoc enim ipſo q̃ fortis timet & audet, quãdo, q̃ & ſicut oportet, eiicit formaliter ab appetitu ſuo, quod eſt æquialẽter nolle, nõ quãdo, nõ quæ, nõ ſicut oportet. Nõ ſunt ergo à fortitudine iſta impediméta nolita vt obiecta actus fortitudinis, ſed vt formaliter cõtraria ſeu priuatiua actus fortitudinis. Et ſcito quod principiũ errãdi in hoc eſt, quia creditur q̃ ſolus actus volũtatis, pura electio & actꝰ exterior, vt exponere ſe periculo mortis bellicæ, quãdo, vbi, &c. ſint actus fortitudinis: cũ fortitudo ſit ſubiectiuè in appetitu ſenſitiuo, & actus eius ſit participata electione timere & audere in periculis mortis bellicæ, quando, vbi, quæ, ſicut, &c. oportet, vt enim dictum eſt, ſi appetitus ſenſitiuꝰ non eſſet natus proprio motu appetere præter, & cõtra bonũ rationis, non eſſet neceſſaria virtus fortitudinis, ſed ſola voluntas naturaliter inclinata in ,,ppriũ ſuppoſiti bonũ rationis innixa prudentiæ, ſufficeret ad opera fortitudinis: & ,,pterea nũc exigit fortitudo, vt habiliter appetitum, vt particeps eſt libertatis, ad firmiter pro ptẽq; actus timendi atque audendi exercẽdos, quãdo, ſicut, in quib⁹ & propter quod oportet.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

Ad 6.

Ad 7.

Ad 8.

Ad 9.

Ad 10.

Ad 11.

Ad 12.

Ad 13.

Ad 14.

Ad 15.

Ad 16.

Ad 17.

Ad 18.

Ad 19.

Ad 20.

Ad 21.

Ad 22.

Ad 23.

Ad 24.

Ad 25.

Ad 26.

Ad 27.

Ad 28.

Ad 29.

Ad 30.

Ad 31.

Ad 32.

Ad 33.

Ad 34.

Ad 35.

Ad 36.

Ad 37.

Ad 38.

Ad 39.

Ad 40.

Ad 41.

Ad 42.

Ad 43.

Ad 44.

Ad 45.

Ad 46.

Ad 47.

Ad 48.

Ad 49.

Ad 50.

Ad 51.

Ad 52.

Ad 53.

Ad 54.

Ad 55.

Ad 56.

Ad 57.

Ad 58.

Ad 59.

Ad 60.

Ad 61.

Ad 62.

Ad 63.

Ad 64.

Ad 65.

Ad 66.

Ad 67.

Ad 68.

Ad 69.

Ad 70.

Ad 71.

Ad 72.

Ad 73.

Ad 74.

Ad 75.

Ad 76.

Ad 77.

Ad 78.

Ad 79.

Ad 80.

Ad 81.

Ad 82.

Ad 83.

Ad 84.

Ad 85.

Ad 86.

Ad 87.

Ad 88.

Ad 89.

Ad 90.

Ad 91.

Ad 92.

Ad 93.

Ad 94.

Ad 95.

Ad 96.

Ad 97.

Ad 98.

Ad 99.

Ad 100.

Ad 101.

Ad 102.

Ad 103.

Ad 104.

Ad 105.

Ad 106.

Ad 107.

Ad 108.

Ad 109.

Ad 110.

Ad 111.

Ad 112.

Ad 113.

Ad 114.

Ad 115.

Ad 116.

Ad 117.

Ad 118.

Ad 119.

Ad 120.

Ad 121.

Ad 122.

Ad 123.

Ad 124.

Ad 125.

Ad 126.

Ad 127.

Ad 128.

Ad 129.

Ad 130.

Ad 131.

Ad 132.

Ad 133.

Ad 134.

Ad 135.

Ad 136.

Ad 137.

Ad 138.

Ad 139.

Ad 140.

Ad 141.

Ad 142.

Ad 143.

Ad 144.

Ad 145.

Ad 146.

Ad 147.

Ad 148.

Ad 149.

Ad 150.

Ad 151.

Ad 152.

Ad 153.

Ad 154.

Ad 155.

Ad 156.

Ad 157.

Ad 158.

Ad 159.

Ad 160.

Ad 161.

Ad 162.

Ad 163.

Ad 164.

Ad 165.

Ad 166.

Ad 167.

Ad 168.

Ad 169.

Ad 170.

Ad 171.

Ad 172.

Ad 173.

Ad 174.

Ad 175.

Ad 176.

Ad 177.

Ad 178.

Ad 179.

Ad 180.

Ad 181.

Ad 182.

Ad 183.

Ad 184.

Ad 185.

Ad 186.

Ad 187.

Ad 188.

Ad 189.

Ad 190.

Ad 191.

Ad 192.

Ad 193.

Ad 194.

Ad 195.

Ad 196.

Ad 197.

Ad 198.

Ad 199.

Ad 200.

Ad 201.

Ad 202.

Ad 203.

Ad 204.

Ad 205.

Ad 206.

Ad 207.

Ad 208.

Ad 209.

Ad 210.

Ad 211.

Ad 212.

Ad 213.

Ad 214.

Ad 215.

Ad 216.

Ad 217.

Ad 218.

Ad 219.

Ad 220.

Ad 221.

Ad 222.

Ad 223.

Ad 224.

Ad 225.

Ad 226.

Ad 227.

Ad 228.

Ad 229.

Ad 230.

Ad 231.

Ad 232.

Ad 233.

Ad 234.

Ad 235.

Ad 236.

Ad 237.

Ad 238.

Ad 239.

Ad 240.

Ad 241.

Ad 242.

Ad 243.

Ad 244.

Ad 245.

Ad 246.

Ad 247.

Ad 248.

Ad 249.

Ad 250.

Ad 251.

Ad 252.

Ad 253.

Ad 254.

Ad 255.

Ad 256.

Ad 257.

Ad 258.

Ad 259.

Ad 260.

Ad 261.

Ad 262.

Ad 263.

Ad 264.

Ad 265.

Ad 266.

Ad 267.

Ad 268.

Ad 269.

Ad 270.

Ad 271.

Ad 272.

Ad 273.

Ad 274.

Ad 275.

Ad 276.

Ad 277.

Ad 278.

Ad 279.

Ad 280.

Ad 281.

Ad 282.

Ad 283.

Ad 284.

Ad 285.

Ad 286.

Ad 287.

Ad 288.

Ad 289.

Ad 290.

Ad 291.

Ad 292.

Ad 293.

Ad 294.

Ad 295.

Ad 296.

Ad 297.

Ad 298.

Ad 299.

Ad 300.

Ad 301.

Ad 302.

Ad 303.

Ad 304.

Ad 305.

Ad 306.

Ad 307.

Ad 308.

Ad 309.

Ad 310.

Ad 311.

Ad 312.

Ad 313.

Ad 314.

Ad 315.

Ad 316.

Ad 317.

Ad 318.

Ad 319.

Ad 320.

Ad 321.

Ad 322.

Ad 323.

Ad 324.

Ad 325.

Ad 326.

Ad 327.

Ad 328.

Ad 329.

Ad 330.

Ad 331.

Ad 332.

Ad 333.

Ad 334.

Ad 335.

Ad 336.

Ad 337.

Ad 338.

Ad 339.

Ad 340.

Ad 341.

Ad 342.

Ad 343.

Ad 344.

Ad 345.

Ad 346.

Ad 347.

Ad 348.

Ad 349.

Ad 350.

Ad 351.

Ad 352.

Ad 353.

Ad 354.

Ad 355.

Ad 356.

Ad 357.

Ad 358.

Ad 359.

Ad 360.

Ad 361.

Ad 362.

Ad 363.

Ad 364.

Ad 365.

Ad 366.

Ad 367.

Ad 368.

Ad 369.

Ad 370.

*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt certa sit eorũ victoria si expectẽtur: ergo, &c. Tertiò, In subeundis periculis mortis cõtingẽtibus aliter quã in bello cõtrapugnatiuo dirigũtur hõines sufficienter per alios habitus à fortitudine. Ergo fortitudo nõ est circa illa. Consequẽtia patet, & Antecedẽs ꝓbatur lõgo ꝓcessu, distinguẽdo secundũ Ari. (vt ipse dicit) virtutẽ in ipsam simplicẽ, & in eius gradus tres: quorũ primus est cõtinẽtiæ & pseuerãtiæ, secũdus tẽperãtiæ, tertius heroicẽ, ita ꝙ ad virtutẽ liberalitatis simpliciter spectat expendere, & donare, prout oportet, & in quẽ ꝙoportet absolutè. Ad liberalitatẽ verò vt cõtinentẽ, spectat donare & expẽdere superãdo blãditias, vel quęcunq; oblectamẽta in oppositũ. Et similiter ad liberalitatẽ vt pseuerãtem, pertinet donare & expendere superando quæcunq; tristia ab hoc abducentia. Ad liberalitatẽ verò vt tẽperantiã seu tẽperãtem, spectat donare & expendere, domitis iam tristitiis, delectationib⁹ ac cupiditatib⁹, & vniuersaliter passionibus in oppositũ. Ad liberalitatẽ demũ heroicã spectat donare & expẽdere, etiã si periculũ mortis immineat, inhibente aliquo sub pœna mortis & cruciatuũ ne expẽdat, aut doneret: ꝙm ꝑmanere in huiusmodi virtutis ope nõ obstãte cruciatu, aut morte, cõmunẽ hominũ faciũtatẽ excedit. Quibus prælibatis dicit, ꝙ pistere in virtute circa mortis pericula cũ cõtrapugnatione contra mortẽ ipsam, spectat ad fortitudinẽ. Sine cõtrapugnatione verò dicta, suscipere, & tolerare mortẽ potius ꝙ à virtute recedere, spectat ad illãmet virtutẽ, in qua ꝓsistit, puta fidẽ, iustitiã, liberalitatẽ, castitatẽ, &c. sub gradu tamẽ heroico. Et adeo sic esse dicit, vt etiã subire pericula mortis sine cõtrapugnatione in mortẽ illam, ꝓpter actum fortitudinis, puta, si ꝙs cõmineꝫ militi mortẽ, si in bello defendat patriã, miles pugnãdo quidẽ fortis fit, sed subeũdo periculũ mortis, ꝓpter ea cõminatę, fortis heroicẽ fit. Deinde allato exẽplo Buridani de muliere cõiugata tenta ta de adulterio quadrupliciter, scilicet primò ꝙ blãditias & lasciuias: secũdò, ꝙ terrores verberũ & mortis: tertiò, ꝙ pretiũ: quartò, ꝙ falsas suasiones, ꝓbare nititur ꝙ huiusmodi mulier in castitate, nõ obstãte periculo mortis, ꝓsistit ꝙ tẽperantiã heroicã, & nõ fortitudinẽ: quod est, ꝓbare assumptũ, scilicet ꝙ p alias virtutes sufficienter dirigunt homines insubeundis periculis mortis propter virtutẽ sine cõtrapugnatione. Arguit cõtra sic. Cõtingit aliquando, ꝙ mulier illa pudica vincat huiusmodi timorẽ mortis, & nõ per fortitudinẽ nec ꝑ iustitiã. ergo ꝑ tẽperantiã. Probat secunda pars Assumpti: ꝙa possibile est ꝙ quæ sic impugnat, nunquã se exercuit in materia iustitiæ & fortitudinis spectãtis ꝓcipuè ad pudicitiã, ac ꝙ hoc nec iustitiã nec fortitudinẽ habeat & cõsequẽter defendẽdo se, nõ niti ꝑ tẽperãtię virtutẽ se defendit. Secũdo, ꝙa dato etiã ꝙ talis mulier cũ tẽperãtia habeat iustitiã & fortitudinẽ, nõ tñ sic se defendit ꝑ illas virtutes, ꝙ actꝰ elicitus, quo mauult subiire mortẽ, ꝙ adulterari, sit actꝰ fortitudinis, & nõ actus tẽperãtiæ: imo tẽperantia huius mulieris est generatiua fortitudinis, ita ꝙ tẽperãtia, mediãte actu suo elicito est ꝓductiua actꝰ fortitudinis formaliter. Nã inter cõminationes pudica illa mulier apud se dicit, pudicè viuãdeinde, malo cruciatũ ꝙ ipudicitiã, & deinde cruciatũ sustinendũ nõ refugit. Ecce quo tẽperãtia parit fortitudinem.

¶ Ad huius difficultatis euidentiã, qm̃ iste hõ dicit sic se habere fortitudinẽ quã inter virtutes ponit Aristꝫ idcirco ex ipsa Aristꝫ doctrina ostẽdendũ est ꝓpositũ. Deinde declarãda amplius natura fortitudinis est quo ad ꝓpositũ. Et demũ satisfiet argumẽtis. Ari. 3. Eth. tractãs, in quib⁹ periculis mortis est fortitudo, primò vult ꝙ sit circa mortẽ nõ omnẽ, sed eã ꝙ est in optimis & ex hoc infert. Ergo in his ꝙ sunt in bello. Deinde ꝓbat illationẽ: ꝙa in maximo & optimo periculo. Et affert ad hoc testimoniu ab honoribus ꝙ exhibentur iis ꝙ se istis exponũt. Deinde extẽdens fortitudinẽ, dicit ꝙ principaliter fortis dicit ꝙ impauidus circa bonã mortẽ & quæcũq; repẽtina existẽtia inferũt mortẽ. Et talia subsumit, Maximè ꝙ secundũ bellũ. Secũdario quoq; fortis est ꝙ impauidus circa mortẽ, in ægritudinib⁹, & in mari, aliter tñ ꝙ nauta, &c. Et demũ addit de fortib⁹, ꝙ viriliter agũt, in quib⁹ est fortitudo & bonũ mori. Hæc Aristꝫ. Ex quibus manifestè liquet primo ꝙ rõ formalis quare circa bellicã mortẽ sit fortitudo, est ꝙa in maximo & opti. periculo consistit. Et ex hoc capite habemus ſtatim intentũ, subsumẽdo. Sed subire mortẽ ꝓpter fidẽ vel iustitiã, cõstãter tolerãdo sine cõtrapugnatione viriũ exteriorũ qñ oportet, &c. cõsistit in maximo & optimo piculo. Ergo hic est vere ꝓprièdicta fortitudo, virtus posita ab Aristꝫ. Minor probat, & ꝙ periculũ sit maximũ ꝙa est de more, & ꝙ sit optimũ, ꝙa propter optimũ, ſt. bonũ animi interius. quo nihil nouim⁹ melius in nobis. Cõcordãt quoq; & his honores principibus & ciuitatib⁹ qñ tales maximè honorãtur. Et apud Christiã patet de sanctis martyrib⁹. Et apud gẽtiles Marcus Attilius, qui propter finẽ sustinuit cruciatum, tãtopere cõmendatur, & à Tullio inter fortes locatur, vt patet in primo de Officiis, de fortitudine. Liquet scdo, ꝙ fortis principaliter dicitur, ꝙ circa bonã mortẽ, & quæcũq; repẽtina existẽtia inferũt mortẽ, impauidus est. Et ex hoc capite habetur etiã ſtatim intentũ, subsumẽdo, Sed ꝙ ꝓpter virtutẽ absq; cõtrapugnatione exteriorũ viriũ qñ oportet, &c. cõſtãter sustinet mortẽ, est circa bonã mortẽ & repẽtina inferẽtia mortẽ impauidus. Ergo talis est verè & ꝓprie fortis in principali gradu fortitudinis existẽs, apud Ari. Probatur minor. Et ꝙ sit impauidus circa bonã mortẽ: ꝙa optima est huiusmodi mors propter virtutẽ conſeruandã. Et ꝙ sit impauidus circa repentina inferentia mortẽ, qm̃ hæc sunt magis repentina inferentia mortem, quàm ea quæ sunt in bello cõmuni, quoniam bellica sunt præuisa, ista autem sæpe omnino repente adueniunt, vt patet in gestis martyrũ ex improuiso apprehensorũ, &c. & in casib. infinitis accidentib⁹ repente in istis particularib. impugnationib⁹ ob destruendã virtutẽ aliquam in aliquo, vt patet de iudeib⁹, de mulieribus, & de infidelibus. Liquet tertiò quod fortes in quibus est fortitudo, & bonũ mori, viriliter agunt, quando oportet, ꝓpter quid oportet, & sicut oportet, & nõ aliter. Sic enim proculdubio intẽdit Aristꝫ. Ex hoc capite habetur intentum, subsumendo, quòd in impugnatione particulari homo impauidus quãdo & sicut oportet, agit viriliter secundum quod oportet, scilicet actib⁹ interioribus & exterioribus oportunis, puta fidei confessione, & vlterius nõ fugiendo neque declinãdo mortem, sed prõpte corpus exhibendo ad cruciatum & mortẽ. Imò quandoque quasi aggrediẽdo, vt de beato Vincẽtio legitur, ꝙ motas carnificũ arguẽdo, ad pœnã properabat. Hoc enim est viriliter agere in iis, in quibus est fortitudo & bonum mori. Probatur aliter cõtrapugnationem exteriorũ viriũ non esse conditionẽ periculorũ mortis, circa quę est fortitudo, & probatur sic. Cõtrapugnatio minuit periculũ. Ergo nõ est cõditio periculi, circa quod est fortitudo. Antecedẽs patet ꝙa ex hoc ipso quod oportet cõtrapugnationẽ interuenire, minus est periculũ quasi à cõtrapugnatione abstraheret periculũ. Cõsequẽtia probat: ꝙa fortitudo est solũ circa pericula maxima. Si ẽm fortitudo est solũ circa maxima, sequit vt nõ exigat cõtrapugnationẽ ꝙ pericula facit minora. Similiter ostendit alio modo. Contrapugnatio exteriorũ viriũ multoties minuit rationẽ optimi in periculo & mortẽ: ergo nõ est cõditio requisita ad periculã mortis in quib⁹ est fortitudo. Cõsequẽtia patet, ꝙa de ratione fortitudinis est ꝙ sit circa optima pericula mortis, vt patet 3. Ethic. Et antecedẽs probat, quia in pugna fidei sæpe recta rõ habet vt nõ contrapugnet viribus exterioribꝰ, sed sola fidei ꝓdicatione & cõfessione, offerẽdo corpus morti & cruciatibus. Et cõstat ꝙ melius est sic mori, meliora quoq; sunt hęc picula, ꝙ mori in bello cõtra infideles. Minuit ergo rõnẽ optimi piculi & optimę mortis cõtrapugnatio. Hęc ꝺ r.

¶ Quo ad secundũ ſciendũ est primò, in hoc differre fortitudinẽ à iustitia, ꝙ iustitia est rectificatiua opationũ ꝙ sunt ad alterũ vt sic. Fortitudo aũt opationũ ꝙ sunt ad seipsum opantẽ. Et ꝙa exterior contrapugnatio est actus ad alterũ contra quẽ pugnat, ideo, vt prius dictũ fuit, rectificare contrapugnationẽ exteriorẽ, non spectat ad fortitudinẽ, nisi inquãtũ spectat ad rectã dispositionẽ hominis in seipso. Et hinc similiter ꝓuenit ꝙ fortitudinis ꝓpriũ est solũmodo rectificare, diuersimode tñ electi one, & timorẽ & audaciã, & actus cõsequentes respectu taliũ obiectorum, qualia descripta sunt ad hoc, & vt hõ rectè dispositus in seipso secundũ virtutẽ sit. Rectificare siquidẽ cõtrapugnationẽ, & cæteros exteriores actus quatenus ad alterũ sunt, iustitiæ est, vt prædictũ est. Sciendũ est secundo in hoc differre materiã fortitudinis circa quã est fortitudo, ab impauiditatis materia in periculis mortis, ꝓpter ægritudinẽ, vel tẽpestatem maris, vt in litera optimè dicit, quia forti imminent picula directè ꝓpter aliquod bonũ cõseruandũ, &c. & ꝓterea sunt optima pericula, circa quæ est fortitudo, puta ꝓpter pacẽ, fidẽ castitatem, &c. Ægritudinis aũt & maris periculа nõ immineꝫ directè ꝓpter boni impugnationẽ: etiã si ꝓpter pias & sanctas cãs nauigãt. Quod ex eo patet ꝙ cõia sunt omnib⁹ in mari tũc existẽtibus ex quacũq; causa. Ex hoc siquidẽ habes ꝙ in fortitudinis exercitio semꝑ oportet intercuenire duo, scilicet, id de quo est pugna, puta fides, iustitia, regnũ, &c. & hoc ex parte materiæ circa quã, & pugnã ipsam inter impugnantẽ & impugnatũ: & hoc ex parte formæ seu habitus fortitudinis. Quod cm̃ exigat id de quo est pugna patet: ꝙa aliter fortitudo nõ haberet ꝓpriam materiã, scilicet pericula mortis: optima sunt nãq; optima ꝓpter bonũ, de quo est pugna. Quod vero exigat pugna aliqua, patet, ꝙa aliter fortis non ꝓsisteret in boni ꝓprij exercitatione. Ex primo verò documento habes, ꝙ ꝙa fortitudo est virtus rectificatiua hominis in seipso, & ad rectã dispositionẽ hominis in se, nõ semꝑ exigitur contrapugnatio exteriorũ virium contra mortem, sed quãdoq; recta ratio exigit quod pugnet actib⁹ exterioribus & interioribus, puta loquutione, absq; contrapugnatione virũ exteriorũ. Et ꝙ vires corporeas: vt patet cum est directe pugna de fide iuxta doctrinã Domini. Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos: & hoc quo ad cõtrapugnationẽ virium exteriorũ. Et tote fortes in bello, & pugnare cum antiquo serpente: & hoc quo ad pugnã interiorẽ, & prædicationem, ac cõfessionẽ fidei, & morũ. Non ergo exigit fortitudo ꝙ sit actu vel ꝓposito cõtrapugnatiua secundũ exteriores vires, sed quod agat viriliter qñ oportet, & quæ oportet, & c. Ac ꝙ hoc concludendo, fortitudo est circa maxima & optima pericula mortis, vt Ari. dixit, abstrahendo à cõtrapugnatione exteriorũ viriũ, & à nõ cõtrapugnatione earundem: qm̃ qñq; recta ratio dictat in talibus periculis esse contrapugnandũ secundum exteriores vires, vt cum de potentia aut dominio temporali, cum fidelibus aut infidelib⁹ pugna est, qñq; autem non, vt cum de fide aut moribus directè pugna est, & ratio est, quia victoria ad quã pugnans tẽdit, melius acquiritur in talibus, sanctis moribus, prędicatione, & confessione fidei, ac exemplari vita, & sustinendo etiam mortem, quàm contrapugnando militibus, &c. Nec oportet hæc probare, quoniã experientia testatur sic Sanctos vicisse Tyrannos & mundũ totum inimicũ eisdem, & conantem exterminare illos. Est ergo cõtrapugnatio aliqua de rõne fortitudinis, secundũ quã semꝑ viriliter agunt, sed nõ secundũ exteriores vires, licet quandoq; hic ut fortitudinis actus, vt declaratum est. Hęc de secundo.

¶ Quo

¶ Quo ad tertium, respondendo argumentis iam patet, quòd primi falsa est Maior, scilicet fortitudo est in solis periculis mortis, in quibus est dicta contrapugnatio. Prima vero probatio illius ex Aristo. sophistica est, arguendo, Fortes agunt viriliter, ergo agunt contrapugnando secundum vires exteriores. Stat. enim quòd agant viriliter, pugnando pro bono, de quo est pugna & non per exterioris militiæ exercitium, sed per actus virtuosos quibus bonũ illud defendunt & augent. Secunda verò probatio, ſ. ꝙ timor & audacia sint solũ vbi est dicta contra pugnatio, falsissima est & ad eius probationẽ dicitur ꝙ quãuis nõ sit opus in omni exercitio fortitudinis interuenire timorẽ & audaciã simul, vt ipsum ét arguentẽ oportet fateri, dicẽtem, ꝙ fugere qñq; est actus fortitudinis: tunc ẽm nulla est audacia, sed timor est causa fugæ: nihilominus in huiusmodi particularibus bellis vrrãq; passionẽ habere locũ sicut in bello cõmuni, sed non quo ad omnẽ actũ, sustineri põt. Nã quòd sic possit esse audacia nimia, patet in iis qui remere se ingerũt his periculis: ꝙ et timor nimius, patet in iis qui propter timorẽ mortis perdunt castitatẽ, aut fidẽ. Et consequenter ꝙ in his sit medietas laudabilis, ſtimere & audere moderatè secundũ ꝙ oportet, & quando & sicut oportet, patet in iis qui vicunt tyrãnos seu impunatores, conseruando virtutem. Moderantur siquidem tunc hi audaciam, ne insiliat temere, & quandoque vt audeat offerre corpous tormentis & morti paratũ. Moderantur & timorem ne ſuperetur à tot malis. Vnde audere secundum rectam rationem semper est laudabile tam hic quàm in communi bello. Et simi liter timere secundum rectam rationem, vtrobique est laudabile semper. Et sicut audere & non timere abstrahendo à recta ratione non est laudabile in bello communi, ita & in particulari. Et similiter sicut post inchoatum commune bellum contingit peccare contra fortitudinem per audaciam, vel timorem, ita etiam post inchoarum bellum particulare: vt patet. Vnde nihil penitus valent contra propositum quæ in illa probatione narrantur.

¶ Ad tertium negatur Antecedens, scilicet quòd in subeundis periculis aliter quàm in bello contrapugnatiuo sufficienter prouideatur per alias virtutes. Hoc enim falsissimum est, & est confusio virtutum. Et cùm dicitur quòd ad liberalitatem seu tẽperantiam secundum gradum heroicum spectat subire periculum mortis propter seipsam conseruandam, dicitur quod aliud est iudicium de principio elicitiuo talis actus in habente virtutem fortitudinis & vrente illa: & aliud in non habente, aut non vrente. Nam si iudex impugnatus de iustitia, aut mulier de pudicitia habet habitum fortitudinis & vtitur illo, hoc est, si resistit & sustinet eo modo quo fortes resistunt, & subsistunt, tunc talis actus, scilicet subire pericula mortis quæ contra iustitiam aut pudicitiam inferuntur, est actus proprius fortitudinis elicitiuæ. Et quia fortis (vt infrà patebit) operatur tanquam propter proprium & proximum finem, vt fortiter se habeat: ideo nec imperatiuè tẽperantia aut iustitia est principium talis actus, nisi ex parte materiæ: quia scilicet tẽperantia seu iustitia est finis materiæ circa quam fortis versatur. Est siquidem finis periculorum mortis, propter quem mortis pericula redduntur bona seu optima. Vnde videtur quòd tẽperantia siue iustitia non imperet fortitudini in tali casu, sed potius materiam fortitudini præbeat, propriè loquendo: ita quòd iudex seu mulier fortis non habet pro fine actus fortitudinis pudicitiam seu iustitiam, sed fortiter agere in tali casu, vt infra latius patebit, sed habet iustitiam, sed fortiter agere in tali casu, vt ipsa latius patebit, sed habet iustitiam, sed fortiter agere in tali casu, vt infra

aggreditur, contrariè mouetur timenti, quia insequitur. ergo videtur quòd cùm fortitudo retrahat maximè animum à timore, quòd magis pertineat ad eam aggredi quàm sustinere.

¶SED CONTRA est quod Philoso. dicit in 3. Ethic.* quòd in sustinendo tristia maximè aliqui fortes dicuntur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut s̄ dictum est*, & Philoso. dicit in 3. Ethic*. fortitudo est magis circa timores reprimendos quā circa audacias moderandas. Difficilius enim est timorem reprimere, quā audaciam moderari, eo quòd ipsum periculum, quod est obiectum audaciæ, & timoris, de se confert aliquid ad repressionem audaciæ, sed opera ad augmentum timoris. Aggredi autem pertinet ad fortitudinem, secundum quòd moderatur audacias: sed sustinere sequitur repressionem timoris: & ideo principalior actus fortitudinis est sustinere, id est immobiliter sistere in periculis, quàm aggredi.

¶AD PRMVM ergo dicendū, q̄ sustinere est difficilius q̄ aggredi, triplici ratione. Primò quidē, quia sustinere videtur aliquis ab aliquo fortiori inuadēte. Qui aūt aggredit̄, inuadit per modum fortioris. Difficilius aūt est pugnare cū fortiori q̄ cùm debiliori. Secundò, quia ille qui sustinet, iā sentit pericula imminentia. Ille autem qui aggreditur, habet ea vt futura. Difficilius aūt est nō moueri à præsentibus q̄ à futuris. Tertiò, quia sustinere importat diuturnitatē tēporis, sed aggredi potest aliquis ex subito motu. Difficilius aūt est diu manere immobilē quàm subito motu moueri ad aliqđ arduum. vnde Philoso. dicit in 3. Ethi*. quòd quidam sunt præuolantes ante pericula, in ipsis autem discedunt. Fortes autem econtrario se habent.

¶Ad secundū dicendum, q̄ sustinere importat quidē passionē corporis, sed actū animæ fortissimè inhærentis bono. Ex quo sequitur, q̄ nō cedat passioni corporali, iam imminenti. Virtus aūt magis attenditur circa animā quā circa corpus.

¶Ad tertium dicēdū, q̄ ille qui sustinet, non timet præsente iā cā timoris, quam nō habet præsentem ille qui aggreditur.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum fortis operetur propter bonum proprij habitus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ fortis non operetur ꝑpter bonum proprii habitus. Finis enim in rebus agendis etsi sit prior intentiōe, est tamen posterior in executione. Sed actus fortitudinis in executione est posterior quàm ipse fortitudinis habitus. Non ergo potest esse quòd fortis agat propter bonum proprij habitus.

¶2 Præt. Aug. dicit 13. de Tri*. Virtutes, quas solum propter beatitudinem amamus, sic persuadere quidā nobis audent, s. dicendo eas propter se appetendas, vt ipsam beatitudinem nō amemus. Quod si faciunt, etiā ipsas amare vtique desistemus: quando illā propter quam solā ista amauimus, non amamus. sed fortitudo est quædam virtus: ergo actus fortitudinis non est ad ipsam fortitudinem, sed ad beatitudinem referendus.

¶3 Præt. Aug. dicit in libro de Moribus Ecclesię, *quòd fortitudo est amor omnia propter Deum facilè perferēs. Deus autem non est propriè habitus fortitudinis, sed aliquid melius: sicut oportet finē meliorem esse iis quæ sunt ad finē. Non ergo fortis agit propter bonum proprij habitus.

¶SED CONTRA est, quod Philos. dicit in tertio Ethi*. quòd forti fortitudo est bonum. Talis autem est finis.

¶RESPONDEO dicendū, q̄ duplex est finis, s. proximus & vltimus. Finis autē proximus vniuscuiusque agen-

fortioris. Similiter quoque patet, q̄ sustinere ex propria ratione, morā quādā importat, quoniā importat immobiliter persistere: quod sine mora quadam non est intelligibile. Huiusmodi autem mora in moralibus diuturnitas quædam esse videtur, quia talis videtur esse moralium mora: aggredi autem, nec moraliter nec naturaliter morā, aut diuturnitatē importat, quamuis tempus consignificet, quo aggressio fit, sicut cætera verba. Hoc enim commune est omnibus.

¶In responsione ad secūdum eiusdem articuli nota quòd sustinere, licet ex parte corporis importet passionem, ex parte tamē animæ importat actionē, vt infrà dicitur, multipliciter. Prima est, firmiter velle bonum, de quo est pugna, puta fidem, pacem, &c. quod est finis remotus fortitudinis, & est finis ex parte materiæ circa quā est fortitudo, vt infrà patebit. Et hæc actio est causa omnium sequentium q̄ñ inuenitur tale velle, distinctū à velle propriū fortitudinis bonū. Quod ideo dico, quia pōt esse pugna de ipso fortitudinis bono. Secūda est velle bonum rationis, quod est proximus finis fortitudinis, & proximū bonū fortitudinis: & hoc est cuius meminit litera. Tertia, quæ ex ista oritur, est electio moderatiua timoris & audaciç. Quarta, quæ ex omnibus antedictis oritur, est imperij, electionis & vti respectu ipsius sustinere, dū & ratio præcipit sustinere, & voluntas eligit sustinere, & ipsa eadem vtitur corpore ad sustinēdū, firmiter tenēdo illud sub periculis, ictibus, vulnerib⁹, &c. ita q̄ firmiter & immobiliter pati in corpore, oritur ex firmiter & immobiliter agere ipsius aïæ. Et ꝑpterea sustinere ex parte animæ consistit in agere, licet ex parte corporis dicatur pati.

ca. 9. to. 5.
Ar. 3. huius q.
ca. 9. to. 5.
ca. 8. to. 5.

¶ Super Quæstionis centesimæ vigesimætertiæ Articulum septimum.

IN art. 7. eiusdem quæstionis aduertendū est, quòd conclusio literæ accipiatur cū distinctione tamē. Distinguitur siquidē, & dicitur q̄ finis habitus est duplex. vnus cōnaturalis: & hic est operatio propria. Et sic litera verificatur. Alter præstitutus ab operāte: & hic est quē dicūt quòd ex præstitutione operantis, per operationem habitus consequi intendimus. Et hic finis non est operatio perfecta fortitudinis, sed illud quod per illā consequimur, puta pax patrię. Distāt autem hi à veritate & Autore, in duobus. Primò in hoc quòd ex propriis non determinant fortitudinis naturam, sed ex remotis, & non necessariis, qualia sunt extrinseca bona, quæ per fortitudinem consequitur. Secundò in ista negatiua, scilicet quòd perfecta operatio fortitudinis non sit nec possit esse finis præstitutus respectu habitus fortitudinis & fortis. Hoc enim falsum esse constat: quoniam potest solum fortitudinis morale bonum impugnari: vt si Tyrannus aliquis, ad hoc solum, vt eos quos verè fortes & impauidos intelligit esse, tormentis variis mortis afficeret, vt fortitudinis bono priuaret. Constat nanque quòd illi sustinendo sicut oportet, &c. fortissimi essent, dicente Aristot. in tertio Ethicorum. Principaliter autem vtique dicetur fortis, qui circa bonam mortem impauidus, & quæcunque repentina existentia inferunt mortem. Et tamen hi per fortitudinem & fortitudinis actum nullum aliud bonum consequi intendunt, nisi fortitudinis actum perfectum continuare, quod est in fortitudinis bono perseuerare. Quapropter soluenda sunt argumenta Martini, quæ ad probandam dictam negatiuam falsam, affert in quæst. 6. dubio 3. Probat ergo quinque mediis intentam negatiuam, scilicet, perfecta operatio fortitudinis non est finis secundum præstitutionem ipsius habitus. Primò sic: Actus & habitus habent eundem finē præstitutum: sed actus fortitudinis non est finis actus per præstitutionem: ergo nec habitus. Secundò, Nullus elicit fortitudinis actum conformiter ad rectam rationem, nisi gratia alicuius alterius quod consequi intendit per actum illum: ergo. Tertiò, Si non esset necesse præstituere aliquem finem actui, sequeretur quòd liceret duobus Principibus, inter quos nulla est de iure, vel iniuria, vel contentio, congregare exercitus & pugnare propter fortitudinem exercendam. Hoc est falsum: ergo. Patet sequela: quia actus illi possent habere omnes circunstantias requisitas ad actum fortitudinis, ex quo non requiritur alius finis præstitutus. Nec valet dicere quòd actus haberet iniustitiā annexam, puta mortem innocentum: quia respondebitur q̄ volenti non fit iniuria. Quartò, Quæcunque ita se habent quod postremum ordine natum est haberi per primum, & primum non poneretur si postremum sine eo haberetur, tunc postremum est verus finis prioris. Sed prohibitio iniuriæ vt postremum, & actus fortitudinis vt primum, ita se habent: ergo. Minor patet: quia prohibitio iniuriæ nata est haberi per actum fortitudinis, & non oportet fortitudinem exerceri, si prohibitio iniuriæ sine actu eius haberi posset. Esset enim temeritatis non fortitudinis actus. Maior probatur: quia esse tale est gratia cuius aliquid fit. Quintò. Nullus actus bonus & laudabilis quo læditur proximus habet seipsum pro fine ex præstitutione: quia lædere proximum non est ex se bonum, sed tātum gratia alicuius alterius à se: sed ꝑ actū fortitudinis læditur proximus, quia vulneratur, spoliatur, occiditur: ergo præter actū ipsum necesse est esse aliū finē ꝑprium ex præstitutione.

¶ Arguit quoque idem Martinus ibidem contra expositionem autoritatis Arist. in litera allatæ, dicens, q̄ malè exponitur bonum pro fine, & fortitudo pro operatione, cùm dicitur, Forti autem fortitudo bonum, vt Autorē accipere dicit. Et probat sic, Arist. vult ibi probare q̄ fortitudo operatur gr̄a boni, ita s. q̄ operatio fortitudinis fit alicuius gratia boni, quod nunquam posset probari per hoc: Operatio fortitudinis est finis fortis. Et q̄ loquatur ibi de fine operationis, patet ex textu rotundo. Finis, inquit, omnis operationis est qui secundum habitum operatur.

ca. 8. to. 5.

¶ Ad euidentiam huius quæstionis altius ordiri oportet. Et vt clarè res tā occulta elucescat omnibus, triplici distinctione vtemur. Prima est de fine proprio actus secundum se, vel per aliud. Finis eñ proprius actus secundum se est ille qui est proprius finis, propter quem habens talem habitū operatur: Finis autē eiusdē per aliud, est quodcunque aliud propter quod faciēs talem actum operatur. Verbi gratia in vitiis finis actus furandi est ille propter quem fur vt sic, operatur. Finis autem per aliud est quodcunque aliud propter quod aliquis furatur, puta vt luxurietur. Tanta hinc ad propositum differentia emanat, vt sicut qui furatur, vt mœchetur, magis mœchus quàm fur sit: qui autem furatur, vt alienum auferat, ille verè & propriè fur sit (primus nanque ex alio principio, scilicet inclinatiuo ad mœchiam, & ex alio fine, scilicet delectabili venereo furtum committit, alter autem ex proprio furandi principio & fine furtum committit) ita in actu temperantiæ, fortitudinis, & aliarum est virtutum: qui enim fortitudinis actum facit propter temperatum esse aut iustum esse, magis est temperatus aut iustus quàm fortis: quoniam ex alio principio & alio fine fortem actum facit, scilicet ex principio inclinatiuo in temperantiam, & illius proprio fine, vel inclinatiuo in iustitiam, & illius proprio fine fortem actum facit. Qui vero fortitudinis actū exercet, vt fortiter agat, ille verè & propriè fortis est: quia ex principio inclinatiuo in fortitudinis opera, & propter proprium finem operum fortitudinis, operatur per se primo & non propter aliud, vt proprium finem. Patet ergo facilè inducendo in vitiis & virtutibus hæc prima distinctio. Secunda distinctio est de operatione virtutis, quòd dupliciter de ea loqui possumus. Primo, de ipsa operatiōe, secundum suam substantiam: puta in proposito de timere, audere, sustinere, &c. Secundò, de ipsa secundum formam conditionum quas sortitur ex habitu illius virtutis. Valde enim refert loqui de sustinere, vel loqui quando oportet, vbi oportet, quæ oportet, sicut oportet, &c. Et hanc distinctionem, vt pote claram, non oportet aliter manifestari, sed ex ea ad propositum scire, q̄ cùm operatio secundum substantiam sit à potentia naturali, puta imperare, eligere, timere, audere, sustinere, aggredi, & vniuersaliter pati, & agere voluntaria: conditio autem seu qualitas eius sit ab habitu: puta, quando, quę, sic, vbi, propter quid oportet, sicut habitus se habet ad potentiā naturalem vt forma ad materiam, ita se habet id quod per habitum fit, & est ad operationem: ita quòd operatio est materia eius quod secūdū habitum fit & est. Et q̄ñ materia est propter formam, & finis generationis est forma, vt patet ex 2. Physi. ideo propius finis operationis cuiuscunque virtutis est id quod secundum habitū illius virtutis in operatiōne fit. Et hoc est quod Aristot. in tertio Ethic. assumit, dicens in textu rotūdo, Finis enim omnis operationis est qui secūdū habitum. Hoc est quod Autor docet in litera, ponendo proprium finem fortis, non operationem, vt arguens male interpretatus est, secundū similitudinem, seu conuenientiam habitus in operatione positam: quæ nihil aliud est quàm

ca. 15. to. 5.
ca. 7. to. 5.

tis est, vt similitudinē suæ formæ in alterū inducat: sicut finis ignis calefacientis est, vt inducat similitudinē sui caloris in patiēte. Et finis ædificatoris est, vt inducat similitudinem suæ artis in materia. Quodcunq; autem bonum ex hoc sequitur, si sit intētum, pōt dici finis remotus agentis. Sicut autē in factibilibus materia exterior disponitur per artem, ita etiā in agibilibus per prudentiam disponuntur actus humani. Sic ergo dicēdum est, quòd fortis sicut proximum finē intendit, vt similitudinem sui habitus exprimat in actu: intendit enim agere secūdū conuenientiam sui habitus. Finis autem remotus est beatitudo, vel Deus.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nā prima ratio procedebat, ac si ipsa essentia habitus esset finis, non autem similitudo eius in actu, vt dictum est. *Alia verò duo procedunt de fine vltimo.

In corp.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum fortis delectetur in suo actu.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd fortis delectetur in suo actu. Delectatio enim est operatio connaturalis habitus non impedita, vt dicitur in decimo Ethic*. Sed operatio fortis procedit ex habitu, qui agit in modum naturæ. Ergo fortis habet delectationem in suo actu.

¶2 Præt. Ad Gala. 5. super illud, Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, & pax. dicit Ambros*. quòd opera virtutū dicuntur fructus, qui mentem hominis sancta & syncera delectatione reficiūt. Sed fortis agit opera virtutis. Ergo habet delectationem in suo actu.

¶3 Præt. Debilius vincitur à fortiori. Sed fortis plus amat bonum virtutis q̄ proprium corp⁹ quod periculis mortis exponit. Ergo delectatio de bono virtutis euacuat dolorem corporalem, & ita delectabiliter omnino operatur.

Ex c. 6. et 8. to 5.
In libr. de Parad. c. 13. innuitur. to. 4. et in Epi. ad Gal. c. 5.

¶SED CONTRA est, quod Philos. dicit in tertio Ethic*. q̄ fortis in suo actu nihil delectabile videtur habere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut s̄ dictum est*, cùm de passionibus ageretur, duplex est delectatio: vna quidem corporalis, quæ consequitur tactū corporalem: alia autem animalis, quę cōsequitur apprehensionem animæ: & hęc propriè consequitur opera virtutum, quia in eis consideratur bonum ratiōis. Principalis verò actus fortitudinis est sustinere aliqua tristia secundū apprehēsionem animæ: puta, quòd homo amittat corporalem vitā, quam virtuosus amat, non solùm inquantum est quoddam bonum naturale, sed etiam inquantū necessaria est ad opera virtutum, & quæ ad eā pertinent: & iterum sustinere aliqua dolorosa secundum tactum corporis, puta vulnera vel flagella. Et iō fortis ex vna parte habet vnde delectetur, s. secundū delectationem animalē, scilicet de ipso actu virtutis, & de fine eius. Ex alia verò parte habet vñ doleat ēt animaliter, dū considerat amissionem propriæ vitæ, & corporaliter. Vnde legitur 2. Machabęorum 6. quòd Eleazarus dixit, Diros corporis sustineo dolores: secūdum animā verò propter timorē tuum libenter hæc patior. Sensibilis aūt dolor corporis facit nō sentiri animalē delectationē virtutis, nisi fortè ꝑpter abundātē Dei gratiā, quę fortius eleuat animā ad diuina, ī quibus delectatur, quā à corporalibus pœnis afficiatur, sicut beatus Tiburtius cum super carbones incēsos nudis plātis incederet, dixit, quòd videbatur sibi

ca. 9. to. 5.
1. 2. q. 31. ar. 3. 4. & 5.

quàm forma, vel quasi forma operationis, saltem in esse morali. Tertia distinctio est ꝑpria huic materiæ, & est de fine fortitudinis, & de fine materię fortitudinis. Bonum siquidem de quo est pugna (quicquid illud sit, siue sit aliud à bono fortitudinis, vt, iustitia, &c. siue sit ipsū propriū bonū fortitudinis, īquātum est bonum, de quo est pugna) non est proprius finis fortitudinis, sed proprius finis materiæ circa quam est fortitudo reddens illam bonam seu optimā. Verbi gratia, Extat bellum propter repellendam iniustam patriæ vexationem. Salus patriæ est directè proprius finis propter quē pericula mortis in bello sunt optima, & mors ipsa ibidē redditur bona. Quod enim iste finis se teneat ex parte materiæ, circa quam est fortitudo, & ratione & autoritate patet. Ratione quidē, quia fortis circa pericula maxima, & optima tanquā circa propriā materiam versatur. Sed pericula, sicut non sunt maxima, nisi sint mortalia, ita non sunt optima nisi propter bonū virtutis, quod impugnatur. Reddūtur ergo pericula optima ex tali fine: ac per hoc pericula maxima fiūt materia fortitudinis, ex hoc quod sunt optima ex tali fine. Et potes formare rationē sic, Pericula maxima ac optima sunt materia fortitudinis: ergo id quo sūt optima spectat ad materiā fortitudinis. Sed non sunt optima bonitate intrinseca ea denominante, sed ex ordine ad optimū finē, s. bonū virtutis de quo est pugna, vt patet: ergo bonū de quo est pugna, finis est materię, circa quam est fortitudo. Quòd aūt illud idē bonū nō sit finis proprius fortitudinis, probatur ex hoc, q̄ finis proprius vnius virtutis cōmunis esset multis virtutibus. Verbi gr̄a, Esse temperatū est proprius finis tēperantiæ, & secundū hoc esset etiā proprius finis fortitudinis, quod est impossibile. Implicat nāq; dicere finē propriū vnius virtutis esse finē propriū plurium virtutum eiusdem ordinis. Autoritate verò, nam in tertio Ethic. Arist. inuestigando materiam fortitudinis, clarè concludit, q̄ non circa omnia pericula mortis, sed circa optima est. Et constat q̄ non huiusmodi sunt pericula bona bonitate in eis: ergo propter ordinem ad bonum, propter quod non effectiuè, nec exemplariter, vt patet, sed finaliter sunt optima. Et post non immediatè, sed cùm determinat de actu formato ipsius fortitudinis, probat quòd fortis boni gratia operatur: vbi nūquam meminit alicuius boni in speciali, nisi fortitudinis, apertè ostendens, q̄ proprius finis fortis, & virtutis fortitudinis est fortitudo actuali. Substernitur eñ ly timere, audere, sustinere, aggredi, &c. actuali fortitudini, quæ secundum conuenientiā ad habitū fortitudinis, apponitur huiusmodi actibus dum sustinet vel aggreditur, &c. q̄ñ oportet, quid oportet, sicut oportet.

¶His prælibatis nō est difficile intueri veritatem quæstionis istius, quæ consistit in hoc q̄ finis proprius fortis, & habitus fortitudinis tam præstitutus quā connaturalis, est actualis fortitudo. Tum à cōmunibus inchoando (quia vnūquodque est propter suam operationem, vt dicitur in secundo Cæli. Proprium autem opus fortis vt sic, & habitus fortitudinis, non est operatio secundum suam substantiam, puta sustinere, sed secundum suam formam. Ac per hoc fortitudo actualis, quæ significat formam in tali operatione, sicut simitas significat curuitatem in naso) Tum quia sicut finis proprius iustitiæ est iustitia in actu exercito, eo modo quo fit à iustis: & similiter finis temperantiæ proprius, temperatè se habere in actu exercito, eo modo quo temperati se habent: & finis proprius liberalis est liberalitas in actu exercito, eo modo quo liberales se exercent, & sic de aliis: ita finis proprius fortitudinis & fortis vt sic, est fortiter operari eo modo quo fortes operantur. Et omnium est vna communis ratio, quia habitus sunt propter proprias perfectiones actuales, quas opponunt operationibus in actu exercito. Sunt enim habitus velut potentiæ quædam mediæ inter potentiam & actum. Et propterea sunt instituti propter actuales perfectiones tanquàm omnino actus. Tum quia fortis, occurrente materia fortitudinis, puta maximo & optimo periculo, puta iusto bello, præstituet sibi, inquantum fortis, non alium finem nisi fortiter agere actu interiori & exteriori. Et hoc secundum rectissimam fit rationem: quia fortitudo ipsa actualis est bonum forti, & est finis suæ operationis, puta sustinere, aggredi. Hæc enim omnia operatur vt fortiter agat, & huius boni gratia agit fortis. Et potes hinc formare rationem. Fortis habet pro fine proprio fortitudinem actualem tanquam sufficiens, & proprium motiuum intentionis suæ ad hoc vt sustineat, aggrediatur, &c. ergo non oportet aliū finem proprium quærere, sicut nec in aliis virtutibus. Et ex iis habet triplicem modum fortitudinis actualis. Primus & perfectissimus in suo genere est, cùm quis ex habitu fortitudinis tendit actualiter ad hunc finē, vt fortiter se habeat circa optima ac maxima pericula. Hic enim ad finem proprium fortitudinis se habet eo modo quo se habent fortes. Secundus est minus perfectus, quum quis non ex habitu fortitudinis, quia caret illo, sed ex intentione circa optima ac maxima pericula, ad eundem finem, hōc est, fortiter se habere, actualiter tendit. Hic enim deficit à primo in hoc, quòd non operatur fortiter eo modo quo fortes operātur, scilicet propriè ac faciliter. Tertius imperfectissimus, cùm quis non propter fortiter se habere, sed propter aliud bonum, puta pacem vel iustitiam, fortiter se habet. Hic enim tam parū hēt de fortitudinis virtute, vt magis sit iustus quā fortis: sicut mœchatus, vt furetur, magis fur quàm mœchus est. Et ex his clarè patet q̄ cùm fortis, vt sic, agat scienter & ex electione, &c. proprio fine præstituto habet illudmet bonū, quod est sibi finis cōnaturalis. Et q̄ sicut ī iusto ac iustitia, tēperato ac temperantia, non est distinguendus finis proprius præstitutus à fine proprio connaturali, sed ille qui secundum habitum est, ipsemet præstitutus est: ita nec in fortitudine distinguendum est de fine proprio connaturali, vel præstituto: secus autem est loqui de fine remoto.

¶Ad primum ergo argumentum in oppositum, & omnia sequentia simul, dicitur quòd iste homo deceptus est in hoc quòd non discreuit inter operationem quā assumit fortitudo & fortis, puta sustinere, & id quod secundū cōuenientiam habitus operatiōi opponitur: quorū vtrunq; importat operatio perfecta seu actus perfectus seu formatus. Et cōputauit pro vno & eodem vtrunq;, cùm tñ valde distent, quum alterum materia, alterum forma, alterum finis, alterum propter finem sit. Vnde propriè loquendo debemus dicere, non quòd operatio fortitudinis est eius finis, sed quòd fortitudo actualis in operatione est finis naturalis & præstitutus.

¶Sigillatim autem respondendo dicitur, concedendo maiorem de operatione secūdū substantiā, sed negando minorem si rectè subsumeretur, s. Fortitudo actualis non est finis actus secundum substantiam, alioquin nihil obstat.

¶Ad secundum negatur Maior, loquendo de actu formato qui est secundum rectam rationem: quoniam vt fortis, eligit fortiter agere circa optima pericula: quia fortiter agere est secundum se bonum.

¶Ad tertium negatur sequela: quia deficeret propria materia fortitudinis in casu illo, scilicet periculum optimum, ac per hoc non se exercerent in fortitudine vera, falsissimum quoque est quod additur ibi, quòd quia vult quis percuti vel occidi, ideo non fit iniustè si quis percutiatur, vel moriatur, nisi apud eos qui putant, q̄ homo possit per seipsum vel alium, ad libitum licitè se occidere, vel percutere, quod constat esse alienum à veritate & ratione.

¶Ad quartum negatur Maior, loquendo de proprio fine. Stat enim quòd sit finis materiæ circa quam est, & non sit proprius finis illi⁹. Probatio autem nihil probat, nisi forte hoc quòd est aliquo modo finis illius vel alicuius ad illud requisiti, puta materiæ eius: cum quo stat quòd non sit proprius finis illius, quod erat probādum. Ita quòd, vt vno verbo dicatur, id de quo est pugna, &c. est quidem finis fortis ex parte materiæ, sed non est proprius finis fortitudinis ex parte operationis & habitus.

¶Ad quintum negatur Maior: quoniam actus bonus & laudabilis quo læditur proximus, potest esse secundum se bonus, non inquantum est læsiuus proximi, sed inquantum est secundum se actus virtutis circa propriam materiam. Et sic est de fortitudine, cuius non est respicere operationem suam, inquantum est ad alterum, sed inquantum est ad se, saluata materia propria, scilicet optimo & maximo periculo. Ad id verò quod contra expositionem Autoris afferri dicitur, respondebitur quòd malè intellectus est Autor. Nā autor per fortitudinem, non exponit operationem, sed fortitudinem actualem, quæ est similitudo fortitudinis habitualis: & est proprium bonum ipsius habitus fortitudinis & fortis, & proprius finis vtriusque, & operationis secundum substantiam, puta sustinere, aggredi. Et propterea ad probationem dicitur, quòd optimè per hoc probatur intentum Aristotelis, scilicet quòd fortis operatur propter fortitudinem actualem, vt proprium finem, quia finis omnis operationis est, qui secundum habitum. Et propterea optimè concludit, quòd operatur & patitur boni gratia: quia gratia actualis fortitudinis sustinet & facit, quicquid operatur.

¶ Super Quæstionis centesimæ vigesimætertiæ Articulum octauum.

Universidad de Deusto Biblioteca

IN artic.8.eiusdem quæstionis,aduerte quòd Autor intendit quòd fortis fortiter operans actualiter,sustinendo vulnera & mortem,sic se habet,quòd ad actum suum perfectum consequitur naturalis delectatio. Ex eo nanque ꝙ cognoscit fortis se fortiter agere in sustinendo vulnera & mortem, & in perdendo vitam necessariam ad virtutes,delectatur: Hoc est enim delectari de actu & fine fortitudinis. Videt enim se consequi tunc intentum finem, quod est fortiter se habere. Et hæc delectatio superat tristitiam naturalem, ex hoc quod apprehendit fortis se per mortem priuari maximis bonis, puta præsentibus virtutibus ratione mortis:quoniam magis diligit vnum excellentissimũ actuale bonum, scilicet fortiter semel agere,quã manere in multis habitualibus bonis. Sed impeditur à tristitia seu dolore corporali, ne sentiatur à forti:& vt dicitur in tertio Ethico. videtur euanescere. Fundamentum autem eius, scilicet ex ratione & electione fortiter persistere,non absorbetur, nec euanescit: sed quo ad hoc superat omnes dolores sensibiles, vt in litera dicitur.Et hinc habes duo. Primum, quo ad omnes quòd nulla tormenta vincunt, aut deducunt ipsum ad vitium aliquod: & si vincuntur, fortes non sunt. Secundum, quo ad beatam Virginem, quòd tristitia quam habuit in passione & morte filij, non absorbuit rationem eius, cùm fuerit verè fortis. Et etiam si mortem sustinuisset, non euanuisset,nec absorptum fuisset suum fortiter sustinere & ratione & electione. Tanto igitur minus à tristitia naturali quam habuit,absorpta fuit, eius ratio. Ac per hoc falsum videtur quòd passa fuerit spasmum,quo vsus rationis impeditur seu absorbetur per tristitiam: sicut econtra in coitu per delectationem absorberi quoque dicit Aristoteles.

¶ *Super Quæstionis centesimæ vigesimatertiæ Articulum nonum.*

IN articulo nono eiusdem quæstionis dubium occurrit, an fortitudo consistat circa repentina quantum ad electionem. Et est ratio dubij, quia Martinus in quæstione 6.dubio secundo nominatim contra Sanctum Thomam dicit se tenere partem affirmatiuam, allegando verba quæ in principio corporis articuli huius Autor dicit,scilicet in operatione fortitudinis duo sũt consideranda: vnum quidem quantum ad electionem ipsius,& sic fortitudo nõ est circa repẽtina.Cõtra inquit,quinque mediis probans fortem circa repentina eligere,sustinere,& aggredi, vt oportet, &c. Sed ego nolo implere folium superfluis argumentis,& ideo ista non recito Iste homo aut noluit intelligere, aut non intellexit S.Thom.cùm tamen in promptu esset planus sensus verborum eius. Dupliciter siquidem intelligi potest ꝙ non sit electio circa repentina. Primo quod repentinis occurrentibus non sit electio sustinendi & aggrediendi vt oportet,&c. Et attribuere hanc negationem forti,est dicere fortem non esse fortem:& est contradicere directè Autori in hoc articulo volenti, ꝙ in repentinis fortis facit ea,quæ sunt virtutis fortitudinis & in hoc manifestat se habere fortitudinis habitũ firmatũ.Præcipuum autem in virtute morali est electio. Ex electione igitur in repentinis operatur fortitudo apud Autorem Nec vnquam etiam somniauit Autor oppositum, quod iste homo imponit eidem

super roseos flores ambulare. Facit tñ virtus fortitudinis, vt ratio nõ absorbeatur à corporalibus doloribus.Tristitiam autem animalem superat delectatio virtutis,inquantum hõ præfert bonum virtutis corporali vitæ & quibuscunq; ad eã pertinentibus. Et ideo Philosophus dicit in tertio Ethi*.quòd à forti nõ requirit, vt delectetur quasi delectationẽ sentiens,sed sufficit quòd non tristetur. [*cap. 3. & c.7. & 9. to.5.*]

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum,ꝙ vehemẽtia actus vel passionis vnius potentię impedit aliam potentiam in suo actu. Et ideo per dolorem sensus impeditur mens fortis ne in propria operatione delectationem sentiat.

¶Ad secundum dicendum, quod opera virtutum sunt delectabilia, præcipuè propter finem. Possunt autem ex sui natura esse tristia.Et præcipuè hoc contingit in fortitudine. Vnde Philoso. dicit in 3.Ethic*.quòd non in omnibus virtutibus operari delectabiliter existit, præter inquantum finem attingit. [*ca.9.to.5.*]

¶Ad tertiũ dicendum,quòd tristitia animalis vincitur in forti à delectatione virtutis. Sed quia dolor corporalis est sensibilior,& apprehensio sensitiua magis est homini in manifesto, inde est ꝙ à magnitudine corporalis doloris euanescit delectatio spiritualis, quæ est de fine virtutis.

ARTICVLVS IX.

¶ *Vtrum fortitudo maximè consistat in repentinis.*

AD NONVM sic proceditur Videtur,quòd fortitudo non maximè consistat in repentinis.Illud enim videtur esse in repentinis quod ex inopinato prouenit.Sed Tullius*dicit in sua Rhetorica, quod fortitudo est considerata periculorum susceptio,& laborum perpessio.Ergo fortitudo non cõsistit maximè in repentinis. [*Libr.2.de inuen.fol.4. ante fi.*]

¶2 Præt. Ambro.dicit in 1.de Officiis*. Fortis viri est non dissimulare cùm aliquid immineat.Sed prætendere,& tanquam de specula quadam mentis obuiare cogitatione prouida rebus futuris, ne fortè dicat postea:ideo in ista incidi quia non arbitrabar posse euenire.Sed vbi est aliquod repentinum,ibi non potest prouideri in futuro. Ergo operatio fortitudinis non est circa repentina. [** cap.38. to.1.*]

¶3Præt.Philo.dicit in tertio Eth*.quòd fortis est bonæ spei.Sed spes expectat aliquid in futurum,quod repugnat repẽtino.Ergo operatio fortitudinis non cõsistit circa repentina. [*ca.8.to.5.*]

¶SED CONTRA est quod Philos. dicit in tertio Eth*.quòd fortitudo maxime est circa quæcunque,quæ mortem inferunt,repentina existentia. [*ca.8 to.5.*]

Alio modo ergo potest intelligi, quòd circa repentina non sit electio, tanquam circa electam conditionem obiecti.Et sic intendit Autor,nec solum intendit,sed dicit & probat.Intendit siquidem quòd fortitudo ex parte electionis non exigit quòd sit circa repentina, sed bene hoc requirit ex parte manifestationis:quia maximè manifestatur in repentinis. Dicit vero in verbis allatis, dum dicit quòd in operatione fortitudinis duo sunt consideranda: vnum quidem quantum ad electionem ipsius proculdubio operationis, & sic fortitudo non est circa repentina, qđ nihil aliud est quàm dicere quòd fortitudo non eligit operationem esse circa repentina. Et statim probat subdens, Eligit, enim fortis præmeditari pericula &c. Est ergo doctrina Autoris quòd esse repentinum non est conditio electa à forti:quia fortis eligit potius oppositam conditionem,scilicet præmeditari. Si tamen occurrat talis conditio in periculis maximis, fortiter se habebit proculdubio non ex ebrietate, aut passione, sed electione & recta ratione. Ex quibus patet quòd in promptu erat planus sensus & verus & intentus:quare,&c.

¶ *Super Quæstionis centesimæ vigesimætertiæ Articulum decimum.*

IN arti.10.eiusdem quæstionis in responsione ad tertium, dubia occurrunt tria ex Martino in q. 6. dubio primo impugnante hanc responsionẽ quo ad tria. Primũ est, ꝙ fortitudo non assumit iram ad actum sustinendi. Contra hoc dupliciter arguit. Primo, Ira maximè facit hominem insensibilem inter vulnera & ictus:ergo maximè facit hominem perdurare in tollerantia passionum, quod est sustinere.Secundo, Ad iram moderatam pertinet insilere quando insiliendum est: ergo ad eandem pertinet quãdoque sustinere, vt tandem commodius insiliat. [*Infrà ar. 11.ad 1. et ver.q. 16. ar. 7. cor. fi.& 3.Ethi.lec.17.*]

¶Secundum est. Tristitia non coadiuuat ad aggrediendum nisi per accidẽs, quia secundum propriã rationem succumbit nociuo. Contra hoc arguit tripliciter, Primo. Si hoc est per accidens coadiuuare aggressum, scilicet quod aliquis se exponat periculo,vt tristitiam effugiat, sequeretur quod ira etiam non adiuuaret ad aggrediẽdum nisi per accidens,in quantum s.aliquis periculo se exponit, vt de aduersario vlciscatur. Secundo,Quia tristitia rerum pertinentium ad bellum,puta desolationis patriæ,filij occisi,& huiusmodi,facit homines regulariter pugnaces: ergo coadiuuat non per accidens ad aggrediendũ. Tertiò tristitia moderata non est deiiciens nec absorbens,sed afficiens tantũ: ergo non succumbit nociuo:quinimo ipsa ira tristitia est.Non valet hæc ratio Autoris,quòd immoderatæ tristitiæ est succumbere,non moderatæ:quæ adiuuat fortitudinis exequutionem.

¶Tertium est,Concupiscentia per accidens quandoque adiuuat ad aggressum,inquantum scilicet aliquis vult potius in pericula incidere quã delectabili carere:& nõ per se,quia concupiscẽtia per se tẽdit ad delectabile.Cõtra hoc arguit sex modis.Primò,exemplis positis Secundò quia qui vult per se efficaciter aliquid, vult per se tollere omnem causam impeditiuam illius. Tertio quia homines concupiscentes fiunt pugnatores.Quarto,quia propter concupiscentiam fit vt ablatio rei concupitæ videatur esse maior paruipensio,& ita

¶RESPONDEO dicendum, quòd in operatione fortitudinis duo sunt cõsideranda:vnum quidem,quantum ad electionem ipsius:& sic fortitudo non est circa repentina, eligit enim fortis præmeditari pericula, quæ possunt imminere, vt eis resistere posit aut facilius ea ferre: quia vt Gregorius dicit in quadã Homil*.Iacula quæ præuidentur,minus feriunt: & nos mala mũdi facilius ferimus,si contra ea clypeo præscientiæ ꝑmunimur. [*Hom. 35. in Euag.*] Aliud verò considerandum est in opere fortitudinis, quantum ad manifestationem virtuosi habitus. & sic fortitudo maximè est circa repentina: quia secundum Philoso.in 3.Ethico*. in repentinis periculis maximè manifestat fortitudinis habit⁹. [*ca.8.to.5.*] Habitus enim agit ĩ modum naturæ.Vnde quòd aliquis absque præmeditationẽ faciat ea quæ sunt virtutis, cùm necessitas imminet propter repentina pericula, hoc maximè manifestat quòd sit fortitudo habitualis in anima confirmata. Potest autem aliquis,etiam qui habitu fortitudinis careret, ex diuturna præmeditatione animũ suum contra pericula præparare:qua etiam præparatione fortis vtitur cùm tẽpus adest. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS X.

¶ *Vtrum fortis vtatur ira in suo actu.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur,quòd fortis non vtatur ira in suo actu. Nullus enim debet assumere,quasi instrumentum suæ actionis illud,quo non potest vti pro suo arbitrio. Sed homo põt vti ira pro suo arbitrio,vt s.posit eam assumere cùm velit, & deponere cùm velit. Vt enim Philos. dicit in libro de Memoria*, quando passio corporalis mota est, non statim quiescit vt homo vult. Ergo fortis non debet assumere iram ad suam operationem. [**ca.4.to.2.*]

¶2 Præterea, Ille qui per seipsum sufficit ad aliquid peragendum,non debet in auxilium sui assumere id, quod est infirmius & imperfectius. Sed ratio per seipsam sufficit ad opus fortitudinis exequendum,in quo iracundia deficit.Vnde Seneca dicit in lib.de Ira *, Non ad prouidendum tantum, sed ad res gerendas satis est per seipsam ratio. [*Li.1.c.16.*] Et quid stultius est,quàm hanc ab iracundia petere presidium:rem stabilem ab incerta, fidelem ab infida, sanam ab ægra? Ergo fortitudo non debet iram assumere.

¶3Prçt.Sicut aliqui propter irã opera fortitudinis vehemẽtius exequuntur, ita ẽt propter tristitiã, vel cõcupiscentiã. Vñ Philosop.dicit in tertio Ethico*.ꝙ feræ [*ca.8.to.5.*]

concuc

concupiscentia augmentat iram. Quintò, quia ex hoc ꝙ cõcupiscentia tẽdit in delectabile,& impeditur, sequitur quòd secundario tẽdat ad remotionem huius impedimenti. Sextò, & est autoritas communis, etiã ad præcedentem materiã de tristitia. Dicit enim Arist. in tertio Ethic. Feræ propter tristitiam & dolorem incitantur ad pericula,& adulteri propter concupiscentiam. Non sunt ergo ista per accidens solum adiuuantia aggressum, sed per se,licet non ita directè & immediatè,sicut ira.

¶ Ad horum omnium euidentiam præmittendum est quid significat assumere iram,vel aliam passionem ad actum aliquem.Et breuiter explicando dicitur, quòd significat eligere illam,& vti illa vt instrumento ad illum actum. Hoc nanque modo dicitur quòd fortitudo assumit iram ad actum suum, vt patet in litera in responsione ad secundum. Hoc præmisso, ad primum argumentũ contra primũ dicitur, quòd ex hoc quòd ira reddit hominem pro tunc insensibilem vulnerũ, non sequitur,ergo est instrumentum fortitudinis ad sustinendum. Non enim omne faciens ad insensibilitatẽ vulnerũ est instrumentũ fortitudinis ad sustinendũ. Alioquin ebrietas esset instrumentũ fortitudinis. Ad hoc enim quòd aliqua passio assumatur vt instrumẽtum ad sustinendũ, oportet quòd directè cooperetur ad sustinendũ: quòd non facit ira.Reddere autem hominẽ minus sentientem vulnera, non est proprius effectus irę, sed est communis effectus omnis vehementis intentionis animæ applicatæ ad aliud. Ex communibus autem iræ & aliis,non habetur quòd ira sit instrumentũ. Posset quoque dici quòd moderata ira,quam assumere natus est fortis,nõ reddit hominem insensibilem,sed ira immoderata. Et ratio est, quia immoderata est quæ abstrahit hominem à cæteris,& totaliter trahit ad vindicandum, & non moderata. Et propterea vndique argumentum hoc ruit. Ad secundum quoque negatur sequela:quoniam ira est instrumentum fortitudinis ad opportunã aggressionem,& non ad opportunam tolerãtiam.Neque oportet quod id quod est instrumentum alicuius ad vnum actum, illudmet sit eiusdem instrumentum ad alium actũ tam disparatè quàm si subordinetur primo, vt patet in artibus vtentibus diuersis instrumentis,& ad disparata opera,puta sectionem & incisionem:& ad subordinata,puta sectionem,cõplanationẽ,figurationẽ, &c. Pertinet ergo ad fortem mediante ira aggredi quando oportet:& ad eundem fortem pertinet sustinere.Sed nihil ad hoc opus habet iræ adminiculo, quin potius oporteret,si esset,cohibere iram,vt sustineat promptius.

¶ Ad argumẽta cõtra secundũ dicitur,quòd fortis nõ vtitur tristitia,vt instrumento ad aggrediendum,nec tristitiam eligit ad hoc,sed potius econtra aggreditur,vt fuget tristitjam.Vnde tristitia non se habet ad aggrediendi actum vt instrumentũ,sed vt præexistens malũ propulsandum per aggressum. Vnde ad primũ negatur sequela,quia non est par ratio, quoniam ira est instrumentaliter cooperatiua ad aggrediendũ, non autem tristitia. Ad secundum dicitur etiam negando sequelam : qm̃ huiusmodi tristitiæ pertinentes ab bellum non vt instrumenta ad aggrediendum aut pugnandũ, sed vt mala fuganda & exterminanda conferunt:quod constat non nisi per accidens cõcurrere, quia scilicet operans est sic affectus,& non ideo quod sit instrumentum ad aggrediendum.Ad tertium dicitur ꝙ cùm passiones animæ consistant quasi in constrictione & dilatione,sicut motus cordis in tractu & pulsu : & tristitia consistat in quadam contractione, vnde & retrahuntur spiritus in tristibus magis quã in timentibus,directè tristitia cõtrariatur motui vitali,qui in quadã diffusione cõsistit,vt patet in præcedenti libro:cõsequens est,vt tristitia ex propria ratione succũbere habeat nociuo,ex hoc ipso ꝙ ex propria ratione in quadã retractione consistit.Et in hoc non est differẽtia inter moderatã & immoderatam.Sed differentia est,quia moderata non retrahit plus quàm oportet,&c. immoderata autem retrahit non quando oportet, vel plus quàm oportet.

¶ Ad argumenta contra tertium dicitur,quòd sicut tristitia se habet ad aggrediendum,vt quoddam in forti præexistens malum propulsandum, ita concupiscentia se habet vt quoddam bonum in eodem præexistens ad adiuuandũ. Vnde fortis non eligit concupiscere, nec vtitur concupiscere ad aggrediendum,sed potius quasi econtra aggreditur, vt adiuuet concupiscentiam. Vnde fortitudo propugnatrix concupiscentiæ delectabilium est, sicut irascibilis est propugnatrix respectu concupiscibilis. Aliud autem est passionem aliquam adiuuandam esse per actum aggrediendi.Aliud est passionem aliquam assumendam esse, vt instrumentum ad actum aggrediendi.

¶ Vnde ad primum dicitur, quòd exempla nulla apparent nisi ad hoc quòd concupiscentia se habet ad aggressum, vt adiuuanda. Quæstio autem est, de passione directè adiuuante instrumentaliter ipsum aggressum.

¶ Ad secundum dicitur,ꝙ aliud est loqui de supposito, quod est agens principale habens multa instrumenta,& aliud de vno instrumento, puta concupiscentia.Nam si persona vult efficaciter aliquid,vult etiã fugare impedimenta.Sed si vna passio tendit in aliquid,non propterea sequitur quòd sit ipsamet ablatiua omnium impedimentorum, vt patet in exemplo de vna arte pluribus instrumentis ad vnum totalem & perfectum effectum perueniente: dum alio aufert vnum impedimentum,& alio aliud:& alio disponit, alio perficit. Et in natura nostra,quia appetitus concupiscibilis non potest auferre sua impedimenta, datus est appetitus irascibilis, tanquã propugnatrix concupiscibilis.

¶ Ad tertium negatur sequela, scilicet ex concupiscẽtia fiunt pugnatiores: ergo ipsa est directè instrumentum aggrediendi: quoniam, vt iam patet,aliunde potest prouenire esse pugnatiorem.

¶ Ad quartum dicitur, quòd argumentũ soluit seipsum : quoniam ex hoc ipso quòd concupiscentiam adiuuat, quia excitat iram, sequitur quòd per accidens adiuuat,scilicet per iram.

¶ Ad quintum patet solutio ex responsione ad secundum.

¶Ad sextum negatur sequela. Ex hoc nanque quòd tristitia & concupiscentia incitant, non sequitur,ergo per se ministrant fortitudini ad aggrediendum,quod esset probandum.

¶ In eodem decimo articulo in eadem responsione ad tertium, dubium occurrit circa illud, Quia hunc actum, s.sustinere, sola ratio per se facit: quia si sic est,sequeretur quòd fortitudo nunquam esset circa timorem vtendo illo ad suum actum, quoniam ad actum aggrediendi vtitur non timore, sed audacia : & ad actum sustinendi nec vtitur timore,nec audacia secundum hanc literam : ergo nunquam assumit timorem ad actum suum.Præterea, Ad sustinendum oportet hominem tenere corpus ne fugiat: hoc autem animositatem quandam, quam audacia sonat,importat. Non igitur sola ratio, sed mediante audacia sustinendi actum fortitudo facit.

¶ Ad huius euidẽtiam sciendũ est quod fortitudo dupliciter se habet ad passiones Primò,vt eligens ipsam passionem,& moderamen eiusdem, sicut cum assumit audaciam,& iram ad aggrediendi actum. Fortis nanque tunc ex intentione eligit & audere,& irasci & moderationem vtriusque:quoniam vtitur vtraque passione pro instrumẽto adiuuante directè ad actum aggrediendi,vt dictũ est. Alio modo,vt eligens moderamen tantum passionis, ita quòd passionem ipsam habet tanquam ex necessitate naturæ consurgentem,& non quòd propter actum illum vtile esset eligere ipsam.Moderamen tamen consurgentis passionis oportet eligere,ne impedimentum præstet actui exercendo,vt patet,cùm fortis ad sustinendi actum moderatur timorem. Præsentib. nanque periculis maximis, quæ tunc oportet sustinere, non excitat fortis ex electione in seipso timorem : quoniam timor ex sua propria ratione est natus abstrahere à sustinendo,& causare diuersionem à sustinendo,ad cuius oppositum tendit fortis. Sed quia timor ex necessitate naturæ imminentibus talib. consurgit,fortis ex electione moderatur timorem cohibendo illum,ne impediat sustinendi actum.

¶ His præmissis,dicitur ad primam obiectionem,negando sequelam,quia licet fortitudo non assumat timorem ad alterum istorum duorum actuum,qui sunt principales,assumit tamen illũ ad actum cunctandi,cũ s.fortè eligit morari ad tempus propter hostes superiorum virium &c.vt de Fabio Maximo legitur contra Hannibalem.Expedit siquidem ad cunctandum, timorẽ incutere suis & sibi,quoniã ad hoc timor directè seruire videtur. Et similiter ad fugiendũ seu expectandũ quando oportet, qui videntur secundarij actus fortitudinis,eligere timorem & eum moderatum confert, vt patet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad sustinendũ oportet tenere corpus ne diuertat. Sed hoc nec est proprium opus audaciæ, nec est immediatus effectus audaciæ, sed mediante inuasione : ita quod audacia directè inuadit mala & mediante illa tenet corpus in malis quæ inuadit.Sed quia ad actum sustinendi vt sic,vt distinguitur contra actum aggrediendi,non exigitur inuasio, ideo nec eligitur ad sustinendum. Sed fortitudo ad actum sustinendi moderamen vtriusque passionis eligit,principaliter quidem timoris, ne abducat à sustinẽdo.Secundariò autem audaciæ ne fortè præsumat inuadere. Et sic fortitudo neutra passione vtitur,vt instrumento ad actum sustinẽdi, sed tollit vtriusque impedimentum,quod prouenire posset interiori electioni, & exteriori exequutioni in sustinendo. Et hinc apparet primò quàm optimè dixerit Autor, quòd fortitudo est virtus inquantum tollit impedimenta, tum quia hoc verum est vniuersaliter,s.respectu omnis actus fortitudinis : quia ad omnẽ fortitudinis actum oportet fortitudinem concurrere,vt tollentem impedimẽta, tum quia hoc est verum respectu principalis actus,non solũ interioris, qui est electio, sed exterioris. Apparet secundò quòd cùm dicitur fortitudinem esse operatiuam timoris & audaciæ, & fortem timere & audere, non intelligitur

vni

propter tristitiam siue dolorẽ incitantur ad pericula, & adulteri propter cõcupiscentiã multa audacia operãtur. Sed fortitudo non assumit ad actũ suũ neque tristitiam, neque concupiscentiã. Ergo pari ratione non debet assumere iram.

¶SED CONTRA est,quod Philosophus dicit in tertio Ethic*.quòd furor cooperatur fortibus. [*Cap. 8. to. 5.*]

¶RESPONDEO dicendum, quòd de ira & de cæteris animæ passionibus,sicut suprà dictũ est*,aliter sunt locuti Peripatetici, & aliter Stoici. [*1.2.q.24. art.2.*] Stoici enim irã & oẽs alias passiones animę ab animo sapientis siue virtuosi excludebãt.Peripatetici verò,quorũ Princeps fuit Aristoteles,irã & alias animæ passiones attribuebãt virtuosis,sed moderatas rõne.Et fortè quantũ ad rẽ non differebãt,sed solum quantũ ad modũ loquẽdi. Nam Peripatetici oẽs motus appetitus sensitiui qualitercunque se habẽtes, passiones animæ noiabant, vt suprà dictũ est*. [*Loco proximè citato.*] Et quia appetitus sensitiu⁹ mouetur per imperium rõnis ad hoc ꝙ cooperetur ad prõptius agendum, idcirco ponebant & iram & alias passiones animæ assumẽdas esse virtuosis, moderatas secundũ imperium rationis. Stoici verò vocabant animæ passiones immoderatos quosdã affectus appetitus sensitiui : vnde nominabant eas ægritudines,vel morbos,& ideo penitus eas à virtute separabant.Sic ergo irã moderatã assumit fortis ad suum actum,non autem iram immoderatam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ira moderata secundum rationem, subiicitur imperio rationis: vnde consequens est,vt homo ea vtatur pro suo arbitrio:non autem si esset immoderata.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio non assumit iram ad suum actum,quasi auxilium ab eo accipiens, sed quia vtitur appetitu sensitiuo, vt instrumento, sicut & membris corporis. Nec est inconueniens, si instrumentum sit imperfectius principali agente,vt martellus fabro.Seneca autem sectator fuit Stoicorum, & directè contra Arist.verba præmissa proponit.

¶Ad tertium dicendum,quòd quia fortitudo, sicut dictum est *, habet duos actus,s.sustinere & aggredi, non assumit iram ad actũ sustinendi: [*Art. huius 4.*] quia hunc actum sola ratio per se facit,sed ad actum aggrediendi, ad quem magis assumit irã quàm alias passiones: quia ad iram pertinet insilire in rem contristantem,& sic directè cooperatur fortitudini in aggrediendo. Tristitia autem secundum propriam rationem succumbit nociuo. Sed per accidens coadiuuat ad aggrediendum,vel inquãtum tristitia est causa iræ,vt suprà dictum est*, vel inquãtum aliquis exponit se periculo,vt tristitiam fugiat. [*1.2.q.47. ar.1.& 3.*] Similiter & concupiscentia secundum propriã rationem tendit in bonum delectabile, cui ꝑ se repugnat aggresio periculorũ. Sed per accidens quandoq; coadiuuat ad aggrediendum, inquantum s. aliquis vult

Universidad de Deusto Biblioteca

vniuersaliter: quia non in omni actu hæc facit: nec intellectualiter, quòd semper quando aliquid horum habet, habeat ex electione: quoniam quandoque habet ex necessitate naturæ passionem, & solum moderamen eius ex electione: sed intellectualiter & timet & audet, quando oportet, & vbi oportet, &c.

potius in pericula incidere, quàm delectabili carere. Et ideo Philosophus dicit in 3. Ethic*. quod inter fortitudines quæ sunt ex passione, naturalissima esse videtur quæ est per iram, & accipiens electionem, & cuius gratia (scilicet debitum finem) fortitudo fuit.

Cap. 8.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum fortitudo sit virtus cardinalis.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd fortitudo non sit virtus cardinalis. Ira enim, vt dictum est*, maximam affinitatem habet ad fortitudinẽ: sed ira non ponitur passio principalis, nec etiam audacia quæ ad fortitudinem pertinet. Ergo nec fortitudo debet poni virtus cardinalis.

¶ 2 Præterea, Virtus ordinatur ad bonum: sed fortitudo non directè ordinatur ad bonum, sed magis ad malũ, s. ad sustinẽdũ pericula & labores, vt Tullius dicit. Ergo fortitudo non est virtus cardinalis.

¶ 3 Preterea, Virtus cardinalis est circa ea in quibus præcipuè versatur vita humana, sicut ostium in cardine vertitur: sed fortitudo est circa pericula mortis, quæ rarò occurrunt in vita humana: ergo fortitudo non debet poni virtus cardinalis, siue principalis.

¶ SED CONTRA est, quod Greg. 22. Moral*. & Ambros. super Lucam*, & Aug. in libro de moribus Ecclesiæ*, enumerat foritudinem inter quatuor virtutes cardinales, siue principales.

*Infrà q. 141. artic. 7. Et 1. 2. q. 61. art. 2. & 3. & q. 66. art. 2. & 4. cor. Et 3. dist. 33. q. 2. art. 1. q. 3. & 4. Et vir. q. 1. artic. 12. ad 25. & 26. & q. 5. art. 2. * art. præ. * Cap. 1. * Lib. 5. c. de beatitudinib. Cap. 15. * 1. 2. q. 61. arti. 3. & 4.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, virtutes cardinales siue principales dicunt, quæ præcipuè sibi vẽdicant id, quod pertinet cõmuniter ad virtutes. Inter alias autẽ cõmunes virtutis conditiones vna ponitur, firmiter operari, vt patet in secundo Eth*. Laudẽ autẽ firmitatis potissimè sibi vẽdicat fortitudo. Tãto enim magis laudatur qui firmiter stat, quanto habet grauius impellẽs ad cadendũ, vel ad retrocedendũ. Impellit autem hominem ad discedendũ ab eo quod est secũdum rationem, & bonũ delectãs & malum affligẽs: sed grauius impellit dolor corporis quàm voluptas. Dicit enĩ Aug. in lib. 83. q. Nemo est qui non magis fugiat dolorẽ quàm affectet voluptatẽ. Namq; videmus & immanissimas bestias à maximis voluptatibus exterreri dolorũ metu. Et inter dolores animi, & pericula maximè timentur ea quæ ducũt ad mortẽ: contra quæ firmiter stat fortis. Vnde fortitudo est virtus cardinalis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ audacia & ira nõ cooperantur fortitudini ad actum eius, qui est sustinere, in quo præcipuè cõmendatur firmitas eius. Per hũc enim actũ fortis cohibet timorẽ, qui est passio principalis, vt suprà dictũ est*.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd virtus ordinatur ad bonũ rationis, quod conseruari oportet contra impulsus malorũ. Fortitudo autem ordinatur ad mala corporalia, sicut ad contraria quibus resistit, ad bonum autem rationis sicut ad finem, quem intendit conseruare.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd quamuis pericula mortis rarò immineant, tamen occasiones illorũ periculorum frequẽter occurrunt, dum s. homini aduersarij mortales suscitantur propter iustitiã, quam sequitur, & etiã ꝑpter alia bona quę facit.

¶ Super Quæstionis centesimæ vigesimætertiæ Articulum vndecimum.

IN articulo vndecimo eiusdem quęstionis dubia quatuor occurrũt ex eodem Martino, suprà quatuor hic dicta impugnata ab eo in q. 2. Primum est contra illud, Virtutes cardinales dicũtur quæ præcipuè sibi vendicant id quod communiter pertinet ad virtutes. Contra hoc arguit dupliciter. Primò, quia sequeretur quòd essent tãtum tres virtutes cardinales. Probatur sequela: quia tria tantum sunt quę pertinent communiter ad virtutes, vt patet ex 2. Ethic. scilicet quòd sciens ac eligens, & propter finem, & firmiter, ac immobiliter. Secundò, hæc tria sic sunt communia omnibus virtutibus, quòd non magis insunt vni quàm alteri, nisi fortè vna virtus sit magis intensa quam altera: ergo nulla virtus videtur cardinalis ex hoc, quòd præcipuè sibi vendicat conditionem communem virtutum. Antecedens patet: quia omnis virtus moralis habet hęc omnia.

¶ Secundum est contra illud, Fortitudo ideo est cardinalis, quia laudem firmitatis potissime sibi vendicat. Contra hoc arguit dupliciter. Primò, Omnis virtus secũdum gradum heroicũ habet firmitatẽ æqualiter laudabilẽ. Ergo fortitudo non est virtus cardinalis: quia æquè laudabilem sibi vendicat firmitatem. Antecedens probatur, Omnis virtus secundum gradum heroicum habet actum imperatiuum mortis subeundæ potius quàm deserendæ virtutis. Hac autem firmitate nulla est maior aut laudabilior: ergo. Secundò, cùm huiusmodi firmitate stat, quòd vita humana non voluatur circa talem virtutem tanquam circa cardinem. Ergo non est ex huiusmodi firmitate cardinalis.

¶ Tertium est contra conclusionem principalem, s. fortitudo propriè dicta, quæ scilicet est distincta virtus à magnanimitate, de qua tractat Aristot. 3. Ethi. est virtus cardinalis. Contra hoc arguit quadrupliciter. Primò, argumento quod in hoc articulo facit Autor tertio loco, s. Virtus cardinalis est circa ea, in quibus versatur vita humana: sed pericula bellica sunt rara: ergo. Secundò non est verisimile quòd viri sancti & perfecti, in morali honestate careant aliquo vno toto genere virtutum cardinalium. Sed innumeri tales caruerunt fortitudine propriè accepta, tam actu interiori quàm exteriori, cùm multi nec vrbes incolerent, nec respublicas administrarent: ergo. Tertio, Humilitas est vnum de maximis fundamentis, & vnum de cardinibus moralis honestatis: ergo vel est virtus cardinalis, vel pars eius: sed non est cardinalis: ergo pars eius. Sed non est pars nisi magnanimitatis: ergo fortitudo, vt communiter significat fortitudinem propriè, & magnanimitatem, est virtus cardinalis: sicut iustitia, vt communis est commutatiuæ & distributiuæ. Quartò, Omnes autores qui virtutem in quatuor cardinales diuidunt, de magnanimitate & fortitudine indifferenter loquuntur: ergo fortitudo non proprie sed communiter sumpta, est virtus cardinalis. Assumptum patet ex Ambros. Grego. Seneca, Tullio.

¶ Quartum est contra responsionem ad tertium, vbi dicitur quòd occasiones periculorum mortis frequenter occurrunt. Non, inquit, mihi placet hæc responsio: quia mori propter iustitiam sine bello non pertinet ad fortitudinem, sed ad iustitiam secundum gradum heroicum.

¶ Ad euidentiam horum recolendũ est, quod in priori lib. q. 61. docuit Autor quòd s. istæ quatuor virtutes, quæ dicuntur cardinales, possunt dupliciter accipi. Primò vt quælibet earum importat rectitudinem vnius conditionis communis omnibus virtutibus: vt s. prudentia bonitatem discretionis, iustitia rectitudinis seu debiti, fortitudo firmitatis, temperãtia modi seu moderaminis. Et sic non sunt virtutes speciales nisi sola prudẽtia: & tamen sic de eis loquuti videntur autores ecclesiastici, & philosophi multi. Et propterea quicquid est firmitatis, tribuunt fortitudini: & quicquid moderaminis, temperantiæ: & quicquid recti, iustitiæ: & quicquid discreti, prudentiæ. Alio modo sumuntur, vt quælibet earum dicit habitum circa illam materiam, in qua difficillimè & principaliter conditio illa habetur. Verbi gratia, tẽperantia, vt modum ponat in delectationibus tactus, in quibus & difficillimum est persistere, & in quibus principaliter oportet persistere: quoniam qui persistit in maximis, persistit in minoribus. Iustitia, vt rectitudinem debiti & ęqualis seruet ad alterum: quoniã & hoc difficillimum est, & in hoc principaliter oportet hominẽ recta facere, s. ad alterũ. Hoc enim maximum virtutis opus est, vt dicitur in 3. Ethi. Quoniam seipsum naturaliter homo amat. Prudentia, vt bene præcipiat operationibus ac passionibus suis. Hoc etenim & difficillimũ est & præcipuũ valde: qñ esse suipsius dñm, difficillimũ & supremũ dominiũ est. Et sic sunt speciales virtutes habentes proprias materias, & dicũtur virtutes cardinales, hoc est principales in morali vita: quia verè circa principales materias vitæ moralis rectitudinẽ conditionis redundantis in oẽs virtutes apponũt, vt pulchrè declarat Autor in dictæ quæstionis art. quarto ad primum.

Cap 4. to. 5.

¶ Quibus præmissis sigillatim ad singula respondẽdo, dicitur ad primum argumentum cõtra primum, quod consequẽtia non valet. Nec probatio ex secundo Ethi. aliquid valet, propter tria. Primum, quia falsum manifestè dicit, quòd Arist. tres tantum conditiones ponat, cum in textu sint quatuor, s. si sciens, si eligens, & propter hoc, & firmiter. Iste autem ex duabus primis facit vnã. Secundò, quia ista quatuor appropriari possunt quatuor virtutibus cardinalibus, vt adaptãtur ab Autore in quæstionis eiusdẽ art. quarto in argumento tertio, & illius respõsione. Tertiò quia generales cõditiones, de quibus loquitur Autor in litera non sunt, ꝓpriè loquẽdo, illæ quas Arist. posuit, sed illæ quas suprà diximus s. discretio, rectitudo, moderamen, & firmitas.

Quæ. 36. ante med. to. 4. 1. 2. q. 25. art. 4.

¶ Ad secundum dicitur, quòd deficit ꝑpter tria, s. & quia non de illis enumeratis ab Aristot. est propriè sermo, & quia falsum est quòd nihil illorum sibi magis vna quàm alia virtus vendicet, cùm prima conditio, s. scire sit proprium prudentiæ, & omnis alia virtus hanc habeat ratione prudentiæ. Et quia aliqua virtus potest aliquid illorum sibi vt proprium vendicare, quo ad materiã principalẽ: & sic fortitudo, quia habet materiam principalem respectu firmitatis in qua s. difficillimum & pręcipuum est firmitatem habere, vt sunt pericula mortis: ideo vendicat sibi firmitatem vt magis propriam. Et cum hoc stat quòd ratione habitualis dispositionis, quia scilicet quælibet virtus est habitus, commune sit omni virtuti firmiter operari. Est ergo solidum literæ fundamentum.

¶ Ad primum obiectorum contra secundum negatur Maior, quoniam virtus quantũcunque in gradu heroico, nõ excedit propriã materiam, sed infra propriæ materiæ limites heroica est. Pericula autem optima mortis non sunt omnis virtutis materia, sed solius fortitudinis, vt patet ex distinctione virtutũ penes suas proprias materias, secundo Ethicor. Vnde probatio falsum assumit, quòd virtus heroica est ex sua natura circa subeunda pericula mortis quando oportet, &c. Hoc enim non nisi mediante fortitudine habet.

¶ Ad secundum dicitur negando Assumptũ: quoniã cum firmitate animi circa optima mortis pericula non stat quin humana vita circa hanc versetur, tanquam vnum principale sustinens vitam moralem, quod est circa cardinem volui: quoniam, vt in litera dicitur, occasiones periculorum bonæ mortis frequenter occurrentes, exigunt animum firmum circa illa.

¶ Ad primum obiectorum contra tertium respondetur cũ Autore in litera, ꝙ occasiones periculorum bonæ mortis frequenter & non raro occurrunt.

¶ Ad secundum dicitur, quòd sancti viri, qui vnam habuerunt virtutem acquisitam, omnes habuerunt: quoniam connexæ sunt. Et breuiter conceditur quòd habuerunt fortitudinem sicut iustitiam. Nec ad hoc opus fuit, vt vrbes incolerent, aut respublicas administrarent: quoniam fortitudo in animo potest haberi circa optima pericula mortis, quando, & vbi oportet.

¶ Ad tertium dicitur cũ Autore, quòd virtutes dicuntur cardinales, seu principales ratione principalis materiæ: qualẽ non habet humilitas. Et propter ea dicitur, quòd humilitas nec est virtus cardinalis, nec pars subiectiua eius, sed pars potentialis temperantiæ: quoniam est species modestiæ, quæ pars potentialis est tẽperantiæ, vt infrà patet. Dicitur autem humilitas fundamentũ virtutum directè, sed remouẽdo prohibens, s. superbiam, vt in tractatu de humilitate infrà patet. Ex hoc autem quod est sic fundamentũ, non sequitur, ergo est virtus cardinalis, quæ principalis dicitur ex materiæ principalitate.

¶ Ad quartum dicitur, quòd tam Theologi quàm philosophi, qui permissiuè vtuntur nominibus virtutum, primo modo loquuti de virtutibus videntur. Nos autem loquimur secundo modo.

¶ Ad obiectionem cõtra quartũ, iam patet ex supradictis, quòd falso innititur fundamento, s. quòd subire mortem propter iustitiam aut temperantiam impugnantem, non spectat ad fortitudinem. Superius nanque ostendimus ex doctrina Arist. non requiri ad fortitudinem contrapugnationem exteriorum virium: ac per hoc sufficere ad pericula mortis, circa quæ est fortitudo quòd sint in bello, vel communi, vel particulari, vt declaratum fuit.

¶ Super

¶ Super Quæstionis centesimæ vigesimætertiæ Articulum duodecimum.

IN art. 12. eiusdem quæstio. dubium occurrit circa calcem corporis, s. Et post has cæteræ virtutes. Et est dubium ad hominem, quia ipsemet Autor inferius tractando de humilitate præponit ipsam fortitudini & temperãtiæ. Quomodo ergo cardinales excedunt cæteras, si humilitas excedit duas harum?

¶ Ad hoc dubium dicitur, quòd nunc non est sermo de cæteris virtutibus absolutè, sed de iis quæ sunt circa aliquam particularem materiam. humilitas autem circa omnia bene disponere videtur. Sed quia discutere hoc supponit tractatum humilitatis, ideo illo vsque reseruetur hoc dubium soluendum, vbi excellentiam virtutum apud Autorẽ ex omnibus suis dictis graduare sine discordia conabimur, iam cunctis virtutibus excellentibus discussis.

Ca. 28. & 35. to. 1.

¶ In eodẽ articulo duodecimo dubium etiam ad hominem & veritatem occurrit ex responsione ad tertium. Nam ibidem dicitur quòd homo personam suam periculis mortis non exponit, nisi propter iustitiam conseruandã. Hoc enim aduersatur supradictis, s. ꝙ fortis agit propter bonum proprij habitus, vt proximum & proprium finem. Et per hoc nõ est verum quòd agit solùm propter iustitiam conseruandam.

Ca. de iustitia. Cap. 9. to. 6. Ca. 8. to. 3.

¶ Præterea, Cùm hic dicitur, Nisi propter iustitiam conseruandam: aut est sermo de iustitia particulari, & tunc falsum dicitur: quia homo tenetur subire periculum mortis propter alias virtutes, puta temperantiam, fidem, &c. aut de iustitia legali, & tunc etiam falsum est: quia homo licite subit mortis periculum, non propter commune bonum, sed proprium bonum tantummodo: vt si homo impugnetur de ipsa virtute fortitudinis in seipso, & non sit pars alicuius Reipub. sed solitarius, talis fortiter aget, sustinendo solum propter proprium bonum proprij habitus & non propter iustitiam quamcumque seruandam, nisi iustitia metaphoricè sumatur, quod est à proposito alienum.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd hic non est sermo de fine fortitudinis ex vi actus, sed de fine eiusdem ex parte materiæ: ita quòd ly propter iustitiam, denotat finem ex parte materiæ, quoniam nisi pericula mortis sint propter iustitiam bona, fortis non se exponit illis. Hoc autem non contradicere supradictis, scilicet quod fortis operatur propter bonum proprij actus, vt proximum finem actus & habitus, patet. Et quòd ista sit intentio literæ insinuatur ex eo quod subditur. Et ideo laus fortitudinis dependet quodammodo ex iustitia. Dicens quodammodo, insinuat quòd secundum aliquod dependet, scilicet secundum materiam.

Cap. 35. to. 1.

¶ Ad secundum dicitur, quòd hic proculdubio est sermo de iustitia communiter, vt claudit in se legalẽ, seu de ipsa legali, & ꝙ semper pericula circa quæ versatur fortis, sunt bona propter iustitiã legalem: quia homo est naturaliter animal politicum, ac per hoc pars communis alicuius boni. Ac per hoc omne bonum reddens pericula bona, vt circa ea fortis versetur, ordinatur ad bonũ commune, vt pars ad totum, & sic spectat ad iustitiã legalẽ bonificare pericula mortis, circa quæ est fortitudo. Ad id autem quod de solitario homine obiicitur, potest multipliciter dici. Primò, quòd sermo præsens est de virtutibus istis politicè sumptis. Secũdò, quòd sermo moralis sufficit quòd verificetur secundũ id quod est vt in pluribus. Constat autẽ quòd vt in pluribus, homines non solitarij, sed politici sunt. Tertiò, quòd etiam in casu fortis solitarij pericula mortis sunt bona propter iustitiam legalem, etsi non actu, tamen aptitudine: quia bonum propriũ illius virtutis, quod impugnatur in solitario per mortis intentationẽ, etsi non actu ordinetur ad commune bonũ, est tamen ordinabile ad illud: & sic spectat ad iustitiam legalem.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum fortitudo præcellat inter omnes alias virtutes.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd fortitudo præcellat inter omnes alias virtutes. Dicit enim Ambro. in primo de Offic*. Est fortitudo velut cæteris excelsior.

¶ 2 Præterea, Virtus est circa difficile & bonum, sed fortitudo est circa difficillima. Ergo est maxima virtutum.

¶ 3 Præterea, Dignior est ꝑsona hominis quàm res eius: sed fortitudo est circa ꝑsonã hominis, quã aliquis periculo mortis exponit ꝑpter bonũ virtutis. Iustitia autẽ & aliæ virtutes morales sunt circa alias res exteriores: ergo fortitudo est præcipua inter omnes virtutes morales.

¶ SED CONTRA est, quod Tullius dicit in primo de Offi*. In iustitia virtutis splendor est maximus, ex qua viri boni nominantur.

¶ Præt. Phil. dicit in primo Rhet*. Necesse est maximas esse virtutes, q̃ maximè aliis vtiles sunt: sed liberalitas vr̃ magis vtilis quã fortitudo, ergo ẽ maior virtus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 6. de Trinit*. in iis quę nõ mole magna sunt, idẽ est esse maius quod melius. Vnde tãto aliqua virtus maior est quanto melior est. Bonũ aũt rõnis est hominis bonũ, secundũ Dion. 4. cap. par. 4. de diui. no. Hoc autem bonũ essentialiter quidẽ habet prudentia, quæ est perfectio rationis. Iustitia autẽ est huius boni factiua, inquantum s. ad ipsam pertinet ordinem rationis ponere in omnibus rebus humanis. Aliæ autẽ virtutes sunt conseruatiuæ huius boni, inquantũ s. moderantur passiones, ne abducãt hominem à bono rationis. Et in ordine harũ fortitudo tenet locum præcipuum, quia timor periculorum mortis maximè est efficax ad hoc ꝙ hominẽ faciat recedere à bono rationis: postquam ordinatur temperãtia, quia etiam delectationes tactus maximè inter cætera impediunt bonũ rationis. Id aũt quod essentialiter dicitur, potius est eo, qđ dicitur effectiuè. Et hoc ẽt potius est eo, quod dicitur conseruatiuè secundũ remotionẽ impedimenti. Vnde inter virtutes cardinales est potior prudentia, secunda iustitia, tertia fortitudo, quarta tẽperantia, & post has cæteræ virtutes.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Ambr. fortitudinẽ aliis virtutibus præfert secundũ quandã generalem vtilitatem: prout scilicet & in rebus bellicis & in rebus ciuilibus, siue domesticis vtilis est. Vnde ipse ibidem præmittit*, Nũc de fortitudine tractemus, quæ velut excelsior cæteris diuiditur in res bellicas & domesticas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio virtutis magis consistit in bono quàm in difficili. Vnde magis est mensurãda magnitudo virtutis secundum rationem boni quàm secundum rationem difficilis.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd homo non exponit personã suam mortis periculis nisi propter iustitiam conseruandam. Et ideo laus fortitudinis depẽdet quodam modo ex iustitia. Vnde Ambr. dicit in primo de Offi*. ꝙ fortitudo sine iustitia, iniquitatis est materia. Quo enĩ validior est, eò promptior vt inferiorem opprimat.

¶ Quartum concedimus.

¶ Ad quintum dicendũ, quòd liberalitas vtilis est in quibusdã particularibus beneficiis: sed fortitudo habet vtilitatẽ generalem ad conseruandum totum iustitię ordinem. Et ideo Philosophus dicit in primo Rhet*. quòd iusti & fortes maximè amantur, quia vtiles sunt in bello & in pace.

QVÆSTIO CENTESIMA vigesimaquarta, de Martyrio in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de martyrio. ¶ Et circa hoc quæruntur quinque. ¶ Primò, vtrũ martyriũ sit actus virtutis. ¶ Secundò, cuius virtutis sit actus. ¶ Tertiò de perfectione huius actus. ¶ Quartò, de pœna martyrij. Quintò, de causa.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum martyrium sit actus virtutis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd martyrium nõ sit actus virtutis. Omnis enim actus virtutis est volũtarius: sed martyriũ quandoq; non est volũtarium, vt patet de Innocẽtibus pro Christo occisis, de quibus dicit Hilarius super Matth*. quòd in æternitatis profectũ per martyrij gloriam efferebãtur. Ergo martyriũ non est actus virtutis.

¶ 2 Preterea, Nullũ illicitũ est actus virtutis: sed occidere seipsum est illicitũ, vt suprà habitũ est:* per qđ tamẽ martyriũ consummatur. Dicit enim Aug. in primo de Ciuit. Dei,* ꝙ quædã sanctæ fœminæ tẽpore persecutionis, vt insectatores suę pudicitiæ deuitarent, se in fluuium deiecerunt, eòque modo defunctæ sunt: earúmquè martyria in catholica Ecclesia veneratione celeberrima frequentãtur: non ergo martyrium est actus virtutis.

¶ Super Quæstionis centesimæ vigesimæ quartæ Articulum primum.

IN art. 1. q. 124. aduerte, quòd cùm in litera dicitur, quòd bonum rationis consistit in veritate sicut in proprio obiecto, & in iustitia sicut in proprio effectu, per bonum ratonis non intelligas solum bonum rationis practicæ, quod prudentia ponit: sed etiam bonum rationis speculatiuæ, quod fides infusa ponit. Et similiter per iustitiã non intelligas solùm iustitię virtutem distinctam cõtra alias, sed vniuersaliter bonũ partis appetitiuæ quæ iustitia vocatur, quæ est per fidem Iesu Christi: ita quòd per hæc duo comprehensum est bonũ virtutum omnium theologicalium & moralium tã acquisitarũ quàm infusarum. Bonum nãque appetitus à bono rationis deriuari necesse est, & esse proprium illius effectum eo modo quo ea quæ in ratione sunt, causant ea quæ appetitus sunt.

Cap. 35. to. 1. Cap. 9. to. 6.

¶ In eodem primo art. in responsione ad primũ, aduerte quòd martyrium Innocentũ apud Autorem ita est meritorium cęlestis palmę sicut baptismus paruulorum est meritorius vitæ æternæ. Nam sicut paruuli, ratione baptismi, merentur præmium vitæ æternæ, non ex aliquo proprio merito, sed merito Iesu Christi eis per baptismũ cõmunicato: ita Innocẽtibus & similiter quibusdã infantibus pro Christo occisis, etiã in matris vtero effusio sanguinis est meritoria æternæ palmæ, non proprio merito, sed merito passionis Christi eis cõmunicato per baptismum sanguinis. Et hæc sint dicta propter Martinum in dicto de fortitudine tractatu de martyrio q. prima, oppositum sensum ex his literæ verbis assumentem. Autor nanque expresse ponit martyrij Christi meritum in Innocentibus, & non solum præmiũ gloriæ nec ex speciali priuilegio dicit hoc cõpetere Innocentibus. Et constat quòd eadem est ratio de omnibus infantibus propter Christum occisis, puta quia sunt Christianorum filij. Nam Christianitas est quæ mortis causa est. Mortui autem ratione Christianitatis martyres sunt, vt infrà patebit.

Cap. 1. Q. 64. ar. 5. Cap. 26. to. 5.

¶ In eodem primo articulo in responsione ad secundum Martinus in eadem q. occurrit contra Autoris solutionẽ, directè arguens, dicendo quòd cum hac solutione adhuc stat vis rationis, quia si occiderunt se, actum illicitum & non martyrij habuerunt. Vnde & aliter respondet dupliciter. Primo quòd non occiderunt ex intentione, quia licet actum committerẽt, vnde sequebatur mors earum, non tamen intendebant per hoc mori, sed seruare pudicitiam. Secundò, quod ignorantia iuris adiuta ex feruore pudicitiæ, excusauit eas, ne hoc imputaretur eis ad demeritum, quod alias fuit peccatum.

¶ Sed hæc Martini dicta facile ostendũtur à veritate aliena: quoniã sola Autoris

¶3 Præterea, Laudabile est quòd aliquis spōte se offerat ad exequēdum actū virtutis: sed non est laudabile quòd aliquis martyrio se ingerat, sed magis videtur esse præsumptuosum & periculosum: non ergo martyrium est actus virtutis.

¶SED CONTRA est, quòd premium beatitudinis nō debetur nisi actui virtutis: debetur autem martyrio, secundū illud Matth. 5. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam, quoniā ipsorum est regnum cælorum: ergo martyrium est actus virtutis.

Q. præc. art. 12.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictū est*, ad virtutē pertinet quòd aliquis in bono rōnis conseruetur. Cōsistit autem bonū rationis in veritate sicut in pprio obiecto: & in iustitia sicut proprio effectu, sicut ex supradictis patet*, Pertinet autem ad rationem martyrij vt aliquis firmiter stet in veritate & iustitia contra persequentiū impetus. Vnde manifestū est q̄ martyriū est actus virtutis.

Art. vlt. q. 109. ar. 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ quidam dixerunt q̄ innocentibus accelerat⁹ est miraculose liberi arbi. vsus, ita q̄ etiā volūtariè martyriū passi sunt. Sed quia hoc per autoritatē scripturæ nō cōprobatur, ideo melius dicendū est, q̄ martyrij gloriā, quā in aliis propria voluntas meretur, illi paruuli occisi per Dei gratiā sunt assecuti. Nam effusio sanguinis propter Christum vicem gerit baptismatis. Vnde sicut in pueris baptizatis p gratiam baptismalem meritū Christi operatur ad gloriam obtinendā, ita & in occisis propter Christū, meritum martyrij operatur ad palmam martyrij consequendā. Vnde Aug. dicit in quodā sermone de Epiphania quasi eos alloquēs, Ille de vestra corona dubitabit in passione pro Christo, q. etiam paruulis baptismum prodesse non estimat Christi. Nō habebatis ætatē, qua in passurum Christū crederetis, sed habebatis carnem in qua pro Christo passuro passionem sustineretis.

Ca. 26. to. 5 & serm. de Epiph.

¶Ad secundū dicēdū, quòd Aug. ibidē* dicit esse posibile, quòd aliquibus fide dignis testificationibus diuina persuasit autoritas Ecclesię, vt dictarum sanctarum memoriam honoraret.

¶Ad tertiū dicendū, quòd pręcepta legis dantur de actibus virtutum. Dictum autē est suprà*, quædam pręcepta legis diuinæ tradita esse secundū pręparationem animi, vt s. homo sit paratus hoc vel illud faciēdi, cum fuerit opportunū: ita etiam & aliqua pertinent ad actum virtutis secundū pręparationē animi, vt s. superueniente tali casu homo secundum rationem agat. Et hoc præcipuè videtur obseruandū in martyrio, quod consistit in debita sustinentia pasionū iniustè inflictarū. Non autē debet homo occasionē dare alteri iniustè agendi: sed si quis iniuste egerit, ipse moderatè tolerare debet.

Q. 108. ar. 1. ad 4.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum martyrium sit actus fortitudinis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd martyrium non sit actus fortitudinis. Dicitur enim martyr in Græco quasi testis. Testimoniū autem redditur fidei Christi, secundum illud Actu. primo, Eritis mihi testes in Hierusalē, &c. Et Maximus dicit in quodam sermone, Mater martyrij est fides catholica, in qua illustres athletę suo sanguine subscripserunt: ergo martyrium est potius actus fidei quàm fortitudinis.

¶2 Præterea, Actus laudabilis ad illā virtutē pcipuè pertinet q̄ ad ipsum inclinat, & quæ ab ipso manifestat, & sine qua ipse nō valet: sed ad martyriū præcipuè inclinat charitas, vnde in quodā sermone Maximi dr, Charitas Christi in suis martyribus vincit. Maximè etiā charitas per actū martyrij manifestatur, secūdū illud Ioan. 15. Maiorē dilectionem nemo habet quā vt animā suā ponat q̄s p amicis suis. Sine charitate etiā martyriū nihil valet, secundū illud primæ ad Cor. 13. Si tradidero corpus meū, ita vt ardeam, charitatem aūt non habuero, nihil mihi pdest. Ergo martyrium magis est actus charitatis quàm fortitudinis.

¶3 Præterea, Aug. dicit in quodam sermone de sācto Cypriano, Facile est martyrē celebrādo venerari, magnum verò fidem eius & patiētiam imitari: sed in vnoquoque actu virtutis præcipue laudatur virtus, cuius est actus: ergo martyriū magis est actus patientiæ quàm fortitudinis.

¶SED CONTRA est, q̄ Cyprian⁹ dicit in epistola ad martyres & confessores, *O beati martyres, quibus vos laudibus prædicē? O milites fortissimi, robur corporis vestri quo præconio vocis explicem? Quilibet autem laudatur ex virtute cuius actum exercet: ergo martyrium est actus fortitudinis.

Li. 2. epi. 6. non longè à prin.

¶RESPONDEO dicendū, quòd sicut ex supradictis patet, *ad fortitudinē pertinet vt cōfirmet hominē in bono virtutis, & maxime cōtra pericula, & pręcipue cōtra pericula mortis, & maxime ei⁹ qui est in bello. Manifestū est aūt q̄ in martyrio hō firmiter cōfirmet in bono virtutis dū fidem & iustitiam nō deserit, ppter imminētia pericula mortis, quæ etiā in quodā certamine particulari à psecutoribus imminēt. Vñ Cyprianus dicit in quodam sermone*, Vidit admirans præsentium multitudo cæleste certamen, & in prælio stetisse seruos Christi voce libera, mente incorrupta, virtute diuina. Vnde manifestum est quòd martyriū est fortitudinis actus. Et propter hoc de martyribus legit Ecclesia, Fortes facti sunt in bello.

Q. præce. arti 1 & alii.

Li. 2 epi. 6. non longè à prin.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd in actu fortitudinis duo sunt considerāda, quorum vnum est bonum, in quo fortis firmatur: & hoc est fortitudinis finis. Aliud est ipsa firmitas, qua quis nō cedit contrariis prohibentibus ab illo bono: & in hoc consistit essentia fortitudinis. Sicut aūt fortitudo ciuilis firmat animū hominis in iustitia humana, ppter cuius cōseruationē mortis pericula sustinet: ita ēt fortitudo gratuita firmat animū hominis in bono iustitiæ Dei, quæ est per fidē Christi Iesu, vt dicit ad Ro. 3. & sic martyrium cōparatur ad fidē sicut ad finem, in quo aliquis cōfirmat: ad fortitudinem autem sicut ad habitum elicientem.

¶Ad secūdum dicendum, quòd ad actum martyrij inclinat quidem charitas sicut primū, & principale motiuum per modum virtutis imperantis, fortitudo autē sicut motiuum proprium per modū virtutis elicientis. Et inde est quòd martyrium est actus charitatis vt imperantis, fortitudinis autem vt elicientis: inde etiā est, q̄ vtrāque virtutem manifestat. Quòd

ris solutio satisfacit argumento, tendens ad hoc quòd ex speciali diuino instinctu mulieres illæ se occiderent, ita quòd martyres seipsas facerent diuina autoritate. Excusationes siquidem ambæ allatæ à Martino, falsæ atque perniciosæ sunt, tam ex parte voluntatis quàm ex parte intellectus. Si quidem ex parte ignorantiæ errat: quia ignorantia iuris naturalis contra præcepta priora præceptis Decalogi nullū excusat. Constat autem quòd non occidere seipsum est prius præceptum, quàm Non occides, quod est præceptum Decalogi: sicut amor suimet prior, & naturalior est, quàm amor alterius. Prima autem ex parte intentionis implicat, sicut protestatio contra factum. Ridiculum, imò fatuum est, aliquem suspendere se lethaliter, & non intendere mori: aut percutere se in corde &c. ad mortē, & non intendere mori: & similiter proiicere se in ignē, aut fluuium, aut mare & non intendere submergi, aut comburi, nisi quis vsque adeo desipiat, vt dicat id solum ex intentione, quod est principaliter intentum: & propterea secundariò volita non imputari. Nam sic Iudas excusatur qui non propter mori se suspendit, sed vt pœnitentiam ageret, vel euaderet miseriam. Et eadem est ratio de cæteris se interficientibus: quia oēs aliud à morte principaliter intendūt per actum illum voluntarium, quo mortē causant, sciendo quòd actus ille infert mortem, vt est in proposito. Et ex hoc habes vnde à Martino ibidem caueres debeas dicēte, quòd in casu in quo Christianus à tyranno constitutus corā idolo sic, quòd habet ante se foueam ita altam, vt casus sit mortalis, & habeat statutum à tyranno sibi impositum, quòd si stat, intelligitur adorare idolum, nec potest declinare à stando ante idolū, nisi præcipitando se in foueā mortis: quòd si ex suo stare, & protestando verbis, quòd non intendit adorare idolum, scandalizantur adstantes, quòd bene facit præcipitare se in foueam, non intendēdo mori, sed cōmittendo se diuinæ prouidētię: iam enim patet, quòd ista non volitio mortis, implicatio est. Esset nanque hoc tentare Deum, & peccatum mortalissimū. Neq; ipse daret occasionē scandali circūstantibus, sed ipsi acciperent ex se scandalum. Semper ergo occidere seipsum est illicitum, nisi diuina id autoritate fiat, quod Autoris solutio dicit.

¶ In eodem 1. art. in responsione ad tertium, dubium occurrit de martyribus qui sponte se martyrio obtulerunt: quoniam videntur dedisse tyrannis occasionem iniustè agendi, quando non erat de necessitate præcepti subire martyrium, sed poterant salua conscientia se non offerre.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sancti martyres sponte procedebant, quando eis expedire videbatur ad actus fidei exteriores, puta prædicationem vel confessionem, vel ad actus fraternæ charitatis, vt in articulo tertio Autor dicit: etiam si non erant in præcepto pro tunc hi actus, scientes quod inde tyrāni sumerēt occasionem affligendi & occidendi eos: & non procedebant ad prouocandū eos ad afflictionem vel mortem inferendam. Et ideo non dabant tyrānis occasionem iniuste agendi, sed ipsi accipiebant talē occasionē ex bonis actibus quibus dabant sponte operam imperterriti Sancti illi. Et propterea dicuntur sponte se ad martyriū obtulisse. Vnde & de beato Antonio legitur quòd ibat quidem cum martyribus optans esse martyr, & tristabatur quòd non habebatur martyrio dignus. Nunquam tamen prouocauit ad sui mortem tyrannos.

¶ *Super Quæstionis centesimævigesimæquartæ Articulum secundum.*

IN artic. 2. dubium occurrit ex Martino in dicto tractatu, quæstio 3. volente quod martyrium est actus illius virtutis, in gradu tamen heroico, ad quam spectat actus ille pro cuius persistentia patitur: vt si patitur pro iustitia, est actus iustitiæ, &c. Arguit ergo directè contra Autorem quinque mediis. Primò sic, Volitio iustitiæ tam firma vt nec pro cruciatu & morte velit eam deserere, est actus iustitiæ: sed martyrium mētale pro iustitia nō est aliud quàm huiusmodi volitio: ergo martyriū mētale pro iustitia est actus iustitiæ, & consequēter martyriū exterius imperatū. Maior probatur, Omnes volitiones quæ habent idem obiectum commune, pertinent ad idem genus virtutis, licet per diuersas circunstantias quæ se habēt vt obiecta partialia volitionum vel nolitionum possent ad diuersas species pertinere: sed hæ duæ volitiones, s. volitio iustitiæ absolutè, hoc est sine conditione mortis, & volitio iustitiæ cum conditione circunstantiæ mortis, habent idem obiectum commune, scilicet opus iustitiæ: ergo ambæ pertinent ad idem genus virtutis. Sed prima pertinēt ad iustitiā: ergo & secūda. Secundò, Volitio cum contēptu mortis imperatiua exequutionis ne deferatur iustitia, aut spectat ad iustitiam tantùm, & habetur intentum, aut ad fortitudinem tātum, & hoc non: quia fortitudo non inclinat ad actum iustitiæ per se & immediatè. Ille autem actus est volitio iustitię: aut ad vtranque, & hoc non: tum quia ille actus est vnus, ergo pertinet ad vnum genus virtutis, & non ad duo: tum quia omnis act⁹ qui refertur in aliqua duo, in vnum tāquā in substantiā act⁹, & in alterum tanquam in circunstantiam, pertinet ad illud virtutis genus, ad quod pertinet substantia actus: sed huiusmodi volitio fertur in opus iustitiæ, tāquam in substantiā actus & obiectum primū, & principale: & fertur in cruciatus, & mortē cōtemnendo, s. tanquam in circunstantiam: quia, vt ponitur in casu, facienti iustitiam, proponitur conditio mortis & cruciatuum. Maior istius propositionis probatur, quia alias idem actus posset ratione substantiæ spectare ad vnum virtutis genus, & ratione vnius circunstantiæ ad aliud, & rōne alterius ad aliud: quod est omnino absurdum, & contra omnem doctrinam Philosophorum moraliū & Sanctorū: qui in doctrinis suis declarant actus virtutis per nullas circunstantias variare genus virtutis. Tertiò. Omnis actus qui est circa vnum tanquam finem, & circa aliud tāquam id quod est ad finem, pertinet ad illud genus ad quod spectat ille, qui est circa finem, vt velle adulterari causa diuitiarum acquirendarum, pertinet ad auaritiam: velle furari vt intemperatè viuat, ad intemperantiam. Et hanc maiorem habet Arist. expresse in 4. Ethic. Sed volitio iustitiæ cum contemptu mortis, habet opus iustitię pro fine, & contemptum mortis tanquam medium ad finem, vt ipsemet sanctus Thom. in quæstionis huius art. 3. dicit. Ergo huiusmodi volitio pertinet ad iustitiam. Quartò, Iustitia eleuata supra omnem iustitiam, quæ solet in hominibus reperiri, pertinet ad genus iustitiæ: & similiter est de temperantia, & cæteris: sed aliqđ martyriū non est aliud quàm iustitia eleuata sic suprà omnem iustitiā, & aliquod non est aliud nisi tēperantia sic eleuata supra omnem temperantiā: ergo quoddā martyrium spectat ad vnam heroicā virtutē, & quoddā ad aliam. Quintò ad omnē virtutē in gradu heroico spectat inclinare habentem ipsam, vt vincat omnes difficultates impedientes actū eius: sed ex cōditione mortis opposita iusto vel tēperato, prouenit difficultas non in actu heroico, qui non potest vinci nisi per contemptum mortis: ergo ad iustitiam vel temperantiam, &c. heroicam pertinet facere contemptū mortis impediētis.

¶ Ad huius difficultatis euidentiam præmittendum reor quid sit martyrium. Sic enim postea clarum esse poterit cuius sit actus virtutis. Martyr cùm idem sit quod testis, martyrium nil aliud est quàm testimonium. Sed quoniam in Ecclesia Christiana martyres seu testes per antonomasiam appellantur illi soli qui pro Christo seu diuina lege mortui sunt, ideo martyrium in proposito non significat quodcunque testimonium, sed testimonium Christi, vnde martyres Christi dicuntur. Et ipse dixit, Eritis mihi testes, Actuum. primo. Nec quodcunque testimonium, quia non testimonium Christi, verbo, prædicationis aut confessionis, aut cuiuscunque operis sufficit ad martyrium, vt patet ex hoc quòd non ex quocunque modo testimonij martyres dicimus, sed exigitur testimonium per tale factum, scilicet quod per tolerantiam mortis. Omnes enim & solos tales martyres dicere solet Ecclesia, iuxta illud, Hic est verè martyr qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit. Ex quibus patet ad rationem martyrij quatuor concurrere. Primò ipsa testificatio exterior: quoniam oportet quòd sit testimonum de natura sua coram hominibus, quibus sola exteriora certa sunt. Secundò, species facti assumpti ad testificandum, scilicet sustinere mortem. Tertiò, id de quo testimonium redditur, puta veritas fidei. Quartò, is in cuius fauorē testimoniū reddi-

redditur, puta Deus qui per filium suum veritatem fidei reuelauit. Et quoniā diuersorum generum conditiones concurrunt ad actum martyrij, oportet à multis diuersorum virtutibus actum martyrij effici, diuersimodè tamen secundum diuersas conditiones. diuersimode quidem, quia ab vna elicitiuè, & ab alia īperatiuè. scdm verò diuersas cōditiones, quia ab vna scdm vnā, ab alia scdm aliā cōditionē, vt patebit. Et vt à primo inchoemus, actus martyrij inquantum est testimonium veritatis fidei, oportet q̄ sit à virtute fidei. Nam sicut testimonium de veritate quacunque est à notitia illa, quā testis habet de illa veritate, quia qđ scimus loquimur & qđ vidimus testamur: & testimoniū ferre q̄ Iupiter & Saturnus fuerunt in tali coniunctione, spectat ad Astrologum vt sic: & testimonium reddere, q̄ talis tali die fecit testamētū, spectat ad notitiā, qua audiuit & vidit præsens, & sic de aliis: sic testimoniū de veritate fidei, ad notitiam quam de fidei veritate habemus, spectat. Hæc autē est notitia habitualis & actualis fidei. A fide ergo emanat martyrium inquantum est testimonium quoddam ipsius. Et cōfirmatur hoc: quia sicut testimonium de veritate fidei, quod verbo fit, est actus fidei, vt patet, ita & testimoniū eiusdem quod facto fit, est actus fidei. Idem autē martyrij actus inquantum est voluntariè ac impauidè toleratiuus mortis, optimè est actus fortitudinis: vt patet ex supradictis de fortitudine & eius actu atq; obiecto. Est quoque idē actus, quatenus est in fauorē & gloriā Christi, seu Dei, actus charitatis. Quia enim vitam ponit pro Deo, facto diligit Deū supra omnia, iuxta illud Io. 15. Maiorem dilectionem nemo habet, &c. Et licet martyriū sit semper harum trium virtutū actus ratione dictarū eius conditionum, charitatis tamē & fidei nō nisi imperatiue est, fortitudinis aūt elicitiuè. Fides nāq; p dilectionē operans, vt dicit ad Gal. 5. mediāte fortitudine elicit martyrij actū his vestitū cōditionib. Patet aūt sic esse: & respectu fortitudinis qdē: qa ipse act⁹ in quo testificatio cōsūmat, s. sustinere mortē optimā, est principalis act⁹ fortitudinis, vt patet ex prædictis. Actus nāq; à plurib pcedens virtutibus, est elicitiuè vltimę, cui directè respōdet actus ille, sicut act⁹ emanās à pluribus potētiis spectat elicitiuè ad infimā illarū potentiarū: vt cōcupiscere qñ oportet, &c. est à volūtate & à cōcupiscibili, sed elicitiuè est à cōcupiscibili. Respectu verò charitatis, qa charitas īperat actus oīm virtutū: respectu aūt fidei, qa fides est quę p dilectionē operat, & ab Autore supius ī q. 3 art. 1. ad tertiū habes. ¶ His præmissis ad argumēta in oppositū rñdendo dr, primo, q̄ primi argumenti maior est falsa, intelligēdo ipsā ad sēsum arguentis, s. q̄ talis volitio sit actus iustitiæ solius, qm̄ ex hoc ipso q̄ ad sustinere viriliter bonā mortē declinat, genus iustitiæ exit, & ad genus fortitudinis venit. Velle siquidē iustitiā quātūcunq; firmissimè & pfectissime, ad iustitiā spectat. Sed velle sustinere mortē optimā, siue propter iustitiā, siue qdcunq; aliud genus virtutis, fortitudinis est. Ex quo patet q̄ probatio eius assumit falsū, qñ vltra cōmune obiectū apponit aliud obiectu alterius generis, vt est in proposito. Qm̄ secūda volitio, siue sit vna, siue multiplex, nō curādo pro nūc, includit actū & obiectū alterius generis, s. fortitudinis, puta sustinere mortē optimā. Dicit secūdò q̄ minor quoq; est falsa. Sed martyrium mentale pro iustitia nō est aliud q̄ hmōi volitio. Nā martyrium mentale pro iustitia ecōtra se hēt ad hęc duo obiecta, iustitiam, & tolerantiā mortis: quoniā martyrium mentale respicit tolerantiā mortis vt propriū obiectū, & iustitiā vt cām: qm̄ testis directe respicit testificationē vt proprium actū, ac p hoc velle testificari, qđ est martyrium mentale, directe respicit ipsum sustinere, quod est testificari, vt propriū obiectum, iustitia autem pro causa, cuius oppositum minor assumit.

¶ Ad secundum dicitur, q̄ volitio imperatiua exequutionis ad sustinendum mortem ne deferatur iustitia, spectat ad vtranque virtutem, s. fortitudinem & iustitiam. Et ad primam improbationem negatur sequela, Actus est vnus. ergo spectat ad vnum genus virtutis. Quoniam stat quòd vnus numero secundum substantiam actus sit in pluribus virtutum generibus.

¶ Ad secundam improbationē dicit, q̄ maior est fallissima. Et ad eius probationē dicit, q̄ nullum incōueniens est eundem actum rōe vnius circunstātię spectare ad vnum genus virtutis, & rōe alterius spectare ad aliud genus. Nec hoc est cōtra Doctores sanctos aut Philosophos. Imo oppositū est cōtra Sanctos & Theologos dicētes aliqñ circūstantiam trahere actū extra genus suū. Vt cùm quis fornicat in Ecclesia, cōstat q̄ fornicatio est in genere intēperantiæ & trahit ad sacrilegiū: qđ est in genere iustitiæ ex circunstantia loci, cui fit iniuria. Hoc em̄ cōstat secundū oēm moralē Philosophiam & Theologiā esse verū. Et mirū est q̄ in manifesto errore citet oēs Sanctos & Philosophos. Et qđ in generib. vitiorū ostendimus, idē patet in generibus virtutum. Nā seruare castitatē propter Deū cui dicata est, spectat ad tēperātiæ genus, secūdū speciē operis, s. castitatē, & ad iustitię gen⁹ rōe circūstātię finis: nā religio iustitię pars est. Ad tertiū dicit, q̄ licet Maior possit negari, & sit manifeste falsa ad sensum arguētis, loquendo tñ simpliciter & absolute distinguenda est, q̄ dupliciter pōt intelligi. Primò qñ ista duo, s. finis, & id quod est ad finem, secundū se nō sunt diuersorū generum moraliū. Secundò, qñ ista duo scdm se sunt diuersorum generum. Si enim ista duo non sunt secundū se diuersorum generum, Maior est vera. Si autem sunt diuersorum generum, maior est falsa. Et quia in proposito iustitia & sustinere mortem sunt secundum se diuersorum generum, ideo Maior, vt est ad propositum arguētis, est falsissima. Nam in sensu vero habet falsam Minorem, pro quanto includeret q̄ hæc duo non sunt diuersorū generū. Probationes aūt ab exemplis falsum assumūt: nisi meretrices q̄s putet esse sic auaras, vt nō peccent peccato intēperantiæ: & similiter, fures ac latrones, vt luxurientur, putet quis sic esse luxuriosos, vt nec fures sint nec latrones: qđ cōstat ad sensū esse falsū. Nec est verū q̄ Arist. in 4. Eth dicat illā maiorem, vt iste assumit. Imò dicit oppositū, dum dicit q̄ qui furatur vt mœchetur, magis est mœchus quàm fur. Est ergo secundū Aristo. & fur & mœchus, sed magis mœchus. Et hæc est veritas. ¶ Ad quartum negatur minor, s. Aliquod martyrium nō est aliud quàm iustitia eleuata sup omnē iustitiā, &c. Iā enim dictū est falsum esse, q̄ omnis virtus in gradu heroico est p seipsam toleratiua mortis: hoc em̄ non nisi mediante fortitudine facere potest. ¶ Ad quintum dicitur, vt superius dictum fuit, q̄ vincere impedimenta ppria quæ s. ex ppriis cōtrariis emergunt, spectat ad eandē virtutem, ad quam spectat actus qui impeditur. Verbi gratia, Ad temperātiam spectat vincere impedimenta ex insensibilitate & intemperantia: ad iustitiam, ex iniustitia: ad liberalitatem, ex auaritia, & pdigalitate, & sic de aliis: sed vincere impedimenta extranea, hoc est ab aliorum contrariis propriis prouenientia, non spectat ad illam virtutē, sed ad aliam, illam, s. quæ medium inter illa cōtraria tenet. & ratio huius diuersitatis est ipsa diuersitas virtutum secundū diuersitatem propriarum materiarum. Et hinc prouenit q̄ quælibet virtus eget anima, vt, s. ab extraneis impedimentis protegat eam. Propter quod oportet quòd qui vnam habet virtutem perfectè, omnes habeat. In proposito autem impedimenta mortis respectu temperantiæ aut iustitiæ sunt impedimenta extranea & non spectat ad iustitiam heroicam, nec ad temperantiam heroicam vincere talia impedimenta.

¶ In eodem secundo art. in respōsione ad primū occurrit dubiū ex Martino ibidē directè cōtra hanc respōsionē arguente, p quanto hic dr, q̄ firmare animū in bono iustitiæ cōtra pericula mortis, spectat ad fortitudinē: qa sic sequeret quòd fortitudo haberet oēs materias virtutum p obiecto cōmuni & principali. Probat sequela: Cōfirmatio hoīs in bono iustitiæ, aut fidei contra pericula mortis, nō est aliud quā volitio iustitiæ nō obstante pposita sibi cōditione mortis: sed hæc volitio directissimè ptinet ad iustitia, & mortis cōditio nō se habet nisi tanquā circunstantia: ergo. Deinde arguit argumentis allatis in præcedenti dubio, præsertim, Omnis virtus inclinat ad tollendum impedimenta act⁹ sui: quia quantum inclinat in actum suum, tantum inclinat ad tollendū impedimenta illi⁹: sed timor mortis impedit actum iustitiæ. ¶ Ad primū negatur sequela Et ad probationē illius dicit primò, quòd Maior est falsa: quoniam, vt ex dictis patet, confirmatio hominis in bono iustitiæ cōtra pericula mortis directè est velle sustinere mortem: & iustitia se hēt vt circunstantia: cuius oppositum argumentum assumit. Dicit secundò, vt etiam dictum est, quòd quia in hoc opere implicantur duo genera obiectorū moralium, quodcunque eorum ponatur vt circunstantia, transfert actum in aliud genus: ita quod dato quod velle sustinere mortem esset circunstantia, dicitur quod circunstantia talis reponit volitionem sui in genere fortitudinis. Et sic ista volitio esset in duobus generibus moralibus ratione diuersarū conditionum eius: quod nullum esse inconueniens monstratum est.

¶ Ad secundum & reliqua non oportet repetere responsiones. Iam enim distinctum est de impedimentis. Nec probatio allata, s. quātum inclinat virtus ad actum proprium, tantùm ad tollendum illius impedimenta, ad aliud valet, nisi ad impedimenta eiusdem generis: quoniam sicut virtus non inclinat ad actum suum nisi in propria materia, nec ad tollendum impedimenta nisi communicanda in materia, qualia non sunt quæ ex extraneis sui generis p ueniunt. Quæ autem non conueniunt in materia, ab ista tollenda sunt virtute, quæ circa illam versatur materiam. Et quoniam timor mortis est impedimentum in materia diuersa à materiis aliarum virtutum, quoniam vt patet 3. Eth. est propria fortitudinis materia: ideo tollere hoc impedimentum respectu cuiuscunque virtutis spectat ad fortitudinem tanquam habitum elicientem: ad alias autem virtutes, tanquam ad finem materiæ. Et si bene aduertamus, ponere quòd quęlibet virtus tollit omnia impedimenta sui actus, est cōfundere materias virtutum, cuilibet virtuti attribuendo materiam omnis virtutis. Et sic quia temperantiæ actus potest impediri per pecuniam, per honorem, per timorem mortis, per vindictæ affectum, &c. ad temperantiæ actū spectaret medium contra auaritiam, contra ambitionem, contra timiditatem, contra iram, &c. eligere. quod est ridiculum apud distinguentes virtutes penes naturas, iuxta Arist. doctrinam in 2. Eth. Et si contra hæc obiiciatur quòd aduersentur hæc dictis superius, hoc est in q. 65. præcedentis libri de connexione virtutum loquendo: quia ex hoc ipso, s. quòd temperantiæ

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

est tollere quæcunque annexa impedimenta, illatum est ꝙ exigit prudentiam totalem: non stant enim dicta ibi cum dictis hic. respondetur ꝙ virtus moralis potest dupliciter considerari. Primo, vt electiua præcisè. & sic proculdubio non se extendit ad connexas materias quæ sunt propriæ aliarum moralium virtutum. Et hoc est quod hic dicimus. loquimur enim de virtute fortitudinis secundum se, vt est electiua proprij medij. Alio modo consideratur vt electiua & imperatiua omnium ad sui salutem necessariorum. Et sic proculdubio nulla moralis virtus est perfecta, nisi sit & electiua medij excludendo impedimenta propria: & imperatiua actuum excludentium impedimenta alia ab extra occurrentibus. Et sic in præcedenti lib. de virtute morali perfecta, tam elicitiuè quàm imperatiuè verificentur dicta. Temperantia enim licet vt elicitiua tantum est, sit solum exclusiua impedimentorū ex intemperantia aut insensibilitate prouenientium: quia tamen exclusio horum non sufficit ad saluandā temperantiam in animo, vt patet de muliere, quæ non ob delectationē, sed auaritiam fornicatur (corrumpitur enim illius temperantia ab extraneo cōtrario vt patet) ideo oportet ad hoc vt tēperantia sit ita perfecta vt sit sufficiens saluare seipsam, ꝙ sit etiā perfecta imperatiue, hoc est vt habet actū imperij ad alios actus exclusiuos extraneorū cōtrariorū, puta ad imperádū actui fortitudinis, ne propter timorē mortis perdatur tēperātia, ad imperádū actui liberalitatis, ne. s. ꝓpter lucrū perdatur tēperantia, & sic de aliis. Nulla ergo est inter dicta ibi & hic cōtrarietas. Et scito ꝙ ex virtute morali, puta temperātia perfecta, primò inferri optimè potest cōnexio eius cū prudentia totali: quoniā temperātia exigit prudentiā necessariā ad suā salutem, vt patet. Sed ad suā salutem exigitur prudentia totalis: qd̄ probatur, & patet ex hoc, quia temperātia nata est corrūpi à contrariis aliarū virtutū Cardinaliū. s. ab iniustitia & timiditate, vt patet de adultera non propter delectationem, sed vt violet fidē marito. Et de fornicaria ex timore mortis. Et similiter est de fornicaria ex auaritia. Nisi enim adsit rectū iudicium, cōsilium, ac præceptū, circa huiusmodi impedimenta, cōstat ꝙ perditur tēperantia declinádo à medio in venereis, & eligendo alterū extremū, s. intemperātiā. Perspicuū autē est ꝙ prouidere omnib. huiusmodi impedimentis ad prudentiā totalem spectat, hoc est ad prudentiam simpliciter, & non in hac sola materia: quoniam vniuersa materia agibilium in his cōprehenditur potentib. impedire, vt patet. Et hæc sunt dicta, vt scias connexionē virtutū vndique necessariā intueri, & nō oportere recurrere ad virtutem perfectā imperatiuè: quæ licet clarius connexionē conuincat, & veritati innitatur absolutè, non tamen ex diffinitione virtutis data 2. Eth. habetur primò: quoniā diffinitio virtutis secundum electionem in propria tantum materia intelligenda propriè est, quamuis à me fuerit extensa ad eandē secundū imperium, ad sui salutē necessariū, qd̄ non primò, sed secundariò ad virtutem spectat: & ideo ex diffinitione virtutis habetur secūdariò perfectio imperatiua virtutis: & quia verę ac perfectę virtuti cōuenit, scilicet secundario, conuincit connexionē virtutum, vt ibi monstratum est, & præsenti seruit proposito, vbi dicimus ꝙ iustitia non infra limites sistens proprios, sed vt imperat actui fortitudinis, sustinet mortem propter saluandā iustitiam: & similiter temperantia & aliæ virtutes faciunt. Vnde non confunduntur materiæ virtutum, sed connectuntur tā virtutes quàm earum materiæ: & reflectitur actus vnius super actum alterius.

¶ In eadē responsione ad primum eiusdem secundi articuli, circa illud, quòd hoc, s. bonū in quo aliquis firmatur, est fortitudinis finis, dubiū occurrit, quia ex hoc sequeretur quòd quum quis sustinet mortem propter castitatē, ac per hoc firmatur in bono castitatis, quòd finis fortitudinis esset bonum temperantiæ, quod est inconueniens: quoniam finis est nobilior eo quod est ad finem, fortitudo autem est temperantia nobilior, & nō econtra. Et augetur dubium, quia Autorem loqui de fine fortitudinis ex parte actus fortitudinis probatur ex verbis eiusdem in sequenti articulo, vbi dicit, Tolerare mortem non est laudabile secundum se, sed solum secundum quòd ordinatur ad aliquod bonum, quòd consistit in actu virtutis, puta ad fidem & ad dilectionē Dei. Vnde ille actus virtutis cum sit finis, melior est. Hæc ille. Ex vltimis siquidem verbis habetur quòd ille actus virtutis, propter quem fortis sustinet, & in quo firmatur, est finis & melior actu fortitudinis.

Ad hoc dubium dicetur sequenti articulo, vbi allegata verba discutientur.

¶ In eadē responsione dubium aliud ex Martino ibidē occurrit, directè contra hanc propositionē arguente, pro quanto dicit, quòd martyrium comparatur ad fidem sicut ad finem, in quo quis firmatur: & ad fortitudinem vt ad habitum elicientem. Ista inquit solutio non videtur sufficere. Tum quia falsa: quoniam non ideo quis firmatur in fide, quia pro fide suscipit martyrium: sed econtra, quia firmatus est iam in fide, ideo pro fide suscipit martyrium. Tum quia non satisfacit argumento: quia dato ꝙ fides sit finis martyrij, non propter hoc tamen habetur, quòd sit mater, quia mater non est propter quam res est, sed per quam res est. Hæc Martinus.

¶ Potest & contra idē argui: quia per martyrium fides martyris euacuatur, quoniam martyr per martyrium transit ad patriā cælestē. ergo fides martyris non est finis sui martyrij: Finis enim acquiri aut conseruari debet per id, quod est ad finē, & non debet desinere esse: vt de fide contingit in proposito.

¶ Ad primum Martini dicitur, quòd quia causæ sunt inuicem causæ, non inconuenit vtrunque verum esse, s. quia firmus in fide, ideo imperatiuè suscipit martyrium, & econtra: quia suscipit martyrium, ideo & meritoriè, & vt per medium ad finem, & saltem per redundantiam firmatur in fide.

¶ Ad secundū eiusdem dicitur, quòd quia finis in operalibus est sicut principium in speculabilibus & virtus ad quā spectat finis est imperatiua actib. virtutum obsequentiū ad finem, iō ex hoc ipso ꝙ bonum fidei est finis martyrij, sequitur ꝙ fides sit finis maryrij, vt pote primario imperio generans illud ad proprium ipsius fidei bonum. Vnde ad probationē dicitur ꝙ licet mater non habeat rationem finis, tamen habet rationem generantis, quæ conuenit virtuti, ad quam spectat finis, quæ est fides. Propter quod nouitiis dicito, ꝙ fides, hoc est virtus fidei, est mater martyrij: quia fides, hoc est bonum fidei, est finis martyrij: quia ex hoc ipso habet ipsa virtus quòd imperet.

¶ Ad aliud argumentum dicitur, quòd quanto tempore martyr sustinet martyrium, tanto tempore fides firmatur: quia non sustinet nisi dum viuit, quo tempore fides est & firmatur. Euacuatio autē fidei fit post hanc vitam. Posset quoque, sed non oportet, dici quòd martyr per martyrium firmatur in fide acquirendo visionem, quæ succedit fidei, qua visione fit in eo firmitas euidentiæ respectu eorum quæ sunt fidei.

autem sit meritorium, hoc habet ex charitate, sicut & quilibet virtutis actus: ideo sine charitate non valet.

¶ Ad tertium dicendū ꝙ sicut dictū est*, principalior actus fortitudinis est sustinere, ad quem pertinet martyrium: nō autem ad secundarium actū eius, qui est aggredi. Et quia patientia deseruit fortitudini ex parte actus principalis, qui est sustinere: inde est quòd comitanter in martyribus patientia commendatur.

Q. præce. art. 6.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrū martyriū sit actus maximæ perfectionis.*

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur quòd martyrium nō sit actus maximæ perfectiōis. Illud enim ad perfectionē videt̄ pertinere, quod cadit sub cōsilio, non sub præcepto, quia, s. non est de necessitate salutis: sed martyriū videtur esse de necessitate salutis. Dicit enī Apo-

¶ In responsione ad secundum eiusdem artic. dubiū occurrit ex Martino ibidem volente aliquod martyrium non esse charitatis, etiā imperatiuè: quia stat aliquem fidelem in peccato mortali subire mortem, vt nō neget fidem Christi. Tale enim martyrium est sine charitate, ac per hoc nullo modo à charitate. Et si dicatur quòd tunc ei confertur gratia, sicut ei qui baptizatur, hoc non obstat: tum quia hoc non videtur verum vniuersaliter, quia fortè ponit obicem, tū quia si datur charitas, illa sequitur naturaliter actum martyrij, ac per hoc non est imperatiua martyrij.

Infra q̄. 184. art. 5. ad tertium.

¶ Ad hoc dicitur quòd martyrium nō secundum opinionem hominum, sed secundum veritatem, vt, s. importat sustinere mortem propter fidei veritatem secundum suum genus est actus charitatis, imperatiuè tamen, vt prædictum est. Et ratio est quia ponens vitam pro Christo ipso facto præponit Christū vitæ suæ, ac per hoc omnibus bonis minoribus vita. Et consequenter omnibus exterioribus bonis tam corporalib. quā spiritualibus: puta honori, gloriæ, & famæ. Hæc enim omnia secundū veritatem minora sunt vita & minima bona sūt. Et vlterius pręponit habituali bono omniū quas habet virtutū, pro quāto sunt in præsenti vita. Vnde sicut actus inferioris dilectionis, quo Deus vt finis æternæ fœlicitatis reuelatæ diligitur sup omnia, est actus charitatis elicitus: ita exterior actus, quo Deus vt finis, &c. diligitur facto super omnia, est ex suo genere actus charitatis, imperatus tamen. Et propterea Saluator martyrij actum charitati attribuit, dicens, Maiorem charitatem nemo habet, &c. Verum quia nullus actus exterior est ita ex suo genere bon⁹, quin possit male fieri, vt patet discurrendo per actus exteriores fidei, spei, charitatis, iustitiæ, &c. ideo exterior martyrij actus potest malè fieri, puta si qs vt nō neget fidem Christi, sustineat mortem propter inanem gloriam. Tunc enim actus imperandus quantum est ex se & charitate, imperatus est ab inani gloria. Et quia talis latentem celans peruersitatem suæ intentionis coram Deo, est martyr diaboli: coram hominib. autem haberetur pro Christi martyre. Sic sustinere mortem pro fide Christi, non habuit verū martyrij actum: de cuius ratione est ꝙ sustinere mortem sic fiat propter bonum fidei, vt non ordinetur ad aliquid contrarium alicui spectanti ad veritatem fidei. Cōstabit aūt in articulo vltimo huius q. ꝙ omnis virtus moralis spectat ad veritatem fidei, ac per hoc omne peccatum illi contrariatur. Quo fit vt martyrium habens cæteras suas debitas cōditiones, s. ꝙ sit voluntaria toleratio mortis propter veritatem fidei Christianæ in fauorem seu honorem Dei, tanquam finis vltimi, nūquam fit imperatus nisi à charitate propter allatam rationem, quia, s. talis actus ex suo genere exigit imperium charitatis.

¶ Ad primum autē argumentū Martini dicitur, quòd si quis in peccato mortali existēs superueniente persequutore, in voluntarium huiusmodi actum prorumperet, statim charitatem à Deo haberet, ita quòd charitas infunderetur in termino deliberationis ac propositi, & principio imperij actus talis: & sic totus actus martyrii esset imperatus à charitate: aut saltem infunderetur post inchoatum imperium, ante tamen mortem. Et tunc quia inter instans infusionis charitatis & mortis oportet esse tempus medium, martyriū erit imperatum à charitate. Et si non ab initio propter ibicem ex parte hominis, tamen quo ad prosequutionem. Et hoc sufficit ad saluandum quòd martyrium semper est actus imperatus à charitate. Primum tamen horū ita veritati innititur, vt non sit opus ad hoc secundum recurrere. Nam homo qui veraciter tunc mori pro Christo deliberauit ac proposuit, sic vt parātus sit statim imperare exequutionem quātum est ex se, separauit se ad gratiam & charitatem, ac per hoc decet Deum liberalissimum statim charitatem infundere in principio imperij: ita quòd primum instans imperij est instans infusionis charitatis, quasi imperium informatum charitate sit terminus tēporis immediatè præcedentis, quo deliberatum & propositum est.

¶ Et per hæc patet solutio vtriusque obiectionis Martini, quia & vniuersaliter verum est quòd in principio imperij adest charitas, quoniam obex nullus obstat: nec charitas huiusmodi est consequens, sed imperans martyrium. At si contra hoc afferatur illud Autoris in quolibeto 4. q. 10. ar. 1. s. quòd aliquis absque charitate potest sufferre martyrium, iuxta illud Apostoli. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem aūt nō habeā, &c. Respōdeo quòd ibi Autor loquitur de possibili potentia peruersæ voluntatis. Potest enī peruersa voluntas humana ex sua libertate peruersā, & obstinate velle perseuerare in concubinatu quamdiu vixerit, & simul velle potius mori, quā fidē Christi negare. & sicut hoc potest homo simul velle, ita potest simul efficere, vt, s. in concubinatus affectu perseuerans voluntariè occidatur ne fidem Christi neget. Hæc enim nullam contradictionem implicare manifestum est. In præsenti verò loco, dicendo martyrium esse actum à charitate imperatum, secundum regularē cursum loquimur, iudicantes actum martyrij secūdum suarum conditionum merita, & quòd ei imperatiuum principium, aut ꝙ elicitiuum conueniat, ex suis conditionibus determinamus. Et si Martin⁹ intendebat ita posse esse martyrium sine charitate, non errauit. Posset etiam quis in peccato mortali existēs, ex improuiso dormiens occidi, quia Christianus. Tunc enim quia martyrio adulti, rō generis moralium actuum, s. voluntarium, deest, martyrium non est propriè loquendo. Et ideo regulariter loquendo ille sic occisus, non esset saluus. Vterque ergo horū martyrum damnatus esset propter ibidem appositum, licet ex diuersis causis proximis: quia in primo ex pertinacia, in secundo ex priori negligentia, qua iuit dormitum sine contritione. Si hoc nanque fecisset, martyrium effectum suum habere in dormiente contrito non minus est credendum, quàm in innocentibus.

¶ *Super quæstionis centesimæ vigesimæ quartæ Articulum tertium.*

IN art. 3 eiusdem q. 124. dubium occurrit circa rationem literæ ad concludendum ꝙ martyrium relatum ad fortitudinem non est actus perfectissimus.

mus. Et est ratio dubij, quoniam cùm dicitur: quia tolerare mortem non est laudabile secundum se, sed solum secundum quòd ordinatur ad aliquod bonum, quod consistit in actu virtutis, &c. aut sumitur ly tolerare mortem, secundum solam actus substantiam, aut secundum quòd est actus fortitudine informatus. Si nanque sumitur primo modo, verum dicitur, sed nō infert cōclusionem intentam.

Ro. 10. Corde creditur ad iustitiā: ore aūt fit confessio ad salutē. Et. Ioan. 3. dicitur, quòd nos debemus pro fratribus animas nostras ponere. Ergo martyrium nō pertinet ad perfectionem.

¶ 2 Præterea, Ad maiorem perfectionē videtur pertinere quòd aliqs det Deo animam, quod fit per obedientiā, quā quòd Deo det propriū corp⁹, quod fit per martyriū. Vnde Greg. dicit vlt. Mora*. ꝙ obedientia cūctis victimis præfert̄: ergo martyriū nō est actus maximæ perfectionis.

Cap. 12.

¶ 3 Præterea, Meli⁹ esse videtur aliis ꝓdesse quā seipsū in bono cōseruare: quia bonū gētis melius est quā bonū vnius hominis, secundū Philosophū in 1. Eth. sed ille qui martyrium sustinet, sibi soli ꝓdest, ille aūt qui docet, proficit multis: ergo actus docendi & gubernandi subditos est perfectior quàm actus martyrij.

Cap. 1. in fine.

¶ SED CONTRA est, ꝙ Aug. in lib. de sancta virginitate*, præfert martyriū virginitati, quæ ad perfectionem ptinet. ergo martyrium maximè ad perfectionē pertinere videtur.

Cap. 46. tom. 6.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd de aliquo actu virtutis loqui possum⁹ dupliciter. Vno mō secūdū speciē actus ipsius, prout cōparatur ad virtutē proximè elicientē ipsū: & sic nō pōt esse quòd martyriū, quod cōsistit in debita tolerātia mortis, sit perfectissimus inter virtutis actus: quia tolerare mortem nō est laudabile secundum se, sed solū secūdum quòd ordinatur ad aliquod bonū, quod cōsistit in actu virtutis, puta, ad fidē & ad dilectionē Dei. Vnde ille actus virtutis cùm sit finis, melior est. Alio modo pōt cōsiderari actus virtutis secundū ꝙ comparatur ad primum motiuū, quod est amor charitatis. Et ex hac parte pręcipuè aliquis actus habet ꝙ ad perfectionem vitæ pertineat. quia vt apostol⁹ dicit ad Col. 3. Charitas est vinculum perfectiōis. Martyrium autē inter oēs actus virtuosos maximè demōstrat perfectionē charitatis: quia tāto magis ostēditur aliquis aliquā rē amare, quāto pro ea rē magis amatā cōtēnit, & rē magis odiosam eligit. Manifestum est autē ꝙ inter oīa alia bona præsentis vitæ maximè amat hō ipsam vitā, & ecōtrariò maximè odit ipsam mortem, & pręcipuè cum dolorib. corporaliū tormentorum: quorum metu etiam bruta animalia à maximis voluptatib. abstrahūtur, vt Aug. dicit in lib. 83. q*. Et secundum hoc patet ꝙ martyriū inter cæteros act⁹ humanos est pfectior secundū suum gen⁹, quasi maximæ charitatis signū, secundū illud Ioan. 15. Maiorē charitatē nemo habet, quā vt animam suam ponat pro amicis suis.

q. 26. inter princ. & med.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ nullus est actus perfectionis sub consilio cadens, qui in aliquo euentu non cadat sub præcepto, quasi de necessitate salutis existens: sicut Aug. dicit in libr. de adulteri-

Verum siquidem est, ꝙ tolerare mortem secundum se non est laudabile, quoniam nihil boni moralis ponit passio ista. Sed ad intentam conclusionem, s. Martyrium relatum ad fortitudinem, non est actus perfectissimus, nihil facit: quoniā martyrium sic acceptū non importat solummodo tolerare mortem. Si verò sumatur secundo modo, tunc falsum assumitur, s. tolerare fortiter mortem, non est secundum se laudabile: quoniam hic actus excludit actualem fortitudinem vt formam, quia est morale bonum, & proxim⁹ finis tolerationis secundum suam substantiam, vt patet ex supradictis, ac per hoc est secundum se laudabilis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cùm fortitudo sit circa mortis pericula optima, vt patet ex 3. Eth. ad fortitudinis actū duplex seu dupliciter oportet concurrere bonū moralis virtutis. Primò ad cōstituendū materiam eius optimam, hoc est, constituenda mortis pericula in optimo esse: aliter nō essent materia circa quā versaretur fortitudinis virtus Præsupponit siquidem fortitudo pericula circa quæ versatur, esse maxima & optima. Secundo, ad formandum actum sustinendi, vel aggrediēdi, timendi, vel audendi, &c. Oportet nanque sustinere quando, sicut, vbi &c. oportet. Quodcunque enī horum defuerit, deficit fortitudinis rō. Nec refert in proposito an sint bonitates diuersarum, aut eiusdem rationis istæ duæ. Eadem nanque ratio est si pericula mortis reddantur bona propter fortitudinis bonum, puta quia directè imminent, vt auferant fortitudinis virtutem ab homine: & sic bonitas fortitudinis bonificaret materiam & actum fortitudinis. Vel si pericula reddantur bona propter iustitiæ bonum, puta si directę immineant, vt deseratur iustitia: & sic alterius rationis erit bonitas materiæ, scilicet iustitia, & bonitas actus, s. fortitudo: nihil inquam refert ad propositum vtro modo contingat. Sat enim est proposito vtranque bonitatem requiri ad fortitudinis exercitium. Et quoniam actus dependet ex obiecto, consequens est vt fortitudinis actus formatus ex bonitate obiecti dependeat vt materia circa quam est. Et propterea in litera dicitur, quòd tolerare mortem, vt est actus fortitudinis, non est secundum se laudabile, vt ly secundum se denotat præcisionem à bonitate materiæ circa quam est: quoniam seclusa per intellectum conditionalem saltem, bonitate materiæ circa quā est, tolerare mortē quantūcunque ad fortitudinem referatur, non est laudabile Ista siquidē conditionalis est vera, Si fortis toleraret mortē nō bonā secundū finē materiæ circa quā, nō esset laudabilis. Intendit igitur Autor ꝙ martyriū relatum ad fortitudinem dependet ex bonitate bonificante mortē illiusque pericula: ita ꝙ sine tali bonitate materiæ, martyrium nō esset laudabile. & hæc sufficiūt ad motū dubiū. Sed quoniā in litera subditur ꝙ hmōi bonū bonificans materiam, in quod ordinatur martyriū relatū ad fortitudinem, cōsistit in actu virtutis, & ꝙ actus ille cū sit finis, est melior actu fortitudinis, ideo videndum est si vniuersaliter, aut particulariter verū est ꝙ bonum bonificās materiā fortitudinis sit finis fortitudinis melior ipsa. Hoc enī erit respondere dubio in præcedenti articulo in responsione ad primū, & declarare simul hæc & prius dicta, atque similia. Sciendū est ergo ꝙ aliter est dicendum si omnino vniuersaliter de fine bonificante materiam fortitudinis loquimur, & aliter si de eodem regulariter sermo est.

¶ Ad cuius euidentiā recolere oportet ꝙ fortitudo est triplex, s. monastica, politica, & gratuita. Monastica vocatur fortitudo absolute vt, s. bonum fortis est. Politica verò vt à legali iustitia imperatur, & ad commune bonū ordinatur: gratuita aūt, vel eadē, vt à charitate imperat̄, vel q̄ infusa est. Inter quas in ꝓposito hæc differentia est, ꝙ bonū bonificās materiā fortitudinis politicæ est formaliter determinatū: qa iustitia legalis est: & similiter determinatū est bonificās materiā fortitudinis gratuitæ, qa iustitia fidei est, vt clare habes de his duob⁹ in ar. pced. in respōsione ad primū: bonū autem bonificans materiā fortitudinis monasticæ nō est determinatū, quia potest esse bonum cuiuscūq; virtutis ipsius fortis: quo fit vt aliter se habeat fortitudo monastica ad tolerandū mortē ꝓpter castitatē & similia, & aliter politica atq; gratuita: qm̄ castitas ad bonificādū pericula mortis respectu fortitudinis monasticæ cōcurrit omnino formaliter vt ꝓprius materiæ finis. Ad bonificādū verò eadē pericula respectu fortitudinis politicæ, sic se hēt formaliter, ꝙ tn̄ est materia iustitiæ legalis: ac per hoc nō ipsa absolutè, sed ipsa vt ordinata p legalē iustitiā ad cōmune bonū est finis bonificās materiā, & ꝓpter hoc dictū est ꝙ finis bōificās materiam politicæ fortitudinis est determinat⁹ formaliter: similiter castitas vt ordinata ad iustitiā q̄ est per fidē & dilectionem Dei, est bonificās materiam fortitudinis gratuitæ: ac p hoc finis bonificans materiā gratuitę fortitudinis est formaliter determinatus: ex quibus sequitur differentia soluens difficultatem motam. Nam ex his sequitur, ꝙ in fortitudine tam politica quàm gratuita vnus & idem finis formalis est fortitudinis ex parte materię & ex parte act⁹, licet diuersimode: qa respectu materię est finis proximus, respectu verò actus est finis non proximus, principalis tn̄: nō ꝓximus quidem, qm̄ ꝓxim⁹ finis actus est fortitudo actualis: principalis tn̄ est, qa est finis ipsius actualis fortitudinis. Et rō est, quia in vtraque fortitudine finis materiæ est nobilior fortitudine etiam actuali: & ꝓpter ipsum fortis fortiter se habet. In monastica autem fortitudine non semper sic est finis fortitudinis ex parte materiæ, & ex parte actus, quia quandoque finis proximus ex parte materiæ est bonum ignobilioris virtutis quàm sit fortitudo: & fortis non agit fortiter propter illius alterius virtutis bonū, vt finē sui actus principalem, sed vt finem secundariū sui actus, & ꝓximū finem ex parte materiæ: & quoniā hō naturaliter est animal politicum, & hō Christian⁹ ciuis est cælestis patriæ: idcirco regulariter fortitudinis actus formatus, & martyrium relatum ad fortitudinē ordinatur ad vlteriorē finē, qui est melior (vt in litera dicitur) fortitudine, & est proximus finis materiæ fortitudinis: quoniā tam iustitia legalis quā iustitia fidei nobilior est fortitudine: & hoc intendebat Autor in litera, & in respōsione ad primū pręcedentis art. ꝙ. s. regulariter bonum in quo fortis firmatur, & ad quod ordinatur vt finem ꝓximū materiæ circa quam, est finis fortitudinis etiam ex parte actus. Cū quo tamen stat ꝙ hoc nō est vsquequaque vniuersaliter verū: quia in fortitudine monastica bonū in quo fortis firmatur, & ad quod tanquam in bonū materiæ circa quam ordinatur, fortiter agere est solum finis principalis fortitudinis ex parte materiæ, & ex parte actus non est nisi secundarius finis. Et per hæc patet resolutio huius difficultatis, & intellectus plurium dictorum.

¶ In eodem tertio articulo dubium occurrit ex Martino in dicto tract. q. 2. circa illud, Martyrium inter cæteros actus humanos est perfectior secundū suum genus, quasi maximæ charitatis signum. Arguit siquidem Martinus dupliciter. Primo contra negatiuam, s. Martyrium relatum ad virtutem proximè elicientem, non est actus perfectissimus. Secundo, contra affirmatiuā, scilicet Quòd martyrium est actus perfectissimus, quasi maximæ charitatis signum. Arguit igitur primo sic, Idem est martyriū quod elicitur proximè ab aliqua virtute, & ad quod primò mouet charitas, sed martyrium ad quod primo mouet charitas, est actus perfectissimus: ergo martyriū scd̄m qd̄ elicitur proximè ab aliqua virtute, est pfectissim⁹ actus. Et si ad hoc respōdeat̄ ꝙ ex pmissis simpliciter & absolutè nō sequitur cōclusio cū ly scd̄m qd̄, & tn̄ infertur hic ꝙ martyriū scd̄m qd̄ elicitur à virtute proxima, est actus pfectissimus, contra hanc solutionē. Virtus proximè eliciens martyriū aut elicit tolerantiam mortis secundū se, & hoc nō (quia S. Tho. dicit hoc non esse laudabile) aut secundum quod ordinatur ad fidē & dilectionē Dei, & sic elicit martyrium per comparationem ad primum motiuum eius. ergo per comparationem ad elicientem virtutem martyrium est actus perfectissimus.

¶ Contra affirmatiuam autem arguit, Perfectum in ratione signi non est nisi extrinseca denominatione perfectum: ergo ex hoc quòd est esse signū maximæ charitatis, non potest probari ꝙ martyrium sit perfectissimus inter humanos actus. & confirmatur hoc per exemplum: nam licet musca ex nihilo creata, sit signum perfectissimæ potentiæ, s. creatiuæ, nullus tamen ex hoc concederet quòd ipsa esset perfectior, quàm equus ab equo genitus.

¶ Ad primum horum non oportet aliter respondere, quia bene responsum est, nec solutio quo ad formam aliqualiter improbatur, sed quo ad materiā. Vnde ad improbationem dicitur ꝙ diuisio est insufficiens, quia datur tertium: virtus enim proximè eliciens martyrium quantum ex se est, nec elicit tolerare mortem secundum se, nec in ordine ad fidem & charitatem, sed vt fortiter operetur. Iam enim probatum est superius ꝙ fortitudo agit propter bonum proprij habitus, vt proprium & proximum finem. Dixi autem quantum est ex se, quia vt fortitudo imperata à charitate elicit martyrium integraliter, ita ꝙ elicit tolerare mortem & propter bonum fortitudinis ex propria virtute, & propter bonum fidei & charitatis vt imperata. Ad obiectionē aūt contra affirmatiuam partem s. Martyriū est perfectissimus actus, quasi signū, &c. respondetur ꝙ signum est duplex: quoddam purè signum, & de tali procedit argumentū, sed non est ad propositum: quoddam non purè signū, sed vera res, hoc est, operatio illius cuius dicitur signum: & de tali est sermo. Tale enim signū intrinsecè claudit in se suam perfectionem iuxta modū sui generis, & signi rationem induit ea ratione, qua demonstrat suum principiū. Quia ergo constat ꝙ Autor loquitur de actu charitatis, qui est illius operatio, ac per hoc non loquitur de puro signo, consequens est quòd argumentū non sit ad propositum, quia de puro signo procedit & non aliter.

¶ Ad confirmationem autem ex exemplo de signo, quod est effect⁹, s. musca

nis coniugiis,* ꝙ aliquis incidit in necessitatem continentiæ seruandę propter absentiā, vel infirmitatē vxoris. Et ideo non est contra perfectionem martyrij si in aliquo casu sit de necessitate salutis. Est eñ aliquis casus in quo martyrium perferre non est de necessitate salutis: puta, cùm ex zelo fidei & charitate fraterna multotiens leguntur sancti martyres sponte se obtulisse martyrio. Illa aūt præcepta sūt intelligēda secūdū præparationē animi.

Cap.13. tom.6.

¶ Ad secundum dicendum, quòd martyrium complectitur id quod summum in obedientia est, vt, s. aliquis sit obediēs vsque ad mortem: sicut legitur de Christo ad Philip. 2. quòd factus est obediens vsque ad mortem. Vnde patet quòd martyrium secundum se est perfectius quàm obedientia absolutè dicta.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd ratio illa ꝓcedit de martyrio secundū propriam speciē actus, ex qua non habet excellentiam inter oēs actus virtutū, sicut nec fortitudo est excellētior inter omnes virtutes.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum mors sit de ratione martyrij.

AD QVARTVM sic proceditur. Videt ꝙ mors nō sit de ratione martyrij. Dicit enim Hiero. in sermone de Assumptione*, Rectè dixerim, ꝙ Dei genitrix virgo & martyr fuit, quamuis in pace vitam finiuerit. & Greg.* dicit, Quamuis occisio persecutionis desit, habet tamen pax suum martyrium: quia etsi carnis colla ferro non subiicimus, spirituali tamē gladio carnalia desideria mente trucidamus: ergo absque passione mortis potest esse martyrium.

**inter medium & finem.* — *Hom.3. in Euang. in fine.*

¶2 Præterea, Pro integritate carnis seruāda aliquę mulieres leguntur laudabiliter cōtempsisse vitā suā, & ita videtur quòd corporalis integritas castitatis præferat vitæ corporali: sed qñque ipsa integritas carnis aufertur, aut auferri intentatur ꝓ confessione fidei Christianæ, vt de Agnete & Lucia: ergo videtur quòd martyriū magis debeat dici, si aliqua mulier pro fide Christi integritatē carnis perdat, quā si etiā perderet corporalē vitam. Vnde & Lucia dixit, Si me inuitā feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.

¶3 Præterea, Martyrium est fortitudinis actus. Ad fortitudinem autē pertinet non solùm mortem non formidare, sed nec alias aduersitates, vt Aug. dicit in 6. Musicæ.* sed multæ sunt aliæ aduersitates pręter mortem, quas aliqui possunt sustinere pro fide Christi, s. carcerem, exilium, rapinam bonorum, vt patet ad Hebr. 10. Vnde & sancti Marcelli Papæ martyrium celebratur: qui tamen fuit mortuus in carcere. ergo non est de martyrij necessitate ꝙ aliquis sustineat pœnam mortis.

Cap.15.

¶4 Præterea, Martyriū est act⁹ meritori⁹, vt dictū est*: sed actus meritorius nō potest esse post mortem. ergo ante mortem: & ita mors non est de ratione martyrij.

art. præc. & 2. ad 2. arg.

¶SED CONTRA est, quod Maxim⁹ dicit in quodam sermone de Martyre, ꝙ vincit, pro fide moriendo, qui vinceretur sine fide viuendo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est,* martyr dicitur quasi testis fidei Christianæ, per quam nobis visibilia pro inuisibilib. cōtemnenda proponuntur, vt dicitur ad Hebr. 11. Ad martyrium ergo pertinet vt homo testificetur fidē, se opere ostēdens oīa præsentia contēnere, vt ad futura & inuisibilia bona ꝑueniat. Quandiu aūt homini remanet vita corporalis, nondū se opere ostēdit corporalia cūcta despicere. Cōsueuerūt eñ homines & cōsāguineos, & oīa bona possessa cōtēnere, & etiā dolores corporis pati, vt vitā cōseruēt. Vñ & Satan cōtra Iob inducit, Pellē pro pelle, & cūcta quę hō habet, dabit pro anima sua, id est, ꝓ vita sua corporali. Et ideo ad perfectam rationē martyrij requiritur, ꝙ aliquis mortem sustineat propter Christum.

Ex ar. 2. huius q.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ illæ autoritates, & si quæ similes inueniūt, loquūt de martyrio ꝑ quādā similitudinē.

¶ Ad secundum dicendū, quòd in muliere, quæ integritatem carnis perdit, vel ad perdendam eā damnatur occasione fidei Christianæ, nō est apud homines manifestū, vtrū hoc mulier patiatur propter amorem fidei Christianæ, vel magis ꝓ cōtemptu castitatis: & ideo apud homines nō reddit per hoc testimoniū sufficiens. Vnde hoc nō propriè habet rōem martyrij. Sed apud Deū, q corda scrutatur, pōt hoc ad p̄miū deputari, sicut Lucia dixit.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ sicut suprà dictū est,* fortitudo principaliter consistit circa pericula mortis, circa alia autem consequenter. Et ideo nec martyriū propriè

Q. præce. ar.4.&5.

---

creata, dicitur ꝙ non rectè applicatur exemplū: quoniam sermo est de operatione & non de illius effectu. Musca autem non est operatio, sed effectus. Et rursus musca creata non est signum perfectissimum potentiæ ratione effectus, qui est musca, sed ratione operationis, quæ est creatio: & propterea nō debet inferri, ergo musca est perfectissimus effectus, sed, ergo creatio muscæ est perfectissima factio, vt pote perfectissimæ potentiæ signum, vt operatio eius. Et hoc est verum. Et similiter infertur in litera, ergo martyrium est operatio perfectissima, quasi maximæ charitatis signū, vt operatio eius scilicet.

¶ In eodem 3. art. nota perspicaciter verba conclusionis principalis in litera, s. Martyrium inter cæteros actus humanos est perfectior secundum suum genus, nam ly martyrium, supponit pro martyrio integraliter, vt, s. est etiā act⁹ charitatis, & comparatur ad reliquos oēs humanos actus tā interiores quàm exteriores: nullū enim exclusit dicendo inter cęteros actus humanos, hoc est, voluntarios: sed limitata est illius excellentia per ly secundum suum genus: potest nanque actus aliquis humanus esse perfectior aliquo martyrio, & vnius martyrium esse perfectior actus, quàm martyrium alterius. Actus nanque dilectionis, quo beata Virgo diligebat Deum, perfectior fuit actus humanus quàm martyrium S. Petri & reliquorū Sanctorū, sed nō fuit ꝑfectior secundū suū genus: sed secūdū gradū maiorē charitatis: Si nāque ad genus operis attēdamus, martyriū charitatis actus est præponēs Deū rei maximè amatæ, s. vitæ: & hoc nō solū volūtate aut verbo, sed opere executionis consummato. Nullū aūt genus actus maioris perfectionis aut dilectionis potest inueniri. Et ꝓpterea De⁹ dixit, Maiorē charitatē nemo habet, &c. Si verò ad gradū charitatis in hoc vel illo subiecto attēdamus, sic īuenitur & ꝙ martyrium vnius, puta, S. Petri, est perfectius martyrio alterius, puta, S. Quintini, vt pote ex maiori charitate ꝓcedēs: & similiter aliquis actus interior vel exterior, puta, dilectio interior beatæ Virginis & similiter explanatio, qua discipulos Domini, quæ de filij annunciatione, cōceptione, natiuitate, &c. nouerat, docuit, perfectior actus ex parte maioris charitatis in ipsa beata Virgine fuit quàm martyriū aliquod, puta beati Petri: non tamen fuit perfectior actus quàm quodcunq; martyrium: quia martyrium Christi qui ad hoc venit in mundum vt testimonium perhiberet Veritati, est actus & secundum suum genus, & ex parte gradus charitatis in subiecto simpliciter perfectissimus inter omnes actus humanos: & meritò sic esse debuit ad hoc vt supremum genus actuum humanorum, quod est martyrium, habeat sui supremum, hoc est martyrium supremum simpliciter, hoc est supremum simpliciter inter omnes actus humanos: hoc enim ordo vniuersi expetere videtur.

4 di. 49. q.5. art.3. q.2.

¶ Super Quæstionis centesimæuigesimæ quartæ Articulum quartum.

IN art. 4. eiusdem q. 124. dubium occurrit ex Martino in d. tract. q. 4. volēte ꝙ actualis tolerantia mortis non sit de rōne martyrij. Arguitque contra S. Th. dupliciter. Primò, Potest esse perfecta dilectio fidei cum contemptu vitæ propter eam formaliter imperatiua executionis indicata signis exterioribus non fallacib. nec duplicibus, sed tam certis ꝙ nullus apprehendens, rationabiliter poterit dubitare talem contemnere mortem actualiter: & interpretatiuè omnia alia quæ dicuntur bona præsentia pro bono fidei sine actuali tolerantia mortis: sed positis prioribus, ponitur perfecta ratio martyrij: ergo ad perfectam rationem martyrij non exigitur actualis tolerantia mortis. Minor probatur: quia positis illis omnibus habetur & apud homines sufficiens testimonium contemptus vitæ pro fide. Maior iterum probatur, & etiā minor, ponendo, ꝙ tyrannus se habeat ad aliquem passurum pro fide, sicut Abraham ad Isaac, ita ꝙ extendat gladium super eum, & ab angelo prohibeatur. Tunc enim omnia sine morte concurrunt, & est sufficiens testimonium apud Deum & homines. Secundò, si ad rationem martyrij exigitur tolerantia mortis: aut actus martyrij est post mortem, & hoc non (quia sic martyriū non esset actus meritorius) aut est in instanti aliquo præcedēte instans mortis, & hoc non: quia inter illud instans & instans mortis est tempus medium. ergo pōt naturaliter vel supernaturaliter non consequi mors. Et ponēdo ꝙ per diuinā potentiā non sequatur mors, oportet alterū duorū concedere, vel ꝙ ad martyriū non exigitur mors, vel ꝙ actus iste qui cōcessus est fuisse martyriū, nunquā fuit martyriū: quod S. Th. non concederet. Aut est in tempore præcedenti, & hoc non: quia tunc idē sequitur, qa in secunda medietate eius poterit per diuinam potentiā impediri ne sequatur mors. Et tñ in prima medietate actus ille fuit martyrium: ergo actus qui fuit martyriū, pōt nunquā fuisse martyrium. Aut est in instanti mortis, & hoc non: quia tunc homo non est amplius viator, nec habetur tunc actus meritorius.

¶ Ad idē quoque arguit idē Martinus in q. 1. dicti trac. de martyrio, quinque mediis. Primò, quia aliàs sequeretur, ꝙ duo omnino æquales in ꝓposito grauissimorū suppliciorū ꝓ Christo, in hoc solū differentes ꝙ furor tyrāni sæuit in vnū, & nō in aliū, sic in merito differrēt, ꝙ vnus esset martyr, & alter non. consequēs est falsum: ergo. Probatur falsitas cōsequētis. Quorūcunque actus interiores sunt eiusdē rōnis & intentionis, eorū merita sunt eiusdem rōnis & æqualia. Sed actus interiores istorū sunt huiusmodi, vt supponimus. ergo vterque est martyr. Secūdò, quia aliter sequeretur ꝙ per aliquid merè violentū, quod nō est in potestate virtuosè operantis, aliquis de non martyre fieret martyr. consequens est falsum: ergo. consequentia patet: quia per tolerātiā mortis violentę, quę nō est in potestate martyris, de non martyre fieret martyr. Tertiò, diues est liberalis deficiente paupere cui det, si nō solū est paratus, sed extrahit pecuniam vt det his, quos credit pauperes. Sed cōperto ꝙ sunt simulatores, retrahit manum: ergo Christianus potest esse martyr, deficiente qui eum occidat, si ipse non solum est paratus, sed imperet actu executionem passionis mortis. Quartò, Actus formaliter imperatiuus passionis mortis pro Christo, est ita proprius habitui elicitiuo martyrij, ꝙ non potest ab alio habitu elici: ergo habēs ipsum est verè martyr. Consequentia nota: & antecedens patet, quia nulli alij habitui pōt attribui. Quinto omnis actus ex cuius frequentatione natus est generari habitus elicitiuus martyrij, est actus martyrij: sed actus sic imperatiu⁹ est huiusmodi: ergo est actus martyrij. Probatur Minor: quia aut ex istis volitionib. imperatiuis frequentatis insufficienter generantur habitus martyrij: aut vltra hoc requiritur actualis mors. Si primū, habetur intenta Minor: si secundum, sequitur primò, ꝙ nunquam in aliquo viatore esset habitus martyrij: Sequitur secundò, ꝙ habitus martyrij nō potest naturaliter generari ex pluribus volitionib. sed vna tm̄: Sequitur tertiò ꝙ nullus habitus martyrij acquisitus inclinabit in actum martyrij, & patet sequela: quia talis non est capax amplius martyrij, cum iam sit mortuus.

¶ Ad huius rei euidentiā non oportet aliud iacere fundamentum quā illud qđ in litera positū est: sed illud quàm solidū est, ostendere. Tota siquidē res in hoc stat, quòd martyriū est Christi testimoniū facto seu opere, quo ponitur vita pro Christo. & ratio literæ est, quia aliter non est perfecta ratio testimonij, quoniā durante vita semper aliquid restat operis apponendi ad testimoniū, quia semper restat ponere vitā. Patet autē fundamentum hoc solidū esse: Primo, ex ipsa rōne perfecti, & testimonij opere: cōstat siquidē, testimonium operis, cui semper aliquid operis restat, non esse perfectū, sed durante vita sēper testimonio, quod consistit in opere, aliquid operis testificatiui restat: quia restat hoc opus, ponere vitā: ergo. Et ne aliquis hæsitet in illa propositione, s. Martyrium est Christi testimonium consistens in opere, probatur. Quòd enim martyrium consistit in actu exteriori, ex hoc patet, quòd martyrium testimonium Dei est apud homines. Homo autem non intuetur cor, sed videt q̄ foris sunt, vt dicitur primi Reg. 16. Quòd autem non consistat in actu exterioris locutionis tantum, & similiter ꝙ non consistat in quocunq; exteriori opere circa ponere vitam, & ex parte dilectionis & ex parte testimonij patet: ex parte siquidē testimonij, quia martyr dicit testis antonamasicè, & similiter martyriū dicitur testimoniū per excellentiam: ergo martyrium est testimonium summum in genere exteriorum testimoniorum: ergo martyrium consistit in opere, quod est ponere vitam. Et patet sequela: quia tam locutio quæcunque quàm præparata exhibitio ad mortē, quàm etiā pati cruciatus & dolores, sunt minora opera secundū suum genus, quàm ponere vitā. Vnde, vt in litera dicitur, multi cruciatus sustinēt, vt mortem euadāt: vt patet de iis qui à iudicib. maleficiorum torquētur. Ex parte verò dilectionis, martyrium est actus maximæ charitatis: ergo est ponere vitam pro Deo. Antecedens est per se clarum. consequentia patet ex sententia Domini, Maiorem charitatē nemo habet, quàm vt animā suam ponat. Non dixit vt animam suam, hoc est, vitā ponere imperet, sed ponat: ponere siquidem vitam differt ab actu imperatiue ponendi, sicut executio ab imperio. Et licet hæc sufficiant, soliditas tñ conclusionis ostenditur etiam ex eo quòd omnes verè martyres Christi sunt salui, sed non omnes imperantes executiuè subire mortem sunt salui, quia ante mortem posset quis peccare mortaliter, tū qa posset propter tormenta desistere à confessione fidei, vt patet, & de facto multis hoc accidisse videtur: tum quia posset post diu insuper viuere, & variis peccatis implicari: & sic verū esset quòd multi Christi martyres perfectè sunt damnati secundum adinuentionem huius nouellæ doctrinæ, quod Ecclesia Christi horret audire. Sequeretur etiam quòd vnus & idem posset esse centies verè & perfectè martyr: quod alienum est à communi Theologia. Sequeretur & quod Ioan. Euangelista esset martyr, quod iste homo negat. Et patet sequela, quia in feruentis olei dolium missus, habuit actum imperatiuum executionis mortis, cùm feruentis olei dolium, mortis sit proculdubio illatiuum. Et si quis bene perspiciat, ista noua adinuentio sibiipsi dissonat: quoniam vniuersaliter verum videmus, quòd ideo propositum vel imperiū alicuius actus exterioris requiritur ad virtutem, aut salutem, quia perfectio consistit in illo actu exteriori. Ideo enim requiritur ad salutem propositum baptismi, quia perfectio salutaris consistit in exteriori baptismo. Ideo ad virtutem iustitiæ requiritur propositum restituendi, quia perfectio iustitiæ habentis alienum, cōsistit in exteriori restitutiōe. Ideo in peccatore requiritur ad pœnitentiam propositum confessionis: quia perfectio consistit in exteriori confessione, & receptione clauium. Ideo in medico requiritur imperiū medicinæ, & in ægro non sufficit imperium executionis, sed oportet actualiter suscipere medicinā: quia perfectio consistit in actu exteriori, & sic de aliis. Et propterea consequens est, ꝙ ideo imperium executionis ponendi vitā requiritur ad martyriū, quia perfectio martyrij consistit in actuali positione vitæ. Dicere ergo ꝙ ad martyriū requiritur actus imperatiuus ponendi vitā, & ꝙ martyrij ꝑfectio nō cōsistat in ponere vitā, est dissonare à veritate & seipso. Ex dicto igit solido fundamento, videlicet: martyrium consistit in testimonio summi facti exterioris, hoc est, pōnere vitā pro Deo, ad opposita respondendum est. Sed debes scire prius regulam tā bonitatis quā malitiæ cōsistētis in actu exteriori. Et est, ꝙ ex proposito vel imperio illius actus, aliquis est & dicit talis, secūdū quid. Ex solo aūt illo facto actualiter est, & dicitur aliquis talis simpliciter & absolute. Declaratur regula in vitiosis & virtuosis actib. Quia enim homicidiū consistit in facto, quo aufertur vita hominis, ideo quicunque proponit occidere aliquē, est homicida secundū quid, hoc est mētalis: iuxta illud. Qui odit fratrem suum, homicida est. Et similiter quicunque extendit actualiter gladium ad occidendum aliquē, qui tñ non moritur, homicida est secundum quid, s. inchoatiuè, & quantū ex se: nunquā tñ est simpliciter & absolutè homicida, nisi vere inferat passionē mortis. Vñ & nunquā esset irregularis, nisi actio sua inferret mortis passionē. Similiter quia restitutio est actus exterior iustitiæ, & consistit in facto, quo alteri quod suum est redditur: quantūcunque quis proponat restituere, aut proponat restitutionē, nisi sequatur hoc factum, quod, s. domino vel illi qui succedit pro dño, detur quod suū est, nunquā aliquis est simpliciter iustus iustitia quæ penes restitutionē attenditur, sed semper imperfecta restitutio: ac per hoc illius propria iustitia imperfecta est, vt pote defectū patiens in proprio suo actu. Et simile est de martyrio: ꝙ licet ex proposito & ex imperio executionis, & cum aliquo facto, puta passione cruciatuū multorum tendentiū ad mortē, non tñ illā inferentiū efficaciter, dicatur & sit aliquis martyr secundū quid, puta mentalis, aut inchoatiue: nunquā tñ est aliquis simpliciter & absolute martyr, nisi actualiter ponat vitā pro Deo: & hoc propter imperfectionem actus, quousque perueniatur ad factum, in quo consistit martyrium, vt patet ex antedictis.

¶ Ad primū ergo duorum primò obiectorum negatur Minor, s. Sed positis omnib. illis, ponitur perfecta ratio martyrii: qm̄ deest passio mortis. Ad probationem autem illius, s. ꝙ tali actu habetur apud Deum & apud homines sufficiens testimonium contemptus vitæ pro Christo, respondetur ꝙ aliud est haberi testimoniū sufficiens, & aliud est haberi testimonium summū ex genere operis inter act⁹ exteriores. Ad martyriū nō sat est testimoniū sufficiēs, sed exigit testimoniū summū: quia martyriū importat testimoniū per excellentiā seu antonomasice. Cōstat eñ liquido ꝙ tale testimoniū sine passione mortis non est summū, qm̄ excellentius genus est testimoniū ipsi⁹ passionis mortis, ac per hoc illud nō est summū genus testimonij. Et ꝙ testimonium ipsius mortis sit excellētius, quāuis ridiculū sit dubitare, ex eo tñ conuincitur, ꝙ post imperiū, &c. remanet spes vitæ præsentis. Multi enim post huiusmodi imperia vixerūt, vt in exēplo suo de Isaac patet: & proculdubio, quia viuere pōt, remanet secundū se vita in spe: quāuis iste hō nō speret. Sed hoc est per accidens: quia de natura talis actus secundum se loquendum est.

¶ Ad secundū dicitur, ꝙ proprie loquendo distinctio illa quatuor mensurarū, in qua est actus martyrij, est insufficiens, vt iacet in litera. Datur siquidē quinta mensura: & est tēpus immediate præcedens instans mortis. Actus siquidē martyrij, licet ante inchoet, nisi tñ ad tēporis immediate præcedentis instans mortis mensurā perueniat, non est martyrium, nisi secundum q͏d: qa non potest consistere in facto summi testimonij nisi illo tēpore mensuretur. Et si contra hoc afferatur, quia potest per diuinā potentiā in secunda medietate illius tēporis impediri sequela mortis, &c. Respondetur ꝙ hoc est incompossibile. Nam posito, ꝙ actus martyrij mensuretur tempore immediate præcedente instans mortis, incōpossibile est ꝙ mors non sit in instanti immediate sequente illud tempus: quoniam hoc est ponere quòd tempus illud sit immediatum instanti mortis: & ꝙ non est immediatum eidē, quod implicat contradictionē, nec subiacet diuinæ potentiæ. Ex eo nanque ꝙ actus martyrij mensuratur tempore immediate præcedente instans mortis, sequitur ꝙ mors sit immediata tempori illi. Ex eo verò ꝙ ponitur impediri mors, sequitur ꝙ mors non sit immediata tempori illi. Cum his tamen aduerte, ꝙ quia in instanti mortis homo simul moritur, & mortuus est: ideo quatenus de martyre in illo mortis instanti verificatur ꝙ moritur, ita verificatur ꝙ meretur, supposito (vt de facto est) ꝙ mori martyris sit meritorium Nam pro quacunque mensura durationis verificat quòd martyr morit pro eadem, patet manifeste ꝙ verificatur ꝙ moritur meritorie. Qualitas siquidē actus importata per ly meritorie, sub eadē est mensura qua est actus quem qualificat. Ac per hoc, qa in proposito qualificat mori: ergo pro quacunque mēsura verū est ꝙ martyr moritur: verū etiā est quòd moritur meritorie, qđ est mereri. Quemadmodum ergo in tēpore immediate præcedēte instans mortis, martyr moritur, vt in via immediate ad mortē, & in ipso instanti moritur vt in termino: ita martyriū, ac per hoc actus meritorius mensuratur tēpore immediatè præcedēte, vt actus viatoris immediatus ad terminū, & mensuratur instanti vt in termino. Ita ꝙ quatenus in instāti mortis martyr moritur vt in termino vitæ, eatenus martyriū cōsummat, & meretur vt in termino vitæ. Sic enim mereri, s. vt in termino vitæ, nō repugnat illi q sic est mortuus, ꝙ tunc primò est viator in termino, sicut sic mortuo non repugnat tunc etiā mori, vt patet in 5. Phy.

¶ Ad primū aūt obiectorū dicitur, ꝙ argumentū in duob. deficit. Primò, in illa cōditione in consequente posita, s. in hoc solū differentes, ꝙ furor tyrāni sæuit ī vnū & nō in aliū: qm̄ hęc differētia, quæ exprimitur, est occasionalis & inuolūtaria ex parte Sanctorū. Sed illa quæ tacetur est voluntaria & verè cā differentiæ, s. ꝙ tātùm vn⁹ sentit volūtariè mortē. Ex hac eñ differētia prouenit, ꝙ vn⁹ est martyr, & alter non. Secundò, deficit, quia cōsequēs tunc est verū. Et ad probationē dicitur, ꝙ stante æqualitate interiorum, conceditur quòd æqualiter meret quo ad præmium essentiale. Sed ex hoc non sequit. ergo vterq; est martyr, sed est sophisma figuræ dictionis: qm̄ mutat quid in quale seu quō. Pōt eñ esse, & de facto ita esse credim⁹, vt multi cōfessores sint multis martyrib. æquales in præmio essentiali, non tñ propterea sunt martyres.

¶ Ad secundū negatur sequela. Et ad probationē dicitur, ꝙ in morte martyrum cōcurrūt actio tyrāni & passio martyrū. Et licet actio nō sit in potestate martyrū, passio tñ est in potestate eorū, quia est voluntaria & meritoria. Vnde de Christi passione dicit illud, Actio displicuit, passio grata fuit. Et per hmōi passionē voluntariā violentæ mortis, de nō martyre fit hō martyr, & nō p actionē tyrāni: nec incōuenit hmōi tantū bonū depēdere occasionaliter ex iniqua actiōe tyrāni. Et dixi occasionaliter, qa licet tyrānus occidēdo sit p se cā mortis, non tamen est nisi occasio tanti boni, s. voluntariæ & meritoriæ mortis. Martyriū nanque à Dei gratia & martyre est, non à tyranno.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ diues in huiusmodi casib. non nisi imperfectè est liberalis, quia non nisi inchoatiue.

¶ Ad quartū conceditur gratis, quòd ad eundem habitū spectat ponere animā pro Deo, & proponere & eligere, quod plus est quā imperare hoc. Sed tā propositū quā electio est actus imperfectus respectu martyrij, quoniā neutrū est martyriū perfectū, sed mentale aut inchoatiuè: & ideo ex hoc non sequitur, ergo est verè martyr: quia martyr ab actu perfecto exteriori summi testimonij dicitur, & non ab habitu aut ab actu inchoato.

¶ Ad quintū dicitur, quòd gratis conceditur, quòd electio executionis mortis pro Deo, quæ electio est effectus imperij, qui actus est prudentiæ, vt patet in 6. Eth. huiusmodi, inquam, electio includens imperiū, &c. est actus martyrij inchoatiuè: sed non habet perfectā rōnē actus martyrij: quia deficit factum in quo cōsistit excellentia testimonij. Et aduerte hic quòd si in hac ratione quæritur aut supponitur, quòd martyriū sit habitus, falsum quæritur. aut supponitur. Si aūt per habitum martyrij intelligat quis habitum elicitiuum martyrij, tunc dicitur quòd talis est fortitudo: imperatiuus aūt charitas, vt patet ex supradictis, & charitas quidē cū fortitudine gratuita à Deo infunditur, & nō est habitus acquisitus. Fortitudo verò acquisita non necessariò requiritur ad actum martyrij. Vnde nullus habitus acquisitus elicitiuus martyrij requiritur ad martyrium: nec ex frequētatis electionib. seu imperiis (concordando cū isto in vocabulis minus propriis) generatur alius habitus quā fortitudo, quæ potest vocari habitus martyrij, pro quanto firmat circa pericula maxima & optima. Nec ad generationem fortitudinis requiritur martyrium simpliciter, sicut nec ad generationē tēperantiæ requiritur ꝙ actualiter exercuerit supremū tēperantiæ actū perfectū. Sed sicut fabricādo fabri fimus, ita exercendo nos in occurrentib actib. opportunis, virtutes acquirimus. Argumentū aūt procedit ac si martyriū esset habitus generandus ex actib. martyrij, quod est ridiculū. Maiorem (inquit Christus Iesus) charitatē nemo habet, &c. & nō dixit, Maius martyriū nemo habet: docens quòd charitas mediante infusa fortitudine, est habitus quo quis ponit animā pro Deo amico, quod est esse martyrē. Nec oportet ponere aliquē habitū acquisitū inclinatiuū ad martyrium, quoniā habitus infusi exiguntur & sufficiunt.

¶ In responsione ad secundū, dubiū occurrit ex Martino vbi suprà q. 4. dicēte quòd ista responsio relinquit multa dubia: primum, an carnis integritas sit pretiosior vita: quod tamen petebat argumentū, cui hic respondetur: secundū, quid est testimonium sufficiens, & cuius: tertium apud quem. Et quartū, an mulier patiens corruptionē propter Christū, sit verè martyr apud Deum.

¶ Ad hoc dicitur breuiter, quòd falsum est ꝙ argumētū peteret, an per se integritas carnis sit pretiosior vita: sed argumentum, hoc supposito, arguit ꝙ pati violationem integritatis, est martyriū, vt patet in litera: & ideo si dicta quæstio non determinatur in hac responsione, nihil obstat: quia Autor respondet non curādo de tali suppositione. Ita ꝙ cùm potuisset respondere dupliciter, s. ad suppositionē, & argumentum, dimissa suppositione respondet argumento: quod non esse reprehensibile patet: & argumentum quidem dicit quòd non constat apud homines vtrū talis mulier patiatur in contemptum fidei, vel in contemptū castitatis. Videtur nanque quòd tam Agnetis quā Luciæ, licet occasione Christianitatis, tamē in castitatis contemptum principaliter forte pœna hæc data esset. Vtraque nanque castitatem prætulerat, vt patet in gestis vtriusque. Ad suppositionē aūt dici potuit quòd perdere carnis

Universidad de Deusto Biblioteca

integritatẽ cõtingit dupliciter, s. voluntarie & inuite: & quod integritas voluntaria pretiosior est vita, quoniã includit moralẽ bonitatẽ. Integritas aũt quæ põt perdi inuitè, nõ est pretiosior vita. Posset aliter dici quòd integritas carnis secundũ se nõ est pretiosior vita: sed integritas carnis, vt custos virtutis, est pretiosior vita: cõmistio nãque carnalis via est multũ potentissima ad luxuriã, saltẽ veniale, in ducendã, quã integritas carnis obstruit. Et quia hoc officiũ habet carnis integritas ex natura sua, & vt in plurib⁹ peccatũ aliquod, saltẽ veniale, interuenit in hoc quòd est pati cõmistionẽ viri, iõ si mulier damnata ad alterũ duorũ, s. ad patientiam cõmistionis, vel ad patientiã mortis, dicat se paratã potius ad patiẽdũ mortem, rectè eliget: qm̃ eligendũ est potius pati mortẽ si inferatur, quæ ad nullũ malũ morale ducit, quã pati commistionẽ, quæ potentissima est ad inducendum ad peccatũ, imò quæ vt in plurib. inducit peccatũ in patiente. Et confirmatur: qa tẽtatio carnalis intrinseca, qua, s. caro concupiscit aduersus spiritũ, nunquã est eligibilis, qm̃ nonnullũ peccatũ est, vt Aug. dicit. Eligendo aũt patienciã cõmistionis, eligitur (secundariò tñ) tẽtatio carnalis intrinseca: quoniam naturaliter nata est in tali cõmistione inueniri. Et propterea mulieres laudabiliter contemnunt vitam pro seruãda integritate carnis, vt castitatis custode. Et quia, vt dictũ est, hoc habet integritas carnis, non in hac vel in illa, sed cõiter: iõ suppositionẽ illã quasi verã Autor pertrãsit in insinuatiõe præmissa in argumẽto, quòd de integritate carnis in ordine ad castitatẽ est sermo, cũ dixit, Et ita vr̃ quòd corporalis integritas castitatis præferat᷑ vitæ corporali. Ly enim castitatis, innuit quòd de corporali integritate, vt castitatis signaculo loq᷑. Ad reliqua dubia dr̃, quòd ẽt ista respõsio reliqt sub dubio, an De⁹ sit trin⁹ & vn⁹: & an sol sit maior tota terra, & infinita alia: nõ põt tñ ꝓpterea reprehẽdi, qa dubia ista sũt imptinẽtia ad respõsionẽ. Oĩa tñ illa tria in hoc art. soluunt᷑. Nã secũdũ in corpore art. vbi dicit᷑ ꝙ oportet ꝙ sit testimoniũ summũ, hoc est in opere mortis: & ꝙ sit fidei Christianæ testimoniũ. Tertiũ, in hac responsione, vbi dicit᷑ apud homines. Quartũ, in eadẽ respõsione, vbi dicitur: non quòd propriè hẽt rõem martyrij. Si ẽm nõ propriè hẽt rõnem martyrij, nec apud Deum, nec apud homines est propriè martyrium.

[4. dis 49. q. 5. ar. 3. q 2. cor et ad 9 10. & 11. Et Ro. 8. lect. 7]

¶ In respõsione ad tertium aduerte quòd Martin⁹ dicit in eadem 4. q. quòd carcer ad quẽ sequitur mors præuisa, & cõtẽpta, est martyriũ. & subdit, Huic cõclusioni videtur cõtradicere Thomas in respõsione ad tertiũ 4. ar. de martyrio. Mirũ est de ista interpretatione huius respõsionis. Nã cũ dicit Autor: nisi fortè secundũ ꝙ ex his sequitur mors, ex dictis in corpore art. & ex subiunctis in respõsione ad quartũ intelligi voluit: ex his nanque constat quòd ad martyriũ exigitur subire volũtariè mortẽ. Et propterea qui patitur carcerẽ volũtariè, & nõ mortẽ inde sequẽtem, nõ est martyr: & si carcer est de sua natura mortalis, à prĩcipio volũtariè carcerẽ talẽ volẽs, martyrij actũ incipit.

¶ In respõsione ad quartũ eiusdẽ 4. art. dubiũ occurrit ex Martino in eadem q. 4. Si huiusmodi tolerãtia afflictionũ est apud te actus martyrij meritori⁹, aut est pro instãti terminante continuationẽ earũ ad mortẽ: & hoc nõ, quia tale instans est instans mortis: aut est in instãti aut tẽpore præcedẽte, & hoc nõ. tũ primò, qa tunc nõ est tolerãtia mortis: tũ secũdò, quia possibile est per diuinã potẽtiã ne mors sequatur: ergo actus q fuit martyriũ, poterit nũquã fuisse martyrium: tũ tertiò, qa si de facto impediretur, sicut in multis martyrib. impedita est mortis sequela, oritur quæstio, an talis esset martyr, aut nõ: si nõ, ergo ad martyrium nõ sufficit tolerare afflictiones naturaliter continuandas: si sic, ergo sine actualis tolerantia mortis potest esse martyrium.

¶ Ad hoc breuiter fouendo supradicta, dicitur in huiusmodi tribulationibus cõtinuatis vsque ad mortẽ, ipsũ voluntariè ꝓpter Deum sustinere vsque ad mortẽ, est actus martyrij meritorius, & mensurat᷑ hic actus tempore immediatè præcedente instãs mortis, vt mẽsura successiua & instãti mortis, quatenus tunc martyr morit᷑ vt termino successiuæ mensuræ: & hoc sub aliis verbis dicit᷑, ꝙ sicut mensuratum est sustinere cõtinuatum ad mortẽ, ita mensura est tẽpus terminatũ ad instãs mortis. Ita ꝙ sustinere, vt cõtinuatur morti, est martyriũ & tẽp⁹, vt terminatũ ad instãs mortis, est mẽsura martyrij & in hoc fige pedẽ. Vnde patet responsio ad primum: quia, s. diuisio est insufficiẽs: quia datur hoc aliud mẽbrũ, quod dictũ est. Et si contra hoc afferantur tres obiectiones allatæ cõtra tempus mortẽ præcedens, respõdet᷑, & ad primam negatur assumptum: quia in tempore immediatè præcedente instans est tolerantia mortis, vt in via indefectibili omnino à morte, & in ipso instanti, est tolerantia mortis, vt in termino in quo nõ incõuenit mereri vt in termino.

¶ Ad secundum dicitur, quòd non est cõpossibile per quamcunque potestatem tribulationes esse continuas vsque ad mortem, & tribulationes esse sine mortis termino, quoniam implicat contradictoria, vt patet.

¶ Ad tertium dicitur primo, quòd Autor nõ dicit quòd sustinere tribulationes cõtinuãdas naturaliter ad mortẽ, est martyriũ: sed dicit ꝙ sustinere tribulatiões cõtinuãdas ad mortẽ, est martyriũ: & ꝓpterea argumẽtũ qđ de cõtinuãdis & nõ cõtinuatis loq᷑, nõ est cõtra literã, cõtra quã iste arguit. Dicit᷑ nihilomin⁹ secũdò ad ꝓpositũ casũ ꝙ dupliciter cõtigit ĩpediri mortales passiões à morte. Vno mõ, ꝑ viã ĩpediendi simpliciter, vt accidit beato Ioãni Euãgelistę, cũ ante portã Latinã missus est in feruẽtis olei doliũ: qm̃ fuit ĩpedita mors totaliter, ne, s. tunc vel vllo vnquã tẽpore, ex illo oleo feruẽte moreret᷑. Et cũ sic impedimẽtũ præstatur, dicendum est ꝙ talis nõ est propriè martyr, vt de ipso beato Ioan. patet. Alio mõ per viã suspensionis ad tẽpus, vt accidit beatæ Cæciliæ dicẽti, Imperaui à Dño inducias martyrij mei: & videtur hoc accidisse frequenter sanctis martyrib. ex eo quòd in talib. tormentis tandiu vitã habuerũt integræ virtutis vitalis, vt loquela & actus eorũ manifestare videãtur. Et tale impedimentũ, quia ad tẽpus est, nõ impedit rõem martyrij: qm̃ omnino tandẽ passio quã sustinet, continuatur ad mortem, ita ꝙ ex illa sequitur mors, impedimẽto, qđ suspendebat, sublato ab ipsomet q illud apposuerat, Deo, s. glorioso, in cuius signũ qñque orasse legũtur martyres, vt iã spiritũ Deo redderẽt. Et propterea nullũ ex hac doctrina sequitur inconueniẽs, sed semper stat solidũ illud fundamentũ, ꝙ ad martyrium requirit᷑ actualis passio mortis.

dicitur pro sola tolerantia carceris, vel exilij, vel rapinæ diuitiarum, nisi fortè secundum quòd ex his sequitur mors.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ meritũ martyrij non est post mortem, sed in ipsa volũtaria sustinentia mortis, ꝓut, s. aliqs voluntariè patitur inflictionem mortis. Cõtingit tamen qñq;, ꝙ aliquis post mortalia vulnera pro Christo suscepta, vel quascunque alias tribulationes continuatas vsque ad mortem, quas à persecutoribus patitur pro fide Christi, diu viuat: in quo statu actus martyrij meritorius est, & etiam ipso eodem tempore, quo huiusmodi afflictiones patitur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum sola fides sit causa martyrij.

AD QVINTVM sic procedit᷑. Videtur ꝙ sola fides sit causa maryrij. dicit᷑ ẽm 1. Pet. 4. Nemo autem vestrũ patiatur quasi homicida, aut fur, aut aliquid hmõi. Si autem vt Christianus, non erubescat. Glorificet autem Deum in isto nomine. sed ex hoc dr̃ aliqs Christianus, qa tenet fidem Christi: ergo sola fides Christi dat patientibus martyrii gloriam.

¶ 2 Præterea, Martyr dicit᷑ quasi testis: testimoniũ aũt non reddit᷑ nisi veritati. Nõ aũt aliquis dicitur martyr ex testimonio cuiuslibet veritatis, sed solùm ex testimonio veritatis diuinæ. Alioquin si quis moreretur pro cõfessione veritatis Geometricæ vel alterius speculatiuæ scientiæ, esset martyr, quod videtur ridiculum. ergo sola fides est martyrij causa.

¶ 3 Præterea, Inter alia virtutũ opera illa vident᷑ esse potiora, q̃ ordinant᷑ ad bonũ cõe: qa bonũ gentis melius est, quã bonũ vnius hoĩs, secũdũ Phil. in 1. Ethic.* si ergo aliquod aliud bonũ esset cã martyrij, maximè videretur ꝙ illi essent martyres, q pro defensione Reipublicæ moriũtur, quod Ecclesiæ obseruatio nõ hẽt: nõ ẽm militum qui in bello iusto moriuntur, martyria celebrantur: ergo sola fides videtur esse martyrij causa.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 5. Beati qui ꝑsecutionem patiunt᷑ ꝓpter iustitiã: quod ptinet ad martyriũ, vt gl.* ibidem dicit. Ad iustitiã aũt ptinet non solùm fides, sed etiam aliæ virtutes. ergo & aliæ virtutes possunt esse martyrij causa.

¶ Super quæstionis centesimæ vigesimæ quartæ Articulum quintum. [Cap. 1.]

IN ar. 5. eiusdẽ qu. 124. dubiũ statim in titulo occurrit, de quo genere causæ est quęstio hic, cũ de cã martyrij quęritur: vtrum sit sola fides. Constat ẽm ꝙ nõ de effectiua: qa ista est charitas, & c. nec de formali, vt patet: nec de materiali, qa materia martyrij, cùm sit actus fortitudinis, sũt ad intra passiones, ad extra verò pericula mortis: nec de finali, quia inquantũ est actus fortitudinis, hẽt pro fine bonum proprij habitus: inquãtum verò est actus fidei & charitatis habet pro fine Deum, qui est finis omnium theologalium virtutum. [Ex Hier. in com. to. 6.]

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ martyrium dicit duo, s. testimoniũ, & tale testimoniũ, s. per mortẽ, & quòd inquãtum est testimonium, quæstiò est de causa finali ꝓxima: qm̃ testimonium vt sic, ordinatur ad manifestationẽ veritatis, vt proximum finẽ. Et propterea quæritur vtrum sola fides sit, ad quã manifestandam ordinetur testimoniũ martyrij: inquãtum autẽ testificatio, hæc fit per mortem. Est ẽt quæstio de causa finali martyrij ex parte materiæ: quoniam finis bonificans mortẽ est bonũ veritatis, cui testificatur martyr per mortẽ. Ideo nanque mors illa est bona, quia est propter bonum, cui attestatur. Nec huic obstat, ꝙ Deus sit finis proximus virtutũ theologalium: quia martyrium non est actus elicitus, sed imperatus à theologalib. virtutib. Et ideo nõ est mirũ si habet Deum pro fine principali, bonum aũt veritatis fidei pro fine proximo.

¶ In eodẽ 5. ar. circa illud, Oĩm virtutũ opera relata in Deũ, possunt esse martyrij cã: dubiũ ex Martino occurrit in d. tract. q. 5. ponente in 7. conclu. ꝙ non ꝑ quolibet virtutis opere põt qs subire martyrium. Et ꝓbat hoc tripliciter. Primò, qa quædã sunt opera virtutis, tã paruæ necessitatis & vtilitatis, ꝙ nõ licet secundũ dictamen rectæ rõis ꝓ eis se exponere morti: sed recta rõ dictat quòd sunt intermittenda. Probat᷑ hoc autoritate Arist. 3. Eth. c. De violẽto, dicẽtis quòd turpissima sufferre ꝓ nullo vel modico bono, praui est. Secũdo qa ꝓ operib. eutrapeliæ, affabilitatis, similiter ꝓ paruis operib. misericordiæ & liberalitatis, nemo sapiẽs dẽt se exponere morti. Tertiò, Quæ iustè & rõabiliter ꝓhiberi possunt à Superiori, ne causent ægritudinẽ, nõ solũ possunt, sed debent intermitti propter timorem mortis: sed aliqua virtutis opera sunt hmõi: ergo maior patet, & minor ꝓbatur per Greg. in Registro, indictione quarta, epistola 15. vbi episcopo Rauennati vomitũ sanguinis patiẽti, præcipit ne ieiunet, prædicet, & c. quia sic dicunt ꝓpter infirmitatẽ Medici.

¶ In eodẽ quoq; ar. dubiũ aliud est (si tñ aliud est) occurrit ex eodẽ ibidẽ insiciãte hãc literæ rõem seu illationẽ. Pro protestatione fidei licitum est subire martyrium: sed in oĩ opere bono quod fit, & in omni opere malo quod vitat᷑ propter Christum, fit ꝓtestatio fidei. ergo pro quolibet bono opere faciendo & quolibet malo vitando ꝓpter Christum, licitum est subire martyrium. Ad hanc, inquit Thomę, rõem cõcedo antecedens, & nego cõsequentiã: qa est aliquod bonũ opus seclusa circũstãtia mortis, qđ, posita mortis circunstãtia, desinit esse bonũ: vt opus eutrapeliæ, & opus ieiunij. Est ẽt aliquod opus malũ, seclusa circũstãtia mortis, quod, eadẽ posita, nõ est opus malũ: vt verbũ otiosũ, mẽdaciũ iocosũ, occultatio veritatis: vt Abrahã tacuit Sarã esse cõiugẽ.

¶ In eodem quoque ar. parũ distãs dubiũ ex eodem Martino ibidem occurrit circa respõsionem ad secundum ꝓ quãto ibi dicit᷑ ꝙ vitatio mendacij cõtra quãcunq; veritatẽ sit, inquãtum mẽdacium est diuinæ legi cõtrariũ, põt esse martyrij cã. Inquit enim quod nõ cõstat adhuc omne mendacium esse peccatum veniale vel mortale: nec adhuc etiã cõstat peccatum veniale esse diuinæ legi cõtrarium. Vel, licet oẽ mendacium, seclusa circunstãtia alicuius excessiuè tristis & dolorosi, sit peccatum mortale vel veniale: multa tñ sunt, quæ nec mortalia nec venialia sunt, posita circũstãtia alicuius excessiuè tristis & dolorosi: sicut grauium cruciatuum aut incõmodorum, aut mortis.

¶ Ad horum euidentiã declarandũ est, vnde hic difficultas apparet: & ꝙ nulla sit difficultas, si opus virtutis in actu & excellentia illius perspecta fuerit. Sciendum est igitur quod aliquod opus põt dici opus virtutis dupliciter: primo, ex suo genere tãtũ: secundo, ex genere & omnib. circunstantiis, quando, vbi, sicut, & c. Exemplum primi, Restituere depositum ei, qui deposuit, subuenire indigentiam patienti, mala pœnę voluntariè sustinere ad euitãdum malum culpæ. Exemplum secundi, Reddere quod suum est vnicuique, quando, vbi, sicut, & c. oportet: opera misericordiæ exercere, quando, vbi, sicut oportet: ieiunare quando, propter quid, sicut oportet, & sic de aliis. Est autem inter hæc tanta differentia, quòd opera bona ex suo genere tantum, nõ sunt vniuersaliter opera virtutis, nisi sint etiã bona ex circunstantiis: quoniã bonum cõsurgit ex causa integra. Imò si absque debitis circunstantiis fiant, mala moraliter fiunt: quoniam saltem sunt contra prudentiam, quæ forma

ma est virtutum moralium, quę circunstantias omnes exigit ad opera virtutis, & ex hoc ipso quod homo se applicat ad quodcunque opus virtutis ex suo genere, quando, vel vbi, & c. non decet, peccat. Ex hoc te habere volo ꝙ cum in litera dicitur ꝙ omne opus virtutis potest esse causa martyrii, intelligitur de opere virtutis, non partialiter, quale est opus virtutis ex solo genere, sed totaliter, ita ꝙ hic, nunc coram istis, & c. est opus virtutis. Quod enim nõ est nũc, hic, corã istis, & c. opus virtutis, non est tunc agendum, & consequẽter non est pro eo tunc agẽdo moriendum. [Ar. prec.] hoc est primum in quo deficiũt argumẽta allata ex Martino, quoniam accipiũt per opera virtutis, opera solũ ex suo genere bona, cum tamen constet quod nisi sint ex circũstantiis quoque bona, non sunt virtutis opera nisi partialiter. Aliud autem est, quoniam nõ æqua lãce bonum honestũ & malũ culpæ bono commodi & malo pœnæ comparãtur. Nosse nanque oportet ꝙ bonũ moris, quod integrè, vt dictum est, bonum moris est, præstat omni bono exteriore, puta diuitiis, honoribus, regnis, & c. & corporalibus, puta pulchritudine, sanitate, & breuiter ipsa vita, quod patet apud Philosophos, [D. 846.] quia bona animi quæ non possunt auferri ab inuitis sunt cæteris excellẽtiora, & apud Christianos, quia talia sola sunt quæ ad Deũ, hominẽ appropinquant. Et ex hoc volo te scire, ꝙ siue magnum siue paruũ fuerit opus virtutis, dũmodo sit integrè opus virtutis, pro eo faciẽdo põt homo subire mortẽ, quoniam prælegit maius bonum, præferendo bonũ moris vitæ corporeæ, & si, pro quia, hoc est faciendum pro bono moris, quanto magis faciendum est hoc pro bono moris relato in Deum? Illud siquidem bonum est hominis secundum animum, hoc autem bonum est hominis secundum animum, & vltra hoc, est bonum diuinum, ex hoc ipso quòd fit propter Deũ, & sic constituitur causa martyrij, vt in litera dicitur, inquantum, s. bonum moris, non martyrium, sed simplici fortitudinis actui causam daret, & propterea in litera dicitur omne opus virtutis, secundũ quòd refertur in Deum, esse causa martyrij. Tertium verò ex his deducendum est, quòd cũ duæ sint partes iustitiæ, s. declinare à malo, & facere bonum, & vitare malum culpæ nulla egeat circunstantia ad hoc, quòd sit bonum moraliter, nisi circunstantia finis, s. virtutis amore, iuxta illud, Oderũt peccare mali formidine pœnæ, & c. quoniam præcepta negatiua diuini vel naturalis iuris obligant semper, & ad semper, ideo vitatio mali culpæ, ex circunstantia imminentis mortis nunquam desinit esse bona, ac per hoc facere contra vel præter pręcepta negatiua diuini vel naturalis iuris, nunquam fit bonum, aut non malum moraliter ex timore mortis: quamuis, vt in 3. Eth. Arist. dicit, quandoque sit venia dignum. & ex hoc habes quòd nũquã dicere verbum otiosum aut mendacium ex quacunque circũstantia sit licitum, quia negatiua sunt præcepta de non mentiendo, de non dicendo verbum otiosum: facere autem bonũ quod per præcepta affirmatiua præcipitur, multis eget circunstãtiis, quę qm̃ circa singularia sunt, multipliciter variantur, & quo ad hoc verum indubitatum est, quod circunstantia imminentis mortis potest facere de opere quod alias esset bonum, tunc non bonum, imò malum. V. g. Si persona valde vtilis Ecclesiæ, exosa esset tyranno, adeo vt credatur quòd si coram illo compareret, occideretur ab illo, & adueniente die solenni quo Missarum solenniis tyrannus interesse debet, persona illa deberet ex officio cantare Missarum solennia, imprudenter faceret persona illa si celebraret coram tyranno, propter imminens periculum mortis, quia potest per alium sine illo scandalo Missa celebrari, & Ecclesiæ sanctæ sua persona conseruari, & sic vti officio suo, quod aliàs esset sanctum, tunc ex huiusmodi circunstantia efficeretur imprudens, ac per hoc malum moraliter. Et in promptu huiusmodi & similium ratio est, quia scilicet præcepta affirmatiua non obligant ad semper, sed pro loco, tempore, circunstantiisque aliis. His igitur prælibatis, ad dubia & argumenta respondendum est. Et ad primum dicitur, quòd siue sit parua, siue magna necessitas aut vtilitas, nihil refert quo ad hoc quod est licitè subire martyrium propter opus virtutis, si tamen est tunc virtutis opus integraliter, vt patet ex dictis. Est tamen ex hoc differentia quo ad teneri ex præcepto vel ex consilio, & rursus ad teneri ex obligatione contra, vel pter præceptum ad martyrium. Quando nanque opus imminet, cuius oppositum esset mortale peccatum, tenetur sub præcepto ad martyrium: quando verò oppositum esset peccatum veniale, tenetur quidem ad martyrium sic, quòd præter non contra præceptum facit, si peccat venialiter, vt non moriatur: quando autem tale opus est, quod est integre bonum si tunc fiat, & nihilominus si prætermitteretur, nullum peccatum esset: tunc martyrium est de consilio. Ad autoritatem Aristo. dicitur quod Arist. dicit pro nullo aut modico bono, & nõ dicit pro bono morali seu virtutis, & iterum dicit quòd præferre modicum bonum vtile magnæ ignominiæ, praui animi est, vt faciunt qui patiuntur turpissimas sibi inferri iniurias, puta, adulterij pro pecunia, & similes. Nos autem loquimur de bono virtutis moralis, de quo dicit ibidem Arist. distinguendo quòd quædã facere quæ non oportet, propter timorẽ mortis, qñque dignum videtur venia, quædam autem talia sunt, quòd potius est moriendũ: ex quib. patet quòd Arist. nunquã excusat facere quæ non oportet, sed digna venia ponit quandoque. Certũ est enim quòd venia non egent nisi culpæ: & hoc etiam nos dicimus, quòd quandoq; propter timorem mortis peccare, non nisi veniale est, vt si quis mendaciũ officiosũ diceret, ne moreretur, cũ quo tamen stat quòd licitè posset eligere subire mortem pro euitando illud veniale, & tanto plus, quando vitatio illius venialis relata in Deũ, qd diuinum fit, quod Arist. latuit. [Q. 100. art. 6.]

¶ Ad secundum dicitur, quòd pro operib. eutrapeliæ, affabilitatis, liberalitatis, & misericordię paruissimis, si tũc sunt opera virtutis ĩtegraliter relatis in Deũ, vir sapiẽs licite subit martyrium.

¶ Ad tertium dicẽdum, quod Greg. loquitur de præceptis operibus, vel prohibitis affirmatiuis, vel à iure positiuo, quæ exigunt debitas circunstantias, ad hoc quòd sint virtutis opera integra, vt sunt ieiunium, vti prædicationis officio, & huiusmodi. Hæc enim nisi prudentibus circunstantiis vestiantur, non sunt virtutum opera: scriptum est enim, Rationabile obsequium vestrum, ad Rom. 12. Et propterea gratis concedimus ꝙ talia quandoque sunt licita, & quandoque non. Et propterea nõ semper sunt causa martyrij, quia non semper sunt virtutum opera.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est*, martyres dicũtur quasi testes, quia, s. corporalibus suis passionibus vsque ad mortem testimonium perhibent veritati, non cuicunque, sed veritati, quæ secundum pietatem est, quæ per Christum nobis innotuit. Vnde & Martyres Christi dicũtur quasi testes ipsius: huiusmodi aũt est veritas fidei, & iõ cuiuslibet martyrij cã est fidei veritas. Sed ad fidei veritatẽ non solùm ptinet ipsa credulitas cordis, sed etiam exterior protestatio, quæ qdem fit nõ solum per verba, qbus aliqs confitetur fidẽ, sed etiã per facta qbus aliqs fidem se habere ostendit, secundũ illud Iac. 2. Ego ostendã tibi ex operibus fidẽ meã. Vnde & de qbusdã dicitur ad Titum primo, Confitentur verbis se nosse Deũ, factis autẽ negant. Et iõ omniũ virtutũ opera secundum ꝙ referuntur in Deum, sunt quædã protestationes fidei, per q̃ nobis innotescit ꝙ Deus huiusmodi opera à nobis reqrit, & nos pro eis remunerat, & secundũ hoc possunt esse martyrij causa. Vnde & Beati d Ioannis Baptistæ martyriũ in Ecclesia celebrat᷑, q non pro neganda fide, sed pro reprehensione adulterij mortẽ sustinuit.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ ꝙ Christian⁹ dicit᷑, q Christi est. Dicit᷑ aũt aliqs esse Christi, nõ solũ ex eo ꝙ hẽt fidẽ Christi, sed ẽt ex eo ꝙ Spiritu Christi ad opera virtuosa ꝓcedit, scđm illud ad Romanos 8. Si quis Spiritũ Christi nõ hẽt, hic non est eius. Et etiam ex hoc quòd ad imitationem Christi peccatis moritur, secũdum illud ad Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & cõcupiscentiis. Et ideo vt Christianus patitur non solùm qui patitur pro fidei confessione, quæ fit per verba, sed etiam quicunque patitur pro quocunque bono faciendo, vel pro quocunque peccato vitãdo propter Christum, quia hoc totum pertinet ad fidei protestationem.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ veritas aliarum scientiarum non pertinet ad cultum diuinitatis: & ideo non dicitur esse veritas, secũdum pietatem, vnde nec eius cõfessio potest esse directè martyrij causa. Sed quia omne mendacium peccatũ est, vt suprà habitum est*, vitatio mendacij, contra quamcunque veritatẽ sit, inquantum mendacium est diuinæ legi contrarium, potest esse martyrii causa.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd bonum Reipublicæ est præcipuum inter bona humana, sed bonum diuinum, quod est propria causa martyrii, est potius quàm humanũ: tamen quia bonum humanum potest effici diuinum, vt si referatur in Deum, ideo põt esse quodcũq; bonũ humanũ martyrii causa, secundũ quod in Deũ refertur.

QVÆSTIO CENTESIMA vigesima quinta, de Timore, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de vitiis oppositis fortitudini. Et primò, de timore. Secundò, de intimiditate. Tertiò, de audacia.

¶ Circa primum quærũtur quatuor. ¶ Pri-

¶ Ad secundi dubij argumentum dicitur, quòd mirum esset de ista negatione consequentiæ, nisi iam constaret ex dictis quod iste æquiuocat de opere virtutis, qm̃ Autor loquitur de virtutis opere integre, quod implicat ex aliqua circunstantia desinere esse bonum. Iste verò accipit opus virtutis ex suo tantum genere. Et propterea ratio literæ stat solida. Quod autem ille dicit esse malum aliquod, seclusa mortis circunstantia, quod illa apposita non est malum, dupliciter potest intelligi. Primò, de actu per se malo, vt est mendacium, furtum, & c. Et de hoc est falsum, quia quod est secundum se malum moraliter, nulla potest circunstantia fieri non malum, qm̃ ad malum quilibet singularis defectus sufficit, vt Dyon. dicit 4. c. de Diui. no. Secundò potest intelligi de actu qui esset malus sine tali circunstantia, puta dicere aliquod verbum sine necessitatis aut vtilitatis causa, est otiosum & malum. Et si ex aliqua circunstantia fieret necessarium aut vtile, non esset otiosum. Et de tali malo verum dicitur. Sed nihil obstat doctrinæ Autoris, quoniam nos dicimus quòd pro euitando verbo otioso salua hac ratione quòd tunc sit otiosum, licitè patitur quis martyrium referendo vitationem illius peccati ad Deum, vt prædictum est. Argumentum autem concludit, quod pro vitando verbo quod aliàs fuisset otiosum, tunc tñ non est otiosum, non est moriendum. Quod gratis concedimus, quia tunc non imminet vitatio verbi otiosi.

¶ Ad tertii dubii nouellam sapientiam dicitur, quod constat mẽdacium omne esse peccatum ex Aug. in lib. contra mendacium, ex Greg. cum tractat de mendacio obstetricum, vt patet superius in q. de mendacio ex Arist. in 4. Eth. Mendacium est secundum se prauum, ergo semper est prauum. quia nunquam perdit seipsum ex quacunque apposita circunstantia. Et ex ratione, quia mendacium est actus cadens super indebitã materiã, vt habes superius in q. dicta. Constat etiam quod peccatum veniale est contra legem Dei, hoc est prohibitum à lege Dei, quamuis non sit contra legem, vt ly contra distinguitur à præter legem, quia prohibitorum per legem Dei, aliquod tollit charitatẽ, & hoc est contra legẽ Dei, & aliquod non tollit charitatem, sed feruorem eius, & hoc est præter legem Dei. Vtrunque tamen ita constat esse contra legem Dei, vt pro eo moriendum sit, vt patet extrà, de iis quæ vi, metúsve causa fiunt c. Sacris. Et ex ratiõe prius allata, quia bonum moris relatum in Deum quantumcunque minimum, præstantius est quàm bonum vitę corporalis. Vnde eiicienda est procul ab ecclesiastica etiam disputatione præsumptio ista, volens mendacia excusare totaliter à peccato. Scriptum est enim, ꝙ proles est diaboli, procul à Christianis abiicienda finibus.

¶ Super Quæstionem centesimam vigesimam quintam.

IN tota quæstione centesima vigesima quinta dubiũ vnũ tãtũ occurrit, an timor mortis excuset à ꝓhibitis vel præceptis legis positiuæ seu hominis. Et est rõ dubij, quia in litera articuli tertij dicit᷑, ꝙ si quis cõtra prohibita vel

præcepta diuinæ legis facit propter timorem, est peccatum mortale, alioquin esset peccatum veniale Cùm enim constet quòd agens contra legem positiuã aut præceptum hominis, non agit contra legem diuinam, quia lex humana distinguitur à diuina, & præceptum hominis ab vtraque lege, consequẽs est quòd non nisi venialiter peccet huiusmodi transgressor, propter timorem, si sententia literæ vera est. [1.2.q.23. arti.4.& q.42.] [* Cap.5. to.5.]

¶ Præterea, secũdum iura citatus sub censuris, personaliter non tenetur comparere, si tutus accessus non patet, ergo timor mortis & tormentorum saltem excusat à præcepto hominis, consequentia nota est, & antecedens patet.

¶ Ad hanc quæstionem in præcedenti lib. respõsum est, & nunc occasione huius literę, quęst. eidẽ motæ dicitur, quòd sine dubio timor mortis non eximit hominem à præceptis & prohibitis per legem positiuam. Et hoc clarè patet ex c. Sacris, ext. de iis quę vi metusve causa fiũt. Vbi participatio in diuinis cum excõmunicatis, pro nullo metu excusari dicitur: quia, vt ibi dicitur, est peccatũ mortale. Et tamen constat quòd talis prohibitio de iure positiuo est, quia de licentia Papæ est licita. Obligat ergo ius positiuum quãdoque ad peccatũ mortale, & consequenter nullo mortis metu declinandum est ab obseruatione positiui iuris. [Ca.4.& 30.] [Cap.7.10. 5.] [Q.109.arti 2.& q.114.ar.1.]

¶ Præterea, Ius ciuile potest obligare sub pœna capitis, ergo ius canonicum potest obligare sub pœna peccati mortalis. Et patet sequela, quia sicut ad ciuile ius se habet mors corporis, ita ad ecclesiasticum ius mors animæ. De præceptis autẽ vel prohibitis ab homine idem est iudicium quod de præceptis & ꝓhibitis à positiuo iure, quod ab hominis autoritate robur habere dignoscitur, qm̃ Princeps est custos iusti, vt dicitur in 3.Eth. & veluti lex animata. Vnde in huiusmodi distinguendũ videtur, quia quædam imponunt̃ ab homine directè, vt cùm aliquis citatur, aut mittitur, aut iubetur facere, vel omittere hoc aut illud. Quædã vero indirectè ex sententia hominis consequuntur. V.g. Episcopus excõmunicauit tales, vel posuit interdictum, &c. Ex hoc enim sequitur, quòd quilibet tenetur illos ex excõmunicatos vitare, non ex præcepto Episcopi, sed ex iuris dispositione. Et in istis, quia præceptum iuris est obligans, euidens est iudicium idem esse. In illis verò vbi solùm hominis præceptum est, idem [Lib.2.Ethic. cap.5.] quoque esse iudicium patet, videntib. ꝙ lex & Princeps eandem habẽt potestatem, & vterque in foro ciuili potest præcipere sub pœna capitis & facere præcepta simpliciter. Et propterea cũ huiusmodi præcepta ab homine fiũt, interpretãda sunt sicut si à lege fuissent facta. Et si extant circunstantiæ, tunc cum quib. lex obligaret, præceptum quoque

mò, vtrum timor sit peccatum.
¶ Secũdò, vtrum opponatur fortitudini.
¶ Tertiò, vtrum sit peccatum mortale.
¶ Quartò, vtrum excuset vel diminuat peccatum.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum timor sit peccatum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ timor nõ sit peccatum. Timor enĩ est passio quædam, vt suprà habitũ est, † sed ex passiõib⁹ non laudamur neque vituperamur, vt patet in 2.Eth.* Cũ ergo omne peccatum sit vituperabile, videtur quòd timor non sit peccatum.

¶ 2 Præterea, Nihil quod ĩ lege diuina mãdatur, est peccatum, quia lex Domini est immaculata, vt dicit̃ in Psal.18. sed timor mandatur in lege Dei, dicitur enim ad Ephe.6. Serui, obedite dominis carnalib. cum timore & tremore. ergo timor non est peccatum.

¶ 3 Preterea, Nihil quod naturaliter inest homini, est peccatum, quia peccatum est contra naturã, vt Damasce. dicit in 2.li.* sed timere est homini naturale, vnde Philosophus dicit in 3.Eth*. quòd erit aliq̃s insanus vel sine sensu doloris, si nihil timeat, neque terræ motum neque inundationes. ergo timor non est peccatum.

¶ SED CONTRA est, qđ Domin⁹ dicit Matth.10. Nolite timere eos qui occidũt corpus. Et Ezec.2. dicitur, Ne timeas eos, neque sermones eorum metuas.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ aliq̃d dicitur esse peccatum in actib. humanis propter inordinationem. Nam bonum actus humani in ordine quodam consistit, vt ex supradictis patet*. Est autẽ hic debitus ordo vt appetit⁹ regimini rationis subdatur. Ratio autem dictat aliqua esse fugienda, & aliqua esse prosequẽda. Et inter fugienda, quædam dictat magis fugiẽda quàm alia. Et similiter etiam inter prosequenda, quædam dictat esse magis prosequenda, quàm alia: & quantum est bonum prosequendum, tantum est aliquod oppositum malum fugiẽdum. Inde est ꝙ ratio dictat quædam bona magis esse prosequenda quã quædã mala fugiẽda. Quãdo ergo appetitus fugit ea, quæ ratio dictat esse sustinenda, ne desistat ab aliis quæ magis prosequi debet, timor inordinatus est, & hẽt rationẽ peccati. Quando aũt appetitus timẽdo refugit id qđ est secundũ rationem fugiendum, tunc appetitus non est inordinatus, nec peccatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ timor communiter dictus secundum suã rationem importat vniuersaliter fugam, vnde quantum ad hoc non importat rationem boni vel mali, & similiter est de qualibet alia passione. Et ideo Philosophus dicit,* quòd passiones non sunt laudabiles neque vituperabiles, quia, s. non laudantur neque vituperãtur, qui irascũtur vel timent, sed qui circa hoc aũt ordinatè aut inordinatè se habent.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd timor ille, ad quẽ inducit Apostol⁹, est cõueniẽs rõni, vt, s. seruus timeat ne deficiat in obsequiis, quæ domino debet impendere.

¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ mala quib. hõ resistere nõ põt, & ex quorũ sustinẽtia nihil boni ꝓuenit homini, rõ dictat esse fugiẽda, & ideo timor taliũ non est peccatum.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum peccatũ timoris opponatur fortitudini.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd peccatum timoris nõ opponatur fortitudini. Fortitudo enim est circa pericula mortis, vt suprà habitũ est.* Sed peccatũ timoris nõ semper pertinet ad pericula mortis, quia sup illud Psal.127. Beati omnes qui timẽt Dominũ. Glo. dicit, quòd humanus timor est, quo timemus pati pericula carnis, vel perdere mundi bona. Et super illud Mat.26. Orauit tertiò eundem sermonem, &c. dicit gl.* quod triplex est mal⁹ timor, s. timor mortis, timor doloris, & timor vtilitatis. Non ergo peccatum timoris opponitur fortitudini. [1.2. q.23.ar.5.] [Ex Aug. lib.1 q. Euang. c. 4.]

¶ 2 Præterea, Præcipuum quod commẽdatur in fortitudine est quod exponit se periculis mortis, sed quandoque aliquis ex timore seruitutis vel ignominiæ exponit se morti, sicut Aug. in 1. de Ciuitate Dei* narrat de Catone, qui, vt non incurreret Cæsaris seruitutẽ, morti se tradidit. ergo peccatum timoris non opponitur fortitudini, sed magis habet similitudinem cum ipsa. [Cap.24. to.5.]

¶ 3 Præterea, Omnis desperatio procedit ex aliquo timore, sed desperatio non opponitur fortitudini, sed magis spei, vt suprà habitum est.* ergo neque peccatum timoris opponitur fortitudini. [Q.20.ar. 1.& 2. q.40. artic.4.]

¶ SED CONTRA est, quòd Philosophus in 2.& 3.Eth*. timiditatem ponit fortitudini oppositam. [Cap.7.10. 5.]

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra* dictum est, omnis timor ex amore procedit, nullus enim timet nisi contrarium eius quod amat, amor autem non determinatur ad aliquod genus virtutis vel vitij. Sed amor ordinatus includitur in qualibet virtute, quilibet enim virtuosus amat propriũ bonum virtutis. Amor autem inordinatus includitur in quolibet peccato, ex amore enim inordinato procedit inordinata cupiditas, vnde similiter inordinatus timor includitur in quolibet peccato, sicut auarus timet amissionem pecuniæ, intemperatus amissionem voluptatis, & sic de aliis. Sed timor præcipuus est periculorum mortis, vt probatur in 3.Ethi.* Et ideo talis timoris inordinatio opponitur fortitudini, quæ est circa pericula mortis. Et propter hoc antonomasicè dicitur timiditas fortitudini opponi. [Q.19.art. 3.& 1.2. q.43.art. 1.] [Cap.6. to. 5.]

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd autoritates illæ loquuntur de timore inordinato, communiter sumpto, qui diuersis virtutibus opponi potest.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actus humani præcipuè diiudicantur ex fine, vt ex supradictis patet.* Ad fortem autem pertinet vt se exponat periculis mortis propter bonum, sed ille qui se periculis mortis exponit vt fugiat seruitutem vel aliquid laboriosum, à timore vincitur, quod est fortitudini contrarium. Vnde Philosophus dicit in 3.Ethi.* quòd mori ob fugiendam inopiam, vel captionem, vel aliquid triste, non est fortis, sed magis timidi. Mollities est enim fugere laboriosa. [1.2.q.1. art.3.& q.18.ar.6] [Cap.8 to. 5.]

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà dictum est,* sicut spes est principium audaciæ, ita timor est principium desperationis. Vnde sicut ad fortẽ, qui vtitur audacia moderata, præexigitur spes, ita econuerso desperatio ex aliquo timore procedit. Non autem oportet quòd quælibet desperatio procedat ex timore quolibet, sed ex eo qui est generis sui. Desperatio autem, quæ opponitur spei, ad aliud genus refertur, scilicet ad res diuinas, timor autẽ, qui opponitur fortitudini, pertinet ad pericula mortis. Vnde ratio non sequitur. [12.q.45. art.2.]

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum timor sit peccatum mortale.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd timor nõ sit peccatum mortale. Timor enim, vt suprà dictum est, est in irascibili, quæ est pars sensualitatis, sed in sensualitate est tantum peccatum veniale, vt suprà † habitum est, ergo timor non est peccatum mortale. [1.2.q.23. art.1.] [1.2 q.74 art.4.]

¶ 2 Præterea, Omne peccatum mortale totaliter cor auertit à Deo. Hoc autem non facit timor, quia super illud Iudicum septimo, Qui formidolosus est, &c. dicit gl.* quòd timidus est qui primo aspectu congressum trepidat, non tamen corde terretur, sed reparari & animari potest. ergo timor nõ est peccatum mortale. [Ex Isidoro.]

¶ 3 Præterea, Peccatum mortale non solùm retrahit à perfectiõe sed ét à præcepto, sed timor nõ retrahit à ꝑcepto, sed solũ à pfectione, qa sup illud Deutero.20. Quis est hõ formidolos⁹ & corde pauido, &c. dicit gloss.* Docet nõ posse quẽq; ã perfectionẽ cõtẽplationis vel militiæ spiritualis accipere, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimescit. ergo timor [Ex eodẽ.]

hominis obligat, ita ꝙ sicut timor mortis non excusaret à transgressione legis, si esset sup hoc lata, ita non excusat à transgressione præcepti lati ab homine. Si verò circunstantionatus aliter inuenitur, tunc act⁹, vt lex, si esset lata, non obligaret, nec præceptũ hominis tunc ligat. [arti.1.huius q.]

¶ Et per hoc patet respõsio ad secundã obiectionem in oppositum, quia citatus personaliter carens tuto accessu, ideo non tenetur, quia nec etiã si lex hoc præcepisset, teneretur. Quoniam autẽ accessus non est tutus ex parte iudicis, puta quia sæuus tyrannus, & tunc cõstat quod nõ declinat iudicem, sed sæuitatem tyranni, quod lex concedit. Aut nõ est tutus propter alios, & tunc excusatur à lege, quia non posset comparere. Qui enim non potest tuto cõparere, perinde est ac si non posset comparere.

¶ Ad primam autẽ obiectionẽ dicitur, ꝙ litera non accipit legẽ diuinã hoc in loco, vt distinguitur ab aliis legib⁹. Quod ex duobus patet. Primò, ex eo qđ sequeretur, ꝙ ex timore mortis facere cõtra ius naturale, esset solũ peccatum veniale, quod ridiculum est imponere tanto Doctori. Et patet sequela, quia ius naturale distinguitur cõtra diuinum propriè sumptũ, vt patet in præcedenti libro. Secundo, ex eo quòd sequeretur ꝙ ex timore cuiuscũque tẽporalis mali, trãsgredi ius positiuum solum esset veniale: quod est ridiculũ, puta, ꝙ aliquis ex timore ne perdat pallium celebrando Missam sine sacris vestibus & sine altari & vasis sacris, solũ peccaret venialiter. Et patet sequela, quia in litera dicitur, Propter timorẽ quo refugit periculum mortis, vel quodcunq; aliud temporale malum: constat enim quod perdere pallium, quoddam temporale malum est. Intelligit ergo autor per legẽ diuinã, ipsam diuinam institutionem, vt firmat & ius naturæ, & ius positiuum, & præcepta hominum dãtque omnib⁹ vim obligatiuam in foro conscientiæ. Hoc enĩ omnia iura & præcepta habent ex eo ꝙ à Deo immediate vel mediatè procedunt. Et præterea ex hac litera firmatur doctrina data. Quoniam hinc habes ꝙ quicunque contra præcepta hominis vel positiui aut cuiusque iuris facit, contra legem diuinã facit, ac ꝑ hoc timor siue mortis siue alterius mali, non excusat à toto, licet à tanto, vt in 4. Ethic. habes. [Artic.1. huius q.] [Cap.6.]

non est peccatum mortale.

¶ SED CONTRA est, quòd pro solo peccato mortali debetur pœna inferni, quæ tamen debetur timidis, secundũ illud Apocal.21. Timidis & incredulis & execratis, &c. pars erit in stagno ignis & sulphuris, quod est mors secunda. Ergo timiditas est peccatum mortale.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut suprà dictũ est*, timor peccatũ est secũdum quod est inordinatus, prout scilicet refugit, quod non est secundũ rationẽ refugiendũ. Hæc autẽ inordinatio timoris quandoq; quidẽ consistit in solo appetitu sensitiuo, nõ superueniente cõsensu rationalis appetitus, & sic non potest esse peccatũ mortale, sed solum veniale. Quãdoq; verò huiusmodi inordinatio timoris pertingit vsq; ad appetitũ rationalẽ, qui dicitur voluntas, quæ ex libero arbitrio refugit aliquid nõ secundum rationem, & talis inordinatio timoris qñdoq; est peccatũ mortale, qñq; veniale. Si enim aliquis propter timorem, quo refugit periculũ mortis vel quodcunq; aliud tẽporale malũ, sic dispositus est, vt faciat aliquid prohibitũ, vel prætermittat aliquid quod est præceptũ in lege diuina, talis timor est peccatũ mortale. Alioquin erit peccatum veniale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ratio illa procedit de timore, secundum quòd consistit infra sensualitatem.

¶ Ad secundum dicendũ, ꝙ etiã glos. illa potest intelligi de timore in sensualitate existẽte, vel potest melius dici, ꝙ ille toto corde terretur, cuius animũ timor vincit irreparabiliter. Potest autem contingere quòd etiam si timor sit peccatũ mortale, non tamen aliquis ita obstinatè terretur, quin persuasionibus reuocari possit, sicut quandoque aliquis mortaliter peccans, concupiscentiæ consentiendo, reuocatur, ne opere impleat, quod proposuit facere.

¶ Ad tertium dicendum, quod glos. illa loquitur de timore reuocãte hominem à bono, quod non est de necessitate præcepti, sed de perfectione consilij. Talis autem timor non est peccatum mortale, sed quandoq; veniale, quandoq; etiam non est peccatum, puta, cùm aliquis habet rationabilem causam timoris.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum timor excuset à peccato.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd timor non excuset à peccato. Timor enim est peccatum, vt dictum est*: sed peccatum non excusat à peccato, sed magis aggrauat ipsum. ergo timor non excusat à peccato.

¶ 2 Præterea, Si aliquis timor excusat à peccato, maxime excusaret timor mortis qui dicitur cadere in constãtem virum, sed hic timor nõ videtur excusare, quia cùm mors ex necessitate immineat omnibus, non videtur esse timenda. ergo timor non excusat à peccato.

¶ 3 Præterea, Omnis timor aut est mali temporalis, aut spiritualis, sed timor mali spiritualis non potest excusare peccatum, quia non inducit ad peccãdum, sed magis retrahit à peccato. Timor etiam mali temporalis non excusat à peccato: quia sicut Philosoph. dicit in 3. Ethic.* inopiam non oportet timere neq; ægritudinem, neq; quæcunq; non à propria malitia procedũt. ergo videtur ꝙ timor nullo modo excuset à peccato.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Decret. 1. quæst.1.* Vim passus & inuitus ab hæreticis ordinatus, colorem habet excusationis.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut suprà dictum est *, timor intantum habet rationem peccati, inquantum est contra ordinem rationis. Ratio autẽ iudicat quædã mala esse magis aliis fugienda. Et ideo quicunq; vt fugiat mala quæ secundum rationem sunt magis fugienda, non refugit mala, quæ sunt minus fugienda, non est peccatum. Sicut magis est fugiẽda mors corporalis, quàm amissio rerum temporalium. Vnde si quis propter timorem mortis latronibus aliquid promitteret aut daret, excusatur à peccato quod incurreret, si sine causa legitima prætermissis bonis, quibus esset magis dandum, peccatoribus largiret̃. Si autem aliquis per timorem fugiens mala, quæ secundum rationem sunt minus fugienda, incurrat mala quæ secundum rationem sunt magis fugienda, non posset totaliter à peccato excusari, quia timor talis inordinatus esset. Sunt autem magis timenda mala animæ, quàm mala corporis: corporis autem magis, quàm mala exteriorum rerum. Et ideo si quis incurrat mala animæ, id est, peccata, fugiens mala corporis, puta, flagella, vel mortẽ, aut mala exteriorum rerum, puta, damnum pecunię, aut si sustineat mala corporis, vt vitet damnum pecuniæ, non excusatur totaliter à peccato. Diminuitur tamen secundũ aliquid eius peccatũ: quia minus voluntarium est quod ex timore agitur. Imponitur enim homini quædã necessitas aliquid faciendi propter timorem imminentem. Vnde Philosop.* huiusmodi, quæ ex timore fiunt, dicit esse non simpliciter voluntaria, sed mista ex voluntario & inuoluntario.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd timor non excusat ex ea parte, qua est peccatum, sed ex ea parte qua est inuoluntarium.

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ licet mors omnibus immineat ex necessitate, tamen ipsa diminutio temporalis vitæ est quoddam malum, & per consequens timendum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ secundùm Stoicos, qui ponebant bona temporalia non esse hominis bona, sequitur ex consequenti, ꝙ mala temporalia non sunt hominis mala, & per consequens nullo modo timenda. Sed secundum August.* in lib. de Libe. arbit. huiusmodi temporalia sunt minima bona, quod etiam Peripatetici senserunt. Et ideo contraria eorum sunt quidem timenda, non tamen multum, vt pro eis recedatur ab eo, quod est bonum secundum virtutem. [lib.2.cap. 18.& 19. tom.1.]

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMASEXTA, de Intimiditate, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de vitio intimiditatis. ¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primo, vtrum intimidum esse, sit peccatum. ¶ Secundo, vtrum opponatur fortitudini.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum intimiditas sit peccatum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod intimiditas non sit peccatum. Quod enim ponitur in commendationem viri iusti, non est peccatum, sed in commendationem viri iusti dicitur Prouerb. 28. Iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit. Ergo esse impauidum non est peccatum.

¶ 2 Præterea, Maximum terribilium est mors, secundum Philosophum in 3. Ethic.*, sed nec mortem oportet timere, secundum illud Matthæi 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. nec etiam aliquid quod ab homine posset inferri, secundum illud Isaiæ 51. Quis tu, vt timeas ab homine mortali? Ergo impauidum esse non est peccatum. [cap.6. tom.5.]

¶ *Super Quæstionẽ centesimam vigesimam sextam.* [cap.cõstat.]

IN tota quæst.126. nihil aliud occurrit scribendũ: nisi attentos reddere lectores, ꝙ Autor in articul.2. in responsione ad tertium, in calce non dicit, quòd fortitudo secundum diuersa media habeat diuersa extrema, vt Martinus imponit sibi ex hac responsione, bis scilicet in quæstione prima, & in quæstione duodecima. Sed dicit quòd non est inconueniens quòd fortitudo, secundum diuersa, habeat diuersa extrema. Aliud est enim dicere, secundum diuersa, & aliud secundum diuersa media Fortitudo nanque vnum tantum medium habet formaliter, scilicet ad maxima & optima pericula inclinare secundum quod oportet, quando, vbi, sicut, &c. Sed quia hoc medium in pluribus passionibus ponit tãquam in materiis, ideo non inconuenit secundum diuersas passiones habere diuersa extrema. Et hic est sensus literæ. Vnde inferius in quæstio. 131. articul. secundo ad primum, Autor ponens plura extrema per excessum, respectu magnanimitatis, clarius hanc eandem sententiam replicat, dicens, non est incõueniens, secundum diuersa esse plures excessus vnius medij, hæc ille. Sed de his latior erit in quæstion.128. sermo, vbi Martino respondebitur. [Can constat.] [Artic.1. huius q.] [Cap.5. tom.5.]

¶ *Super*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super quæstione centesimam vigesimam septimam.*

Q. præc. art. 2.

IN tota quæstione cētesima vigesimaseptima duo tanū dubia occurrunt circa responsiōnē ad tertiū secundi art. Primū est, an secundum rem inueniatur vitium defectus passionis audaciæ, oppositum fortitudini propter defectū audaciæ, & similiter oppositum vitio audaciæ. Secundū est, an Autor in litera reddat rationem ꝙ tale vitiū nō inuenitur simpliciter, aut quare nō inueniatur positum ab aliis.

¶ Ad horū euidentiam sciendum est, ꝙ nō vertitur in dubiū, an inuenia tur peccatū in audendo minus quàm oporet in materia fortitudinis, quoniā hoc clarū est dari. Ita quòd constat quadruplex peccatū cōmitti contra fortitudinis actū, scilicet nimis timere, & nimis audere, parū seu nihil timere & parum seu nihil audere.

Sed in dubiū vertitur, an peccatum quod committitur deficiēdo in audacia, sit solum peccatū ex consequentia seu cōmitātia ad excessum timoris. Ita ꝙ solū peccans directè & principaliter in nimis timendo peccet ex cōsequenti in nihil aut parū audendo, & propterea tali peccato non audēdi non affingnetur propriū vitium, quoniā his quæ ex aliorū solum concomitātia fiunt, nec ꝓpria ars nec ꝓpria idea, nec propriū generans, & cōsequēter nec ꝓpriū vitiū assignatur, vt patet de subiecto & propria passione. Potest autē dubitatio ista dupliciter solui. Primo, tenendo partē affirmatiuā, scilicet ꝙ defectus audaciæ solum contingit ex nimio timore, vt Autor in hac litera sentire videtur, dum dicit ꝙ motus audaciæ consistens in inuadēdo contrarium, quia sequitur inclinationē naturalē, qua vnūquodque potēs innadit suū contrarium nisi p timorē impediat, officiū naturalis inclinationis exequitur. Et propterea infert nō inueniri vitiū oppositū audaciæ per defectū. Sed quoniam defectu audaciæ non solū ex nimio timore, sed ex parua vel nulla spe superandi contraria, mala qūq; fit: nam sicut spes est causa audaciæ, ita etiam defectus spei est causa defectus audaciæ: ideo aliter dubitatio soluitur tenēdo partē negatiuam, & dicendo, sicut datur quadruplex peccatū contra actū fortitudinis, ita & quadruplex virtū. cōtra virtutē fortitudinis, quorum tria sunt nominata ab Aristotel. & in litera. Quartū autē, de quo est quæstio, ab aliquibus nominatur vecordia, & me

Cap. 7. tom. 5.

¶ 3 Præterea, Timor ex amore nascitur, vt suprà habitum est *, sed nihil mundanum amare pertinet ad perfectionē virtutis, quia vt Augusſt. dicit in 14. de Ciuitate Dei*, Amor Dei vsque ad contēptum sui facit ciues ciuitatis cœlestis. Ergo nihil humanum formidare, videtur non esse peccatum.

* cap. 82. tom. 5.

¶ SED CONTRA est, quod de iudice iniquo dicitur Lucæ 18. quòd nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd quia timor ex amore nascitur, idem iudicium videtur esse de amore & timore. Agitur autem nunc de timore, quo mala temporalia timentur, qui prouenit ex temporalium bonorum amore. Inditum autem est vnicuique naturaliter, vt propriam vitam amet, & ea quæ ad ipsum ordinantur cum debito modo, vt scilicet amentur huiusmodi non quasi finis constituatur in eis, sed secundū quod eis vtē dum est propter vltimū finē. Vnde ꝙ ali quis deficiat à debito modo amoris ipsorum, est contra naturalē inclinationē, & per cōsequens est peccatum. Nunquam tamen à tali amore aliquis totaliter deciderit, quia id quod est naturale, totaliter perdi non potest. Propter quod Apostolus dicit ad Ephe. 5. Nemo vnquā carnē suam odio habuit. Vnde etiā illi qui seipsos interimunt, ex amore carnis suæ hoc faciunt, quam volunt à præsentibus angustiis liberare. Vnde contingere pōt quòd aliquis minus quàm debeat, timeat mortem & alia temporalia mala, propter hoc quòd minus debito amet ea. Sed ꝙ nihil horum timeat, non potest ex totali defectu amoris contingere, sed ex eo ꝙ æstimat mala opposita bonis quæ amat, sibi superuenire non posse. Quod quandoque contingit ex superbia animi de se præsumentis, & alios contemnentis, secundum quod dicitur Iob 41. Factus est, vt nullum timeret, omne sublime videt. Quandoque autem contingit ex defectu rationis, sicut Philoso. dicit in 3. Ethic.* ꝙ stulti propter stultitiam nihil timent. Vnde patet ꝙ esse impauidum est vitiosum, siue causetur ex defectu amoris, siue causetur ex elatione animi, siue causetur ex stoliditate, quæ tamen excusat à peccato, si sit inuincibilis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iustus commendatur à timore nō retrahēte eum à bono, non quòd sit absque omni timore. Dicitur enim Eccle. 1. Qui sine timore est, non poterit iustificari.

¶ Ad secundum dicendum, quòd mors, vel quicquid aliud ab homine mortali potest inferri, non est ea ratione timendum, vt à iustitia recedatur. Est tamen timendum, inquantum per hoc homo potest impediri ab operibus virtuosis, vel quantum ad se, vel quantum ad profectum, quem in aliis facit. Vnde dicitur Prouerb. 14. Sapiens timet & declinat à malo.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ bona tēporalia debent contemni, inquantum nos impediunt ab amore & timore Dei, & secundum hoc etiam non debent timeri: vnde dicitur Eccle. 34. Qui timet Deum, nihil trepidabit. Non autem debent contemni bona temporalia, inquantum instrumentaliter nos iuuant ad ea quæ sunt diuini timoris & amoris.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum esse impauidum opponatur fortitudini.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ esse impauidū, non opponatur fortitudini. De habitibus enī iudicamus per actus, sed nullus actus fortitudinis impeditur p hoc quòd aliquis est impauidus. Remoto enim timore aliquis & fortiter sustinet, & audacter aggreditur. ergo esse impauidum, non opponitur fortitudini.

¶ 2 Præterea, Esse impauidum est vitiosum vel propter defectum debiti amoris, vel propter superbiam, vel propter stultitiā: sed defectus debiti amoris opponitur charitati, superbia autem humilitati, stultitia autem prudentiæ siue sapientiæ. ergo vitium impauiditatis non opponitur fortitudini.

¶ 3 Præterea, Virtuti opponuntur vitia sicut extrema medio, sed vnum medium ex vna parte non habet nisi vnum extremum. Cum ergo fortitudini ex vna parte opponatur timor, ex alia vero parte opponatur ei audacia, videtur quòd impauiditas ei non opponatur.

¶ SED CONTRA est, quod Philosophus in 3. Ethic.* ponit impauiditatem fortitudini oppositam.

Cap. 7. tom. 5.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd sicut suprà dictū est *, fortitudo est circa timores & audacias. Omnis autē virtus mortalis ponit modū rationis in materia circa quā est. vnde ad fortitudinē pertinet timor moderatus secundū rationē, vt scilicet homo timeat quod oportet, & quando oportet, & similiter de aliis. Hic autē modus rationis corrūpi potest sicut per excessum, ita & p defectū. vnde sicut timiditas opponitur fortitudini p excessum timoris, inquantū scilicet homo timet quod nō debet, vel secundum quod non oportet, ita etiā impauiditas opponitur ei p defectū timoris, inquantū scilicet aliquis nō timet qđ oportet timere.

Q. 123. art. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ actus fortitudinis est timorē sustinere & aggredi non qualitercunq;, sed secundum rationē, quod non facit impauidus.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ impauiditas ex sua specie corrumpit mediū fortitudinis, & ideo directè opponitur fortitudini. Sed secundum suas causas nihil prohibet, quin opponatur aliis virtutibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vitium d audaciæ opponitur fortitudini secundū excessum audaciæ: impauiditas autem secundum defectum timoris. Fortitudo autem in vtraque passione medium ponit. vnde non est inconueniens, ꝙ secūdum diuersa habeat diuersa extrema.

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMA SEptima, de Audacia, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de audacia. ¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primò, vtrum audacia sit peccatum. ¶ Secundò, vtrum opponatur fortitudini.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum audacia sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd audacia non sit peccatum. Dicitur enim Iob 39. De equo, per quē designatur bonus prædicator, secundum Gregō. in Moral. * quòd audacter in occursum pergit armatis, sed nullū vitium cedit in commendationem alicuius. ergo esse audacem non est peccatum.

Lib. 31. cap. 18.

¶ Præterea, Sicut Philosop. dicit in 6. Ethic. * oportet cōsiliari qui

* cap. 5. tom. 5.

¶ *Super Quæstionis centesimæ vigesimæ octauæ Articulum primum.*

1. 2. q. 45. art. 2.

INq. 128. art. vnico dubia multa ex Martino occurrūt. Primum est circa illud: fortitudo, vt est specialis virtus, non habet partes subiectiuas. Contra hoc fiquinem arguit Martin*, & in q. 1. & in q. 12. directè contra hanc literā. Primò, quia fortitudinis sicut cuiuslibet alterius virtutis sunt tres gradꝰ specie differentes, scilicontinentia, temperantia, heroica, ergo. Secundò, quia aliqui habitus fortitudinis habēt circunstātias pro obiectis, sed in illis variata quacunque circunstātia semper variatur habitus, ergo. Tertiò, duo sunt actus principales fortitudinis, s. aggredi & expectare, qui sunt specie distincti, ergo duo sunt vel esse possunt habitus fortitudinis specie distincti, secunda pars antecedentis probatur, primo, Multi laudabiliter se habēt in vno & non in alio. ergo. Secundo, Prudentiæ directiuæ talium actuum sunt distinctæ specie, ergo habitus morales virtuosi inclinantes ad illos sunt distincti specie. Antecedens probatur, quia sunt aliæ, & aliæ disciplinæ militares de aggrediendo & de expectando. Tertio, cum obligatione in aggrediendo stat rectitudo in expectādo, ergo rectitudo vtriusque nō est eadem specie. Quarto, rectitudini in aggrediendo non contrariatur obliquitas in expectando, sed in aggrediēdo, ergo non sunt eiusdem speciei. Et tenet sequela, quia in indiuiduis eiusdē speciei quic quid contrariatur vni, contrariatur & reliquo. Quinto, vbicunque est alia & alia medietas, ibi sunt habitus morales distincti specie, sed hic sunt duę medietates: ergo. Probatur Minor, quia alia est medietas in expectādo, & alia in aggrediēdo. Et confirmatur, quia sunt quatuor extrema & duo media. s. intimiditas, & timor extremę medietatis in expectando: & audacia & vecordia extremæ medietatis in aggrediendo. Et hæc potest esse quarta ratio ad principale, quia virtus habens duas medietates specie distinctas cum suis extremis, non est vna specie speci alissima, sed fortitudo est huiusmodi. ergo. Et cōfirmatur, quia timor, & audacia nō sunt contraria, quia possunt esse in eodē simul. Quinto, principaliter arguitur, quia hoc videtur sensisse Sanctus Thomas in quæst. 126. artic. 2. ad 3. dicens, quòd non est inconueniens, quidē tardè, operari autē velociter consiliata: sed ad hanc velocitatē operādi iuuat audacia. ergo audacia non est peccatum, sed magis aliquid laudabile.

Q. 123. art. 1. & 3. & 2. q. 23. art. 1. & 3. & q. 45

Q. 123. art. 3.

Q. 53. art. 3.

Cap. 4. lib. 4. & lib. 2. c. 7.

¶ 3 Præterea, Audacia est quædā passio, q causatur à spe, vt suprà habitū est *, cum de passionibus ageretur, cui spes nō ponitur peccatum, sed magis virtus: ergo nec audacia debet poni peccatum.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Eccles. 8. Cum audaci nō eas in via, ne fortè grauet mala sua in te. Nulli* autē societas est declināda, nisi propter peccatum. ergo audacia est peccatum.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd audacia, sicut suprà dictū est *, est quædā passio. Passio autē quandoq; quidem est moderata secundū rationem, quandoq; autē caret moderatione, vel p excessum vel per defectū: & secundū hoc est passio vitiosa. Sumuntur autē quandoq; nomina passionum à superabundanti. Sicut ira dicitur non quæcunque, sed superabundās, prout scilicet est vitiosa. Et hoc etiam modo audacia per superabundantiam dicta, ponitur esse peccatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ audacia ibi sumitur secundum quod est moderata ratione. Sic enim pertinet ad virtutem fortitudinis.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ operatio festina cōmendabilis est post cōsilium, quod est actus rationis. Sed si quis ante cōsilium vellet festinē agere, non esset hoc laudabile, sed vitiosum. Esset enim quædam præcipitatio actionis, quod est vitiū prudētiæ oppositū, vt suprà dictum est *. Et ideo audacia quæ operatur ad velocitatem operandi, intantum laudabilis est, inquantum à ratione ordinatur.

¶ Ad tertium dicendū, quod quædā vitia innominata sunt, & similiter quædā virtutes, vt patet p Philosophū in 4. Ethi.* & ideo oportuit quibusdam passionibꝰ vti nomine virtutum & vitiorum. Præciuè autem illis passionibus vtimur ad vitia designanda, quorum obiectum est malum, sicut patet de odio, timore, ira & audacia. Spes autem & amor habent bonū pro obiecto, & ideo magis eis vtimur ad designanda nomina virtutum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum audacia opponatur fortitudini.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ audacia nō opponatur fortitudini. Superfluitas enim audaciæ videtur ex animi præsumptione pro cedere: sed præsumptio pertinet ad superbiam, quæ opponitur humilitati. ergo audacia magis opponitur humilitati quàm fortitudini.

¶ 2 Præterea, Audacia non videtur esse vituperabilis, vt nisi inquantum ex ea prouenit vel nocumentum aliquod ipsi audaci, qui se periculis inordinatè ingerit, vel etiā aliis, quos per audaciā aggreditur, vel in pericula ꝓcipitat, sed hoc videtur ad iniustitiā pertinere, ergo audacia secundùm quòd est peccatum, non opponitur fortitudini, sed iustitiæ.

¶ 3 Præterea, Fortitudo est circa timores & audacias, vt dictum est *, sed quia timiditas opponitur fortitudini secundum excessum timoris, habet aliud vitiū oppositum timiditati secundum defectum timoris. Si ergo audacia opponatur fortitudini propter excessum audaciæ, pari ratione opponetur ei aliquod vitiū propter audaciæ defectum: sed hoc non inuenitur, ergo nec audacia debet poni vitium oppositum fortitudini.

¶ SED CONTRA est, ꝙ Philosophus in tertio * & quarto Ethicorum, ponit audaciam fortitudini oppositam.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut suprà dictum est, * ad virtutē moralem pertinet modum rationis seruare in materia circa quam est. Et ideo omne vitium quod importat immoderantiā circa materiam alicuius virtutis moralis, opponitur illi virtuti morali, sicut immoderatum moderato. Audacia autē secundum ꝙ sonat in vitium, importat excessum passionis, qui audacia dicitur. Vnde d manifestum est, quòd opponitur virtuti fortitudinis, quæ est circa timores & audacias, vt supra dictum est *.

D. 255.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ oppositio vitij ad virtutem non attenditur principaliter secūdum causam vitij, sed secundùm ipsam vitij speciē, & ideo non oportet quòd audacia opponatur ei dem virtuti, cui opponitur præsumptio, quæ est causa ipsius.

Q. 123. art. 3.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut directa oppositio vitij non attenditur circa eius causam, ita etiam non attenditur secundum eius effectum. Nocumentum autem quod prouenit ex audacia, est effectus ipsius. Vnde nec etiam secundum hoc attenditur audaciæ oppositio.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ motus audaciæ consistit in inuadēdo id quod est hominī contrarium, ad quod natura inclinat, nisi inquantum talis inclinatio impeditur per timorem patiendi nocumentum ab eo. Et ideo vitium quod excedit in audacia, non habet contrarium defectum, nisi timiditatem tantum. Sed audacia non semper cōmitatur tantū defectum timiditatis, quia sicut Philosophus dicit in 3. Ethic.* audaces sunt præuolantes & volentes ante pericula, sed in ipsis discedunt, scilicet præ timore.

QVÆSTIO CENTESIMA VIGESIMAOCTAVA, de Partibus fortitudinis, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de partibus fortitudinis.

¶ Et primò, considerandum est quæ sint fortitudinis partes.

¶ Secūdò, de singulis partibꝰ est agendū.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum partes fortitudinis conuenienter enumerentur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter partes fortitudinis enumerentur: Tullius enim in sua Rhetorica * ponit fortitudinis quatuor partes, scilicet magnificentiam, fiduciam, patientiam, & perseuerantiam. Et videtur ꝙ inconuenienter. Magnificentia enim videtur ad liberalitatē pertinere, quia vtraque est circa pecunias, & necesse est magnificum liberalē esse, vt Philosophus dicit in 4. Ethic.* Sed liberalitas est pars iustitiæ, vt suprà habitum est *: ergo magnificentia non debet poni pars fortitudinis.

¶ 2 Præterea, Fiducia nihil aliud videtur esse quàm spes, sed spes non videtur ad fortitudinem pertinere, sed potius per se est virtus, ergo fiducia non debet poni pars fortitudinis.

¶ 3 Præterea, Fortitudo facit hominē bñ se habere circa picula, sed magnificentia & fiducia nō importāt in sui ratione aliquòd secundum diuersa media habeat diuersa extrema. Est, inquit, mihi omnino non intelligibile, quod eadem fortitudo secundum speciem habeat diuersa media secundum speciem.

Cap. 7.

Q. præc. art. 2.

¶ Secundum dubium est circa rationem in litera subiunctam, s. quia fortitudo est circa materiam valde specialem. Arguit contra hoc Martinus, quæst. 12. Circa eandem materiam quantumcunque specialem possunt esse actus moraliter boni specie distincti, ergo & habitus virtuosi specie distincti. Antecedens probatur ex dictis S. Thom. Quia fiducia, magnificentia, patientia, & perseuerantia circa materiam fortitudinis habent actus bonos specie distinctos, aliàs tres eorum superfluerent. ergo. Secundo, Circa materiam fortitudinis reperiuntur ista quatuor, & sunt habitus boni, & specie distincti, & continentur sub fortitudine, sicut inferiora sub superiore, ergo. Primæ duæ partes Antecedentis patent, tertia probatur, quia aliter non essent partes integrales heterogeneę ipsius fortitudinis, quod est contra S. Tho. hic. Quarta pars probatur, quia continentur sub hoc communi, quod est virtus. & non immediatè: ergo mediante aliquo genere virtutis. Sed non nisi fortitudine, ergo continentur sub fortitudine tanquam inferiora sub superiori, & confirmatur ex dictis S. Tho. hoc dicentis de istis quatuor, si coarctentur ad propriam materiam fortitudinis, scilicet periculа mortis, sunt quasi partes integrales: si autem referantur ad alias materias, sunt virtutes adiūctę fortitudini, distinctæ ab ea secundū speciem, ex quibus, inquit, verbis arguo sic: Istæ quatuor virtutes arctātæ ad materiam fortitudinis, non sunt virtutes adiunctæ fortitudini, nec sunt virtutes omnino separatæ à fortitudine, quia tūc nullo modo partes integrales eius dici deberent, ergo sunt virtutes sub fortitudine contentæ. Tertio, Quæcunque sunt distincta inter se specie, & non sunt distincta specie à fortitudine, sunt diuersæ species sub fortitudine. Sed istæ quatuor ad materiam fortitudinis arctatæ sunt huiusmodi. ergo. Minor pro secunda parte est Sancti Tho. pro prima probata est. Quarto, Ista quatuor nec sunt eadem specie cum fortitudine, nec diuersa specie à fortitudine, & ipsa sunt

Cap. 7.

Infrà q. 129. art. 5. & q. 134. art. 4. & q. 136. art. 4. & q. 161. art. 4. ad 3. & 3. dist. 33. q. 3. art. 3. q. 1. ad 2. & 4. * Lib. 2. de inuēt. fol. 3. ante fin. lib. Cap. 2. Q. 127. artic. 5.

quā habitudinē ad pericula. ergo nō ponuntur cōuenienter partes fortitudinis.

¶4 Præterea, Patientia secundū Tulliū* importat difficiliū p̄pessionē, quod etiā ipse attribuit fortitudini, ergo patientia est idem fortitudini, & non est pars eius. *Lib. 2. de Inuent. fol. 3. ante fin. lib.*

¶5 Præterea, Illud quod requirit̃ in qualibet virtute, nō debet poni pars alicui⁹ specialis virtutis: sed perseuerātia requiritur in qualibet virtute, dicitur enim Matth. 24. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. ergo perseuerantia non debet poni pars fortitudinis.

¶6 Præterea, Macrobius* ponit septem partes fortitudinis, scilicet magnanimitatē, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Andronicus etiam ponit septem virtutes annexas fortitudini, quæ sunt eupsychia, lenia, magnanimitas, virilitas, perseuerantia, magnificentia, andragathia*. ergo videtur ꝙ insufficienter Tullius partes fortitudinis enumeret. *Lib. 1. in Som. Sci. fol. 2. paulo ante medium.* **Alias andragathenia.*

¶7 Præterea, Aristo. in 3. Ethic.* ponit quinq; modos fortitudinis, quarū prima est politica, quæ fortiter operatur propter timorē vel exhonorationis vel pœnæ. Secunda est militaris, quæ fortiter operatur propter artem vel experientiam rei bellicæ. Tertia est fortitudo, q̄ fortiter operat̃ ex passione p̄cipuè iræ. Quarta est fortitudo, quæ fortiter operatur propter cōsuetudinem victoriæ. Quinta est fortitudo, quæ fortiter operatur propter inexperientiam periculorum. Has autem fortitudines nulla prædictarum enumerationum continet. Ergo prædictæ enumerationes partium fortitudinis videntur esse inconuenientes. *Cap. 8.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd sicut supra dictū est*, alicui⁹ virtutis possunt esse triplices partes, scilicet subiectiuæ, integrales, & potētiales. Fortitudini autē secundū ꝙ est specialis virtus non possunt assignari partes subiectiuę, eo ꝙ nō diuidit̃ in multas virtutes specie differentes, quia est circa materiam valde specialē. Assignātur autē ei partes quasi integrales & potētiales: integrales quidē secundū ea quæ oportet cōcurrere ad actū fortitudinis, potētiales autem secūdum quod ea quæ fortitudo obseruat circa difficillima, scilicet circa pericula mortis, aliquę aliæ virtutes obseruāt circa quasdā alias materias min⁹ difficiles, quæ quidē virtutes adiunguntur fortitudini sicut secūdariæ principali. Est autē, sicut suprà dictū est*, duplex fortitudinis act⁹, scilicet aggredi, & sustinere. Ad actū autē aggrediendi duo requirūtur, quorū primū pertinet ad animi p̄parationē, vt scilicet aliquis promptū animū habeat ad aggrediendum. Et quātum ad hoc ponit Tullius* fiduciā. Vnde dicit, ꝙ fiducia est, per quam magnis & honestis rebus multū ipse animus in se fiduciæ cum spe collocauit. Secundū autem pertinet ad operis executionē, ne scilicet aliquis deficiat in exequutione illorum, q̄ fiducialiter inchoauit. Et quantū ad hoc ponit Tullius* magnificentiā. Vnde dicit ꝙ magnificentia est rerū magnarum & excelsarū cum animi ampla quadā & splēdida propositione cogitatio atque administratio, id est, executio vt scilicet amplo p̄posito administratio non desit. Hæc ergo duo si coarcētur ad propriā materiā fortitudinis, scilicet ad pericula mortis, erūt quasi partes integrales ipsius, sine quibus fortitudo esse nō potest. Si autē referant̃ ad aliquas alias materias, in quibus est minus difficultatis, erunt virtutes distinctæ à fortitudine secundū speciē suā: tamē adiūgent̃ ei sicut secundariū principali. Sicut magnificentia à Philo. in 4. Ethic.* ponitur circa magnos sumptus: magnanimitas autē, quæ videtur idem esse fiduciæ, circa magnos honores. Ad alium autem actum fortitudinis, qui est sustinere, duo requiruntur, quorū primum est, ne difficultate imminentiū malorum animus frāgatur per tristitiam, & decidat à sua magnitudine. Et quantū adhoc ponit patientiā. Vnde dicit ꝙ patientia est honestatis aut vtilitatis causa, rerum arduarum aut difficiliū volūtaria ac diuturna p̄pessio. Aliud aūt est, vt ex diuturna difficiliū passione homo non fatigetur vsque ad hoc, ꝙ desistat, secundum illud ad Hebræos duodecimo. Non fatigemini animis vestris deficientes. Et quantū ad hoc ponit perseuerātiam: vnde dicit ꝙ perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permansio. Hæc etiam duo si coarcentur ad propriā materiā fortitudinis, erūt partes quasi integrales ipsius: si autem ad quascunque materias difficiles referantur, erunt virtutes à fortitudine distinctæ, & tamen ei adiungentur sicut secundariæ principali. *Q. 48.* *Q. 123. art. 3. & 6.* *Ibidem.* *Cap. 2. & 3.*

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ magnificētia circa materiā liberalitatis, addit quandam magnitudinē, quæ pertinet ad rationem ardui, quod est obiectū irascibilis, quā p̄ricipaliter p̄ficit fortitudo, & ex hac parte p̄tinet ad fortitudinē.

¶Ad secundū dicendū, ꝙ spes, qua quis de Deo cōfidit, ponitur virtus theologica, vt suprà habitū est*. Sed p̄ fiduciam, quæ nunc ponitur fortitudinis pars, homo habet spem in seipso, tamē sub Deo. *Quæst. 17. art. 5. & 1. 2. q. 62. art. 3.*

sunt species, ergo fortitudo nō est species specialissima, ergo fortitudo est genus ipsorum. Antecedens pro prima parte probatur, quia non sunt eadē specie specialissima inter se: ergo nec cum fortitudine. Secunda pars p̄batur, q̄a distincti specie à fortitudine continentur sub iustitia, temperantia, &c. sed ista arctata ad materiam fortitudinis non continentur sub aliis. ergo non sunt distincta à fortitudine. Prima consequentia probatur, quia quorumcunq; multorū, quorum quodlibet est species, illa sunt eadem specie, aut distincta specie. Secunda verò consequētia probatur, quia ista continentur sub vno genere, puta, virtus, & non æque immediatè: quia fortitudo nec genere nec specie ab eis distinguitur, ergo vel fortitudo continetur immediatius quàm ista quatuor, & habetur intentum: quia immediatius supremo est superius ad mediatè contenta, vel ecōtra, quod constat esse falsum, quia sic fortitudo esset pars istorum.

¶Tertium dubium est circa eandem rationem literæ. Nam dupliciter deficit. Primo, quia ex valde speciali materia infert fortitudinem indiuisibilem formaliter, quasi vnitas & distinctio specifica ex materia sumatur, quod rationi non consonat. Secundò, quia aut est sermo de specialissima materia in esse naturæ, aut in esse morali. Non in esse naturæ, quia pericula maxima sunt diuersarū specierum vt comburi, submergi, percuti, iugulari, nec in esse morali, tum quia hoc erat probandum, tum quia pericula maxima optima diuersarum sunt specierū moralium si propter iustitiam, vel propter pietatem, vel religionem, vel propter castitatem, &c. imminent.

¶Quartum dubium est ex eodem ibidem circa literam, inquantum ponit partes integrales fortitudinis distinctas à partibus potētialibus eiusdem. Contra hanc siquidem literam directe & nominatim arguit. Primo, Omnis pars ordinata ad aliquem actum alicuius virtutis, non habens in se totam potestatem illius virtutis, est pars potentialis eius, sed omnis pars integralis fortitudinis est huiusmodi, respectu fortitudinis, ergo omnis pars integralis fortitudinis est pars potentialis. Maior est nota, & Minor probatur, quia secundum Sanctum Thomam ad perfectum actum fortitudinis & aliarum virtutum necesse est multa concurrere, imò etiam concurrunt multi habitus, quorum quilibet dicitur pars integralis. Aut ergo primus illorum habituum cōtinet totam potestatem fortitudinis, & tunc reliqui superfluunt: aut non, & tunc habetur intentum.

¶Ad hanc rationem, inquit Martinus potest respōdere Beatus Thom. negādo Maiorē, quia ad partē potentialē requiritur quod ordinet̃ ad aliquos secundarios actus vel materias, vt ipse superius in quæstionis quadragesimæ octauæ art. 1. dixit, & cōsequenter diceret ꝙ fiducia, magnificētia, patientia, & perseuerantia ordinantur ad principales fortitudinis actus, & non ad secundarios. Contra, primò, quia secundum eum ibidem nutritiuum & sensitiuum, sunt partes potentiales animæ, & tamen constat quòd non ordinantur ad secundarios sed principales actus animæ, secundo, quia secundū eum ibidē, synesis, eubulia, & gnome sunt partes potentiales prudentiæ, & tamen ordinantur ad principales actus prudētiæ. probatur, quia licet aliquis actus, puta præcipere, sit principalior, tamen alij sunt etiam principales. Sicut intelligere est principalior actus animæ, & tamen sentire & vegetare sunt etiam principales, & intellectiuum est etiam pars potentialis animæ. Tertiò, Partes potentiales prudentiæ sunt circa actus magis principales, quàm partes prudentiæ integrales apud ipsum ibidem. ergo nihil restat, per quod partes potentiales distinguantur ab integralibus. Cōsequētia patet, & assumptum probatur, quia eubulia, synesis, & gnome sunt circa principaliores actus prudentiæ, quàm memoria, intellect⁹, custochia, docilitas & ratio, quia hæc ordinantur ad prudentiam quatenus cognoscitiua est. Illa verò habent perficere cognitiones ipsas, scilicet consilium & iudicium. *loco cit. in arg. 1.*

¶Si dicatur, inquit Martinus, quòd eubulia, synesis, & gnome sunt partes potentiales respectu prudentiæ propriissime acceptæ, hoc est secundum quod est præceptiua, & ideo actus earum sunt secūdarij ad actum prudentiæ. Contrà dupliciter. Primò, quia secundum hoc, partes integrales adhuc essent circa actus magis secundarios & remotiores ab actu præcipiendi, ac per hoc stat argumentum. Secundò, quia secūdum hoc, nutritiuum & sensitiuum dicerētur partes potentiales actus intelligendi, quia est principalior, & illi sunt ordinati ad ipsum.

¶In eodem articulo dubium quintum occurrit circa calcem corporis articuli, an secundum Autorem ponendæ sint duæ patientiæ, & duæ perseuerātiæ, ita ꝙ vna sit arctata ad materiam fortitudinis, & altera ad quascunq; materias difficiles: an vna & eadē, vt respicit materiā fortitudinis, sit pars integralis eius, & vt respicit quascunq; materias difficiles, sit pars eius potētialis. Et est ratio dubij, quia in litera istæ vt partes potentiales ponuntur virtutes specie distinctæ à fortitudine, ac per hoc vt integrales, cōtra istas distinctæ, non virtutes specie distinctæ à fortitudine, & consequēter ponendæ sunt duæ patientiæ. In oppositum autem est, quia patiētia vel perseuerantia, vt respicit quascunq; res difficiles, respicit etiam materiā fortitudinis, vt aliquid contentum sub rebus difficilib⁹. ergo ipsa sufficit ad adiuuandum fortitudinem, nec ponenda est superfluè alia patientia vel perseuerantia.

¶Ad primū dubium de partibus subiectiuis fortitudinis dicitur cū autore, ꝙ fortitudo est species specialissima non habens aliquam sub se speciem.

¶Et ad primum argumentum in oppositum, negatur ꝙ illi sint gradus fortitudinis, & ꝙ sint specie distincti: quoniam fortitudo, si qua est secundum gradum continentiæ, non est virtus, sed imperfectum quid in genere virtutis: secundum autem gradus temperantiæ & heroicum non distinguitur specie, & sic ambæ propositiones assumptæ sunt falsæ.

¶Ad secundum negatur Maior. Nullus enim habitus fortitudinis habet pro obiecto circunstantiam obiecti fortitudinis, imo hoc videtur implicare.

¶Ad tertiū dicitur, ꝙ aggredi & sustinere non sunt specie distincti in genere moris, quamuis distinguantur specie in genere naturæ. Ex eodem siquidem more procedit circa maxima & optima pericula aggredi vel sustinere qn̄, vbi, sicut, &c. oportet, & p̄pterea si Antecedēs intelligitur in genere moris, negatur. Et ad primā probationē eius negatur sequela, similiter ad tertiā & quartam

¶Ad tertium dicēdum, quòd quascunq; res magnas aggredi videtur periculosum esse, quia in his deficere est valde nociuum. Vnde etiam si magnificētia & fiducia circa quæcunq; alia magna operanda vel aggredienda ponantur, habēt quandam affinitatem cum fortitudine ratione periculi imminentis.

¶Ad quartum dicendum, quòd patientia non solum patitur pericula mortis, circa quæ est fortitudo, absque superabundanti tristitia, sed etiam quæcunque alia difficilia siue periculosa. Et secundum hoc ponitur virtus adiuncta fortitudini. Inquantum autem est circa pericula mortis, est pars integralis ipsius.

¶Ad quintū dicendū, ꝙ perseuerantia secundū quod dicit continuitatē boni operis vsq; in finem, circunstātia omnis virtutis esse potest. Ponitur autem pars fortitudinis secundum quod dictum est*. *In corp. art.*

¶Ad sextū dicendū, ꝙ Macrobius ponit quatuor prędicta à Tullio posita, scilicet fiduciā, magnficentiā, tolerantiā, quam ponit loco patientiæ, & firmitatem quā ponit loco perseuerātiæ. Superaddit aūt tria, quorū duo, scilicet magnanimitas & securitas, à Tullio sub fiducia cōprehenduntur. Sed Macrobius* magis p̄ specialia distinguit: nā fiducia importat spē hominis ad magna. Spes autē cuiuslibet rei præsupponit appetitū in magna protensum p̄ desideriū, quod p̄tinet ad magnanimitatē. Dictum est enim supra*, ꝙ spes præsupponit amorē & desideriū rei speratæ. vel potest melius dici: ꝙ fiducia pertinet ad spei certitudinē. Magnanimitas autē ad magnitudinē rei speratę. Spes autē firma esse nō potest nisi amoueat̃ contrariū. Quandoq; enī aliquis, quantū ex seipso est, sperat aliquid. Sed spes tollit̃ p̄pter impedimentū timoris. Timor enī quodāmodo spei contrariatur, vt suprà habitū est*. Et ideo Macrobius addit securitatē, q̄ excludit timorē. Tertium autem addit, scilicet constantiam, quæ sub magnificentia cōprehendi potest. Oportet enī in his quę magnificè aliquis facit, constantem animū habere. Et ideo Tullius* ad magnificētiā pertinere dicit nō solum administrationē rerū magnarum, sed etiam animi amplam excogitationē ipsarum. Potest etiā constantia ad perseuerantiā pertinere, vt perseuerans dicat̃ aliquis ex eo quòd non desistit propter diuturnitatē. Constans autē ex eo ꝙ nō desistit propter quæcunq; alia repugnātia. Illa etiā quę Andronicus ponit, ad eadem pertinere vidētur. Ponit enim perseuerantiā & magnificentiā cum Tullio & Macrobio, magnanimitatē autem cū Macrobio. Lenia autē est idē quòd patiētia vel tolerantia. Dicit enim ꝙ lenia est habitus promptus tribuens ad conari qualia oportet, & sustinere, quæ ratio dicit. Eupsychia autē, id est bona animositas, idē videtur esse ꝙ securitas. Dicit enī quòd est robur animæ ad perficiendum opera ipsius, virilitas autem videtur idē esse ꝙ fiducia. Dicit enim ꝙ virilitas est habitus per se sufficiens, tributus in his quæ secundum virtutem sunt. Magnificentiæ autē addit andragathiā, quasi virilem bonitatem, quæ apud nos strenuitas *Loco cit. in arg. 6.* *1. 2. q. 40 art. 7.* *1. 2. q. 40 art. 4. ad 1.* *D. 387.* *Lib. 2. de inuen. fol. 3. ante fi.*

qua rtam: qm̄ ex specifica distinct. in esse naturæ taliū actuū, & ex imperfectione habitus q̄ nō est fortitudo, sed imperfectū quid in genere virtutis, aliquādo prouenit ꝙ aliqui laudabiliter se habēt in vno & nō alio: & similiter ꝙ sit rectitudo in vno & non in alio, & ꝙ non contrarietur semp̄ rectitudo vnius obliquitati alterius: sed si esset sermo de rectitudine q̄ in vera virtute cōsistit, falsa sunt omnia assumpta, quoniā nō laudabiliter laude virtutis fortitudinis pōt se habere quis in vno & non in alio, quantū est ex parte virtutis. Et similiter cū rectitudine vni⁹ nō stat obliquitas alterius quātū ex parte virtutis, & similiter, quicquid ex parte virtutis repugnat rectitudini vnius, repugnat rectitudini alteri⁹. Quia enim nō distinguitur inter rectitudinē virtutis, & rectitudinē act⁹, ideo falli cōtingit. Operant̃ nanq; fortia quidā sine virtute fortitudinis & iusta sine virtute iustitiæ, &c. vt patet in secundo Ethi. sed nō operant̃ vt fortes, neq; vt iusti.

¶Ad secundā aūt probationē dicitur, ꝙ falsum est esse multas secundū speciē prudentias directiuas aggressionis & expectationis, quāuis sint multæ partes vnius secūdum speciē prudentiæ, quoniā prudentia nō est nisi vnius speciei in qua cunq; materia cuiuscūque virtutis monasticæ, ac per hoc si disciplinæ militares sunt prudētię, nō distinguuntur specie respectu diuersorum actuum fortitudinis.

¶Ad tertiā probationē negatur, ꝙ sit alia medietas formaliter in vtroq; actu. Vna nanq; & eadē secundum speciem est medietas formaliter vtriusq;, quāuis materialiter, hoc est, secundum ipsos actus diuersos distinguātur numero: & licet sint quatuor extrema, nō tamen sunt duo media, sed vnū tantū. Nec est verū, ꝙ Autor hoc dicat, sed iste bonus homo subintellexit ly media, cum Autor dixerit. Non incōuenit secundū diuersa habere plura extrema ex vna parte. Et p̄ hoc patet solutio quarti, & quinti principalis. Confirmatio verò illa, Timor & audacia possunt simul esse in eodē, ergo non sunt contraria, nihil valet, quia sunt simul respectu diuersorū, sicut etiā aliquis est simul prodigus & auarus respectu diuersorum, scilicet rapiendo hinc & effundendo illinc.

¶Ad 2. dubiū de ratione allata in litera. s. q̄a fortitudo est circa materiā valde specialē, dicit̃ vnica distinctione præmissa, quòd aliud est loqui de distinctione specifica simpliciter: & aliud est loqui de distinctione specifica secundum quid: Verbi gratia, In naturalib⁹ dicimus ꝙ mas & fœmina in qualibet specie sunt eiusdē speciei. & rursus dicim⁹ ꝙ mas & fœmina cuiuscunq; speciei distiguant̃ specie, vt sunt in genere sexus. Primum enī est verū simpliciter. Secundū, secundū q̄d, hoc est cū ista additione, vt sunt sub genere sexus. Similiter dicimus ꝙ caro, ossa, nerui, &c. hominis, distinguūt̃ specie à carne, ossib⁹, neruis, &c. leonis, loquēdo de distīctiōe specifica simpliciter. Sicut anima hominis distinguit̃ specie ab anima leonis, iuxta illud Auerrois 2. de Anima cōmenta. 65. Mēbra hominis non distīguunt̃ à mēbris leonis, nisi q̄a hominis anima distīguit̃ ab anima leonis, & rursus dicim⁹ ꝙ caro & ossa īter se distinguunt̃ specie vt partes ītegrales, q̄a sunt partes heterogeneæ, & hoc est verū loquēdo de distīctiōe specifica secūdū q̄d, hoc est vt partes sunt, vn̄ caro, ossa, & nerui hominis nō sunt multę species simpliciter, q̄d patet ex duobus, tum ex eo quod sunt vnius speciei simpliciter, scilicet humanę, tum ex eo ꝙ si ossa constituerent vnam per se speciem simpliciter, sequeretur quòd ossa hominis, & ossa leonis, caro hominis, & caro leonis, essent simpliciter vnius speciei. Sed sunt hęc in qualibet animalis specie seorsum multarū specierū, vt partes & vni⁹ speciei simpliciter, & p̄pter hoc distīguunt̃ specie simpliciter à similib⁹ in leone. Ex naturalibus igit̃ ad moralia procedēdo, dicimus ꝙ licet circa materiā fortitudinis sint illæ quatuor partiales virtutes, nō tamen sequit̃: ergo circa illam sunt multæ virtutes specie distinctę. Et cum arguit̃, Possunt esse circa eā plures actus moraliter boni specie distincti, dicit̃, ꝙ loquēdo de distinctione specifica simpliciter, falsum assumit̃: loquēdo autem de distinctione specifica secundū quid, verū dicitur. Et hoc probatur per autoritatem S. Thomæ ponentis illas quatuor partes fortitudinis vnius speciei simpliciter, & diuersarum, vt partes sunt: ac per hoc nulla superfluit.

¶Ad secundū dicitur, ꝙ tertia pars antecedētis, scilicet, Et sunt specie distincti, iam distincta est, quomodo vera, & quomodo falsa est, ac per hoc quarta pars eiusdē est simpliciter falsa, scilicet ꝙ contineatur sub fortitudine vt inferiora sub superiore essentiali, sicut nec cor & hepar hominis sub hoīe.

¶Ad probationē cùm dicitur, Continentur sub hoc cōmuni, quod est virtus, negatur. Vt enim patet ex verbis Autoris ab arguente allatis, nihil horum quatuor est propriè virtus. Ad confirmationem ex verbis Autoris dicitur, ꝙ ista quatuor contracta ad materiam fortitudinis non sunt virtutes propriè loquendo, nec sunt virtutes adiunctæ, nec separatæ, nec contentæ sub ea, sed sunt conditiones virtutis velut partes ipsius.

¶Ad tertiū dicitur, ꝙ distincta inter se, & specie, dupliciter sunt, simpliciter, & vt partes. Ista quatuor sunt secūdo modo tantū distincta inter se specie, & sunt indistincta specie simpliciter à fortitudine: & propterea non sequitur conclusio, quæ accipit distingui specie vno modo, scilicet simpliciter.

¶Et per hoc patet respōsio ad quartū, distinguēdo de distinctione & idētitate specifica absolutè, & vt partes sunt.

¶Ad tertiū dubiū dicitur, ꝙ proculdubio sermo est de materia specialissima in esse morali. Ex materiæ enī, circa quā est virtus, vnitate in esse morali, sumitur vnitas virtutis. Ita ꝙ vnitas rationis formalis materiæ circa quā, dat vnitatem virtuti. Et quoniam esse morale attendit̃ penes esse secundū rationem, ideo ex hoc ꝙ pericula maxima & optima vt subsunt rectæ rationi, vnā indiuisibilem formaliter habent rationē, quare homo viriliter se habet ad ea sustinendo, timendo, ac audendo, ideo specialissima species ponitur fortitudo. Et cum contra hoc obiicitur, quòd hoc erat probandum, respōdetur ꝙ quia hoc est cōfessum cōmuniter, & à principe Peripateticorū ex 3. Ethic. acceptum, Autor vt cōfessum communiter assumpsit absq; probatione alia. Et quidem quòd pericula maxima nō habeāt moralem diuisibilitatē secundum speciē, inquantum maxima, ex eo patet ꝙ vnius mortis est, quomodolibet secundū esse naturæ huiusmodi pericula varient̃, sustinere: nō enim refert formaliter ad rectā rationē, si ferro, si ligno, si igne, aut aqua imineāt maxima pericula, ad q̄ oporteat viriliter se habere, sed materialiter hęc se habent. Et similiter ad materialē differentiā spectat ꝙ maxima pericula sunt optima ex ordine ad hanc vel illā virtutē, puta castitatē vel iustitiā. Consistit enī formale huius materiæ in hoc, ꝙ pericula sunt maxima & optima. Vn̄cunq; aūt sint optima materialiter, concludit̃ sub illa vnica rōne formali, ꝙ sunt pericula maxima & optima. Et vocant̃ optima respectu bonorū tā delectabiliū q̄ vtilium. Optimū enim genus boni est bonū honestum, magnā tamen habens infrà suum genus latitudinem. Vnde patet solutio secundæ obiectionis. Istæ nanq; differentiæ virtutū, ex quibus pericula maxima sunt optima, licet sint morales & formales in se, non sunt tamē formales, sed materiales respectu huius, scilicet materiæ circa quam fortitudinis. Quemadmodum masculinum & fœmininum sunt in se differētiæ materiales & formales, respectu tamen speciei humanæ sunt differentiæ materiales.

¶Ad quartū dubium ex Martino cōtra distinctionē partiū integraliū à partibus potentialib⁹ fortitudinis, dicit̃ ꝙ maior est falsa. Et bene ibidē respondetur ad illam maiorē: pars siquidē potētialis ordinatur ad p̄ficiendum actū secundarium vel in materia secundaria, ita ꝙ sortitur propriā perfectionem in illo actu vel materia, etiam si p̄ intellectū abstraheremus ordinē ad actū seu materiam principalem, vt patet de eubulia respectu consilij, & potentia vegetatiua respectu animæ intellectiuæ, pars vero integralis actū suum ponit circa actū seu materiā principalē, ita ꝙ sine actu seu materia principali, nihil quodāmodo est, vt patet de memoria respectu cōsilij seu iudicij, &c. & cautela ac circunspectione respectu præcepti. Et ad primū in oppositum dicitur, ꝙ nutritiuum, sensitiuum & intellectiuum tripliciter sumuntur. Primo, vt sunt animæ. Secūdo, vt sunt gradus viuētiū. Tertio, vt sunt potētiæ. Primo modo sunt partes subiectiuæ animæ. Scd̄o, sunt partes subiectiuæ gradus viuentiū. Tertio, sūt partes subiectiuę potētiarū animæ, vt alibi diffusè habes.

¶In p̄posito ergo nutritiuū & sensitiuū vt cōtinent̃ in intellectiua aīa, quēadmodū trigonū in tetragono, vt dicit̃ in 2. de Anima, dicunt̃ partes potētiales animæ intellectiuæ, & sic cōstat ꝙ ordinantur ad actus secundarios animæ intellectiuæ, quoniā ad actus seruientes animæ intellectiuæ vt sic: quāuis sensitiuū, vt est anima seu gradus, seorsum ordinet̃ ad principalē actum.

¶Ad secundū dicitur, ꝙ falsum est, ꝙ eubulia, synesis, & gnome, ordinentur ad actus principales prudētiæ. Ordināntur enim ad actus ministrātes prudentiæ. Cōstat autē actus ministeriales esse nō principales, sed secūdarios. Et ad p̄bationē, scilicet, Intelligere est actus principalior quā sentire est actus etiā principalis ipsi animæ, iam dictū est quòd sentire & intelligere, respectu animarū, intellectiuæ seorsum & sensitiuæ seorsum, sunt principales actus animæ. Sed respectu animæ intellectiuæ cōtinentis id, quod est sensitiuæ, sentire est secundarius actus, q̄a adminiculū intellectus est. Intelligere aūt & velle, & vniuersaliter actus intellectiuæ partis solum sunt principales actus.

¶Ad 3. negat̃ antecedēs vniuersaliter. Ad cui⁹ euidentiā oportet aduertere quòd

quòd illas octo partes integrales prudentiæ ſuperius aſſignatas,non deputauit Autor prudentiæ,vt diſtinguitur contra adiunctas ſibi virtutes.ſ.gnomē ſineſim, & eubuliã,ſed quaſdã, ſ. tres earũ tantũ,poſuit integrare prudentiã propriè dictã diſtinctã ab aliis, vt principalis virtus diſtinguitur à ſibi adiũctis.Et propterea de illis tribus,puta circunſpectione,cautela,&c. loquendo dicitur quòd ſunt circa actum prudētiæ principalem,ſ.præcipere,circa quē nulla eſt pars potētialis. Et propterea iſtæ partes integrales ſunt multo ꝓpinquiores prudentiæ propriè dictæ, q̃ partes potentiales, quia ſunt circa potentialem actum.Potentiales autē ſunt circa actus ſecūdarios, ſcilicet cōſiliari & iudicare.Remanet ergo diſtinctiuum ab Autore aſſignatum inter partes integrales & potētiales virtutis,quia,ſ.illæ circa principalē actũ,iſtæ circa ſecundariũ actum vel ſecundariã materiã verſant. [Q. 123. ar. 1. ad 2.] De aliis verò quinque partib⁹ integralib⁹ prudentiæ loquēdo,dicimus cum Autore ibidē q ſunt circa eoſdē act⁹, circa quos ſunt virtutes quas integrant:ita q vt cōcurrunt ad rectũ conſilium, ſunt partes integrales eubuliæ,& prout cōcurrunt ad iudicium, ſunt partes integrales gnome vel ſyneſis. Ex quo patet q referendo ſingula ſingulis, ſemper inueniuntur diſtinctæ partes integrales & potentiales prudētiæ cum ſuis diſtinctiuis. Eſt ergo Antecedēs vniuerſaliter falſum, ſ. q partes potētiales prudētiæ ſint circa actus magis principales quàm partes integrales.Quoniã loquēdo de prudētia propriè dicta, & ſuis integralib⁹ partibus,ipſa cum dictis partibus eſt circa præcipere. Potentiales verò ſunt circa cōſiliari & iudicare.De reliquis verò partibus conceditur, q ipſæ partes potentiales ſint principalius circa ſuos actus,quàm partes integrales ſuæ, quæ cōmuni vocabulo appellatæ ſunt partes integrales prudentię.Ad primũ autem argumentum cōtra reſponſionē ibi recitatã,quæ bona eſt,ſ.q eubulia, ſyneſis,& gnome ſunt partes potentiales reſpectu prudentiæ propriè dictæ, vt eſt præceptiua, dicitur falſum eſſe q partes integrales propriè prudentiæ ſic ſumptæ, reſtent remotiores ab actu principali prudentiæ.Vt enim iam dictũ eſt,circunſpectio, cautio, & prouidentia,circa ipſum actum præcepti ſunt,circa quem non ſunt potentiales.

[Sup. q. 18. cor. & infrà præſenti q. ar. 4. & 8. cor. & q. 131. art. 2. cor. Et 3. diſt. 26. q. 1. art. 2. ad 4. & diſt. 33. q. 3. ar. 3. q. 1. cor. & ad 2. & diſt. 34 q. 1. art. 2. cor.]

¶Ad ſecundum verò negatur ſequela,vt iacet. Sed deberet inferri ſic, ergo nutritiuum & ſenſitiuum eſſent partes potentiales reſpectu animæ intellectiuæ,& hoc iam ex dictis patet eſſe verum. Neque enim dicemus quòd ſyneſis eſt pars potentialis præcepti,ſed prudentiæ,quæ eſt præceptiua. Et propterea non reſpectu actus intelligendi,ſed animæ intellectiuæ, ſenſitiuum ponitur pars potentialis.

¶Ad quintum dubium de duplici patientia, &c.reſpondetur, quòd ſine dubio apud Autorem ponendæ ſunt duæ patientiæ,duæ perſeuerãtiæ,duæ magnanimitates,duæ magnificentiæ,quæ inter ſe ſpecie diſtinguuntur,non ſicut ſpecies perfectę,ſed vna cuiuſque combinationis eſt verè virtus.Altera, modus ſeu conditio virtutis,& non propriè virtus,vt Autor expreſsè dicit in ſequentis quæſtionis art.6.ad tertium,de fiducia, quã magnanimitatem vocauit.Et idē eſt de aliis iudiciũ. Diſtinguuntur autē inter ſe iſta quatuor vt virtutes ſunt,& vt partes virtutis,vt dictũ eſt quantũ ad formã, & quantum ad materiã:quia vt partes virtutis,habent pro materia ſolam materiam fortitudinis:vt virtutes verò habent ſuas proprias materias diſparatas à materia fortitudinis. Ita q virtus patientiæ eſt nō circa omnes triſtitias,quia nō circa triſtitias quæ ſunt in periculis maximis & optimis,quæ ſunt fortitudinis materia,ſed circa alias triſtitias,vt Autor in reſponſione ad quartum dicit.Et ſimile eſt de perſeuerantia,&c. Inter ſe verò iſtæ quatuor partes integrales fortitudinis ſic diſtinguuntur, q duæ earum ſunt reſpectu boni, & duæ reſpectu mali. Fiducia ſiquidem & magnificentia,vt partes ſunt fortitudinis,ſunt reſpectu boni.Sed illa reſpectu boni,vt præmij ſeu finis ſperati, iſta reſpectu boni vt operis quod fit. Oportet enim virum fortem in aggrediendo habere ſpem firmam, quam fiducia facit habere de bono ſperato. Sic enim magnum cauſabit aggreſſum.Spes enim eſt cauſa audaciæ aggredientis.Et oportet rurſus, quam prius concepit ſpem de fortiter operando, indeficienti animo ſeruare dum fortiter agit, quod magnificentia facit,ita quòd vtraque circa ſpem ponenda videtur reſpectu boni diuerſimode, vt dictum eſt. Et conſonat literæ ponēti ambas circa aggreſſum alterã reſpectu præparationis: alteram reſpectu executionis. Patientia verò & perſeuerantia reſpectu mali quod triſtitia importat, ſunt:illa quidem ne animus frangatur triſtitiis quæ ſunt in periculis mortis, &c. iſta verò ne ipſum ſuſtinere diu talia triſtia, quæ ſunt in periculis mortis,&c.animum fatiget.Et propterea hæ partes in concupiſcibili ponendæ ſunt, in qua eſt triſtitia. Vnde fortitudo, licet ſit in iraſcibili, in qua ſunt timor & audacia, exigit tamen modificatam ſpē & triſtitiam ad actuum ſuorum perfectionem. Et propterea vocantur modificantia hæc partes integrales. Et per hoc patet quòd non ſuperfluè, ſed neceſſariò multiplicantur huiuſmodi morales diſpoſitiones & habitus, vt ſcilicet in qualibet propria materia virtus cum conditionibus requiſitis inueniatur, quaſi totum cum ſuis partibus heterogeneis, & euitetur confuſio indiſtinctas relinquens naturas totorum & partium. Ac per hoc patientia quæ eſt totum,fiat pars, aut econtra.

poteſt dici.Ad magnificentiã autē pertinet,nō ſolùm q homo cōſiſtat in executione magnorũ operũ, quod pertinet ad conſtantiam,ſed etiã cum quadam virili prudentia & ſolicitudine ea exequatur, quod pertinet ad andragathian, ſiue ſtrenuitatē. Vnde dicit, q andragathia eſt viri virtus adinuentiua communicabilium operum. Et ſic patet quòd omnes huiuſmodi partes ad quatuor principales reducantur, quas Tullius ponit.

¶Ad ſeptimũ dicendum, q illa quinque quæ ponit Ariſt. deficiũt à vera ratione virtutis, quia etſi cōueniant in actu fortitudinis, differũt tamē in motiuo, vt ſupra habitũ eſt*. Et ideo non ponũtur partes fortitudinis, ſed q̃dã fortitudinis modi.

QVÆSTIO CENTESIMA vigeſima nona, de Magnanimitate, in octo Articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ eſt de ſingulis fortitudinis partibus, ita tamen q ſub quatuor principalib⁹ quas Tullius ponit, alias cōprehendamus, niſi quòd magnanimitatē, de qua etiã Ariſt. tractat, loco fiduciæ ponemus. ¶Primò ergo conſiderandum erit de magnanimitate. ¶Secūdò, de magnificētia. ¶Tertiò, de patiētia. ¶Quartò, de perſeuerãtia. ¶Circa primũ primò cōſiderãdum eſt de magnanimitate. Secundò, de vitiis oppoſitis. ¶Circa primũ quęruntur octo. ¶Primò, vtrum magnanimitas ſit circa honores. ¶Secundò, vtrum magnanimitas ſit ſolũ circa magnos honores. ¶Tertiò, vtrũ ſit virtus. ¶Quartò, vtrum ſit virtus ſpecialis. ¶Quintò, vtrũ ſit pars fortitudinis. ¶Sextò, quomodo ſe habeat ad fiduciam. ¶Septimò, quomodo ſe habeat ad ſecuritatem. ¶Octauo, quomodo ſe habeat ad bona fortunæ.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum magnanimitas ſit circa honores.

AD PRIMVM ſic procedit. Videtur q magnanimitas nō ſit circa honores. Magnanimitas enim eſt in iraſcibili, quod ex ipſo nomine patet. Nam magnanimitas dicitur quaſi magnitudo animi. Animus autem pro vi iraſcibili ponitur, vt patet in tertio de Anima* [Tex. 41.], vbi Philoſophus dicit quòd in ſenſitiuo appetitu eſt deſiderĩu & animus, id eſt concupiſcibilis & iraſcibilis: ſed honor eſt quoddam bonum cōcupiſcibile, cùm ſit præmium virtutis. ergo videtur q magnanimitas non ſit circa honores.

¶2 Præterea, Magnanimitas cùm ſit virtus moralis, oportet quòd ſit circa paſſiones, vel operationes. Non autem eſt circa operationes, quia ſic eſſet pars iuſtitiæ. Et ſic relinquitur quòd ſit circa paſſiones. Honor autem non eſt paſſio. ergo magnanimitas non eſt circa honores.

¶3 Præterea, Magnanimitas videtur pertinere magis ad proſecutionem quàm ad fugam. Dicitur enim magnanimus, quia ad magna tendit*, ſed virtuoſi non laudantur ex hoc quòd cupiunt honores, ſed magis ex eo quòd eos fugiunt. ergo magnanimitas non eſt circa honores.

¶SED CONTRA eſt, quod Philoſop. dicit in quarto Ethic.* [Cap. 3.] quòd magnanimitas eſt circa honores, & inhonorationes.

¶RESPONDEO dicendũ, q magnanimitas ex ſuo nomine importat quãdam extenſionē animi ad magna. Conſideratur autē habitudo virtutis ad duo. Primo ad materiã, circa quam operatur. Alio modo ad actum proprium, qui cōſiſtit in debito vſu talis materiæ. Et qa habitus virtutis principaliter ex actu determinatur, ex hoc principaliter dicitur aliquis magnanimus, quia habet animũ ad aliquē magnũ actum. Aliquis autē actus poteſt dici dupliciter magnus, vno modo ſecundum proportionē, alio modo, abſolutè. Magnus quidē poteſt dici act⁹ ſecundum proportionē etiã qui cōſiſtit in vſu alicuius rei paruæ vel mediocris, puta ſi aliquis illa re optimè vtatur, ſed ſimpliciter & abſolutè magnus actus eſt qui conſiſtit in optimo vſu rei maximæ. Res autē, quę in vſum hominis veniũt, ſunt res exteriores inter quas ſimplicitee maxima eſt honor, tum qa ꝓpinquiſſimũ eſt virtuti, vtpote teſtificatio quędã exiſtēs de virtute alicuius, vt ſuprà* [Q. 103. art. 1. & 2.] habitũ eſt: tũ ēt qa Deo, & optimis exhibet: tũ etiã quia homines ꝓpter honorē conſequendũ, & vituperiũ vitãdum, alia omnia poſtponunt. Sic autē dicitur aliquis magnanimus ex his, quę ſunt magna abſolutè, & ſimpliciter, ſicut dicitur aliquis fortis ex his, quæ ſunt difficilia ſimpliciter. Et ideo conſequens eſt, quòd magnanimitas conſiſtat circa honores.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q bonũ vel malũ, abſolute quidē cōſiderata, pertinēt ad cōcupiſcibilem: ſed inquãtum additur ratio ardui, ſic pertinent ad iraſcibilem. Et hoc modo honorem reſpicit magnanimitas, inquantum ſcilicet honor habet rationem magni vel ardui.

¶Ad ſecundum dicendum, q honor, etſi non ſit paſſio vel operatio, eſt tamen alicuius paſſionis obiectum, ſcilicet ſpei, quæ tendit ad bonum arduum. Et ideo magnanimitas eſt quidē immediatè circa paſſionem ſpei, mediate autem circa honorem, ſicut circa obiectum ſpei: ſicut & de fortitudine ſuprà dictum eſt* [q. 123. art. 3 & 4.], q eſt circa pericula mortis inquantum ſunt obiectum timoris, & audaciæ.

¶Ad tertium dicendum, q illi qui contēnunt honores hoc modo, q pro eis adipiſcendis nihil incōueniens faciunt, nec eos nimis appretiãtur, laudabiles ſunt. Si quis autem hoc modo cōtemneret honores, q non curaret facere ea quæ ſunt digna honore, hoc vituperabile eſſet. Et hoc modo magnanimitas eſt circa honores, vt videlicet ſtudeat facere ea quæ ſunt honore digna. Non tamē ſic, vt pro magno æſtimet humanum honorem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum magnanimitas de ſui ratione habeat quòd ſit circa magnum honorem.

[Suprà q. 60. art. 5. cor. & infra præſenti q. art. 4. ad 1. & q. 130. art. 2. ad 2. Et 3. diſt. 9. q. 1. ar. 1. q. 2. cor. & q. 3. ad 3. & diſt. 34 q. 1. ar. 2. cor.]

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd magnanimitas de ſui ratione habeat q ſit circa magnũ honorem. Propria enim materia magnanimitatis eſt honor, vt dictum eſt* [* Art. præc.]: ſed magnum, & paruum accidunt honori. ergo de ratione magnanimitatis non eſt, q ſit circa magnum honorem.

¶2 Præterea, Sicut magnanimitas eſt circa honores, ita mãſuetudo eſt circa iras, ſed non eſt de ratione manſuetudinis, q ſit circa iras magnas vel paruas. ergo etiã non eſt de ratione magnanimitatis q ſit circa magnos honores.

¶3 Præterea, Paruus honor minus diſtat à magno honore q̃ exhonoratio: ſed magnanimitas bene ſe habet circa exhonoratiōes: ergo ēt & circa paruos honores. Nō ergo eſt ſolũ circa honores magnos.

¶SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in 2. Ethic.* [Cap 7.] q magnanimitas eſt circa magnos honores.

¶RESPONDEO dicendũ, q ſecundũ Philoſo. in 7. Phy.* [tex. 17. & 18.] virtus eſt perfectio quædã, & intelligit eſſe perfectio potētiæ, ad cuius vltimũ pertinet, vt patet in 1. de cœlo. Perfectio autē potentiæ nō attēdit in qualicunq; operatione, ſed in operatione, quæ hēt aliquã magnitudinē, aut difficultatē. Quælibet enim potētia, quantũcunq; imperfecta, poteſt in aliquã operationē modicã & debilem. Et ideo ad rationem virtutis pertinet, vt ſit circa difficile & bonũ, vt dicitur in 2. Ethic.* [Cap. 3.] difficile autē, & magnũ quę ad idē pertinent, in actu virtutis poteſt attendi dupliciter. Vno modo, ex parte rationis, inquãtũ ſcilicet difficile eſt mediũ rōnis adinuenire, & in aliqua materia ſtatuere. Et iſta difficultas ſolũ inuenit in actu virtutũ intellectualiũ, & etiã in actu iuſtitiæ. Alia autē difficultas eſt ex parte materiæ, q̃ de ſe repugnantiã habere pōt ad modũ rationis, q eſt circa eam ponendus. Et iſta difficultas præcipuè attendit in aliis virtutibus moralibus, q̃ ſunt circa paſsiones: qa paſsiones pugnãt cōtra rationem, vt Dion. dicit 4. cap.* [par. 4.] de Diui. no. circa quas conſiderandũ eſt, q quædã paſsiones ſunt q̃ habent magnam vim reſiſtēdi rationi, principaliter ex parte paſſionis. Quædã verò principaliter ex parte rerũ quæ ſunt obiecta paſsionũ. Paſſiones autē non habēt magnã vim repugnandi rōni, niſi fuerint vehementes: eo

¶ *Super Quæſtionis centeſimævigeſimæ nonæ Articulum primum.* [D. 710.]

IN art. 1. q. 129. dubium occurrit, an magnanimitas ſit circa magna operari, tanquam proprium actũ & obiectũ: an ſit circa magna operari, vt circunſtantiam rectè ſperandi honores magnos. Et eſt ratio dubij, quia de magnanimitate diuerſa dicuntur. Dicitur nanque hic & in 4. Ethic. q eſt virtus circa honores magnos vt propriam materiam, & in litera hac exprimitur, q proprius actus eius eſt rectè vti magnis honoribus. Dicitur rurſus in 4. Ethic. quòd manamimi eſt, quod in vnaquaque virtute magnum. Vbi Autor exponendo dicit, q per hoc magnitudo eſt ſpecialis virtus diſtincta ab aliis, quia tendit ad rationem magni in cuiuſlibet virtutis opere. V.g. Fortitudo intendit fortiter agere: Magnanimitas intendit magna operari in fortiter agendo, & ſic de aliis. In eodem quoque quarto dicitur, quòd magnanimus moderatè delectatur de honore, nec ipſum multum æſtimat, & quod medietas in appetitu honoris conſiſtit, ſi appetitur, vnde oportet, & vt oportet. Ex quo apparet quòd quia magna operari eſt, vnde oportet appetere honorem: ideo magnanimitas attendit ad magna operari, vt circunſtantiam vnde magnos honores appetat, vnde oportet, & vtatur vt oportet. Ex altera autem parte apparet quòd magnanimitas principaliter intendit ad operandum magna, & ex conſequenti ad rectè appetendum magnos honores, quibus magna opera ſunt digna.

¶Ad huius difficultatis euidentiã oportet caute in conſideratione ꝓcedere ne dũ ab excellētia Ariſt. & diui Thomæ deficimus, declinemus in proprias phãtaſias, nouáq; cudamus, quia vetera nō intelligimus. Sciendũ eſt ergo q ſicut fortitudo aliter ſe habet ad materiã quam modificat, puta timorē mortis, & aliter ad propriũ actum, quia proprius actus eſt fortitudinis proprius finis: materia autem moderata vt propter finē: moderate ſiquidem timet & audet fortis, vt fortiter aggrediatur & ſuſtineat, & non econuerſo, ita proportionaliter contingit in magnanimitate. Actus ſiquidem proprius eius eſt operari magna, ſicut fortis ꝓprius act⁹ eſt fortiter agere. Sed quo niã hic actus ex ſpe magnorũ, puta honoris, & gloriæ, impeditur, & promouetur, & ideo oportet moderari ſpē honoris: multi eñ propter ſpē honoris exceſſiuã à magna operando deſiſtunt, vt ambitioſi, & inanis gloriæ cupidi, q aliunde q̃ vnde oportet hoc ſperãtes, & habentes, quãdoq; de operibus verè magnis non curant, alij propter incuriã honoris ſimiliter nō operãtur magna, idcirco magnanimitas moderatur appetitũ honoris magni, vt magna in qualibet virtute operetur. Vñ magnus honor non eſt obiectũ, ſed materia magnanimitatis. Obiectũ autē eſt magnum in cuiuſuis virtutis opere: ex vtroq; tamen magnanimitas dicit: ex obiecto quidē, quia formale obiectũ eius, eſt magnũ in cuiuſque virtutis opere: ex materia verò, qa magnus honor inter omnia exteriora bona bonũ maximũ eſt. Et ſicut obiectũ eius diſtinguit à materia eius, ita actus eiuſdē circa obiectũ ab actu circa materiã. Nã obiectũ ſuũ attingit in hoc ipſo quod operatur magna. Materiã autem attingit in hoc q aſſumit ſpē moderatã magni honoris futuri: & ſimiliter moderatã delectationē magni honoris præſentis, vt patet in 4. Ethic. Eſt autē vtriuſque actus neceſſitas, qa niſi magnanim⁹ tēderet directè in magna, q̃ ſunt nō in genere minimorũ bonorũ, qualia ſunt exteriora bona, ſed vere magna bona, quæ ſunt ſola animi bona, nō eſſet vere magnanim⁹, vtpote nō tendēs in vere & ſimpliciter magna bona, & niſi appetitũ delectationēq; magni honoris gloriæq; humanæ moderaret, non eſſet circa honores, vt propriam materiã. Ex quib⁹ patet, quid ad quæſtionē dicēdũ ſit, ſcilicet quòd ſimpliciter, & abſolutè loquēdo, opari magna ſpectat ad magnanimũ vt principalis eius actus. Secundũ quid aũt, hoc eſt loquēdo de magnanimitate in ordine ad actum eius circa materiã ipſi⁹, operari magna eſt circũſtãtia aut quaſi circunſtãtia, vnde, ſeu cur. Finis nanq; ꝓprius alicuius nō eſt ꝓpriè inter circũſtantias. Proprius autē finis, quare aliquis eſt magno proſequēd⁹ honore, eſt, qa magnũ virtutis opus fecit, facit, cuſtodit, &c. Teſtimoniũ eñ virtutis ad virtutē, & virtuoſum ordinat, vt finē. Vnde rectius loquēdo dicendũ eſſet q nec etiã reſpectu ſecundarij actus eſt circunſtãtia, ſed eſt ꝓprius finis: & q Ariſt. poſuit ly vnde, inter requiſita ad rectũ appetitũ honoris, nō inter circũſtãtias, niſi largo vocabulo circunſtãtias appellãdo omnia requiſita ad rectitudinē act⁹. Ex his quoq; patet ſolutio alterius quæſtionis, ſcilicet an magnitudo q̃ eſt obiectũ magnanimitatis, ſit illius formale obiectũ, vt relata ad magnũ honorē: an abſolutē, inquantũ ſcilicet eſt excellētia in opere virtutis. Patet, inquã, ſolutio: qa hic patet quod magnanimitas non hēt honorē ꝓ obiecto. Et ſi tēderet in magna formaliter, inquãtũ ſunt digna magno honore, iam haberet honorē magnũ pro obiecto: qa ſub eius rōne tēderet in quæcunq;. Sed qm̃ habet magnũ in cuiuſuis virtutis opere ꝓ formali obiecto, & ſic magnum eſt ſuapte natura dignum magno honore, ideo magnanimitas eſt circa magna vtroque modo, ſed principaliter prout ſunt abſolute magna. Et hinc prouenit q habeat pro materia appetitus, & delectationes magnorũ honorũ. Quocirca cum dicit, q magnanim⁹ eſt magnis dignus, intelligitur, & de magnis operibus, & de magnis honorib⁹. Expreſsè ſiquidē in 4. Ethic. dicit q puſillanimus priuat ſe magnis virtutũ operib⁹, & adinuētionib⁹ quib⁹ dignus eſt. Solus nanq; magnanimus eſt, cui magna operari proportionatum eſt, nec pſumptionis argui poteſt, q magnis virtutis operib⁹ ſe dignificat, hoc eſt tanquam dignum ad talia ſe exhibet: & q magnis ſe honoribus dignũ æſtimet, ſperet, velit, ac faciat. Nec obſtãt dictæ deciſioni verba Autoris in art. 4. huius quæſt. vbi dicit, q magnanimus intendit magna operari in qualibet virtute, inquãtum ſcilicet tēdit ad ea q̃ ſunt digna magno honore. Et rurſus, qa honor eſt cuiuſq; virtutis præmium: ideo ex conſequenti ratione ſuæ materiæ reſpicit virtutes. Hæc ille. Sunt enim hæc intelligēda ex ea parte qua magnanimitas diſtinguitur ab aliis virtutibus, ſcilicet ex parte ſpecialis materiæ. Cum quo tamen ſtat quòd vt diſtinguitur ab eis ex parte formalis obiecti, aliter ſe habeat: vtroq; nanq; modo ab aliis virtutibus magnanimitas diſtinguitur, vt infrà latius patebit.

¶ *Super Quæſtionis centeſimævigeſimæ nonæ Articulum ſecundum.*

IN art. 2. q. 129. dubiũ occurrit ex Martino in eodē lib. de Fortitudine, tractatu de magnanimitate, q. 1. vbi recitata differentia poſita hic in litera inter paſſiones, in hoc q quædã ſunt quæ habent magnã vim reſiſtendi rationi, principaliter ex parte paſſionis: & quædam principaliter ex parte rerũ, quæ ſunt obiecta paſſionũ, &c. ſubdit, q iſta opinio S. Tho. videt mihi deficere in aliquib⁹. Primò in ipſa diſtinctione, qa ſi hoc valeat, cōſtat q vnũ membrũ intelligitur cum pręciſione alterius: quia ſi vnũ includeret in alio, nulla eſſet differentia inter membra. Tunc arguo ſic. Quantãcunq; repugnantiã rationi nata eſt facere cupiditas pecuniæ ex parte obiecti, tantã natus eſt facere timor ex parte obiecti, ſcilicet periculorum mortis in bello: igitur diſtinctio Thomæ nulla. Antecedens probatur, quia, quantũcunque pecunia ſiue parua, ſiue magna eſt amabilis, tantũ terribile, ſiue paruum ſiue magnũ, eſt fugibile, imò plus, & ſimiliter poteſt argui de ira reſpectu paruipenſionis fugibilis & vindictæ amabilis. Secũdo, omnes paſſiones in hoc conueniunt, q poſitæ in appetitu reſiſtunt rationi, & nō poſitæ nō reſiſtũt: & vtrũq; horũ eſt, ſiue obiecta ſint, ſiue non ſint. Omnia quoq; obiecta paſſionum in hoc cōueniunt, q nō reſiſtunt rationi niſi apprehēſa cauſent paſſionē in appetitu: & ſimiliter q reſiſtũt ſi apprehēſa cauſant paſſionē in appetitu: ergo ſi aliquæ paſſiones reſiſtũt vt paſſiones, & omnes: & ſi aliquæ ex parte obiectorum, & omnes. Tertiò. Timor, inquantum timor, non plus reſiſtit rationi quàm cupiditas, inquantum cupiditas, & triſtitia ex paruipēſione, inquantũ triſtitia, nō plus reſiſtit rationi quã triſtitia difficultatis rerũ difficiliũ gerendarũ: ergo. Quartò. Nulla obiecta reſiſtũt rationi, niſi ratione paſſionum ab eis cauſatarum & omnia quæ cauſant huiuſmodi paſſionem, reſiſtunt rationi: ergo diſtinctio nulla.

¶Secundo deficit opinio Sancti Thomæ in hoc dicto, ſcilicet q circa paſſiones primi generis non eſt aliqua virtus, niſi circa illud quod eſt magnum. Probatur: quia circa paruas concupiſcentias, circa paruas iras, & paruos timores, poteſt aliquis deficere, ſuperabundare, & mediocriter ſe habere: ergo circa hæc omnia eſt aliqua virtus: & per conſequens circa paruas concupiſcentias eſt ita bene temperantia, ſicut circa magnas: & ſimiliter manſuetudo circa paruas iras, &c. circa hoc multiplicat Martinus multas rationes, quas pertranſeo: quia non procedunt contra ſenſum literæ verum, ſed contra male acceptum ab ipſo ſenſum, vt patebit reſpondendo.

¶In eodem 2. art. dubium occurrit circa illud, Res exterius exiſtentes etiam ſi ſint paruæ, ſunt multum appetibiles, vtpote, neceſſariæ ad vitã hominis. Videtur enim cum hoc ad literã dicatur de pecunia & honore, dupliciter deficere. Primo, in hoc, q nō ſolum parua pecunia aut honor, ſed paruus cibus aut potus eſt multum appetibilis propter eandem rationem, quia ſcilicet, neceſſarius eſt ad vitam hominis. Secundo, in hoc q honorem ponit inter neceſſaria ad vitam hominis, cùm non ſit neceſſarius, vt patet.

¶In eodē 2. art. in reſpōſione ad 3. dubium occurrit, quomodo magnanimitas ſit etiã circa paruos honores, vt in litera dicit: & cum hoc diſtinguat ab alia virtute, q̃ eſt circa paruos honores, & ſimiliter ab aliis virtutibus, puta tēperantia, fortitudine & mãſuetudine, in hoc q iſtæ ſunt circa magna principaliter, & parua ſecundario, magnanimitas autem circa magna ſolum.

¶Ad euidentiã primi dubij ſciēdum eſt q doctrina Autoris eſt formalis, & formaliter intelligēda. Nō diſtinguit ergo paſſiones cōtra obiecta, aut ecōtra: ſed in vtroq; mēbro accipit paſſiones cum ſuis obiectis, & obiecta cum ſuis paſſionib. Neq; diſtinguit paſſiões cōtra paſſiões, puta amorē, deſiderĩu, delectationē, &c. cōtra timorē, audaciã, &c. Qm̃ vna, & eadē paſſio, cum diuerſo tamē obiecto, ſub vtroq; mēbro continetur, vt patet de amore, deſiderio, & delectatione carnali, & de eiſdē paſſionibus reſpectu pecunię: ſed diſtinguit paſſiones cum quibuſdã aliis ſuis obiectis in hoc q quædã vim magnã reſiſtēdi rationi habent principaliter ex parte paſſionis: quædam principaliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipaliter ex parte obiecti. Vbi nota tria, Primo q̃ Autor non dicit q̃ quædã ex parte passionis, & quædã ex parte obiecti: sed dicit, quædam principaliter hinc, quædã principaliter inde: ita q̃ differẽtia cõsistit in ly, principaliter. Secundò, q̃ vt patet ex præcedẽti lib. q. 22. operationes appetitus sensitiui habent rõnem passionis ex adiuncta trãsmutatione corporali, quę per se cadit in rõne eorũ, vt ibi dicitur. Ita quod attribuere aliquid passioni ex parte passionis, est attribuere illi ex parte corporalis transmutationis sibi iunctæ: quoniam sic est sermo formalis de passiõe, vt sic. Tertio, quod obiectũ passionis appetitus dupliciter cõsideratur, scilicet vt actiuũ, & vt obiectũ, & propriè loquẽdo tũc sumitur formaliter, vt obiectũ, quãdo sumitur vt terminus appetitiui motꝰ: vt actiuum autẽ sumitur, quãdo vt facit appetitiuum motum cõsideratur. Ex his si quidẽ tribus patẽt termini, & mẽbra distinctionis, ipsiusque sẽsus. Inquit siquidẽ diuinum Autoris ingeniũ, quod quędã sũt morales materiæ integræ, scilicet passiones cum suis obiectis, inquibꝰ vis magna resistendi rationi prouenit principaliter nõ ex parte obiecti, hoc est termini: sed ex parte passionis, hoc est transmutatiõis corporalis, q̃ sit in nobis. vt sũt delectationes carnales, timores mortis, & iræ. Quę iam vero sunt, inquibus magna resistẽdi vis piscipaliter est ex parte obiecti terminatis: vt sunt appetitus honorũ, & pecuniarũ. Nec eget ꝓbatione hęc distinctio: quoniam experimur in nobis hanc differentiã dũ in carnalibꝰ cõcupiscentiis adeo trãsmutamur, & ardemꝰ in corpore vt ratio non possit euadere. Et similiter accidit i passiõe irę, & timore mortis, & huiusmodi. In appetitu vero pecunię aut honoris, nõ tã exardescit aut mutat corpus, vt experiẽtia testat, sed ex parte rei q̃ appetitur, ipugnatio magnificat principaliter. Ex his autẽ pater solutio argumentorum Martini. Supponit nanq; primò falsum hoc, q̃ distinctio ita habeat pro mẽbro vnõ passionẽ, pro altero obiectum: & propterea cum alterius præcisione vtrũ que intelligatur. Argumenta deinde quatuor contra hoc, non militant contra distinctionem hꝛeræ. Vnde primum comparans vires obiectorũ inter se, puta mortis & pecuniæ, nõ est ad propositum. Et similiter secundum asserẽs conuenientiam omnium passionum, & obiectorum inter se, non est ad propositum. Tertium autem comparans diuersas inter se passiones secundum suas species, puta cupiditatem, & tristitiam, extra propositum quæstionis est: & similiter quartum cõuenientiam afferens obiectorum. Omnia siquidem hæc à comparatione literæ longe sunt: quoniam, vt patet ex dictis, in litera comparantur passiones integræ, hoc cum talibus obiectis, passionibus integris, hoc est, cũ aliis obiectis, in hoc q̃ est resistere principaliter ex parte passionis, id est, transmutationis corporalis, vel principaliter ex parte obiecti: cum hac enim differentia stant omnes conuenientiæ arguendo allatæ.

¶ Ad ea autem quæ Martinus secundo loco obiicit, dicitur quòd non contra Autorem bene intellectum procedunt. Nam non intendit Autor subtrahere paruas iras, paruos timores, paruásque concupiscentias carnales, à virtutis moderamine, vt iste intellexit: sed intendit q̃ circa prædicta parua, nulla est virtus simpliciter tanquam circa materiam propriam simpliciter. Cum quo tamen stat, quòd circa prædicta, tanquam relata ad propriam materiã, sit virtus: virtus inquam, non alia sed illamet. Ita quod temperantia; verbi gratia, quæ simpliciter est circa maximas carnis delectationes, tanquam circa materiam propriam simpliciter, est etiam secundũ quid circa prauas delectationes carnis, tanquàm circa materiam eiusdem secundum quid. Patet autem hanc esse veram Autoris intentionem, ex duobus. Primò, ex eo quod superius expresè dicit, quod circa pericula alia est fortitudo secundum quid. Secundò, ex eo quod sic directè constituitur intenta differentia in litera inter virtutes, quæ sunt circa honores & pecunias, & virtutes, quæ sunt circa bona, & mala carnis, dum in istis distinguuntur duæ virtutes simpliciter: altera circa magnũ, altera circa mediocre vt propriam materiam, tam in honoribus quàm pecuniis, vt patet in 4. Ethic. & hic & superius. In istis vero ponitur vna tantum virtus simpliciter circa maximũ, in quolibet genere, tãquam circa propriam materiam. Circa mediocre verò aut paruum, nulla ponitur propria virtus simpliciter, vt circa propriam materiam. Sed illamet, quæ est circa maximũ illius generis, exteditur ad mediocre & paruum, tanquã ad id, quod reducitur ad propriam materiam, vt imperfectum ad perfectũ in illo genere.

¶ Ad tertij dubij primã obiectionem dicitur, q̃ cibꝰ & potus possunt dupliciter appeti. Primo, vt delectabiles secundum tactũ, vt sunt materia sobrietatis seu abstinẽtiæ. Et sic quantũcunq; parui eibi vel potus spectãt ad maximas delectationes tactus. Et propterea sunt extra propositũ huius membri: quoniã spectãt ad illãmet virtutẽ, ad quam spectat moderari maximas delectationes circa alimenta. Alio modo possunt appeti, vt possibendi: & sic cõprehenduntur sub Pecuniæ nomine, & eadunt sub hoc mẽbro, & habẽt par uæ pecuniæ rationem.

¶ Ad secundã verò dicitur, q̃ licet honor nõ sit necessarius ad vitã corporalem, est tamẽ necessarius ad vitã politicã: adeo vt etiã famuli stabulariorum, & coquorum suos velint honores. Homo autem est naturaliter animal politicum.

¶ Ad dubiũ vltimo motũ in respõsione ad tertiũ respõdetur, q̃ de magnanimitate verè negatur, quod est circa paruos honores, vt propriã materiam: quia est circa magnos honores solum vt propriam materiam. Cum quo tamen stat q̃ eminenter est quodammodo circa paruos honores & priuationem honoris, scilicet despiciendo illos, & priuationem eorundem. Virtus autem innominata, quę est circa mediocres honores, est circa illos vt propriam materiam: & priuationem illorum respicit ex illa parte qua respicit contrarium sibi vitium per defectum. Priuatio enim alibi ex parte nigri se tenet.

gnos honores, sicut quibꝰ est dignus: vel etiã sicut minores iis, quibus est dignus: quia scilicet virtus nõ potest sufficiẽter honorari ab homine, cui debẽt honor à Deo. Et ideo nõ extollit ex magnis honoribus, qa nõ reputat eos suprà se, sed magis eos cõtẽnit: & multo magis moderatos aut paruos. Et similiter etiã dehonorationibus nõ frangit, sed eas cõtemnit, vtpote, quas reputat sibi indigne afferri.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum magnanimitas sit virtus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ magnanimitas nõ sit virtus. Omnis enim virtus moralis in medio cõsistit: sed magnanimitas non consistit in medio, sed in maximo: quia maximis dignificat seipsum, vt dicitur in 4. Ethi.* ergo magnanimitas non est virtus.

¶ 2 Præterea, Qui vnam virtutem habet, habet omnes, vt suprà habitum est*: sed aliquis potest habere aliquam virtutem non habens magnanimitatem. Dicit enim Philoso. in 4. Ethic.* quòd qui est paruis dignus, & iis dignificat seipsum, temperatus est, magnanimus autẽ non: ergo magnanimitas non est virtus.

¶ 3 Præterea, Virtus est bona qualitas mẽtis, vt suprà habitũ est: sed magnanimitas habet quasdam corporales dispositiones. Dicit enim Philosophus in 4. Ethi.* q̃ motus lentus magnanimi videtur, & vox grauis, & locutio stabilis: ergo magnanimitas non est virtus.

¶ 4 Præterea, Nulla virtus opponit alteri virtuti: sed magnanimitas opponitur humilitati. Nã magnanimus se dignũ reputat magnis, & alios cõtẽnit, vt dicit in 4. Eth.* ergo magnanimitas nõ est virtꝰ.

¶ 5 Præterea, Cuiuslibet virtutis ,,prietates sunt laudabiles: sed magnanimitas habet quasdã ,,prietates vituperabiles. Primò quidẽ, quia non est memor beneficiorũ. Secũdo, qa est otiosus & tardus. Tertio, qa vtiẽ ironia ad multos. Quarto, quia nõ potest aliis cõuiuere. Quinto qa magis posidet infructuosa quàm fructuosa: ergo magnanimitas nõ est virtus.

¶ SED CONTRA est, quod in laudẽ quorundã dicitur, secundi Macha. 14. Nicanor audiens virtutẽ comitum Iudę, & priuationem illorum respicit ex illa parte qua respicit contrarium sibi vitium per defectum. Priuatio enim alibi ex parte nigri se tenet.

¶ Super Quæstionis centesimæviges imanonæ Articulum tertium.

IN Articul. 3. eiusdem 129. quæst. in responsione ad secundum, dubium ex Martino in dicto tractatu quæst 2 occurrit. Vbi contra hanc responsionẽ arguit, q̃ non satis cõsonat sibiipsi. Propinqua, i. quit, dispositio ad habitum non est nisi mediante actu generatiuo illius habitus, ita q̃ est prius dispositio ad actum quàm ad habitum: ergo virtutes magis sunt connexæ secundum actus quàm secundum habitus: sed non sunt connexæ secũdum actus, vt hic dicitur, propter quamcunque dispositionem propinquam ad actum: ergo nec dicentur connexæ secundum habitus propter quamcunque dispositionem ad habitum.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quod responsio literæ optimè sibi & veritati cõsonat. Et quod illa propositio est falsa. Propinqua dispositio ad habitum non est nisi mediante actu generatiuo illius habitus. Habentur siquidem habitus secundariarum virtutum, puta magnificentiæ, magnanimitatis, & huiusmodi, in propinqua dispositione ex hoc ipso, quòd habentur virtutes principales, quæ cardinales vocantur. Illa quoque proposito adiuncta. Prius est dispositio ad actumquàm ad habitum virtutis, distinguenda est. Quia de actu virtutis contingit loqui dupliciter. Primò, vt est actus virtutis, vt scilicet sit à virtuoso: & sic falsa est. Quoniam prius oportet habere virtutem quàm actum virtutis, eo modo, quo à virtuosis actus exercetur, vt patet. Secundo, vt est actus secundum speciem tantum virtutis. eo modo, quo etiã vir quandocunque iniustus, quandoque facit iustum, soluendo quod debet. Et talis actus præcedit virtutem: quia fabricando fabri fimus. Sed cùm de connexione virtutum est sermo, non de istis imperfectis, sed de perfectis actibus

actibus virtutis sermo est. Et propterea in proposito negãdum est, quod prius est dispositio ad actum quàm ad habitum, quoniam econtrà est verũ, & ideo argumentum nihil valet.

¶ In eodem artic. in responsione ad quartum, dubium occurrit ex eodem Martino, in eadem quæstione contra hanc responsionẽ directè sic arguente. Humilitas facit quòd homo secundum condition em magnorum bonorũ, quæ à Deo possidet, se magnis dignificet, & ad magna opera conformia illis bonis tendat. Et magnanimitas facit quòd secundum conditionem defectuũ suorũ se parui pẽdat: ergo nulla penitus est differentia inter magnanimum, & humileni, se dignificando, & non dignificando magnis bonis. Antecedens pro prima parte probatur: tum primò, quia secundum Sanctum Thomam humilitas facit honorare alios, & dignificare, inquãtum in eis inspicit aliquid de donis Dei: ergo humilitas si similia inspicit quis in se, facit quòd dignificet se magnis bonis. Tum secundò, quia vel humilitas impedit ne humilis cognoscat dona Dei quæ habet, esse in se, aut non. Non primum, quia humilitas nec sensum nec intellectũ habetur. Si secundum, ergo humilis cognoscit in se dona Dei, etiam magna. Aut ergo secundũ ea magnis bonis se digni ficat aut non. Si sic, ergo humilitas eodem modo inclinat, sicut magnanimitas. Si non, ergo contrarietas inter magnanimitatem, & humilitatẽ est. Humilitas enim inclinaret ad non se dignificãdum. Secunda verò pars antecedentis probatur: quia magnanimus iudicat secundum veritatem: ergo si sunt aliqui defectus in eo, magnanimitas sua inclinat eum ad minꝰ æstimandum de se tantum, quantum illi defectus sunt impeditiui virtuosarum operationum. Secundò principaliter posito casu, quòd sit aliquis maximè magnanimus, & maximè humilis, dignus aliqua certa ardua administratione, & sic existimetur à ciuibus, &c. committentibus illam illi. Tunc sic, Aut iste per vtranque virtutem simul iudicabit se dignum illa, & suscipiet, aut per vtrãq; iudicabit se indignum, & refutabit: aut p magnanimitatẽ iudicabit se dignũ, & per humilitatẽ se indignũ. Nõ primũ nec secũdũ: quia sic haberetur intentũ de eadẽ aut simili vtriusq; inclinatione: ergo tertium, quod est impossibile, tum quia duo contradictoria essent simul verа: tum, quia erunt in eodem duo iudicia cõtrariа: tum quia vel suscipiet, & tunc aget contra dictamen humilitatis. Vel reiiciet, & tunc aget contra dictamen magnanimitatis. Vel neutrum faciet: & sic aget contra vtrunque dictamen. Vel simul suscipiet & reiiciet: & tunc erunt duo contradictoria simul. Sed forte, inquit, respondebitur quod secundum consideration em donorum Dei iudicat se dignum: secundum vero consideration em propriorum defectuum iudicat se indignum. Contrà primo, Quorumcunque consequentia repugnant, antecedentia quoque repugnant: sed hæc consequentia, iste est dignus hac administratione, & iste non est dignus hac administratione, repugnant. ergo & antecedentia: sed antecedentia sunt ista, Iste secundum conditiones bonorum quæ à Deo habet, verè iudicat quod est dignus & animi magnitudinem, quã pro patriæ certaminibus habebant, &c. Laudabilia autem sunt solùm virtutum opera. ergo magnanimitas, ad quam pertinet magnũ animum habere, est virtus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ad rationẽ virtutis humanæ pertinet, vt in rebus humanis bonum rationis seruetur, quod est proprium hominis bonũ. Inter cæteras autem res humanas exteriores, honores præcipuũ locum tenẽt, sicut dictum est*. Et ideo magnanimitas quæ modum ratiõis ponit circa magnos honores, est virtus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut ẽt Philosꝰ dicit in 4. Ethic*. magnanimus est quidẽ magnitudine extremus, inquantum s. ad maxima tendit: eo autem quòd vt oporter, medius: quia videlicet ad ea quæ sunt maxima, secundum rationem tendit. Eo enim quòd secundum dignitatem seipsum dignificat, vt ibidem* dicitur, quia scilicet se non extendit ad maiora quàm dignus est.

¶ Ad secundum dicendũ, quod cõnexio virtutum non est intelligenda secundũ actus: vt s. cuilibet competat habere actus omnium virtutum. Vnde actus magnanimitatis non competit cuilibet virtuoso, sed solùm magnis. Sed secundum principia virtutum, quæ sunt prudentia & gratia omnes virtutes sunt connexæ secundum habitus simul in anima existentes vel in actu, vel in propinqua dispositione. Et sic potest aliquis, cui nõ cõpetit actus magnanimitatis, habere habitũ magnanimitatis, per quem scilicet disponitur ad talem actum exequendum, si sibi secundum statum suum competeret.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd corporales motus diuersificantur secundum diuersas animæ apprehensiones. Et secundum hoc cõtingit quòd magnanimitatem cõsequũtur quædam accidentia determinata circa motus corporales. Velocitas enim motus prouenit ex eo quòd homo ad multa intendit quæ explere festinat: sed magnanimus intendit solùm ad magna quæ pauca sunt, quæ etiam indigent magna atrẽtione. Et ideo habet motum tardum. Similiter etiam acuitas vocis, & velocitas, ꝑcipuè cõpetit iis, qui de q̃busl libet contendere volunt, quod non pertinet ad magnanimos, qui non intromittunt se nisi de magnis. Et sicut prædictæ dispositiones corporalium motuũ conueniunt magnanimis, secundum modum affectionis eorum: ita etiam in iis qui sunt naturaliter dispositi ad magnanimitatem, tales conditiones naturaliter inueniuntur.

¶ Ad quartum dicendum quòd in homine inuenitur aliquid magnum, quod ex dono Dei possidet: & aliquis defectus qui cõpetit ei ex infirmitate naturæ. Magnanimitas ergo facit quòd hõ se magis dignificet secundum consideration em donorũ, quæ possidet ex Deo. Sicut si habet magnam virtutem animi, magnanimitas facit quòd ad perfecta opera virtutis tẽdat. Et similiter dicẽdum de vsu cuiuslibet alterius boni, puta scientiæ vel exterioris fortunæ. Humilitas autem facit quòd homo seipsum paruipendat secundum consideration em proprij defectus. Similiter etiã magnanimitas cõtemnit alios secundum quòd deficiũt à donis Dei. Non enim tantũ alios appretiatur, quòd pro eis aliquid indecens faciat. Sed humilitas alios honorat, & superiores æstimat inquantum in eis aliqd inspicit de donis Dei. Vnde dicit in Psal. 14. de viro iusto, Ad nihilũ deductus est in conspectu eius malignus: quod pertinet ad contemptum magnanimi. Timẽtes autem Dominum glorificat: quod pertinet ad honorationẽ humilis. Et sic patet quòd magnanimitas, & humilitas nõ sunt contraria, quamuis in contraria tendere videantur: quia procedunt secũdum diuersas consideraciones.

¶ Ad quintum dicendum, quòd proprietates illæ, secundũ quòd ad magnanimũ pertinẽt, nõ sunt vituperabiles, sed sup excedenter laudabiles. Quod ẽm primo dicitur, q̃ magnanimus non habet in memoria à quibus beneficia recipit, intelligendum est quantum ad hoc, q̃ non est sibi delectabile, quòd ab aliquibus beneficia recipiat, quin sibi maiora recompẽset: quod pertinet ad perfectionem gratitudinis, in cuius actu vult superexcellere, sicut & in actibus aliarum virtutũ. Similiter etiã secundò dicitur, quòd est otiosus, & tardus: non quia deficiat ab operãdo ea, q̃ sibi cõueniũt, sed quia nõ ingerit se quibuscunq; operib. sed solùm magnis, qualia decent eũ. Dicitur etiam tertio, q̃ vtitur ironia: non secundũ qd opponitur veritati, vt s. dicat de se aliqua vilia, q̃ nõ sunt: vel neget aliqua magna, q̃ sunt: sed quia nõ totã magnitudinem suã monstrat, maximè quantũ ad inferiorum multitudinem: quia sicut etiã Philosophus ibidẽ* dicit, ad magnanimum pertinet magnũ esse ad eos, qui in dignitate, & bonis fortunæ sunt, ad medios autem moderatum. Quarto, etiã dicitur, q̃ ad alios non potest conuiuere, scilicet familiariter, nisi ad amicos: quia omnino vitat adulationem, & simulationem, quæ pertinẽt ad animi paruitatem. Conuiuit tamen omnibus, & magnis, & paruis secũdũ quod oportet, vt dictũ est*. Quinto, etiam dicitur, quòd vult habere magis infructuosa: nõ quæcunque, sed bona, id est, honesta. Nam in omnibus proponit honesta vtilibus tanquam maiora. Vtilia ẽm quę runtur ad subueniendũ alicui defectui, q̃ magnanimitati repugnat.

Universidad de Deusto Biblioteca

ctus se subtrahebat,quam simpliciter parati erant suscipere , vt fecerunt. Secundò,ex ratione.Quia humilitas non est retractiua à virtutum operibus,sed custos omnium,semper inclinans hominem ad nihil sui sapiēdum,quod spectat ad secundum quid:magnanimitas autem ad cuiusque virtutis magna tēdens,non secundum quid, sed omnibus consideratis etiam eo quòd ad humilitatem spectat,dignificat simpliciter hominem his bonis quibus dignus est. Et licet fundamentū dignitatis bonorum sint dona Dei,hoc tamen nō facit dignum secundum quid : Quia quicquid est homo, & hominis, & in homine , donum Dei est. Non sic autem de defectibus,quoniam nō quicquid est homo, &c.est defectus. Ex hoc igitur ꝙ magnanimus se dignificat simpliciter, & humilis secundum quid tantū se indignificat , hoc est, indignum se æstimat in relatione ad suos defectus,patet ꝙ nec antecedentia nec consequentia repugnant , vt putabātur repugnare , accipiendo dignum semper simpliciter. Et similiter patet quòd humilis magnanimus procedet ad actus magnos : semper tamen indignum se credens, cognoscens,& dicens,in relatione ad proprios defectus.Vnde de angelis cælestibus dicimus , quòd tremunt ante Deum, referendo hoc ad defectum naturæ, quæ ex se potest deficere:quamuis semper felices assistant & ministrent Deo.

Infra art. 5.ad 2.& q.134.ar. 2. ad 2. Et 2.dist. 42. q. 2. art.4.cor. & di.44. q.2.art.1. cor. Et 3. dis 9. q.1. ar.1. q. 2. cor.& di. 33 q.3. ar. 3.q.4.cor. & ad 1.et 4.d.14.q. 1.ar.1.q.3. ad 2.dist. 16. q. 4. ar.1. q.2. ad 2. & mal.q. 8. art.2. ad. 2.
*cap.3.
Ibidem.
Ibidem.
ca.7.to.5.
Q.123. ar.2.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum magnanimitas sit virtus specialis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd magnanimitas non sit specialis virtus. Nulla enim specialis virtus operatur in omnibus virtutibus. Sed Philosophus in 4.Ethic.*dicit quòd ad magnanimū pertinet,quod est in vnaquaque virtute magnum:ergo magnanimitas non est specialis virtus.

¶2Præt. Nulli speciali virtuti attribuūtur actus diuersarum virtutum : sed magnanimo attribuuntur diuersarum virtutum actus.Dicitur enim in 4.Ethi*. ꝙ ad magnanimum pertinet non fugere cō mouentē:quod est actus prudentiæ Neque facere iniusta : quod est actus iustitiæ.Et quod est promptus ad benefaciēdum:quod est actus charitatis. Et quod ministrat promptè:quod est actus liberalitatis.Et quòd est veridicus:quod est actus veritatis.Et quod non est plāctiuus: quod est actus patientiæ:ergo magnanimitas non est specialis virtus.

¶3Pręt.Quælibet virtus est quidam specialis ornatus animæ,secūdum illud Isa. 61.Induit me dominus vestimentis salutis Et postea subdit. Quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sed magnanimitas est ornatus omnium virtutum , vt dicitur in 4.Ethico*.ergo magnanimitas est virtus generalis.

¶SED CONTRA est quod Phil. in 2.Ethi.*distinguit eā cōtra alias virtutes.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, ad specialē virtutem pertinet quòd modum rationis in aliqua determinata materia ponat. Magnanimitas autem ponit modum ratiōis circa determinatam materiam , scilicet circa honores, vt s. dictum est*. Honor autē secundum se consideratus, est quoddam speciale bonum.Et secundū hoc magnanimitas secundum se considerata,est specialis quędam virtus.Sed quia honor est cuiuslibet virtutis præmium,vt ex suprà dictis*patet : ideo ex cōsequenti ratione suę materiæ respicit oēs virtutes.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod magnanimitas non est circa honorem quemcunque , sed circa magnū honorem.Sicut autem honor debetur virtuti , ita & magnus honor debetur magno operi virtutis. Et inde est quod magnanimus intēdit magna operari in qualibet virtute , inquantum scilicet tendit ad ea quæ sunt digna magno honore.

¶Ad secundū dicendum,quòd quia magnanimus tendit ad magna, consequens est quòd ad illa præcipuè tendat , q̄ important aliquam excellentiam:& illa fugiat,quæ pertinent ad defectum. Pertinet autem ad quandam excellentiam quòd aliquis beneficiat , & quòd sit cōmunicatiuus , & plurium retributiuus. Et ideo ad ista promptum se exhibet,inquantum habent rationem cuiusdā excellentiæ:non autem secundum eam rationem,qua sunt actus aliarū virtutum. Ad defectum autem pertinet, quia aliquis intantum magnipendit aliqua exteriora bona vel mala,quòd pro eis à iustitia vel quacunque virtute recedat, & declinet. Similiter etiam ad perfectum pertinet omnis occultatio veritatis:quia videtur ex timore procedere.Quòd etiā aliquis sit planctiuus , ad defectum pertinet:quia per hoc videtur animus exterioribus malis succumbere.Et ideo hæc, & similia vitat magnanimus secundum quandam specialē rationem , s.tanquam contraria excellentiæ vel magnitudini.

¶Ad tertium dicendum, quòd quælibet virtus habet quendam decorem siue ornatum ex sua specie,qui est proprius vnicuique virtuti. Sed supperadditur alius ornatus ex ipsa magnitudine operis virtuosi per magnanimitatem , quæ omnes virtutes maiores facit,vt dicitur in quarto Ethicorum*.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum magnanimitas sit pars fortitudinis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd magnanimitas nō sit pars fortitudinis. Idem enim nō est pars suipsius : sed magnanimitas videtur idē esse fortitudini.Dicit enim Seneca in libro de Quatuor virtutibus*, Magnanimitas quæ & fortitudo dicitur, si insit cordi tuo,cum fiducia magna viues. Et Tullius dicit in primo de Offi*. Viros fortes magnanimos eosdē esse volumus veritatis amicos,minimeq; fallaces.ergo magnanimitas non est pars fortitudinis.

¶3 Præt.Philos.in 4.Ethic*. dicit quod magnanimus non est philokindynos, id est,amator periculi.Ad fortem autē pertinet se exponere periculis : ergo magnanimitas non conuenit cum fortitudine, vt possit dici pars eius.

¶3Præt.Magnanimitas respicit magnum in bonis sperandis. Fortitudo autem respicit magnum in malis timendis vel audendis.Sed bonum est principalius q̄ malū.ergo magnanimitas est pricipalior virt⁹ quā fortitudo.Nō ergo est pars ei⁹.

ca.3.to.5.
Supra q. 28.co.& locis ibid. notatis.
Ca.de magnanim.
Cap.cuius tit.est,Fortitudinē si ab honesta te recedat.
ca.3.to.5.

¶ *Super Quæstionis centesimæ vigesimænonæ Articulum quartum.*

IN articulo 4 eiusdem 129.quæst. dubium occurrit circa illud,Proprius actus magnanimi est tēdere in magnum in cuiusque virtutis opere , quod habetur in primo Ethic. & facit difficultatē magnam in præsenti artic. Autor: siquidem ex parte materiæ distinguit magnanimitatem ab aliis. Hoc autem difficultatē facit ex parte formalis rationis : & est ratio dubij, quia magnum , & paruū cuiusque actus virtutis non distinguuntur specie, ac per hoc eiusdem virtutis est tendere in actum suum siue magnum siue paruum. Et sic magnanimitas coincidit cum qualibet virtute, inquantum facit suum actum magnum : & sic non est virtus specialis,sed quælibet virtus , vt exercens magnum actum.Non est ergo magnanimitas vna virtus,sed est maxima fortitudo,maxima iustitia,maxima temperantia, & sic de aliis.Quælibet enim harum tendit in magnum suum actum.

Ar.1.& 2.huiusq.
Q.103.ar. tic.1.ad2.

¶Præterea, Magnum in actu temperantiæ vel iustitiæ aut habet rationem ardui,aut non. Si habet rationem ardui : ergo maxima temperantia non potest in magnum actum temperantiæ.Si non,ergo magnum in tali actu nō est obiectum magnanimitatis : quia cùm sit in irascibili, oportet obiectum eius esse quoddam arduum.

¶Præterea, magnum in cuiuscunque virtutis opere,quod dicitur obiectum magnanimi,aut significat magnam quantitatem actus virtutis substratæ,puta,temperantiæ , vel fortitudinis, & sic redeunt difficultates præmissarū rationum , aut significat aliquid superadditum quantitati actus illius substratæ virtutis.Et tunc assignetur illud, quod non apparet cùm magnanimus fortissimus tendit in maximum fortitudinis actum,quod in aliam tendat magnitudinem quàm fortitudinis ad intrà, & honoris ad extrà : de quo non est ad præsens propositum loqui.

¶Ad huius difficultatis euidentiam sciendum est primo,quod magnū , & paruum vt in Prædicamentis dicitur , est relatiuum circa quantitatem. Propter quod importat vltra subiectum , quantitatem & relationem, Et licet ex parte quantitatis magnum , & paruum non distinguantur specie , quia eiusdem est speciei linea parua & magna,& similiter superficies & corpus : & similiter ex parte subiecti seu rei quantæ,non exigunt magnum & paruum,differentiam specificam.Magna siquidem & parua aqua eiusdem est speciei, & similiter magna & parua albedo:ex parte tamen relationis specificæ distinguuntur magnum & paruum.Sunt enim relatiua specie distincta, sicut duplum, & dimidium:spectāt enim nō ad relatiua æquiparantię, sed suppositionis,& superpositionis. Quo circa,licet magnum & paruum non distinguantur specie rei, quæ dicitur magna vel parua,puta albedinis, coloris,honoris,pecuniæ, &c. nec specie quātitatis: sunt tamen relatiua inter se distincta specie.Sciendum est secundò,quòd in effectibus naturalibus duo inueniuntur , scilicet res ipsa,quæ est terminus formalis actionis,& magnitudo ipsius.Sicut cùm ignis calefacit aquam,est ibi & calor qui formaliter terminat calefactionē:& quantitas eius, puta quòd est calor vt duo, &c. Ad hæc autem duo, naturale agens ita se habet, quòd primum est ad quod directè intendit, quodq; ex ratione formę qua agit, directè producit.Secundum verò ex cōditione ipsius formæ prouenit. Calidum enim inquantum calidum , facit calidum. Sed quia intensus est actiuus calor, ideo in patiente disposito fit non solum calor, sed calor intensus. Ita quod calidum actiuū directè non intendit nisi calidum facere tanquam proprium, & formalē effectū. Intētionem autem caloris efficit non tanquam ex forma intenta directè, sed tā quā conditionem concomitantem naturaliter tale agens in hoc passo,&c. Et quia in anima intellectus natus est adunata diuidere , & anima natura quædam est:in hoc anima excedit materiam ꝙ efficit magnitudinem actus virtutis , non solùm per modum naturæ,scilicet vt cōditionem actus, sicut de calore dictū est, sed etiam per modum animæ,scilicet per directā intentionem ipsius magnitudinis , vt cuiusdam rationis formalis , ita ꝙ homo valde fortis , & magnanimus dupliciter tendit in magnum fortitudinis actum.Primo,per modum naturæ,inquantum fortis. Ex ratione nanque suæ magnæ fortitudinis , exit in magnū fortitudinis actum : sicut magnus calor in magnam calefactionem.Secundò,per directam intentionem ipsius magnitudinis,inquantum magnanimus.Ex ratione nanque magnanimitatis tendit in magnitudinem actus fortitudinis,vt propriam rationem formalem intentam. Ita quod magnitudo actus fortitudinis à fortitudine fit,& respicitur,vt conditio concomitans actum ex magnitudine fortitudinis. A magnanimitate verò fit, & respicitur, vt formale obiectum ipsius.Et propterea distinguūtur specie fortitudo,& magnanimitas, vt potè habentes diuersas rationes formales obiectiuas. Fortitudinis nanque obiectum est forte:magnanimitatis verò magnum. Quamuis coincidant in hoc , quod id quod est vnius obiecti conditio, illud met est alterius formalis ratio obiectiua. Sciendum est tertio,quod inter magnum secundum se sumptum,& magnum non secundum se , sed per aliud , tanta est differentia in moralibus,vt magnum secundū se,quia excellens quid ac difficile aliquid sonat,ardui rationem habeat:non secundum se autem,sed per alium respectum,infra limites illius quod principaliter respicitur, contineatur. Ac per hoc magnum temperantiæ opus,si referatur ad magnam temperantiam,non habet rationem ardui:quia temperantię per se primo respicit ipsum tēperātiæ opus circa quod principaliter est, & ex consequenti respicit magnitudinē operis.Et propterea non exit sic limites concupiscibilis magnum temperantiæ opus.Sed si idem opus referatur ad magnanimitatē,tunc per se primo referetur ad ipsam, non quatenus opus temperantiæ, sed quatenus magnum. Est enim magnanimitas per se primo circa magnum:& propterea vt sic, habet rationem ardui, & exiens terminos concupiscibilis,ad irascibilis obiectum transit.

¶Ad primum ergo argumentum dicitur , ꝙ magnum & paruum, vt sunt modi alterius , non distinguunt speciem illius rei,cuius sunt modi:tamē magnum & paruum secundum se distinguuntur specie:& ex hac parte magnum habet rationem ardui,& paruū non.Et propterea distinguuntur specie in moralibus,quando scilicet magnum induit rationem ardui. Et sic est in proposito:quoniam,& magnū in opere cuiusque virtutis , & magnum in honoribus habet rationē ardui. Constat autem arduum distingui specie à non arduo.

¶ Ad secundum dicitur quòd magnum opus tēperantiæ dupliciter consideratur:primò,vt ly magnum dicit modum alterius ,s.operis temperantię. Et sic,quia non per se respicitur ab habitu , sed ratione alterius,s.operis tēperati,non habet rationē ardui, & ad temperantiā spectat.Secundò,vt ly magnum dicit rationem formalem,qua opus ab habitu respicitur, & sic habet rationem ardui,& ad magnanimitatem spectat.

¶ Ad tertium dicitur , ꝙ non est hic diuersitas rei significatæ per ly magnū opus temperantiæ , vno vel altero modo sed est diuersitas rationis quam induit ly magnum,vt respicitur à temperantia, & à magnanimitate.Magnitudo siquidem operis tēperati semper significatur.Sed cùm refertur huiusmodi magnitudo ad temperantiam, habet rationem modi, & secundariò respecti ab ea , vt dictum est.Quādo verò refertur ad magnanimitatē,habet rationem rationis formalis primò, & per se respectæ ab ea, & propterea magnanimitas habet pro formali obiecto, & fine magnum in cuiuscunque virtutis opere. Temperantia verò & aliæ virtutes habent pro formalibus obiectis ipsa temperata,iusta,fortia,& huiusmodi. Magna autē hæc ipsā ex consequenti attingunt , vt dictum est.

lib.1.in so. nũ Scip. pag.2.inte med. lib.
q.præc.& q.48.et 1. 2.q. 61.ar ti.6.
ca. 4.to.5.

¶SED CONTRA est quòd Macrobius * & Andronicus ponunt magnanimitatem fortitudinis partem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est*,principalis virtus est,ad quam pertinet aliquem generalem modum virtutis constituere in aliqua materia principali. Inter alios aūt generales modos virtutis vnus est firmitas animi : quia firmiter se habere requiritur in omni virtute , vt dicitur in 1. Ethic*.Præcipuè tn̄ laudatur hoc in virtutibus, q̄ in aliquod arduum tendunt , in quibus difficillimum est firmitatē seruare.Et ideo quāto difficilius est in aliquo arduo firmiter se habere,tanto principalior est virtus , q̄ circa illud firmitatem pręstat animo.Difficilius autem est firmiter se habere in periculis mortis, in quibus confirmat animum fortitudo, quàm in maximis bonis sperandis vel adipiscēdis,ad quæ confirmat animum magnanimitas:. quia sicut homo maximè diligit vitam suam , ita maximè refugit mortis pericula. Sic ergo patet quod magnanimitas cōuenit cum fortitudine, in quātum confirmat animum circa aliquid arduum. Deficit autem ab ea in hoc quòd firmat animum in eo circa quod facilius est firmitatem seruare. Vnde magnanimitas ponitur pars fortitudinis:quia adiungitur ei sicut secundaria principali.

ca.1.& c. 3.to.5.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū,ꝙ sicut Philos.dicit in 5.Ethic*.carere malo accipitur in ratione boni. Vnde & non superari ab aliquo graui malo,puta à periculis mortis , accipitur quodammodo pro eo , quod est attingere ad magnum bonum. Quorum primum pertinet ad fortitudinem , sed secundum ad magnanimitatem. Et secundum hoc fortitudo & magnanimitas pro eodem accipi possunt.Quia tn̄ alia ratio difficultatis est in vtroque prædictorum, ideo propriè loquendo magnanimitas à Philoso*. ponitur alia virtus à fortitudine.

lib.2.Eth. ca.7.to.5.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ amator periculi dicitur, qui indifferenter se periculis exponit : quod videtur ptinere ad eū, qui indifferenter multa quasi magna existimat:quod est contra rationem magnanimi. Nullus em̄ videtur pro aliquo se periculis exponere , nisi illud magnū existimet.Sed pro iis,quæ verè sunt magna,magnanimus promptissimè se periculis exponit:quia operatur magnum in actu fortitudinis sicut in actibus aliarum virtutum. Vnde & Philos. ibidem dicit, quòd magnanimus non est microkindynos,id est,pro paruis periclitans.Sed est megalokindynos,id est,pro magnis periculis periclitans.Et Seneca dicit in libro de Quatuor virtutibus * , Eris magnanimus, si pericula non appetas vt temerarius,nec formides vt timidus.Nam nil timidum facit animum , nisi reprehensibilis vitæ conscientia.

ca.de magnanimitate.

¶Ad tertiū dicendum , quòd malum inquantum huiusmodi,fugiēdū est. Quod autem contra ipsum fit per sistendum,est per accidens,id est, inquantum oportet sustinere mala ad conseruationem bonorum.Sed bonū de se est appetendum : & ꝙ ab eo refugiatur non est nisi per accidens,inquantum s. existimatur excedere facultatem desiderantis.Semper autē quod per se est,potius est quàm illud qđ est per accidens.Et ideo magis repugnat firmitati animi arduum in malis , quàm arduū in bonis : & ideo principalior est virtus fortitudinis quàm magnanimitatis.Licet enim bonū sit simpliciter principalius quàm malum:malum tamen est principalius quantum ad hoc.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum fiducia pertineat ad magnanimitatē.

AD SEXTVM sic proceditur.Videtur ꝙ fiducia nō pertineat ad magnanimitatē.Potest em̄ aliquis habere fiduciam non solùm de seipso, sed etiā de alio:secundum illud 2.ad Cor.3. Fiduciā autem talem habemus per Christum Iesum ad Deum:non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis.Sed hoc videtur esse contra rationē magnanimitatis:ergo fiducia ad magnanimitatem non pertinet.

¶2Præt. Fiducia videtur esse timori opposita : secundum illud Isa.12. Fiducialiter agam,& non timebo. Sed carere timore magis pertinet ad fortitudinem: ergo & fiducia magis ad fortitudinem pertinet quàm ad magnanimitatem.

¶3Pręt. Præmium non debetur nisi virtuti : sed fiduciæ debetur præmium. Dicitur enim ad Heb.3.quòd nos sumus domus Christi , si fiduciam & gloriam spei vsq; in finē firmā retineamus:ergo fiducia est quædā virtus distincta à magnanimitate. Quod ēt videtur per hoc ꝙ Macrobius*eam magnanimitati cōdiuidit.

¶SED CONTRA est,ꝙ Tullius ī sua Rhetorica * videtur ponere fiduciā loco magnanimitatis , vt s̄ dictum est*.

¶RESPONDEO dicendū quòd nomē Fiducię ex fide assumptū esse videtur.Ad fidem autem pertinet aliquid,& alicui credere. Pertinet autem fiducia ad spem,secundum illud Iob 11.Habebis fiduciam proposita tibi spe. Et ideo nomen fiduciæ hic principaliter significare videtur,quòd aliquis spem concipiat ex hoc, quòd credit verbis alicuius auxiliū promittentis. Sed quia fides etiam dicitur opinio vehemens , contingit autem aliquid vehementer opinari non solum ex eo quod est ab alio dictum,sed etiam ex hoc quod est in alio consideratum:inde est quòd fiducia etiā potest dici , qua aliquis spem alicuius rei concipit ex aliquo considerato:quandoque quidem in seipso,puta cùm aliquis videns se sanum confidit se diu victurum:quandoque autem in alio : puta cùm aliquis considerās alium amicum suum esse & potentem,fiduciam habet adiuuari ab eo. Dictū est autem suprà * quòd magnanimitas propriè est circa spē alicuius ardui. Et ideo quia fiducia importat quoddam robur spei,proueniens ex aliqua consideratione , quæ facit vehementem opinionem de bono assequendo:inde est quòd fiducia ad magnanimitatem pertinet.

¶ *Super Quæstionis centesimæ vigesimænonæ Articulum sextum.*

IN artic.6.eiusdem q.in respōsione ad tertium, pro quanto ibi dicitur, fiducia pro spe certa in materia magnanimitatis nō est virtus,sed conditio virtutis, dubium ex Martino occurrit in eodem tractatu , quæstio. de Fiducia,probante primò ꝙ est species magnanimitatis. Primò:fiducia cōtinetur sub aliqua virtute,vt inferius sub superiore essentiali,sed nulla est alia,nisi magnanimitas:ergo. Minor patet : quia restricta est ad materiam magnanimitatis. Maior probatur,quia actus fiduciæ est actus per se virtuosus:ergo habitus est per se virtus. Dicit secundò, quòd nō valet quod dicit Thomas ꝙ fiducia importat quendam modum spei: quia fiducia est spes roborata ex firma opinione. Quia posset quæri , quid per modum spei intelligat. Aut enim intelligit ipsam spem , aut aliud à spe.Et si aliud,aut intrinsecum , aut extrinsecum: & facile deducerentur membra. Ego autem dico quòd fiducia non est aliud quàm spes:non quę libet,sed habens coniunctam certitudinem. Et si hoc intelligat per modū spei,non contradico.

Suprà qō. 128. cor. Et 3. dist. 33.qō 3 ar ti.3. q.1. cor.

¶Ad hoc dicitur, negando quòd fiducia , vt est pars integralis fortitudinis, vt scilicet restricta est ad materiam fortitudinis,sit virtus, propriè loquendo , & propterea nō continetur sub aliqua virtute , vt inferius sub suo superiori essentiali. Et ad probationem, quia actus fiduciæ est actus per se virtuosus : ergo habit⁹ est per se virtus,Negatur antecedens:quoniam actus fiduciæ non est virtuosus per se , sed vt pars alteri⁹, scilicet fortitudinis.Sicut nec actus hepatis aut cerebri est actus per se , sed vt partis, quæ quicquid est,totius est.Vnde Autor dicit , quòd non est fiducia virtus : quia alienam materiam respicit scilicet fortitudinis materiā. Ad virtutis autem speciē, propria exigitur materia. Ad improbationem autē secundo loco Autoris per interrogationem,respondetur quòd robur spei est modus spei addens suprà spem firmitatem rectam. Et sic patet,quod est aliud à spe , & est qualitas vel relatio superaddita spei, secundum diuersas opiniones de bonitate,& malitia morali in passionib⁹ posita,vel elicitiuè,vel imperatiuè , &c. Hæc enim sunt à proposito impertinentia : & sunt in præcedenti libro tractata.

libr.1. In som.Scip.
* lib.3.de Inuēt. fol. 3. ante fi.
*q præ.et q.129. in diuisione.
Ar.1 ad 2.arg.

¶Super

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd sicut dicitur in 4. Ethic*. ad magnanimum pertinet nullo indigere : quia hoc deficientis est. Hoc tamen debet intelligi secundum modum humanum:vnde addit,vel vix. Hoc est enim supra hominem, vt omnino nullo indigeat. Indiget enim omnis homo,primò quidem diuino auxilio:secundò autem etiam auxilio humano: quia homo est natura literanimal sociale , eo quod sibi non sufficit ad vitam:inquantum ergo indiget aliis , sic ad magnanimum pertinet,vt habeat fiduciam de aliis:quia hoc etiam ad excellentiam hominis pertinet , quod habeat alios in prōptu, qui eum possint iuuare. Inquantum autem ipse aliquid potest intantum ad magnanimitatem pertinet fiducia,quam habet de seipso.

ca.3.to.5. D.679.

¶Ad secundum dicendum,quòd,sicut suprà dictum est* , cùm de passionibus ageretur,spes quidem directè opponitur despe

1.2.q.23. ar.2.& 3. & q.40. ar 4.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ vigeſimænonæ Articulum ſeptimum.*

IN art. 7. eiuſdem quęſt. dubiũ ex Martino in d. q. de fiducia, occurrit, ponente directè contra Sãctum Thomam, quòd præter fiduciam non ſit ponenda ſecuritas, tanquam aliquid ad magnanimitatem pertinens. Arguit ergo primò, Securitas non eſt aliud ſecundũ Sanctum Thomam, quã perfecta quies animi à timore: ſed habita fiducia habetur perfecta quies animi à timore: ergo præter fiduciam non eſt ponenda ſecuritas.

In corp. arti.

Probatur minor, quia certa ſpes, quæ eſt fiducia, aufert timorem inquietãtem: & ſi eſt timor inquietans, non eſt ſpes certa. Secundò, Fiducia eſt ſpes roborata ex vehementi opinione ſecundum Sanctũ Thomam. Ergo eſt ſine timore: quia ex tali ſpe boni aſſequendi ceſſat timor. Tertio, Omne virtuoſum per ſe expulſiuũ deſperationis eſt ſecuritas.

libr. 2. de inuent.

Fiducia eſt huiuſmodi, ergo. Maior probatur. Securitas eſt expulſiua de ſperationis, vt Thomas dicit: ergo quodlibet virtuoſum, quod expellit eã, eſt ſecuritas.

Q. 128. ar. 1.

Minor probatur: quia implicat ꝙ aliquis ſimul confidit & deſperat. Quartò. Omnis pars magnanimitatis eſt vel fiducia, vel magnificentia, vel patientia, vel perſeuerantia. ſed ſecuritas nihil illorum triũ eſt: ergo eſt fiducia Maior eſt Tullij, recepta à beato Tho.

Q. præc. ar. 6.

Quintò, Quia ſanctus Thomas in q. 128. dicit, Securitatem quam ponit Macrobius, comprehendit Tullius ſub fiducia: ſed Macrobius per magis ſpecialia diſtinxit: ergo fiducia eſt ſuperius ad ſecuritatem. Non fuit ergo diſtinguenda ſecuritas contra fiduciam.

li. 10. c. 18

Sextò, Securitas aut dicit actum intellectus, aut voluntatis: Si voluntatis, aut eſt volitio ſimplex, aut imperatiua. Si ſecundum, ipſa nõ eſt diſtincta à magnificentia. Si primum, cùm connotet ex parte intellectus certitudinem quandam, ſic eſt eadem ſpei. Si autem ſit actus intellectus, non videtur eſſe niſi certitudo. Et hoc dicebamus eſſe connotatum per fiduciam.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quòd ſecuritas optimè ponitur vltra fiduciam Et cùm dicitur, Habita fiducia habetur quies à timore: reſpõdetur dupliciter.

Ca. in cuius tit. eſt Magnanimitas ĩ duobus ſita eſt.

Primò, quod cùm ſpes ſit de bono, & timor de malo: quanto firmior eſt ſpes alicuius boni, tanto minor eſt timor oppoſiti mali, hoc eſt priuationis ſeu carentiæ illius boni.

Ca. 3. to. 6.

& quòd ratione negationis boni ſperati, non oportet ponere vltra fiduciam ſecuritatem, ſed ratione aliorum malorum. Verbi gratia, In materia fortitudinis ponitur fiducia ratione victoriæ: & non oportet ponere ſecuritatẽ reſpectu priuationis victoriæ: ſed ponitur ſecuritas reſpectu malorum, quę ſuſtinenda imminẽt, puta vulnerum, &c. Et ſic fiducia, & ſecuritas ponũtur reſpectu diuerſorum obiectorum. Dicitur nihilominus ſecundò, quòd eſt alia neceſſitas ponendi vtranque ex parte diuerſarum paſſionum.

1. 2. q. 45. ar. 2.

Nã fiducia reſpicit ſpem, ſecuritas timorem. Et oportet vtramque paſſionem habere proprium rectificatiuum. Vnde ex hoc ipſo quòd fiducia parit ſecuritatem', oſtenditur non ſuperfluitas, nõ identitas, ſed concomitantia reſpectu eiuſdem ſi concurrunt. Prima tamen reſponſio, quæ cathegorica eſt, ſufficit: quoniam oſtẽdit quòd in diuerſis paſſionibus reſpectu diuerſorum obiectorum partialium oportet ponere plures modos, ſeu conditiones virtuoſas. Et per hoc patet ſolutio ſecũdi.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ maior eſt falſiſſima, nec probatio aliquid apparẽtiæ habet.

¶ Ad quartum, licet poſſit negari maior, quia partes illæ ſunt poſitæ reſpectu fortitudinis, non magnanimitatis, poteſt tamẽ dici, vt ad quintum, quòd ſecuritas cõprehenſa eſt ſub Fiduciæ nomine.

1. 2. q. 5. arti. 3. & 7.

Non quod ſecuritas ſit inferius reſpectu fiduciæ, quia fiducia eſt boni, ſecuritas à malo: ſed propter concomitantiam earundem reſpectu oppoſitorũ. Securitas enim à malo aliquo infert quã dam fiduciam de bono oppoſito, & econtra.

Ar. 4 huius q.

¶ Ad ſextum dicitur, ꝙ ſecuritas nec eſt actus intellectus, nec voluntatis: ſed eſt in iraſcibili habitus quietatiuus à timore.

¶ Super

rationi, quæ eſt circa idem obiectum, ſcilicet circa bonum. Sed ſecũdum obiectorum contrarietatem opponitur timori, cuius obiectum eſt malum. Fiducia autem quoddam robur ſpei importat: & ideo opponitur timori, ſicut & ſpes. Sed quia fortitudo propriè firmat hominem circa mala, magnanimitas autem circa proſecutionem bonorum: inde eſt quòd fiducia magis propriè pertinet ad magnanimitatem quàm ad fortitudinem. Sed quia ſpes cauſat audaciam, quæ pertinet ad fortitudinem, inde eſt quòd fiducia ex conſequenti ad fortitudinem pertinet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fiducia, vt dictum eſt*, importat quendam modum ſpei. Eſt enim fiducia ſpes roborata ex aliqua firma opinione. Modus autem adhibitus alicui affectioni, poteſt pertinere ad commendationem ipſius actus, vt ex hoc ſit meritorius: non tamen ex hoc determinatur ad ſpeciem virtutis, ſed ex materia. Et ideo fiducia non poteſt propriè loquendo, nominare aliquam virtutem, ſed poteſt nominare conditionem virtutis. Et propter hoc numeratur inter partes fortitudinis, non quaſi virtus adiuncta: niſi ſecundum quòd accipitur pro magnanimitate à Tullio*: ſed ſicut pars integralis, vt dictum eſt*.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum ſecuritas ad magnanimitatem pertineat.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ſecuritas ad magnanimitatem non pertineat. Securitas enim, vt ſupra habitum eſt*, importat quietem quandam à perturbatione timoris: ſed hoc maximè facit fortitudo: ergo ſecuritas videtur idem eſſe quòd fortitudo. Sed fortitudo non pertinet ad magnanimitatem, ſed potius ecõuerſo: ergo neque ſecuritas ad magnanimitatem pertinet.

¶ 2 Præt. Iſidorus dicit in libr. Etymologiarum*, quòd ſecurus dicitur quaſi ſine cura: ſed hoc videtur eſſe contra virtutem, quæ curam habet de rebus honeſtis, ſecundum illud Apoſtoli ſecundę ad Timo. 2. Solicitè cura teipſum probabilem exhibere Deo. ergo ſecuritas nõ pertinet ad magnanimitatem, quæ operatur magnum in omnibus virtutibus.

¶ 3 Præt. Non eſt idem virtus, & virtutis prẽmium: vt patet Iob 11. Si iniquitatem, quæ eſt in manu tua, abſtuleris, defeſſus ſecurus dormies. ergo ſecuritas non pertinet ad magnanimitatem, neque ad aliã virtutem ſicut pars eius.

¶ SED CONTRA eſt, quod Tullius dicit in primo de Offi*. quòd ad magnanimum pertinet, neque perturbationi animi, neque homini, neque fortunæ ſuccumbere: ſed in hoc conſiſtit hominis ſecuritas. ergo ſecuritas ad magnanimitatem pertinet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ſicut Philoſophus dicit in ſecundo ſuæ Rhetoricæ*, Timor fecit homines cõſiliatiuos, inquantum ſcilicet curã habent qualiter poſſint euadere ea quæ timent. Securitas autem dicitur per remotionẽ huius curæ, quam timor ingerit. Et ideo ſecuritas importat quandam perfectam quietem animi à timore, ſicut fiducia importat quoddam robur ſpei. Sicut autem ſpes directè pertinet ad magnanimitatem, ita timor directè pertinet ad fortitudinẽ. Et ideo ſicut fiducia immediatè pertinet ad magnanimitatem, ita ſecuritas immediatè pertinet ad fortitudinẽ. Conſiderandum tamen eſt, quòd ſicut ſpes eſt cauſa audaciæ, ita timor eſt cauſa deſperationis: vt ſupra habitum eſt* cũ de paſsionibus ageretur. Et ideo ſicut fiducia ex conſequenti pertinet ad fortitudinem, inquantum vtitur audacia, ita & ſecuritas ex conſequenti pertinet ad magnanimitatem, inquantum repellit deſperationem.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ fortitudo non præcipuè laudatur ex hoc quòd non timeat, quod pertinet ad ſecuritatem: ſed inquãtum importat firmitatem quandam in paſsionibus. Vnde ſecuritas non eſt idem quod fortitudo, ſed eſt quædam conditio eius.

¶ Ad ſecundũ dicendum, quòd non quęlibet ſecuritas eſt laudabilis: ſed quãdo deponit aliquis curam prout debet, & in quibus timere non oportet. Et hoc modo eſt conditio fortitudinis, & magnanimitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in virtutibus eſt quædam ſimilitudo, & participatio futuræ beatitudinis, vt ſupra habitũ eſt*. Et ideo nihil prohibet ſecuritatem quandam eſſe conditionem alicuius virtutis, quamuis perfecta ſecuritas ad prẽmium virtutis pertineat.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum bona fortunæ conferant ad magnanimitatem.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd bona fortunæ non conferant ad magnanimitatem: quia, vt Seneca dicit in lib. de Ira*, Virtus ſibi ſufficiens eſt: ſed magnanimitas facit omnes virtutes magnas, vt dictũ eſt*: ergo bona fortunæ non conferunt ad magnanimitatem.

¶ 2 Præt. Nullus virtuoſus contemnit ea quibus iuuatur: ſed magnanimus contemnit ea quæ pertinent ad exteriorem fortunam. Dicit enim Tullius in lib. de Offi*. quòd magnus animus in externarum rerũ deſpicientia commendatur: ergo magnanimitas non adiuuatur à bonis fortunæ.

lib. 1. c. de Magnanimitate.

¶ 3 Præt. Ibidem Tullius ſubdit quòd ad magnanimum pertinet, ea, quæ videntur acerba, ita ferre, vt nihil à ſtatu naturæ diſcedat, nec à dignitate ſapientis. Et Ariſt. dicit in 4. Ethi*. ꝙ magnanimus in infortuniis non eſt triſtis: ſed acerba, & infortunia opponuntur bonis fortunæ, quælibet enim triſtatur de ſubtractione eorum quibus iuuatur: ergo exteriora bona fortunæ non conferunt ad magnanimitatem.

Ca. 3. to. 5.

SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in quarto Ethic*. quòd bona fortunæ videntur conferre ad magnanimitatem.

Ca. eodem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ſicut ex ſupradictis patet*, magnanimitas ad duo reſpicit: ad honorem quidem, ſicut ad materiam: & ad aliquid magnum operandum, ſicut ad finem. Ad vtrunque autem iſtorum bona fortunæ cooperantur. Quia enim honor virtuoſis non ſolum à ſapientibus, ſed etiam à multitudine exhibetur, quæ maxima reputat huiuſmodi exteriora bona fortunæ, fit ex conſequenti, vt ab eis maior honor exhibeatur his, quibus adſunt exteriora bona fortunę. Similiter etiam ad actus virtutum organicè bona fortunæ deſeruiunt: quia per diuitias & potentias, & amicos, datur nobis facultas operãdi. Et ideo manifeſtum eſt, quòd bona fortunæ conferunt ad magnanimitatem.

Ar. 1 huius q.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd virtus ſibi ſufficiens

eſſe

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ trigeſimæ Articulum primum.*

IN arti. primo, quæſt. 130. in reſponſione ad primum, circa illud, Præſumptuoſum eſſet quòd aliquis in ſtatu imperfectæ virtutis attentaret aſſequi ſtatim ea, quæ ſunt perfectę virtutis, dubium occurrit ex Martino, in tractatu dictę q. 1. de præſumptione: vbi tripliciter contra hoc dictũ vniuerſaliter intellectum arguit. Primò, quia hiſtoriis eccleſiaſticis nõ conſonat, dum multos legimus in ſtatu imperfectæ virtutis volaſſe ad eremũ aut religionem: alios expoſuiſſe ſe martyrio pro fide Chriſti. Secundò, quia non conſonat rationi morali. Nam cuiuſlibet virtutis moralis actus, eſt in plena facultate liberi arbitrij adiuti ſpecialiter a Deo, ergo exiſtens in ſtatu imperfectæ virtutis, poteſt appetere opus perfectæ virtutis. Tertiò, quia opus perfectum, per quod generatur perfectus habitus, præcedit habitum perfectũ. Ergo opus perfectum habetur pro tempore pro quo non habetur adhuc niſi habitus imperfectus. Non eſt ergo præſumptuoſum vniuerſaliter, quòd aliquis habens inperfectum habitum attentet opus perfectæ virtutis.

Suprà q. 21. art. 2. ad 1. et q. 70. art. 3. ad 2.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quòd verba Autoris ſunt vniuerſaliter vera, ſanè tamen intellecta, vt intelligi debent. Notanda ſiquidem ſunt verba literæ. Vnde ad primam obiectionem dicitur, quòd illi qui ad eremum aut religionem abſque præſumptione ingreſſi ſunt, non attendebant ſtatim aſſequi ea, quæ ſunt perfectæ virtutis, ſed attentarunt viam perfectæ virtutis: quod in litera approbatur manifeſtè.

cap. 7.

cap. 2.

Religio enim ſchola eſt virtutis perfectæ, non profeſſio perfectæ virtutis. Qui autem martyrio ſe expoſuerunt, licet quo ad nos viderentur eſſe imperfectæ virtutis, vtpote inchoantes: quo ad Deum tamen erant perfectæ virtutis: ipſo Domino atteſtãte, Maiorem charitatem nemo habet. Charitas ſiquidem vnius incipientis poteſt eſſe maior charitate alterius, qui multo tempore profecit: quoniam vnicuique datur charitas ſecundum menſuram donationis Chriſti, & non eſt menſura aliqua initij. Similiter illi, qui ſtatim ad ſolitariam vitam rectè proceſſerunt, à perfecta virtute incœperunt: vt Antonius & Benedictus, propter iam dictam diuinæ largitatis menſuram, quæ vni tantum tribuit in initio, quantum non habebit alius poſt quadraginta annos in religione.

eſſe dicitur: quia ſine his etiam exterioribus bonis eſſe poteſt. Indiget tamẽ his exterioribus bonis ad hoc, quòd expeditius operetur.

¶ Ad ſecũdum dicendum, quòd magnanimus exteriora bona contemnit, inquantum non reputat ea bona magna, pro quibus debeat aliquid indecens facere. Non tamen quantum ad hoc contemnit ea, quin reputet ea vtilia ad opus virtutis exequendum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quicunq; non reputat aliquid magnum, neque multum gaudet, ſi illud obtineat: neque multum triſtatur, ſi illud admittat. Et ideo quia magnanimus non æſtimat exteriora bona, ſcilicet bona fortunæ, quaſi aliqua magna: inde eſt, quòd nec de eis multum extollitur, ſi adſint, neq; in eorũ amiſsione multum deiicitur.

QVÆSTIO CENTESIMA-trigeſima, de Præſumptione, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de vitiis oppoſitis magnanimitati. Et primò de illis, quæ opponuntur ſibi per exceſſum, quæ ſunt tria, ſcilicet præſumptio, ambitio, & inanis gloria. Secũdò, de puſillanimitate, quæ opponitur ei per modum defectus.

¶ Et circa primum quæruntur duo.

¶ Primò vtrum præſumptio ſit peccatũ.

¶ Secundò, vtrum opponatur magnanimitati per exceſſum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum præſumptio ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd præſumptio non ſit peccatum. Dicit enim Apoſtolus ad Philip. 3. Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad anteriora me extendo. Sed hoc videtur ad præſumptionẽ pertinere, quòd aliquis tendat in ea, quæ ſunt ſuprà ſeipſum: ergo præſumptio non eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Philoſophus dicit in 10. Ethi*. quòd oportet non ſecundum ſuadentes humana ſapere hominem entem, neque mortalia mortalem: ſed inquantum contingit immortalẽ facere. Et in 1. Meta*. dicit, quòd homo debet ſe trahere ad diuina inquantum poteſt. Sed diuina & immortalia maximè videntur eſſę ſuprà hominem. Cùm ergo de ratione præſumptionis ſit, quòd aliquis tendat in ea quæ ſunt ſ̃ ſeipſum, videtur quòd præſumptio non ſit peccatum, ſed magis ſit aliquid laudabile.

¶ 3 Præterea, Apoſtolus dicit 2. ad Cor. 3. Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare à nobis quaſi ex nobis. Si ergo præſumptio, ſecũdum quam aliquis nititur in ea, ad quæ non ſufficit, ſit peccatum, videtur quòd hõ nec cogitare aliquid bonum licitè poſſit: quod eſt inconueniens. Non ergo præſumptio eſt peccatum.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Eccleſ. 37. O præſumptio nequiſsima, vnde creata es? Vbi reſpondet gloſ. de mala ſcilicet voluntate creaturæ. Sed omne quod procedit ex radice malæ voluntatis, eſt peccatum. ergo præſumptio eſt peccatum.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ cùm ea quæ ſunt ſecundum naturam, ſint ordinata ratione diuina, quam humana ratio debet imitari, quicquid ſecundum rationem humanam ſit, quod eſt contra ordinem cõmuniter in naturalibus rebus inuentum, eſt vitioſum & peccatũ. Hoc autem cõmuniter in omnibus rebus naturalibus inuenitur, quòd quælibet actio commenſuratur virtuti agẽtis. Nec aliquod agens naturale nititur ad agendum id, quod excedit ſuam facultatem. Et ideo vitioſum eſt, & peccatum, quaſi cõtra ordinem naturalem exiſtẽs, quòd aliquis aſſumat ad agendũ ea, quæ præferũtur ſuæ virtuti: quod pertinet ad rationem præſumptionis: ſicut & ipſum nomen manifeſtat. Vnde manifeſtum eſt quòd præſumptio eſt peccatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nihil prohibet aliquid eſſe ſuprà potentiam actiuam alicuius rei naturalis, quod non eſt ſuprà potentiam paſsiuã eiuſdẽ. Ineſt enim aeri potentia paſsiua, per quam poteſt tranſmutari in hoc quod habeat actionem, & motum ignis, quæ excedunt potentiam actiuam aeris. Sic etiam vitioſum eſſet & præſumptuoſum, quòd aliquis ĩ ſtatu imperfectę virtutis exiſtens, attentaret ſtatim aſſequi ea quæ ſunt perfectæ virtutis. Sed ſi quis ad hoc tendat, vt proficiat in virtutem perfectam, hoc non eſt præſumptuoſum nec vitioſum. Et hoc modo Apoſtolus in anteriora ſe extendebat, ſcilicet per cõtinuum profectum.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ diuina, & immortalia ſecundũ ordinẽ naturæ ſunt ſupra hominẽ. Homini tamẽ ineſt quædã potẽtia naturalis, ſ. intellectus, per quam poteſt coniungi immortalibus, & diuinis. Et ſecundũ hoc Philo. dicit* ꝙ oportet hominẽ ſe trahere ad immortalia & diuina: non quidem vt ea operetur quæ decet Deũ facere, ſed vt eis vniatur per intellectum & voluntatem.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd ſicut Philoſophus dicit in 3. Ethico*. quæ per alios poſſumus, aliqualiter per nos poſſumus. Et ideo quia cogitare & facere bonum poſſumus cum auxilio diuino, non totaliter hoc excedit noſtram facultatem. Et ideo non eſt præſumptuoſum, ſi aliquis ad aliquod opus virtuoſum agẽdum intendat. Eſſet autem præſumptuoſum ſi ad hoc aliquis tenderet abſque fiducia diuini auxilij.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum præſumptio opponatur magnanimitati per exceſſum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd præſumptio nõ opponatur magnanimitati per exceſſum. Præſumptio enim ponitur ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum, vt ſuprà habitum eſt*, ſed peccatum in ſpiritũ ſanctum non opponitur magnanimitati, ſed magis charitati: ergo etiam neque præſumptio opponitur magnanimitati.

¶ 2 Præterea, Ad magnanimitatem pertinet, quod aliquis ſe magnis dignificet: ſed aliquis dicitur præſumptuoſus etiam ſi ſe paruis dignificet, dummodo hoc excedat propriam facultatem Non ergo directè præſumptio opponitur magnanimitati.

¶ 3 Præterea, Magnanimus exteriora bona reputat quaſi parua: ſed ſecundũ Philoſophũ in 4. Ethi*. præſumptuoſi propter exteriorem fortunã fiunt deſpectores, & iniuriatores aliorũ, quaſi magnũ aliquid æſtimantes exteriora bona. ergo

¶ Ad ſecundam dicitur quòd ſoluit ſeipſam in hoc, quòd dicit, ſpecialiter adiuti à Deo. Quilibet enim quantumcunque imperfectæ virtutis ſi ſpecialiter adiuuatur à Deo ad opus aliquod quãtumcunque magnũ, poteſt abſque præſumptione tendere in illud. Autor autem loquitur de imperfectæ virtutis homine abſque alia appoſitione auxilij ſpecialis.

¶ Ad tertiam autem dicitur primò, quòd falſum eſt opus perfectum præcedere habitum perfectum Eſt enim oppoſitum verum. Fabricando ſiquidem imperfectè fabri ſimus, & fabricamus, poſt perfectè. Et ſimiliter cantando, & pulſando, imperfectè, muſici ſimus, & pulſamus perfectè, vt experientia teſtatur. Generant autem imperfecti actus habitum perfectum in virtute ſuperioris principij, vt in præcedenti libro dictum eſt. Dicitur nihilominus ſecundo quòd aliud eſt habere actum perfectum ante perfectum habitum: & aliud eſt poſt imperfectam virtutem ſtatim attentare ea quæ ſunt perfectæ virtutis. Stat enim quòd poſt imperfectam virtutem multo ſtudio, exercitio, & conatu, habeat quis aliquem actum quaſi perfectum ante per fectam virtutem: & ſic non præſumet: quia non ſtatim attentat.

Loco citato in arg.

¶ *Super Quæſtionis centeſimætrigeſimæ Articulum ſecundum.*

cap. 3.

IN articulo ſecundo eiuſdem quæſtionis in reſponſione ad primum, dubium occurrit ex Martino ibi quæſtione ſecũda, circa oppoſitionem præſumptionis, de qua in litera fit mentio, ad magnanimitatem & charitatem. Et primò arguit, quòd talis præſumptio qualis in litera deſcribitur, non opponitur magnanimitati: quia nullus affectat contemptum diuinæ iuſtitiæ tanquam rem honorabilem: ergo non eſt præſumptio oppoſita magnanimitati. Secundò, quod non opponitur proprie charitati: quia magis opponitur ſpei.

Infrà q. 133. artic. 1. cor. & mal. q. 8. ar. 3. di. 1.

Secundum enim Autorem in quæſt. de malo, præſumptio eſt inordinata ſpes.

Q. 14. art. 2. & q. 21 art. 1.

Tertiò, inordinata confidentia de diuina miſericordia non opponitur magnanimitati: ergo. Probatur aſſumptum: quia non eſt reſpectu arduorum agendorum, ſed reſpectu impunitatis in extremo iudicio.

¶ Ad hoc dicitur, quòd præſumptio qua quis inordinatè confidens de diuina miſericordia, contemnit diuinam iuſtitiã: & ratione radicis, & ratione ipſius contemptus

cap. 3.

præsumptio non opponitur magnanimitati per excessum, sed solũ per defectũ.

¶SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2*. & 4*. Ethic. quòd magnanimo opponitur per excessum chaynus, id est, furiosus vel ventosus, quem nos dicimus præsumptuosum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, magnanimitas consistit in medio: non quidem secundũ quantitatẽ eius, in quod tendit, quia tẽdit in maximum: sed constituitur in medio secũdum proportionem ad propriã facultatem. Non enim in maiora tendit quàm sibi cõueniat. Præsumptuosus autem quantum ad id in quod tendit, non excedit magnanimum: sed multum quãdoque ab eo deficit. Excedit autem secũdũ proportionem suæ facultatis, quã magnanimus non transcendit. Et hoc modo opponitur præsumptio magnanimitati per excessum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nõ quęlibet præsumptio ponitur peccatum in Spiritum sanctum: sed illa, qua quis diuinam iustitiam contẽnit ex inordinata confidentia diuinæ misericordię. Et talis præsumptio ratione materiæ, inquantum s. per eam contemnitur aliquid diuinum, opponitur charitati vel potius dono timoris: cuius est Deũ reuereri. Inquantum tamen talis contemptus excedit proportionem propriæ facultatis, potest opponi magnanimitati.

¶Ad secundũ dicendum, quòd sicut magnanimitas, ita & p̃sumptio in aliquod magnum tendere videtur. Non em̃ multum consueuit dici aliquis præsumptuosus si in aliquo modico vires proprias transcendat. Si tamen talis pręsumptuosus dicatur, hæc præsumptio nõ opponitur magnanimitati, sed illi virtuti, q̃ est circa mediocres honores, vt dictũ est*.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ nullus attentat aliquid supra suam facultatẽ, nisi inquantum facultatem suam æstimat maiorem quàm sit. Circa quod potest esse error dupliciter. Vno modo, secundum solam quantitatem: puta cùm aliquis æstimat se habere maiorẽ virtutem, scientiam, vel aliquid aliud huiusmodi, quàm habeat. Alio modo, secundum genus rei: puta, cùm aliquis ex hoc æstimat se magnum, & magnis dignum, ex quo nõ est: puta, propter diuitias, vel propter aliqua bona fortunæ. Vt enim Philoso. dicit in quarto Ethicorum*, qui sine virtute talia bona habent, neque iustè magnis seipsos dignificant, neque rectè magnanimi dicuntur. Similiter etiam illud ad quod aliquis tendit supra vires suas, quandoque quidem secundum rei veritatem est magnũ simpliciter: sicut patet de Petro, qui tendebat ad hoc, quòd pro Christo pateretur, quod erat supra virtutẽ suam. Quandoque verò non est aliquid magnum simpliciter, sed solum secundum stultorum opinionẽ: sicut pretiosis vestibus indui, despicere, & iniuriari aliis: quod quidem pertinet ad excessum magnanimitatis: non secundum rei veritatem, sed secũdum opinionem. Vnde Seneca dicit in libro de Quatuor virtutibus*, quòd magnanimitas si se extra modum suum extollat, faciet virum minacem, inflatum, turbidum, inquietum, & in quascunque excellentias dictorum factorúmque neglecta honestate festinum. Et sic patet quòd præsumptuosus secundum rei veritatem quandoque deficit à magnanimo: sed secundum apparentiam in excessu se habet.

Ca. de moderanda fortitudine.

QVÆSTIO CENTESIMA-trigesimaprima, de Ambitione, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ambitione.

¶Et circa hoc quærũtur duo.

¶Primo, vtrũ ambitio sit peccatum.

¶Secundo, vtrum opponatur magnanimitati per excessum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum ambitio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ambitio non sit peccatum. Importat enim ambitio cupiditatẽ honoris. Honor autem de se quoddam bonum est, & maximum inter exteriora bona. Vnde & illi qui de honore nõ curant, vituperantur: ergo ambitio non est peccatum, sed magis aliquid laudabile, secundum quod bonum laudabiliter appetitur.

¶2Præt. Quilibet absque vitio potest appetere illud, quod sibi debetur pro præmio: sed honor est præmium virtutis, vt Philosophus dicit in primo*, & octauo Ethicorum. Ergo ambitio honoris non est peccatum.

lib. 3. cap. 1. & li. 4. cap. 3.

¶3Præt. Illud per quod homo prouocatur ad bonum, & reuocatur à malo, non est peccatum: sed per honorem homines prouocantur ad bona facienda, & mala vitanda, sicut Philosophus dicit in tertio Ethic*. quòd fortissimi videntur esse, apud quos timidi sunt inhonorati, fortes autem honorati. Et Tullius dicit in lib. de Tusculanis quæstionibus*, quòd honor alit artes. Ergo ambitio non est peccatum.

cap. 8. *lib. 1. non longe à princip.*

¶SED CONTRA est, quod dicitur ad Corinthios decimotertio, quòd charitas non est ambitiosa: non quærit quę sua sunt. Nihil autem repugnat charitati nisi peccatũ. Ergo ambitio est peccatum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, honor importat quandam reuerentiam alicui exhibitam in testimonium excellentiæ eius. Circa excellentiam autem hominis duo sunt attendenda. Primò, quidem, quòd illud secundum quod homo excellit, non habet homo à seipso, sed est quasi quiddã diuinum in eo. Et ideo ex hoc non debetur sibi principaliter honor, sed Deo. Secundò, considerandum est, quòd illud in quo hõ excellit, datur homini à Deo, vt ex eo aliis prosit. Vnde in tantum debet homini placere testimonium suæ excellentiæ, quod ab aliis exhibetur, inquantum ex hoc paratur sibi via ad hoc quòd aliis prosit. Tripliciter autem appetitum honoris contingit esse inordinatum. Vno modo, per hoc quòd aliquis appetit testimonium de excellentia, quam non habet: quod est appetere honorem supra suam proportionẽ. Alio modo, per hoc quòd honorem sibi cupit non referendo in Deum. Tertio, per hoc quòd appetitus in ipso honore quiescit, nõ referẽs honorem ad vtilitatem aliorum. Ambitio autem importat inordinatum appetitum honoris. Vnde manifestum est, quòd ambitio semper est peccatum.

Q. 63. art. 3. & q. 103. art. 1.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ appetitus boni debet regulari secundum rationem: cuius regulam si transcendat, erit vitiosus. Et hoc modo vitiosum est, quòd aliquis honorem appetat non secundum ordinem rationis. Vituperantur autem qui non curant de honore, secundum quòd ratio dictat, vt s. nõ vitẽt ea, quæ sunt contraria honori.

¶Ad secundum dicendum, quòd honor non est præmium virtutis quo ad ipsum virtuosum, vt scilicet hoc pro præmio expetere debeat. Sed pro præmio expetit beatitudinem, quæ est finis virtutis. Dicitur autem esse præmium virtutis ex parte aliorũ, qui non habẽt aliquid maius, quod virtuoso retribuant, quàm honorem, qui ex hoc ipso magnitudinem habet, quòd perhibet testimonium virtuti. Vnde patet quòd non est sufficiens præmium: vt dicitur in 4. Ethic*.

D. 710. *lib. 1. ca. 3.*

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut per appetitum honoris, quando debito modo appetitur, aliqui prouocantur ad bonum & reuocantur à malo: ita etiam si inordinatè appetatur, potest esse homini occasio multa mala faciendi: dum scilicet aliquis non curat qualitercunque honorẽ consequi posit. Vnde Sallustius dicit in Catilinario*, quòd gloriam & honorẽ & imperium bonus & ignauus æquè sibi exoptant. Sed ille s. bonus, vera via vtitur. Huic, scilicet ignauo, quia bonæ artes desunt, dolis atque fallaciis contendit. Et tamen illi qui solum propter honorem vel bona faciũt, vel mala vitant, non sunt virtuosi, vt patet per Philosophum in tertio Ethicorum*, vbi dicit, quòd non sunt verè fortes, qui propter honorem fortia faciunt.

Non longe à prin. *cap. 8.*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum ambitio opponatur magnanimitati per excessum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ambitio nõ opponatur magnanimitati per excessum. Vni enim medio non opponitur ex vna parte nisi vnum extremum: sed magnanimitati per excessum opponitur præsumptio, vt dictum est*: ergo non opponitur ei ambitio per excessum.

Q. præc. ar. 2.

¶2Præt. Magnanimitas est circa honores, sed ambitio videtur pertinere ad dignitates. Dicitur enim secundi Macha. 4. quòd Iason ambiebat summum sacerdotium. Ergo ambitio non opponitur magnanimitati.

¶3Pręt. Ambitio videtur ad exteriorem apparatum pertinere. Dicitur enim Actuum vigesimoquinto, quod Agrippa & Bernice cum multa ambitione introierunt prætorium. Et secundi Paralipomenon decimosexto, quòd super corpus Asa mortui combusserũt aromata & vnguenta ambitione nimia. Sed magnanimitas nõ est circa exteriorem apparatũ: ergo ambitio non opponitur magnanimitati.

¶SED CONTRA est quod Tullius in 1. de Offic*. dicit, quòd sicut quisque magnitudine animi excellit, ita maximè vult omniũ princeps esse solus: sed hoc pertinet ad ambitionem: ergo ambitio pertinet ad excessum magnanimitatis.

ca. de Fortitudine.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, ambitio importat appetitum inordinatum honoris. Magnanimitas autem est circa honores, & vtitur eis secundum quod oportet. Vnde manifestum est quòd ambitio opponitur magnanimitati, sicut inordinatum ordinato.

Art. præc.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ magnanimitas ad duo respicit: ad vnum quidem, sicut ad finem intentum: quod est aliquod magnum opus, quod magnanimus attentat secundum suam facultatem. Et quantum ad hoc, opponitur magnanimitati per excessum: præsumptio enim attentat aliquod magnum opus supra suam facultatem. Ad aliud autem respicit magnanimitas, sicut ad materiam qua debite vtitur*, scilicet ad honorem. Et quantum ad hoc opponitur magnanimitati per excessum ambitio. Non est autem inconueniens secundum diuersa esse plures excessus vnius medij.

---

manifestè opponitur magnanimitati. Radicis quidem, quia talis vt sic, dignificat se magnis quibus non est dignus. Dignificat se siquidem diuina adoptione, & visiõe, quibus nõ est dignus Ratione verò contẽptus: quia ipsum contẽnere est actus magnus excedens facultatem hominis talis: quia contemnere vindicatiuam iustitiam est hominis sancti & iusti. Vnde patet responsio ad primum. Quilibet enim præsumptuosus contemnens, exercet ipsum actũ vt magnum & honorabilem, vtpote vt actum iam securi de Deo. Et similiter patet responsio ad tertium: quia arduissimum agendum, est regnare cũ Christo, videre Deum, assequi opera felicitatis æternæ, quæ iste sperat. Ad secundum verò ex litera patet, quòd non dicitur opponi simpliciter charitati, sed ratione materiæ, inquantum scilicet est aliquid diuinum: quod nõ impugnatur ab argumento.

cap. 7. *cap. 3.* *Q. præc. ar. 3. ad 1.*

¶ Super Quæstionis centesimæ trigesimæprimæ Articulum primum.

IN articulo primo q. 131. dubium primò occurrit circa illud, Id in quo homo excellit, datur homini à Deo, vt ex eo aliis prosit. Videtur enim dici hoc sine ratione aliqua. Nec apparet verum: quoniam quandoque datur homini vt in seipso perfectior sit.

¶ Dubium secundò occurrit circa distinctionẽ trimembrem inordinati appetitus honoris an sit sufficiens. Inquit enim Martinus in prima quæstio. de ambitione, quòd videntur sibi esse alij modi præter istos. Vnde quatuor modos ponit, scilicet ratione quantitatis, finis, mediorum, & vehementię. Sub his siquidem modis tribus in litera assignatis, non comprehenditur ambitio digni secũdum se aliquo honore, sed indigni: quia habet digniorem se illo honore, qui non potest vtrique dari, vt est honor episcopalis, &c. Et similiter nec ambitio eius, qui per quæcunque media quærit honorem, quo dignus est. Et similiter nec ambitio eius, qui vehementius affectat vel quærit, quàm oporteat.

Q. præc. ar. 2c.

¶Dubium tertiò est circa veritatem tertij membri distinctionis dictæ. Videtur siquidem rationi cõsonum quòd si quis appetat honorem suæ virtuti debitum, ea ratione, quia sibi est debitus, vt habenti talem virtutem, non referendo aliter ad vtilitatem aliorũ, in nullo à rectitudine declinet. Sicut appetens pecuniam sibi debitam, quia est sibi debita, in nullo peccat.

cap. 3.

¶Dubium quartò est, an istæ relationes honoris in Deum, & proximum in litera positę requirantur actualiter an habitualiter. Et est ratio dubij, quia requiri actualiter nimis durum est & intolerabile: cùm frequentissimè honoremur absque cogitatione aliqua de Deo, & proximo. Habitibus autem nec meremur, nec demeremur, vt patet in dormientibus, & vigilantibus, quando non actualiter vtuntur habitibus quos habent.

¶Ad primum dubium dicitur, quòd cùm bonum sit naturaliter suiipsius diffusiuum, ex hoc ipso quòd aliquis constituitur à Deo in aliquo bono excellentiori, constituitur ad hoc, vt prosit aliis. Debẽt enim superiora in inferiora diffundi Et quoniam ratio ista in promptu clara erat, ideo Autor non adiecit rationem in dicto tam vero & rationabili: præsertim quum Deus vniuersi curam habens, vniuersi partes diffundat, vt suapte natura communicabiles sint. Constat autẽ ꝙ perfectiora in seipsis nata sunt aliis prodesse. Ad hoc igitur à Deo facta sunt perfectiora, vt aliis prosint: & non solum vt in seipsis perfectiora sint. Ex hoc enim ipso ꝙ constituta sunt superiora ratione excellentiæ, instituta sunt vt inferioribus non solum præsint, sed prosint: vt sic omnia suauiter disposita inueniantur.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd distinctio trimembris in litera facta sufficiens videtur, ita quòd omnis inordinatus appetitus honoris ad aliquod membrum illius reducitur. Nam appetitus honoris, quo quis secundum se dignus est, sed ratione præiudicij alterius dignioris redditur illicitus, ad primum membrũ spectat: quo quis appetit honorari de excellentia quam non habet. Multipliciter siquidem contingit non habere excellentiam aliquam: primò absolutè: secundò relatiuè. Verbi gratia, Ego absolutè sum dignus episcopatu: quia tamen est alter magis dignus illo episcopatu, ego non sum dignus respectiuè ad illum. Ac per hoc si tunc appeto honorem episcopalem, appeto testimonium excellentiæ, quam non habeo: quoniam appeto testimoniũ dignioris, cùm tamen non sim dignior. Et similiter cùm quis absolutè dignus multis dignitatibus, quia tamen sunt multi digni, qui ex coaceruatione dignitatum in vnum hominẽ, priuantur illis, non appetit licitè tot dignitates: quia appetit testimoniũ excellentiæ, quam non habet, scilicet dignioris, cùm non sit dignus respectiuè ad tot dignos, qui propterea contemnuntur. Qui autem per indebita media affectat aut quærit honorem, sub eodem membro clauditur: quandoquidem eo ipso quòd per illicita media appetit aut quærit, indignus fit: ac per hoc quærit honorem quo non est simpliciter dignus nunc, licet aliàs esset dignus, si non per talia media quæreret. Qui demum magis affectat honorem, quàm oporteat, ad idem membrum reducitur: pro quanto excellentia quam habet, vehementiam appetitus non adæquat, sed exceditur ab ipsa.

¶Ad euidentiam tertij & quarti dubij aduertendum est, quod honor cùm sit in genere bonorum vtilium quo ad hoc, quòd propter aliud est appetibilis, ad hoc quod ordinatè appetatur aut delectet, oportet quòd referatur in debitum finem, ad quem ordinandus est Et quia ordinatur ad excellentiam hominis: est enim honor testimonium excellentiæ, & excellentia ordinatur ad vtilitatem aliorum: ideo de primo ad vltimum honor mihi exhibitus ordinatur ad vtilitatem aliorum. Et similiter quia excellentia mea est principaliter à Deo, ideo honor exhibitus meæ excellentiæ, ordinatur principaliter ad Deum vt autorem excellentiæ illius. Et hæc sunt proculdubio vera. Sed quod difficultatem ingerit, est quia non oportet omnem rectum vsum alicuius referre in omne id, ad quod natum est referri: sed sufficit quòd referat illud ad aliquem licitum finem, in quem est natum ordinari. Verbi gratia, Pecunia ordinatur principaliter ad commutationem, & potest secundariò ordinari ad depositionem vel aliqd aliud. Nec oportet ꝙ quilibet vtẽs pecunia, commutet: sed sufficit quòd ordinet ad aliquem licitum finem. Ita in proposito honor ordinatur ad tres, scilicet ad Deum vt actorem excellentiæ: & ad personam excellentem, vt habentem illam: & ad proximos, vt prosit illis. Si is qui excellit, appetit honorem aut delectatur honore infra proprios limites, scilicet pręcisè, vt habens excellentiam, ex hoc ipso reseruat locum suum Deo, vt autori: & proximis, vt quibus prosit: quoniam relinquit honori relationes quas habet, ex hoc ipso quòd non vsurpat aut despicit relationem illius honoris ad Deum aut proximos. Intelligo igitur ego, esse inordinatum appetitum honoris propter non referre in Deũ, vt actorem: & proximos, vt quibus prosit, si non referre sumitur contrariè aut priuatiuè: & non si sumitur purè negatiuè. Notanter autem dico in Deum, vt actorem excellentiæ, hoc est, vt ipse principaliter honoretur tanquam autor excellẽtiæ, quoniam non est hic sermo de Deo vt est finis vltimus omnium. Hoc enim non est de propriis huiusmodi quæstionis, sed de communibus circumstantiis omnium humanorum operum. Non enim video me, cùm honoror, teneri ad aliud quàm ad referendum honorem mihi exhibitum in finem proportionatũ. Constat autem quòd ego, vt habens excellentiã dignam tali honore ad hoc, tunc sum proximus & commensuratus finis, ad quem suapte natura honor ordinatur. In nullo igitur pecco, si omitto relationes ad Deum vt actorem, & proximos: quoniam præceptum affirmatiuũ de his relationibus exercendis nulla ratione probatur quod obliget pro tunc, nisi aliqua alia necessitas subsit. Sicut cùm appeto aut recipio pecuniam mihi debitam teneor referre eam ad talem vel talem vsum: peccatum autem esset, si homo intantum delectaretur honore, vt non curaret an honoretur Deus vt actor, dummodo ipse habens honoretur. Et similiter pro nihilo haberet an honor vtilis esset proximis, dummodo ipse honoraretur. Hoc enim esset quasi priuare, quantum est ex parte sui affectus, Deum & proximos relationibus debitis ad illos, dum in affectu contemnuntur. Hoc enim esset quiescere in ipso honore, & proprios egredi limites cum affectu ad demolitionem aliorum. Vnde patet solutio tertij dubij & quarti, scilicet quod istæ relationes non exiguntur actualiter nec habitualiter in speciali ad euitandum peccatum: quamuis exigi videantur virtualiter ad hoc, quod appetitus honoris sit meritorius æternæ vitæ: quia charitas virtualiter omnia meritoria suauiter disponit. Sed declinare ab aliqua harum relationum siue contrariè siue priuatiuè peccatum constituit ambitionis.

¶In eodem primo articulo in responsione ad secundum, dubium occurrit ex Martino ibidem, in quæstione prima de ambitione, dicente quod hæc responsio non placet: tum quia non est verum quod virtutis præmium sit beatitudo æterna, sed solùm virtutis meritoriæ: tum quia solutio hæc non eneruat, sed corroborat argumentum. Nam si honor est præmium insufficiens virtutis, non sequitur quod appetitus eius sit inordinatus: imo oppositum, quia si aliud non obstet, videtur sequi quòd quãtuscunque honor appeti potest ab habente exiguam valde virtutem.

¶Ad hoc dicitur, quòd prima obiectio peccat: tum quia Autor non dicit, Virtutis præmium est beatitudo æterna, sed beatitudo: sicut Philosophus posuit finem omnis virtutis felicitatem. Nec obstat quòd ipsa felicitas sit actus virtutis perfectissimæ, quoniam sicut inordinatus animus sibiipsi est pœna, ita felicitas est præmium felicis animi. tum quia apud Theologum virtus non meritoria non est virtus, nisi secundum quid in statu naturæ lapsæ: quia non est dispositio perfecti ad optimum simpliciter.

¶Ad secundam verò obiectionem dicitur, quòd ex hoc ipso quòd honor negatur virtutis præmiũ simpliciter, & affirmatur virtutis præmium secundum quid ex parte aliorum, satis habetur quòd honor non est de numero bonorum simpliciter, sed vtilium: ac per hoc quòd appetitus eius non est ordinatus, si est appetitus eius vt finis. Et hoc sufficit ad solutionem argumenti volentis, quod appetitus honoris sit appetitus licitus, quia est appetitus præmij virtutis, quod habet rationem finis. Habetur nihilominus ad perfectionem doctrinæ hinc, quod appetitus honoris si debet esse ordinatus, debet esse vt appetitus boni vtilis, qui debet esse secundum commensurationem ad finẽ, & non in infinitum, vt patet vniuersaliter de recto appetitu vtilium. Et propterea nõ potest quicunque habens virtutem, appetere quantumcunque honorem, sed commensuratum secundum patriæ morem virtuti illi. Honor enim cùm ab aliis exhibeatur excellentiæ alicui, diuersis excellentiis diuersi honores accõmodati sunt. Et propterea appetitus rectus non est qui incommensuratum suæ virtuti honorem appetit. Et quamuis nullus honor sit cuicunque virtuti sufficiens simpliciter præmiũ, est tamen tali virtuti, ab hominibus talibus, talis honor sufficiens, vt testimonium humanum: & tali virtuti, talis alius honor, & sic de aliis. Et propterea vitiosum esset, si doctor in Theologia vellet honorari, vt Imperator triumphans, & sic de aliis.

¶ Super Quæstionis centesimæ trigesimæprimæ Articulum secundum.

IN artic. 2. eiusdem quæstionis in responsione ad primum, dubium occurrit ex Martino ibidem, in quæstione secunda discedente ab hac solutione, propterea quia distinguit magnanimitatem in multas magnanimitates, puta in eam quæ habet pro obiecto rem honorabilem, puta dignitatem: & eam quæ habet pro obiecto honorem, sicut illa qua quis cupit honorem suæ dignitati debitum. Et ideo concludit, quod nec ambitio, nec præsumptio, cuilibet magnanimitati opponitur, &c.

¶Ad hoc dicitur, quòd iste homo in hoc videtur deceptus, quod distinguit magnanimitatem in species, vbi debet distingui in actum, vt est circa obiectum, & actum, vt est circa materiam: vt in litera fit. Magnanimitas siquidem vt est appetitus magnorum operum, habet pro excessu præsumptionem. Et

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

ipſamet & non alia, vt appetitus eſt honoris, habet pro exceſſu ambitionem. Et ſimiliter vt eſt appetitus gloriæ, habet pro exceſſu inanem gloriam. Eadem ſiquidem eſt magnanimitas, habens pro fine opus magnum, & pro materia honorem & gloriam: rectèque ad omnia hæc ſe habet: ac per hoc ex cuiuſque horum defectu corrumpitur. Vnum eſt ergo medium magnanimitatis conſtitutum ex cauſa integra. Plures autem ſunt exceſſus diuerſorum concurrentium ad perfectionem illius vnius medij. Si verò eſſent diuerſæ magnanimitates ſecundum ſpeciem, non eſſet mediũ vnum: ſed quælibet haberet ſuum medium.

¶ Super Quæſtionis centeſimæ trigeſimæſecundæ Articulum primum.

Mal. q. 9. ar. 1. & 2. cor.

IN articulo primo quæſtionis centeſimæ trigeſimæſecundæ, dubium ex Martino in prima quæſtione, de inani gloria occurrit, impugnante quòd gloria largiori vocabulo ſignificat etiam notitiam ſolius ipſiuſmet, qui gloriatur: tum quia ſecundum omnes gloria importat alienam opinionem: tum quia ſecundo Rhetoricæ frequenter videtur poni bona opinio pro gloria: tum quia gloria inter externa bona habita eſt.

¶ Ad hoc dicitur, quòd omnia hæc facilè vnico verbo excluduntur, dicẽdo quòd loquuntur de gloria propriè. Largiori autem vocabulo, ſicut iuſtus eſt quis ſibiipſi, ita glorioſus eſt quis in ſua opinione.

libr. 1. non longè à princip.

¶ In eodem primo articulo circa ſufficientiam trium modorum in litera poſitorum de inani gloria, dubium ex Martino ibidem occurrit: dicente dari alios modos, ſ. cùm quis gloriam ſuam quærit cum alienæ gloriæ detrimento: & rurſus cùm quis nimis ardet amore gloriæ.

libr. 2. de inuẽt. fol. 3. ante fi. libri. Id habet Aug. li. 83. quæſt. 31. to. 4.

¶ Ad hoc dicitur, quòd hi duo modi ſpectant ad tertium modum in litera poſitum, qui eſt ex parte ipſius qui gloriam appetit. Omnes ſiquidem defectus & deformitates annexæ, non ex parte rei, de qua, vel eius à quo gloria quæritur, ſiue ſint finis, ſiue modi, ſiue damni, ſiue vtilis, & huiuſmodi, ex parte inordinati affectus illius, qui gloriã appetit, ſe tenent: quamuis Autor ſolam circunſtantiam finis & vtilis, vt pote principalem in hoc membro expreſſerit. Per hæc enim inſinuauit reliqua ex eodem capite procedentia ſcilicet ex parte appetentis. Sicut ad

ca. 13. to. 5. *Tract. 82 & 100.*

¶ Ad ſecundũ dicendũ, ꝙ illis, qui ſunt conſtituti in dignitate, propter quandã excellentiã ſtatus debetur honor. Et ſecundũ hoc inordinatus appetitus dignitatũ ꝑtinet ad ambitionẽ. Siquis eñ inordinatè appeteret dignitatẽ nõ ratiõe honoris, ſed ꝓpter debitũ dignitatis vſum, ſuã facultatem excedentẽ, nõ eſſet ambitioſus, ſed magis prǽſumptuoſus.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ ipſa ſolennitas exterioris cultus ad quendã honorẽ pertinet. Vnde & talibus conſueuit honor exhiberi. Quod ſignificatur Iacobi 2. Si introierit in conuentũ veſtrũ vir anulũ aureũ habens, in veſte candida, & dixeritis ei: Tu ſede hic, &c. Vnde ambitio non eſt circa exteriorem cultum, niſi ſecundum quòd pertinet ad honorem.

QVÆSTIO CENTESIMA-trigeſimaſecunda de Inani gloria, in quinque articulos diuiſa.

DEINDE conſiderãdum eſt de inani gloria.

¶ Et circa hoc quærũtur quinque.

¶ Primo, vtrum appetitus gloriæ ſit peccatum. ¶ Secundo, vtrum magnanimitati opponatur. ¶ Tertio vtrum ſit peccatũ mortale. ¶ Quarto, vtrum ſit vitium capitale. ¶ Quintò, de filiabus eius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum appetitus gloriæ ſit peccatum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd appetitus gloriæ nõ ſit peccatum. Nullus enim peccat in hoc ꝙ Deo aſsimilatur, quinimo mandatur ad Epheſ. 5. Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſsimi. Sed in hoc ꝙ hõ q̃rit gloriã, videtur Deum imitari, qui ab hominib⁹ gloriã quęrit. Vnde dicitur Iſa. 43. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ, & omnẽ qui inuocat nomẽ meũ, in gloriã meam creaui eum. Ergo appetitus gloriæ nõ eſt peccatum.

¶ 2 Præt. Illud per quod aliquis prouocatur ad bonum, non videtur eſſe peccatũ: ſed per appetitum gloriæ homines prouocantur ad bonum. Dicit enim Tullius in lib. de Tuſcul. quæſtionibus *, ꝙ homines ad ſtudia impelluntur gloria. In ſacra etiam Scriptura promittitur gloria ꝓ bonis operibus, ſecundũ illud ad Ro. 2. His quidem, qui ſunt ſecundũ patientiã boni operis, gloriã & honorem. Ergo appetitus gloriæ non eſt peccatum.

¶ 3 Præt. Tull. dicit in ſua Rhet *. ꝙ gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. Et ad idem pertinet quod Ambroſ. * dicit quòd gloria eſt quaſi clara cũ laude notitia. Sed appetere laudabilem famam non eſt peccatum, quinimo videtur eſſe laudabile: ſecũdum illud Eccleſ. 41. Curam habe de bono nomine. Et ad Ro. 12. Prouidentes bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Ergo appetitus inanis gloriæ non eſt peccatum.

¶ SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit 5. de Ciuit. Dei *, Sanius videt, qui amorem laudis, vitium eſſe recognoſcit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd gloria claritatem quandã ſignificat. Vnde gloriari idem eſt quod clarificari: vt Aug. dicit ſuper Ioan *. Claritas autẽ & decor quandam habent manifeſtationẽ. Et ideo nomẽ Gloriæ propriè importat manifeſtationem alicuius de hoc, quod apud homines decorum videtur, ſiue illud ſit bonũ corporale aliquod, ſiue ſpirituale. Quia verò illud, quod ſimpliciter clarum eſt, à multis conſpici poteſt, & à remotis: ideo propriè per nomẽ Gloriæ deſignatur, ꝙ bonum alicuius deueniat in multorum notitiam & approbationem: ſecundum quod Salluſtius dicit in Catilinario, Gloriari ad vnum non eſt. Largius tamen accepto Glorię nomine non ſolùm conſiſtit in multitudinis cognitione, ſed etiam paucorum vel vnius, aut ſui ſolius: dũ ſ. aliquis propriũ bonum conſiderat, vt dignum laude. Quod autem aliquis bonum ſuum cognoſcat & approbet, non eſt peccatum. Dicitur enim primæ ad Corint. 2. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt: vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. Similiter etiam non eſt peccatum, quòd aliquis velit bona opera ſua ab aliis approbari. Dicitur enim Matth. 5. Luceat lux veſtra coram hominibus. Et ideo appetitus gloriæ de ſe nõ nominat aliquid vitioſum. Sed appetitus inanis vel vanæ gloriæ vitium importat. Nam quodlibet vanum appetere vitioſum eſt, ſecundum illud Pſal. 4. Vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendacium? Poteſt autem gloria dici vana tripliciter. Vno modo ex parte rei, de qua quis gloriam quærit, puta cùm quis quærit gloriam de eo quod non eſt: vel de eo quod nõ eſt gloria dignum, ſicut de aliqua re fragili & caduca. Alio modo, ex parte eius, à quo quis gloriam quærit: puta hominis, cuius iudicium non eſt certum. Tertiò, ex parte ipſius qui gloriam appetit, qui videlicet appetitum gloriæ ſuæ non refert in debitũ finem: puta ad honorẽ Dei, vel proximi ſalutem.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ ſicut Aug *. dicit ſuper illud Ioã. 13. Vos vocatis me Magiſter & Domine, & bene dicitis. Periculoſum eſt ſibi placere, cui cauendum eſt ſuperbire. Ille autem qui ſuper omnia eſt, quantumcunque ſe laudet, non extollit ſe. Nobis nanque expedit Deum noſſe, non illi. Nec eum quiſq; cognoſcit, ſi non ſe iudicet ipſe qui nouit. Vnde patet, quòd Deus ſuam gloriã non quærit propter ſe, ſed propter nos. Et ſimiliter etiam homo laudabiliter poteſt ad aliorum vtilitatem gloriam ſuam appetere: ſecundum illud Matt. 5. Videãt opera veſtra bona & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ gloria, quæ habetur à Deo, non eſt gloria vana, ſed vera. Et talis gloria bonis operibus in ꝓmium repromittitur: de qua dicitur ſecundæ ad Corint. 10. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Prouocantur etiam aliqui ad virtutum opera ex appetitu gloriæ humanæ: ſicut ex appetitu aliorum terrenorum bonorum. Non tamẽ eſt verè virtuoſus, qui propter humanam gloriam opera virtutis operatur, vt Aug. probat in 5. de Ciuitate Dei. *

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd ad perfectionem hominis pertinet, quòd ipſe cognoſcat. Sed quòd ipſe ab aliis cognoſcatur, nõ pertinet ad eius perfectionẽ. Et ideo non eſt per ſe appetendum. Poteſt tamen appeti inquãtum eſt vtile ad aliquid: vel ad hoc quòd Deus ab hominibus glorificetur: vel ad hoc quòd homines proficiãt ex bono, quod in alio cognoſcũt: vel

primum membrum, ſcilicet ex parte rei, reducitur omnis defectus ex parte rei, de qua maior gloria quæritur.

non longe à princ. et 104. non procul à fine.

¶ In eodem primo articulo dubium occurrit circa ſecundum membrum inanis gloriæ, ſcilicet quòd gloria eſt inanis ex parte eius à quo quis gloriam quærit, puta hominis, cuius iudicium non eſt certum. Videtur ſiquidem hoc falſum. Nam ſi gloria quæſita ab homine ex hoc ipſo quod quæritur ab homine, eſt vana, ac per hoc deformis, ſequitur quòd nulla ratione ſine peccato poteſt quæri gloria ab homine: ac per hoc non liceret appetere gloriam humanã propter profectum aliorum, nec propter profectum proprium, nec propter honorem Dei: quod eſt inconueniens, cùm gloria humana ſit quoddam bonum vtile referibile in bonum finem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quærere gloriam ab homine, vt homine, non eſt ſecundum ſe prauum vt allata ratio probat. Sed ſi quæratur gloria humana vltra humanos limites: vel quia quæritur ab homine tanquam à certo, vel magno teſtimonio, aut etiam vltimo teſtimonio, tunc vitium eſt inanis gloriæ. Et hoc modo intelligenda videtur litera. Gloria ſiquidem humana ſi quæratur tanquam magnum aut certum aliquid, quum minimum quid & incerti ſit teſtimonij, vana eſt ex parte eius à quo quæritur. Si verò quæratur infra humanæ magnitudinis & certitudinis limites, vana non eſt ex parte eius à quo quæritur. Et hoc ſi aduertiſſet Martinus in quæſtione tertia, non putaſſet oppoſitum eſſe de mente Autoris: vt in ſequenti articulo verba Autoris ad primum manifeſtant.

Tract. 58. non procul à pri.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad primum, cùm dicitur quòd Deus quærit gloriam ſuam, nõ propter ſe, ſed propter nos, non intelligitur ly propter, vt denotat cauſam finalem: quoniam Deus gloriam ſuam & omnia vult propter ſe tanquam finem omnium creatorum & creabilium. Sed intelligitur ly propter, vt denotat terminũ vtilitatis. Nos enim ſumus ad quorum vtilitatem Deus quærit ſuam gloriam. Nam de ipſo ſcriptum eſt, Bonorum noſtrorum, inter quæ eſt gloria, non indiges.

cap. 12.

¶ In eodem ar. in reſponſione ad ſecundũ, vbi de prouocatione ad virtutum opera ex gloriæ appetitu tractatur, ſcito ꝙ ſi gloria vt finis virtutum

tutum ponitur, virtutem deſtruit: ſi autem vt calcar, ad virtutẽ excitat, ad virtutem acquirendam humanum animũ adiuuat magis quàm cætera bona vtilia: quoniam in genere vtilium, gloria tenet principatum.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad tertium, dubium occurrit: quoniã appetere gloriam humanam vt debitã ſuæ virtuti, quæ in veritate illi debetur, nullum peccatum eſt: & tamen talis appetitus humanæ gloriæ ſiſtens in ea, vt habet rationem debiti ſibi ratione virtutis, quam habet aut fecit, non habet aliquod trium in litera numeratorum, quia nec ad hoc quòd Deus honoretur, nec ad hoc quòd proximi proficiãt, nec ad hoc quòd ipſemet proficiat tendit: ſed ad hoc quod gloria ſibi debita ab hominibus, detur ab illis. Vt ſi quis appetat geſta ſuæ virtutis cõſcribi aut manifeſtari, vt debitas ſibi laudes habeat non plus quàm oportet.

1. 2. q. 2. ar. 4. *Art. præ.*

¶ Ad hoc dicitur, quod ex hoc ipſo, quod gloria ordinatur immediatè ad virtutem, & habẽtem ipſam vt ſic, ſequitur quòd ordinetur mediatè ad Deum, qui eſt ordinarius finis virtutis & habentis ipſam vt ſic. Ac per hoc talis appetitus gloriæ eſt appetitus gloriæ vt vtilis ad hoc quòd Deus ab hominibus glorificetur: licet non immediatè, tamen mediatè.

¶ Super Quæſtionis centeſimætrigeſimæſecundæ Articulum ſecundum.

Q. 130. art. 2. & q. præced. art. 2.

IN articulo ſecundo eiuſdem cẽteſimæ trigeſimæ ſecundæ quæſtionis, dubium occurrit ex Martino, vbi ſuprà q. 3. impugnante literæ huius rationem, quòd non concludat: quia iſta conſequentia nihil valet. Hæc ſe habent ſicut cauſa & effectus: igitur ad eandem virtutem pertinẽt. Quod tamen præſupponit ratio illa, Fortitudo enim bellica eſt cauſa honoris: & tamen ad diuerſas virtutes ſpectant fortitudinis actus & honor.

Ex Amb. in hũc locum, to. 5. *Capit. de Magnanimitate.* *Q. 103. ar. 1. ad 3.*

¶ Ad hoc dicitur, quòd conſequentia literæ non præſupponit illam vniuerſalẽ propoſitionem, ſcilicet: cauſa & effectus ſpectant ad eandem virtutem, ſed tenet conſequentia in his ſpecialibus terminis, gloria. ſ. & honore, ratione ſimilitudinis vltra cõnexionem cauſalẽ: ita quòd ex hoc quod gloria eſt effectus quaſi homogeneus honoris (quod potuit declarari in multis ad propoſitum) tenet ratio. Ambo ſiquidem ſunt bona externa, vtilia, teſtimonia, ac quaſi præmia virtutis ſuprema inter humana, eadem ratione appetibilia. Ex hoc ſiquidem quòd honor eſt cauſa talis effectus, ſequitur quòd vnamet virtus habet pro materia vtrunque.

Q. 123. ar. 1. & 2. *Ca. 3. to. 5.*

¶ In eodem 2. art. dubiũ occurrit, an ſicut diſtinguitur honor in magnum & mediocrem, ſic vt ſpectent ad diuerſas virtutes, ita diſtinguenda ſit gloria in magnam & mediocrem, ita quòd magna ſpectet ad magnanimitatẽ, & mediocris, ad aliam virtutẽ: ac per hoc inanis gloria magna opponatur magnanimitati, mediocris verò alteri virtuti. Et ſi ſic eſt, cur Autor hoc tacuit?

¶ Ad hoc dicitur primò, quòd ſicut de honore diſtinctum eſt, ita de gloria diſtinguendũ eſt, ita quòd magna gloria eſt materia magnanimitatis, parua aũt eſt materia illius virtutis, cuius materia eſt paruus honor. Tacuit autem hoc Autor, dimittens hoc pro claro & aperto, ex hoc quòd gloria conſequitur ad honorem, & proportionabiliter illi reſpondet.

¶ Dicitur ſecundò, quod gloria ſimpliciter dicta non conſequitur niſi magnos honores, reuerentias, & laudes: quoniam qui mediocriter honore, aut laude digni ſunt, non ſunt ſimpliciter clari, ſed ſecundũ quid. Et propterea inanis gloria eſt vnum tantum vitium, ad quod reductiuè ſpectat quæcũq; mala gloriatio: ſicut ſecundum quid tale, reducitur ad ſimpliciter tale. Et hæc ſolutio eſt vera. Ideo Autor non diſtinxit de honore, ſicut nec de gloria: quia gloria ſimpliciter ſumpta, non eſt diſtinguibilis in magnam & mediocrem, quamuis vna gloria ſit maior altera: ſicut etiã inter magnos honores vnus eſt maior altero honore.

Cap. eodem. *Cap. eodem.* *In ſolut. ad præc.*

ex hoc, quòd ipſe homo ex bonis quæ in ſe cognoſcit per teſtimonium laudis alienæ, ſtudeat in eis perſeuerare, & ad meliora proficere. Et ſecundũ hoc laudabile eſt, quòd curam habeat aliquis de bono nomine: & quòd prouideat bona coram Deo & hominibus. Non tamen quòd in hominum laude inaniter delectetur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum inanis gloria magnanimitati opponatur.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd inanis gloria magnanimitati non opponatur. Pertinet enim ad inanem gloriam, vt dictum eſt *, quòd aliquis glorietur in iis quæ non ſunt, quod pertinet ad falſitatem vel in rebus terrenis & caducis, quod pertinet ad cupiditatem: vel in teſtimonio hominum, quorum iudicium non eſt certum, quod pertinet ad imprudentiam. Huiuſmodi autem vitia non opponuntur magnanimitati. Ergo inanis gloria non opponitur magnanimitati.

¶ 2 Præterea, Inanis gloria nõ opponitur magnanimitati per defectũ: ſicut puſillanimitas quæ inani gloriæ repugnans videtur. Similiter etiam nec per exceſſum. Sic eñ magnanimitati ꝑſumptio & ambitio opponuntur, vt dictũ eſt *: à quibus inanis gloria differt. Ergo inanis gloria non opponitur magnanimitati.

¶ 3 Præterea, Ad Phil. 2. ſuper illud, Nihil per contentionem aut inanem gloriam. dicit glo. * Erant aliqui inter eos diſſentientes, inquieti, inanis glorię cauſa contendẽtes. Cõtentio autẽ non opponitur magnanimitati. Ergo neq; inanis gloria.

¶ SED CONTRA eſt, quod Tullius dicit in primo de Officiis *, Cauẽda eſt gloriæ cupiditas. Eripit enim animi libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio. Ergo opponitur magnanimitati.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ſicut ſuprà dictũ eſt *, gloria eſt quidam effectus honoris & laudis. Ex hoc enim quòd aliquis laudatur vel quæcunque reuerentia ei exhibetur, redditur clarus in notitia aliorum. Et quia magnanimitas eſt circa honorem, vt ſuprà dictũ eſt *, conſequẽs eſt etiam vt ſit circa gloriã, vt ſ. ſicut aliquis moderatè vtitur honore, ita etiam moderatè vtatur gloria. Et ideo inordinatus appetitus glorię directè magnanimitati opponitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc ipſum magnitudini animi repugnat ꝙ aliquis res modicas tantum appretietur, quòd de eis glorietur. Vnde in 4. Ethic *. dicitur de magnanimo, quòd ſibi ſit honor paruus. Similiter etiam & alia, quæ propter honorẽ quæruntur, puta potentatus & diuitiæ, parua reputãtur ab eo. Similiter etiam magnitudini animi repugnat quòd aliquis de iis, quæ non ſunt glorietur. Vnde de magnanimo dicitur 4. Ethic *. quòd magis curat veritatẽ quàm opinionẽ. Similiter etiã magnitudini animi repugnat quòd aliquis glorietur in teſtimonio laudis humanę, quaſi hoc magnum aliquid æſtimetur. Vnde de magnanimo dicitur in 4. Ethi *. quòd non eſt ei cura vt laudetur. Et ſic ea quæ aliis virtutibus opponuntur, nihil prohibet opponi magnanimitati, ſecundum quòd habẽt pro magnis quæ parua ſunt.

¶ Ad ſecundũ dicẽdum, quòd inanis gloriæ cupidus ſecundũ rei veritatem deficit à magnanimo, quia videlicet gloriatur in iis quę magnanim⁹ parua æſtimat, vt dictum eſt *. Sed conſiderãdo æſtimationem eius, opponitur magnanimo per exceſſum: quia videlicet gloriam quam appetit, reputat aliquid magnum, & ad eam tendit ſupra ſuam dignitatem.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd ſicut ſuprà dictũ eſt *, oppoſitio vitiorum non attenditur ſecundum affectum. Et tamen hoc ipſum magnitudini animi opponitur, ꝙ aliquis contentionem intendat. Nullus enim contendit niſi pro re, quam ęſtimat magnam. Vnde Philoſophus dicit in 4. Ethic *. quòd magnanimus non eſt contentioſus, quia nihil æſtimat magnum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum inanis gloria ſit peccatum mortale.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd inanis gloria ſit peccatũ mortale. Nihil enim excludit mercedem æternam niſi peccatum mortale: ſed inanis gloria excludit mercedẽ æternam. Dicitur enim Matt. ſexto, Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum qui in cælis eſt. Ergo inanis gloria eſt peccatum mortale.

¶ 2 Pręterea, Quicunq; ſurripit ſibi quod eſt Dei proprium, mortaliter peccat: ſed per appetitum inanis gloriæ aliquis ſibi attribuit, quod eſt proprium Dei. Dicitur enim Iſaiæ 42. Gloriam meam alteri non dabo. Et primę ad Timo. primo, Soli Deo honor & gloria. Ergo inanis gloria eſt peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, Illud peccatũ, quod eſt maximè periculoſum & nociuum, videtur eſſe mortale, ſed peccatum inanis gloriæ eſt huiuſmodi: quia ſuper illud primæ ad Theſſalonicenſes 2. Deo qui probat corda noſtra, dicit gl. Auguſtini, Quas vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non ſentit niſi qui ei bellũ indixerit: quia etſi cuiquam facile eſt laudẽ non cupere dũ negatur, difficile tamen eſt ea non delectari cum offertur. Chryſ. * etiam dicit Matth. 6. quòd inanis gloria occultè ingreditur: & omnia quæ intus ſunt, inſenſibiliter aufert. Ergo inanis gloria eſt peccatum mortale.

¶ In eodem articulo in reſponſione ad primum nota illa verba, Magnitudini animi repugnat quòd aliquis glorietur in teſtimonio laudis humanæ, quaſi hoc magnum aliquid ęſtimetur. Ex his nanque vltimis verbis apparet Martinũ non penetraſſe literam hanc, & propterea dixiſſe quòd ſecundum S. Thom. quærere gloriam humanam, ſemper videtur vanum: cùm Autor hic explicet tunc eſſe peccatum ſeu vanum, quando humana gloria quæritur vt aliquid magnum: vt ſuperius probauimus.

Q. 127. art. 2. ad 2. *Ca. 3. to. 5.* *Mal. q. 9 ar. 2.*

¶ In eodem ſecundo articul. in reſponſione ad ſecundum, dubium ex Martino vbi ſuprà, occurrit, impugnante hanc reſponſionem pro quanto dicit quòd cupidus gloriæ ſecundum rei veritatem deficit à magnanimo: quia cupidus gloriæ ex dignis cupit maiorem gloriam quàm dignus ſit, & ex non dignis cupit gloriam. Magnanimus autem ex dignis proportionatam, ex non dignis nullam: ergo ſecundum veritatem opponitur magnanimo per exceſſum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in magnanimi operibus duo conſiderantur. Primum eſt, id vnde eſt dignus. Secundum, id quo eſt dignus. Et quo ad primum cupidus deficit à magnanimo: quoniam id vnde magnanimus gloriam honorémq; habet, eſt verè magnũ nec eſt minus quàm reputetur. Id verò vnde cupidus gloriam quærit, aut non eſt verè magnum, quale eſt omne humanum bonum externum: aut eſt minus magnum quàm æſtimetur: vt quũ appetit maiorem gloriam quàm ſua virtus mereatur. Et ſic ſecundum veritatem rei qua dignus æſtimatur gloria, deficit à magnanimo cupidus, vt in litera dicitur.

Hom 13. in opere imperf.

¶ Super Quæſtionis centeſimætrigeſimæ ſecundæ Articulum tertium.

IN art. 3. eiuſdẽ quæſtionis collige quatuor modos, quibus inanis gloria eſt peccatum mortale, ſ. tres ſe tenentes ex parte materiæ. Quorum primus eſt de bono, falſo tamen, & contra diuinam reuerentiam, vel vſurpando diuinitatem, vel non recognoſcendo dependentiam. Secundus, de bono temporali amato præ Deo. Tertius de teſtimonio humano prælato teſtimonio diuino. Et vnum ex parte intentionis gloriantis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Sed accidit hic dubiũ quia prætermissus est modus ex parte materiæ, cum quis gloriatur de peccato mortali iuxta illud, Quid gloriaris in malitia?
¶ Ad hoc dicitur, quòd Autor distinxit peccatũ mortale inanis gloriæ in duo capita, scilicet ex parte materiæ, & ex parte gloriantis. Nec assumpsit prouinciam ponendi exempla omnium modorum, qui se tenent ex parte materiæ: quoniam distinguẽdum fuisset de materia bona vel mala. Sed Autor soli citus fuit circa materiã propriã gloriæ, quæ est bonũ. Et de bono dedit quatuor exempla, dicendo, puta cùm quis, &c. de malo autẽ nullum, tantquam manifestum relinquens quòd gloriari de mortali peccato est peccatum mortale inanis gloriæ, ratione materiæ, quia est gloria de eo quod est contra diuinum honorem. Gloriari autem de veniali, est veniale.

Loco nũc citato.

Q.24 ar. 12. & q. 110.ar.4. & q.112. ar.2.

¶ *Super Quæstionis centesimetrigesimæ secundæ Articulum quartum.*

IN artic. quarto, eiusdem quæstionis centesimæ trigesimæ secundæ multa occurrunt ex Martino, in quæstione quinta, dubia, circa multas propositiones literæ. Primum est circa differentiam inter superbiam & inanẽ gloriam, quòd superbia est inordinatus appetitus excellentiæ: inanis gloria verò inordinatus appetitus manifestationis ipsius excellentiæ: quoniam aut superbus apperit excellere secundum veritatem, aut secundum apparẽtiam. Si primo modo, hoc non videtur malum. Si secũdo, hoc est appetere manifestationẽ excellentiæ, quam non habet, quod spectat ad inanem gloriam secundum ipsum.

Cap.14.

¶ Secundum est circa illam propositionem, Ex omni bono quod quis appetit, quoniam perfectionem & excellẽtiam consequitur, &c. Quia aut hoc esset secundum veritatem, aut secũdum apparẽtiam. Si secũdo, hoc est appetere manifestationẽ excellentiæ, quam non modo, quia libidinosũs & auarus opinatur se im perfectiorem. Et inde est quòd refugit hæc facere coram hominibus, putans se despici si hæc sciantur.

D.882.

¶ Tertium est circa illam propositionem, Fines omnium vitiorum ordinantur in finem superbiæ. Quoniam finis pusillanimitatis, timoris, luxuriæ, accidiæ, & huiusmodi, non ordinantur in finem superbiæ, scilicet excellentiæ appetitum. Et ex his omnibus infert, quòd Autor non sufficientem rationem reddit, quare superbia regina vitiorum ponitur.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd superbus apperit excellere secũdum rem, & quòd hoc est peccatum: quia excellentia appetita non est proportionata apparenti, vel simpliciter, vel quo ad modum habendi.

¶ Ad secundum dubiũ dicitur, quòd aliud est loqui de bono quod appetitur, puta de delectabili vel vtili: aliud de modo apperendi seu habendi bonum illud, puta inordinate seu iniustè. Ex omni siquidẽ bono tam delectabili quã vtili, quod homo appetit, cõsequitur homo perfectionẽ aliquam: ac per hoc excellentiam, quam homines maximè desiderant, consequẽs est quòd sit multum appetibilis. Et quia ex eius inordinato appetitu multa vitia oriuntur, ideo inanis gloria est vitium capitale.

¶ SED CONTRA est, q Chrys. dicit super Matt*. quòd cùm vitia cætera locum habeant in seruis diaboli, inanis gloria etiam locum habet in seruis Christi, in quibus tamẽ nullum est peccatum mortale. Ergo inanis gloria non est peccatum mortale.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, ex hoc aliquod peccatũ est mortale quòd charitati cõtrariatur. Peccatũ autẽ inanis gloriæ secũdum se consideratum, non videtur cõtrariari charitati quantùm ad dilectionẽ proximi. Quantũ autẽ ad dilectionem Dei põt cõtrariari charitati dupliciter. Vno modo ratione materiæ de qua quis gloriatur: puta cũ quis gloriatur de aliquo falso, qd contrariat diuinæ reuerẽtiæ: secũdũ illud Ezech. 28. Eleuatũ est cor tuũ, & dixisti, Deus ego sum. Et primæ ad Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? Si autẽ accepisti, qùid gloriaris quasi nõ acceperis? Vel etiã cùm quis bonũ tẽporale, de quo gloriatur, prefert Deo. Quod prohibetur Hier. 9. Non glorietur sapiens in sapiẽtia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitiis suis. Sed in hoc glorietur, q gloriatur, scire & nosse me. Aut etiã cùm quis præfert testimoniũ hominũ testimonio Dei. Sicut cõtra quosdam dicitur Ioan. 12. Qui dilexerũt magis gloriã hominũ quàm Dei. Alio modo, ex parte ipsius gloriãtis, qui intentionem suam refert ad gloriam tanquã ad vltimum finem, ad quem s. ordinat etiam virtutis opera: & pro quo consequendo non prætermittit facere etiã ea quæ sunt contra Deum Et sic est peccatum mortale. Vnde Aug. dicit in 5. de Ciuit. Dei*, quòd hoc vitium scilicet amor humanæ laudis, tam inimicum est piæ fidei, si maior in corde sit cupiditas gloriæ quàm Dei timor vel amor, vt diceret dominꝰ Ioan. 5. Quomodo potestis credere, gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quæ à solo Deo est, nõ quærentes? Si autem amor humanæ glorię, quamuis sit inanis, non tamen repugnet charitati, neque quãtum ad id de quo est gloria, neque quantum ad intentionem gloriam quærentis, non est peccatum mortale, sed veniale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nullus peccando meretur d vitam æternam. Vnde opus virtuosum amittit vim merendi vitam æternam, si propter inanem gloriam fiat: etiam si illa inanis gloria non sit peccatũ mortale. Sed quãdo aliquis simpliciter amittit æternã mercedem propter inanem gloriam, & non solùm quantum ad vnum actũ: tunc inanis gloria est peccatum mortale.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non omnis qui est inanis gloriæ cupidus, appetit sibi illam excellentiam, quæ competit soli Deo. Alia enim est gloria quæ debetur soli Deo, & alia quæ debetur homini virtuoso vel diuiti.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd inanis gloria dicitur esse periculosum peccatum: non tantum propter grauitatem sui, sed etiam propter hoc quòd est dispositio ad grauia peccata, in quantum s. per inanem gloriam redditur homo præsumptuosus & nimis de seipso confidens. Et sic etiam paulatim disponit ad hoc, quòd homo priuetur interioribus bonis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum inanis gloria sit vitium capitale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd inanis gloria non sit vitium capitale. Vitium enim quod semper ex altero oritur, non videtur esse capitale: sed inanis gloria semper ex superbia nascitur: ergo inanis gloria non est vitium capitale.

¶ 2 Præterea, Honor videtur esse aliquid principalius quàm gloria, quæ est eius effectus: sed ambitio, quæ est inordinatus appetitus honoris, non est vitium capitale: ergo etiam neque appetitus inanis gloriæ.

¶ 3 Præterea, Vitiũ capitale habet aliquã principalitatẽ: sed inanis gloria non videtur habere aliquã principalitatẽ, neque quantum ad rationem peccati: quia non semper est peccatum mortale, neq; etiam quantum ad rationem boni appetibilis: quia gloria humana videtur esse quiddã fragile extra hominem existens. Ergo inanis gloria non est vitium capitale.

¶ SED CONTRA est, quòd Greg. 31. Moral*. numerat inanem gloriam inter septem vitia capitalia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd de vitiis capitalibus dupliciter aliqui loquuntur. Quidã enim ponunt superbiam vnũ de vitiis capitalibus. Et hi nõ ponũt inanẽ gloriã inter vitia capitalia. Gre. autem in 31. Moral*. superbiam ponit reginã omniũ vitiorũ: & inanẽ gloriam, quæ immediate ab ipsa oritur, ponit vitiũ capitale. Et hoc rationabiliter. Superbia enim, vt infrà* dicetur, importat inordinatũ appetitũ excellẽtiæ. Ex omni autem bono quod quid appetit, quandã pfectionẽ & excellentiã consequitur. Et ideo fines omniũ vitiorũ ordinãtur in finem superbiæ. Et propter hoc videtur q̃ habeat quandam generalẽ causalitatẽ super alia vitia, & nõ debeat cõputari inter specialia vitiorũ principia, quæ sunt vitia capitalia. Inter bona autẽ per quæ excellentiã homo cõsequitur, præcipue ad hoc operari videt gloria, in quantũ importat manifestationẽ bonitatis alicuius. Nã bonũ naturaliter amatur & honorat ab omnibus. Et ideo sicut per gloriã, quę est apud Deũ, cõsequitur hõ excellentiã in rebus diuinis, ita etiã per gloriã hominũ cõsequitur homo excellentiã in rebus humanis. Et ideo ,ppter ,ppinquitatẽ ad excellentiam, quam homines maximè desiderant, consequẽs est quòd sit multum appetibilis. Et quia ex eius inordinato appetitu multa vitia oriuntur, ideo inanis gloria est vitium capitale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliqd vitium oriri ex superbia non repugnat ei, quod est esse vitium capitale, eo quòd, sicut suprà dictum est*, superbia est regina & mater omniũ vitiorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd laus & honor cõparantur ad gloriam (vt suprà *dictum est) sicut causæ ex quibus sequitur gloria. Vnde gloria comparatur ad ea sicut finis. Propter hoc enim aliquis amat honorari & laudari inquantum per hoc aliquis æstimat se in aliorum notitia fore præclarum.

¶ Ad tertiũ dicẽdum, quòd inanis gloria habet principalem rationem appetibilis ratione iam dicta*. Et hoc sufficit ad rationem vitij capitalis. Non autem requiritur quòd vitiũ capitale semper sit peccatum mortale: quia etiã ex veniali peccato potest mortale oriri, in quantum scilicet veniale disponit ad mortale.

Q.162. ar.1.& 2.

Cap.31.

Cap.31.

Cap.31.

Supra q. 21.art. 4. & q 105. ar.1.ad 2. & infra q.118.art. 2.ad 1. Et 2.dist. 42. q.2. art. 3.cor. & li. lect. 2. & ma.q. 8.artic. 1. cor.& q. 9.ar.3.& q.13 ar. 3. corp. & cap. 7.

Cap.31. Et hom. 19 A med. in opt. imperf.

Infrà ar. 5. & locis ibidem no tatis.

In corp. ar.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum conuenienter dicantur filiæ inanis gloriæ esse inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, & nouitatum præsumptio.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter dicantur filiæ inanis gloriæ esse inobediẽtia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, nouitatum præsumptio. Iactantia enim secundum Greg. 23. Moral*. ponitur inter species superbiæ. Superbia autem non oritur ex inani gloria, sed potius econuerso: vt Greg. dicit 31. Moral*. Ergo iactantia non debet poni filia inanis gloriæ.

¶ 2 Præterea, Contentiones & discordiæ videnꝰ ex ira maximè ,puenire: sed ira est capitale vitiũ inani gloriæ cõdiuisum: ergo videtur q̃ non sint filiæ inanis glotię.

¶ 3 Præterea, Chryso. dicit super Matt*. quòd vbique vana gloria malum est: sed maxime in philantropia, id est, in misericordia: quæ tamen non est aliquid nouũ, sed in cõsuetudine hominum existit. Ergo præsumptio nouitatum non debet specialiter poni filia inanis glotię.

¶ SED CONTRA est, autoritas Greg. 31. Mor*. vbi prædictas filias inanis gloriæ assignat.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, illa vitia quæ de se nata sunt ordinari ad finem alicuius vitij capitalis, dicuntur filiæ eius. Finis autem inanis gloriæ est manifestatio propriæ excellẽtiæ, vt ex suprà dictis patet*. Ad qd potest homo tendere dupliciter. Vno modo, directè, siue per verba: & sic est iactãtia. Siue per facta, & sic si sint verba habẽtia aliquam admirationẽ, est præsumptio nouitatum, quas homines solent magis admirari. Si autẽ per falsa sit, sic est hypocrisis. Alio autẽ modo nititur aliquis manifestare suam excellentiam indirectè, ostendendo se nõ esse alio minorẽ. Et hoc quadrupliciter. Primò quidem, quãtum ad intellectum: & sic est pertinacia, per quam homo nimis innititur suæ sententiæ, nolens credere sentẽtiæ meliori. Secundò, quantũ ad voluntatem: & sic est discordia, dum non vult à propria volũtate discedere, vt aliis concordet. Tertiò quantum ad locutionem: & sic est cõtentio cùm aliquis verbis clamosè contra alium litigat. Quartò, quãtum ad factum, & sic est inobedientia: dum s. aliquis non vult exequi superioris præceptum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut suprà dictũ est*, iactãtia ponitur species superbiæ quantũ ad interiorem causam eius, quæ est arrogantia. Ipsa autem iactantia exterior, vt dicitur in 4. Ethic*. ordinatur quãdoque quidem ad lucrum, sed frequentius ad gloriam & honorem. Et sic oritur ex inani gloria.

¶ Ad secundũ dicendum, q̃ ira non causat discordiam & contẽtionem, nisi cum adiũctione inanis gloriæ, per hoc s. quòd aliquis sibi gloriosum reputat, quòd non cedit voluntati vel verbis aliorum.

¶ Ad tertiũ dicẽdum, quòd inanis gloria vituperatur circa eleemosynam propter defectum charitatis, quæ videtur esse in eo, qui præfert inanem gloriam vtilitati proximi, dum propter hoc illud facit. Non autem vituperatur aliquis ex hoc quòd præsumat eleemosynam facere quasi aliquid nouum.

Supra q. 21.art. 4. & q.105. ar.5.& q. 31. art. 4. & 1.2.q. 84.art. 3. & 4.

Cap.31. & q. 34. ar.5.& q. 31. art. 4. & 1.2.q. 84.art. 3. & 4.

Cap.31.

Cap.31.

*Cap.31

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitur duplex retractio à magnis. Prima est secũdũ affectũ in hoc, quòd animus retrahitur à magnis commensuratis tamen. Et hæc ponitur ab Autore in primo membro, & est ipsa actualis pusillanimitas. Altera est secundum exteriorem executionem, dũ recto animo à magnis desistit ab executione seu susceptione, & aggressione magnorum. Et ista ponitur in litera in tertio mẽbro, eo quòd est effectus primæ. Et ad hanc retractionem, quæ est in executione, spectat pigritia: de qua in secundo argumẽto literæ fit mẽtio & respondendo dicitur, quòd procedit de pusillanimitate ex parte effectus. Pigritia siquidẽ cõsequitur ad animi paruitatem. Nã ex hoc quod animus à magnis retrahitur, fit homo piger ad vtendum talento sũo, & ad aggrediẽdum magna sibi proportionata.

Cap.3. *Capit. eo-dem.* *Capit. eo-dem.*

¶ *Super* & Hier. primo. Non ergo pusillanimitas est peccatum.

¶ SED CONTRA. Nihil in moribus hominum est vitandum nisi peccatum: sed pusillanimitas est vitanda. Dicitur enim ad Colos. tertio, Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Ergo pusillanimitas est peccatum.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd omne illud quod contrariatur naturali inclinationi, est peccatum, quia contrariatur legi naturæ. Inest autem vnicuique rei naturalis inclinatio ad exequendum actionem commensuratã suæ potentiæ, vt patet in omnibus rebus naturalibus tam animatis quàm inanimatis. Sicut autem per præsumptionem aliquis excedit proportionem suæ potentiæ, dum nititur ad maiora quàm possit: ita pusillanimus etiam deficit à proportione suæ potentiæ, dũ recusat in id tendere, quod est suæ potentiæ commensuratum. Et ideo sicut præsumptio est peccatum, ita & pusillanimitas. Et inde est, quòd seruus qui acceptam pecuniam domini sui fodit in terram, nec est operatus ex ea propter quendam pusillanimitatis timorem, punitur à Domino: vt habetur Mat. 25. & Luc. 19.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus illos nominat malos qui proximis inferunt nocumenta. Et secũdum hoc pusillanimus dicitur non esse malus, quia nulli infert nocumentũ nisi per accidens, inquantum s. deficit ab operibus quibus posset alios iuuare. Dicit enim Gre. in Pastorali*, quòd illi qui prodesse vtilitati proximorum in prædicatione refugiunt, si districte iudicentur, ex tantis rei sunt, ex quantis venientes ad publicum prodesse potuerunt.

Par. 1. cap. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nihil prohibet aliquẽ habentem habitum virtutis peccare, venialiter quidem etiam ipso habitu remanente: mortaliter autem, cum corruptione ipsius habitus virtutis gratuitæ. Et ideo potest contingere, quòd aliquis ex virtute quam habet, sit dignus ad aliqua magna faciẽda, quæ sunt digna magno honore. Et tamen per hoc quòd ipse non attentat sua virtute vti, peccat: quãdoque quidem veniali-ter, quandoque autem mortaliter. Vel potest dici quòd pusillanimus est dignus magnis secũdum habilitatem ad virtutem, quæ inest ei, vel ex bona dispositione naturę, vel ex scientia, vel ex exteriori fortuna: quibus dum recusat vti ..d virtutem, pusillanimus redditur.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd etiam pusillanimitas aliquo modo ex superbia potest oriri, dum s. aliquis nimis proprio sensui innititur, quo reputat se insufficientem ad ea, respectu quorum sufficientiam habet. Vnde dicitur Prouerbiorum cap. 26. Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias. Nihil enim prohibet quòd se quantum ad aliqua deiiciat, & quantum ad alia se in sublime extollat. Vnde Gregorius in Pastorali* de Moyse dicit, quòd superbus fortasse esset, si ducatum plebis suæ sine trepidatione susciperet. Et rursum, Superbus existeret, si Autoris imperio obedire recusaret.

Par. 1. ca. 3. 1.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Moyses & Hieremias digni erant officio, ad quod diuinitus eligebantur ex diuina gratia. Sed ipsi considerantes propriæ infirmitatis insufficientiam, recusabant: non tamen pertinaciter, ne in superbiam laberẽtur.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum pusillanimitas opponatur magnanimitati.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd pusillanimitas non opponatur magnanimitati. Dicit enim Philosophus in quarto Eth*. quòd pusillanimus ignorat seipsum. Appeteret enim bona quibus dignus est, si se cognosceret: sed ignorantia sui videtur opponi prudentiæ. Ergo pusillanimitas opponitur prudentiæ. *Infrà qũ. 162. ar. 1. ad 3. Et 4. Ethic. lect. 11. fi. Cap. 3.*

¶ 2 Præterea, Matthæi 25. Seruum qui propter pusillanimitatem pecunia vti recusauit, vocat Dominus malum & pigrum. Philosophus etiam dicit in 4. Ethic*. quòd pusillanimi videntur pigri: sed pigritia opponitur solicitudini, quę est actus prudentiæ, vt suprà habitum est*. Ergo pusillanimitas non opponitur magnanimitati. *Capit. eo-dem. Q. 47. ar. 9.*

¶ 3 Præterea, Pusillanimitas videtur ex inordinato timore procedere. Vnde dicitur Isaiæ 35. Dicite pusillanimes, confortamini, & nolite timere. Videtur etiam procedere ex inordinata ira, secundum illud ad Colos. 3. Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant: sed inordinatio timoris opponitur fortitudini, inordinatio autem iræ mansuetudini. Ergo pusillanimitas non opponitur magnanimitati.

¶ 4 Præterea, Vitium quod opponitur alicui virtuti, tanto grauius est, quanto est magis virtuti dissimile: sed pusillanimitas magis est dissimilis magnanimitati quàm præsumptio: ergo si pusillanimitas opponeretur magnanimitati, sequeretur quòd esset grauius peccatum quàm præsumptio: quod est contra illud, quod dicitur Ecclesiast. 27. O præsumptio nequissima, vnde creata es? Non ergo pusillanimitas opponitur magnanimitati.

¶ SED CONTRA est, quod pusillanimitas & magnanimitas differunt secundum magnitudinem, & paruitatem animi, vt ex ipsis nominibus apparet. Sed magnum & paruũ sunt opposita. Ergo pusillanimitas opponitur magnanimitati.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd pusillanimitas potest tripliciter considerari. Vno modo, secundũ seipsam. Et sic manifestum est quòd secundum propriã rationem opponitur magnanimitati: à qua differt secundum differentiam magnitudinis & paruitatis circa idem. Nam sicut magnanimus ex animi magnitudine tendit ad magna, ita pusillanimus ex animi paruitate se retrahit à magnis. Alio modo potest considerari ex parte suæ causæ, quæ ex parte intellectus est ignorantia propriæ conditionis: ex parte autem appetitus est timor deficiendi in his, quę falsè estimat excedere suam facultatem. Tertio modo potest considerari quantum ad effectum qui est retrahere se à magnis quibus est dignus. Sed sicut suprà dictum est*, oppositio vitij ad virtutem attenditur magis secundum propriam speciem, quàm secundum causam vel effectum. Et ideo pusillanimitas directè magnanimitati opponitur. *Q. 129. ar. 2. ad 3.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd ratio illa procedit de pusillanimitate ex parte causę, quam habet in intellectu. Et tamen non proprie potest dici, quòd opponatur prudentiæ etiam secundum causam suam, quia talis ignorantia non procedit ex insipientia, sed magis ex pigritia considerandi suam facultatem: vt dicitur in quarto Ethi*. vel exequendi quod suæ subiacet potestati. *Cap. 3.*

¶ Ad secundum dicendũ, quòd ratio illa procedit de pusillanimitate ex parte effectus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte causæ. Nec tamen timor causans pusillanimitatem semper est timor periculorum mortis. Vnde etiam ex hac parte non oportet quòd opponatur fortitudini. Ira autem secundum rationem proprij motus, quo quis extolluitur in vindictam, non causat pusillanimitatem, quæ deiicit animum: sed magis tollit eam. Inducit autem ad pusillanimitatem ratione causarum iræ, quæ sunt iniuriæ illatæ: ex quibus deiicitur animus patientis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pusillanimitas est grauius peccatum secundum propriam speciem, quàm præsumptio: quia per ipsam recedit homo à bonis, quod est pessimum: vt dicitur in quarto Ethic*. Sed præsumptio dicitur esse nequissima retione superbiæ, ex qua procedit. *Capit. eo-dem.*

QVÆST

¶ *Supra Quæstionis centesimætrigesimæ quartæ Articulum primum.*

IN quæstione 134. de magnificentia circa tres primos articulos simul, dubium occurrit ex Martino in dicto tractatu q. de magnificentia, ponente quandam aliam magnificentiam specialem virtutem, non circa sumptus magnos, sed circa opera magna, quæ sunt in publicis administrationibus, vt sunt pontificatus, imperium, regnum, episcopatus, ducatus, legatio, & huiusmodi. Et vniuersaliter quòd Tullius, Macrobius & Andronicus de hac locuti fuerint. Probat igitur non omnem magnificentiã, quę est specialis virtus, esse circa sumptus magnos dupliciter. Primò, in Christo fuit excellentissima magnificentia, & non circa magnos sumptus: igitur. Antecedens probatur per illud, Eleuata est magnificentia tua super cælos: quod de Christo dicitur, denotando magnificẽtiam eius esse causam suæ eleuationis super cælos. Secũdo, per illud Psal. Sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. & Exo. 15. Magnificus in sanctitate. Constat enim quòd hæc magnificentia non consistit in magnis sumptibus, sed in executione operis sancti, ardui, &c. & ideo paulo post in eodem Psalmo inuitat ad laudem huius magnificẽtiæ, subdens, Dicite in nationibus quia dominus regnauit à ligno.

4. Ethic. lect. 6. *12. q. 65. art. 2.* *Cap. 2. to. 3.* *Cap. 6. to. 3.* *Text. 17. 18. & 19. to. 3.*

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd Autor Aristotelem sequitur, qui manifeste inter virtutes morales magnificentiã numerat, ponit ipsam circa magnos sumptus. Nec oppositum credendũ est fensisse Tullium & alios, licet forte magnificentiam communius quandoque acceperint, vt non est specialis virtus. Vnde istam fictam magnificentiam cum ficta materia magnanimitatis & ipsius fugiendo, & Peripatetica via incedẽdo, ad argumenta Martini dicitur primò, quòd mirum est quòd magnificentiam istam suam à tot Philosophis hauserit: & cum ad probandum eam veniret, recurrit ad solum Christum. Dicitur secundò, quòd Scriptura ad literam non videtur sumere semper magnificentiam pro speciali virtute, sed quandoque communiter, vt importat facere magna virtutis opera quomodoliber, vt in litera secundi articuli dicitur. Quod patet ex illo Exodi 15. Magnificus in sanctitate. Ad literam enim videtur laudari Deus de hoc quòd magna facit in his quæ ad sanctitatem spectant. Quod si fieret per sumptus, spectaret ad magnificentiam propriè dictam. Et de huiusmodi communiter dicta magnificentia potest interpretari illud, Eleuata est magnificẽtia tua.

Q. 117. ar. 1. arg. 1. & q. 118. ar. 2. *Cap. 2. to 3.* *Cap. 4. to 5.* *Text. 116. to. 2.* *Q. 129. arti. 3. ad 2. & 1. 2. q. 65. ar. 1.*

QVÆSTIO CENTESIMAtrigesima quarta, de Magnificentia, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de magnificentia, & vitiis ei oppositis.

¶ Circa magnificentiam autem quæruntur quatuor.

¶ Primò vtrum magnificentia sit virtus.

¶ Secundò, vtrum sit virtus specialis.

¶ Tertiò, quæ sit materia eius.

¶ Quartò, vtrum sit pars fortitudinis.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum magnificentia sit virtus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd magnificentia nõ sit virtus. Qui enim habet vnã virtutem, habet omnes, vt suprà habitũ est*. Sed aliquis potest habere alias virtutes sine magnificentia. Dicit eñ Philosophus in 4. Eth*. quòd non omnis liberalis est magnificus. Ergo magnificentia non est virtus.

¶ 2 Præterea, Virtus moralis consistit in medio, vt patet in 2. Ethic*. Sed magnificentia non videtur consistere in medio. Superexcellit enim liberalitatem magnitudine. Magnum autem opponitur paruo sicut extremum, quorum medium est æquale: vt dicitur in 10. Metaph*. Et sic magnificentia non est in medio, sed in extremo: ergo non est virtus.

¶ 3 Præterea, Nulla virtus contrariatur naturali inclinationi, sed magis perficit ipsam, vt suprà habitũ est*: sed sicut Philosoph. dicit in 4. Ethic*. magnificus non est præsumptuosus in seipso, quod est cõtra naturalem inclinationem, per quam aliquis maximè prouidet sibi: ergo magnificentia non est virtus.

¶ 4 Præterea, Secundum Philosophum in 6. Ethicorum* ars est recta ratio factibilium: sed magnificentia est circa factibilia, vt ex nomine apparet: ergo magis est ars quàm virtus.

¶ SED CONTRA. Humana virtus est participatio quędam virtutis diuinæ: sed magnificentia pertinet ad virtutem diuinam, secundum illud Psal. 67. Magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. Ergo magnificentia est virtus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicitur in primo de Cælo*, virtus dicitur per cõparationem ad vltimum, in quod potẽtia potest. Non quidem ad vltimum ex parte defectus, sed ex parte excessus, cuius ratio consistit in magnitudine. Et ideo operari aliquid magnum, ex quo sumitur nomen Magnificentiæ, propriè pertinet ad rationem virtutis. Vnde magnificentia nominat virtutem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non omnis liberalis est magnificus quantum ad actũ: quia desunt sibi ea quibus vti necesse est ad actum magnificum. Tamen omnis liberalis habet habitum magnificentiæ, vel actu vel in propinqua dispositione, vt suprà dictum est*, cùm de connexione virtutum ageretur.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd magnificentia consistit quidem in extremo, considerata quantitate eius, quod facit: sed tamen in medio consistit, considerata regula rationis, à qua non deficit, nec eam excedit, sicut etiam de magnanimitate dictum est*.

¶ Ad tertiũ dicendum, quòd ad magnificẽtiam pertinet facere aliquid magnum. Quod autem pertinet ad personã vniuscuiusque, est aliquid paruum in comparatione ad id, qd conuenit rebus diuinis, vel rebus communibus. Et ideo magnificus non principaliter intẽdit sumptus facere in iis, quæ pertinẽt ad personã propriam, non quia bonum suũ non quærat, sed quia non est magnũ. Si quid tamen in iis quæ ad ipsum pertinent, magnitudinẽ habeat, hoc etiam magnificè magnificus prosequitur: sicut ea quæ semel fiunt, vt nuptiæ, vel aliquid aliud huiusmodi, vel etiã ea quæ permanẽtia sunt. Sicut ad magnificum pertinet prępparare conuenientem habitationem, vt dicitur in 4. Ethic.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd sicut dicit Philosophus in 6. Ethic*. Oportet artis esse quandam virtutem, s. moralem, per quam scilicet appetitus inclinetur ad rectæ vtendum ratione artis. Et hoc pertinet ad magnificentiam. Vnde non est ars, sed virtus.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum magnificentia sit specialis virtus.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd magnificentia non sit specialis virtus. Ad magnificentiam enim videtur pertinere facere aliquid magnũ: sed facere aliquid magnum potest conuenire cuilibet virtuti, si sit magna: sicut qui habet magnam virtutem temperantiæ, facit magnum temperantiæ opus. Ergo magnificentia non est aliqua specialis virtus: sed significat statum perfectum cuiusłibet virtutis.

¶ 2 Præterea, Eiusdẽ videtur esse aliquid facere & tendere in illud: sed tendere in aliquid magnum, pertinet ad magnanimitatem, vt suprà dictum est*: ergo & facere aliquid magnum pertinet ad magnanimitatem. Non ergo magnificentia est virtus distincta à magnanimitate.

¶ 3 Præterea, Magnificentia videtur pertinere ad sanctitatẽ. Dicitur enim Exod. 15. Magnificus in sanctitate. Et in Psal. 95. Sanctitas: & magnificentia in sanctificatione eius. Sed sanctitas est idẽ religioni, vt suprà habitum est*: ergo magnificẽtia videtur idem esse religioni. Non ergo est virtus specialis ab aliis distincta.

¶ SED CONTRA est, quod Philosophus* connumerat eam aliis virtutibus specialibus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ad magnificentiã pertinet facere aliquid magnũ, sicut ex ipso nomine apparet. Facere aũt dupliciter potest accipi. Vno modo, propriè. Alio modo, cõmuniter. Propriè autẽ facere dicitur d operari aliquid in exteriori materia, sicut facere domũ, vel aliquid aliud huiusmodi. Cõmuniter autẽ dicitur facere pro quacũq; actione, siue transeat in exteriorẽ materiam, sicut vrere & secare: siue maneant in ipso agẽte, sicut intelligere & velle. Si ergo magnificẽtia accipiatur secundũ q; factionẽ alicui⁹ magni importat, prout factio ,ppriè dr: sic magnificentia est specialis virtus.

Illud autẽ Sanctitas & magnificentia, de propriè dicta magnificentia optimè intelligitur: quia, vt in quarto dicitur Ethicorum, magnificus expendet in his, quæ ad Deum sunt. Dicitur tertiò, quod in Christo fuit magnificentia propriè dicta circa sumptus, eminentius tamen quàm sumptus exteriorum rerum, quas possidemus, quæ communi nomine appellantur pecuniæ. Sicut fuit propriè sanguis eius pretium emptionis nostræ ad constituendam domum suam, quæ est Ecclesia: iuxta illud, Empti estis pretio magno. In hoc ergo quòd Christus maximos sumptus sanguinis & pœnarum suarum fecit, ad maximum opus diuinæ domus & diuini honoris, magnificus fuit. Et propterea eleuatus est super cælos, iuxta illud, Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen.

Q. 129. ar. 3. ad 2.

¶ *Super Quæstionis centesimætrigesimæquartæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo eiusdem centesimætrigesimæquartæ quæstionis in responsione ad secundum dubium primo occurrit ex Martino ibidem, circa id quod de magnanimitate dicitur, quòd ad magnanimum spectat operari magnum in qualibet virtute, ita quòd magnanimus respicit circa hoc solam rationem magni, &c. Hæc opinio, inquit, mihi non videtur vera: tum primo, quia sequeretur quod omne opus magnum secundum quod magnum, fieret à magnanimitate. Hoc est falsum: quia spectat ad magnificentiam. Tum secundo, quia magnanimus non solùm confiderat magnitudinem operis, sed etiam rectitudinem, puta, quòd est opus iustitiæ aut fortitudinis, &c. non ergo respicit solam rationem magni. Probatur antecedens: quia si ibla ratio magni respiceretur, sequeretur quòd ratio boni esset ei impertinens, & consequenter quòd faceret etiam opus praui modo esset magnum. Tum tertio, quia aut magnanimus producit magnitudinem operis iusti, & iustus ipsum opus secundum quod est debitis circunstantiis ye- & lib. 4. stitum: aut tam magnanimus quàm iustus producit vtrunque, sed magnanimus non fert intentionem suam nisi ad magnitudinem, & iustus nisi ad iustum. Primum horum non est intelligibile: quia magnitudo operis non est quantitas superaddita rei magnæ, sed est ipsa operatio magna: sicut arduitas operis non est nisi opus arduum, & difficultas opus difficile. Contra secundum autem dicendi modum

Ca. 5. to. 5. *Q. 129. ar. 1 & 2.* *Q. 51. art. 8.* *Lib. 2 Ethi. ca. 7. cap. 2.* *D. 946*

opus enim factibile producitur ab arte. In cuius quidem vsu potest attendi vna specialis ratio bonitatis, quòd ipsum opus factum per artem sit magnum, s. in quantitate, pretiositate, vel dignitate: quod facit magnificentia. Et secundum hoc magnificentia est specialis virtus. Si verò nomen Magnificētiæ accipiatur ab eo quod est facere magnum, secundum quòd facere cōmuniter sumitur, sic magnificentia non est specialis virtus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad quālibet virtutem perfectam pertinet magnum facere ex suo genere, secundum quòd facere communiter sumitur, Non autē secundum quòd sumitur propriè, sed hoc est proprium magnificētiæ.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ ad magnanimitatem pertinet non solùm tendere in magnum, sed etiam in omnibus virtutibus magnum operari, vel faciendo vel qualitercunque agendo: vt dicitur in 4. Ethico *. ita tamen quòd magnanimitas circa hoc respicit solùm rationē magni. Aliæ autem virtutes, quæ si sint perfectę, magnum operantur, non principaliter dirigunt intentionem suam ad magnum, sed ad id quod est proprium vnicuique virtuti. Magnitudo autem consequitur ex quantitate virtutis.

Ad magnificentiam verò pertinet non solum facere magnū, secundum quòd facere propriè sumitur, sed etiā ad magnū faciendum tendere animo. Vnde Tullius dicit in sua Rhet *. quòd magnificentia est rerū magnarum & excelsarum, cum animi quadam ampla, & splendida propositione cogitatio atque administratio: vt cogitatio referatur ad interiorem intentionem, administratio autem ad exteriorem executionem. Vnde oportet quòd sicut magnanimitas intendit aliquod magnum in omni materia, ita & magnificentia in aliquo opere factibili.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ magnificentia intendit opus magnum facere. Opera autem ab hominibus facta ad aliquē finem ordinantur. Nullus autem finis humanorū operum est adeo magnus sicut honor Dei. Et ideo magnificentia præcipuè magnum opus facit in ordine ad honorem Dei. Vnde Philosophus dicit in 4. Ethi *. quòd honorabiles sumptus sunt maximè qui pertinent ad diuina sacrificia. Et circa hos maximè studet magnific⁹. Et ideo magnificentia cōiungitur sanctitati: quia præcipuè eius effectus ad religionem siue ad sanctitatem ordinatur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum materia magnificentiæ sint sumptus magni.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd materia magnificentiæ nō sint sumptus magni. Circa eādem enim materiam non sunt duæ virtutes. Sed circa sumptus est liberalitas, vt suprà habitū est *. Ergo magnificentia non est circa sumptus.

¶ 2 Præterea, Omnis magnificus est liberalis, vt dicitur in quarto Ethicorū * sed liberalitas est magis circa dona quàm circa sumptus: ergo etiam magnificentia non præcipuè est circa sumptus, sed magis circa dona.

¶ 3 Præterea, Ad magnificentiā pertinet aliquod opus exterius facere. Non autem quibuslibet sumptibus fit aliquod exterius opus, etiam si sint sumptus magni: puta, cùm aliquis multa expendit in xeniis mittendis: ergo sumptus non sunt propria materia magnificentiæ.

¶ 4 Præterea, Magnos sumptus nō possunt facere nisi diuites: sed omnes virtutes possunt habere etiam pauperes: quia virtutes non ex necessitate indigent exteriori fortuna, sed sibiipsis sufficiūnt, vt Seneca dicit in lib. de Ira. Ergo magnificentia non est circa magnos sumptus.

¶ SED CONTRA est, quòd Philosophus dicit in 4. Eth *. quòd magnificentia non extenditur circa omnes operationes quæ sunt in pecuniis, sicut liberalitas, sed circa sumptuosas solùm, in qbus excellit liberalitatē magnitudine: ergo est solùm circa magnos sumptus.

¶ RESPONDEO dicendum, quod ad magnificentiā, sicut dictū est *, pertinet intēdere ad aliquod magnū opus faciendū. Ad hoc autē ꝙ aliquod magnum opus cōuenienter fiat, requirūtur ꝓportionati sumptus. Nō enim possunt magna opera fieri nisi cū magnis expensis. Vnde ad magnificentiā pertinet magnos sumptus facere ad hoc ꝙ opus magnum cōuenienter fiat Vnde & Philos. dicit in 4. Eth *. ꝙ magnificus ab æquali, id est, à proportionato sumptu opus faciet magis magnificū. Sumptus autem est quædā pecuniæ emissio, à qua potest aliquis prohiberi per superfluū amorem pecuniæ. Et ideo materia magnificentiæ possunt dici & ipsi sumptus, quibus vtitur magnificus ad opus magnum faciendum: & ipsa pecunia, qua vtitur ad sumptus magnos faciēdos: & amor pecuniæ, quem moderatur magnific⁹, ne sumpt⁹ magni impediātur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut suprà dictum est *, virtutes illæ quæ sunt circa res exteriores, habent aliquā difficultatē ex ipso genere rei, circa quam est virtus, & aliam difficultatem ex magnitudine ipsius rei. Et ideo oportet circa pecuniam & vsum eius, esse duas virtutes, s. liberalitatem, quæ respicit communiter vsum pecuniæ: & magnificentiam, quæ respicit magnum pecuniæ vsum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vsus pecuniæ aliter pertinet ad liberalē, & aliter ad magnificū. Ad liberalē enim pertinet secundum quod procedit ex ordinato affectu circa pecunias. Et ideo omnis vsus debit⁹ pecuniæ, cui⁹ impedimentū tollit moderatio amoris pecuniæ, pertinet ad

modum militat primò ratio præcedens: quia ex hoc indissolubiliter sequitur, quòd magnanimus secundum quod huiusmodi non plus operatur magnum in bono quàm in malo. Secundò, Magnanimus scit opus suum esse bonum: igitur intentio sua non est ad magnum tantum, sed ad bonum. Tertiò, Magnanimus operans magnum opus iustitiæ attingit de facto opus iustum. Aut ergo præter, aut contra intentionem, aut ex intentione. Non primo, nec secundo: ergo tertio modo. Et confirmatur: quia aut attingit illud naturaliter, aut causaliter, aut ex electione. Nō primū, nec secūdū: ergo tertiū. Quartò, Magnanimus interdum iudicat quòd ad bene gerendum susceptam administrationem, oportet facere opus arduum iustitiæ: sed omnis volens facere opus iustitiæ arduum, non tantum dirigit intentionem suam ad opus secundum quod magnum, sed etiam secundum quod iustum: igitur magnanimitas nō solum dirigit intentionem suam ad opus secūdum quod magnum. Et tandē concludit opinionem hanc in hoc deficere, quòd secundum eam omne opus magnum, secundum quod magnum, pertinet ad magnanimitatem. Et postea addit, quòd magnanimitas, est solum circa graues administrationes. Et probat, Illa sola opera spectant ad magnanimum, quibus homo dignificat se magnis honoribus, quibus est dignus: sed per sola opera publicæ administrationis est homo dignus magnis honorib⁹: igitur. Probatur minor: quia per reliqua opera homo non dicitur magnanimus, aut pusillanimus, aut ambitiosus, &c. sed per sola ista.

¶ In eadem responsione ad secundum, dubium aliud occurrit, an magnanimitas sit circa magnum in opere magnificentiæ. Et est ratio dubij, quia pro parte affirmatiua est litera quarti Ethi. & præsentis articuli, s. Magnanimi est operari magnum in qualibet virtute, & magnanimitas intendit magnum in omni materia. Pro parte autem negatiua est, tum quoniam ad magnum in sua materia magnificentia tendit directè, ac per hoc oporteret duas virtutes, scilicet magnanimitatem & magnificentiam tendere directè ad magnum in eadem materia: quod est inconueniens. Tum quoniā magnificētia in hoc differt à cæteris virtutibus sub magnanimitate, quòd aliæ virtutes, vt in litera dicitur, faciūt magnum consequutiuè ex quantitate virtutis perfectæ. Magnificentia autem ex intentione tendit ad magnum in tali materia, sicut magnanimitas in omni materia. Videtur ergo excipienda magnificentia à materia magnanimitatis.

¶ Ad euidentiam horū scito, quòd primū dubium, licet spectet ad tractatum de magnanimitate, vbi adhuc non aduerteram ibi cum tāto labore traditam doctrinam haberi, in hac responsione ab Autore tā breuiter. Sed quoniam ibi explanata est diffusè, & hic ab Autore explicatur, & à Martino hic impugnatur: ideo hic quoq; respondendū est ꝙ quemadmodum simitas significat curuitatem non simpliciter, sed in naso: & non significat vtrunque, s. curuitatem & nasum, sed formaliter curuitatē, in hac tamen materia contractā: ita magnum quod est obiectum magnanimi, nō est magnū absolutè, sed est magnū in opere virtutis: ita ꝙ magnitudo est id quod formaliter significatur & respicitur à magnanimitate. Opus autē virtuosum in communi non contractū ad speciem huius virtutis vel illius magnitudinis, est proxima materia illius magnitudinis contrahens magnitudinē, materialiter tamen, ad obiectum magnanimitatis: sicut nasus contrahit curuitatem, & contraheret ad obiectum scientiæ propriæ de simitate, si qua esset. Recolendum rursus ex supradictis, quod magnitudo virtuosi operis, vt habet rationem conditionis consequentis quantitatem virtutis producentis ipsam, non habet rationem ardui, & ideo à qualibet perfecta virtute fit. Et ipsamet, vt induit rationem formæ, habet rationem ardui: & ideo à sola magnanimitate respicitur in opere virtuoso, vt in materia. Vnde magnanimitas, ornatus dicitur omnium virtutum, quarto Ethic. quia magnitudo ipsa rationem habet formæ ornantis omnes virtutes.

¶ Ad argumenta primi dubij respondendo conceditur, quòd omne op⁹ virtuosum quatenus magnū formaliter & ex intentione directa spectat ad magnanimum, nec aliquod tale vt sic spectat ad magnificum.

¶ Ad secundum dicitur quòd magnanimus dupliciter respicit ad bonitatem. Primò, materialiter, quia materia suæ formæ est opus bonum. Et propterea vt dicitur in 4. Ethic. oportet magnanimum esse virtuosum. Secundo, formaliter: sicut quælibet virtus in actu suo eligit scienter bonum, &c. Cum ergo in litera dicitur, quòd magnanimus respicit solàm magni rationem circa hoc, notandum est quòd ly, circa hoc, quia denotat materiam primam, scilicet op⁹ virtuosum, ita quòd circa opus virtuosum versatur vt materiam: ac per hoc non indifferenter se habet ad ipsum bonitas materię. Notandum est etiam, quòd respicere sumitur pro directè & primo intendere: & quòd ly, sola, non excludit concomitantia omnes virtutes, quæ in 2. Eth. numerantur: puta, quòd sciens, & eligens, & propter hoc, &c. sed excludit speciales seu differentiales rationes virtutum: puta iustitiæ vt sic, mansuetudinis vt sic, & sic de aliis. Et per hoc patet responsio ad omnia argumenta de respectu solius magnitudinis.

¶ Ad tertium autem de productione, dicitur quòd magnanimus facit magnitudinem vt formam, & iustus iustitiam & magnitudinem vt conditionem. Nec est verum quòd idem sit opus magnum, & sua magnitudo, præcipuè vt forma: imo distinguuntur genere in esse morali, vt arduum ab absolutè appetibili.

¶ Ad reliqua vero dicitur, quòd magnanimus faciendo magnum in opere iustitiæ attingit de facto opus iustū, materialiter tamen, sed solā magnitudinem formaliter. Et ad omnia quæ afferuntur, cōceditur, quòd scienter ex intentione & electione eligit magnū & bonum dupliciter, vt prius dictum est, scilicet formaliter, quo ad formale proprij actus, & materialiter quo ad materiā propriæ

Ca. 2. lo. 5. — *Lib. de inuent. fol. 3. ante fi.* — *Cap. 2.* — *Infrà q. 152. art. 3. cor. & q. 160. artic. 1. corp. Et 1. 2. q. 60. art. 5. corp. Et 3. distin. 34. q. 1. art. 2. & 4 dist. 7. q. 1. art. 2. q. 1. cor. & di. 17 q. 3. ar 2. q 3. corp. & di. 33. q. 3. art. 2. cor. Et 4. Ethic. lec. 6. co. 2.* — ** q. 117. ar. 2.* — *Cap. 2. lo. 5.* — *Cap. 2. lo. 5.* — *Art. præ.* — *Cap. 2. lo. 5.* — *Q. 129. ar. 2.*

liberalitatem, s. & doña & sumptus. Sed vsus pecuniæ pertinet ad magnificum in ordine ad aliquod magnum opus quod faciendum est. Et talis vsus non potest esse sine sumptu, siue expensa.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd magnificus etiam dat dona vel xenia: vt dicitur in 4. Ethic *. non tamen sub ratione doni, sed potius sub ratione sumptus ordinati ad aliquod opus faciendum: puta, ad honorandum aliquem, vel ad faciendum aliquid vnde proueniat honor toti ciuitati: sicut cum facit aliquid, ad quod tota ciuitas studet.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ principalis actus virtutis est interior electio, quam virtus potest habere absque exteriori fortuna. Et sic etiam pauper potest esse magnificus. Sed ad exteriores actus virtutū requirūtur bona fortunæ, sicut quædam instrumenta. Et secundū hoc pauper non potest actum magnificentiæ exteriorem exercere in his quæ sunt magna simpliciter, sed fortè in his quæ sunt magna per comparationem ad aliquod opus, quod etsi in se sit paruum, tamen potest magnifice fieri secundum proportionem illius generis. Nam paruum & magnum dicuntur relatiue, vt Philosophus dicit in Prædicamentis *.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum magnificentia sit pars fortitudinis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd magnificentia non sit pars fortitudinis. Magnificentia enim conuenit in materia cum liberalitate, vt dictum est *: sed liberalitas non est pars fortitudinis, sed iustitiæ. Ergo magnificentia non est pars fortitudinis.

¶ 2 Præterea, Fortitudo est circa timores & audacias. Magnificentia autem in nullo videtur respicere timorem, sed solum sumptus, qui sunt operationes quædam. Ergo magnificentia magis videtur pertinere ad iustitiam, quę est circa operationes, quàm ad fortitudinem.

¶ 3 Præterea, Philosoph⁹ dicit in quarto Ethi *. ꝙ magnificus scienti assimilatur: sed scientia magis cōuenit cum prudentia quàm cum fortitudine. Ergo magnificētia non debet poni pars fortitudinis.

¶ SED CONTRA est, quòd Tullius & Macrobius * & Andronicus magnificentiam partē fortitudinis ponunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd magnificentia secundum quod est specialis virtus, nō potest poni pars subiectiua fortitudinis: quia non conuenit cum ea in materia, sed ponitur pars eius, inquātum adiungitur ei sicut virtus secundaria principali. Ad hoc autē quod aliqua virtus adiungatur alicui principali, duo requiruntur, vt supradictum est *: quorum vnum est, vt secundaria conueniat cum principali. Aliud autē est, vt in aliquo excedatur ab ea. Magnificentia autē conuenit cum fortitudine in hoc, quòd sicut fortitudo tēdit in aliquod arduum & difficile, ita etiam & magnificentia. Vnde etiam d videtur esse in irascibili, sicut & fortitudo. Sed magnificentia deficit à fortitudine in hoc, quòd illud arduum in quod tendit fortitudo, habet difficultatem propter periculum, quod imminet personæ. Arduum autem, in quod tendit magnificentia, habet difficultatem propter dispendium rerum, quod est multo minus quàm periculum personæ. Et ideo magnificentia ponitur pars fortitudinis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ iustitia respicit operationes secundū se, prout in eis cōsideratur ratio debiti: sed liberalitas & magnificentia considerant operationes sumptuum, secundū quòd comparantur ad passiones animę: diuersimodè tamen. Nam liberalitas respicit sumptus per comparationē ad amorem & concupiscentiā pecuniarum, quæ sunt passiones concupiscibilis, quibus non impeditur liberalis à d dationib⁹ & sumptibus faciēndis: vnde est in concupiscibili. Sed magnificentia respicit sumptus per comparationē ad spem, attingēdo ad aliquid arduū, non simpliciter sicut magnanimitas, sed in determinata materia, s. in sumptib⁹: vnde magnificētia videtur esse in irascibili, sicut & magnanimitas.

¶ Ad secundū dicēdum, quòd magnificētia, etsi non conueniat cum fortitudine in materia, cōuenit tamē cū ea in conditione materiæ, inquātum scilicet tendit in aliquid arduū circa sumptus, sicut & fortitudo in aliqd arduū circa timores.

¶ Ad tertium dicendum, quòd magnificentia ordinat vsum artis ad aliquid magnum, vt dictum est *. Ars autem est in ratione. Et ideo ad magnificum pertinet bene vti ratione in attendendo proportionem sumptus ad opus quod faciendum est. Et hoc præcipue necessarium est propter magnitudinem vtriusque: quia nisi diligens consideratio adhiberetur, immineret periculum magni damni.

QVÆSTIO CENTESIMAtrigesimaquinta de Paruificentia, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vitiis oppositis magnificentiæ. ¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primò, vtrum paruificentia sit vitium. ¶ Secundò, de vitio ei opposito.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum paruificentia sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd paruificentia non sit vitium. Virtus enim sicut est moderatiua magnorum, ita etiam est moderatiua paruorum. Vnde & liberales & magnifici aliqua parua faciunt. Sed magnificentia est virtus. Ergo similiter paruificētia magis est virtus quàm vitium.

¶ 4 Prętęrea, Philosophus dicit in 4. Ethicor *. quòd diligentia ratiocinij est paruifica: sed diligentia ratiocinij videtur esse laudabilis, quia bonum hominis est secundum rationem esse, vt Dion. dicit quarto cap *. de Diui. nomi. ergo paruificentia non est vitium.

¶ 3 Præterea, Philosophus dicit in quarto Ethic *. quò d paruificus consumit pecuniam tristatus: sed hoc pertinet ad auaritiam siue ad liberalitatem: ergo paruificentia non est vitium ab aliis distinctum.

¶ SED CONTRA est, quòd Philosophus in secundo *, & quarto * Eth. ponit paruificentiam speciale vitium magnificentiæ oppositum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, * moralia speciem à fine sortiuntur. Vnde & à fine vt pluries nominantur. Ex hoc ergo dicitur aliquis paruificus quòd intendit ad aliquid paruum faciendum. Paruum autem & magnum secundum Philosophum in prędicamentis relatiue dicūtur. Vnde cū dicitur ꝙ paruificus intendit aliquid paruum facere, intelligendum est in cōparatione ad genus operis quod facit

priæ formę & finis principaliter intenti. Ex quibus patet quòd positio Autoris in nullo deficit, dicēs omne opus bonū, quatenus magnum, ex principali intētione spectare formaliter ad magnanimitatē. Ad id verò quod additur de materia magnanimitatis, dicitur ꝙ Minor est falsa, & probatio nihil valet: quoniā seclusa omni administratione publica dicitur quis magnanimus, si magnum opus virtutis facit ex intētione: pusillanimus, si non audet ad illud, vt patet de seruo, q abscondit talentum: & præsumptuosus, si attentat actus supra vires, vt Petrus, Si omnes scandalizati fuerint, &c. Vnde iste homo proprium magnanimi, extraneum fecit, s. operari magnum in qualibet virtute, & extraneum, s. administrationem publicam, propriā facit: cùm tamen in quarto Ethic. solùm primum didicerit.

¶ Ad aliud dubiū secundo loco motum dicitur, quòd magnanimitas tēdit in magnum, & facit illud etiam in operatione magnifici. Nec cōtra hoc obstāt obiecta: quoniam alia est materia in qua magnificus appetit & facit magnum, alia in qua magnanimus appetit & facit magnum. Magnificus siquidem facit magnum in materia exteriori, scilicet in aliquo opere factibili: puta, domo, templo, nuptiis, &c. Magnanimus autem facit magnum in actu elicito ipsius magnificentiæ: ita quòd actus magnificentiæ, sicut & aliarum virtutum actus, sunt quos magnanimus ornat magnitudine. Non est ergo eadē magnitudo directè intenta ab vtraque virtute, sed magnificentia intendit ad magnum in materia exteriori: magnanimitas autem ad magnū in ipso actu magnificentiæ: & hoc per se primò inquātum est actus virtuosus, & non inquantum est actus magnificentiæ. Obiectio autem secunda similiter in æquiuoco laborat: quoniam magnificentia conuenit cum aliis virtutibus in hoc, quòd non per se primo tendit ad magnum in operatione sua. Sed si facit operationem suam magnam, facit vt conditionem consequentem ex statu virtutis, quia scilicet est perfecta in actu. Oportet siquidem magnanimitatē adesse, ad hoc vt per se primo intendatur ad magnum in operatione magnificentiæ. Facere autem magnum in re exterius factibili, spectat ad magnificentiam.

¶ Super Quæstionis centesimætrigesimæquartæ Articulum secundum.

IN articulo quarto eiusdem quæstio. 134. dubiū occurrit ex Martino ibidem tripliciter arguente, quod istæ duæ conditiones, quæ in litera ponuntur, non sufficiunt ad esse virtutem adiunctam vt secundariam principali. Primo, quia sic omnis virtus excessa à fortitudine esset secundaria virtus respectu eius. Probatur, quia habet ambas conditiones, scilicet & quòd conuenit cum ea (omne enim excessum conuenit in aliquo cum excedente) & quòd exceditur ab ea. Secundo, quia sic liberalitas, eutrapelia, & sic de multis aliis, esset secundaria virtus respectu iustitiæ, quia ambas habet conditiones. Tertio, quia iustitia & omnis virtus requisita ad grauem administrationem esset secūdaria respectu magnanimitatis, quæ omnia sunt absurda.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd prima conditio in litera posita s. Conueniētia in aliquo, non est sic intelligenda vt sonat, cùm omne ens cum omni ente in aliquo conueniat: sed intelligenda est sanè, vt exposuit Autor superius in quæ. 128. vbi partes fortitudinis assignauit, s. quòd conueniat in modo, quē principalis virtus seruat in sua materia, puta, in iustitia, quòd sit ad alterum: in fortitudine, quòd sit ad arduum: in temperantia, quòd consistat in moderatione, & sic nō omnis virtus excessa conuenit cum virtute excedente. Secunda similiter conditio, quòd sit excessa, intelligitur quo ad rationem, hoc est, quod adiuncta virtus deficiat à perfecta ratione iusti, fortis, vel temperati: vt patet etiam ex dictis in q. 81. & inferius in 143. Nihil ergo valet prima obiectio.

¶ Ad secundum vero dicitur, ꝙ liberalitas verè est adiūcta iustitiæ: quia est ad alterum, sub ratione debiti moralis tamen. Eutrapelia autem pars ponitur temperantiæ, vt infra patebit, quia modestia quædam est actionum ludicrarum.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ consequentia non valet, nec sequitur ex dictis literæ sanè intellectis. Et hæc de hac quæstione & sequenti, de paruificentia & consumptione, dicta sufficiant.

¶ Super

Cap. 2. — *In Prædicamen. ad aliquid.* — *Suprà q. 128. & locis ibi notatis.* — *Art. præ.* — *Cap. 2.* — *Lib. 1. in Somn. Scipion. in fol. 2. ante medii libri.* — *Q. 80. & 128.* — *D. 833.* — *D. 815.* — *In corp.* — *4. Ethic. lect. 7. col. 5.* — *Cap. 2.* — *Par. 4.* — *Cap. 2.* — *Cap 7.* — *Cap. 2.* — *1. 2. q. 1. artic. 3. & q. 18. art. 2.* — *In prædi. Ad aliquid.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis centesimatrigesimæ sexta Articulum primum.

IN articul.1. quæst.136. dubium occurrit Martini in eodem tractatu in quæst. 1. de patientia contra rationem literæ in corpore huius articuli dicentis, quòd hæc ratio intellecta vt iacet nimis per plexa est. Quod enim primo concludit, videtur falsum: & consequentia multum obscura. Arguit enim sic: Inter alias passiones tristitia impedit bonum rationis: ergo necessaria est virtus, qua bonum rationis cõseruetur contra tristitias. Contra. Tum primo, quia voluntas sine virtutis habitu hoc potest: ergo. Antecedens probatur: quia aliàs nunquam posset exire in primum actum. Tum secundò, quia dicetur quòd omnis virtus conseruat bonum rationis contra tristitiam, & sic per hoc medium non probatur quod vltra alias virtutes sit necessaria patientia. Tertio, deficit, quia non assignat nisi vnam passionem quam moderetur, s. tristitiam: & tamen omnis virtus moralis est media inter duas passiones, aut saltem dupliciter circa eandem passionem: sicut mansuetudo est medietas inter excessum & defectum iræ. Quarto, quia omnis virtus pugnat contra tristitiam impedientem bonum rationis directiuę sui vt patet de perseuerantia. Quinto, quia secundum sanctos patientia est vtilis ad tollẽdam insensibilitatem, & inducendã tristitiã, vbi nulla esset ex malis sequutura tristitia: sicut de facto Christus suscepit tristitiã. Tristis, inquit, est anima mea. Vnde patiẽtia non solum est cohibitiua tristitiæ excedentis, sed excitatiua tristitiæ deficientis: quod patet ex mansuetudine respectu iræ, quę vtrũque facit: & ex hoc quòd omnis virtus moralis est media inter duo extrema vitia, & ex autoritate Greg. in Moralibus super illud, Surrexit Iob, scidit vestimenta sua, & tonso capite adorauit. Vbi contra nimium dolorum sensum contraponit in sensibilitatem, & vtrunque damnat, afferens contra secundos illud Prophetæ: Percussisti eos, nec doluerunt, attriuisti eos, & noluerunt accipere disciplinam: & similitudinem membrorum stupidorũ, quæ incisa dolere non possunt.

¶ Ad hoc dicitur, quod ratio sanè intellecta, bona est. Et ad primam obiectionem dicitur, quod aliud est posse in actu virtutis, aliud est eam posse in illum actum eo facit. In quo quidem paruũ, & magnum possunt attẽdi dupliciter. Vno modo, ex parte operis fiendi. Alio modo, ex parte tumptus. Magnificus ergo principaliter intendit magnitudinẽ operis, secũdario intendit magnitudinẽ sumptus, quã non vitat, vt faciat magnũ opus. Vnde & Philosophus dicit in quarto Eth*. quòd magnificus ab æquali sumptu opus facit magis magnificũ. Paruificus autẽ econuerso, principaliter quidẽ intendit paruitatẽ sumptus. Vnde & Philosophus dicit in quarto Eth.* quòd intendit qualiter minimũ cõsumat, ex consequẽti autẽ intendit paruitatẽ operis, quam s. non recusat, dũmodo paruũ sumptũ faciat. Vnde Philosophus dicit ibidẽ, quòd paruificus maxima cõsumẽs in paruo, s. q. non vult expendere, bonum perdit, s. magnifici operis. Sic ergo patet, quòd paruificus deficit à proportione, quæ debet esse secundum rationem inter sumptus & opus. De fectus autem ab eo quod est secundum rationem, causat rationẽ vitij. Vnde manifestũ est, quòd paruificentia vitium est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus moderatur parua secundum regulã rationis, à qua deficit paruificus, vt dictum est*. Non enim dicitur paruificus qui parua moderatur, sed qui in moderando magna vel parua deficit à regula rationis. Et ideo habet vitij rationem.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd sicut Philosophus dicit in secundo Rhet*. Timor facit consiliatiuos. Et ideo paruificus diligenter ratiociniis intendit: quia inordinate timet bonorum suorũ cõsumptionem, etiam in minimis. Vnde hoc non est laudabile, sed vitiosum & vituperabile: quia nõ dirigit affectum suum secundum rationem, sed potius rationis vsum applicat ad inordinationem sui affectus.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd sicut magnificus conuenit cũ liberali in hoc, q. promptè & delectabiliter pecunias emittit, ita etiam paruificus cõuenit cũ illiberali, fiue auaro in hoc, quòd cum tristitia & tarditate expẽsas facit. Differt autem in hoc quòd illiberalitas attenditur circa communes sumptus. Paruificentia autẽ circa magnos sumptus, quos difficilius est facere. Et ideo minus vitium est paruificẽtia quàm illiberalitas. Vnde Philosophus dicit in 4. Eth*. q. quamuis paruificentia & vitium oppositũ sint malitiæ, non tamen opprobria inferunt: quia nec sunt nociuæ proximo, nec sunt valde turpes.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum paruificentiæ aliquod vitium opponatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd paruificẽtiæ nullum vitium opponatur. Paruo enim opponitur magnum: sed magnificentia non est vitium, sed virtus: ergo paruificẽtiæ non opponitur vitium.

¶ 2 Præterea, Cũ paruificentia sit vitium ex defectu, vt dictum est*, videtur, si aliquod vitiũ esset paruificẽtiæ oppositum, q. cõsisteret solùm in superabundãti consumptione: sed illi qui cõsumunt multa, vbi pauca cõsumere oporteret, cõsumunt pauca vbi multa oporteret consumere, vt dicitur in quarto Ethi*. Et sic habent aliquid de paruificentia. Non ergo est aliquod vitium paruificentiæ oppositum.

¶ 3 Præterea, Moralia sortiuntur speciem ex fine, vt dictũ est*: sed illi qui superflue consumũt, hoc faciunt causa ostẽtationis diuitiarmu, vt dicitur in quarto Eth*. Hoc autem pertinet ad inanem gloriam, quæ opponitur magnanimitati, vt dictum est*. ergo nullum vitium paruificentiæ opponitur.

¶ SED CONTRA est autoritas Philosophi, qui in 2.* & 4.* Eth. ponit magnificentiam medium duorum oppositorum vitiorum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd paruo opponitur magnum. Paruum autem & magnum relatiuè diuntur, vt dictum est*. Sicut autem contingit sumptum esse paruum per cõparationem ad opus, ita etiam contingit sumptum esse magnum in comparatione ad opus: vt scilicet excedat proportionem, quæ esse debet sumptus ad opus secundum regulam rationis. Vnde manifestum est, quòd vitio paruificentiæ, qua aliquis deficit à debita proportione expensarum ad opus, intendens minus expendere, quàm dignitas operis requirat, opponitur vitiũ, quo aliquis dictam proportionem excedit, vt s. plus expẽdat quàm sit operi proportionatum. Et hoc vitium Græcè quidem dicitur banausia, à furno dicta: quia videlicet ad modum ignis qui est in furno omnia consumit. Vel dicitur apyrocalia, id est sine bono igne: quia ad modum ignis omnia cõsumit non propter bonum. Vnde Latinè hoc vitium potest nominari consumptio.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd magnificentia dicitur esse ex eo quòd facit magnum opus, non autem ex eo quòd in sumptu excedat proportionem operis. Hoc enim pertinet ad vitium, quod opponitur paruificentiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd idem vitiũ contrariatur virtuti, quæ est in medio & contrario vitio. Sic ergo vitium consumptionis opponitur paruificẽtiæ in eo quòd excedit in sumptu operis dignitatem, expendens multa, vbi pauca oporteret expendere. Opponitur autem magnificentiæ ex parte operis magni: quod præcipuè intendit magnificus: inquantum s. vbi oportet multa expendere, nihil aut parum expendit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cõsumptor in ipsa specie actus opponitur paruifico, inquantum trãscendit regulam rationis, à qua paruificus deficit. Nihil tamen prohibet, quin hoc ad finem alterius vitij ordinetur, puta inanis glorię, vel cuiuscunque alterius.

QVÆSTIO CENTESIMATRIGESIMA sexta, de Patientia, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de patiẽtia. ¶ Et circa hoc quæruntur quinque. ¶ Primo vtrum patientia sit virtus. ¶ Secundò, vtrum sit maxima virtutum. ¶ Tertiò, vtrum possit haberi sine gratia. ¶ Quartò, vtrum sit pars fortitudinis. ¶ Quintò, vtrum sit idem cum longanimitate.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum patientia sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod patientia non sit virtus. Virtutes enim perfectissimę sunt in patria: vt Aug. dicit in 14. de Trinit*. Sed ibi non est patientia: quia nulla sunt ibi mala toleranda, secũdum illud Isa. 49. & Apoca. 21. Non esurient neque sitient & non percutiet eos æstus, neque sol. Ergo patientia non est virtus.

¶ 2 Præterea, Nulla virtus in malis potest inueniri, quia virtus est quæ bonum facit habentem: sed patientia quãdoque in malis hominibus inuenitur, sicut patet in auaris, qui multa mala patienter tolerant, vt pecunias congregẽt: secundum illud Ecclesiast. 5. Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna atque tristitia: ergo patientia non est virtus.

¶ 3 Præterea, Fructus à virtutibus differunt, vt suprà habitum est*, sed patientia ponitur inter fructus, vt patet ad Galat. 5. ergo patientia non est virtus.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de Patientia*. Virtus animi, quæ patientia dicitur, tam magnum Dei donum est, vt etiam ipsius, qui nobis eam largitur, patientia prędicetur.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut dictũ est suprà*, virtutes morales ordinãtur ad bonũ, inquantũ cõseruant bonum rationis contra impetus passionum. Inter alias autem passiones tristitia efficax est ad impediendum bonum rationis, secundum illud secundæ ad Corin. 7. Seculi tristitia mortẽ operatur. Et Eccles. 30. Multos occidit tristitia: & non est vtilitas in illa. Vnde necesse est habere aliquã virtutẽ, per quã bonum rationis cõseruetur contra tristitiam, ne scilicet ratio tristitiæ succumbat

modo quo virtuosus exerceret. Non enim ponitur iustitiæ virtus vt volũtas posset velle iustum, sed vt posset eo modo quo iusti volũt iusta. Et simile est de aliis virtutibus. Et ideo oportet poni patientiam contra tristitias, vt homo se habeat in tristitiis virtuose: quod sine virtute moderatiua tristitiarum fieri nequit. Si nanque indomitæ essent, licet homo posset, non tamen posset, vt patientes soliti sunt, rectitudinem in aduersis seruare.

¶ Ad secundam verò ob iectionem, quæ coincidit cum quarta, & multum habet apparentiæ, adeo quòd videtur sufficienter respondere rationi literæ, quoniam quælibet virtus sicut moderatur timorẽ contrariorum suorum, ita & tristitiam eorundem. Liberalitas siquidem moderatur timorem amissionis pecuniarum, & tristitiam amissarum. Similiter temperantia moderatur timores & tristitias contrarias delectabilibus secundum tactum, & sic de aliis. Verũtamen respondetur cum Autore, quòd quia nulla alia virtus est directè moderatiua tristitię, & tristitia est passio valde impeditiua boni rationis, ideo conueniens est ponere vnam virtutem circa tristitiam directè. Rursus singulę virtutes sunt circa singulas tristitias oppositas in ordine ad quoddam particulare bonum rationis. Ista autem virtus ponitur circa tristitiam in ordine ad bonum rationis absolutè: vt scilicet sic moderetur tristitias vt in nullo mens à bono auertatur seu declinet propter tristitiam quamcunque, præcipuè tamen propter tristitiam illatã ab extrà. Demum cùm virtus ista ponatur principaliter propter bonum supernaturale, vt scilicet homo propter tristitias quæ occurrunt, non declinet à bono suo supernaturali, quod est maximum bonum rationis seu superioris partis nostræ, scilicet intellectus & voluntatis: & tristitiæ passio materia propria sit moralis, & non theologalis virtutis, rationabilius est ponere quòd charitas mediante patientia moderatur tristitias. quàm quòd per seipsam ad illas descendat. Oportet nanque charitati attribuere pugnam contra tristitias impedientes amorem cælestis patriæ. Rationabilius autem hoc (vt dictum est) facit mediatè per virtutem patientiæ, quæ directè circa tristitias sit in ordine ad bonũ rationis supernaturale principaliter, & cõsequenter ad bonũ rõnis simpliciter, & absolutè: vt aũt inferius patebit, Autor patientiã ponit directè virtutẽ circa tristitias, vt rõ in bono supernaturali cõtra tristitias cõseruetur.

¶ Ad tertiam dicitur, quòd sufficit virtuti vna passio, vt propria materia moderanda: vt patet de mansuetudine, cui vt propria materia assignatur ira. Quod autem patientia sit circa tristitias media inter duo vitia extrema, non repugnat literæ neque Autori, qui inferius expresè in sequenti libro, quæstione 46. artic. 6. ad secundum, dicit quòd virtus moralis mitigat tristitiam. ponendo in ea medium rationis, sequens Peripateticos contra Stoicos omnino tristitiam ab animo sapientis remouentes. Vnde cùm tristari de malo sit secundum naturalem ordinem nostræ naturæ, respectu talis obiecti appropinquati, vtrunque videtur vitiosum, scilicet, & plus tristari quàm oportet, & minus tristari quàm oportet. Nulla siquidem tristitia de malo coniuncto, cognitæ naturæ nostræ derogat: ac per hoc patientia est circa tristitiam, sicut mansuetudo circa iram: & est in medio duarum militiarum, vt aliæ virtutes morales, quæ sunt circa passiones. Et ex his patet quòd quinta obiectio non est contra doctrinam Autoris.

¶ In eodem primo articulo in responsione ad primum, dubium occurrit ex Martino ibidem reprehendente responsionem hanc in hoc, quòd ponit patientiam remanere in patria, ratione istius actus, qui est frui bonis, ad quæ per patientiam peruenire volebamus. Et duo impugnat. Primò ipsa vocabula: secundo, rationem. Inquit primò, quòd est abusi vocabulo Patientiæ: ita quòd esset multo rationabilius dicere album nigrum, aut calidum frigidum: quia ista secundum aliquos se compatiuntur in aliquibus gradibus: patientia autem & summa delectatio, non. Et hic multa inculcat. Inquit secundò, quod exemplum de iustitia, quod remanet in patria, non respectu emptionum, &c. sed quo ad hoc quod est esse subditum Deo, non valet: quoniam est vna species iustitiæ, cuius actus est esse subditum Deo. Nulla autem est patientia, cuius actus sit illa fruitio, quæ est in patria.

¶ Ad hæc dicitur, quòd nulla est abusio vocabulorum, quoniam cùm patientia habeat pro proximo fine fruitionem boni, pro quo tristia sustinet, dicere quòd non remanet in patria ipsa patientia in seipsa, sed in suo fine nullus abusus, nulla obscuritas interuenit. Sed sicut dicimus, q. militia in victoria remanet, & in triumpho: ita patientia in fruitione bonorum patriæ, pro quibus quis passus est in via.

¶ Ad secundam verò obiectionem dicitur, quòd similitudo de iustitia tenet quo ad hoc q. est remanere respectu finis: & ad hoc est allata ab Autore. Vnde non oportet fingere patientiã, cuius actus sit fruitio patriæ: quoniam ex prefatè Autor dicit in litera quòd non remanet secundum seipsam, sed secundum suum finem tantùm, qui attribuitur patientiæ, sicut triumphare attribuitur militiæ.

¶ Super Quæstionis centesimatrigesimæ sexta Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæst. multa occurrunt ex Martino dubia in quæst. 4. Primum est de comparatione iustitiæ ad patientiã. contra hoc quòd ideo iustitia est perfectior patientia, quia iustitia constituit hominem in bono. Patientia autem seruat tantùm contra impedimẽta boni. Arguitque sic, Patientia non tantum impedit ea quæ à bono retrahunt, sed etiam constituit animum in bono principaliter, propriè, & per se: ergo. Antecedens probatur. primò, quia patientia cõstituit hominem in æquanimitate, quę est bonum magnum. Secundò, quia patientia inclinat hominem ad sequelam rectæ rationis: hoc autem est bonum: ergo. Tertiò, quia huiusmodi virtutes firmant animum in bono: propter quod subimus pericula, sustinemus tristia, &c.

¶ Quartò arguitur, quòd illa propositio, Omnis virtus constituens animum in bono, excellentior est virtutibus tollentibus impedimenta boni, non est vniuersaliter vera: tum quia tollere impedimenta magnorum bonorum est multo melius quàm constituere in paruis bonis: tum quia fortitudo excellit affabilitatem, eutrapeliam, & veritatem, quæ tamen constituunt animum in bono communicationis humanæ. Et similiter potest argui de mansuetudine respectu earundem.

¶ Secundum dubium est de comparatione fortitudinis ad patientiam: quòd non ideo fortitudo est excellentior patientia, quia tollit maiora impedimenta, scilicet pericula mortis: quia patientia firmat animum contra pericula mortis cùm incũbunt. Quod probatur dupliciter. Primò, quia pericula mortis sunt inter aduersa. Secundò, quia hoc dicit expresè Thomas in artic. 4. quæstione de patientia. Et hoc supposito, multiplicat tot & tanta Martinus quæ taceo: quia falsum hoc supponit.

¶ Tertium dubium est de comparatione temperantiæ ad patientiam, quòd scilicet temperantia est fortior patientia. Probatur. Secundum Aristo. difficilius est pugnare contra tristitias, quàm contra delectationes: sed patientia contra tristitias, temperantia contra delectationes pugnat: ergo. Antecedens probatur, quia cruciatus & comminationes, &c. plus retrahunt à bono opere quàm delectationes & promissiones. Et confirmatur, quia omnium vulgata vox ac sententia est, quòd timor malorum in constantem virum cadens excusat ab impletione præceptorum. Concupiscentia autem, aut delectatio carnalis & ciborum, &c. non excusat. Plus sunt igitur retractiua à bono mala contristantia, quàm bona delectantia: cuius contrarii dicit hic Thom. volens quòd delectationes tactus plus retrahunt à bono, quàm tristitia aduersorum, quæ est patientia.

¶ Quartum dubium est rursus de iustitia, quòd scilicet patientia est perfectior quàm iustitia, quæ est ad proximum. Probatur, Melius est esse patientem & carere iustitia, quàm esse iustum & carere patientia: ergo. Probatur assumptum: quia patiens non iustus est dispositus ad iustitiam, ad mansuetudinem, & omnem honestam communicationem. Qui verò est iustus & nõ patiens, non est dispositus ad patientiam: quum multi iusti sint in aduersis impatientissimi. Secundo, quia iustus non patiens non est dispositus ad vllã virtutem secundum gradum perseuerantiæ, nisi primo inclinetur ad actum

patientiæ:sed patiens sine iustitia est dispositus ad omnem virtutem secundum gradum perseuerantiæ:igitur.

¶ Quintum dubium est in responsione ad primũ,circa glossam illius,Patientia opus perfectum habet, non simpliciter, sed in aduersorum toleratione. Dupliciter siquidem hoc impugnat.Primo,ordinem passionum in litera ex aduersis, scilicet primò tristitia, inde ira, inde odium, inde iustitia seu iniustum nocumẽtum. Nam cùm ira sit appetitus vindictæ,ac per hoc iniusti nocumenti,ira sine quocunque medio fertur in iniustum nocumentum. Secundo, ex hac solutione probat excellentiam patientiæ, Multo difficilius est rectè se habere circa aduersa in tota vita humana,quàm circa prospera: sed in aduersis tolerandis patientia est perfectior,vt ipse Tho. dicit: ergo. Probatur maior: tum quia aduersa multo frequentius contingunt quàm prospera: quoniã & in ipsis prosperis multa aduersa commiscentur. Minor probatur:tum ex ipso Thoma, tum quia habita patientia ex aduersis,nec ira,nec odium,nec iniustum nocumentum facimus:habita verò iustitia, adhuc habetur odium, ira, & tristitia, habita quoque charitate,quantum est ex parte habitus,adhuc habetur ira, & tristitia.habita etiam mansuetudine,adhuc habetur tristitia.Et confirmatur:quia quicquid habet optimum perfectum, ita vt habens ipsum in nullo deficiat, est perfectissimum simpliciter.Sed patientia est huiusmodi, vt patet autoritate Iacobi:ergo.

¶ Sextum dubium est in responsione ad secundum circa glossam illius, In patientia vestra possidebitis: quod scilicet intelligitur per remotionem aduersitatum inquietantium possessionem animæ. Possessio enim importat quietum dominium.Contrà,inquit Martinus, hanc solutionem arguitur similiter vt prius.Si aliqua virtus, etiam circa prospera est perfectior patientia,sequitur quòd per patientiam non possideamus animas nostras. Probatur, quia carens virtute perfectiore non habet quietum dominium supra animam suam.Nulla ergo virtus est perfectior patientia.

¶ Septimum dubium est in responsione ad tertium circa glossam illius dicti Greg.Patientia est radix & custos omnium virtutum,non directè causando & promouendo,sed solùm remouendo prohibens.Contrà,inquit Martinus ibidem,volo quòd aliquis habeat patientiam perfectam, & notitiam agendorum,& careat omni alia virtute:tum sic,Talis rectè aget in materia,cuius virtutem non habet:ergo. Assumptum probatur, quia non peccabit in materia iustitiæ,nisi aut odio,aut amore, aut aliqua simili passione. Sed in huiusmodi semper interuenit nõ sufferre aliquid malum, vel in se,vel in alio: ergo.Et tandem dicit,quòd hoc,scilicet respectu omnium aliarum virtutum à se habere radicaliter, vel remouendo prohibens, vel effectiuè causando, nulli alteri virtuti morali conuenit: & ideo patientia est cæteris virtutibus ad vitam humanam transigendam accommodatior.Multa quoque affert ad probandum excellentiam patientiæ,quæ omitto: quoniam ex hac elucidatione omnia clara reddi puto.

¶Ad primum dubium dicitur,quòd falsum est antecedens assumptum ab arguente.Eodem siquidem modo respondendum est hic,sicut superius responsum est de fortitudine in principio tractatus huius. Vnde ad primam,secundam & tertiam probationes illius dicitur, quòd patientia per se primò moderatur tristitias in concupiscibili,& mediante hac moderatione constituit æquanimitatem,inclinat ad bonum,& firmat in bono.Arguens enim deberet probare non quòd patientia hæc det aliquo modo, sed quòd principaliter & immediate,&c.constituat in bono,non mediante moderatione tristitiæ,sicut facit iustitia & prudentia, quarum vtraque directè & primò constituunt bonum voluntatis & intellectus. Quarta autem obiectio, quæ est contra illam vniuersalem.Virtus constituens in bono præstat virtute tollente impedimentum,excluditur dicendo,quòd est vera,cæteris paribus.Et rursus est vera quo ad nobilitatem substantialem:ita quòd patientia secundum sui generis rationem est ignobilior iustitia acquisita: quamuis tollat impedimenta maioris boni,scilicet supernaturalis. Et rursus patiẽtia absolutè ignobilior est iustitia infusa:quia cætera sunt paria. Et hæc iustitia constituit in bono gratuito. Patientia autem tollit boni gratuiti impedimenta tristitiæ. Nec est inconueniens quòd veritas sit secundum generis sui conditionem hanc nobilior fortitudine: quæ tamen aliunde præeminet veritati. De eutrapelia autem & affabilitate non oportet solicitari:quia sunt circa delectationes,& non directè constituunt hominem in bono, sed ponunt medium in passionibus,sicut patientia & fortitudo.

¶ Ad secundum dubium dicitur,quòd patientia,quæ est specialis virtus,non est circa pericula mortis.Et ad primam probationem negatur,ꝙ patientia,vt est virtus specialis, sit circa omnia aduersa:quoniam est solum circa aduersa alia ab his quæ mortis sunt,circa quæ est patientia pars integralis fortitudinis.Et per hoc patet responsio ad secundam:quoniam id,quod Autor dicit in illa responsione,quam allegat arguens,declarat ibidem in responsione ad vltimum,distinguendo de patientia parte integrali fortitudinis, & patientia speciali virtute,primæ attribuendo mala mortis:secundæ cætera mala.

¶ Ad tertium dubium de tẽperantia respectu patientiæ dicitur,ꝙ si arguens aduertisset ordinem,qui ponitur in litera inter impediẽtia bonum rationis, non dixisset ea quæ dicit. Expressè nanque Autor ponit plus impedire mala mortis,& cruciatus,quę opponuntur bono corporis,quàm delectabilia secundum tactum:& ideo præponitur fortitudo temperantiæ.Vnde quod iste obiicit de tormẽtis & cruciatibus,non est cõtra Autorẽ, nisi quia adeò rudis sit vt putet timorem huiusmodi malorum poni ab Autore in primo loco,& non tristitiam eorundẽ.Sed quoniã rudium est,nõ meretur audiri.Est ergo mens Autoris, ꝙ quia bonum corporis naturaliter plus amatur quàm bonum externum,ideo & timor & tristitia malorum corporis maximè impediunt bo-

mortis,circa quæ est fortitudo, vel delectationes tactus,circa quæ est temperantia,quã quæuis aduersa, circa quæ est patientia.Et ideo patientia nõ est potissima virtutũ,sed deficit nõ solum à virtutibus theologicis, & prudẽtia & iustitia,quæ directè statuũt hominẽ in bono, sed etiã à fortitudine & temperantia,quæ retrahunt à maioribus impedimentis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ patiẽtia dicitur habere opus perfectum in aduersis tolerandis, ex quibus primò procedit tristitia,quã moderatur patientia:secũdò ira,quã moderatur mansuetudo:tertio odiũ,qđ tollit charitas:quartò iniustum nocumẽtũ,quod prohibet iustitia. Tollere enim principiũ vniuscuiusque est perfectius. Nec tamen sequitur, si in hoc patientia est perfectior, ꝙ sit perfectior simpliciter.

¶ Ad secundum dicendum, quòd possessio importat quietum dominium.Et ideo per patientiam dicitur homo suam animam possidere,inquantũ radicitus euellit passiones aduersitatum,quibus anima inquietatur.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ patientia dicitur esse radix & custos omniũ virtutum, non quasi directè eas causando & cõseruando,sed solùm remouendo prohibens.

bonum rationis.Quia autem delectabilia secundum tactum naturaliter sunt nobis magis connaturalia,& sensibilia,ac præcepta,quàm bona extrinseca, ideo communiter magis nati sumus impediri ab istis bonis quã à bonis aliis, & eorum contrariis,circa quæ est patientia.Vnde delectabilia secundum tactum non præponuntur ab Autore in impediendo rationis bonum omnibus aduersis,sed quibusdam, illis scilicet quorũ bona quę tollunt,sunt minus connaturalia,sensibilia, & præcepta. Vndè cùm dicitur ꝙ difficilius est pugnare cõtra tristitias, quàm contra delectationes, verum est, cæteris paribus:quia facilius est abiicere volũtaria quã nolita.Quæ enim nobis inuitis nos tangunt,non sunt in potestate nostra, sicut ea quæ volentibus nobis accidunt.Constat autem quòd tristitia de nolito, delectatio de amato est.Et propter hãc rationem metus & tristitia excusant, & non delectatio,quia illa.s.sunt de nolito,ista de volito,ac ꝑ hoc delectatio est in potestate nostra,longe plusquam tristitia & metus. Cum his tamen stat, quòd delectatio carnalium magis impediat rationis bonum quàm tristitia exteriorum bonorum,quantum est ex natura delectabilium & tristabiliũ.Quod dico,quia per accidens ex parte hominis auari,vel aliter dispositi,contingit oppositum.Sed doctrina datur secundum ea quæ sunt per se.

¶ Ad quartum dubium de comparatione patientiæ ad iustitiam ad proximum dicitur,quòd si virtutes possent separari, & comparetur patientia acquisita,de qua loquitur arguens,ad iustitiam respectu proximi, & acquisitam,negatur assumptum,scilicet quod melius est: quoniam melius est esse iustum quàm patientem.Quoniam vt dicitur in quinto Eth.in hoc maximè commendatur bonus homo,quòd etiam aliis est bonus. Iustus autem talis est,patiens autem sibi soli bonus est. Nec est verum quòd iustus sit minus dispositus ad virtutes quàm patiens:imò iustitia magnum est principium & patientiæ,& omnium virtutũ: quoniam volens & reddens vnicuique quod suum est,totam legem implet.Propter quod omnia præcepta legis sunt præcepta iustitiæ, vt superius patet,& ad fortitudinem se accingit, vt debitum patriæ reddat:& ad temperantiam, à non sua muliere abstinendo: & ad patientiam,superiori parti animæ suæ reddens quod debet, scilicet conseruationem boni ipsius. Quod autem dicitur,quòd aliqui iusti sunt impatientissimi:quia de facto loquitur,negandum est:quoniam si verè sunt iusti, habẽt tantum patientiæ vt vitio impatientiæ careant: ac per hoc non sunt impatientissimi: quamuis non oporteat omnes iustos habere patientiam perfectam,vt patet de his,quæ de connexione virtutum dicta sunt.

¶ Ad quintum dubium:quomodo patientia habeat opus perfectum,dicitur quòd id quod primò obiicitur contra ordinem passionum, nihil obstat. Nã non dicit Autor quòd oportet iram causare prius odium, & deinde iniustũ nocumentum:ita quòd odium oporteat mediare,vt iste intellexit. Sed dixit quòd naturalis progressus mali moris in animo nostro ex aduersis præsentibus,est quòd primò tristitia, &c. Præter quem tamen naturalem progressum potest aliquis malè se habere in aduersis.Nullus siquidem dubitat quòd ira crescat in odium. Non tamen opus est omnem iram peruenire ad odiũ. Ad id verò quod secundo loco obiicitur ad probandum patientiæ excellentiam, dicitur quòd si per prospera iste intelligit omnia non aduersa, circa quæ est patientia,antecedens est falsissimum: quoniam multo difficilius est habere reliquas virtutes,iustitiam,magnanimitatẽ, &c.quàm patientiam.Si autem per prospera intelligit quædã bona delectabilia,nihil valet cõsequentia inferens patientiã esse perfectiorem simpliciter cæteris virtutibus: quoniã dato quòd esset perfectior istis,quæ essent circa tales prosperitates, non sequitur,ergo est perfectior cæteris simpliciter. Peccat quoq; dicta ratio & in hoc, quia præsupponit patientiæ virtutẽ esse circa omnia aduersa, cum circa summa aduersa,scilicet mortis pericula,sit fortitudo. Peccat & tertiò: quia perfectionẽ virtutis sola difficultate graduat,cùm perfectio virtutis,de qua dicitur in secundo Eth. quòd est circa bonũ & difficile, magis pensetur ex bono quàm ex difficili.Quæ verò addit,quòd habita patientia,habẽtur illæ virtutes,puta mansuetudo,charitas & iustitia:nõ est verũ,si secludatur cõnexio virtutũ,nisi negatiuè,hoc est,qa habita patiẽtia,tollitur iracũdia,odiũ & iniustitia nõ simpliciter,sed quãtũ est ex tristitia aduersorũ. Posset eñi patientia sola præditus ex alio capite,odio habere proximũ & illi nocere, puta ex crudelitate,vel auaritia,vel tyrannide,seu libidine dominandi,excellẽdi,&c.Quod verò cõtra dicitur de charitate,quòd quantũ est ex parte habitus,habetur sine patiẽtia,falsum est.Nã teste Apostolo,Charitas patiens est. Et probatur ratione: quia charitas ex sui proprij habitus ratione præfert Deum omnibus, ac per hoc omnibus cõtristãtibus. Et propterea Apostolus posuit primogenitã charitatis patientiã.Et ne hic occupemus tempus,breuiter argumentũ satis abundat falsitatibus.Vltima demũ ꝓbatio, scilicet:quicquid habet opus perfectum,ita vt habens ipsum in nullo deficiat, est perfectissimum simpliciter: concludit quòd patiẽtia est Deus. Illa enim maior, vt iacet,soli conuenit diuinæ perfectioni:habere nãq; opus perfectũ sic vt nullo indigeat,soliꝰ Dei est.Omnis eñi creatura,sic est perfecta vt alio indigeat. Et ideo aut Martinus cõrrigat maiorẽ,aut fateatur patientiam esse deitatem.

¶ Ad sextũ dubiũ dicitur,ꝙ quies animi seu quieta sui possessio,dupliciter intelligi potest,scilicet,quod sit omnino perfecta.Et hæc non nisi ꝑ æternã beatitudinem quæ in patria erit,præstatur. Et de tali quieta possessione verum est quòd non habetur quandiu deficit aliqua virtus maior nata haberi, &c. Sed talis quieta possessio non ponitur à Christo effectus patiẽtiæ in hac vita,sed in futura tantũ. Alio modo intelligitur,quòd sit quieta in genere perturbabiliũ vt sic: & talis quieta possessio animæ ponitur effectus patientiæ. Nec exigit quòd ipsa sit perfectissima virtꝰ.Qm̃ cũ hoc,quòd est alia virtus ipsa perfectior,stat quòd habens ipsam,si careat illa alia, possideat suã animam quietè in genere perturbabilium, hoc est,vt homo sit imperturbabilis à multis

à multis contristantibus.Peccat quoque dicta obiectio in hoc,quòd supponit virtutes non esse connexas:cum falsissimum esse constet hoc de patientia,quæ est virtus gratuita. Constat enim,omnes virtutes infusas esse connexas:ac per hoc non admittitur, quòd patiens careat illa virtute perfectiore, cùm habeat charitatem & cæteras virtutes.

¶Ad septimum dubium de glossa dicti Greg. dicitur,quòd casus incompossibilia continet.Nam impossibile est habere patientiam perfectè, & carere reliquis virtutibus: tum quia virtutes sunt connexæ,tum quia charitas semper coniungitur patientiæ,vt infrà patebit. Admissa tamen conditionali, scilicet si patientia esset sine vlla alia virtute, respondetur negando, quòd patiens rectè ageret in materia iustitiæ, nisi fortè per accidens. Sermo autem doctrinalis debet esse de his, quæ per se in sunt. Et ad probationẽ, quia si non rectè aget, hoc erit ex amore vel odio, vel aliqua passione, in qua interuenit aliquod non sufferre, dicitur ꝙ ex nulla passione, sed ex sola electione mali iniustum faciet, vt iniustus facit delectatus de iniustitia, & non propter aliud, vt patet ex quarto & 5.Ethi. Ad illud verò quod subditur de excellentia patientiæ,dicitur, ꝙ iustitia secundum se totam multo excellentiꝰ ad omnes virtutes se hẽt: præsertim quia legalis iustitia ad commune bonum, omnes habet virtutes, omnis est virtus, omnes parit, omnibus imperat.

¶ *Super quæstionis centesimæ trigesimæ sextæ Articulum tertium.*

IN art. 3. eiusdem 136. q. dubia occurrunt multa ex Martino vbi suprà q. 3 Primum, circa illam probationem literæ, illud bonum propter quod aliquis vult malum,est magis volitum & amatum quàm illud bonum cuius priuatio ingerit dolorem,quem patienter toleramus.Contra.Patientia est respectu malorum simpliciter ineuitabiliũ: non propter aliquod aliud magis volitum,sed quia decet æquanimiter tolerare.Non ergo patientia semper est bonum magis amatum.Et confirmatur, quia huius generis fuit patientia ipsius Iob,Et nescio, inquit,quomodo hoc patientiæ genus à beato Tho.prætermissum est.

¶ Ad idem præterea respondet ad autoritatem Aug in litera quæ est fundamentum dictæ propositionis.Et dicit quòd duplex est patientia:quędã spontanea,& quo ad æquanimitatem & quo ad tolerationem : ita quòd in potestate nostra est non tolerare mala,& perdere bonum,pro quo toleramus. Et de tali loquitur Aug vt insinuat per ly,Sponte suscipere quod cruciat. Quædam verò sunt spontanea quidem quo ad æquanimitatem : sed non quo ad tolerantiã:quia velit nolit, oportet illa mala pati.Et hæc fuit in Iob. Et de hac non loquitur August.

¶ Secundum dubium est circa illud,Quòd patientia secundum quod est virtus non potest haberi sine charitate & gratia gratum faciente. Contra hoc arguit multipliciter.Primò,Aliquis actus patientiæ potest esse bonus moraliter,& non meritorius vitæ æternæ:ergo.Secundò,possibile est ꝙ aliquis sine gratia & charitate habeat habitum patientiæ firmum & intensum. ergo potest exire in actum sine charitate & gratia.Et probatur manifestè,quia fides potest esse & exire in actum sine charitate:ergo. Tertiò, Quia si aliquis habens habitum patientiæ firmum & intensum,peccet mortaliter,& perdat charitatem,poterit nihilominus sine charitate exire in actum,vt patet, sicut cæteri habitus remanentes:ergo.Quartò,Omnis creatura rationalis habens actuale iudicium,quo iudicat gratuita esse præferenda omnib.bonis naturalibus,potest per fidem informem cum speciali auxilio Dei,sine charitate tamen,habere velle conforme ad tale dictamen.ergo. Assumptum patet, quia aliter voluntas non esset libera. Quintò,Multi gentiles habuerunt virtutem patientiæ,&c. Similiter multi pro bono sanitatis patiuntur incisiones,&c. Ergo nec valet solutio Thomæ in responsionibus argumentorum dicentis, quòd bonum politicæ virtutis commensuratum est naturæ humanæ, bonũ autem gratiæ est supernaturale. Et similiter propter sanitatem pati, procedit ex amore naturali:patientia verò ex amore supernaturali. Commensuratio,inquit, boni amati ad naturam est omnino impertinens ad hoc, quòd propter ipsum sint æquanimiter mala toleranda : imò propria ratio huius tolerantiæ est amor huius boni.Sed ad amorem sufficit cum libertate voluntatis iudicium rationis æquanimum cum auxilio Dei, sine charitate tamen.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum patientia possit haberi sine gratia.*

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ patientia possit haberi sine gratia. Id enim,ad quod ratio magis inclinat, magis potest implere rationalis creatura: sed magis est rationabile quòd aliquis patiatur mala propter bonũ, quã propter malum. Aliqui autem patiuntur mala propter malum ex propria virtute, sine auxilio gratię.Dicit enim Aug.in lib. de patientia *, (Cap.3.) quòd multa in laboribus & doloribus sustinent homines propter ea, quæ vitiosè diligunt: ergo multo magis homo potest mala sustinere propter bonum,quod est verè patientem esse,pręter auxilium gratiæ.

¶2 Præterea, Aliqui non existentes in statu gratiæ magis abhorrent mala vitiorũ, quàm corporalia mala. Vnde quidã Gentilium leguntur multa mala tolerasse, ne patriam proderent,aut aliquid aliud inhonestum committerẽt: sed hoc est verè patiẽtem esse:ergo videtur quòd patientia possit haberi absque auxilio gratiæ.

¶3 Præterea, Manifestè apparet,quòd aliqui propter sanitatẽ corporis recuperandam grauia quædam & amara patiuntur. Salus autem animæ non est minus appetibilis,quàm sanitas corporis:ergo pari ratiõe pro salute animæ potest aliquis multa mala sustinere,quod est verè patiẽtem esse absque auxilio gratiæ.

¶SED CONTRA est,quod dicitur in Psal.61.Ab ipso,s. Deo patientia mea.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut (Cap.4.) Aug.dicit in lib.de patiẽtia*,Via desideriorum facit tolerantiam laborum & dolorũ, & nemo nisi pro eo quod delectat. sponte suscipit ferre quod cruciat.Et huius ratio est : quia tristitiam & dolorem, secundum se,abhorret animꝰ.Vnde nunquàm eligeret eam pati ꝓpter se,sed solùm propter finem.ergo videtur quòd illud bonum,propter quod aliquis vult pati mala,sit magis volitũ & amatũ, quàm illud bonum,cuius priuatio ingerit dolorem,quem patienter toleramꝰ.Quod autem aliquis præferat bonũ gratiæ omnibus naturalibus bonis,ex quorũ amissione potest dolor causari, pertinet ad charitatem,quę diligit Deum super omnia.Vnde manifestum est, ꝙ patientia,secũdum quod est virtus,à charitate causatur,secũdum illud primæ ad Cor.13.Charitas patiens est.Manifestum est aũt quòd charitas non põt haberi nisi per gratiã,secũdũ illud ad Rom.15.Charitas Dei diffusa est in cordibꝰ nostris per Spiritũ sanctũ,qui datus est nobis.Vnde patet quòd patiẽtia non potest haberi sine auxilio gratiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ in natura humana,si esset integra,præualeret inclinatio rationis:sed in natura corrupta præualet inclinatio concupiscentiæ,quæ in homine dominatur.Et ideo ꝓnior est hõ ad sustinendum mala,in quibꝰ concupiscẽtia delectatur præsentialiter, quàm tolerare mala propter bona futura quæ secundũ rationẽ appetuntur. Quod tamen pertinet ad veram patientiam.

¶ Ad secundum dicendum,quòd bonum politicæ virtutis cõmensuratum est naturæ humanæ. Et ideo absque auxilio gratiæ gratum facientis potest voluntas humana in illud tendere,licet nõ absque auxilio gratiæ Dei.Sed bonum gratiæ est supernaturale.Vnde in illud non potest tẽdere homo per virtutem suæ naturæ. Et ideo non est similis ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd tolerãtia etiã malorum, quæ quis sustinet propter corporis sanitatẽ, ꝓcedit ex amore, quo homo naturaliter diligit suam carnẽ. Et

Contrà:Quia sequeretur quòd nullus in peccato mortali existens possit pati pro Christo Hoc est falsum : vt patet de hæreticis, qui arbitrantur obsequium se præstare Christo: ergo. Nec valet, inquit dicere quòd secundum veritatem non patiuntur pro Christo : quia sufficit quòd credant se pati pro Christo.

¶ Tertium dubium est contra rationem Sancti Tho. in litera, Nullus eligit pati tristitiam propter se, sed eam horret secundum se : sed solùm propter finem magis amatũ,&c.Ad hanc, inquit,rationem,loquẽdo de patientia spontanea solum quo ad æquanimitatem, respondeo distinguendo de fine, vel increato, & sic hoc est dubium, de quo alibi:vel creato,& tunc vel alio ab opere honesto,& sic nego:vel quomodolibet, & sic cõcedo quòd ille finis, puta honestas, est magis amatus. Sed quia non est finis extrinsecus operi patientiæ,iõ nihil ad propositum.

¶ Quartum dubium est contra rationem Thomæ in litera,s.quòd aliquis præferat bonum gratiæ omnibus naturalibus bonis, ex quorum amissione potest dolor causari, pertinet ad charitatem. Hoc autem spectat ad patientiam.ergo. Ad hanc, inquit , rationem nego maiorem & minorem. Dico enim quòd habẽs fidem informem cum auxilio Dei & libertate voluntatis,potest præferre Deum omnib.bonis naturalibus : & multo magis si habeat charitatem acquisitam, ad quam spectat diligere Deum super omnia.Minor quoq; negata est,qa patiens pro Christo,&c. non semper patitur priuationem omnium bonorum naturalium. Et ideo non põt concludi vniuersaliter quòd oĩs patiens præfert Deum omnibus bonis naturalibus. Et confirmatur,quia sicut reperitur iustus in vno gradu & non in alio,ita & patiens,& reperti sunt multi,qui patienter sustinuerunt carceres,&c.sed non mortem. Quare,&c.

¶ Ad primum dubium dicitur primò,secundum veritatem, quòd patientia semper patitur propter bonum extrinsecum magis amatum, quia propter amorem Dei, vt in hoc patet art.Iob siquidem, & quilibet patienter ferens ineuitabilia propter cælestem patriam, habet actum virtutis patientiæ,qui est non pati,sed faciendo de necessitate virtutem, æquanimiter & libenter sufferre aduersa, vt Dei voluntas impleatur. Vnde Iob dixit, Sicut Domino placuit,ita factum est:sit nomen Domini benedictum.Dicitur secundo,quòd si etiam patientia poneretur virtus acquisita,adhuc saluaretur quòd patiens propter bonum magis amatum vult pati : quoniam aliud est dicere propter bonum magis amatum,& aliud propter bonum extrinsecum magis amatũ. Nec valet argumentum,Non vult pati propter bonum extrinsecum magis amatum:ergo non vult pati propter bonum magis amatum:quia procedit à negatione inferioris ad negationem superioris : vt si diceretur Non est album:ergo non est coloratum.Ex hoc igitur quòd aliquis ineuitabilia suffert quia bonum est æquanimiter aduersa sufferre, sequitur quòd propter bonũ magis amatum velit pati. s. propter bonum æquanimitatis. Nec omisit Autor patientiam hanc,sed posuit ipsam habere vlteriorem finem, s. cælestem patriam. Ad glossam autem à Martino datam super autoritate Aug. dicitur quòd voluntaria est & contra August.quoniam August. loquitur de patientia tam commendata in Scriptura. Constat autem quòd maxime commendatur in Scriptura patientia Iob , quam ille à doctrina Augustini excludit. Nec innuit Aug.illum sensum,per ly,Sponte suscipere quod cruciat Quoniã Aug.vt in litera hac patet,non dicit sic, sed dicit,Sponte suscipit ferre quod cruciat.Ita ꝙ August.non ponit quòd patiens sponte suscipit cruciatum,sed quòd sponte suscipit ferre cruciatum : vt sic spontanea susceptio non referatur ad cruciatum, sed ad sufferendum cruciatum siue euitabilem, siue non. Sic enim Iob sponte suscepit tolerare ineuitabilia aduersa, qui non sponte suscepit aduersa.

¶Ad secundum dubium dicitur,quòd quicquid sit de veritate antecedentis, consequentia nõ valet:vt patet de actu fidei.Aliquis enim actus fidei potest esse bonus moraliter,& nõ meritoriè : ergo fides secundum quod est virtus, potest haberi sine charitate.Nihil,inquam,valent huiusmodi consequentiæ. Stat enim quòd aliquis in peccato mortali credat Deum trinum & vnum, &c. quoniam oportet,&c. moraliter,& tamen carebit fide,vt est virtus. Et quia de patientia in litera dicitur, quòd secundum quod est virtus, non po-

ideo nõ est similis ratio de patientia, quę procedit ex amore supernaturali.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum patientia sit pars fortitudinis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ patientia non sit pars fortitudinis. Idem enim non est pars suiipsius: sed patientia videtur idem esse fortitudini, quia, sicut suprà dictũ est, * ppri⁹ actus fortitudinis est sustinere. Et hoc ẽt pertinet ad patientiam. Dicitur enim in lib. sententiarum Prosperi, quòd patientia consistit in alienis malis tolerandis. ergo patientia non est pars fortitudinis.

¶2 Præterea, Fortitudo est circa timores & audacias, vt suprà habitum est*, & ita est in irascibili: sed patientia videtur esse circa tristitias, & ita videtur esse in concupiscibili: ergo patientia nõ est pars fortitudinis, sed magis temperantiæ.

¶3 Præterea, Totũ non potest esse sine parte. Si ergo patientia sit pars fortitudinis, fortitudo nunquam posset esse sine patiẽtia: cùm tamen fortis quandoque non toleret patienter mala, sed etiam aggrediatur eum, qui mala facit: ergo patientia nõ est pars fortitudinis.

¶ SED CONTRA est, quòd Tullius in suá Rhetorica* ponit eam fortitudinis partem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd patientia est pars fortitudinis quasi potẽtialis, quia adiungitur fortitudini sicut virtus secundaria principali. Ad patientiã enim pertinet aliena mala æquanimiter perpeti, vt Greg. dicit in quadam homilia*. In malis autem quæ ab aliis inferũtur, præcipua sunt & difficillima ad sustinendũ illa, quæ pertinent ad pericula mortis, circa quæ est fortitudo. Vnde patet q̃ in ista materia principalitatẽ tenet fortitudo, quasi vendicãs sibi id qđ principalius est in hac materia. Et iõ patiẽtia adiũgit̃ ei sicut secũdaria virt⁹ prĩcipali.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ ad fortitudinẽ pertinet non qualiacũque sustinere, sed illud, quod est sũmè difficile in sustinẽdo, s. sustinere pericula mortis. Ad patientiam autem potest pertinere sustinentia quorumcunque malorum.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd actus fortitudinis nõ solũ cõsistit in hoc, quòd aliquis in bono persistat cõtra timores futurorũ periculorũ, sed ẽt, vt nõ deficiat propter præsentẽ tristitiã, siue dolorẽ. Et ex hac parte habet affinitatẽ cũ fortitudine patiẽtia. Et tamẽ fortitudo est prĩcipaliter circa timores, ad quorũ rationẽ pertinet fugere, quod vitat fortitudo. Patiẽtia verò principali⁹ est circa tristitias. Nã patiens dicitur aliquis non ex hoc, q̃ nõ fugit, sed ex hoc quòd laudabiliter se habet in patiẽdo, quæ præsentialiter nocẽt: vt, s. nõ inordinate ex eis tristet̃. Et iõ fortitudo est ppriè in irascibili: patiẽtia aũt in concupiscibili. Nec hoc impedit, quin patiẽtia sit pars fortitudinis: qa adiũctio virtutis ad virtutem non attenditur secũdũ subiectũ, sed secundũ materiã vel formã. Nec tñ patientia ponit̃ pars tẽperantiæ, quãuis vtraq; sit in cõcupiscibili: qa tẽperantia est solũ circa tristitias, quæ opponunt̃ delectationib. tact⁹, puta quæ sũt ex abstinentia ciborũ vel venereorũ, sed patiẽtia præcipuè est circa tristitias quæ ab aliis inferuntur. Et iterum ad temperãtiam pertinet refrænare huiusmodi tristitias, sicut & delectationes contrarias. Ad patiẽtiam autem pertinet, vt propter huiusmodi tristitias, quantæcunque sint, homo non recedat à bono virtutis.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ patientia potest quãtũ ad aliquid sui, poni pars integralis fortitudinis: de qua parte obiectio procedit: prout scilicet aliquis patienter sustinet mala, quę pertinent ad pericula mortis. Nec est contra rationem patientię, quòd aliquis quando opus fuerit, insiliat in eum qui mala facit: quia, vt Chrysostom.* dicit super illud Matt. Vade Satana: In iniuriis propriis patientem esse laudabile est: iniurias autẽm Dei patiẽter sustinere nimis est impium. Et Augustinus dicit in quadam epistola contra Marcellinum,* quòd præcepta patientię non contrariantur bono Reipublicæ, pro quo conseruando contra inimicos pugnatur. Secundum verò, quòd patientia se habet circa quæcunque alia mala, adiungitur fortitudini, vt virtus secundaria principali.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum patientia sit idem quod longanimitas.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd patientia sit idem qđ longanimitas. Dicit enim August. in libro de Patientia,* quòd patientia Dei prædicatur non in hoc quòd aliquod malum patiatur, sed in hoc quòd expectat malos vt conuertantur. Vnde Ecclesiast. 5. dicitur, Altissimus patiens redditor est. ergo videtur quòd patientia sit idem quod longanimitas.

¶2 Præterea, Idem nõ est oppositum duobus, sed impatientia opponitur longanimitati, per quam aliquis morã expectat. Dicitur enim aliquis impatiens moræ, sicut aliorum malorũ: ergo videtur quòd patientia sit idem longanimitati.

¶3 Præterea, Sicut tempus est quædam circunstantia malorum, quæ sustinẽtur, ita etiam locus: sed ex parte loci non sumitur aliqua virtus quæ distinguatur à patientia. ergo similiter nec lõganimitas, quę sumitur ex parte temporis, inquantum scilicet aliquis diu expectat, distinguitur à patientia.

¶ SED CONTRA est, q̃ super illud ad Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnitis, dicit glo.* Videtur longanimitas à patientia differre: quia qui infirmitate magis quàm proposito delinquunt, sustẽtari per longanimitatem dicuntur. Qui verò pertinaci mentẽ exultant in deliciis suis, ferri patienter dicendi sunt.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ sicut magnanimitas dicitur, per quã habet aliquis animum tendendi in magna, ita etiam longanimitas dicitur, per quã aliqs habet animum tendendi in aliquid quod in longinquum distat. Et ideo sicut magnanimitas magis respicit speciẽ tendentem in bonum, quàm audaciam vel timorem siue tristitiam, quę respiciunt malũ: ita ẽt & longanimitas. Vnde longanimitas maiorem conuenientiam videtur habere cum magnanimitate quàm cum patientia. Potest tamen conuenire cum patientia duplici ratione. Primò quidem, quia patientia sicut & fortitudo sustinet aliqua mala ꝑpter aliquod bonũ. Quod si ex ꝓpinquo expectetur, facilius est sustinere. Si autem in longinquum differatur, difficilis est expectatio. Mala autem in præsenti sustinere difficilius est. Secundò, quia hoc ipsum quod est differri bonum speratum, natũ est causare tristitiã, secundum illud Prouer. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. Vnde & in sustinendo huiusmodi afflictionem, potest esse patientia, sicut & in sustinendo quascunque alias tristitias. Sic ergo secundũ quod sub eadem ratione mali contristantis potest cõprehendi & dilatio boni sperati, quæ pertinet ad longanimitatẽ, & labor, quem homo sustinet in continuata executiõe boni operi, quod pertinet ad constantiam: tam longanimitas quàm etiã constantia, sub patientia cõprehẽduntur. Vñ & Tullius* diffiniens patientiam dicit, quòd patientia est honestatis ac vtilitatis causa voluntaria, ac diuturna perpessio rerum arduarum ac difficilium. Quòd dicit arduarũ, pertinet ad constantiã in bono. Quòd dicit difficilium, pertinet ad grauitatẽ mali, quã ꝓprie respicit patientia. Quòd verò additur diuturna, pertinet ad longanimitatem secundũ qđ conuenit cum patientia. Et per hoc patet responsio ad primum & secundum.

¶ AD TERTIVM dicendum, quòd illud, quod est lõginquum loco, quamuis sit remotũ à nobis, nõ tñ est simpliciter remotũ à natura rerum, sicut id qđ est lõginquũ tempore: & ideo non est similis rõ. Et præterea, quod est longinquũ loco nõ affert difficultatẽ nisi rõne tẽporis, qa quod est longinquum loco à nobis, tardius tempore ad nos potest peruenire.

¶ Quartũ concedimus. Tamen considerãda est ratio illius differẽtiæ, quã glo.* assignat: qa in his qui ex infirmitate peccãt, hoc solũ videtur importabile, q̃ diu pseuerant in malo. Et ideo dicitur q̃ ex longanimitate supportantur. Sed hoc ipsum q̃ aliquis ex superbia peccat, importabile videtur. Et ideo per patientiã dicũtur sustineri illi, qui ex superbia peccant.

q̃. supra 128. & locis ibi notatis. — **Q. 123. ar. 3.* — *Q. 123. art. 3.* — *Lib. 2. de inuent fo. 3. ante fi. libri.* — *Hom. 35. in Euãge. non multum ante med.* — *Hom. 5 inter med. et finem.* — *Epist. 5. ante med.* — *Suprà q. 117. art. 3 ad 3. Et 1.2. q. 60. art. 3. cor. & 2. cor. 6. lect. 2. principio.* — *†Cap. 1.* — *Lib. 2. de inuent fo. 3. ante fi. libri.* — *loco cit. in argu.*

test haberi sine gratia & charitate: ideo consequentia nihil valet. An autem patientia possit esse informis sicut fides, non determino nunc, sed post inquiretur. Sat est proposito, quòd consequentia non valet.

¶ Ad tertium dicitur, quòd antecedens est impossibile, loquẽdo de patientia vt est virtus. Et ad probationem de fide dicitur, quòd fides informis non est similiter virtus, vt patet ex superius dictis ab Autore. Et per hoc patet solutio tertij, s. q̃ post lapsum in mortale peccatũ, dũ quis est sine charitate, nõ põt exire in actũ patiẽtię vt est virt⁹.

¶ Ad quartum negatur assumptum: quoniam præferre in veritate cælestem patriam omnib. non potest creatura rationalis sine charitate. Nec propterea sequitur, ergo voluntas non est libera. Sed bene sequitur, ergo est impotens ad celsitudinem tãti actus, quoniam est actus proprius charitatis, ac per hoc supernaturalis. Posset fortè & aliter dici, distinguendo quòd præferre cælestẽ patriã omnibus contingit dupliciter. Vno modo quoad substantiam actus: alio modo virtuosè, & quòd licet creatura rationalis posset primum ex fide informi, & speciali auxilio Dei, non potest tamen secundum sine charitate sola. Prima responsio tamen solida est: quia ipso facto quòd qs in veritate præfert Deũ, vt principem patriæ cælestis omnibus in sua voluntate, iam in charitate est: cùm charitas nil aliud sit quàm amor Dei sic sumpti super omnia. Nec vlla charitas acquisita ad hunc actũ in veritate ducere sufficit, sed ad aliquem actum quẽ æstimamus esse iustum: qui tamen in veritate ab isto deficit, vel quia est cum aliquo mortali occulto, vel quia respectu Dei, non propter seipsum Deum vt finem supernaturalem.

¶ Ad quintum dicitur, quòd solutio Autoris est bona. Et ad improbationem dicitur, quòd destruit seipsum: quoniam ex vna parte dicit, quòd commẽsuratio boni amati ad naturam est impertinens: & ex alia parte dicit, q̃ amor huius boni est propria ratio tolerantiæ. Constat nanque & q̃ commensuratio boni amabilis ad amantem non est impertinens ad amorẽ, imò naturaliter amamus commensurata, & incõmensurata naturæ aut fugimus, aut non amamus. Ex hoc autem quòd commensuratio pertinet ad amorem, optimè reddita est rõ patiẽtiæ, quæ ex amore nascitur, nec est verũ, vt patet ex dictis, q̃ ad verum amorem supernaturalium, &c. sufficiant cætera sine charitate.

¶ Ad sextum conceditur cõsequẽtia de pati, vt est actus patientiæ virtutis. Nec hæreticus aliquis sic vnquam patitur pro Christo. Quòd autem iste dicit, q̃ in veritate licet non patiatur pro Christo, sufficit q̃ ipse credat pati pro Christo, non eget alia responsione: quoniam destruit fundamẽta Theologiæ & Philosophiæ moralis, s. Bonum consurgit ex causa integra, malum autem ex particulari defectu. Cùm enim hic sit apparẽtia & deficiat veritas, iste somniat esse actum virtutis patientiæ, ac per hoc bonum: quod est ridiculum.

¶ Ad tertium dubium patet responsio ex dictis in primo dubio. Nã patiẽtia quælibet, si est virtus, respicit & finẽ creatũ, qui est fruitio æternæ patriæ, & finẽ intrinsecum. Nec vllus horũ est extra propositum virtutis patientiæ.

¶ Ad quartum dubium, pro quanto negat Maiorem, & ponit posse diligi super omnia Deum sine charitate, iam responsum est in secundo dubio. Pro quanto verò negat Minorem, dicitur quòd licet patiens pro Christo non quolibet actu patiendi patiatur priuationem omnium naturalium, ipsa tamen patientiæ virtus nata est dare hoc, vt homo præferat Deum non huic, vel illi, sed omnibus naturalibus bonis.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd licet aliqui sint magis patientes quàm alij, omnes tamen virtutem patientiæ habentes vt sic, conueniunt in hoc, q̃ Deum præferant omnibus naturalibus, sicut omnes iniusti in hoc, q̃ vnicuique volunt quod suum est. Illi verò qui tolerato carcere, &c. deficiunt in toleranda morte, si à principio vsque ad carcerem tantùm parati erant, non passi sunt ex virtute patientiæ, sed ex sua inclinatione & æstimatione. Si verò à principio dispositi erant ad omnia pro Christo sustinenda, sed postmodum defecerunt, passi quidem sunt ex virtute patientiæ: sicut ex charitate. Sed quia non perseuerauerunt ex nimio amore præsentis vitæ, ideo patientiæ virtutem simul cum charitate perdiderunt.

¶ super Quæstionis centesimætrigesimæ sextæ Articulum quartum.

IN art 4. eiusdem 136. q. dubium ex Martino occurrit in q. 2. contra conclusionem principalem, s. q̃ patientia sit virtus adiũcta fortitudini. Qualis est ordo habituũ, talis est ordo actuum. Vbi ergo actus nullum habẽt ordinem inter se, nec habitus: sed actus patientiæ spontaneæ tantum quo ad æquanimitatem, non habet ordinem ad quemcunque actum fortitudinis: ergo. Et eodem modo arguit de actu patientiæ circa quæcunque mala, secluso periculo mortis. Secundò arguitur ex dictis ipsius Thomæ: quia secundum ipsũ in responsione ad primum huius articuli, fortitudo est circa pericula mortis tantum: patiẽtia verò circa quæcunque mala: ergo fortitudo est adiuncta patientiæ, & non cõtra. Tertio arguitur ad idẽ ex dictis Thomæ in responsione ad secundũ huius articuli sic, Fortitudo est principaliter circa timorem futurorum: patientia principaliter est circa præsentium tristitias: ergo fortitudo est adiuncta patientiæ. Et tenet sequela: quia plus est sustinere præsentia, quàm futura eadem mala timere.

¶ Præterea, Sustinere præsentia mala, est principalior, & difficilior actus, quàm non fugere propter futura, & iste ordinatur in illum. Nã multum prodesset non fugere futura, nisi subsequeretur laudabilis tolerantia prǽsentium. Ergo magis patientiæ fortitudo, quàm econtra, subordinatur secũdum hæc in hac solutione dicta. Si dicatur q̃ patientia quantum ad tolerantiam malorum mortis non est virtus adiuncta fortitudini, sed inquantum tolerat alia, vt ipse Thomas in responsione ad tertium huius articuli innuit. Contra, Ex hac inquit, inprimis responsione confirmatur vnũ assumptum, s. quòd patientia est tam circa pericula mortis, quàm etiã circa alia mala. Deinde ista solutio continet duo, quæ videntur falsa. Primũ est, q̃ patiẽtia, vt est circa pericula mortis, est pars integralis fortitudinis. Secundũ est, q̃ patientia, vt est circa alia mala à malo mortis, est virtus adiuncta virtuti fortitudinis vt secũdaria principali.

¶ Contra primum arguitur, Patientia quæ est circa mortis pericula, est secũdum doctrinam eius fortitudo: ergo non est pars integralis fortitudinis. Antecedens probatur. Patiens martyrium vsque ad mortem pro Christo, secundum istum doctorem est patiens & fortis actu quo tolerat malum mortis. Aut ergo est patiens & fortis eodem actu, & tunc habetur intentum: quia si actus non est distinctus, nec habitus. Aut vno actu est fortis, & alio patiens: & tũc quæritur qui sint illi. Non enĩ sunt ibi duæ tolerantiæ mortis, neque duo alij actus. Neque potes dicere quòd non fugere est actus fortitudinis, & laudabiliter se habere in tolerãdo, est act⁹ patiẽtiæ, quia sequeretur q̃ aggredi & ꝑdũrare laudabiliter in periculis mortis nõ esset actus fortitudinis, qđ est contra eundẽ doctorem dicentem in responsione ad secundũ, Actus fortitudinis nõ solùm cõsistit in hoc, q̃ aliquis in bono persistit cõtra timores futurorũ periculorũ, sed etiã vt non deficiat propter præsentium tristitias.

¶ Præterea, Laudabiliter se habere in malis præsentibus, est actus patientię. Nõ deficere aũt propter præsentium tristitiam, est actus fortitudinis secũdũ istã respõsionẽ: & iste secũd⁹ coincidit cum primo. Ergo patiẽtia ẽ fortitudo.

¶ Contra secundum autem falsum militant, inquit, rationes quatuor primò allatæ, quòd patientia non est adiuncta magnanimitati, quas omitto: quia vt nullius ad propositum valoris videntur.

¶ Præterea, inquit, ego non video quomodo hæc patientia sit distincta à magnanimitate. Nã secũdũ Tullium in primo de Offi. magn⁹ animus sicut fortis cernitur in gerendo res magnas, plenasque laborũ & periculorum. Tunc sic, Eadem sunt pericula circa quæ versatur magnanimitas, & patientia ista: ergo. Neq; potest dici q̃ magnanimitas firmat animũ in maximis bonis sperandis, patientia vero in malis tolerandis: quia cũ bona de se alliciant ad se, nõ est opus virtute firmante ad se nisi propter mala & pericula quæ contingunt in prosecutione eorũ. eiusdẽ igitur virtutis est firmare animũ in bonis adipiscẽdis, & firmare ipsum cõtra mala & pericula occurrẽtia in eorũ adeptione. ¶ Ad hoc dubium respondendo dicitur, negando primi argumenti minorẽ, quia inter actũ fortitudinis & patientiæ est ordo ex parte materiæ. Nã materia fortitudinis sunt maxima mala, s. mortis: materia vero patientiæ sunt minora mala. Constat autem inter maiora & minora mala pœnæ, de quibus est sermo, esse ordinem aliquem. Patientia igitur adiungitur fortitudini quasi circa secundariam in malis materiam existens.

¶ Ad secũdum ex dictis Autoris dicitur, quòd hic æquiuocatio accidit de patientia. Nam patientia, vt est circa omnia aduersa, nõ est vnum quid, sed est vox significans virtutem patientiæ ad mala alia à mortis periculis, & ad patientiã modũ virtutis seu partem integralẽ fortitudinis, quæ est circa mala spectantia ad mortis pericula. Vnde aut Autor in responsione ad primum vsus est nomine Patientiæ, vt cõiter significat vtranque patientiam, quia in responsione ad tertium erat ibidem hoc explanaturus, vt explanauit. Aut per ly quæcunque mala, subintellexit alia à dictis, scilicet periculis mortis. Et sic accepit patientiã ꝓprie pro virtute patientiæ, vt in responsione ad tertiũ explanauit. Et sic nil cõtra Autorem, quouis modo dicatur, sequitur.

¶ Ad tertiũ ex dictis Autoris in responsione ad secundũ dicitur, q̃ si interpretanda sunt dicta verba de patientia virtute, patet quod nulla est difficultas in cõparatione, qa talis patientia nõ est circa prǽsentia mala, scilicet pericula mortis. Plus enĩ est resistere cõtra timores maximorũ malorum, quàm sustinere minora mala. Si verò exponatur de patientia parte integrali fortitudinis, tunc dicẽdum est quòd fortitudo habet pro actu suo principali immobiliter sistere & contra timores & contra tristitias, quæ in periculis mortis interueniunt: ita q̃ actus eius est & superatis timoribus & tristitiis talium malorum immobiliter persistere: quod est plus quàm superare timores, & plus, quàm superare tristitias. Et hoc intendit Autor, dicens q̃ ad fortitudinem spectat non deficere propter tristitias, &c. Cum hoc tamẽ stat, comparando istas passiones, scilicet timorem & tristitiam respectu periculorum mortis q̃ timor sit principalior materia fortitudinis quàm tristitia: quia timor est respectu huiusmodi periculorum, vt habẽt rationem ardui. Tristitia autem non, quoniam hæc est concupiscibilis passio, ille est passio irascibilis. Vnde fortitudo per seipsam firmat contra timorem: & per manum suam, hoc est, patientiam, partẽ integralẽ firmat contra tristitias. Et cùm dicitur, Plus est superare præsentia quã futura timere: respondetur q̃ verum est sub eadem ratione: sed non est sic, comparando tristitiã præsentium præcisè, & timorem periculorum mortis præcisè: quia timor respicit illa absolutè. Et sic non sunt cætera paria. Rursus dato q̃ difficilius esset superare tristitias istas quàm timores istos: non tamẽ sequitur q̃ patientia principalior sit fortitudine: qa fortitudo habet pro principali actu, persistere cũ superatione vtriusque, diuersimode tñ: quia cũ superatione timoris immediate, cũ superatione vero tristitiæ, mediate, non media alia virtute, sed media sua parte. Et ꝑ hoc patet respõsio ad aliud, s. sustinere mala præsentia est principalius quàm non fugere propter timores. Vtraque siquidẽ respõsio data habet hic locũ: & q̃ non fugere excellit propter arduitatẽ, quæ est in obiecto: & q̃ fortitudinis actus non est tantummodo propter timores non fugere, sed non fugere propter timores & tristitias, & quæcunque sint annexa damna. Nec est verum, q̃ non fugere ordinetur ad tolerandũ præsentia mala, sed vtrunque ordinatur ad principalem fortitudinis actũ, qui est immobiliter persistere, non obstãtibus timoribus & tristitiis. Quod aũt iste addit, Quod si distinguatur de patientia, vt dictũ est ex Autore in responsione ad tertium, habetur vnum intentum, s. q̃ patientia extendit se ad omnia aduersa: falsum est, nisi sumatur patientia pro voce: quoniam nec patientia virtus extendit se ad omnia, nec patientia pars virtutis extendit se ad omnia.

¶ Ad ea vero quæ obiiciuntur contra solutionem Autoris respondendo dicitur, quod vtrunque dictum Autoris est verum. Et cùm contra primum de patientia parte arguitur, negatur antecedens, scilicet quòd patientia sit fortitudo. Et ad probationem, quòd sustinens pro Christo martyrium, propriè loquendo, non deberet dici fortis & patiens, sed integre fortis: sicut non debet dici quòd est homo, & habet manus: sed homo integer, aut quòd est prudens, & bonæ rationis. Si tamen sic dicatur, nullus est error. Conceditur ergo quòd est fortis & patiens. Et cùm dicitur, Aut eodem, aut diuersis: dicitur q̃ eodem & diuersis. Diuersis quidẽ, quia patiens est in ęquanimiter tolerando præsens malum: fortis verò in immobiliter persistendo, non obstante & timore & tristitia. Eodẽ verò, quia ad istum principalem actum subseruit actus patientiæ. Propter quod martyres laudantur de patientia tanquam seruiente fortitudini. Et sic actus fortitudinis est quodammodo patientiæ adiuuantis ad illum: sicut econtra fortitudo imperat patientiæ.

¶ Ad vltimum contra hoc membrum dicitur, quòd laudabiliter tolerare præsentem tristitiam est actus patientię: & non deficere propter tristitias in prosequendo mortis pericula, est actus fortitudinis: & nõ sunt idem actus: sed primus est in concupiscibili: secundus, qui per negationem circunlocutus est, scilicet immobiliter persistere in mortis periculo, non obstante tristitia, est in irascibili seu voluntate.

¶ Ad obiecta contra aliud dictum, scilicet de patientia virtute adiuncta fortitudini vt secundaria principali, dicitur, q̃ patientiæ distinctio à magnanimitate clara est: quia magnanimus tendit ad magnum in qualibet virtute, patientia non. Magnanimitas est circa spem magnorum bonorum vt materiam: patientia circa tristitiam. Et cùm dicitur, Eadem sunt aduersa seu pericula, circa quę est magnanimitas & patientia, ergo: respondetur primò, q̃ non sunt eadem adæquatè. Secundò, q̃ non sub eadem ratione respiciuntur ab vtraque virtute: quia à magnanimitate sub ratione magni, à patientia verò absolutè, & in ordine ad cælestem patriam. Falsum quoque est qđ dicitur, s. q̃ quia bona de se alliciunt ad se, non est opus virtute, nisi propter pericula & labores: quoniam ad bona opus est virtute, vel quia non sufficienter natura inclinamur ad illa, vt patet de iusto: vel qa passiones ad illa egent moderamine: vt est in proposito de spe magnorum. Quod demum dicitur, q̃ eadem est virtus boni & mali oppositi, gratis conceditur. Sed hoc nõ obstante, superius ostensũ est rõnabiliter poni patientiam virtutem gratuitam respectu malorum in ordine ad patriam cælestem.

¶ Circa relictum dubium, an patientia distinguatur in formatam & informem, dicendum est, quod cùm virtus, imo & habitus quilibet corrumpatur ex hoc ipso quòd ratio formalis seu obiecti, seu materiæ, cessat: & tandiu sit quandiu ratio formalis saluatur in eo, vt patet de scientia, quæ perdito medio deperditur: & quandiu medium applicatum habetur, scientia est. Et similiter in habitibus infusis, fides tandiu in aliquo est, quandiu quis credit omnia reuelata à Deo Ecclesiæ Christianæ: ita quòd statim quòd quis aliquid pertinaciter crederet, quantumcunque oppositum determinauerit Ecclesia, habitum infusæ fidei statim perdit. Quocirca ad videndum an aliqua virtus possit esse informis, spectandum est an sua formalis ratio, qua attingit obiectum suum, saluetur sine charitate. Si enim potest sine charita-

Universidad de Deusto Biblioteca

te saluari, potest esse informis. Si non potest saluari sine charitate huiusmodi ratio, non potest esse informis. Propter hoc enim fides potest esse informis, prudentia autem non: vt patet ex superius dictis. Quantum autem ab Autore concipio, qui posuit patientiam, vt est specialis virtus, esse virtutem gratuitam, non politicam, ratio formalis patientiæ consistit in æquanimi tolerantia aduersorum propter supernaturalia bona. Hoc autem non potest esse informe, cũ sine charitate esse nequeat, vt in litera probatur. Vnde virtus patientiæ sic est charitatis comes, quòd aut non est, aut est cum charitate. Et propter hoc Apostolus posuit primogenitam charitatis patientiam.

¶ Sed occurrit hoc in loco dubium maius contra doctorem: quia ex hoc ipso quòd ad patientiam, secundumq; est virtus, spectat omnia tolerare propter bonum supernaturale: sequitur q ad ipsam spectet etiam sustinere amissionem vitæ, quæ est summum bonum naturale. Et si hoc conceditur, ergo nõ est virtus adiuncta fortitudini, sed excedens potius ipsam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Autor loquitur in hoc articulo de patientia cõmuniter, hoc est, vt comprehendit patientiam specialem virtutem, & patientiam partem fortitudinis ĩfusę. Sic enim accepta patientia, ad omnia aduersa se extendit pro futuræ patriæ bono toleranda. nec obstat quòd dicat. Patientia secũdum quòd est virtus: quia per hoc non solum intelligit quòd sit simpliciter virtus, sed quòd attingat ad perfectionem virtutis simpliciter. Paria siquidem hæc sunt quo ad propositum. Et hoc secundum inuenitur in patientia parte integrali fortitudinis infusæ: & adiungitur vniuersaliter patientia fortitudini, vel quasi pars integralis, vel vt pars potentialis: quia æquanimis tristitia secundariò concurrit ad immobiliter persistendum in arduis, ad quæ directè tendit fortitudo: quoniam tristitia est circa mala, non vt ardua, sed absolutè: cùm sit passio concupiscibilis, & ad seruiendum fortitudini assumatur. Et propterea dato quòd excederet fortitudinem quo ad numerum malorum: exceditur tamen à fortitudine quo ad excellentiam & difficultatem obiecti, quoniam est circa maxima mala sub ratione ardui. Patientia autem (vt sæpe dictum est) versatur circa mala absolute: non vt ardua, quia est in concupiscibili.

QVÆSTIO CENTESIMA trigesimaseptima de Perseuerantia, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de perseuerãtia, & vitiis oppositis. ¶Circa perseuerantiam autem quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrum perseuerantia sit virtus. ¶Secundò, vtrum sit pars fortitudinis. ¶Tertio, quo modo se habeat ad constantiam. ¶Quartò, vtrum indigeat auxilio gratiæ.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum perseuerantia sit virtus.

Infra ar. 2. cor. & ad 1. & ad 2. & qõ. 138. ar. 1. cor. & 3. dist. 33. qõ. 3. art. 3. qõ. 1. ad 4. Et qõ. 4. ad 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd perseuerantia nõ sit virtus: quia, vt Philosophus dicit in 7. Eth.* continentia est potior quàm perseuerantia. Sed continentia non est virtus, vt dicitur in quarto Ethic.* ergo perseuerantia non est virtus.

¶2 Prӕterea, Virtus est qua rectè viuitur, secũdum Augustinũ in lib. de Lib. arb*. Sed sicut ipse dicit in lib. de Perseuerantia,* nullus potest dici perseuerantiam habere, quandiu viuit, nisi perseueret vsque ad mortem: ergo perseuerantia non est virtus.

¶3 Præterea, Immobiliter persistere in opere virtutis requiritur ad omnem virtutem, vt patet in secundo Ethico.* Sed hoc pertinet ad rationem perseuerantię. Dicit enim Tullius in sua Rhetorica,* quòd perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permansio. ergo perseuerantia non est specialis virtus, sed conditio omnis virtutis.

**Cap. 7. * Circa finem. * cap. 19. * Cap. 1. * Cap. 4. * Lib. 2. de inuent. fol. 3. ante fi. libri.*

¶SED CONTRA est, quod Andro. dicit, quòd perseuerantia est habitus eorum quibus immanendum est, & non immanendum, & neutrorum: sed habitus ordinans nos ad benefaciendum aliquid vel omittendum, est virtus: ergo perseuerantia est virtus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundũ Philosophum in secũdo Ethic.* virtus est circa difficile & bonũ. Et ideo vbi occurrit specialis ratio difficultatis vel bõi, ibi est specialis virtus. Opus aũt virtutis potest habere bonitatem & difficultatem ex duobus. Vno quidem modo, ex ipsa specie actus, qui accipitur secundum rationem proprij obiecti. Alio modo, ex ipsa diuturnitate temporis. Nam hoc ipsum quòd est diu insistere alicui difficili, specialem difficultatem habet. Et ideo diu persistere in aliquo bono vsque ad cõsummationem, pertinet ad spãlem virtutẽ. Sicut ergo tẽperãtia & fortitudo sunt speciales virtutes, eo quòd altera earum moderatur delectationes tactus, qđ de se difficultatem habet, altera autem moderatur timores & audacias circa pericula mortis, quod etiam secundum se difficile est: ita etiam perseuerantia est quædam specialis virtus, ad quam pertinet in iis, vel in aliis virtuosis operibus diuturnitatẽ sustinere, prout necesse est.

cap. 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q Philosophus accipit ibi perseuerantiam secundum quod aliquis perseuerat in iis, in quibus difficillimum est diu sustinere. Non est autem difficile diu sustinere bona, sed mala. Mala autem, quæ sunt pericula mortis, vt plurimum non diu sustinentur: quia, vt frequentius, citò transeunt. Vnde respectu illorum non est præcipua laus perseuerantiæ. Inter alia autem mala præcipua sunt illa, quæ opponuntur delectationibus tactus: quia huiusmodi mala attenduntur circa necessaria vitæ: puta, circa defectum ciborum & aliorum huiusmodi, quæ quandoque imminent diu sustinenda: Non est autem difficile hæc diu sustinere illi, qui circa hoc non multum tristatur, nec in oppositis bonis multum delectatur: sicut patet in temperato, in quo huiusmodi passiones non sunt vehementes Sed maximè hoc difficile est in eo qui circa hoc vehementer afficitur, vt pote non habẽs perfectam virtutem modificantem has passiones. Et iõ si accipiatur hoc modo perseuerantia, non est virtus perfecta: sed est quoddam imperfectum in genere virtutis. Si autem accipiamus perseuerantiam secundum quod aliquis in quocunque bono difficili diu persistit, hoc potest conuenire etiam habenti perfectam virtutem. Cui etiam si persistere sit min⁹ difficile, persistit tamen in bono magis perfecto: vnde talis perseuerantia potest esse virtus: quia perfectio virtutis magis attenditur secũdum rationem boni, quàm secundum rationem difficilis.

¶Ad secundum dicendum, q eodem nomine quãdoque nominatur & virtus, & actus virtutis, sicut August. dicit super Ioan.* Fides est credere quod non vides. Potest tamen contingere, quòd aliquis habeat habitum virtutis, qui tamen non exercet actum: sicut aliquis pauper habet habitum magnificentiæ, cùm tamen actum non exerceat. Quandoque verò aliquis habens habitum incipit quidem exercere actum, sed non perficit: puta, si ædificator incipiat ædificare, & non compleat domum. Sic ergo dicendum est, q nomen perseuerantiæ quandoque sumitur pro habitu, quo quis eligit perseuerare: quandoque autem pro actu, quo quis perseuerat: & quandoque quidem habens habitum perseuerantiæ eligit quidem perseuerare, & incipit exequi aliquandiu persistendo, non tamen complet actum, quia non persistit vsque ad finem. Est autem duplex finis. Vn⁹ quidem qui est finis operis: alius autem qui est finis humanæ vitæ. Per se autem ad perseuerantiam pertinet vt aliquis perseueret vsque ad terminum virtuosi operis, sicut quòd miles perseueret vsque ad finem certaminis, & magnificus vsque ad consummationem operis. Sunt autem quædam virtutes, quarum actus per totam vitam debent durare, sicut fidei, spei, & charitatis, quia respiciũt vltimum finem totius vitæ humanæ. Et ideo respectu harum virtutum, quæ sunt principales, non consummatur actus perseuerantię vsque ad finem vitæ. Et secundum hoc Augustinus * accipit perseuerantiam pro actu perseuerantiæ consummato.

Tract. 79 paulo à princip. *Loco cit. in arg.*

¶Ad tertium dicendum, q virtuti potest aliquid cõuenire dupliciter. Vno modo, ex propria intentione finis. Et sic diu persistere vsque ad finem in bono pertinet ad specialem virtutem, quę dicitur perseuerantia: quæ hoc intẽdit sicut specialem finem. Alio modo ex comparatione habitus ad subiectum. Et sic immobiliter persistere cõsequitur quamlibet virtutem, inquantum est qualitas difficile mobilis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum perseuerantia sit pars fortitudinis.

Supra q. 123. cor. & ad 5. & 6. Et 3. dist. 33. q. 3. art. 3. qõ. 1. 2. & 4. cor. † Cap. 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd perseuerantia nõ sit pars fortitudinis: quia vt Philosophus dicit in 7. Ethicorum,* perseuerantia est circa tristitias tactus: sed huiusmodi pertinet ad temperantiam. ergo perseuerantia magis est pars temperantiæ quàm fortitudinis.

¶2 Prӕterea, Omnis pars virtutis moralis est circa aliquas passiones, quas virtus moralis moderatur: sed perseuerantia non importat moderantiam passionum, quia quanto vehementiores fuerint passiones, tanto aliquis secundum rationem perseuerans laudabilior videtur: ergo videtur quòd perseuerantia non sit pars alicuius virtutis moralis, sed magis prudentiæ, quæ perficit rationem.

¶3 Præterea, August. dicit in libro de Perseuerantia,* quòd perseuerantiam nullus potest amittere, alias autem virtutes potest homo amittere. ergo perseuerantia est potior omnibus aliis virtutibus. Sed virtus principalis est potior quàm eius pars: ergo perseuerãtia non est pars alicuius virtutis, sed magis ipsa est virtus principalis.

Ex ca. 1. & 5.

¶SED CONTRA est, quòd Tullius * ponit perseuerantiam partem fortitudinis.

Lib. 2. de inuent fo. 3. ante finem libri.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est,* virtus principalis est, cui principaliter asscribitur aliquid, quod pertinet ad laudem virtutis, inquãtum scilicet exercet illud circa propriã materiam, in qua difficillimum & optimum est illud obseruare. Et secundum hoc dictum est,* quòd fortitudo est principalis virtus: quia firmitatem seruat in his, in quibus difficillimũ est firmiter persistere, scilicet in periculis mortis. Et iõ necesse est, quòd fortitudini adiungatur sicut secundaria virtus principali omnis illa virtus, cuius laus consistit in sustinendo firmiter aliquod difficile. Sustinere autem difficultatem, quæ prouenit ex diuturnitate boni operis, dat laudem perseuerantiæ: nec hoc est ita difficile, sicut sustinere pericula mortis. Et ideo perseuerãtia adiungitur fortitudini, sicut d virtus secundaria principali.

Q. 123. art. 11. & 12 q. 61. ar. 3. & 4. *Q. 123. ar. 11.*

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd annexio secundariæ virtutis ad principalem, non solùm attenditur secundum materiam, sed magis secundum modum: quia forma in vnoquoq; potior est quàm materia. Vnde licet perseuerantia magis videatur conuenire in materia cum temperantia, quàm cũ fortitudine, tamen in modo magis conuenit cum fortitudine, inquantum firmitatem seruat contra difficultatem diuturnitatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa perseuerantia, de qua loquitur Philosophus,

¶ Super quæstionis centesimæ trigesimæ septimæ Articulum primum.

IN articu. 1. quæst. 137. dubia duo occurrunt circa corpus articuli ex Martino in quæst. prima de perseuerantia in eodem tractatu. Primum est circa rationem, quæ in litera affertur, Vbi occurrit specialis ratio difficultatis & boni, ibi est specialis virtus. Sed in omni opere virtutis occurrit specialis ratio difficultatis & boni ex ipsa diuturnitate temporis. Nam hoc ipsum quòd est diu insistere alicui difficili, specialem difficultatem habet: & ideo persistere diu in aliquo bono vsque ad consummationem, spectat ad specialem virtutem. Arguit siquidem contra hanc rationem dupliciter. Primò, quia sequeretur quòd secundum quamlibet circunstantiam, quæ potest afferre difficultatem in opere, ponenda esset vna specialis virtus, vt ponitur perseuerantia. Probatur sequela, sub maiore S. Thom. subsumendo, Sed ex circunstantia loci, modi agendi, finis, personæ, in omni virtute est specialis ratio difficultatis boni. Nam difficilius est continere iram, cùm paruipensus est homo in publico quàm in priuato, & cùm à seruo quàm cùm à domino vel socio: & similiter difficilius est exercere iustitiam contra potentem quàm contra pauperem, & pro tempore quo eges alicuius auxilio, quàm pro tempore, quo non eges illo. Secundo, Sicut specialis difficultas ex diuturnitate temporis accidit, ita ex frequenti repetitione operis: vt patet in ieiunio quadragesimæ, & in quotidiana persolutione officij diuini, & præsertim in choro. Et tamen beatus Thom. non ponit aliquam specialem virtutem propter difficultatem ex frequenti repræsentatione operis: ergo.

¶ Secundum dubium est circa conclusionem principalem, scilicet: perseuerantia est specialis virtus. Contra, inquit, Perseuerantia non est aliud quàm virtus perseuerãs, accipiendo virtutem cõmuniter ad actum & ad habitum. Probatur: tum quia iustitia, & sic de aliis, inclinat ad eliciendum, exequendum, & continuandum tandiu quandiu recta ratio dictat. Non ergo est necessaria alia virtus propter diuturnitatem. Antecedens probatur ex Aristo. secundo Ethi. ponente conditiones virtutis ex parte operantis, scilicet q operetur sciens & eligens, & propter hoc firmiter & immobiliter, tũ quia posito recto dictamine, & electione recta & opere iusto continuato vsque ad finem operis, remotis quibuscunque aliis virtutibus, ponitur perseuerantia. Ergo perseuerantia iustitiæ non est alia virtus à iustitia, & sic de aliis. Secundò, Si perseuerantia est virtus distincta à virtute perseuerante, sequeretur processus in infinitum: quia perseuerare diu in ipsa perseuerantia habet eandem rationem difficilis & boni ex ipsa diuturnitate temporis, quam habent opera aliarum virtutũ. Qua ergo ratione ponitur perseuerantia distincta ab aliis, ponenda est distincta ab ista, & sic in infinitum. Aut eadem rõne, qua ipsa perseuerantia ponitur circa diuturnitatem sui actus, aliæ quoque virtutes concedantur circa diuturnitatem proprij actus.

D. 1026.

¶ Ad euidẽtiam horum scito, quòd sicut magnanimitas respicit magnum in opere cuiuscũque virtutis, ita perseuerantia virtus respicit diuturnum in opere cuiuscunque virtutis. Et propterea sicut magnum dupliciter consideratum est superius, scilicet vt conditio operis absolutè, & vt ratio principaliter obiecta & intenta: ita diuturnitas consideratur & vt circunstantia operis, & sic spectat ad eandem virtutem, ad quam spectat illud opus: & vt ratio principaliter intenta, & sic ponitur obiectum specialis virtutis, quæ dicitur perseuerantia propter rationem literæ.

¶ Et ad primam rationem contra eam negatur sequela, loquendo de circunstantiis vt sic, quoniam nec perseuerantia ponitur circa diuturnitatem, vt est circunstantia. Veruntamen conceditur quòd quæcunque circunstantia potest transferri in rationem formalem alicuius boni moralis secundum speciem distincti ab aliis, constituere potest specialem virtutem. Quę autem affert arguens, sunt circunstantię vt sic, & ideo non variant speciem, sed magis aut minus in eadem specie.

¶ Ad secũdam dicitur, quòd frequens eiusdem operis repetitio ad obseruationem vnius totalis operis consummandi sub diuturnitate comprehenditur: quoniam eiusdem moris est ex intentione tendere ad diu insistendum operis consummationi, si opus vnum pluries propterea repetendum est, etsi opera succedentia sint diuersa.

¶ Ad secundum dubium negatur primò assumptum; vel distinguatur q perseuerantia sumitur dupliciter, scilicet ex conditione, & ex principali intentione, & quòd perseuerantia ex conditione habitus, est ipsa virtus perseuerans. Nam quilibet habitus ex conditione immobilitatis firmat ad diu persistendum. Sed perseuerantia, quæ ex principali intentione in quolibet opere tendit ad ipsam diuturnitatem, non est ipsa virtus iustitiæ, temperantiæ, &c. quæ perseuerat, sed alia. Et per hoc patet responsio ad vtranque probationem antecedentis. Quoniam gratis conceditur, quòd qualibet virtus potest perseuerare ex conditione, sed non ex principali intentione.

¶ Ad secundum argumentum negatur sequela processᵘ in infinitum: quoniam ista specialis virtus, quæ est perseuerantia, quæ per se primo tendit ad diuturnitatem in quocunque actu virtutis, sufficit ad tendendum ad diuturnitatem proprij actus, sicut & aliorum. Nec est par ratio de aliis virtutibus, quia nulla earum tendit ad diuturnitatem per se primò, seu ex principali intentione. Et propterea aliæ egent ista per se primò in diuturnum tendente. Ista verò quia ex se hoc habet, non eget aliqua alia tendente ad diuturnitatem sui operis.

¶ In eodem primo articulo in responsione ad secundum, dubium ex Martino occurrit ibidẽ quæst. secunda, vbi recitata hac responsione dicit, Sequentes hanc opinionem habent concedere, quæ sequũtur. Primò sequitur quòd de aliquo actu aliquando est verum dicere, quòd fuit perseuerantia, de quo nunquam fuit verum dicere, quòd est perseuerantia. Secundò, quòd per mortem, actus qui nunquam fuit perseuerantia, incipit esse perseuerantia. Tertio, quod actus proprius alicuius virtutis, pro tempore quo fit, non sortiretur denominationem ab illa. Quarto, quòd perseuerantia est virtus, & tamen eius operatio virtuosa non potest esse perseuerantia. Quia vel esset perseuerantia ante quam esset, & hoc non: vel quando est, & hoc non: quia adhuc non est finis: vel post, & hoc non: quia tunc non est. Quinto, quòd duorum omnino vniformium intus & extra vsque ad aliquod instans, de vno vere dicetur quod perseuerauit, de alio non, vt patet si vnus moriatur in illo instanti, & alius non. Ista sunt quæ sequuntur ex dicta opinione, ad quam tamen ponendam nec ratio, nec autoris authoritas cogere videtur.

¶ In eadem responsione dubium occurrit ex eodem, circa illud, Per se ad perseuerantiam pertinet, quod aliquis perseueret vsque ad finem operis virtuosi. Contra arguitur, quia quandoque aliquis verè perseuerasse dicitur qui non compleuit opus, sed impeditus fuit per mortem, vel violentiam.

¶ Ad euidentiam eorum quæ in primo dubio tanguntur, scito quòd quia vnumquodque ens tunc potest verè enuntiari esse simpliciter, vel de aliquo, quando iuxta naturæ suæ conditionem habet esse. Vnde successiua entia, tunc dicuntur esse, quando sunt non simul, sed in successione propria inchoata. Dicitur nanque hodiernus dies esse, quando iam inchoatus est. Vnde ab inchoatione vsque ad terminum diei verificatur de illo tempore, hodie. Et similiter cùm domus ædificatur, dicimus quod ædificatio domus est, quamuis nihil horum totum sit, & possit impediri ne terminetur. Proportionaliter in proposito dicimus, quòd quandoque aliquis incœpit actum perseuerandi, iam actu perseuerat, & de illo actu vere dicitur, quòd est perseuerantia. Nec obstat, si non consummetur, sicut non obstat si domus ædificatio non consummatur: quin ædificatio cœpta fuerit ædificatio & domificatio. Et si hodiernus dies nunquam consummaretur, non auferret quin fuerit verum prius dicere, hodie, in primis horis eius. Quocirca aliud est loqui de perseuerantia, & aliud de perseuerantia consummata. Ad verificandum siquidem de aliquo actu quòd est perseuerantia, sufficit quòd actus ille perseuerandi sit cum debitis conditionibus inchoatus, & sic in successione habeat esse. Sicut ad verificãdum, quòd aliquis actus sit motus, sufficit quòd inchoatus motus successione sit. Si enim non consummatur, non sequitur, ergo perseuerantia non fuit perseuerantia, sicut non sequitur, ergo motus non fuit motus, sed sequitur, ergo perseuerantia non est consummata, sicut, ergo motus non est consummatus.

¶ Ad verificandum verò de aliquo actu, q est perseuerantia consummata, oportet terminum consummationis expectare, & tunc potest primò dici, quòd est perseuerantia consummata, quoniam tunc est in suo termino, nec aliud esse requirit. Sicut motus consummatus non nisi in termino potest primò dici motus consummatus, non curando in proposito quomodo terminetur positiuè, vel negatiuè. Negatur ergo quòd spectantes diui Thomæ doctrinã de perseuerantia, oporteat illa concedere, quę arguens affert. Actus siquidem perseuerandi vsque ad mortem habuit hanc veritatem in vita, quòd iste perseuerat. Nec per mortem fit perseuerantia, sed in illo instanti fit consummata. Et propterea patet, quòd propterea cum fit actus virtutis perseuerantiæ, ab illa denominatur perseuerãtia, & est perseuerantia quando est in successione. Nec obstat quòd adhuc non sit finis, quia non exigitur nisi ad consummatam perseuerantiam. Ad casum demum quinto loco dicitur, quòd de illo qui moritur verificatur perseuerantia consummata: quia iã est instans consummationis eius. In alia verò verificatur, q perseuerat, sed non consummate, quia adhuc est in termino. Vnde nullum inconueniẽs hic accidit, ex quo ponitur vnius terminus, & alterius non. Vnde patet, quòd non sequuntur ex sancti Thomæ opinione, quæ arguens dicit, & quòd rationabiliter ponitur illa virtus sicut magnanimitas.

D. 1105.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod sicut per se conuenit homini, q generet hominem, & quod leo generet leonem, & tamen potest impediri: ita per se conuenit perseuerantiæ virtuti, quod intendat persistere vsque ad finem. Si tamen impeditur ab extra, hoc est per accidens & nihil obstare cõstat naturæ virtutis: cui ex propria natura conuenit inclinare in hoc quod persistat vsque in finem. Argumentum ergo nihil obstat doctrinæ Autoris, nisi apud eos qui putant naturales, & morales operationes, si possunt impediri, non per se conuenire solis principiis, quod est puerile & satis rude.

¶ Super Quæstionis centesimætrigesimæseptimæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæstionis dubium ex Martino ibidem occurrit circa rationem in corpore articuli ad conclusionem principalem, s. Omnis illa virtus cuius laus consistit in sustinendo aliquod difficile, est adiuncta fortitudini sicut secundaria principali: sed laus perseuerantiæ est in sustinendo difficultatem ex diuturnitate boni operis: ergo. Probatur Maior: quia fortitudo firmat animum in sustinendo difficillima, quæ sunt pericula mortis. Contra, inquit Martinus, maior est falsa. Quod probatur, quia aliàs sequeretur, quòd omnis virtus esset adiuncta foritudini: quia omnis virtus est circa difficile, & animum firmat contra aliquid difficile. Probatio quoque maioris non infert apparenter, nisi virtutes quæ sunt circa eandem materiam, esse adiunctas. Et adhuc quæstio est, an hoc sufficiat. Iustitia enim perseuerans facit sustinere diuturnitatem operis iusti, & sic de aliis.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ Maior est verissima, & negatur sequela. Et ad probationē dicitur, ꝙ falsum est, omnis virtutis laudē principaliter consistere in sustinendo aliquid difficile, cū iustitiæ laus cōsistat in rectè operādo ad alium, & tēperantiæ laus in moderatione. Et vt excludantur omnes apparentiæ, notato qđ diximus, s. quod laus virtutis illius consistat principaliter in sustinēdo difficile. Nam dato ꝙ omnis virtus aliquo modo sustinēdi actum participaret, vel haberet, nō tamen principaliter consistit circa sustinendum. Iam autem dictum est, quod virtutes ex principali intentione pensantur. Et per hoc patet solutio obiectorum de iustitia, & aliis virtutibus perseuerantibus ex conditione, non ex principali intentione, vt prædictum est.

D. 1025.

¶ *Super quæstionis centesimæ trigesimæ septimæ Articulum tertium.*

IN articulo 3 eiusdem quæstionis dubiū ex Martino ibidem, quæstio. secunda occurrit circa differentiam inter perseuerantiam, & constantiam. Arguit siquidem dupliciter. Primò, sic, Continuet aliquis aliquem virtutis actum, & deinde sola diuturnitate victus deserat: talis nec perseuerans, nec cōstans est: ergo constantia non respicit extrinseca impedimenta, vt dicitur. Secundò, Aristoteles expressè ponit perseuerantiā circa vehemētes tristitias, &c. ergo in vsu terminorum debemus conformari antiquis doctoribus, nisi constet de abusu.

Q. præced. art. 5.

¶ Ad hoc dicitur quòd dupliciter aliquis potest continuare actum virtutis, primo ex intentiōe diuturnitatis. Et sic inchoans, & aliquanto tempore continuans, & victus post à diuturnitate desistēs, habuit quidem perseuerātiæ actū, sed adueniēte opposito, fact⁹ est mollis. Si vero continuauit actum ex conditione virtutis, & post concurrēte diuturnitate superante, deficit, in mollitiem declinauit, non ex cōtrario, sed ex priuatiuo: hoc est, nō ex perseuerantia, sed ex non mollitie.

Lib. 1. in som. Scip. folio 2. pauloante med. libri. † Q. 128. arg. 9.

¶ Ad secundum vero dicitur, ꝙ licet Aristot. Perseuerantiæ nomine vsus fuerit in habitu cohibitiuo tristitiarū imperfecto in genere virtutis, ex hoc tamē non sequitur, quòd sit abusus vti eodem vocabulo in habitu virtutis circa diuturnitatē, quā vocabulum perseuerātiæ respicere magis constat quàm tristitias. Perseuerans enim communi, & frequēti vsu dicitur, qui diu durat in aliquo Et simpliciter perseuerans, qui vsque ad finem durat in opere.

non moderatur aliquas passiones, sed cōsistit solum in quadam firmitate rationis & voluntatis. Sed perseuerātia secundū quod ponitur virtus, moderatur aliquas passiones, scilicet timorem fatigationis, aut defectus propter diuturnitatem. Vnde hæc virtus est in irascibili, sicut & fortitudo.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ August. ibi loquitur de perseuerantia, non secundū ꝙ nominat habitū virtutis, sed secundum quod nominat actū virtutis cōtinuatum vsque in finem, secūdū illud Mat. 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et ideo contra rationem perseuerantiæ sic acceptæ, esset quòd amitteretur, quia iam non duraret vsque in finem.

ARTCVLVS III.

¶ *Vtrum constantia pertineat ad perseuerantiam.*

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur quòd cōstātia non pertineat ad perseuerantiam. Constantia enim pertinet ad patiētiam, vt suprà dictum est,* sed patientia differt à perseuerantia, ergo constantia non pertinet ad perseuerantiam.

¶ 2 Preterea. Virtus est circa difficile bonum: sed in paruis operibus constantem esse non videtur esse difficile, sed solū in operibus magnis, quæ pertinent ad magnificentiam: ergo constantia magis pertinet ad magnificentiam quàm ad perseuerantiam.

¶ 3 Præterea. Si ad perseuerātiam pertineret constātia, in nullo videretur à perseuerantia differre: quia vtrunque immobilitatē quandam importat. Differunt autē. Nam Macrob.* condiuidit cōstantiā firmitati, per quā intelligitur perseuerātia, vt suprà dictum est*. ergo constantia nō pertinet ad perseuerantiam.

¶ SED CONTRA est, ꝙ aliquis dicitur esse constans, ex eo ꝙ in aliquo stat: sed immanere aliquibus ꝑtinet ad perseuerantiam: vt patet ex diffinitione quam Andronicus ponit. ergo constantia pertinet ad perseuerantiam.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ perseuerantia, & constantia cōueniūt quidē in fine: quia ad vtrunq; pertinet firmiter persistere in aliquo bono. Differunt autē secundum ea, quæ difficultatem afferunt ad persistendum in bono. Nam virtus perseuerantiæ propriè facit firmiter persistere hominem in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex ipsa diuturnitate actus. Cōstantia autem facit firmiter persistere in bono contra difficultatem quæ prouenit ex quibuscunque aliis exterioribus impedimentis. Et ideo principalior pars fortitudinis est perseuerantia, quàm constantia: quia difficultas quæ est ex diuturnitate actus, est essentialior actui virtutis, quàm illa, quæ est ex exterioribus impedimentis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ exteriora impedimenta persistendi in bono præcipuè sunt illa, quæ tristitiam inferunt. Circa tristitiā autem est patiētia, vt dictū est.* Et ideo constantia secundū finem conuenit cum perseuerantia, secundum autem ea, quæ difficultatē inferūt, conuenit cum patientia. Finis aūt potior est. Et ideo constantia magis pertinet ad perseuerantiam quàm ad patientiam.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in magnis operibus persistere difficilius est. Sed in paruis & mediocribus diu persistere hēt difficultatē, & si non ex magnitudine actus quam respicit magnificentia, saltem ex ipsa diuturnitate quam respicit perseuerantia. Et ideo constantia potest ad vtrunque pertinere.

¶ Ad tertium dicendū, quòd constantia pertinet quidem ad perseuerantiam, inquantum conuenit cum ea, nō tamen est idem ei, inquantum differt ab ea, vt dictum est*.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum perseuerantia indigeat auxilio gratiæ.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd perseuerantia non indigeat auxilio gratiæ. Perseuerātia enim est quędam virtus, vt dictum est*: sed virtus, vt Tullius dicit in sua Rhetorica,* agit in modum naturæ, ergo sola inclinatio virtutis sufficit ad perseuerandum. Non ergo ad hoc requiritur aliquod auxilium gratiæ.

¶ 2 Præterea, Donū gratiæ Christi est maius quàm nocumentum, quod Adam intulit, vt patet ad Rom. 5. Sed ante peccatum sic conditus fuit homo, vt posset perseuerare per id quod acceperat, sicut August. dicit in lib. de Cor. & gratia,* ergo multo magis homo per gratiam Christi reparatus, potest perseuerare absque auxilio nouæ gratiæ.

¶ 3 Præterea, Opera peccati quandoque sunt difficiliora, quàm opera virtutis. Vnde ex persona impiorum dicitur *Sap. 5. Ambulauimus vias difficiles. Sed aliqui perseuerant in operibus peccati absque alterius auxilio: ergo etiam in operibus virtutum potest homo perseuerare absque auxilio gratiæ.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de Perseuerātia.* Asserimus donum Dei esse perseuerantiam, qua vsque ad finem perseueratur in Christo.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut ex dictis patet, * perseuerantia dupliciter dicitur. Vno modo ꝓ ipso habitu perseuerantię secundum quod est virtus. Et hoc modo indiget dono habitualis gratiæ, sicut & cæteræ virtutes infusæ. Alio modo potest accipi pro actu perseuerantiæ durante vsque ad mortem. Et secundum hoc non indiget solum gratia habituali, sed etiam gratuito Dei auxilio conseruantis hominem in bono vsque ad finem vitæ, sicut suprà * dictum

¶ *Super Quæstionis centesimæ trigesimæ septimæ Articulum quartum.*

IN art. 4. eiusdem quæst. in responsione ad primum, dubiū occurrit ex Martino ibidē quæstione 1. contra hanc respōsionē arguente, quòd non satisfacit, quia nemo dubitat, an opus virtutis sit de necessitate eliciendū, quia si esset necessariū, non esset meritorium. Quomodo ergo est (concesso quod nō est necessariū) quòd habens habitū virtutis immobiliter non vtatur eo vsq; ad mortem. Vtrum tamen possit habitu suo vti cum auxilio generali Dei vsque ad mortem: & si non, vnde prouenit, maximè cùm possit vti illo per vnū, aut duos dies, & per hoc habitus augeatur & fortificetur.

¶ Ad huius euidentiam scito, quod actualis perseuerantia vsque in finem, de qua est quæstio, cum non sufficienter causetur à voluntate ex virtute naturæ & libertatis, vt patet ex eo ꝙ voluntas est ad opposita, & vertibilis ad bonum, & malum: & ad malum quidem sufficiēter, ad bonum autem non: iuxta illud. Perditio tua Israel ex te, salus autem ex me: ꝓportet quod causetur vel ab habitu, vel ab extrinseca causa. Et si ab aliquo habitu causari sufficienter ponitur, necesse est quod habitus ille sic perficiat volūtatem, vt immobilitet ipsam in appetitu boni: alioquin nunquam sufficiens causa perseuerantiæ ponitur. Nam si non immobilitat liberum arbitrium, remanebit vertibile ad malum: & consequēter non (sufficiente tali habitu ad retrahendum ab appetitu mali) appetet quandoque malum, & sic non perseuerabit vsque ad mortem. Efficacia ergo requisita ad habitum, sufficientem causam perseuerantiæ actualis, vsque ad mortem in nostra voluntate, est immobilitare liberum arbitrium ad bonum. Et propterea intuitus hoc Autor, quia quæstio erat, an posito habitu virtutis perseuerantiæ, &c. remaneret indigentia alterius gratiæ Dei: radicalem causam attulit quare habitus relinquit indigentiam talem: quia s. non immobilitat voluntatem ad bonum, sed relinquit ipsam vertibilem ad malum. Ex hoc autem, ꝙ non sufficienter causatur talis perseuerantia à voluntate informata charitate subintellecto generali auxilio Dei, manifestè patent duo. Primum est, quod remanet homo indigens ad talem perseuerantiā speciali Dei auxilio protegentis, & custodientis hominem ne declinet ad malum. Quoniam hoc maximum bonum esse cōstat, & ab extrinseco oportet causari, ex quo ab intrinseco sufficientem causam in via hac non habet, nisi quis tale, & tantum bonum à casu ponat, aut absque propria causa sufficiente: quod est ridiculum. Secūdum est, quod Autoris responsio directa satisfacit argumento, radicalem causam assignans quare habitus virtutis non sufficit causare perseuerantiam actualem vsque ad mortē: ac per hoc quare relinquit indigentiam diuini auxilij ad talem perseuerantiam. Vnde cùm arguens dicat, Nemo dubitat, an opus virtutis sit necessario eliciendum, dicitur ꝙ licet non dubitet de hoc, dubitat tamen an habitus virtutis sit tantæ efficaciæ, ꝙ sit sufficiens causa perseuerandi vsque ad mortem. Et ad declarandum ꝙ omnis noster in via habitus est insufficiens, reddita optimè est rō, quia non immobilitat ad bonum. Et si hoc penetrasset arguens, non opposuisset quæstionem alio modo, quàm ab autore formetur. Dicta enim ratio omnem difficultatem excludit, & causam assignat indigentiæ extrinsecę causę, quæ proculdubio est Deus.

Q. præc. ar. 1. *In corp. art.* *1.2. q. 109 arti. 9. & 10. & q. 114. ar. 2. dis. 10. in exposi. lit. & ad 2. Et 3. contra c. 155. Et verit. q. 24. ar. 13. & q. 27 art. 5. ad 3. Et Ps. 31. Et Ioan. 1. lect. 2. cor. princip.* ** Art. 1.* ** Li. 1. de inuen. fo. 4. ante fi. libri.* ** Cap. 11.* *Cap. 1.* *Art. 1. ad 2. & art. 2. ad 3.* *1.2. q. 105 art. 10.*

In

¶ In eodē 4. art. in responsione ad tertium, dubiū occurrit ex Martino ibidē arguente contra hanc respōsionem, ꝙ nō satisfacit, quia supponit vnum, cuius cōtrarium argumentum nititur ꝓbare, nec tn̄ illud solutio euacuat. Supponit enim ꝙ homo potest de se peccare, & tn̄ non potest per se refugere à peccato: imò nec bonum facere. Cōtra quod directè procedit argumentum quo arguitur, ꝙ opera peccati sunt difficiliora quàm opera virtutis. Et ideo videtur mihi, ꝙ nisi ad hoc respondeatur, nō est sufficiēter solutū.

¶ Ad quod dicitur, ꝙ responsio Autoris directè tendit, & satisfacit argumento quo ad principalem difficultatē eius, scilicet, quare homo potest seipsum peccando facere perseuerantem in peccato, & non potest bene operando facere se perseuerātem in virtute vsque ad mortē. Hæc em̄ difficultas euacuatur ꝑ hoc ꝙ homo peccando cōstituit se in statu vnde nō potest resurgere, & propterea remanet perseuerans in malo vsque ad mortem, quantū est ex se. Sed virtuosè agendo non potest se statuere in statu, vnde non possit ex seipso declinare. Ex hac autem vniuersali cōditione cuiusque peccati mortalis, & cuiuscunq; operis meritorij, patet ꝙ nihil obstare relinquitur illud assumptum, scilicet: opera peccati sunt quandoq; magis difficilia quàm opera virtutis. Hęc est enim vna particularis in nullo obstans vniuersali cōditioni mortalis peccati, & meriti, ex qua satisfit in litera argumento. Et propterea nō opus fuit ꝙ Autor in litera aliter responderet.

Cap. 11.

¶ *Super Quæstionis centesimæ trigesimæ octauæ Articulum primum.*

IN art. 1. quæst. 138. dubia multa occurrunt ex Martino in eodē tractatu in quæst. de mollitie. Primum est circa illud quod in corpore articuli dicitur, scilicet, Secundum Philosophum propriè mollis dicitur, qui recedit à bono ex tristitia causata ex defectu delectationum quasi cedens debili mouenti. Contra hoc siquidem dupliciter procedit. Primo, arguendo, ꝙ non solùm tali tristitiæ cedens est mollis, sed etiā cedēs aliquibus tristitiis ex positiuis causis afflictiuis, causatis. Secundo, ꝙ nō omnis cedens tali tristitiæ, ita vt recedat à bono, est mollis. Et ad primū quidē multa affert. Sed quoniā primum nō est cōtra Auto. quamuis arguens putauerit, & dixerit se impugnare in hoc S. Thom. ideo non affero sua argumēta: sed ostendo vnde non intellexerit Autorē. Ly enim proprie in hac litera, æquiualet ad ly principaliter: & non æquiualet ad ly solum, vt iste interpretatus est. ita quòd non est sensus literę, quòd mollis est solum recedēs à bono propter tristitiam ex carētia delectationū causatas: sed est sensus, quòd mollis est prīcipaliter recedēs à bono propter huiusmodi tristitias. Vnde ī hac eadē litera dicitur ꝙ mollis est qui de facili recedit à bono propter difficilia quæ sustinere non pōt. Per hæc em̄ verba in principio corporis arti. Autor diffinit mollē. Et postmodum excludēs eū, qui à magnis tristitiis vincitur à numero molliū, ttes gradus retrahentium à bono ponit, scilicet metum, delectabile, & carentiā delectationum, concludens, ꝙ ex his ꝓpriè, hoc est, principaliter aliquis dicitur mollis secundum Philosophū: quod est verum. Cum hoc tn̄ stat ꝙ etiā ille q̄ à mediocribus tristitiis ex aliquib⁹ cōtristantib⁹ illatis vincitur, sit etiam mollis. Dictum etiā est suprà, ꝙ proprie fortitudo est circa pericula mortis in bello, & per hoc declaratum est non excludi quin secundario sit etiam circa alias mortes sustinendas. Aduertere quoq; hic expedit, ꝙ sicut Autor aliter perseuerantiæ nomine vtitur quàm Arist. ita & mollitiem aliter accipi. Nam apud Autorē pro vero vitio sumitur, apud Arist. autem pro imperfecto in genere vitii, vt patet ex oppositis bonis, scilicet perseuerantia in virtute & perseuerantia in imperfecto genere virtutis, sicut etiam & continentia.

Infra articu. 1. cor. *Cap. 7.* *cap. eodē.* *Cap. 7.* *lib. 4. ca. 8.* *Q. præc. art. 1. & 2.*

¶ Quod autē secundo loco cōfutatur, est contra Autorem in hoc loco in respōsione ad primum. Et ideo afferenda sunt argumenta eius. Primū ex autoritate Arist. 7. Ethic. quòd vinci à carentia delectabilium propter naturam generationis, aut propter ægritudinem nō est mollitiei.

D. 1025.

¶ Secundum est quia secundum Aristo. aliquæ delectationes sunt necessariæ, & propter carētiam talium delectationum recedere à bono nō est mollities, sed propter carētiam superfluarum delectationum.

Cap. 7. *De Magnanim.*

¶ Tertium dubiū ex eodem, est circa responsionem ad secundum. Hæc inquit, solutio non mihi placet: tum quia si delitia est quędā mollities, ergo est species mollitiei, ergo non habent illas diuersas connotationes quas dicit Thomas: tum quia ex nominibus ipsis videt' oppositum. Et proprie delitiosus est, q̄ non potest sufferre absentiam delectationum. Tertiò, quia omnis delitia pertinet ad intemperantiam, ac per hoc si est quædam mollities, pertinebit ad intemperantiam. Ergo mollities non est totaliter opposita perseuerantiæ.

Lib. 7. Ethic. cap. 7.

¶ Quartum dubium est circa responsionem ad tertiū. Hæc inquit, respōsio nō videtur mihi consona dictis eiusdem doctoris. Arguo enim sic. Appetere remissionem secūdum ꝙ huiusmodi, aut est delectabile, aut carens labore. Si primū, ergo lusiuus vt appetens remissionem non est dicendus mollis, sed incōtinens, quia propter delectationem deserit bonum. Si secundum, ergo mollities nō est vniuersaliter circa tristitiam ex defectu delectatiōis, cuius oppositum determinat idē doctor. Patet consequentia, quia lusiuus vt appetit remissionem, fugit laborem contristantem & molestantem.

Cap. 7.

¶ Ad obiecta secūdi dubij dicitur, ꝙ sermo Ari. formaliter intellect⁹, nō īfert quod arguēs intendit. Quoniā Ari. vult nō posse carere delectationibus quibusdā, propterea q̄a sic nutriti sunt vt reges Scytharū, vel propter īfirmitatē complexionis, vt mulieres, non est vitij. Et verū est, quoniam recta rō hēt vt cōplexionis & cōsuetudinis ratio habeatur: ita quòd id qđ esset mollitiei vitiū in vno, nō est mollities ī alio: sicut etiā quod esset ebrietas ī vno, esset sobrietas ī alio. Sed, vt patet, ex hoc non sequitur conclusio arguētis, s. Nō omnis cedens tristitiæ ex carētia delectationū, ita vt recedat à bono, est mollis.

est, cū de gratia ageret*. Quia, cū liberum arbitriū de se sit vertibile, & hoc ei non tollatur ꝑ habitualē gratiam præsentis vitæ, nō subest potestati liberi arbitrij etiā ꝑ gratiam reparati, vt se immobiliter in bono statuat, licet sit in potestate eius, ꝙ hoc eligat. Plerunq; enim cadit in nostra potestate electio, sed non executio.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ virtus perseuerātiæ quantū est de se, inclinat ad perseuerādum: quia tamē habitus est quo q̄s vtitur cùm voluerit, nō est necessarium, ꝙ habens habitum virtutis immobiliter, vtatur eo vsq; ad mortem.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit in lib. de cor. & gratia,* primo homini datum est, non vt perseueraret, sed vt perseuerare posset per liberum arbitrium, quia nulla corruptio tunc erat in humana natura, quę perseuerādi difficultatem præberet. Sed nunc prædestinatis per gratiam Christi non solùm datur, vt perseuerare possint, sed vt perseuerent. Vnde primus homo nullo terrente cōtra Dei terrentis imperiū libero vsus arbitrio, non stetit in tanta fœlicitate cum tāta non peccādi facilitate. Isti autem sæuiente mundo ne starēt, steterūt in fide.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homo per se potest cadere in peccatū, sed nō potest se resurgere à peccato sine auxilio gratiæ. Et ideo ex hoc ipso ꝙ homo cadit in peccatum, quantum de se est, facit se in peccato perseuerantem, nisi gratia Dei liberetur. Non autem ex hoc ꝙ facit bonum, facit se perseuerantem in bono, quia de se potens est peccare, & ideo ad hoc indiget auxilio gratiæ.

QVÆSTIO CENTESIMA trigesimaoctaua, de Vitiis oppositis perseuerantiæ, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vitiis oppositis perseuerantiæ. Et circa hoc quęrūtur duo. ¶ Primò, de mollitie. ¶ Secundò, de pertinacia.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum mollities opponatur perseuerantiæ.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ mollities non opponatur perseuerātiæ, quia sup illud 1. Ad Cor. 6. Neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorū concubitores. glos. exponit molles, id est, pathici, hoc est, muliebria patientes: sed hoc opponit' castitati: ergo mollities nō est vitiū oppositū perseuerātiæ.

¶ 2 Præterea, Philoso. dicit in 7. Ehic.* ꝙ delitia, mollities quædam est: sed esse delitiosum videtur pertinere ad intemperantiam: ergo mollities non opponit' perseuerantiæ, sed magis temperantiæ.

¶ 3 Præterea, Philosophus ibidem* dicit, ꝙ lusiu⁹ est mollis: sed esse īmoderate lusiuum opponitur eutrapeliæ, quæ est virtus circa delectationes ludorum, vt dicitur in 4. Ethic.* Ergo mollities non opponitur perseuerantiæ.

¶ SED CONTRA est, qđ Philosophus dicit in 7. Ethic.* quòd molli opponitur perseueratiuus.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut supra dictū est*, laus perseuerātię din hoc cōsistit, ꝙ aliquis nō recedit à bono ꝓpter diuturnā tolerantiā difficiliū, & laboriosorum, cui directè videtur opponi, ꝙ aliquis de facili recedat à bono ꝓpter aliqua difficilia, quæ sustinere non potest. Et hoc pertinet ad rōnem mollitiei. Nā molle dicit' quod facile cedit tāgenti, nō autē iudicat' aliquid molle, ex hoc ꝙ cedit fortiter impellenti: nam & parietes cedunt machinæ percutienti. Et ideo nō reputat' aliquis mollis, si cedat aliquib⁹ valde grauiter impellētib⁹. Vn̄ Philos. dicit in 7. Ethi.* ꝙ si q̄s à fortib⁹ & supexcellētibus delectationib⁹ vincitur, vel tristitiis, non est admirabile, sed cōdonabile, si cōtra tendat. Manifestum est autē, ꝙ grauius impellit metus periculorum, quàm cupiditas delectationū. Vn̄ Tul. dicit in 1. de Offic.* Nō est consentaneū qui metu nō frāgatur, eum frāgi cupiditate, nec q̄ inuictū se à labore præstiterit, vinci à voluptate: ipsa etiam voluptas fortius mouet attrahendo, quā tristitia de carētia voluptatis retrahendo: quia carentia voluptatis est purus defectus. Et ideo secundū Philos.* propriè mollis dicit', qui recedit à bono propter tristitias causatas ex defectu delectationum, quasi cedens debili mouenti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ prædicta mollities causatur dupliciter. Vno modo, ex consuetudine, cum enim aliquis cōsuetus est voluptatib⁹ frui, difficilius potest earū absentiam sustinere. Alio modo, ex naturali dispositione, q̄a videlicet habet animum minus constantem propter fragilitatē cōplexionis. Et hoc modo cōparantur fœminæ ad masculos, vt Philosophus dicit in 7. Ethic.* Et ideo illi qui muliebria patiuntur, molles dicuntur, quasi muliebres effecti.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ voluptati corporali opponitur labor. Et ideo res laboriosæ tantum impediunt voluptates: Delitiosi autem dicuntur, qui non possunt sustinere aliquos labores, nec aliquid quod voluptatem diminuat. vnde dicit' Deut. 28. Tenera mulier & delicata quæ sup terrā ingredi nō valebat, nec pedis vestigiū figere propter mollitiem. Et ideo delitia mollities quædā est. Sed mollities propriè respicit defectum delectationem, delitiæ autem causam impeditiuam delectationis, puta, laborem, vel aliquid huiusmodi.

Secunda quoq; obiectio nihil obstat, qa sequi delectationes necessarias non est vitiosum. Sed si ꝓpter carentiā superfluarū declinet à bono, est manifestè mollis. Si verò ꝓpter carentiā necessariarū aliquis declinaret à bono, ita ꝙ non ꝓpter carentiā subtracti, sed ipsius delectationis vt sic, à bono recederet, mollis quoq; esset: quoniā delectationes necessariæ nō sunt ꝓpter se, sed propter subtracta, puta cibum vel potū. Vnde ꝙ declinaret à virtute, quia cibus nō delectat eum, qui tamen prodest, mollis esset, quāuis delectatio cibi sit necessaria ꝓpter cibationem & vitā animalium: nō esset autem mollis, si cibo nō delectāti præponit delectāti tem, quia non per hoc recedit à virtutis bono. Et si in hoc excederet, ad gulæ vitiū spectaret.

¶Ad tertium respōdendo dubiū, dicitur ad primum, quòd delitia est species vel quasi species mollitiei. Et negatur cō sequētia, ergo nō differunt penes cōnotata, vt dicit Thom. Stat enim ꝙ aliquid exprimat inferius, quod nō exprimit superius. Ad secundum verò dicitur, ꝙ malè exponitur delitia. Ad tertium negatur assumptū, scilicet ꝙ omnis delitia spectat ad intēperantiā, nisi confundendo vitia.

¶Ad quartum dubium dicitur ꝙ appetere remissionem in proposito est appetere negationē laboris. Et cùm dicitur: ergo fusuus, vt mollis, fugit laborē contristantem, conceditur. Et cùm dicitur, Mollities nō est præcisè circa tristitias ex absētia delectabiliū, conceditur. Et cum dicitur, ꝙ Autor oppositum determinauit, negatur, vt patet ex supradictis, & ex hac litera, vbi expresse dicit, ꝙ nō posse sustinere laboriosa pertinet ad mollitiem.

¶ *Super Quæstionis centesimæ trigesimæ octauæ Articulum secundum.*

IN art. 2. eiusdē q.138. dubium. ex Martino occurrit ibidē in quæst. de pertinacia, arguente cōtra hunc articulum ꝙ conclusio non est conformis aliis dictis eiusdem Thomæ. Nam primo secundum eum non omnis persistens in sententia secundum quod oportet, est perseuerans, sed ille tantum qui persistit non obstante molestia diuturnitatis. Si ergo pertinacia directè opponitur perseuerantiæ, oportet ꝙ nimis persistat contra diuturnitatis mo destiā. Sed secundum eum pertinacia non est tale vitium, sed aliquis dicitur pertinax, esto ꝙ nihil ex diuturnitate sentiat molestiæ. Non cōsequit ergo cōclusio cum aliis dictis Thomę. Secundo, quia sequeretur nullum vitium esse pertinaciā, nisi vbi diuturnitatis circunstātia de bono in malū trāsferret. Et tenet cōsequentia, qa si directè opponitur perseuerātiæ, oportet ꝙ includat in sua ratione diuturnitatē, sicut perseuerantiā. Tertio, qa pertinax secundū Isid. est ꝙ immanet sententiæ, cui nō debet immanere. Talis autē excedit pertinacē oppositum perseuerāti, quia perseuerans est nō obstante tristitia. Et similiter suus pertinax. ergo pertinacia accepta ab Isid. & Thoma, nō opponitur perseuerantiæ. Quarto, quia pertinax, vt de eo loquit Thomas, immanet sententiæ propter delectationē: ergo non opponitur perseuerātiæ, seu cōtinentiæ. Probatur assumptum: quia pertinax immanet sententiæ propter victoriam ergo propter delectationē. Probatur hoc vltimum antecedens, tum ex ipso Tho. hic tum ex Ari. 7. Ethi. dicente, ꝙ isti proprię sententię vincuntur à delectationibus. Gaudent enim vincentes si non transuadeantur. Et cō cludit, quòd sunt magis similes incontinentibus quàm continentibus.

¶Ad horū euidentiā scito, ꝙ sicut magnanimitas, & facit magnum in quali bet virtute, & ponit medium in appetitu magnorū horū, nec oportet quodlibet oppositum illi vitium respicere appetitū honoris, sed sufficit ꝙ magnū honorē respiciat, vel ꝙ excessum, vel ꝙ defectum, vt pater de præsumptione, q̄ nō excedit in appetitu honoris, sed actus incōmensurati, ita ꝓportionabiliter perseuerātia, & facit ex intētione persistētiam opportunā in qualibet virtute, & mediū ponit insistēdo in sententia. Et propterea vitia opposita eidem, si extrema sunt eius quod est sistere in sententia, perseuerantię opponuntur. Sicut ambitio, & eius oppositum extrema sunt magnanimitatis, quia extrema sunt eius, quod est appetere magnos honores.

¶His prælibatis ad primum in oppositum dicitur, ꝙ persistere in sententia bene operando aut malum vitādo, cōtingit dupliciter. Vno modo, ex cōditione habitus operantis. Et sic persistēs non est perseuerans secundum Auto. Alio modo, ex principali intētione. Et sic persistens est perseuerans, quoniā sic persistere intendens, directè intēdit tamdiu insistere quādiu oportet. Hoc enim importat ly persistere, sicut perseuigilare est vsq; ad finem vigilare. Vnde cùm dicitur, ꝙ actus perseuerantiæ est persistere in sententia cum executione, non oportet addere cōtra molestias diuturnitatis, quoniā ipsum persistere hoc importat, scilicet ꝙ si est directè intētum, superet molestiam causabilem à diuturnitate. Et cum ex hoc infertur, ergo pertinacia perseuerantiæ oppositā non est nisi nimis persistat cōtra diuturnitatis molestias, negat' sequela, sed sufficit ꝙ nimis ex intentione persistat in sententia, vndecunq; hoc accidat, sicut sufficit ad intemperatum ꝙ excedat in delectationibus tactus, vndecunque ad hoc veniat, puta ex auaritia, vt meretrix vel ex vindicta, vt occisor, &c. Et ratio est: quia ad positionem vitij alicuius nō requiritur ꝙ principalis intentio hominis sit diuertendi à medio proprio. Sed sat est ꝙ ipsum vitium ex propria natura sit primo recessiuum à medio propriæ virtutis. Medium autē in perseuerātia, vt dictum est, est persistere in sententia. Pertinax autem ex intentione excedit hoc: quoniam immanet sententię quādo non oportet, vel cui non oportet: hoc autē est recedere à persistentia secundum quod oportet, siue molestiæ diuturnitatis faciāt hunc recessum, siue nō. Et similiter mollis est vndecunque quis ex intentione non perstet in sententia secundum qđ oportet, &nō solū si ꝓpter laborē diuturnitatis non perstet in sententia ꝓpter eandē rationē, scilicet qa ex natura sua talis nō perstās recedit à persistētia secundū quod oportet. Iā cū dictū est ꝙ in persistentia claudit diuturnitas, & ꝙ hoc patet responsio ad secundum, dicendo ꝙ recessus à persistentia includit recessum à diuturnitate secundum quod oportet. Et per hoc patet responsio ad tertium. Aliud est em loqui de recessu vitij à medio, & aliud de recessu operantis vitiosę. Quoniā causa mouens vitiosum potest esse multiplex, & nō tollit naturam vitij pertinax enim est qui nimis ex intentione perstat vndecunque iste homo moueatur ad immanendum sententiæ quando vel cui non oportet. Ad quartū dicitur cum Autore, ꝙ pertinax ex parte delectationis appetitæ est similis incontinenti, vt Arist. dicit, secundum tamen id quod directe intendit, scilicet immanere propriæ sententiæ, opponitur perseuerantiæ. Et secundum finem opponitur magnanimitati, pro quanto est inanis gloria.

¶ *Super Quæstionem centesimam trigesimam nonam, & centesimam quadragesimam.*

IN quæst. 139. & 140. de dono & præceptis fortitudinis nihil occurrit scribendum, nisi ꝙ aduertas donum fortitudinis non arctari ad materiam fortitudinis, vt est specialis virtus, sed extendi ad totam materiam fortitudinis, vt est virtus generalis, vt in articul. 1. ad tertium in litera habes, & excedere illam quo ad finem tam respectu bonorum quàm malorum, vt in corpore ibidem habes. Et hæc de fortitudine dicta sufficiant.

¶ *Super*

donum respondens virtuti fortitudinis.

¶SED CONTRA est, quod Isa. 11. fortitudo inter alia dona Spiritussancti computatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd fortitudo importat quandā animi firmitatem, vt suprà dictū est *. Et hæc quidem firmitas animi requiritur, & in bonis facendis, & in malis perferēdis, & præcipuè in arduis bonis, vel malis. Homo autē secundum proprium & connaturalem sibi modum hanc firmitatem in vtroque potest habere, vt non deficiat à bono propter difficultatem vel alicuius ardui operis implendi, vel alicuius grauis mali perferendi. Et secundum hoc fortitudo ponitur virtus specialis, vel generalis, vt suprà dictum est *. Sed altius à Spiritusancto mouetur animus hominis ad hoc ꝙ perueniat ad finem cuiuslibet operis inchoati, & euadat quæcūq; pericula imminentia: quod quidem excedit naturam humanam. Quandoque enim non subest potestati hominis, vt consequatur finē sui operis, vel euadat mala seu pericula, cum quādoq; opprimatur ab eis in morte. Sed hoc operatur Spiritussanctus in homine, cum perducit eum ad vitam æternam, quæ est finis omnium bonorum operum, & euasio omnium periculorum. Et huius rei infundit quandā fiduciæ menti Spiritussanctus contrarium timorem excludens. Et secundum hoc fortitudo donum Spiritussancti ponitur. Dictum est enim suprà * quòd dona respiciunt motionem animæ à Spiritusancto.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fortitudo, quæ est virtus, perficit animum ad sustinendum quæcunque pericula. Sed non sufficit dare fiduciam euadendi quæcunque pericula, sed hoc pertinet ad fortitudinem, quæ est donum Spiritussancti.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ dona non habent eosdem actus in patria quos habent in via. Sed ibi habent actus circa perfruitionem finis. Vnde actus fortitudinis ibi est perfrui plena securitate à laboribus & malis.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ donum fortitudinis respicit virtutem fortitudinis, non solùm secundum quod consistit in sustinendo pericula, sed etiam secundum ꝙ consistit, in quocunq; arduo opere faciendo. Et ideo donum fortitudinis dirigitur à dono consilij, quod videtur præcipuè esse de melioribus bonis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum quarta beatitudo, scilicet, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, respondeat dono fortitudinis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ quarta beatitudo, scilicet, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, non respondeat dono fortitudinis. Donum enim fortitudinis non respondet virtuti iustitiæ, sed potius donum pietatis: sed esurire, & sitire iustitiam pertinet ad actum iustitiæ. ergo beatitudo ista magis pertinet ad donum pietatis, quàm ad donum fortitudinis.

¶2 Præterea, Esuries & sitis iustitiæ importat desiderium boni: sed hoc proprie pertinet ad charitatem, cui non respondet donum fortitudinis, sed magis donum sapientiæ, vt suprà habitum est *. ergo ista beatitudo nō respondet dono fortitudinis, sed dono sapientiæ.

¶3 Præterea, Fructus consequuntur ad beatitudines, quia de ratione beatitudinis est delectatio, vt dicitur in 1. Ethic. * Sed in fructibus non videtur aliquid poni, quod pertineat ad fortitudinem. ergo neque beatitudo aliqua ei respondet.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit in lib. de sermone Domini in monte *. Fortitudo congruit esurientibus, laborant enim desiderantes gaudium de veris bonis, amorem à terrenis auertere cupientes.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut suprà dictum est *, Augustinus * attribuit beatitudines donis secundū ordinem enumerationis, considerata tamen aliqua conuenientia. Et ideo quartam beatitudinem, scilicet de esurie & siti iustitiæ, attribuit quarto dono, scilicet dono fortitudinis. Est tamen ibi aliqua conuenientia, quia, sicut dictum est *, fortitudo in arduis consistit. Est autem valde arduum, ꝙ aliquis non solum opera virtuosa faciat, quæ communiter dicuntur opera iustitiæ, sed ꝙ faciat cum insatiabili quodam desiderio, quod potest significari per famam & sitim iustitiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Chrysostomus dicit super Matth. * Iustitia hic potest accipi non solum particularis, sed etiam vniuersalis, quæ se habet ad omnium virtutum opera, vt dicitur in 5. Ethi. * in quibus arduum intendit fortitudo, quæ est donum.

¶Ad secundum dicendū, ꝙ charitas est radix omniū donorum & virtutum, vt suprà dictū est *. Et ideo quicquid pertinet ad fortitudinem, potest etiam ad charitatem pertinere.

¶Ad tertium dicendū ꝙ inter fructus ponūtur duo, quæ sufficienter correspōdent dono fortitudinis, scilicet patiētia, quæ respicit sustinentiā malorum, & longanimitas, quæ respicere potest diuturnam expectationem & operationem bonorum.

QVÆSTIO CENTESIMA QVADRAGESIMA, de Præceptis fortitudinis, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de præceptis fortitudinis.

¶Et primo, de præceptis ipsius fortitudinis. ¶Secundo, de præceptis partium eius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum conuenienter in lege diuina, præcepta fortitudinis tradantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ non conuenienter in lege diuina, præcepta fortitudinis tradantur. Lex enim noua perfectior est veteri lege: sed in veteri lege ponuntur alia præcepta fortitudinis, vt patet Deut. 2. ergo & in noua lege aliqua præcepta fortitudinis danda fuerunt.

¶2 Præterea, Præcepta affirmatiua videntur esse potiora præceptis negatiuis, quia affirmatiua includunt negatiua, sed non econuerso. Inconuenienter ergo in lege diuina ponuntur præcepta fortitudinis solum negatiua, timorem prohibentia.

¶3 Præterea, Fortitudo est vna de virtutibus principalibus, vt supra habitum est *, sed præcepta ordinantur ad virtutes, sicut ad finem: vnde debent eis proportionari. ergo & præcepta fortitudinis debuerunt poni inter præcepta decalogi, quæ sunt principalia legis præcepta.

¶SED CONTRARIVM apparet ex traditione sacræ Scripturæ.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ præcepta legis ordinātur ad intentionem legislatoris. Vnde secundum diuersos fines, quos intēdit legislator, oporteret diuersimode præcepta legis institui. Vnde & in rebus humanis alia sunt præcepta democratica, alia regia, alia tyrannica. Finis autem legis diuinæ est vt homo inhæreat Deo. Et ideo præcepta legis diuinæ tam de fortitudine quàm de aliis virtutibus dantur secundum ꝙ conuenit ordini mentis in Deum. Et propter hoc Deut. 20. dicitur, Nō formidetis eos, quia Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit. Leges autem humanæ ordinantur ad aliqua mundana bona, secundum quorū conditionem præcepta fortitudinis in humanis legibus inueniuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ vetus testamentum habeat temporalia promissa, nouum autem spiritualia & æterna, vt Augustinus dicit contra Faustum *: & ideo necessarium fuit vt in veteri lege populus instrueretur qualiter pugnare deberet etiam corporaliter pro terrena possessione acquirenda. In nouo autem Testamento instruendi fuerunt homines qualiter spiritualiter certando ad possessionem vitæ æternæ peruenirent: secundum illud Matth. 11. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Vnde & Petrus præcipit 1. Petr. vlt. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Et Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Quia tamen homines ad spiritualia bona tendentes, ab eis retrahi possent per corporalia pericula, fuerunt etiam in lege diuina danda fortitudinis præcepta ad sustinenda fortiter temporalia mala, secundum illud Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ lex in suis præceptis debet habere communem institutionem. Ea verò, quæ sunt agenda in periculis, non possunt ad aliquod commune bonum reduci, sicut ea quę sunt vitanda. Et ideo præcepta fortitudinis magis dantur negatiuè, quam affirmatiuè.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ sicut dictum est *, præcepta Decalogi debuerunt esse omnibus nota. Et ideo præcepta Decalogi debuerunt esse principaliter de actibus iustitiæ, in quibus manifestè videtur esse ratio debiti. Non autem de actibus fortitudinis, quia non ita manifestè videtur esse debitum, quòd aliquis pericula mortis non reformidet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum conuenienter tradantur præcepta in lege diuina de partibus fortitudinis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter traduntur præcepta in lege diuina de partibus fortitudinis. Sicut enim patiētia, & perseuerantia sunt partes fortitudinis, ita magnificentia, & magnanimitas, siue fiducia,

vt ex

Universidad de Deusto Biblioteca

Qu. 128. ¶ *Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ primæ Articulum primum.*

SEptima pars huius libri hic incipit, in qua de temperantia tractatur. Et quoniã Martinus antedictus edidit etiam tractatũ de tẽperantia, vbi doctrinã Autoris ex ꝓposito impugnat: ideo sicut in tractatu de fortitudine idẽ respõdimus, ita quoque in præsenti diuum Thomã ab eius obiectis tueri intendimus.

Hom. 35. In Euan. non longè ante med. — Li. 1. cap. 34. 35. & 36. — *q. 128 & 137. art. 4. & q. 137. ar. 2. — * Ar. præ. ad 2.

IN 1. art. q. 141. nota in corpore articuli, ꝙ cũ ibi legis temperantiam ideo esse virtutem, quia inclinat ad bonũ, nõ aliter intelligitur quã superius dictũ est, vbi posita est differentia inter prudentiã iustitiámque ex vna, & fortitudinẽ ac tẽperantiã ex alia parte, scilicet ꝙ illæ directè faciunt bonum rationis, istę bonum rationis tuẽtur contra passionum impetus. Inclinant ergo omnes in bonum, sed diuersimode. Illæ directè, faciendo illud, istæ tuendo idem. Nam tẽperantia modificando passiones cõcupiscibilis bonã voluntatem custodit, fouet, implet, & per hæc facere quodammodo dicitur.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum nota, ꝙ caute Autor loquitur, dicens quòd temperantia non contrariatur inclinationi naturæ humanæ: quoniam secus est de inclinationibus complexionum indiuidualium aliquorum hominum. Contrariatur siquidem temperantia naturali inclinationi illius qui natus est ad luxuriandum, &c. Nasci nanque quosdam iracundos, quosdam intemperatos, quosdam bestiales, clarũ est, sicut quosdam contemplatiuos, quosdam pictores, &c. (Q 3 ar. 2.)

¶ In eodem articulo in responsione ad tertium aduerte, quod quia de nullo restat dono tractãdũ, ideo Autor in principio tractatus huius expedit se de correspondentia doni ad virtutem temperantiæ.

¶ *Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ primæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo eiusdem 141. quæstio. dubiũ occurrit ex Martino in tractatu de temperantia quæstio. 1. circa differentiam in corpore articuli positam inter temperantiam & fortitudinem, vt sunt virtutes generales. Hæc, inquit, opinio mihi non placet. Et contra eam tripliciter arguitur. Primo, Fortitudo secundum quod huiusmodi

vt ex supradictis patet * sed de patientia inueniunt aliqua pcepta tradita in lege diuina, similiter etiã & de perseuerãtia. ergo pari rõne de magnificẽtia, & magnanimitate aliqua pcepta tradi debuerũt. ¶ 2 Præterea, Patiẽtia est virtus maximè necessaria, cũ sit custos aliarũ virtutũ, vt Greg. dicit*. Sed de aliis virtutib⁹ dãtur absolute pcepta. Nõ ergo de patiẽtia fuerunt danda præcepta, q̃ intelligant solũ secundũ præparationẽ animi, vt Aug. dicit in lib. de Sermone Dñi in monte*. ¶ 3 Præterea, Patientia & perseuerantia sunt partes fortitudinis, vt dictum est*: sed de fortitudine non dantur præcepta affirmatiua, sed solum negatiua, vt supra habitum est*. ergo etiam neq; de patiẽtia, & perseuerantia fuerunt danda præcepta affirmatiua, sed solum negatiua.

¶SED CONTRARIVM habetur ex traditione sacræ Scripturæ.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ lex diuina pfectè informat hominẽ de iis, q̃ sunt necessaria ad rectè viuẽdum. Indiget aũt homo ad recta viuendũ non solũ virtutibus principalibus: sed etiã virtutibus secundariis & adiunctis. Et ideo in lege diuina sicut dantur cõueniẽtia pręcepta de actibus virtutũ principaliũ, ita etiã conuenientia præcepta de actibus secundarum virtutum & adiunctarum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ magnificẽtia & magnanimitas nõ ptinẽt ad gen⁹ fortitudinis, nisi secundũ quãdã magnitudinis excellentiã, quã circa propriã materiã considerãt. Ea autẽ q̃ pertinent ad excellentiã, magis cadunt sub cõsiliis perfectionis quã sub præceptis necessitatis. Et ideo de magnificẽtia, & de magnanimitate nõ fuerũt dãda pręcepta, sed magis cõsilia. Afflictiones aũt & labores præsentis vitæ pertinẽt ad patiẽtiã & pseuerãtiã, nõ ratione alicuius magnitudinis in eis cõsideratæ, sed rõne ipsius generis. Et ideo de patientia, & perseuerantia fuerunt danda præcepta.

¶Ad secundũ dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, præcepta affirmatiua etsi semper obligent, non tamen obligãt ad semp, sed pro loco, & tẽpore. Et ideo sicut præcepta affirmatiua, quæ de patiẽtiã dantur, sunt accipienda secundũ præparationem animi, vt scilicet homo sit paratus ea adimplere cùm opus fuerit, ita etiam & præcepta patientiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd fortitudo secundũ quod distinguitur à patientia, & perseuerantia, est circa maxima pericula, in quibus est cautius agendum. Nec oportet aliquid determinari in particulari quid sit faciendum. Sed patientia & perseuerantia sunt circa minores afflictiones & labores. Et ideo magis sine periculo potest in eis determinari quid sit agendum, maxime in vniuersali.

QVÆSTIO CENTESIMA-quadragesima prima, de Temperantia, in octo articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandũ est de tẽperantia. Et primò quidẽ de ipsa tẽperantia. Secundò, de partibus eius. Tertiò, de præceptis ipsius. ¶Circa tẽperantiã autem primò cõsiderare oportet de ipsa tẽperantia. Secundò, de vitiis oppositis. ¶Circa primum quæruntur octo. ¶ Primò, vtrum temperantia sit virtus. ¶Secundò, vtrum sit virtus specialis. ¶Tertiò, vtrum sit solum circa concupiscentias & delectationes. ¶Quartò, vtrum sit solum circa delectationes tactus. ¶Quintò, vtrum sit circa delectationes gustus, inquantum est gustus, vel solum inquantum est tactus quidam. ¶Sextò, quæ sit regula temperantiæ. ¶ Septimò, vtrum sit virtus cardinalis, seu principalis. ¶Octauò, vtrum sit potissima virtutum.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum temperantia sit virtus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ temperantia non sit virtus. Nulla enim virtus repugnat inclinationi naturæ, eo quòd in nobis est naturalis aptitudo ad virtutem, vt dicitur 2. Ethic*. Sed temperantia retrahit à delectationibus, ad quas natura inclinat, vt dicitur in 2. Ethic*. ergo temperantia non est virtus. (Infra q. 186. art. 1. cor. Et vir. q. 1. art. 12. ad 23. & 3. Ethic. lect. 19. — * in prin. — * cap. 3. & 8.)

¶ 2 Præterea. Virtutes sunt connexæ adinuicẽ, vt suprà habitum est*: sed aliqui habent temperantiam, qui nõ habent alias virtutes. Multi enim inueniuntur temperati, qui tamen sunt auari, vel timidi: ergo temperantia non est virtus. (*1. 2. q. 65. art. 1.)

¶ 3 Præterea, Cuilibet virtuti respondet aliquod donum, vt ex supradictis patet* sed temperantiæ non videtur aliquod donum respondere, quia iam in superioribus dona omnia sunt aliis virtutibus attributa: ergo temperantia non est virtus. (* 1. 2. q. 68.)

¶SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in 6. Musicæ*. Ea est virtus, quæ temperantia nominatur. (* Cap 15.)

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ sicut suprà dictũ * est, de ratione virtutis est vt inclinet hominẽ ad bonũ. Bonum autẽ hominis est secundũ rationẽ esse, vt Dion. dicit 4. cap. de Diui. no. Et ideo virtus humana est quæ inclinat ad id quod est secundum rationem. Maximè autẽ ad hoc inclinat temperantia. Nã in eius nomine importatur quædam moderatio, seu temperies, quam ratio facit. Et ideo temperantia est virtus. (*1. 2. q. 5. art. 3.)

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ natura inclinat in id quod est conueniens vnicuique. Vnde homo naturaliter appetit delectationem sibi conuenientem. Quia vero homo inquantum huiusmodi est rationalis, consequens est quòd delectationes sint homini conuenientes, quæ sunt secundum rationem. Et ab his non retrahit temperantia, sed potius ab his quæ sunt contra rationem. Vnde patet quòd temperantia non contrariatur inclinationi naturæ humanæ, sed conuenit cum ea: contrariatur tamen inclinationi naturæ bestialis, non subiectæ rationi.

¶Ad secundum dicendum, quòd temperantia secundum quòd perfectè habet rationẽ virtutis, non est sine prudentia, qua carent quicunque vitiosi. Et ideo illi, qui carent aliis virtutibus oppositis vitiis subditi, non habent temperantiam, quæ est virtus. Sed operantur actus temperantiæ ex quadam naturali dispositione, prout virtutes quædã imperfectæ sunt hominibus naturales, vt supra dictum est*. Vel per consuetudinem acquisitam, quæ sine prudentia non habet perfectionem rationis, vt suprà dictum est*. (1. 2. q. 63. art. 1. *1. 2. q. 65. art. 1. & q. 58. art. 4.)

¶Ad tertium dicendum, ꝙ temperantiæ etiam respondet aliquod donum, scilicet timoris, quo aliquis refrænatur à delectationibus carnis, secũdum illud Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas. Donum autẽ timoris principaliter quidẽ respicit Deum, cuius offensam vitat. Et secundum hoc correspondet virtuti spei, vt supra dictum est*. Secundario autem potest respicere quæcunque aliquis refugit ad vitãdam Dei offensam. Maximè autem homo indiget timore diuino ad fugiẽdum ea, quæ maximè alliciunt, circa quæ est temperantia. Et ideo temperantiæ etiam correspondet donum timoris. (Q. 19. ar. 9. ad 1.)

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum temperantia sit specialis virtus.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd temperantia non sit specialis virtus. Dicit enim Aug. in lib. de Moribus Ecclesiæ*, ꝙ ad temperantiam pertinet Deo se integrum incorruptúmque seruare: sed hoc conuenit omni virtuti: ergo temperantia est virtus generalis. (infrà art. 4. ad 2. — * cap. 15. & 19.)

¶ 2 Præterea, Ambros. dicit in 1. de Offic*. ꝙ in tẽperantia maxime trãquillitas animi spectatur, & quæritur, sed hoc pertinet ad omnem virtutem. ergo tẽperantia est generalis virtus. (Lib. 1. cap. 43.)

¶ 3 Prætera, Tullius dicit in 1. de Offic. ꝙ decorum* ab honesto nequit separari, & ꝙ iusta omnia decora sunt: sed decorum proprie consideratur in temperantia, vt ibidem dicitur: ergo temperantia non est specialis virtus. (cap. de temperantia.)

¶SED CONTRA est, quòd Philo. in 2.* & 4.* Ethic. ponit eam specialem virtutem. (Cap. 7. Cap. 3.)

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd secundum consuetudinem

habet modum ponere timori & audaciæ. Ergo est tẽperantia hoc modo accepta. Secũdo. Aut operatio fortitudinis, vt sic, habet circunstantiã debiti modi, aut nõ. Si nõ, ergo operatio fortitudinis vt sic, non est virtuosa. Si sic, ergo fortitudo, vt sic, est tẽperantia. Tertiò, Audacia qñq; nimia est ad subeundũ pericula belli. Tunc sic. Aut moderatio audacię spectat ad fortitudinẽ vt sic, aut vt est temperãtia. Si secundum quod temperãtia, ergo fortitudo vt sic, non est mediocritas inter timorẽ & audaciã. Si secundũ quod fortitudo, ergo fortitudo vt sic retrahit ab his quæ contra rationem appetitum alliciunt, & sic nõ saluatur differentia posita inter fortitudinem & temperantiam.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ arguens æquiuocat. Nam fortitudo, & temperantia vt sunt virtutes generales non habent distinctas materias, sed distinguuntur in eadem materia, diuersas habendo cõditiones virtuosas. Et tamen iste arguẽdo accipit fortitudinẽ vt vnam specialẽ virtutẽ, & propterea argumenta nihil valẽt cõtra Auto. cõtra quem tamẽ nominatim affert. Vnde ad primum dicitur, ꝙ fortitudo in omni materia dat firmitatem, temperantia autẽ dat modum: negatur ergo antecedens de fortitudine vt est virtus generalis.

¶ Ad secundum dicitur, ꝙ operatio fortitudinis, vt est virtus generalis non habet modum nisi per temperãtiam, vt est virtus generalis. Et cùm dicitur, Ergo operatio fortitudinis non est virtuosa, conceditur quòd nisi adsit ratio temperãtiæ, nõ est virtuosa, quoniam firmiter operari sine modo non est virtuosum. (Ar. 4. & 5.)

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ moderari spem victorię ex qua audacia nimia fit, spectat ad fortitudinem, vt est temperantia. Et cùm infertur, ergo fortitudo non est mediocritas inter timorem & audaciam, dicitur ꝙ æquiuocatur à fortitudine generali ad speciem fortitudinis. Posset quoque negari sequela, dicendo ꝙ fortitudo generalis virtus est mediocritas timoris & audaciæ non vt proprię materię, sed vt præstans firmitatem animi in eis secũdum quod oportet.

(Ar. 4. & 5. & q. sequẽti art. 4. — Lib. 10. ca. Humilis. — Q. sequenti art 4. — Suprà q. 21. ar. 1. ad 1. & q. 23. art. 4. ad 3. & quæst. 95. ar. 3. ad 2. & infrà q. 147. ar. 2. ad tertium Et 1. 2. q. 35. ar. 9. ad 3. & 3. Ethic. le. 19. — * lib. 2. de inuen. fol. 3. ante fi. libri.)

¶ *Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ primæ Articulum tertium.*

IN articulo 3. eiusdem 141. quæst. dubium occurrit circa differentiã in litera positam inter motum appetitus sensitiui prosequentis bonum, & fugiẽtis malum: quòd ille præcipue contrariatur rõni ratione immoderantiæ, iste ratione effectus. Videtur enim tam differentia quàm eius ratio nulla. Differentia quidẽ, quia sicut concupiscẽtia boni sensibilis ex hoc est mala, qa non secundũ rationẽ est, ita timor mali puta mortis, ex hoc est malus, quia non secundũ rationẽ est. Et ita vtrobique immoderantia rationi repugnat, & similiter vtrobiq; effect⁹ rõnem deprimit. Nam sicut nimio timore mali rõ declinat à bono, ita ex nimio appetitu delectabilis rõ declinat à bono honesto. Allata verò rõ in litera ꝓ primo mẽbro, qa scilicet bona corporalia, & sensibilia scd̃m se nõ repugnãt rõni, sed seruiunt ei instrumentaliter ad bonum, si aliquid valet, cõcludit idẽ pro secũdo membro. Nam & mala corporalia, & sensibilia secundum se nõ repugnãt rationi, sed fuga eorum est instrumentum rationis ad felicitatem quæ est secundum virtutem. Et propterea ex hac ratione concluditur in secundo membro, quòd fuga mali est mala propter immoderantiam, sicut & appetitus boni sensibilis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud est loq de nimio timore & amore sẽsibili, significãdo per ly nimio, excessum cõtra rationem, & aliud est loqui de eodẽ, significãdo quandã magnitudinem absolutè. Nã dubitare, an timor nimi⁹, hoc est, excedẽs metas rationis, ex hoc ipso rationi aduersetur, non est nisi propriam vocem ignorantis. Sed dubitare de timore sensibili magno absolutè, an ex magnitudine, an aliunde principaliter aduersetur rõni, nõ est irrationabile. Et sic loquitur hic Autor. Vnde non intẽdit quòd concupiscentia sit mala ex immoderãtia, hoc est ex magnitudine, & timor non: aut quòd timor sit malus ex effectu, & concupiscentia non, sed intendit quòd sensibilis amor, & sensibilis timor in hoc differunt, quòd vterque si ponatur absolutè magnus, statim vt amor dicitur nimius, sonat ex ipsa magnitudine aliquid rationi aduersum. Sed cùm timor dicitur nimius, antequã aliqd aduersum rationi insinuetur, recurrimus ad effectum, an scilicet declinare fecerit timentẽ à recto. Et hoc in nostris quotidianis iudicijs experimur, laudando, vel vituperãdo. Nimis enim concupiscentes statim vituperam⁹ ad nil aliud spectantes quàm ad ipsam concupiscentię magnitudinem. Nimis autẽ timentes non statim vituperamus, sed prius intuemur an ex timore declinent à bono. Hæc enim præ se ferunt differentiam in litera positam inter appetitus sensitiui motum in bonum sensibile, & motum eiusdem declinando mala, quòd scilicet ille, hoc ipso quòd nimius est, quod in litera vocatur ex immoderantia, primo, & principaliter aduersatur rationi: iste autem non primo, & principaliter aduersatur rationi ex hoc quòd est nimius, sed ex hoc quòd à recto abducit. Laus enim & vituperium quæ sunt ad extra, sunt signa eorum quæ sunt intus. Ex his autem patet, quòd non oportet obiectis aliter respondere, quoniam ex falso sensu literæ procedunt.

(Quæst. 36 — Cap. 43. — Q. 123. art. 1. & 1. 2. q. 135. art. 1. — * 1. 2. q. 25. art. 2. — D. 255.)

dinẽ humanæ locutionis aliqua nomina cõmunia restringunt ad ea, q̃ sunt præcipua inter illa, quæ sub tali communitate cõtinent, sicut nomẽ Vrbis accipitur antonomasicè pro Roma. Sic ergo nomen Teperãtiæ dupliciter accipi potest. Vno modo, secundũ cõmunitatẽ suæ significationis. Et sic tẽperantia nõ est virtus specialis, sed generalis: qa nomẽ Temperãtiæ significat quandã tẽperiẽ, id est, moderationem, quã ratio ponit in humanis opationib⁹, & passionibus: qđ est cõmune in omni virtute morali. Differt tamẽ rõne tẽperantia à fortitudine, etiã secundũ quod vtraq; sumit vt virt⁹ cõmunis: nam tẽperantia retrahit ab his, q̃ contra rationẽ appetitũ alliciũt: fortitudo autẽ impellit ad ea sustinẽda, vel aggrediẽda, propter quæ homo refugit bonũ rationis. Si verò cõsiderẽt antonomasicè temperãtia secundũ quod refrænat appetitũ ab his, quæ maximè alliciũt hominẽ, sic est specialis virtus, vt pote habens specialem materiam, sicut & fortitudo.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ appetitus hominis maximè corrumpitur per ea quibus allicitur homo ad recedendum à regula rõnis & legis diuinæ. Et ideo sicut ipsum Temperantiæ nomẽ põt dupliciter sumi, vno modo cõmuniter, alio modo excellenter, ita & integritas, quam temperantiæ August. attribuit.

¶Ad secundũ dicendum, quòd ea circa q̃ est tẽperãtia maximè possunt animũ inquietare, propter hoc quòd sunt homini essentialia, vt infrà dicetur*. Et ideo trãquillitas animi per quãdam excellentiã attribuitur temperantiæ, quamuis communiter cõueniat omnibus virtutibus.

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ quãuis pulchritudo cõueniat cuilibet virtuti, excellenter tamen attribuitur tẽperantiæ duplici ratione. Primo quidẽ secundum rationẽ cõmunem tẽperantiæ ad quam pertinet quędã moderata & cõueniẽs proportio, in qua cõsistit ratio pulchritudinis, vt patet per Dion. 4. cap. de diui. no. Alio modo, quia ea, à quibus refręnat temperantia, sunt infima in homine cõuenientia sibi secundum naturã bestialem, vt infrà* dicetur, & ideo ex eis maximè natus est homo deturpari. Et p consequens pulchritudo maxime attribuitur temperantiæ, quæ præcipue turpitudinẽ hominis tollit. Et ex eadẽ ratione honestũ maximè attribuitur temperantiæ. Dicit enim Isido. in lib. Etymo*. Honestus dicit qui nil habet turpitudinis. Nã honestas dicitur quasi honoris status, q̃ maximè cõsideratur in temperantia, q̃ repellit vitia maximè opprobriosa, vt infrà dicetur*.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum temperantia sit solum circa concupiscentias & delectationes.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ tẽperantia nõ sit solum circa concupiscentias, & delectationes. Dicit enim Tullius in sua Rhetorica*, ꝙ temperantia est rationis in libidinem, atque in alios nõ rectos impetus animi firma & moderata dominatio: sed impetus animi dicũtur oẽs animæ passiones: ergo videtur quòd temperantia non sit solũ circa concupiscentias, & delectationes.

¶ 2 Præterea, Virtus est circa difficile, & bonum, sed difficilius videtur esse temperare timorem maxime circa pericula mortis, quã moderari cõcupiscentias & delectationes, quæ propter dolores, & pericula mortis cõtemnuntur, vt Augu. dicit in lib. 83. q.* ergo videtur, quòd tẽperantiæ virtus non sit præcipue circa concupiscentias & delectationes.

¶ 3 Præterea. Ad tẽperantiã pertinet moderationis gratia, vt Ambro. dicit in 1. de Offic*. Et Tul. dicit in 1. de Offic. ꝙ ad tẽperantiã ptinet omnis sedatio perturbationũ animi, & rerũ modus. Oportet autẽ modum ponere non solũ in concupiscentiis & in delectabilibus, sed etiam in exterioribus actibus, & quibuslibet exterioribus: ergo tẽperantia non est solũ circa concupiscentias, & delectationes.

¶SED CONTRA est, quod Isid. dicit in lib. Etymo. ꝙ tẽperantia est qua libido concupiscentiáque refrænatur.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut supradictũ est*, ad virtutẽ moralẽ pertinet cõseruatio boni rationis cõtra passiones rationi repugnãtes. Motus autẽ passionũ animæ est duplex, vt suprà dictum est* cũ de passionib⁹ agerẽt: vnus quidẽ secundũ ꝙ appetitus sensitiuus prosequitur sensibilia, & corporalia bona: alius autem secundũ ꝙ refugit sensibilia & corporalia mala. Primus autẽ motus appetitus sensitiui præcipue repugnat rationi p immoderantiã. Nã bona sensibilia corporalia secundũ suã speciem considerata non repugnant rationi: sed magis seruiũt ei, sicut instrumẽta, quibus ratio vtitur ad cõsecutionẽ proprij finis. Repugnãt autẽ ei præcipue secundũ quod appetitus sensitiuus in ea tẽdit nõ secundũ modũ rationis. Et ideo ad virtutẽ moralẽ pertinet ꝓprie huiusmodi passiones moderari, quæ important prosecutionẽ boni. Motus autẽ appetitus sensitiui refugientis mala sensibilia præcipue contrariatur rationi, nõ quidẽ secundũ suã immoderantiã, sed maxime secundũ suum effectũ: prout scilicet aliquis refugiẽdo mala sensibilia, & corporalia, quæ interdũ concomitantẽ bonũ rationis, p consequens discedit ab ipso bono rationis. Et ideo ad virtutẽ moralẽ pertinet in huiusmodi firmitatem præstare in bono rationis. Sicut ergo virtus fortitudinis, de cuius ratione est firmitatẽ præstare, præcipue cõsistit circa passionẽ pertinentẽ ad fugã corporaliũ malorũ, scilicet circa timorẽ, ex cõsequẽti autẽ circa audaciã, q̃ aggrediẽ terribilia sub spe alicuius boni, ita etiam tẽperantia, q̃ importat moderationẽ quandã, præcipue cõsistit circa passiones tẽdentes in bona sensibilia, scilicet circa cõcupiscentiam & delectationem: ex consequenti aũt circa tristitias, quæ contingunt ex absentia taliũ delectationũ. Nam sicut audacia præsupponit terribilia, ita etiã tristitia talis prouenit ex absentia prędictarũ delectationũ.

¶Ad

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Ad obiectionẽ autẽ cõtra rationẽ dicit̃ ꝙ ratio illa nõ est allata ad cõcludendũ differentiã intentã, sed ad ostendendum ꝙ appetitus sensitiui motus in bonum sensibile non est malus ex obiecto. Et hoc optimè probatur. Et ex hoc cõsequenter sequit̃ ꝙ sit malus ex excessu rationis. Sed an sit principaliter malus ex excellẽtia, an ex effectu, nondum deductum est ex illa rõne. Et ꝓpterea nõ obstat proposito. Cum autẽ legis fortitudinẽ firmitatem præstare in bono rationis, nõ intelligas aliter quàm suprà, quasi fortitudo ponat aliquã firmitatẽ in voluntate, aut ratione: hoc enim aduersatur supradictis, scilicet quoniã firmando appetitum inferiorem volũtas in recta volitione solidat̃, sicut dum temperantia moderat̃ inferiorem appetitum, voluntas in bonũ rationis inclinationem protendit.

1.2. q. 25. ar. 1. & 2.

¶ In respõsione ad secũdum eiusdẽ articuli aduerte, ꝙ respõsio consistit in hoc ꝙ timor non eget tẽperatione, quia nõ consistit in prosecutione: sed eget firmitate, q̃a consistit in fuga. Et iõ licet sit difficilioris rectificationis, nõ tamen spectat ad tẽperantiam, cuius est moderari prosecutiones delectabiliũ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut suprà* dictũ est cùm de passionibus ageretur, passiones q̃ pertinẽt ad fugam mali, præsupponunt passiones, quæ ꝑtinent ad ꝓsecutionem boni. Et passiones irascibilis præsupponunt passiones concupiscibilis. Et sic dum tẽperantia directè modificat passiones cõcupiscibilis tẽdẽtes in bonũ, ꝑ quandã consequentiam modificat oẽs alias passiones, inquãtum ad moderantiam priorũ passionũ sequitur moderãtia posteriorũ. Qui enim non immoderatè concupiscit, consequẽs est, vt moderatè speret, & moderatè de absentia concupiscibilium tristetur.

¶ Ad secundũ dicendũ, ꝙ concupiscẽtia importat impetũ quendam appetitus in delectabile, q̃ indiget refrenatiõe, quod pertinet ad tẽperantiã. Sed timor importat retractionẽ quandã animi ab aliquibus malis, cõtra quod indiget homo animi firmitate, quam præstat fortitudo. Et ideo temperantia propriè est circa concupiscentias, fortitudo circa timores.

¶ Ad tertium dicendũ, quod exteriores actus ꝓcedũt ab interioribꝰ animæ passionibus. Et ideo moderatio eorũ depẽdet à moderatione interiorũ passionum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum temperantia sit solum circa concupiscentias & delectationes tactus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd temperantia non solum sit circa concupiscentias & delectationes tactus. Dicit enim August. in lib. de Moribus Ecclesię, ꝙ virtus temperantię est in coercendis sedandisq; cupiditatibus, quibus vertimur in ea quæ nos auertunt à legibus dei, & à fructu bonitatis eius. Et post pauca* subdit, ꝙ officium temperantiæ est contẽnere oẽs corporales illecebras, laudẽq; popularem, sed non solum cupiditates delectationũ tactus auertunt nos à legibus Dei, sed etiam concupiscentiæ delectationũ aliorum sensuum, quæ etiam pertinent ad illecebras corporales: & similiter cupiditates diuitiarũ, vel etiam mundanæ gloriæ: vnde dicitur primæ ad Timo. vlti. ꝙ radix omniũ malorum est cupiditas. ergo temperantia non est solum circa concupiscentias delectationum tactus.

¶ 2 Præterea, Philos. dicit in 4. Ethic.* ꝙ ille, qui est paruis dignus, & his dignificat seipsum, est tẽperatus, non autem magnanimus, sed honores parui, vel magni, de quibus ibi loquitur, non sunt delectabiles secundum tactum, sed secundũ apprehẽsionem animalẽ: ergo temperantia non est solũ circa concupiscentias delectationum tactus.

¶ 3 Præterea, Ea q̃ sunt vnius generis vident̃ eadẽ ratione ꝑtinere ad materiã alicuius virtutis, sed omnes delectationes sensuũ vidẽt̃ esse vnius generis. ergo pari ratione ꝑtinẽt ad materiã tẽperantiæ.

¶ 4 Præterea, Delectationes spirituales sunt maioresq̃ corporales, vt suprà habitũ est*, cùm de passionibꝰ ageretur: sed quandoq; propter concupiscentias delectationũ spiritualiũ aliqui discedunt à legibus Dei, & à statu virtutis, sicut propter curiositatem scientiæ. Vnde & primo homini diabolus scientiam promisit, Genes. 2. dicens, Eritis sicut dij scientes bonum & malum. ergo non solum tẽperantia est circa delectationes tactus.

¶ 5 Præterea, Si delectationes tactꝰ essent ꝓpria materia tẽperantiæ, oporteret ꝙ circa oẽs delectationes tactus tẽperãtia esset. Nõ aũt est circa oẽs, puta circa eas quæ sunt in ludis. ergo delectationes tactus nõ sunt ꝓpria materia temperãtiæ.

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 3. Ethic*. ꝙ temperantia propriè est circa concupiscentias, & delectationes tactus.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut suprà dictũ est*, ita est tẽperantia circa cõcupiscẽtias, & delectationes, sicut fortitudo est circa timores, & audacias. Fortitudo aũt est circa timores, & audacias respectu maximorũ malorũ, quibus ipsa natura extinguitur, q̃ sunt pericula mortis. Vnde similiter tẽperãtia oportet ꝙ sit circa cõcupiscẽtias maximarũ delectationũ. Et quia delectatio consequitur operationem naturalem, tanto aliquæ delectationes sunt vehemẽtiores, quãto cõsequuntur operationes magis naturales.

¶ Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ primæ Articulum quartum.

IN art. 4. eiusdẽ quæst. 141. dubium ex Martino occurrit in eodem tractatu de tẽperantia quæst. 4. cõtra rationem in artic. allatã. Arguit siquidẽ quadrupliciter cõtra eam. Primo, Arist. inuestigans circa quas delectationes est tẽperantia, nõ ex eo ꝙ sunt maximæ, seu ex magnitudine, sed ex vsu loquentium inuestigat, q̃a scilicet tales appellant̃ intẽperati. Secũdo, quia magnanimitas, & fortitudo cardinalis virtus est circa pericula, & tamen non circa maxima tantum: & similiter mãsuetudo circa iras, & tamen non tantum circa maximas iras. Et similiter iustitia, & prudentia non sunt tantum circa maxima. Ergo nec temperantia circa maximas delectationes est ponenda. Tertio, delectationes animæ, saltem aliquæ, videntur multo maiores quàm delectationes corporis, & tamen circa eas non est temperantia. Antecedens patet de felicitatis delectatione. Quarto, quia Arist. 7. Ethic. probat, quòd tales non sunt delectationes nisi per accidens, quia consequuntur indigentiam. Illæ vero sunt vere & per se delectationes, quæ nullam indigentiam consequuntur.

Infrà par. q. 59. art. 4. ad 3. Et 1. 2. q. 61. art 3. cor. & 3. dist. 33. q. 2. ar. 2. q. 2. Et 4. dist 49. q. 3. ar. 5 q. 2. cor. Et vir. q. 1. ar. 12. ad 23. & 26
*cap 19.
* cap. eodem.

¶ Ad horum euidentiam aduerte duo. Primò, quòd conclusio literæ est, ꝙ tẽperantia est solum circa delectationes tactus principaliter, & propriè, vt patet ex responsione ad primum, vbi istæ limitationes opponũtur. Ex eo enim patet quòd temperantia secundario potest extendere se ad alias delectationes. Secundo ꝙ quia temperantia est virtus cardinalis, seu principalis, ac per hoc omnium moralium virtutum quæ consistunt in moderando, caput est, sicut fortitudo respectu virtutum cõsistẽtium in firmitate animi, ideo oportet temperantiæ tanquam principali virtuti principalem materiam respondere. Præcipua autem materia inter delectabilia, est delectabile secundum tactum, vt in litera probatur. Et ideo temperantiæ tribuitur.

¶ Ad primum autem argumentum Martini dicitur, quòd locus ab autoritate negatiuè nihil valet. Male siquidem cum humano ingenio actum esset, si nihil scire possemus, nisi quæ Arist. dixit.

¶ Ad secundum dicitur ꝙ fortitudo virtus cardinalis, est circa maxima pericula tantum principaliter & propriè, vt patet in 3. Ethic. Et similiter dicimus de temperantia. De iustitia autem & prudentia non est ad propositum: quia illa est circa operationes, & nõ circa passiones, ista aũt est circa omne agibile. Sermo autẽ præsens est de virtutibus principalibus circa passiones vt propriam, & principalem materiam. Et propterea etiam patet exclusio mansuetudinis, quæ nõ est virtus cardinalis. Quãuis falsum sit, ꝙ mãsuetudo sit nõ principaliter, & propriè circa maxima illius generis, vt ex supradictis patet.

¶ Ad tertium dicitur cum Autore in litera, quòd non ex hoc quòd delectatio est maxima, sed ex hoc quòd delectatio in tali genere, scilicet sensibilium ac regulabilium est maxima, ponitur materia temperantiæ. Et per hoc patet responsio ad quartum. Gratis siquidem concedimus, corporales delectationes esse imperfectas, & minores secundum se spiritualibus. Sed nobis sunt maximæ, & valde ac crebro à bono nos abducunt.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, dubium ex Martino ibidem occurrit non morale, sed naturale, circa differentiam in litera positam inter hominẽ, & alia animalia erga delectationes trium sensuum, scilicet odoratus, auditus, & visus.

Cap. 3.

¶ Arguit siquidem multipliciter Martinus ꝙ quædam alia animalia delectantur in istis sensibus, secluso ordine ad gustum, & tactum. Et primo inquit non haberi ab Arist. vniuersalem illam, scilicet quòd nullum aliud animal delectetur in illis sensibus tribus secundum se, quãuis habeatur quòd homo non communiter conueniat cum aliis animalibus. Deinde probat ratione. Omnis potentia perceptiua alicuius obiecti, quæ tristatur in proportione illius obiecti, delectatur secũdum se in proportione talis obiecti: sed visus brutorum est huiusmodi, q̃a contristatur in excellenti luce. Ergo delectatur brutum videndo conuenientem lucem. Et eodem modo argui potest de auditu excellentis soni. Arguit quoque multis signis. Primo, Aues delectantur in cantu, nõ solum suo, sed etiam alieno: Ergo. Patet sequela, tum quia & in cantu suo, & in cantu alterius commasculi non propter tactum nec propter gustum delectãtur: tum quia delectantur in cantu, & sermone humano, vt sibilis, & imitationibus, audiunt, discunt, & lætè post cantant aut loquuntur. Secundo, quia canes delectantur in olfactu, & visu magistrorum suorum, vt patet ex applausu. Tertio, olor moriturus suauissime in aquis cantat, iuxta illud Ouidij.

1. 2. q. 31. art. 5.
Cap. 10. Artic. præced.

Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in vndis,
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

¶ Ad hoc, quantum locus iste exigit, dicitur quòd ab Aristotele non solum in tertio Ethicorum, sed etiam in De Sensu & sensato, capite de odore, habetur expresse exclusio cæterorum animalium, dum dicitur, ꝙ proprium est hominis delectari in odoribus secundum se. Et rationem reddit. Ad rationem ab arguente allatam dicitur primo, quòd si valet, concludit, ꝙ omnia animalia habentia omnes sensus, communiter delectantur in omnibus sensibus secundum se: quod est contra Arguentem. Soluatur ergo secundo pro omnibus, dicendo, ꝙ minor est falsa loquendo de tristitia animali. Quibus enim sensus, & quælibet potentia, delectatione, hoc est, quiete naturali in sibi proportionato delectatur, hoc est, quiescit, & in opposito tristatur, hoc est, repugnat illi. Sed hoc non sufficit ad delectationem, & tristitiam animalem, sed vltra hoc exigitur, ꝙ interiori apprehensione cognoscatur illa conuenientia, aut disconuenientia proportionis coniunctæ: quod esset probandum in brutis inueniri. Apparet nanque oppositum in brutis quo ad odores, & fœtores, dum nihil curare videntur de tot fœtidis odoribus. Vnde dicit etiam Aristoteles ibidem, Contingit animalia fugere huiusmodi fœtida, si sunt contraria tangibilibus: quemadmodum nos grauamur ex fumo & sulphure. Et eodem modo animalia declinant oculos ab excellenti luce, vt pote lædente organi complexionem, sicut declinant à spinis. Iam enim vt tactui contraria, sentiuntur in oculis, in capite, &c.

¶ Ad primũ signũ dicitur, ꝙ aues non delectantur in cantu quomodocunq; secundũ se, vt est cantus, prout scilicet consonat auditui, sed vt sunt, aut affectus, aut viæ, aut aliquo modo se habentia ad gustabilia, vel tangibilia. Non enim cantant, vt secundũ auditum delectent̃, sed vel vocãdo ad coitum, aut appetendo, aut ex complexione excitata natura ad voces, sicut experimur in nobis

Maximè autẽ naturales animalibus sunt operationes, quibus conseruatur natura indiuidui per cibũ & potum, & natura speciei ꝑ coniunctionem maris & fœminæ. Et ideo circa delectationes ciborum & potuũ, & circa delectationes venereorum, est propriè tẽperantia. Huiusmodi autem delectationes consequuntur sensum tactus. Vnde relinquitur quòd temperantia sit circa delectationes tactus.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ August. ibi videtur accipere tẽperantiã non secundum ꝙ est specialis virtus habens determinatã materiã, sed secundũ ꝙ ad eam pertinet moderatio rationis in quacũq; materia, q̃d pertinet ad generalem cõditionem virtutis. Quãuis etiã dici possit, ꝙ ille, qui potest refrænare maximas delectationes, multo etiam magis potest refrænare minores delectationes. Et ideo ad temperantiam principaliter quidẽ, & propriè pertinet moderari cõcupiscentias delectationum tactus, secundariò autem alias concupiscentias.

¶ Ad secundum dicendum quòd Philosophus ibi refert nomen Temperantiæ ad moderationem exteriorum rerum, dum scilicet aliquis tendit in aliqua sibi commensurata, non autem prout refertur ad moderationem affectionum animę, quæ pertinent ad virtutem temperantiæ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ delectationes aliorum sensuum aliter se habent in hominibus, & aliter in aliis animalibus. In aliis enim animalibus ex aliis sensibꝰ non causantur delectationes, in ordine ad sensibilia tactus: sicut leo delectatur videns ceruum, vel audiens vocem eius propter cibũ. Homo autẽ delectatur secũdũ alios sensus, nõ solum propter hoc, sed etiã propter conuenientiam sensibilium. Et sic circa delectationes aliorum sensuum, inquantũ referũtur ad delectationes tactus, est tẽperantia, non principaliter, sed ex cõsequenti. Inquantum autẽ sensibilia aliorum sensuũ sunt delectabilia propter sui conuenientiã, sicut cùm delectatur homo in sono bene harmonizato, ista delectatio nõ pertinet ad conseruationem naturæ. Vnde non habent huiusmodi passiones illam principalitatẽ, vt circa eas antonomasice temperantia dicatur.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ delectationes spirituales etsi secundum suam naturam sint maiores delectationibus corporalibus, tamen non ita perspiciuntur sensu: & per consequens non ita vehementer afficiunt appetitum sensitiuum: contra cuius impetum bonum rationis conseruatur per moralem virtutẽ. Vel dicendũ ꝙ delectationes spirituales, per se loquẽdo, sunt secundum rationem. Vnde non sunt refrænãdæ, nisi per accidens, inquãtum scilicet vna delectatio spiritualis retrahit ab alia potiori & magis debita.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd non omnes delectationes tactus pertinent ad naturæ conseruationem. Et ideo non oportet quòd circa omnes delectationes tactus sit temperantia.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum circa proprias delectationes gustus sit temperantia.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ circa proprias delectationes gustus sit temperantia. Delectationes enim gustus sunt in cibis & potibus, qui magis sunt necessarii ad hominis vitam, quàm delectationes venereorum, quæ pertinent ad tactum: sed secundum prædicta*, temperantia est circa delectationes eorum, quæ sunt necessaria ad vitam hominis. ergo temperantia est magis circa proprias delectationes gustus, quàm circa proprias delectationes tactus.

¶ 2 Præterea, Temperantia est circa passiones magis quàm circa res ipsas, sed sicut dicitur in 2. de Anima*, tactus videtur esse sensus alimenti quantũ ad ipsam substantiam alimenti. Sapor autem, qui est propriè obiectum gustus, est sicut delectamentum alimentorum. Ergo temperantia magis est circa gustum quàm circa tactum.

¶ 3 Præterea, Sicut dicitur in 7. Ethi*. circa eadẽ sunt temperantia, & intemperantia, & continentia & incontinentia, perseuerantia & mollities, ad quã pertinent delitiæ, sed ad delitias videtur pertinere delectatio: quæ est in saporibus, qui pertinent ad gustum. ergo tẽperantia est circa delectationes proprias gustus.

¶ SED CONTRA est, quod Philoso. dicit*, ꝙ tẽperantia & intemperãtia videtur gustu parum, vel nihil vti.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum est*, temperantia consistit circa præcipuas delectationes, quæ maximè pertinent ad conseruationẽ humanæ vitę, vel in specie, vel in indiuiduo: in quibus consideratur aliquid principaliter, & aliquid secundario. Principaliter quidem, ipse vsus necessariorum: puta, vel fœminæ, quæ est necessaria ad conseruationem speciei: vel cibi & potus, quæ sunt necessaria ad conseruationem indiuidui. Et ipse vsus horum necessariorum habet quandam essentialem delectationem adiunctam. Secundariò autẽ consideratur circa vtrunque vsum aliquid quod facit ad hoc, quòd vsus sit magis delectabilis: sicut pulchritudo, & ornatus fœminæ, & sapor delectabilis in cibo & etiam odor. Et ideo principaliter temperantia est circa delectationem tactus, quæ per se consequitur ipsum vsum necessariarum rerum, quarum omnis vsus est in tangendo. Circa delectationes autem gustus, vel olfactus, vel visus, est tẽperantia & intemperantia secundario, inquantum sensibilia horũ sensuum conferunt ad delectabilem vsum rerum necessariarum, quæ pertinent ad tactum. Quia tamen gustus propinquior est tactui quàm alij sensus, ideo temperantia magis est circa gustum quàm circa alios sensus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam ipse vsus ciborum, & delectatio essentialiter ipsum consequens, ad tactum pertinent. Vnde Philosophus dicit in 2. de Anima*, quòd tactus est sensus alimenti. Nutrimur enim calido & frigido, humido & sicco. Sed ad gustum pertinet discretio saporum, quæ conferunt ad delectationem alimenti, inquantum sunt signa conuenientis nutrimẽti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd delectatio saporis est quasi superueniens, sed delectatio tactus per se consequitur vsum cibi & potus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ delitiæ principaliter quidẽ consistunt in ipsa substantia alimenti, sed secundario in exquisito sapore & præparatione ciborum.

nobis, quòd cõgregatis multis ad cor spiritibus cogimur clamare. Non enim cantat gallus, quia eum sua vox delectat: sed ex necessitate naturæ, vel propter victoriam in pugna habitam. Et breuiter propter quancunque causam inclinentur ad cantum, non inclinantur propter hanc, vt delectentur secundum auditum in voce tam sua quàm aliena. Quod autem lætè cantent, hoc est quia causa cantus eos delectat, puta quia peperit, aut concepit, aut ouum emisit, &c. quasi ad tactum, aut gustum pertinent intus vel extrà. Nec delectantur in sermone humano aliter quàm in alienis. Discunt enim aues non solùm ab homine, sed aliis auibus. Sed quia naturaliter inclinantur ad quandam disciplinabilitatem, delectabiliter illam exequuntur ex naturæ instinctu: non ex industria, nec ex animali delectatione circa locutiones aut voces secundum se. Accedit quàm plurimum ad hoc, cibi potusque indigentia, iuxta illud, Quis expediuit Psitaco suum Chære? Quod autem canes & similia animalia delectentur odore & visu domini sui, & plaudant, in promptu causa est: quia in his est relatio ad cibum, ad verbera, ad conseruationem, & tutelam. Et propterea contra extraneos tanquam aduersantes suo pastori & conseruatori latrant, mordent.

Ad id quod vltimo de olore dicitur, eodem modo respõdetur, quòd non propter delectationem auditus cantat, sed ex naturæ instinctu & complexione ad hoc mouetur.

¶ In respõsione ad quartum eiusdem articuli, dubium ex Martino ibidem occurrit contra secundam responsionem hic datam arguente, dicendo quòd non potest stare. Primo quia si delectatio spiritualis, puta scientiæ, retrahit à præcepto orandi, aut retrahit per se, aut per aliud. Non per aliud: quia illud non est dabile: & sine illo alio impediret. ergo per se. Ergo per se est refrænanda. Secundo, Si cupiditas pecuniæ, aut honoris non retraheret ab aliqua alia potiori & magis debita, ipsa non esset moderanda, nec circa eam esset ponenda virtus. Ergo ex hoc ipso quòd delectatio spiritualis retrahit ab alia magis debita, est moderanda, &c.

3. Ethic. lect. 9.

¶ Ad hoc dicitur, quòd delectatio spiritualis non secundum se, sed per aliud, hoc est, propter temporis concursum, quo alia debet exerceri operatio, repugnat quandoque rationi. Corporalis autem etiam seclusa quacunque alterius impeditione, est ex proprij generis excellentia immoderata, & contra rationem. Et per hoc patet responsio ad secundum. Cupiditas enim pecuniæ & honoris, etiam si non impediret alias bonas operationes, est secundum se moderanda: quia habet in proprio genere extrema vitiosa, non sic autem est de spirituali delectatione, quia solum per accidens eget fræno aut modo.

Art. 3. & 4.
Tex. 38.
Cap. 4. 5. & 7. & lib. 3. cap. 10.

¶ In respõsione ad quintum eiusdem articuli, dubium ex Martino ibidem occurrit, contra hanc responsionem arguente: quia multæ delectationes tactus ordinatæ ad conseruationem naturæ, sunt præter delectationes alimẽti & veneris. Non ergo bene determinantur quæ sunt delectationes tactus pertinentes ad temperantiam, per hoc quòd ordinãtur ad conseruationem naturæ. Probatur assumptum de exercitio paruæ sphęræ, & similibus ordinatis ad conseruationem naturæ: quia ordinantur ad regimen sanitatis.

Lib. 3. Ethi. cap. 10.
Ar. præc. tex. 28.

¶ Ad hoc dicitur, quòd limitatio Autoris, scilicet quòd delectationes tactus ordinatæ ad conseruationẽ naturæ sunt materia temperantiæ, videtur scientifica, & per causam propter quã sunt maximè, ac per hoc principalis virtutis materia.

¶ Ad obiecta in opposito dicitur, quòd alius est ordo per se, & alius per accidens seu ex parte ordinantis. Autor siquidem loquitur de ordine quem delectationes per se ex parte sui habent, non de ordine per accidens, quem ex parte ordinantis sortiuntur. Delectatio siquidem ludi paruæ sphærę, & similiter venationũ, & huiusmodi, non per se, seu ex parte sui ordinantur in conseruationem naturæ: sed animi, seu sensuum quietem, & vniuersaliter ad superuenientia naturæ bona: quamuis ab isto vel illo ordinentur ad naturæ conseruationem. Sed delectationes alimenti & veneris suapte natura statutæ sunt, vt natura in indiuiduo & in specie conseruetur. Vnde obiectio nihil obstat doctrinæ Autoris.

tex. 28.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ primæ Articulum sextum.*

Infrà q. 142. art. 2. cor. Et 1.2.q.63. art.4.cor. Et 4 dist. 15.q.3.ar. 1.q.4.cor. Et Mal. q.14.art. 1.ad 1.

IN articulo sexto eiusdem quæstionis omisso quinto dubium occurrit ex Martino in eodem tractatu in quæstio. istius tituli. An regula temperantiæ sumatur ex necessitate præsentis vitæ. Reprehendit siquidem Autorem in hoc, quòd conclusit necessitatem præsentis vitæ esse regulam temperantiæ, vtpote finem eius. Ait enim quòd si necessitas est regula, oportet quòd per omnẽ rectum vsum tollatur aliqua necessitas seu indigentia. Sed hoc non est verum, vt patet de recto vsu non necessariorum quæ tantum non impediunt sanitatem aut bonam habitudinẽ, nec excedunt facultates & honestatem. Affert quoque multa contra eandem conclusionem: sed quia, vt patebit, non sunt contra eã, omitto.

Cap.21.

¶ Ad euidentiam horũ non oportet aliunde inquirere, sed ex litera ipsa resoluere, quoniam clarè in responsione ad tertium Autor explicat quæ sit necessitas, quæ regula est temperantiæ, scilicet necessitas congruentiæ vitæ: quam exprimit non solum attendi secundum corporis indigentiam & dispositionem, sed etiam secũdum facultates, officia, & honestatem: vnde quod implicitè inchoauit ac fundauit Autor in corpore articuli, in solutionibus argumentorum consummauit. Et ideo non est soluenda, sed fouenda ratio allata in corpore articuli. Et cùm obiicitur, ergo quilibet rectus vsus delectabilium secundum temperantiam tollet aliquam indigentiã, respondetur, quòd indigentia seu necessitas regulat non solum vt suppleatur quod deficit, sed etiam ne deficiat quod est, aut esse debet. Et sic omnis rectus vsus delectabilium tollit aliquã indigentiam, vel corporis, vel officij, vel honestatis simpliciter perfectioris, alioquin non esset rectus vsus. Vt enim in litera patet, temperatus vtitur necessariis ad corporis conseruationem, & bonam habitudinem, & congruis iuxta facultates, officia, conuersationem & honestatem. Hæc enim omnia tollunt aliquam indigẽtiam, quę est, vel esset sine tali vsu. Nam qui conuiuium celebraret non consonum gradui suo, & conuiuarum, iuxta facultates & honestatem, non esset factum satis necessitati

Ar.1.huius q. & q.109. art.2.& q 123.artic.1.

In corp. art.

cap.11.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum regula temperantiæ, sit sumenda secundum necessitatem præsentis vitæ.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd regula tẽperantiæ non sit sumenda secundũ necessitatẽ præsentis vitæ. Superius enim non regulatur ab inferiori: sed temperantia cùm sit virtus animæ, & superior quàm necessitas corporalis: ergo regula tẽperantię nõ debet sumi secundũ necessitatẽ corporalem.

¶ 2 Præterea, Quicunq; excedit regulã, peccat. si ergo necessitas corporalis esset regula temperantiæ, quicunque aliqua delectatione vteretur suprà necessitatem naturæ (quæ valde modicis contenta est) peccaret contra temperantiam, quod videtur esse inconueniens.

¶ 3 Præterea, Nullus attingens regulam peccat. Si ergo necessitas corporalis esset regula temperantiæ: quicunq; vteretur aliqua delectatione propter necessitatem corporalem, puta, propter sanitatẽ, esset immunis à peccato. Hoc autem videtur falsum, ergo necessitas corporalis non est regula temperantiæ.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in lib. de morib⁹ Eccle*. Habet vir tẽperatus in rebus huius vitæ regulam vtroq; Testamento firmatã, vt eorum nihil diligat, nisi per se appetendũ putet: sed ad vitæ huius atq; officiorum necessitatem, quantum satis est, vsurpet vtentis modestia, non amantis affectu.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut ex supradictis patet*, bonũ virtutis moralis præcipuè consistit in ordine rõnis. Nã bonum hominis est secundum rationẽ esse, vt Dion. dicit 4.cap. de Di.no. Pręcipuus aũt ordo rationis consistit in hoc, ꝙ aliqua in finẽ ordinat, & in hoc ordine maximè consistit bonũ rationis. Nam bonum habet rationem finis, & ipse finis est regula eorũ quæ sunt ad finẽ, omnia autem delectabilia, quæ in vsum hominis veniunt, ordinãtur ad aliquã huius vitæ necessitatẽ, sicut ad finem. Et ideo temperantia accipit necessitatẽ huius vitæ sicut regulã delectabiliũ quibus vtitur: vt scilicet tantum eis vtatur, quantum necessitas huius vitæ requirit.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ sicut dictum est*, necessitas huius vitæ habet rationem regulæ, inquãtum est finis. Considerandum est autem, quòd quandoque aliud est finis operantis, & aliud finis operis. Sicut patet ꝙ ædificationis finis est domus, sed ædificatoris finis quandoque est lucrum: sic ergo temperantiæ ipsius finis & regula est beatitudo. Sed eius rei, qua vtitur, finis & regula est necessitas humanæ vitæ, infra quam est id quod in vsum vitæ venit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ necessitas humanæ vitæ potest attendi dupliciter. Vno modo, secundũ ꝙ dicit necessarium illud, sine quo res nullo modo põt esse, sicut cibus est necessarius animali. Alio modo, secundũ ꝙ dicit necessariũ illud, sine quo res non potest cõueniẽter esse: tẽperantia autem non solũ attendit primã necessitatem, sed etiã secundã. Vnde Philos. dicit in 3.Ethic*. ꝙ tẽperatus appetit delectabilia propter sanitatem, vel propter bonam habitudinem. Alia verò quæ ad hoc non sunt necessaria, possunt dupliciter se habere. Quædã enim sunt impedimenta sanitatis vel bonæ habitudinis: & his tẽperatus nullo modo vtit. Hoc enim esset peccatum contra temperantiam. Quædam verò sunt quæ non sunt his impedimenta: & his moderatè vtit pro loco, & tempore, & congruentia eorum quibus conuiuit. Et ideo ibidem Philosophus * dicit, quòd etiam tẽperatus appetit alia delectabilia, quæ scilicet nõ sunt necessaria ad sanitatem, vel ad bonam habitudinem, non impedimenta his existentia.

¶Ad tertium dicendũ ꝙ sicut dictũ est*, tẽperantia respicit necessitatẽ quantùm ad conueniẽtiam vitæ: quæ quidẽ attenditur non solum secundũ conuenientiã corporis, sed etiã secundũ conuenientiã exteriorũ rerũ: puta diuitiarũ & officiorum, & multo magis secundũ conuẽientiã honestatis. Et ideo Philosop. ibi subdit*, ꝙ in delectationibus, quibus tẽperatus vtitur, non solùm considerat vt non sint impeditiua sanitatis & bonæ habitudinis corporalis, sed etiã vt non sint prę ter bonum, id est contra honestatem, & quod non sint suprà substantiam, id est, suprà facultatem diuitiarum. Et August. dicit in lib. de moribus Ecclesiæ, ꝙ temperatus respicit nõ solum necessitatem huius vitæ, sed etiam officiorum.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum temperantia sit virtus cardinalis.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ temperantia non sit virtus cardinalis. Bonum enim virtutis cardinalis à ratione dependet: sed tẽperantia est circa ea, quæ magis distant à ratione, scilicet circa delectationes, quæ sunt nobis & brutis communes, vt dicitur in 3.Ethic *. ergo temperantia non videtur esse principalis virtus.

¶ 2 Præterea, Quanto aliquid est magis impetuosum, tãto difficilius videtur esse ad refrænandum: sed ira quã refrænat mansuetudo, videtur esse impetuosior quàm cõcupiscentia, quam refrænat tẽperantia. Dicitur enim Prouer.27. Ira nõ habet misericordiã, nec erũpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? ergo mansuetudo est principalior virtus quàm temperantia.

¶3 Præterea, Spes est principalior motus animæ quàm desiderium seu concupiscẽtia, vt suprà habitum est*: sed humilitas refrænat præsumptionem immoderatæ spei. ergo humilitas videtur esse principalior virtus quàm temperantia, quæ refrænat concupiscentiam.

¶SED CONTRA est, quod Gregor. in 2. Moralium * ponit temperantiã inter virtutes principales.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut suprà dictum est*, virtus principalis seu cardinalis dicitur, quæ principalius laudatur ex aliquo eorũ, quæ cõmuniter requiruntur ad rationem virtutis: moderatio autẽ, quæ in omni virtute requiritur, præcipue laudabilis est in delectationibus tactus, circa quæ est temperantia: tum quia tales delectationes sunt magis nobis naturales, & ideo difficilius est ab eis abstinere, & concupiscentias earũ refrenare: tum etiã quia earum obiecta magis sunt necessaria pręsenti vitæ, vt ex dictis patet*. Et ideo temperantia ponitur virtus principalis seu cardinalis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ tãto maior ostendit agentis virtus, quãto in ea quæ sunt magis distantia, potest suam operationẽ extendere. Et ideo ex hoc ipso ostẽditur maior virtus rationis

congruentiæ præsentis vitæ ac conuersationis. Necessitas ergo congruentiæ præsentis vitæ est regula temperantiæ, secundum quam etiam imperat aliis virtutibus, puta liberalitati, vrbanitati, & si qua alia opus quandoque est.

Cap. eodẽ.

¶ *Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ primæ Articulum septimum.*

In corp. art.

IN articulo septimo eiusdem quæstionis dubium ex Martino in eodem tractatu quæst. secunda occurrit, arguẽte contra rationem literæ, qua temperantia ponitur virtus cardinalis: quia moderatio, quæ in omni virtute requiritur, præcipuè laudatur in delectationibus tactus, quæ sunt materiæ temperantiæ. Probat ergo, quòd moderatio non est præcipuè laudabilis in delectationibus tactus. Primò, quia moderatio ardua laudabilior est non ardua, sed moderatio in delectationibus tactus non est ardua. ergo. Secundo, Moderatio in omni virtute est id, quod potissimè laudatur. ergo si temperantiæ propria est moderatio, ipsa esset excellentissima virtutum: cuius oppositũ sentit Autor. Antecedens probatur: quia omnia quæ laudabilia sunt in virtute, ideo laudantur, quia ad moderationem ordinata sunt. Tertio, Moderatio delectationum tactus non est difficilior cæteris. ergo non est præcipue laudabilis. Consequentia tenet ex dictis Autoris. Antecedens vero probatur, quia difficilius est vincere retrahentia à bono in materia fortitudinis, vt ipsemet Autor fatetur, moderatio ergo fortitudinis est difficilior.

cap. eodẽ. *Cap. 21.* *1.2.q.71. & q.66. art.1. & 4.cor. Et 3.dist.33. q.2. art.1. Et vir.q. 1.art.12. ad 24 25. & 26. & quæst.5. art.1.* *Cap.10.* *1.2.q.25. art.4.*

¶ Ad primum horum dicitur, quòd Maior est vera, cæteris paribus. Sed in proposito non sunt paria, Moderatio nanque mansuetudinis & humilitatis, licet sit ardua, non tamen est in materia ita naturali necessaria, communi, diuturna, ac vehementer motiua appetitus nostri, qualis est materia temperantiæ, vt in litera patet in corpore articuli, & in responsionibus argumentorum.

Cap.36. *Q.123. art.11. & 1.2.q.61. art.3.*

¶ Ad secundum negatur antecedens: quoniam moderatio propriè, vt distinguitur contra alias conditiones virtutum, non est potissima. Nec est verum quòd quæcunque sunt laudabilia in virtute

art.4.

quòd potest etiã coucupiscẽtias & delectationes maximè distãtes moderari. Vñ hoc pertinet ad principalitatẽ temperãtiæ.

¶Ad secundũ dicendum, quòd impetus iræ causatur ex quodã accidente, puta ex aliqua læsione contristante. Et ideo citò trãsit, quamuis magnum impetum habeat. Sed impetus concupiscentiæ delectabilium tactus, procedit ex causa naturali: vnde est diuturnior & communior. Et ideo ad principaliorem virtutem pertinet ipsum refrenare.

¶Ad tertium dicendum, quòd ea, quorum est spes, sunt altiora iis quorum est concupiscẽtia. Et propter hoc spes ponitur passio principalis in irascibili. Sed ea quorũ est concupiscentia & delectatio tactus, vehementius mouent appetitum: quia sunt magis naturalia. Et ideo temperantia, quæ in his modum statuit, est virtus principalis.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrum temperantia sit maxima virtutum.*

cap.45. AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd tẽperantia sit maxima virtutũ. Dicit enim Amb. in 1. de Offi. quòd in temperantia maximè honesti cura, decoris consideratio spectatur & quæritur: sed virtus laudabilis est, inquantum est honesta & decora: ergo temperantia est maxima virtutum.

¶2Præt. Maioris est virtutis, operari id quod est difficilius: sed difficilius est refrænare concupiscentias & delectationes tactus, quàm rectificare actiones exteriores, quorum primũ pertinet ad temperantiam, secundum ad iustitiam: ergo temperãtia est maior virtus quàm iustitia.

¶3Præterea, Quanto aliquid est cõmunius, tanto magis necessarium videtur esse, & melius: sed fortitudo est circa pericula mortis, quæ rarius accidunt, quã delectabilia tactus, quæ quotidie occurrũt: & sic vsus tẽperantiæ est cõmunior quàm fortitudinis. Ergo tẽperantia est nobilior virtus quàm fortitudo.

cap.9. ¶ SED CONTRA est, quod Philos. dicit in 1. Rheto*. quòd maximæ virtutes sunt quæ aliis maximè sunt vtiles. Et propter hoc fortes & iustos maximè honoramus.

cap.2. ¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut Philosophus dicit in 1. Ethic *. bonum multitudinis diuinius est quàm bonum vnius. Et ideo quanto aliqua virtus magis pertinet ad bonum multitudinis, tanto melior est. Iustitia autem & fortitudo magis pertinent ad bonum multitudinis quàm temperantia: quia iustitia consistit in communicationibus quæ sunt ad alterum. Fortitudo autem in periculis bellorum quæ sustinentur pro salute communi. Temperantia autem moderatur solùm concupiscentias, & delectationes eorum quæ pertinent ad ipsum hominem. Vnde manifestum est quòd iustitia & fortitudo sunt excellentiores virtutes quàm temperantia, quibus prudentia & virtutes theologicæ sunt potiores.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd honestas & decor maximè attribuuntur temperantiæ non propter principalitatem proprij boni: sed propter turpitudinem contrarij mali, à quo retrahit, inquantum scilicet moderatur delectationes, quæ sunt nobis & brutis communes.

¶Ad secũdum dicendum, quòd cùm virtus sit circa difficile & bonum, dignitas virtutis magis attenditur secundum rationẽ boni in quo excedit iustitia, quàm secundum rationem difficilis, in quo excedit temperantia.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa cõmunitas, qua aliquid pertinet ad multitudinem hominum, magis facit ad excellentiam bonitatis, quàm illa, quæ cõsideratur secundum quòd aliquid frequenter occurrit: in quarum prima excedit fortitudo, in secunda temperantia. Vnde simpliciter fortitudo est potior, licet quo ad aliquid possit dici temperantia potior non solum fortitudine, sed etiam iustitia.

QVÆSTIO CENTESIMAQVAdragesimasecunda, de vitiis, quæ aduersantur temperantiæ, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vitiis oppositis tẽperantiæ.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, vtrum insensibilitas sit peccatum.

¶Secundò, vtrum intemperantia sit vitium puerile.

¶Tertiò, de comparatione intemperantiæ ad timiditatem.

¶Quartò, vtrum vitium intemperantię sit maximè opprobriosum.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum insensibilitas sit vitium.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd insensibilitas nõ sit vitium. Dicuntur enim insensibiles, qui deficiunt circa delectationes tactus. Sed in his penitus deficere videtur esse laudabile & virtuosum. Dicitur enim Dan. 10. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum tempus, panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum: sed neque vnguento vnctus sum. ergo insensibilitas non est peccatum.

¶2Præt. Bonum hominis est secundũ rationem esse, secundum Diony. capi.4. de Diui.no. Sed abstinere ab omnibus delectabilibus tactus maximè promouet hominem in bono rationis. Dicitur eñ Daniel.1. ꝙ pueris qui vtebantur leguminibus dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro, & sapientia. Ergo insensibilitas, q̃ vniuersaliter repellit huiusmodi delectationes, non est vitiosa.

¶3Præterea, Illud per quod maximè receditur à peccato, nõ videtur esse vitiosum. Sed hoc est potissimum remedium abstinẽdi à peccato, quòd aliquis fugiat delectationes: quod pertinet ad insensibilitatẽ. Dicit eñ Philo. in 2.Ethi*. ꝙ abiiciẽtes delectationẽ, minus peccabim⁹. Ergo insensibilitas nõ est aliqd vitiosũ.

¶SED CONTRA. Nihil opponitur virtuti nisi vitiũ: sed insẽsibilitas virtuti tẽperãtię opponitur, vt patet p Philo. in 2*. & *3. Eth. ergo insẽsibilitas est vitiũ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd omne illud, quod contrariatur ordini naturali est vitiosum. Natura autem delectationem apposuit operationibus necessariis ad vitam hominis: & ideo naturalis ordo requirit, vt homo intantum huiusmodi delectationibus vtatur, quantum necessarium est saluti humanæ, vel quantum ad conseruationem indiuidui, vel quantum ad conseruationem speciei. Si quis ergo intantum delectationem refugeret, quòd permitteret ea quæ sunt necessaria ad conseruationem naturæ, peccaret, quasi ordini naturali repugnans. Et hoc pertinet ad vitium insensibilitatis. Sciendum tamen, quòd ab huiusmodi delectationibus consequentibus huiusmodi operationes, quandoque laudabile vel etiam necessarium est abstinere propter aliquem finem: sicut propter sanitatem corporalem aliqui abstinent à quibusdam delectationibus cibi, potus & venereorum. Et etiam propter alicuius officij executionẽ: sicut athletas & milites necesse est à multis delectationibus abstinere, vt officium proprium exequantur. Et similiter pœnitentes ad recuperandam animæ sanitatem, abstinentia delectabilium quasi quadam diæta vtuntur. Et homines volentes contemplationi & rebus diuinis vacare, oportet quòd se magis à carnalibus desideriis abstrahant. Nec aliquid prædictorum ad insensibilitatis vitiũ pertinet, quia sunt secundum rationem rectã.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Daniel illa abstinentia à delectationibus vtebatur, non quasi propter se abhorrens delectationes, vt secundum se malas: sed propter aliquẽ finẽ laudabilem, vt scilicet idoneum se ad altitudinẽ contẽplationis redderet, abstinendo scilicet à corporalibus delectationibus. Vnde & statim ibi subditur de reuelatione facta.

¶Ad secundum dicendum, quòd quia ratione homo vti non potest sine sensitiuis potentiis, quæ indigent organo corporali, vt in primo* habitum est, necesse est quòd homo sustentet corpus ad hoc quod ratione vtatur. Sustentatio autem corporis fit per operationes delectabiles. Vnde non potest esse bonum rationis in homine si abstineat ab omnibus delectationibus. Secundum tamen quod homo non exequendo actũ rationis, plus vel minus indiget corporali virtute, secũdũ hoc plus vel minus necesse habet delectabilibus corporalibus vti. Et ideo homines qui hoc officium assumpserunt, vt contemplationi vacent, & bonum spirituale quasi quadam spirituali propagatione in alios transmittant, à multis delectationibus laudabiliter abstinent, à quibus, illi quibus ex officio

Q.85.art.3.

tute, laudentur in ordine ad modum, quamuis sine mõ nõ laudabilia sint. Discretè siqdẽ agere potior est cõditio q̃ moderatè. Et similiter rectitudo potior est. Cũ tñ prima prudẽtię, secũda iustitiæ tribuatur.

2. Ethic. lect. 8. co. 3. Et lib.3. lect.21.co. 1.

¶ Ad tertium negatur assumptũ. Et ad probationẽ dicitur, quòd materia impediens bonum in fortitudine, nõ eget principaliter moderatione, sed firmitate animi. Et propterea concedendo quòd difficilius vincuntur retrahentia à bono in fortitudine, non sequitur, ergo difficilius est illa moderari: sed sequitur, ergo difficilius est ibi bonum rationis habere. Quod gratis cõcedit: sed nõ moderãdo, sed firmãdo, vt patet ex supradictis. Et si instaretur, qa audacia in fortitudine est ꝓpriè moderãda: respõdet, ꝙ virtutes iudicãtur & pensantur secundũ principales suos actus. Prĩcipale autẽ in fortitudine est firmare: moderari aũt audaciã, &c est secũdariũ. Et ꝓpterea laus moderaminis temperantiæ præcipuè tribuitur: quia ipsa pro principali actu moderari habet. Et inter omnes habentes moderationẽ, pro principali actu, ipsa obtinet principatũ ratiõe materiæ tã cõmunis, diuturnę, necessarię, nãlis, ac vehementer motiuæ.

cap.vlt. *cap.7.* *cap.11.*

¶ Super

¶ *Super Quæstionis centesimæquadragesimæsecundæ Articulum secundum.*

IN tota q. 142. sunt non dubitanda, sed notanda quædam.

¶In 2. siquidem art. in responsione ad 2. scito, quod responsio consistit in hoc, Concupiscentia naturalis est duplex. Primò, quia est rei ordinatæ ad naturæ conseruationem. Secundo, quia est rei requisitæ à natura ad sui conseruationem. Sub primo membro continentur omnia delectabilia ad alimentum & venerea ordinem habentia. Sub secundo, ea tantum quæ natura requirit. Et propterea in secundo parum contingit errare.

3 Ethic. lect. vlti. col 3

In comm. in Matt. super illud Quicunque humiliauerit se.

¶ *Super Quæstionis centesimæquadragesimæsecundæ Articulum tertium.*

IN 3. autem art. in responsione ad primũ habes, vnde respondeas regulæ topicæ, puta, quòd oppositum meliori est peius. glossabis hinc quòd intelligitur non simpliciter, sed ex illa parte qua opponitur illi bono maiori, ex quo melius habet quod sit melius. Sunt enim hic quatuor, scilicet fortitudo, temperantia, timiditas & intemperantia. Et fortitudo est simpliciter melior temperantia. Timiditas autem, quæ fortitudini opponitur, nõ est simpliciter peior quàm intemperantia: sed ex illa parte est peior, qua priuat bono communi, ex quo habet fortitudo excellẽtiam simpliciter. Quamuis possit aliter huiusmodi regula glossari s. quòd intelligitur formaliter, scilicet de oppositis vt opposita sunt. Quanto enim melius est quod tollitur, tanto peius est illud tollens, vt sic.

cap.11. *cap. vlt.* *Lib 3. Ethic. capit. 11.*

cõpetit operibus corporalibus & generationi carnali vacare, laudabiliter non abstinent.

¶Ad tertium dicendum, quòd delectatio fugienda est ad vitandum peccatum, nõ totaliter, sed vt vltra non quæratur quã necessitas requirat.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum intemperantia sit puerile peccatum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod intemperantia nõ sit puerile peccatum: quia super illud Mat. 18. Nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, &c. dicit Hierony*. quòd paruulus non perseuerat in iracundia, læsus non meminit, videns pulchram mulierem non delectatur: quod contrariatur intemperantiæ. Ergo intemperantia non est puerile peccatum.

¶2 Præt. Pueri non habent nisi concupiscentias connaturales: sed circa connaturales concupiscentias parum aliqui peccant per intemperantiam, vt Philosophus dicit in 3. Ethic*. Ergo intemperantia non est peccatum puerile.

¶3 Pręt. Pueri sunt fouendi & nutriendi: sed concupiscentia & delectatio circa quã est intemperantia, est semper diminuenda & extirpẽda, secundum illud ad Col. 3. Mortificate membra vestra super terram, quæ sunt concupiscentia, &c. ergo intemperantia non est puerile peccatũ.

SED CONTRA est, quod Philos. dicit in 3. Ethic*. quòd nomen Intemperantiæ referimus ad puerilia peccata.

¶RESPONDEO dicendum, quod aliquid dicitur esse puerile dupliciter. Vno modo, quia conuenit pueris. Et sic Philos*. non intendit dicere quod peccatũ intẽperantiæ sit puerile. Alio modo, secundũ quandã similitudinem. Et hoc modo peccata intemperantiæ puerilia dicũtur. Peccatum enim intemperantiæ est peccatum superfluæ concupiscentiæ, quæ assimilatur puero quo ad tria. Primò, quidem quantum ad id quod vterque appetit. Sicut enim puer, ita & concupiscentia appetit aliquid turpe. Cuius ratio est, quia pulchrum in rebus humanis attenditur prout aliquid est ordinatum secũdum rationem. Vnde Tullius dicit in 1. de Offic.* quod pulchrum est quod consentaneum est hominis excellentiæ in eo, in quo natura eius à reliquis animantibus differt. Puer autem non attendit ad ordinem rationis. Et similiter concupiscentia nõ audit rationem, vt dicitur in 7. Ethi*. Secundò, conueniunt quãtum ad euentum. Puer enim si suæ voluntati dimittatur, crescit in propria voluntate. Vñ Eccle. 30. dicitur, Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadit præceps. Ita etiam & cõcupiscentia, si ei satisfiat, maius robur accipit. Vnde Aug. dicit in 7. Confes. Dum seruitur libidini, facta est consuetudo: & dũ consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Tertiò, quantũ ad remedium quod vtrique præbetur. Puer enim emendatur per hoc, quòd coercetur. Vnde dicitur Prou. 23. Noli subtrahere à puero disciplinam. Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Et similiter dum concupiscentiæ resistitur, reducitur ad debitũ honestatis modũ. Et hoc est quod Aug. dicit in 7. Musicæ*, quòd mente in spiritualia suspensa atque ibi fixa & manente, consuetudinis, s. carnalis concupiscentiæ, impetus frangitur, & paulatim repressus extinguitur. Maior enim erat cum sequeremur, non omnino nullus, sed certè minor cum refrænamus. Et ideo Philos. dicit in 3. Ethic*. quòd quemadmodum puerum oportet secundum præceptum pædagogi viuere, sic & concupiscibile consonare rationi.

de temperantia. *cap 6. fermè in prin.* *cap.11.* *cap.vlt.*

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quod ratio illa procedit secundum illum modum, quo puerile dicitur id quod in pueris inuenitur. Sic autem non dicitur peccatum intẽperantiæ puerile, sed secundum similitudinem, vt dictum est*.

In corp. art.

¶Ad secundum dicendum, quòd concupiscentia aliqua potest dici naturalis dupliciter. Vno modo, secundum genus suum. Et sic temperantia & intẽperantia sunt circa cõcupiscentias naturales. Sunt enĩ circa concupiscẽtias ciborũ & venereorũ quæ ordinantur ad conseruationẽ naturæ. Alio modo põt dici concupiscẽtia naturalis quantũ ad speciẽ eius, quod natura ad sui cõseruationẽ requirit. Et sic non multum contingit peccare circa naturales cõcupiscẽtias. Natura enĩ non requirit, nisi id per quod subuenitur necessitati naturæ: in cuius desiderio nõ cõtingit esse peccatũ, nisi solũ secundũ quantitatis excessum. Et secundum hoc solum peccatur circa naturalem cõcupiscẽtiã, vt Philos. dicit in 3. Eth*. Alia verò circa quæ plurimũ peccatur, sunt quædã concupiscentiæ incitamenta, quæ hominum curiositas adinuenit, sicut curiosè præparati cibi, & mulieres ornatæ. Et quãuis ista non multũ requirant pueri, nihilominus tñ intemperantia dicitur puerile peccatum, ratione iam dicta*.

cap.11. *In corp. art.*

¶Ad tertium dicendum, quòd id quod ad naturam pertinet, in pueris est augmentandum & fouẽdum. Quod autem pertinet ad defectum rationis in eis, non est fouendum, sed emendandum: vt dictum est*.

In corp. art.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum timiditas sit maius vitium quàm intemperantia.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod timiditas sit maius vitium quàm intemperantia. Ex hoc enim aliquod vitium vituperatur, quòd opponitur bono virtutis, sed timiditas opponitur fortitudini, quæ est nobilior virtus quàm temperantia, cui opponitur intemperãtia, vt ex supradictis* patet: ergo timiditas est maius vitium quàm intemperantia.

2. Ethic lect. 2. col. 1. & 2. *Q. præcedenti. 8. & art. 2. huius q.*

¶2 Præterea, Quanto aliquis deficit in eo quod difficilius vincitur, tanto minus vituperatur. Vnde Philo. dicit in 7. Eth*. quod si quis à fortibus & superexcellentibus delectationibus vincitur, vel tristitiis, non est admirabile, sed condonabile. Sed difficilius videtur vincere delectationes quàm alias passiones. Vnde in 2. Ethi*. dicitur quòd difficilius est contra voluptatẽ pugnare quàm contra iram: quæ videtur esse fortior quam timor. Ergo intemperantia quæ vincitur à delectatione, minus peccatum est quàm timiditas, quæ vincitur à timore.

**cap.7.* *cap.3.*

¶3 Præterea, De ratione peccati est quod sit voluntarium, sed timiditas est magis voluntaria quàm intemperantia. Nullus enim concupiscit intemperatus esse. Aliqui tamen concupiscunt fugere pericula mortis, quod pertinet ad timiditatem, ergo timiditas est peccatum grauius quàm intemperantia.

¶SED CONTRA est, quod Philoso. dicit in 3. Ethi*. quod intemperantia magis assimilatur voluntario quàm timiditas: ergo plus habet de ratione peccati.

cap.11.

¶RESPONDEO dicendum, quod vnum vitium põt alteri comparari dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius materiæ, vel obiecti. Alio modo, ex parte ipsius hominis peccãtis. Et vtroq; modo intẽperantia est grauius vitium quàm timiditas. Primò nanq; ex parte materię. Nam timiditas refugit pericula mortis, ad quæ vitanda inducit maxima necessitas conseruandæ vitæ. Intemperantia autem est circa delectationes, quarum appetitus non est adeo necessarius ad vitæ conseruationem: quia, vt dictum est*, intemperantia magis est circa quasdam oppositas delectationes, seu concupiscentias, quàm circa concupiscẽtias, seu delectationes naturales. Quanto autem illud quod commouet ad peccandum, videtur esse magis necessarium, tanto peccatum leuius est. Et ideo intemperantia est grauius vitium quàm timiditas ex parte obiecti siue materiæ mouentis: similiter etiam ex parte ipsius hominis peccantis. Et hoc triplici ratione. Primo quidem, quia quãto ille qui peccat, magis est cõpos suæ mentis, tanto grauius peccat. Vnde alienatis nõ imputantur peccata. Timores autem & tristitiæ graues, & maximæ in periculis mortis stupefaciunt mentem hominis: quod nõ facit delectatio, quæ mouet ad intemperantiam. Secundò, quia quanto aliquod peccatum est magis voluntarium, tãto est grauius. Intemperantia autem plus habet de voluntario quàm timiditas. Et hoc duplici ratione. Vno modo, quia ea quæ per timorem fiunt, principium habent ab exteriori impellente. Vnde non sunt simpliciter voluntaria, sed mista, vt dicitur in tertio Ethico*. Ea autem quæ per delectationem fiunt, sunt simpliciter voluntaria. Alio modo, quia ea, quæ sunt intemperati, sunt magis voluntaria in particulari, minus autem voluntaria in vniuersali. Nullus enim vellet intemperatus esse. Allitur tamen homo singularibus delectationibus, quæ intemperatum faciunt hominem. Propter quod ad vitandum intemperantiam, maximum remedium est vt non immoretur homo circa singularium considerationem. Sed in his quæ pertinent ad timiditatem est econuerso. Nam singularia quæ imminent, sunt minus voluntaria, vt abiicere clypeum, & alia huiusmodi. Sed ipsum commune est magis voluntarium, puta fugiendo saluari. Hoc autem est simpliciter magis voluntarium quod est magis voluntarium in singularibus, in quibus est actus. Et ideo intemperantia cùm sit simpliciter magis voluntariũ quã timiditas, est maius vitiũ. Tertiò quia contra intemperantiam potest magis de facili remedium adhiberi, quàm contra timiditatem, eo quòd delectationes ciborum & venereorum, circa quas est intemperantia, per totam vitam occurrunt, & sine periculo potest homo circa ea exercitari ad hoc, quod sit tẽperatus. Sed pericula mortis rarius occurrunt, & periculosius in his homo exercitatur ad timiditatem fugiendam. Et ideo intemperantia est simpliciter maius peccatum, quàm timiditas.

Art. præc. ad 2. *cap.1.*

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quod excellentia fortitudinis supra temperantiam, potest considerari dupliciter. Vno modo, ex parte finis, quod pertinet ad rationem boni: quia scilicet fortitudo magis ordinatur ad bonum commune quàm temperantia. Ex hac etiam parte timiditas habet quandam excellentiam supra intemperantiam, inquantum scilicet per timiditatem aliqui desistunt à defensione boni communis. Alio modo ex parte difficultatis, inquantum scilicet difficilius est subire pericula mortis quàm abstinere à quibusdam delectabilibus. Et quantum ad hoc non oportet quòd timiditas præcellat intemperantiam d. Sicut enim maioris virtutis non est vinci à fortiori, ita etiam econtrario minoris vitij est à fortiori vinci, & maioris vitij à debiliori superari.

D. 1003. & 1179.

¶Ad secundum dicendum, quòd amor conseruationis vitæ, propter quam vitantur pericula mortis, est multo magis connaturalis quàm quæcunque delectationes ciborum vel venereorũ, quæ ad conseruationem vitæ ordinantur. Et ideo difficilius est vincere timorem periculorum mortis, quàm cõcupiscentiam delectationum, quæ est in cibis & venereis. Cui tamen difficilius est resistere quàm iræ, tristitiæ, & timori quorundam aliorum malorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd in timiditate consideratur magis voluntarium in vniuersali, minus tamen in particulari. Et ideo in ea est magis voluntariũ secundũ quid, & non simpliciter.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum peccatum intemperantiæ sit maxime exprobrabile.*

Infrà q. 143. cor. & q 144. artic 1. ad 2. Et q. 151 art. 4. ad 2. & 3

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd peccatum intemperantiæ non sit maximè exprobrabile. Sicut enim honor debetur virtuti, ita exprobratio debetur peccato, sed quædam peccata sunt grauiora quàm intemperantia, sicut homicidium, blasphemia, & alia huiusmodi: ergo peccatum intemperantiæ non est maximè exprobrabile.

¶2 Præt. Peccata quæ sunt magis communia, videntur minus esse exprobrabilia, eo quod de his homines minus verecũdantur. Sed peccata intemperantiæ sunt maximè communia: quia sunt circa ea quæ communiter in vsum humanę vitæ veniunt, in quibus etiam plurimi peccãt. ergo peccata intemperantiæ non videntur esse maximè exprobrabilia.

cap.4. & seq.

¶3 Pręt. Philos. dicit in 7. Ethi*. quòd temperantia & intẽperãtia sunt circa concupiscentias & delectationes humanas. Sunt autem quædam concupiscentiæ & delectationes turpiores cõcupiscentiis & delectationibus humanis, quæ dicuntur bestiales & ægritudinales, vt in eodem lib*. Philos. dicit: Ergo intemperantia non est maximè exprobrabilis.

cap. vlt.

¶SED CONTRA est, quod Philo. dicit in 3. Eth*. quod intemperantia inter alia vitia videtur iustè exprobrabilis esse.

cap.13.

¶RESPONDEO dicendum, quod exprobratio opponi videtur honori & gloriæ: honor autem excellentiæ debetur, vt supra habitum est*: gloria autem claritatem importat. Est ergo intemperantia maximè exprobrabilis propter duo. Primò quidem, quia maximè repugnat excellentię hominis. Est enim circa delectationes cõmunes nobis & brutis, vt suprà * habitum est. Vnde in Psal. 8. dicitur, Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Secundò, quia maximè repugnat eius claritati vel pulchritudini, inquantum scilicet in delectationibus, circa quas est intemperantia, minus apparet de lumine rationis, ex qua est tota claritas & pulchritudo virtutis. Vnde & huiusmodi delectationes dicuntur seruiles.

Q.103. artic.1. *Q.141. artic. 2. & 3.*

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd sicut Grego*. dicit, vitia carnalia, quæ sub intemperantia continentur, etsi sint minoris culpæ, sunt tamen maioris infamiæ. Nam magnitudo culpæ respicit deordinationem à fine: infamia autem respicit turpitudinem quæ maximè consideratur secundum indecentiam peccantis.

Libro 3. Mor. c. 11.

¶Ad secundum dicendum, quòd consuetudo peccandi diminuit turpitudinẽ & infamiam peccati secundum opinionem hominum, non autem secundũ naturam ipsorum vitiorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd cùm dicitur intemperantia esse maximè exprobrabilis, est intelligendũ inter vitia humana, quæ scilicet attenduntur secundũ passiones humanæ naturæ aliqualiter conformes. Sed illa vitia quæ excedunt modum humanæ naturæ, sunt magis exprobrabilia. Et tamen etiã illa videntur reduci ad genus intemperantiæ secundũ quendã excessum. Sicut si aliquis delectaretur in comestione carnium humanarum, aut in coitu bestiarum, aut masculorum.

QVÆSTIO CENTESIMA quadragesimatertia, de Partibus temperantiæ in generali, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de partibus temperantiæ. ¶Et primo, de ipsis partibus in generali. ¶Secundò, de singulis earum in speciali.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum Tullius conuenienter assignet partes temperantiæ, continentiam, clementiam, & modestiam.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Tullius in sua Rhetorica* inconuenienter assignet partes temperantiæ, quas dicit esse cõtinentiã, clemẽtiã & modestiã. Cõtinentia enim contra virtutẽ diuiditur in septimo Ethic*. sed temperantia continetur sub virtute. ergo continentia non est pars temperãtiæ.

¶2 Præterea, Clementia videtur esse mitigatiua odij, vel iræ. Temperantia autẽ non est circa huiusmodi, sed circa delectationes tactus, vt dictum est*. ergo clementia non est pars temperantiæ.

¶3 Præterea, Modestia consistit in exterioribus actibus. Vnde & Apostolus dicit ad Philip. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Sed actus exteriores sunt materia iustitiæ, vt suprà habitũ est*. ergo modestia magis est pars iustitiæ quàm temperantiæ.

¶4 Præt. Macrobius super somnium Scipionis* ponit multo plures temperantiæ partes. Dicit enim quòd temperãtiã sequitur modestia, verecundia, abstinẽtia, castitas, honestas, moderatio, parcitas, sobrietas, pudicitia. Andronicus etiã dicit, quòd familiares temperantiæ sunt austeritas, continentia, humilitas, simplicitas, ornatus, bona ordinatio, per se sufficientia. Videtur ergo insufficienter Tullius enumerasse temperantię partes.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut suprà dictum est*, alicuius virtutis cardinalis triplices partes esse possunt, scilicet integrales, subiectiuæ, & potentiales. Et dicuntur partes integrales alicuius virtutis conditiones, quas necesse est concurrere ad virtutem. Et secũdum hoc, sunt duæ partes integrales temperantiæ, scilicet verecundia, per quam aliquis refugit turpitudinem temperantiæ contrariam, & honestas, per quam scilicet aliquis amat pulchritudinem tempe-

¶ *Super Quæstionis centesimæ quadragesimæsecundæ Articulum quartum.*

IN quarto autem articulo tuere Autorem à Martino i quęstione 42. de temperantia, dicente, Nescio quomodo Thomas dicit quòd secundum Aristotelem bestialitas est exprobrabilior quàm intemperantia, quum expressè vbi ipse allegat eum, Arist. habeat oppositum, vt expressè declarat idem Thomas in Commento suo super 7. Eth. Non aduertit siquidem Martinus ad formalem sermonem. Autor siquidem dicit quòd bestialitatis vitiũ est exprobrabilius. Quod etiam Arist. in 1. cap. 7. Ethic. dixit, dũ ait quod hos superinfamamus. Nec inueni in autore hactenus oppositum. Martinus autem fortè fundauit se super octauo ca. eiusdem 7. Ethi. vbi dicitur, quòd bestiales non sunt continentes, neque incõtinentes simpliciter: & quòd bestialitas est minus mala quàm intemperantia. Et vtrobique est eadem ratio, scilicet defectus intellectus. Sed hæc non sunt ad propositum. Quia enim de ratione continentiæ & incontinentiæ est rationale bellum, ideo negatur continentia in istis irrationalibus hominibus. Et similiter dicitur minus mala, hoc est, minus nociua: quia, vt dicitur, innocentior est prauitas sine intellectu. Cum his tamen stat quod sit turpior, & magis exprobrabilis, & infamiæ maioris, vt pote maximè similem bestiis reddens hominem voluntariè.

Infrà q. 145 artic. 4. & q. 157. art. 3. & q. 160. art. 1. Et 2. di. 44. q. 2. art. 1. ad 3. & 3. dist. 33. q. 3. art. 2. **Libr. 2. de inuent. fol. 3. ante fin lib.* **cap. vlt.* **Q. 151. art. 4.*

¶ *Super Quæstionis centesimæquadragesimætertiæ Articulum primum.*

IN articulo vnico quæstionis 143. de partibus temperantiæ dubia multa ex Martino occurrunt in quæstio 3. Primum dubium est de partibus integralibus. Quia enim ponit Autor verecundiam & honestatem partes integrales temperantiæ, arguit dupliciter Martinus contra hoc. Primò, Non plus spectat ad temperãtiam fugere turpitudinẽ illi oppositam, & amare pulchritudinẽ eius, quàm ad fortitudinẽ refugere turpitudinem & amare pulchritudinem eius: sed propter hoc verecundia & honestas non ponuntur partes fortitudinis: ergo propter illud non sunt ponendæ partes tẽperantiæ.

Secundò. Verecundia & honestas communes sunt omnibus virtutibus, quia in omni materia turpe est recedere à recta ratione, & honestum conformare se illi: Ergo non sunt partes propriæ temperantiæ.

Q. 58. art. 118. *Lib. 1. paulo ante medium.* *Que. 48 & 129.*

rantiæ. Nam, sicut ex dictis* patet, præcipuè temperantia inter virtutes vēdicat sibi quendam decorem, & vitia intēperantiæ maximè turpitudinem habēt. Partes aūt subiectiuę alicuius virtutis dicuntur species eius. Oportet autē diuersificare species virtutum secundū diuersitatem materię vel obiecti. Est autē temperantia circa delectationes tactus, quę diuiduntur in duo genera. Nam quędam ordinantur ad nutrimentū. Et in his, quantū ad cibū, est abstinentia: quantū autem ad potum, propriè sobrietas. Quędā verò ordinantur ad vim generatiuā. Et in his, quātum ad delectationem principalē ipsius coitus, est castitas: quantū autē ad delectationes circūstātes, puta quę sunt in osculis, tactibus, & amplexibus, attēditur pudicitia. Partes aūt potentiales alicui⁹ virtutis principalis dicuntur virtutes secundariæ: quæ modū, quē principalis virtus obseruat circa aliquam principalem materiā, eundem obseruant in quibusdā aliis materiis, in quibus non est ita difficile. Pertinet autem ad tēperantiā moderari delectationes tactus, quas difficillimum est moderari. Vnde quæcunq; virtus moderationem quandā operatur in aliqua materia, & refrænationem appetitus in aliquid tēdētis, poni pōt pars tēperantiæ, sicut virtus ei adiuncta. Quod quidem contingit tripliciter. Vno modo, in interioribus motibus animi. Alio modo, in exterioribus motibus & actibus corporis. Tertio modo, in exterioribus rebus. Præter motū aūt cōcupiscētiæ, quē moderatur & refrænat tēperantia, tres motus inueniuntur in anima, in aliquid tendentes. Primus quidē est motus voluntatis cōmotæ ex impetu passionis. Et hunc motum refrænat continētia: ex qua fit vt licet homo immoderatas cōcupiscentias patiatur, voluntas tamē nō vincitur. Alius autem motus interior in aliquid tendens, est motus spei & audaciæ, quæ ipsam consequitur. Et hunc motū moderatur siue refrænat humilitas. Tertius autem motus est iræ, tendens in vindictam: quē refrænat mansuetudo siue clementia. Circa motus autem & actus corporales, moderationem & refręnationē facit modestia, quam Andronicus in tria diuidit. Ad quorum primum pertinet discernere quid sit faciendum, & quid dimittendum, & quid quo ordine sit agendum, & in hoc firmiter persistere. Et quantum ad hoc ponit bonam ordinationem. Aliud autē est, quòd homo in eo quod agit, decentiam obseruet. Et quantum ad hoc ponit ornatum. Tertium autem est in colloquiis amicorum vel quibuscunque aliis. Et quantū ad hoc, ponitur austeritas. Circa exteriora verò duplex moderatio est adhibenda. Primò quidem, vt superflua nō requirantur. Et quantum ad hoc, ponitur à Macrobio* parcitas, & ab Andronico per se sufficientia. Secundo verò, vt homo non nimis exquisita requirat. Et quantū ad hoc, ponit Macrob. moderationem, Andronicus verò simplicitatem.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ continentia differt quidem virtute sicut imperfectum à perfecto, vt infrà* dicetur. Et hoc modo condiuiditur virtuti. Conuenit tamen cum temperantia, & in materia, quia est circa delectationes tactus: & in modo, quia in quadam refręnatione consistit. Et ideo conuenienter ponitur pars temperantiæ.

¶Ad secūdum dicendum, quòd clementia siue mansuetudo, non ponitur pars tēperantiæ propter cōuenientiā materię, sed quia conuenit cum ea in modo refręnandi & moderandi, vt dictum est*.

¶Ad tertium dicendum, quòd circa exteriores actus iustitia attendit id quod est debitum alteri. Hoc aūt modestia nō attēdit, sed solū moderationē quādā. Et iō nō ponit' pars iustitię, sed tēperantię.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ Tullius sub modestia comprehendit omnia illa, quæ pertinent ad moderationem corporaliū motuum & exteriorum rerum: & etiam moderationem spei, quam diximus ad* humilitatem pertinere.

¶ Secundum dubium est de partibus potentialibus temperantiæ. Arguit enim quòd partes assignatæ in litera vt potentiales, puta modestia & mansuetudo, non sunt partes temperantiæ potentiales. Primò, Quia si esset hoc, ideo esset, quia modum illum quem obseruat temperantia in materia principali, illæ obseruant in materia minus principali: sed hoc non est. Ergo. Probatur Minor: tum quia materia temperantiæ & istarū virtutum, non sunt connexæ, ergo non est vna principalis, & alia minus principalis: tū quia actus, puta moderatio illarum, non pendet à moderatione temperantiæ aut ecōtra, ac per hoc non est vnus actus principalis & alius secundarius. (Q.141 ar. n.2. ad 3.) Secundò, Quia sequeretur ꝙ iustitia & fortitudo essent partes potentiales temperantiæ. (D. 1130.) Probatur sequela: quia secundum Autorem moderatio est difficilior in temperantia quā in iustitia & fortitudine. Tertiò, Quæcūque se habent vt partes potētiales & totum, hoc ideo est, aut quia certum modum subordinationis habēt respectu vnius actus, aut respectu plurium actuum subordinatorum. Sed hoc est falsum: tum quia hæc non sufficiunt, tum quia temperantia & illæ ad nullum vnum actum subordinantur: tum quia actus illarum non subordinantur actibus temperantiæ. Quartò, quia videtur multis quòd moderatio mansuetudinis sit difficilior quā temperantiæ. Nec valet dicere quòd licet sit maioris impetus ira, non tamen est tantæ durationis. Hoc enim falsum videtur de his quos Arist. duros appellat. Quintò, quia sequeretur quòd affabilitas, veritas, & eutrapelia essent partes potentiales mansuetudinis: quod est falsum. Probatur sequela quia materia mansuetudinis est principalior quā materiæ istarum: & moderatio eius est difficilior quàm moderatio istarū.

¶ Tertium dubium multa continet. Est nanque de multis in doctrina huius articuli expositis. Refert siquidem illum ibidem Martinus de verbo ad verbum. Deinde subdit, Hæc opinio in multis deficit. Primò, in hoc quòd quæcunque virtus moderatur in alia materia, est pars temperantiæ. Quia sic omnis virtus moralis esset pars temperantiæ: quoniam omnis operatur, & moderatur in alia materia. Secundo, deficit in hoc quod dicit, Continentia moderatur motum voluntatis commotæ ex impetu passionis. Primò nanque, inquit, vellem scire quos motus moderatur continentia, si isti sunt alij ab his quos moderatur temperantia, vt Autor protestatur. Secundò, Volo quòd temperantia moderetur aliquos motus: & quæro an voluntas tunc vel parum antè est concitata illis motibus, vel non: Si non, ergo non habet motus illos. Si sic, ergo non solùm continentia, sed etiam moderatur temperantia motum voluntatis commotæ ex impetu passionis. Tertiò, Continentia, per se præter illos motus quos moderatur temperantia, moderatur motum voluntatis impetu passionis concitatæ. Aut pro tunc illum motum temperantia immediatè aliquid potest, aut non. Si non, ergo temperantia non vniuersaliter moderatur omnes delectationes tactus. Si sic, ergo non est opus continentia. Quartò, Volo quòd temperantia moderauerit in aliquo omnes suos motus. Hoc stante, quæro an possibile sit voluntatem concitari impetu alicuius passionis ad continentiam spectantis, aut non. Si sic, ergo temperantia nō moderauit omnes motus, contra hypothesim. Si non, ergo præter temperantiam non est opus continentia. Istæ, inquit, demum rationes videntur mihi apparentes multum cōtra opinantem.

¶ Ad primum dubium habetur responsio in litera. Quo ad verecundiam quidem in quæstio. seq. artic. 1. ad secundum: quo ad honestatem verò quæst. 145. artic. 4. ad tertium. Vtrobique siquidem dicitur, quòd tam verecundia, quàm honestas communis est multis virtutibus, sed appropriatè conueniunt temperantiæ propter similitudinem, quam peculiariter sibi vendicant intemperantiæ vitia. Verecundia nanque timor est turpis & opprobrij. Honestas autem decorem oppositum turpitudini & obscuritati importat. Vnde ad primum dicitur, quòd aliud est loqui de turpitudine contracta ad hoc vitium, & aliud de turpitudine absolutè. Et quòd licet cuilibet virtuti conueniat fugere turpitudinem suam, hoc est, contractam ad suam materiam, quia tamē turpitudo absolutè magis saluatur in vna materia quàm in alia, ideo magis ad vnam virtutem quàm ad aliam spectat fugere turpitudinem. Et propter hanc causam magis spectat ad temperantiam refugere turpitudinem, quàm ad fortitudinem, licet temperantia non refugiat nisi sibi oppositam turpitudinem. Et simile est de amore honestatis: quia penes oppositum attenditur: iuxta illud Apostoli, Quæ inhonestiora sunt, &c. Et per hoc patet solutio ad secundum, quòd scilicet licet hæc communia sint multis, appropriatè tamen sunt partes integrales temperantiæ. Intellige tamen hoc cū grano salis inferius in quæstio. 144. ar. 4. ad 4. apposito scilicet ꝙ verecundia est pars integralis temperantiæ non tanquam intrans eius constitutionem: quia in virtuosis non remanet verecundia, sed tanquam disponens ad temperantiam, iuxta illud Ambrosij, Verecundia iacit prima temperantiæ fundamēta.

¶ Ad secundum dubium de partibus potentialibus dicitur, negando minorem primi argumenti. (loco cit in arg. 4.) Et ad probationem primam dicitur, quòd materia temperantiæ, & dictarum virtutum sunt connexæ vinculo similitudinis, & ordinis in esse morali: (Q.155. ar. 1. D.389.) quoniam omnes conueniunt in hoc, quòd præcipua laus earum consistit in fræno. Et inter eas principalior est concupiscentia delectabilium tactus. Per hoc patet responsio ad secundam probationem eiusdem Minoris: quia scilicet non requiritur alia dependentia actuum, sed sat est similitudo & ordo inter actus, vt expositum est. (In cor. ar.)

¶ Ad secundum argumentum negatur sequela: quoniam ad hoc quòd virtus aliqua sit adiūncta temperantiæ, non sufficit quòd habeat faciliorem moderationem, sed exigitur necessariò quòd principalis laus illius virtutis consistat in moderatione. (In cor. ar.) Constat autem quòd iustitiæ principalis laus non est in modo, sed in debitum reddendo seu rectitudine. Fortitudinis quoque præcipua laus non est in fræno, sed in firmitate. Et per hoc patet ratio quare aliquæ virtutes, & non omnes ponuntur partes temperantiæ.

¶Ad tertium dicitur, quòd actui temperantiæ subordinantur actus adiunctarum: ita quòd in toto & parte sunt diuersi actus, quorum secundarius subordinatur principali: non effectiuè aut finaliter, sed formaliter: eo modo quo formæ imperfectiores subordinantur formis perfectioribus. Iam enim declaratum est quòd est inter hęc similitudo & ordo.

¶Ad quartum dicitur, quòd responsio ibi dicta, quæ est Autoris, scilicet quòd passiones secundum tactum sunt diuturniores, quàm passiones iræ, est bona. Et cum opponitur de duris, respondetur quòd passiones secundum tactum sunt, per se loquendo, diuturniores quàm ira durorum: quoniam in illis est continua per totam vitam pugna, in istis est ad tempus, scilicet vsque ad vindictam.

¶Ad quintum negatur sequela: tum quia nec veritas nec affabilitas principaliter laudatur ex modo, sed veritas ex debito: & affabilitas ex debito condecentiæ, vt patet ex supradictis. Et ideo positæ sunt partes iustitiæ: tum quia mansuetudo non est virtus principalis, sed est sub temperantia vt principali. Nullū tamen inconueniens video, si mansuetudini aut alteri secundariæ virtuti adiungerentur aliquæ virtutes vt partes potentiales habentes se ad ipsam sicut ipsa se habet ad principalem simpliciter in illo genere.

¶Ad tertium dubium, in quo corpus articuli examinatur, dicitur quòd, vt ex dictis patet, doctrina Autoris in primo non deficit, sed stat solida. Nec sequitur quòd omnis alia virtus sit pars temperantiæ, quia licet quælibet virtus moderetur, nō tamē quælibet virtus moderatur, ita quòd moderatio sit actus ex quo præcipuè laudatur. Sic enim intelligēda sunt verba Autoris. Nec etiam in secundo deficit de continentia. Quoniam continentia non differt à temperantia, vt Arguens putat, scilicet quòd continentia est gradus superueniens temperantiæ. Sed continentia realiter & essentialiter differt à temperātia. Continentia enim non moderatur passiones, sed voluntatis motum, ne à multa passione commota declinet à bono. Temperantia verò moderatur

directè passiones ipsas ne insurgant, aut valde parum. Et sic per temperātiam voluntas tanquam in tranquillo operatur: per continentiam verò tanquam fluctibus agitata. Et per hoc patet ad primum quæsitum, quòd scilicet continentia moderatur directè actum voluntatis, non passiones: temperantia vero ipsas passiones.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd motus passionum ante temperantiam concitant voluntatem: sed genita temperantia motus non fluctuāt amplius.

¶Ad quęstionem ergo de motibus passionum prægeneratorum temperantiæ, dicitur quòd sicut fluctus paulatim decrescunt ante tranquillitatem maris, ita & motus passionum: adeo vt propter tranquillitatem tēperantiæ tam parui fiant motus passionum, vt anima disposita sit ad veram tranquillitatem: & sic per tales motus non concitatur, aut parùm, voluntas. Et propterea sola continentia moderatur motū voluntatis inter fluctus passionum, temperantia autem moderatur motū voluntatis compescendo, ne insurgant fluctus. Dispositio verò propinqua ad temperantiam, mitigando eosdem moderatur motum volūtatis parùm aut nihil commotæ. Et quia modicum pro nihilo reputatur, ideo soli continentiæ attribuitur moderari motum voluntatis parum aut nihil cōmotæ ex fluctibus passionum. Et cùm dicitur, ergo voluntas non habuit illos, conceditur, quia tam parui erant vt non commouerent volūtatem. Passiones enim nō sunt in voluntate, sed in appetitu sensitiuo, in quo est temperantia, & non continentia.

¶ Ad tertium negatur assumptum, scilicet quòd cōtinentia moderetur & motus quos moderatur temperantia, & motum voluntatis: vt patet ex dictis. Iste enim supponit vnū falsum, scilicet quòd continentia & temperātia sint simul in anima, cū hoc sit impossibile: quoniam si est in anima temperantia, iam est tranquillitas: & continentia non est, quæ non nisi in fluctibus inuenitur.

¶ Ad quartum dicitur, ꝙ, vt patet ex dictis habita temperantia & stante, nō est locus continentiæ. Ad id verò quod quæritur, an temperatus possit habere motum passionis cōmouentis voluntatem: respōdetur quòd motus passionis contra bonum rationis, dupliciter potest insurgere ī homine. Primò, vt inchoet ex imperio voluntatis, & sic, quia tēperatus potest agere præter & contra suū habitū, pōt cōmouere passiōes cōcupiscentiæ in quibus exardescet amplius voluntas, &c. Sed hoc non spectat ad continentiā vel incontinentiam, sed ad malitiā: quia continentia & incontinentia incipiunt à fluctibus passionum, vt patet 7. Ethic. Alio modo, vt inchoet ab ipso appetitu sensitiuo. Et hoc dupliciter, secundum duplicem modum, quo natura operatur, scilicet vel vt in pluribus, & per se: vel vt rarò, & per accidens. Distat siquidem temperatus à continente & incontinente ex parte appetitus sensitiui, in hoc, quòd temperati appetitus est sic dispositus, vt regulariter, & vt in pluribus non possit appetere contra bonum rationis. Continentis verò & incontinentis appetitus sensitiuus, communiter & vt in pluribus, mouetur contra rationis bonum. De possibili autē rarò & per accidens potest contingere vt appetitus temperati & mansueti vehementer moueatur contra bonum rationis, sicut in naturalibus cōtingit mōstrum fieri. Sed quoniam doctrina moralis de his est quę sunt vt in plurib⁹: & continentia ac incontinentia, temperantia, & mansuetudo, & vniuersaliter virtutes secūdum ea quæ vt in pluribus inueniuntur, pensantur: ideo de possibili morali loquēdo, dicēdum est, quòd nō potest insurgere apud tēperatum & mansuetum motus passionis commouentis voluntatem, qui pertineat ad continentiā vel incontinentiam.

QVÆSTIO CENTESIMA quadragesimaquarta, de Partibus temperantiæ in speciali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de partibus temperantiæ in speciali. Et primò, de partibus quasi integralibus, quæ sunt verecundia & honestas.

¶Circa verecundiam autem quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrū verecundia sit virtus. ¶Secundo, de quibus sit verecundia. ¶Tertio, à quibus homo verecundatur. Quarto, quorum sit verecundari.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum verecundia sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd verecundia sit virtus. Esse enim in medio secundum determinationem rationis, est proprium virtutis, vt patet ex diffinitione virtutis, quæ ponitur in 2. Ethic*. sed verecundia cōsistit in tali medio, vt patet per Philoso. ibidem*: ergo verecundia est virtus.

¶2 Præt. Omne laudabile vel est virtus, vel ad virtutem pertinet, sed verecundia est quoddam laudabile: non est autē pars alicuius virtutis. Non enim est pars prudentiæ, quia non est in ratione, sed in appetitu: neque etiam est pars iustitiæ, quia verecundia passionem quandam importat: iustitia autem non est circa passiones. Similiter nō est pars fortitudinis, quia ad fortitudinem pertinet persistere & aggredi: ad verecundiam autē, refugere aliquid. Neque etiam est pars temperantiæ: quia temperantia est circa concupiscentias, verecundia autem est timor quidam, vt patet per Philos. in 4. Ethicorum*, & per Damasce. in 2. lib*. Relinquitur ergo quòd verecundia sit virtus.

¶3 Præterea, Honestum cum virtute cōuertitur, vt patet per Tullium in primo de offic*. Sed verecundia est quædam pars honestatis. Dicit enim Ambros. in 1. de Offi*. quòd verecundia est socia ac familiaris mentis placiditati, proteruiā fugitans, ab omni luxu aliena, sobrietatē diligit, & honestatem fouet, & decorem requirit. ergo verecundia est virtus.

¶4 Præterea, Omne vitium opponitur alicui virtuti: sed quædam vitia opponūtur verecundiæ, scilicet inuerecūdia & inordinatus stupor: ergo verecundia est virtus.

¶5 Præterea, Ex actibus similes habitus generantur, vt dicitur in 2. Ethico*. sed verecundia importat actum laudabilem: ergo ex multis talibus actibus causatur habitus. Sed habitus laudabilium operum est virtus, vt patet per Philosophū in primo Ethico*. ergo verecundia est virtus.

¶SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2*. & 4*. Ethico. verecundiam non esse virtutem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd virtus dupliciter accipitur, propriè scilicet & communiter. Propriè quidem virtus perfectio quædā est, vt dicitur in 7. Physic*. Et ideo omne illud, quod repugnat perfectioni, etiam si sit bonum, deficit à ratione virtutis. Verecundia autē repugnat perfectioni. Est enim timor alicuius turpis, quod scilicet est exprobrabile. Vnde Damascenus dicit*, quòd verecūdia est timor de turpi actu. Sicut autem spes est de bono possibili & arduo, ita etiam timor est de malo possibili & arduo, vt suprà habitum est*, cùm de passionibus ageretur. Ille autem qui est perfectus secundum habitum virtutis, non apprehēdit aliquid exprobrabile & turpe ad faciendum, vt possibile & arduū, id est, difficile ad vitandum: neque etiam actu facit aliquid turpe, vnde opprobriū timeat. Vnde verecundia, propriè loquēdo non est virtus: Deficit enim à perfectione virtutis. Communiter autem dicitur virtus omne quod est bonū & laudabile in humanis actibus vel passionibus. Et secundum hoc, quandoque verecundia dicitur virtus, cùm sit quædam laudabilis passio.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ esse in medio non sufficit ad rationem virtutis, quamuis sit vna particula posita in virtutis diffinitione. Sed requiritur vlterius quòd sit habitus electiuus, id est, ex electione operans. Verecundia autem nō nominat habitum, sed passionē: neque motus eius est ex electiōe, sed ex impetu quodam passionis. Vnde deficit à ratione virtutis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dictum est*, verecundia est timor turpitudinis & exprobrationis. Dictum est autem suprà*, quòd vitium intemperantię est turpissimum & maximè exprobrabile. Et ideo verecundia principalius pertinet ad temperantiam quàm ad aliquam aliam virtutem, ratione motiui, quod est turpe: non autem secundū speciem passionis, quæ est timor. Secundū tamen quòd vitia aliis virtutibus opposita sunt turpia & exprobrabilia, potest etiam verecundia ad alias virtutes pertinere.

¶Ad tertium dicendum, quòd verecundia fouet honestatem, remouendo ea quæ sunt honestati contraria, non ita ꝙ pertingat ad perfectam rationem honestatis.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ quilibet defectus causat vitium, non autem quodlibet bonum sufficit ad rationem virtutis. Et ideo non oportet quòd omne illud cui directè opponitur vitium, sit virtus, quamuis omne vitium opponatur alicui virtuti secundum suam originem. Et sic inuerecundia, inquantum prouenit ex nimio amore turpitudinum, opponitur temperantiæ.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ ex multoties verecūdari causatur habitus virtutis acquisitæ, per quam aliquis turpia vitet, de quibus est verecundia. Non autem vt aliquis vlterius verecundetur. Sed ex illo habitu virtutis acquisitæ sic se habet aliquis, quòd magis verecundaretur si materia verecundiæ adesset.

Margin references: 3 dist. 23. q.1. art 3. q.2. ad 2. & 4. dis. 14. q. ar. 1. q. 2. ad 5. & veri. q. 26. art. 6. & 4. Ethi. lect. 17. prin. *cap. 6. *cap. 7. — cap. vlt. * cap. 5. — Ca. de temperantia. *cap. 42. — cap. 1. — lib 2. ca. 5. 6. & 7. * cap. 7. * cap. vlt. — Tex. 17. et 18. — li. 2. ca. 15. — 1.2. q 40. ar. 1. & q. 42. art. 3. & q. 41. ar. 2. — In cor ar. — Q. 142. art. 4.

¶ Super Quæstionis centesimæ quadragesimæquartæ Articulum primum.

IN articulo primo quæstionis centesimæquadragesimæquartæ, dubiū occurrit ad hominem circa rationem, quare verecundia nō sit virtus: quoniam si ratio allata in litera valet, sequitur quòd pœnitentia nō erit virtus. Quoniam sicut non conuenit viro prædito virtute committere aut timere turpe & exprobrabile: ita non conuenit eidem committere crimē, quod est materia pœnitentiæ. Et si commisisse peccatū sufficit ad virtutem pœnitentię, sufficere quoque debet commisisse turpe ad virtutem verecundiæ.

¶Ad hoc respondet Autor inferius in quæstione cētesimaoctuagesimaquīta tertiæ partis, vbi dicit non esse eandem rationē de pœnitentia & verecūdia: quia verecundia respicit turpe non solum vt præteritum, sed vt præsens: pœnitentia autem præteritum. Repugnat autem virtuoso habere turpe præsens, non autem habuisse: cum ex vitioso fiat quis virtuosus. Veruntamen cum his omnibus teneas pœnitentiā non esse virtutem nisi ex suppositione: quoniam non pertinet ad perfectionem hominis simpliciter, sed ex suppositione peccati, vt in vltimo ar. ibidē Autor docet. Et propterea in primo articulo ibidem dicit, magis de pœnitentia quàm de verecundia potest dici, quòd est virtus propter dictam rationem. Notanter dixit ly magis, quia neutra est studiosi, nisi ex suppositione.

¶In responsione, ad tertiū eiusdem articuli aduerte distinctionem, quòd scilicet ex frequentatis laudabilibus actibus similibus generatur quandoq; habitus virtutis ad similes actus, sicut fabricando fabri simus: & quandoque generatur virtutis habitus non ad similes actus, sed ad effectus eorum. Ex multoties enim verecūdari, non causatur virtus verecundādi, sed virtus vitandi turpia, quod est effe-

ctus verecundiæ. Timens siquidem turpe, vitat illud: ratio autem diuersitatis est, quia actus quidam secundum suum genus spectant ad genus virtutis, vt operari iustum, &c. Quidam verò secundum se non attingunt ad virtutis genus, sed secundum suum effectum. Et propterea in illis ex operibus iustis fit iustitia: & ex operibus fortibus fortitudo. In istis autem ex operibus verecundiæ, nō verecundiæ virtus, sed temperantiæ virtus fit. Per hoc autem quòd negamus ex talibus operibus generari virtutem verecundiæ, intelligas quòd etiam negamus generari ex talibus habitualē quādam dispositionē ad verecundandum, quæ non est virtus. Ex frequentibus siquidem actibus verecundiæ assuefit pars sensitiua ad actus verecundiæ, sicut ex aliis consuetis proni sumus ad similia. Et intantum hoc videtur inueniri, vt etiam quandoque perfectos viros verecundos esse beati Bernardi vita testari videatur.

*4 dis. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. ad 5. Et vers. 9. 26. ar. 4. ad 7. & 6. ad 15. & Psal. 43. col. 6. & 4. Ethic. lect. 17. col. 4. *cap. vlt. Cap. 8.*

¶ Super Quæstionis centesimæ quadragesimæquartæ Articulum secundum.

Cap. 15. Lib. 4 de creatione hominis c. 14. 2. 2. q. 41. art. 2. & q. 42. art. 3.

IN arti. 2. eiusdem quæstio. collige materiam verecundiæ propriam esse vituperium, & consequenter actum vel defectum. Quoniam despicitur primò culpa, & apud homines defectus ignobilitatis, paupertatis, & huiusmodi. Vituperia autem propter virtutes non sunt materia verecundię, quæ est timor laudabilis, sed potius timoris vituperabilis, qui non significatur nomine Verecundiæ, vt patet 2. Ethico. vbi verecundia inter laudabilia computatur: Et hæc sufficiant pro sequentibus articulis.

Cap. 5. ¶Super

¶ Vtrum verecundia sit de turpi actu.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd verecundia non sit de turpi actu. Dicit enim Philo. in 4. Ethico*. ϕ verecundia est timor ingloriationis. Sed quandoque illi qui nil turpe operantur, ingloriationem sustinent, secundum illud Psal. 68. Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciē meam. ergo verecundia non est propriè de turpi actu.

¶2 Præt. Illa solùm uidentur esse turpia quæ habent rationem peccati: sed de quibusdam homo verecundatur quæ non sunt peccata, puta si aliquis exerceat seruilia opera. ergo videtur quòd verecundia non sit propriè de turpi actu.

¶3 Præt. Operationes virtutum non sunt turpes, sed pulcherrimæ, vt dicitur in 1. Ethico*. sed quandoque aliqui verecundantur aliqua opera virtutis facere, vt dicitur Luc. 9. Qui erubuerit me & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, &c. ergo verecundia non est de turpi actu.

¶4 Præterea, Si verecundia propriè esset de turpi actu, oporteret ϕ de magis turpibus homo magis verecundaretur: sed quandoque homo plus verecundatur de his quæ sunt minus peccata, cùm tamen de grauissimis quibusdam peccatis glorietur, secundum illud Psal. 51. Quid gloriaris in malitia? Ergo verecundia non propriè est de turpi actu.

¶SED CONTRA est, quod Damas. dicit in 2. lib*. & Gre. Nyssenus* ϕ verecundia est timor in turpi actu vel in turpi perpetrato.

¶RESPONDEO dicēdum, quòd, sicut suprà dictum est* cùm de passione timoris ageretur, timor propriè est de malo arduo, quod scilicet difficile vitatur. Est autē duplex turpitudo. Vna quidem vitiosa, quæ scilicet consistit in deformitate actus voluntarij. Et hæc propriè loquendo non habet rationem mali ardui. Quod enim in sola voluntate consistit, non videtur esse arduum & eleuatum super hominis potestatem. Et propter hoc non apprehenditur sub ratione terribilis. E propter hoc Philosophus dicit in 2. Rheto*. quòd horum malorum non est timor. Alia autem est turpitudo quasi pœnalis, quæ quidem consistit in vituperatione alicuius: sicut quædam claritas gloriæ consistit in honoratione alicuius. Et quia huiusmodi vitupetium habet rationem mali ardui, sicut honor habet rationem boni ardui, verecundia quæ est timor turpitudinis, primò & principaliter respicit vituperium seu opprobrium. Et quia vituperiū propriè debetur vitio, sicut honor virtuti: ideo etiam ex consequenti, verecundia respicit turpitudinem vitiosam. Vnde, sicut Philosophus dicit in 2. Rheto*. minus homo verecundatur de defectibus qui non ex eius culpa proueniunt. Respicit autem verecundia culpam dupliciter. Vno modo vt aliquis desinat vitiosa agere propter timorem vituperij. Alio modo, vt homo in turpibus quæ agit, vitet conspectus publicos propter timorem vituperij: quorum primum secundum Gregorium Nyssenum*, pertinet ad erubescentiam: secundum, ad verecundiam. Vnde ipse dicit, quòd qui verecundatur, occultat se in his quæ agit: qui verò erubescit, timet incidere in ingloriationem.

Cap. 6.

Loco cita to.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verecundia respicit propriè ingloriationem secundum quod debetur culpę: quæ est defectus voluntarius. Vnde Philosophus dicit in secundo Rhetoricæ*, quòd omnia illa homo magis verecundatur, quorum ipse est causa. Opprobria autem quæ inferuntur alicui propter virtutem, virtuosus quidem contemnit: quia indignè sibi irrogantur: sicut de magnanimis Philosophus dicit in quarto Ethi*. & de Apostolis dicitur Actuum quinto, ϕ ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Ex imperfectione autē virtutis contingit ϕ aliquis verecundetur de opprobriis, quæ sibi inferuntur propter virtutem: quia quanto est aliquis magis virtuosus, tanto magis contemnit exteriora bona vel mala. Vnde dicitur Isa. 51. Noli timere opprobrium hominum.

Cap. 5.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut honor (vt suprà* habitum est) quamuis non debeatur verè nisi soli virtuti, respicit tamen quandam excellentiam: ita etiam vituperium quamuis debeatur propriè soli culpæ, respicit tamen ad minus secundum opinionem hominum, quemcunque defectum. Et ideo de paupertate & ignobilitate, & seruitute, & aliis huiusmodi, aliquis verecundatur.

Q. 63. art. 3.

¶Ad tertium dicendum, quòd de operibus virtuosis in se consideratis, non est verecundia. Contingit tamen per accidens quòd aliquis de his verecundetur, vel inquantum habentur vt vitiosa secundum hominum opinionem, vel inquantum homo refugit in operibus virtutis notam de præsumptione, aut etiam de simulatione.

¶Ad quartum dicendum, quòd quandoque contingit aliqua grauiora peccata minus esse verecundabilia: vel quia minus habent de ratione turpitudinis, sicut peccata spiritualia quàm carnalia: vel quia in quodam excessu temporalis boni se habēt sicut magis verecundatur homo de timiditate quàm de audacia, & de furto quàm de rapina, propter quandā speciem potestatis. Et simile est in aliis.

¶ Vtrum homo magis verecundetur à personis coniunctis magis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd homo non magis verecundetur à personis magis coniunctis. Dicitur enim in 2. Rhet*. quòd homines magis erubescunt ab illis à quibus volunt in admiratione haberi. sed hoc maximè appetit homo à melioribus, qui quandoq; non sunt magis cōiuncti: ergo homo non magis erubescit de magis coniunctis.

Cap. 6.

¶2 Præterea, illi videntur esse magis coniuncti, qui sunt similium operum: sed homo non erubescit de suo peccato ab his quos scit simili peccato subiacere: quia sicut dicitur in 2. Rheto*. quę quis ipse facit, hæc proximis non vetat. Ergo homo nō magis verecundatur à maximè coniunctis.

Ex ca. 6.

¶3 Præt. Philosophus dicit in 2. Rheto*. quòd homo magis verecūdatur ab his, qui propalāt multis quæ sciunt, sicut sunt irrisores, & fabularum fictores, sed illi qui sunt magis coniuncti, non solent vitia propalare. Ergo ab eis non maximè est verecundandum.

Cap. 6.

¶4 Præt. Philosophus ibidem dicit, quòd homines maximè verecūdantur ab eis inter quos in nullo defecerunt, & ab eis à quibus primo aliquid postulant, & quorum nunc primo volunt esse amici. Huiusmodi autem sunt minus coniuncti. Ergo non magis verecundatur homo de magis coniunctis.

¶SED CONTRA est illud, quod dicitur in 2. Rheto.* ϕ eos, qui semper aderunt, homines magis erubescunt.

Cap. 6.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm vituperiū honori opponatur, sicut honor importat testimonium quoddam de excellentia alicuius, & præcipuè quæ est secundum virtutem: ita etiam opprobrium, cuius timor est verecūdia, importat testimoniū de defectu alicuius, & præcipuè secūdū aliquā culpam. Et ideo quanto testimoniū alicuius reputatur maioris ponderis, tanto ab eo aliquis magis verecūdatur. Potest autē testimoniū aliquod maioris ponderis reputari, vel propter eius certitudinem veritatis, vel propter effectū. Certitudo autem veritatis adest testimonio alicuius propter duo. Vno quidē modo, propter rectitudinem iudicij: sicut patet de sapientibus & virtuosis, à quibus homo magis desiderat honorari, & magis verecūdatur. Vnde à pueris & bestiis nullus verecūdatur propter defectū recti iudicij, qui est in eis. Alio modo propter cognitionem eorū de quibus est testimoniū, quia vnusquisq; bene iudicat quæ cognoscit. Et sic magis verecundamur à personis coniunctis, q̄ facta nostra magis considerant. A peregrinis aūt & omnino ignotis, ad quos facta nostra nō perueniūt, nullo mō verecūdamur. Ex effectu aūt est aliquod testimoniū magni pōderis, propter iuuamentū & nocumentū ab eo prouenięs. Et ideo magis desiderant hoīes honorari ab his, qui possūt eos iuuare: & magis verecundantur ab his, qui possunt nocere. Et inde ēt est, ϕ quantū ad aliquid, magis verecūdamur à personis coniūctis, cū quib⁹ semper sumus cōuersaturi, quasi ex hoc nobis perpetuum proueniat detrimentum. Quod autem pro

uenit

uenit à peregrinis & transeuntibus, quasi citò pertransit.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ϕ similis ratio est, propter quam verecundamur de melioribus & magis coniunctis: quia sicut meliorum testimonium reputatur magis efficax ϕ propter vniuersalem cognitionem, quam habent de rebus, & immutabilem sententiam à veritate: ita etiam familiarium personarum testimonium videtur magis efficax propter hoc, quia magis cognoscunt particularia, quæ circa nos sunt.

¶Ad secūdum dicendum, ϕ testimonium eorum, qui sunt nobis coniuncti in similitudine peccati, non reformidamus: quia non æstimamus quòd defectum nostrum apprehendant, vt aliquid turpe.

¶Ad tertium dicendum, quòd à propalantibus verecundamur propter nocumentum inde prouenięns: quod est diffamatio apud multos.

¶Ad quartum dicendum, quòd etiam ab illis, inter quos nihil mali fecimus, magis verecundamur propter nocumentum sequens: quia scilicet per hoc amittimus bonam opinionem, quā de nobis habebant: & etiam quia contraria iuxta se posita maiora videntur. Vnde cùm aliquis subito de aliquo, quem bonū æstimauit, aliquid turpe percipit, apprehendit hoc vt turpius. Ab istis autem à quibus aliquid de nouo postulamus, vel quorū nunc primò volumus esse amici, magis verecundamur propter nocumentum inde prouenięns: quod est impedimentum implendæ petitionis, & amicitiæ consummandæ.

¶ Vtrum etiam in virtuosis hominibus ponsit esse verecundia.

Psal. 43. & 4. Ethic. lect. 17.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd etiam in virtuosis hominibus ponsit esse verecundia. Cōtrariorum enim contrarij sunt effectus: sed illi qui sunt superabundantis malitiæ non verecundantur, secundum illud Iere. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, nesciisti erubescere. Ergo illi, qui sunt virtuosi, magis verecundantur.

Cap. 6.

¶2 Præt. Philo. dicit in 2. Rhetor.* quòd hoīes non solū erubescunt vitia, sed etiam signa vitiorum, quæ quidem contingit etiam esse in virtuosis: ergo in virtuosis potest esse verecūdia.

¶3 Præterea, Verecundia est timor ingloriationis, sed contingit aliquos virtuosos ingloriosos esse: puta, si falsè diffamentur vel etiam indignè opprobria patiantur, ergo verecundia potest esse in homine virtuoso.

Q. præc.

¶4 Præt. Verecundia est pars temperantiæ, vt dictum est*. Pars autem non separatur à toto. Cùm ergo temperantia sit in homine virtuoso, videtur quòd etiam verecundia.

Cap. vlt.

¶SED CONTRA est, quod Philos. dicit in 4. Ethic*. ϕ verecundia non est hominis studiosi.

Artic. 1. & 2.

¶RESPONDEO dicendum, quòd, sicut dictum est*, verecundia est timor alicuius turpitudinis. Quòd autem aliquod malum timeatur, potest propter duplicem rationem contingere. Vno modo, quia non æstimatur vt malum. Alio modo, quia non æstimatur vt possibile, vel vt difficile vitari. Et secūdum hoc verecundia deficit in aliquo dupliciter. Vno modo, quia ea quę sunt erubescibilia, non apprehenduntur vt turpia. Et hoc modo carent verecundia homines in peccatis profundati, quibus sua peccata non displicent, sed magis de eis gloriantur. Alio modo, quia non apprehendunt turpitudinem vt possibilem sibi, vel quasi non facile vitabilem. Et hoc modo senes & virtuosi verecundia carent. Sunt tamen sic dispositi, vt si in eis esset aliquid turpe, de hoc verecundarentur. Vnde

Cap. vlt.

Philos. dicit in 4. Ethic*. quòd verecundia est ex suppositione studiosi.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd defectus verecundiæ contingit in pessimis & optimis viris ex diuersis causis, vt

In corp. art.

dictum est*. Inuenitur autem in his qui mediocriter se habent secundum quod est in eis aliquid de amore boni, & tamen nō sunt totaliter immunes à malo.

¶Ad secundum dicendum, quòd ad virtuosum pertinet non solum vitia vitare, sed etiam ea quæ habent speciem vitiorum, secundum illud primæ ad Thess. 5. Ab omni specie mala abstinete vos. Et Philos. dicit in 4. Ethi*. quòd vitanda sunt virtuoso tam ea quæ sunt mala secundum veritatem, quàm ea quæ sunt mala secundum opinionem.

cap. vlt.

¶Ad tertium dicendum, quòd infamationes & opprobria virtuosus, vt dictum est*, contemnit: quasi ea quibus ipse non est dignus. Et ideo etiam nec de his multum verecundatur. Est tamen aliquis motus verecundiæ præueniens rationem sicut & cæterarum passionum.

Artic. 2. ad 1.

¶Ad quartum dicendum, quòd verecūdia non est pars temperantiæ quasi intrans essentiam eius, sed quasi dispositiuè se habens ad ipsam. Vnde Ambrosius dicit in lib. de offi*. quòd verecundia iacit prima temperantiæ fundamenta, inquātum scilicet incurrit horrorem turpitudinis.

QVÆSTIO CENTESIMA quadragesimaquinta, de Honestate, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de honestate.

¶Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶Primo, quomodo honestum se habeat ad virtutem.

¶Secundo, quomodo se habeat ad decorem.

¶Tertio, quomodo se habeat ad vtile & delectabile. Quarto, vtrum honestas sit pars temperantiæ.

¶ Vtrum honestum sit idem virtuti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd honestum nō sit idem virtuti. Dicit enim Tullius in sua Rheto*. honestum esse quod propter se appetitur. Virtus autem nō appetitur propter se ipsam, sed propter felicitatē. Dicit enim Philoso. in 1. Ethico*. quòd felicitas est præmium virtutis & finis. ergo honestum non est idem virtuti.

*Infrà ar. vtili quàm cum delecta- 2. cor. & bili, particulariter tamen ad 3. & non vniuersaliter vtro art 3 cor. que sumpto, quia scilicet *lib. 2. de omne honestum est ali- *inuē. fi.* quod vtile, & aliquod de- 4. *ante fi.* lectabile.*

¶ Super *Cap. 9.*

¶2 Præt. Secundum Isidor*. honestas dicitur quasi honoris status: sed multis aliis debetur honor quàm virtuti. Nam virtuti proprie debetur laus, vt dicitur in primo Ethi.* Ergo honestas non est idem virtuti.

li. 10. Ety. Cap. 8. Cap. 12.

¶3 Præterea, principale virtutis consistit in interiori electione, vt Philosophus dicit in 8. Ethic*. honestas autem magis videtur ad exteriorem conuersationem pertinere, secundum illud primæ ad Corint. 14. Omnia honestè & secundum ordinē fiant in vobis. Ergo honestas non est idem virtuti.

Cap. 13.

¶4 Præterea, Honestas videtur consistere in exterioribus diuitiis, secundum illud Eccles. 11. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas vtraque à Deo sunt. Sed in exterioribus diuitiis non consistit virtus: ergo honestas non est idem virtuti.

¶SED CONTRA est illud, quod Tullius dicit in primo de Officiis*, & in secundo Rhetor. diuidens honestum in quatuor principales virtutes, in quas etiam diuiditur virtus. Ergo honestum est idem virtuti.

Cap. de Quatuor virtutib.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Isidor*. dicit, honestas dicitur quasi honoris status. Vnde ex hoc videtur aliquid dici honestum, quod est honore dignum. Honor autem, vt suprà dictum est,* excellentiæ debetur. Excellentia autem hominis maximè consideratur, secundum virtutem, quæ est dispositio perfecti, vt dicitur in septimo Physico*. Et ideo honestum, propriè loquendo, in idem refertur cum virtute.

Loco cita to in arg. 2.

** q. præ. ar. 2. ad 2. *Tex. 17. & 18.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in primo Ethic.* eorum quæ propter se appetuntur, quædam appetuntur solum propter se, & nunquam propter aliud, sicut felicitas quæ est vltimus finis. Quædam verò appetuntur & propter se, inquantum habent in seipsis aliquam rationem bonitatis, etiam si nihil aliud boni per ea nobis acideret: & tamen sunt appetibilia propter aliud, inquantum scilicet perducunt nos in aliquod bonum perfectius. Et hoc modo virtutes sunt propter se appetendæ. Vnde Tullius dicit in 2. Rhe. quòd quiddam est quod sua vi nos allicit, & sua dignitate trahit, vt virtus, veritas, scientia, Et hoc sufficit ad rationem honesti.

**cap. 7.*

¶Ad secundum dicendum, quòd eorum quæ honorantur præter virtutem, aliquid est virtute excellentius, scilicet Deus & beatitudo. Et huiusmodi non sunt nobis per experientiam nota, sicut virtutes, secundum quas quotidie operamur, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo virtus magis sibi vendicat nomen Honesti. Alia verò quę sunt infra virtutem, honorantur inquantum coadiuuant ad opera virtutis: sicut nobilitas, potentia, & diuitiæ. Vt enim Philosophus dicit in 4. Ethi*. huiusmodi honorantur à quibusdã, sed secundum veritatem solus bonus est honorandus. Bonus autem est aliquis secundum virtutem. Et ideo virtuti quidem debetur laus, secundum quòd est appetibilis propter aliud. Honor autem, prout est appetibilis propter seipsum. Et secundum hoc habet rationem honesti.

Cap.3.

In cor.ar. ¶Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum est*, honestum importat debitum honoris. Honor autem est contestatio quædã de excellẽtia alicuius, vt suprà dictum est*. Testimonium autem non profertur nisi de rebus notis. Interior autem electio non innotescit homini nisi per exteriores actus. Et ideo exterior conseruatio habet rationem honesti, secundum quòd est demonstratiua interioris rectitudinis. Et propter hoc radicaliter honestas consistit in interiori electione, significatiuè autẽ in exteriori conuersatione.

Q.103.ar tuc.1.

¶Ad quartum dicendum, quòd quia secundum vulgarem opinionem excellentia diuitiarum facit hominem dignum honore, inde est quòd quandoque nomen Honestatis ad exteriorẽ prosperitatem transfertur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum honestum sit idem quod decorum.

Infra ar. 4.cor. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd honestum non sit idem quod decorum. Ratio enim honesti sumitur ex appetitu. Nam honestum est quod per se appetitur: sed decorum magis respicit conspectum cui placet: ergo decorum non est idem quod honestum.

¶2 Præterea, Decor quandam claritatem requirit, quæ pertinet ad rationem gloriæ: honestum autem respicit honorem. Cùm ergo honor & gloria differant, vt suprà dictum est*, videtur quod etiam honestum differat à decoro.

Q.103.ar tuc. 13. ad 3.

¶3 Præt. Honestum est idem virtuti, vt suprà dictũ est*: sed aliquis decor contrariatur virtuti: vnde dicitur Ezech. 16. Habes fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo: ergo honestum non est idem decoro.

Ar.prec.

¶SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Corin. 12. Quæ inhonesta sunt nostra, abũdantiorem honestatem habent. Honesta autem nostra nullius egent. Vocat autem ibi inhonesta membra turpia, honesta autem membra pulchra. Ergo honestum & decorum idem esse videntur.

par.1.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut accipi potest ex verbis Diony*. 4. c. de Diui. nomi. ad rationẽ pulchri siue decori concurrit & claritas & debita proportio. Dicit enim ꝙ Deus dicitur pulcher, sicut vniuersorum consonantiæ & claritatis causa. Vnde pulchritudo corporis in hoc consistit, quòd homo habeat membra corporis bene proportionata cum quadam debiti coloris claritate. Et similiter pulchritudo spiritualis in hoc consistit quòd conuersatio hominis, siue actio eius, sit bene proportionata secundum spiritualem rationis claritatem. Hoc autem pertinet ad rationem honesti, quod dixi-

Ar.prec. mus* idem esse virtuti, quæ secundum rationem moderatur omnes res humanas. Et ideo honestum est idem spirituali decori. Vnde Aug. dicit in lib. 83*. quæst. Honestatem voco intelligibilem pulchritudinem, quam spiritualem nos propriè dicimus. Et postea subdit, quòd multa sunt pulchra visibilia, quæ minus propriè honesta appellantur.

Quæst.30.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd obiectum mouens appetitum est bonum apprehensum. Quòd autem ipsa apprehensione apparet decorum, accipitur vt conueniens & bonum. Et ideo dicit Diony. 4. c. de Diui. nom*. quod omnibus est pulchrum & bonum amabile. Vnde & ipsum honestum secũdum quod habet spirituale decorem, appetibile redditur. Vnde & Tullius dicit in primo de Officiis, Formam ipsam & tãquam faciem honesti vides: quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores, vt ait Plato, excitaret sapientiæ.

par. 1. cit ea pri. ip.

Q.103.ar 3.ad 3. ¶Ad secũdum dicendum, quòd, sicut suprà dictum est*, gloria est effectus honoris. Ex hoc enim quòd aliquis honoratur vel laudatur, redditur clarus in oculis aliorum. Et ideo sicut idem est honorificum & gloriosum, ita etiam idem est honestum & decorum.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd obiectio illa procedit de pulchritudine corporali. Quamuis possit dici quòd etiam propter pulchritudinem spiritualem aliquis spiritualiter fornicatur, inquantum de ipsa honestate superbit: secundum illud Ezech. 28. Eleuatum est cor tuũ in decore tuo: Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum honestum differat ab vtili & delectabili.

1.q.5.ar.6 AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd honestũ non differat ab vtili & delectabili. Dicitur enim honestũ quod propter se appetitur: sed delectatio propter se appetitur. Ridiculum enim videtur quærere propter quid aliquis velit delectari, vt Philosophus dicit in lib. 10. Ethi.* ergo honestum non differt à delectabili. *Cap.2.*

¶2 Præterea, Diuitiæ sub bono vtili continentur. Dicit enim Tullius in secundo Rhetor*. Est aliquid non propter suam vim & naturam, sed propter fructum & vtilitatem appetendum: quod pecunia est. Sed diuitiæ habent rationem honestatis. Dicitur enim Eccle. 11. Paupertas & honestas, id est, diuitię, à Deo sunt. Et 13. capit. Pondus super se tollit qui honestiori, id est, ditiori se communicat. Ergo honestum non differt ab vtili. *Deinuẽt. fol.4.ante fi libri.*

¶3 Præt. Tullius probat in lib. de Officiis*, quòd nihil potest esse vtile quod non sit honestum. Et hoc idem habetur per Amb. in lib. de Officiis*. Ergo vtile non differt ab honesto. *lib.2.c.2. lib.2.c.6.*

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. 83. q*. Honestum dicitur, quod propter seipsum appetendum est. Vtile autem, quod ad aliquid aliud referendum est. *Q.30.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd honestum concurrit in idem subiecto cum vtili & delectabili, à quibus tamen differt ratione. Dicitur enim aliquid honestum, sicut dictũ est*, inquantum habet quendam decorem ex ordinatione rationis. Hoc autem quod est secundum rationem ordinatum, est naturaliter conueniens homini. Vnumquodque autem naturaliter delectatur in suo conuenienti. Et ideo honestum est naturaliter homini delectabile, sicut de operatione virtutis Philosophus probat in primo Ethic*. Non tamen omne delectabile est honestum: quia potest etiam aliquod conueniens esse secundum sensum, & non secundum rationem. Sed hoc delectabile est præter hominis rationem, quæ perficit naturam ipsius. Ipsa etiam virtus, quæ secundum se honesta est, refertur ad aliud sicut ad finem, scilicet ad felicitatem. Et secundũ hoc idem subiecto est honestum & vtile & delectabile, sed ratione differunt. Nam honestũ dicitur secundum quod aliquid habet quandam excellentiam dignam honore propter spiritualem pulchritudinem: delectabile autem inquantũ quietat appetitũ: vtile autem inquantũ refertur ad aliud. In pluribus tamen est delectabile, quàm vtile & honestũ: quia omne vtile & honestũ est aliqualiter delectabile, sed non conuertitur, vt dicitur in secundo Ethic*. *Ar.prec. Cap.8. Cap.3.*

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd honestũ dicitur quod propter se appetitur appetitu rationali, qui tendit in id, quod est conueniens rationi. Delectabile autem propter se appetitur appetitu sensitiuo.

¶Ad secundum dicendũ, quòd diuitiæ vocantur nomine Honestatis secũdũ opinionem multorũ, qui diuitas honorãt: vel inquantũ ordinantur organicè ad actus virtutũ, vt dictum est*. *Ar.2. ad 2.*

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ intentio Tullij & Ambrosij est dicere, ꝙ nihil potest esse simpliciter & verè vtile, quod repugnat honestati: quia oportet ꝙ repugnet vltimo fini hominis, quod est bonũ secũdũ rationem. Quamuis possit esse vtile secũdũ quid, respectu alicuius finis particularis. Nõ aũt intendũt dicere, ꝙ omne vtile in se consideratũ, pertingat ad rationem honesti.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum honestas debeat poni pars temperantiæ.

Supra qũ. 143. & in cũ his notatis. Libr.2 de inuẽt. fol. 3. ante fin. libri. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ honestas non debeat poni pars temperantiæ. Non enim est possibile ꝙ idem respectu eiusdem sit pars & totũ, sed temperantia est pars honesti, vt Tullius dicit in 2. Rhet*. Ergo honestas nõ est pars temperantiæ.

¶2 Præt. Secundo Esdræ cap. 3. dicitur, ꝙ vinũ præcordia facit honestã: sed vsus vini præcipue superfluus, de quo ibi loqui videtur, magis pertinet ad intemperantiam quàm ad temperantiam: ergo honestas non est pars temperantiæ.

¶3 Præt. Honestũ dicitur, quod est honore dignũ: sed iusti & fortes maximè honorãtur, vt dicit Philosophus in 1. Rhet*. Ergo honestas nõ pertinet ad temperantiam, sed magis ad iustitiã vel fortitudinem. Vnde & Eleazarus dixit, vt dicitur 2. Machab. 6. Fortiter pro grauissimis legibus honesta morte perfungar. *Cap 9.*

¶SED CONTRA est, ꝙ Macrobius* honestatem ponit partem temperantiæ. Ambros. etiam in primo de Offic*. temperantiæ specialiter honestatem attribuit, *libr.1 in som. Scip. paulo ante te med. * cap.43.*

RESP.

Art.2. ¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, honestas est quædam spiritualis pulchritudo. Pulchro autem opponitur turpe. Opposita autem maximè se inuicem manifestant. Et ideo ad temperantiam specialiter honestas pertinere videtur: quæ id quod est homini turpissimum & indecentissimum repellit, scilicet brutales voluptates. Vnde & ipso nomine Temperantiæ maximè intelligitur bonum rationis, cuius est moderari & temperare concupiscentias prauas. Sic ergo honestas d, prout speciali quadam ratione temperantiæ attribuitur, ponitur pars eius non quidem subiectiua, vel sicut virtus adiuncta, sed pars integralis ipsius, sicut quædam eius conditio.

D.389.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd temperantia ponitur pars subiectiua honesti, prout sumitur in sua communitate. Sic autem non ponitur temperantiæ pars.

¶Ad secundũ dicendum, quòd vinum in ebriis facit præcordia honesta secundum eorum reputationem, quia videtur eis quòd sint magni & honorandi.

¶Ad tertium dicendum, quòd iustitiæ & fortitudini debetur maior honor quàm temperantiæ, propter maioris boni excellentiam, sed temperantiæ debetur maior honor propter cohibitionem vitiorum magis exprobrabiliũ, vt ex dictis patet*. Et sic honestas magis attribuitur temperãtiæ secundum regulam Apostoli, primæ ad Corint. 12. quòd inhonesta nostra maiorem habent honestatem, s. remouentem quod inhonestum est.

Incor. ar.

QVÆSTIO CENTESIMAQVADRAGESIMASEXTA, de Abstinentia, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de partibus subiectiuis temperantiæ. Et primò, de iis quæ sunt circa delectationes ciborum. ¶Secundò de iis, quæ sunt circa delectationes venereorum. ¶Circa primum considerandum est de abstinentia, quæ est circa cibos & potus: & de sobrietate, quæ est specialiter circa potum.

¶Circa abstinentiam autem considerandi sunt tria. ¶Primò, de ipsa abstinentia. ¶Secundò, de actu eius, qui est ieiunium. ¶Tertiò de opposito vitio, quod est gula. Circa abstinentiam autem quæruntur duo. ¶Primò, vtrum abstinentia sit virtus. ¶Secundò, vtrum sit virtus specialis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum abstinentia sit virtus.

Supra qũ. 143. corp. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd abstinẽtia non sit virtus. Dicit enim Apostolus primæ ad Corin. 14. Non est regnum Dei in sermone, sed in virtute. In abstinentia autẽ non consistit regnum Dei. Dicit enim Apostolus ad Rom. 14. Non est regnum Dei esca & potus. Vbi dicit gloss.* nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam. ergo abstinentia non est virtus.

Et Aug. li. 2. qua. Euang. c. 11.

Cap.31. ¶2 Præterea, Aug. dicit in 10. Confessio.* ad Deum loquens, Hoc me docuisti, vt quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed medicamenta moderari non pertinet ad virtutem, sed ad artem medicinę: ergo pari ratione moderari alimenta, quod pertinet ad abstinentiam, non est actus virtutis, sed artis.

Cap.6. ¶3 Præterea, Omnis virtus in medio consistit, vt habetur in secundo Ethic*. abstinentia autem non videtur in medio consistere, sed in defectu, cum ex subtractione nominetur. Ergo abstinentia non est virtus.

Par.3.ca. 20. ¶4 Præterea, Nulla virtus excludit aliam. Sed abstinentia excludit patientiã. Dicit enim Greg. in Past*. quòd abstinentium mentes plerunque impatientia excutit à sinu tranquillitatis. Ibidem etiam dicit, quòd cogitationes abstinentium nonnunquam superbiæ culpa transfigit, & ita excludit humilitatem. ergo abstinentia non est virtus.

¶SED CONTRA est, quod dicitur 2. Petri primo. Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam: vbi abstinentia aliis virtutibus connumeratur. ergo abstinentia est virtus.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ abstinentia ex suo nomine importat subtractionem ciborum. Dupliciter ergo nomen abstinentiæ accipi potest. Vno modo, secundum quod absolutè ciborum subtractionem designat. Et hoc modo abstinentia non designat neque virtutem, neq; actum virtutis, sed quoddam indifferens. Alio modo potest accipi secundum quod est ratione regulata. Et tunc significat vel habitum virtutis, vel actum. Et hoc significatur in* præmissa autoritate Petri, vbi dicitur, in scientia esse abstinentiam ministrandam, vt s. homo à cibis abstineat prout oportet pro congruentia hominum, cum quibus viuit, & personæ suæ, & pro valetudinis suæ necessitate.

In arg. sed con tra.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vsus ciborũ & eorũ abstinentia secundum se considerata non pertinent ad regnum Dei. Dicit enim Apostolus primæ ad Corint. 1. Esca nos non commẽdat Deo. Neque enim si non manducaueri-mus, deficiemus: neque si manducaueri-mus, abundabimus, scilicet spiritualiter. Vtrunque autem horum secundũ quod fit rationabiliter ex fide & dilectione Dei, pertinet ad regnum Dei.

¶Ad secundum dicendum, quòd moderatio ciborum secundum quãtitatem & qualitatem pertinet ad artem medicinæ in cõparatione ad valetudinem corporis. Sed secundum interiores affectiones in comparatione ad bonũ rationis, pertinet ad abstinentiam. Vnde Augu. dicit in lib. de Quæst. Euãgelij*, Non interest omnino, scilicet ad virtutẽ, quid alimentorum, vel quantum quis accipiat: dummodo id faciat pro congruentia hominum cum quibus viuit, & personæ suæ, & pro valetudinis suæ necessitate. Sed quanta facilitate & seueritate animi his valeat cũ oportet, vel necesse est carere.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd ad temperantiã pertinet refrænare delectationes, quæ nimis animum ad se alliciunt: sicut ad fortitudinem pertinet firmare animũ cõtra timores, à bono rationis repellentes. Et ideo sicut laus fortitudinis consistit in quodam excessu, & ex hoc denominantur omnes partes fortitudinis, ita etiam laus temperantiæ consistit in quodam defectu: & ex hoc ipsa & omnes partes eius denominãtur. Vnde & abstinentia, quia est pars temperantię, denominatur à defectu: & tamen consistit in medio inquantum est secundũ rationem rectã.

¶Ad quartum dicendum, quòd illa vitia proueniunt ex abstinentia, prout non est secundum rationem rectam. Ratio enim recta facit abstinere sicut oportet, scilicet cum hilaritate mentis: & propter quod oportet, scilicet propter gloriam Dei, non propter gloriam suam.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum abstinentia sit specialis virtus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd abstinentia non sit specialis virtus. Omnis enim virtus secundum seipsam est laudabilis: sed abstinentia non est secundum se laudabilis. Dicit enim Gregorius in Pastorali*, quòd virtus abstinentiæ non nisi ex aliis virtutibus commendatur. Ergo abstinentia non est specialis virtus.

¶2 Præterea, Augustinus dicit de fide ad Petrũ* ꝙ abstinentia sanctorũ est à cibo & potu, non quia aliqua creatura Dei sit mala, sed pro sola corporis castigatione. Hoc autem pertinet ad castitatem, vt ex ipso nomine apparet. Ergo abstinẽtia nõ est virtus specialis à castitate distincta.

¶3 Præterea, Sicut homo debet esse contentus moderato cibo, ita & moderata veste, secundum illud primę ad Timoth. vltim. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. In moderatione autem vestium non est aliqua specialis virtus: ergo neque abstinentia, quæ est moderatiua alimentorum.

¶SED CONTRA est ꝙ Macr. ponit abstinentiã specialẽ partẽ tẽperantiæ.

¶ Super Quæstionis centesimæquadragesimæ sextæ Articulum primum.

IN artic. primo quæstionis centesimæquadragesimæsextæ ad secũdum, dubium occurrit circa distinctionem ibidem datam de moderatione ciborum secundum diuersa, & propter fines diuersos. Nã ad abstinentiam spectat totũ primũ membrũ, s. moderatio ciborum secundum quantitatem & qualitatem, vt patet ex speciebus gulæ, quæ penes hæc distinguuntur. Et rursus ad abstinẽtiam spectat moderatio ciborum in ordine ad sanitatem corporis, vt patet in *Cap.11.* in tertio Ethic ab Aristotele: & patet etiam supẽrius in artic. sexto quæstionis 141.

¶Ad hoc dicitur, quòd distinctio Autoris in litera, intelligenda est vt in vtroque membro sit sermo de propria & principali materia moderaminis: & similiter de proprio & principali fine eiusdem. De his siquidem loquẽdo, patet primum membrorum non claudi sub secundo, sed ex opposito membro diuisionis distinguuntur. Nam moderatio respiciens quantitatem, aut qualitatem ciborum in ordine ad sanitatẽ corporis, vt proprium & principalem finem, non spectat ad temperãtiam sed medicinę artem. Sed moderatio concupiscẽtię tanti & talis cibi consoni, scilicet sanitati corporis, aut saltem non impeditiui illius, spectat ad temperantiam in ordine ad bonum rationis: ita quòd propria & principalis materia temperantiæ est concupiscentia. Quantitas autem & qualitas cibi sunt obiecta concupiscentiæ, ae per hoc materia remota tẽperantiæ. Finis autem proprius est bonum rationis: sub quo temperantia sanitatem corporis seruat, mediante naturali amore, quo nemo vnquam carnem suam odio habuit. *Part.3.c. 20. à medio.*

¶ Super Quæstionis centesimæquadragesimæsextæ Articulum secundum. *Cap.42.*

IN articulo secundo eiusdẽ centesimæquadragesimæ sextæ quæstionis duo occurrunt. Primum est in responsione ad primum articuli secundi, quòd responsio Autoris non solum dicit abstinentiam commendari ex 2. *paulo* aliis virtutibus, sed etiã non commendari, nisi adiunctam habeat laudem ex aliis virtutibus, *Lib. 2. in fom. Scipion. fil. ante me dium lib.*

vt autoritas Gregor. exposcit. Sumitur autem sensus iste ex eo quòd in responsione dicitur, quòd oportet virtutes esse connexas: ac per hoc abstinētiam non esse virtutem nisi connexa sit aliis, & consequenter non est laudabilis, nisi ex aliis commendetur: cum quo patet stare quòd habet propriam laudem sicut cæteræ virtutes morales, &c.

¶ Secundū est in respōsione ad tertium eiusdem articuli. Est siquidem in illa duplex dubium: vnum est, quia falsum videtur quòd vsus vestimentorum sit ab arte introductus: quoniam licet vestimenta fiant per artem, quòd vtamur tamē vestimento, à natura habemus: quæ nos indigentes vestimento produxit. Neque enim minus naturaliter homo est animal vestibile quàm politicum. [Q. 141. art. 3. & q. 136. art. 1.]

¶ Alterum est, quia dato quòd vsus vestimentorum esset ab arte, ex hoc non rectè infertur quòd circa ipsum non sit aliqua specialis virtus, & obiicit Martinus in prædicto tractatu, in quæstione prima de abstinentia: quia neque circa pecuniam & delectationes oppositas, neque circa magna ædificia, neque circa ludos multos, quorum vsus est ab arte, essent ponendæ speciales virtutes: quòd est falsum. ergo, &c. [1. 2. q. 65. art. 1.]

¶ Ad primum horum facile dicitur, quòd vsus vestimētorum est naturalis homini, secundum quòd est animal rationale, sicut esse politicū: sed non est naturalis eidem secūdum naturam sensitiuam, nisi inchoatiuè, pro quanto cōplexio corporis præparata est, vt vestimento melius conseruetur. Quòd autem non plus quàm sic naturalitatis habet, ab arte ponitur esse.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd verba Autoris possunt intelligi dupliciter. Primò, vt differentia in hoc quòd vsus cuiusque materiæ est à natura, vel ab arte, sit causa differentię in hoc, quòd in illa materia sit virtus specialis, vel non. Et hic sensus est acceptus ab Arguente, sed non est intentus ab Autore.

¶ Secundo modo potest intelligi quòd differentia dicta, s. à natura, vel arte, posita in talibus materiis, s. vsu alimentorum & vestimentorum, est causa quòd sit circa alimenta specialis virtus, & non circa vestimenta. Et hic sensus concedatur, quamuis etiam non habeatur plenè in litera: quoniam apponitur ly magis, dicendo, Et ideo magis debet esse virtus specialis circa alimenta quàm circa vestimenta. Directa siquidem intentio literæ est satisfacere argumento per hoc, quòd non est par ratio de vestimentis & alimentis ad specialem virtutem sibi vendicandum. Hoc enim soluit argumentum à sicut seu à similitudine: & imparitatem rationis ostendit per hoc, quòd vsus alimentorum est à natura, vestimentorum vero ab arte. [Suprà q. 146. art. 1. Et 4. di. 15. q. 3. art. 1. q. 2.]

¶ Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd dicendo vsus alimentorum, dico vsum necessariorum simpliciter ad vitam animalis. Et si suprà talium vsum adiungas quòd est à natura, habebis statim quòd natura in tali vsu apposuit aliquam maximam, ac propriam tali vsui delectationem: quoniam solicita circa necessaria (sic necessaria) sua valde est. Ac per hoc statim habes indigentiam specialis moderationis. Dicendo autem vsus vestimentorum, significo vsum rei non omnino, sed ad bene esse necessariæ. Et si super hoc apposueris, quòd talis rei vsus est ab arte, non habes aliquid speciale proprium retractiuum à bono rationis sicut ibi erat tam magna delectatio sensibilis. Potest enim talis rei vsus, qui est ab arte, concurrere cum aliqua alia materia ad eandem formam moderaminis subinducendam. Et ideo ex hac ratione optimè illatum est in litera, quòd potius debet poni specialis virtus circa vsum alimentorum moderandum, quàm vestimentorum. Et per hæc patet, quòd non oportet Martino aliter respondere, qui non contra literam, sic intellectam, sed primo tantum modo arguit: quamuis falsum dicat de tot speciebus virtutum, quas ponendas esse putat. Nec est verum, quòd aliqua virtus specialis sit circa pecuniam: quoniam tam liberalitas quàm magnificentia sine pecunia ex commutatione naturalium diuitiarū exerceri potest, vt patet. Similiter nulla specialis virtus moralis est circa magna ædificia, aut ludos artificiales, aut delectationes oppositas: sed hæc coincidunt cum similibus sibi materiis virtutū. Delectationes enim appositæ coordinantur cum naturalibus, & est circa eas abstinentia vel castitas. Ludi quoq; omnes ad eutrapeliam spectant. Magna ædificia sub magnis sumptibus comprehenduntur spectantibus ad magnificentiam. [Lib. 2. contra Iouinianum.]

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictū est*, virtus moralis cōseruat bonum rationis contra impetus passionū: & ideo vbi inuenitur specialis ratio, qua passio abstrahit à bono rationis, ibi necesse est esse specialem virtutem. Delectationes autem ciborum natę sunt abstrahere hominem à bono rationis, tū propter earum magnitudinē: tum etiam propter necessitatem ciborū, quibus homo indiget ad vitæ conseruationem, quam maximè homo desiderat. Et ideo abstinentia est specialis virtus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtutes oportet esse connexas, vt suprà dictum est*. Et ideo vna virtus adiuuatur & commendatur ex alia, sicut iustitia ex fortitudine. Et per hunc etiam modum virtus abstinentiæ commendatur ex aliis virtutibus.

¶ Ad secundū dicendum, quòd per abstinentiā corpus castigatur non solùm contra illecebras luxuriæ, sed etiam contra illecebras gulæ: quia dū homo abstinet, magis redditur fortis ad impugnationes gulæ vincendas: quæ tāto fortiores sunt, quanto magis homo eis cedit. Et tamen non prohibetur per hoc abstinētiam esse specialem virtutem, quòd ad castitatem valet, quia vna virtus ad aliam iuuat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vsus vestimētorum est introductus ab arte: vsus autem ciborum à natura. Et ideo magis debet esse virtus specialis circa moderationem ciborum, quàm circa moderationem vestimentorum.

QVÆSTIO CENTESIMA- quadragesimaseptima de Ieiunio, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est ieiunio.

¶ Et circa hoc quęruntur octo. ¶ Primò, vtrum ieiunium sit actus virtutis. ¶ Secundò, cuius virtutis sit actus. ¶ Tertiò, vtrum cadat sub præcepto. ¶ Quartò, vtrum aliqui excusentur ab obseruatione huius præcepti. ¶ Quintò, de tempore ieiunij. ¶ Sextò, vtrum semel comedere requiratur ad ieiunium. ¶ Septimò, de hora comestionis ieiunantium. ¶ Octauò, de cibis, à quibus debent abstinere.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum ieiunium sit actus virtutis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ieiunium non sit actus virtutis. Omnis enim actus virtutis Deo est acceptus. Sed ieiunium non semper est Deo acceptum, secundum illud Isaiæ 58. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Ergo ieiunium non est actus virtutis.

¶ 2 Præterea, Nullus actus virtutis recedit à medio virtutis: sed ieiunium recedit à medio virtutis, quod quidem in virtute abstinentiæ accipitur secundum hoc, vt subueniatur necessitati naturæ, cui per ieiunium aliquid subtrahitur: alioquin non ieiunantes non haberent virtutem abstinentiæ: ergo ieiunium non est actus virtutis.

¶ 3 Pręterea, Id quod communiter omnibus conuenit, & bonis & malis, non est actus virtutis: sed ieiunium est huiusmodi. Quilibet enim antequam comedat, ieiunus est: ergo ieiunium non est actus virtutis.

¶ SED CONTRA est, quòd connumeratur aliis virtutum actibus, secundæ ad Corint. 6. vbi Apostolus dicit, In ieiuniis multis, in scientia, in castitate, &c.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ex hoc aliquis actus est virtuosus, quòd per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum. Hoc autem conuenit ieiunio. Assumitur enim ieiuniū principaliter ad tria. Primò quidem ad concupiscentias carnis reprimendas. Vnde Apostolus dicit in autoritate inducta, In ieiuniis, in castitate: quia per ieiunia castitas conseruatur. Vt enim Hieronym. dicit*, Sine Cerere & Baccho friget Venus, id est, per abstinentiam cibi & potus tepescit luxuria. Secundò, assumitur ad hoc, quòd mens liberius eleuetur ad sublimia contēplanda. Vnde dicitur Dan. 10. quòd post ieiunium trium hebdomadarum reuelationē accepit à Deo. Tertiò, ad satisfaciendum pro peccatis. Vnde dicit Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Et hoc est quod Aug. dicit in quodā sermone de oratione & ieiunio*: Ieiunium purgat animā, mētem subleuat, propriā carnem spiritu subiicit, cor facit contritum & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verò lumen accendit. Vnde patet quòd ieiunium est actus virtutis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contingit quòd aliquis actus, qui ex genere suo est virtuosus, ex aliquibus circunstantiis adiunctis redditur virtuosus, vnde ibidem dicitur, Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Et paulo post subditur, Ad lites & cōtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè: Quod exponens Greg. in Pastorali* dicit, Volūtas ad litem pertinet, pugnus ad iram. Incassum ergo per abstinentiam corpus atteritur, si inordinatis motibus dimissa mens vitiis dissipatur. Et Aug. in prædicto sermone dicit, quòd ieiunium verbositatem non amat, diuitias superfluitatum iudicat, superbiā spernit, humilitatem cōmendat, præstat homini seipsū intelligere q; est infirmū & fragile.

¶ Super Quæstionis centesimæ quadragesimæseptimæ Articulum primum.

IN art. primo quæstionis centesimę quadragesimæseptimæ, in responsione ad secundum, aduerte primo duo, quæ recta ratio obseruat in subtractione alimenti, scilicet conseruationem naturæ, & potentiam ad opera debita. Ex primo siquidem habetur quòd non est virtus sic abstinere vt vita minuatur quo ad tempus, siue hoc fiat vnico actu, puta inedia multorum dierum, siue fiat frequentibus excessibus, puta crebris inediis suprà vires: vt patet ex autoritate Hierony. Non differt vtrum paruo vel magno tempore te interimas. Ex secundo autem habes, quòd qui tenetur ad aliquod opus vel liberale, puta, ad legendum, prædicandum, cantandum: vel mechanicum, puta, ad fodiendum, ædificandum, &c. abstinentia impediens potentiam ad hæc, non est actus virtutis. Et simile est de viro qui tenetur ad reddendum debitum coniugale vxori: abstinentia siquidem impediens hoc non est actus virtutis. [Ser. 230. de tempore circa princ.] [Part. 3. cap. 10.]

¶ Sed accidit hoc in loco dubium deuotarum personarum. Feruentes siquidem spiritu aiunt se velle mortificare, nec curare an decem annis minus victuræ sint. Et augetur dubium ex eo, quòd personas spirituales quæ excesserunt in abstinentiis & huiusmodi, quamuis arguendas credamus, non tamen damnamus homicidij, aut sæuitiæ in seipsas, quod tamen iudicium fieret, si statim se occidissent, aut simile damnum sibi intulissent. Differt ergo an magno, vel paruo tempore te interimas.

¶ Ad hoc

¶ Ad hoc dicitur quòd quia (vt ex dictis patet) regula temperantiæ est necessitas vitæ præsentis, & quantum ad esse, & quantum ad bene esse, etiam in ordine ad alios, si quis ex intentione abstineat vt moriatur, aut infirmetur, aut impotens sit ad debita officia peragenda, huiusmodi abstinentia directè contrariatur temperantiæ: vt pote ex parte regulæ & finis eius. Si quis verò abstineat, vt carnem spiritui subiiciat, aut ad pœnitentiam pro peccatis suis agendam, & in hoc excedat, aut aduertit se excedere, & putat se bene facere, & tunc proculdubio peccat. Communiter tamen est peccatum veniale huiusmodi excessus, propter rectam intentionem, & nocumenti ignorantiam, quo ad notabilitatem. Apprehendunt enim nocumenta corporis, puta dolorem stomachi, &c. quasi nihil. Et tanto plus excusantur, quanto sanitas corporis consideratur ab eis non absolutè, sed in ordine ad seruitium spiritus. Et secundum morales regulas 2. Ethicorum declinandum est in eam partem vitij, quæ est similior virtuti. Constat autem abstinentiæ magis assimilari nimiam abstinentiam, quàm competenter se nutrire. Si autem non aduertit se excedere, vtendo illa, quam habet, discretione, nullum peccatum est. [Cap. 6.] [Refertur de consec. di. 5 cap. Non mediocriter.] [Refertur ibidem.]

¶ Ad primam obiectionem dicitur, quòd verba piarum personarum sunt piè interpretanda. Intendunt siquidem dicere, quòd vacando actibus virtutis & rationabili abstinentiæ, non curant diminutionem vitæ, & in hoc rectè sentiunt. Et non intendunt dicere quòd volunt ita abstinere vt anticipent mortem. [4. di. 15. q. 3. art. 1. q. 3. per tot. & q. 5. ad secundum. Et quolib. 3. ar. 12. ad tertium.]

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd autoritati Hierony. noncontrariatur commune iudicium: quoniam Hieronymus loquitur de interimentibus, vel impedientibus se ex intentione, vel aduertendo notabilem excessum nocumenti. Commune autem iudicium extra hos casus est. [Beda super Marc. 9. cap. 38. & gloss. Ordin. ibidem.] [*Hom. 16 in Euang. à med.] [* 1. 2. q. 87.] [* Q. 143. & q. præ.]

¶ Ad secundum dicendū, quòd medium virtutis non accipitur secundum quantitatem, sed secūdum rationem rectam, vt dicitur in secundo Ethicor*. Ratio autem iudicat quòd propter aliquam specialem causam aliquis homo minus sumat de cibo quàm sibi competeret secūdum statum communē: sicut propter infirmitatem vitandam, aut ad aliqua opera corporalia expeditius agenda. Et multo magis ratio recta hoc ordinat ad spiritualia mala vitanda & bona prosequenda. Non tamen ratio recta tantùm de cibo subtrahit, vt natura conseruari non possit: quia vt Hieronymus dicit*, Non differt vtrum magno, vel paruo tempore te interimas: quia de rapina holocaustū offert, qui vel ciborum nimia egestate, vel manducādi vel somni penuria immoderatè corpus affligit. Similiter etiam ratio recta non tantum de cibo subtrahit, vt homo reddatur impotens ad debita opera peragenda. Vnde dicit Hierony*. quòd rationalis homo dignitatē amittit, qui ieiunium charitati, vel vigilias sensus integritati præfert.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ieiunium naturæ, quo quis dicitur ieiunus antequam comedat, consistit in pura negatione: vnde non potest poni actus virtutis: sed solum illud ieiunium, quo quis ex rationabili proposito à cibis aliqualiter abstinet. Vnde primum dicitur ieiunium ieiuni: secundum vero ieiunium ieiunātis, quasi ex proposito aliquid agentis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum ieiunium sit actus abstinentiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ieiuniū non sit actus abstinentiæ: quia super illud Matt. 17. Hoc genus dæmoniorum, &c. dicit Hiero.* Ieiunium non solum est ab escis, sed à cunctis illecebris abstinentia: sed hoc pertinet ad omnem virtutē: ergo ieiunium non est actus specialiter abstinentiæ.

¶ 2 Pręterea, Greg. dicit in Homil. Quadragesimæ*, quòd ieiunium quadragesimale est decima totius anni: sed dare decimas est actus religionis, vt suprà habitum est*. ergo ieiunium est actus religionis & non abstinentiæ.

¶ 3 Præterea, Abstinentia est pars tēperantiæ, vt dictū est*. Temperātia autem cōtra fortitudinem diuiditur, ad quā pertinet molestias sustinere, quod maximè videtur esse in ieiunio. Ergo ieiunium non est actus abstinentiæ.

¶ SED CONTRA est quod Isidor. dicit, quòd ieiunium est parsimonia victus abstinentiáque ciborum.

¶ RESPONDEO dicendum, q; eadem est materia habitus & actus. Vnde omnis actus virtuosus, qui est circa aliquam materiam, ad illam virtutem pertinet, quæ medium in illa materia constituit. Ieiunium autem attenditur in cibis, in quibus medium adinuenit abstinentia. Vnde manifestum est quòd ieiunium est abstinentiæ actus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ieiunium propriè dictū consistit in abstinēdo à cibis. Sed metaphoricè dictū consistit in abstinendo à quibuslibet nociuis, quæ maximè sunt peccata. Vel potest dici, quòd etiam ieiunium propriè dictum est abstinentia ab omnibus illecebris: quia per quælibet adiuncta desinit esse actus virtuosus, vt dictum est*.

¶ Ad secundum dicendum, q; nihil prohibet actum vnius virtutis pertinere ad aliam virtutem, secundum quòd ad eius finem ordinatur, vt ex supradictis patet. Et secundū hoc nihil prohibet ieiunium pertinere ad religionem, vel ad castitatē, vel ad quamcunque aliam virtutem.

¶ Ad tertium dicendum, q; ad fortitudinem, secūdum quòd est specialis virtus, non pertinet perferre quascunque molestias, sed solùm illas, quæ sunt circa pericula mortis. Sufferre autē molestias, quæ sunt ex defectu delectabilium tactus, pertinet ad temperantiam, & ad partes eius, & tales sunt molestiæ ieiunij.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ieiunium sit in præcepto.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ieiuniū nō sit in pręcepto. Præcepta enim non dantur de operibus supererogationum, quæ cadunt sub consilio: sed ieiunium est opus supererogationis, alioquin vbique & semper æqualiter esset obseruandum. ergo ieiunium non cadit sub præcepto.

¶ 2 Præterea, Quicunque transgreditur pręceptum, peccat mortaliter. Si ergo ieiunium esset in præcepto, omnes non ieiunantes mortaliter peccarent, per quod videretur magnus laqueus hominibus esse iniectus.

¶ 3 Pręterea, Augustin. dicit in lib. de Vera religione*, q; ab ipsa Dei sapientia homine assumpto, à quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima cōstituta sunt, quę societatem Christiani populi, hoc est sub vno Deo liberę multitudinis, cōtinerēt. Sed nō minus videtur libertas populi Christiani impediri per multitudinē obseruantiarū, quā per multitudinē sacramētorū. Dicit enim Augu. in li. ad inquisitiones Ianuarij*, quòd quidam ipsam religionem nostrā, quā manifestissimis & paucissimis celebrationū sacramētis Dei misericordia voluit esse li-

¶ Super Quæstionis centesimæ quadragesimæseptimæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæstionis in responsione ad secundum, dubium ex Martino occurrit, vbi suprà in quęstione de ieiunio, arguente contra Autorem in hac secunda solutione, sic, Ieiunium non includit negationē aliorum vitiorum tanquam actus principales neque tanquam circūstantiam: ergo ieiunium positis, vel remotis aliis vitiis est vestitum omni circunstantia debita. Ergo est actus virtuosus siue alia vitia ponantur, siuę non.

¶ Ad hoc dubium dicitur, negando consequentiam: quoniam actus ieiunij vt actus est virtuosus, etsi non exigat negationes aliorum vitiorum, vt actus principales, aut proprias circunstantias: exigit tamen eas vt concomitantes formam communem omnis virtuosi actus moralis. Est enim forma moralium prudentia quam exigit omnis moralis virtus: & necessariò comitatur omnem moralem virtutem, vt patet ex his quæ de connexione virtutum dicta sunt. Aduerte autem hic, quòd notanter dicimus ieiunium, vt est actus virtutis seu virtuosus. Dicimus enim ad differentiam ieiunij, vt est actus vitiosus & ieiunij, vt est actus ex proprio tantum genere virtuosus. Tripliciter siquidem contingit actum aliquem ex suo genere bonum inueniri. Primò, vt ordinatum ad finem malum, puta inanem gloriam. Et tunc est imperatiuè actus illius vitij. Ac per hoc est actus vitiosus. Secundò secundum seipsum absque tamen propria virtute elicitiua ipsius: vt cùm iniustus & auarus reddit creditori quod suum est: fit enim tunc actus iustitiæ absque iustitiæ virtute, & sic de aliis. Et sic luxuriosus & blasphemus, & ieiunans, facit actum abstinentiæ ex suo genere absque abstinentia virtute. Et per hoc liberat se à peccato transgressionis pręcepti Ecclesiæ de ieiunio. Tertiò, vt elicitum ab ipsa virtute, & sic solùm vocatur, & est actus virtuosus simpliciter. Et hoc modo loquitur Autor in litera de ieiunio, vt est actus elicitus à virtute abstinentiæ, quæ est connexa cæteris virtutibus, in forma virtutum quæ est prudentia. Sic autem acceptum ieiunium non cadit sub præcepto Ecclesiæ: quia vt superius didicimus, non pręcipit lex modum operis, scilicet quòd ex habitu virtutis operemur, sed ipsa opera quæ ex suo genere nata sunt esse opera virtutum. [Art. præ. ad 1.]

¶ Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ septimæ Articulum tertium. [Q. præce. art. 2. ad 2. & 1. 2. q. 18. art. 7.]

IN articul. tertio eiusdem quæstionis & specialiter in responsione ad secundum, dubium occurrit, an is qui non eget ieiunij remedio ad deletionem cohibitionémque culpæ, nec mētis eleuationem, teneatur ad ieiunium Ecclesiæ ex præcepto. Et est ratio dubij: quia secundum Autoris doctrinam apparet pars negatiua vera: quoniam & in responsione ad primum expressè dicitur, quòd ieiunium absolutè non est de necessitate præcepti, sed est de necessitate præcepti vnicuique tali remedio indigenti. Et in responsione ad secundum dicitur, quòd præcepta quæ per modum statuti communis proponuntur, non eodem modo obligant omnes: sed secundum quòd requiritur ad finē, quē legislator intendit. Affirmatiua autem pars probatur. Primò, ex cōmuni ratione obligationis præceptorum. Nam vt superius didicimus, sub præcepto non cadit finis, sed id quod statuitur faciendum, quod est ordinatū ad finem. Vnde dictum est, quòd sub præcepto de sanctificatione festorum, non cadit quies spiritualis, quæ est finis: sed quies corporalis à seruilibus, quæ est statuta propter quietem spiritualem vt finem. Et sic in proposito abstinentia est quæ cadit sub præcepto: & non aliquod illorum trium quæ ponuntur finis abstinentiæ. Ac per hoc siue finis abstinentiam exigat in aliquo, siue non, tenetur implere id quod sub præcepto cadit. Secundò, ex eo quòd aliter liceret cuilibet commutare sibi ieiunium in alia opera. Verbi gratia, delere peccata eleemosyna, vel noua contritione, cohibere peccata multa cautela & oratione, eleuatam mentem habere parco alimēto, absque ieiunio tamen. Et tenet sequela: quia commutatione tali vtens non indiget remedio ieiunij ad hos fines, sed meliori remedio vtitur. [4. di. 15. q. 3 art. 1. q. 4. & q. 5. ad 2. & art. 2. q. 1.] [Cap. 17.] [Epist. 119. cap. 19.]

¶ Ad hoc dicitur, quòd proculdubio quilibet nō impeditus, siue egeat, siue nō, remedio ieiunij, subiacet præcepto ieiunij. Et ratio est, quia lex ieiunij data est omnib. potentibus ieiunare: quia omnes tales indigent remedio ieiunij vel pro peccato præterito delendo, vel cauendo futuro. Constat enim oēs esse pctōres quamdiu in vita hac sumus. Et si qs non egeret tali remedio in specie q a tū lex data est de tali specie remedij, quo cōiter hoīes egent, subiaceret illę

dictæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictæ legi. Pro vniuersali siquidem regula est habendum, quòd lex quæ communiter fit ad omnes vt singulares personas, pro remedio vel quocunque alio modo exequendo ligat omnes non impeditos: quia licet ratio legis sit indigentia remedij, vis tamen coactiua eius est ad non impeditos: quoniam hoc expedit & ad communem legis finem, qui est facere homines virtuosos & cõmunem hominũ subiectionẽ sub lege: & est de natura vis coactiuæ legis, f. obligare si impedimentum non obstat. Sicut competit naturalibus agentibus agere efficaciter in passum non impeditum.

Circa f. tuen.

¶ Ad primum ergo in oppositum dicitur, quòd sensus literæ est, quòd ieiunium, quia est de genere vtilium, non cadit sub præcepto, nisi in ordine ad finẽ. Hoc enim sonat nomen Remedij. Quod gratis conceditur: quia ratio legis ieiunij est determinare remedium cuilibet communiter opportunum: quoniam quilibet potens eget tali remedio, vel vt curatiuo, vel vt præseruatiuo, vt prædictum est.

Art. præ.

¶ Ad secundum verò dicitur quòd obligatio legis dicitur ligare vnum quemque secundum requisitionem ad finem, quia ordo communis ad finem est ratio obligandi quemlibet potentem: & impedimenta talis finis p huiusmodi mediũ, sunt rationes excusantes ab obseruatione legis huius: ita q. necessitas ieiunij ad finem in quolibet singulari. nõ ponitur causa legis nisi ex communi cõditione, & non ex partiali dispositione cuiusque. Excusantia autẽ ex particularibus impedimentis impotẽtiæ istius, vel illius conditionis per sonarum vel ipsarum per sonarum, sumuntur habita ratione finis.

¶ In eodem articul in responsione ad secundum, dubium occurrit, an frangẽs Ecclesiæ ieiunium, non in contemptum, sine causa rationabili tamen, peccet mortaliter. Et est ratio dubij diuersa diuersorum sententia.

¶ Ad huius euidentiam sciendum est, quòd in ieiunij ecclesiastici, de quo est sermo, obseruatione, duplex virtus inuenitur, scilicet obedientia & abstinentia. Nam ieiunando exequitur homo Ecclesiæ præceptum, & per hoc obedit, & medium ab ecclesiastica prudentia determinatum in cibo & potu seruat, & per hoc abstinet. Iuxta dictas autem virtutes duo quoque vitia contrariantur ieiunio, scilicet inobedientia & gula. Ex parte siquidem inobedientiæ, non est peccatum mortale transgredi simplicia statuta iuris positiui, nisi propter contemptum: quoniam solus contemptus est formaliter inobedientia mortalis, vt patet ex dictis in tractatu de obedientia. Ex parte verò abstinentiæ, quæ vt remedium quoddam præcepta est, non est peccatũ mortale, nisi impediatur finis intentus per talem abstinentiam. Sic enim in hac litera de vtro que modo transgrediendi ieiunium habes. Cuius autoritatem si quis contemnat, vel hoc modo transgrediatur quòd impediatur finis intentus, peccat mortaliter. Verum quia in primo omnes conueniunt, scilicet quod violans ieiunium Ecclesiæ ex contemptu, peccat mortaliter: & in secundo consistit difficultas duplex. Prima, quæ aut qualis est transgressio ieiunij impediens finem. Secunda, si talis transgressio constituit mortale peccatum: ideo vtrunque considerandum est. Requiruntur igitur ad primum duæ conditiones. Altera est, vt sit transgressio medij statuti ab Ecclesia. Altera est, vt sit impediens finem. Ob defectum primæ conditionis, comedens nimis quasi vtq; ad crapulã in die ieiunij, non incidit in casum istum, quia talis excessus non est transgressio medij ab Ecclesia statuti. Nam Ecclesia non obligauit ad quantitatem cibi in die ieiunij, sed quo ad quantitatem reliquit vnumquemque in iure naturæ. Si enim huiusmodi excessus cõtrarietur statuto Ecclesiæ, cum habeat alteram conditionem, scilicet quod impedit finem (nam vêter plenus spumat libidinem, & mentẽ deprimit, & vitium facit, aut auget) sequeretur, quòd esset solutio ieiunij cum peccato mortali. Ob defectum secundæ conditionis, qui non seruat medium ab Ecclesia statutum, vt pascat se, gregẽmque suum pane vitæ & intellectus, immunis est à peccato: quoniam talis finem ieiunij non impedit, sed promouet in se & in aliis, vt patet. Et prima quidem conditio omnibus nota est: quoniam penes conditiones ieiunij ab Ecclesia appositas, puta, tempus, qualitatem cibi, horam, vnitatẽmque manducandi, consistit. Secunda verò ab ipso Autore exposita in quarto sen. distinct. 15. quæst. 3. artic. 1. quæstiuncula quarta ad tertium inuenitur, dum dicit, Intentioni legislatoris obuiat, qui ex contemptu, vel sine aliqua rationabili causa, ordinationem non seruat. Et hanc met expositionem hoc in loco insinuat, dum contra transgressionẽ, vel ex contemptu, vel ex impedimẽto finis, distinguit non seruare ex rationabili causa, subdendo, Si autem ex aliqua rationabili causa, &c. Et per hæc clarè patet, quæ & qualis transgressio impediens finem: an autem sit mortale peccatum semper huiusmodi transgressio, apud Autorem non vertitur in dubium: quia expresse in litera dicitur, quòd talis transgressio est peccatum mortale. Sed ex aliorũ dictis dubium habet. Nam quidam videntur velle quòd trangessio ieiunij ex contemptu, sola est peccatum mortale. Quidam autem etiam illa quæ est sine causa, est peccatum mortale. Nã illa quæ sit ex causa non ex toto sufficiente, peccatũ veniale est. Inter istas autem opiniones prima à ratione longe est, supposito quod Ecclesia ieiunium præceperit: quoniã solã obedientiam in Ecclesię præceptis considerauit. Cùm tamen vltra communẽ conditionem præceptorum, quam attendit obedientia, oporteat considerare actum virtutis, qui sub præcepto ponitur, & finẽ eius. Et propterea Autor duas radices transgressionis posuit: altera ex parte autoritatis præceptiuæ, & alteram ex parte finis intenti per actum imperatũ à lege. Hæc enim duo sunt principalia in qualiber lege, ad quæ cætera ordinantur. Et propterea penes ambo transgressio mortalis, quasi principium legalis vitæ tollens, determinatur. Secunda verò opinio multum anniti videtur æquitati, ne lex positiua nimis dura sit. Et potest ad Autoris doctrinam reduci, distinguendo de causa rationabili, scilicet simpliciter & absolutè: vel secundum æstimationem. Nam non seruare ieiunium ex causa rationabili simpliciter & absolutè non est contra præceptum Ecclesiæ: quod intelligitur cessante rationabili causa ad oppositum. Et hoc est clarum. Et similiter si non seruo ieiunium ex causa rationabili secundum meam æstimationem absque fraude: pura, quia videtur mihi quod sim adeò debilis, vt non comprehendar sub obligatis ad ieiunium, quamuis in veritate non sit in me debilitas sufficiens ad eximendum me à vinculo ieiunij, excusor à peccato mortali: quamuis peccem venialiter, si absque Pastoris indulto negligenter meas vires examinans violati ieiunium. Ad quæsitum ergo respondendo dicitur, quòd soluens Ecclesię ieiunium sine causa rationabili tam absolutè quàm secundum æstimationem suam peccat mortaliter: quoniam talis & transgreditur medium abstinentiæ statutum ab Ecclesia, & transgreditur sic, vt impediat legislatorem à fine intento in ipso homine potente ieiunare: dum sine omni rationabili causa medium tenuit in seipso ad finem. Hoc namque est euidenter impedire intentionem legis talis, vt perueniat ad finem, ac per hoc est directè legi obuiare. Soluens autem illud ex causa rationabili, secundum æstimationem suam absque fraude, vel aliorum melius iudicantium scrupulosos, non peccat mortaliter: quoniam infra latitudinem causæ rationabilis continetur vterque modus rationabilitatis in tali materia, vt communis opinio & conscientia hominum timentium Deum approbare videtur. Et scito, quòd nisi communis Christianæ Ecclesiæ interpretatio susciperet statutum ieiunij esse non simplex statutum, sed habere vim præceptiuam, stricte sumendo præceptum, verum proculdubio esset quòd non nisi propter contemptum transgressio ieiunij esset peccatum mortale: quoniam in simplicium statutorum materia, transgressio medij & impeditio finis, licet sit mala, non tamen mortale inducit peccatum, nisi materia illa ad charitatem Dei, aut proximi necessaria sit: quod in proposito constat non habere locum, quia ieiunium huiusmodi constat nec ad Dei, nec ad proximi dilectionem esse necessarium. Et hæc dixerim, quia ex vi verborum nullibi ieiunium ecclesiasticum inuenitur præceptum, loquendo de præcepto stricte.

¶ In eodem articulo dubium occurrit de causa rationabili, ex qua potẽtes ieiunare non tenentur ad ieiunia. De impotentia namque dubium non est: & de quibusdam conditionibus personarum, an freddant homines impotentes. vt pueritia, senectus, & huiusmodi, in sequenti articulo erit sermo. Nunc quæstio occurrit de causa rationabiliter excusante potẽtes alias ieiunare, an sit necessitas sola, an etiam pietas. Et est ratio dubij, quia hinc apparet quòd sola necessitas excuset: quoniam dicitur quòd itinerantes & operarij, qui possunt iter aut opus minuere, aut differre absque damno, tenentur ad ieiunia. Inde autem apparet, quòd etiam pietas: quoniam dicitur quòd peregrinatio festiua ex deuotione ad aliquod festum excusat à ieiunio.

¶ Ad hoc dicitur, quòd rationabilis in primis causa quòd alias potentes ieiunare non ieiunent, est necessitas alicuius impedientis ieiunium, quod oportet fieri, vel ad conseruandum vitam, vel sanitatem, vel statum temporalem, vel vitandum damnum, aut acquirendum aliquid raro contingens. Declaro singula. Si oportet aliquem laborare, quia ex solo labore viuere potest, aut sine talis laboris mercede non potest habere omnia necessaria ad sanitatem vel statum temporalem sui & suorum: puta, quia est faber, & sine continuo exercitio non potest viuere ipse cum sua familia iuxta gradũ suum, & dotare filias, & tenere filium in studio, & vestire suos, vt decet suam conditionem, & alia huiusmodi. Similiter ad vitandum damnum non solùm repente occurrens, puta propter bellum imminens, sed simpliciter, puta, quia mercator si non citò pergit aut perficit talia opera, damnificatur in rebus suis. Et similiter si damnum lucri cessantis repente accidit, vt de piscatione halecum dicitur. In omnibus enim dictis casibus & similibus necessitas excusat à ieiunio Ecclesiæ: ex quo simul cum his operibus non possunt ieiunare. Excusat quoque multo magis necessitas spiritualis. Nam si ad vitam spiritualem sui vel alterius, oportet aliquid in compatiens ieiunij per ficere, puta longam dictam facere, aut ex officio vel obedientia prædicare, vel confessiones audire, docere verbo vel scripto, aut aliquid huiusmodi: ita quòd talis homo non potest ieiunando aliquid huiusmodi adimplere, excusatur à ieiunio. Et simile est de omnibus quæ quis tenetur adimplere: Ecclesia enim præcipiens ieiunia, non absoluit hominem ab his ad quæ alias tenetur, vt prætermissis illis, ieiunet. Et propter hanc rationem vxor quæ ex ieiunio macilenta minúsque grata viri sui oculis apparet, & hinc despici, aut minus amari se conspicit ab eo, excusatur à ieiunio: quoniam ipsa tenetur se conseruare grata viro suo. Pincernæ quoque Principum etiam mane comedentium excusantur quo ad illos actus, quibus præsumunt aliqui pro securitate dominorum suorum, quoniam ad hoc alias tenebantur. Nec spectat ad eos iudicare an domini sui excusentur à ieiunio. Sed iuxta Apostoli sententiam, Qui non manducat, manducantem non iudicet: sed præsumat ipsum vel dispensatum à Papa, vel à conditione aliqua occulta sibi. Et ex eadem radice excusantur etiam si pro huiusmodi securitate dominorum infirmorum aut dispensatorum, credentiam facerent in cibis prohibitis, scilicet ouis & carnibus. Non absoluuntur tamen isti propterea à ieiunij vinculo: sed illas sumptiones computare debent, ac si non fuissent ex alio capite: quia scilicet non fiunt manducandi gratia, sed ex necessitate seruitij contingunt. Pietas deinde excusat, quoties ieiunium maioris boni inuenitur impeditiuum, vt habes in ea. Non mediocriter de consc. distin. 5. Et ratio est, quia ieiunium præceptorum est vt medium promotiuum ad spirituale bonum. Constat autem quòd si obseruaretur, quando est impeditiuum maioris boni, tunc contra intentionem legis ageretur, quæ ieiunium vt promotiuum, & non vt impeditiuum boni præcipit. Intentioni siquidem promouendi ad bonum obstat impedire maius bonum. Nec obstat quod de consec. dist. 5. cap. ieiunia, Gelasius Papa dicit, Ieiunia sine rationabili necessitate non soluat: quoniam extra rationabilem necessitatem non est pietas, quoniam valde necessaria est, & magis quàm corporalis ieiunij exercitatio, iuxta illud Apostoli, Exerce teipsum ad pietatem, &c. Et hinc fit vt excusentur à ieiunio qui ex pietate sponte vacant operibus misericordiæ, tam corporalis quàm spiritualis, si ieiunium eos ab huiusmodi operibus impediret. Qui autem vacant istis propter lucrum vt mercenarij, ex hoc capite non excusantur, sed forte ex alio capite superius dicto, scilicet ex necessitate: quia isti non pietatis, sed mercedis gratia operantur. Et propter hoc illi qui prædicant aut confessiones audiunt sua sponte, vt lucrentur pecunias: si non possunt simul ieiunare, non excusantur propterea à ieiunio. Et quia ieiunium impedire maius bonum contingit, non solum quasi per se, hoc est, ex parte ieiunantis, sed per accidens, hoc est ex parte alterius, cuius persona tenetur conuiuere: ideo si propter improbitatem viri vxor potens ieiunare compellitur ad non ieiunandum, potest ex dispensatione ieiunium soluere: quoniam casus est talis, in quo si legislator adesset, mallet pacem domus quàm ieiunium vxoris: compatiendum quippe est sexui. Deberet tamen per alia pia opera vxor ieiunium suum redimere: & hoc autoritate Episcopi. In vtroque autem, scilicet necessitatis vel pietatis casu, scito quòd quicquid excusaret à custodia diei festi, excusat à ieiunio, si est illi incompossibile: quoniam præceptum ieiunij minus est, & minus arctum. In omnibus autem casibus in quibus rationabilis est causa soluendi ieiunium, si aliquid ambiguitatis habet, Superioris arbitrium causa cognita, vel commutatio licitam turò reddit solutionem ieiunij, quoniam Superioris iudicium supplet defectum huiusmodi.

Infrà art. 7. ad 3. Et 4. dist. 15. q. 3. ar. 2. q. 1. a. 3. & 4.

¶ Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ septimæ Articulum quartum.

IN articulo quarto eiusdem quæstionis centesimæ quadragesimæ septimæ dubium occurrit, an in causa dubia circa obseruandum ieiunium Ecclesiæ possint Ordinarij dispensare. Et est ratio dubij, quia quòd non possint, haberetur ex hoc, quòd Ordinarij non habent potestatẽ super lege vniuersalis Ecclesiæ, qualis est lex ieiunij. Et confirmatur ex consuetudine populi Christiani recognoscẽtis solã Apostolicã sedem super hac lege.

1. 2. q. 40. ar. 1. & q. 98. art. 2. & 6. D. 918.

Oppositum autem apparet, quia secundum hoc esset minus bene prouisum populo Christiano: quoniam isti casus dubij frequenter accidunt, & autoritas prouisiua casibus istis esset inaccessibilis tẽpore casus: quoniam Papa in vno tantum est loco, & impossibile esset ex toto terrarum orbe in tam frequentibus casibus recursum ad ipsum habere.

¶ Ad hoc dicitur, quòd dispensare in ieiunio cõtingit dupliciter. Vno modo absolutè, tollendo vel commutãdo vinculum legis quo ad hãc personã. Et hoc spectat ad Papam, qui solus est super vniuersalia iura positiua. Et hoc est quod asserebatur cõsuetudo populi Christiani: alio modo, in hoc particulari casu. Et hoc spectat ad Episcopos, & etiã ad Presbyteros, Curatos & vniuersaliter ad Prælatos respectu suorum subditorum propter rationem supradictam, attestante hoc autore in quarto sententiarum distinctio. 15. dicente expresse q. 3. artic. 2. ad vltimum, de laborantibus, quòd possunt secundum dispensationem sacerdotis sui ieiunium soluere. Et in hoc loco ad tertium, Nisi forte vbi est ita consuetum, quia ex hoc ipso quòd Prælati dissimulant, videntur annuere. Ex quibus verbis patet, quòd non de solo Papa loquitur, quoniam locorum consuetudines non præsumitur Papam scire, sicut nec statuta municipalia. Minus ergo sapiunt Prælati qui petẽtibus subditis in causa dubia dispensationem cœnandi in ieiuniis Ecclesiæ, aut aliter ieiunium soluendi præueniendo horam ieiunij, remittunt eos in conscientia sua. Debẽt enim compati infirmis, & commutare ad cautelam ieiunium in septem Psalmos, vel aliquid huiusmodi. Et eadem ratione possunt dispensare in qualitate ciborum Prælati, in casu.

¶ In eodem art. in responsione ad primum, dubium occurrit ex Martino in dict. tract. q. 4. de ieiunio, arguente contra hæc verba. Præcepta Dei sunt præcepta iuris naturalis, quæ secundum se sunt de ne necessitate saluris. Contra, Sacramenta nouæ legis, quæ sunt necessitatis, sunt præcepta Dei, & non sunt præcepta iuris naturalis: ergo. Præterea, Accedere ad suam est præceptum Dei, & tamen non est præceptum iuris naturalis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd præcepta Dei in hoc loco appellantur non quæcunque præcepta, quæ sunt à Deo quocunque modo: puta, per reuelationem, aut per medium Christum hominem: sed solum illa quæ sunt à Deo per seipsum præcepta per hoc quòd sunt ab ipso indita rationali creaturæ: quæ patet esse præcepta iuris naturalis. Sacramenta autem Ecclesiæ, non sunt hoc modo præcepta Dei. Quod autem dicitur de accessu ad suam, vel non suam, falsum est non esse præceptum iuris naturalis.

¶ In eodem articulo quarto in responsione ad secundum, dubium ex Martino ibidem occurrit, quòd ratio Autoris ad excusandos pueros non concludit vniuersaliter de omnibus Ecclesiæ ieiuniis, fed de quadragesimali tantũ. Arguit enim sic, Secundum istos bonum est quòd pueri assuefiant ad ieiunia, ieiunando bis, aut ter in Quadragesimã: ergo in tot septimanis ter ieiunare non est pueris nociuum. nam si noceret, non esset bonum. Sed ieiunia quatuor tempora, & maiorum solennitatum, non sunt crebriora quàm ieiunare ter in Quadragesima. ergo ex ista ratione non excusantur pueri à ieiuniis quatuor temporum & maiorum solennitatum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ratio literæ concludit vniuersaliter impotentiam pueriorum ad non ieiunandum absolutè, & non pro tot, vel tot diebus. Nec obstat quòd subdatur, bonum esse assuefieri ad ieiunia: quia hoc non est exceptionis aut vinculi, sed consilij. Nam sicut possent pro maiori necessitate, non obstante damno aliquo, quandoque cogi ad ieiunia pueri, vt in litera dicitur: ita potest eis consilium dari, quòd aliquod quãdoque damnum sustineant ex ieiunio, non obstante libertate eorum propter ætatis impotentiam. Hac ergo ratione sunt pueri absoluti simpliciter ab omni Ecclesię ieiunio, quamuis bene faciant si quandoque ieiument aut abstineant. Ratio siquidem concludit libertatem puerorum: consilium autem infert supererogationem eorundem.

¶ In

¶ Ad secundum, dicendū, quòd in pueris maximè est euidēs causa nō ieiunandi: tum propter debilitatē naturę, ex quo prouenit, quòd indigent frequenti cibo, & non multo simul assumpto: tum etiam quia indigent multo nutrimento propter necessitatem augmenti, quod fit de residuo alimenti. Et ideo quandiu sunt in statu augmenti, quod est vt in pluribus, vsque ad finem tertij septennij, non tenentur ad ecclesiastica ieiunia obseruanda. Conueniens tamen est, vt etiā in hoc tempore se ad ieiunandum exerceāt plus vel minus, secundum modum suæ ætatis. Quandoque tamen magna tribulatione imminēte, in signum pœnitentię arctioris, etiam pueris ieiunia indicuntur: sicut etiam de iumentis legitur Ionæ tertio, Homines & iumenta non gustent quicquam, nec aquam bibant.

¶ Ad tertium dicendū, quòd circa peregrinos & operarios distinguēdum videtur: quia si peregrinatio & operis labor cōmodè differri possit, aut diminui, absque detrimento corporalis salutis & exterioris status, qui requiritur ad conseruationem corporalis vel spiritualis vitæ, non sunt propter hoc Ecclesiæ ieiunia prætermittenda. Si autem immineat necessitas statim peregrinandi, & magnas diętas faciendi vel etiā multum laborandi, vel propter conseruationem vitæ corporalis vel propter aliquid necessarium ad vitam spiritualem, & simul cum hoc non possint Ecclesiæ ieiunia obseruari, nō obligatur homo ad ieiunandum: quia non videtur fuisse intentio Ecclesiæ statuentis ieiunia, vt per hoc impediret alias pias & magis necessarias causas. Videtur tamen in talibus recurrendū esse ad Superioris dispensationem: nisi fortè vbi est ita consuetum, quia ex hoc ipso quod Prælati dissimulant, videntur annuere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pauperes, qui possunt sufficienter habere quod eis sufficiat ad vnam comestionem, non excusantur propter paupertatem à ieiuniis Ecclesiæ, à quibus tamen excusari videntur illi, qui frustatim eleemosynas mendicant: qui non possunt simul habere quod eis ad victum sufficiat.

¶ Ad quintum dicēdum, ꝙ illud verbum Domini tripliciter pōt exponi. Vno modo, secundū Chrysost*. [Ho. 35. in Matt. à medio.] qui dicit, quòd discipuli, qui filij sponsi dicuntur, adhuc imbecillius dispositi erāt: vnde vestimēto veteri comparātur. Et ideo in præsentia corporali Christi erant magis fouēdi in quadā dulcedine quā in austeritate ieiunij exercendi. Et secundum hoc magis conuenit, vt cum imperfectis & nouitiis in ieiuniis dispensetur, quàm cum antiquioribus & perfectis, vt patet in glo. super illud Psal. 130. Sicut ablactatus super matre sua. Alio modo potest dici secundum Hieronymum* [In comm. in eum locum.], quòd Dominus ibi loquitur de ieiunio veterum obseruantiarum. Vnde per hoc significat Dominus quòd Apostoli non erāt in veteribus obseruantiis detinendi, quos oportebat gratiæ nouitate perfundi. Tertio modo, secundum Augustinum* [Lib. 2. de consensu Euang. c. 27.], qui distinguit duplex ieiunium: quorum vnum pertinet ad humilitatem tribulationis. Et hoc modo non competit viris perfectis, qui dicuntur filij sponsi. Vnde vbi Lucas dicit, Non possunt filij sponsi ieiunare, dicit Matt. Non possunt filij sponsi lugere. Aliud autē est quod pertinet ad gaudium mentis in spiritualia suspensæ. Et tale ieiunium conuenit perfectis.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum conuenienter determinentur tempora ieiunij Ecclesiæ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter determinentur tempora ieiunij Ecclesię. Christus enim legitur Matth. 3. statim post baptismū ieiuniū inchoasse. Sed nos Christum imitari debemus, secūdum illud primæ ad Corin. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: ergo & nos debemus ieiuniū peragere statim post Epiphaniā, in qua baptismus Christi celebratur.

¶ 2 Præterea, Cæremonialia veteris legis non licet in noua lege obseruare. Sed ieiunia in quibusdam determinatis mensibus, pertinent ad solennitates veteris legis. Dicitur enim Zach. 8. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium & lætitiā, & in solennitates pręclaras. Ergo ieiunia specialiū mensiū, quæ dicūtur quatuor temporum, in Ecclesia inconuenienter obseruantur.

¶ 3 Præterea, Secundū Augustinū in libr. de Consensu Euangelistarū* [Lib. 2. ca. 27.], sicut est ieiunium afflictionis, ita est ieiunium exultationis: sed maximè exultatio spiritualis imminet fidelibus ex Christi resurrectione: ergo in tempore quinquagesimæ, in quo Ecclesia solennizat propter dominicam resurrectionem in diebus dominicalibus, in quibus memoria resurrectionis agitur, debent aliqua ieiunia indici.

¶ SED CONTRA est communis Ecclesiæ consuetudo.

¶ In eadem responsione dubium est de senibus, in quibus est euidens etiam necessitas ex prima ratione in litera allata, scilicet propter debilitatem naturæ, ex qua prouenit quòd egent frequenti cibo & non multo simul assumpto. Dubium quoque occurrit de mulieribus prægnantibus & lactantibus, in quibus videtur euidens necessitas propter secundam rationem literæ: quia scilicet indigent multo nutrimento propter alimentum fœtus seu prolis, quod ex superfluo proprij alimenti fit.

¶ Ad primū de senibus dicitur quòd quia senectus non est euidenter omnibus vna, sicut ætas augmenti, quoniam ætas augmenti determinatur ab ortu, qui certus est: ætas verò senectutis à naturali occasu, qui incertus est. Sunt enim quidam sexagenarij ita fortes sicut alij quadragenarij & vnus altero habet multo plures circulationes cælestes, propter quod contingit forte aliquem esse senem in trigesimo, aliquem in quadragesimo, vel aliquo huiusmodi anno: ideo non determinatū est tempus quādo homines propter senectutem excusantur à ieiunio. Formaliter tamen loquendo, quādocunque quis est verè senex, non tenetur ad ieiunia Ecclesiæ. Et ratio est, quia natura est adeo debilis in sene, vt non possit multum simul cibum digerere. Et propterea egēt frequenti alimento modico, sicut infirmi. Communiter autem videtur hoc accidere anno sexagesimo ætatis: cùm scriptum sit, Dies annorum nostrorum septuaginta anni: & quod veterascit, & senescit, prope interitum est, vt dicitur ad Hebræos. Est ergo sexagenarius communiter prope naturalem interitum, ac per hoc senex. Vnde nisi euidenter cōstet quòd possint alimentum pro ieiunio opportunum digerere & tolerare, non debent conari ad ieiunium, sed debilitari quam sentiunt, subuenire frequenti, bono & modico alimento: quoniam senectus morbus est incurabilis.

¶ Ad secundum de prægnantibus & lactantibus dicitur, quòd nisi sint mulieres adeo robustæ naturæ, vt vnica comestione possint tantum alimenti sumere & digerere, quod sat sit pro se & fœtu seu prole, non tenentur ad ieiunium: imò peccarent ieiunando, propter nocumentum prolis. Communiter autem mulieres non sunt tam robustæ naturæ. Propter quod concludendum est, quòd secundum legem, quæ fit vt in pluribus, appellatione potentium ieiunare non veniunt mulieres prægnantes, aut lactantes. Et sic sub lege illa, Omnes potentes ieiunare, ieiuuent, &c. non comprehenduntur.

¶ In eodem articulo circa operarios, aduerte quòd cùm ab autore & aliis audis, quòd peccant, qui nolunt conducere operarios, nisi cum pacto, quòd non ieiunent, intelligitur, si nolunt eos conducere etiam modificata mercede iuxta modificationem operis, vel cum æquali mercede, stante qualitate operis soliti tempore non ieiunij. Et non intelligitur, si nolunt minuere mercedem iuxta diminutionem operis. Nam conductor operariorum non tenetur operario plus promittere, aut dare quàm opus suum mereatur. Et propterea si operarius, qui scit se teneri ad ieiuniū, qui habet aliunde vnde viuat, & vult minuere laborem, debet etiam minuere mercedem. Alioquin ipse non conductor peccaret. In primo autem casu conductor peccaret, pro quanto deterioris conditionis ab eo redderentur ieiunantes iuxta Ecclesiæ præceptum, quàm inobedientes: & sic daret occasionem peccandi. Si tamen necessitas operis festinationem exigat, potest tutè dicere, inuenias alium conductorem, &c. In secundo verò casu manifestè peccat conductor, inducens obligatum potentem & volentem ieiunare, ad peccatum.

¶ Occurrit hoc in loco dubium de inuitantibus ad comedendū ac ministrātibus comedētibus in die ieiunij: vbi cōmuniter creditur aut scitur quòd nolunt ieiunare. Et est ratio dubij, quia hinc apparet quòd peccent, quia cooperantur ad solutionē ieiunij absq; rationabili causa. Inde aūt apparet ꝙ nō peccēt: qa nec ex ꝓposito, nec ex intentione tēdūt inuitantes aut ministrātes ad hoc vt soluatur ieiuniū. Peccata autē ex intētione iudicantur & specificantur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ hic non vertitur in quæstionem, an peccent illi qui directè ad soluendū ieiunium inuitant, aut ministrāt: quia horū peccatū est manifestū, sicut inuitantiū aut cooperātiū ad furtū, & alia mala. Nec ēt est quæstio, an peccēt illi q præsumētes quēlibet salutis suæ memorē & nesciētes potentiā vel impotentiā priuilegiáq; hominū, simplicī corde inuitant ad comedēdum pro vrbanitate, aut hospitalitate, &c. vel petentibus cibos ministrant: quoniā horū excusatio est manifesta ex eo ꝙ nō tenētur scrutari potentiā aut conscientiā proximi. Sed quæstio est de ministrantibus aut inuitātibus ad comedēdum potentes & nolentes ieiunare absq; priuilegio, vt cōmuniter creditur. [4. di. 15. q. 3. artic. 3. quæst. 1.] Et est sermo de comestione, quæ si fiat, solueret ieiuniū, puta de cœna post sumptū prandiū, vel comestione summo mane, & huiusmodi.

¶ Et ad hoc dicitur, quòd ministrantes cibos istis, excusantur à peccato: quoniā non cooperātur comestioni quatenus est solutiua ieiunij, vt procedit à mala voluntate nō ieiunātis: sed cooperantur comestioni quatenus est actus deseruiēs nutritiuæ, & sustētationi naturæ. Hoc em̄ licitum esse ex eo constat, quòd Deus ipse cooperatur illi comestioni quatenus seruit naturæ. Ministri autē ciborum vt sic, absolutè loquendo actui comedēdi seruiūt, vt est actus hominis, non vitij. Et iō, vt dictū est, excusantur. Inuitantes autē ad comedendum, aut credunt inuitationem suam fore occasionē illis exequendi violationem ieiunij, quam non exequerētur fortè nisi inuitati, quamuis parati sint ad non ieiunandum. Et tunc non excusantur: quoniam non licet etiam paratos ad malum inducere ad illius executionem. Si autem omnino cœnaturi sunt, & ego inuito eos ad mecum cœnandum, non inuito eos nisi ad locum & societatem cœnæ, & ministro illis cibos. Ex nullo autem horum apparet peccatū aliquod. Et propterea excusantur: sicut etiam hospites cœnaturos inuitāt vt in suo hospitio, magis quàm in alio cœnent.

¶ Super Quæstionis centesimæ quadragesimæseptimæ Articulum quintum.

IN articulo quinto, in responsione ad tertium, dubiū occurrit de ieiunio exultationis, an sit in præcepto. Et est ratio dubij, quia in litera dicitur, quòd non debet cadere sub præcepto, & quòd Ecclesia non præcepit. In oppositum autem est, quia ieiunium vigiliarum Pentecostes, & quatuor temporum infrà hebdomadam Pentecostes, est ieiunium exultationis: quoniam est in tempore paschali. In cuius signum non fiunt tunc in Ecclesię prostrationes. Et tamen hæc ieiunia ita sunt in præcepto, sicut alia Ecclesiæ ieiunia.

¶ Ad hoc dicitur quòd ieiunia hæc secundum autorem non sunt in præcepto. Sunt tamen rationabiliter statuta intra illud tempus, vt exultationis ieiunia principaliter: & secundario (iuxta Leonis dist. 76. c. Legitur, sententiam) ad castiganda delicta quę inter paschalia gaudia ex negligentia & immoderata lætitia commissa sunt: vt in quarto sententiarum distinct. 15. quæst. 3. artic. 3. quæstiuncula prima, ad quintum, habes. Quia verò consuetudo, & tollit & facit legis vinculum, & communiter homines reputant non minus esse in præcepto hęc, quàm alia quatuor temporum ieiunia: ideo ex consuetudine sunt in præcepto, sicut cætera: ita quòd vinculum quod lex non fecit, consuetudo intulit. Et propter hoc Autor in litera cautè loquutus est, dicēs, quod ieiunium exultationis non debet cadere sub præcepto, & quod ab Ecclesia non est institutum, s. sub præcepto, ieiunium in toto paschali tempore.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, ieiunium ad duo ordinatur, scilicet ad deletionem culpæ & eleuationem mentis in superna. Et ideo illis temporibus specialiter fuerūt ieiunia indicenda, in quibus oportebat homines à peccato purgari, & mentem fidelium eleuari in Deū per deuotionem. Quæ quidem præcipuè imminent ante paschalem solennitatem, in qua & culpæ per baptismum relaxantur, qui solenniter in vigilia Paschæ celebratur, quando recolitur Dominica sepultura: quia per baptismum cōsepelimur Christo in mortem: vt dicitur ad Rom. 6. In festo etiam Paschæ oportet maximè mentem hominis per deuotionem eleuari ad æternitatis gloriam, quam Christus resurgendo inchoauit. Et ideo immediatè ante solennitatem paschalem Ecclesia statuit esse ieiunandum. Et eadem ratione in vigiliis præcipuarum festiuitatū, in quibus præparari nos oportet ad festa futura deuotè celebranda. Similiter etiā consuetudo Ecclesiastica habet, vt in singulis quartis anni sacri ordines conferantur: in cuius signum Dominus quatuor millia hominum de septem panibus satiauit, per quos significantur anni noui Testamēti, vt Hier. dicit ibidem* [Super ca. 15. Matt.], ad quorum susceptionem oportet per ieiunium præparari, & eos qui ordinant & illos qui ordinandi sunt, & etiam totum populum pro cuius vtilitate ordinantur. Vnde & legitur Luc. 6. quòd Dominus ante discipulorum electionem, exiuit in mōtem orare. Quod exponens Amb*. [Tit. de oratione domini in monte.] dicit, Quid te facere cōuenit cùm vis aliquod officium pietatis adoriri, quando Christus missurus Apostolos, prius orauit? Ratio etiam numeri, quantum ad quadragesimale ieiunium, est triplex secūdum Greg*. [* Ho. 16. in Euāg. à medio.] Primo quidem, quia virtus decalogi per libros quatuor sancti Euangelij impletur. Denarius autem quater ductus, in quadragenariū surgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, per cuius voluntatem præceptis dominicis cōtrahimus, quæ per Decalogum sunt accepta. Vnde dignū est vt eandem carnem quaterdecies affligamus. Vel quia ita offerre contēdimus Deo decimas dierum. Dum enim per trecentos & sexaginta dies annus ducitur: nos autem per triginta sex dies affligimur, qui sunt ieiunabiles in sex septimanis Quadragesimę, quasi anni nostri decimas Deo damus. Secundum August*. [Lib. 2. de doctrina Christ. ca. 16.] autem additur quarta ratio. Nam creator est Trinitas, Pater & Filius & Spiritus sanctus: creaturę verò inuisibili debetur ternari⁹ numerus. Diligere enim iubemur Deum ex toto corde & ex tota anima & ex tota mēte. Creaturę verò visibili debetur quaternarius propter calidum & frigidū, humidum & siccum. Sic ergo per denarium significantur omnes res. Qui si ducatur per quaternarium, qui competit corpori, per quod administratio geritur, quadragesimum numerum cōficit. Singula verò ieiunia quatuor tēporum tribus diebus continentur propter numerum mēsium, qui competit cuilibet tempori: vel propter numerum sacrorum ordinum, qui in his temporibus conferuntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Christus baptismo non indiguit propter seipsum, sed vt nobis baptismū cōmendaret. Et ideo sibi non competebat, vt ante baptismū suū ieiunaret, sed post baptismum, vt nos inuitaret ad ieiunandum ante nostrum baptismum.

¶ Ad secundum dicendū, quòd Ecclesia non seruat ieiunia quatuor temporū, nec omnino eisdem temporibus, quibus Iudæi, nec etiam propter causas easdem. Illi enim ieiunant in Iulio, qui est quartus mensis ab Aprili, quem primum habent: quia tunc Moyses descendens de monte Sinai, Tabulas legis cōfregit & iuxta Ieremiam, muri primum rupti sunt ciuitatis. In quinto autem mense, qui apud nos vocatur Augustus, quia propter exploratores seditio esset orta in populo, iussi sunt in montem non ascendere. Et in hoc mēse à Nabuchodonosor, & post à Tito, templum Hierosolymis est incensum. In septimo verò, qui appellatur October, Godolias occisus est, & reliquiæ populi dissipatæ. In decimo verò mense, qui apud nos Ianuarius dicitur, populus cum Ezechiele in captiuitate positus, audiuit templum esse subuersum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ieiunium exultationis ex instinctu Spiritus sancti procedit, qui est spirit⁹ libertatis: & ideo hoc ieiunium sub præcepto cadere non debet. Ieiunia ergo, quæ pręcepto Ecclesiæ instituuntur, sunt magis ieiunia afflictionis, quę non cōueniunt in diebus lętitiæ. Propter quod non est ieiunium ab Ecclesia institutum in toto paschali tempore, nec etiam in diebus dominicis, in quibus si quis ieiunaret contra consuetudinem populi Christiani, quæ, vt August*. [Epist. 86. paulo post princip.] dicit, est pro lege habenda: vel etiā ex aliquo errore (sicut Manichæi ieiunant, quasi necessarium tale ieiunium arbitrantes) non esset à peccato immunis: quamuis ipsum ieiunium secundum se consideratum omni tempore sit laudabile, secundum quod Hieronymus dicit ad Lucinium* [Refertur di. 76. ca. Vtinam.], Vtinam omni tempore ieiunare possemus.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum requiratur ad ieiunium, quòd homo tantum semel comedat.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd non requiratur ad ieiunium quòd homo tantum semel comedat. Ieiuniū enim, vt dictū est* [4. di. 8. q. 1. art. 4. q. 2. ad 2.], est actus virtutis abstinētiæ, quę quidē non minus obseruat debitam quātitatem cibi, quàm comestionis numerum. Non autem taxatur ieiunantibus quantitas cibi. Ergo nec numerus comestionis taxari debet.

¶ 2 Præterea, Sicut homo nutritur cibo, ita & potu. Vnde & potus ieiunium soluit. Propter quod non possumus post potum Eucharistiam accipere. Sed non est prohibitum quin pluries bibamus diuersis horis diei: ergo etiam non debet esse prohibitum ieiunantibus, quin pluries comedant.

¶ 3 Præterea, Electuaria quidā cibi sunt, quæ tamē à multis in diebus ieiunij post comestionem sumuntur: ergo vnitas comestionis non est de ratione ieiunij.

¶ SED in contrarium est communis consuetudo populi Christiani.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ ieiuniū ab Ecclesia instituitur ad concupiscentiā refrænandam, ita tamen ꝙ natura saluetur. Ad hoc autē sufficere videt᷑ vnica comestio, per quā homo potest & naturæ satisfacere, & tamen cōcupiscentiæ aliquid detrahit, diminuēdo comestionū

¶ Super Quæstionis centesimæquadragesimæ septimæ Articulum sextum.

IN artic. 6. dubium occurrit de comestione quæ consueuit fieri à ieiunantibus hora cœnæ, an frangant ieiunium, si comedant ea, quæ assumuntur ad nutrimentum, vt fructus, panis, & huiusmodi. Et est ratio dubij, quia vt in litera dicitur, electuaria & potus ideo non frangunt ieiunium, quia eorum vsus non est secundum se principaliter ad nutrimentum. Ergo illa quorū vsus principalis est ad nutriendum, frangūt ieiunium. Et confirmatur: quia Autor in 4. sententiarum dist. 15. quæst. 3. artic. 4. dicit quòd omnia quorum vsus est manducare, frangunt ieiunium vltra vnicam comestionem sumpta. In oppositum est populi Christiani consuetudo.

¶ Ad huius euidentiam scito, quòd hic sunt quinque dubia. Primum an vnica comestio sit ab Ecclesia statuta in ieiuniis, quia nullum dicitur haberi ius expressum. Secundum, an vsus comestibilium sit per modum medicinæ licitus, tam vespertina hora quàm aliis horis. Tertium, an pro sustentatione naturæ liceat illa eadem refectione vti hora vespertina, qua ieiunantes vtuntur per modum medicinę. Quartū, an liceat pro sustentatione naturæ vti refectione vespertina in mane, & prandere vespere absque solutione ieiunij. Quintum, an nesciēs aut non cogitans istas causas medicinæ, vel sustentationis naturæ, sed simplici corde tāquam consuetudine communi sumens refectionem vespertinam, violet ieiunium.

¶ Et primi quidem dubij solutio est, quod vnica comestio magis videtur in præcepto ieiunij præsupposita tanquā communiter intellecta, quàm expressa: ita quod hoc modo statuta ab Ecclesia, & non solum ex consuetudine, iuxta illud literæ, Ecclesiæ moderatione statutum est, vt semel in die, &c. Probatur autem quòd dicimus: tum ex eo quòd ieiunium tanquam à Patribus veteris Testamēti acceptum, Ecclesia indixit. Constat autem quòd apud Iudæos semel tantùm in die comedebatur, scilicet ad vesperum. Tum ex capitulo, Quadragesima, de consecratione, distinctione quinta: vbi inter dies ieiunij & dominicos in Quadragesima, differentia ponitur, dicendo, quòd dies Dominici abstinentiæ subtrahuntur. Et constat quòd non in aliquo alio subtrahuntur quàm in multiplicata comestione, quoniam in qualitate ciborum conueniunt.

¶ Secundi autem dubij solutio est, quod licet priscis temporibus non fuerit fortè licitum sumere fructus, herbas aut bucellam panis, ne potius lauet stomachum: quia horum vsus secundum se est manducatio, vt Autor dicit: hodie tamen omnia licita sunt per modum medicinæ in vespertino potu, fraude cessante: quoniam iam consueuit Christianus populus vti per modum medicinæ huiusmodi, his, quorum vsus est manducatio. Deferendum tamen est consuetudini loci, scilicet vbi non consueuit sumi panis, non sumatur sine rationabili causa, puta quia fructus nocent aut non habentur, aut non possunt conteri dentibus.

¶ Tertij vero solutio est, quòd licet Panormita, extra, de obseruatione ieiunij, putauerit licitum, secundum tamen veritatem non est licitum [Et dis 15. q. 3. art. 4. q. 1. per to. & q°. 2. cor.] [* Art. 1. & 2. huius q.]: quoniam cibus directè sumitur ad sustentationem naturæ per viam nutrimenti, & non ad delectationem. Et propterea Ecclesia interdicendo binam comestionem, inhibet eam, vt comestio ordinatur ad nutriendum corpus. Vult enim ieiunantes affligi in corpore. Et ex hoc patet solutio quarti dubij, quòd scilicet pro sustentatione naturæ, nec vespere, nec mane licet manducare: secus autem, vt dictum est, pro medicina aut necessitate. Nam si quis non posset aliter ieiunare nisi huiusmodi refectionem sumendo in mane vel vespere, recte faceret si illam sumeret. Et sic pro suis viribus

viribus ieiunium persolueret. Satis faceret siquidem iste optimè ecclesiastico præcepto. Et si in aliquo dubitaret, tutè posset hoc facere cum superioris arbitrio, vt de aliis dubiis casibus est dictum, nec propterea debet iste omnino pretermittere ieiunium, sicut qui non potest totam Quadragesimam, sed ter in hebdomada ieiunare, debet sic facere.

¶ Ad quintum demum dubium dicitur, quòd quia illa quæ ex relatione ad aliquid fiunt, ad illius naturam reducuntur, ideo refectiones quæ prætextu consuetudinis fiunt, cùm consuetudo rationabilis sit, ad rationabilem vsum talis refectio reducitur. Et propterea excusantur tales à peccato: instruendi tamen sunt huiusmodi simplices de fundamento consuetudinis, s. quòd super modo medicinæ fundata est, &c.

¶ In eodem artic. 6. in responsione ad secundum, dubium occurrit de potu, qui dicitur sumi ad alterationem corporum & digestionem ciborum: cùm medici testentur potum tam vini quàm aquæ post horam lædere corpus, digestionémque impedire: & breuiter quasi venenum esse ieiunantibus huiusmodi potus, qui fiunt communiter cibo indigesto.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud est loqui de potu, & aliud est loqui de potu post horam inchoatæ digestionis super cibo indigesto. Autor siquidem loquitur de potu absolutè, qui proculdubio ad alterandum & digestionem ciborū assumitur. Et quia non principaliter sumitur ad nutriendum ideo dicitur licitus tempore ieiunij. De potu autem tam aquæ quàm vini super cibo indigesto, non est Theologi, sed Medici docere. Expedit tamen vt temperātiæ deseruiat huiusmodi artis, quo ad hoc, notitia: quoniam ad temperantiam spectat, vt dicit Aristoteles, refutare ea quæ contra sanitatem corporis sunt. Vnde magna abusio est illorum, qui cibo adhuc indigesto vespere bibūt ieiunantes. Et quod peius est, ne potus noceat, sumunt aliquod comestibile, vt duo cruda, cibus scilicet & potus, addantur indigesto. Propter quod multi infirmi & imbecilles rationabiliter cum tempore fiunt, & aliis causis, quæ parum aut nihil in causa sunt, attribuuntur infirmitates eorum. Et ex hoc patet quòd non licet ieiunantibus causa medicinæ super indigesto sumere aliquid comestibile ne cibus noceat, sed post completam digestionem hoc licet. Et ad hoc introducta est Ecclesiæ consuetudo.

4.dist. 15. q.3.art.3. quæst.3.

vices. Et ideo Ecclesiæ moderatione statutum est, vt semel in die à ieiunantibus comedatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quantitas cibi non potuit eadem omnibus taxari propter diuersas corporum complexiones: ex quibus contingit, quòd vnus maiori, alter minori cibo indiget. Sed vt plurimum, omnes possunt naturæ satisfacere per vnicam comestionem.

¶ Ad secundū dicendum, quòd duplex est ieiunium. Vnūquidem naturæ, quod requiritur ad Eucharistię sumptionē. Et hoc soluitur per quemlibet potū, etiam aquæ: post quem etiam non licet Eucharistiam sumere. Est autem aliud ieiunium Ecclesiæ, quod dicitur ieiunium ieiunātis. Et istud non soluitur nisi per ea, quæ Ecclesia interdicere intendit, instituendo ieiuniū. Non autem intendit Ecclesia interdicere abstinentiam potus, qui magis sumitur ad alterationem corporis, & digestionem ciborum assumptorū, quàm ad nutritionem: licet aliquo modo nutriat. Et ideo licet pluries ieiunantibus bibere. Si autem quis immoderatè potu vtatur, potest peccare, & meritum ieiunij perdere: sicut etiamsi immoderatè cibum in vna comestione assumat.

¶Ad tertium dicendum, quòd electuaria etiam si aliquo modo nutriant, non tamen principaliter assumuntur ad nutrimētum, sed ad digestionem ciborū. Vnde non soluunt ieiunium, sicut nec aliarum medicinarum assumptio: nisi forte aliquis in fraudem electuaria in magna quantitate assumat, per modum cibi.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum hora nona conuenienter taxetur ad comedendum his qui ieiunant.

AD SEPTIMVM sic proceditur Videtur quòd hora nona non conuenięter taxetur ad comedendū his, qui ieiunant. Status enim noui Testamenti est perfectior quàm status veteris Testamēti: sed in veteri Testamēto ieiunabāt vsque ad vesperam. Dicitur enim Leuit. 23. Sabbatū est, affligetis animas vestras. Et postea sequitur, A vespere vsque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. ergo multo magis in nouo Testamento ieiunium debet indici vsque ad vesperam.

¶ Super Quæstionis centesimæ quadragesimæseptimæ Articulum septimum.

IN articulo septimo dubium ex Martino in quæstio. 5. de ieiunio occurrit contra opinionem Autoris arguente, quia homines communiter consueuerunt comedere hora tertia, ac per hoc hora sexta debet esse hora comedendi ieiunantibus.

¶ Dubium secundo occurrit ex opinantibus, quòd nimia anticipatio horæ taxatæ non violat ieiunium, sed est tantum peccatum veniale: quia canon Solent. de consec. distinct. prima. potius loquitur de perfectione quàm de necessitate. Nec aliquod inuenitur præceptum obligatiuum ad mortale circa horam comedendi in die ieiunij.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quòd quia materia ista est iuris positiui, quod sicut consensu vtentium firmatur, ita contraria consuetudine infirmatur & tollitur: sic quòd accidit, vt quod prius erat ius, non sit amplius de iuris necessitate: & quod prius nefas erat, licitum postmodū sit. Tempore igitur diui Thomæ, vt patet in litera, communiter homines comedebant hora sexta, hoc est in meridie: tunc enim est summus solis ascensus: & ieiunantes comedebant hora nona, quæ consequenter est tertia hora post meridiem, in qua hora constat Christum expirasse. Et propterea Autor adinuenit rationem congruam iuri & facto. Ex eo autem quòd hodie homines communiter comedunt hora tertia, & ieiunantes hora sexta, currit ratio Autoris de dilatione prandij ieiunantium proportionaliter: quia sicut se habet hodie prandium horæ sextæ ad prandium horæ tertiæ, sic se habebat prandium horæ nonæ ad prandium horæ sextæ. Et per hoc patet responsio ad Martinum. Ad alios verò dicitur, quòd canon ille allegatus aperte testatur esse ex statuto vel consuetudine taxatam horam, saltem nonam, ad ieiunium, dato quòd consilij sit expectare persolutum officium vespertinum: quoniam testatur quòd anticipantes, statim vt pulsabatur ad nonam, ibant pransum. Sed his omissis, cōuincuntur isti ex hac propositione. Cōmunis animi cōceptio Christianorum est, quòd comedens summo mane in die ieiunij, non ieiunat. Quæ patet ex hoc, quòd quilibet Christianus videns aliquem in die ieiunij summo mane comedentem, dicit. Iste non ieiunat. Verba nanque sunt signa conceptuum. Ex hoc autem quòd omnes homines communiter iudicant non ieiunare illos, qui tam notabiliter ante consuetam horam qua ieiunantes solent prandere, comedunt, euidenter patet, quòd hora consueta comedendi pro ieiunio quæcunque hora sit illa, est de necessitate ieiunij. Si enim non esset de necessitate, non negaretur esse ieiunium, quod tam notabiliter anticipatur. Tenetur ergo quilibet ad consuetam horam prandij in ieiunio, sicut tenetur ad ieiunium ipsum. Et hæc eadem ratio applicata ad vnicam comestionem, probat quòd vnica comestio est de necessitate ieiunij, assumendo quòd communis animi cōceptio Christianorum est, quòd in hoc distinguuntur dies ieiunij ab aliis, quòd in illis semel tantum in die, in aliis pluries comedimus.

¶ In eodem articulo dubium occurrit: an sicut hora, ita & officium Clericis sit taxatum, puta quod teneantur ad vesperas ante prandium tempore Quadragesimæ. Et est ratio dubij opinio diuersa.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd sicut in ieiuniis quatuor temporum non tenentur dixisse nonam antequam comedant, ita nec in Quadragesima tenentur dixisse vesperas ante prandium. Nisi causa tamen rationabilis aliud suadeat, debent qui tenentur ad officium & ieiunium, dixisse nonam in vigiliarum quatuor temporum ieiuniis, & vesperas in Quadragesima, ante prandium, vt in c. Solent de consec. distin. 1. insinuatur. Nec moueor alia ratione ad hoc, nisi quia nec scriptæ legis, nec consuetudinis præcepto ad hoc arctamur.

¶ In eodem articulo in responsione ad vltimum, dubium occurrit, an egens dispensatione in vna conditione ieiunij, & propterea dispensatus, sit totaliter liber à vinculo præcepti de ieiunio. Verbi gratia, In casu qui ponitur in litera. Et est ratio dubij, quia hinc est autoritas literæ pro parte negatiua. Inde autem est, quod dispensatus de vnica comestione, est totaliter liber à ieiunio. Vnica vero comestio est vna conditio ieiunij.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd proculdubio egens dispensatione in vna sola conditione ieiunij, etiam si illa conditio sit de necessitate ieiunij, & in illa sola dispensatus siue à Prælato siue à necessitate sit, non est propterea dispensatus seu absolutus à ieiunio. Verbi gratia, Si quis est non potens expectare horam consuetam prandij, sed potest summo mane comedendo, ieiuniū quo ad reliqua seruare: & dispensatur à Prælato quacunq; hora voluerit, non propterea est absolutus à vinculo ieiunij, sed debet, sicut potest, ieiunare. Et eadem ratione ne tenetur sic ieiunare, si necessitas euidens ipsum dispenset quo ad dictam conditionem. Et hoc satis ex autoritate huius literæ habetur. Et ratione firmatur: quia impotens seruare præceptum Ecclesiæ quo ad omnes eius conditiones, debet seruare illud secundum illas quas potest. Non est autem eadem ratio de vnica comestione, & aliis conditionibus Quoniam ieiunium noui Testamenti ex abstinentia carnium, & vnica comestione constat, tanquam ex substantialibus: ita quòd vnica comestio est essentialior ieiunio, vt pote à principio ieiunij instituta in veteri Testamento, in quo vsque ad vesperam affligendum hominem ieiunio statutū est. Nullus tamen cibus vespere prohibitus erat. Patet etiā ex hoc, quòd Ecclesiæ consuetudo traxit horā prandij in ieiunio à nona in sextam. In vnica tamen comestione perseuerat, nisi in diebus Dominicis, quibus se nō abstinere fatetur. Dispensatus ergo à Pręlato in euidenti necessitate de vnica comestione est simpliciter dispensatus de ieiunio & econtra: quia ablato essentiali, aufertur res. Sed dispensatus in aliis conditionibus, non est dispensatus à ieiunio: quoniam sine istis potest ieiunium quo ad substantialia remanere.

¶2 Præterea, Ieiuniū ab Ecclesia institutum omnibus imponitur, sed non omnes possunt determinatè cognoscere horam nonam. ergo videtur quòd taxatio horæ nonæ non debeat cadere sub statuto ieiunij.

¶3 Præterea, Ieiunium est actus virtutis abstinentiæ, vt suprà dictum est*, sed virtus moralis non eodē modo accipit medium quo ad omnes: quia quod est multum vni, est parum alteri, vt dicitur in secundo Ethic*. ergo non debet ieiunantibus taxari hora nona.

Art.præ. argum. 1. — Cap.6.

¶SED CONTRA est, quòd conciliū Chalcedonense* dicit, In Quadragesima nullatenus credendi sunt ieiunare, qui ante manducauerint, quàm vesperinum celebretur officium: quod quadragesimali tempore post nonam dicitur. Ergo vsque ad nonam est ieiunandum.

Habetur de consf.di. 1.c.solent.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est*, ieiunium ordinatur ad deletionē & cohibitionem culpæ. Vnde oportet, quòd aliquid addat suprà communem consuetudinem, ita tamen quòd per hoc non multū natura grauetur. Est autem debita & communis consuetudo comedendi hominibus circa horam sextam, tum quia iam videtur esse completa digestio nocturno tempore, naturali calore interius reuocato, propter frigus noctis circunstans, & diffusio humoris per membra cooperante ad hoc calore diei vsque ad summum solis ascensum: tum etiam quia tunc præcipuè natura corporis humani indiget iuuari contra exteriorem aëris calorem, ne humores interius adurantur. Et ideo vt ieiunans aliquam afflictionem sentiat pro culpæ satisfactione, conueniens hora comedendi taxatur ieiunantibus circa horam nonam. Conuenit etiam ista hora mysterio passionis Christi, quæ completa fuit hora nona, quando inclinato capite tradidit spiritum. Ieiunantes enim dum suam carnem affligunt, passioni Christi conformantur: secundum illud ad Gal. 5. Qui autē Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.

Art.1.3. & 5.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ status veteris Testamenti cōparatur nocti, status verò noui Testamēti, diei secū-

dum illud ad Rom.13. Nox pręcessit, dies autem appropinquauit. Et ideo in veteri Testamento ieiunabāt vsque ad noctem, non autem in nouo Testamento.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad ieiunium requiritur hora determinata, non secundum subtilem examinationem, sed secūdum grossam æstimationem. Sufficit enim quòd sit circa horā nonam. Et hoc de facili quilibet cognoscere potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd modicum augmentum, vel etiam modic⁹ defectus nō multum potest nocere. Non est autem magnum temporis spatium, quod est ab hora sexta, in qua communiter homines comedere cōsueuerunt, vsque ad horam nonam, quæ ieiunantibus determinatur. Et ideo talis taxatio temporis non multum potest alicui nocere, cuiuscunq; conditionis existat: vel si fortè propter infirmitatem, vel ætatē, aut aliquid huiusmodi, hoc eis in magnum grauamē cederet, esset cū eis in ieiunio dispēsandum, vel vt aliquantulum præuenirent horam.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum conuenienter ieiunantibus indicatur abstinentia à carnibus, & ouis, & lacticiniis.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter ieiunantibus indicatur abstinentia à carnibus, & ouis, & lacticiniis. Dictū est enim suprà* quòd ieiunium est institutum ad concupiscentias carnis refrænandas. Sed magis concupiscentiam prouocat potus vini quàm esus carnium: secundum illud Prouerb. 20. Luxuriosa res est vinum. Et ad Ephe. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Cùm ergo non interdicatur ieiunantibus potus vini, videtur quòd nō debeat interdici esus carnium.

Art.6.huius q.

¶2 Pręterea, Aliqui pisces ita delectabiliter comedūtur, sicut quædam animalium carnes: sed concupiscentia est appetitus delectabilis, vt suprà habitum est*: ergo in ieiunio, quod est institutum ad concupiscentiam refrænandam, sicut non interdicitur esus piscium, ita non debet interdici esus carnium.

1.2.q.30. art.1.

¶3 Præterea, In quibusdam ieiuniorum diebus aliqui ouis & caseo vtuntur. ergo pari ratione in ieiunio quadragesimalibus homo vti potest.

¶SED CONTRA est communis fidelium consuetudo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est,* ieiunium ab Ecclesia est institutum ad reprimendas concupiscentias carnis: quæ quidem sunt delectabilium secundum tactum, quæ consistunt in cibis & venereis. Et ideo illos cibos Ecclesia ieiunantibus interdixit, qui & in comedendo maximè habent delectationē, & iterum maximè hoīem ad venerea ꝓuocant. Hmōi autē sunt carnes animaliū in terra nascentium, & respirātiū, & quæ ex eis ꝓcedūt: sicut lacticinia ex gressibilibus, & oua ex auibus. Quia em̄ huiusmodi magis conformantur humano corpori, plus delectant, & magis conferunt ad humani corporis nutrimentū. Et sic ex eorum comestione plus superfluit, vt vertatur in materiam seminis: cuius multiplicatio est maximū incitamentum luxuriæ. Et ideo ab his cibis præcipuè ieiunantibus Ecclesia statuit esse abstinendum.

Art.6.huius q.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad actum generationis tria concurrunt, scilicet calor, spiritus, & humor. Ad calorem quidem maximè cooperatur vinum & alia calefacientia corpus. Ad spiritus autem videntur cooperari inflatiua. Sed ad humorē maximè cooperatur vsus carnium, ex quibus multum de alimento generatur. Alteratio autem caloris & multiplicatio spirituū citò transit: sed substantia humoris diu manet. Et ideo magis interdicitur ieiunantibus vsus carnium, q̄ vini vel leguminum, quæ sunt inflatiua.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ Ecclesia ieiunium instituens intendit ad id, quod communius accidit. Esus autem carnium est magis delectabilis communiter quàm esus piscium: quamuis in quibusdam aliter se habeat. Et ideo Ecclesia magis ieiunantibus prohibuit esum carnium, quàm esum piscium.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ oua & lacticinia ieiunantibus interdicuntur, inquantum sunt ex animalibus exorta carnes habentibus. Vnde principalius interdicuntur carnes quàm oua vel lacticinia. Similiter etiam inter alia ieiunia solēnius est quadragesimale ieiunium: tum quia obseruatur ad imitationē Christi, tum etiā quia per ipsum disponimur ad redēptionis nostræ mysteria deuotè celebrāda: & ideo in quolibet ieiunio interdicitur esus carnium. In ieiunio autem quadragesimali interdicuntur vniuersaliter etiam oua & lacticinia. Circa quorum abstinentiam in aliis ieiuniis diuersæ consuetudines existunt apud diuersos: quas quisque obseruare debet secundum morem eorū inter quos conuersatur. Vnde Hieronymus* dicit de ieiuniis loquens, Vnaquæque prouincia abundet in suo sensu: & præcepta maiorum leges apostolicas arbitretur.

Epist. ad Lucinium circa fin.

QVÆSTIO CENTESIMAquadragesimaoctaua, de Gula, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de gula. ¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, vtrum gula sit peccatum.
¶ Secundò, vtrum sit peccatum mortale.
¶ Tertiò, vtrum sit maximum peccatorū.
¶ Quartò, de speciebus eius.
¶ Quintò, vtrum sit vitium capitale.
¶ Sextò de filiabus eius.

4.dist.15. q.3.ar.4. q.2.

¶ Super quæstionis centesimæ quadragesimæ septimæ Articulum octauum.

Art.6.huius q.

IN articulo octauo eiusdem centesimę quadragesimæ septimę quæstionis: dubium occurrit an hi qui non cōprehenduntur sub præcepto Ecclesiæ de ieiunio, teneantur abstinere à cibis vetitis, puta carnibus, ouis, & lacticiniis. Et est ratio dubij, quia in litera expressè dicitur, qualitatē ciborum interdictam ieiunantibus. Non ieiunātibus ergo legitime non est interdicta. Et confirmatur: quia pueris ex consuetudine oua dantur in Quadragesima. In oppositum autem videtur communis opinio.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia consuetudo est optima legum interpres, & communiter in populi Christiani obseruatione inuenitur, quòd dispensati ex impotentia euidenti ab abstinentia carnium sunt totaliter absoluti à præcepto ieiunij: potentes verò abstinere à carnibus, non potentes autem abstinere ab ouis aut à lacticiniis, non absoluuntur à præcepto ieiunij: & rursus potentes abstinere ab his omnibus, sed impotentes ad seruādam vnicam comestionem, liberantur à ieiunio solum, & non abstinentia prohibitorum in Quadragesima: nam in aliis ieiuniis quo ad vsum ouorum, & lacticiniorum, statur consuetudini loci: ideo dicendum est, quòd tam ieiunantes, quàm non ieiunantes tenentur ad abstinentiam à cibis prohibitis, consuetudine præceptum Ecclesiæ sic interpretante. Et eadem ratione paruulis pueris dantur licitè oua vel carnes iuxta patriæ consuetudinem in Quadragesima.

¶ Circa ieiunium, postremò dubium occurrit, an frangendo ieiunium toties quis in die eodem peccet mortaliter, quoties comedit, an semel tantum. Et est ratio dubij, quia violatio ieiunij in qualitate ciborum toties est nouum peccatum, quoties comeduntur cibi vetiti: ergo pari ratione quoties receditur ab vna comestione, vel hora consueta notabiliter anticipatur, toties peccatur. In oppositum autem videtur communis opinio, tenens quod nisi adsit nouus contemptus, semel tantùm peccatur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet diuersę sint in hac quæstione opiniones, rationabiliter distingui potest, quòd cùm ieiunium contineat tres negationes, sc. non vesci carnibus, &c. non comedere plus quàm semel in die, & non comedere ante horam consuetam, non eodem tamen modo se habent ad ieiunium istæ negationes sed duę vltimæ cadunt sub præcepto ieiunij, nō nisi vt partes, vel quasi partes constitutiuæ ieiunij. Prima autem cadit sub præcepto absolutè, durante tamen tempore illo, puta Quadragesimæ, quatuor temporum, vigiliarum. Et propterea quoties quis comedit carnes, aut alios prohibitos cibos in die, toties de nouo peccat mortaliter, iuxta regulam transgressionis pręceptorum negatiuorum. Cadit nāque sub Ecclesiæ pręcepto, quòd in toto illo die non comedātur carnes, sicut cadit sub præcepto Dei, quòd in toto tempore huius vitæ non furemur. Et sicut qui commisit semel vel bis furtum, non excusatur quin tertiò peccet, si tertio furetur: ita qui iam semel & bis comedit carnes durante tempore prohibitionis, non excusatur quin tertiò peccet, si tertiò comedat carnes. Nō quoties autem quis comestiones multiplicat in die ieiunij, toties peccat: quia non cadit sub pręcepto Ecclesiæ non multiplicare comestionē absolutè, sed vt requiritur ad ieiuniū. Ex quo autem negatio comestionis non potest amplius pro illo die esse conditio ieiunij, quia iā ieiunium solutum est, sequitur quòd non cadat sub præcepto ieiunij. Non fit ergo exceptio in materia hac à regula pręcepti negatiui, sed declaratur sub qua ratione huiusmodi negationes cadunt sub pręcepto, scilicet, vt sunt cōditiones ieiunij. Et quia prima solutio ieiunij facit has conditiones non posse pro illo die induci re conditionē ieiunij. iō non cadunt amplius sub pręcepto ieiunij. Non sic autem esse patet de negatione esus carnium & prohibitorum, quia absolutè & non solùm vt conditio ieiunij, cadit sub præcepto illius temporis. Vnde & diebus dominicis quadragesimæ viget præceptum illud. Et per hoc patet communis opinionis veritas & ratio.

¶ Super quæstionis centesimæ quadragesimæoctauæ Articulum primum.

IN art. 1. q. 148. in responsione ad secundum, dubium occurrit, an excedere mensurā in comedendo, non propter concupiscentiam, sed propter imperitiam, sit vitiosum: & cuius vitij opus sit. Et est ratio dubij, quia huiusmodi imperitia videtur arti non prudentiæ contraria: ac per hoc nullius moralis

vitij actus videtur talis excessus. In oppositum autem est, quia peccatum ex ignorantia ad eandem speciem ieiunij spectat, ad quā spectaret si fieret scienter. Homicidium enim accidens ex ignorātia transeuntis hominis, ad homicidij speciem reducitur. Et ebrietas ex ignorantia potentię vini, ad ebrietatis speciem spectat. Excessus ergo in comedendo ex imperitia ad gulam, quę circa excessum in comedēdo versatur, spectat. Cuius contrarium in litera dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd excessus in edendo ex imperitia, contingit dupliciter. Quandoque enim contingit ex imperitia culpabili, scilicet eius quod scire debet: puta, si infirmus potens se custodire à nociuis, quia est diues, &c. non curat scire quid sibi noceat, & sic ex imperitia errat in comedendo: & sic excedere in qualitate aut quantitate, &c. non ex concupiscentia, sed ex imperitia est peccatum gulæ, non formaliter, sed materialiter. Quandoque autem contingit ex imperitia inculpabili, puta quia homo sanus comedit consueta, & credit non esse sibi nimis quod comedit, aut non esse nociuum: & sic huiusmodi excessus non est peccatum. Et propterea nullius vitij actus est. Cum igitur in litera dicitur, quòd hoc solum pertinet ad gulam, quòd aliquis propter concupiscentiam cibi delectabilis scienter excedat mensuram in edendo, de gula formaliter intellige. Nam, vt dictum est, gula materialiter aliter esse potest: sicut & detractio materialiter est, quę absque detrahendi intentione ex loquacitate fit. Et per hoc patet solutio obiectorum. Nam & prima ratio concludit verum de imperitia inculpabili. Secūda quoque concludit verum de actu qui fit ex imperitia seu ignorantia culpabili. Spectant enim hi actus, saltem materialiter & reductiue ad species, quarum essent, si scienter fuissent voliti.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum gula sit peccatum.*

[*Mal. q. 14. art. 1. & art. 1. & 3. cor.*]

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd gula non sit peccatum. Dicit enim Dominus Matth. decimoquinto. Quod intrat in os, non coinquinat hominem, sed gula est circa cibos, qui intrāt in hominem. Cùm ergo omne peccatum coinquinet hominem, videtur quòd gula non sit peccatum.

¶3 Præterea, Nullus peccat in eo, quod vitare non potest. Sed gula consistit in immoderantia cibi, quam non potest homo vitare. Dicit enim Greg. 30. Mor*. [*Cap. 28.*] Quia per esum voluptas necessitati miscetur, quid necessitas petat, & quid voluptas suppetat, ignoratur. Et Augustinus dicit in decimo Cōfes.* [*Cap 31*] Quis est Domine, qui aliquātulum extra metas necessitatis cibum non sumit? Ergo gula non est peccatum.

¶3 Præterea, In quolibet genere peccati primus motus est peccatum. sed primus motus sumendi cibum non est peccatum, alioquin fames & sitis essent peccata. ergo gula non est peccatum.

¶ SED CONTRA est, quod Grego. 30. Moral.* [*Cap. 26.*] dicit, quòd ad conflictum spiritualis agonis non assurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis positus, gulæ videlicet appetitus, edomatur. sed interior hostis hominis est peccatum. ergo gula est peccatum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd gula non nominat quemlibet appetitum edendi & bibendi, sed inordinatum. Dicitur autem appetitus inordinatus ex eo, quòd recedit ab ordine rationis, in quo bonum virtutis moralis consistit. Ex hoc autem dicitur aliquod esse peccatū, quòd virtuti contrariatur. Vnde manifestum est, quòd gula est peccatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q id quod intrat in hominem per modum cibi secundum suam substantiam & naturam, non coinquinat hominem spiritualiter. Sed Iudæi opinabantur quòd aliqui cibi immundos facerent, non propter figuram, sed propter propriam naturam. Inordinata autem ciborum concupiscentia spiritualiter hominem coinquinat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dictum est* [*In corp. art.*], vitiū gulæ non consistit in substantia cibi, sed in concupiscentia non regulata ratione. Et ideo si aliquis excedat in quantitate cibi non propter concupiscentiam cibi, sed æstimans id sibi necessarium esse, nō pertinet hoc ad gulam, sed ad aliquam imperitiam. Sed hoc solū pertinet ad gulam, quòd aliquis propter cōcupiscentiam cibi delectabilis scienter excedat mensuram in edendo.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd duplex est appetitus. Vnus quidē naturalis qui pertinet ad vires animæ vegetabilis, in quibus non potest esse virtus & vitium, eo quòd nō possunt subiici rationi. Vnde & vis appetitiua diuiditur contra retentiuam, & digestiuam & expulsiuam. Et ad talem appetitum pertinet esuries & sitis. Est autem & alius appetitus sensitiuus in cuius concupiscentia vitium gulæ consistit. Vnde primus motus gulæ importat inordinationem in appetitu sēsitiuo, qui non est sine peccato.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum gula sit peccatum mortale.*

[*Infrà q. 154. art. 2. ad 6. Et mal. q. 14. art. 2. Et Rom. 13. lect. 3. Et Gal. 5. lect. 4*]

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd gula non sit peccatū mortale. Omne enim peccatum mortale contrariatur alicui præcepto Decalogi, quod de gula non videtur. ergo gula non est peccatum mortale.

¶2 Præterea, Omne peccatū mortale contrariatur charitati, vt ex supradictis patet* [*q. 125 art. 3.*]: sed gula non opponitur charitati, neque quantum ad dilectionem Dei, neque quantum ad dilectionem proximi, ergo gula non est peccatum mortale.

¶3 Præterea, Augustinus dicit in sermone de Purgatorio* [*Ser. 4. in die animarū ante med.*], Quoties aliquis in cibo aut potu plus accipit quàm necesse est, ad minuta peccata pertinere nouerit. Sed hoc pertinet ad gulam: ergo gula computatur inter minuta, id est, inter venialia peccata.

¶ SED CONTRA est, quod Gregor. dicit in 30. Moralium* [*Cap. 26.*], Dominante gulę vitio, omne quod homines fortiter egerunt, perdunt, & dum venter non restringitur, simul cunctæ virtutes obruuntur: sed virtus non tollitur nisi per peccatum mortale. Ergo gula est peccatum mortale.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictū est* [*Art. 1. huius q.*], vitium gulæ proprie consistit in concupiscentia inordinata. Ordo autem rationis, concupiscentiam ordinantis dupliciter tolli potest. Vno modo, quantum ad ea, quæ sunt ad finem, prout scilicet nō sunt ita commensurata, vt sint proportionata fini. Alio modo, quantum ad ipsum finem, prout scilicet concupiscentia hominē auertit à fine debito. Si ergo inordinatio concupiscentiæ accipiatur in gula secundum auersionem à fine vltimo, sic gula erit peccatum mortale. Quod quidem contingit, quādo delectationi gulæ inhæret homo tanquā fini, propter quem Deum contemnit, paratus scilicet contra præcepta Dei agere, vt delectationes huiusmodi assequatur. Si verò in vitio gulæ intelligatur inordinatio cōcupiscentiæ tantum secundum ea, quæ sunt ad finem, vt pote quia nimis concupiscit delectationes ciborum: nō tamen ita quòd propter hoc faceret aliquid contra legem Dei, est peccatum veniale.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q vitium gulæ habet quòd sit peccatū mortale, inquantum auertit à fine vltimo: & secundum hoc per quandam reductionē opponitur præcepto de sanctificatione sabbathi, in quo præcipitur quies in fine vltimo. Non enim omnia peccata mortalia directè contrariantur præceptis Decalogi, sed solùm illa quæ iniustitiam cōtinent: quia præcepta Decalogi specialiter pertinent ad iniustitiā & partes eius, vt suprà habitum est.* [*Q. 122. art. 1.*]

¶ Ad secundum dicendum, q inquantum auertit à fine vltimo, cōtrariatur gula dilectioni Dei, qui est super omnia, sicut finis vltimus diligendus. Et secūdum hoc solùm gula est peccatum mortale.

¶ Ad tertium dicendum, q illud verbū Aug. intelligitur de gula, in quantum importat inordinationem concupiscentiæ solùm circa ea quæ sunt ad finem.

¶ Ad quartum dicendum, q gula dicitur virtutes auferre non tam propter se, quā etiam propter vitia, quæ ex ea oriuntur. Dicit enim Greg. in Pastorali,* [*part. 3. cap. 20.*] Dum venter per ingluuiem tenditur, virtutes animæ per luxuriam destruuntur.

¶ *Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ octauæ Articulum secundum.*

IN artic. 2. quæstionis eiusdem dubium occurrit ex Martino in quęstione 2. de gula, eiusdē tractatus circa determinationem peccati mortalis gulæ. Inquit enim, Ista opinio, iudicio meo, non sufficienter ostendit gulam esse peccatum mortale. Arguitque octo argumentis, quòd gula non est peccatum mortale: quia directè auertit à fine vltimo & præceptis diuinis. Quia vel hoc intelligitur de præcepto diuino de actu ipsius gulæ: & hoc non, quia secundum eundem doctorem in responsione ad primum, nullum est tale præceptum. Aut intelligitur de præcepto diuino quod est de aliis actibus, puta furto, adulterio, &c. Et tunc gula non esset alio modo peccatum mortale quàm dare eleemosynam, orare, vel studere, quia scilicet ista non sunt secundum se mortalia. Si quis tamen ita esset affectus horum alicui, vt esset paratus facere contra præcepta Dei, propter hoc essent peccata mortalia. Alia autem argumenta omitto, quia iuxta hunc secundum sensum præcisè procedunt, qui alienus est à mente & verbis Doctoris, vt patebit. Duo tamen non sunt prætermittenda, quæ militant aduersus illud verbum, contra præcepta Dei. Primum est, Gula, qua quis frangit ieiunium Quadragesimę, est peccatum gulę mortale: & tamen non contra pręceptum Dei, sed Ecclesię. Non ergo gula ex hoc diffinienda est peccatum mortale, quia scilicet est contra pręcepta Dei. Secundum est, Gula, qua quis vescitur ob delectationem carnibus humanis, est peccatum mortale: quia est bestialitas, & gula contra naturam, sicut Sodomia luxuria contra naturam. tamen non est contra præceptum diuinum: quia nullum diuinum præceptum de hoc fit: ergo.

¶ Ad horum euidentiam scito, quòd verba literæ possunt dupliciter accipi. Primò cōfuse, quasi Autor voluerit ex multis circunlocutiuè declarare quādo gula est peccatum mortale ex auersione à fine, ex contemptu Dei, & præparatione ad faciendum contra præcepta Dei Et hic sensus satis rudis est, & alienus ab Autoris excellētia & doctrina. Secūdò, distinctè & formaliter: ita quòd iuxta distinctionem, quæ fit in communi de ablatione ordinis rationis, scilicet tollendo finem, vel ea quæ sunt ad finem, sub sumptum est in particulari de gula, quòd qñ tollit finem vltimum, tunc est mortale: & quod tūc tollit finem vltimum, qñ quis delectationi gulæ inhæret vt fini vltimo. Sicut etiam inanis gloria tunc est mortalis, qñ quis humanæ gloriæ inhæret vt vltimo fini. Et hanc eandem, quo ad vitium, sententiam habes ex Arist. in tertio Ethic. dicente de intemperato, quòd à cupiditate adeo ducitur, vt illam cæteris omnibus anteponat Et hic sensus est manifestè verus, & expressus, non implicitè positus in litera, cùm dicitur, Quod quidem tunc contingit, quando delectationi gulæ inhæret homo tanquam fini, propter quem Deum contemnit, hoc est, tanquam fini vltimo. Et idem replicatur in responsione ad secundum. Sic enim contemnitur Deus, qui est ex sua natura finis vltimus. Quoniā dignitas vltimi finis attribuitur tali delectationi, & fit gulosi Deus, iuxta illud, Quorum Deus venter est. Subiuncta autem verba in litera de præparatione ad agendū contra pręcepta Dei propter huiusmodi delectationes, ad duo apposita sūt. Primò ad explicandū effectū diffinitę gulæ. Effectus siquidem dictę gulæ est, quòd homo est paratus transgredi præcepta Dei propter illā: quoniā delectatio illa amatur vt vltimus finis, ac per hoc præceptis Dei anteponitur: & sic facit hominem transgressorē aliorum præceptorum propter illam assequendam. Secundò, ad declarandum à posteriori, qñ delectatio gulæ affectatur vt vltim⁹ finis. Quia enim hoc sæpe latere videtur, sicut de appetitu gloriæ, pecuniæ, & similium, ideo expediens fuit docere vnde possumus cognoscere quando homo ponit in delectatione gulæ, & similium, finem vltimum: quando scilicet propter illam adipiscendam paratus est transgredi præcepta Dei: puta, quia est paratus luxuriari, aut furari, aut aliquid eiusmodi perpetrare. Ex quibus patet, quod argumenta Martini, quæ subiuncta verba literæ de præparatione ad agendum contra præcepta Dei, supponunt posita esse ad definiendum peccatum mortale in gula, in vanum laborant, quia falsum supponit: quoniam peccatum mortale in gula constituitur prius ex hoc quòd delectatio gulæ appetitur vt finis vltimus. Et ex hoc appetitu efficitur alius appetitus agendi contra præcepta Dei. Et quum Martinus dicit, quòd secundum Autorem nullum est diuinum præceptum de inordinato appetitu gulæ, falsum dicit: nec Autor hoc dicit, sed dicit, quòd nullum præceptum Decalogi est directè de hoc Cōstat autem quòd aliud est loqui de præceptis diuinis, & aliud de præceptis Decalogi: sicut aliud est loqui de colore, & aliud de albedine. Non enim omnia præcepta diuina sunt præcepta Decalogi, sed contra. In diuina autem scriptura prohibetur gula. Attendite ne grauentur corda vestra crapula Luc. 21. Et ab Apostolo, Non in comessationibus. Ad Rom. 13. Et ad Gal. 5. expressè dicitur de comessationibus, quòd qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Et bene nota, quòd non dicimus vehementiorem appetitum delectationis esse peccatum mortale, quasi excessus gradualis concupiscentiæ faciat peccatū mortale: sed dicimus quòd appetitus delectationis talis, vt vltimi

timi finis, est peccatum mortale. Multum enim hæc differunt: quoniam magis vel minus appetere se tenent ex parte appetentis, & sunt gradus appetitionis. Sed appeti vt finem vltimum, tenet se ex parte appetibilis, & est ratio rei appetitæ. Amatur enim sub ratione finis vltimi. Et ideo quantumcunque remissè, deliberatè tamen, quis appetat delectationem cibi, vt finem vltimū, peccat mortaliter. Et quantumcunque intensè quis appetat huiusmodi delectationem, circa tamen vltimum finem, non peccat mortaliter. Vnde si quis furatur propter delectationem gulæ, duplici deformitate mortali peccat, sicut cùm quis furatur vt mœchetur: & nō vna tantum, sicut cùm quis furatur vt det eleemosynam. Et ratio diuersitatis est quia ibi sunt duo mala, alterum oppositum abstinentiæ, alterum oppositum iustitiæ, scilicet delectatio gulæ vt finis, & furtum. Hic autem est vnum tantum malum, scilicet oppositū iustitiæ, furtum. Dare nanque eleemosynam non est malum.

¶ Sed occurit hic non posthabenda quæstio speculatiua, Quare dare eleemosynam non est malum alterum à furto in casu proposito, cùm ex hoc ipso, quòd est finis furti, sequatur quòd dare eleemosynā appetatur, vt finis vltimus: quia propter ipsam homo contemnit Deum in præceptis suis, furtū comittendo. Videtur enim quòd etiam hic sint duæ deformitates: altera opposita charitāti, dum vltimus finis ponitur in dare eleemosynam, & altera opposita iustitiæ, dum furtum committitur propter donandam eleemosynam.

¶ Sed ad hoc dicitur, quòd dupliciter contingit amari aliquid vt vltimum finem. Primo modo, ita quòd illud in seipso ametur vt vltimus finis. Sicut cùm quis fornicatur, amat delectationem illam pro tunc in seipsa, vt finem vltimum. Et simile est in aliis peccatis mortalibus ex suo genere. Alio modo, q illud non secundum se, sed vt ratio alterius operis amatur vt vltimus finis: ita quòd ex hoc ipso quòd amatur, vt ratio talis operis, habet quòd ametur vt vltimus finis. Sicut cùm quis non ponit finem suum in dando eleemosynam, sed dare eleemosynam ordinat in Deum, cum hoc tamen ex nimio affectu dandi eleemosynam, furatur vt det eleemosynam. Et quoniam primus modus infert secundum & non econtra, quoniam quod absolutè amatur vt finis vltimus, amatur etiam vt finis vltimus tanquam ratio aliorum, sed non econtra, vt patet in exemplo dato: ideo cùm quis furatur vt det eleemosynam, vna tantum deformitate peccati, scilicet furti, peccat. Non enim talis præponit dare eleemosynā absolutè Deo, sed vt est ratio furti. Sicut econtra, si quis daret eleemosynam vt furtum committeret, vnica quoque deformitate fœdaretur: quoniam dare eleemosynam ex hoc solo quòd ordinatur ad furtum, deformitate furti fœdatur. Et hinc prouenit quòd mulieres amātes propriam vitam aut sustentationem, &c. non vt finem vltimum absolutè, sed solum vt rationem fornicādi, quia scilicet ne occidantur, aut vt habeant vnde viuant, fornicantur, non nisi vna specie peccati fœdantur, scilicet fornicationis. Et ex istis causis honestis & licitis in se, peccata commissa alleuiationem quandam habent. Ostenditur siquidem ex hoc, quòd animus non per se ad vitia tendit, sed sub ratione honesti, aut liciti. Habes quoque ex hac theorica, quòd si quis ex veniali secundum se affectu delectationis gulæ aut gloriæ furatur, vnam tantùm mortalem deformitatem incurrit. s. furti. Finis autem talis delectationis, licet in aliam transferat vitij speciem: puta gulæ, aut inanis gloriæ, quia tamen non aggrauat in infinitum, non apponit aliam mortalem deformitatem.

¶ Ad primum Martini, cōtra illud, s. Præcepta Dei, &c. dicitur, quòd præcepta Dei in proposito comprehendunt omnia iusta præcepta, quæ à Deo mediate sunt: iuxta illud, Qui vos spernit, me spernit. Et rursus, Omnis potestas à Deo est, ad Rom. 13.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd bestialitas, qua quidam vescuntur carnibus humanis, est contra præcepta iuris naturalis. Sicut enim naturaliter sola fœmina humana est habilis ad coitum hominis, ita naturaliter sola vegetabilia & animalia irrationabilia sunt materia habilis ad nutriendum hominem. Vnde Deus primò dedit Adæ vegetabilia, deinde Noe dedit animalia. Contra naturæ ergo ordinem est, quòd vescatur quis humanis carnibus. Sed quia ex hoc non habetur quòd sit peccatum mortale, quoniam dicere mendacium est contra ius naturale, & non tamen est de genere suo mortale: & comedere carbones aut calcem sine læsione ex mala complexione, non est mortalis gula, quamuis bestialis: sicut ambulare manibus & pedibus, ad bestialitatis vitium spectat, & tamen non est mortale: ideo cautus esto & non admittas consequentiam: Est peccatum bestialitatis, ergo mortale. Ad hoc enim quòd sit mortale, exigitur quòd sit contra charitatem Dei, suiipsius, aut proximi. Propter hoc enim mendaciū non est ex suo genere mortale: & similiter ambulare manibus & huiusmodi. Ad argumentum ergo dicitur, quòd quia præcepta iuris naturalis sunt præcepta Dei, ideo peccans in gula contra naturam, peccat contra præceptum iuris naturalis & diuini. Mortaliter autem tunc solùm per se loquendo in bestialitatis gula peccat, quando cibus est contra bonum sui, aut proximi. Et ex hac parte repugnat carni humanæ esse cibum hominis: quoniā cibus humanus potest iure priuari vita sua, vt sumatur in cibum. Licitè enim mortificamus vegetabilia, & occidimus animalia in vsum nostri cibi. Homo autem nō potest occidi vt sit nutrimentum nostrum. Et propterea talis bestialitas est peccatum moralissimū, per se loquendo. An autem per accidens quandoque liceat, puta quia homines sunt iam occisi in bello, & non subest cibus alius, alterius rationis est: & necessitas excusare videtur ex quo nocumentum proximi non est: & inhumanitatem vrgens necessitas apud se, & alios operit.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum gula sit maximum peccatorum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd gula sit maximum peccatorum. Magnitudo enim peccati ex magnitudine pœnæ consideratur: sed peccatum gulæ est grauissimè punitum. Dicit enim Chryso.* [*Hom. 13. in Matt. non longè à prin.*] Adam incontinentia ventris expulit à paradiso. Diluuiū quod fuit tēpore Noe ipsa fecit, & pœnam Sodomorum, secūdum illud Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis & vini. Ergo peccatum gulæ est maximum peccatorum.

¶ 2 Præterea, Causa ī quolibet genere est potior. sed gula videtur esse causa aliorū peccatorū: quia super illud Psal. 135. Qui percussit Aegyptum cū primogenitis eorum, dicit gl*. [*Ex Cassio.*] Luxuria, concupiscentia, superbia, sunt ea quæ venter generat. Ergo gula est grauissimum peccatorum.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli secundi dubium occurrit ex Martino ibidem dicente. Non placet mihi quod dicit sanctus Thom. concupiscentiā gulæ mortalem esse contra præceptum sanctificationis sabbathi, qua præcipitur quies in fine vltimo: quoniam tunc omne peccatum mortale esset contra sanctificationem sabbathi: quia quolibet peccato mortali auertitur secundum Thom. quies à fine vltimo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Autor non dicit peccatum gulæ esse contra præceptum sabbathi absolute, sed cum duabus modificationib. altera est contra illud per quandam reductionem: altera contra illud spiritualiter intellectum. Et hoc donotauit in illo verbo, In quo pręcipitur quies in fine vltimo. Et sic peccatum gulæ nec directè, nec ad literam contrariari dicitur præcepto de sanctificatione sabbathi, sed reductiuè & mystice: quod verum patet esse. Et cùm dicitur, Quia sic omne peccatum mortale esset contra hoc præceptum, non inconuenit: quoniam sic acceptum est præceptum generale, imponens cessationem ab omni peccato, & quietem mentis in Deo vltimo omnium fine: vt superius in quæst. 122. articu. 4. ad primum patet. Specialiter tamen appropriatur hoc peccato gulæ, propter duas gulæ conditiones, scilicet quia est peccatum mentem deprimens & submittens delectationibus communibus nobis & brutis: & cum hoc, nullo præcepto Decalogi directè prohibetur: quę duæ conditiones simul, in nullo alio vitio apparent. Nam luxuria etsi similiter deprimat & submittat, tamen habet duo præcepta quibus contrariatur, scilicet, Non mœchaberis: &, Non concupisces vxorem proximi tui. Superbia caret prima conditione, &c. Meritò ergo huiusmodi peccata reducuntur ad huiusmodi præceptum mysticè ab Autore.

¶ *Super quæstionis centesimæ quadragesimæ octauæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio eiusdem quæstionis dubium ex Martino in quæstione de gula sub hoc eodem titulo occurrit. Nam contra hoc, scilicet, Grauitas peccatorum principaliter attenditur secundum materiam in qua peccatur, &c. arguit. Primò, quia si sic, nullum peccatum nisi circa res diuinas esset maximum. Secundò, quia esset simpliciter deterius & grauius non colere Deum in die Dominico, quàm homicidium aut adulterium.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd quia maximum dicitur dupliciter, scilicet simpliciter, vel in genere, conceditur quòd solum peccatum in diuina est maximum simpliciter. Aliquod autem aliud potest dici maximum in genere, vt vitium contra naturam in genere luxuriæ, est maximum.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd quia peccata contra præcepta primæ Tabulæ sunt ex suo genere grauiora peccatis contra secundam Tabulam: ideo conceditur quòd violatio cultus diuini est grauius simpliciter quàm homicidium, quamuis hoc sit magis nociuum: sicut etiam periurium iocosum est grauius homicidio.

¶ In eodem art. 3. nota quòd aliud est loqui de peccante, & aliud de tali peccante, vt patet: & quod Autor dicit quòd peccatum gulæ ex parte peccantis alleuiatur: & non dicit quòd ex parte talis, vel talis peccantis alleuiatur. Vnde probat quod dicit ex communibus omni peccanti in gula, scilicet ex necessitate cibi, & difficultate discernendi. Et ex hoc habes vnde soluas obiecta ex parte talis, vel talis peccantis in gula in casu, &c. Non enim sunt contra præsentem doctrinam.

¶ 3 Præterea, Post Deum homo debet seipsum maximè diligere, vt suprà habitum est: sed per vitium gulæ homo infert sibi ipsi nocumentum. Dicitur enim Eccle. 37. Propter crapulam multi obierunt. ergo gula est maximum peccatorum, ad minus, præter peccata, quæ sunt contra Deum.

¶ SED CONTRA est, quòd vitia carnalia, inter quæ computatur gula secundum Greg*. sunt minoris culpæ.

Lib. 33. mor. cap. 11.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ grauitas alicuius peccati potest tripliciter considerari. Primò quidem & principaliter secũdum materiam, in qua peccatur. Et secundũ hoc peccata, quæ sunt circa res diuinas, sunt maxima. Vnde secũdum hoc vitiũ gulæ non est maximũ. Est enim circa ea quæ ad sustẽtationem corporis spectãt. Secũdo autẽ ex parte peccantis. Et secũdũ hoc peccatũ gulæ magis alleuiatur quã aggrauetur: tum propter necessitatem assumptionis ciborũ: tũ etiam propter difficultatem discernendi & moderandi id quod in talibus cõuenit. Tertio verò modo ex parte effectus cõsequẽtis. Et secundum hoc, vitium gulæ habet quandam magnitudinem, inquantum ex ea occasionantur diuersa peccata.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd illæ pœnæ referuntur magis ad vitia quæ sunt cõsecuta ex gula, vel ad gulæ radicem, quàm ad ipsam gulam. Nam primus homo expulsus est de paradiso propter superbiam ex qua processit ad actũ gulæ. Diluuium autem & pœnæ Sodomorum sunt inducta propter peccata luxuriæ pręcedentia ex gula occasionata.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd ratio illa procedit ex parte peccatorũ quæ ex gula oriuntur. Non autẽ oportet, quòd causa sit potior nisi in causis per se. Gula autem non est causa illorum vitiorũ per se, sed quasi per accidẽs & per occasionem.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd gulosus non intendit suo corpori nocumentum inferre, sed in cibo delectari. Si autẽ nocumentum corporis sequatur, hoc est per accidens. Vnde hoc non directè pertinet ad grauitatem gulæ: cuius culpa tamen aggrauatur, si quis corporale detrimentum incurrat propter immoderatam cibi assumptionem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum conuenienter species gulæ distinguantur secundum has quinque conditiones: præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter species gulæ distinguantur à Greg. qui 30. Moral.* dicit, Quinque modis nos gulæ vitium tentat. Aliquando nanque indigentiæ tempora præuenit, aliquando lautiores cibos quærit, aliquando quæ sumẽda sunt preparari accuratius appetit, aliquando in ipsa quantitate sumendi mensuram refectionis excedit, aliquando ipso æstu immensi desiderij aliquis peccat. Et continetur in hoc versu,

Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose.

Prædicta enim diuersificãtur secundum diuersas circunstantias. sed circunstantiæ cùm sint accidentia actuum, non diuersificant speciem. ergo secundum prædicta non diuersificantur species gulæ.

¶ 2 Præterea, Sicut tempus est quædã circunstantia, ita & locus. Si ergo secundum tempus vna species gulæ accipitur, videtur quòd pari ratione secundum locum & alias circunstantias.

¶ 3 Præterea, Sicut temperantia obseruat debitas circunstantias, ita etiam & aliæ virtutes morales. sed in vitiis, quę opponuntur aliis virtutibus moralib. non distinguuntur species secundum diuersas circunstantias. ergo nec in gula.

1.2.q.72. art.9.cor. & ad 3. Et 4. dist. 15. qõ. 3. arti. 4. *Cap. 17.

¶ In eodem artic. 3. eiusdem 148. qõ. in responsione ad tertium, dubium occurrit circa hoc quòd nocumentum corporis ex gula per accidens se habet ad gulam, & non directè pertinet ad gulę grauitatem. Et est ratio dubij, quia opposita conditionibus requisitis ad virtutem aliquam, spectant directè ad vitium oppositum illi virtuti. Sed commensuratio cibi ad sanitatem & bonam habitudinem spectat ad temperantiam, vt patet in 3. Ethic. & supradictis: ergo incommensuratio cibi ad sanitatem ex gulæ delectatione, spectat ad gulam per se, & non per accidens.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia necessitas humanę vitæ, sanitatis, & huiusmodi, non est finis temperantiæ, vt in quæstione de temperantia, artic. 6. ad primum patet, sed rerum quibus temperantia vtitur: ideo modificatio in ordine ad sanitatem, & facultates, & huiusmodi, non per se & proxime spectat ad temperantiam, sed mediantibus aliis virtutibus, vel quasi virtutibus. Pro quanto nanque liberalitas sumptuum deseruit temperantiæ, temperatus modum in ordine ad facultates seruat. Et pro quanto naturalis amor sui ordinatus cooperatur temperantiæ, temperatus modificat cibos in ordine ad sanitatem. Nec aliud intendit Arist. in 3. Ethic. Et propterea dicitur, ꝙ hmõi conditiones nec virtutis abstinentię per se & proximè, nec earũ oppositæ vitij gulæ sic sunt: quoniam virtus abstinentiæ per se consistit in moderatione delectabilis cibi secundum quod oportet, &c. ad bonum rationis. & gula in immoderata delectatione eiusdem. Et quòd si propter huiusmodi delectationem facultates excedat, inquantum prodigalitate vtitur, facit. Et quòd si sibiipsi noceat, mediante iniustitia cõtra seipsum (si sic loqui licet) facit, & sic de aliis. Et per hæc patet responsio ad Martinum vbi suprà arguentem contra hanc Autoris responsionem: quia penes nocumentum corporis sumitur primum genus gulæ, & quia plus peccat iste gulosus ex nocumento quod sibi infert quàm ex delectatione quam intendit. Concesso nanque hoc tertio, non sequitur, ergo plus peccat peccato per se gulæ ex nocumento: sed sequitur quòd plus peccat ex peccato quod oritur ex gula, quàm ex ipsa gula: quia maius peccatum est odium sui ipsius quàm gula. Prima autem obiectio falsum supponit, vt in sequenti articulo patebit magis.

¶ Super Quæstionis centesimæquadragesimæoctauæ Articulum quartum.

IN articulo 4. eiusdem 148. q. dubia multa ex Martino in eodem tractatu in q. prima de gula occurrunt. Primũ est circa sufficientiam quinque specierum gulæ assignatarum in litera. Arguit siquidem directè contra tripliciter. Primò, quia vtens cibo prohibito, puta carnibus in die Veneris, peccat peccato gulæ, & tamen secundum nullam istarũ specierum: ergo. Minor probatur inductiuè. Secundò, Comedens pluries quàm debet, puta in die ieiunij, vel quàm honestũ sit, peccat peccato gulæ: & tamen nulla dictarum specierum: ergo. Minor probatur inductiuè. Tertiò, Sumens cibum contrarium bonæ dispositioni animi vel corporis, peccat peccato gulæ: & tamen nulla dictarum specierum: ergo, Minor patet inductiuè. Deinde firmat suã opinionẽ, & arguit. Quartò. Gula diuiditur in tria genera, scilicet in concupiscentiam cibi contra bonã habitudinẽ corporis vel animæ: & concupiscentiã cibi contra honestatẽ puta quia contra præceptũ vel rationis iudicium propter consuetudinem, locum vel tempus: & in concupiscentiam cibi suprà substantiam vel statum. Et sub his continentur multo plures species quàm istæ quinque, ergo. Et assumptum probatur ex 3. Ethic. vbi Aristoteles hæc tria ponit.

¶ Dubium deinde est circa rationem sufficientiæ istarum quinque specierum assignatam in litera, scilicet quia inordinata concupiscentia potest attendi aut penes ipsum cibum, aut penes eius sumptionem, &c. Arguit siquidem Martinus ibidem contra sex dicta Autoris in hac litera. Primum est ipsa distinctio, cùm dicitur, quòd inordinatio concupiscentiæ attenditur aut penes cibum, aut penes sumptionem cibi. Contrà, inquit, diuisionem admitto, quamuis secundum rigorem sermonis omne vitium gulæ proueniat ex parte sumptionis, quia quantumcunq; cibus est & magnus, vel delicatus, si non sumeretur, non esset gulæ vitium ratione cibi causatum.

¶ Secundum est, quòd vna species attenditur penes cibum quantum ad substantiam seu speciem cibi. Et sic quærit cibos lautos, hoc est pretiosos. Contrà, Hoc membrum scilicet quantum ad substantiam, est diuisibile, & tamen tanquam indiuisibile ponitur: ergo. Antecedens probatur: quia quo ad substantiam dupliciter contingit, vel quia pretiosi sunt cibi, vel quia inconsueti. Et hoc vel vniuersaliter, vt carnes humanæ, vel pro tempore, vt carnes in Quadragesima.

¶ Tertium est, quòd vna species gulæ attenditur penes qualitatem cibi, dum concupiscuntur cibi accuratè præparati, quod importat ly studiosè. Contrà, Hoc mẽbrũ, scilicet quantum ad qualitatem, est diuisibile, probatur: vel quia qualitas est nociua, vel quia nimis accuratè procuratur, vt insit cibo qualitas delectans.

¶ Quartum est, quòd inordinatio ex parte sumptionis contingit dupliciter, scilicet ex parte tẽporis vel modi.

¶ Quintum est, quòd ex parte modi exponitur, ardenter. Contrà, Hæc, inquit, diuisio non est sufficiens: quia non solùm illis duobus modis fit ordinata sumptio: & quia secundum membrum, scilicet ex parte modi, est diuisibile. probatur quadrupliciter. Primò, quia sumptio inordinata est interdum, quia frequentior est quã oportet: vt si quis sine causa decies in die reficiatur. Secundo interdum, quia fit cũ est prohibita, vt si quis in die ieiunij bis reficeretur. Tertiò interdum, quia loco prohibito, vt in Ecclesia. Quartò interdũ, quia propter finem malum, puta luxuriæ.

¶ Sextum est, quòd vna species ex parte sumptionis attẽditur secundum tempus, quod importat ly præpropere. Contrà, Hoc etiam membrum est diuisibile. Nam præuentio temporis interdum est per comparationem ad exigentiam naturæ, vt cùm super indigesto comeditur. Interdum per comparationem ad præceptum vel laudabilem consuetudinem: vt si quis in die ieiunij notabiliter præueniret horã prandij, aut celebraturus prius comederet, aut antequam diuinum officium dixisset. Et quod hæc, & prædicta sint diuersarum specierum, patet ex hoc, quia sunt diuersorum generum. Nam prima præuentio pertinet ad primum genus, s. contra bonum animæ vel corporis. Secunda ad secundum, scilicet contra honestatem. Et sic facile est in supradictis aspicere distinctionem genericam iuxta tria genera gulæ supra dicta, ex Aristot. 3 Ethicor. quem, inquit Martinus, sequor: & discrepare videtur à tot Doctoribus sacris.

¶ Dubium tertiò principaliter est circa doctrinam literæ in hoc, quòd dicitur, species scilicet gulæ accipi secundum differentiam motiuorum. Reperitur siquidem hoc pluries in litera respondendo ad argumenta. Contrà, inquit Martinus ibidem. Primò, quia eadem cibi concupiscentia fit, vt ego in hac die ieiunij excedam in quantitate nimis comedendo, & tu in numero, contra Ecclesię præceptum bis comedendo: ergo diuersæ species habent idẽ motiuum. Secundò, quia eadem similiter concupiscentia fit, vt ego voraciter & tu excessiue comedas. Ergo diuersę species habent idem motiuum. Tertiò quia tempus & locus non se habent vt motiua. Nullus enim potest rationabiliter dicere quòd præuentio temporis se habet vt motiuum respectu cibi sumendi. Quartò, quia inordinata concupiscentia est, quæ mouet ad metas modi, temporis, quantitatis, &c. transgrediendum: & non econtra. Ex quibus patet, & quòd fundamentum dictæ opinionis distinguentis species gulæ penes motiua, est omnino nullum, & quòd non est eidem opinioni consonum, cùm in multis speciebus enumeratis ab ista opinione idem motiuum reperiatur, vt patuit.

¶ Ad primi dubij argumenta contra specierum gulæ sufficientiam, ordinatè respondendo dicitur ad primum, quòd comedens carnes feria sexta, peccat in prima specie gulæ, in qua attenditur quid sumitur. Nec obstat quòd lautior aut pretiosior interdũ sit piscis quàm caro: quoniam constat quòd secundum se melior cibus est caro, & quòd in prima specie consideratur substãtia cibi. Et exponitur ab Autore per pretiositatem, quia pretium est mensura rerum. Et ex mensura intendit nobilitatem mensurati, scilicet cibi, describere.

¶ Ad secundum dicitur, quòd comedens pluries quàm debet, peccat in quarta specie gulæ, in qua attenditur præuentio temporis: quoniam si prima vice, v.g. pransus est in die ieiunij hora debita, cum secunda vice comedit, præuenit tempus comedendi: quia vsque in diem sequentem comedendi non est tempus.

¶Ad

¶ SED CONTRA est verbum Greg. inductum.

Art. 1.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum est*, gula importat inordinatam concupiscentiam edendi. In esu autem duo considerãtur, s. ipse cibus, qui comeditur, & eius comestio. Potest ergo inordinatio concupiscentiæ attendi dupliciter. Vno quidem modo, quantũ ad ipsum cibum, qui sumitur. Et sic quantũ ad substantiam vel speciem cibi quærit aliquis cibos lautos, id est pretiosos. Quantũ ad qualitatem, quærit cibos nimis accuratè præparatos, id est, studiosè. Quantum ad quantitatem, excedit nimis in edendo. Alio verò modo attẽditur inordinatio cõcupiscentiæ quantum ad ipsam sumptionem cibi, vel quia pręuenit debitum tempus comedẽdi, quod est præpropere, vel quia non seruat modum debitum in edẽdo, quod est ardenter. Isido.* verò cõprehendit primum & secundum sub vno, dicens, quòd gulosus excedit in cibo secundũ quid, quantum, quomodo, & quãdo.

Ex lib. 2. de summo bono c. 42.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ corruptio diuersarum circunstantiarum facit diuersas species gulę propter diuersa motiua, ex quibus moralium species diuersificantur. In eo enim ꝙ quærit lautos cibo, excitatur concupiscentia ex ipsa specie cibi. In eo verò ꝙ præoccupat tempus, deordinatur concupiscentia propter impatientiam morę, & idem patet in aliis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in loco, & in aliis circunstantiis, non inuenitur aliud differens motiuum pertinens ad vsũ cibi, quod faciat aliam speciem gulæ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in quibuscunque aliis vitiis diuersæ circunstantiæ habent diuersa motiua, oportet accipi diuersas species vitiorum secundum diuersas circunstantias. Sed hoc nõ contingit in omnibus, vt dictum est.*

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum gula sit vitium capitale.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd gula non sit vitium capitale. Vitia enim capitalia dicuntur, ex quibus alia oriuntur secundum rationem causæ finalis. Sed cibus circa quem est gula, non habet rationem finis. Non enim propter se quæritur, sed propter corporis nutritionem. Ergo gula non est vitium capitale.

¶ 2 Præterea, Vitium capitale aliquã principalitatẽ habere videtur in ratione peccati, sed hoc non competit gulæ, quia videtur esse secundum suum genus minimum peccatorum, vt pote plus appropin

¶ Ad tertium dicitur ꝙ vtens cibo nocente corpori vel animo, non peccat peccato gulæ secundum se, sed vt est ratio alterius vitij, quo scilicet quis sibiipsi est nequam. Species autem gulæ assignatæ sunt de peccatis gulæ secundum se. Iam enim ex dictis ab Autore patet, quòd huiusmodi nocumẽta per accidens se habent ad peccatum gulæ.

¶ Ad quartum dicitur, quod in 3. Ethic. Aristo. dicit quidem temperatum non exire terminos sanitatis, honestatis, & facultatum, & bene: quia temperatus contra nullam debet agere virtutẽ. Et non dicit, quòd secundum hæc tria attendantur genera aut species in temperantiæ. Ex dictis autem Autoris manifestè apparet, quòd nocumentum animæ & corporis est per accidens ad gulam, ac per hoc excluditur primum genus, & similiter tertium, quod in nocumento facultatum consistit eadem ratione. Secundum autem tanquam connumeratũ his quæ sunt per accidens, manifestat se non positum vt vnum trium generum. Et secundum veritatem spectat ad vitium contrarium illi honestati. Verbi gratia, si quis indebitè comedat in Ecclesia, inhonestas hæc spectat ad sacrilegij vitium, & sic de aliis.

¶ Ad secundi dubij argumenta contra rationem sufficientiæ, respondendo ordinatè, dicitur ad obiectionem contra primum dictum scilicet ipsam diuisionem, quòd diuisio est optima, & formali sermone artificiosa: Nam cùm gula sit circa concupiscentiam delectationis in cibo, & cibus non habeat rationem cibi, nisi in ordine ad esum, non distinguitur cibus à comestione tanquam sint diuersæ materiæ gulæ, sed tanquam duo requisita & cõcurrentia ad materiam gulæ. Oportet enim concurrere cibum, & actũ quo quis vtitur cibo: quem constat esse non videre, aut audire, vendere aut emere, sed comedere. Et neutrum ab altero separabile est. Et constat quòd aliquæ cõditiones spectãt ad cibũ, vt substantia, quantitas, & qualitas cibi: & aliquæ ad ipsum actum vtendi illo, vt tempus, & modus. Falsum est ergo, formaliter loquendo, ꝙ omnis inordinatio sit ex parte actus vtendi, licet simul sit cum ipso actu in potentia vel in actu. Et ad probationem, Si non sumeretur, non esset gulæ vitium, dicitur quòd gulæ vitium est, etiam si nunquam sumatur cibus inordinatè appetitus. Loquendo autem de sumere in potentia, dicitur quòd probatio nihil valet, quia posse sumi est de ratione cibi: & à conditionali negatiua vnius inseparabilis nõ sequitur cathegorica positiua rationis. Verbi gratia. Licet illa sit vera, Si non est risibilis, non est homo: non tamen valet, ergo ratio hominis sumitur ex risibilitate. Ita non valet. Si cibus non posset sumi, non causaretur vitium gulæ. ergo causare vitium gulæ conuenit cibo, ratione sumptionis. Sicut non valet, Ergo esse cibum conuenit sibi ratione sumptionis. Sumitur enim quia est cib9, & nõ quia sumatur, ideo est cibus.

¶ Ad obiecta contra secundum dictum, s. de vna specie gulæ secundum substantiam cibi, dicitur quòd illud membrum esse diuisibile contingit dupliciter. Vno modo, in esse morali formaliter secundum per se differentias gulæ: & sic negatur. Alio modo, secundum differentias per accidens. Et sic conceditur: sed non est contra doctrinam Autoris: quoniam species debent per se differentiis formalibus illius generis constitui, & non differentiis per accidens. Et per hanc regulam respondetur ad obiecta contra indiuisibilitatem tam huius quàm aliarum specierum. Vnde cùm contra istam speciem affertur, Quia substantia cibi diuiditur in pretiosam & insuetam, dicitur quòd distinctio ista est per accidens ad substantiam cibi. Accidit enim delectabili cibo quòd sit prohibitus lege vel consuetudine. Vnde quicunque cibus secundum seipsum inordinatè appetitur infra humanos limites, siue hoc sit ex nobilitate cibi, siue ex prohibitione, vt carnes sunt in ieiuniis prohibitæ, ad eandem speciem gulæ spectant. Ciborum verò appetitus extra humanos limites, vt carbonũ, calicis, carniũ humanarũ, & similiũ, ad bestialitatẽ spectãt, quæ sub his specieb9 nõ cõtinetur, quoniam gula vt est humanũ vitiũ, distincta est.

¶ Ad obiecta contra tertium dictum, s. de vnitate speciei gulæ quantum ad qualitatem cibi, dicitur negãdo huiuscemodi membri diuisibilitatem formalem, & per se, vt dictum est. Et cùm dicitur, quia diuiditur per qualitatẽ præparatam vel nociuam, iam patet responsio, quòd esse nociuum accidit cibo vt obiectum est gulæ, quia accidit cibo vt est delectabilis. Est enim præter gulosi intentionem, vt Autor dixit.

¶ Ad obiecta contra quartum & quintum dictum respondetur negando vtrumque assumptum, scilicet & quòd ex parte sumptionis sint plures differentiæ formales per se in genere gulę, & quòd secundum membrum, s. ex parte modi sit diuisibile formaliter, &c.

¶ Et ad primam probationem, s. quia sumptio inordinata est quandoque, quia frequentior est quàm oportet, respondetur quòd huiusmodi deordinatio cõprehenditur sub specie quarta, scilicet præuentionis temporis. Nam dum repetitur comestio inordinatè, ideo peccatur, quia tempus congruum comestioni non expectatur. Et per idẽ respondetur ad secundum de multiplicata comestione in die ieiunij. Ante tẽpus siquidẽ debitũ comedit qui violat ieiunium bis comedendo. Quoniam vsque in diem crastinum differenda esset comestio, vt prædictum est.

¶ Ad tertiam autem obiectionem de loco, & quartã de fine, dicitur ꝙ huiusmodi inordinationes ad aliorum vitiorum species spectant, nec constituunt species gulæ. Si quis enim propter adulterandum comedit, non gulæ sed adulterij macula se polluit. Et similiter si quis in Ecclesiæ contemptum in illa comedit, nõ gulæ, sed sacrilegij crimen incurrit. Deformitates siquidem istę quia per accidens se habent ad gulam, non sufficiunt ad intrinsecas gulæ species causandas.

¶ Ad obiecta contra sextum dictum, scilicet de vnitate speciei gulæ ex præuentione temporis, respondetur negando ꝙ species ista sit diuisibilis formaliter, &c. vt prius dictum est. Et ad probationem, quia præuentio potest esse vel in ordine ad exigentiam naturæ, vel ad prohibitionem, &c. respondetur ꝙ omnes allatæ differentiæ per accidens se habent ad gulam, aut nullam faciunt formalem differẽtiam. Nam præuentio temporis contra præceptum naturæ vel contra præceptum Ecclesię eiusdem est rationis. Vitia enim non distinguuntur penes pręcepta à quibus auertunt, sed penes obiecta ad quę tendunt. Idem autem est obiectũ, s. temporis præuentio in cibo à quocunque sit prohibita, & simile est in aliis vitiis. Incestus enim siue à natura, siue ab Ecclesia inhibitus, eiusdem est speciei. Si quis autem celebraturus comedit, sacrilegij crimen committit contra sacramentorum reuerentiam debitam agens. Quod autem subiungitur ꝙ hæc ideo distinguuntur specie, quia distinguuntur genere, iuxta tria genera gulæ ab ipso Martino assignata: eadem facilitate negatur qua dicitur. Nam, vt patet ex dictis, ex his quæ sunt per accidens, cõficta sunt sub gula genera illa. Quo fit vt Arguens & Doctorũ Theologorum communem doctrinam deserat, & Arist. non sequatur, vt putauit.

ad 1. arg. & 1. 2. q. 72. art. 9. — Mal. qõ. 8. arti. 1. cor. ad 3. & ad 9. & q. 13. ar. 3. cor. & q. 14. artic. 4.

¶ Ad obiecta in tertio dubio de specificantib. peccata gulæ, s. quòd sunt obiecta motiua appetitus, respondendo dicitur Ad primum, quòd falsum assumitur: quòd eadem secundum speciem concupiscentia cibi fiat, vt vnus nimis, alter pluries in die ieiunij comedat. Et similiter negatur assumptum secundo. Vtrunque siquidem petit principium. Quoniã concupiscentiæ distinguũtur specie sicut delectationes. Alterius autem delectationis est delectabile in quantitate cibi à delectabili sumptione ante tempus, & à delectabili voracitate, &c. cum hæc mouent ad inordinatam concupiscentiam sui.

¶ Ad tertium, cùm dicitur ꝙ nullus potest rationabiliter dicere ꝙ tempus se habeat vt motiuum appetitus in cibo sumendo, negatur assumptum: quoniam nec tempus excludit à motiuis appetitus, vt experimur in nobis, dum quia talis hora est, mouemur ad tale opus: nec tempus applicatũ ad sumptionem cibi minus mouet nos, quàm applicatum ad agriculturã mouet ad illã.

Ad quartũ dicitur, ꝙ quia finis est prior in intentione, & posterior in executione, & obiectum appetitus habet rationem finis: ideo delectabile in substãtia, qualitate & quantitate, præuentione vel voracitate cibi primo mouet appetitum ad sui concupiscentiã inordinatã: & concupiscentia inordinata mouet ad adipiscendum tale delectabile, sumendo cibũ illũ tantũ, talẽ, prius, vel sic. Vnde verum dicit Arguens in hoc ꝙ concupiscẽtia inordinata mouet ad gulæ peccatũ in actu exterioris executionis: sed falsũ dicit in hoc, ꝙ delectabile non prius moueat ad inordinatã concupiscentiã. Obiectũ enim appetibile constat esse prius appetitione, & mouere appetitũ, imò esse primum motorẽ, vt pote mouentẽ motũ, vt patet in 3. de Anima. Vnde patet fundamentũ Autoris esse solidum, Peripateticum & consonum non solùm sibi, sed sacris Doctoribus, quos quia summè veneratus est Autor, ideo intellectũ omniũ quodãmodo sortitus est. Scriptũ est enim ꝙ declaratio diuinorum sermonũ illuminat & intellectũ dat paruulis. Dantibus ergo operã declarationi diuinorum sermonũ per Prophetas, Apostolos, Doctoresque sacros, lumẽ datur & intellect9, vt pote paruulis in oculis suis, & seipsos submittẽtibus illorũ doctrinæ.

¶ Super Quæstionis centesimæquadragesimæoctauæ Articulum quintum & sextum.

IN art. 5 & 6 eiusdem q. 148. dubium ex Martino vbi suprà in q. An gula sit vitiũ capitale, occurrit, impugnãte ꝙ vitium capitale dicitur ex quo nata sunt multa oriri vitia secundũ rationẽ causæ finalis. Probat aũt hoc specialiter de quinque gulæ filiab. quæ in 6. art. tractantur, volens ꝙ non oriuntur ex gula secundũ rationẽ causæ finalis: quia nemo appetit actus istorũ quinque propter actum gulæ, neque delectationem in istis propter delectationẽ gulæ: quoniam nullus appetit hebetudinẽ mentis vt delectetur in cibis & potibus.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, ꝙ secundũ doctrinam Autoris, licet sit verum, quòd vitiũ capitale sit, ex quo secũdum rationem finis multa oriuntur vitia, non tamẽ habetur ab ipso hæc propositio cum dictione exclusiua hoc est, quòd solum sic oriantur ex illo alia vitia, imò superius in quæstione de auaritia art. vlt. dicit, ex quo oriuntur alia vitia, & præcipuè secundũ rationẽ causæ finalis. Vbi patet non excludi alios modos causandi alia vitia à vitio

Universidad de Deusto Biblioteca

quás ad id quod est secundum naturá. Ergo gula non videtur esse vitium capitale.

¶3Præterea, Peccatum contingit ex hoc ꝙ aliquis recedit à bono honesto, propter aliquid vtile præsēti vitæ vel delectabile sensui. sed circa bona, quæ habent rationem vtilis, ponitur vnum tátum vitiú capitale, scilicet auaritia. ergo & circa delectationes videtur esse ponēdum vnum tantùm vitium capitale: ponitur autē luxuria, quæ est maius vitium quàm gula, & circa maiores delectationes: ergo gula non est vitium capitale.

¶SED CONTRA est, quòd Greg. 31. Moral.* computat gulam inter vitia capitalia.

Cap. 31.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut suprà dictú est,* vitium capitale dicitur, ex quo alia vitia oriuntur secundum rationem causę finalis, inquantum, s. habet finē multum appetibilem. Vnde ex eius appetitu homines prouocantur multipliciter ad peccādum. Ex hoc autem aliquis finis redditur multum appetibilis, quòd habet aliquam de conditionibus fœlicitatis, quæ est naturaliter appetibilis. Pertinet autem ad rationem fœlicitatis delectatio: vt patet in 1.* & 10.* Eth. & iō vitium gulæ, quod est circa delectationes tactus, quę sunt præcipuæ inter alias, conuenienter ponitur inter vitia capitalia.

1.2.q.84. art.4. D.302. Cap.8. Cap.3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ipse cibus ordinatur quidem ad aliquid, sicut ad finem. Sed quia ille finis, s. cōseruatio vitæ, est maximè appetibilis, quæ sine cibo conseruari nō potest: inde etiam est, quòd ipse cibus est maximè appetibilis. Et ad hoc fere totus labor humanæ vitæ ordinatur, secúdum illud Eccl. 6. Omnis labor hominis in ore eius. Et tñ magis gula vr̄ esse circa delectationes cibi q̃ circa cibos. Propter quod, vt Aug. dicit in lib. de Vera religióe:* quib⁹ vilis corporis salus est, malunt vesci, in quo. s. delectatio est, quàm saturari: cùm oīs finis illius voluptatis sit nō sitire atque esurire.

Cap. 53.

¶Ad secundum dicendum, quòd finis in peccato accipitur ex parte conuersionis. Sed grauitas peccati accipitur ex parte auersionis. Et ideo non oportet vitium capitale, quod habet finem maximè appetibilem, habere magnam grauitatem.

¶Ad tertium dicendum, quòd delectabile est appetibile secundum se. Et ideo secundum eius diuersitatem ponūtur duo vitia capitalia, s. gula & luxuria. Vtile autem ex se non habet rationem appetibilis, sed secundum quod ad aliud ordinatur. Et ideo in omnibus vtilib. videtur esse vna ratio appetibilitatis. Et propter hoc circa huiusmodi non ponitur nisi vnum vitium capitale.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrum conuenienter aßignētur gulæ quinque filiæ, scilicet inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, & hebetudo mentis circa intelligentiam.

Mal. qō. 14. ar.4.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter assignētur gulæ quinque filiæ, s. inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo mentis circa intelligentiam. Inepta enim lætitia consequitur omne peccatú, secundum illud Prouerb. 2. Qui lætātur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Similiter etiam hebetudo mentis inuenitur in omni peccato: secundú illud Prouerb. 14 Errant qui operantur malum. Ergo inconuenienter ponuntur filiæ gulæ.

¶2Præterea immunditia, quę maximè cōsequitur gulam, videtur ad vomitum pertinere, secundum illud Isa. 28. Omnes mēsæ repletæ sunt vomitu sordium. Sed hoc non videtur esse peccatum, sed pœna peccati: vel etiam aliquid vtile sub consilio cadens, secundú illud Eccl. 31. Si coactus fueris in edendo multum, surge è medio, & vome, & refrigerabit te. Ergo non debet poni inter filias gulæ.

¶3Præterea, Isidorus ponit scurrilitatem filiam luxuriæ. Non ergo debet poni inter filias gulæ.

¶SED CONTRA est, quòd Greg. 31 Moralium* has filias gulæ assignat.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum est*, gula propriè consistit circa immoderatam delectationem, quæ est in cibis & potibus. Et ideo illa vitia inter filias gulæ computātur, quæ ex immoderata delectatione cibi & potus consequútur. Quæ quidē possunt accipi vel ex parte animæ, vel ex parte corporis. Ex parte autem animæ quadrupliciter. Primò quidem quantùm ad rationem, cuius acies hebetatur ex immoderatione cibi & potus. Et quantum ad hoc ponitur filia gulæ hebetudo sensus circa intelligentiam, propter fumositates ciborum perturbantes caput, sicut econtrario abstinentia confert ad sapientiæ perceptionem: secúdum illud Ecclesiast. 2. Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum trásferrem ad sapientiam. Secundò, quantùm ad appetitum, qui multipliciter deordinatur per immoderantiam cibi & potus, quasi sopito gubernaculo rationis. Et quantum ad hoc ponitur inepta lætitia: quia omnes aliæ inordinatæ passiones ad lætitiam & tristitiam ordinātur, vt dicitur in 2. Ethi.* Et hoc est quod dicitur secundi Esdræ 3. quòd vinum omnem mentem conuertit in securitatem & in iucúditatem. Tertio quantùm ad inordinatum verbum. Et sic ponitur multiloquium: quia, vt Greg. dicit in Pastoral.* Nisi gulæ deditos immoderata loquacitas raperet, diues ille, qui epulatus quotidie splendidè dicitur, in lingua grauius non arderet. Quartò, quátùm ad inordinatum actum. Et sic ponitur scurrilitas, id est iocularitas quædam proueniēs ex defectu rationis, quæ sicut non potest cohibere verba, ita nō potest cohibere exteriores gestus. Vnde ad Ephes. 5. super illud, Aut stultiloquium, aut scurrilitas: dicit gl. quòd à stultis scurrilitas dicitur, id est, iocularitas, quæ risum mouere solet. Quamuis possit vtrunque horum referri ad verba, in quibus cōtingit peccare, vel ratione superfluitatis, quod pertinet ad multiloquiú: vel ratione inhonestatis, quod pertinet ad scurrilitatem. Ex parte autē corporis ponitur immunditia, quæ potest attendi siue secú dum inordinatá emissionē quarumcunq; superfluitatum, vel specialiter quantùm ad emisionē seminis. Vnde sup illud ad Ephes. 5. Fornicatio autē & omnis immúditia, &c. dicit gl. id est incōtinentia pertinens ad libidinem, quocunque modo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ lætitia, quæ est de actu peccati vel fine, consequitur omne peccatum, maximè quod procedit ex habitu. Sed lætitia vaga incomposita, quæ hic dicitur inepta, præcipuè oritur ex immoderata sumptione cibi vel potus. Similiter etiam dicen-

capitali. Secundò dicit, quòd istæ quinque filiæ gulæ assignatæ à Gregorio oriuntur ex gula secundum rationē causæ finalis. Et cum cōtrà arguitur, quia nemo appetit ista propter gulam, respondetur, ꝙ appeti aliquid propter finem non contingit vno modo, vt arguens assumit, sed plurib. Aliquid enim appetitur propter finem, vt medium ad consequendum finē, sicut appetitur equus ad quietius vel celerius peragēdum iter. Et hoc modo ista quinque nō appetuntur propter gulam vt finem. Et hoc solùm probat Arguens. Aliquid autem appetitur propter finem, vt acceptatum ex finis appetitu, dummodo intentum finem consequatur: sicut appetitur damnum exilij à vindicante se, sciens quòd ex vindicta incurret exilium. Ex nimia nanque affectione ad finem, puta, vindictam acceptat incurrere exilium. Et hunc modum Arguens prætermisit. Et tamen hoc modo omnes dictæ filiæ gulæ ex gula oriuntur secundum rationem finis. Est enim gulosus tam affectus delectationi cibi & potus, quòd non curat, dummodo illam expleat, incurrere damna ineptæ lætitiæ, scurrilitatis, immunditiæ, multiloquij, & mentis hebetudinis. Et licet hoc non sit, ista vitia secundum se oriri ex gula vt fine, sed est habere ipsa vitia ex gula vt fine: quoniam actus istorum vitiorum non ordinantur secundum se ad finē gulæ, sed incurrere dicta vitia procedit ex fine gulæ, vt declaratum est, sufficit tamen ad horum filiationē, respectu gulæ vt finis, huiusmodi depēdentia finalis. Quòd em̄ non ita directe requiratur ad filiationem vitiorum causalitas finalis illorū secundum seipsa, ex q. 35. superius de filiab. acidiæ in art. vlt. insinuatur: quamuis, vt in prima responsione dictum est, non oporteat semper causalitatē finalem in filiatione vitiorum saluari. Stant ergo solida fundamenta Autoris.

¶In responsione ad primum dicti quinti articuli specialiter aduerte duas radices, ex quibus trahit gula, ꝙ sit vitium capitale: alterum ex cibo, qui est vitæ conseruatiuus. Est enim hoc valde appetibile: & propter hoc multa valde & fiunt & sustinentur. Alteram ex delectatione in cibo, & potu, quæ sapit conditionem fœlicitatis, quæ est summè appetibilis Nam dum homo in delectabili moratur, fœlix quodāmodo est. Vnde & homines qui sēper versantur circa delectabilia, fœlices putaremus nisi mala annexa sequentia considerarenus.

¶In sexto specialiter articulo, dubium de scurrilitate occurrit, quantum peccatum sit. Et est ratio dubij, quia tam gestus quàm verba inhonesta videntur ex suo genere peccata mortalia, licet ex imperfectione actus, puta, quia leuiter, & sine mala intentione, & risus gratia dicuntur, videantur quandoque venialia.

Cap. 31. ar. 2. & 3.

¶Ad hoc dicitur, quòd tam gestus quàm verba inhonesta, dupliciter exerceri possunt. Primò, in ordine ad aliquod peccatum mortale operis vel delectationis. Exemplum primi: si quis diceret verba inhonesta, vt prouocaret ad fornicationem, aut ad vindictá. Exemplum secundi, si quis diceret verba inhonesta vt delectaret: vel quia delectat vindicta, aut fornicatio de qua est sermo. Et sic proculdubio huiusmodi peccata verborum vel gestuú sunt peccata mortalia. Alio modo, quia delectant, vel vt delectent ipsi inhonesti gestus, ipsa inhonesta locutio: & sic hilariter transeunt vel transeāt. Et hoc proprie videtur ad scurrilitatem & turpitudinem pertinere, de quib. Apostolus loquitur ad Eph. 5. Et sic non sunt peccata mortalia, sed venialia valde periculosa. Scriptum est enim, Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Vnde Apostolus præcipit, nec nominari hæc inter Christianos. Et ꝙ non sint peccata mortalia, suadetur ratione & autoritate. Nam huiusmodi peccata non sunt contra bonum proximi, sed ad delectationem directè ordinantur. Constat quoque non esse contra bonum diuinum, aut proprium illi⁹ qui hæc committit, nec quantum ad bonum animæ, aut corporis, aut exteriorum. Apostolus quoque ibidem, vt glossa notauit, & bene, prohibet multa vitia dum dicit, Fornicatio & omnis immunditia & auaritia nec nominetur in vobis: nec turpitudo, vel stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet. Et deinde subiungens, pœnam criminum esse exclusionē ab hereditate regni Dei, non resumit nisi tria prima vitia, dicens, Intelligentes quòd omnis fornicator, aut auarus, non habet hæreditatē, &c. ex hoc insinuans quòd alia tria non excludunt ex suo genere à regno Dei. Quod etiá de scurrilitate insinuauerat, dú dixerat, quę ad rē non pertinet, declarás per hoc deformitatem eius cōsistere

Cap. 5. Par. 3. c. 20.

re in vanitate, & tanquam quid vanum seu inutile, esse veniale.

¶Super quæstionis centesimæ quadragesimæ nonæ Articulum primum.

IN artic primo quæstionis centesimæ quadragesimænonæ dubium ex Martino in eodem tractatu in quæstione de sobrietate occurrit. Arguit siquidem contra corpus huius articuli multipliciter. Primò, quia bria non est nomen mensuræ absolutè, sed mensuræ vinariæ, vt Donatus dicit super Terentium, ac per hoc sobrietas non per appropriationē, sed proprietatem, importat mēsuram potus vini. Secundò, quia non est verum vniuersaliter quòd virtutes quæ ab aliqua generali cōditione virtutis nominantur, illá materiam sibi specialiter vendicāt, in qua difficillimú & optimum est conditionem illá obseruare. Sequeretur enim primò quòd temperantia sibi vinum aut concupitum pro materia vendicaret. Sequeretur secundò, ꝙ iustitia vendicaret sibi aliquam specialem materiam, & idem sequeretur tertiò de prudētia. Tertiò, quia ad huiusmodi appropriationem non sufficit quòd optimum & difficillimú sit in tali materia, sed requiritur loquentium vsus. Quamuis ergo bria significaret mensuram, non tamen sufficientē propter hoc causam huius appropriationis S. Thomas tetigit.

Incorp. art.

¶Ad primum horú dicitur, quòd argumentū de vocabulis ad Grammaticos spectat, qui discordes videntur, dum alij briam mensuram vinariam, vt Arguens affert Donatum: alij vas vinariú, vt Seruius super Virgilium: alij mensurá, vt in Catholicon habes. Vnde commendandum est Autoris ingenium, qui tertiam significationem secutus, rationem reddit quare sobrietas habeat potú pro materia Nam multo facilius fuisset hoc dicere, sequēdo primas significationes.

Suprà qō. 145. cor. princip.

¶Ad secundum dicitur, quòd illa Maior est vera communiter. Et hoc sufficit proposito. Nec aliqua instantia in oppositú militat. Non prima de temperantia, qm̄ & in ipsa hoc verificatur. Quoniam à temperare dicta, delectationes tactus ad naturam spectātes sibi specialiter vendicat pro materia, quas difficillimú & optimum est temperare. Et non oportet descendere ad specialissimam materiam, puta potú, sed sat est materiam specificam subalternam sibi specialiter vendicare. Nec secunda de iustitia, quia etiam iustitia adiustat seu adæquat operationes ad alterum, vt materiam propriá, quas difficillimum & optimum est ad æqualitatem ducere, à qua iustitia dicitur. Nec demum tertia dē prudentia, quoniam & ipsa rationis actus propriam materiam habet, quibus difficillimum & optimum est vti ad procul videndum, vnde prudentia dicta est.

¶Ad tertium dicitur, quòd Autor vsum loquentium supponit. Constat nanque quòd sobrietate propriè vtimur cum de potu loquimur, sicut & ebrietate. Et supposito loquentium vsu reddit rationem appropriationis satis sufficientem & solidam, vt patet ex iam discussis.

QVÆSTIO CENTESIMA quadragesima nona, de Sobrietate, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de sobrietate, & vitio opposito, scilicet ebrietate. Et circa sobrietatem quæruntur quatuor. ¶Primò, quę sit materia sobrietatis. ¶Secundò, vtrum sit specialis virtus. ¶Tertiò, vtrú vsus vini sit licitus. ¶Quarto, quibus præcipuè competat sobrietas.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum materia sobrietatis sit potus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd materia sobrietatis nō sit potus. Dicitur enim ad Roma. decimosecundo, Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. ergo sobrietas est circa sapientiam, & non solum circa potum.

¶2Præterea, Sapien. octauo, dicitur de sapientia, quòd sobrietatem & prudentiam docet, iustitiam, & virtutem: vbi sobrietatem ponit pro temperantia. sed temperantia non solum est circa potus, sed etiam circa cibos & venerea. Ergo sobrietas non est solum circa potus.

¶3Præterea, Nomen Sobrietatis à mensura sumptum esse videtur: sed in omnibus quæ ad nos pertinent, debemus mensurā seruare, vt dicitur ad Titum 2. Sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo: vbi dicit glo. Sobrie in nobis. Et 1. ad Timoth. 2. dicitur, Mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se: & sic videtur sobrietas esse nō solùm in interioribus, sed etiam in his quæ pertinent ad exteriorem habitum. Non ergo propria materia sobrietatis est potus.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Eccl. 31. Aequa vita hominis, vinum in sobrietate potatum.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ virtutes, quæ ab aliqua generali conditione virtutis nominātur, illam materiam sibi specialiter vendicant, in qua difficillimú & optimum est conditionem eius obseruare, sicut fortitudo pericula mortis, & temperantia delectationes tactus. Nomē autem Sobrietatis sumitur à mensura. Dicitur enim aliquis sobrius, quasi briam, id est, mensuram seruās. Et ideo illam materiam specialiter sibi sobrietas ascribit, in qua maximè laudabile est mensuram seruare. Huiusmodi autem est potus inebriare valens, quia eius vsus mensuratus multum confert, & modicus excessus multum lædit, quia impedit vsum rationis magis etiam quàm excessus cibi. Vnde Eccl. 31. Sanitas est animæ & corporis sobrius potus. Vinum multum potatum irritationē, & iram, & ruinas multas facit. Et ideo specialiter sobrietas attenditur circa potum, non quencunque, sed eum, qui sua fumositate natus est caput conturbare, sicut vinum, & omne quod inebriare potest. Communiter autem sumendo nomen sobrietatis potest in quacunque materia dici, sicut & supra dictum est* de fortitudine & temperantia.

¶AD PRIMVM ergo dicendú, ꝙ sicut vinum materiale inebriat corporaliter, ita etiam metaphoricè consideratio sapientiæ dicitur potus inebriās propter hoc, quòd sua delectatione animum allicit, secundum illud Psal. 22. Calix meus inebrians quàm præclararus est. Et ideo circa cōtemplationem sapientiæ per similitudinem quandam sobrietas dicitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd omnia, quæ ad temperantiam propriè pertinent, necessaria sunt præsenti vitæ, & eorum excessus nocet. Et ideo in omnibus necessarium est adhibere mensuram, quod pertinet ad officiú sobrietatis. Propter quod nomine sobrietatis temperantia significatur. Sed modicus excessus in potu plus nocet, quàm in aliis, & ideo sobrietas specialiter est circa potum.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis mensura in omnibus requiratur, non tamen sobrietas propriè in omnib⁹ dicitur, sed in quibus mēsura est maximè necessaria.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum sobrietas sit per se virtus specialis.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur Videtur quòd sobrietas non sit per se quædam specialis virtus. Abstinentia enim attenditur & circa cibos, & circa potus: sed circa cibos non est specialiter aliqua specialis virtus. ergo nec sobrietas quæ est circa potum, est aliqua specialis virtus.

¶2Præterea, Abstinentia & gula sunt circa delectationes tactus, inquantum sensus est alimenti, sed cib⁹ & potus simul cedunt in alimentum. Simul enim indiget animal nutriri humido & sicco. ergo sobrietas, quæ est circa potum, non est specialis virtus.

¶3Præterea, Sicut in iis quæ ad nutritionem pertinent, distinguitur cibus à potu, ita etiam distinguūtur diuersa genera ciborum, & diuersa genera potuum. Si ergo sobrietas esset per se quædam specialis virtus, videtur quòd circa quamlibet differentiam potus vel cibi, sit quædam specialis virtus: quod est inconueniens. Non ergo videtur quòd sobrietas sit specialis virtus.

¶SED CONTRA est, quod Macrob. ponit sobrietatem specialem partem temperantiæ.

¶In eodem articulo in responsione ad primum, Martinus occurrit ibidem, dicens quòd licet solutio ista sit bona, non est tamen expositio conueniens dicto Apostoli Calix enim sapientiæ inebrians est præclarus, sapere tamen non ad sobrietatem, non est præclarú, sed vitiosú. Quia ergo in assecutione sapientiæ ebrietas est laudabilis, ideo non videtur conuenienter aptata per S. Thomam similitudo.

D. 1130.

¶Ad hoc dicitur, & ꝙ solutio principalis, & ipsius expositio est optima, si rectè intelligatur & discernatur ad quid affertur. Nam ad nihil affertur nisi ad declarandum quòd sobrietas metaphoricè locum habet in sapientia. Per hoc enim satisfit autoritati Apostoli directè dicendo ꝙ sobrietas ibi non propriè sumitur, sed metaphoricè. Et quòd sobrietas metaphoricè in sapientia inueniatur, manifestatur ex hoc quòd etiam ebrietas metaphoricè in illa inuenitur, iuxta illud, Calix meus inebrians, &c. Impertinens est autem huic proposito an tam ebritas quàm sobrietas sapientiæ sit laudabilis, quæ tamen impertinentia Arguens ingerit, & nihil obstat proposito.

Q. 123. ar 12. & q. 141. ar. 2.

¶Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ nonæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæstionis aduerte primò quòd Martinus imponit ob corruptum forte suum codicem, quòd Autor diuersas de abstinentia tenuerit opiniones, ita ꝙ superius in quæstione centesima quadragesima septima, Autor distinxit abstinentiam & sobrietatem penes cibú & potum, hic verò distinguit, quia abstinentia est circa cibum & potum communiter, sobrietas verò circa potum inebriare valētem. Falsum siquidem manifestè est, quod primo dicit. Nam in principio quæstionis centesimæ quadragesimæ sextæ, vbi distinguit partes subiectiuas temperantiæ, expressē distinguit istas, dicendo, Considerandum est de abstinentia, quæ est circa cibos & potus, & de sobrietate, quæ est specialiter circa potum. Eandem ergo sententiam vtrobique tenuit Autor.

2. cor. 5. le. 2. co. 5. principio. Et Ti. 2. le. 3. co. 2. Lib. 1. in Som. scip. paulò ante med.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, ad virtutem moralem pertinet conseruare bonum rationis contra ea, quibus potest impediri. Et ideo vbi inuenitur speciale impedimentum rationis, ibi necesse est esse specialem virtutem ad illud remouendum. Potus autem inebrians habet specialem rationem impediendi vsum rationis, inquātum scilicet perturbat cerebrum sua fumositate. Et ideo ad remouendum hoc impedimentum rationis, requiritur specialis virtus, quæ est sobrietas.

q.136. ar. 1. & q.141 ar.3. & q. 146 ar.1 & 1.2. q. 65. ar. 2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cibus & potus communiter impedire possunt bonum rationis, absorbēdo eam per immoderantiam delectationis. Et quantum ad hoc communiter circa cibum & potum est abstinentia. Sed potus inebriare valens, impedit speciali ratione, vt dictum est*. Et ideo requirit specialem virtutem.

In corp. art.

¶Ad secundum dicendum, quòd virtus abstinentiæ non est circa cibos & potus, inquantum sunt nutritiua, sed inquantum impediūt rationē. Et ideo non oportet quòd specialitas virtutis attendatur secundum rationem nutritionis.

¶Ad tertium dicendum, quòd in omnibus potibus inebriare valentibus est vna & eadem ratio impediēdi rationis vsum. Et sic illa potuum diuersitas per accidēs se habet ad virtutem. Et propter hoc, secundum huiusmodi diuersitatem, virtutes non diuersificantur. Et eadem ratio est de diuersitate ciborum.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum vsus vini totaliter sit illicitus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd vsus vini totaliter sit illicitus. Sine sapientia enim non potest aliquis esse in statu salutis. Dicitur enim Sapien. septimo, Neminem diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Et infra nono: Per sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi à principio. Sed vsus vini impedit sapientiam. dicitur enim Eccle. secundo, Cogitaui abstrahere à vino carnem meam, vt transferrem animum meum ad sapientiam. ergo potus vini est vniuersaliter illicitus.

¶2 Præterea, Apostolus dicit ad Ro. decimoquarto, Bonū est nō māducare carnē, & nō bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur: sed cessare à bono virtutis, est vitiosū, & similiter fratribus scandalum ponere. ergo vti vino est illicitum.

¶3 Præterea, Hierony.* dicit, quòd vinum cum carnibus post diluuiū est dedicatū. Christus aūt venit in fine seculorū, & extremitatē retraxit ad principiū, ergo tpe Christianæ legis vr̄ esse illicitū vti vino.

Lib. 1. cōtra Iouinianū

¶SED CONTRA est, quod Apostolus dicit primæ ad Timoth. 5. Noli adhuc aquā bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & infirmitates frequentes. Et Ecclesi. trigesimoprimo, dicitur, Exultatio animæ & cordis vinum moderate potatum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nullus cibus vel potus secundū se consideratus est illicitus, secundum sententiā Domini dicentis Matth. decimoquinto, Non quod intrat in os coinquinat hominem. Et ideo bibere vinum, secundum se loquendo, non est illicitum. Potest tamē reddi illicitum per accidens: quandoque quidem ex conditione bibentis, quia vino de facili læditur, vel quia ex speciali voto obligatur ad vinum non bibēdum. Quandoque autem ex modo bibendi, quia scilicet mensuram in bibendo excedit. Quandoque autem ex parte aliorum, qui ex hoc scandalizantur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sapientia potest haberi dupliciter. Vno modo, secundum modum communem, prout sufficit ad salutem. Et sic non requiritur ad sapientiam habendam quòd aliquis à vino omnino abstineat, sed quòd abstineat ab immoderato vsu vini. Alio modo, secundum quendam perfe-

¶In eodem articulo dubiū occurrit circa distinctionem sobrietatis ab abstinentia. Videtur enim quòd distinctio sit superflua, & nulla formaliter. Superflua quidem, quia sola abstinentia sufficit ad tollendum impedimentū, quod rationi præstare potest potus inebrians. Non ergo præter abstinentiā oportet ponere sobrietatem. Probatur Antecedens quia abstinens in omni potu seruat modum rationis: ergo etiam in potu inebriare potente. Nulla autē, quia nullū inuenitur distinctiuum formaliter: in litera siquidem assignatur pro distinctiuo specialis ratio impediendi rationem. Et explicat in quo consistit ista specialis ratio impediendi rationem, scilicet, quia per viam fumositatis natus est potus inebriatiuus impedire aut perturbare rationem. Sed hæc ratio aut nō distinguit formaliter, aut sobrietas est species abstinentiæ. Probatur, quia litera in responsione ad secundum dicit, quòd abstinentia est circa cibos & potus inquantum impediunt rationem. Tunc sic, Impedire rationem per viam fumositatis, non constituunt diuersas species. sed potius quasi genus & speciem, si distinguūtur formaliter. Ergo vel sobrietas est species abstinentię, vel non distinguūtur formaliter. Si dicatur ex litera in responsione ad primū, quòd non absolutè attribuitur abstinentię, quòd sit contra impedimenta rationis ex cibo & potu, sed sic, scilicet per immoderantiam delectationis, ita quod contra impedimenta rationis ex cibi & pot' immoderata delectatione ponitur abstinentia. Cōtra impedimenta vero rationis ex pot' inebriatiui fumositate, ponitur sobrietas. Cōtrà. Sobrietas est species temperantiæ, quam constat esse circa delectationes tactus. ergo sobrietas est circa tale delectabile secundum tactum, alioquin non esset per se species temperantiæ, vt patet exercitatis in metaphysica. Ergo sobrietas est etiā cōtra impedimēta rationis ex potu delectabili. Et sic sequitur, vt prius, s. quòd sit species abstinentiæ, aut non distinguatur ab ea formaliter, quorum vtrunque est contra Autorem in responsione ad tertium, vtranque virtutem specialissimam tenente. Et per hæc videtur, quòd licet ebrietas sit distinctum vitium à gula, quia gula opponitur moderatæ delectationi cibi & potus, & ebrietas opponitur saluti rationis, non tamen sobrietas distinguenda est ab abstinentia: quia abstinentia vtrunque ponit, scilicet & moderatam delectationem, & rationem expeditam.

¶Ad huius euidentiam sciendum est quòd bonum rationis conseruandum à moralibus virtutibus contra impetus passionum est duplex, scilicet rectitudo & vsus. Vtrunque siquidem per passiones impeditur. Nā timor, & amor, delectatio, ira, &c. rationem à rectitudine flectunt, vt continue experimur. Et si fuerint vehementes passiones, quandoque rationis vsum tollunt, vt patet de nimia tristitia & delectatione & ira. Circa vsum tamen rationis impediendum, quia pluribus modis potest impediri, & culpabiliter, & sine culpa, vt patet, cum impeditur per dormitionem, aduertendum est quòd dupliciter passio potest impedire vsum rationis. Vno modo, ex sua immoderantia, ita quòd ipsa immoderatio passionis est ratio peccati, & tanto grauioris quanto pertingit vsque ad impediendum rationis vsum. Et hoc modo impedire vsum rationis ad idem vitium spectat, ad quod spectat inordinatio illius passionis. Verbi gratia, ad timiditatem, si ex nimio timore perdit quis vsum rationis, quoniam ad timiditatis vitium spectat immoderatio timoris. Et similiter ad illammet virtutem, ad quā spectat ordinatio talis passionis, pertinet etiā conseruare vsum rationis contra immoderantiā illius passionis. Verbi gratia, ad fortitudinē spectat cōseruare & rectitudinē & vsum rationis contra immoderātiā timoris. Alio modo passio pōt impedire vsum rationis ex eo ꝙ est ratio alicuius impedientis vsum rationis, ita ꝙ ex hoc primo passio habet rationē deformis, qa est ratio impedimenti vsus rationis. Et sic impedire vsum rationis ptinet ad aliud vitiū ab illo quod respicit immoderantiā illius passionis in seipsa. Et similiter cōseruare bonū rationis in rectitudine & vsu cōtra passionē, quæ ex hoc deordinatur ꝙ est ratio impedimēti vsus rationis, spectat ad moralem virtutē aliā ab illa quæ moderatur passionem illā in se. Quod antequā probemus, manifestemus exēplis in proposito. Ex delectabili potu contingit dupliciter rationis bonum lædi. Primò, quia delectatio potus est in se immoderata. Immoderata em̄ delectatio alimēti vel quātū ad qd, vel quātū, vel quale. &c. est ratio peccati, & obliquat rōnem, & quandoque etiā absorbet. Et hoc spectat ad vitium gulæ. Conseruare autem bonū rationis contra huiusmodi immoderatam delectationem, spectat ad abstinentiam. Secundò quia delectatio vt ratio potus fumosi perturbatiui rationis vsus, est inordinata delectatio. Siquidem potus ex hoc inordinat, & rectā rationē obliquat, & vsum rōnis impedit atque tollit ad tēpus. Et spectat huiusmodi delectatio ad vitium ebrietatis, & seruare rationis bonum cōtra sic delectabile, sobrietatis est. Probatur verò distīctio specifica virtutum abstinentiæ & sobrietatis ex formali distinctione impedimentorum rationis. Nam alterius rationis est delectabile ex immoderantia sua impediens rationis bonū, & alterius rationis est delectabile ex eo quod est rō fumositatis impediens rationis bonū. Nec oportet probare hæc esse de mēte Autoris, quoniā in articulo hoc, & specialiter in responsione ad primū clarè patet hanc esse doctrinam eius.

¶Ad primā ergo obiectionē in oppositū dicitur, quòd distinctio sobrietatis ab abstinentia non est superflua, sed necessaria. Et cùm dicitur, si homo est abstinens, seruat mensurā in potu, ac per hoc non eget sobrietate: respondetur qd seruare mensuram in potu contingit dupliciter. Vno modo, secundum ꝙ potus est delectabilis in seipso. Alio modo secundum quod potus delectabilis est ratio fumositatis perturbatiuę rationis. Abstinens seruat mensuram in potu primo modo. De secundo autem modo non se impedit, quia est sibi impertinēs, & relinquit hoc sobrietati. Et si instetur, ergo abstinens salua abstinentia potest inebriari, negat sequela, qa virtutes sūt cōnexæ, & q. vna caret, nullā hēt.

¶Ad secundam obiectionem iam patet responsio, quòd distinctiua nō sunt, impedire rationem, & impedire rationem per fumositatem, sed sunt delectabile ex immoderantia sua impediens rationem, & delectabile ex eo quòd est ratio fumositatis, &c. impediens rationem, quæ duo constat quòd non se habent sicut superius & inferius, sed quòd specificè inter se distinguuntur. Ac per hoc sobrietas nec est species abstinentiæ, nec coincidit cum illa. Vnde patet quòd negamus sobrietatem esse circa delectabile vt subiuncta obiectio opponit, sed dicimus quòd vtraque virtus est circa delectabile in potu, sed secundum diuersas rationes, secundum quod potus delectabilis natus est diuersis rationibus impedire rationis bonum, vt declaratū est. Ex quibus patet ꝙ non solum ebrietas est distinguenda à gula, sed sobrietas ab abstinentia. Ex quo falsum est, quòd abstinentia ponat vtrunque bonum, scilicet oppositum vtrique vitio. Ponit enim moderatam delectationem in potu, sed non ponit rationem impeditam à potu delectabili, vt est ratio fumositatis, sed solummodo à potu delectabili secundum se.

¶Super Quæstionis centesimæ quadragesimænonæ Articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdē qō. in respon. ad primū, aduerte ꝙ Martinus vbi suprà, dicit, Nec placet mihi opinio Tho. dicētis, quòd licet ad acquirendum sapientiam quantum sufficit ad salutem, non exigatur omnino abstinere à vino, ad acquirendum tamen eam secundum quendam perfectionis gradum, requiritur in aliquibus quòd omnino abstineant, nisi velit saluare per hoc quòd adiungit, Secundum conditiones quarundam personarum & locorum, quia non videtur mihi quòd vsus sobrij vini noceat acquisitioni excellentis sapientiæ.

¶Ad hanc siquidem Martini obiectionē nō oportet respondere. Tū quia litera clarè dicit secundū cōditiones personarum, & non dicit absolutè quòd potus vini impediat à perfecta sapientia. Vnde hoc non est saluare doctrinā quasi periclitātē, vt Arguens sonat, sed sua obiectio est manifesta diuisio contextus. Tū quia etiā si Autor nō subiunxisset illa verba, secundū cōditiones persona-

ctionis gradum. Et sic requiritur in aliquibus ad perfectè sapientiam percipiēdam, ꝙ omnino à vino abstineant, secundum conditiones quarundam personarum & locorum.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ Apostolus non simpliciter dicit bonum esse abstinere à vino, sed in casu in quo ex hoc aliqui scandalizantur.

¶Ad tertiū dicendum, ꝙ Christus retrahit nos à quibusdam sicut omnino illicitis: à quibusdā verò sicut ab impedimentis perfectionis. Et hoc modo retrahit aliquos à vino propter studium perfectionis, sicut à diuitiis, & aliis huiusmodi.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum sobrietas magis requiratur in maioribus personis.

1.Tim. 2. & 2.cor.3.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ sobrietas magis requiratur in maioribus personis. Senectus em̄ excellentiā quandā homini præstat, vnde & senibus honor & reuerentia debetur secundum illud Leuit. 19. Coram cano capite consurge, & honora personā senis. Sed Apostolus specialiter senes dicit esse ad sobrietatē exhortandos, secūdum illud ad Titum secundo, Senes, vt sobrij sint. Ergo sobrietas maximè requiritur in excellentioribus personis.

¶2 Preterea, Episcopus in Ecclesia excellentissimū gradū habet, cui per Apostolum indicitur sobrietas, secundū illud 1. ad Timoth. 3. Oportet Episcopū irreprehensibilē esse, vnius vxoris virū, sobriū, prudentem, &c. Ergo sobrietas maximè requiritur in personis excellentioribus.

¶3 Præterea, Sobrietas importat abstinētiam à vino, sed vinum interdicitur Regibus, qui tenent summum locum in humanis rebus. Conceditur autem his qui sunt in statu desolationis, secundum illud Prouerb. 31. Noli Regibus dare vinum. & postea subdit, Date siceram mœrentibus, & vinum iis qui amaro animo sunt. Ergo sobrietas magis requiritur in excellentioribus personis.

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit 1. ad Timoth. 3. Mulieres similiter pudicas, sobrias, &c. Et ad Titum 2. dicitur, iuuenes similiter hortare, vt sobrij sint.

¶RESPONDEO dicēdum, ꝙ virtus habet habitudinem ad duo. Vno quidem modo ad contraria vitia, quæ excludit, & concupiscentias, quas refrænat. Alio modo ad finem, in quem perducit. Sic ergo aliqua virtus magis requiritur in aliquibus duplici ratione. Vno modo, quia in eis est maior pronitas ad concupiscentias, quas oportet per virtutem refrænari, & ad vitia, quæ per virtutem tolluntur. Et secundum hoc sobrietas maximè requiritur in iuuenibus, & mulierib. quia in iuuenibus viget concupiscentia delectabilis propter feruorem ætatis. In mulierib. autem non est sufficiens robur mētis ad hoc, ꝙ concupiscentiis resistāt. Vnde secundum Valerium * Maximum, mulieres apud Romanos antiquitus nō bibebant vinum. Alio verò modo sobrietas magis requiritur in aliquib', vtpote magis necessaria ad propriam operationem ipsorum. Vinum autem immoderatè sumptum præcipuè impedit vsum rationis. Et ideo senibus, in quibus ratio debet vigere ad aliorum eruditionē, & Episcopis seu quibuslibet Ecclesiæ ministris, qui mente deuota debent spiritualibus officiis insistere, & Regibus, qui per sapientiā debent populum subditum gubernare, specialiter sobrietas indicitur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Lib. 2. cap. 1. tit. de vsu vini mulierib. interdicto.

QVÆSTIO CENTESIMAquinquagesima de Ebrietate in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de ebrietate. ¶Et circa hoc quærūtur quatuor. ¶Primò, vtrum ebrietas sit peccatum. ¶Secundò, vtrum sit peccatum mortale. ¶Tertiò, vtrum sit grauissimum peccatorum. ¶Quartò, vtrum excuset à peccato.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum ebrietas sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ebrietas non sit peccatum. Omne enim peccatum habet aliud peccatum sibi oppositum, sicut timiditati audacia, & pusillanimitati præsumptio opponitur, sed ebrietati nullum peccatum opponitur. ergo ebrietas non est peccatum.

¶2 Præterea, Omne peccatum est voluntarium, sed nullus vult esse ebrius, quia nullus vult priuari vsu rationis. ergo ebrietas non est peccatum.

¶3 Præterea, Quicunque est alteri ratio peccandi, peccat: si ergo ebrietas esset peccatum, sequeretur quòd illi, qui alios inuitant ad potum, quo inebriantur, peccarent, quod videtur esse valde durum.

¶4 Præterea, Omnibus peccatis correctio debetur, sed ebriis non adhibetur correctio. Dicit enim Greg. quòd cum venia suo ingenio sunt relinquendi, ne deteriores fiant, si à tali consuetudine auellantur. ergo ebrietas non est peccatum.

¶SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit ad Rom. 13. Non in commessationibus & ebrietatibus.

¶RESPONDEO dicendū, quòd ebrietas dupliciter potest accipi. Vno modo, prout significat ipsum defectum hominis, qui accidit ex multo vino potato, ex quo fit, vt non sit compos rationis. Et secundum hoc ebrietas non nominat culpam, sed defectum pœnalem consequentem ex culpa. Alio modo ebrietas potest nominare actum, quo quis in hūc defectū incidit, qui potest causare ebrietatem dupliciter. Vno modo, ex nimia vini fortitudine præter opinionem bibentis. Et sic etiam ebrietas potest accidere sine peccato, præcipuè si non ex negligētia hominis contingat. Et sic creditur d Noë inebriatus fuisse, vt legitur Genesis 9. Alio modo ex inordinata concupiscentia, & vsu vini. Et sic ebrietas ponit esse peccatum, & cōtinetur sub gula, sicut species sub genere. Diuiditur enim gula in comessationem & ebrietatem, quæ prohibet Apostolus in autoritate inducta.

rum, &c. ex quo dixerat quòd hoc requiritur in aliquibus, satis se præseruauerat ab vniuersaliter & communiter. Prodest ergo acquisitioni sapientiæ perfectæ abstinentia à vino aliquibus, quibus, s. abstinere à vino est bonum supererogationis, sicut ieiunium, & alia huiusmodi. Et per oppositū talibus non abstinere à vino nocet, sicut nō ieiunare, quia impedit progressum ad perfectam sapiētiam, qua Beati pacifici qui filij dei vocabuntur.

¶Super Quæstionis centesimæ quadragesimæ nonæ Articulum quartum.

IN artic. 4. eiusdē quæstionis dubium occurrit ex eo, quòd non bene ratio, quare senibus, Episcopis, & Regibus, specialiter indicitur sobrietas magis quàm iuuenibus & mulieribus, assignatur, quoniam iuuenibus & mulieribus opus est sobrietate, & propter cōcupiscentias, & propter finem, scilicet operationem: senibus autem propter operationem tantùm, malè ergo videtur distinctio ista rationum assignata.

¶Ad hoc dicitur, quòd distinctio & ratio est optima, si formaliter intelligatur. Communis necessitas quippe sobrietatis in omnibus est propter communem operationem rationis, scilicet propter vsum rationis, vt patet ex ipsa sobrietatis natura. Sed loquendo de diuersis conditionibus & statibus personarum secundum sibi propria: ita quòd in iuuenibus & mulieribus cōsiderentur & propriæ operationes & concupiscentiæ, & similiter in aliis, scilicet senibus, Regibus, & Episcopis, tunc formaliter loquendo, iuuenibus & mulieribus est necessaria sobrietas propter concupiscentias & vitia. Nam his seclusis, nulla est operatio iuuenis vt sic, aut mulieris vt sic, quæ exigat sobrietatem specialiter, quoniam nulla talis operatio exigit excellētiam puræ mentis. In senibus autem, Episcopis, & Regibus, seclusis concupiscentiis, quia propriæ eorum vt sic operationes exigunt mentis puritatem excellentem propter eorum officia, vt patet in litera, ideo ex hac parte egent sobrietate. Obiectio autem in oppositum procedit de operatione communi omnibus, scilicet vti ratione. Sermo autem præsens est de operatione propria cōditionum & statuum.

¶Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ Articulum primum.

IN articul. 1. quæstio. 150. circa significationem ebrietatis, nota cōditiones primi significati, quia defectus rationis non absolutè, sed vt causatus ex multo vino potato, significatur nomine Ebrietatis primo modo, & quòd sic non est nomen culpæ, sed pœnæ ex culpa. Vbi appellatione vini intelligitur omne potabile inebriatiuum, vt ceruisia. Intelliguntur enim secundario sub principali, sicut etiam sunt adinuenta ad supplendū principale. Et propterea debentes abstinere aliquo die à vino, tenētur etiam abstinere à ceruisia. Sumitur enim loco vini. Et quoniam vinum causare potest aliquid, potatū vel non potatum, subiungitur ly potato, ad differentiam defectus rationis, qui consequi potest ex vino odorato. Aiunt enim quosdam solo odore vini rationis vsum perdere. Talis enim defectus nō est ebrietas, sicut nec defectus rationis à somno, vel quacūque causa alia à vino potato. Additur autem in litera ly multo, quia vinum potatum non inebriat nisi sit multum respectu illius qui bibit, quantuncunque in seipso parum sit quod bibitur. Multum autem dicimus communiter in quantitate. Potest tamē contingere quòd multum in virtute tantùm, & non quantitate inebriet, puta si tantundem ab eodem tunc bene dilutum bibitum non inebriasset. Tunc enim multitudo virtutis, non quantitatis in causa est. Est autem defectus iste qui ebrietas vocatur, pœna ex culpa, non actuali semper, sed originali saltem. In statu siquidem innocentiæ, etiam si vsus vini fuisset, nullus fuisset ebrius, qa nullus error aut infirmitas.

Mal. qō. 14 art. 4. ad 2. & Tit. 2. lec. 1. fin. & 3. Ethic. lec. 11. fin.

¶In eodem art. 1. aduerte ꝙ ebrietas pro actu inebriatiuo, ad hoc ꝙ non sit peccatum, duas habet conditiones. Prima est, ꝙ præter opinionem bibentis potus sit inebriatiuus. Secunda, ꝙ nulla in hoc bibētis negligentia concurrat. Nā si credit quis aut dubitat se inebriari non excusatur. Et similiter si non adhibet diligētiam suam in aduertendo quantum bibit, & cuius vigoris sit vinum, & qualiter ipse bibens est dispositus, puta quia est valde calefactus, nō excusatur.

¶In eodem art. 1. aduerte, quòd ebrietas ex inordinata concupiscentia & vsu vini semp est peccatū, ita ꝙ peccatū cōsistit in actu quo quis inordinato appetitu vtitur vino inebriatiuo, hoc est, inquantum est inebriatiuū. Iam enim dictum est quòd ad gulæ vitium, nō ad ebrietatem spectat inordinatus vsus potus absolute. Ad ebrietatem autem quatenus est inebriatiuus.

¶In eodem artic. circa illud, Ebrietas continetur sub gula sicut species sub genere, aduerte quòd gula est nomen æquiuocū ad genus comessationis & ebrietatis, & ad ipsam speciem commessationis, ita ꝙ tractatus habitus superius de gula, nō est habitus de gula, vt est gen',

D.534.

sed vt est species:quoniã tractatũ est de gula, vt est vitiũ oppositũ abstinentiæ,vt expresse in principio quæst.146.diuidendo dicitur.Et inter species gulæ non est cõputata ebrietas,quæ hic dicitur species gulæ,vt est genus, sed solummodo enumeratæ sunt species gulæ, quæ cõtinentur sub comessatione. Perinde igitur fuit tractare de gula, ac si de comessatione tractaretur. Sed quia species illa nomen generis sibi vsurpauit,sub gulę nomine tractata est. In hoc autẽ loco gula nõ similiter sumitur,sed pro genere cõmuni ad gulam pro comessatione & ebrietate.

Cap.11.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ sicut Philosophus dicit in 3. Eth.* insensibilitas,quę opponit' tẽperantię, non multũ contingit.Et ideo tã ipsa,quã omnes eius species, quę opponuntur diuersis speciebus tẽperãtię,nomine carent. Vnde & vitium quod opponitur ebrietati, innominatum est,& tamen si qs scienter in tantũ à vino abstineret,vt naturã multum grauaret,à culpa immunis non esset.

¶Ad secũdũ dicẽdum,ꝙ obiectio illa ꝓcedit de defectu cõsequẽti,qui est inuoluntarius,in quo peccati ratio consistit.

¶Ad tertium dicẽdũ,quòd sicut ille qui inebriatur,excusatur à peccato, si ignorat fortitudinẽ vini,ita etiã ille,qui inuitat aliquem ad bibendum, excusatur à peccato,si ignoret talẽ esse conditionem bibẽtis,vt ex hoc potu inebrietur.Sed si ignorãtia desit,neuter à pctõ excusatur.

¶Ad quartum dicendum,quòd aliquãdo correctio peccatoris est intermittenda ne fiat inde deterior,vt suprà dictũ est.* Vnde Aug.dicit in epistola ad Aurelium episcopum* de comessationib.& ebrietatibus loquens,Non asperè,quantum existimo,non durè,non impetuosè ista tolluntur, sed magis docendo quàm iubendo, magis mouendo quã minando. Sic enim agendum est in multitudine peccãtium. Seueritas autem exercenda est in peccato paucorum.

¶In eodẽ artic.in respõsione ad primũ,dubium occurrit ad hominẽ.Superius nanq; Autor in q. de gula art.3.ad tertium, dixit ꝙ nocumentũ prouenies ex delectabili in cibo & potu,per accidẽs se habet ad gulã. In hac autem responsione de vitio opposito ebrietati tractans ex nocumento naturæ culpã in abstinendo à vino cõstituit. Si enim est per accidẽs, non debet ex hoc culpa constitui. Et si ex hoc culpa constituitur, non est per accidens.

Quæst 33. art.6. * Epist. 64. paulo ante med.

¶Ad hoc dicitur dupliciter.Primò, ꝙ aliud est dicere ꝙ ex naturæ nocumento sit culpa, & aliud ꝙ ex naturæ nocumento sit culpa talis, s. opposita ebrietati. Autor non dicit secũdum, sed primũ, quod constat esse verũ, quia est culpa contra naturalẽ amorẽ suiipsius, quãuis nõ opponatur ebrietati. Secũdò dicitur, ꝙ per grauamen naturæ Autor intẽdit grauamen naturæ quo ad vsum rationis, & talis culpa, qua quis quo ad vsum rationis ex abstinentia vini grauaret naturã,opponi conceditur ebrietati,quę vsum rationis tollit ex nimio vsu vini:in superioribus autem Autor dixit quòd nocumentum corporis se habet per accidens ad gulam,& non dixit quòd nocumentum rationis se habet per accidens.Quin potius de nocumento rationis dixit in q.præced.art.2.ꝙ se habet per se ad abstinentiam,sobrietatem,& gulam,& ebrietatem.

¶In eodem art.1.in responsione ad secundum dubium primò ex Martino in q.1.de ebrietate occurrit contra Autorem in hac solutione, arguẽte dupliciter.Primò,quia hæc solutio non consonat doctrinæ sequentis articuli,vbi dicitur,quòd si quis aduertit potum vini esse immoderatum, & inebriare potentem,magis tamen vellet ebrietatem incurrere quàm à potu abstinere,talis propriè dicitur ebrius. Ex quib.arguitur sic,Omnis q magis vult inebriari potu,quàm à potu abstinere, vult inebriari, sed omnis propriè ebrius est huiusmodi:ergo defectus ebrietatis est voluntarius.Secundò. Ratio peccati ebrietatis consistit in volitione potus immoderati, & inebriantis sciti quod est talis. Ergo ad ebrietatem formaliter & propriè dictam, exigitur quòd potus secundum quod inebrians,sit volitus.

¶Dubium deinde occurrit, quia falsum est, ꝙ nullus velit carere vsu rationis ex potu,cùm aliqui sint qui ex industria ad hoc bibant vt inebrientur, & in hoc delectantur quòd seipsos eximunt à rationis curis.

¶Ad dubium ex Martino dicitur ꝙ non inconuenit aliquid esse voluntariũ vno modo,quod alio modo est inuoluntariũ.Multipliciter enim dicitur voluntariũ & inuoluntariũ.Sed quantũ ad ꝓpositũ spectat, dicit' dupliciter, s.directè & in seipso,vel indirectè & in causa seu alio.V.g.cùm quis spõte currit & inde fatigatur, cursus est directè & in seipso volitus. Lassatio aũt consequẽs est indirectè & in alio, hoc est, in cursu ad quẽ consequit' volita, & nõ in seipsa,nec directè,& hi duo modi voluntarij cõmunes omnib.peccatis vident'.Nam in peccato est aliquid quod directè volumus,puta accipere alienũ,vti muliere nõ sua,&c.& aliquid quod indirectè volumus,s.deformitatẽ peccati,q̃ annexa est illi actui.Differũt aũt huiusmodi voluntaria inter se in hoc,ꝙ primũ est omnino volũtariũ, secundũ autẽ est aliquo modo voluntariũ,s. indirectè & in causa,& in aliquo mõ inuoluntariũ,s.directè & in seipso.Sic autẽ est in proposito.Potus scitus quòd est immoderatus & inebriatiuus,est in se & directè volitus.Defectus autẽ rationis cõsequens nõ est volitus in seipso & directè,sed tantũmodo indirectè & in sua causa. In hac ergo solutione Autor loquitur de voluntario in seipso & directè,& dicit ꝙ defectus rationis est inuoluntarius,& bene,quia nõ est in se directè volitus.In sequẽti autẽ artic.loquitur de voluntario indirectè in sua causa, non in verbis allatis à Martino, quia in illis verbis Autor loquitur non de defectu rationis consequẽte,sed de actu potatoris potente inebriare, quẽ diximus esse directè volitũ,sed in verbis subiũctis,s. quia secundum hoc homo volens & sciens priuat se vsu rationis,& per hoc patet solutio primæ obiectionis.

¶Ad secundum vero cõceditur totũ, sed nõ est cõtra id quod diximus:quoniã aliud est potũ inebriatiuum, vt sic, esse cognitũ & volitum directè,& in seipso:& aliud est defectũ rationis consequentẽ ex huiusmodi potu esse directè & in seipso volitũ. Ebrius propriè & formaliter dicitur non à defectu rationis, qui causatur ex potu,sed ex ipso actu potẽte inebriare cognito & volito directè,q ebrietas dicitur.Nã sicut fornicator propriè ille est,q scit hanc mulierem non esse suam,& vult vti illa,quod est fornicari:ita ebrius est qui scit hunc potum esse inebriatiuum & vult illo vti,quod est inebriari, vt inebriari sonat actum moralem. Ex hoc enim tanquam ex intento per se & directè,vt in sequenti litera dicitur,sumit speciem ebrietatis vitium non ex defectu consequente,qui indirectè,& in sua causa tantum est volitus.

¶Ad secundum dubiũ dicitur,ꝙ inebriare se ex industria, vt careat vsu rationis, videtur esse valde paucorũ.Quoniã carere vsu rationis,cõmuniter ebrij incurrũt magis quàm appetant. In quibus tamen appetitus directè tendit ad carentiam vsus rationis, & ad hoc ebrietate vtuntur, tanquam instrumento delectabili,vitium plusquam humanum videtur,& ad bestialitatis vitia pertinere.Velle nanque directè se priuare vsu rationis nil aliud est quã velle se facere irrationale, ac brutum animal pro tunc. Autor autẽ de ebrietate vt est humanũ vitiũ,loquit' secũdum id quod cõmuniter in hominib⁹ inuenitur. Constat nanq; quòd cõmuniter nullus directè vult se priuare vsu rationis.

ARTICVLVS II.

Vtrum ebrietas sit peccatum mortale.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ ebrietas nõ sit peccatũ mortale.Aug.enim ĩ sermone de Purgatorio *, dicit ebrietatem esse peccatum mortale,si sit assidua. Sed assiduitas importat circunstantiã, quæ nõ trahit in aliam speciẽ peccati,& sic nõ potest in infinitũ aggrauare,vt de veniali faciat mortale,sicut ex supradictis patet*.ergo si aliàs ebrietas non est peccatum mortale, etiã hoc modo nõ erit peccatũ mortale.

¶2 Præterea, Aug.dicit in eodem sermone,*Quoties aliqs in cibo aut potu plus accipit quã necesse est,ad minuta peccata nouerit pertinere.Peccata aũt minuta dicũtur venialia. Ergo ebrietas,q̃ causat' ex ĩmoderato potu, est peccatũ veniale.

¶3 Preterea, Nullum peccatũ mortale est faciendum propter medicinã:sed aliqui superflue bibunt secundum consiliũ medicinæ,vt postea per vomitum purgẽtur, & ex hoc superfluo potu sequitur ebrietas,ergo ebrietas non ẽ peccatũ mortale.

¶SED CONTRA est,quòd in canonibus Apostolorũ* legitur,Episcopus, aut presbyter,aut Diaconus aleę,aut ebrietati deseruiẽs,aut desinat,aut deponatur.Subdiaconus aũt,aut lector, aut cãtor similia faciẽs,aut desinat, aut coĩone priuetur.Similiter & laic⁹.Sed tales pœnæ non infliguntur nisi pro peccato mortali.ergo ebrietas est peccatum mortale.

1.2 q. 88. ar.5.ad 1. & 2.dist. 24.q.2. art.6.cor. Et mal.q. 2.art.8. ad 3. & Rom.13. le.3. Et 1. Cor.5.le.3. *Serm.4 in die animarum. *1.2.q. 88. art.7. *Antè medium.

¶ *Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ Articulum secundum.*

IN art. 2. eiusdẽ q. 150. dubiũ occurrit,an potus vini ex hoc ipso reddatur culpabilis mortaliter, quòd priuat scientem & volentẽ vsu rationis. Et huic annectitur alterũ dubiũ, an huiusmodi potus habeat rationẽ peccati mortalis ex ipso dãno vsus rationis,an ex periculo, quia.s.exponit hominẽ periculo peccatorũ mortaliũ, an ex vtroq; simul. In litera siquidẽ vtrũq; simul ponitur. Est siquidẽ primi dubij ratio,quia nulla conditio, quæ potest saluari tam in actu virtuoso quàm vitioso, facit ex se sufficienter actũ mortaliter culpabilẽ:sed ista conditio, scilicet inferre priuationẽ vsus rationis,potest saluari in actu virtuoso & vitioso.ergo actus potus ex hoc quòd est priuatiuus vsus rationis,non est peccatũ mortale.Minor probatur multipliciter.Primò,quia sciẽs & volens dormire,vult se priuare vsu rationis,& tamen non peccat. Secũdò,quia propter vomitum inebriãs se non peccat.Nec valet,inquit Martinus, quod ait Thomas in responsione ad tertiũ,ꝙ quia vomitus potest fieri per aquã tepidam, ideo propter hanc causam non excusaretur quis ab ebrietate, tum quia potus tepidæ aquæ non prouocat vomitũ in hominibus omnibus,tum quia vomitus ex alia & alia causa prouocatus,alias superfluitates emittit.Tertiò,qa si quis esset talis cõplexionis ꝙ ex vino quantumcunque & qualitercunque sumpto inebriaretur,& ex alio potu grauius læderetur in corpore, iste esset perplexus,si non liceret sibi vti minus malo bibendo vinũ, per hoc scienter inebriando se.Quartò,ad euitandã sęuitiã tyrãni vel infidelis,in casu homo posset se inebriare,vt sic relinqueretur pro cõmuni bono,&c. Hæc sunt motiua sumpta ex Martino vbi suprà. Qui etiã ibidem tenens conclusionẽ dictarũ rationum soluit rationes Autoris in hoc art.Negat siquidẽ illam maiorem.Quicunque sciens & volens priuat se vsu rationis,propter instantias supradictas.Ad secundã verò rationem de periculo,dicit tria. Primò,ꝙ huiusmodi pericula non sunt cõmunia omnib.ebriis. Secundò,ꝙ huiusmodi periculis potest prouideri,ne sequãtur, præcipiendo prius ꝙ caueat' & obseruet' cum erit ebrius.Tertiò ꝙ duplex est periculum circundans,vel inuoluẽs.Et ꝙ licet non possit quis exponere se periculo inuoluenti, secus est de periculo circundãte, quale est istud quandoq;. Et ad autoritatẽ Ambrosij in litera allatã,dicit ꝙ loquitur Amb.non vniuersaliter, sed secundũ id quod multis accidit. Ad rationem verò allatã in litera arguẽdo in oppositũ ex canonibus Apostolorũ,dicit duo.Primò, ꝙ non loquit' nisi de assiduis in ebrietate,vt ostendit ly deseruiens ebrietati.Secundò,ꝙ huiusmodi pœnæ non solum pro mortali,sed etiã aliquãdo pro veniali & sine culpa, nõ tamen sine causa imponunt' præcipuè propter indecentiã & exprobrationẽ facti, vt est ebrietas. Secũdi aũt dubij ratio ex Martino iam dicta est.Et assignatur alia,qa pericula cõsequẽtia ꝑ accidens se habẽt.Species aũt mortalis peccati nõ attenditur secundũ ea q̃ sunt ꝑ accidens,sed secundũ id quod per se est obiectum actus.

Can.42.

¶Ad euidentiã horũ scito,ꝙ Autor nõ dicit ꝙ priuare se vsu rationis constituat peccatũ mortale aut veniale,sed docet ꝙ priuare se vsu rationis ex inordinata cõcupiscentia vini,est peccatũ mortale. Et si quæratur in quo cõsistit ista inordinatio,in prõptu est respon.ꝙ cõsistit in hoc ꝙ propter delectationẽ in potu nõ curat sciens & volẽs priuare se vsu rationis, ita ꝙ non priuatio vsus rationis absolute,nec delectatio in potu vini absolutè,culpã cõstituit sed delectatio in potu vini inebriãtis in sciẽte & volẽte illã,cõstituit rõnem culpæ mortalis.Et in hoc ꝓpriè cõsistit actus ebrietatis, q cũ tẽperantiæ species sit,est circa delectabile secundũ sensũ tact⁹,quale est potus vini inebriãtis.Ex hoc aũt fundamẽto patet primo,ꝙ rationes Martini non sunt contra Autoris doctrinã de ebrietate formaliter loquẽdo.Sed allatæ suę rõnes si cõcludũt,inferũt tñ,ꝙ ebrietas materialiter,hoc est, bibere aduertẽter vsq; ad mẽtis alienationẽ,non ꝓpter delectationẽ potus, sed ꝓpter aliquã honestã in se causam, est licita, quod nunc non affirmo,nec inficior. Sed in responsione

sione ad tertiũ, hæc quæstio tractabit',& si Deus lumẽ dederit determinabitur.Patet secundò,ꝙ solutio Martini ad primam rationẽ Autoris data, nihil valet, quia loquitur de priuatione vsus rationis absolutè, & Autor loquitur de priuatione vsus rationis ex delectabili inebriatiuo potu.De dictis autem ad rationẽ de periculo,& obiectione allata in secundo dubio,dicendũ est ꝙ cùm ebrietas directè opponat' bono ratiõis humanæ, & reliqua vitia essentialiter ex suis directè malis, speciẽ grauitatẽmq; habeãt, nõ est aliter de ebrietate dicendum, sed distinguẽdum potius est,quòd ebrietas habet duplicẽ grauitatẽ: vnã substantialẽ, & hæc attẽditur secũdũ ipsum rationis vsum ex delectabili potu priuatũ,alterã consequẽter se habentem,& hæc attendit' penes periculũ mala committẽdi, & penes omissionẽ bonorũ,quæ operari aut cõsequi debuisset. Et licet hæc se habeant ꝑ accidẽs,pro quãto sunt extra speciẽ, non tamen se habent ꝑ accidens,pro quanto sunt regulariter seu cõmuniter cõsequentia & præuisa in cõmuni,vel saltem in sua causa. Vnde ad dubiũ dico, ꝙ non ex hoc primo habet ebrietas ꝙ sit peccatum & quòd sit mortale, sed hoc habet primo(vt dictum est)ex suo genere, & secundariò habet ex hoc, sc. ex periculo mortalis peccati,cui se sciens & volens cõmittit,Quòd autẽ huiusmodi picula non sint cõmunia omnib⁹ ebriis,vt prima Martini obiectio dicit,nihil obstat, si sunt cõsequentia vt in plurib.Moralis enim doctrina attẽdit id quod cõmuniter accidit.Quòd verò huiusmodi periculis possit prius ebrius prouidere per alios ne occurrãt,vt secũdò obiicitur,falsum primo est quo ad concupiscẽtias & malas locutiões,puta,velle percutere,vel occidere,vel adulterari,&dicere turpia,quamuis in quibusdam potentib.verum sit quo ad executiones exteriores,puta, ne percutiant vel occidant,claudẽdo ipsum in camera.Deĩde qa istæ ꝓuisiones sunt per accidens,& paucis conueniunt,ideo attendendo ad ea quæ consequuntur actum ebrietatis ex sua natura, vt Autor docet, dicitur quòd hæc secundaria grauitas non excusatur propter huiusmodi potentiam prouidendi,quamuis si prouisiones apponerent,diminueretur & excusaretur à tanto, sed non à toto. Distinctio demum tertio loco adducta de periculo circundante & inuoluente,non soluit, si communiter pericula mortalis peccati consequuntur, quia tunc esset periculum inuoluens hominem in peccato mortali. An autem ebrij communiter in hoc incidant, fateor me nescire,quia non vidi multos ebrios. Quamuis autem responsio ista quo ad grauitatem ex periculo, quo ad primam partem sit optima,quòd scilicet grauitas substantialis est ex suo genere consequens ex periculo: quo ad secundam tamen partem, scilicet quòd sit ebrietas etiam mortalis ex periculo,non videtur vera,nec habetur in litera ab Autore. Litera enim debet sic punctuari, vt ly, Et sicut peccat mortaliter, sit conclusio sequens ex præcedenti medio,quia.s.sciens & volens priuat se, &c. & postmodum subiungit. Committens se periculo peccandi. Coniungendum est enim cum sequenti probatione ex autoritate Ambrosij,ita quòd ly,Committens se periculo peccandi,non est expositio aut redditio alterius rationis,aut adminiculum præcedentis rationis,quare peccat mortaliter,sed est subiunctio cõmunitatis ad ebrietatem aggrauantis ipsam. Cuius signum est, quòd non dicit Autor Committens se periculo peccandi mortaliter, sed periculo peccandi, & hoc etiam in communi probat ex Ambrosio. Constat autem quòd ex periculo peccandi non peccat homo mortaliter, & sic proculdubio intendit Autor, & hoc etiam videtur verum secundum se, quia non oportet, quantum ego scio,quòd communiter ebrij incurrant actus peccatorum mortalium, sed multi dormiunt,multi sunt otiosi,&c. Doctrina autem moralis secundum communiter accidentia tradenda est. Nec obstat, quòd post hoc Autor infert. Vnde ebrietas per se loquendo est peccatum mortale,quoniam illatio ista ex ratione inducta, de damno vsus rationis intelligenda est, quam comitatur periculum peccandi in communi,siue mortaliter siue venialiter.

Ar.præc. Ar.præc. Lib.1. de Abrahã c.6.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ culpa ebrietatis,sicut dictũ est*, consistit in inordinato vsu & cõcupiscẽtia vini.Hoc autẽ cõtingit esse tripliciter.Vno modo, sic ꝙ nesciat potũ esse immoderatum, & inebriare potentẽ. Et sic ebrietas potest esse sine peccato,vt dictũ est*. Alio modo sic, ꝙ aliquis percipiat potũ esse immoderatũ,non tamen æstimet potũ inebriare potentẽ. Et sic ebrietas potest esse cum peccato veniali. Tertio modo potest esse,ꝙ aliquis bene aduertat potũ esse immoderatũ & inebriãtem, & tamen magis vult ebrietatẽ incurrere quã à potu abstinere. Et talis propriè dicitur ebrius,quia moralia recipiunt speciẽ non ab eis quæ ꝑ accidẽs eueniũt præter intentionẽ, sed ab eo quod est ꝑ se intentũ.Et sic ebrietas est peccatũ mortale,qa secundũ hoc homo volens & sciens priuat se vsu rationis, quo secundũ virtutẽ operatur,& peccata declinat. Et sic peccat mortaliter periculo peccandi se cõmittens.Dicit enim Ambr.in libr.de Patriarchis*, Vitandũ dicimus ebrietatẽ, ꝑ quam vitia cauere non possumus.Nam quæ sobrij cauemus,ꝑ ebrietatem ignorantes cõmittimus:vnde ebrietas,per se loquendo,est peccatum mortale.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ assiduitas facit ebrietatem esse peccatum mortale, non propter solam iterationem actus,sed quia non potest esse ꝙ homo assiduè inebrietur, quin sciens & volens ebrietatem incurrat, dum multoties experitur fortitudinem vini, & suã habilitatem ad ebrietatem.

¶Ad secundum dicendum,ꝙ plus sumere in cibo & potu quàm necesse sit,pertinet ad vitium gulæ, quæ non semper est peccatum mortale. Sed plus sumere in potu scienter vsque ad ebrietatem, hoc est peccatũ mortale. Vnde Aug. dicit in 10.Confes.*Ebrietas longe est à me,misereberis ne appropinquet mihi.Crapula autẽ nonnunquã subrepsit seruo tuo.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ sicut dictũ est,* cibus & potus est moderãdus secundũ ꝙ cõpetit corporis valetudini,&ideo sicut quandoque contingit,vt cib⁹ vel potus, qui est moderatus sano,sit superfluus infirmo:ita etiam potest ecõuerso cõtingere,vt ille qui est superfluus sano, sit moderatus infirmo.Et hoc modo cũ aliquis multũ comedit vel bibit secũdũ cõsiliũ medicinę ad vomitũ prouocandũ, nõ est reputandus superfluus cibus vel potus. Nec tamen ad vomitum prouocandum requiritur, quòd sit potus inebrians, quia etiam potus aquæ tepidæ vomi-

Cap.31. Q.41.articulo 6.

¶Ad dicta autem Martini contra argumentum Autoris ex pœna in canonibus Apostolorum facile dici potest, quòd Autor non inducit illum canonem, nisi vt argumentum pro altera parte,ad quod non requiritur, quòd necessario concludat, sed sat est quòd est probabile.Dicitur tamen secundo, quòd tales pœnę sic modificatæ monitorio præmittendo,non nisi pro mortali peccato imponi videntur. Ex eo enim quòd moneri prius mandatur vt desinant, actus culpabiles ostenduntur exerceri. Ex eo verò quòd obstinatis priuatio communis & depositionis apponitur, insinuatur quòd culpa non est tolleranda,& sic videtur mortale.

¶In responsione ad primũ eiusdem secundi articuli dubiũ ex Martino occurrit vbi suprà arguẽte cõtra hanc solutionẽ,quòd relinquat multa sub dubio.Et arguit dupliciter.Primò.Quæro de illo q primo & secundò se inebriãdo cognoscit hæc duo,q̃ in litera ponũtur,s. fortitudinẽ vini, & habilitatem propriam ad ebrietatem. Vtrum tertia ebrietas sit peccatum mortale:si sic, sequitur quòd ebrietas non assidua est peccatum mortale: si non, sequitur quòd ex concupiscentia vini sciens & volens ebrius non peccat mortaliter contra ipsum Thomã. Secundò,quòd posito casu, in quo quis ex assidua ebrietate venerit in dictã cognitionẽ,& statim abstineat, adeo ꝙ ex assiduitate genitus habitus corrũpatur,& post ex passione concupiscentiæ inebrietur scienter.Tunc sic,Aut ille peccat mortaliter in ista ebrietate, aut non. Si sic. ergo aliquis non assiduus inebriando se, peccat mortaliter. Si non, ergo volens & sciens ex concupiscentia vini ebrius,non peccat mortaliter, quod est contra Thomam.

¶Ad hæc dicitur, ꝙ ex malo intellectu, imo ex appositione extranei sensus huic literæ,procedũt obiectiones. Non enim dicit aut somniauit etiã Autor, quòd assiduitas requiratur ad hoc quòd ebrietas sit peccatũ mortale, vt obiectiones imponunt, sed Augustinũ apponẽtem conditionẽ assiduitatis reuerenter glossat,ꝙ intelligitur de assiduitate quo ad effectum, qui est cognoscere fortitudinẽ vini & habilitatem propriam ad ebrietatẽ. Et quoniam huiusmodi cognitio nõ est effectus proprius assiduitatis ebrietatis,quoniã sine tali assiduitate potest talis cognitio haberi,idcirco sine assiduitate tam præsenti quàm ꝓterita est ebrietas peccatum mortale, si adsit dicta cognitio. Nec hoc est contra August. quoniam ipse dicit affirmatiuã, scilicet ꝙ ebrietas assidua,id est, habens talem cognitionem est mortale. Et nõ dicit negatiuã, scilicet,nisi sit assidua.Quãuis etiã si diceret negatiuã glossaretur vt dictum est,assidua,hoc est,habẽs cognitionẽ fortitudinis vini, & propriæ habilitatis,quia de assiduitate non secundũ se, sed ratione talis effectus intelligitur.

¶ Ad vtranq; ergo obiectionem seu quæstionẽ dicitur,ꝙ vtrobique est peccatum mortale, quia interuenit effectus assiduitatis necessarius ad ebrietatem,quamuis non interueniat assiduitas, vt patet ex dictis. Sciens enim & volens ex delectatione vini vtroque casu inebriat se.

¶In eodem art in responsione ad secundũ, dubium ex Martino ibidem occurrit,arguente contra hanc solutionem, dicendo,Hæc solutio non videtur euacuare vim autoritatis Augustini.Et Arguitur sic, Cùm sumitur potus vsque ad ebrietatem,sumitur plusquam necesse sit, ergo non quoties sumitur plus quam necesse sit, pertinet ad minuta peccata: aut ebrietas pertinet ad minuta peccata.Hoc est contra Thomam.Maior est certa.Conclusio est cõtra Augustini autoritatem arguendo allatam.

¶Ad hoc dicitur,ꝙ obiectio procedit ex formali intellectu literæ. Nam peccatum cõsistens in hoc ꝙ delectatio cibi vel potus facit hominem comedere aut bibere plus quam oportet, ita ꝙ ex hoc formaliter habeat speciem, spectat ad gulam,vt prius patuit.Delectatio autem trahens hominem ad bibendum vsque ad ebrietatem, licet inferat etiam potum plus quàm oportet,non tamen ex hoc trahit speciem,sed ex hoc ꝙ est inebriatiua.Et proptera illa propositio. Cùm sumitur potus vsque ad ebrietatem, sumitur plusquam oportet,distinguenda est. Quòd si intelligitur formaliter & completiuè,ita ꝙ ly plus quàm oportet,sit in quo compleatur peccatum,falsa est.Si autem intelligitur circunstanter,ita ꝙ ad ebrietatem concurrit vt circunstãtia quædam,ly plus quàm oportet,sic est vera. Augustinus ergo & autor tradunt, ꝙ sumere plus quàm oportet formaliter & cõpletiuè, ita ꝙ in ly plus, completur ratio peccati,spectat ad peccata minuta,& ad gulã. Et quia hoc intendit Autor,vt patet ex supradictis, ideo patet ꝙ responsio Autoris optimè facit satis autoritati Augustini.

¶In responsione ad tertium iam tactum & promissum,dubium occurrit,an ebrietas scienter non ex delectatione potus,sed propter medicinam, sit licita.Et vltra superius allata ex Martino occurrit alia dubitandi ratio, quia in litera Autor non dicit simpliciter non licere propter medicinam, sed dicit non licere propter vomitum,quia potest aliter procurari vomitus. Et proptera restat quæstio de ista conditionali, si medici consulent ebrietatem pro sanitate recuperanda,nunquid liceat.

¶Ad hoc dicitur, quòd si medicinæ ars disponeret ebrietatem esse necessariam ad euacuationem,seu curam alicuius infirmitatis, ebrietas in illo casu non esset ebrietas formaliter, quæ est peccatum, sed materialiter tantum: quoniam non esset ex delectatione in potu vini, & esset licita. Et ratio est illa, quam Autor in hac litera explicat, scilicet quia talis potus esset moderatus infirmo,qui non est moderatus sano. Ista enim propositio directè subsumitur sub vniuersali regula in litera tradita de cibo vel potu immoderato respectiuè. An autem ita sit de facto, quòd medicina disponat in aliquo casu necessariam esse ebrietatem, non est Philosophi moralis nec Theologi,sed sciẽtiæ medicinæ opus.Nec huic conclusioni obstãt verba subiuncta in litera,de vomitu per aquam tepidam,vt Martinus obiecit, quoniã Autor loquitur de vomitu formaliter,& non de tali vomitu,nec de vomitu talis personæ. Et intendit,quòd quia ad procurandum vomitum vt sic, non est necessaria ebrietas, non excusaretur ab ebrietate si quis propterea inebriaretur, vt potè inferendo sibiipsi malum sine necessitate. Secus

autem

Universidad de Deusto Biblioteca

autē est de tali vomitu, aut de vomitu in tali persona, si necessaria est ebrietas ad talē vomitum, aut talem personā. Ex his autē ad duos casus Martini suprà recitatos dicendum est. Et ad illum quidē de homine sic cōplexionato seu infirmo, quòd eum vino inebriatur, sine vino grauius infirmatur, standum esset consilio medicinę, eo quòd regula cibi & potus infirmorū in ordine ad sanitatē corporis ad artem medicinæ spectat. Ad alterū verò de ebrietate ad euitandum sæuitiā Tyranni aut Infidelis respondetur, q cùm potus talis in ordine ad propriū & proximum finē, sit immoderatus, quia in ordine ad corpus & vsum rationis est immoderatus, & huiusmodi immoderatio scienter facta sit peccatū ex suo genere, & non sint facienda mala vt eueniant bona: nō excusare tur à peccato nō solum qui inebriaret, sed nec si medium excederet in cibo & potu, vt euaderet sæuitiam Tyranni, aut Infidelis. Non sunt enim hæc congrua media ad huiusmodi finē.

Hom. 1. ad pop. Antioc. à medio.

Lib. de Helia & ieiun. cap. 5.

¶ In eodē 2. art. q. 150. dubium circa principalem conclusionem occurrit, An. s. ebrietas sit mortale peccatum. Videtur nā que ratio in oppositum, quoniā delectatio impeditiua vsus rationis, seu cōcupiscentia vini impeditiui vsus rationis, quæ assignatur pro causa peccati mortalis, non est sufficiens ratio peccati mortalis, quamuis sit sufficiens causa peccati, quoniā nec delectatio seu concupiscentia vini secundum se est peccatum mortale, nisi in ea ponatur finis vt diximus, quod est extra propositum, nec priuare se vsu rationis absolutè est peccatum mortale, vt patet de dormiente voluntariè. Si igitur est hic peccatum mortale, oportet quòd sit ex vtroque simul iuncto, scilicet ex hoc quòd concupiscentia seu delectatio vini est ablatiua vsus rationis, & hoc superius affirmauimus. Sed quòd hæc duo simul non sufficiāt ad peccatum mortale, probatur duplicitер Primò, ducendo ad incōueniens, scilicet quòd sciens & volens dormire superfluę ex delectatione quam percipit in aquæ stillantis sonitu, peccaret mortaliter, quoniam vtrobique ex delectabili volens & sciens priuat se quis vsu rationis. Et similiter quicunque ex aliqua causa veniali secundum se volens & sciens sine necessitate dormiret, peccaret mortaliter, qā ex proposito & causa mala priuaret se vsu rationis. Nihil enim plus mali culpæ assignatur in causis ebrietatis, quàm in istis. Deinde probatur ostensiuè. Quia priuare se vsu rationis contingit dupliciter, scilicet simpliciter, & ad modicum tempus. Primo modo est maximum malum, vt patet in amentibus, & nullo modo licet, multo minus quàm priuare aliquē vsu corporali. Sed secundo modo constat, q non est peccatum mortale ex suo genere, vt patet ex somno & ex dormiente superfluè sciēter: oportet ergo aliquid apponere vnde habeat rationem peccati mortalis. Sed ex adiunctа concupiscentia aut delectatione potus vini, hoc non habetur, quia secundum se aut non est peccatum, aut veniale. ergo.

¶ Ad hoc potest dici, nouam introducendo opinionem, imò potius antiquā renouando, quòd ebrietas, nisi sit assidua, non est peccatum mortale. Non quòd iteratio actus faciat de veniali mortale, sed quia virtus assiduæ ebrietatis est notabiliter impeditiua vsus rationis, & per hoc notabilis nocumēti illatiua homini. qui secundum rationem viuere debet. In vna autem ebrietate non est huiusmodi vis damnificatiua notabiliter vsus rationis, vt experientia testari videtur. Sicut ergo gutta cauat lapidem ex frequenti casu. ita ebrietas efficit notabile damnum homini ex assiduitate, & quia peccatum mortale ex suo genere nō est nisi sit notabiliter cōtra bonum Dei, proximi, aut ipsius peccantis: ideo ebrietas non nisi assidua. est peccatum mortale: & hæc videtur doctrina Augustini in allegato sermone de purgatorio, vbi distinguendo peccata mortalia à non mortalib. ponit ebrietatem, si sit assidua inter mortalia. Hoc idē sentit glossa ad Gala. 5. in verbo Ebrietates, & diuus Thomas met ibidem glossat assiduè, & in quæstione de malo, quæst. 2. art 8. ad tertium, & q. 7. art. 4. ad primum, sentit q ebrietas non est peccatum mortale ex suo genere. Hæc opinio sequaces multos inueniret, nisi auctoritati doctoris hic & superius in præced. lib. q. 88. art. 5. ad primum, & super epistolam ad Rom. 13. expressè obstaret.

¶ Ad cuius euidētiam, quia tota difficultas consistit, an vna ebrietas inferat notabile nocumentum, aduertendum est q vsus rationis est multo maius bonum quàm vsus domus. Constat autem quòd priuans aliquem vsu suæ domus, non solùm totaliter, hoc est, in perpetuum, sed etiam ad tempus, puta vno die, peccat mortaliter: quoniam vsus priuatus est bonum notabile, & temporis circunstantia non facit vt pro nihilo habeatur. Quanto ergo magis priuans proximum suum vsu rationis per vnum diem, peccat mortaliter? Et eadem ratione priuans seipsum vsu rationis peccat mortaliter, quoniam vsus rationis non est bonum voluntarium, sicut domus, sed est bonum naturale, sicut oculus, &cæt. naturalia. In naturalibus autem ita peccat mortaliter priuans proximum, quia homo non est dominus suorum naturalium, vt possit se priuare illis cum vult, sicut potest donare domum, & illius vsum. Inuenitur ergo in ebrietate, quæ vsum rationis violenter tollit, iniuriosa priuatio notabilis boni ex suo genere, nec ex imperfectione actus propter breue tempus excusata. sicut nec excusaretur si tanto tempore quis violenter impediret aliquem ab vsu manuum suarum ligando illas.

¶ Ad obiectionē autem in oppositū de dormiente superfluè ex delectatione, vel alia illicita causa resp̄ōderur, q non est simile propter duo. Primò quia priuatio vsus rationis p somnū, est priuatio naturalis. priuatio aūt p ebrietatem, est priuatio violenta, q̄m illa fit media quiete sensuum, in qua consistit somnus, ista fit perturbatione ægritudinali, vt patet in ebriis vigilātibus. Secundo quia in vsu rationis considerantur tria. Primo, ipse actualis vsus rationis. Secundò rationis solutio, vt possit qs ea vti si vult. Tertiò, expeditio ad solutionem rationis in somno. Prima duo tollūtur. In ebrietate autē tollitur etiā tertium, q̄m ebrietas non solum vinculum rationi imponit, sed etiam necessitatē permanēdi in tali vinculo. Vnde dormiēs aliquo forti sono facto excitatur, & soluta ratione potitur. Ebrius aūt quāuis vigilet, necessitatem violentā vinculi rationis patitur. Et rursus dormiens potest disponere vt per hominem auc horologiū, & c tali hora excitetur. ebrius autē si ordinauerit, nihil prodest, quia tali hora violentæ necessitati vinculi ratio nis sū iacebit. Quod ergo Autor in prioribus libris pertransierat, suppo nēdo eum aliis q̄ ebrietas erat veniale, posimo dum ad altiora diuini lu minis cum accellisset, in Summa hoc determinauit, dicendo q̄ est mortale peccatum ex suo genere: quia tanto bono, scilicet vsu rationis opponitur. Nec obstat hoc superius dictis, scilicet quòd ebrietas materialiter, si necessaria est ex consilio medicinæ, est licita. Non enim sequitur ex his quòd peccatum ex suo genere sit licitum propter bonum finem: sed bene sequitur quòd materia peccati ex suo genere licita sit propter finem bonum quādoque, quod non esse conueniens patet. Detractio enim ex sua ratione est peccatum mortale, detractio tamen materialiter est quandoque licita, puta si aliter non potest peccatum proprium confiteri, aut si propter bonum animę illius expedit reuelare peccatum illius. Qui enim ex medicinæ necessitate se inebriat, vel alium, non nisi materialiter ebrietatem incurrit: quòniam non tendit ad delectabile, quod est formale in speciebus intemperantiæ, de quarum numero est ebrietas.

Lib. 33. Mor. cap. 22.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ Articulum tertium.

IN art. 3. eiusdem 150. q. in responsione ad primum, Martini obiectio occurrit vbi suprà, contra Autorem hic arguente, quòd non reputat veram hanc expositionem Autoris, cùm multa vitia sint magis communia quàm ebrietas, imo qui se inebriant, pauci sunt in comparatione ad alios.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ obiectio nō solùm cōtra intentionē, sed cōtra verba Autoris sensum accipit. Autor siquidem dicit, q̄ peccata intemperantiæ sunt cō munissima quo ad pronitatem, & non dicit quòd ebrietas est maximè communis, ita quòd Autor intendit quòd Chrysostomus speciebus intemperantiæ attribuit tantum amicitiam cum dæmone, propter generis sui frequentiam, qua tam amicuin reddit ur dæmoni.

¶ In eodem art. 3. in responsione ad secundum, dubium occurrit. quia respōsio Autoris aut est falsa aut non soluit argumentū. Respondio enim sua consistit in hoc, q̄ maius malum est vitium seu peccatum, quàm amissio vsus rationis, quia maius bonum est virtutis bonum, quod est semp bonū, quàm vsus rationis, qui potest esse bonus & malus. Sub hac autem distinctione & doctrina aut Autor intendit subsumi debere quòd ebrietas tollit vsum rationis, & non bonum virtutis, ac per hoc non magis contrariatur rationi, & sic falsum dicitur: quoniam ebrietas tollit vtrunque bonum, scilicet, & vsum rationis, & ponit peccatum contrarium bono sobrietatis. Aut intendit q̄ per ebrietatem tollatur vtrunque bonum, & sic verum dicitur. Sed argumentum remanet, quia ebrietas totaliter tollit bonum rationis, quia & quantum ad bonum moris, & quantum ad bonum naturæ.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ nulla falsitas est in hac responsione, & q̄ optimè euacuat argumentum. Intendit siquidem Autor q̄ cum duobus modis seu quo ad duo tollatur bonum rationis, scilicet quo ad bonum naturę, quod est vsus rationis, & quo ad bonum moris. quod est bonum virtutis, comparatio virtiorum in grauitate non est tam commensuranda penes bonum vel malum naturæ, quàm penes bonum vel malum moris: quia bono naturæ, quale est vsus rationis, potest quis bene & male vti. Bonum vero moris, quale est bonum virtutis moralis, &c. est bonum semper. Et sub hac regula non est subsumendum q̄ ebrietas tollat tantum bonum naturæ, scilicet vsum rationis, quoniam in veritate tollit & bonum naturæ, tollendo vsum rationis, & bonum moris, ponendo peccatum contrarium bono virtutis, quæ est sobrietas. Commune siquidem est omni vitio ac peccato tollere bonum moris. Peculiare autem est ebrietati, quòd etiam tollat bonum naturæ in ipsa ratione, sicut alia vitia tollunt alia bona vel naturæ in corpore, vt homicidium tollit vitam: vel fortunæ, vt furtum tollit pecuniam, &c. Sed subsumendum est quòd grauitas peccatorum præcipuè pensanda est ex contrarietate ad bonum moris, ita quòd vitium magis contrarium bono rationis morali est grauius: ac per hoc licet ebrietas sit contraria bono rationis, & naturali & morali, quia tamen aliqua alia vitia magis cōtrariantur bono morali rationis, ideo ex hac ratione, quia scilicet ebrietas tollit bonum rationis totaliter, scilicet quia etiam tollit vsum. non sequitur quòd grauissimum sit peccatorum, sed illa vitia quæ tollunt multo maius bonum rationis morale, sunt grauiora.

¶ Super

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ Articulum quartum.

IN art. 4. eiusdē quæst. 150 dubia multa occurrunt. Primū est, an peccata cō missa ab ebrio sine sua culpa totaliter excusata sint. Et est ratio dubij, quoniā Martinus in hac quæstione probat partem negatiuā quo ad aliqua peccata, quę, s. ebrius cognoscēdo ex passionū motibus cōmittit, q̄ etiā sine ebrietate esset facturus, & gaudet post ebrietatē se cōmisisse: quoniā talia peccata ebrij nec per ignorantiā, nec ignorantes cōmittunt. In oppositum videt litera dicens, q̄ sequens peccatū totaliter excusatur à culpa.

1.2. q. 76. art. 4. ad 2. & 4. Et 2. Dist. 22. q. 2. art. 2. ad 2.

¶ Secundum dubiū est, an peccatum cōmissum ab ebrio ex sua culpa ex cusetur à toto, vel potius aggrauetur, & est ratio dubij, quia singula mēbra habent proprias opiniones. Martinus siquidam vbi suprà probare nititur, q̄ ebrietas culpabilis quādoq; aggrauat peccatū sequēs, probatque, hoc supponendo, q̄ actus exterior nō habet ex se propriā bonitatem vel malitiam, licet tantū ratione actus interioris, & hoc suppositо, ponit duos casus similes, vnū de ebrio cognoscēte cōiugatā, quia non recolit esse iam nuptam. Alterū de Loth, supponendo ebrietatē eius culpabilē, ipsum putasse se cognoscere tunc propriā vxorem. Iste nanq; cōmisit incestum, & ille adulterium ex ebrietate, cùm tamen ex voluntate Loth reddere debitum, ille autem solùm voluntate Loth reddere debitum, ille autem solùm voluntate Loth reddere debitum, ille au tem solùm voluntate Loth reddere debitum, ille autem solùm voluntate Loth reddere debitum, ille autem solùm voluntate Loth reddere debitum, ille aut

Universidad de Deusto Biblioteca

possunt totaliter de nouo peccare, sed bene possunt ex antiqua voluntate de nouo peccare excundo in peccatum exterius. Dicitur enim in litera ꝙ sequens peccatum redditur voluntarium ex voluntate præcedentis actus. Ad confirmationem de amentibus & furiosis, dicitur ꝙ quia absolutè loquendo ista sunt in genere inuoluntariorum, seu pœnarum & ægritudinum, ideo simpliciter excusant à toto. An autem si acciderent huiusmodi defectus voluntariè, peccata sequentia excusarentur à toto, licet diuersa fortè sit opinio, ratio tamè cõuincere videtur quòd idẽ sit de taliũ, & ebriorum voluntariè peccatis, hoc adiecto moderamine, ꝙ furiosi & amentes possunt fieri voluntariè venial. ter vel mortaliter. Et si venialiter tantum fierent, reliqua consequentia non excederent grauitatem venialem. Ebrietas autem culpabilis propriè dicta non nisi mortaliter peccando incurritur, vt patet in art. 2.

3. Ethic. lec. 22. co. 2. fin.

¶ Accedit ad hæc Aristot. in 3. Ethic. autoritas, qui ex eadem causa ebriorũ ignorantiam atque peccata, & malos habitus, & orbitates corporales voluntarias, & ignorantiam legum ob negligẽtiam reprehendit, quia scilicet in potestate nostra est vt fiamus vel nõ fiamus tales, puta ebrij, iniusti, cæci, ignorantes. Simile si quidem esse cõstat in casu posito, scilicet si volũtarie quis fiat amens, aut furiosus. Et hoc intantum verum videtur, vt non solum in moralib. sed etiam in iudiciis secundum leges, si constaret ꝙ aliquis voluntarie se furiosum fecisset, puniretur, & esset irregularis si occidisset hominem, quoniam in Sexto furiosus absolute, non furiosus voluntarie excusatur ab irregularitate homicidij. Leges enim (vt Aristo. ibidem dicit) voluntarias ignorantias arguunt ac puniunt, non excusant.

Ex cap. 4 & 6.

Cap. 3.

¶ Ad rationem verò alterius opinionis, quòd nullum peccatum culpabiliter ebrij excusetur à toto, hoc est, quin sit formaliter in se peccatum, dicendum est ꝙ peccata, quæ rationabiliter ꝓ ista sunt non sequi, aut sunt de rarò contingentibus, quæ ab extrà causantur, aut non sunt voluntaria in causa, ita ꝙ debuerit ille vitare ebrietatem, vt causam horũ, licet debuerit ipsam vitare absolute. Et propterea ista non imputantur vt peccata, sed vt euẽtus consequentes peccatum ebrietatis.

Cap. vlt.

2. 2. q. 64. art. 1.

D. 319.

Cap. 18.

¶ *Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ primæ Articulum primum.*

Cap. eodẽ.

IN articul. primo quæstionis 151. in responsione ad secundum aduerte nouitie, quòd quia violentia non potest inferri animo in quo est consensus, sed corpori, ideo mulier tunc tantùm dicitur violenter oppressa, quando non consentit etiam in pari actum venereum, quamuis corpus compellatur, vt patiatur actum illum. Sic enim non perditur castitatis virtus, sed perseuerat cum duplici corona, vt

QVÆSTIO CENTESIMA-quinquagesima prima, de Castitate, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de castitate. Et primò de ipsa virtute castitatis. Secundò, de virginitate, quę est pars castitatis. Tertiò, de luxuria, quæ est vitium oppositum. ¶ Circa primum quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum castitas sit virtus. ¶ Secundò, vtrum sit virtus generalis. ¶ Tertiò, vtrum sit virtus distincta ab abstinẽtia. ¶ Quartò, quomodo se habeat ad pudicitiam.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum castitas sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd castitas nõ sit virtus: loquimur enim nunc de virtute animæ. Sed castitas videtur ad corpus pertinere. Dicitur enim aliquis castus ex eo ꝙ aliqualiter se habet ad vsum quarundam corporis partium. ergo castitas non est virtus.

¶ 2 Præterea, Virtus est habitus voluntarius, vt dicitur in 2. Ethic*. Sed castitas non videtur esse aliquid voluntarium, cùm per violentiam auferri videatur multoties violenter oppressis. ergo videtur, quòd castitas non sit virtus.

¶ 3 Præterea, Nulla virtus est in infidelibus: sed aliqui infideles sunt casti. Non ergo castitas est virtus.

¶ 4 Præterea, Fructus à virtutibus distinguuntur: sed castitas inter fructus ponitur, vt patet ad Galat. 5. ergo castitas non est virtus.

¶ SED CONTRA est, quòd August. dicit in lib. de Decem chordis*. Cùm debeas in virtute præcedere vxorem, quoniam castitas est virtus, tu sub vno impetu libidinis cadis, & vis vxorem tuam esse victricem?

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd nomen Castitatis sumitur ex hoc ꝙ per rationem concupiscentia castigatur, quę ad modum pueri est refrænanda, vt patet per Philos. in 3. Ethic*. In hoc autem ratio virtutis humanæ cõsistit, ꝙ sit aliquid secundum rationem modificatum, vt ex supradictis patet*. Vnde manifestum est, castitatem esse virtutem.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ castitas d consistit quidem in anima sicut in subiecto, sed materiam habet in corpore: pertinet enim ad castitatem, vt secundum iudicium rationis & electionem voluntatis aliquis moderatè vtatur corporalibus membris.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit in 1. de Ciuit. Dei*, proposito animi permanẽte, per quod etiã corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori aufert sanctitatem violentia libidinis alienæ, quã seruat perseuerantia continentiæ suæ. Et ibidem * dicit, ꝙ est virtus animi, quæ comitem habet fortitudinem, quæ potius quælibet mala tolerare quàm malo consentire decreuit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit in 4. cõtra Iulianum*, Absit vt sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit iustus. Absit autem vt sit iustus verè, nisi viuat ex fide. Et ideò concludit, quòd in infidelibus neque est vere castitas, neque aliqua alia virtus, quia scilicet non referuntur ad debitum finem. Et sicut ibidem subdit, Nõ officiis, id est actibus, sed finibus à vitiis discernuntur virtutes.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ castitas, inquantum est quiddam secundum rationem operans, habet rationem virtutis, inquantum autem habet delectationem in suo actu, connumeratur inter fructus.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum castitas sit virtus generalis.

ADSECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ castitas sit virtus generalis. Dicit enim Aug. in lib. de Mendacio*, ꝙ castitas animi est ordinatus animi motus nõ subdens maiora minoribꝰ: sed hoc pertinet ad quamlibet virtutẽ. ergo castitas est generalis virtus.

¶ 3 Præterea, Nomen castitatis à castigatione sumitur, sed quilibet motus appetitiuæ partis debet castigari à ratione, cũ ergo ꝙ quamlibet virtutẽ moralẽ refræ-netur aliquis appetitiuus motus, videt ꝙ quælibet virtus moralis sit castitas.

¶ 3 Præterea, castitati fornicatio opponitur, sed fornicatio videtur ad omne genus peccati pertinere. Dicitur enim in Psal. 72. Perdes omnes, qui fornicantur abs te. ergo castitas est generalis virtus.

¶ SED CONTRA est, quod Macrob*. ponit eam partem temperantiæ.

¶ RESPONDEO dicẽdum, ꝙ no men castitatis dupliciter accipitur. Vno modo propriè, & sic est ꝑcialis virtus habens ꝑcialem materiam, scilicet concupiscentias delectabilium, quæ sunt in venereis. Alio modo nomen castitatis sumitur metaphoricè. Sicut enim in corpo ris cõmistione cõsistit delectatio venereorũ, circa quam propriè est castitas, & oppositũ vitiũ, ſ. luxuria: ita etiã in quadam ſpirituali coniunctione mentis ad res aliquas consistit quædam delectatio, contra quã est quædã ſpiritualis castitas metaphoricè dicta, vel etiam ſpiritualis fornicatio hominis ſimiliter metaphoricè dicta. Si enim mens hominis delectetur in ſpirituali coniunctione ad id, cui debet cõiungi, ſad Deum, & abſtinet ſe ne delectabiliter aliis coniungatur contra debitũ diuini ordinis, dicetur castitas ſpiritualis, ſecundum illud ſecundæ ad Cor. 10. Deſpondi vos vni viro virginem castã exhibere Christo. Si autẽ delectabiliter contra debitum diuini ordinis coniungatur mens quibuſcunq; aliis rebus, dicetur fornicatio ſpiritualis, ſecundum illud Hierem. tertio, Tu autem fornicata es cum amatoribꝰ multis. Et hoc modo accipiendo castitatem, castitas est

Nam ſuperius dictum est quòd appetitus delectabilis maxime aſſimilatur puero, ſed ratio ſubiuncta est noua. Secundo, dicitur quòd vtrunque ſuperius dictum est, ſed diuerſimode, quia ſimilitudo explicata ſatis est. Ratio verò ſimilitudinis inſinuata est & in ſecunda & in tertia ſimilitudinis conueniẽtia, ſcilicet in euentu augmenti, & in indigẽtia remedij caſtigatiui. Nam quia est

quia est nobis connaturalis, ideo maximè augetur delectabilis appetitus ſibi derelictus. Et ſimiliter quia connatura lis est nobis, ideo caſtigatione eget, ne indomitus efferatur.

1 in corp. Art. prec. q. 141. art. 2.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ quinquageſimæ primæ Articulum tertium.*

Cap. 3.

IN artic. 3. eiuſdem q. i reſpõſione ad ſecundum, dubium occurrit, quia delectationes vinariæ magis opprimũt rationem quàm venereæ, quoniã ebriis ratio eſt magis deperdita quàm vacantium venereis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud est loqui de delectationibus ſecundum ſe, & aliud de illis ſecundum earũ effectus. Delectationes ſiquidẽ venereę ſunt in ſe maiores, & ipſæmet ſunt magis opprimentes rationem, quã delectationes quas ſentimus inhibendo vinum. Sed effectus vini delectabilis, ſcilicet fumabilis euaporatio ad cerebrum magis opprimit rationem quàm delectatio venerea. Autor autem loquitur de delectationibus & non de effectibus earum.

In corp. art.

2. diſt. 24 q. 2. art. 1. ad 3. Et vide q. 1. art. 4. cor. fin.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli, dubiũ occurrit de hoc, ſcilicet, Delectationes aliorum ſenſuũ non pertinent ad naturam hominis cõſeruandam, niſi prout ordinantur ad delectabilia tactus. Nã Ariſt. in lib. de Senſu & ſenſato, prærogatiuam hominis inter alia animalia ponit ꝙ delectatur odore ſecundum ſe. Et hoc prouidit natura ad ſalutem hominis, propter frigiditatem cerebri humani contemperandum, vt ibi dicitur. Sunt ergo ſine ordinę ad tactum delectabilia ad conſeruandum hominẽ, delectabilia odoratus, cuius oppoſitum in litera dicitur: ac per hoc oportet aliquam rẽ perantiæ ſpeciem circa hæc ponere.

Epiſt. ad Amandum, paulo poſt principium.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ordinari ad delectabilia tactus multipliciter contingit, & non vno tantũ modo. Ordinatur ſiquidem aliquid ad delectabilia tactus, vel quia ordinatur ad cibũ aut potum, aut venerea: vel qa ordinatur ad ipſa qualia: quæ ſunt delectabilia ſecũdum tactum, puta ad frigida, humida, calida, & ſicca. Iſta ſiquidem tangibilia ſunt, ex quibus ſumus & nutrimur: ſenſibilia igitur aliorum ſenſuũ ſiue per vnam viam, ſiue per aliã nunquam pertinent ad conſeruandam noſtram naturam, niſi ordinentur ad tangibilia, Odor ſiquidem ſtorum qui ſeclusis cibo, potu, atque venereis hominem delectat, illique prodeſt, non niſi ratione tãgibilium,

2. 2. q. 141. art. 4.

cap. 7.

generalis virtus: quia ꝙ quamlibet virtutem retrahitur mens humana, ne rebus illicitis delectabiliter coniũgatur. Principaliter tamen ratio huius caſtitatis cõſiſtit in charitate, & aliis virtutibus theologicis, quibus mens hominis coniungitur Deo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de caſtitate metaphoricè dicta*.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum est*, cõcupiſcentia delectabilis maximè aſſimilatur puero, eo ꝙ appetitus delectabilis eſt nobis connaturalis, & præcipuè delectabilium ſecundum tactũm, quæ ordinantur ad conſeruationẽ naturæ. Et inde est ꝙ ſi nutriatur horum delectabilium concupiſcentia, per hoc ꝙ ei conſentiatur, maximè augebitur. Si 20 cut puer, qui ſuæ voluntati relinquitur. Et ſic concupiſcentia horum delectabilium maximè indiget caſtigari, & ideo circa huiuſmodi concupiſcentias antonomaſicè dicitur caſtitas: ſicut & fortitudo eſt circa ea, in quibus maximè indigemus animi firmitate.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procedit de fornicatione ſpirituali metaphoricè dicta, quæ opponitur caſtitati ſpirituali, vt dictum eſt*.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum caſtitas ſit virtus diſtincta ab abſtinentia.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ caſtitas nõ ſit virtus diſtincta ab abſtinentia: quia circa materiã vnius generis ſufficit vna virtus. Sed vnius generis videtur eſſe, quæ pertinent ad vnũ ſenſum. Cùm ergo delectatio ciborũ, circa quã eſt abſtinentia, & delectatio venereorum, circa quam eſt caſtitas, pertineant ad tactum, videtur ꝙ caſtitas non ſit alia virtus ab abſtinentia.

Cap. vlt.

¶ 2 Præterea, Philoſo. in 3. Ethic*. omnia vitia intẽperantiæ aſſimilat puerilibus peccatis, quæ caſtigatione indigent, ſed caſtitas nominatur à caſtigatione vitiorum oppoſitorum. ergo cùm per abſtinẽtiam cohibeãtur quædam vitia intemperantiæ, videtur ꝙ abſtinentia ſit caſtitas.

¶ 3 Præterea, Delectationes aliorum ſenſuum pertinent ad temperantiã, inquantum ordinantur ad delectationes tactus, circa quas eſt temperantia. Sed delectationes ciborum, circa quas eſt abſtinentia, ordinantur ad delectationes venereorum, circa quas eſt caſtitas. Vnde dicit Hierony*. Venter & genitalia ſibimetipſis vicina ſunt, vt ex vicinitate membrorum cõfœderatio intelligatur vitiorum. ergo abſtinẽtia & caſtitas non ſunt virtutes abinuicem diſtinctæ.

¶ SED CONTRA eſt quod Apoſtolus 2. ad Cor. 6. connumerat caſtitatẽ ieiuniis, quæ ad abſtinentiam pertinent.

¶ RESPONDEO dicẽdum, ꝙ ſicut dictũ eſt*, temperantia eſt propriè circa cõcupiſcentias delectationum tactus: & ideo oportet, vt vbi ſunt diuerſę rationes delectationis, ibi ſint diuerſæ virtutes ſub temperantia comprehenſæ. Delectationes autem proportionãtur operationibꝰ, quarum ſunt perfectiones, vt dicitur 9. Ethi*. Manifeſtum eſt autẽ, ꝙ alterius generis ſunt operationes pertinentes ad vſum ciborũ, quibus natura indiuidui conſeruatur: & operationes pertinentes ad vſum venereorum, quibꝰ conſeruatur natura ſpeciei. Et ideo caſtitas, quæ eſt circa delectationes venereorum, eſt virtus diſtincta ab abſtinentia, quæ eſt circa delectationes ciborum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd temperantia non conſiſtit principaliter circa delectationes tactus, quantum ad iudicium ſenſus, de tangibilibus, quod eſt eiuſdem rationis in omnibus, ſed quantum ad ipſum vſum tangibiliũ, vt dicitur in 3. Ethic*. Eſt autem alia ratio vtendi cibis & potibus & venereis. Et ideo oportet eſſe diuerſas virtutes, licet ſint vnius ſenſus.

¶ Ad ſecundũ dicendũ, ꝙ delectationes venereæ ſunt vehementiores & magis opprimentes rationẽ, quàm delectationes ciborũ, & propter hoc magis indigent caſtigatione & refrenatione: quia ſi eis conſentiatur magis ex hoc increſcit vis cõcupiſcentię, & de iicitur virtus mẽtis. Vnde Aug. dicit in primo Soliloquiorum*, Nihil eſſe ſentio, quod magis ex arce deiiciat animũ virilem, quàm blandimenta fœminæ, corporúmq; ille contactus, ſine quo vxor haberi non poteſt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd delectationes aliorum ſenſuum non pertinent ad naturam hominis conſeruandam, niſi prout ordinãtur ad delectabilia tactus. Et ideo circa huiuſmodi delectationes non eſt aliqua alia virtus ſub temperantia comprehenſa. Sed delectationes ciborum, quamuis aliqualiter ordinentur ad delectationes venereorum: tamen etiã per ſe ordinantur ad vitam hominis conſeruandam, & ideo etiam per ſe habent ſpecialem virtutem: quamuis illa virtus, quæ abſtinentia dicitur, ordinet actum ſuum ad finem caſtitatis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum pudicitia pertineat ſpecialiter ad caſtitatem.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd pudicitia non pertineat ſpecialiter ad caſtitatem. Dicit enim Aug. in 1. de Ciuit. Dei*, ꝙ pudicitia eſt quædam virtus animæ. Non ergo eſt aliquid ad caſtitatem pertinens, ſed eſt per ſeipſam virtus à caſtitate diſtincta.

¶ 2 Præterea, Pudicitia à pudore dicitur, qui videtur idẽ eſſe verecundiæ. Sed verecundia ſecundum Damaſcenũ* eſt de rurpi actu: quod conuenit omni actui vitioſo. ergo pudicitia non magis pertinet ad caſtitatem, quàm ad alias virtutes.

¶ 3 Præterea, Philoſo. dicit in 3. Ethic*. quòd omnis intemperantia generaliter eſt maximè exprobrabilis: ſed ad pudicitiam pertinere videtur fugere ea, quæ exprobrabilia ſunt. ergo pudicitia pertinet ad omnes partes temperantiæ, non autem ſpecialiter ad caſtitatem.

¶ SED CONTRA eſt quòd Auguſt. dicit in lib. de Perſeuerantia*, Prædicanda eſt etiam pudicitia, vt ab eo qui habet aures audiendi, nihil genitalibus membris illicitum perpetretur. Sed vſus genitalium membrorum propriè pertinet ad caſtitatem. ergo pudicitia propriè ad caſtitatem pertinet.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictũ eſt*, nomen Pudicitiæ à pudore ſumitur, in quo verecundia ſignificatur. Et ideo oportet ꝙ pudicitia propriè ſit circa illa, de quibus homines maximè verecundantur. Maximè autem verecundantur homines de actibus venereis, vt Auguſt. dicit in 14. de Ciuit. Dei*. intantum quòd etiam concubitus coniuga-

sanitatem operatur, contemperando ſcilicet frigiditatem cerebri: vt ibi dem dicit Ariſt. Natura ſiquidem hominis non conſeruatur odore, quoniam non nutrit ſed cõſeruatur calidis & frigidis, humidis, & ſiccis cõ temperatis, ex quibus conſtat. Sunt igitur vera Autoris verba. Nec eſt opus aliqua ſpeciali virtute propter delectationem huiuſmodi odorũ, qui non referuntur ad cibum, potum atq; venerea: quoniam huiuſmodi delectabilia ſecundũ ſe non tanti ſunt, vt virtute egeãt propria, quoniam virtus circa difficile eſt.

Cap. 10.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ quinquageſimæ primæ Articulum quartum.*

Cap. 10.

IN artic. 4. eiuſdem q. 151. dubium ex Martino occurrit vbi ſupra ar guente contra aſſignatam diſtinctionem pudicitiæ à caſtitate, & dicẽte, ꝙ hæc opinio non videtur rationabilis, nec dictis eiuſdem doctoris in eodem articulo conſonat. Et arguitur ſic. Pudicitia eſt de illis actibus, de quibus maximè verecundamur: ſed homines magis verecundantur de actibus venereis, qui ſunt ſigna venereorum, ergo pudicitia eſt magis circa venereos actus quàm circa ſigna eorum. Maior eſt S. Thomæ. Minor eſt per ſe vera. Concluſio eſt contra Autorem. Secũdò, quia ſecũdum Hugutionem, Supra q. 143. cor. pudicitia habet contrariam ſignificationem.

Tertiò, Si pudicitia eſſet talis virtus, tunc ſtaret aliquem eſſe pudicũ & non caſtum, puta rectè ſe habendo circa ſigna, & malè circa actũ venereum: & econtra eſſe caſtum & impudicum, habendo ſe oppoſito modo. Cap. 18.

¶ Ad hæc quicquid Martinus gloſſando, vel trahendo ad ſe Autorem, dixerit: reſpondetur, ꝙ pudicitia apud Autorem eſt circa vtraque, ſcilicet ſigna, & actum venereum, & ſimiliter caſtitas eſt circa vtraq;. Differentia ergo non eſt ex hoc, caſtitas circa actum & pudicitia circa ſigna, vt prima & ter tia enim reſpectu aliorum eſt. Secundò, quia pudor Arg. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

lis, qui honestate nuptiarũ decoratur, verecundia non careat. Et hoc ideo, quia motus genitaliũ mẽbrorum nõ subiicitur imperio rationis, sicut motus aliorũ exteriorũ membrorum. Verecundatur autem homo nõ solum de illa cõmistione venerea, sed etiã de quibuscunque signis eius: vt Philos. dicit in 2. lib. Rhetoric*. Et ideo pudicitia attẽditur propriè circa venerea, & pręcipuè circa signa venereorum: sicut sunt aspectus impudici, oscula, & tactus. Et quia hæc magis solẽt deprehendi, ideo pudicitia magis respicit huiusmodi exteriora signa: castitas autem magis ipsam veneream cõmistionem. Et ideo pudicitia ad castitatem ordinatur non quasi virtus ab ipsa distincta, sed sicut exprimens castitatis circunstantiam quandam. Interdum tamen vnũ pro alio ponitur.

Lib. 2. cap. 6.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd August. ibi accipit pudicitiam pro castitate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis omnia vitia habeant turpitudinem quandam, specialiter tamen vitia intemperantiæ, vt ex supradictis patet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd inter vitia intemperantiæ præcipuè sunt exprobrabilia peccata venerea: tum propter inobediẽtiam genitalium membrorum: tum etiã propter hoc quòd ratio ab huiusmodi maxime absorbetur.

QVÆSTIO CENTESIMA quinquagesimasecunda, de Virginitate, in quinq; articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de virginitate. ¶ Et circa hoc quærũtur quinq;. ¶ Primò, in quo consistat virginitas. ¶ Secundò, vtrum sit licita. ¶ Tertiò, vtrũ sit virtus. ¶ Quartò, de excellentia eius respectu matrimonij. ¶ Quintò, de excellentia eius respectu aliarum virtutum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum virginitas consistat in integritate carnis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; virginitas non consistat in integritate carnis. Dicit enim August. in lib. de Nuptiis & concupiscentia*, quòd virginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio: sed meditatio non pertinet ad carnem. ergo virginitas non consistit in carne.

¶ 2 Præterea, Virginitas pudicitiam quãdam importat, sed Aug. dicit in 1. de Ciuitate Dei*, q; pudicitia consistit in anima. ergo virginitas non consistit in carnis incorruptione.

¶ 3 Prętereà, Carnis integritas videt̃ consistere in signaculo virginalis pudoris: sed quandoq; absq; virginitatis præiudicio frangitur illud signaculum. Dicit ẽm August. in 1. de Ciuit. Dei*, q; illa mẽbra possunt diuersis casibus vulnerata vim perpeti: & medici quandoq; saluti opitulantes hoc ibi faciunt, quod horret aspectus. Obstetrix etiam virginis cuiusdam integritatẽ manu velut explorans, dum inspicit, perdidit. Et subdit, Non opinor quẽquã tam stultè sapere, vt huic perisse aliquid existimet etiam de ipsius corporis sanctitate: quãuis mẽbri illius integritate iam perdita: ergo virginitas non consistit in carnis incorruptione.

¶ 4 Præterea, Corruptio carnis maximè in seminis resolutione consistit, quæ potest fieri sine concubitu, vel in dormiendo, vel etiam vigilando. Sed sine concubitu nõ videtur perdi virginitas. Dicit ẽm August. in lib. de Virginitate*, quòd virginalis integritas, & per piam continentiã ab omni concubitu immunitas, angelica portio est. ergo virginitas non consistit in carnis incorruptione.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. in eod. lib.* dicit q; virginitas est continentia, qua integritas carnis ipsi creatori animæ & carnis vouetur, consecratur, seruatur.

4. dist. 33. q. 3. art. 1. & di. 34. q. 1. art. 5. ad 4. & dis. 49. q. 5. art. 3. q. 1. cor. & ad 4. Et quolib. 1. ar. 24. ad 2. & quolib. 6. art. 18. cor.
** Lib. de virgin. cap. 13.*
** Cap. 18.*
** Cap. 18.*
Cap. 13.
Cap. 8.

pudor simpliciter non est nisi se extendat ad signa. Paruus enim personarum illarum pudor est, quæ de solo actu venereo erubescunt. Pudicitia ergo simpliciter non est nisi ad signa venereorum se extendat continenda. Castitas autem à castigatione appellata, castigatam concupiscentiam quo ad appetitum delectabilium huiusmodi, sonat, non explicando sic signa, vt pudicitia à pudore sumpta.

¶ Ad secundam obiectionem ex Hugutionis autoritate, dicitur quòd quia vnaquæque ars propriis terminis seu vocabulis gaudet: ideo nos in moralib⁹ rectius moralium patrem diuũ Thomam quàm extraneum quempiam sequimur.

¶ Super Quæstionis centesimæquinquagesimæ secundæ Articulum primum.

IN articul. 1. quæst. 152. dubiũ ex Martino in 1. quæst. de virginitate occurrit, contra Autorem arguente quo ad tria. Primum est, Propositum perpetuæ incorruptionis per se pertinet ad virginitatem. Cõtrà, inquit, Propositum nubendi non repugnat virginitati: ergo. Assumptũ probatur: quia alias nunquam virgo voluntariè desponderetur viro. Præterea, Tales sunt castæ, & non sunt viduę nec coniugatæ: ergo virgines.

¶ Secundum est, Integritas signaculi virginalis per accidens se habet ad virginitatẽ. Hoc siquidem cõcedit Martinus absolutè, sed non modificatè opinãs quòd integritas virginalis signaculi opposita corruptioni libidinosæ, est de ratione virginitatis, & ad eam per se pertinet. Et intendit per corruptionem libidinosam agitationem membrorũ genitalium ad opus venereum. Et probatur hoc quadrupliciter.

¶ Primò, illud sine quo non consistit virginitas, per se pertinet ad rationem virginitatis: sed talis integritas est huiusmodi: ergo. Maior probatur: quia si aliquid spectat per accidens tantùm ad virginitatem, illo posito vel remoto nihilominus consisteret virginitas. Secundò, Illud quod est per se obiectum volitionis, quæ est essentialiter virginitas, per se pertinet ad virginitatem: sed talis integritas est huiusmodi, ergo. Tertiò, Quicquid est de diffinitione virginitatis, per se pertinet ad virginitatem: sed talis integritas est huiusmodi: ergo. Quartò, Illa integritas est de ratione virginitatis, secundum quam feruntur iudicia humana de virginitate: sed ex integritate signaculorum naturalium fiunt iudicia de virgine: ergo, &c.

¶ Tertium est, Immunitas à delectatione in seminis resolutione est de ratione virginitatis tanquam materia. Contrà, Posito proposito integritatis oppositæ corruptioni libidinosæ, & ipsa integritate, ponitur virginitas. Altero autem eorum remoto, remouetur virginitas: ergo immunitas à delectatione seminis non est de ratione virginitatis. Antecedens probatur, quia si per possibile, & impossibile puella habens dictam integritatem, & illius propositum quantumcunque haberet delectationem voluntariè in resolutione seminis, manet virginitas. Secundò, pono duas puellas, quarum vna est passa non procuratam resolutionem seminis cum delectatione in somno, & in vigilia cùm meminit eius: altera nihil cogitans de delectatione, sed pecunia subducta consentit viro: sed nec delectationem sentit nec seminat. Et postea proponit interdum non consentire delectationi venereæ. Tunc sic. Primo est virgo, & secunda non. Ergo propositum integritatis dictæ, & nõ propositum immunitatis à delectatione, est virginitas. Tertiò, Sequeretur quòd virgo consentiens viro & seminans, propter vim tamen doloris non delectata, esset virgo secundum corpus. Probatur sequela: quia in ea non esset illa delectatio, quam ponit Thomas.

¶ Deinde ex doctrina Autoris infero, inquit Martinus, quinque corollaria. Primum est, Mulier non consentiens violento corruptori est verè virgo.

¶ Secundum est, Mulier cognoscens quòd cum de die cogitationem habet circa venerea, de nocte patitur in somno pollutionem circa eadem delectabilem: si ex proposito habeat huiusmodi cogitationem cum nocturna sequela iam dicta, perdit virginitatem: quia delectatio seminis ex mentis proposito procedit.

¶ Tertium est, q; scientes se impotentes ad seminis resolutionem, vt de perfectè schiaticis dicit Arist. in problematibus, quantumcunque concumberẽt & frangerentur claustra pudoris, &c. semp essent virgines: quia nec in actu, nec in proposito seminis resolutionem habẽt.

¶ Quartum est, q; naturaliter potest esse quòd virgo pariat. Probatur de puella violenter corrupta & grauida.

¶ Quintum est, quòd si sint duæ puellæ virgines, quarũ vna cõmisceatur viro per mensem sine seminis effusione: altera verò consentiat in commistionem, & per mensem, sed impedita non commisceatur, sequeretur quòd prima esset ita immunis à corruptione opposita virginitati, sicut secunda.

¶ Ad euidentiam horũ scito primò, quòd virginitas sumitur dupliciter, scilicet naturaliter vel moraliter, & rursus moraliter sumitur dupliciter, scilicet pro quodam castitatis statu, & prout est specialis virtus à castitate distincta. Virginitas naturalis consistit in naturali integritate membrorum. Secundum communem enim vsum loquendi illas appellamus virgines, quæ integritatem carnis, quam à natura habent, seruant. Et ad hoc inspiciuntur quandoque mulieres si sint virgines. Virginitas, vt est stat⁹ castitatis, requirit duas conditiones. Primò, quòd persona non sit voluntariè polluta. Secundò, quòd sit in proposito sic se seruandi, nisi matrimonio iungatur. Et hoc modo puellæ nubiles castæ dicũtur virgines. Virginitas, prout ẽ specialis virtus, addit suprà virginitatis statum perpetuitatem voto firmatam, vt patebit. Et hoc modo Autor tractat de virginitate hoc in loco. Scito deinde, quòd noua hæc opinio, quã Martinus introducere nititur de virginitatis materia, scilicet quòd est integritas opposita corruptioni per libidinosum actum, irrationabilis est, & procul à piis & pudicis auribus abiicienda. Quod monstratur & ostensiue, & ducendo ad inconueniens. Ostensiue quidem, quia libidinosus ille actus, quem etiam turpe est dicere, per se ordinatur ad seminis delectationem. Quod manifeste patet ex hoc quòd vterque sexus ab huiusmodi actibus cessat, cùm ad resolutionem seminis peruentum est: & nunquam naturali ordine cessat quousq; ad hoc perueniat. Quia ergo intemperantia est circa delectabile secundum tactum, & omnes eius species sunt circa aliquod delectabile præcipuum secundum tactum: consequens est vt virginitas sit circa præcipuum delectabile secundum tactum inter ea, quæ ad ipsam spectant. Sed præcipua delectatio non est in istis libidinosis actibus, sed in ipsa seminis resolutione: ergo talis delectatio est propria materia virginitatis. Et confirmatur, quia vbi vnum propter alterum, ibi vnum tantum: sed actus libidinosus est per se & naturaliter propter seminis resolutionem, & illa delectatio propter istam delectationem, ergo sola delectatio in seminis resolutione est materia virginitatis. Et confirmatur rursus ab oppositis, quia cætera vitia luxuriæ secundum perfectam suæ speciei rationem constituuntur ex aliqua resolutione seminis, vt patet de fornicatione, adulterio, incestu, mollitie, sodomia, &c. ergo stuprum consistit etiam in aliqua inordinata seminis emissione, ac per hoc virginitas opposita consistit in abstinentia ab huiusmodi delectatione. Ducit autem ad inconueniens maximum hæc nouitas. Quoniam secundum hoc tam mulier quàm vir voluntarie in morosis delectationibus inhonestatis manentes, & aduertenter volentes inde sequi pollutiones, quæ sic dispositis communiter adueniunt: tunc post mille pollutiones voluntarias, sine exteriori tamen procuratione, essent virgines moraliter, quia integritatem oppositam libidinosæ corruptioni omnino seruare volunt. Hoc autem non solum viri docti, sed ipsæ mulieres virgines non admittunt: & quomodo potest sustineri vt illustrior portio gregis Christi virginitas compatiatur secum, quæ communis castitas non compatitur? Communis siquidem animi conceptio omniũ Christianorum esse videtur, quòd

¶ RESPONDEO dicendũ, q; nomen virginitatis à virore sumptũ videtur. Et sicut illud dicitur virens & in suo virore persistere, quod non est ex superabundantia caloris adustionem expertũ, ita ẽt virginitas hoc importat, q; persona, cui inest, immunis sit à concupiscẽtiæ adustione: quæ esse videtur in consummatione maximæ delectationis corporalis, qualis est venereorum delectatio. Vnde Ambrosius dicit in libr. de virginitate*, quòd castitas virginalis est expers contagionis integritas. In delectatione autem venereorum tria est considerare. Vnum quidem, quod est ex parte corporis, scilicet violatio signaculi virginalis. Aliud autem est in quo coniungitur id quod est animæ, cum eo quod est corporis, scilicet ipsa resolutio seminis, delectationem sensibilem causans. Tertiũ autem est solùm ex parte animæ, s. propositum perueniendi ad talẽ delectationem. In quibus tribus id quod primò positum est, per accidens se habet ad moralem actum, qui non consideratur per se, nisi secundum ea quę sunt animę. Secũdum verò materialiter se habet ad actũ moralem. Nam sensibiles passiones sunt materia moralium actuum. Tertium verò se habet formaliter & cõpletiuè: quia ratio moralium in eo quod est rationis completur. Quia ergo virginitas dicitur per remotionem prędictę corruptionis, consequens est quòd integritas membri corporalis per accidens se habeat ad virginitatem. Ipsa autem immunitas à delectatione quæ consistit in seminis resolutione, se habet materialiter. Ipsum autẽ propositum perpetuò abstinendi à tali delectatione, se habet formaliter & cõpletiuè in virginitate.

Pag. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, q; illa distinctio Augustini tangit quidem in recto id, quod est formale in virginitate. Nam per meditationẽ intelligitur propositũ rationis. Quod aũt additur, perpetua, nõ sic intelligitur, q; oporteat virginẽ semper actu talẽ meditationẽ habere: sed quia hoc debet in proposito gerere, vt perpetuò in hoc perseueret. Id verò quod est materiale, tangitur in obliquo, cùm dicitur, incorruptionis in carne corruptibili: quod additur ad ostendẽdã virginitatis difficultatem. Nã si caro corrumpi nõ posset, nõ esset difficile, perpetuam incorruptionis meditationẽ habere.

¶ Ad secundum dicendum, q; pudicitia est quidem essentialiter in anima, materialiter aũt in carne: & similiter virginitas. Vnde Aug. dicit in lib. de Virginitate*, q; licet virginitas in carne seruetur, ac p hoc corporalis sit, tñ spiritualis est, quã fouet & seruat cõtinentia pietatis.

cap. 8.

¶ Ad tertium dicendum, quòd, sicut dictum est*, integritas corporalis membri per accidens se habet ad virginitatem, inquantum scilicet per hoc quòd ex proposito voluntatis abstinet quis à delectatione venerea, remanet integritas in mẽbro corporeo. Vnde si contingat quòd per alium modum aliquo casu membri integritas corrumpatur, non magis præiudicat virginitati, quàm si corrumpatur manus aut pes.

In corp.

¶ Ad quartum dicendum, quòd delectatio, quæ est ex seminis resolutione, dupliciter potest contingere. Vno modo, vt procedat ex mentis proposito. Et sic tollit virginitatem, siue fiat per concubitũ, siue absq; concubitu. Facit autem mentionem Augustinus de concubitu, quia huiusmodi resolutio communiter & naturaliter ex concubitu causatur. Alio modo potest prouenire præter propositum mentis vel in dormiendo, vel per violẽtiam illatam, cui mens non consentit, quamuis caro delectationẽ experiatur: vel etiam ex infirmitate naturæ, vt patet in his, qui fluxum seminis patiuntur. Et sic non perditur virginitas: quia pollutio non accidit per impudicitiam, quam virginitas excludit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum virginitas sit illicita.

AD SECVNDVM sic procedit̃. Videtur quòd virginitas sit illicita. Omne enim quod contrariatur pcepto legis naturæ, est illicitũ: sed sicut pręceptum legis naturæ ad conseruationem

Infrà art. 3. & 4. cor. 4. di. 32. q. 3. ar. 2. ad 2. & 3. contra g. c. 136. & mal. q. 15. ar. 2. ad 13 & vir. q. 1. ar 13. ad 6. & 2. Ethi. lect. 2. fi.

quòd virginitas sanctior est castitate. Quo autem pacto sanctior, si secum compatitur tot peccata mortalia, carnalia, naturalia, consummata, quæ castitas constat quòd non compatitur secum? Et bene nota quòd hoc inconueniens non est inconueniens ex aliquo casu per accidens ex infirmitate, sed stando infra naturalem communemque cursum rerum frequenter istud inconueniens accideret. Sequendo ergo Patrum vestigia, ad obiecta respondendum est.

¶ Ad duas obiectiones in primo dubio, iam patet responsio ex dictis, scilicet quòd de ratione virginitatis, vt est status castitatis, non est perpetuitatis propositum. & secũdum talem castitatis statum virgo voluntariè nubit, & distinguitur status virginalis à coniugato & viduali. Sed Autor loquitur, vt est specialis virtus ipsa virginitas à castitate distincta secundum speciem. Nec somniauit Autor aut ex se posuit perpetuitatem de ratione virginitatis. Sed, vt in litera patet, ex Aug. hoc accepit.

¶ Ad obiecta in secundo dubio dicitur ordinatè, & ad primum, quòd maior est falsa, quoniam subiectum non est sine propria passione, & tamẽ propria passio non est de ratione subiecti: & probatio eius assumit falsum, scilicet, quòd est sine eo, quod per accidens se habet, nihilominus remanet res, vt patet in instantia data. Passio enim per accidẽs, hoc est, extra essentiã est subiecti: & tamen sine illa non est, saltem naturaliter, subiectum. Apparet autem manifestè error in ista Maiore & probatione: quia plus exigitur ad esse de ratione alicuius quàm inseparabiliter sibi connexum esse. Non adulterari nanque necessariò annexum est virginitati, ita quòd sine hoc nõ consistit virginitas: & tamen non adulterari non est de ratione virginitatis. Vnde ad Minorem dicitur, quòd dato quòd sine tali integritate nõ seruaretur virginitas, ex hoc non habetur quòd sit de ratione virginitatis, sed q; radix huiusmodi integritatis, vt sit de ratione eius, sicut radix eius, quod est non adulterari, & similiter radix eius quod est non libidinosè corrumpi, scilicet non seminare voluntariè, est de ratione virginitatis, & non ipsa integritas opposita: nisi vt via ad immunitatem seminariæ delectationis.

¶ Ad secundum dicitur, quòd huiusmodi integritas, seclusa pollutione, non est per se obiectum propositi virginalis, sed cadit sub proposito virginali, vt via ad immunitatem à pollutione seminis. Et per hoc patet responsio ad tertium: quoniam integritas huiusmodi non nisi ratione immunitatis à pollutione, seu ordinis ad illam, in ratione virginitatis clauditur, si aliqua talis diffinitio inueniretur.

¶ Ad quartum iam patet, quòd æquiuocat de virginitate: quoniam signa apparent virginitatis naturalis non moralis, vt clarum est.

¶ Ad obiecta in tertio dubio respondetur. Et primò, negatur antecedens. Quoniam posita tali integritate, & illius proposito, non ponitur virginitas: vt patet, quia stat cum hoc quòd nullus perdat castitatem consummate voluntaria pollutione procurata per solas morosas delectationes. Vnde patet quòd probatio petit principium.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd in casu illo, prima ideo diceretur virgo, quia nunquam habuit voluntariam pollutionem. Approbatio enim post factũ non reddit præteritam voluntariam: sed videtur æquiualere desiderio seu voluntati pollutionis, quæ virginitatem mentalem solam tollit. Secunda autem est per accidens ex parte corporis, seu materiæ virgo: sicut per accidens non seminauit in actu concubitus. Ea autem quæ sunt per accidens, non debent inducere mentem doctorum ad mutandas virtutum distinctiones quæ attenduntur penes id quod est vt in pluribus & per se. Idem est enim iudicium de ista & quacunque alia, quæ incœpit perdere virginitatem, & per accidens non est perdita consummatè.

¶ Ad tertium negatur sequela. Mulier enim consentiens stupro & seminans, omnino perdit virginitatem. Et ad probationem, quia præ dolore non sentit delectationem, respondetur, quòd huiusmodi non sentire est per accidens. Sat est enim ad violationem virginitatis quòd delectatio in resolutione seminis adsit, licet non sentiatur: quin etiam si aliqua esset mulier quæ non sentiret in huiusmodi resolutione delectationem aliquam, nihil obstaret: quoniam sat est quòd resolutio sit secundum suam naturam delectabilis: & ita de facto est vt in pluribus. Naturalia siquidẽ & moralia iudicantur secundum ea quæ in pluribus apta nata sunt inueniri.

¶ Ad obiecta in corollariis conceditur primum corollarium.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd magni refert inter habere pollutionem in somno ex proposito, & habere ex proposito cogitationem, quæ non scitur futura in somno causa pollutionis. Et tamen Arguens quasi synonimis istis vtitur. In primo enim propositi obiectum est ipsa pollutio. In secundo autem est cogitatio. Primum non potest esse licitum Secundum potest etiam cum merito esse, si scilicet cogitatio est necessaria: nec sequẽs pollutio præcognita esset peccatum. Negatur ergo secundum corollarium, vt iacet.

¶ Ad tertium autem dicitur, quòd scientes se omnino impotentes, & coeuntes, per accidens tamen, remanent, vt dictũ est, quo ad aliquid virgines: quia scilicet deest eis materia stupri. Vnde per se & formaliter loquendo, isti & supradicta mulier quæ posita est non seminare, non sunt virgines: sed materialiter, & per accidens ex parte materiæ remanent virgines. Sicut per oppositum, pauperes excellenti præditi animo, sunt formaliter magnifici: remanent tamen materialiter non magnifici propter defectum materiæ.

¶ Ad quartum dicitur q; ista potest esse naturaliter vera, Virgo moraliter parit: nõ autẽ ista, Virgo naturaliter parit. Nec hoc est admiratione dignum, nisi in verbo: quoniã virgo moraliter potest esse naturaliter corrupta, & grauida, vtpote violenter oppressa.

¶ Ad quintum negatur sequela, quoniam prima non nisi per accidens ex parte materiæ immunis est à materia stupri. Quantum enim in se est, dedit operam corporaliter naturalem ad huiusmodi materiam: quod non fecit secunda, quæ solum secundum mentem corrupta est.

¶ Aduertendum quoque inter hæc est, quòd licet communiter ante annos pubertatis vterque sexus impotens sit ad generandum: quandocunque tamen personam aliquam contingit voluntariè seminare, perditur virginitas. Et quoniam sexus fœmineus inuenitur seminare si prouocatus ad hoc fuerit, non solum parum ante pubertatem, sed in sexto ætatis anno & supra, vt ipsæ mulieres ex parte testantur, ita quòd quantum ex auditis coniicio, non est hoc per accidens, sed puto posse fieri vniuersale, scilicet vt in pluribus insit eis potentia hac: ideo longè citiùs possunt mulieres irreparabiliter virginitatem perdere quàm viri. Quantumcunque autem infra tempus, quo impotens quis est naturaliter ad seminandum, operam det venereis circa seminationem, & virginitatem perdat mentalem, non perdit ita virginitatem, quin per pœnitẽtiam reparetur. Differt siquidem puer à viro per infirmitatem impotẽte, quòd puer est per se impotens, vir autem infirmus est per accidens impotens. Et propterea puero per se deest materia stupri, viro autem per accidens. Ac per hoc puer remanet virgo per se ex parte materiæ seu corporis: vir autem remanet ex parte corporis per accidens virgo Et propterea non est dubium, quin pueri virginitas sit reparabilis per pœnitentiam: sed an sit etiam reparabilis sic perdita infirmi viri virginitas, non facilè dixerim Trahitur fortè id quod est per accidens, ad id quod est per se.

¶ Super Quæstionis centesimæquinquagesimæsecundæ Articulum secundum.

IN ar. 2. eiusdem quæstionis in responsione ad primum Martinus, vbi suprà, occurrit dicens, Nec mihi placet opinio Thomæ dicentis, quòd lex ista tantum obligat multitudinem: quia credo quòd pro aliquo tempore satis lon-

Universidad de Deusto Biblioteca

indiuidui est, quod tangitur Genesis secundo, De omni ligno, quod est in paradiso comede: ita etiam præceptum legis naturæ est ad conseruationem speciei, quod ponitur Genesis primo, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Ergo sicut peccaret qui abstineret ab omni cibo, vt pote faciens contra bonum indiuidui: ita etiam peccat, qui omnino abstinet ab actu generationis, vt pote faciens contra bonum speciei.

¶2 Præt. Omne illud quod recedit à medio virtutis, videtur esse vitiosum: sed virginitas recedit à medio virtutis, ab omnibus delectationibus venereis abstinens. Dicit enim Philos. in secundo Ethic*. quòd qui omni voluptate potitur, neq; ab vna recedit, intemperatus est. Qui autẽ omnes fugit, agrestis est & insensibilis. ergo virginitas est aliquid vitiosum.

¶3 Præt. pœna non debetur nisi vitio. Sed apud antiquos puniebantur secundum leges illi qui semper cælibem vitã ducebant: vt Valerius Max. dicit. Vnde & Plato scdm Augu. in lib. de Vera religione* sacrificasse dicitur, vt perpetua eius continentia tanquam peccatũ aboleretur. ergo virginitas est peccatum.

¶SED CONTRA est, quod nullum peccatũ rectè cadit sub cõsilio. Sed virginitas rectè cadit sub consilio. Dicitur enim primæ ad Corin.7. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. ergo virginitas non est aliquid illicitum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in humanis actibus illud est vitiosum, quod est præter rectam rationem. Habet autẽ hoc d recta ratio, vt iis quæ sunt ad finem vtatur aliquis secundum eam mẽsuram, quæ congruit fini. Est autem triplex hominis bonũ, vt dicitur in 1. Ethi.* Vnum quidem quod consistit in exterioribus rebus, puta diuitiis. Aliud autem quod consistit in bonis corporis. Tertiũ autem, quod consistit in bonis animæ. Inter quæ etiam bona contemplatiuæ vitæ sunt potiora bonis vitæ actiuæ: vt Philos. probat in 10. Ethi*. Et Dominus dicit Lucæ 10. Maria optimam partem elegit. Quorum bonorum exteriora quidem ordinantur ad ea quæ sunt corporis: ea verò quæ sunt corporis, ad ea quæ sunt animæ: & vlterius ea quæ sunt vitæ actiuæ ad ea, quæ sunt vitæ contemplatiuæ. Pertinet igitur ad rectitudinem rationis, vt aliquis vtatur exterioribus bonis secundum eam mensuram, quæ competit corpori, & similiter de aliis. Vnde si quis abstineat ab aliquibus possidendis, quæ aliàs esset bonum possidere, vt consulat saluti curporali, vel etiam contemplationi veritatis, non esset hoc vitiosum, sed secundum rationem rectam. Et similiter si quis abstinet à delectationibus corporalibus vt liberius vacet cõtẽplationi veritatis, pertinet hoc ad rectitudinem rationis. Ad hoc autem pia virginitas ab omni delectatione venerea abstinet, vt liberius diuinæ contemplationi vacet. Dicit enim Apostolus primæ ad Corint.7. Mulier innupta, & virgo cogitat q̃ Dñi sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu. Quæ aũt nupta est, cogitat q̃ mundi sunt, & qũo placeat viro. Vñ relinquitur quòd virginitas non est aliquid vitiosũ, sed potius laudabile.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ prçceptũ habet rationem debiti, vt supra dictũ est*. Dupliciter aũt aliquid est debitũ. Vno modo, vt impleatur ab vno. Et hoc debitũ sine peccato p̃teriri non pôt. Aliud aũt est debitũ implendũ à multitudine. Et ad tale debitũ implendũ non tenetur quilibet de multitudine. Multa em̃ sunt multitudini necessaria, ad q̃ implenda vnus non sufficit. Sed implentur à multitudine, dum vnus hoc, alius illud facit. Præceptũ igitur legis naturæ homini datũ de comestione, necesse est ꝙ ab vnoquoq; impleatur. Aliter em̃ indiuiduũ conseruari non posset. Sed præceptũ datũ de generatione respicit totam multitudinẽ hominũ, cui necessariũ est nõ solùm ꝙ multiplicetur corporaliter, sed ẽt ꝙ spiritualiter proficiat. Et ideo sufficiẽter prouidetur humanæ multitudini, si quidã carnali generationi operã dent: quidã vero ab hac abstinentes cõtemplationi diuinorum vacent ad totius humãi generis pulchritudinẽ, & salutẽ. Sicut ẽt in exercitu quidam castra custodiũt, quidã signa deferũt, quidam gladiis decertãt: q̃ tñ omnia debita sunt multitudini, sed per vnũ impleri non possunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd ille qui abstinet ab omnibus delectationibus p̃ter rationẽ rectã, quasi delectationes secũdũ se abhorrẽs, est insensibilis, sicut agrestis. Virgo aũt nõ abstinet ab omni delectatione, sed solũ à delectatione venerea: & ab hac abstinet secũdũ rationẽ rectã, vt dictũ est*. Mediũ aũt virtutis non secundũ quãtitatẽ, sed scdm rationẽ rectã determinatur, vt dicit in 2. Ethi*. Vñ de magnanimo dicitur in 4. Ethi*. ꝙ est magnitudine extremus, eo autem quòd vt oportet, medius.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ leges d ferũtur scdm ea, q̃ vt in plurib⁹ accidũt. Hoc aũt rarũ erat apud antiquos, vt aliquis amore veritatis contẽplandæ ab omni delectatione venerea abstineret, quod solus Plato legitur fecisse. Vñ nõ sacrificauit quasi hoc pctm̃ reputaret: sed puersę opinioni ciuiũ cedẽs, vt ibidẽ Aug. dicit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum virginitas sit virtus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd virginitas nõ sit virtus. Nulla em̃ virtus inest nobis à natura, vt Philos. dicit in 2. Ethi*. Sed virginitas inest nobis à natura. Quilibet em̃ mox natus virgo est. ergo virginitas nõ est virt⁹.

¶2 Præterea, Quicunque habet vnã virtutem, habet omnes, vt suprà habitum est*. Sed aliqui habent alias virtutes, qui non habent virginitatem, alioquin cùm sine virtute nullus ad regnum cælorum perueniat, null⁹ sine virginitate ad ipsũ posset peruenire: quod esset matrimonium damnare. ergo virginitas non est virtus.

¶3 Præt. Omnis virtus restituitur per pœnitentiam: sed virginitas non reparatur per pœnitentiam. Vnde Hier.* dicit, Cũ cætera Deus possit, non potest virginitatem post ruinam reparare. ergo videtur quòd virginitas non sit virtus.

¶4 Præterea, Nulla virtus perditur sine peccato, sed virginitas perditur sine peccato, scilicet per matrimoniũ. ergo virginitas non est virtus.

¶5 Præterea, Virginitas condiuiditur viduitati & pudicitiæ coniugali: sed neutrum illorum ponitur virtus: ergo virginitas non est virtus.

go obligauit vnumquẽque de multitudine ad multiplicationem generis humani.

¶Ad hoc dicitur, quòd cùm de vinculo præcepti alicuius est sermo, oportet quòd iudicium feratur secundum id quod per se respicit tale præceptum. Inter hæc autem duo naturalia præcepta, scilicet de alimento sumendo, & de prole procreanda, manifestè hæc est differentia, quòd primum per se respicit singulos homines: secundum autem multitudinẽ. (cap.2. & li.3.ca.11.) An autem per accidens propter penuriam hominum in aliquo tempore præceptum hoc obliget singulos, quia per accidens est, naturam præcepti non variat. Et propterea etiam si verum esset quòd aliquo tempore singuli tenerentur, adhuc responsio & decisio Autoris in sua soliditate per (cap.3.) stat formaliter, & per se loquendo.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæsecundæ Articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdem quæst. 152. dubia multa occurrunt. Primum, ex Buridano apud Martinum, quòd virginitas non sit virtus, (D.1185.) quia virtus semper & in quolibet est virtus: sed virginitas non in quolibet semper est virtus, (cap.4.) sed quandoque est vitium, vt patet in multis casibus: ergo, &c.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd de virtutibus & (cap.7.) vitiis non est iudicandum secundum ea quæ sunt per accidens, sed secundum illud quod est per se. Constat autem quòd virginitas moraliter sumpta, vt scilicet importat propositum perpetuæ incorruptionis propter Deum, est bona moraliter, & semper est in quolibet, cùm importet ordinem rectissimæ rationis, quo inferiora superioribus bonis subiiciuntur, & maxima minoribus præferuntur. Perinde autem est dicere quòd virginitas non est virtus, quia in aliquo casu peccaret virgo, ac si diceretur quòd religio non est virtus, quia in aliquo casu vacans religioni peccaret, impediendo aliud necessarium bonum. Dicito ergo quòd aliud est dicere, A. est virtus, siue actus virtuosus simpliciter, & in quolibet, & semper: & aliud est dicere, A. semper & in omni casu virtuosè potest exerceri. In primo enim dicto consideratur habitus, & actus secundum suam rationem. In secundo autem considerantur circunstantiæ & accidentia circa exequutionẽ actus. Constat autem quòd multarum virtutum actus possunt sic impediri aliquando ab exequutione, ita quod licet absolutè sint virtuosi, si tamen tunc fierent, essent vitiosi: vt si quis celebraret quando infirmus illius eget visitatione: & si quis redderet gladium furioso. Errant igitur forte aliqui in hac re non aduertentes quid virginitas, vt est nomen moralis habitus, aut actus importet, propositum scilicet perpetuę integritatis propter Deũ, vt hic in responsione ad secundum in litera exprimitur. In hac enim ratione manifestè apparet rectissimus rationis ordo secundum se & absolute. (Q.121. art.1.)

¶ Secundum ex Ricardo in 33 distinctione 4. quòd virginitas non est virtus distincta à castitate sicut magnificentia à liberalitate: quia materia virginitatis & materia castitatis se habent vt magis & minus, & non sicut alterius & alterius rationis, sicut materia magnificentiæ & liberalitatis: ergo. & propterea cùm dicitur in litera, (In corp. art.) Vbi est specialis materia boni habens specialem excellentiam, oportet addere aut subintelligere, alterius rationis. (cap.6. cap.3.) Et sic minor est falsa. Non valet ergo ratio literæ. Et augetur quæstio, quia si virginitas est, * vt in litera dicitur, (D.918.) sequitur quòd virginitas sit subiectiue in irascibili, & castitas in concupiscibili, & obiectum illius sit arduum: istius verò bonum absolute, vt proportionaliter se habebant, vt magnificentia & liberalitas. Sed hæc patet esse falsa. Ergo non se habet ad castitatem, vt magnificentia ad liberalitatem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd virginitas potest considerari dupliciter. Primò, infra limites temperantię purę. Et sic virginitatis materia est materia virtutis, sed non distincta à castitate. Et similiter virginitas est virtus, sed non distincta à castitate. (Infrà q. 155. art.1. cor. & ad 5. & 4. di. 33. q.3. ar. 2. & di. 49. q.5. art.3. q.1. cor. & 2. Eth. lect. 2 fi. *In prin.) Et sic bene saluatur Ricardus. Nec oppositum sensit Autor. Et hoc concludunt argumenta allata. Nam materia virginitatis non est alterius rationis, sicut materia magnificentiæ: nec virginitas est circa arduum, cùm non sit circa actum aliquem irascibilis, sed concupiscibilis, delectationem scilicet venereã. (Ad Eustoch. de custod. virgin. pag.2.) Si autem consideretur in ordine ad diuinum obsequium, quoniam virgo cogitat quæ Domini sunt, &c. sic virginitatis materia constituit materiam specialiter bonam & alterius rationis à materia castitatis: & sic

¶SED CONTRA est, qđ Ambro. dicit in lib. de Virginitate*: Inuitat virginitatis amor, vt aliquid de virginitate dicamus, ne veluti trãsitu quodã pstricta videatur, quæ principalis est virtus.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut suprà dictum est*, in virginitate est sicut formale & completiuum propositũ perpetuo abstinendi à delectatiõe venerea. Quod quidẽ propositum laudabile redditur ex fine, inquantum scilicet hoc fit ad vacandum rebus diuinis. Materiale autem in virginitate est integritas carnis absque omni experimento venereæ delectationis. Manifestũ est autẽ, quòd vbi est specialis materia boni habens specialem excellentiam, ibi inuenitur specialis ratio virtutis, sicut patet in magnificentia, quæ est circa magnos sumptus. Et ex hoc est specialis virtus à liberalitate distincta, quæ cõmuniter se habet circa omnem pecuniarũ vsum. Hoc autem quod est conseruare se immunem ab experimento venereæ delectationis habet quandam excellentiam laudis supra hoc quod est conseruare se immunẽ ab inordinatione venereę voluptatis. Et ideo virginitas est quædam d specialis virtus, habens se ad castitatem, sicut magnificentia ad liberalitatem.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ homines ex sua natiuitate habent id, qđ est materiale in virginitate, scilicet integritatem carnis immunem ab experimẽto venereorum. Non tamen habent id quod est formale in virginitate: vt scilicet habeant propositum seruandi huiusmodi integritatem propter Deum. Et ex hoc habet rationem virtutis. Vnde Aug. dicit in lib. de Virginitate*: Nec nos in virginibus prædicamus quòd virgines sunt, sed quòd Deo dicatę pia continentia virgines sunt.

¶Ad secũdum dicendum, quòd connexio virtutum accipitur secundum illud, quod est formale in virtutibus, id est, secundum charitatem, vel secundum prudentiam, vt suprà habitum est.* Nõ autem secundum id quod est materiale in virtutibus. Nihil enim prohibet alicui virtuoso suppetere materiam vnius virtutis, non autem materiã alterius. Sicut pauper habet materiam temperantiæ, nõ autem materiam magnificentiæ. Et hoc modo alicui habenti alias virtutes deest materia virginitatis, id est, prædicta integritas carnis. Tamẽ potest id quod est formale in virginitate habere, vt scilicet sit in præparatione mentis prædictæ integritatis conseruandæ propositum, si hoc sibi competeret. Sicut pauper potest in præparatione animi habere propositum magnificos sumptus faciendi, si sibi competeret. Et similiter ille, qui est in prosperitate, habet in præparatione animi propositum aduersa æquanimiter tolerandi: & sine hac præparatione animi non potest esse aliquis virtuosus.

¶Ad tertium dicendum quòd virtus per pœnitentiam reparari potest, quantum ad id quod est formale in virtute, nõ autem quantum ad id, quod est materiale in ipsa. Non enim si quis magnificus cõsumpserit diuitias suas, per pœnitentiã peccati restituuntur ei diuitiæ. Et similiter ille qui virginitatem peccando amisit, d per pœnitentiam nõ recuperat virginitatis materiam, sed recuperat virginitatis propositum. Circa materiam autẽ virginitatis est aliquid, quod miraculose reparari poterit diuinitus, s. integritas membri quam dicimus accidentaliter se ad virginitatem habere. Aliud aũt est quod nec miraculosè reparari pôt, vt s. quòd qui expertus est voluptatem veneream, fiat non expertus. Non enim Deus d potest facere, vt ea quę facta sũt, non sint facta, vt in primo * habitum est.

¶Ad quartum dicendum, quòd virginitas, secundum quòd est virtus, importat propositum voto firmatum integritatis perpetuò seruandæ. Dicit enim Aug. in lib. de virginitate*, quòd per virginitatẽ integritas carnis ipsi Creatori animę & carnis vouetur, cõsecratur, seruatur. Vñ d virginitas, secundum quòd est virtus, nunquam amittitur, nisi per peccatum.

¶Ad quintum dicendum, quòd castitas cõiugalis ex hoc solo habet laudem, ꝙ abstinet ab illicitis voluptatibus: vnde

& sic virginitas se habet ad castitatem, vt magnificentia ad liberalitatem. Non quod similitudo ista teneat quo ad omnia, vt obiectiones quasi supponunt, sed quo ad duo, scilicet quod sicut illæ differunt penes mediocre & magnum, ita istæ penes excellens & mediocre: & sicut ibi magnum distinguitur specie à mediocri, ita hic excellens à mediocri. Sed quo ad rationem diuersitatis specificæ nõ assimilantur: quia ibi magnũ distinguitur specie, (Non longè à principio.) quia ingreditur ordinem arduorum. Hic verò excellens distinguitur specie, quia trahitur ad ordinem diuinorum. Vnde patet quòd solida stat doctrina Autoris. (Arti. 1. huius q.)

¶ In responsione ad tertium, dubium ex Martino occurrit directè contra Autorem, hic arguẽte in quæstione secunda de virginitate, probaréque nitente quòd per pœnitentiam, nec materiale, nec formale virginitatis reparari potest. Et primò, quia in quocunque non potest esse per quãcunque pœnitentiã propositum seruandi integritatem carnis, in eo nõ potest per pœnitentiam reparari formale virginitatis: sed corrupta est huiusmodi: ergo. Probatur Minor: quia tali non potest reparari integritas carnis per pœnitentiam, vt ipse Thomas fatetur. (D.1166.) Secundò, virginitas, castitas coniugalis, & castitas vidualis, formaliter & specifice differunt, vt probatur: sed non nisi per hoc quòd de ratione virginitatis est propositum seruandæ integritatis: & hoc propositum non est reparabile per pœnitentiam: ergo. Tertio, quia propositum seruandi integritatem carnis, aut est materiale tantum in virginitate, & hoc non: aut formale tantum, & habeo intentum: aut com- (cap.11.) positum ex vtroque, & hoc non: tum quia corrupta credens se integram, suo errore posset reparare sibi virginitatem, intendens seruare integritatem: tum quia materiale virginitatis est integritas non obiecta voluntati, sed inexistens carni. Ideo, inquit, dico (Q.129. ar. 3. ad 2.) quòd sunt aliquæ virtutes per pœnitentiam irreparabiles.

¶ Ad hoc dicitur, cum autore, quòd reparatio virtutum est intelligenda sicut connexio earundem. Et propterea sicut decrepitus potest esse fortis, & pauper magnificus, ita corrupta persona potest esse virgo quo ad formale. Sed formale virtutis aliter inuenitur coniunctum suæ materiæ, & aliter separatum ab ea. Nam cùm materia virtutis subest, per formale simpliciter determinatur. Cùm enim adest pecunia magna, virtuosus magnificentia præditus determinat eam ad sumptus magnos. Cùm autem virtuoso pecunia deest, non pecunia absolutè: sed pecunia si adesset, à magnificentia determinatur. Et simile est in aliis. Et sicut saluatur hoc modo in paupere magnificentia formaliter, ita saluatur in corrupta virginitas formaliter ex proposito integritatis seruandæ si adesset. Et hoc sufficit. Nec requiritur propositum saluandæ integritatis absolutè ad formale virginitatis separatum à materia, sed ad coniunctum suæ materiæ. Et quia huiusmodi propositum patet esse reparabile per pœnitentiam quo ad suum formale, cùm omnes sint connexæ. Et hoc magis consonat & sacræ doctrinæ, secundum quam filio prodigo data est stola prima, & philosophiæ morali, secundum quam qui vna caret virtute, nullam habet. Et per hæc patet solutio omnium.

¶ In eodem tertio articulo in responsione ad quartum, dubium occurrit ex Martino, vbi suprà dicente, quòd hæc conclusio ponitur contra Thomam, scilicet, Virginitas nullo voto firmata est virtus. Et probatur quinque mediis. Primò, quia est actus humanus bonus & laudabilis in medietate cõsistẽs. Secundò, quia est actus rationi conformis. Tertiò, quia est actus qui est materia voti. Quartò, quia est temperantia. Quintò quia in aliquo casu virginitas non voto firmata, est laudabilior quàm voto firmata. Probatur assumptũ. Si frater Regis Franciæ cognosceret probabiliter, quòd Rege sine hærede decedente regnum transiret ad Tyrannum crudelissimum, consultius ageret sine voto seruare virginitatem, quàm vouere.

¶Ad hæc breuiter dicitur, quòd aut rationes istæ non militant contra doctrinam Autoris, contra quam inducuntur, aut nihil valent. Nam ex rationibus istis aut intendit cõcludere quòd virginitas sine voto est virtus, aut quòd talis virginitas est virtus specie distincta à castitate. Si primum, non est contra Autorem: quoniam gratis omnes fatemur virginitatis propositum esse actum castitatis. Si secundum, rationes nihil valent. Nam licet concludant quòd sine voto virginitas est sub temperantia, & actus virtuosus, &c. non tamen concludunt distinctionem specificam eius à castitate. Et tamen Autor ponit virginitatem non ad hoc quòd sit virtus, sed ad hoc quòd sit specialis contra castitatem, virtus distincta, exigere firmitatem voti. Nec huius oppositum Martinus probauit: quin etiam responsio Martini ad rationem in litera huius argumenti tactam, scilicet, Nulla virtus perditur sine peccato, nihil valet: dum dicit quòd omnes virtutes quæ sunt de actibus cadentibus sub consilio, perduntur sine peccato, vt voluntaria paupertas. Hoc nanque nihil valet. Tum quia nulla virtus est, quæ sit circa consilia, quin eadem sit circa præcepta, vt patet discurrenti per omnes virtutes (D.1168.) morales, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, prudentiam, & partes earum. Sed videtur deceptio contingere, quia aliud est loqui de aliquo excellenti actu virtutis, & aliud de ipsa virtute. Potest siquidem excellens actus virtutis omitti absque peccato, quia excellentia illa est in consilio. (D.499. 1.1. q.25. ar.4.) Et sic contingit de actu virginitatis & paupertatis voluntariæ, & similibus: non quòd virtus aliqua per horum omissionem perdatur. Patet autem (cap.8.) nullam virtutem perdi sine peccato: quia, vt in Prædicamentis dicitur, (D.1168.) contrarium bono ex necessitate est malum. Quicquid ergo contrariatur virtuti, quam constat esse bonum morale, oportet esse malum morale, quod est peccatum seu vitium.

¶ Sed contra hanc Autoris doctrinam vrgens magnum occurrit dubium, qm̃ si firmitas voti exigitur ad constituendum virginitatẽ in esse virtutis specificè distinctæ à castitate, cùm constet quòd votum est actus religionis, & trahat ad ipsam religionis speciem materiam, supra quam cadit virginitas firmata voto, erit quidẽ distincta specificè à castitate: quia erit religio aut religionis pars: sed nõ erit distincta à castitate, vt vna species temperantiæ distinguitur ab alia temperantiæ specie. Diuersorũ siquidẽ generũ & non subalternatim positorum, diuersæ sunt differentiæ & species, vt in Prædicamẽtis dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sicut adulterium ponitur species luxuriæ, & tamen nõ per differentiam per se intemperantiæ seu luxuriæ distinguitur à speciebus luxuriæ, sed per differentiam per se iniustitiæ, vt inferius patet: ita virginitas ponitur species temperantiæ, & tamen non per differentiam per se temperantiæ, sed per religionis differentiam distinguitur ab aliis temperantiæ speciebus. Est autem vtrobique eadem ratio, scilicet quia materia ibi est luxuriæ, hic temperantiæ. Et quod plus vrget, quia sic loquuti sunt nõ solum populi ratione materiæ, sed prisci patres: ob quorum venerationem decuit autorẽ, decet & omnes moralia docentes, sapere ad sobrietatem, & species temperantię & luxuriæ appellare etiam ex non per se illius generis differentiis. Vnde & Autor vt virginitatem poneret specialem virtutem, seipsum in 4. distin.33. correxit, vbi virginitatem tam cum, quàm sine voto, minus tunc sciens, posuerat, vt magnificentiam.

¶ In respõsione ad tertiũ eiusdẽ articuli aduerte ꝙ hinc habes ꝙ licet pctm̃ luxuriæ in vidua sit grauius, quã in aliis fornicaria: nõ tñ distinguitur specie: cũ vidualis castitas nõ sit specialis virtus, cui hmõi luxuria opponat. Aliunde siquidẽ non habere distinctionẽ specificã satis apparet ex quo soluta est à viri lege.

¶ In eadem responsione dubium ex Martino in eodem libr. q. de viduitate

Universidad de Deusto Biblioteca

non habet aliquam excellentiam supra communem castitatem. Viduitas autem addit quidem aliquid supra castitatem communem: non tamen peruenit ad id, quod est perfectum in materia ista, scilicet ad omnimodam immunitatem venereæ voluptatis, sed sola virginitas. Et ideo sola virginitas ponitur virtus specialis suprà castitatem, sicut magnificentia supra liberalitatem.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrũ virginitas sit excellentior matrimonio.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd virginitas nõ sit excellentior matrimonio. Dicit enim Aug. in lib. de bono coniugali, Nõ impar meritum est continentiæ in Ioãne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios generauit: sed maioris virtutis maius est meritum: ergo virginitas non est potior virtus, quàm castitas coniugalis.

¶2 Præterea, Ex virtute depẽdet laus virtuosi. Si ergo virginitas pręferretur cõtinentiæ coniugali, videtur esse consequens quòd quælibet virgo esset laudabilior qualibet cõiugata. Hoc autem est falsum. Ergo virginitas non præfertur coniugio.

¶3 Pręt. Bonum commune potius est bono priuato, vt patet per Philoso. 1. Ethi*. Sed coniugium ordinatur ad bonum cõmune. Dicit enim Aug. in li. de Bono coniugali*. Quod est cibus ad salutẽ hominis, hoc est concubitus ad salutẽ humani generis. Virginitas autem ordinatur ad bonum speciale, vt scilicet vitet tribulationem carnis quã sustinent coniugatæ, sicut patet per Apostolum primę ad Corinth. 7. Ergo virginitas non est potior continentia coniugali.

cap.2. cap.16.

¶SED CONTRA est, quòd dicit Aug. in lib. de Virginitate*: Certa ratione & sanctarum scripturarum autoritate, nec peccatum esse nuptias inuenimus, nec eas bono aut virginalis continentiæ, vel etiam vidualis æquamus.

cap.19.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut patet in li. Hierony. cõtra Iouinianũ*, hic error fuit Iouiniani, qui posuit virginitatẽ non esse matrimonio p̃ferẽdam. Qui quidẽ error pręcipuè destruitur, & exẽplo Christi, qui & matrẽ virginem elegit, & ipse virginitatem seruauit: & ex doctrina Apostoli, qui primæ ad Corint. 7. Virginitatem consuluit tãquam melius bonũ. Et etiam ratione: tũ quia bonum diuinum est potius humano bono: tũ quia bonum animæ præfertur bono corporis: tum etiam quia bonum contemplatiuæ vitæ præfertur bono actiuæ. Virginitas autem ordinatur ad bonum animæ secundum vitam cõtemplatiuã, quod est cogitare ea quæ sunt Dei: coniugium autem ordinatur ad bonum corporis (quod est corporalis multiplicatio generis humani) & pertinet ad vitam actiuam, quia vir & mulier in matrimonio viuentes necesse habent cogitare quæ sunt mundi, vt patet per Apostolum primę ad Cor. 7. Vnde indubitãter virginitas pręferẽda est cõtinentiæ coniugali.

lib 1. non longè à princip.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd meritum non solùm pensatur ex genere actus, sed magis ex animo operantis. Habuit autem animum Abraham sic dispositum, vt paratus esset virginitatẽ seruare, si esset tempori congruum: ex quo meritum continentiæ coniugalis in ipso æquatur merito continentiæ virginitatis in Ioanne respectu præmij accidentalis, non autem respectu præmij substantialis. Vnde Aug. dicit in libro de bono coniugali,* quòd Ioannis cælibatus & Abrahæ connubium pro temporum distributione Christo militauerunt, sed continentiam Ioannes in opere, Abraham verò in solo habitu habebat.

D.1.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet virginitas sit melior quàm continentia coniugalis, potest tamen coniugatus melior esse quàm virgo, duplici ratione. Primò quidem, ex parte castitatis, si scilicet ille qui est coniugatus, habeat animum magis paratum ad virginitatem seruandam si oporteret, quàm ille qui est actu virgo. Vnde Augustinus instruit virginem in libro de bono coniugali, * vt dicat, Ego non sum melior quàm Abraham, sed melior est castitas cælibum quàm castitas nuptiarum. Et rationem postea * subdit, dicens, Quod enim nunc ago, melius ille egisset, si tunc agendum esset. Quod aũt illi egerunt, sic ego nõ agerem, etiam si nunc agendum esset. Secundò, quia fortè ille qui non est virgo, habet aliquam excellentiorem virtutem. Vnde August. dicit in libro de Virginitate *, Vnde scit virgo, quãuis solicita, quæ sunt Dñi, ne fortè propter aliquã sibi incognitam infirmitatẽ non sit matura martyrio: illa verò mulier, cui se p̃ferre gestiebat, iam possit bibere calicẽ dominicæ passiõis?

cap.21. cap 22. cap. eodẽ. cap. 44.

¶Ad tertium dicendum, quòd bonum commune potius est bono priuato, si sit eiusdem generis. Sed potest esse ꝙ bonum priuatum sit melius secundum suũ genus. Et hoc modo virginitas Deo dicata præfertur fœcunditati carnali. Vnde Augustinus dicit in libro de Virginitate*, quòd fœcunditas carnis, etiam illarum, quæ in hoc tempore nihil aliud in coniugio quàm prolem requirunt, quam mãcipent Christo, pro amissa virginitate compensari non posse credenda est.

cap.9.

occurrit, nitente probare quòd viduitas est virtus distincta specie à virginitate & castitate coniugali. Et quidem quòd sit virtus, probatur: quia est habitus electiuus in medietate consistens determinata ratione. Quòd verò sit distincta specie ab aliis, probatur: quia habent obiecta specie distincta. Nam obiectum virginitatis est integritas carnis, obiectum viduitatis est continentia perpetua.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, quòd viduitas non est nomen virtutis, sed status continentiũ. Claudit autem in se virtutem castitatis, & dicit perfectiorem gradum castitatis quàm castitatis coniugalis. Omnis tamen huiusmodi castitas sub vna castitatis virtute cõprehenditur, quòd probatur ex eo quòd nunquam peccatur, nisi contra virtutem castitatis agatur. Vidua enim si nubit, non peccat. Nulla autem virtus sine peccato perditur. Et licet hoc Martinus negauerit, à veritate tamẽ actus, immemor suæ negationis, asseruit pòst in q.1. de luxuria, conclusione tertia, asserendo quòd nihil deiicit animũ à statu virtutis nisi peccatum. Et per hoc probat quòd non omnis actus venereus deiiciat animũ à virtute, quamuis deiiciat ab arce & excellentia perfectionis.

4. dis. 30. q. 1. art. 3. ad 6. & dis. 33. q. 3. ar 2. ad 5. & art. 3. ad 1. et 3. contra c. 37. cap. 21.

¶ Ad obiectionem ergo in oppositum conceditur quòd viduitas est virtus castitatis, seu claudit illam, castitas enim sufficit ad medietatem eligendam in vidua.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd non quæcunque distinctio obiectorum, sed sola formalis in esse morali, hoc est, in ordine ad rationem, distinguit specie virtutem à virtute. Seruare autem se immunem ab illicita delectatione venerea, quod pertinet ad castitatem: & super hoc nolle licitis venereis delectationibus se immisceri, quod addit vidualis castitas, non distinguuntur formaliter: sed sicut actus necessarius & actus supererogationis sub eadem formali ratione qua persona circa venereas delectationes rectè se habet. Plus enim, vt in litera dicitur, exigitur ad constitutionem specialis virtutis, quàm aliquid plus dignitatis, seu excellentiæ habere.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæsecundæ Articulum quartum.

D.1185.

IN quæst. q. in respõsiõe ad primum, dubium ex Martino in quæst. 3. de virginitate occurrit dicẽte, ista solutio non mihi videtur rationabilis: tum primo, quia Abraham nunquam habuit coniugium in opere, & virginitatem in præparatione animi, cùm nihil habeamus in præparatione animi nisi quod est nobis possibile, nisi apud insipientes. Nec iuuat adducta Augustini autoritas: quia non dicit quòd Abraham habuit virginitatem in habitu, sed continentiam vel cęlibatum, qui etiam viduis conuenit. Tum quia habere aliquam virtutem in actu & opere multo perfectius est quàm habere eam secundum præparationem animi. Sed Ioannes habuit virginitatem in opere, & Abraham in sola præparatione animi: ergo.

¶Ad euidentiam horum aduerte, quòd Autor non æquat opus coniugij operi virginali: sed adæquat meritum continentiæ Abrahæ merito continentiæ virginalis Ioannis baptistæ. Hæc autem constat distare valde. Vnde in principio responsionis Autor dicit, quòd meritum non solùm pensatur ex genere actus, sed magis ex animo operantis. Per hoc enim quòd dixit ex genere actus, denotauit primam inæqualitatem. Nam ex genere operis virginitas præstat continentiæ coniugali. Per hoc verò quod subdit, Sed magis ex animo operantis, denotauit adæquationem secundo loco dictam, quo ad præmium substantiale.

¶ Ad primam igitur Martini obiectionem dicitur quòd Abraham habuit semper virginitatem in præparatione animi. Nec est verum quòd solum id quod est possibile nobis, habeamus in animi præparatione: cùm senex impotens pertinax in luxuria, habeat in præparatione animi adulteria, stupra, &c. si posset: & sicut inimicus alicuius, quamuis priuatus manibus, omniq; spe occidendi inimicum, habeat animum præparatum occidendi illum si posset: & sic de aliis. Et sicut isti quo ad damnum & pœnam sensus substantialem, sunt ita rei sicut adulteri & homicidæ, & forte plus, iuxta animi maiorem ardorem ad hæc: ita Abraham virtuosus priuatus propter necessariam causam exercitio virginitatis, perseuerabat in præparatione animi ad virginitatem, si esset conueniens tunc. Autoritas quoque Augusti. allata adiuuat, quoniam continentia ibi ab August. pro continentia tollente coniugium sumitur, quam constat esse virginalem solam. Vidualis enim non simpliciter, sed post tempus tollit coniugium. Patet autem Augustinum sic accipere ibi continentiam: quia loquitur de ea, quam non habebat in opere Abraham, sed in animo, & Ioannes in opere.

¶Ad secundam autem dicitur, quòd licet quantum ad bonitatem ex genere actus, & penes præmium accidentale plus sit habere virtutem in opere quàm in sola præparatione animi, tamen quantum ad bonitatem meriti ex animo operantis, & quantum ad meritum substantiale, non oportet quòd sit plus: sed quandoque est minus, vt patet ex dictis. Et ideo ratio nihil valet.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, dubium ex Martino, vbi suprà, occurrit, dicente, hæc solutio non placet mihi. Et videtur concedendum quòd multiplicatio siue conseruatio speciei humanæ est simpliciter melior, quàm contemplatio diuinorũ, quantumcunque sint diuersorum generum. Si enim finis virginitatis esset melior simpliciter quàm finis coniugij, videtur quòd propter conseruationem humanæ speciei non esset deferenda virginitas, etiam firmata voto: nec pro pace vnius regni posset Papa dispensare, quia dispensatio non fit nisi propter melius: hoc autem est error.

¶ Ad hoc dicitur, quòd comparatio rerum in bonitate non est consideranda secundum casus aut euentus, sed absolutè. Constat autem secundum omnes quòd bonum animæ præfertur bono corporis: & quòd contemplatio diuina est magnum animæ bonum, multiplicatio autem hominum per generationem, corporale bonum secundum suum genus est. Generatio siquidem carnalis, carnale bonum directè facit, iuxta illud Ioannis 3. Quod aũt est ex carne, caro est. Igitur optimè Autor dixit ꝙ finis virginitatis, secundum genus suũ, est simpliciter melior quã multiplicatio hominũ, quę est finis cõiugij.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum virginitas sit maxima virtutum.

Infrà q° 155. ar. 1 & q. 185 ar. 4. et 4 d. 33. q. 3 arti. 3. & 3. cõtra c 134.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd virginitas sit maxima virtutum. Dicit enim Cyprianus in lib. de virginitate *: nunc nobis ad virgines sermo est, quarum quò sublimior est gloria, eo est maior cura: flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritualis: illustrior portio gregis Christi.

* lib. de habitu virginum, non longe à prin.

¶2 Pręt. Maius præmium debetur maiori virtuti: sed virginitati debetur maximum præmium, scilicet fructus centesimus, vt patet Matthæi decimotertio in glo*. ergo virginitas est maxima virtutum.

*Ex Hieron.

¶3 Pręt. Tanto aliqua virtus est maior, quanto per eam aliquis Christo magis conformatur, sed maximè aliquis conformatur Christo per virginitatem. Dicitur enim Apoc. 14. de virginibus quòd sequuntur Agnum, quocũque ierit: & quòd cantant canticum nouum, quod nemo alius poterat dicere. Ergo virginitas est maxima virtutum.

Ibidem.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de Virginitate *: Nemo, quantum puto, ausus fuit virginitatem præferre monasterio. Et in eodem lib. * dicit: Præclarissimum testimonium perhibet ecclesiastica autoritas: in qua fidelibus notum est quo loco martyres, & quo defunctæ sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur: per quod datur intelligi, quòd martyrium virginitati præfertur, & similiter monasterij status.

Cap. 46. *Cap. 45.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid potest dici excellentissimum dupliciter. Vno modo, in aliquo genere. Et sic virginitas est excellentissima in genere castitatis. Transcendit enim & castitatem vidualem & coniugalem. Et quia castitati antonomasicè attribuitur decor, ideo virginitati per consequens attribuitur excellentissima pulchritudo. Vnde & Ambro. dicit in lib. de Virginitate, Pulchritudinem quis potest maiorem æstimare decore virginis, quæ amatur à Rege, probatur à Iudice, dedicatur Domino, consecratur Deo? Alio modo potest dici aliquid excellentissimum simpliciter. Et sic virginitas non est excellentissima virtutũ. Semper enim finis excellit id quod est ad finem: & quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem, tanto melius est. Finis autem ex quo virginitas laudabilis redditur, est vacare rebus diuinis, vt dictũ est*. Vnde ipsæ virtutes theologicæ, & etiam virtus religionis, quarum actus est ipsa occupatio circa res diuinas, præferuntur virginitati. Similiter etiã vehementi' operãtur ad hoc, quòd inhæreant Deo martyres, qui ad hoc postponunt propriam vitam: & viuentes in dmonasteriis, qui ad hoc postponunt propriam voluntatem, & omnia quæ possunt habere, quàm virgines quæ ad hoc postponũt veneream voluptatem. Et ideo virginitas non simpliciter est maxima virtutum,

Art. 4. huius q. D. 262.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd virgines sunt illustrior portio gregis Christi, & est earum sublimior gloria per comparationem ad viduas & coniugatas.

¶Ad secundũ dicendũ, quòd centesimus fruct' attribuitur virginitati secũdm Hierony. propter excellentiam, quam habet ad viduitatem, cui attribuitur sexagesimus: & ad matrimonium, cui attribuitur tricesimus. Sed sicut Aug. dicit in lib. de quæstionibus Euangelij*, centesimus fructus est martyrum, sexagesimus virginum, & tricesimus coniugatorum. Vnde ex hoc non sequitur quod virginitas sit simpliciter maxima virtutum omnium, sed solum in aliis gradibus castitatis.

Lib. 1. c. 9.

¶Ad tertium dicendum, quòd virgines sequuntur Agnum, quocunque ierit: quia imitantur Christum non solùm in integritate mentis, sed etiam in integritate carnis: vt Aug. dicit in lib. de virginitate*. Et ideo in pluribus sequuntur Agnum, nõ tamen oportet quòd magis in propinquo: quia aliæ virtutes faciunt propinquius inhærere Deo per imitationem mentis. Canticum autem nouum, quod solæ virgines cantant, est gaudium, quod habent de integritate carnis seruata.

Cap. 27.

QVÆSTIO CENTESIMAQVINQVAGESIMATERTIA, De vitio luxuriæ, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vitio luxurię quòd opponitur castitati. Et primò de ipsa in generali. Secundò de speciebus eius.

¶Circa primum quæruntur quinque.

¶Primò, quæ sit materia luxuriæ.
¶Secundò, vtrum omnis concubitus sit illicitus.
¶Tertiò, vtrum luxuria sit peccatum mortale.
¶Quartò, vtrum luxuria sit vitium capitale.
¶Quintò, de filiabus eius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum materia luxuriæ sint solùm concupiscentiæ & delectationes venereæ.

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ materia luxuriæ nõ solùm sint concupiscentiæ & delectatiões venereæ. Dicit enim Aug. in li. Confes.* ꝙ luxuria ad satietatem atq; abundantiam se cupit vocari: sed satietas pertinet ad cibos & potus, abundantia autem ad diuitias. ergo luxuria non est propriè circa concupiscentias & voluptates venereas.

¶2 Præt. Prouerb. 20. dicitur, Luxuriosa res est vinum, sed vinum pertinet ad delectationem cibi & potus. ergo circa ea maximè videtur luxuria esse.

Lib. 2. c. 2.

¶3 Præt. Luxuria dicitur esse libidinosæ voluptatis appetitus, sed libidinosa voluptas nõ solũ est in venereis, sed ẽt in multis aliis. Ergo luxuria nõ est solũ circa cõcupiscentias & voluptates venereas.

¶SED CONTRA est, quod dicitur in lib. de vera Religiõe* de luxuriosis, Qui seminat in carne, de carne metet corruptionẽ: sed seminatio carnis fit per voluptates venereas. ergo ad has pertinet luxuria.

Cap. 3.

¶RESPONDEO dicendum, quòd, sicut Isid. dicit in lib. Etymolog.* Luxuriosus aliquis dicitur, quasi solutus in voluptates. Maximè autem voluptates venereæ animũ hominis soluũt. Et ideo circa voluptates venereas maximè luxuria consideratur.

Lib. 10. cap. 11.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ sicut tẽperãtia principaliter quidẽ & ꝓpriè est circa delectatiões tactus: dicitur aũt ex consequenti & per similitudinem quandã in quibusdã aliis materiis, ita ẽt luxuria principaliter quidẽ est in voluptatibus venereis, quę maximè & pręcipuè animũ hominis resoluũt: secũdariò aũt dicitur in quibuscunq; aliis ad excessum pertinẽtib'. Vñ ad Gal. 5. dicit glo*. quòd luxuria est quælibet superfluitas.

Interlin.

¶Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ vinũ dicitur res luxuriosa vel secundũ hunc modũ quo in qualibet materia abundantia ad luxuriã refertur, vel inquãtũ superfluus vsus vini incẽtiuũ voluptati venereæ prębet.

¶Ad tertium dicendum, quod libidinosa voluptas etsi in aliis materiis dicatur, tamen specialiter hoc nomen sibi vẽdicant venereę delectationes in quibus etiam specialiter libido dicitur, vt Augu. dicit in 14. de ciuitate Dei*.

Cap. 15. et 16.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum nullus actus venereus possit esse sine peccato.

Mal. q°. 15. arti. 1.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ nullus actus venereus possit esse sine peccato. Nihil enim videtur impedire virtutem nisi peccatũ. Sed omnis actus venereus maximè impedit virtutẽ. Dicit enim Aug. in 1. Soliloquiorum *, Nihil esse sentio, quod magis ex arce deiiciat animum virilem quam blãdimenta fœminæ, corporúmque ille cõtactus. Ergo nullus actus venereus videtur esse sine peccato.

Cap. 10.

¶2 Præt. Vbicunq; inuenitur aliquid superfluum, per quod à bono rationis receditur, hoc est vitiosum: quia virtus corrumpitur per superfluum & diminutũ: vt dicitur in 2. Ethic*. Sed in quolibet actu venereo est superfluitas delectationis, quæ intantum absorbet rationem, ꝙ impossibile est aliquid intelligere ĩ ipsa

Cap. 6.

¶ Ad obiectionem autem Martini negatur vtraque sequela. Prima quidem, quia in casu, quo speciem humanam oporteret conseruari, præceptum iuris naturæ præualeret voto virginitatis: & sic simpliciter melius est philosophari quàm ditari: tempore tamen necessitatis oppositum agendum est. Ita licet simpliciter melior sit virginitas matrimonio: tẽpore tamen necessitatis melius est nubere. Secunda autem, quia in pace vnius regni non tenditur ad bonum temporale tantum, sed ad bonum spirituale virtutum, scilicet in regno: quæ discordiis, seditionib', bellísque impediuntur, tolluntur. Et vniuersaliter dicitur ꝙ dispensatio potest fieri non solùm propter melius secundum suum genus, sed propter melius ex circunstantia, puta hic in tali euentu.

1. Ethi. 5. lect. 2. co. 3.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ secundæ Articulum quintum.

IN articulo 5. eiusdem q. nihil scribendum occurrit, nisi quòd illud quod in fine articuli dicitur de cantico nouo seu gaudio singulari de integritate carnis seruata, cùm de aureolis tractabitur, declarandum est.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimætertiæ Articulum primum.

IN artic. 1. q. 153. aduerte, quòd quia par est, vt quælibet ars gaudeat propriis vocabulis, ideo in morali Philosophia & Theologia Luxuriæ nomen propriè sumitur pro superfluitate in materia delectationum venerearum, & per similitudinem ad quemlibet abundantem excessum, translata dicitur. Nam cùm in Ecclesia dicimus luxuriæ peccatum, sine cunctatione intelligimus peccatum in venereorum excessu. Sed apud Grammaticos contrarius videtur translationis ordo, quoniam prius significata est apud eos Luxuriæ nomine solutio cuiuscunque libidinis, & deinde associata est ad solutionem libidinis in materia venereæ delectationis, quæ solutio in superfluitate venereæ delectationis manifestè consistit. Et est ratio diuersæ translationis, quia isti ex parte nominis significantis, illi ex parte rei significatæ trãslationem ordinarunt.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimætertiæ Articulum secundum.

IN artic. 2. eiusdem q. nota primò cõtra scrupulosas mentes, quòd sine omni peccato vene-

Universidad de Deusto Biblioteca

vt Phi.dicit in 7.Ethic*. Et sicut Hier. dicit, In illo actu spiritus ꝓphetiæ non tãgebat corda Prophetarum. Ergo nullus actus venereus potest esse sine peccato.

¶3 Præt. Causa potior ẽ quã effect⁹, sed peccatũ originale in paruulis trahitur à concupiscẽtia, sine qua act⁹ venereus esse non põt, vt patet per Aug. in lib. de nuptiis & concupiscentia*. Ergo nullus actus venereus potest esse sine peccato.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in lib. de Bono cõiugali,* Satis respõsum est hæreticis, si tamen capiunt, non esse peccatum quod neque contra naturam committitur, neque contra morem, neque contra præceptum. Et loquitur de actu venereo, quo antiqui patres pluribus coniugibus vtebantur. Ergo non omnis actus venereus est peccatum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd peccatũ in humanis actibus est quod est cõtra ordinẽ rationis. Habet autẽ hoc rationis ordo, vt quælibet cõueniẽter ordinet in suũ finem. Et ideo non est peccatũ si per rationem homo vtatur rebus aliq̃bus ad finẽ, ad quẽ sunt modo & ordine conuenienti, dummodo ille finis sit aliquod verè bonum. Sicut autẽ est verè bonum quod cõseruetur corporalis natura vnius indiuidui, ita etiã est quoddã bonũ excellens quòd cõseruetur natura speciei humanæ. Sicut autem ad conseruationem vitæ vnius hominis ordinatur vsus ciborũ, ita ad conseruationem totius humani generis vsus venereorum. Vnde August. dicit in lib. de Bono coniugali, Quod est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutẽ generis. Et ideo sicut vsus ciborũ potest esse absque peccato, si fiat debito modo & ordine secundum quòd competit saluti corporis: ita etiam & vsus d venereorum potest esse absque omni peccato si fiat debito modo & ordine, secundum quòd est conueniens ad finem generationis humanæ.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd aliquid põt ĩpedire dupliciter virtutem. Vno modo, quantum ad cõmunẽ statum virtutis. Et sic non impeditur virtus, nisi per peccatũ. Alio modo, quãtũ ad perfectũ virtutis statũ, & sic potest impediri virtus per aliquid, quod nõ est peccatũ, sed est min⁹ bonũ. Et hoc modo vsus fœminæ deiicit animũ non à virtute, sed ab arce, id est perfectione virtutis. Vnde Aug. dicit in lib. de Bono coniugali*. Sicut bonũ erat quod Martha faciebat occupata circa ministeriũ sanctorum: sed d melius quod Maria audiens verbũ Dei: ita etiam bonum Susannę in castitate cõiugali laudamus: sed bonũ viduæ Annæ, & magis Mariæ virginis anteponimus.

¶Ad secũdũ dicẽdũ, ꝙ sicut s̃ * dictum est, mediũ virtutis nõ attendit̃ secundũ quãtitatẽ, sed secũdũ ꝙ cõuenit rationi rectę. Et ideo abundantia delectationis, quæ est in actu venereo, secundũ rationẽ ordinato, non cõtrariatur medio virtutis. Et præterea ad virtutẽ nõ pertinet quantum sensus exterior delectetur, qđ consequitur corporis dispositionem: sed quantum appetitus interior ad huiusmodi delectatiões afficiatur: nec ex hoc etiã, quòd ratio non potest liberũ actũ rationis ad spiritualia considerãda simul cum illa delectatione habere, ostẽdit ꝙ actus ille sit virtuti cõtrarius. Nõ enim est virtuti cõtrariũ, si rationis actus aliquando intermittatur aliquo, qđ secundum rationem fit. Alioquin quòd aliquis se somno tradit, esset contra virtutem. Hoc tamen quòd concupiscentia & delectatio venereorũ non subiacet imperio & moderationi rationis prouenit ex pœna primi peccati, inquantum scilicet ratio rebellis Deo meruit habere suam carnẽ rebellem, vt patet per Aug. 13. de Ciuit. Dei*.

cap.13.

¶Ad tertium dicendum, quòd, sicut Augustinus ibidem dicit, ex concupiscẽtia carnis, quę regeneratis non imputatur in peccatum, tãquam ex filia peccati proles nascitur originali obligata peccato. Vnde nõ sequitur, quòd actus ille sit peccatum, sed quòd in illo actu sit aliquid pœnale à peccato primo deriuatum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum luxuria, quæ est circa actus venereos, possit esse peccatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ luxuria, q̃ est circa actus venereos, non possit esse aliquod peccatum. Per actum enim venereum semẽ emittitur: quod est superfluum alimẽti, vt patet per Philosophum in libro de generatione animalium*. sed in emissione aliarum superfluitatum non attenditur aliquod peccatũ. ergo neque circa actus venereos potest esse aliquod peccatum.

¶2 Pręterea, Quilibet põt licitè vti, vt libet, eo quod suũ est, sed in actu venereo homo non vtitur nisi eo quod suum est, nisi fortè in adulterio vel raptu. ergo in vsu venereo non potest esse peccatum: & ita luxuria non erit peccatum.

¶3 Pręterea, Omne peccatũ habet vitiũ oppositũ: sed luxurię nullũ vitiũ videt̃ esse oppositũ. ergo luxuria nõ est peccatũ.

¶SED CONTRA est, ꝙ causa est potior suo effectu. Sed vinum prohibetur propter luxuriam, secũdũ illud Apostoli ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Ergo luxuria ẽ ꝓhibita.

¶Pręterea, Gal. 5. enumeratur inter opera carnis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quanto aliquid est magis necessariũ, tanto magis oportet vt circa illud rationis ordo seruetur. Vnde per consequens magis est vitiosum si ordo rationis prætermittatur. Vsus autẽ venereorum, sicut dictum est*, est valde necessarius ad bonum cõmune: quod est cõseruatio humani generis. Et ideo circa hoc maximè attẽdi debet rationis ordo, & per cõsequẽs si quid circa hoc fiat præter quã ordo rationis habet, vitiosum erit. Hoc aũt pertinet ad rationẽ luxuriæ, vt ordinẽ & modum rationis excedat circa venerea. Et ideo absq; dubio luxuria est peccatum.

In corp. art.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ sicut Philosophus in eodem libro* dicit, semen est superfluum quo indigetur. Dicitur enim superfluum ex eo, quòd residuum est operationis virtutis nutritiuæ, tamen indigetur eo ad opus virtutis generatiuę. Sed alię superfluitates humani corporis sunt quibus non indigetur. Et ideo non refert qualitercunque emit-

Cap. eod.

nereus actus exerceri potest & exercetur, quando debitis est circunstantijs honestatus actus coniugalis, inter quas circunstantias nõ est vt persona nõ delectetur, aut non cõplaceat sibi delectatio. Hoc enim insensibilis aut stulti est. Cõplacentia enim voluntaria in delectatiõe operis talis aliàs bene circunstãtionati, puta propter prolem, &c. nullum omnino peccatũ est, sed donũ Dei est absolutè generis humani, collatum homini, & cæteris animalibus. Vnde non debet persona de huiusmodi delectatione percepta dolere, sed potius Deo gratias agere.

cap.11. De monogamia ad Geron.

¶ Nota secundò, quòd Autor in responsione ad secundum, theologalem rationem reddit quare delectatio venerea non subiacet moderationi rationis, scilicet ex originali peccato: non quòd ignoret hoc esse naturale, sed sicut mors, cum hoc quòd est naturalis, est etiã pœna peccati originalis: quia pro gratia adempta nobis erat necessitas moriẽdi, ita quia huiusmodi perturbatio rationis adempta nobis erat per donum originalis iustitię, quo inferiora superioribus subiecta erant, in homine facta est pœna originalis peccati.

Li.1. cap. 24.
Cap.25.

¶ Super quæstionis centesimæ quinquagesimæ tertiæ Articulum tertium.

IN art.3. eiusdem quæstionis in responsione ad primum dubium ex Martino occurrit in quæstio. prima de luxuria, dicẽte, Hæc solutio nõ satis facit: tũ quia circa emissionẽ aliarum superfluitatum potest esse inordinatio vel in quãtitate contra sanitatẽ corporis procurando nimis earum emissionem, vel in via, puta per vias innaturales, puta egerere per os: tũ quia illi qui non habent semen aptum generationi, aut propter ætatem, aut propter cõplexionẽ, non peccarent luxuriando, dum quomodolibet emitterent seminis talis superfluitatem.

Cap.26.
D. 858.

¶ Ad primum horum dicitur quòd, vt sæpe dictũ est, Autoris sermo & doctrina est formalis: & nihil detrimenti patitur ex his quę sunt per accidens. Inter emissionem ergo seminis & aliarũ superfluitatum per se, & secũdum sua genera iudicando actus, hæc est differentia, quòd emissio seminis ex suo genere habet quòd ad finem generationis ordinetur secundum rectam rationem: emissio autem aliarum superfluitatum ex suo genere nullum habet ordinem ad rationem, nisi pro quanto habet decentiam humani conuictus annexam. Per accidens autem, puta, quia non est superfluum, quod superfluum creditur: & ideo nimis procuratur, aut quia admistum est bono naturæ, aut quia homo abutitur membris officialibus corporis peccatum in huiusmodi emissionibus constituitur. Ad secundum quoque dicitur quòd semen puerorum dicitur ineptum generationi, non quia non generat, sed quia deficit à perfectione generationis siue prolis generandæ. Et simile de semine inepto propter complexionem videtur. Si tamen daretur quòd alicuius semen non esset pro tunc saltem generatiuum, vt patet de semine mulierum, postquam amplius non patiuntur menstrua, non propterea sub trahuntur à ratione in litera assignata ex parte finis, quia præcepta moralia attendunt ad id, quod secundum naturam est, & non ad id, quod per accidens in hac vel complexione, vel ætate inuenitur. Per se autem semen à natura ordinatum est ad prolis generationẽ, alioquin semen non esset. Et ideo circa seminationẽ quamlibet, communia præcepta, quæ maximè ex fine, qui est generatio, sumuntur, seruanda sunt, quantũcunque per accidens generatio tunc sequi non possit. Falsissima est ergo & destructiua moralis doctrinæ consequentia allata. Quòd si ex fine, puta generatione, prouenit ordo, & peccatum in emissione seminis, habentes semen ineptum generationi, non peccarent. Procedit enim ex confusione ei⁹ quod est per se cum eo quod est per accidens, quod sæpe in moralibus & in cæteris facit errare. Contingit enim etiam sapientes in his, quæ sunt per accidens falli.

Cap.8.
D. 1185.
Q. 152. art. 2. ad 2. & 1. 2 q. 64. art. 2.

Suprà q̃. 35. arti. 3. cor. & q̃. 36. art. 3. cor. & 4. d. 33. q. 1. ar 3. q. 2. Et 3. contra c. 121. Et Mal. q. 15. art. 1. & 1 co. 6. lect. 3.
* Li. 1. c. 19.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum aduerte, quòd Autor reddens theologalẽ rationem, insinuauit simul & moralem naturaliter, quare homo nõ potest vti membris suis, & corpore suo vt vult, quia scilicet ipse non est dominus naturaliũ suorum totaliter, sed prestituta est sibi à natura naturæque auctore ratio sui dominij in ordine ad finem. Dictat siquidem naturale ius in nobis non quodlibet, sed vt decet homini concessum esse proprij corporis vsum.

¶ In responsione ad tertium aduerte quòd non reddere debitum cõiugi, actus duorũ quandoque ponitur vitiorum, scilicet iniustitiæ, qua subtrahitur illi, quod suũ est: & insensibilitatis, qua vsum venereum totaliter persona refutat. Et licet raro talis negatio debiti ab insensibilitate ꝓcedat, ab iniustitia tamen sæpe contingit. Et est proculdubio mortale peccatum siue alteram, siue vtranque habeat deformitatem. Quoniam ad reddendũ debitum coniugi tenetur alter de necessitate præcepti, sicut ad cætera præcepta iustitiæ. Et quia reddere debitũ est actus sub pręcepto affirmatiuo cadẽs, ideo obligat pro loco aliisque circunstantijs concurren-

tantur, salua decentia conuictus humani. Sed non est simile in seminis emissione, quæ taliter debet fieri vt conueniat fini ad quem eo indigetur.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd sicut Apostolus dicit primæ ad Cor. 6. cõtra luxuriam loquens, Empti estis pretio magno, glorificate, & portate Deũ in corpore vestro. Ex eo ergo quòd aliquis inordinatè suo corpore vtitur per luxuriam, iniuriam facit Deo, qui est principalis Dominus corporis nostri. Vnde & Aug. dicit in lib. de Decem chordis, Dominus qui gubernat seruos suos ad vtilitatem illorũ, non suam, hoc præcipit, ne per illecebras, & illicitas voluptates corruat templum eius, quod esse cœpisti.

¶Ad tertium dicẽdũ, ꝙ oppositum luxurię non contingit in multis, eo quòd homines magis sunt proni ad delectatiões. Et tamen oppositum vitiũ cõtinetur sub insensibilitate. Et accidit hoc vitiũ in eo, qui intantũ detestatur mulierum vsum, quòd etiam vxori debitum non reddit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum luxuria sit vitium capitale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd luxuria nõ sit vitium capitale. Luxuria enim videtur idẽ esse immunditiæ, vt patet per glo. ad Ephe. 5. Sed immunditia est filia gulæ, vt patet per Gregorium 31. Moral*. ergo luxuria non est vitium capitale.

¶2 Præterea, Isidorus dicit in lib. de Sũmo bono*, quòd sicut per superbiã mẽtis itur in prostitutionem libidinis, ita per humilitatem mentis salua fit castitas carnis, sed contra rationem capitalis vitij esse videtur quòd ex alio vitio oriat̃. ergo luxuria non est vitium capitale.

¶3 Præterea, Luxuria causatur ex desperatiõe, secundum illud Ephe. 4. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitię. Sed desperatio non est vitium capitale, quinimò ponit̃ filia accidiæ, vt suprà habitum est*, ergo multo minus luxuria est vitium capitale.

¶SED CONTRA est quod Gregorius 31*. Moral. ponit Luxuriam inter vitia capitalia.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut ex dictis patet*, vitiũ capitale est qđ habet finem multũ appetibilẽ, ita quòd ei⁹ appetitu homo ꝓcedat ad multa peccata perpetranda, q̃ oĩa ex illo vitio tanquã ex principali oriri dicuntur. Finis aũt luxuriæ est delectatio venereorum quę est maxima. Vnde huiusmodi delectatio est maximè appetibilis secũdũ appetitũ sensitiuũ, tũ propter vehemẽtiã delectationis, tum etiã propter cõnaturalitatẽ huiusmodi concupiscentiæ. Vnde manifestum est, quòd luxuria est vitiũ capitale.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ immunditia secundũ quosdam, quæ ponitur filia gulæ, est quędã immũditia corporalis, vt s̃ dictum est*. Et sic obiectio non est ad propositũ. Si verò accipiatur pro immũditia luxuriæ, sic dicẽdũ, ꝙ ex gula causatur materialiter, inquantum s. gula ministrat materiã corporalẽ luxuriæ, non autẽ secundũ rationẽ causæ finalis, secundũ quam potissimè attenditur origo aliorũ vitiorũ ex vitiis capitalib⁹.

¶Ad secundum dicendum, quòd sisut s̃ dictũ est*, cũ de inani gloria ageret, superbia ponitur cõmunis mater omnium peccatorum. Et ideo etiam vitia capitalia ex superbia oriuntur.

¶Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ à delectationibus luxuriæ præcipuè aliqui abstinẽt ꝓpter spẽ futurę gloriæ, quã desperatio subtrahit. Et ideo causat luxuriam sicut remouens prohibens, nõ sicut per se causa, qđ requiri videtur ad vitia capitalia.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum conuenienter dicantur esse filiæ luxuriæ, cæcitas mentis, incõsiderantio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis seculi, & horror futuri.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ incõuenienter dicantur esse filiæ luxuriæ, cæcitas mẽtis, incõsideratio, præcipitatio, incõstãtia, amor sui, odiũ Dei, affectus præsentis seculi, horror vel desperatio futuri. Quia cęcitas mẽtis, & incõsideratio, & p̃cipitatio, ptinẽt ad imprudẽtiã, q̃ inuenit̃ in oĩ peccato, sicut & prudẽtia ĩ omni virtute. Ergo nõ debẽt poni speciales filiæ luxurię.

¶2 Præt. Cõstantia ponitur pars fortitudinis, vt s̃ habitũ est*, sed luxuria nõ opponitur fortitudini, sed tẽperantiæ. ergo inconstantia non est filia luxurię.

¶3 Præt. Amor sui vsq; ad contẽptũ Dei, est prĩcipiũ oĩs peccati, vt pẽt p Aug. 14. đ Ciu. Dei. Nõ ergo dẽt põi filia luxurię.

¶4 Prę. Isid*. ponit quatuor, s. turpiloquia, scurrilia, ludicra, stultiloquia. Ergo prædicta enumeratio videtur esse superflua.

¶SED CONTRA est autoritas Gregorij trigesimoprimo Moral*.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ qñ inferiores potentiæ, vehementer afficiũtur ad sua obiecta, consequẽs est quòd superiores vires impediãtur, & deordinẽt̃ in suis actibus. Per vitiũ aũt luxuriæ maximè appetitus inferior, s. cõcupiscibilis vehementer intẽdit suo obiecto, s. delectabili, propter vehementiã passionis & delectationis. Et ideo consequens est ꝙ p luxuriã maximè superiores vires deordinẽt̃, s. rõ & voluntas. Sũt autẽ rationis quatuor act⁹ in agẽdis. Primò quidẽ, simplex intelligẽtia, q̃ apphẽdit aliquẽ finẽ vt bonũ. Et hic actus impedit̃ p luxuriã scđm illud Dan. 13. Species decepit te, & cõcupiscẽtia subuertit cor tuũ. Et quãtũ ad hoc ponit̃ cęcitas mẽtis. Secũd⁹ actus est cõsiliũ de iis q̃ sunt agẽda propter finẽ. Et hic ẽt impedit̃ p cõcupiscentiam luxuriæ. Vñ Teren. dicit in Eunucho*, loquẽs de amore libidinoso, Quę res in se neq; cõsiliũ neq; modũ vllũ habet, eã cõsilio regere nõ potes. Et quãtũ ad hoc ponit̃ p̃cipitatio, q̃ importat subtractionẽ consilij, vt s̃ habitũ est. Tertius actus est iudicium de agendis. Et hic etiam impeditur per luxuriã. Dicitur enim Dan. 13. de senibus luxuriosis, Auerterũt sensum suũ, vt nõ recordarẽtur iudiciorum iustorũ. Et quãtum ad hoc ponitur incõsideratio. Quartus aũt actus est p̃ceptum rationis de agẽdo, qui etiam impeditur p luxuriam, inquantum scilicet homo impeditur ex impetu concupiscentiæ, ne exequatur id quod decreuit esse faciẽdum. Vnde Terẽt. dicit in Eunucho*, de quodam qui dicebat se recessurum ab a-

currentibus. Non enim tenetur impotens aut infirmus cum notabili damno personæ, aut in loco incongruo, puta publico vel sacro, quamuis teneatur omni tempore quantumcunque sacro, aut communionis præteritæ vel futuræ debitum reddere. Et ratio diuersitatis patet, quia locus publicus est contra honestatem, sacer verò contra diuinam reuerentiam. Damnum autem notabile personæ est contra naturæ ordinem, quæ ordinauit superfluum personæ ad huiusmodi debita persoluenda. Tẽpus autem sacrum non violatur propterea, nec cõmunio impeditur aut deturpatur. Ista enim quę sunt ad bene esse, debent sine coniugis præiudicio de consensu vtriusque fieri, vt Apostolus docet. An autem petenti tempore menstrui, aut modo indebito, teneatur reddere, in sequenti quæstione clarum fiet.

cap. 10. to.9.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimætertiæ Articulum quartum.

IN art. 4. eiusdem centesimæ quinquagesimæ tertiæ quæstionis in responsione ad primum, dubium ex Martino occurrit ibidem arguente contra hanc responsionem, quòd hoc videtur esse contra intentionem Cassiani, collatione quinta, vbi de origine maximè naturali loquens, dicit quòd incrementum gastrimargiæ seu gulæ, est initium luxuriæ.

Mal. q. 8. 15. art. 4.
cap.31.

¶ Præterea, Illa origo quę est ex parte finis, est minus naturalis, quia vbi potest haberi finis luxuriæ sine actibus aliorum vitiorum, non producit aliquod eorum.

Lib. 2. ca. 39.

¶ Ad hæc dicitur primò quòd licet Cassianus affirmet id quod Autor in litera dicit, scilicet quòd gula ministrat materiam luxuriæ, ex hoc tamen non sequitur quin oriri ex vitio finaliter, sit magis oriri secundum moralem generationem vitiorum. Origo siquidem vitiorum potest dupliciter considerari. Primò, secundum naturæ progressum. Et sic luxuria oritur ex gula, quia sine Cerere & Baccho friget Venus. Alio modo secundum moralem ortum. Et sic quia finis in moralibus habet rationẽ principij, ideo ortus vitij, ex vitij fine maximè à moralibus considerandus est. Et propterea totum oppositum est eius, quod Martinus dixit, In moralibus maximè naturalis est ortus ex fine, vt pote ex principio in genere moris, & minimè naturalis est ortus ex parte materiæ, vt pote non formalis, sed materialis tantùm. Optimè ergo dixit Autor hic & alibi, ortum vitiorum ex capitali vitio ratione finis ponens. Ad id autem quod additur obiiciendo, quia vbi finis potest haberi sine talibus vitiis, &c. respondetur, quòd oriri ex fine vitij non contingit vno modo, scilicet vt medium ad finem, sed etiam vt acceptatum propter nimiam finis concupiscentiam & delectationem. Sicut adulter non curat incurrere odium multorum, quod tamen non eligit vt medium ad finem. Et hoc modo filiæ luxuriæ oriuntur ex luxuriæ fine. Luxuriosus siquidem in tantum delectationi venereæ afficitur, vt non curet incurrere cæcitatem mentis, præcipitationem, inconsiderationem, &c. non quòd hæc eligantur propter luxuriam exercendam. Et tamen arguens hunc solum modum ortus ex fine tangit, scilicet vt medij ad finem. Et propterea argumentum hic peccat, quia finis luxuriæ, licet possit haberi sine his mediis, ad ipsum tamen modo dicto consequitur incursus horum vitiorum. Et ideo filiæ illius vitij dicuntur in sequenti articulo.

Q.35. art. 4.
cap.31.
Q.148. ar.5. & 1. 2. q. 84. ar. 3. & 4.
Q.148. art.6.
D.302.
Q.131. ar.4.

¶ Super Quæstionis centesimæquinquagesimætertiæ Articulum quintum.

Suprà q̃. 53. art. 6. Et mal. q. 8 artic. 1. cor. col. 3. & q̃. 13. art. 3. cor. Et q̃. 15. art. 4.

IN articulo quinto eiusdem cẽtesimæquinquagesimætertiæ quæstionis aduerte duo ex Martino ibidem. Primum est, quòd Martinus non suffert inconstantiam esse rationis vitium, sed appetitus, ac illum vitij gradum quem Aristoteles vocat incontinentiam. Alterum est in responsione ad quartum, in qua imponit Autori quòd illa enumerata ab Isido. dicunt tantum inordinatos actus exteriores. Et arguit, tum quia luxuria primo ponit inordinationem in actibus interioribus, quibus subordinãtur actus isti exteriores, tum quia desiderare, dicere, vel audire, turpiter, scurriliter, & ludicrè, sunt actus interiores geniti à luxuria, eisque subordinantur actus exteriores nominati, ergo cùm autores ponunt hæc esse filias luxuriæ, magis dicendum est quòd intelligunt de interioribus actibus primo, & consequenter de exterioribus.

Q.118. et q.137. ar. 3.
ca.24. & vlt.
cap.31.

¶Ad primum horum non oportet aliter respõdere, quia quæstio de vocabulis esset. Ad obiecta autem secundo loco dicitur, primò quòd Autor non apposuit ly tantùm, sed arguens imposuit, vt patet in litera. Dicitur secundo, quòd inter filias luxuriæ assignatas à Gregorio & assignatas ab Isidoro, est hæc manifesta differentia, quòd illorum nomina formaliter important actus seu dispositiones interiores animi, vt patet discurrendo per singula. Horum vero nomina formaliter important actus exteriores humanos, vt patet. Turpiloquia enim, scurrilia, ludicra & stultiloquia, exteriora sonant. Et propterea Autor ex interioribus reddit horum rationem. Vnde patet responsio ad primam obiectio

Scena 1.
Q.53 ar.3
Scena 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, quòd scilicet, quia luxuria primò parit deordinationem intus quàm hos actus, ideo ex his quæ intus sunt, ratio iu litera redditur exterior, & non dicitur quòd sunt exteriora tantùm. Ad secundum dicitur, quòd aliud est turpiloquium, & aliud est desiderare turpiloquium. Si Isidorus dixisset desiderium turpiloquij, scurrilium, &c. actum interiorem significasset, sicut Gregorius significauit affectum præsentis seculi, & desperationem futuri. Sed turpiloquium, &c. posuit quæ exteriores actus sunt humani; ideo isti sunt intelligendi, si formaliter & moraliter sermo interpretandus est doctorum. Ex hoc autem quòd actus exteriores oriuntur ex interioribus, non sequitur quòd nomine exteriorum intelligantur interiores, nisi vt causæ. Sed tantùm sequitur, quòd intelligantur actus exteriores humani seu voluntarij. Alio quin non esset virtuosi vel vitiosi. Hoc enim commune est omnibus peccatis consistentibus in actu exteriori, vt patet de adulterio, furto, rapina, homicidio. Peruersa ergo est interpretatio Martini.

cap. 5. & lib. 7. cap. 11. D. 438.

D. 387.

¶ *Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ quartæ Articulum primum.*

In articulo primo quæstionis centesimæ quinquagesimæ quartæ dubium circa distinctiua speciei luxuriæ ex Martino in quæstione secunda de luxuria occurrit quo ad duo. Primum est, quòd species luxuriæ oportet accipere ex parte materiæ.

q. 143.

¶ Secundum est, quòd species luxuriæ magis diminæ quàm viri, quia fœmina se habet vt patiens & materia. Contra primũ, inquit, quòd species luxuriæ non solum accipiuntur ex parte materię, probatur, quia aliqua species peccati contra naturam sumitur non ex indebita materia, sed ex indebito modo, vt si vir cognoscat suam non in vase debito, aut non debito modo. Contra secundum dicit primo, q distinctiõ harum speciearum præter stuprum, æquè ex parte viri sicut ex parte fœminæ sumitur, vt patet discurrendo. Dicit secundò, quod duæ personæ humanæ sexu differentes, vt sic, sunt materia naturalis actus venerei humani. Probatur, Illa sũt materia naturalis actꝰ venerei humani, quæ natura ordinauit ad generationem prolis humanę. Sed duæ personæ sexu, &c. sunt tales. ergo. Et confirmatur per illud Geneseos primo, Masculum & fœminam creauit eos, & benedixit: Crescite, &c.

Q. 35. art. 4. & q. 36 ar. 4. & q. 148 ar. 6.

¶ In eodem articulo cum responsione ad quartum, dubium aliud ex Martino ibidem occurrit etiam circa distinctiuum speciei luxuriæ. Et intendit probare quòd oportet ponere plures species luxuriæ quàm istas: & quòd doctrina Autoris in responsione ad quartum, non est intelligibilis. Argut ergo quòd peccatum coniugatorum in actu venereo oportet quòd habeat aliquam speciem aliam à prædicta. Circunstantia transferens actum de virtute in vitium, constituit speciem: sed ista est huiusmodi, ergo. Minor patet, quia ex tali circunstantia actus coniugalis est peccatum. Maior probatur, Talis circunstantia transfert in genus vitij, ergo in aliquam speciem: quoniam nihil est in genere quod non sit in aliqua eius specie. Hoc enim patet & quòd præter sex dictas species oportet aliam ponere, & quòd non ex parte materiæ sed circunstantiæ, & quòd responsio ad quartũ non est intelligibilis, dum dicit quòd peccatum coniugati est secundum aliquam circũstantiam, quæ non constituit speciem moralis actus. In hoc cõsistũt omnia motiua Martini circa hoc, licet ab ipso plurificentur.

¶ Dubium demum ex Martino ibidem est, eo quòd nititur soluere rationes duas Autoris in litera. Et ad illam, s. Circũstantia non dat speciem actui morali, respondet quòd circunstantia actus exterioris est obiectum actus interioris, & ideo dat illi speciem vt obiectum. Ad aliam, Si mulier magis se habet ratione patientis, & materiæ quàm vir, respõdet quòd vterque est materia respectu alterius, & vterque est agens respectũ concubitus.

¶ Et multa addit ad probandum quòd vtraque persona est distincta specierum luxuriæ, quę omitto, quia non sunt contra nos.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est quòd sicut de speciebus luxuriæ, loquẽdum est, sicut de speciebus gulæ, vt s. assignentur species omnes luxuriæ tam mortalis quàm non mortalis secundum proprias earum rationes, sic proculdubio sunt plures species luxuriæ quàm istæ sex hic enumeratæ. Sunt enim vltra istas sex, omnes species quę attẽduntur secundum circunstantias diuersas habentes diuersa motiua, puta, cùm ex solo motiuo delectationis cõiugatus cognoscit suam, & sic de alijs. Et hoc conuincitur ex Autoris doctrina de circũstantijs dantibus speciem. Et vt patebit etiam in hac materia hoc insinuauit Autor alibi, & hic. Sed loquendo de luxuria simpliciter, & secundum consummatum illius actum secundum seipsum, & secũdum communem doctrinam Theologorũ rationabiliter traditam, sic istæ sex tantum species luxuriæ ponuntur. Dixi de luxuria simpliciter, ad differentiam luxuriæ secundũ quid, quoniam luxuria simpliciter significat peccatũ seu vitiũ ex suo genere mortale, sicut iniustitia, & non nisi ex imperfectione actus seu secundum quid sonat peccata venialia circa venerea. Et ex hoc prouenit quòd species eius non sunt nisi illæ quæ secundum suas proprias rationes sunt peccata mortalia. Hæc autem solùm sunt prædictę sex. Meritò igitur luxurię simpliciter illę tantùm species sunt assignatæ, quę sub peccato mortali ex propria ratione continentur, quamuis secundum quid plures sint species. Dixi secundum consummatum illius actum secundum seipsum, quoniam ex hoc capite idem patet. Nam, vt in litera hæc dicitur, & sub aliis verbis in articulo tertio quæstione decimaquinta de malo dupliciter contingit peccare seu deordinationem

4. dist. 41. art. 4. q. 1. & 2. Et mal. q. 15. art. 3.

QVÆSTIO CENTESIMAquinquagesimaquarta, de Luxuriæ partibus specificis, in duodecim Articulos diuisa.

Deinde considerandum de luxuriæ partibus. ¶ Et circa hoc quæruntur duodecim. ¶ Primò, de diuisione partiũ luxuriæ. ¶ Secũdò, vtrùm fornicatio simplex sit peccatum mortale. ¶ Tertiò, vtrũ sit maximũ peccatorũ. ¶ Quartò, vtrũ in tactibus, & osculis & aliis huiusmodi illecebris cõsistat peccatũ mortale. ¶ Quintò, vtrum nocturna pollutio sit peccatũ. ¶ Sexto, de stupro. ¶ Septimò, de raptu. ¶ Octauo, de adulterio. ¶ Nono, de incestu. ¶ Decimò, de sacrilegio. ¶ Vndecimò, de peccato contra naturã. ¶ Duodecimo, de ordine grauitatis in pdictis speciebꝰ.

ARTICVLVS I.

Vtrum conuenienter assignentur sex species luxuriæ, scilicet fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitia contra naturã.

Ad primvm sic procedit. Videtur quòd inconuenienter assignentur sex species luxuriæ, s. fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitia contra naturam. Diuersitas enim materiæ nõ diuersificat speciẽ, sed prędicta diuisio sumitur secundũ materiæ diuersitatẽ, prout s. aliquis commiscetur coniugatæ, vel virgini, vel alterius conditionis mulieri. ergo videtur quòd per hoc species luxuriæ non diuersificentur.

¶ 2 Præt. Species vitij vnius non videntur diuersificari per ea quæ pertinent ad aliud vitiũ, sed adulteriũ nõ differt à simplici fornicatione, nisi in hoc quòd aliqs accedit ad eam, quæ est alterius, & sic iniustitiam committit. ergo videtur q adulterium non debet poni species luxuriæ.

¶ 3 Præt. Sicut contingit quòd aliquis cõmiscetur mulieri, quę est alteri viro per matrimoniũ obligata: ita et cõtingit quòd aliquis commiscetur mulieri, quæ est obligata Deo per votũ. Sicut ergo adulteriũ ponitur species luxuriæ ita et sacrilegium species luxuriæ poni debet.

¶ 4 Præt. Ille qui est matrimonio iunctus non solum peccat, si ad aliã mulierem accedat, sed et si sua coniuge inordinatè vtatur, sed hoc peccatũ sub luxuria continetur. ergo deberet inter species luxurię computari.

¶ 5 Præt. Apost. 2. ad Cor. 12. dicit. Ne iterũ cùm venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeã multos ex iis, q antè peccauerunt, & nõ egerunt pœnitentia super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserũt. Ergo videtur quòd etiam immunditia, & impudicitia debeant poni species luxuriæ, sicut & fornicatio.

¶ 6 Præt. Diuisum nõ condiuiditur diuidentibus, sed luxuria condiuiditur prædictis. Dicitur enim Gala. quinto, Manifesta sunt opera carnis, quę sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria. Ergo videtur quòd inconuenienter fornicatio ponatur species luxuriæ.

Capit. lex præterito. rum. * q. præc. ar. 2. & 3.

¶ Sed contra est, quòd prædicta diuisio ponit in Decretis 36. quæst. 1. *.

¶ Respondeo dicendũ, q sicut dictũ est *, peccatum luxuriæ consistit in hoc, q aliquis non secundũ rectã rõnem delectatione venerea vtitur. Quod quidẽ cõtingit dupliciter. Vno modo secũm materiã, in qua huiusmodi delectationẽ quærit. Alio modo secundum q materia debita existente nõ obseruantur alię debitæ conditiones. Et quia circunstantiã, inquantũ hmõi nõ dat speciem actui morali, sed eius species sumitꝰ ab obiecto, qđ est materia actus: iõ oportuit species luxuriæ assignari ex parte materiæ vel obiecti. Quæ quidẽ põt nõ cõuenire rõni rectæ dupliciter. Vno modo, q a haber repugnantiã ad finẽ venerei actꝰ. Et sic, inquãtũ impedit generatio prolis, est vitiũ cõtra naturã, qđ est in omni actu venereo, ex quo generatio sequi non põt. Inquantũ aũt impeditur debita educatio & promotio ꝓlis natæ, est fornicatio simplex, quæ est soluti cũ soluta. Alio modo materia in qua exercetur actus venereus põt esse non conueniens rationi rectæ p conparationem ad alios homines. Et hoc dupliciter. Primo quidẽ, ex parte ipsius fœminæ, cui aliquis cõmiscetur, quia ei dedecet damnatur adulterij iniuria quilibet coniugatus ad solutam accedens, nec sacrilegij præsbyter meretricem cognoscens. Hæc enim satis testantur quòd species illæ magis diuersificantur ex parte fœminæ, &c.

¶ Ad dubium secundum dicitur quòd gratis concedimus plures species luxuriæ quàm istas hic enumeratas. Sed istæ solæ sunt species luxuriæ simpliciter, reliquæ secundum quid. Istæ solæ sunt peccata mortalia ex ꝓprijs rationibus: cæteræ verò non. Istæ solæ actũ consummatũ inordinatũ secundũ se ponũt, reliquæ ad cõditiones seu accidentia spectãt. Vnde cõceditur, quòd conditio actus coniugij faciẽs de non peccato peccatũ, affert nouam peccati speciẽ. Et cum dicis, Autor hoc negat in responsione ad quartũ, respondetur q non negat hoc si formaliter intelligatur. Nã ipse loquitur non de qua cunque specie, sed de specie actus consummati secundum seipsum. Nec loquitur de quibuscunque differentijs actus luxuriæ, sed de differentijs actus venerei consummati secundum se. Et docet, quòd quia de 1. 2. q. 15. ordinationes quæ sunt art. 7. in actu coniugati, non D. 84. sunt secundum differentias actus consummati, sed sunt secundũ circunstantias eius, ideo vt sic, hoc est vt circunstantiæ, nullam constituunt speciem luxuriæ, & rursus ideo nullam constituunt speciem luxuriæ infrà latitudinem speciem de quibus est sermo, scilicet secũdum differentias ipsius actus. Et verunque horum est verum. Cum quibus tamen stat, quòd illamet circunstantia, quæ deordinat actum coniugati non vt circunstantia actus illius, sed vt differentia luxuriæ secundũ totum suum ambitum det nouam speciem peccati luxuriæ. Tunc enim haber rationem obiecti motiui vt finis, & non circunstantiæ, vt patet ex suprà habitis de circunstantiis. Ex quibus patet quòd doctrina Autoris in responsione ad quartum est optimè intelligibilis, vt intellecta & vera.

D. 44

In hoc ar.

In cor. ar.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd solutio primæ rationis est ipsa Autoris doctrina, scilicet quòd circunstantia vt obiectum, dat speciem, si tamen est aliud obiectum formaliter ab obiecto actus. Nam quando circunstantia & actus eadunt sub eodem obiecto formaliter, circunstantia quantumcunque sit obiectum actus interioris, non daret speciem, vt patet cùm quis furatur aurum multum, ita quòd ex proposito fertur specialiter ad multum. Vnde Autor in principio corporis huius articuli dicit, Circunstantia inquantum huiusmodi, non dat speciem actui morali, per hoc ostendens secus esse, inquantum obiectum. Sed ex hoc modo soluitur ratio literæ, quæ, vt paruit, de circunstantia actus coniugati, inquantum circunstantia illius actus est, loquitur. Et ideo concluditur quòd non constituit speciem moralis actus, vt dictum est. Et per ly vt dictum est, manifestè patet quòd de circunstantia in quantum circunstantia est, loquebatur. Quoniam sic in principio corporis dixerat, Solutio verò alterius, scilicet, Mulier magis se habet in ratione patientis, nullam exclusionem requirit, quia nulla est, & sola verba apposita dicit absque probatione aliqua. Autor enim probat in litera, mulierem habere rationem materiæ, quia se habet in ratione patientis, & hoc constat, quia masculus est agens, & oportet aliquod patiens esse. Nullum aliud autem apparet nisi mulier. Iste autem, vt dictum est, nullam rationem affert contra hoc, sed conatur ostendere quòd vterque sexus est distinctiuus speciei rum luxuriæ. Quod in nullo contrariatur dictis, vt iam ostensum est. Potuisset autem dicere, & bene, quòd vtraque persona potest dici materia non actus venerei, sed actus moralis, puta concupiscentiæ, quia est materia concupita, desiderata, electa, &c.

¶ In eodem articulo primo in responsione ad quartum, dubium occurrit circa prædicta ex eo quòd peccata coniugatorum sunt quandoque secundum indebitam materiam, vt patet, tum primo, cum extra vas naturale seminatur: tum secundo cùm se absque concubitu polluunt: tum tertiò, cùm coniux habet votum continentiæ: tum quartò, cùm habet impedimentum impediẽs petitionem debiti, puta infirmitatem superuenientem matrimonio: tum quinto, cùm alter coniugum est in publico adulterio obstinato: tum sexto, cùm alter negat debitum coitus aut seminis: in his siquidem omnibus peccatum coniugati est ex parte materiæ. Et in primis quidem duobus patet. In tertio autem, quarto, & quinto, manifesta est materia impedita. In sexto non redditur debitum, cui deberur, quod vocatur hic materia actus moralis. Et sunt quandoque secundum circunstantias constituentes peccata mortalia, vt patet primò de loco, si fiat in loco sacro. Secundò, de modo, puta si mulier supergrediatur. Tertio, de effectu, si causat abortum, aut prolem infectam seu monstruosam tempore menstrui, aut in seipso coniuge notabile damnum vel propter debilitatem, vel propriam infectionẽ, quod nouit ex altero contrahi. Quarto de fine, si quis tã ardẽter amat cõiugẽ, vt vel finẽ ponat vlimũ in illa delectatione, vel omittat necessaria ad salutẽ ꝓpterea, vel cognoscereti lam

etiã si esset alterius, aut non sua. Quintò, de tactibus, & osculis solius delectationis causa. In omnibus siquidẽ his interuenit peccatũ luxuriæ in coniuge secundum aliquam circunstantiã. Et quodlibet horũ est peccatum mortale. Et tamen in nulla istarum sex specierum enumeratur. Malè ergo dixi ego, etsi non Autor, quod reliquæ species non sunt peccata mortalia ex suo genere.

¶Ad quartum dicendũ, quòd peccatum cõiugati cũ sua vxore non est secundum indebitam materiam, sed secũdum alias circunstantias, quæ non constituunt speciem moralis actus, vt dictum est*.

¶Ad quintum dicendũ, quòd sicut glossa dicit ibidẽ, immunditia ponitur ꝓ luxuria contra naturam, impudicitia autẽ est quæ fit cum liberis à viro: vnde videtur ad stuprum pertinere. Vel etiã potest dici quòd impudicitia pertinet ad quosdã actus circunstantes actum venereum, sicut sũt oscula, tactus, & alia huiusmodi.

¶Ad sextum dicendum, quòd luxuria sumitur ibidem pro quacunque superfluitate, vt glossa ibidem dicit.

¶Ad horum euidentiam dicitur, quòd non solum est verum quod Autor dicit in litera, scilicet quòd peccatũ cõiugati cũ sua vxore non est secundum materiã, sed circũstãtias, quæ, vt sic, non dant speciẽ, & ideo secundũ huiusmodi peccata non ponũtur species luxuriæ, s. secundum differentiam actus consummati, vt expositũ est. (In cor. ar. & 1. 2. quæst. 18.) Sed etiã verũ est quod ego addidi, s. quòd reliquæ luxuriæ species non sunt ex suo genere mortale peccatum. Sed vtrũque oportet sanè intelligere. Dictũ siquidem Autoris intelligendũ est de peccato non quocunq;, sed luxuriæ & coniugati, vt sic, hoc est actum matrimonialem exercentis. Et rursus loquitur de coniugato, non de coniugato tali, puta impedito, prohibito, & huiusmodi, sic nanque est sermo formalis. Dictum autem meum intelligo de reliquis speciebus luxuriæ, quatenus infrà solum luxuriæ genus sunt, & non quatenus luxuria ad alia vitia trahitur, vel aliis vitiis est annexa venerea, sed etiam bona opera ex cõnexione vel appositione aliorum vitiorum mortalia peccata fiunt, vt patet, si quidam daret eleemosynam, ponendo in ea vltimum finem, seu in contemptum Dei. Hæc enim cõmunia sunt bonis & malis, & in omni materia subintelliguntur. Nos autẽ de propriis cõstitutiuis specierũ luxuriæ tractamus. Et de illis infrà hoc genus quod quasi pro vno genere computatur, sistẽdo dicimus quòd nullum apparet mortale peccatum nisi suprà dicta sex, & quæ ad ea reducuntur.

¶Ad singula autem obiecta sigillatim descendẽdo dicitur, quòd in primo casu, cùm s. vir extra vas naturale seminat, proculdubio peccatum est ex parte materiæ partialis, & ideo spectat ad vnam istarum sex specierum, s. peccatum contra naturam. Et hoc siue in toto actu vtatur vxore extra vas naturale, siue in fine tantùm, vt filij Iudæ abutebantur Thamar, siue seminando intra vas naturale, detur opera vt non sequatur conceptio, aut ex parte viri aut ex parte fœminæ, quacunque id arte vel industria fiat, quoniã tũc ex intentione seminatio impeditur à naturali suo fine. Et parũ differt à procuratione ꝙ seminetur totaliter extra vas naturale. Differt enim secũdum differentiã magis & minus. Et propterea ad eandem speciem spectat, & est peccatũ mortale ex suo genere, quia ex intentione contrariatur fini naturali cõcubitus. Nec hoc contradicit literæ, quia tale peccatũ non est cõiugati, vt sic, cũ vxore, quoniã non est vxor eius ad huiusmodi vsum. Autor aũt de peccato coniugati formaliter loquitur. Ad secundum dicitur eodem modo, ꝙ huiusmodi peccatum est peccatũ contra naturã, quod vocatur mollities, & non est coniugatorũ vt sic. Ad tertium & quartum simul dicitur, quòd Autor loquitur de coniugato, & non semicõiugato quo ad actus, qualis est tã habens votũ qui cõmittit sacrilegiũ petendo debitũ, quàm affinis prius, qui similiter committit incestum petendo debitũ. Et simile est de aliis prohibitis. Sũt enim semicõiugati quo ad actum. Et licet possit per hoc responderi ad quintum, quod s. maritus vxoris publicæ adulteræ est semimaritus propter scandalum annexum, quoniã patronus turpitudinis fit cognoscendo eã, aliter tamen potest dici, quòd maritus non peccat cognoscendo talem peccato propriæ luxuriæ, de quo sermo est, sed peccato alieni adulterij fouendo illud, & scandali & inæquitatis in omittẽdo debitam correctionem vxoris per subtractionem actus coniugij, & alia remedia iuxta iuris dispositionem. De hac tamen materia, si vxor innocens excusatur à peccato, si vir est publicus concubinarius, habes in quodlibeto nostro secũdo diffusè quæstionẽ vnam. Ad sexti primũ casum dicitur, quòd negare debitum vxori non est peccatum luxuriæ, sed iniustitiæ fugientis potius luxuriam. Autor autem, vt iam dictum est, de peccato luxuriæ loquitur.

¶Ad secundum verò casum, s. si vir non negat coitum, sed seminationẽ, dicitur quòd huiusmodi peccatũ iniustitiæ quoque est, quia maritus nõ solũ tenetur ad coitum, sed semen, quoniã tenetur ad coitũ, ex quo secundũ se possit sequi generatio. Constat autem quòd ex coitu sine semine non potest sequi generatio. Et sicut peccat mortaliter maritus, negãdo debitũ totaliter, ita peccat mortaliter negando debitum quo ad semen propter eandem rationem. Sed quid si vxor non curat de semine, tũc cum cesset ratio debiti, solũ peccatũ luxuriæ remanet in cõiugibus cõmistis absq; seminatione viri. Ad hoc dicitur, ꝙ quia talis coniugum cõmistio, reductiue spectat ad peccatum contra naturã, quia est ibi consummatus coitus fœminæ, ex quo non potest sequi generatio. Dicitur enim in litera, ꝙ omnis actus venereus ex quo non potest sequi generatio, spectat ad vitium contra naturã: ideo talis cõmistio non conuenit coniugatis, vt coniugati sunt, sed quemadmodũ viro seminante extra vas debitum, peccatur contra naturã, quia materia partialis contrariatur naturæ, ita fœmina seminante absq; commistione cũ virili semine, peccatur contra naturam, quia partiale obiectũ naturale volũtariè omittitur, s. semen virile. Secus autem esset si vir ex impotẽtia tẽporali non seminaret, concumbens cũ spe, & conatu ad seminandũ, sicut accidit cuidã, q ex prima vxore genuerat, & cũ secũda concũbens non poterat seminare per multos annos. Hic enim ex cõsilio bonorum cõtinue sic reddens debitũ, tandẽ post sex annos genuit ex illa. Et reuera non peccauit, quoniã semper actũ naturalem consũmmare intendebat.

¶Ad primum autem obiectorũ circa peccata coniugatorum ex parte circunstantiarum dicitur, quòd actus matrimonij in loco sacro, ad speciem sacrilegij transit, & non constituit nouam luxuriæ speciem.

¶Ad secundum de modo, dicitur quòd modus ex quo potest sequi generatio, de quo solo est sermo, faciẽs de non peccato peccatũ, constituit nouã speciem luxuriæ, sed ex suo genere venialẽ. Et ego nullum hacten⁹ legi aut audiui modũ consummati actus in vase debito, ex quo non possit sequi generatio. Sed nec rationẽ intellexi vllã, nisi ꝙ quidam dicũt ꝙ mulier non est vxor ad tales actus, sed naturali modo tantùm, & ꝙ variatur ritus sacramenti matrimonij. Sed hæc facilè excludũtur, dicendo quòd vxor est vxor ad omnẽ actũ, ex quo potest sequi generatio. Ex quo non dat tantã latitudinẽ in huiusmodi actib⁹, quãuis vnus sit principalis. Vel dicendo ꝙ isti modi sunt accidentaliter præternaturales, quia non cõtrariantur fini. Et propterea sunt venialia tantũ peccata, si sine necessitate fiãt. Nec mutatur ritus sacramenti, qui nullus est, sed modi actus, qui est officiũ naturæ, variãtur. Ritus siquidẽ sacramenti ab Ecclesia constituitur, sicut & sacramentum, non à natura. Imò & ratio & experientia in oppositum videtur. Ratio quidẽ, quia semen non intrat matricẽ per modũ descensus aut proiectionis, sed attractionis. Et ideo potest attrahi etiã muliere supergrediente. Experientia verò, quoniã à fide digna crebro generante, & cõtinuo variis modis à viro se cognosci patiente, ꝑcepi ꝙ ex his modis non impediebatur concipere, experientia, inquit, testor. Dixit tamen quòd videbatur sibi tũc maximè à conceptione elongari, quando supergredi eam oportebat, verum tamen nec tũc impediri, sed suscipere se semen aiebat nõ impedita. Possẽt tñ dici ꝙ intẽtio Autoris hic est, ꝙ peccatum cõiugati non constituit speciẽ luxuriæ ex materia. Reduci tamen potest ad sex dictas, & quòd peccatum secundũ modũ innaturalẽ reducitur ad peccatum contra naturam, iuxta vltima verba articuli duodecimi istius quæstionis.

¶Ad secundum dicitur, ꝙ actus matrimonij causans abortum trãsit in homicidiũ. Causans verò prolẽ infectã aut mõstruosam, si peccatũ est, in iniustitiã transit seu impietatem, qua sanguine iunctis debitũ exhibemus. Dixi autẽ si peccatum est, quia in leprosis non est peccatũ, & similiter in mẽstruis innaturalibus. In menstruis autẽ naturalibus, licet scienter petere peccatũ sit propter indispositionẽ naturæ pro tũc ad huiusmodi actũ, mortale tamẽ peccatũ non esse satis constat ex rõne Petri de Palude in 32. dist. 4. Sententiarũ, quia s. accedere ad vxorẽ geniturã prolem infectam non est ex suo genere malũ moris, alioquin nunquã esset licitũ. Quod patet esse falsum in leprosis. Nulla autem ex menstruis naturalibus circunstantia aut conditio adiungitur aggrauans in infinitum. ergo &c. Similiter actus matrimonij causans notabile damnum in propria persona, in odij proprij speciem transit, quando peccatum est. Quod ideo dico, quia si sanus, aut sana coniux non curat periculum infectionis propriæ ex contagione propter amorem coniugis, non solũ à peccato excusatur, sed si ex charitate facit, meretur. Videmus quotidie nostris temporibus coniuges non se deserere quo ad torum & habitationẽ, propter tam grande malum & contagiosum, quale est malũ vulgariter appellatum Gallicum. Extrà quoque de coniugio leprosorum, Alexander tertius dicit, quòd nulla in hoc casu exceptio inuenitur à generali præcepto debiti coniugalis reddendi.

¶Ad quartum dicitur, quòd quia peccatum ex fine transfert actum in speciem illius finis, & non in speciem illius generis, in quo est actus, ideo actus matrimonij deordinatus ex ratione finis appositi, non constituitur in specie luxuriæ, nisi finis ille ad luxuriam spectet. Et nisi spectet ad aliquam dictarum sex specierum, semper est veniale, quantum est ex parte actus. Cùm enim quis cognoscit coniugem ob solam veneream delectationem, ad luxuriæ speciem venialem ex fine spectat. Cùm cognoscit eam vt fratricidium aut adulterium committat, ad homicidium vel adulterium ex fine trahitur. Similiter cùm quis cognoscit vxorem, ita vt si non esset sua, aut si esset alterius, vteretur ea, ad fornicationem in primo, & adulterium in secundo transit. Quando ergo in contemptum Dei vtitur matrimonio, in odium Dei similiter transit. Quando autem coniux in delectatione coniugalis actus vltimum sibi finem constituit, proculdubio mortaliter peccat & in genere luxuriæ: sicut ponens vltimum suum finem in gloria humana, peccat mortaliter peccato inanis gloriæ. Sed quoniam peccatum hoc luxuriæ non ex parte actus, sed ex parte affectus interioris se tenet, ideo hæc veritas nihil obstat doctrinæ præsenti, quæ de speciebus ex parte actus exterioris & circunstantiarum ipsius actus exterioris secundũ se tractat. Et per hoc patet solutio omniũ obiectorum ex parte finis istius vel illius coniugis, sic vel sic affecti in hoc vel illo casu. Nam siue peccatũ coniugis in illo casu sit in genere luxuriæ directè, puta si motiuũ fuit delectatio venerea in actu coniugij, siue quodcunque aliud, sat est quòd peccatum non ex parte actus, nec circunstantiæ actus secundum se est peccatum mortale, sed ex affectu inordinato coniugis in tali casu, puta, periclitãtis patriæ, & huiusmodi, &c. Et semper annectitur tali peccato, alterius vitij deformitas, puta, odij diuini, quoniam delectatio venerei actus annectitur vt finis vltimus, vel impietatis, cùm debita patriæ subuentio propterea omittitur, & sic de aliis. Et nihilominus ponere finem vltimũ in delectatione actus coniugij, peccatum est ex circunstantia appositi finis, qui non est finis secundũ veritatẽ talis actus. Et reducitur huiusmodi peccatũ ad speciem adulterij, quia in iniuriam coniugalis actus ordinatio ipsius in delectationẽ, vt finem vltimũ, fit. Vnde nullũ relinquitur peccatum mortale luxuriæ, infra limites luxuriæ, quod non ad aliquã assignatarum specierum reducatur.

¶Ad quintũ dicitur, quòd oscula, & tactus coniugatorũ, aut non sunt peccata, aut sunt venialia, aut si sunt mortalia, sunt circunstantiæ reductæ ad aliquã dictarum sex specierum, & præcipuè mollitiei, vt in proprio de his articulo dicetur. Et hæc responsio communis fit omnibus peccatis luxuriæ ex circunstantiis in coniugatis. Et sic optimè stat doctrina literæ solida, vt patet ex dictis. Sed quãdo impudicitia est peccatũ mortale, & quãdo non, inferius patebit. Nũc autẽ sat est nosse quod inter circunstantias actus, computãtur impudicitiæ osculorum & huiusmodi, vt in responsione ad quintum in litera habes.

¶In eodem primo articulo in responsione ad secundũ, nota quòd quia adulterium significat duas deformitates, alteram in genere luxuriæ, alteram in genere iniustitiæ, & ambæ determinant actum concubitus naturalis, & altera alteram contrahit. Nam luxuria contracta per iniuriam mariti ascendit ad adulterium. Et similiter iniustitia contracta per concubitum cum coniuge alterius, descendit ad adulterium: ideo ex eis nec propriè consurgit vna species, nec apparet quid sit in adulterio formale, & quid materiale. Perspicaciter tamen intuentibus innotescit, & quòd sub duobus generibus ponitur ratione diuersorum, vt in litera dicitur, & quòd communiter in perpetratione adulterij iniustitia se habet materialiter & luxuria formaliter, quia formale ex parte finis se tenet, materiale autem ex parte eius quod est ad finem. Constat autem quòd finis adulterij communiter est delectatio venerea, & quòd propter illã non curat iniustitiæ crimen incurrere. Et ideo adulteriũ absolutè ponitur species luxuriæ, vt pote formaliter ad luxuriam spectans, & ad luxuriã trahens iniustitiam, quæ, vt in litera dicitur, non omnino per accidens se habet ad illam, quia ex magnitudine luxuriæ procedit iniustitia: dum intantum quis ardet venereo amore alicuius personæ, vt non curet de alterius iure. Et hoc quod de adulterio dictum est, intellige de stupro, & raptu, quoniam idem est in eis iudicium de iniuria, quam importãt in actu luxuriæ.

¶Super

¶Super Quæstionis centesimæquinquagesimæ quartæ Articulum secundum.

ARTICVLVS II.

¶Vtrũ fornicatio simplex sit peccatũ mortale.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ fornicatio simplex non sit peccatum mortale. Ea enim quę simul connumerantur, videntur esse vnius rationis: sed fornicatio connumeratur quibusdam, quæ non sunt peccata mortalia: Dr etiam Act. 15. Abstineatis vos ab immolatis simulacrorũ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. illorũ autẽ vsus non est peccatum mortale, secundũ illud 1. ad Timot. 4. Nihil reiiciendũ est, quod cum gratiarum actione percipitur. Ergo fornicatio non est peccatum mortale.

¶2 Præterea. Nullum mortale peccatum cadit sub præcepto diuino: sed Oseæ 1. ꝑcipitur à Domino, Vade, sume tibi vxorẽ fornicariã, & fac filios fornicationũ. Ergo fornicatio non est peccatum mortale.

¶3 Præterea, Nullum peccatũ mortale in Scriptura sacra absque reprehẽsione cõmemoratur. sed fornicatio simplex commemoratur in Scriptura in antiquis Patribus sine reprehẽsiõe, sicut legitur Gẽ. 16. de Abraham, ꝙ accessit ad Agar ancillam suam. Et infra 30. legitur de Iacob ꝙ accessit ad ancillas vxorum suarũ Balam & Zelpham. Et infra 38. legitur quòd Iudas accessit ad Thamar, quam æstimauit meretricem. Ergo fornicatio simplex nõ est peccatum mortale.

¶4 Præterea, Omne peccatũ mortale contrariatᷣ charitati: sed fornicatio simplex non contrariatur charitati, neque quãtũ ad dilectionem Dei, quia non est directè peccatũ cõtra Deũ: nec etiam quantũ ad dilectionẽ proximi, quia per hoc homo nulli homini facit iniuriam. Ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale.

¶5 Præt. Omne peccatũ mortale ducit in ꝑditionẽ æternã. Hoc autẽ non facit fornicatio simplex: quia sup illud primæ ad Timot. 4. Pietas ad oĩa vtilis est, dicit gl. Ambr*. Omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia & pietate est, quã aliqs sequẽs, si lubricũ carnis patiẽ, sine dubio vapulabit, sed nõ ꝑibit. Ergo fornicatio simplex nõ est peccatũ mortale.

¶6 Præterea, Sicut Aug. dicit in li. de bõ. coniug*. Quod est cibus ad salutẽ corporis, hoc est concubitus ad salutẽ generis: sed nõ omnis inordinatus vsus ciborum est peccatũ mortale. ergo nec omnis inordinatus concubitus, quod maximè videtur de fornicatione simplici, quę minima est inter species enumeratas.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nũquam patiaris crimen scire. Crimen autẽ importat peccatum mortale. Ergo fornicatio, & omnis concubitus qui est præter vxorem, est peccatum mortale.

¶Præterea, Nihil excludit à regno Dei, nisi peccatum mortale. Fornicatio autem excludit, vt patet per Apostolũ ad Galat. 5. vbi præmissa fornicatione & quibusdã aliis vitiis subdit, ꝙ qui talia agũt, regnũ Dei non consequentur. Ergo fornicatio simplex est peccatum mortale.

¶Præterea, In Decretis dicitur 22.q.1.*

IN art. 2. eiusdem q. 154. dubium ex Martino in quæstione tertia, de luxuria occurrit, contra rationem in litera allatam procedẽte multipliciter arguendo & soluendo. Licet, inquit, conclusio sit vera: non tamẽ sufficiẽter videtur probata. (4. di. 41. articu. 4. qõ. 1. cor. princ. Et qõ. 2. cor. & ad 2.) Primo, quia non probat efficaciter nisi de fornicatione meretricia, ad quam non vnus tantum, nec duo, nec tres, sed indifferẽter qui volunt, accedunt. Secundò, quia non probat quòd vagus concubitus masculi sit peccatum mortale, sed tantùm hoc probat de vago concubitu fœminæ: quia ibi non est incertitudo prolis: sicut cùm mulier vagatur cum pluribus, vt patet de concubinis Regum. Solus ergo vagus concubitus fœminæ est, qui directè opponitur educationi prolis. Tertiò, quia adhuc non probatur quòd omnis simplex fornicatio sit peccatum mortale, sed sola illa vnde proles æstimatur, aut dubitaretur verisimiliter generãda. Vnde statim sequitur quòd non probatur coitum meretricium, vbi non solitum est generari, esse peccatum mortale: quia in tali non militat ratio. Quartò, quia non probat de concubitu quòd sit peccatum mortale, cùm talis non sit concubitus vagus, sed determinati ad determinatam: & interdum ad longũ tẽpus, & cum interpositione iuramenti de fide seruanda, de prole educanda, erudiẽda, &c. In tali enim non videtur militare prædicta ratio. Sed respondet, inquit, ad hoc beatus Thomas, quòd id quod cadit sub legis determinatione iudicatur secundum id quod communiter accidit, non secundum id quod in aliquo casu potest accidere. Hæc autem solutio esset probabilis, si ipse iam probasset fornicationem esse lege prohibitam: quod nondum probauit: sed nititur naturali ratione conuincere esse peccatum mortale. Et quum ratio ostenditur manifestè deficere, iam recurrit ad legẽ de qua non fecit adhuc fidẽ. Quintò, quia si sic, sequeretur quòd simplex fornicatio non esset de se mala, sed tantum ratione iniustitiæ: quæ ex ea sequi potest in hoc ꝙ pater non reddit proli debitã naturæ educationẽ & instructionẽ. Et ex hoc sequitur primò, quòd aliqua simplex fornicatio non est peccatum mortale. Patet consequentia de illa fornicatione, ad quã nulla sequitur iniustitia, puta illa ex qua non generatur proles, & illa ex qua genita proles religiosè educatur. Et probatur consequentia per simile, de iactu lapidis vel sagittæ in loco quo facile quis potest lædi. Cõstat enim ꝙ si quis diligenter præuiso quòd nemo lædatur, ita iaciat, non peccat. Licet ergo ex fornicatione nata sit sequi iniuria prolis, si tamen de facto ita præuideatur quòd non sequatur, non erit peccatum. Sequitur secundò, ꝙ fornicatio meretricia erit licita & bona. Et probatur consequentia. Omnis actus conformis legi, rationi rectæ conformi, cuius actus roti culpæ, quæ ex eo communiter euenire potest, per aliam legẽ sufficienter præuisum est, est actus licitus & bonus. Sed lex de meretricibus in ciuitate habendis est rectę rationi conformis, vt patet ex Aug. Tolle meretricem ex Ecclesia, & eam repleas cõcubinis, & adulteriis. Et per aliã legem sufficienter prouisum est, aut prouideri faciliter potest, iniuriæ prolis generandæ: illis autem malis quæ oriuntur ablatione legis meretriciũ, nulla potest lege prouideri: ergo actus conformis legi de meretricio concubitu est licitus, & inculpabilis. Sextò, aut eo ipso aliquid est peccatum mortale, quòd ex eo nata est sequi alterius iniuria: aut quia de facto sequitur. Si secundum, tota ratio nulla est: quoniam ex ea non infertur, quòd omnis fornicatio est mortalis, sed ea tantum quam de facto sequitur iniuria prolis. Nec potest dici primum: quia sic omnes negotiationes ciuiles, actiones fori exterioris, & omnes penè hominum cõmunicationes essent peccata mortalia, quia ex his natæ sunt sequi culpę mortales, fraudes, mendacia, periuria, &c. Sequeretur etiã quòd iurare esset peccatum mortale, quia est periculum casus in frequenti iuratione. Ex his patet ꝙ ratio Thomæ non est sufficiens ad probationem, quòd simplex fornicatio est peccatum mortale.

¶Rursus ibidẽ Martinus, non ideo, inquit, omnis fornicatio simplex est peccatum mortale, quia directè cõmittitur contra vitam hominis nascituri: tum primò, quia multi sunt qui intendunt generare: tum secundò quia multi sunt qui intendunt religiosè educare prolem ex tali concubitu: tum tertiò, quia de mille non inuenitur qui directè, & per se intendat nocumentum prolis: tum quartò, quia lege recta, & conuenienti potest prouideri ne hoc nocumentum vt in pluribus sequatur.

¶Demũ ad tria dicta in litera respondet sigillatim. Primũ est, Fornicatio simplex importat inordinationẽ, quæ vergit in nocumentũ vitę nascituri. Ad hoc respondet negãdo hãc propositionem in politia bene instituta: quoniam huiusmodi politia vitæ nati sufficienter prouidet. Secundũ est, ꝙ fornicatio priuat prolem cura patris, &c. Ad hoc respondet, negando quòd fornicatio rectis legibus regulata, priuet prolem cura patris, aut æquiualenti, & aliis ad eruditionem requisitis, maximè cùm huiusmodi proles raræ sint respectu natorum ex matrimonio. Tertium est, quòd fornicatio seu vagus concubitus tolleret certitudinem prolis. Ad hoc respondetur: tum quia potest institui lex, per quam erit certitudo sufficiens ad educationem prolis: tum quia si mulier illa paucis se communicet, erit facilis certitudo: si multis, erit rara proles.

¶Ad euidentiam horũ non oportet noua fundamẽta iacere, sed super literæ fundamenta hic quidẽ summariè perstricta. In tertio verò cõtra Genti. capitulis 122. & 123. extẽsa tãtæ molẽ sapiẽtiæ naturalis cõstruere. (In comm. in eum locum.) Differẽtia igitur inter per se, & per accidẽs mõstrat & fornicationẽ esse peccatũ mortale, & soluit oẽs difficultates motas. (Cap. 16.) Sume ergo tres propositiones. Prima est, seminatio humana secundũ se ordinatur naturaliter ad generationẽ, educationẽ instructionemque prolis. Hęc facile patet ex natura seminis, & prolis necessitate, secundũ corpus, & secundum animã. Secũda est, quòd omnis seminatio humana ad hoc quòd sit secũdũ rectã rationem oportet quòd habeat secundũ se dictũ ordinem, s. ad generationẽ, educationẽ, & instructionẽ prolis. Ista etiam patet ex eo, quòd actus naturales cũ voluntariè exercentur, oportet quòd ordinẽtur ad finẽ suũ naturalem, alioquin abutimur naturalibus. (Ca. Prædicandum.) Explicatur autẽ ly secundum se propter cõcubitũ cũ vxore vetula, quæ sine culpa est, licet ab hoc ordine deficiat: quia deficit per accidẽs, & nõ per se, ab ordine. Seminatio nãque fit in loco naturali, vnde nata est sequi generatio, &c. sed per accidens, s. ex cõditione istius personæ est, quòd nõ possit sequi generatio. Bonitas enim specifica moralis in actibus naturalibus attẽditur secundũ id quod est per se, & non secundũ ea quæ sunt per accidens. Tertia est, Omnis seminatio naturalis carens ordine dicto, est deformis deformitate priuationis debiti ordinis ad suum naturalem finẽ. Ista euidenter patet. Et ex hoc patet, quòd omnis huiusmodi seminatio non solum est moraliter mala, sed est sic mala quòd est mala moraliter ex propria ratione: quoniã cùm hic sint tres ordine quodã se habentes fines naturales seminationis humanæ, s. generatio, educatio, instructio, & cuiuslibet horum bonorum priuatio sit secundũ se mortale peccatũ: nam instructio tantum bonum est prolis, & adeo debitũ, vt priuare prolem illa proculdubio notabiliter damnificet illam, & sic de aliis: consequens est vt in seminatione humana priuatio ordinis ad quodcunque horum trium constituat ex propria ratione mortale peccatũ, vt pote naturalem delectationem notabili malo offendens. Sub his autẽ propositionibus claris & euidentibus subsumendũ est, quòd fornicatio simplex est concubitus priuatus naturali ordine ad naturalem educationem & instructionem prolis. Et sic patebit conclusio, s. quòd fornicatio simplex secundum naturale ius, est peccatum mortale. Manifestatur autem hæc subsumpta de fornicatione propositio. Concubitus inter personas non naturali vinculo conuenientes, ad educationem, & instructionem prolis, caret naturali ordine ad educationem, & instructionem, sed omnis fornicatio simplex est concubitus inter personas non naturali vinculo deuinctas ad educationem & instructionem: ergo omnis fornicatio simplex caret naturali ordine ad educationem, & instructionem prolis. Dixi in maiorẽ, non naturali vinculo deiunctas, vt explicetur id quod subintelligendum est per se. Nam quòd prouideatur proli de educatione, & instructione, potest contingere dupliciter, scilicet per se & per accidens. Per se quidem prouidetur, quando extrema seminationis, hoc est, pater & mater conueniunt cum naturali ordine ad educationem & instructionem. Tunc autem tantum cum naturali ordine ad hæc conueniunt, quando conueniunt cum naturali vinculo ad hæc. Quoniam naturalis ordo ad hęc non est sine naturali vinculo vtriusque ad illa, vt patet in auibus egentibus vtroque parente ad educationem. Naturale autem vinculum non saluatur in simplici fornicatione, quæ includit oppositum: quia est soluti ad solutam. Alio modo per accidens s. ex aliquo accidentali vinculo vel ordine, puta, si mater sit diues, & habens prudentes instructores, & promittat prouidere proli de omnibus. Hoc enim per accidens conuenit tali seminationi. Per se enim talis concubitus caret ordine ad educationem & instructionem, quia caret naturali ordine ad hæc. Nec per accidens datur sibi naturalis ordo, sed annectitur ordo accidentalis ex conditione personæ talis. Et sic restat seminatio deordinata ordine naturali ad educationem, & instructionem. Ac per hoc, vt ostensum est, omnis fornicatio simplex ex propria ratione est peccatum mortale. Nec obstat vox Durandi in 33. distinctione 4. Sententiarum, dicentis quòd non intelligo hoc, quoniam naturale ius nihil nouit nihilque dicit de morte æterna, à qua peccatum dicitur mortale: quoniã etsi naturalis rõ non

noscat

Universidad de Deusto
Biblioteca

noſcat mortem æternam, quæ eſt pœna peccati mortalis, & à qua vocabulum hoc ſumptum videtur, nouit tamen peccata quæ ſunt contra bonum humanæ generationis, educationis, inſtructionis, & vniuerſaliter dilectionis, quæ ſunt ſecundum ſe digna morte æterna: quãuis non intellexerint relationẽ ad pœnã æternã, & propterea ſicut ſtante huiuſmodi relationis ad pœnam æternam ignorantia, naturalis rõ nouit homicidium, ſodomiã, & huiuſmodi, eſſe peccata illa quæ illuſtrati à Deo vocamus mortalia: ita nouit ſimplicem fornicationem eſſe peccatum quod nos vocamus mortale.

¶ Ad primã ergo obiectionem Martini in oppoſitũ ſ. quòd nõ probat tõ literæ niſi de concubitu meretricio: reſpondetur, quòd probat vniuerſaliter de omni concubitu ſolutorũ: quia in omni ſolutorũ cõcubitu deficit naturalis ordo ad debitã educationẽ, & inſtructionẽ prolis, vt declaratum eſt. Et per hoc patet reſponſio ad ſecũdum: quoniã ratio non fundatur ſuper incertitudine prolis: quamuis hęc etiam annexa ſit tali ſeminationi fm ſe: qa ex quo vterq; eſt ſolut⁹, non eſt ibi naturale vinculũ certitudinis prolis. Poteſt enim cõcubina alteri ſe tradere, cũ ſoluta ſit: quãuis per accidens non ſe tradat. Vnde in litera certitudo ꝓlis affertur pro ſigno ſeu effectu, & non pro principali fundamẽto, vt patet in litera dicẽte: & inde eſt ꝙ naturaliter ineſt maribus ſollicitudo de certitudine prolis, &c. Sed fundatur ratio ſuper defectu naturalis ordinis ad educationem, & inſtructionem, &c. qui inuenitur in vago concubitu ex parte vtriuſque ſexus.

Ex Aug. lib. quæſt. ſuper Deute. q. 37.10. 4.

¶ Ad tertiam dicitur quòd ex omni ſimplici fornicatione, per ſe loquendo, nata eſt ſequi generatio: quamuis per accidens ratione conditionum aliquarum perſonarum non ſequatur. Sed ſpecies moralis actus ex eo quod eſt per ſe, non ex eo quod eſt per accidens, conſideratur.

¶ Ad quartam dicitur, ꝙ reſponſio recitata ſ. quòd in concubitu aliquando inuenitur per accidens prouiſio prolis, ſed hoc non attenditur, ſed id quod eſt per ſe, eſt optima. Nec obſtat inſtantia Martini, ꝙ Autor non probauit fornicationem eſſe prohibitam: quoniam iã optimè probatum eſt eſſe prohibitã lege naturali: & oppoſitum concubitum ſcilicet matrimonialem, determinatum eſſe lege etiã poſitiua, ex eo quòd ad bonũ commune eſt actus ordinatus.

¶ Ad quintam negatur ſequela, ſ. Sequeretur quòd fornicatio ſimplex non eſſet de ſe mala, ſed tantũ ratione iniuſtitiæ quæ ex ea ſequi poteſt. Nam ipſa eſt de ſe mala, quia de ſe importat ſeminationem deordinatã priuatione naturalis ordinis ad talem finem non eſt aliqua iniuſtitia conſequens fornicationem, ſed eſt de ſua ratione. Vnde in litera dicitur, ꝙ fornicatio ſimplex importat inordinationẽ, quæ vergit in nocumentum vitæ eius qui eſt naſcitus. Et non dicitur, ꝙ importat iniuſtitiam cõſequentem, ſed inordinationem præſentem: quæ vergit in nocumentum, &c. Et propterea nulla fornicatio excipitur: quia talis priuatio eſt de ratione omnis fornicationis, licet nulla ſequatur proles per accidens, aut per accidens religioſe proles educetur. Et ad probationẽ conſequentiæ per ſimile de iactu lapidis vel ſagittæ, prouiſo quòd nullus lædatur, iam patet reſponſio ex ipſa diſſimilitudine: quia actui fornicationis per ſe cõuenit priuatio naturalis ordinis ad debitã educationem, & inſtructionẽ: quia ad rationẽ eius ſpectat. Sed iactui lapidis vel ſagittæ non per ſe cõuenit occidere aut percutere, ſed per accidẽs, inquantũ fit improuide. Et propterea ſi auferrtur ly improuide, quod quia accidens eſt, poteſt auferri, tollitur culpa. Sed non põt à ſimplici fornicatione tolli per naturalẽ potentiam illa priuatio quæ per ſe ineſt & propterea non põt tolli illius culpa. Ad id verò ꝙ ſubditur, ſequi ſecundo de concubitu meretricio, ꝙ ſit licitus, quia ſuppletur ꝙ aliã legẽ, dicitur primo, ꝙ ſequela nihil valet: quia non iniuſtitia conſequens fornicationẽ, ſed priuatio ſpectans ad illius rationem, reddit fornicationẽ illicitam: vt patet ex dictis. Et propterea nulla humana lex poteſt à ſimilibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cator nulli determinato proximo facit iniuriã: ergo. Probatur minor: quia si sic, hoc maximè est, vt dicit Thom. quia facit iniuriam homini nascituro. Sed hoc non, quia si facit illi iniuriam fornicando, vel hoc facit quia non generat, vel quia non nutrit nec educat, vel quia illegitimat. Sed non primum, vt patet: nec tertium, quia hoc non spectat ad vitam hominis: nec secundum, quia isti actus non sunt actus fornicationis, seu iniustitiæ à quolibet actu fornicationis distincti. Tertio, quicquid dat alicui actui grauitatem culpæ, illud dat grauitatem culpæ cuicunque actui in quo reperitur: sed esse contra vitam hominis nascituri non dat cœlibatui quancunque grauitatem culpæ, in quo tamen per se, & ex intentione reperitur: ergo non dat actui fornicatorio, in quo etsi reperiatur, non tamẽ per se nec ex intentione. Quartò, supposito quòd fornicatio inferat nocumentum vitæ homini nascituro, arguitur, Fornicatio non tenetur non esse causa huiusmodi nocumenti: fur tenetur non esse causa nocumẽti: ergo. Si dicatur, quòd licet non teneatur non esse causa illius nocumenti, tenetur tamen non esse causa per actũ forniceatorium: ex hoc haberetur intentum, s. quòd hoc quod est agere contra bonum hominis nascituri, non est in se malum, nec dat actui fornicatorio grauitatem: sed contra. Nam cùm quis sine actu fornicatorio vel alio actu culpabili agit contra vitam hominis nascituri: tunc non infert culpabiliter nocumẽtum. Si autem mediante fornicatorio actu, tunc infert culpabiliter. Ergo nocumentum culpabilitatem recipit ab actu, & non ecõtra. Ergo furtum per se, & ex intentione, est in nocumentum proximi: fornicatio non est per se, & ex intentione contra vitam hominis: ergo, &c. Sextò, Furtum nominat actuale damnum proximi cum quo non stat vtilitas proximi. Fornicatio non dicit actuale damnum prolis, cum qua stat vtilitas, s. nutritio & educatio prolis debita conueniens: ergo, &c. Septimò, Furtum nihil penitus includit vtilitatis circa proximum. Simplex fornicatio quoties non cumenta hominis nascituri in educatione, ponit bonum eius esse: ergo, &c. Octauo, Fornicatio simplex non est contra vitam hominis nascituri, nec aufert per se ex intentione ea quæ ad conseruandam & meliorandã vitam spectant: nec intendit per se aliquid, ad quod huiusmodi ablatio necessariò sequatur: ergo ratio Autoris non videtur.

Arist. pre.

Libr. 33. moral. capit. 11.

¶ Ad primum horum negatur sequela. Grauitas nanque maior peccati non attenuatur penes expressionem in Decalogo: vt patet ex eo quòd sodomia est grauius peccatum quàm furtum: & tamen non est expressa in decalogo: furtum autem est expressum.

¶ Ad secundum negatur secunda pars antecedentis: quoniam qui fornicatur, sicut certum & determinatum semen emittit: ita certæ & determinatæ proli iniuriatur. Et quũ contra hoc arguitur, quia si iniuriatur proli, vel quia &c. respondetur quòd nullo illorum modorũ, sed quarto modo, s. quia est actus venereus priuatus debito ordine ad bonum prolis. Talis autẽ actus est actus fornicationis, & non est actus iniustitiæ distinct⁹ ab actu fornicationis, vt patet.

¶ Ad tertiũ dicitur, quòd maior non est vera nisi adiungatur ly eodem modo: ita ꝙ dicatur, Quicquid dat alicui grauitatẽ culpæ, illud eodẽ modo seu sub eadẽ ratione inuenitur in quocũque alio quod dat grauitatem culpæ illi. Sed tunc minor est falsa. Esse enim contra vitam hominis nascituri, vt stat sub deordinata ratione, dat grauitatem culpę, fornicationi, & cuicunq; alteri in quo sic reperitur. Sed non sic reperitur in cælibatu, in quo etiam inuenitur per accidens: quoniam per se cælibatus tendit ad cogitandum quæ Domini sunt.

¶ Ad quartum dicitur, ꝙ fornicator, vt sic, infert nocumentũ proli, inquãtum in se est, & tenetur non esse causa, quia tenetur ad non exercendũ actũ deordinatũ tali priuatione. Respõsio autem quæ ibi recitatur, potest reduci ad bonũ sensum nũc dictũ: & impugnatio nihil valet. Aduertendũ nanq; est ꝙ bona, & mala tã naturæ quàm fortunæ, non faciunt differentiã actuum, & habitũ moraliũ, nisi præintelligãtur ingredi ordinẽ moraliũ. Ordo autem moralis ex habitudine ad rationẽ statuitur: ita quòd huiusmodi bonũ vel malũ, prout cõforme rationi, rectificat actum appetitus tam elicitum quàm imperatũ: vt difforme autem reddit ipsum malum. Malũ ergo humanæ vitæ sumatur, vt conforme rectę rationi, puta, vt pœna debita ab eo qui põt talẽ pœnã infligere, sic actus contra bonum humanæ vitæ est bonus, vt patet cùm iudex interficit latronem. Si verò consideratur, vt difforme rationi: puta, vt illatũ absque rationabili causa, autoritate, &c. sic reddit actũ malũ. Et quia bono humanæ vitæ, vt obiectum est actus venerei, debetur quòd sit intrã actum ab eo secundum se, consequens est quòd omnem actum venereum destitutũ à tali ordine reddit malum: ac per hoc reddit actum fornicationis.

Lib. 2. ca. 35.

¶ Ad quintum negatur secunda pars antecedentis, quoniam fornicatio ꝙ se, & ex intẽtione operis intendit nocumẽtum prolis, quãuis non ex intẽtione operãtis: quia est actus destituꝛus debito ordine ad bonum prolis.

¶ Ad sextum negatur secunda pars antecedentis, loquẽdo per se: quoniã cũ fornicatione non stat per se educatio & instructio debita prolis. Loquendo autem in antecedente per accidẽs, negãda est consequẽtia: ex his quæ sunt per accidẽs non variatur substãtialis grauitas criminis.

¶ Ad septimum negatur consequentia: quoniam bonum quo, quãtum in se est, priuat fornicatio, est maius quàm bonum quo priuatur furtum, quãto educatio, & instructio maior est exterioribus bonis, quæ furto subtrahẽtur: grauitas enim substantialis peccatorum, de qua agitur, pensatur ex obiecto per se, & non ex circunstantiis vtilitatis aut damni adiunctã.

¶ Ad octauum dicitur, quòd, vt sæpe dictum & probatũ est, fornicatio directè & per se ex parte operis intẽdit ad malum educationis, & instructionis, quamuis possit effectus impediri, quod non aufert malitiam suam actui. Et ideo ram ratio quàm conclusio Autoris stat solida. Et tu hinc bene nota, quòd peccata carnis dicuntur minoris culpæ non respectu peccatorum, quibus proximus offenditur in bonis exterioribus, sed respectu spiritualium peccatorum.

Lib. 2. ca. 35.

Vtrum in tactibus, & osculis consistat peccatum mortale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ in tactib⁹, & osculis non consistat peccatum mortale. Apostolus enim ad Ephe. 5. dicit, Fornicatio autẽ & omnis immunditia, & auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos. Subditur autẽ, Aut turpitudo, glosſ. vt in osculis & amplexibus: aut ſtultiloquium, vt blãda verba: aut scurrilitas, quæ à ſtultis curialitas dicitur, id est iocularitas. Postea autem subdit, Hoc enim scitote, intelligentes quòd fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Vbi nõ replicat de turpitudine, sicut nec de ſtultiloquio aut scurrilitate. Ergo ista non sunt peccata mortalia.

Lib. 2. ca. 35.

¶ 2 Præterea, Fornicatio dicitur esse peccatũ mortale ex hoc, quòd per eam impeditur bonum prolis generandæ & educandæ: sed ad hoc nihil operantur oscula & tactus siue amplexus: ergo in iis non contingit esse peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, Illa quę secundũ se sunt peccata mortalia, nunquam possunt bene fieri, sed oscula & tactus, & huiusmodi possunt quandoque fieri absque peccato: ergo nõ sunt secundũ se peccata mortalia.

¶ SED CONTRA. Minus est aspectus libidinosus quàm tactus, amplexus, vel osculum. Sed aspectus libidinosus est peccatum mortale, secũdum illud Matt. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eã, iam mœchatus est in corde suo. Ergo multo magis osculũ libidinosum, & alia huiusmodi sunt peccata mortalia.

¶ Præterea Cypria. ad Pomponiũ de virginitate * dicit, Certe ipse concubitus, ipse amplexus, ipsa confabulatio & osculatio, & coniacentium duorum turpis & fœda dormitio, quantum dedecoris & criminis sit, confitentur. Ergo per prædicta homo fit reus criminis, id est, peccati mortalis.

Lib. 1. Epist. Epist. 11. circa medium.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliquid dicitur esse peccatũ mortale dupliciter. Vno modo, secũdum speciẽ sũã: & hoc modo osculũ, amplexus, vel tactus secundũ suam rationem nõ nominat peccatum mortale. Possunt enim hęc absque libidine fieri, vel propter cõsuetudinem patriæ, vel propter aliquã necessitatem, aut rationabilẽ causam. Alio modo dicitur aliqd esse peccatũ mortale ex sua causa, sicut ille ꝙ dat eleemosynã, vt aliquẽ inducat ad hæresim, mortaliter peccat, propter intentionem corruptã. Dictũ est autẽ suprà * quòd cõsensus in delectationẽ est ꝙ sint peccata mortalia. In qua ꝓpositione causãli nisi includatur illa Minor, s. Oscula, &c. propter delectationem ordinantur ad delectationem cõcubitus, nullus sensus secundũ planã literæ expositionẽ haberetur. Dicẽdo namque, Et ideo cùm ista fiant propter delectationẽ huiusmodi, id est, concubitus ante dictũ: aperte supponit ista ordinari ad delectationem concubitus, vt ad finem. Et confirmatur ex eo, quòd statim subiungitur, Et sic solùm dicuntur libinosa. Constat enim hoc non esse verum nisi comprehendat hæc, vt fiunt quatenus delectabilia secundum tactum, quoniam sic patrata constat claudi sub libidinosis. Ad intelligendũ autem planè literã scito, quòd oscula, &c. dupliciter sumũntur. Primò, absolutè: & sic non significant aliquid inordinatum. Et propterea possunt licitè fieri in signũ beneuolentiæ, iuxta patriæ consuetudinem, vel in signũ pacis, &c. Et sic sumpta excluduntur in literã ab his quæ sunt mala seu peccata mortalia ex sua specie. Alio modo sumuntur vt sunt delectabilia secundũ tactũ. Et sic rursus non important aliquid inordinatum, sicut nec cõcubitus humanus importat aliquid inordinatũ, sed important actus secundũ naturã inordinatos ad concubitũ. Et propterea sequitur in honitate & malitia concubitum, & illius delectationẽ. Et propterea sicut concubitus, si fit ex libidine, est peccatũ, & si ex libidine mortali, puta cum non sua, est mortale, ita huiusmodi actus, si fiãt ex libidine, sunt peccata: & si ex libidine mortali, puta cum non sua, sunt mortalia. Et sicut concubitus ex hoc quòd fit principaliter propter delectationem, fit ex libidine: ita huiusmodi actus cùm fiũt propter delectationem principaliter fiunt ex libidine. Dixi autẽ principaliter, propter oscula cõiugatorum, quæ secundũ naturã ad concubitũ, seu illius delectationẽ ordinantur: quoniã talia sic facta nullũ habent peccatũ, sicut nec concubitus delectabilis eorundẽ peccatum aliquod est. Oportet igitur actus istos, vt delectabiles secundum tactum, ex causa reddi inordinatos, scilicet ex fine. Et cùm finis sit duplex, scilicet operantis, & operis, de fine operis est hic sermo: ita s. vt cùm ista vt delectabilia, quantũ in se est, inordinentur ad finem mortalẽ, sunt mortalia: cùm ad venialẽ, venialia. Et propterea Autor oscula, & huiusmodi, inter peccata mortalia ex sua causa finali collocauit. Et licet exẽplum dederit de causa finali ex parte operantis in eleemosyna propter hæresim, subiunxit tamen in proposito de causa finali quodãmodo ex parte operãtis, & quodammodo ex parte operis. Nam delectatio concubitus, si referatur ad osculũ, &c. absolutè dicit finis ex parte operantis: sed si referatur ad actus istos, vt delectabiles secundũ sensum tactus, sic est finis ex parte operis. Et primũ quidem insirmauit Autor exemplo dato Secundũ autem ex processu subiuncto, in quo clauditur quòd perpetratio horum actuum claudit in se consensum, aut in actũ concubitus, aut in illius delectationem, quia consensus in delectationem horum actuũ, est consensus in id quod secundum se ordinatur in concubitum vel illius delectationem. Et sic cùm ista ordinantur secundum se ad concubitum mortalem, seu illius delectationem, sunt peccata mortalia. Et sic vocantur fieri ex libidine. Et sub his subsũmas, quòd actus isti, vt secundum tactũ delectabiles, cũ non sua, ordinantur secundũ se ad fornicationẽ, vel eius delectationem: cũ consanguinea, ad incestum, & sic de aliis: consequens, est quòd ista sic facta sint peccata mortalia, hic mihi videtur planus literæ sensus concordans cũ verbis Autoris alibi. 5. in quæ. 15. de malo art. 2. o. ad vltimum. Vbi respondendo ad argumentum, quod in hoc articulo ponitur primo loco. s. ex autoritate Apostoli ad Ephesios 5. non replicantis inter mortalia turpitudinem, dicitur quòd oscula, amplexus, & tactus, quia non sunt secundum suam speciem mortalia, sed solum secundum quod consequuntur ad consensus in actum vel delectationem fornicationis, ideo, &c. & explicando dicitur, ꝙ hæc inquantũ ordinãtur in actũ fornicationis, cõsequuntur consensum in fornicationẽ, inquantũ verò ordinãtur in solam delectationem, cõsequuntur consensum in delectationem, qui est peccatũ mortale, & ideo vtroque modo sunt peccata mortalia. Ex quibus apparet quòd consensus in solam delectationem osculorum, tactuum, &c. cùm solutus, includit consensum in delectationem venereum cum soluta, quam delectationẽ cõstat esse delectationẽ

Habetur in lib. de honestate mulierum ca. 2 to. 9.

Lib. 2. ca. 35.

Ibi. 2. ca. 35.

Ibi. 2. ca. 35.

*Ibi

consequentem actum fornicationis,& ideo esset peccatum mortale.

¶ Ad primum ergo dubium dicitur, quòd intentio Autoris est quòd oscula amplexus, &c. quatenus sunt propter solam delectationem tactus cum non sua, sunt peccata mortalia, quia consensus in talem delectationem, est consensus in delectationem fornicationis, quamuis non in opus. Et quum primò obiicitur, quòd Autor non appellat libidinosa nisi quæ ab exercẽte ordinantur ad cõcubitum illicitum, vel eius delectationẽ, dicitur primò, quòd hoc est falsum: qa sufficit ꝙ ex natura operis ordinẽtur ad aliquod horum. Dicitur secũdò, quòd licet ab exercente hæc possit auferri relatio ad concubitum & futuram illius delectationem in exequutione: non tamen potest auferri, quin ipsa quæ tunc consequitur delectatio, sit inchoatio siue pars illius. Et hoc modo per se ordinata ad illam, vt initium seu pars illius,& eiusdem moris cũ illa. Et propterea consentiendo in delectationẽ horum actuũ, consentit in delectationẽ concubitus. Si enim consentiens in delectationẽ fornicationis cogitatæ peccat mortaliter: quãto magis consentiens in delectationem fornicationis inchoatæ, vel rectius loquendo, in delectationem quæ est principium, aut pars delectationis fornicariæ, peccat mortaliter? Et sic vt ex parte operantis eo ipso quòd osculum, amplexum, &c. facit cum soluta propter solam delectationem, ordinat ipsa in delectationem fornicationis, quia ordinat ipsa vt in principiũ, aut partem illius. Et confirmatur, quia non potest aliter intelligi quòd oscula, amplexus, & huiusmodi fiant absque voluntate concubitus propter delectationẽ illius, nisi quia ipsa delectatio in osculis, &c. est aliquid illius delectationis. Ex quo enim ponitur, quòd ille non intendit coitum, & consequenter delectationẽ quæ coitum consequitur, cùm illa non habeatur nisi cogitatione sine actu, non restat alius modus quo oscula & huiusmodi fiant absque voluntate actus propter delectationem mortalem, vt propter finem, nisi quia consensus in delectationem ipsorum osculorum, &c. includit consensum in delectationem concubitus: siue hoc sit vt finis includitur in initio sui, siue vt totum successiuum in parte sua: siue quouis alio modo. Parui siquidẽ refert quouis modo hoc sit. Sat est quòd delectatio istorum actuum est eiusdem rationis cum delectatione concubitus. Et propterea consensus in delectationem horum, etiam absque intentione alia, est consensus in delectationem concubitus. Et sic oscula, & huiusmodi, propter delectationem solam cum non sua, continentur sub ordinatis ab exercente ad delectationem mortalem, &c.

peccati mortalis, est peccatũ mortale, & non solùm cõsensus in actũ. Et ideo cùm fornicatio sit peccatũ mortale, & multo magis aliæ luxuriæ species, cõsequẽs est quod consensus in delectationẽ talis peccati sit pecatũ mortale, & non solum cõsensus in actũ. Et ideo cùm oscula & amplexus huiusmodi ꝓpter delectationem huiusmodi fiant, cõsequens est quòd sint peccata mortalia, & sic solùm dicũtur libidinosa. Vnde huiusmodi secundum qđ libidinosa sunt, sunt peccata mortalia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Apostolus ideo nõ resumit illa tria, qa non habẽt nomen peccati, nisi secundum quòd ordinantur ad præcedentia.

¶ Ad obiectionẽ verò secundã dicitur, quòd in litera non dicitur, quòd cũ ista fiũt propter delectationẽ huiusmodi: sed dicitur, sed cùm fiãt. Cõstat aũt ꝙ inter hæc magna est differentia, quia si diceret, cum fiũt, distingueret ꝙ quãdoque fierent propter delectationem huiusmodi, & quandoque non. Dicendo, cum fiunt, affirmat quòd fiunt propter huiusmodi delectationem.

¶ Ad tertiam autẽ obiectionem dicitur, quòd aliud est dicere, oscula, amplexus, &c. sunt mortalia peccata ex suo genere: & aliud est dicere, oscula propter delectationem cum non sua sunt ex suo genere mortalia peccata. In litera negatur primum, probatur secundum: quod coincidit cum hoc, s. quòd oscula libidinosa seu ex libidine sunt mortalia.

¶ Ad obiectionem quoque in oppositum, quia non vsquequaque claudit venam, iam patet quid dicendum, quòd s. loquendo de osculis, &c. absolutè, sic ex sola intentione operantis sunt mala. Loquendo autẽ de osculis causa delectationis sic ex fine operis, s. ex concubitus illiciti delectatione, quam includunt, sunt mortalia. Et propterea opus fuit labore quæstionis.

¶ Ad secundum autẽ dubium iam patet ex dictis respõsio, quòd s. oscula, amplexus, & tactus, cum non sua, in sola delectatione sistendo, sunt peccata mortalia. Et ad primam Martini obiectionem dicitur, ꝙ delectatio ista prohibita simul intelligitur cũ prohibitione delectationis illiciti coitus, quoniã eiusdem moris est cum illa, vtpote illius secundum naturam circũstantiæ initiũ, pars.

¶ Ad secundum dicitur, ꝙ autoritas Autoris in nullo obstat, quia loquitur de osculis, &c. absolutè. Et ẽt, quia etiã ista, vt sunt peccata mortalia, non sunt alterius speciei quàm illa alia enumerata, s. fornicatio, immunditia, & similia. Et ꝓpterea replicatis istis intelligitur replicata turpitudo, inquantũ est mortalis.

¶ Ad tertium dicitur, quòd autoritas Domini adiuuat quo ad hoc, quia plus est cum consensu experiri delectationem veneream inchoatiuè cum non sua, aut aliena, quàm videre illam ad concupiscendum, quando tactus plus ad luxuriam spectat quàm visus. Cypriani quoque autoritas apertè proposito fauere videtur: quia de amplexu sine voluntate operis loquitur. Et glos. dicens quòd confitetur crimen non existens, sed præsumptum, voluntaria est, & eadem facilitate contemnitur, qua dicitur.

¶ Ad quartum videtur quòd consequentia literæ non integrè recitatur: quoniam in litera additur ly huiusmodi. Vnde dicitur, Et ideo cum oscula & amplexus huiusmodi, id est, inter personas illegitimas, inter quas sunt species luxuriæ, fiant propter delectationem huiusmodi, s. illiciti coitus. Hæc autem consequentia optimè valet.

¶ Ad quintam, quam ergo addidi, dicitur quòd licet oscula, &c. sint antecedentia actum fornicationis & delectationis eius secundum suam consummationem, sunt tamen consequentia consensum in delectationem inchoatam, ita quòd non possunt habere proprios consensus distinctos à consensibus in delectationem, vel opus: sed, vt dictum est, consensus in ipsorum amplexuum delectationem, est consensus in delectationem illiciti coitus.

¶ In responsione ad secundum eiusdem artic. 4. aduerte quòd sicut delectatio morosa est peccatũ mortale, non quia sit contra bonũ generationis humanæ directè, sed quia procedit ex eodem motiuo obiecto, scilicet ex quo procedit concubitus contra bonum humanũ, puta fornicatio, adulterium, &c. Delectatio nanque de fornicatione sequitur naturam fornicationis, & delectatio adulterij sequitur naturam adulterij, &c. quas luxuriæ species cõstat ex obiectis specificari, & propterea sicut delectatio morosa reductiuè spectat ad species luxuriæ quæ sunt contra bonum humanum: ita delectatio in osculis, amplexibus, &c. etsi non sit directè contra bonum humanũ, quia tamen reductiuè spectat ad dictas luxuriæ species, quæ sunt contra bonũ humanũ, ideo est peccatũ mortale, sicut species ad quam spectat. Et quia libido est naturalis radix specierũ luxuriæ (ante omnẽ enim speciẽ luxuriꝗ dicunt homines vtriusq; sexus cõmuniter, & vt in pluribus ex libidine, & ex libidine ꝓcedũt oscula, amplexus &c. propter delectationẽ, &c.) ideo Autor ex libidine radicãte species luxuriæ reddit rationem quare huiusmodi delectatio est peccatũ mortale. Et simile est ac si de delectatione morosa libidinẽ pro causa mortalis peccati quis assignaret. Interpretanda sunt quippe verba hmõi de libidine vt radicante species luxuriꝗ. Talis nanq; libido est mortalis. Et ex tali procedũt tã delectationes morosꝗ, quàm osculorũ & tactuũ, quæ dicuntur peccata mortalia. 3. q. 80. art. 7. cor. Et 4. dis. 8. ar. 4. q. 1. ad 3. & q. 2. per to. Et opu. 64. c. 16. Ex quibus patet quòd non solum oscula coniugatorum propter delectationẽ, sed etiã sponsarũ per verba de præsenti, excusantur à mortali peccato, eo quod secundum se ordinantur ad concubitũ coniugalẽ & illius delectationẽ, quãuis per accidẽs tũc nõ circũstent cõiugalẽ concubitũ: puta, quia nolunt vltra progredi. Nec obstat sponsis de præsenti, quòd consuetũ est alicubi expectare benedictionẽ ante concubitũ coniugalem, quoniam hoc per accidens se habet ad naturã actuum in se: sed sponsis de futuro obstat quòd adhuc possunt dissolui. Videtur autẽ quòd sicut spõsalitium inchoatio quædam est coniugij: ita huiusmodi actus, inchoatio quędam est carnalis copulę. Et quemadmodum concessum est, vt inter sponsalia suspirent se inuicem, iuxta illud August. Ne vilem habeat maritus oblatam, quam non suspirauit sponsus dilatam: ita concessa videntur huiusmodi oscula inter eosdem, secundum indulgentiam tamen, qua venialia conceduntur. Et nisi vt huiusmodi inchoationes permissæ venialiter in ordine ad promissas nuptias excusentur, nescio excusare sponsorum de futuro propter delectationem, &c. oscula, amplexus, &c. De osculis autem & amplexibus inter eos ad beneuolentię & familiaritatis signa, non loquor: quia licita proculdubio sunt, excusatũrque sponsa credens sponsum beneuolẽtię causa ea facere, quæ honestas morum admittit fieri pro beneuolentia. Secus autem de tactibus impudicis, quos non oportet exprimere. Habes quoque ex his quòd tactus qui in choreis leuitatis causa fiunt, vt cùm iuuenis digitos mulieris non suæ intorquet, huiusmodi, cùm non delectationis illius, quæ ex tactu est (quam diximus ex libidine appeti) causa fiant, non sunt peccata mortalia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd oscula & tactus, quamuis secundum se non impediant bonum prolis humanæ, procedunt tamen ex libidine, quæ est radix huiusmodi impedimenti, & ex hoc habent rationem peccati mortalis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa cõcludit, quòd huiusmodi non sunt peccatã secundum suam speciem.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum pollutio nocturna sit peccatum.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd nocturna pollutio sit peccatum. Meritum enim & demeritum habent fieri circa idem: sed dor-

¶ Circa huiusmodi tactus dubium occurrit, an mulier sciens se tangi ab alio mala intentione & non consentiens, peccet non retrahendo se, cùm non potest sine scandalo se retrahere. Et est ratio dubij, quia hinc apparet quòd peccet mortaliter, tenendo corpus suũ in contactu quem scit libidinosum & perniciosum ex parte illius qui eam tãgit. Scriptum est enim ad Rom. 1. quòd digni sunt morte non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus. Hæc autem mulier in tali casu, etsi non consentit absolutè, consentit tamen omnibus consideratis: quia scilicet mauult se tangi quàm se retrahere. Et ideo videtur voluntariè tangi, sicut voluntarium est proiicere merces in mare tempore tempestatis. In oppositum autem est, quia sicut mulier sciens se videri ad concupiscentiam pessimam ab aliquo, non tenetur inde recedere & subtrahere se tali aspectui, sed satis est quòd non consentiat, ita si inuita tangatur satis est quòd non consentiat, & cùm commodè potest se subtrahat.

¶ Ad huius dubij euidentiam distinguendum est, quòd tactus humani sunt in duplici differentia, quidam sunt tanquam ex suo genere venerei, vt actus pudendarum, oscula furtiua, & si quid est eiusmodi: quidam sunt non solùm ex suo genere non venerei, sed liciti coram omnibus, vt tactus manus, oscula obuiantis, secundum patriæ morem, confessio consanguineorum & huiusmodi. Inter quos hæc est differentia, quando vtrique fiunt ex libidine ab altero tantum, quòd primi tactus deformitatem suam in exteriori actu manifestam deferunt, ac per hoc tanquam mali ex suo genere censentur. Secundi autem tactus nullam in actu exteriori deformitatem ostendunt, sed solùm sciens hæc fieri ex libidinosa intentione nouit deformitatem eorum, & ideo tanquam non mali ex genere censentur. Ex hac autem differentia oritur, quòd mulier primos tactus nullo pacto sustinere debet, quantũcunque secreto fiant, aliis non discernentibus, sicut nec sustinere debet quòd ille in aliqua corporis parte, etiam sic secreto, abutatur ea, sed debet omnino se subtrahere. Et si aliud non posset, cum Susanna clamare. Vnde scriptum est, quòd virgo in ciuitate oppressa, rea est mortis, quia non clamauit, quum posset se clamore tueri. Nihil enim aliud esset non subtrahere se ab istis actibus exterius impudicis, quàm malle illos, quàm recedere seu clamare, quod constat esse mortale peccatum & voluntarium, sicut proiectio mercis in mare. Secundos autem tactus non tenetur mulier de necessitate euitare, quoniam sustinendo actus exteriores, nihil mali sustinet. Et consentiendo actibus exterioribus, nulli malo consentit: sed cõsentit operi bono vel non malo, qđ ille libidinosus ex mala intentione ordinat ad malũ. Verbi gratia: Reuertitur consobrinus mulieris, & de more osculatus est eã. Licet illa sciat ꝙ iste ex libidine osculabitur eam, non tenetur tamen aduenientem repellere coram aliis ab osculo licito, nec consentiendo tali osculo, libidini illius, qui ex mala intentione illud facit, se sociat, sed bono moris, quo ille abutitur in corde suo, & vnde accipit scandali occasionem non sibi datã. Et ex hac ratione excusatur mulier quæ non omittit itinera, aut opera sua, in loco vbi scit se videri ad concupiscentiam. Cõsentiendo siquidem, quòd videatur, ex hoc ꝙ transit per loca in quib⁹ sic videtur nulli malo consentit, sed alij videndo apponunt libidinẽ suã visioni, quæ licita de se est & communis. Et per hæc patet responsio ad quæsitum, & obiecta.

¶ *Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæquartæ Articulum quintum.*

IN articulo quinto eiusdem quæstionis centesimęquinquagesimæquartę, aduerte titulum, quòd nomine nocturnæ pollutionis intelligit autor pollutionem in somno, quam appellauit nocturnã, quia somnus cõmuniter fit nocte.

¶ Circa

¶ Circa conclusionem principalem, scilicet, Pollutio nocturna nunquam est peccatum, sed quandoque est sequela peccati præcedentis, dubium occurrit, quo ad primam eius partem: tum quia dormiens ideo, vt vel ex somno, aut somnio, aut situ tali dormientis sequatur pollutio, non solùm peccat antequam dormiat, sed in ipsa subsequente pollutione: cùm pollutio illa sit voluntaria, & procurata mediante somno: tum quia pollutio nocturna affectata in vigilia, est peccatum, & non solùm sequela peccati. Probatur, quia est voluntaria in sua causa, ita quòd potest & debet homo causam huiusmodi prohibere. Nisi enim huiusmodi voluntaria sint peccata, perit doctrina de voluntario indirectè, quod imputatur agenti.

miens potest mereri, sicut patet de Salomone, qui dormiens à Domino donum sapientiæ impetrauit, vt dicitur. 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. Ergo in dormiendo potest aliquis demereri: & ita videtur quòd nocturna pollutio sit peccatum.

¶ 2 Præterea, Quicunque habet vsum rationis potest peccare: sed in dormiendo aliquis habet vsum rationis, quia frequẽter aliquis in somnis ratiocinatur, & præeligit vnum alteri, consentiens vel dissentiens: ergo in dormiendo potest aliquis peccare. Et ita propter somnum nocturna pollutio non impeditur quin sit peccatum, cùm ex genere act⁹ sit peccatum.

¶ 3 Præterea, Frustra increpatur & instruitur qui non potest vti, vel agere secundũ rationem, vel cõtra rationem: sed homo in somnis instruitur à Deo & increpatur secundũ illud Iob. 33. Per somnium in visione nocturna, qñ sopor solet occupare hoĩes, tũc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina. Ergo in somnis potest aliquis agere secundum rationem, vel contra rationem, quod est bene agere vel peccare. Et sic videtur quòd nocturna pollutio sit peccatum.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustinus dicit 12. super Genes. ad literã. * cap. 15. Ipsa phantasia, quæ fit in cogitatione sermocinãtis, cùm expressa fuerit in visione somniantis, vt inter illam & veram coniũctionem corporum non discernatur, continuè mouet caro, & sequit quod eũ motũ sequi solet cũ hoc tã sine peccato fiat, quàm sine peccato à vigilãtibus dicitur, quod vt diceret sine dubio cogitatũ est.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ nocturna pollutio dupliciter põt cõsiderari. Vno modo, secundũ se. Et hoc mõ non habet rationem peccati. Omne enim peccatum ddepẽdet ex iudicio rationis: quia etiã primus motus sensualitatis nõ habet ꝙ sit peccatum, nisi inquantũ iudicio rationis reprimi potest: & ideo sublato iudicio rõnis, tollitur rõ peccati. In dormiendo autẽ ratio non habet liberum iudiciũ. Nullus enim est dormiens, qui non intendat aliquibus similitudinibus phantasmatũ, velut rebus ipsis, vt patet ex his quę in primo * dicta sunt. Et iõ id quod agit hõ dormiẽs qui nõ habet liberũ iudiciũ rationis, nõ imputatur ei ad culpã, sicut nec illud, quod agit furiosus aut amens. Alio mõ põt cõsiderari nocturna pollutio per cõparationẽ ad suã causã, quæ potest esse triplex. Vna quidẽ corporalis. Cùm enim humor seminalis superabundat in corpore, vel cùm facta est humoris resolutio, vel per nimiam calefactionem corporis, vel ꝑ quamcunque aliã cõmotionẽ, somniat dormiẽs ea, quæ pertinẽt ad expulsionẽ huiusmodi humoris abũdantis, vel resoluti, sicut ẽt cõtingit, quãdo natura grauatur ex aliqua alia superfluitate: ita quod quãdoque formãtur in imaginatione phantasmata pertinẽtia ad emissionẽ taliũ superfluitatũ. Si igitur superabundantia talis humoris sit ex causa culpabili, puta, cùm ex superfluitate cibi, vel potus, tũc nocturna pollutio habet rationẽ culpæ ex sua causa. Si autem superabundantia vel resolutio talis humoris nõ sit ex aliqua causa culpabili, tunc nocturna pollutio non est culpabilis, nec in se, nec in sua causa. Alia verò causa nocturnæ pollutionis potest esse animalis interior: puta, cùm ex cogitatione præcedẽti contingit aliquẽ dormientẽ pollui. Cogitatio autem quæ in vigilia præcessit, quãdoque est purè speculatiua: puta, cũ aliquis causa disputatiõis cogitat de peccatis carnalibus. Quandoq; aũt est cũ aliqua affectione, vel concupiscentiæ, vel horroris Contingit. autẽ magis pollutio nocturna ex cogitatione carnalium vitiorum, quæ sunt cum concupiscentia taliũ delectationũ, quia ex hoc remanet quoddam vestigiũ & inclinatio in anima: ita quòd dormiẽs facilius inducitur in sua imaginatione ad assentiẽdũ actibus, ex q-bus sequitur pollutio Et secundum hoc Philosophus dicit in primo Ethicorũ, * quòd inquantũ paulatim pertraseũt quidam motus à vigilantibus ad dormiẽtes, meliora sunt phantasmata studiosorum quàm quorũlibet. Et Augustinus dicit 12. super Genes. ad literã * quod propter bonam animæ affectionẽ, quædam eius merita etiam in somnis clarent. Et sic patet, ꝙ nocturna pollutio habet rationẽ culpę ex parte suæ causæ. Quandoque tamẽ cõtingit ꝙ ex præcedẽti cogitatione carnalium actuum, etiam speculatiua, vel si sit cum horrore, sequitur in somnis pollutio. Et tunc non habet rationẽ culpæ, nec in se, nec in sua causa. Tertia verò causa est spiritualis extrinseca, puta, cũ ex operatione dæmonis cõmouentur phantasmata dormiẽtis in ordine ad talẽ effectũ. Et hoc quidem quãdoque est cũ peccato præcedenti, scilicet negligẽtia præparandi se contra dæmonis illusiones Vnde & in sero cantatur. Hostẽmque nostrum cõprime, ne polluantur corpora. Quandoque verò est absque omni culpa hominis ex sola nequitia dæmonis. Sicut in collationibus Patrum * legitur de quodam qui semper in diebus festiuis pollutionẽ nocturnam patiebatur, hoc diabolo procurante, vt impediretur à sacra communione. Sic igitur patet quòd nocturna pollutio nunquã est peccatum, sed quandoque est sequela peccati præcedentis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Salomon non meruit in dormiendo sapientiam à Deo, sed fuit signum præcedentis desiderij, propter quod dicitur talis petitio Deo placuisse. vt Augustin⁹ dicit 12. super Genes. ad literam. *

¶ Ad secundum dicendũ, quòd secundũ quod vires sensitiuę interiores magis vel minus opprimuntur à somno propter vaporis turbulentiam, vel puritatẽ: secũdũ hoc vsus rationis magis vel minus impeditur in dormiẽdo. Sẽper tñ quãtum ad aliqđ ĩpedit, vt nõ possit omnino liberũ iudiciũ habere, vt ĩ prima parte * dictũ ẽ. Et iõ nõ imputat ei ad culpã qđ tũc agit.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd apprehensio rationis non ita impeditur à somno sicut ei⁹ iudiciũ, quod perficitur per cõuersionẽ ad sensibilia, quę sunt prima principia cogitationis humanæ. Et ideo nihil ꝓhibet hominem secundum rationem apprehendere aliquid de nouo in dormiendo. vel ex ipsis reliquiis præcedẽtiũ cogitationũ & phãtasmatibus oblatis, vel etiã

¶ Ad hoc dicitur, quòd cùm dicitur in somno non posse hominem peccare, intelligitur per se, quia scilicet homo in somno non est dominus suorum actuum, sed per accidens, si scilicet homo non vtitur somno vt somno, hoc est, vt vinculo naturali liberi arbitrij, sed vt instrumento liberæ malitię ad exequutionem mali, potest homo in somno peccare mortaliter, non imperatiue sed exequutiuè, ita quòd exequatur per sõnum, vt instrumentum, exequutionem sui sceleris. Et sic persona, quæ ideo obdormiuit vt polluatur, vel ex ipso somno, vel situ dormientis, vel ab alio, peccat mortaliter. ita quòd peccatum inchoat elicitiuè & imperatiuè in vigilia, & cõsummatur per instrumentum somni exequutiue in sola pollutione. Nec obstat quòd non est in potestate sua, ex quo dormit, inhibere pollutionem, sicut non obstat peccato homicidij per longum iactum bombardæ, D. 989. quòd ex quo emissa est, non est in potestate eius qui emisit, inhibere homicidiũ, sat est enim quòd in principio fuerit voluntariè imperata, & applicata sunt instrumenta exequutiua. Et per hoc patet responsio ad dubium, & vtrunque argumentum. 1. p. Q. 84. ar. 8. Nam verum est simpliciter & absolutè, per se loquẽdo, quòd pollutio in somno non est peccatum, sed sequela quandoque peccati. Cum quo tamen stat, quòd per accidens siquis vtatur somno vt instrumento ad peccandum, pollutio est peccatum, eo modo quo actus exterior in exequutione est peccatum. Quod primum ingerebat argumentum. Et quia pollutio nocturna, quæ in vigilia fuit affectata solum, non habet somnum pro instrumento, ac per hoc ipsa non est executio imperij, sed solum obiectum affectus cum euentu in rerum natura, ideo talis pollutio relinquitur in ordine pollutionum nocturnarum per se, quas in litera docemur non esse peccata, sed sequelas præcedentium peccatorum quando accidit, vt in proposito huius secundi argumenti. Et ad probationem in oppositum negatur quòd ista pollutio sit voluntaria in sua causa: quoniam desiderium non est causa rei desideratæ. Ac per hoc pollutio affectata non est, propriè loquendo, voluntaria, sed volita. Voluntarium enim significat quod est à voluntate: volitum autem obiectum eius. Et si instetur, quia huiusmodi affectio præsumitur, & quandoque est causa sequentis pollutionis nocturnæ, respondetur quòd huiusmodi affectus contingit dupliciter. Primò, vt commotiuus corporis ad pollutionem. Et sic habet rationem causæ. Alio modo absolutè, vt desiderium tantum, & hoc quidem modo remotus est à ratione causæ. Primo autem modo habet rationem causæ, sed imperfectè, scilicet dispositiuè, & per accidens, pro quanto non assumitur vt instrumentum re- cap. vlt. diuiuum in somno ad pollutionem nocturnam, & ideo relinquit nocturnam pollutionem in suo ordine, ita quòd non est in se magis peccatum huiusmodi pollutio nocturna, cap. 15. quàm pollutio ex cogitationibus morosis sine voluntate pollutionis. Eiusdem siquidẽ rationis sunt, quo ad causam Quoniam vtrobique non nisi dispositio est. Voluntarium autem in causa non dicitur ex eo quod est volitum in sua dispositione.

¶ In eodem articu. 5. aduerte illud verbum, scilicet, Ita quòd quandoque formantur in imaginatione phantasmata pertinentia ad emissionem talium superfluitatum, intelligi proculdubio de phantasmatibus compositorum. Sicut ex phantasmate auri & montis fit phantasma montis aurei, Collat. 22. cap. 6. hoc enim modo ex diuersis in nobis phantasmatibus formantur phantasmata compositorum spectantium ad seminationem. Non videtur autem remotum quin etiam formari possit aliquod phãtasma simplicis, simile tamen alicui prius per sensum accepto, vel aliqua intentio noua ex ipsis phantasmatibus eliciatur, quum imaginatiua in somno soluta appareat. cap 15.

¶ In responsione ad tertium ibidem nota bene hanc philosophiam distinguentem de actu apprehensionis & de actu iudicij, quoniam apprehendere in receptione cognitorum & penetratione eorundem præcipue consistit. 1. 1. q. 84. ar. 8. Iudicium autem in resolutione. Aut ideo hoc omnino impeditur in somno, quia resolutio nostra ad principia sensibus innixa, oportet quod fiat. Illa verò non omnino impeditur, quia & recipere à superioribus, & inspicere in phantasma-

Universidad de Deusto Biblioteca

ex reuelatione diuina, aut immissione angeli boni vel mali.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrū stuprū debeat poni vna species luxuriæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd stuprum nō debeat poni vna species luxuriæ. Stuprū enim importat illicitam virginū deflorationem, vt habetur in Decretis 36. q. 1. * sed hoc potest esse soluti cum soluta, quod pertinet ad fornicationem: ergo stuprum non debet poni species luxuriæ à fornicatione distincta.

¶2 Præterea, Amb. dicit in lib. de Patriarchis, * Nemo sibi blandiatur de legibus hominū: omne stuprū adulterium est. Sed specierū ex opposito diuersarū vna non continetur sub alia. Cùm ergo adulteriū ponatur species luxuriæ, videtur quòd stuprum species luxuriæ poni nō debeat.

¶3 Prȩterea, inferre alicui iniuriā videtur magis ad iniustitiam, quàm ad luxuriam pertinere, sed ille qui stuprū committit, iniuriam facit alteri, scilicet patri puellæ quam corrumpit, qui potest ad animum, suum iniuriam reuocare, & agere actione iniuriarum contra stupratorem. ergo stuprum non debet poni species luxuriȩ.

¶ SED CONTRA est, quòd stuprum propriè consistit in actu venereo, quo virgo defloratur. Cùm igitur luxuria propriè sit circa venerea, videtur quòd stuprum sit species luxuriæ.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ vbi circa materiam alicuius vitij occurrit aliqua specialis deformitas, ibi debet poni determinata species illius vitij. Luxuria aūt est peccatū circa venerea existens, vt suprà dictum est *: In virgine autem sub custodia patris existente, quædam deformitas specialis occurrit, si corrumpatur: tū ex parte puellæ quæ ex hoc quòd violatur, nulla pactione cōiugali præcedēte & impeditur à legitimo matrimonio cōsequendo, & ponitur in via meretricādi, à quo retrahebatur, ne signaculum virginitatis amitteret: tum etiam ex parte patris, qui de eius custodia solicitudinē gerit, secundum illud Eccles. 42. Super filiā luxuriosā cōfirma custodiā, nequādo faciat te in opprobrium venire inimicis. Et ideo manifestū est, quòd stuprum quod importat illicitam virginum deflorationem sub cura parentum existentium, est determinata luxuriæ species.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ quamuis virgo sit soluta à vinculo matrimonij, non tamen est soluta à patris potestate: habet etiam speciale impedimentum fornicarij concubitus virginitatis signum, quod non debet nisi per matrimonium auferri. Vnde stuprum non est fornicatio simplex, sed cōcubitus qui fit cū meretricibus, id est, mulieribus iam corruptis, vt patet per glossam, secundæ ad Corinthios decimotertio, super illud, Qui non egerunt pœnitȩntiam super immunditia & fornicatione, &c.

¶Ad secundū dicendum, quod Ambr. ibi aliter accipit stuprū, prout scilicet cōmuniter accipit pro omni peccato luxuriæ. Vnde stuprū ibi nominat concubitū viri coniugati cū quacūque alia muliere præter vxorem. Quod patet ex hoc, q̄ sub-

matibus intellectus noster potest nobis dormientibus.

¶ Super quæstionis centesimæ quinquagesimæ quartæ Articulum sextum.

IN articu. 6 eiusdem 154. quæstio. dubium multiplex occurrit circa speciem stupri. Primum est, quia differentia eius non videtur habere locum in puella spontanea de voluntate parentum sic acquirente dotem pro matrimonio. Talis enī ex stupro fit habilior ad matrimonium. Nec patri fit iniuria, quia scienti & volenti nō fit iniuria. In muliere quoque virgine ætatis grandæuæ, puta quinquaginta annorum, quæ amplius nō est habilis generationi, nec est sub custodia alicuius, locū non videtur habere ratio stupri.

Suprà artic. 1. cor. Et 4 dis. 41. artic. 4. q. 1. & 2. cor. Et mal. quæ. 15. artic. 3. cor. *Ca. Lex illa præteritorum.* *lib. 1. ca. 4.*

¶ Secūdum dubium est, an masculus perdendo suam virginitatem, puta prima seminatione sua concumbens cum meretrice, committat peccatum alteri⁹ speciei à simplici fornicatione, puta in specie stupri. Et est ratio dubij, quia si non, sequeretur quòd non omnes luxuriæ species se tenerent ex parte vtriusque sexus: quoniam stupri species ex parte fœminæ tantùm inueniretur, & sequeretur quòd masculus esset capax aureolæ propriæ virginū, & non vitij proprij oppositi virginitati sub stupri specie locatȩ. Si sic, oportet saluare in tali peccato differentiam constitutiuam stupri, quod nō apparet.

¶ Tertium dubium est an mulier virgo quæ seipsam polluendo veneream experitur delectationem, peccet peccato stupri. Et est ratio dubij, quia virginitas non perditur irreparabiliter & illicite nisi per stuprum, saltem in fœmina, cùm stuprum directè virginitati in muliere opponatur. Per omnem autem voluntariam pollutionem extra matrimonium aduenientem virgini, perditur irreparabiliter & illicitè virginitas mulieris: ergo est stuprum. In oppositum autem est quia per talem pollutionem non perditur virginitatis signaculum, cuius priuatione minus habilis redditur mulier ad coniugium. Sine hac autem priuatione non committitur stuprum.

¶ Quartum dubium huic tertio annexum est, an illicitus concubitus cum muliere integra polluta tamen per mollitiem, seu sodomiam sit stuprum. Et est ratio dubij, quia quòd non sit stuprum, apparet ex eo quòd ibi non est virginis defloratio, quia non est virgo, vt ex supradictis de virginitate patet. Et confirmatur, quia cùm dicitur, stuprum est illicita virginis defloratio, aut ly virgo est nomen virtutis, aut naturalis status. Si est nomen virtutis, habetur intentum, quia illa non est virgo formaliter, nec materialiter. Si naturalis status, sequitur quod stuprum quod directè ei opponitur, non est vitium: quoniam vitium opponitur virtuti non naturali statui, nisi vt est materia virtutis. Sed hoc dici non potest secundum Autoris doctrinam, dicentis integritatem carnis non nisi per accidens se habere ad virginitatem. Constat nanque quòd vitia non contraponuntur virtuti secundum ea quæ per accidens se habēt ad virtutem: aliter essent infinita vitia contra vnam virtutem, eo quòd infinita vni accidunt. In oppositum autem est, quia in tali coitu inuenitur vtrunque ad stupri differentiam spectans, scilicet & violatio signaculi virginalis, & iniuria paternæ custodiæ.

¶ Quintum dubium est ex Martino in quæstione de stupro, volente quòd stuprum non sortitur rationem suæ speciei ex adiuncta parentum custodia, quia posita sola illicita ablatione virginitatis per coitum, ponitur stuprum, & ea remota, quocunque alio posito non ponitur stuprum. Ergo ad stupri rationem sat est illicita per coitum defloratio. Antecedens pro prima parte probatur. Si ponatur puella sine custodia, defloratio illius non esset simplex fornicatio, non adulterium, non raptus, non incestus: ergo stuprum. Quo ad secundam verò, quia concubitus cum puella in domo patris iam stuprata, non est nisi simplex fornicatio.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quòd naturale luxuriæ genus in stupri speciem trahitur per naturale signaculum virginitatis mulieri attributum sub naturali custodia parentum: ita quòd naturalis signaculo non per accidens, sed naturaliter debetur paterna custodia propter infirmitatem muliebrem in conseruando proprium decus. Propter quod dicitur Eccles. 7. cap. Filiæ tibi sunt, custodi corpus earum. Et quoniam hæc naturali ordine connexa sunt, vt scilicet custodia paterna signaculo adsit virgineo, & econtrà, quoniam secundum naturæ ordinem, sub mariti cura & iure mulier deinceps esse debet, quæ in adiutorium ad generandum proculdubio creata est: ideo defloratio virginis extra coniugium offendit quidem duo, scilicet signaculum virginitatis, & paternam custodiam: alterum in fœmina, alterum in parente. Sed quoniam naturalis est connexio inter ista: ideo non ex altero tantùm, sed vtroque simul differentia propria stupri sumenda est. Et cùm vnum eorum dicitur, alterum cointelligendum est. Paterna nanque custodia non cuiuscunque, sed signaculi virginalis est. Nam sicut naturali ordine patris est alere filiam, & prouidere illi vsque ad nuptias inclusiuè: ita eiusdem est custodire filiam bene habilē ad matrimonium. Minus autem habilis est mulier corrupta, quantum in se est, ad matrimonij copulam, vt patet, si sciretur ipsam esse corruptā quoniam non inueniret suæ conditionis virum. Et sic cùm stuprum cōtra paternam dicitur custodiam, cointelligitur esse etiam contra signaculum custoditum. Et similiter quia signaculum huiusmodi habilem seruans mulierem ad matrimonium, naturaliter eget paterna custodia, & sub illo natura li ordine est seu esse debet, ideo contra signaculum virgineum agens, iniuriam paternȩ facere cointelligitur custodiæ. Illius est siquidem signaculum illud ita patris quo ad cōseruationem, sicut mulier est mariti quo ad vsum venereum.

q. præt ar. 1. & 3.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd mulier ex stupro acquirēs dotem, redditur quidem habilior ad matrimonium quo ad bona fortunæ, sed redditur inhabilior quo ad bona naturæ, tam corporis, quàm animæ. Stuprum autem penes damnum naturalis boni attenditur, & non penes bona exteriora. Consensus quoque tam suus quàm paternus etsi stupratoris iniuriam attenuet, non tamen tollit: tum quia huiusmodi consensus non est omnino voluntarius sed mistus, sicut proiicientis merces in mare propter necessitatem maiorem: tum præcipuè & propriè, quia consensus in his quorum non sumus pro libito domini, non tollit quin scienti & consentienti fiat iniuria, ita quod cùm dicitur. Scienti & volenti non fit iniuria. &, Nullus patitur iniustum volens, intelligitur in his tantum, quorum homo est dominus secundum libitum suæ voluntatis, vt sunt bona fortunæ: & non in his quæ etsi nostra sint, non tamen possumus, vt volumus, de illis ordinare, vt patet in naturalibus. Nam licet manus tua sit tua, non tamen propterea potest de consensu tuo à te tolli sine iniuria tua. Esset enim mutilationis suæ reus qui hoc facinus patraret. Et similiter vxor tua non potest de consensu tuo sine tua iniuria cognosci ab altero. Esset enim adulterij reus concumbens, etiam te volēte, cum ea. Et ratio dicta est, quia non sumus secundum nostræ voluntatis libertatem talium domini, sed ab altiori principio sunt hæc nostra quo ad aliquid, seruato certo ordine, contra quem si fiat, iniuriæ locus restat, & quia signaculum virginitatis nec mulieris, nec patris sub est libertati ab libitum, sed à natura tributum, vtrique est seruandum vsque ad nuptias: ideo neutrius iniuria euitatur ex vtriusque consensu contra naturale debitum, quo vterque commendatum hoc decus seruare tenetur. Ad obiectionem autem de muliere grandæua, dicitur quòd quandiu virgo est, semper quantum est ex habilitate naturalis decoris, apta est coniugio: & ideo semper ex violatione redderetur inhabilis coniugio. Quod autem sub nullius custodia sit, quamuis de facto sit possibile, quia tamen hoc est per accidens, non tollit quin talis defloratio esset stuprū: quoniam morales species attenduntur secundum id quod communiter inueniri natum est. Constat autem quòd communiter in humano genere virgines sub parentum, vel alicuius loco parentum custodia sunt & esse debent: & ideo virginum defloratio absolutè & per se stuprum est, ad quam speciem deflorationes, quæ per accidens aliter contingunt, reducendæ sunt.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd cùm species rerum sint sicut numeri, vt dicitur octauo Metaphysices, in quibus sublatio vnitatis variat speciem, & in masculo primò coeunte cum meretrice differentia stupri non saluetur, quia nec signaculum aliquod naturale perdit, quo inhabilior redditur coniugio, nec aliquid perdit quod paternæ custodiæ naturaliter commendatum, sit seruandum vsque ad coniugium, vt patet ex hoc, quòd filij ante coniugium, post pubertatis annos, absque vlla custodia communiter discurrunt, repugnante natura si oppositum fieret. Quod enim communiter in naturalibus fit, ostendit sic natum esse fieri, vt dicitur in 2. Phys. & propterea ex eo quòd naturali inclinatione fœminȩ ante coniugium custodiuntur, masculi non: sed si custodire quis eos vellet, contra naturalem morem agere diceretur, signum habemus naturalis custodiæ in fœminis vsque ad coniugium, & liberæ facultatis in masculis, consequens est quòd concubitus masculi primus cum meretrice non est in specie stupri, aut proportionali, sed simplex tantum fornicatio. Nec obstat quòd ex primo concubitu reddatur

dit. Nec viro licet quòd mulieri nō licet. Et hoc modo etiam accipitur Numer. 5. vbi dicitur, Si latet adulterium & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro, &c.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd nihil prohibet vnum peccatū ex adiūctione alterius deformi⁹ fieri. Fit autē deformius peccatū luxuriæ ex peccato iniustitiæ, q̄a videtur cōcupiscentia esse inordinatior, quæ à delectabili nō abstinet, vt iniuriā vitet. Habet autē duplicem iniuriā annexam. Vnam quidē ex parte virginis: quam etsi nō vi corrūpat, tamē eā seducit, & sic tenetur ei satisfacere. Vnde dicitur Exo. 22. Si seduxerit quis virginē nondū desponsatā, dormieritque cū ea, dotabit eā, & habebit vxorē. Si autē pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Aliam verò iniuriam facit patri puellæ. Vnde & ei secundū legem tenetur ad pœnā. Dicitur enim Deuter. 22. Si inuenerit vir puellā virginem, quæ nō habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudiciū venerit, dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ, 50. siclos argenti, & habebit eam vxorem. Et quia humiliauit illam, non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suȩ. Et hoc ideo, ne videatur ludibrium fecisse, vt Augustinus dicit*.

lib. quæst. in Deut. q. 34.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum raptus sit species luxuriæ distincta à stupro.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd raptus non sit species luxuriæ distincta à stupro. Dicit enim Isidorus in lib. Etym.* quod stuprū, id est raptus, propriȩ est illicitus coitus à corrumpendo dictus. Vnde & qui raptu potitur, stupro fruitur. Ergo videtur q̄ raptus non debeat poni species luxuriæ à stupro distincta.

¶2 Præterea. Raptus videtur quandā violentiā importare. Dicitur enim in Decretis 36. quæst. *1. q̄ raptus cōmittitur, cùm puella violēter a domo patris abducitur. vt corrupta in vxorem habeatur: sed hoc quòd violētia alicui inferatur, p accidens se habet ad luxuriam, quæ per se respicit delectationem concubitus: ergo videtur quòd raptus non debeat poni determinata species luxuriæ.

¶3 Præterea, peccatum luxuriæ per matrimoniū cohibetur. Dicitur enim 1. ad Corinth. 7. Propter fornicationē vnusquisque suā vxorē habeat. Sed rapt⁹ impedit matrimoniū sequens. Dicitur enim in cōcilio Meldensi,* Placuit vt hi qui rapiūt fœminas, vel furantur, vel seducunt, eas nullatenus habeant vxores, quamuis eas postmodum nuptialiter cum consensu parentum suorum susceperint. Ergo raptus non est determinata species luxuriæ.

¶4 Præterea, Aliquis pōt cognoscere suā spōsam absque peccato luxuriȩ: sed rapt⁹ potest committi, si aliquis violenter sponsam suam auferat de domo parentum, & eam carnaliter cognoscat: ergo raptus nō debet poni determinata speciés luxuriæ.

¶ SED CONTRA est, q̄ raptus est illicitus coitus, vt Isidorus * dicit, sed hoc pertinet ad peccatum luxuriæ. ergo raptus est species luxuriæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd raptus prout nūc de eo loquimur, est species luxuriæ. Et quandoque quidē in idē concurrit cum stupro, quandoque aūt inuenitur raptus sine stupro: quandoque verò stuprum sine raptu. Cōcurrunt quidē in idē, quādo aliquis violentiā infert ad virginem illicitè deflorandā: quæ quidē violentia quādoque infertur tā ipsi virgini, quàm patri: quandoque aūt infertur patri, sed non virgini: puta, cùm ipsa consentit, vt per violentiam de domo patris abstrahatur. Differt etiam violentia & raptus alio modo: q̄a quādoque puella violenter abducitur à domo parentū, & violenter corrumpitur: quandoque autē etsi violēter abducatur, non tamen violenter corrūpitur, sed de voluntate virginis, siue corrumpatur fornicario concubitu, siue matrimoniali. Qualitercūq; enim violentia adsit, saluatur ratio raptus. Inuenitur aūt raptus sine stupro: puta si aliquis rapiat viduā vel puellā corruptam. Vnde Symmachus Papa* dicit, Raptores viduarū vel virginum ob immanitatē facinoris tanti detestamur. Stuprū verò sine raptu inuenitur, quando aliquis absque violentiæ illatione virginem illicitè deflorat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄

Suprà artic. 1. cor. Et 4. di. 41. artic. 4. q. 1. cor. & q. 2. cor. & ad 6. Et mal. 15. art. 3. cor. *lib. 5. c. 26.* *ca. lex illa præteritorum.* *Habetur 36. q. 2. c. Placuit* *lib. 5. Etym. cap. 26.* *idem.* *Habetur. 36. q. 2. c. Raptore.*

datur habilior ad luxuriam, vt pote expertus. Hoc enim commune est omni primo peccato in quolibet genere, quòd ex primo reddatur habilior ad simile, & constat quòd non omne primum peccatum habet propriam speciem distinctam à secundo, & tertio, & cæt. Et hinc habes quòd si masculus confitetur de luxuriæ peccato, non oportet quærere si erat virgo.

¶ Ad primam ergo obiectionem in oppositum, conceditur quòd non omnis species luxuriæ sumitur ex parte vtriusque sexus.

¶ Ad secundam verò dicitur, quòd stuprum nō significat vitium oppositum virginitati adæquatè, sed in muliere tantum. Et propterea obiectio nihil obstat. Et præterea virginitatis aureola non opponitur tantùm vitio contra virginitatem, sed etiam castȩ amissioni virginitatis. Vndique ergo ruit ratio illa.

¶ Ad tertium dubium dicitur, q̄ cùm stuprum sit species luxuriæ naturalis, & propterea tam à Magistro sententiarum, quàm à Gratiano quinque tantum species numerantur luxuriæ, & non fit mentio de vitio contra naturam, vt pote non pertinente ad dictum genus: & mollities, qua' mulier seipsam polluit, non sit luxuria naturalis, sed contra naturam, dicendum est quòd huiusmodi pollutio non est stuprum, sed est longè maius peccatum, scilicet contra naturam tollens irreparabiliter virginitatem. Falsum est enim quòd in muliere virginitas solùm tollatur per stuprū, nec stuprum opponitur adæquate virginitati in muliere. Vni nanque virtuti multa opponi, ex supra dictis patet vitia.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quòd talis concubitus est stuprū, quia ibi saluatur propria differentia stupri quā addit supra illicitum naturalem cōcubitum, dum aufertur signaculum virginale paternæ custodiæ commendatum, qđ natum est mulierem habilem seruare ad coniugium. Redditur siquidem mulier ad coniugium inhabilis, propriè loquendo, non ex mollitie, aut sodomia cum fœmina, sed ex huiusmodi violatione signaculi. Cuius signum est, q̄ si sciretur puella mollitie sola polluta, non propter hoc coniugium eius despiceretur, quasi non virginis.

¶ Ad obiecta autem in oppositum dicitur, quòd cùm stuprum ponitur illicita virginis defloratio, ly virginis, propriè & directè est nomen naturalis status, qui quoniam est materia virtutis, scilicet castitatis, vel virginitatis distinctæ contra castitatem, ideo penes violationem illius poni potest vnum speciale vitium. Ita quòd sicut magnanimitati secundum diuersa opponuntur multa vitia, puta præsumptio, ambitio, inanis gloria &c. ita virginitati seu castitati secundum diuersa opponuntur plura vitia. Nam secundum seminationem opponitur quodcunque luxuriæ vitium ad ordinationem seminationis spectans, & propterea tam castitatis quàm virginitatis virtus perditur per mollitiem, &c Secundum verò virginalem statum, opponitur illi stuprum. Secundum autem coniugalem, opponitur illi adulterium &c. Et cùm obiicitur quod ad huiusmodi statum, vt est materia virtutis per accidens se habet signaculum virginale: respondetur quòd integritas fœminei membri dupliciter potest considerari. Primò, vt est quædam carnis integritas. Et sic verum est quòd per accidens se habet ad statum virginalem, vt est materia virtutis, & hoc supra docuit Autor ex Aug. Alio modo, est signaculum virginale scilicet conclusiuum vteri & animi ad amplexum virilem. Et sic non per accidens, sed per se spectat ad statum virginalem, vt est materia virtutis. Et propterea si sic perditur, reddit mulierem minus habilem ad coniugium. Si autem perderetur primo tantum modo ob casum, vel infirmitatis curandæ necessitatem, non propterea minus habilis ad coniugium esset. Vnde in nullo patris custodiæ iniuria fieret, si sic perderetur.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quòd stuprum sumit speciem propriam ex adiuncta supra illicitum concubitum iniuria paternæ custodiæ, non respectu cuiuscunque, sed signaculi virginalis, vt sic: ita quòd paterna custodia potest dupliciter sumi. Vno modo, vt respicit filiam vt custoditam, siue sit virgo siue non. Et sic non constituit stupri speciem. Et propterea cognoscens filiam alicuius iam stupratam in domo parentum, non committit stuprum, sed simplicem fornicationem, tanto grauiorem, quanto offendit etiam patrem, sub cuius adhuc custodia est ante nuptias. Alio modo, vt respicit filiam secundum virginale signaculum, & sic constituit stupri speciem. Et cùm obiicitur quòd remota paterna custodia à virginali signaculo, adhuc constitueret stuprum: respondetur, quod licet signaculum virginale possit fortè esse sine paterna custodia, non potest tamen esse sine indigentia naturali, quantum in se est, paternæ custodiæ: Ac per hoc non potest absolui ab ordine ad paternam custodiam & ideo casus non est admittendus. Et si instetur, quòd ista conditionalis est vera, Si signaculum virginale esset sine paterna custodia, adhuc illius illicita violatio esset stuprum: respondetur, quòd intelligendo per paternam custodiam, ordinem ad paternam custodiam, à quo non potest signaculum virginale absolui, ista conditionalis est falsa, quoniam destruit seipsam: quoniam si signaculum virginale esset sine ordine ad paternam custodiam, non esset signaculum virginale: sed esset sicut virginitas naturalis masculorum. Sicut etiam ista conditionalis est falsa, Si pater esset sine filio, esset pater.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ quartæ Articulum septimum.

IN arti. 7. eiusdem 154. quæst. occurrunt dubia quatuor. Primum, circa principium corporis articuli, quo pacto stant ista duo simul, scilicet quòd raptus sit vna species luxuriæ distincta ab aliis, & tamē coincidit cum stupro & aliis speciebus luxuriæ. Species nanque eiusdem generis non coincidunt.

¶ Secundum dubium est in responsione ad secundum, quia magnitudo luxuriæ impellens hominem ad violentiā inferendam, non variat speciem luxuriæ: maior enī & minor luxuria nō differunt specie ex maiori magnitudine.

¶ Tertiū dubium est in responsione ad tertium, ex Martino impugnāte illud literæ, Nec tamen raptus matrimonium iam contractum dirimit. Arguit siquidem, quod matrimonium inter raptorem & raptam sit nullum ante condignam pœnitentiam, etiam consensu puellȩ post raptum accedente: excommunicatus non est capax sacramentorum: raptor autem est excommunicatus, nec ante condignam pœnitentiam absolui debet Probat autem raptorem esse excommunicatum per multos tex. 36. q. 2. scilicet, c. eos. c. de puellis. c. si quis. c. nullus. c. si autem. & c. placuit. Nec iura, inquit, ista abrogata sunt, nec contradicit Hiero. quia concilium illud non prohibet totaliter coniugium inter raptorem & raptam, sed decernit non sufficere ad horum coniugium dotationem, parentum consensum, susceptionem nuptialem, quia requiritur quòd rapta parentibus restituatur, & raptor pœnitentiæ publicæ subiiciatur: alioquin manebit excommunicatus.

¶ Quartum dubium est in eadem responsione ad tertium circa illud, Raptus impedit matrimonium contrahendum, quoniam non videtur hoc verum, nisi sit raptus alienæ sponsæ, vt dicitur 27 quæst. 2. Statutum.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd cùm species moralium sint accidentia actuum humanorum, non inconuenit plures species circa eundem actum concurrere, & sic coincidere materialiter non formaliter. Et hoc modo idem concubitus est in specie stupri, quia est illicita defloratio virginis, & in specie raptus, quia violentus. Et simile est de adulterio, cùm rapitur aliena coniux.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd raptus secundum finem significatum

Universidad de Deusto Biblioteca

quia raptus plerūq; cū stupro in idē concurrit, ideo quādoq; vnū pro alio ponit᷑.

¶Ad secundum dicendum ꝙ illatio violentiæ videtur ꝓcedere ex magnitudine cōcupiscentiæ, ex qua aliquis nō refugit periculo se īmittere violētiæ inferendę.

¶Ad tertium dicēdū, ꝙ aliter est dicendū de raptu puellarū, quæ sunt aliis despōsatæ, & aliter de raptu illarū, quæ nō sūt aliis despōsatæ. Illæ em̄ quæ sunt aliis despōsatæ, restituendę sūt suis spōsis, qui in eis ex ipsa despōsatiōe ius habēt. Illæ aūt quæ nō sunt aliis despōsatæ, primò restituendæ sūt patris potestati, & tūc de voluntate parentū licitè possunt eas in vxores accipere. Si aūt aliter fiat, illicitè matrimoniū cōtrahit᷑. Tenetur em̄ quicūq; rē rapit, ad eius restitutionem. Nec tn̄ raptus dirimit matrimoniū iā cōtractū, etsi īpediat cōtrahendū. Quod aūt dr̄ in prædicto cōcilio, dictū est in detestationē illi⁹ criminis & est abrogatū. Vn̄ Hier.* cōtrariū dicit. Tria, īquit, cōiugia legitima in scripturis legunt᷑. Primū est, virgo casta, in virginitate viro data legitimè. Secundum est, virgo in ciuitate deprehensa à viro, & illi p vim copulata, si voluerit pater ei⁹, dotabit eā iste vir, quātum iudicauerit pater, & dabit pretium pudicitię eius. Tertium aūt est qn̄ aufertur ei & tradit᷑ alteri de voluntate patris. Vel pōt intelligi de illis quæ sunt aliis desponsatæ, & maximè per verba de præsenti.

¶Ad quartū dicendū, qđ sponsus ex ipsa despōsatione habet aliqđ ius in sua sponsa. Et ideo quamuis peccet violentiā inferendo, excusatur tn̄ à crimine raptus. vnde Gelasius Papa* dicit, Lex illa præteritorū principū ibi raptū dixit esse cōmissum, vbi puella de cuius nuptiis nihil actum fuerat, videbatur abducta.

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrum adulterium sit determinata species luxuriæ ab aliis distincta.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd adulteriū non sit determinata species luxuriæ ab aliis distincta. Dicitur em̄ adulterium ex eo ꝙ aliquis ad alterā accedit præter suā, sicut dicit quædā gl. sup Exodū: sed alia mulier præter suam pōt esse diuersarū conditionū, s. vel virgo, vel in potestate patris existens, vel meretrix, vel cuiuscūque alterius cōditionis. ergo videt᷑ quòd adulteriū nō sit species luxurię ab aliis distīcta.

¶2 Præterea Hiero.* dicit ꝙ nihil inter est ex qua causa quis insaniat: vnde Sixt⁹ Pythagoricus, Adulter, inquit, est amator ardētior in suā vxorē: & pari rōne in quamlibet aliā mulierē, sed in omni luxuria est amator ardētior debito. ergo adulterium inuenitur in omni luxuria. Nō ergo debet poni luxuriæ species.

¶3 Præterea, Vbi est eadē ratio deformitatis, ibi nō videtur esse alia species peccati: sed in stupro & adulterio videtur esse eadem ratio deformitatis, quia vtrobique violatur mulier alienæ potestati subiecta: ergo adulterium non est determinata species luxuriæ ab aliis distincta.

¶SED CONTRA est, quod Leo Papa dicit, quòd adulterium cōmittitur cū propriæ libidinis instinctu, vel alieno cōsensu cū altero vel altera contra pactū cōiugale concūbitur: sed hoc importat specialem deformitatem luxuriæ: ergo adulterium est determinata species luxuriæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd adulteriū, sicut ipsum nomē sonat, est accessus ad alienū torum. In quo quidem dupliciter cōtra castitatē & humanæ generatiōis bonū aliquis delinquit. Primò quidem, inquātum accedit ad mulierem non sibi matrimonio copulatā, quod requiritur ad bonum prolis propriæ educādæ. Alio modo, quia accedit ad mulierē alteri per matrimoniū copulatam, & sic impedit bonum prolis alienæ. Eadē ratio est de muliere coniugata, quæ per adulterium corrūpitur. Vnde dicitur Eccle. 23. Omnis mulier relinquēs virū suum peccabit. Primò em̄ in Lege altissimi īcredibilis fuit, in qua scilicet præcepitur, Non mœchaberis. Et secundò, virū suū dereliquit, in quo facit cōtra certitudinem prolis eius. Tertiò in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi, quod est contra bonū propriæ prolis. Sed pri-

maliter, ponitur species luxuriæ, sicut adulterium, & similia. Secundum autē conditionem eius, ꝙ est ad finem, quod etiā significatur vt materia, ponitur sub rapina sicut adulteriū sub vsurpatione rei alienæ. Nec in litera oppositū docetur, sed ostēditur ꝙ non omnino per accidēs huiusmodi deformitates iniustitiæ, adiunguntur luxuriæ: qm̄ tanto maior ac grauior est luxuria, quāto minus curat subire iniustitiæ offensas, pericula, &c. Et non ostēdit᷑ per hæc, ꝙ ipsa luxuria ex sua magnitudine, aut quocunque sui generis, habeat specificas differentias per se in suo genere, vt in primo huius quæst. art. ad secundum in litera habes. Simile est enim de adulterio, sacrilegio, &c. iudicium. Lato siquidem vocabulo, specierum luxurię sortita sunt nomina.

¶Ad tertium dubiū dicitur, quòd tam Maior in sensu, in quo sit, quā Minor est falsa. Nam licet excommunicatus sit incapax, hoc est exclusus à sacramentis, ita ꝙ non nisi cum peccato mortali potest accedere ad ea: non tamen est incapax sic, vt si recipiat sacramentum illud sit nullum. Nam si excōmunicatus confirmetur, aut ordinetur, non propterea sacramētum est nullum: vnde nō debet iterari. Et similiter si matrimonij sacramentum cōtrahit, validum est. Vnde & constat ꝙ inter impedimenta impedientia matrimoniū cōtrahēdū, & dirimētia contractū, nō computatur excommunicatio, vt patet in 4. sētentiarum. Raptor quoque nō est ipso facto excōmunicatus, sed excōmunicandus: in iuribus allegatis dicitur ita clarè, quod non est opus gl. nisi in capit. Si quis. vbi dicit᷑, anathema sit, quod glossatur, anathema fiat. quod ex eo patet, quòd collectores cēsurarum in iure conueniunt in hoc ꝙ raptor non est excommunicatus. Mirum autē est de hoc homine, quod duo impedimenta dirimentia matrimonium adiicere se sexdecim à tota Ecclesia approbatis, non aduerterit, scilicet excommunicationem & raptum, aut vnum compositum ex vtroque. Ad id autē quod addit contra primā responsionem Autoris ad c. placuit, dicitur, quòd vere capitulum illud ex concilio Aquisgrani est abrogatum, quoniam constat quòd non ligat. Et quod Hiero. intendit contrarium, dum docet coniugium inter raptorem & raptā posse esse legitimum de consensu partium, & capitulum illud manifestè statuit oppositum, ita vt non sit capax expositionis Martini, quoniam expresse prohibet totaliter coniugium inter raptorem & raptam, etiam post, dicendo, Placuit, vt qui rapiunt fœminas, nullatenus eas habeant vxores, quamuis eas postmodum nuptialiter cum parentum consensu susceperint. Quid clarius? De requisitis autem ante coniugium inter raptorem & raptam, sciendum est quòd sicut raptor pecuniæ, aut armenti restituisse dicitur cùm satisfecerit domino rei raptæ, quando. s. fecit de re rapta vt dominus rei disposuit, ita raptor filiæ restituisse eam patri censeretur, si de filia disposuit vt pater vult. Et propterea si patri placet, vt puella voluntaria maneat cum eo qui rapuit, non est amplius restitutioni obnoxius. De pœnitentiæ autem publicæ debito non inuenio quòd impediat matrimonium etiam contrahendum, quoniam solam pœnitentiam solemnem inuenio impedire contrahendum matrimonium, vt dicitur 27.q.2.c.de his. vbi de pœnitentia non iterabili manifestè est sermo. Nulla tamen pœnitētia dirimit contractum. Sed & in foro conscientiæ, si raptor confessus est, & absolutus, & reconciliatus puellæ & parentibus, &c. ad nullam videtur amplius pœnitentiam obligatus, ex quo ei non imponitur.

Refertur 36.q.2.c. Tria.

Habetur 36. q. 1. c. lex illa præteritorum.

4. di. qō. 4 arti. 4. 2. cor. Et mal. q. 15. artic. 3. cor.

¶Ad quartum dubium dr̄, quòd quia impedimenta impedientia tātùm contrahendum matrimonium, non vident᷑ ita exactè discussa sicut impedimēta quæ impediunt & dirimūt: ideo nō est mirum si doctor aliqs inter impedientia tātùm aliquid cōmune diceret quod alij tacent. De raptu siquidē alienę sponsæ ex allato textu satis constat, ꝙ impedit tātùm cōtrahendū. Et de raptu vniuersaliter videtur in capitulo, si aūt insinuari. 36. qō. 2. per illa verba iterare coniugiū non præsumat. Et ꝓpterea fortè Autor absolutè dicit de raptu quòd non dirimit, etsi impedit contrahendum, quod tn̄ non oportet ex vi huius literæ vniuersaliter intelligere: sed satis saluatur veritas literæ, si negatiua quæ asseritur, scilicet nō dirimit, est vera vniuersaliter, & affirmatiua quæ cūm aduerbio aduersatiuo subiungitur, est vera permissiuè & particulariter. s. etsi impediat cōtrahendū, ita ꝙ ipse loquēdi modus permissiuā verificationē quæ particularis esse pōt, insinuet. Et sic videtur exponendum ne nouitates inducantur. Et sic ad huiusmod literæ verificationem sufficit quòd raptus aliquis impediat cōtrahēdū, scilicet raptus alienę spōsę.

¶Super quæstionis centesimæ quinquagesimæ quartæ Articulum octauum.

IN articu.8. quæstionis eiusdem 154. in respōsiōe ad primum ex Martino dubium occurrit contra hāc responsionē dicentem ꝙ ista expositio est obscura, & ponit incompossibilia: obscura quidem, quia non dicit planè, vtrum in tali casu concubitus mulieris sit adulterium. nec etiam dicit, vtrū vir ex parte mulieris adulteretur, an non. Et licet de vtraque magis videatur beatus Thomas dicere quā non, in tali tamē casu, q frequēter contingit, & multorum cōsciētias pulsat, fuerat loquēdum apertius. Impossibilia autē dicit hęc duo, scilicet ꝙ vir ex parte sua cōmittit adulteriū, & quòd diuersæ species luxuriæ sumātur secundum diuersas mulierū conditiones. Ex secundo enim arguitur contra primum. Species luxuriæ sumuntur secundum diuersas conditiones mulierum: sed quātum est ex conditione mulieris solutæ, cum qua coniugat⁹ concumbit: non cōmittitur adulteriū: ergo iste simpliciter non committit adulterium. Imò nec ex parte sua iste committit adulterium, qa adulteriū secundum sentētiam secūdi dicti nūquā committitur ex conditione viri, sed tātùm ex conditione mulieris. Et videtur beat. Thomas dicere, quòd, simpliciter loquendo, cum coniugat⁹ coit cum soluta, non est adulterium, nec ex parte viri, nec ex parte mulieris: qa ex parte viri nulla sumit᷑ species luxurię & ex parte mulieris cōstat non esse adulteriū. Ergo nullo mō cōmittit adulteriū. Præterea, Vir solutus cognoscens mulierem coniugatam, minus peccat quàm coniugatus cognoscens solutā. Sed primus committit adulterium, & secundus non committit grauiorem luxuriam quàm adulterium: ergo committit adulterium. Antecedens probatur, quia coniugatus agit contra fidem, ad quam in facie Ecclesiæ se obligauit, solutus autem non, & cætera sunt paria in eis: igitur, &c.

Ex Aug. lib. 1. q. in Exod. q. 71.

Refertur 32. q. 4. c. origo. Et sumitur ex. li. 1. contra Iouin. circa finē.

¶Ad hoc dicitur, quòd responsio illa est clarissima, & sibiipsi consona ac aliis. Et ad probationem obscuritatis dicitur, quòd ratio ista clarè docet, quòd concubitus coniugati tam cum soluta quàm cum quacunque est semper adulterium quantum ex parte viri. Et ex hoc manifestè habetur, quòd mulier cum illo peccans, adulterij crimen incurrit, clarissiméque dicit, quòd in tali concubitu vir ex parte mulieris quandoque adulterij, quandoque stupri, quandoque sacrilegij &c. iuxta varias conditiones mulierum, crimen incurrit. Et hoc tam apertè dicitur, summariè tamen, vt decebat librum, quòd ne Martinus, nec alius clarius dixit.

¶Ad probationem autem incompossibilitatis dictorum dicitur, quòd primum dictum exponit secundum in litera non nouiter dictum, sed repetitum ac allegatum ex supradictis. Nam ex hoc dicto, s. concubitus coniugati cum quacunque semper est adulterium: quia ibi ex parte viri violatur fides coniugalis, manifestè docemur quòd species luxuriæ sic sumi dictum est ex parte mulieris, vt etiam sumatur ex parte viri, vbi similis adesset conditio diuersificatiua specierum luxuriæ, & quòd non est intelligendum illud superius dictum non repetitum, scilicet quòd species luxuriæ sumuntur secundum diuersas conditiones mulierum, cum ly tantum, vt Martinus imponit. Verum siquidem est quòd species luxuriæ sumuntur penes mulieres, sed non tantùm, quia sumuntur etiam penes viros, quoniam similis in viro conditio est in adulterio, fornicatione, incestu, &c. Ita enim

mum est commune in omnibus peccatis mortalib⁹. Alia verò duo specialiter pertinent ad deformitatem adulterij. Vnde manifestum est quòd adulteriū est determinata species luxuriæ, vtpote specialem deformitatē habēs circa actus venereos.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum quòd ille qui habet vxorem, si ad aliā accedit, peccatum eius potest denominari, vel ex parte sua, & sic semper est adulteriū, quia contra fidem matrimonij agit: vel ex parte mulieris, ad quam accedit, & sic quandoque est adulterium, puta cùm coniugatus accedit ad vxorem alterius. Quandoque autem habet rationem stupri vel alicuius alterius, secundum diuersas conditiones mulierum ad quas accedit. Dictū est autem suprà,* ꝙ species luxuriæ accipiuntur secundum diuersas mulierum conditiones.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ matrimonium specialiter est ordinatū ad bonum humanæ prolis, sicut dictum est.* Adulteriū aūt specialiter matrimonio contrariatur, inquantum violat matrimonij fidem, quā quis coniugi debet. Et quia ille, qui est ardentior amator vxoris, facit contra bonum matrimonij, inhonestè eo vtēs, licet fidem non violet: ideo aliqualiter pōt adulter nominari, & magis quàm ille qui est ardentior amator alterius mulieris.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ vxor est in potestate viri, sicut ei matrimonio copulata: puella autē sub potestate patris, sicut per eum matrimonio copulanda. Et ideo alio modo contra bonum matrimonij est peccatum adulterij, alio modo peccatum stupri. Et propter hoc ponuntur diuersæ luxuriæ species. De aliis autem ad adulterium pertinentibus, dicetur in tertia parte, cùm de matrimonio tractabitur.

ARTICVLVS IX.

¶Vtrū incestus sit determinata species luxuriæ.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, ꝙ incestus non sit species determinata luxuriæ. Incestus enim dicitur per priuationem castitatis: sed castitati vniuersaliter opponitur luxuria: ergo videtur quòd incestus non sit species luxuriæ, sed sit ipsa luxuria.

¶2 Præterea, In Decretis dicitur 36. q.1.* quòd incestus est consanguinearum, vel affinium abusus: sed affinitas differt à consanguinitate: ergo incestus non est vna species luxuriæ, sed plures.

¶3 Præterea, Illud quod de se non importat aliquam deformitatem, nō constituit aliquam determinatam speciem vitij, sed accedere ad consanguineas, vel affines, non est secundum se deforme, aliàs nullo tempore licuisset: ergo incestus non est determinata species luxuriæ.

¶SED CONTRA est, quòd species luxuriæ distinguuntur secundum conditiones mulierū, quibus aliqui abutuntur. sed ī incestu importatur specialis cōditio mulierum, quia est abusus consanguinearum vel affinium, vt dictum est:* ergo incestus est determinata species luxuriæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est,* ibi necesse est inueniri determinatam speciem luxuriæ, vbi inuenitur aliquid repugnans vsui debito venereorum. In vsu autem cōsanguineorū vel affiniū inuenit᷑ aliquid incōgruū cōmistioni venereæ triplici ratione. Primò quidē, quia naturaliter homo debet quādā honorificentiā parentib. & per consequens aliis consanguineis, qui ex eisdem parētib. de propinquo originem trahūt: intantum quòd apud antiquos, vt Valerius Maximus refert, nō erat fas filium simul cū patre balneari, ne se inuicem nudos conspicerent. Manifestum est autem secundum prædicta, ꝙ in actib. venereis maximè consistit quædam turpitudo honorificentiæ contraria: vnde de his homines verecundantur. Et ideo incongruum est quòd commistio venerea fiat talium personarum adinuicem. Et hæc causa videtur exprimi Leuitici cap. 18. vbi dicitur, Mater tua est, non reuelabis turpitudinē eius. Et idem postea dicitur in aliis. Secunda ratio est, quia personas sanguine coniunctas necesse est adinuicē simul conuersari. Vnde si homines nō arcerentur à commistione venerea, nimia opportunitas daretur hominib. venereæ commistionis: & sic animi hominum nimis emolescerent per luxuriam. Et ideo in veteri lege illæ personæ specialiter vidētur prohibitæ esse, quas necesse est si-

enim potest esse vir coniugatus, solutus, consanguineus vel affinis, &c. sicut mulier. Reperiit autem Autor hic, hanc doctrinam de specificatione ex parte mulierum, ad probandum quod dicebat, s. quòd talis coitus poterat cū hoc quod est adulterium, esse aliarum specierū & eiusdem ex parte fœminę. Vnde argumentum Martini apponens secundo dicto ly tantùm, non arguit ex secundo dicto Autoris, sed ex sua fictione. Nec simpliciter, nec apud Autorem valet, Talis coitus non est adulterium ex coitione fœminæ: ergo nō est adulterium. Mirum est autem quo modo Martin⁹ hęc somniauit quæ de Autore dicit.

D. 84.

¶Ad secundum autem argumentum negatur antecedens pro prima parte, s. quòd minus peccet solutus cognoscens coniugatam. Et ad probationem negatur, ꝙ cętera sint paria. Ad cuius euidentiam scito, quòd adulterium ex conditione mulieris & adulteriū ex conditione viri, possunt dupliciter comparari, s. simpliciter vel secūdum quid. Si comparentur secūdum quid, nihil prohibet grauius esse in viro adulterium ex conditione viri, proquanto contra expressam à seipso fidem agit, quod non facit solutus. Sed si comparētur absolutè, sic longè grauius est in viro adulterium ex conditione mulieris, quod patet ex eo quòd coitus magis recedens à licito est peior: quoniam malum graduatur penes recessum à bono. Ille em̄ est magis cæcus seu luscus, qui magis est remotus à visu. Constat aūt coitū cum coniugata esse magis remotū à licito coitu, quàm coitum cū coniugato, tū quia iste, quādo mos erat, peccatū nō erat, vt Aug. dicit: ille autem semper damnatus fuit. Tum quia illud cōtra certitudinem prolis est ex hoc ipso quòd mulier coniugata est. Venter enim vnius, s. mariti, duorum est: sed iste non est contra certitudinem prolis ex hoc quòd iste est vir alterius, quoniam non portat ipse prolem in corpore suo. Tum quia ille est longè magis cōtra naturalem zelum quoniam constat, quòd est maior zelus, ne coniugata adulteret, quàm ne coniugatus coeat cum altera, vt patet. Tum quia ille omni lege punitur: iste autem sola diuina lege. Vnde patet quanta est hinc & inde disparitas.

Art. 1.

Art. 2.

D. 85.

Suprà artic. 1 cor. Et 4 d. 41 ar. 4. q. 1. & 2. cor. Et mal. q. 15. ar. 3 cor.

Ca. lex illa præteritorum.

¶In responsione ad secundum eiusdem 8. art. aduerte quòd comparatio in litera facta inter ardentiorem amatorem vxoris, & ardentiorem amatorem mulieris non vxoris, penes adulterij crimen potest intelligi dupliciter. Vno modo referendo vtrobique ad coniugatum. Alio modo, absolutè. In primo sensu non loquitur Autor, quia constat quòd magis est adulter coniux amator ardentior alterius mulieris, quàm suæ. In secundo autem sensu verum est quod in litera dicitur, quoniam absolutè loquendo, ardentior amator mulieris non suę, non est adulter, nec adulterij denominationē habet. quoniam nihil de matrimonij violatione aut iniuria claudit, nisi eo modo quo omnis illicitus amor, licito qui solus est matrimonialis, iniuriatur. Sed quia hoc est magis elongatum à matrimonio quàm ardentior amor coniugis, quia claudit inhonestatem ipsius coniugij explicitè, ideo iste magis adulterij denominationem suscipit, quàm ardentior amator mulieris non suæ absolutè.

¶Super Quæstionis centesimæquinquagesimæ quartæ Articulum nonum.

IN art.9. eiusdem q.154. in responsione ad secundum obiectiones occurrunt Martini in quæstione de incestu, contra Autorem hic, in hoc quòd inconuenientia consanguinitatis & affinitatis est eiusdem rationis. Prima est, quia licet affinitas ex consanguinitate nascatur, diuersa tamen est ratio vtriusque. Probatur assumptum hoc, quia incestus mentalis consanguineorum aliud habet obiectum quā incestus affinium, quia aliæ sunt personæ consanguineæ, & aliæ affines. Et in multis consanguinitatis gradib. fit incestus, in quib. affinitatis non fit incestus. Probatur secundò quia peccata istorum incestuū differunt in grauitate, vt constat, & non tantùm secundum intensionem: ergo secundum speciem. Secunda est, quia sub incestu continetur commistio contra cognationem spiritualem & legalem: ergo non est species specialissima, imo nec consanguineorum commistio est species specialissima.

¶Ad hoc dicitur, quòd quum personæ naturaliter coeuntes consummatę, reputentur in huiusmodi vna caro: consequens est ꝙ affinitas nil aliud sit, quā consanguinitas carnis suæ: ac p hoc eiusdem rationis est indecētia vtrobique, s. violare consanguinitatem carnis suæ, quāuis diuersimode caro per generationem accepta, & per cōmistionē sit sua: quod spectat ad differentiam inter ipsas psonas coeūtes, non ad differētiam carnis ad sibi cōiunctos, quoniam vtrobique est cōsanguinitas. Quia igitur affinitas ad consanguinitatem ordinatur, vt ad proprium finem, quoniam ad hoc directè & proximè est, vt cōsanguinitas carnis sibi commistæ honoretur, & ex proprio fine specificetur ordinatum ad finē, consequens est vt eiusdem rationis incōuenientia sit dehonorare affinitatem & consanguinitatē, quod fit per incestum, sicut etiam ad adulterij speciē spectat quicquid propter adulterium fit. Non solùm ergo dependet affinitas à consanguinitate, in hoc, qa nō esset sine illa, sed vt à ꝓprio fine, vt ī litera hac declaratum est, hoc em̄ significant verba literæ subtiliter perspecta. Et ideo non est affinitatis & cōsanguinitatis diuersa ratio quo ad formale, sed quo ad materiale: sicut finis, & illi⁹ quod est ad finem, est vna & eadē ratio quo ad formale, licet sit diuersa quo ad materiale.

Art. 2.

Art. 5.

Lib. 2. tit. 2. cap. 9.

¶Et ad primam probationem in oppositum, dicitur, quòd incestus mentalis consanguineorum & affinium habet idem obiectum formaliter, diuersum materialiter. Et ad materialē diuersitatem spectat diuersitas personarum affinium & consanguineorum, diuersitásque graduum, & si quid aliud eiusmodi est.

¶Ad secundam verò dicitur, quòd verum est huiusmodi incestus differre non solùm secundum intensionem & remissionem mali affectus ex parte peccantis, sed etiam secundum grauitatem absolutè, quia grauius est secundum se peccatum incestus cum sorore, quàm cum sorore vxoris. Sed ex hoc non sequitur diuersitas specifica. Grauius nanque est furari mille quàm decem, & tamen non differunt specie.

¶Ad secundam obiectionē de cognatione spirituali & legali dicitur, ꝙ quia coniūctio talis non ordinatur ad consanguinitatem vt proprium ac proximum finem, sed secundum quandam assimilationem: ideo illius violatio metaphoricè dicitur incestus. Et hinc habes, quòd peccatum carnale cōmissum cum consanguinea, eiusdē est speciei cū commisso cum affine, ita ꝙ nō oportet te in huiusmodi circunstantiæ diuersitate solicitari de necessitate. Quia tamen grauius est contra consanguinitatē, quā contra affinitatē agere, ideo sicut circunstantia aggrauans tantum habenda est. Et hæc quo ad peccatum dicimus, quoniam quo ad impediendū matrimoniū seu eius actum, violatio affinitatis præpōderat, disponente sic iure canonico, vt patet de impedimentis matrimonij non dirimentib. sed impedientibus tantum. Nam qui cognouit consanguineam vxoris suæ, nec ab ipsa potest debitum exigere, nec post illius mortē quamcunque vxorē ducere, aut si duxit, debitum petere ab ea sine dispensatione, vt dicitur extra, de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ. c. transmissæ. & 32. q.7. in plurib. capitulis. Et licet quidam dicant ꝙ omnis incestus impedit matrimoniū, allegantes capitulum, de incestu 35. q.5. secundum tamen veritatem solus incestus cum consanguineis coniugis impedit: & meritò, quia talis incestus ex propria ratione habet quòd impediat exactionē debiti à coniuge, quoniam ex hoc est affinis. Et ex hoc quòd nō est veritus coniugem facere sibi affinem, meretur vt nunquā amplius coniugiū

mul cõmorari. Tertia ratio est, quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum. Dum enim homo vxorem extraneã accipit, iunguntur sibi quadam speciali amicitia omnes consanguinei vxoris, ac si essent consanguinei sui. *Cap.16.* Vnde Aug. dicit 15. de Ciuit. Dei, Habita est ratio rectissima charitatis, vt homines quib. esset vtilis atque honesta concordia, diuersarum vicissitudinum vinculis necterentur, nec vnus in vno multas haberet, sed singulæ spargerentur in singulos. Addit autem Arist. quartam rationem in 2. Politic. quia cùm naturaliter homo consanguineã diligat, si adderetur amor, qui est ex commistione venerea, fieret nimius ardor amoris, & maximũ libidinis incentiuum, quod castitati repugnat. Vnde manifestum est, quòd incestus est determinata luxuriæ species.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ abus⁹ cõiunctarum personarum maximè induceret corruptelam castitatis, tũ propter opportunitatem, tum etiam propter nimium ardorem amoris, vt dictum est.* *In corp.* Et ideo antonomasicè abusus taliũ personarum vocatur incestus.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd persona affinis coniungitur alicui propter personam consanguinitate cõiunctam. Et ideo quia vnum est propter alterum eiusdem rationis, inconuenientiam facit consanguinitas & affinitas.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ in commistione personarum cõiunctarum aliquid est quod est secundum se indecens & repugnans naturali rationi, sicut ꝙ commistio fiat inter parentes & filios, quorũ est per se & immediata cognatio. Nam filij naturaliter honorem debent parentib. vnde Philosophus dicit in 9. de animalib. * *Cap.47.* ꝙ quidam equus qa deceptus fuit vt matri cõmisceretur, seipsum pcipitauit, quasi p horrore, eo ꝙ ẽt aĩalib. aliqb. inest naturalis reuerentia ad parentes. Aliæ verò personæ, quæ non coniunguntur secundum seipsas, sed per ordinem ad parentes non habent ita ex seipsis indecentiam. Sed variatur circa hoc decentia, vel indecentia secundum consuetudinem & legem humanam vel diuinam, quia vt dictum est*, *Art.2.huius q.* vsus venereorum qui ordinatur ad bonum commune, subiacet legi. Et ideo, sicut Aug. dicit quintodecimo de Ciui. Dei*, *Cap.16.* Commistio sororum & fratrum quanto fuit antiquior, compellente necessitate, tanto postea facta est damnabilior, religione prohibente.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum sacrilegium possit esse species luxuriæ.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacrilegium non posit esse species luxuriæ. Eadem enim species non inuenitur sub diuersis generibus nõ

renouare possit cũ quacunque alia. Hæc textus ille, qui clarus dicitur, iuuat, sed oppositum dicit, subiungens in calce: Sanè quibus illicita coniugia inhibentur, ineundi meliora coniugia libertatem habent. Nec capitulum, si duo viri 35.q.6. hoc disponit, sed mandat quòd incestuosi si sint iuuenes, non prohibeantur ab alio matrimonio, & loquitur de incestu cum propriis consanguineis. Hoc enim non est disponere, quod si nõ sint iuuenes, prohibeãtur, sed causam non futuræ prohibitiõis ab homine determinare.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, dubium occurrit circa illa verba, Aliæ verò personæ non habent ita ex seipsis indecentiam, &c. An extra parẽtes & proles cõcubitus sit contra ius naturale, ita ꝙ nulla dispensatione humana possit esse licitus. Et est ratio dubij, quia si esset contra ius naturale, sequeretur quòd nulla necessitate potuisset vnquã inter tales esse matrimonium, quia nulla necessitas facit licitã violationem iuris naturæ, nisi ab Autore naturæ aliter ordinetur. Cõstat autem quòd inter fratrem & sororem olim fuit licitum matrimoniũ: ergo coniunctio taliũ non est contra ius naturale. In oppositum aũt est, quia huiusmodi concubitus est contra naturalẽ rationẽ quo ad tria, quæ in prima, secunda & quarta ratione literæ afferunt, s. cõtra debitũ honorem propinquorum, contra debitam fortitudinẽ animi, contra moderationem debitã amoris venerei. Et augetur ratio dubij, quia in litera nõ dicitur, aliis verò personæ non habent indecentiam, sed dicitur, nõ habent ita ex seipsis indecentiã. In quibus verbis non excluditur indecentia, sed modus ac rõ indecentiæ, s. quòd non ita ex seipsis sicut parentes & proles: ac per hoc videtur ꝙ secundum Autorem inter illas personas est indecentia naturalis: licet non illo modo, & illa ratione. In oppositum autem videntur subiuncta verba, s. Sed variatur circa hoc indecentia vel indecentia secundũ consuetudinem & legem humanam vel diuinam. Nã quod ex consuetudine vel adiuncta lege tam decens, quàm indecens redditur, non repugnat secũdum se naturali iuri. Vnde & in 5. Eth. dicitur, quòd ius positiuũ est quod à principio nihil differt. Augetur rursus dubium: quia præcepta quæ in lege Moysi dantur circa talium personarum inhabilitatem ad matrimonium, inter præcepta moralia cõputantur, vt patet ex ratione ibi reddita, s. ne reueletur turpitudo proximorum, Leuit.18. Cõstat autem quòd præcepta diuini iuris moralia, ad ius naturæ spectant, & perseuerãt adeò quòd indispẽsabilia sunt autoritate humana. In oppositũ est, quia Papa potest in his dispẽsare. Cõstat autẽ quòd non potest in naturali iure dispensare: quoniã Papa est subditus naturali iuri, & non est supra ipsũ, vt possit illud tollere, aut mutare, sicut potest tollere vel mutare ius positiuũ, & ꝙ Papa possit, ex gestis Romanorũ põtificũ patet. Nã modern⁹ rex Portugaliæ Emanuel, duas sorores, quarũ altera superest, successiuè vxores habuit: ita ꝙ etiã cũ prima consummauerat matrimoniũ. Moderna quoque Regina Angliæ, cõsũmauerat prius matrimoniũ cũ olim fratre istius Regis Angliæ sui mariti. Ferdinãdus quoq; iunior Rex Siciliæ circa Pharũ, sororẽ patris sui Ioãnã, quæ adhuc superest, in vxorẽ duxit, dispẽsãte Alex.6. Hęc autẽ cõstat esse ĩ diuina lege ꝓhibita, in dicto c. Ergo.

¶ Ad euidentiã horum sciendum est, varias esse in hac quæstione opiniones: præcipuè quia hinc diuinum ius in huiusmodi præceptis, inde autoritas Romani pontificis occurrunt. Quidam enim putant Papam non posse dispensare in gradib. prohibitis diuino iure, quia moralia præcepta sunt. Quidã putãt Papam non posse tollere prohibitionem diuino iure in his præcepris contentam, sed in casu in quo ratio legis cessaret, dispensare, quia præcepta moralia sunt diuini iuris. Alij autem putant Papam posse simpliciter dispensare. Vt aũt veritas elucescat, considerandum est quòd præcepta ista sunt partim moralia, & partim iudicialia. Nam quantum ad hoc quòd cum proximis & quibusdã determinatè non debet esse matrimonium, sunt moralia simpliciter, sed quãtum ad determinationem tot personarum, habent aliquid morale & aliquid iudiciale: & morale quidem in eis est quicquid, & quãtum morali rationi conforme est: iudiciale aũt est omnimoda determinatio tot personarum. Nec hic ego somnio, sed ex ipso cap. Leuit.18. accepi. Tum quoniam inter hæc præcepta de commistione venerea ibidem ponitur præceptum de vitãda muliere menstruata. Constat aũt ex autore in 4. Sententiarũ, prçceptum hoc esse partim morale, & partim iudiciale. Nõ igitur oportet oĩa illa præcepta totaliter moralia esse. Qua eñ ratione prçceptum de vitãda menstruata discutitur, & tam subtiliter in eo discernitur quid rationis naturalis in eo sit, & quãtũ & quid, nõ ad rationẽ naturalem, sed iudicialia spectet illius populi, eadẽ ratione hæc præcepta simul tradita discutienda sunt, vt appareat clarè quid in eis morale, & quid iudicialis vinculi in eis fuerat. Tũ quia in principio dicti cap. præmittitur præceptis istis inhibitio legum extranearum, & expressè bis subiungitur impositio iudiciorum, dicendo. Facietis iudicia mea & præcepta mea. &, custodite leges meas atque iudicia. Ex hoc enim quòd iudicialia extranea vetare, & iudicialia peculiaria illis clarè Deũ, commemorat Moyses, significauit ꝙ non purè moralia præcepta subiungenda erant. Tum quia præcipitur ibi vt soror vxoris non sumatur in vxorem sorore viuente, & sic non propter incestum est ista prohibitio, quia cõmitteretur, etiã ipsa mortua, incestus, sed propter aliã causã, puta discordiã vitandã inter sorores. Ac per hoc constat iudiciale esse præceptum hoc super quadã honestate fundatũ non respectu generationis aut prolis, sed naturalis pacis no deducendę in æmulationem Tum quia ibidem secũdus gradus tã consanguinitatis, quàm affinitatis, in quibusdam personis interdictus inuenitur. Et extra, de diuortiis. c. gaudemus. dicitur quòd Pagani in secundo gradu coniuncti, si conuertuntur, non sunt separandi. Quod non statutum esset, si secundus gradus incestum causaret ex præceptis purè moralib. diuinæ legis: quoniam talib. omnes homines subiecti sunt. Sciebat enim Papa, tã excellentis præsertim scientiæ, s. Innocentius tertius, fuisse diuina lege prohibita multa coniugia in secundo gradu & multa in eodem gradu à sacris canonibus prohibita, & tamen quia sacris canonibus, quibus cauetur huiusmodi matrimonia esse nulla, Pagani subiecti nõ sunt, liberè ac licitè matrimonia inter Paganos in secundo gradu indistinctè post conuersionem pseuerare dixit. Ex hoc enim manifestè sequitur quòd præcepta illa tam parum moralitatis habent, vt sine vna dispensatione apud Paganos in secundo gradu licitè contrahantur coniugia, nullo incestus vitio interueniẽte. Discernere igitur oportet moralitatem vnius præcepti à moralitate alterius, perspicacius videndo rationem naturalem cuiusque. Et quoniam rationes omnes naturali lumine fultæ, naturalem indecentiam afferunt, oportet ipsam discernere. Nam naturalis indecentia per tres vltimas rationes allata, non est talis indecentia, quæ constituat personam inhabilem ad coniugium, sed ad cautelam consequentis mali vel impediti boni spectat. Mollities enim animi ex nimia opportunitate personarum ad coniugium habilium, quæ ex secunda ratione cauetur, ad defectum personæ consequentem ex abusu familiari seu domesticæ conuersationis spectat. Nam recta ratione conuersantes, donec à parentibus deputati essent coniuges, ad huiusmodi amorem non declinarent, vt patet de Iacob & consobrinis eius, quas post habuit in vxores. Et ad idem spectat nimius ardor qui in quarta ratione cauendus dicitur ex multiplicato vinculo, quum sint vincula diuersarum rationum consanguinitas & coniugium. Impedimentum autem multiplicandæ amicitiæ, quod in tertia ratione affertur, manifestè ad bonum non debitum, sed ad bene esse spectãs respicit. Non enim tenetur quis nisi fortè in casu ad amicitiam cum extraneo talem, s. per coniugij vinculum. Sed hoc ad bene esse humanæ amicitiæ confert. Potest quoque per consuetudinem disciplinæ bonæ, quæ in ciuitate ac domo esse debet, primum inconueniens facile euitari. Secundum autem fortè nullum esset, si consuetudo esset vt consanguinei coniuges essent. In cuius signum consanguinei dispensati ad coniugium non plus ardere videntur, quàm alij coniuges. Possent nihilominus coniugia cum extraneis fieri, quando ob amicitiam opus esset, vt tertium inconueniens cessaret. Vnde licet indecentia allata ex his tribus rationibus nihil moralitatis afferat, non tamen talem, vt propterea personæ consanguineæ reddantur inhabiles ad coniugium. Prima autem ratio de naturali reuerentia & de honoratione distinguitur in litera in responsione ad tertium, quòd scilicet quædam est naturalis reuerentia consequens per se & immediatam coniunctionem carnalem personarum, & hæc est inter parentes & proles. Quædam verò est quæ consequitur coniunctionem carnalem, non per se & immediatam, sed mediante coniunctione in parentibus, seu filiis. Et hæc est inter reliquas personas tam consanguinitate, quàm affinitate coniunctas. Nam nullæ tales per seipsas iunctæ sunt secundum carnem, sed mediante patre, aut matre, seu filio, aut filia, vt patet discurrendo. Inter has autem nec differentia in litera assignatur, quòd reuerentia naturalis consequens coniunctionem carnalem personarum per se & immediatè cõiunctarum, efficit quòd commistio inter tales sit secundum se indecens & repugnans naturali rationi, ac per hoc nulla ratione naturali licita. Et ex hoc patet, quòd reddit tales personas inhabiles ad coniugium inter se. Coniunctio autem reliquarum personarum cum annexa reuerentia naturali, non efficit quòd commistio talium sit secundum se indecens, & repugnãs naturali rationi: sed cum ipsa stat quòd sit commistio talium decens vel indecens secundum consuetudinem vel legem diuinam vel humanam. Et per hoc habetur quòd talis commistio non ex terminis, sed ex consuetudine, vel lege superueniente, redditur decens, vel indecens.

¶ Sed est hic dubium, quo modo dicta differentia personarum penes coniunctionem secundum se, & non secundum se, est radix inhabilitatis & habilitatis ad coniugium inter se, quoniam aut hunc effectum parit dicta coniunctio, quia pater & filia, mater & filius sunt naturaliter vna caro, & in coniugio oportet ex duobus fieri vnam carnem: & hoc non. Tum quia Eua nõ minus fuit vna caro cum Ada, quàm filia cum patre, iuxta illud, Hoc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & tamen coniuncta est illi in vxorẽ, & non inhabilis erat ad coniugium. Aut quia dicta coniunctio est propria causa naturalis reuerentiæ: & hoc non, quia naturalis reuerentia, vel irreuerentia, quæ propria ratio est inhabilitatis ad coniugium, non habet pro proprio fundamento, seu propria causa, coniunctionem per se & immediatã personarũ, vt patet ex hoc, quòd maior reuerentia debetur auo quàm patri, & tamen cum auo nõ est cõiunctio per se & immediata, sed per aliũ, scilicet mediãte patre. Non apparet ergo vnde dicta coniunctio causet huiusmodi inhabilitatem.

¶ Soluitur autem dubium hoc dicendo, quòd dicta cõiunctio ratione primi confert proposito: ratione verò secundi, directè & efficaciter est vera radix inhabilitatis. Nam ex hoc quòd mater & filius sunt vna caro, non qualitercunque, sed secundum naturalem coniunctionem immediatè, quoniam fili⁹ ex matris substantia est, consequens est vt nõ sint habiles naturaliter ad hoc quòd ex eis fiat de nouo vna caro, ad quod ordinatur coniugium. Et hoc tãgitur in verbis Adæ cùm dicitur, Relinquet patrẽ & matrem, cum quibus est homo naturaliter vna caro: & duo, qui non sunt vna caro, erunt in carne vna. Et hæc quidem bona ratio est ad propositũ principale. Nec est instantia de Eua. Quoniam non naturaliter erat vna cum Adam. In præceptis enim naturalis iuris ad naturalia oportet inspicere, non ad miracula. Directa autem coniunctio & immediata personarum, inquantum propria radix naturalis reuerentiæ, inhabitat personas tales ad coniugium.

¶ Ad cuius euidentiam scito, quòd coniunctio personarum per se & immediata, de qua est sermo, est coniunctio originis naturalis. Et quoniam naturalis productio alicuius ab aliquo in communi loquendo, potest esse per se, & per accidens, & rursus mediatè vel immediatè, sol enim & homo generant hominem, vt dicitur in secundo Physic. ideo in litera ponuntur conditiones istæ, ita quòd personarum coniunctio naturaliter ex hoc quod est secundum ordinem originis, radix est naturalis reuerentiæ, quoniam persona causata naturaliter se habet ad personam causantem ipsam vt ad principium sui esse, ac per hoc honorare tenetur ipsam, vt patet. Ex hoc verò quòd est inter extrema talis originis, scilicet producentem & productum, infert naturalem reuerentiam per se inter talia per se extrema originis, quæ sunt pater ac mater, & filius filiaque, & infert naturalem reuerentiam per accidens inter extrema per accidens dictæ originis, quæ sunt tam auus quàm auia, & tam nepos quàm neptis. Secundum nanque rectam Philosophiam Petrus est per se productus à patre & matre sua, sed per accidens, ab auo & auia, quoniam accidit patri meo, vt ipse habeat, vel habuerit patrem & matrem. Nihil enim minus Abel, Cain, & Seth fuerunt filij Adæ & Euæ, quàm si habuissent auos & auias Sunt enim apud Philosophos, & bene, omnes aui & auiæ causæ per accidens ordinatæ respectu mei. Et quia id quod est per accidens excluditur ab arte, & à fortiori à natura, quoniam natura parens est artis, ideo solummodo inter parentes proximos, hoc est patrem & matrem, & filios seu filias, est naturalis reuerentia per se. Et propterea istæ solæ personæ inhabiles redduntur ad coniugium ex ratione naturalis reuerentiæ. Et quia hæc sola ratio inuenitur vrgens, ideo Autor optimè has solas personas exclusit à matrimonio ex naturali ratione. Reliquas autem consuetudine & legibus superadditis diuinis vel humanis regulandas dixit. Vnde tam subtrahentes personas in veteri lege prohibitas, quàm subtrahentes personas omnes in linea recta ascendentium & descendentium humanæ dispensationi, ab Autoris doctrina & veritate procul sunt Ab Autore quidem, quia expresse hic dicitur, quòd personæ per se immediatè coniunctæ, non nisi contra naturalem rationem commisceri possunt, & quòd reliquæ decenter, vel indecenter secundum consuetudinẽ diuinã, vel humanam coniunguntur. A veritate autẽ, quia voluntariè aut insufficienter loquuntur. Voluntariè nanque Scotus quadragesima distinctione 4. Sententiarum, glossauit verbum illud Adæ, Relinquet homo patrem & matrem, quod intelligitur non solum de patre proximo, sed de patre remoto, ita quòd Adam si viueret, non inueniret vxorem. Hoc enim absque vlla ratione dicit, & est contra rationem allatam, scilicet quòd meus auus non est pater meus, nisi per accidens. Ea autem quæ sunt per accidens, relinquuntur. Insufficienter verò Petrus de Palude in quadragesima similiter distinctione, 4. Sententiarum, probat primò quod linea recta in infinitum sit prohibita, quia magis reueremur auum quàm matrem. Hoc enim non est verum de reuerentia naturali, quia ad patres per se, ad auum per accidens est naturalis reuerentia, dato quòd sit verum de reuerentia politica, qua auum viuentem vt primum dominum rerum, & primum in gubernando principium reueremur. Secundò, quòd omnes gradus prohibiti in lege veteri sint indispensabiles à Papa, quia sunt de iure diuino. Quoniam, vt iam clarius patet, determinatio tot personarum spectat ad iudicialia, non ad moralia simpliciter iuris diuini, quoniam ratio naturalis non inhabilitat tot personas ad coniugium quot ibi definiuntur inhabiles. Ad obiectiones ergo in oppositum primo propositas, dicitur quòd nulla rationum in litera allatarum, infert deordinationem seu deformitatem aliquam in concubitu seu coniugio reliquarum personarum coniunctarum, inueniri per se, vt patet discurrendo per singulas. Prima nanque de naturali honorificentia coniunctorum, non concludit de personis reliquis à patre & matre: nisi per accidens, vt patet ex dictis. Secunda de mollitie animi, & similiter quarta de nimio ardore, pericula tantum boni moralis accepta, magis quàm data, & indirecte, seu secundariò ad matrimonium spectantis, inferunt. Nam non inferunt ipsa mala, sed pericula eorum adesse ex libero coniugio inter coniunctas personas. Sequerentur enim hæc mala apud inordinatos animos & non apud inordinatos mentis homines. Et propterea magis accepta quàm data dixerim hæc pericula. Et licet finis secũdarius coniugij sit repressio concupiscentiæ, quæ est non solum in officium, sed in remedium, directè tamen coniugium est in remedium concupiscentiæ per viam satisfactionis, iuxta illud, Melius est nubere quàm vri, & vnusquisque suam vxorem habeat propter fornicationem, dum habendo coniugem abstinetur ab aliis. Tali autem modo reprimendi concupiscentiam non repugnat commistio coniunctarum personarum, & imò magis confert ex dictis conditionibus opportunitatis & incentiui Et propterea repressio concupiscentię, quam auget libertas coniugij, consequenter personas coniunctas ex domestica conuersatione & naturali amore propinquitatis non nisi indirectè, seu secundario spectat ad coniugium, dum s. expleta concupiscentia, tam facile alij magni motus libidinis insurgunt. Sed quòd huiusmodi pericula non inhabilitent personas ad coniugium, ex eo etiam coniectura est, quòd mulieres naturaliter pulchræ valde non sunt inhabiles ad coniugium, quarum tamen conditio magis habet annexum periculum horum bonorum morum, scilicet fortitudinis animi, & moderati amoris. Tertia autem ratio de multiplicanda amicitia, patet quòd non infert impedimentum boni debiti quando, vbi, &c. sed eius quod est ad bene esse. Quia tamen dictæ rationes monstrant decen: cautum, vtiléque esse, vt non sit liberum coniugium cum multis reliquis personis coniunctis, ideo ostendunt rationabiles esse consuetudines, ac leges huiusmodi libertatem coniugum adimentes. Ad verba autem literæ secundo loco obiecta, scilicet, Aliæ verò personæ non habent ita ex seipsis indecẽtiam, dicitur quòd per hæc verba, cùm solam negationem modi & rationis indecentię significent, non potest accipi quòd affirment aliquam indecentiam, sed hoc tantummodo, scilicet quòd per hæc verba non excluditur omnis indecentiæ modus. Et respondeo, quòd gratis conceditur, quoniam per subiuncta verba explanatur variarum in his decẽtia, vel indecẽtia & consuetudine, & lege. *Supra ar. 1. ad 3. Et 4. dis. 41. ar. 4. q. 1. ad 7.*

¶ Ad obiectionem demum tertio loco allatam ex prohibitione personarum proximarum per præcepta diuinæ legis, iam dictum est, quòd præcepta illa, quo ad tot personarum inhabilitationem, sunt iudicialia, non moralia simpliciter, sed secundum quid, scilicet quantum ad naturalem reuerentiam per accidens, quam Moyses tangit in reliquis personis non violandam ex naturali coitus turpitudine, & ideo hodie non ligant nisi quatenus ab Ecclesia sunt assumpta Et propterea potest Papa dispensare cum omnibus personis coniunctis, nisi cum matre & patre, vt matrimonium contrahant. Et hoc Autor ex autoritate Augustini insinuat in litera, dicendo quòd commistio fratrum & sororum non natura, sed religione prohibente, facta est damnabilis Hoc idem omnes, etiam qui negãt, fatentur dicendo quòd soli pater & mater de iure naturæ excluduntur à matrimonio. Omnia enim præcepta moralia sunt de iure naturæ. Hoc idem gesta Romanorum pontificum frequenter attestantur.

¶ In eodem articulo ac eadem responsione ad tertium, dubium occurrit, an in aliquo casu licitus esse possit absque diuina dispensatione, concubitus patris cum filia, aut matris cum filio. Et est ratio dubij, quia bonum commune præfertur secundum rectam rationem bono particulari, ac per hoc in casu quo solus pater cum filia, aut sola mater cum filio restaret ad conseruationem speciei humanæ, postponi deberet honor personalis, qui violatur ex turpitudine coitus, communi bono conseruationis speciei. Præterea, Si Adam inquit Martinus in quæstione de incestu, ex Eua solas fœminas generasset, & cognouisset quòd Eua ex sua complexione esset inhabilis ad generandum masculos, debuisset assumere in vxorem aliquam ex suis filiabus, vt masculus aliquis nasceretur ad conseruationem speciei, aliquin nec Deo præcipienti, Crescite & multiplicamini, &c. nec rationi naturali hoc indubitanter suadenti, satisfecisset. In oppositum autem est, quia in præceptis naturæ solus naturę Autor dispensare potest. Talis autem commistio iure naturæ prohibita est. ergo, &c.

¶ Ad hanc dubitationem dicitur: quòd cùm non sint facienda mala vt veniant bona, nec deberet nec licitè posset homo dicere vnum mendacium, vt conseruaret totum mundum cum suis speciebus, quia mendacium est secundum se prauum, consequens est, vt eadem ratione, quia scilicet talis commistio est secundum se praua, nullo possit bono fine excusari, & propter hoc filiæ Lot non excusantur ab incestu. Quod autem talis commistio sit per se praua, patet ex hoc, quòd actus cadit super indebita materia, quoniam personæ istæ sunt naturaliter inhabiles ad coitum secundum seipsas, non in ordine ad prolem: quoniam inter ipsas est naturalis pudor, qui est contrarius directè commistioni earum.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppositum, dicitur, quòd licet bonum humanæ speciei sit maius bono naturalis honoris istius personæ, homo tamen qui non est dominus naturalium, non potest licitè priuare se, aut aliam personam bono naturalis honoris sibi debiti propter illud maius bonum, quia priuando incurreret proprium malum moris, quod non est admittendum pro quocunque communi bono siue naturali, siue morali. Sicut maius bonum est salus & vita patriæ, quàm vnius priuati rustici: non possẽ tamen ego priuata autoritate rustici vitam tollere, vt toti patriæ vitam darem, quia non licet facere malum, vt eueniat bonum. Et si quæratur, quid facient mater & filius tantummodo relicti? respondetur, Recurrent deuotè ad Autorem naturæ, cui incumbit cura conseruandarum specierum, quíque statuit causis secundis speciem conseruandam non per matrem, & patrem: & proculdubio Deus, qui non deficit in necessariis, prouideret.

¶ Ad secundam autem obiectionem dicitur, quòd casus non est admittendus, quia claudit incompossibilia, scilicet, quòd Deus præceperit, vt de facto præcepit, primis parentibus, Crescite & replete terram, & quòd Euam talis complexionis fecerit, vt esset inepta ad generationem masculorum. Repugnant enim hæc duo ad inuicem, quoniam ex primo sequitur oppositum secundi, & ex secundo oppositum primi. Nam si ipsi primi parentes præceptum acceperunt vt generarent, ex seipsis repleturos terram, oportuit Euam esse fœcundam vtriusque sexus, alioquin iam non ex Adam & Eua, sed ex vna alia necessariò requisita repletio esset terræ, vt à primis parentibus, quoniam illa alia esset prima mater masculorum. Prçterea, Incompossibile est primis parentibus, vt sint imperfecta principia perfectione priuationis naturalis, quoniam vt dicitur in 2. Metaphysi. Perfecta principia naturaliter sunt ante imperfecta. Constat autem quòd talis casus ponit parentes primos principia imperfecta humanæ speciei imperfectione naturalis priuationis, quoniam essent priuata naturali fœcunditate masculorum. Falsum quoque ex dictis esse patet, quòd ratio moralis indubitanter suadet commistionem talem propter conseruandam speciem esse licitam.

¶ Super Quæstionis centesimæquinquagesimæ quartæ Articulum decimum.

IN articulo decimo eiusdem quæstionis 154. aduerte nouitie, quòd ex his quæ in litera dicuntur, non accipias luxuriam ordinari ad irreligiositatem in violatione monialis, sicut castitas illius ordinatur, sed ex his sume tantùm maiorem seu vniuersalem regulam, quòd quando actus vnius

vitij ordinatur ad aliud, transit in speciem illius, sicut accidit etiam in virtutum actibus, & subsumas quando per luxuriam polluitur persona sacra, irreligiositas ordinatur in luxuriam, quoniã ex nimio appetitu luxuriæ communiter homo acceptat violationem personæ sacræ, & non contra, & sic sacrilegium fit species luxuriæ, vt pote propter luxuriam commissam. Sicut quando ex vindicta percutitur persona sacra, sacrilegium idem fit species iræ, & hoc est verũ secundum communem cursum, vt dictum est. *q.99.* Potest tamen species luxuriæ ordinari in irreligiositatẽ vt finẽ, vt si qs iõ polluat poti⁹ monachalẽ quã aliam, vt iniuriã diuino cultui iferat. *Ca. lex illa prætextorum.*
¶ Aduerte secũdo, quòd cùm in responsione ad primum dicitur, quòd luxuria potest esse species irreligiositatis, sicut cuiusdam superioris generis, ly sicut, non denotat proprietatem, sed similitudinem. Luxuria enim non est propriè genus medium inter irreligiositatem & species luxuriæ, sed assimilatur generi medio pro quanto irreligiositas tenet locum generis communioris, vt pote extensi ad luxuriã, auaritiã, irã, &c. *Cap. 16. to. 5.*
¶ In eodem articulo in responsione ad secundum, dubium occurrit circa verba Autoris, quonam pacto verum est, quòd ibi, scilicet in Decretis, enumerantur illa quæ sunt species luxuriç, secundum seipsa, repugnat siquidem hoc supradictis. Nam raptus & adulterium secundũ seipsa, non luxuriæ, sed iniustitię sunt species, & ad luxuriam non spectant, nisi rõne finis, dũ ex nimia libidine acceptat qs inferre vim, aut alienum torum violare. *q. 99. ar. 1. ad 2. & 1. 2. q 18. art. 7.* *Cap. 8. to. 6.*
¶ Ad hoc dicitur quòd inter enumeratas prius species luxuriæ, scilicet fornicationem, stuprum &c. & sacrilegium, hæc est differentia manifestè, ꝙ in signato proprio cuiuscunque illarũ clauditur venereus actus explicitè, siue ex ꝓprietate nominis significantis, vt patet de stupro, adulterio, &c. siue ex appropriatione vsus, vt contingit in raptu. In proprio autem significato sacrilegij non continetur explicitè actus venereus, imò sacrilegium etiam personale commune est actibus diuersorum generum, vt patet, & hinc habetur differentia, quæ ponitur in litera, scilicet quòd illa secundum se ipsa continentur sub luxuria, quia secundum actus explicitè significatos, sub luxuria sunt. Sacrilegium verò non secundum suum significatum, sed secundum quòd suum significatum refertur ad luxuriæ actum, species ponitur luxuriæ.
¶ Ad obiectionem verò in oppositum, dicitur quòd præsens sermo non contrariatur supradictis. Nam cũ hoc stat ꝙ multæ illarũ species sint secundũ famosã determinationem, & lato vocabulo species luxuriæ, ꝙ suprà dictum est. Cùm hoc enim ꝙ adulterium secundum suum proprium significatũ est species luxuriæ, stat ꝙ ly species verificetur de specie secundũ famosam determinationem & extensionem vocabuli. Nec obstat etiam ꝙ eodẽ modo se habeat luxuria in adulterio & sacrilegio, s. vt finis, quoniã licet in ipsa perpetratione talium peccatorũ carnalium luxuria communiter se habeat vt finis & violatio iustitiæ aut rei sacræ, vt id qđ est ad finem, differentia tamen magna est in significatis nominũ aliarum specierum & sacrilegij, quia nomine adulterij, stupri, raptus, &c. explicitè significať ipse finis, scilicet luxuriæ actus & determinatio siue contractio eius per id quod est ad finem, puta iniuria coniugis, violentia, &c. Sacrilegij verò nomine explicatur id quod irreligiositatis est tãtùm. Et iõ illa ponunť & sub iniustitia & sub luxuria, rõne diuersorum. Simpliciter tñ & absolute sub luxuria se habet vt finis, & ex fine rõ actus sumitur. Sacrilegiũ aũt vt absolutè est sub irreligiositate nihil habet in suo significato vnde reponatur sub luxuria, & propterea ex sola relatione ad finẽ, actum, s. luxuriæ nõ significatum, ad luxuriã spectat, & propterea non est species connumerata cum aliis à Gratiano, & Magistro Sententiarum.
¶ In eadẽ rñsiõe ad secũdũ aduerte diligẽtissime differẽtiã verborũ, ac ꝑ hoc sensuũ in litera, dũ sacrilegiũ ad incestũ vel adulteriũ, & dũ ad stuprũ vel raptũ reducit. Nã in illis dicit, ꝙ est sacrilegiũ ad modũ incestus & ꝑ modũ adulterij. In istis verò nõ dicit quod est ad modũ, vel per modum, sed dř ꝙ est qdã spũale stuprũ, & quòd est spũalis rapt⁹. Docet siquidẽ ꝑ hanc differentiã Autor, ꝙ violatio spiritualis cognationis per veneream cõmistionem secundum veritatem est sacrilegium, sed habet modum incestus, qui assimilatur violationi consanguinitatis. Et similiter violatio sponsæ Christi in veritate est sacrilegium, sed habet modum adulterij, quia mulier illa assimilatur sponsæ. Habet em̃ se vt sponsa, sicut illi se habent vt filij & cognati. Violatio autem venerea virginis Deo sacratæ est propriè non solum sacrilegium ratione voti, quo Deo dicata est, sed etiam stuprum ratione signaculi virginalis sub cura non carnalis, sed spiritualis patris, Prælati, s. ecclesiastici, qui loco carnalis patris succedit, habens sub spirituali etiam carnalem custodiam virginis, ita quod est verè & propriè stuprum, & graui⁹ quàm stuprum purè carnale, quanto custodia spiritualis cui fit iniuria, est maiori veneratione digna, quàm custodia puræ carnalis. Et propterea dicitur in litera stuprum spirituale, ita quod ly spirituale non est conditio diminuens seu augens rationem stupri à dignitate superaddita, & similiter si violentia inferatur eidem, erit proprie raptus spiritualis ex hoc ipso grauior, quòd etiam à spirituali patre rapitur, vt declaratum est. &c.

subalternatĩ positis: sed sacrilegiũ est species irreligiositatis, vt dictũ est*: ergo sacrilegiũ non pòt poni species luxuriæ.
¶ 2 Præterea, In Decre. 36. quæstione 1.* sacrilegium non ponitur inter alia quæ ponuntur species luxuriæ. ergo videtur quòd non sit luxuriæ species.
¶ 3 Præterea, Sicut per luxuriam cõtingit aliquid fieri contra aliquam rem sacram, ita etiam per alia viciorum genera: sed sacrilegium non ponitur species gulæ, aut alterius alicuius vitii. ergo etiam non debet poni species luxuriæ.
¶ SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 15. de Ciu. Dei*, quòd sicut iniquũ est auiditate posidẽdi transgredi limitem agrorũ, ita etiam est iniquum libidine cõcũbendi subuertere limitẽ motũ: sed transgredi limitem agrorum in rebus sacris est peccatũ sacrilegij, ergo pari ratione subuertere limites morum libidine concumbendi, in rebus sacris facit sacrilegij vitium. Sed libido concumbendi petrinet ad luxuriæ species.
¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, act⁹ vni⁹ virtutis vel vitij ordinatus ad finẽ alterius, assumit speciẽ illius, sicut furtum qđ propter adulterium committitur, trãsit in speciẽ adulterij. Manifestum est autẽ ꝙ obseruatio castitatis secundum qđ ordinatur ad cultum Dei, fit actus religionis, vt patet in illis, q vouẽt & seruãt virginitatẽ, vt patet per Augusti. in lib. de Virginitate*. Vnde manifestum est, quòd etiã luxuria, secundum quòd violat aliquid ad diuinum cultum pertinens, pertinet ad speciem sacrilegij. Et secundum hoc sacrilegium potest poni species luxuriæ.
¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ luxuria secundum quod ordinatur ad finem alterius vitij, efficitur illius vitij species. Et sic aliqua luxuriæ species potest etiam esse species irreligiositatis, sicut cuiusdam superioris generis.
¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ibi enumerãtur illa quæ sunt species luxuriæ scđm seipsa. Sacrilegium autem est species luxuriæ, secũdum qđ ordinatur ad alterius vitij finem, & potest concurrere cum diuersis luxuriæ speciebus. Si enim aliquis abutatur persona coniuncta sibi secũdum spiritualem cognationem, committit sacrilegium ad modum incestus. Si autem abutatur virgine Deo sacrata, inquãtum est sponsa Christi, est sacrilegium per modum adulterij: inquantũ verò est sub spiritualis patris cura constituta, erit quoddam spirituale stuprum. Et si violentia inferatur, erit spiritualis raptus, qui etiam secundum leges ciuiles grauius punitur quàm alius raptus. Vnde Iustinianus Imperator* dicit. Si quis non dicam rapere, sed attentare tantummodo matrimonij cõiungendi causa, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur. *In Codice lib. 9. tit. 13*
¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sacrilegium committitur in re sacrata. Res autem sacrata est, vel persona sacrata, quæ concupiscitur ad concubitum, & sic pertinet ad luxuriam. Vel quæ concupiscitur ad possidendum, & sic pertinet ad iniustitiam. Potest etiam ad iram pertinere sacrilegium, puta, si aliquis ex ira iniuriam inferat personæ sacræ, vel si gulosè cibum sacrũ assumat, sacrilegiũ cõmittit. Specialius tñ sacrilegiũ attribuiť luxuriæ, quæ opponitur castitati, ad cuius obseruantiã aliquæ personæ specialiter cõsecrantur.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum vitiũ contra naturã sit species luxuriæ.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ vitium contra naturam non sit species luxuriæ, quia in prædicta* enumeratione specierum luxuriæ nulla fit mentio de vitio contra naturam. ergo non est species luxuriæ. *4. di. 41. ar. 4. q. 2.* ** Art. 1. huius q.*
¶ 2 Prçterea, Luxuria opponitur virtuti, & ita sub malitia cõtineť: sed vitiũ cõtra naturã nõ cõtinetur sub malitia, sed sub bestialitate, vt patet ꝑ Philo. in 7. Ethi.* Ergo vitiũ cõtra naturã nõ est spẽs luxuriæ. *Cap. 5.*
¶ 3 Præterea, Luxuria consistit circa actus ad generationẽ humanã ordinatos, vt patet ex suprà dictis*, sed vitiũ cõtra naturã consistit circa actus, ex quib⁹ non potest generatio sequi. ergo vitium contra naturam non est species luxuriæ. *Q. præc. art. 2. & 4.*
¶ SED CONTRA est ꝙ 2. Corin. 12. cõnumeratur aliis luxuriç speciebus, vbi dicitur. Et non egerunt pœnitentiã super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, vbi dicit glossa, immunditia, id est, luxuria contra naturam.
¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut supra dictũ est*, ibi est determinata luxuriæ species, vbi specialis ratio deformitatis occurrit, q̃ facit indecentẽ actum venereũ. Quod quidẽ potest esse dupliciter. Vno quidẽ modo, quia repugnat rationi rectæ, quod est cõmune in omni vitio luxuriæ. Alio modo, quia etiã super hoc repugnat ipsi ordini naturali venerei actus, q cõuenit humanæ speciei, qđ dicitur vitiũ cõtra naturam. Quod quidẽ potest pluribus modis contingere. Vno quidem modo, si absq; omni concubitu causa delectationis venereç pollutio procuretur, quod pertinet ad peccatum immunditiæ, quamquidam mollitiem vocant. Alio modo, si fiat per concubitum ad rem non eiusdem speciei, quod vocatur bestialitas. Tertiò, si fiat per concubitum, ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum vel fœminæ ad fœminã, vt Apostolus dicit ad Rom. 1. quod dicitur Sodomiticum vitium. Quartò, si non seruetur naturalis modus concumbendi, aut quantum ad instrumentum non debitum, aut quantum ad alios monstruosos & bestiales concumbendi modos. *Art. 6. & 9. huius q.*
¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ ibi enumerantur species luxurięquæ nõ repugnant humanæ naturæ, & ideo prętermittitur vitium contra naturam.
¶ Ad secundũ dicendũ, ꝙ bestialitas differt à malitia, quæ humanæ virtuti opponitur ꝑ quẽdam excessum circa eãdẽ naturã, & ideo ad idẽ genus reduci potest.

¶ Super quæstionis centesimæ quinquagesimæ quartæ Articulum vndecimum.

IN arti. 11. eiusdem q. 154. nota differẽtiam in litera positam, quòd cùm omnia peccata luxuriæ cõueniant in hoc quòd actus venereus repugnat rectæ rationi, naturalia tamen peccata à peccatis contra naturã in hoc differunt, quòd naturalia rationali ordini solùm, innaturalia autem non solùm rationali, sed naturali ordini actus venerei in humana specie repugnant, & propterea appellantur vitia contra naturam. Contra naturalem nanque ordinem naturæ est omnis concubitus & seminatio, vnde non potest, quãtum est ex natura actus, sequi generatio hominis, cùm ad conseruationem speciei humanæ ordinetur à natura vis generatiua cum suis mẽbris. Et similiter cõtra naturalẽ ordinẽ quo ad modũ, est omnis modus alius à naturali modo cõcũbendi, q speciei humanæ inditus est.
¶ In eodem art. 11. multa occurrunt dubia, quæ quoniã de innominabili sunt vitio, & ideo parum discussa, discutienda censui, vt ambiguitatib. exclusis minus nominetur à confessorib. & citius expediant se de istis. Est ergo primum dubium an hi quatuor modi in litera positi, sint diuersæ species peccati contra naturam. Et est ratio dubij, quia non apparet ratio diuersitatis specificæ.
¶ Secundum dubium est, an peccatum molitiei sit plurium specierum. Et est ratio dubij, quia potest esse mollities per pollutionem multipliciter procuratam, vt per non procuratam. Et in litera non fit mentio nisi de procurata.
¶ Tertium dubium est, an bestialitas sit plurium specierum. Et est ratio dubij, tũ propter sexus diuersitatem, tum propter dæmonẽ incubum in forma masculi naturaliter concumbentis, nunc contra naturã, nunc in eodem sexu, nunc in forma bestiæ, nunc in forma cõsanguinei, nũc in forma alicuius sancti cõcumbentis cũ fœmina. Nõ em̃ liquet an sint hæc oĩa vnius speciei, tum propter differentiam plus quàm genericam inter dæmonem & bruta.
¶ Quartum dubium est, an peccatum cõcubitus viri cũ muliere extra vas debitũ, sit eiusdem speciei cũ aliis peccatis circa modũ concumbendi: & est rõ dubij, tum qa apparet hic diuersitas specifica, quia ex primo non potest sequi generatio, ex aliis sic, & tamen in litera simul ponuntur sub contrarietate ad modum concubitus, tum quia talis concubitus eiusdem speciei est cum peccato sodomitico, cùm masculus in masculum turpitudinem operatur.
¶ Quintum dubium est, quia superius dictum est quòd concubitus viri volũtariè non seminantis & mulieris seminãtis, est contra naturã, & tamen hoc peccatum sub nullo istorum quatuor modorum clauditur, quoniam seruatur debita species, debitus sexus, debitum instrumentum, debitus modus, &c.
¶ Sextũ dubiũ est, an omnia hæc peccata contra naturã sint peccata mortalia: & est rõ dubij, qa peccatũ in solo modo nõ videtur peccatum mortale.
¶ Ad primũ dubiũ dicendũ, quòd cùm bonũ consurgat ex causa integra, malum autem ex particularib. defectibus, & ordo naturalis actus humani venerei multa exigat, consequens est quòd malum dicti ordinis consurgat ex defectib. singulorũ requisitorum ad dictum ordinem, & consequẽter ꝙ species malorum

malorũ oppositorũ dicto ordini accipiantur penes diuersarum rationũ bona, ex quibus consurgit ordo naturalis actus humani venerei. Constat autẽ ꝙ naturalis ordo actus venerei humani, cui directe cõtrariatur peccatũ venereũ contra naturã, consistit in quinq;. Primò, in concubitu. Secũdò hominum. Tertiò, vtriusq; sexus. Quartò, secundũ vtriusq; naturalia ad generationem instrumẽta. Quinto, secundũ debitũ modũ. Ac per hoc mollities directè tollens bonũ cõcubitus, est bestialitas directè tollẽs bonũ speciei humanæ, & sodomia directè tollẽs bonũ sexus in supposito, & peccatũ innominatũ directè tollens bonũ naturalis instrumenti, & peccatum quoq; innominatũ directè tollens bonũ naturalis modi, diuersarũ rationũ vitia cõtra naturam constituere videnť. Nihil enim huic diuersitati obstãs apparet, nisi ꝙ omnia hæc bona ꝓpter vnũ videntur esse, scilicet bonũ conseruandæ speciei humanæ. Ad hoc enim omnia hæc à natura ordinãtur vt ad finẽ. Sed hoc nõ obstat, quia ista sic sunt bona ꝓpter cõseruandã humanam speciẽ, vt etiã secundum seipsa sint quædã bona quæ ꝑ hæc peccata tolluntť. Nã cõcubitus ipse bonum importat formaliter cõiunctionis inter actiuũ & passiuũ, qđ cõstat secundũ se esse bonũ in omni natura. Idẽtitas etiã specifica personarũ concũbentiũ constat etiã ꝙ secundũ se bona est, vtpote in omni natura animaliũ coeuntiũ à natura instituta. Diuersitas quoq; sexuũ secundũ se ponit bonum ꝓportionis naturalis inter actiuũ & passiuũ. Proprietas instrumentorũ secundũ se ponit vltra naturalem ꝓportionẽ, bonũ naturalis cõiunctionis ꝓximorũ principiorũ generationis &c. Modus autẽ concũbẽdi constat ꝙ bonũ quoddã naturale est secundum se, cũ modus peculiariter bonũ constituat. Consistit enim bonum in modo, specie & ordine. Vnde vitiũ contra naturã in has quinq; species distingui videtur, ita tamẽ ꝙ vltima species vt imperfecta species, sub tali genere cõprehẽdatur: qm̃ non contra, sed ꝑter naturã fit, cũ in solo modo concũbendi erratur, sed hæc responsio deficit in hoc, ꝙ æquiuocat de bonũ. Quoniã licet hæc sint bona secundũ se diuersarũ rationũ in esse naturæ, vt tamẽ veniũt in vsum humanũ, sunt vnius rationis bona: qm̃ vt subsunt humano vsui, non sunt bona nisi bonitate generationis humanæ, ad quam omnia ordinãtur. Quod probatur, quia non sunt secundum se appetibilia ab appetitu humano recto sine ordine ad generationẽ humanam tantũ. Nam concubitus & sexus eiusdẽ speciei, & instrumẽtorũ naturaliũ coniunctio, secluso ordine ad generationẽ humanã, bona humana non sunt, nec recto appetitu humano appetibilia. Et similiter opposita istis vna & eadẽ ac sola ratione sunt mala humana, qa scilicet quodlibet ponit actũ venereũ, ex quo non potest sequi generatio. Ideo em̃ seminatio sine cõcubitu est malũ humanũ, qa ex ea non potest sequi generatio humana. Similiter abusus sexus, vel alterius speciei, vel instrumẽti, vel modi, est malũ humanũ, qa ex eo non potest sequi humana generatio. Si em̃ posset humana generatio sequi, nihil horũ esset malum humanũ, quãuis fortè essent mala naturæ. Et quoniã species vitiorũ non distinguunť penes mala naturæ secundũ ꝙ subsunt, aut contrariãtur humano vsui, ideo nõ apparet vnde inter peccata cõtra naturã diuersitas sit specifica, & hoc insinuauit Autor, ponendo ipsam determinatã quæstionẽ luxuriæ, & nullã mentionẽ faciendo de diuersitate illius specifica, quãuis hoc non cogat, qm̃ Autor in 1. artic. huius q. numerãdo species luxuriæ, dixit in numero plurali, vitia cõtra naturã, & in art. vlt. huius q. dicit etiã pluraliter, in vitiis q̃ sunt cõtra naturã transgrediť, &c. Pluralis siquidẽ numerus insinuare videť pluralitatẽ vitiorũ specificã: nam ratione numeralis distinctionis non fieret sermo pluralis. Et verè sic est. Nam species moraliũ vitiorũ nõ semp sumunť penes species bonorũ priuatorũ, sed etiã penes diuersa motiua per se sufficiẽtia ad priuationẽ vnius, & eiusdẽ boni, vt patet in duob⁹ extremis vitiis temperantiæ, q̃ idẽ bonũ tollunt, sed diuersimode. s. per excessum & ꝑ defectũ. Vbicunq; enim occurrunt diuersa motiua, quorũ quodlibet est ꝑ se sufficiẽs ad priuandũ bonũ alicuius virtutis moralis, ibi diuersa vitia secundũ speciẽ ponẽda sũt, vt patet ĩ exẽplis datis, & in specieb⁹ gulæ. Sed diuersa cõstat esse motiua ĩ his peccatis cõtra naturã, ita ꝙ quodlibet motiuum est ꝑ se sufficiẽs ad corruptionẽ naturalis ordinis act⁹ venerei humani. Igiť diuersæ sunt species peccati cõtra naturã. Minor ꝓbať qa mollẽ mouet sola expletio voluptatis venereæ. Sodomitã mouet ꝑsona indebiti sex⁹. Bestialẽ mouet suppositũ alienç speciei. Abutẽtẽ fœmina extra vas, mouet delectatio ĩ parte indebita. Et vltimũ mouet delectatio indebiti modi. Et quodlibet horũ est ꝑ se sufficiẽs motiuũ ad corrũpẽdũ naturalẽ ordinẽ statutũ ĩ actu venereo humano, vt patet. Rationabile est igiť ponere has quinq; species vitii cõtra naturam. Cõsonatq; distictio ista metaphysicæ doctrinæ, qm̃ cum vitium cõtra naturã cõstituatur ĩ impossibilitate generationis humanç ex seminatione humana, cõsequẽs est quòd vbicũque quędam impotẽtia generationis humanæ in seminatione committitur, ibi per se diuersitas fit, quoniam sicut fixio pedis pedalitas quędã est, & ideo est ꝑ se diuersificatiua pedis, ita seminatio ĩ sexu indebito, impossibilitas quędã est generationis humanæ ex semine, & sic de aliis. Cõsonat & hæc diuersitas specifica moralibus distĩctiuis, quia quodlibet istorum motiuorum dissonat secũdum se ratione naturali, & est per se motiuum ex parte actus venerei, licet ex parte operantis possit aliud esse motiuum. Et est per se corruptiuum boni specialis virtutis moralis, pudicitiæ, castitatis. Consonat demum propriis huius vitii, quoniam, vt patet in litera, vitium istud hoc habet propriũ, ꝙ naturali ordini actus humani venerei secundũ ipsum actũ opponiť. Prædicta autẽ motiua omnia secũdũ opposita etiã naturaliter dicto naturali ordini attenduntť. Nec obstat ꝙ Autor nõ fecerit mentionẽ de specifica diuersitate huius vitij, quoniã locus ab autoritate negatiuẽ non valet, & plurali numero illã insinuauit. Nec est vera ꝙ ista peccata vna & eadẽ ratione specifica specialissima sint mala moraliter, quãuis vnũ solum bonum morale tollãt, qm̃ sunt vnum genere penes priuationẽ generationis humanæ, & sunt multa specie penes diuersa motiua perficientia ad priuationem generationis humanæ.
¶ Ad secundũ dubiũ dicitur, ꝙ cùm vitiũ mollitiei venereæ constituať ex voluntaria pollutione absq; cõcubitu quocunq;, nulla apparet differẽtia formalis q̃ distinguat hanc speciẽ. Siue enim sit procurata extrinseco adminiculo ꝓprio, vel alieno ꝑ quodcunq; coniunctũ, vel separatũ instrumentũ, dũmodo absit cõcubitus, siue sit ꝓcurata ꝑ solum interiorẽ actũ positiue vel negatiuè, nulla fit diuersitas specifica, quoniã hæc omnia materialiter, vel per accidens se habẽt ad voluntariã seminationem absque cõcubitu. Graui⁹ tamẽ peccatũ cum alieno hoc adminiculo fit ratione societatis in peccato alterius. Et hæc intellige loquendo de tali specie peccati secundum se. Quoniam loquendo de eodem peccato vt subordinatur morosç delectationi aut desiderio adulterij, recipit etiã adulterij deformitatem. Et vt subordinatur morosç delectationi aut desiderio incestus, admittit deformitatem incestus, & sic de aliis.
¶ Ad 3. dubiũ diciť, ꝙ venereç bestialitatis vitiũ species specialissima est. Nã neq; sex⁹ aut vasis diuersitas ĩ bestia diuersitate motiui ĩ ordine ad rationem habet, sed sub eadẽ mouẽdi ratiõe cõprehẽdiť, qua bestia ipsa mouet, scilicet vt extraneũ a specie humana, sicut oĩs cõcubit⁹ masculi cũ masculo ĩter homines eiusdẽ speciei, qa sub eadẽ ratione mouet mas, & quælibet eius pars marẽ ad actũ venereũ, & mulier mulierẽ, neq; nata est sequi generatio humana ex cõmistione cum sexu diuerso bestiæ, sicut accidit in cõmistione hominũ. Et ꝑ hoc etiã diciť ꝙ omnis cõcubitus cũ dæmone est eiusdẽ speciei specialissimę, qa sub vna ratione mouet vt suppositũ non eiusdẽ speciei. Et hæc intellige quantũ est ex natura actus, hoc est, ipsius cõcubitus secundũ se cum supposito non eiusdẽ speciei, qm̃ ex parte affectus, vt pũta, si quis etiã bestia affectu sodomitico abutať, aut cũ dæmone ꝑ affectũ ad delectationem sodomiticã, vel cũ consanguineo, &c. coeat, peccatũ vltra bestialitatis vitiũ, deformitatem sodomiæ, vel adulterij, vel incestus, vel sacrilegij, &c. induit. Potest quoq; ex parte effectus adiuncto quãdoq; patiẽtis affectu, seu cõsensu, variari bestiale peccatũ mulieris cũ dæmone, puta, si dæmõ nõ confectũ à seipso semẽ, quod nõ est verũ semẽ humanũ, sed quidã humor semini humano similis, sed verũ semen humanũ acceptũ ab aliquo viro, cõcũbendo trãsfundat. Tale em̃ peccatũ ex parte cõcubitus est bestialitas, ex parte vero cõmistionis seminũ, ad simplicẽ fornicationẽ reductiuẽ spectat, eo ꝙ solã delectationẽ venereã in cõsummatione vagi concubitus importat. Prinde em̃ est quo ad hoc ac delectari in susceptiõe vagi seminis humani, qđ ad simplicẽ spectat fornicationẽ, nisi aliqua alia cõditio superaddať. Vnde ex tali cõcubitu generari potest homo filius illius viri, à quo decisum est semẽ. Nec obstat si vir ille sit pater illius mulieris, si ista tantũ hominis semẽ petierit, non patris ꝓprij, qm̃ ex intẽtione & ꝓposito peccata distinguunť. Diuersitas autẽ plus q̃ generica inter dæmonẽ & bruta in esse naturæ est, nõ in esse morali in ordine ad cõcubitũ humanũ, qm̃ dæmõ vt extremũ cõcubitus humani cõcurrit vt simile animali, qđ secundũ naturã potest esse extremũ cõcubitus. Format em̃ & mouet corpus aereũ in similitudinẽ animalis illius, puta hominis, aut bestiæ, ac ꝑ hoc secundũ affectũ trahit peccatũ in speciẽ illius cõcubitus cui assimilať. Quia tamẽ secundũ veritatẽ notã talis concubitus est cũ extremo extraneæ speciei ab homine, & motiuũ ad tale peccatũ est delectatio venerea in extremo alterius speciei, qđ motiuũ cõe est omni venereç bestialitati: ideo ex parte act⁹ nulla apparet specifica differẽtia luxuriæ. Differt tñ specie cõcubit⁹ cũ dęmone à cõcubitu cũ bestia ex admistione alterius vitij, s. irreligiositatis, nõ ſm speciẽ sacrilegij, sed supstitionis illius, ad q̃ spectat societas cũ dæmonib⁹. Est em̃ in tali cõcubitu directè societas cũ dæmone.
¶ Ad quartũ dubiũ diciť, ꝙ peccatũ hominis cũ muliere extra vas naturale, specie differre videť à peccato in modo concũbendi cum muliere, non propter obiectiones allatas, vt patebit respondẽdo ad illas, sed ꝓpter diuersitatẽ motiuorum. Quoniã ad vsum mulieris extra vas naturale mouet delectatio partis seu instrumẽti innaturalis, ad vsum verò mulieris in vase naturali modo indebito mouet delectatio ipsius modi innaturalis, vt prius dictum est.
¶ Pro 1. tamẽ obiectione sciendũ est, ꝙ modus innaturalis cõtingit dupliciter. Vno modo, ita ꝙ nõ potest sequi generatio, & tũc solũ peccatũ in modo est ꝓpriè peccatũ cõtra naturã. Et ꝙ hoc sit verũ & de intẽtione Autoris, patet ex 1. huius q. art. vbi dicit, ꝙ impedire generationẽ prolis, cõstituit vitiũ cõtra naturã. Et ex eo ꝙ aliter nõ est cõtra, sed ꝑter naturã. Alio modo, ita ꝙ potest ex eo sequi generatio. Et talis modus nõ cõprehẽdiť sub peccato contra naturã nisi reductiuẽ, eo modo quo id qđ est ꝑter naturã reduciť ad contra naturã. Talis tamẽ mod⁹, licet absolute deformitatẽ quãdã importet, ꝓpter recessum à naturali modo, nõ tamẽ ita habet deformitatẽ annexã quin ex causa possit esse licitus: puta, si dispositio corporis non patiať aliter fieri.
¶ Pro 2. autem obiectione iam potest patere ex dictis, ꝙ cõmistio viri cum muliere cõtra naturã & cũ puero distinguiť specie, qa motiua sunt diuersarum rationũ, scilicet delectatio in persona sexus quidem debiti, sed secundũ partem indebitam. Alia enim ratione repugnat rationi & naturæ, quòd ipsa

Universidad de Deusto Biblioteca

persona concūbens est contra naturā, & alia ratione ꝙ persona ipsa concūbens non est contra naturā, sed illa pars eius. Ibi enim extrema concubitus quae sunt personae, repugnantiā habent, hic autē extrema non habent repugnantiā, sed aliunde repugnātia oritur, scilicet ex sola instrumentali parte. Vñ inter modos quatuor vitij cōtra naturā in litera numeratos solus quartus species subalterna inuenitur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ luxuriosus non intendit generationem humanā, sed delectationem veneream, quam potest aliquis experiri sine actibus, ex quibus sequitur humana generatio. Et hoc est quod quaeritur in vitio contra naturam.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum vitium contra naturam sit maximū peccatum inter species luxuriae.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ vitium contra naturam non sit maximum peccatū inter species luxuriae. Tāto enim aliquod peccatū est grauius, quāto magis contrariatur charitati, sed magis videntur contrariari charitati proximi adulteriū, stuprum, & raptus, quae vergunt in iniuriā ꝓximi, q̄ pctā cōtra naturā, ꝑ quae null⁹ alteri iniuriatur. ergo peccatū cōtra naturā nō est maximū inter species luxuriae.

¶2 Praeterea, Illa peccata videntur esse grauissima, q̄ cōtra Deum cōmittuntur, sed sacrilegium directè committitur contra Deum, quia vergit in iniuriā diuini cultus. ergo sacrilegium est grauius peccatum quàm vitium contra naturam.

¶3 Praeterea, Tanto aliquod peccatū videtur esse grauius, quanto exercetur in personam quā magis diligere debemus: sed secūdū ordinem charitatis magis debemus diligere ꝑsonas nobis cōiunctas, quae polluuntur per incestū, quàm ꝑsonas extraneas quae polluuntur ꝑ vitium cōtra naturam. ergo incestus est grauius peccatum quàm vitium contra naturam.

Infrà q°. 170. art. 1. ad 2. Et 1.2. q. 73. ar 7. cor. Et 4. di. 41. ar. 4. q 3. cor fi.

¶ Ad quintū dubiū dicitur, ꝙ tale peccatū sub vitio contra naturā per abusum instrumēti naturalis seu ꝓmissionē illius, concluditur, quoniam instrumēta naturalia ad generationē humanam sunt duplicia, scilicet ipsa mēbra pudenda maris & mulieris ad cōcubitū ordinata, & semina vtriusque. Ac per hoc sicut vir seminans extra vas naturale mulieris, peccat contra naturam, omittendo instrumentū naturale mulieris, ita mulier seminans sine viri seminatione, peccat contra naturā, omittendo voluntarie naturale instrumentū viri ad generationē. Quia enim ad generationē magis concurrunt instrumenta fluida, scilicet semina, quàm instrumenta solida, scilicet membra pudenda, vt patet manifestè ex parte viri, & maxima delectatio venereorum consistit in vsu instrumentorum fluidorum, emittendo ea, consequens est ꝙ peccatum venereum contra naturam, ad quod delectatio venerea contra naturalem ordinem mouet non solum penes instrumenta solida, sed penes instrumenta fluida consideretur, ita vt abusus instrumenti siue solidi siue fluidi, tollēs generationem humanam peccatum contra naturam sit, & quia in tali concubitu, abusus est instrumenti fluidi mulieris, quoniam contra naturalem ordinem est, ꝙ mulier seminet nisi propter generationem, vt patet cùm mulier peccat peccato mollitiei, constat autem ex tali concubitu non posse sequi generationem, ideo talis concubitus peccatum est contra naturam in quarta specie peccati contra naturam, in qua seruata specie & sexu, concubitus propter instrumentalem abusum tollit generationem humanam. Et bene nota abusum instrumentalem, quoniam si aliunde prouenit ꝙ alter tantum seminet, cum vterque intendat & det, quantum in se est, operam consummationi naturalis concubitus, nulla interuenit moralis deordinatio. Et similiter si aliunde prouenit, ꝙ prius sit seminatio vnius quàm alterius, continuatio concubitus ad hoc, vt reliquus seminet, non est contra naturam, quoniam ad consummationem concubitus naturalis seminis completi ordinatur: & non ad hoc ꝙ sola vna pars seminet, vt accidit in casu principali. Deberet tamen dari consilium coniugi tardiori ad seminandum, vt ante concubitum aliqua prouocatione sui vteretur tali & tanta, vt disponeret ad simultaneā seminationem. Et quoniam hoc est rationabile auxilium naturae, nullum in huiusmodi prouocatione peccatum est.

¶ Ad sextum dubiū dicitur, ꝙ omnia peccata venerea cōtra naturā, sunt peccata mortalia ex suo genere, quia sic sunt contra naturalem ordinē actus venerei humani, ꝙ tollunt illius finem, scilicet generationem humanam, quae est longè maius bonum, quàm diuitiarum & aliarum rerum exteriorum bonum. Nec obstat ꝙ non omnis innaturalis modus est peccatū mortale, quoniam, vt iam dictum est, non omnis innaturalis modus est contra naturam, sed solus ille qui impedit generationem. Reliqui enim sunt solùm praeter naturam. Similiter non obstat in casu quinto discussio, ꝙ vir non tenetur cōsummare inchoatum actum venereū cum vxore, quoniam licet hoc sit verū absolutè, tenetur tamen ex suppositione, scilicet si vxor ex cōcubitu ducitur ad seminandum. Tunc enim tenetur conseminare. Alioquin concubitus secundum se tollit naturalem generationem propter abusum instrumenti fluidi mulieris, & illius concubitus consummati ex parte mulieris.

¶ Super Quaestionis centesimae quinquagesimae quartae Articulum duodecimum.

IN art. 12. eiusdē quae. 154. dubia duo occurrunt. Primū est, an peccata contra naturā transeant in deformitates vitiorū naturaliū, ita ꝙ vnum & idē peccatum sit sub vitio contra naturā, & sub vitio naturali, puta sub sodomia, & incestu vel adulterio, vel sacrilegio, &c. Et est ratio dubij, quia hinc apparet pars affirmatiua vera. Nam si quis concumbat cum vxore aliena contra naturā, facit iniuriā marito illius, vtpote vtendo ad venereum concubitum persona quae est alterius quo ad concubitum venereum. Nec minus sacrilegij reus est abutēs moniali cōtra naturā quàm abutens illa naturaliter. Nec minus raptus reus est, qui violentiā infert mulieri ad concubitū contra naturā, quàm naturalem. Pars autē negatiua apparet vera, tum ex eo ꝙ impossibile est eundem cōcubitum esse contra naturā, & naturalē siue bonum siue malum moraliter. Ac per hoc impossibile est concubitum contra naturā habere propriam differentiā constitutiuam concubitus naturalis in esse mali moralis. Constat autem ꝙ incestus, adulterium, & stuprum, non sunt accidentia cōmunia, sed propriae differentiae constitutiuae concubitus naturalis sub genere moralis mali: ergo non inueniuntur extra naturalem concubitum. Tum ex eo ꝙ ex concubitu contra naturam contrahitur affinitas, quā tamen contrahere oportet, si incestus deformitatē haberet, quia si esset incestus concumbere contra naturam cum sorore vxoris propriae, sequeretur ꝙ vxor propria esset facta illi affinis. Et si non est facta ex hoc sibi affinis, ergo ille concubitus non fuit incestus.

¶ Secundum dubiū est, quia in litera in responsione ad vltimum dicitur, ꝙ inter peccata contra naturam infimum locum tenet mollities. Videtur eñ quòd minus graue sit peccatum in modo contra naturam concumbendi cum foemina seruato vase naturali, quod in litera vltimo numeratur.

¶ Ad primū dubiū dicitur, ꝙ in hac quaestione est aliquid clarū & aliquid obscurū. Duo siquidē sunt hic manifesta. Alterū est, ꝙ peccatū luxuriae contra naturam aggrauatur ꝑ cōditiones significatas speciebus luxuriae naturalis. Cōstat nanque grauius esse abuti cōtra naturā muliere cōiugata quàm soluta, & matre quàm extranea, & violēter quàm voluntarie, &c. Alterū est, ꝙ huiusmodi grauitas addit circunstantiā alterius speciei in quibusdā, vt patet, si addatur raptus vel sacrilegiū ad concubitū contra naturā. Obscura aūt sunt etiā duo: Primū est, an in aliis grauitas addita variet speciē. Secundū est, an si variet speciē, coincidāt illae species cū speciebus naturalis luxuriae. Oportet aūt ad veritatis intellectū considerare, ꝙ in speciebus naturalis luxuriae est aliquid spectans ad ipsum genus luxuriae, puta, concubitus, &c. & aliquid spectās ad aliquod aliud genus, puta, iustitiae vel irreligiositatis, &c. Et quoniam luxuria contra naturā distinguitur ex opposito cōtra luxuriā naturalē, nec coincidere possunt, ideo nulla est quaestio de cōcursu vtriusque luxuriae in eodē concubitu, sed tota quaestio est de concursu deformitatū alterius generis quae determinant luxuriā naturalē. Quae quaestio ex hoc ipso soluitur, ꝙ nihil prohibet deformitates alterius generis esse cōmunes luxuriae naturali, & cōtra naturā ita ꝙ sicut sacrilegiū, quod importat iniuriā rei sacrae, & in proposito ꝑsonae sacrae, transfert cōcubitū naturalē viri cum sanctimoniali in sacrilegiū, non minus transfert cōcubitum cōtra naturam cum eadē in sacrilegiū, propter eandē rationē, quia vtrobique agitur contra castitatē Deo dicatam. Et ita hoc quod est personā esse coniugatā, non solū transfert concubitū alienū cum ipsa in speciem iniuriae maritalis, sed etiam concubitum alienum cum eadē cōtra naturam transfert in speciem materialis iniuriae, quia vtrobique persona quae est alterius quo ad concubitū polluitur. Et simile est de incestu & stupro, quia vtrobique fit iniuria vel naturali reuerentiae puta, si quis cognoscat contra naturā propriā matrē, vel paternae custodiae, cui non solum virginale signaculū, sed ipsum filiae corpus cōmendatum naturaliter est, iuxta illud. Filiae tibi sunt, custodi corpus earum. Et sic non solùm deformitates, raptus, & sacrilegij, sed adulterij, incestus ac stupri, possunt cum concubitu contra naturā cōcurrere. Ac ꝑ hoc huiusmodi circūstātiae, si cōcurrant, non solū aggrauant, sed variant speciē, quod in prima q. quaesitū est. Et si perspicaciter intuiti fuerimus, apparebit ꝙ deformitates istae sunt eiusdē speciei cum deformitatibus similibus in vitiis luxuriae naturalis. Nā ex parte ipsarum deformitatū nulla apparet formalis differentia, sed alicubi inuenitur solus quidā defectus consummata iniuria, puta, in concubitu cōtra naturā cū aliena vxore, & cum filia alterius virgine. Nam maior iniuria fit marito si concubitus est naturalis, quia tunc non solum persona vxoris, quae est mariti, sed etiam vas quod est mariti, polluitur. Et similiter paternae custodiae maior iniuria fit ꝑ concubitum naturalem, quo non sola persona polluitur, sed signaculum virginale aufertur, quod praecipuè custodiendum erat. Et ideo concludendū videtur, ꝙ circunstantiae non solum variant speciē concubitus contra naturam sed transferunt in easdē species, in quas transferunt per modum differentiae concubitus naturalis. Quocirca concubitus contra naturam cum aliena vxore consanguinea, & habente votum castitatis, non propriè est adulterium, nec propriè incestus, quia omnes species luxuriae naturalis significant deformitatē in concubitu naturali, sicut simum curuitatē in naso. Et propterea ex huiusmodi circunstantiis in crimine cōtra naturā, nō cōtrahitur affinitas, nec incurruntur poenae adulterorū & incestuosorū. Est tñ ꝓpriè sacrilegiū, qa sacrilegiū non significat deformitatem in tali materia determinatè, s. in concubitu naturali, sed absolute, in quacunque materia contra rem Deo dicatā agatur. Et est reductiuè spectans ad speciem adulterii & incestus propter similitudinē deformitatis iniuriae & irreuerentiae naturalis, quarū prima ad iniustitiā, secūda ad impietatem secundum se spectat. Et sic secundae quaestionis solutio patet.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd quia Autor ponit peccatū in mō esse contra naturam, & grauius mollitie, & ponit in eo latitudinem seu differentiā, dicendo, Magis autē si non sit debitū vas quàm si sit inordinatio secundū aliqua alia pertinentia ad modū cōcumbendi, ideo ex hoc ipso ostendit ꝙ per peccatū in modo in proposito intendit tale vnde nō possit generatio sequi, vt siquis ita concūbat, vt ad os vasis naturalis vix attingat, vt quasi cogatur extra seminare ex tali modo, quamuis secundū vas naturale cōcūbat. Nisi enim sic exponatur, nō saluatur ly magis propriè, nec saluatur ꝙ quartus modus sit suprà mollitiem secundum se totum, sed solum secundum sui suprema, quod tamen Autor ex proposito intendit, ponēs supra mollitiem totum, magis tamen secundum sui supremū quàm infimum. Obiectio autem procedit de modo praeter naturam, qui non impedit generationem, quod distat à mollitie sicut veniale à mortali.

¶ In eodem duodecimo articulo dubium occurrit arduū circa rōnem mollitiei & sodomitici vitii in mulieribus, qua scilicet ratione constat talis act⁹ mulierū esse peccata mortalia. Et est ratio dubii, quia peccatū mortale oportet quòd sit contra bonum diuinum, aut humanū, seu creaturae intellectualis, alioquin non esset contra charitatē. In huiusmodi aūt actibus mulierum non agitur contra bonum diuinū, vt patet, nec cōtra bonum angelicum, vt patet, nec contra bonum humanū. Probatur, quia si hoc esset, ideo esset, quia esset contra bonum generationis humanae, vt in mollitie viri, & sodomia masculorum patet. Sed hoc non est, quia seminatio mulieris nō cōcurrit ad generationem nisi per accidens. Ea autē quae sunt per accidens omittuntur ab arte. Et propterea hi actus mulierū nō exeunt limites peccatorū, quae sūt circa tactus & amplexus, in quibus secūdū se constat nō cōsistere peccatū aliquod contra naturā, quod cōstituitur ex hoc quòd tollit finē seminationis humanae, s. generationem hominis. Quod aūt foeminae semē non requiratur per se ad generationē, testatur Aristoteles in primo de Generatione animaliū circa finē, quem sequitur Autor in tertia parte quaestionis trigesimae primae, articulo quinto ad tertium. Et quia Galen⁹ & Auicenna in nono, & Alber

Albert. in 15. de Animalibus, tenent oppositū, restat vt dubiū saltem sit, an hi actus mulierum sint peccata mortalia, sicut dubium restat propter varietatem opinionum, an semen mulieris per se requiratur ad generationem.

¶4 Praeterea, Si vitiū cōtra naturā est grauissimū, videtur ꝙ tanto sit grauius, quāto est magis cōtra naturā: sed maximè videtur esse contra naturā peccatū immūditiae seu mollitiei, qa hoc videtur esse maximè secundū naturam, vt alterum sit agēs, & alterum sit patiens: ergo secundum hoc immunditia esset grauissimum inter vitia contra naturā. Hoc autem est falsum: ergo vitia cōtra naturā non sunt grauissima inter peccata luxuriae.

¶SED CONTRA est, quod Augu. dicit in lib. de Adulter. coniugiis*, quòd omnium horum vitiorum, scilicet quae ad luxuriam pertinent, pessimum est quod contra naturam fit.

Refertur 32. q. 7. c. quēadmodum & c. Adulterij.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ in quolibet genere pessima est principij corruptio, ex quo alia dependent. Principia autē rationis sunt ea quae sunt secundum naturā. Nā ratio, praesuppositis his quae sunt à natura determinata, disponit alia, secundū ꝙ cōuenit. Et hoc apparet tam in speculatiuis quàm in practicis. Et ideo sicut in speculatiuis error circa ea, quorū cognitio est homini naturaliter indita, est grauissimus, & turpissimus, ita in agendis, agere cōtra ea quae sunt secundum naturā determinata, est grauissimū & turpissimum. Quia ergo in vitiis, quae sunt contra naturā, transgreditur homo id qđ est secundū naturā determinatū circa vsum venereū, inde est, ꝙ in tali materia hoc peccatū est grauissimum. Post quod est incestus, qui sicut dictū est*, est cōtra naturalē reuerentiā, quā personis coniūctis debemus. Per alias autē luxuriae species praeteritur solum id quod est secundum rationem rectam determinatū, ex praesuppositione tamē naturaliū principiorū. Magis autem repugnat rationi, ꝙ aliquis venereis vtatur, non solum contra id quod conuenit proli generandae, sed etiā cum iniuria alterius. Et ideo fornicatio simplex, quae cōmittitur sine iniuria alterius personae, est minima inter species luxuriae. Maior autē iniuria est, si quis abutatur muliere alterius potestati subiecta, ad vsum generationis, quàm ad solam custodiā. Et ideo adulterium est grauius quàm stuprū, & vtrūque aggrauatur per violentiam: propter quod raptus virginis est grauius quàm stuprum, & raptus vxoris quàm adulterium. Et haec omnia etiam aggrauantur secundum rationem sacrilegij: vt supra dictum est.

Art. 9.

¶ Ad euidentiā quaestionis huius sciendū est, ꝙ licet nō sit hic quaestio an hi actus mulierū sint peccata mortalia, quoniā hoc pro constanti supponitur, vtpote ab vniuersa Ecclesia acceptatū. (Nullus enim apparet catholic⁹ contradicēs) nec sit quaestio an semē mulieris ꝑ se concurrat ad generationē (quia quaestio haec ad naturalē spectat philosophiā) sed sit quaestio de certitudine seu euidētia rationis naturalis, quare huiusmodi actus sunt peccata mortalia: quia tamen quaestio haec pendet ex notitia huiusmodi actuum in genere naturae: quoniā peccatum cōtra naturā fundatur sup hoc ꝙ actus est contra naturae ordinem, & peccatū mortale in genere eorum quae cōtra naturā sunt, fundatur super malo humano in his, alioquin non esset contra charitatem, ideo duo facienda sunt. Primò, tractabitur ipsa naturalis quaestio. Secūdò, directè quaesito respondebitur. Quo ad primū Arist. sententia est ꝙ semen foeminae non est humor seminalis, sed est superfluitas propria vteri. Nec concurrit ad generationem quouis modo: qa nec vt agens, nec vt materia. Probat aūt quod dicit ratione & quibusdā signis, ratio est qa menstruū est quod in foemina ꝓportionaliter respondet semini in viro. Ergo ille alius humor qđ semē in muliere dicimus, nō est illud quod correspōdet in foemina ꝓportionaliter semini viri. Assumptum ꝓbatur ex sensibilib⁹: quia. s. proportionaliter incipiūt, & desinūt semen viri & menstruū mulieris, s. in pubertate & senectute. Vox in vtroque ꝓportionaliter tunc mutatur, in vtroque pili generātur tunc, & mēbra receptiua vtriusque humoris distendūtur. Consequētia ꝓbatur, quia si menstruū est illud ꝓportionale, ergo nō semen: & si semen, ergo nō menstruū. Impossibile siquidem est dari semini virili duo ꝓportionalia naturalia in eodē. Quod posset probari tū ex parte naturae, qa sicut nō deficit in necessariis, ita nō abūdat in superfluis, tū ratione ꝓpriae causae, quia si vtrunque est illud ꝓportionale, neutrum est illud. Indicia autē sunt multa. Primū est, ꝙ mulieres saepe cōcipiunt sine illa delectatione quae in seminis emissione sentitur. Secundū est ꝙ cōcurrente vtroque semine sine mēstruo nō concipiunt mulieres. Tertiū est, ꝙ huiusmodi semē non conuenit omnib⁹ mulierib⁹, sed nitidis & seminaribus vt pluribus, nō autē fuscis, & quae sunt viragines. Quartū est, ex quātitate, qa s. multum excedit interdū quātitatē seminis & variatur in plus & minus secundum cibi rationē. Nam quidā cibi aerei saporis augēt ipsum. Quintū est ex genere foeminarū, quia. s. talis humor nō cōuenit omnib⁹ foeminis. Sextū est, qa ex contactu non emittunt foeminae semen ꝑ illas partes. Diui autē Thomae sententia cōsentit Arist. in hoc, ꝙ semē mulieris non est necessariū ad generationē. An autē sit vtile ad generationē aut omnino extraneū, vt Arist. sensit, nō dicit. Sed cū Arist. dixit semen mulieris nō esse humorē seminalē, sed esse superfluitatē vteri seu matricis, Diuus Tho. dicit ipsum esse imperfectū quid in genere seminis. Et ex hoc intelligit, ꝙ non est materia necessaria in generatione. Quia eñ semē secundū generis sui rōnem est in genere causae effectiuae, vt patet in seminib⁹ vegetabiliū, & expressè scriptū est in 5. Metaphy. & 2. Phys. c. de causis. cōsequēs est vt si semē mulieris sit in genere seminis, quāuis vt quid imperfectū, ꝙ nō sit ꝑ se ordinatū à natura vt sit materia gnationis. Quod eñ est ordinatū ꝑ se vt sit semē, non est ꝑ se ordinatū vt sit materia seminis. Ac ꝑ hoc nō est materia necessaria ad generationē, qm̄ talis est ꝓpria materia seminis. Auic. verò in c. 3. noni de animalib⁹, & Albert. in fine 15. de animalib. putant semen mulieris ꝑ se concurrere ad generationem non vt semē nisi aequiuoce Seminis nomine vtendo, sed concurrere vt proximam materiā generationis, ita ꝙ sanguis menstruus est materia, puta egēs adhuc decoctione ad hoc ꝙ sit ꝓxima materia generationis. Et ꝓpterea est velut cib⁹ illius seminis seu sanguinis albi qđ est proxima materia. Galenus autē, quem sequitur Scotus in 4. dist. tertij sen. opinari videtur ꝙ semē mulieris concurrat vt semen, quāuis minus principale & dependens in sua causalitate à semine viri. Et ratio Galeni est, quia ex quo ꝓles quādoque assimilatur patri, & quādoque matri, debet esse vna cōmunis ratio huiusmodi assimilationis, sed rō assimilationis ad patrē est semen, igitur rō assimilationis ad matrē est semen, & confirmatur à Scoto, qa propriū agentis est assimilare sibi effectū nō materiae. Inter has aūt opiniones q̄ sit vera non facilè apparet. Nā ratio Arist. plurimū autoritatis ex sensibilib⁹ habet, & non nisi vnū sibi obstare video, s. ꝙ natura posuit talem, s. venereā & tantā delectationem in resolutione seu emissione seminis in muliere. Quū enim natura agat propter finem, ita ꝙ ex causa finali optima sumitur ratio in naturalibus, consequens est vt natura apposuerit delectationem in tali seminatione ꝓpter bonū speciei conseruādae, sicut in seminatione viri. Et quoniā manifestè apparet ꝙ est delectatio, non sicut in cōfricationib⁹ aut alleuiationibus naturae, sed venerea, adeo, vt sensibiliter quietet concupiscentiam veneream in mulieribus, non est consentaneū rationi ꝙ huiusmodi seminatio sit excrementū vteri, sed ꝙ sit à natura ordinata ad conseruationem speciei. Delectatio enim venerea ex propria ratione ad actus generationi deseruientes spectat, & illos solos consequitur. Et haec ratio conuincit intellectū meū, non ad dicendum ꝙ semen mulieris sit verè semen: quoniam noui Arist. cōfutasse hoc, s. quod delectatio ista nō est sufficiens signū ꝙ illa emissio sit seminatio, quia delectatio etiā consequitur ad emissionē spiritus, vt cōfricatio apud impotentes adhuc seminare pueros manifestat, sed ad dicendū ꝙ seminatio illa est actus naturae ordinatus ad generationē, siue sit emissio seminis, siue alterius humoris, qui quādoque vt pluries appellatur semen. Quoniā delectatio venerea tam vehemens nō frustra est à natura. Et licet absque seminatione accidat delectatio in pueris, &c. non tñ accidit huiusmodi delectatio nisi in actib⁹ ordinatis ad seminationē, licet tūc sequi non possit. Et illa delectatio est & in quātitate & qualitate dissimilis isti, quoniā delectatio illa puerorū est parua & nō est quietatiua. Mulierū autē delectatio in seminatione & est magna, & est quietatiua cōcupiscētiae venereae. Et si bene aduertas, inuenies ꝙ delectatio cōfricationis in pueris attestatur nobis, quia apposita est à natura actui qui est vt via ad seminationem, quae est generationis principium. Nisi enim hoc obstaret, sententia Arist. ex sensibilibus efficax ostenderetur: quoniā non solum est vera illa affirmatiua, s. ꝙ concomitantia semen in masculo sunt illa, q̄ concomitantur menstrua in muliere, sed est vera negatiua. s. ꝙ concomitātia semen in masculo non concomitantur seminationē in muliere, qm̄ mulieres longè ante pubertatē semināt, & longè post foecunditatē, s. aetatē menstruorū semināt, quod non esset si seminatio mulierū ad generationē ordinaretur. Verùm quia, vt post apparebit, haec non conuincunt, ratio autē ex fine sumpta multū cogens videtur, idcirco ex hoc supposito principio, s. ꝙ seminatio mulierū ad generationē secundum se ordinatur, procedendo apparet ꝙ oportet alterū duorū dicere, aut ꝙ ordinatur ad generationē secundū se, & vt in talibus indiuiduis, s. mulierib⁹, & tūc occurrit aut Galeni aut Auic. via: aut ꝙ ordinatur ad generationē secūdum se tantū: & tunc occurrit via diui Thomae. Discernendo siquidē & examinādo singulas opiniones, manifestè apparet ꝙ ratio Arist. sufficiēter exclusit illā opinionē, quā secutus est Galenus, & ex proposito Arist. impugnauit. Nā natura seminis & natura sanguinis menstrui diuersarū sunt rationū. Et ꝓpterea viget ratio Arist. ꝙ si semē in muliere est proportionale semini in viro, ꝙ menstruū nō est illud ꝓportionale: & si mēstruum est proportionale, nō est semē illud proportionale. Et cùm ex sensibilibus sufficiēter habeatur ꝙ mēstruū est illud proportionale, sequitur ꝙ semē nō est illud proportionale in muliere. Et vere opinio ista nullum habet fundamentū solidū in ratione aut in sensibilib⁹. Vnde Galen. grauiter ab Auic. reprehenditur hoc in loco. Ratio autē Galeni facillimè soluitur, dicendo ꝙ ratio assimilationis filij ad matrē, est quia mater effectiuè facit materiā prolis. Non quia materia ipsa quae à matre fit, coefficiat semini virili vt semen coefficeret: ex hoc enim ꝙ mater efficit materiā, sequitur ꝙ filius: nisi materia à semine viri vel aliūde declinās à conditionib⁹ quas sortitur à sua factrice, assimiletur matri. Et hoc intendunt Philosophi, dicentes ꝙ si semē viri dominatur super materia, filius assimilatur patri: & si non, filius assimilatur matri: non ꝙ negatio dominij seminis virilis sit causa affirmationis assimilationis ad matrem, sed quia non dominādo relinquit materiā cum dispositionibus quas à matre habet effectiuè. Et propterea patet ꝙ confirmatio Scoti non concludit ꝙ materia materna coefficiat, sed sat est ꝙ effectiuè sit à matre, vt sic omnis assimilatio ad causam sequatur actionē illius causae. Iam hoc expressè habes ab Autore, qui sequitur Ari. in hoc ꝙ mater solū ministrat materiā. Conferendo autem rationē Arist. positioni Auic. & Alberti, nō apparet Arist. ratio efficax cōtra illā, quoniā apud istos humor ille qui vocatur semē muliebre, & puritas mēstrui sanguinis sunt vnius rationis, & pro vno cōputātur, differentes tantum secundū magis & minus concoctū. Et ideo secundū illam viam dicendo ꝙ mēstruū est ꝓportionale, non excluditur, sed includitur ille humor, qui dicitur semen. Et econtra, dicendo ꝙ ille humor est proportionale in muliere, includitur ꝙ menstruū est illud ꝓportionale. Et secundum hanc viā dicendū esset ꝙ semē secūdū illā perfectionē, qua est perfecte decoctus sanguis, simul incipit & desinit cum reliquo sanguine puro, qui est superfluū alimenti, qui sanguis purus purgatur ꝑ mēstrua, licet imperfectè inchoet ante pubertatem, & duret post foecunditatē. Ita ꝙ cū incipiunt mēstrua, incipit in mulieribus sanguis tā rubeus, qui vocatur sanguis mēstrui, quā albus, qui vocatur semē. Licet hic incipiat nō simpliciter, sed secundū suā perfectionem tunc. Signū huius est, ꝙ sanguis rubeus non trāsit in proximā materiā foetus, nisi dealbetur maiori decoctione, vt aiunt hi qui digestiones huiusmodi considerāt. Et sic inter istos & Aristotelē haec est dissensio, quòd Aristoteles semē mulieris ex necessitate materiae prouenire dixit, de genere superfluitatum existēs: isti verò posuerūt ipsum esse de genere sanguinis menstrui, & non esse superfluitatē absolutè, sed superfluitatē qua indiget natura, scilicet superfluitatem alimenti membrorum quarta digestione decocti, scilicet sanguinis optimi, sicut etiā semen est hoc modo superfluum. Signum autem ꝙ semen muliebre sit superfluitas sanguinis, est illud idem per quod Aristoteles indicat semen viri esse superfluum sanguinis, scilicet quod nimis

prouo

prouocando seminationē exit sanguis seu sanguinolētus humor. Hoc enim idem in muliere contingere expertū est. qa via hæc satis ꝓbabilis videt̃ & secundū rationē. & secundū apparentiā ad sensum, ideo ad iudicia Arist. secundum eum dicendū est. ꝙ mulieres quandoq; concipere sine illa delectatione non est signum sufficiens ꝙ tunc semen muliebre non concurrat, sed vt Albert. dicit, ꝙ prius ille sanguis albus peruenit ad matricem. Puto ergo ꝙ quia hoc est vt in paucioribus, ꝙ hoc est signū indispositionis naturę q̄ nō delectat̃ in illa emissione sicut ꝓpter varietatē dispositionū aliquæ parū delectātur, aliquæ conuenienter, aliquæ valde, aliquę intantū ꝙ extra se quodāmodo fiunt in huiusmodi emissiōe. Secundū autē, scilicet ꝙ concurrēte vtroq; semine nō sequit̃ generatio, indiciū est, non quòd semen non concurrat ad generationē, sed qa non est sufficiens passiuū sine sanguine rubeo, aut quia in se est imperfectū, vt ante pubertatem & post fœcunditatē, aut quia & similis potest tēpore fœcunditatis accedere dispositio in illo albo sanguine, vt scilicet sit ita imperfectū sicut est ante & post fœcunditatis ætatem, aut quia sicut homo sine sanguinis pabulo non viuit, ita sanguis ille albus sine sanguinis rubei pabulo siue fulcimento, non est pro conceptione sufficiens.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ sicut ordo rationis rectæ est ab homine, ita ordo naturæ est ab ipso Deo. Et ideo in peccatis cōtra naturā, in quibus ipse ordo naturæ violatur, fit iniuria ipsi Deo ordinatori naturæ. Vnde Aug. dicit 3. Cōfessio. * Flagitia quæ sunt contra naturam, vbique ac semper detestanda atque punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerunt, quæ si omnes gentes facerent, omnes eodem criminis reatu diuina lege tenerentur, quia non sic fecit homines, vt se illo vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura cuius ille autor est, libidinis peruersitate polluitur.

Cap. 8.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ etiam vitia contra naturam sunt contra Deum, vt dictum est. * Et tanto sunt grauiora quàm sacrilegij corruptela, quanto ordo naturæ humanæ inditus est prior & stabilior, quā quilibet alius ordo superadditus.

In solut. præc.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ vnicuiq; indiuiduo magis est coniuncta natura speciei, quàm quodcunque aliud indiuiduum. Et ideo peccata quæ sunt contra naturam speciei sunt grauiora.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ grauitas in peccato magis attenditur ex abusu alicuius rei, quàm ex omissione debiti vsus. Et ideo inter vitia quæ sunt contra naturam, infimū locum tenet peccatum immunditiæ, quod cōsistit in sola omissione concubitus ad alterum. Grauissimum autem est peccatū bestialitatis, quia non seruatur debita species. Vnde super illud Genesis trigesimoseptimo capite, Accusauit fratres suos crimine pessimo, dicit glo. ꝙ cum pecoribus miscebantur. Post hoc autem est vitiū Sodomiticum, cum ibi non seruetur debitus sexus. Post hoc autem est peccatū ex eo ꝙ non seruatur debitus modus concumbendi. Magis autem si non sit debitum vas, quàm si sit inordinatio secundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus.

¶Ad tertiū verò indiciū dicitur, ꝙ quibuscunq; mulieribus conuenit menstruū, eisdē credimus euenire semen, nisi fortè p accidens, sicut cōtingit mulierē etiā menstruosam menstruo priuari. Sed quibusdā mulieribus cōuenit seminare sensibiliter ad extrà, & quibusdā solùm ad intra, ita vt non cognoscant mulieres se seminare, sed solū delectabiliter cōmoueri cū satietate seu quiete carnis, cōpleta cōmotione, quā sentiunt intus. Et fortè nescire hunc duplicē modū seminationis, causa est putandi, ꝙ non omnes seminēt. Signū enim delectationis seminariæ est quies concupiscentiæ carnalis seu satietas carnis terminans delectabilem commotionem.

¶Ad quartum indicium de quantitate dicitur, quòd sicut sanguini rubeo, qui generationi seruit, tantam menstrui superfluitatem annexam videmus, ita non est remotum, vt sanguini albo eidem generationi seruienti, nonnulla iungatur humiditas impura, quæ quantitatem seminis metitur maiorem quàm esse debeat, in fœmina præsertim, quoniam abundat humido, crudo præsertim. Et ad huiusmodi crudi humoris multiplicationem spectare videtur copia seminis fœminei ex cibis aerij saporis.

¶Ad quintum licit Albertus, quòd non est remotum, quin etiam fœminis aliorum animalium conueniat huiusmodi seminatio ad intra.

¶Ad sextum autem indicium dicitur, quòd falsum, experientia teste, assumit in mulierib. quoniam solo contactu sine coitu seminant, & etiam sine cōtactu in somno & in vigilia, imaginatione, &c. In fœminis autē aliorū animalium, si verum assumitur, dicitur, quòd ratio varietatis in prōptu est, quia fœminæ aliæ seminant solum intus, & propterea ex contactu nō emittunt extrà. Mulier autē, quia seminat vsq; ad redundantiam ad extrà, ita ex contactu emittit etiā sicut extrà. Diui autē Thomæ positio à Galeno, Auic. & Albert. dissentit in hoc, quòd apud ipsum, semen fœminæ nō est aliquid requisitum in fœmina ad generationem humanā. Et in hoc conuenit cum Arist. Et propterea ratio Arist. & illius indicia, non sunt contra diuum Th. sed pro ipso: vnum tamen singulare dicit diuus Th. scilicet ꝙ semen mulieris est in genere seminis, vt imperfectum tamen, ita ꝙ secundum hanc viam semen mulieris est sicut semen viri impotētis generare ex defectu naturæ non sufficientis perfecte decoquere sanguinē, ita vt perducat ipsum ad perfectionē seminis. Ac per hoc sicut semen viri sic imperfecti potest dupliciter considerari, scilicet quantū est ex natura sui generis & speciei, & sic per se ordinatur ad generationē humanam, vt semen humanum. Alio modo, vt est istius sic imperfecti, & sic per accidens non ordinatur ad generationem humanam, quia non est aptum generationi humanæ. Ita semen fœminæ potest dupliciter considerari, scilicet quantum est ex natura sui generis & suæ speciei humanæ, & sic per se ordinatur ad generationem humanam, vt semen. Et ideo natura apposuit in illius emissione talem ac tantā delectationem. Alio modo, inquantum est in talibus indiuiduis, scilicet in mulieribus virtutis impotētis decoquere, & ad perfectionē seminis illud deducere, & sic p accidēs, ratione scilicet taliū indiuiduorū, non ordinatur ad generationē humanā nec vt semen, nec vt materia. Non vt semen, quia deficit à perfectione seminis. Non vt materia, quia totum genus agentis ineptum est, vt sit materia ex qua. Et hæc positio fortè coincidit cum positione Arist. si intelligamus Arist. exclusisse semen mulieris à semine secundū perfectionē sui generis, & dixisse illud esse excrementu vteri, quia cōuenit mulierib. non propter generationem, sed necessitate materiæ, scilicet non ꝓpter finē per mulierem per tale semen assequendum, sed quia est pars speciei. Non enim tacuit ibidem Arist. huiusmodi impotentiā mulieris ad decoctionem. Hæc de primo.

¶Quo ad secundum multi occurrunt modi dicendi, quare in mulierib. seminatio voluntaria extra concubitum naturalem est peccatū mortale, siue sit mollitiei siue sodomiæ vitium. Primus est rōne delectationis venereæ, qm̄ secundū rationē rectā non debet extra concubitū naturalem procurari. Sed huic rationi obstat ꝙ delectatio in bonitate & malitia morali sequit̃ operationem, & ideo oportet si delectatio sit mala moraliter, ꝙ seminatio illa sit mala. Ridiculū est enim dicere quòd delectatio secundum se est mala. Et propterea oportet ad bonitatem vel malitiam seminationis deuenire. Quare si seminatio muliebris nō est nisi superfluitatis emissio, non est magis ratio peccati in ꝓcuratione huius seminationis, & delectatiōe eiusdē, q̄ si qs procuret egerere aut sudare, & delectetur in huiusmodi. Secundus dicendi modus est quòd licet muliebris seminatio secundum se non sit nisi superfluitatis emissio, quia tamē connexus est sibi concursus humoris qui per mēstruū purgat̃ ad matricē, q̇ humor est principiū materiale generatiōis, ideo habet rationē peccati mortalis ꝓpter abusum, s. principij generationis cōcomitantē. Sed huic rōni obstat qa s̄m hanc rationē seminatio ipsa nō est nisi p accidēs, hoc est, propter aliud adiunctū malū moraliter. Ac p hoc cū ante & post ætatē fœcūditatis seminatio muliebris sit naturaliter separata, & nō cōnexa cōcursui humoris, q est principiū generatiōis, sequeretur ꝙ talis seminatio ꝓcurata extra ætatē fœcūditatis, nō esset peccatū mortale. Tertius dicēdi modus est, ꝙ licet seminatio muliebris non sit secundū se nisi superfluitatis emissio, quia tamē naturali ordine p se ad principium generationis ordinatur, scilicet ad concubitum naturalem, ideo peccatum mortale est abuti ipsa seminatione, sicut peccatum mortale est abuti concubitu, puta, coeundo cum statua. Est enim concubitus naturalis, generationis principium, sicut debita coniunctio actiui & passiui est inter principia operationis quę ab illis exit principiis. & ꝙ talis seminatio ordinetur ad concubitū naturalē, patet ex eo ꝙ aliter natura non apposuisset proportionaliter delectationē in muliere sicut in viro. Sed hæc ratio manifestè deficit, qa ad delectationē confugit, & operationē omittit. Oporteret enim probare ꝙ seminatio, quæ est operatio illa quā sequit̃ huiusmodi delectatio, p se ordinetur ad concubitum. Quod non probatur, nec significatur ex hac negatiua, qa, scilicet natura non ꝓuidisset aliter de delectatione proportionali in muliere sicut in viro. Quonia delectatio proportionalis in muliere debet esse naturaliter vt in principio generationis, quod est mulier, quod nō dicit secundū hanc viā nisi p ministrationē mēstrui, & receptionē seminis virilis p coitū. In omnib. autem his tribus apposita est delectatio. Et in concubitu & in receptione seminis manifestè patet. In concursu aūt sanguinis ad matricē dicunt delectationē quoq; esse, minus tamen, vt apparet, perceptibilē discretè ab aliis delectationib. Et sic dicentes, seminationē mulieris esse secundū se emissionē superfluitatis ineptæ ad generationē, nō videntur posse reddere rationē quare talis seminatio voluntaria est peccatum mortale, vnde quartus dicendi modus est, ꝙ licet seminatio muliebris nō sit necessaria ad generationē, est tamen vtilis ad generationē: ita ꝙ melius cōcipitur seminando, & melius generatio promouetur, cui muliebre semē admistū est. Et quia non solū abusus principiorū necessariorum, sed etiā ordinatorum à natura propter melius ad generationē est peccatū mortale, ideo talis seminatio procurata extra concubitū naturalē, est peccatum mortale. Maior probatur autoritate Alberti, sentientis absq; dubio ꝙ melior conceptio fit quādo mulier seminat. Minor verò manifestatur in mēbris officialibus duplicatis à natura ꝓpter melius, puta in duob. oculis. Necessitati quippe animalis sufficit videre p vnum oculū, sed natura propter melius dedit duos. Cōstat autē quòd priuare hominē vno oculo est peccatū mortale, quāuis nō sit priuatio necessarij simpliciter ad videndū, sed ꝓpter melius videre. Et ita priuare hominē principio ꝓpter melius à natura ordinato ad generationē, est peccatū mortale. Hoc autē facit mulier seminās volūtariè extra naturalē concubitū. Huic rationi hoc solū obstare videtur, ꝙ supponit quod nescit, dū dicit semē muliebre concurrere ad generationē vt vtile seu ꝓpter melius, & non dicit quomodo cōcurrit, actiuè vel passiuè. vt eiusdē vel diuersæ naturæ à menstruo. Ad quod tamen oportet descendere scientificè loquētem. Albert. autē dicit, & illud cōmune, & specificauit quòd cōcurrit passiuè vt res eiusdē rationis cum menstruo, & ꝙ semp ac necessario cōcurrit illud semen, sed tunc melius quando mulier delectabiliter seminat in ipso concubitu simul cum viro. Et non vult ꝙ semen muliebre sit absolutè propter melius, sed ꝙ ipsa delectabilis seminatio simul cum viro sit ꝓpter melius: ipsum autem semen muliebre ꝓpter necesse esse. Vnde quintus modus dicendi est, sequendo viam Auic. & Alber. satis rōnabilē. ꝙ sicut vir seminando voluntariè extra naturalem concubitū, peccat mortaliter, quia cōtra naturalem ordinem, actiuæ generationis humanæ principio abutitur in dānum humanę vitæ, ita mulier seminando voluntariè extra concubitum naturalem, peccat mortaliter, quia abutitur potētia sua actiua ministrādo principiū passiuum generationis humanæ contra naturalem ordinem in damnū humanæ vitæ. Sed quid dicemus iuxta viā diui Th. negantis muliebre semen esse materiā generationis, & asserentis ipsum non esse necessariū ad generationem? Fortè diceretur ꝙ quia est vtile ad generationē, vel vt adiuuans semē viri ex quo est in genere seminis, vel vt cum materia mēstrui, ita ꝙ declinando ex perfectione seminis, licet non cadat in materiā necessariò requisitā, cadit tamen in cōmateriā vtilem ad generationē: ideo abusus eius est peccatum mortale. Vel dicetur, ꝙ qa mulier est sicut mas impotēs, seminatio mulieris potest dupliciter cōsiderari. Vno modo, secundū rationē suæ speciei, & sic, qa secundū se ordinat̃ ad generationē, sicut seminatio masculi naturaliter imponentis gñrare, ideo est peccatū mortale abusus talis seminationis. Alio modo, prout est à tali indiuiduo, s. impotente decoquere semē. Et sic, qa hoc est per accidens, sicut patet, si masculo ex frigida cōplexione cōueniret talis impotētia, ideo hinc, licet sit ineptū semē ad generationē. nō tamē excusatur à peccato mortali illius abusus, qm̄ actus iudicandus est secundū suā speciē p se, & non secundū id quod cōuenit ei p accidens. Sed huic rōni obstāt duo. Primò, qa impot

impotentia concoctiua seminis in muliere non est p accidens, s. ratione indiuidui, vt contingeret in viro ex infirma cōplexione: sed est p se ex naturali specie sexus fœminei. Distinguitur em̄ specie fœmina à mare sub genere sexus, quāuis sint eiusdē speciei in specie hominis, in specie leonis, &c. Et propterea non est eadē ratio de seminatione viri infirmi seu orbati, & fœminę. Istius enim impotentia est naturalis, illa infirmitatis.

¶Ac per hoc fœminæ impotētia est per se, maris autē impotentia est per accidens. Obstat secūdo, quia si seminatio mulieris secundū se ordinat̃ ad generationē, oportet ꝙ ordinetur secūdū se ad generandū, aut in se (& redit opinio Gal) aut in alia persona, & sic concubitus mulieris cum muliere non esset peccatū mortale, quia ibi seruaretur id quod p se spectat ad ordinē illius seminationis. Primo ergo modo iuxta viam Autoris dicēdum videtur, ꝙ seminatio mulieris extra naturalem concubitū, est abusus eius quod est vt vtile seu propter melius ad generationē naturalem ordinatum. Secundum autem Gal. viam, quæstio nulla est: quia muliebris seminatio est emissio seminis.

*1.2.q.85. ar.3.ad 2. Et 3.q.7. ar.1. ad 3. Et veri. q.14. art. 4.cor. fi. Cap.9. & lib.4. c. vlt. * lib. 2. ca.18. & 19.*

¶Ego autē etsi inter tot illustres viros silere deberem, proferā tamen sermonē rationabilem. Puto ego seminationē mulieris esse emissionē seminis naturaliter tm̄ ad generationem necessariò requisiti, & ꝓpterea abusus muliebris seminationis esse peccatū mortale. Quod em̄ semē mulieris sit propriè semen non solum ex cōmuni appellatione, qua semen appellatur, sed ex duobus patet signis. Primò, ex eo ꝙ est superfluum alimenti vlt. hoc est sanguinis vt testatur experiētia humoris sanguinei emissi à muliere post multas seminationes procurante adhuc seminare. Secūdò, ex eo ꝙ natura nō frustra dedit mulieri vasa seminaria, hoc est testes, qui pubertatis tēpore distendi, & tumescere dicuntur. Quod verò sit materiale tantum ratione, & signo probatur. Ratione quidem, quia semen est in potentia totum animatum: ac per hoc sicut animatum componitur ex anima & corpore, ita semen ex virtute actus formatiua, &c. & primo subiecto. Et propterea sicut in vegetabilibus vbi indiscretus est sexus, semen continue vtrumq;. s. principiū actiuū & primū principiū passiuū quòd fotum & alitū ex humore admisto, subiectū primū gñationis est: sic in animalib. vbi discretus est sexus, non solū semen est quod actiuū est gñationis, sed etiā quod primū passiuū est gñationis. Et qm̄ maris constat esse agere, fœminæ pati, cōsequens est ꝙ principiū actiuū ex parte maris sit semē, & primum principiū passiuū ex parte fœminæ sit semē, vt sic ex vtroq; fiat integrū semē: sicut in vegetabilib. ex discreto sexu sit integrū semē. Et sicut in vegetabilib. semē integrū non generaret, nisi fotū, & alitū ex admixto ab extra humido in terra: ita semē integrū, viri, s. & mulieris, nisi fotū & alitū puro humore sanguinis mestrui, nunquā gñaret. Attestantur huic ꝓpositionali rōni signa: quia, s. naturales actus fœminarū in cōcubitu sunt subesse & recipere, quæ materiæ, & passiui principij sunt. Nec cōtra hanc sententiā militat ratio Arist. s. si mēstrua, ergo nō semē: & si semen, ergo non menstrua. Qm̄ ratio ista non tenet in subordinatis, sed in disparatis. Qm̄ quę sunt diuersa, aut disparata, si vnum est proportionale semini, ergo non reliquum: quia aliter essent duo. Sed in his quorum vnum subordinatur reliquo, non currit ratio; quia ambo sunt vnū ordine naturalis subministrationis: ac per hoc, ꝙ si vnū ponit̃ proportionale vt primū, alterū oportet etiā ponere, vt consequens. Et non duo sed vnū tantum ponit̃ ꝓportionale semini viri, s. semē fœminæ, vt primū passiuū fotum, & alitū mēstruo. Consonāt quoq; huic positioni & quæ Auic. & Alber. docuerunt, & q̄ Gal. quo ad hoc quod est semen: & quæ diuus Tho. quo ad hoc, quod est in genere seminis, vt imperfectū quid: & q̄ dicit Arist. quo ad hoc ꝙ menstruū est semē impurū egēs concoctione. Attestatur & delectatio talis. s. venerea: & tanta à natura posita in tali seminatione huic positioni & ratio moralis, ac mortalis peccati, q̄ hinc manifeste habetur, satis quadrat. *Cap. vlt.* Hinc etiā patet, ꝙ nō excusetur mulier ante & post ętatem menstruorū abutens tali seminatione: quia, s. p accidens se habet ad speciē actus secundū se ætas. Et licet imperfectū valde sit semen puellarum ante ętatē mēstruorum, qa tamen ad speciem seminationis spectat act⁹ ille, ideo peccato mortali ꝙ in abusū seminationis, secundum se cōmittitur, nō excusatur, sicut nec vir ex infirmitate īpotens generare, excusatur ab vsu seminationis & peccato mortali, & breuiter nulla apparet in hac via secūdum se difficultas, sed tātum apud sequaces huius vel illius Philosophi: cōstat autem vltimum in Philosophia locum autoritatem habere.

QVÆSTIO CENTESIMA quinquagesimaquinta, de Partibus potentialibus temperantiæ, & primo de continentia, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerādum est de partibus potentialibus tēperantiæ. ¶Et primò, de continentia. ¶Secundò, de clementia. ¶Tertiò, de modestia. ¶Circa primū considerandum est de continentia, & de incontinentia. ¶Circa continentiā quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrum continētia sit virtus. ¶Secūdò, q̄ sit materia eius. ¶Tertiò, quid sit eius subiectū. ¶Quartò de comparatione eius ad temperantiam.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum continentia sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ continētia non sit virtus. Species enim non condiuiditur generi: sed continentia condiuiditur virtuti, vt patet per Philosop. 7. Ethic*. ergo continentia non est virtus.

¶2 Præterea, Nullus vtendo virtute peccat, qa secundū Aug. in lib. de Liber. arb. virtus est, qua nemo malè vtitur: sed aliqs cōtinendo, potest peccare: puta, si desideret aliquod bonū facere, & ab eo se cōtineat: ergo continentia non est virtus.

¶3 Præterea, Nulla virtus retrahit hominem à licitis, sed solum ab illicitis: sed continentia retrahit hominem à licitis. Dicit enim gl. Gal. 5. ꝙ per continentiam aliquis se etiam à licitis abstinet. ergo cōtinentia non est virtus.

¶SED CONTRA, Omnis habitus laudabilis videt̃ esse virtus: sed continētia est huiusmodi. Dicit enim Andro. quòd continentia est habitus inuictus à delectatione. ergo cōtinentia est virtus.

¶RESPONDEO dicendū, quòd nomē Continentiæ dupliciter sumit̃ à diuersis. Quidā enim continentiam nominant, per quā aliquis ab omni delectatione venerea abstinet. Vnde & Apostolus ad Galat. 5. continentiā castitati coniungit. Et sic cōtinentia perfecta principalis quidē est virginitas, secundaria verò viduitas. Vnde secundū hoc eadē ratio est de continentia, quę de virginitate quam suprà diximus, * virtutē. Alij verò dicunt cōtinentiam esse per quā aliquis resistit concupiscentiis prauis, quę in eo vehementess existunt. Et hoc modo accipit Philosophus continentiam 7. Ethi. * Et hoc etiam modo accipitur continētia in collationibus Patrum. Hoc autem modo continentia habet aliquid de ratione virtutis, inquātum scilicet ratio firmata est contra passiones ne ab eis deducatur: nō tamen attingit ad perfectam rationē virtutis moralis, secundum quam etiam appetitus sensitiuus subditur rationi sic, vt in eo non insurgant vehementes passiones rationi contrariæ. Et ideo Philosophus dicit in 4 Ethi. * ꝙ continentia non est virtus, sed quædam mista, inquantum scilicet habet aliquid de virtute, & in aliquo deficit à virtute. Largius tamē accipiendo nomē Virtutis pro quolibet principio laudabiliū operum, possumus dicere continentiam esse virtutem.

Q.152. ar.3. *Per totū.*

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ Philos. continentiam condiuidit virtuti quantum ad hoc in quo deficit à virtute. Ad secundū dicendum, ꝙ homo propriè est id quod est secundū rationē. Et ideo ex hoc dicit̃ aliquis in seipso se tenere, quod tenet se in eo quod cōuenit rationi. Quod autē pertinet ad peruersitatem rationis, nō est conueniens rationi. Vnde ille solus verè continens dicitur, qui tenet se in eo quod est secundū rationē rectā, non autem in eo quod est secundū rationē peruersam. Rationi autem rectæ opponuntur concupiscentię prauę: sicut & rationi peruersæ opponuntur cōcupiscentiæ bonæ. Et ideo propriè, & verè cōtinens est, qui persistit in ratione recta abstinens à cōcupiscentiis prauis: nō autem qui persistit in ratione peruersa abstinens à concupiscentiis bonis. Sed hic magis potest dici obstinatus in malo.

¶Ad tertiū dicendū, ꝙ gl. ibi loquitur de cōtinentia secundū primum modum secundum quē continentia nominat dquādam virtutem perfectā, quæ non solùm abstinet ab illicitis bonis: sed etiam à quibusdam licitis minus bonis: vt totaliter intendatur perfectioribus bonis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum materia continentiæ sint concupiscentiæ delectationum tactus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd materia continentiæ non sint concupiscentiæ delectationum tactus. Dicit enim Ambr. in 1. de Offic*. ꝙ generale decorum ita est, ac si æquabilem formam atque vniuersitatē honestatis habeat in omni actu suo continentem: sed non omnis actus humanus pertinet ad delectationem tactus: ergo continentia non est solum circa concupiscentias delectationum tactus.

Cap. 46.

¶2 Præterea, Nomē Continentiæ ex hoc sumitur, ꝙ aliquid tenet se in bono rationis rectæ, sicut dictum est*: sed quædam aliæ passiones vehemētius abducūt ho-

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ quintæ Articulum primum.

IN ar.1.q.155 nota duo. Primò, quòd Continētiæ nomine apud Arist. & cōmuniter apud morales intelligit̃, quoniā hac significatione vtuntur tam ponentes continentiam non esse virtutē, sed gradū, quàm ponētes nō esse virtutem propriè, sed imperfectū quid in genere virtutis. *D.166.* Vtriq; enim dicunt continentiā esse, qua resistitur cōcupiscētiis prauis vehemētib infrà latitudinē tamen humanam. Quod addo propter ea, quæ humanos exeunt limites: vt bestiales passiones. Sed tanta est inter has opiniones differentia, vt disputare simul nequeāt, sed semp ęquiuocatio intersit nisi redeundo in principiū primū, puta ꝙ dentur, vel nō dentur tales gradus, quod superius tactū est. *Ar. præc.* Et nunc ideo rememoratum sit, vt meminerint disputātes cum Martino, semotis his præsuppositis sibi inuicē aduersantib. an, s. continentia, sit gradus, an sit imperfectum quid in genere virtutis, disputent de reliquis nisi velint reducere semper quęstionem ad principium. Secundò, diligenter aduerte ꝙ continentia ab Autore ponitur sub genere principij laudabilium operum, quoniam hinc habes, ꝙ est in prima specie qualitatis qui est habitus, vel dispositio. Nam constat non esse aliter principium laudabilis operis, nisi sicut habitus, vel dispositio potentiæ est principium laudabilis operis. Et hac doctrina erit opus pluries scilicet in 3. art. huius q. & in 3. art. seq. q. & habebit vtrobique difficultatem.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ octauæ Articulum secundum.

IN art.2. eiusdē q. dubium ex Martino in quæstione de continentia, occurrit dupliciter. Primò arguēte ꝙ cōtinentia nō determinatur ad materiam talem, s. delectationes tactus, sed repetibilis est in omni genere virtutis. Secundo, soluente rōnes S.Th. in hoc art. quibus concludit continentiam propriè esse circa concupiscentiā delectabilium secundum tactum. Arguit igit̃ primo. In omni genere virtutis requiritur cōtinentia. ergo. Antecedens probatur

Lib. 1. de ira. cap. 1.
* Lib. 1. de inuen. fol. 3. ante fi. libri.

minem à ratione recta, quàm cōcupiscētiæ delectabiliū tactus: sicut timor periculorū mortis qui stupefacit hominē, & ira, quæ est insaniæ similis, vt Sen*. dicit. Ergo cōtinētia non dicitʳ ꝓpriè circa cōcupiscentias delectationum tactus.

¶ 3 Præterea, Tullius dicit in 2. Rheto*. quòd continentia est, per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. Cupiditas autem magis consueuit dici diuitiarum quàm delectabilium tactus, secundum illud primæ ad Timoth. vlt. Radix omnium malorum est cupiditas. ergo cōtinentia non est propriè circa concupiscentias delectationum tactus.

¶ 4 Præterea, Delectationes tactus non solum sunt in rebus venereis, sed etiam in vsu ciborum: sed continentia solùm circa vsum venereorum consueuit dici. ergo non est propria materia eius concupiscentia delectationum tactus.

¶ 5 Præterea, Inter delectationes tactus quædā sunt non humanæ, sed bestiales tam in cibis (vtpote si quis delectetur in esu carnium humanarum) quàm etiam in venereis: puta in abusu bestiarū, vel puerorum. Sed circa huiusmodi non est continentia, vt dicitur in 7. Ethic*. Non ergo propria materia continentiæ sunt cōcupiscentiæ delectationum tactus.

Cap. 5.

¶ SED CONTRA est, quod Philoso. dicit in 7. Ethic*. ꝙ cōtinētia & incōtinētia sunt circa eadē, circa quæ tēperantia, & intēperantia. Sed tēperantia, & intēperantia sunt circa concupiscentias delectationum tactus, vt suprà habitum est*. ergo etiā continentia, & incontinētia sunt circa eandem materiam.

Cap. 4.
Q. 141. art. 4.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd nomē Cōtinentiæ refrenationē quandā importat, inquātum scilicet tenet se aliquis ne passionē sequatur. Et ideo propriè cōtinentia dicitur circa illas passiones, quæ impellunt ad aliquid prosequēdum, in quibus laudabile est, vt ratio retrahat hominē à prosequēdo, non autem propriè est circa illas passiones, quæ important retractionem quandam, sicut timor, & alia huiusmodi. In his enim laudabile est, firmitatē seruare, in prosequēdo quod ratio dictat, vt suprà dictū est*. Est autē considerandū, ꝙ naturales inclinationes principia sunt omniū superuenientium, vt suprà dictum est*. Et ideo passiones tanto vehementius impellunt ad aliquid prosequendum, quanto magis sequūtur inclinationē naturæ: q̄ prę-cipuè inclinat ad ea, quæ sunt sibi necessaria, vel ad conseruationē indiuidui, sicut sunt actus venerei: quorū delectationes ad tactū pertinent. Et ideo continentia & incontinētia propriè dicūntur circa cōcupiscentias delectationum tactus.

Q. 123. art. 3. & 4.
Ex q. 26. art. 3. 7. & 8.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ sicut nomē Temperātiæ potest cōmuniter accipi in quacunq; materia: propriè tamē dicitʳ in illa materia in qua est optimū hominē refrenari: ita etiā continētia ꝓpriè dicitur in materia in qua est optimū, & difficillimū contineri, scilicet in concupiscētiis delectationū tactus: communiter autē & secundum quid potest dici in quacunq; alia materia. Et hoc modo vtitur Ambr. nomine Continentiæ.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ circa timorem non propriè laudatur cōtinentia, sed magis firmitas animi, quā fortitudo importat. Ira autē impetum quidē facit ad aliquid ꝓsequendū. Iste tamē impetus magis sequitur apprehensionē animalem, prout, s. aliquis apprehēdit se esse ab alio læsum, quàm inclinationē naturalem. Et ideo dicitur quidē aliquis secundū quid continens iræ, non tamen simpliciter.

Cap. 4.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ huiusmodi exteriora bona, sicut honores, diuitiæ & huiusmodi, vt Philos. dicit in 7. Ethic*. videntur quidem secundū se esse eligibilia, non autē quasi necessaria ad conseruationē naturæ, & ideo circa ea nō dicimus simpliciter aliquos continentes vel incontinentes, sed secundū quid: apponendo ꝙ sint continentes, vel incōtinentes lucri, vel honoris, vel alicuius huiusmodi. Et ideo vel Tullius* communiter vsus est nomine Continentiæ, prout cōprehendit sub se etiā continentiam secundū quid: vel accipit cupiditatē strictè ꝓ concupiscētia delectabiliū tactus.

Loco cit.

¶ Ad quartū dicendū, ꝙ delectationes venereorū sunt vehemētiores quā delectationes ciborū. Et ideo circa venerea magis cōsueuimus continentiam & incontinentiā dicere quā circa cibos: licet secūdum Philos. circa vtrumque possit dici.

¶ Ad quintum dicendū, ꝙ continentia est bonū rationis humanę: & ideo attēditur circa passiones, quæ possunt esse homini connaturales: Vnde Philoso. dicit in 7. Ethic*. ꝙ si aliquis tenens puerum cōcupiscat eū, vel comedere, vel ad venereorū incōuenientē delectationē, siue sequatur cōcupiscētia, siue nō, nō dicetur simpliciter continens, sed secundum quid.

Cap. 5.

batur. Si quis in opere iustitiæ patiatʳ impugnationes à rebꝰ delectabilibꝰ, puta, muneribꝰ &c. & vincatʳ, talis est iustus secundū aliquē gradū, & non secūdum gradū heroicū (qa tentatio non excedit cōmunē hominū facultatem) nec secundū gradū tēperantiæ, qa patitur impugnationē: ergo secundū gradum continentiæ. Secundò, In omni materia in qua reperiuntur passiones impellētes ad persequendum aliquid quod recta ratio dictat, inuenitʳ continentia; sed in omni genere, & materia virtutis reperiuntur huiusmodi passiones: ergo. Maior est sancti Th. in hoc art. in prin. licet eam limitare videatʳ, sed nimiū voluntariè, vt patebit soluendo rationē eius. Minor est certa. Nam ꝑ cupiditatē pecuniæ impellitur quis ad iniustitiā, alius ad ꝑditionē alius ad fugā: tertiò, quartò, & quintò affert primū, secundū & tertiū argumenta huius articuli. Et subdit, Has rationes ferè omnes soluit Th. per hoc ꝙ nomē Continentiæ potest accipi cōmuniter vel strictè: in quo inest ab eo dissensio, dū tamē constet hos virtutum gradus in omni virtutis genere reperiri. Soluit deinde primo argumentū literæ in oppositum, ex autoritate Arist. 7. Ethic. s. Continētia & incontinētia sunt circa ea, circa quæ est tēperātia, & intēperantia, dicēdo ꝙ Arist. non loquitur ibi de temperantia, quæ virtus est specialis, sed de temperantia quæ est gradus cuiusq; virtutis. Secundò rationē in corpore articuli, s. continentia est circa passiōes impellentes vehemēter: ergo est circa naturales ad tactū pertinentes vt ꝓpriam materiam, quia sic principia aliarū, &c. Tum qa delectationes gustus sunt etiā naturales Tum quia continentia est quidem circa passiones vehementes, sed non circa vehementiores: quoniā tam vehemētem posset facere inclinationē, ꝙ vehementia ipsa poneret actū extra gradū continētiæ, & faceret ipsum ꝑtinere ad gradū heroicū puta, cū inclinatio facta esset tā vehemens, ꝙ pauci hominū regulariter eam vincerent. Tertiò, soluit motiuum sumptū ex litera in responsione ad primum, s. continentia ꝓprie dicitur in illa materia, in qua difficillimū est contineri. Soluit autem per idem: quia scilicet posset esse tanta difficultas continendi, quòd actus non esset actus continentiæ, sed virtutis heroicæ: puta si vincere talem passionem esset suprà communem hominum facultatem, Quartò, soluit motiuum ex litera in responsione ad tertium, scilicet de continentia simpliciter vel secundum quid: & dicit ꝙ cum de continente vel incontinente loquimur, circa alias delectationes à tactu & gustu aliquid addimus, vt magis explicemus quod intendimus, quoniam continentia multis modis sumitur.

¶ Ad euidentiā huius materiæ sciendum est, ꝙ cum apud Arist. etiam ipso Martino acceptante, continētia proprie sit circa vehemētes pugnas delectationum humanarum, & circa pugnas humanarū delectationum naturaliū, scilicet cibi & potus, ac venereorum, dicatur continentia, vel incontinentia simpliciter: circa pugnas autem aliorum delectabilium, puta, honoris, pecuniæ, &c. dicatur secundum quid, scilicet cum additione, puta continens, vel incontinens iræ, honoris, pecuniæ: & non continens, vel incontinens simpliciter, manifeste & absque scrupulo aliquo: consequens est vt continentia trifariam inueniatur, scilicet simpliciter & per se, & secundum quid, & per accidens Nam in illo virtutis genere, in quo passiones delectabiliū non nisi ꝑ accidens inueniuntur, consequens est ꝙ continentia non nisi per accidens inueniatur. Et quia iniustitia non est circa passiones, sed operationes ad alterum, & non nisi per accidens ad iustitiam passiones spectant, ideo continentia in iniustitiæ operibus locum non habet nisi ꝑ accidēs. In illo verò virtutis genere, in quo passiones delectabiliū ꝑ se inueniuntʳ, vt in magnanimitate, magnificētia, liberalitate, & huiusmodi, continentię quidē ratio saluatur: sed vt Arist. dixit, secundū quid. In illo aūt genere in quo passiones delectabiliū, non solùm ꝑ se, sed principales inueniuntur, vt in tēperātia, ibi cōtinentia & ꝑ se, & simpliciter inuenitʳ. Et ratio diuersitatis inter ꝑ se & ꝑ accidēs satis clara est. Sed inter simpliciter & secundū quid duplex videtur. Prima, quā puto principalem, videtur ex vsu: quia scilicet sic consueuimus his nominibꝰ vti, scilicet in materia tēperantiæ vti continentia, & incontinētia simpliciter: in aliis autē materiis secundum quid. Alia autē ratio ex rerū natura sumitur, quæ in litera assignatur quia, s. de ratione continentiæ est quod contra vehemētes sit passiones. Vehementes autē per se primò sunt solæ naturales respectu cibi & potus & venereorū. Continentia ergo principaliter est circa istas, & circa alias secundariò. Et hoc est dictum circa istas propriè & simpliciter, & circa alias secundū quid, & cōmuniter.

¶ Ad Primum ergo argumentum Martini negatur antecedens, loquendo de continētia per se & propriè: quoniam talis non inuenitur, nisi in genere, & materia virtutis temperantiæ. Ad probationem autem dicitur, quòd si quis patiatur impugnationes iustitiæ à concupiscentia alicuius delectabilis: & frequēter vincat, talis si alias caret virtute iustitię inquātum exercet actū iustum, est iustus quo ad actum, & dispositiuè, & non secundum aliquem gradum iustitiæ. Inquātum verò vincit pugnā à concupiscentia delectabilis, est continens, simpliciter quidem, si illud est delectabile secūdum tactum: secundum quid verò si est aliter delectabile, vt est munus. Vnde patet ruere totam fabricam illius argumēti. Et fortè error accidit istis, quia nō aduertunt quòd faciunt homines sæpe iusta opera sine iustitiæ virtute, seu habitu vt patet in 5. Ethic. Et simile est de operibus tēperatis & fortibus.

¶ Ad secundum dicitur quòd Maior est vera, si intelligatur per se, scilicet vbi inueniuntur per se passiones impellentes, &c. Et tunc est verum, quòd ibi est continentia simpliciter vel secundum quid. Et propterea limitatio Autoris ad delectabilia necessaria naturaliter non est voluntaria, sed rationabilis ad hoc vt sit continentia proprie. Ad reliqua sufficiunt solutiones quæ sunt in litera, qualitercunque sentiat vel dissentiat Martinus.

¶ Ad solutiones motiuorum literæ deueniendo, dicitur quòd solutio motiui ex autoritate Arist. confutatur: quia voluntariè æquiuocationē temperantiæ imponit Arist. De illa namq; tēperantia interpretandus est loqui, de qua tractauerat, & cui materiā assignauerat, alioquin non per notiora declarasset materiam continentiæ, sed ignotum per ignotius, dicendo, quòd continentia est circa illa circa quæ est temperātia. Nam non minus ignotum est circa quæ est temperātia illa ficta pro gradu. Conuincitur quoque hanc esse doctrinam Aristotel. aperte dum dicit. Neque enim circa omnia est simpliciter incontinens, sed circa quæ intēperatus, constat namq; quòd si de intēperantia gradu ficto loqueretur, ꝙ falso dixisset. Neq; enim circa omnia est simpliciter incontinens. Quoniā intēperātia gradus omnib. vitiis cōmunis est, & circa omnia est. Solutio vero rationis literæ in corpore cōfutatur quo ad primum: quia delectationes gustus, vt est quidam tactus, sub delectatione tactus comprehenduntur: & quia in litera in responsione ad quartum explicatur

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum subiectum continentiæ sit vis concupiscibilis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ subiectum continentiæ sit vis concupiscibilis. Subiectum enim alicuius virtutis oportet esse proportionatum materiæ, sed materia continentiæ, sicut dictum est*, sunt concupiscentiæ delectabilium tactus, quæ pertinent ad vim concupiscibilē: ergo continentia est in vi concupiscibili.

¶ 2 Præterea, Opposita sunt circa idem: sed incontinentia est in cōcupiscibili, cuius passiones superant rationem. Dicit enim Andro. quòd continentia est malitia concupiscibilis, secundum quam eligit prauas delectationes, prohibente rationali. ergo & continentia pari ratione est in concupiscibili.

¶ 3 Præterea, Subiectum virtutis humanæ vel est ratio, vel vis appetitiua, quæ diuiditur in voluntatem concupiscibilē & irascibilem: sed continentia non est in ratione, quia sic esset virtus intellectualis: neque etiam est in voluntate, qa continentia est circa pasiones, quæ non sunt in volūtate: nec etiam est in irascibili, quia non est propriè circa pasiones irascibilis, vt dictum est*. ergo relinquitur quòd sit in concupiscibili.

¶ SED CONTRA. Omnis virtus in aliqua potētia existens aufert malum actum illius potētiæ: sed continentia nō aufert malum actum cōcupiscibilis. Habet enim continens concupiscentias prauas, vt Philoso. dicit in 7. Ethic*. ergo cō tinentia non est in concupiscibili.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd omnis virtus in aliquo subiecto existēs facit illud differre à dispositione quam habet, dum subiicitur opposito vitio. Cōcupiscibilis autē eodem modo se habet in eo qui est continens, & in eo qui est incōtinens: quia in vtroq; prorumpit in concupiscentias prauas vehemētes. Vnde manifestū est, quòd continentia non est in concupiscibili sicut in subiecto. Similiter etiam ratio eodē modo se habet in vtroque, quia tam continēs quàm incontinēs habet rationem rectā, & vterque extra pasiones existēs eligit in proposito concupiscentias illicitas non sequi. Prima autē differentia eorum inuenitur in electione: quia cōtinens quamuis patiatur vehementes delectationes & concupiscentias, tamē eligit nō sequi eas propter rationem. Incōtinens autem eligit sequi eas, non obstante contradictione rationis. Et ideo d oportet ꝙ continentia sit sicut in subiecto in illa vi animæ, cuius actus est electio. Et hæc est voluntas, vt suprà habitum est*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd continentia habet materiam concupiscentias delectationum tactus, non sicut quas moderetur, quod pertinet ad temperantiam, quę est in concupiscibili: sed est circa eas, quasi eis resistens. Vnde oportet quòd sit in alia vi, quia resistentia est alterius ad alterum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd voluntas media est inter rationem & concupiscibilem, & potest ab vtroque moueri. In eo autem qui est continens mouetur à ratione. In eo autem qui est incōtinens mouetur à concupiscibili. Et ideo continentia potest attribui rationi sicut primò mouēti, & incontinentia concupiscibili, quamuis d vtrunque immediatè pertineat ad voluntatem, sicut ad proprium subiectum.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ licet pasiones non sint in voluntate sicut in subiecto, est tamē in potestate voluntatis eis resistere. Et hoc modo voluntas continētis resistit concupiscentiis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum continentia sit melior quàm temperantia.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ continentia sit melior quàm temperantia. Dicitur enim Eccle. 26. Omnis autē ponderatio est digna cōtinentis animæ. Ergo nulla virtus potest continentiæ adæquari.

¶ 2 Præterea, Quanto aliqua virtus meretur maius præmiū, tātò potior est: sed cōtinētia videtur mereri maius prēmiū. Dicitur enim secundæ ad Timotheū 2. Nō coronabitur nisi q legitimè certauerit. Magis autem certat continens, qui pati-

Suprà q. 53. art. 5. ad 3. Et 1. 2. q. 58. art. 3. ad 2. Et 3. di. stin. 33. q. 2. art. 4. q. 2. Et 7. Ethic. lec. 10. cap. 3.
Ar. præc.

explicatur prius ꝙ etiam ad gustus delectationes extendi potest continētia, secundum Arist. Quo ad secundum, quia vehementia intelligenda est secundum subiectam materiam, scilicet infra delectationes humanas, & infrà latitudinem subiectæ materiæ stando, vt debet stari, ratio currit: & nullam habet à Martino instantiam. Patet respōsio. Et similiter dicendum est de solutione motiui ex difficultate scilicet ꝙ de difficultate infrà humanas concupiscentias est sermo: & sic ratio expedita cū subiecto motiuo inuenitur. Et quāuis non sit necessariū, ad bonitatem tamen doctrinæ sciendum, quòd si quis maximi delectabilis pugnam sustinens vinceret, quam rarissimus homo vinceret, non propterea haberet virtutem perfectissimam, hoc est, heroicè: sed haberet tātum actū heroicum. Sicut vir qui sine iustitiæ virtute facit iustum, non nisi secundum actum iustus est. Verbi gratia, Si quis agonizans pro consequendo regno totius orbis terrarū ad aliquod malum impelleretur, puta ad dicendum mendacium, & tamen præualente ratione vinceret, non esset hic aliàs sine virtute morali existens propter hunc actum heroicæ virtutis, sed heroici actus, & dicendus esset heroice continens imperij. Solutio demum motiui ex Arist. distinctione de simpliciter & secundum quid, confutatur, & conuincitur falsa, ita quòd nec ex multiplici significatione cōtinentiæ, nec ad maiorem expressionē fit ista additio in delectabilibus extra tactum & gustum, cùm dicitur continens vel incōtinens honoris, lucri, &c. Nam si ex multiplici hoc esset significatione, ita oporteret addi in vna materia, sicut in alia, vt æquiuocatio aut incertitudo vitaretur. Et sic etiam in delectabilibus tactus, & gustus oportet addere aliquid & dicere continens vel incontinens veneris, &c. Et si ad maiorem expressionē hæc fieret additio, in omni similiter materia additione est opus ad maiorem expressionē. Fateatur ergo veritatem, ꝙ additio in aliis materiis fit: quia solùm habet ibi locum continentia secundum quid, & in materia delectabilium tactus nulla fit additio: quia ibi est incontinentia simpliciter. Et hoc quadrat.

Ar. præc. ad 2.
Cap. 9.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ quintæ Articulum tertium.

IN artic. 3. eiusdem quæstionis dubium occurrit ad hominem, quò ad tria. Primò, quo pacto cum doctrina Autoris stat, continentiam esse habitum subiectiuè in voluntate, cùm ad bonum morale supposito proprium, quod per passiones impeditur, voluntas sit naturaliter inclinata: ita ꝙ non egeat virtute nec habitu aliquo secundum Autorem. Secundò, quia Autor repugnantia hic de ipsa voluntate dicit, dum dicit, quòd tam continēs quàm incontinens extra passionem existens, gerit in proposito concupiscentias illicitas non sequi. Ex hoc enim manifestè habetur, ꝙ habet intentionem rectam, ac per hoc voluntatem rectam. Et consequenter malè subiungitur, ꝙ prima eorum differentia est in voluntate. Tertiò, quia apud Autorem continentia est species constantiæ, vt patet superius in quæst. 53. artic. 5. ad 3. Constantia autem est pars integralis prudentiæ, & ad rationem spectat. Et pluries ab Autore habetur, quòd continentia est in ratione seu rationabili parte animæ. Quomodo ergo hæc ex proposito determinatio, quòd est in voluntate, consonat?

¶ Ad primum horum dicitur, ꝙ secundum doctrinam Autoris, & veritatem continentia sicut non est virtus, ita non est habitus, propriè loquendo, sed est dispositio. Quod ex differentia specifica inter habitum & dispositionem patet: quia scilicet est de facili mobilis ex propria ratione, nō ex modo inexistendi. Et ne hoc appareat voluntariū, probatur ex actu cōtinentiæ. Actus enim eius propriè est hominis in passionibus existentis. Constat autem ꝙ passio est de facili mobilis. Ex propria igitur ratione cōtinentia est de facili mobilis. Ac per hoc non est habitus, sed dispositio: quamuis extenso habitus nomine ad totam primā speciem qualitatis continētia habitus vocetur interdum. Non obstat autem Autoris doctrinæ, ꝙ voluntas eget dispositione, superaddita ad pugnandum contra vehementes passiones, quæ insunt contra mortale bonum proprium ipsius suppositi. Licet sit contra illius doctrinam ponere in ea habitum aut virtutem respectu huiusmodi boni. Et sic terminata sit quæstio in præcedenti libro mota, & disputata de subiecto continentiæ.

D. 391.
1. 2. q. 13. art. 1.

¶ Ad secundum dicitur quòd autor expresè specificat, quòd prima differentia inuenitur in voluntate vt eligit, & non secundum quod intendit. Quo fit vt inter virtutem moralem & continentiam tanta sit differentia, quod virtus moralis rectificat intentionem & electionem: quoniam rectificat voluntatem respectu finis eius quod est ad finem. Et ideo à priori & perfectè est habitus electiuus. Continentia autem solam electionem rectificat pro tunc, scilicet in statu pugnæ: sicut incontinentia solam electionem inficit & obliquat in statu pugnæ.

D. 981.

¶ Ad secundum dicitur quòd ex responsione ad secundum, in litera habetur gl. & ratio omniū verborum sonantium ꝙ continentia sit in ratione, scilicet ꝙ intelligitur vt in primo mouente. Et hoc modo dicitur species constantiæ, vt mouentis.

¶ In eodem art. 3. dubiū occurrit: quia litera ista expresè cōtradicit Aristot. in 7. Ethic. vbi ponit differentiā inter tēperatum & continentē in hoc quòd temperatus eligit, continens nō eligit. Quomodo ergo in litera dicitur, ꝙ continens, & incontinens eligit?

¶ Ad hoc dicitʳ, ꝙ dupliciter potest affirmari vel negari quòd aliquis eligat. Primò, quo ad substantiam actus eligendi, hoc est per modum eligentis. Et quo ad ipsum quidem actum electionis respiciendo, verum dicit Autor, ꝙ tam continens quàm incontinens eligit. Alioquin nō essent inter principia moralium actuum continentia & incontinentia: quoniam extra liberum arbitrium nihil est morale. Quo ad volentem verò per modum eligentis, verum dixit Arist. eo ꝙ vterque in perturbatione non consentit. Consentire autem per modum perturbati non est consentire per modum eligētis, quia modus eligendi est ex consilio quieto animo conferente hoc cum illo, optare alterum. Minus autem apparent modi huius apud incontinentem, quia non ex consilio, sed contra consilium ex passionis perturbatione eligit: continens verò in consilio manet, sed perturbato, &c.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ quintæ Articulum quartum.

IN Articul. 4. eiusdem quæstionis in responsione ad secundum, nota bene quòd magnitudo tentationis ex dispositione corporis vel diuitiarum, quæ habentur, & huiusmodi, auget meritum resistentibus. Et propter hoc mulieres quæ ex naturali complexione magis natæ sunt agi quàm agere, magis merentur resistendo passionibus. Et similiter diuites habentes opportunitates, &c. Iuxta illud, Qui potuit transgredi, & non est transgressus: Sed magnitudo tentationum ex negligentia propriæ custodiæ proueniens, minuit meritum, etiam si resistatur: quia ipsa magnitudo peccato fit, quod merito aduersatur. Et ideo in litera dicitur quòd ratione suæ causæ minuit meritum.

tur vehemētes passiones & concupiscētias prauas, quàm temperatus, qui non habet eas vehementes. ergo continētia est potior virtus quàm temperantia.

¶3 Præterea, Voluntas est dignior potentia quàm vis concupiscibilis: sed continentia est in voluntate, tēperantia in cōcupiscibili, vt ex dictis patet. ergo continētia est potior virtus quàm tēperantia.

¶SED CONTRA est, ꝙ Tullius* & Andronicus ponūt continentiā adiunctam tēperantiæ, sicut principali virtuti.

Lib. 2. de inuent. fol. 3. ante fi. libri.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut suprà dictū est*, nomen Continētiæ dupliciter accipitur. Vno modo, secundū quod importat cessationē ab omnibꝰ delectationibꝰ venereis. Et sic sumendo nomē cōtinentiæ, continentia est potior temperantia simpliciter dicta: vt patet ex iis quæ suprà dicta sunt* de præeminētia virginitatis ad castitatē simpliciter dictam. Alio modo potest accipi nomē cōtinentiæ, secundū quod importat resistētiam rationis ad cōcupiscentias prauas quæ sunt in homine vehementes. Et secundum hoc temperantia est multo potior quàm continentia: quia bonum virtutis laudabile est ex eo quod est secundum rationem. Plus autē viget bonum rationis in eo qui est temperatus, in quo etiam ipse appetitus sensitiuus est subiectus rationi, & quasi à ratione edomitus: quàm in eo, qui est cōtinens, in quo appetitus sensitiuus vehementer resistit rationi per concupiscentias prauas. Vnde continentia cōparatur ad temperantiam sicut imperfectum ad perfectum.

Art. 1. huius q. — *Q. 152. art. 5.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ autoritas illa potest dupliciter intelligi. Vno modo secundū ꝙ accipitur cōtinentia, prout abstinet ab omnibus venereis. Et hoc modo dicitur, ꝙ omnis ponderatio non est digna animæ continentis in genere castitatis: quia nec etiā fœcunditas carnis, quæ quæritur in matrimonio, adæquat cōtinentiæ virginali, vel viduali, vt suprà dictū est*. Alio modo potest intelligi secundū ꝙ nomen Continentię sumitur cōmuniter pro omni abstinētia à rebꝰ illicitis. Et sic dicitur, ꝙ omnis pōderatio non est digna animæ cōtinentis: quia non respicit æstimationē auri vel argenti, quæ commutantur ad pondus.

Q. 152. artic. 5.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ magnitudo concupiscentię seu debilitas eius, ex duplici causa procedere potest. Quandoq; enim procedit ex causa corporali. Quidam enim ex naturali complexione sunt magis proni ad concupiscendum quàm alij. Et iterum quidā habent opportunitates delectationū, concupiscentiam inflammantes, magis paratas quàm alij. Et talis debilitas concupiscentiæ diminuit meritum, magnitudo verò auget. Quandoque verò debilitas, vel magnitudo cōcupiscentiæ prouenit ex causa spirituali laudabili, puta, ex vehementia charitatis vel fortitudine rationis, sicut est in homine tēperato. Et hoc modo debilitas concupiscentiæ auget meritum ratione suæ causæ, magnitudo verò minuit.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ voluntas propinquior est rationi quàm vis cōcupiscibilis. Vnde bonū rationis ex quo virtus laudatur, maius esse ostēditur ex hoc, ꝙ pertingit non solum vsq; ad voluntatē, sed etiam vsq; ad vim concupiscibilem, quod accidit, in eo qui est temperatus, quàm si pertingat solùm ad voluntatem, vt accidit in eo qui est continens.

QVÆSTIO CENTESIMA quinquagesima sexta, de Incontinentia in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerādum est de incontinentia. ¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrum incontinentia pertineat ad animam, vel ad corpus. ¶Secundò, vtrum incontinentia sit peccatum. ¶Tertiò, de comparatione incontinentiæ ad intemperantiam. ¶Quartò, quis sit turpior, vtrum incontinens iræ, vel incontinens concupiscentiæ.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum incontinentia pertineat ad animam, an ad corpus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ incontinentia non pertineat ad animā, sed ad corpus. Diuersitas enim sexuum nō ex parte animæ, sed ex parte corporis est. Sed diuersitas sexuū facit diuersitatem circa incontinētiam. Dicit enim Philos. 7. Ethic*. ꝙ mulieres non dicuntur neque continentes, neque incontinentes. ergo continentia non pertinet ad animam, sed ad corpus. *Cap. 5.*

¶2 Præterea, Id quod pertinet ad animā, nō sequitur corporis complexiones: sed incontinentia sequitur corporis complexionem. Dicit enim Philos. in 7. Ethic*. quod maximè acuti, id est, cholerici & melancholici, secundum irrefrænatam concupiscentiam sunt incontinētes. ergo incontinentia pertinet ad corpus. *Cap. 7.*

¶3 Præterea, Victoria magis pertinet ad eum, qui vincit, quàm ad eum qui vincitur: sed ex hoc dicitur aliquis esse incontinens, ꝙ caro concupiscens aduersus spiritum superat ipsum: ergo incontinentia magis pertinet ad carnem quàm ad animam.

¶SED CONTRA est, quòd homo differt à bestiis principaliter secundum animam. Differt autem secundum rationem continentiæ & incontinentiæ. Bestias enim dicimus neque cōtinentes, neque incontinentes, vt patet per Philo. in 7. Ethic*. Ergo incontinētia maximè est ex parte animæ. *Cap. 3. & 6.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd vnumquodq; attribuitur magis ei, quod est causa per se, quàm ei, quod solam occasionem præstat. Id autem quod est ex parte corporis, solam occasionem præstat incontinentiæ. Ex dispositione enim corporis potest contingere, quòd insurgant passiones vehementes in appetitu sensitiuo, qui est virtus corporis organici. Sed huiusmodi passiones quantumcunque vehementes, non sunt sufficiens causa incontinentiæ: sed occasio sola, eo quòd durante vsu rationis semper homo potest passionibus resistere. Si vero passiones adeo insurgant, quòd totaliter auferant vsum rationis, sicut accidit in iis qui propter vehementiam passionum amentiam incurrūt, non remanebit ratio continentiæ, neque incontinentię: quia non saluatur in eis iudicium rationis, quod continens seruat, & incontinens deserit. Et sic relinquitur ꝙ per se causa incontinentiæ sit ex parte animæ, quæ ratione passionibus non resistit. Quod quidem fit duobus modis, vt Philosophus dicit in septimo Ethicorum*. Vno modo, quando anima passionibus cedit antequam ratio consilietur: quæ quidē vocatur irrefrænata incontinentia, vel præuolatio. Alio modo, qñ non permanet hō in iis q̄ consiliata sunt: eo ꝙ debiliter est firmatus in eo, quod tō iudicauit. Vnde & hæc incontinentia vocatur debilitas. Et sic patet quòd incontinētia principaliter ad animam pertinet. *Cap. 7.*

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ anima humana est corporis forma: & habet quasdam vires corporeis organis vtentes, quarū operationes aliquid cōferūt etiā ad illa opera animæ, quæ sunt sine corporeis instrumentis, id est, ad actum intellectus & voluntatis, inquātū s. intellectus à sensu accipit, & voluntas impellitur à passione appetitus sensitiui. Et secundum hoc, quia fœmina secundū corpus habet quandam debilem cōplexionem, fit, vt in pluribus, ꝙ & etiam debiliter inhęreat quibuscunq; inhæret. Et si raro in aliquibus aliter accidat: secundum illud Prouerb. vlt. Mulierē fortem quis inueniet? Et quia id quod est paruū vel debile, reputatur quasi nullum, inde est quòd Philoso*. loquitur de mulieribus, quasi non habentibus iudicium rationis firmum: quāuis in aliquibus mulieribus contrarium accidat. Et propter hoc dicit quòd mulieres non dicimus continentes: quia non ducuntur quasi habentes solidam rationem, sed ducuntur quasi de facili sequentes passiones. *loco cit. in arg.*

¶Ad secundum dicendum, quòd ex impetu passionis contingit quòd aliquis statim passionem sequatur ante consiliū rationis. Impetus autē passionis prouenire solet, vel ex velocitate, sicut in cholericis: vel ex vehementia, sicut in melācholicis, qui propter terrestrē complexionem vehementissimè inflammantur. sicut econtrario contingit, quòd aliquis non persistat in eo quod consiliatum est, ex eo quòd debiliter inhæret propter mollitiem complexionis, vt de mulieribus dictum est*. Quod etiam videtur in phlegmaticis contingere propter eandē causam, sicut etiam in mulieribus. Hoc autem accidit inquantum ex cōplexione corporis datur aliqua incontinentiæ occasio: non autem causa sufficiens, vt dictum est*. *In solut. præced.* — *In corp. art.*

¶Ad tertium dicendum, quòd concupiscentia carnis in eo qui est incontinens, superat spiritum non ex necessitate, sed per quandam negligentiam spiritus, nō resistentis fortiter.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum incontinentia sit peccatum.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd incontinentia nō sit peccatum, quia vt Aug. dicit in li. de Lib. arbit*. nullus peccat in eo, quod vitare non potest. sed incontinentiam nullus potest ex seipso vitare, secundum illud Sapien. octauo, Scio quod non possum esse continens, nisi Deus det. ergo incōtinentia non est peccatum. *Suprà q. 155. art. 2. cor.* — **lib. 3. ca. 18.*

¶3 Præt. Omne peccatum in ratione videtur consistere: sed in eo qui est incontinens vincitur iudicium rationis. ergo incontinentia non est peccatum.

¶3 Præt. Nullus peccat ex eo ꝙ Deū vehementer amat, sed ex vehementia diuini amoris aliquis fit incontinens. Dicit enim Diony*. 4. cap. de Diui. no. quòd Paulus per incontinentiam diuini amoris dixit, Viuo ego, iam non ego. ergo incontinentia non est peccatum. *par. 1 non longè à fi.*

¶SED CONTRA est quòd cōnumeratur aliis peccatis, secundæ ad Timotheum 3. vbi dicitur, Criminatores, incontinentes, immites, &c. ergo incontinentia est peccatum.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ incontinentia potest attendi circa aliquid tripliciter. Vno mō, propriè & simpliciter: & sic incontinentia attenditur circa concupiscentias delectationū tactus, sicut & intemperantia, vt s̄ dictum est* de continentia. Et hoc modo incontinentia est peccatum ex duplici ratione. Vno mō ex eo quòd incontinens recedit ab eo quod est secundum rationem. Alio mō, ex eo quòd se immergit quibusdam turpibus delectationibus. Et ideo Philoso. dicit in 7. Ethico*. quòd incontinentia vituperatur non solùm vt peccatū, quod s. est per recessum à ratione, sed sicut malitia quædam: inquantum prauas concupiscentias sequitur. Alio modo, incōtinentia attenditur circa aliquid: propriè quidem, inquātum homo recedit ab eo, quod est secundum rationem, sed non simpliciter, puta cùm aliquis non seruat modum rationis in concupiscentia honoris, diuitiarum, & aliarum huiusmodi, quæ secundum se videntur esse bona: circa quæ non est incontinentia simpliciter, sed secundum quid, sicut suprà de continentia dictum est*. Et sic incontinētia est peccatum, non ex eo quòd aliquis ingerit se prauis concupiscentiis, sed ex eo quòd non seruat modum debitum rationis etiam in concupiscentia rerū per se appetendarum. Tertio modo incontinentia dicitur esse circa aliquid nō propriè, sed secundum similitudinem, puta circa concupiscentias eorum, quibus nō potest aliquis malè vti, puta circa cōcupiscentias virtutum, circa quas potest aliquis dici incontinens esse per similitudinem: quia sicut ille, qui est incontinens, totaliter ducitur per concupiscentiam malam: ita aliquis totaliter per cōcupiscentiam ducitur bonam, quæ est secundum rationem. Et talis incontinentia nō est peccatum, sed pertinet ad perfectionem virtutis. *Q. præc. art. 2.* — *Cap. 8.* — *Q. præc. artic. 2. ad 3.*

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ homo potest vitare peccatum & facere bonum, non tamen sine diuino auxilio, secundum illud Ioā. 15. Sine me nihil potestis facere. Vnde per hoc ꝙ homo indiget diuino auxilio ad hoc quòd sit cōtinens, non excluditur quin incontinentia sit peccatum: quia, vt dicitur in 3. Ethi*. Quæ per amicos possumus, aliqualiter per nos possumus. *cap. 3.*

¶Ad secundum dicendum, ꝙ in eo qui est incontinens, vincitur iudicium rationis, non quidem ex necessitate, quod anferret rationem peccati: sed ex negligentia quadam hominis, nō firmiter in-

¶Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ sextæ Articulum primum.

IN articul. primo quæstionis 156. dubium ex Martino occurrit in quæstione de incontinētia, arguente contra Autorem hic pro quāto dicit, ꝙ passio non est per se causa, sed occasio incontinentiæ. Tum primo, quia passio est causa per se impellens, & inclinans ad actum incontinentiæ: ergo non est causa occasionalis. Probatur sequela: quia magna est differentia inter causam impellentem, & inclinantem, & causam occasionalem. Antecedens verò manifestatur: quia actus incontinentiæ est ipsum vinci & superari, quod est actus liber voluntatis potentis resistere, & non resistentis. Probatur autem: tum primo, quia in eo, in quo non est genita adhuc incontinentia habitualis, volūtas non est totalis causa per se actus incontinētiæ: ergo præter eam est aliqua alia causa per se. Tum secundo, quia omne per se superans & vincēs est causa per se eius quod est superari & vinci. Sed passio est per se superans & vincens voluntatem quæ contra tendit: ergo. Et istud, inquit Martinus, patet quòd non sufficienter probat conclusionem, hinc, scilicet quòd incōtinentia non est corporis, sed animę, Thomas, per illud medium, quòd passio non est causa per se, sed occasio tantùm.

¶Ad hæc dicitur, quòd si quis penetrat quo pacto appetitus sensitiuus est motiuus voluntatis, facilè hoc soluet. Penetrabit autem hoc qui intuitus fuerit doctrinam Autoris in præcedenti libr. q. 9. artic. 2. vbi docemur quòd sicut homo frigēs ex hoc ipso quòd friget mouetur ad volēdum locum calidum: ita homo in passione existens, ex hoc ipso ꝙ est sic dispositus secundum illam passionem, mouetur ad volendum quod consonat homini sic disposito, puta, ad puniendum si est iratus, ad venerea si est ardēs, &c. Et ratio ibi assignatur, quia hinc, scilicet ex dispositione hominis seu subiecti, fit vt aliquid sit vel appareat cōueniens illi quod cessante illa disposione non est aut non apparet conueniens, quoniam conueniens ex parte vtriusque potest oriri extremi, scilicet vel ex dispositione subiecti vel ex natura obiecti. Et sic, vt ibi dicitur, dispositio subiecti redundat in obiectum, faciendo ipsum esse vel apparere pro tunc conueniens. Et sic patet, quòd passio valde remota mouet voluntatem, scilicet disponendo subiectum & inde consurgente conuenientia in obiecto motiuo voluntatis non necessitando tamen ipsam. Vnde merito non per se causa, sed occasio dicitur passio incōtinentię, quæ est actus voluntatis. Et cùm dicitur, Causa per se impellens & inclinās, &c. respondetur negando Minorem propriè loquendo, quia passio impellit quidem & inclinat non per se, sed mediante subiecto, quod disponit: & conuenientia quæ est ex subiecto iam disposito consurgit. Sicut frigus impellit hominem ad eundum ad calidum non per se, sed occasionaliter. Ad manifestationem autē antecedentis hoc solum dicitur, quòd etiam incōpletè manifestat actum continentiæ, quoniam non est imputandum ꝙ in voluntate incontinētis sit vinci & superari sine consensu in illud, ad quod passio inclinat, vt Martinus fingere videtur, sed vt autor dixit, est ibi electio, ac per hoc consensus: ita quod hoc est vinci, eligere ex vehementia passionis.

¶Ad primam probationem negatur quòd voluntas non sit per se sufficiens causa incontinentiæ in non habente habitualem incontinentiam. Nam sicut voluntas frigescentis hominis est sufficiens, & per se causa eundi ad ignem seu solem: ita voluntas existētis in passione est per se sufficiens causa volendi tale delectabile. Causæ enim disponentes subiectum, occasiones sunt volendi non per se, con causæ volendi. Vnde & Autor in litera probat hoc: quia quandiu manet vsus rationis, voluntas liberè potest in vtrumque oppositorum.

¶Ad secundum negatur Minor: quia passio non est per se vincens & superans, sed occasionaliter voluntatem, quę non aliter superatur nisi quia libere vult: ad quod volendum passio disponit. Vnde patet, quòd Autor sufficienter probauit incontinentiā esse non corporis sed animæ, per illud medium: quia passio est occasio, & voluntas est per se causa incontinentiæ. *D. 981.*

¶Super Quæstionis centesimæquinquagesimæsextæ Articulum secundum.

IN articulo secundo quæstio. 156. aduerte quòd Martinus carpere conatur Autorem in hac litera dicentem de incontinente propriè & simpliciter, quòd dupliciter peccat, &c. quasi velit ex hoc ponere differentiam inter delectationes fugibiles tantùm, & fugibiles ac vituperabiles: quasi idē Autor intelligat per prauū & vituperabile. Sed quoniam nullus est hic sermo, nulla quęstio de vituperabili & non vituperabili, nō imponat Autori Martinus suam phantasiam, sed sat sit sibi dicere & arguere quod vult, sine huiusmodi fictionibus.

¶In eodem articulo secundo dubium occurrit circa differentiam in litera assignatam inter concupiscentias tactus & honoris, aut huiusmodi, penes hoc quòd concupiscentiæ tactus sunt prauæ, concupiscentiæ autē honoris non sunt prauæ: ac per hoc circa duplicē rationem peccati ibi, & vnicam hic. Videntur ēm hæc falsa, quia vtrobique concupiscentiæ immoderatæ solæ sunt prauæ, moderatæ autem bonæ: & delectabilia ipsa vtrobique secundum se sunt bona. Vnde nihil est aliud dicere, nisi quòd incontinens honoris non se ingerit prauis concupiscentiis: sed peccat ex eo ꝙ non seruat debitum modum in concupiscendo. Hoc enim idem accidit incontinenti simpliciter: quoniam ex hoc solo peccat quòd ī immoderatas concupiscentias venereas incurrit.

¶Ad hoc dicitur, quòd vt ex 7. Ethi. vnde hæc sumpta sunt, apparere potest, bona delectabilia (vt clarius intelligas) sic distinguenda sunt, quòd quędā sunt, quorū studia simpliciter & absolutè sunt mala. Statim enim, vt dicis alicuius studia esse circa venerea, aut delectabilia cibi & potus, statim inquā, malitiam, seu prauitatē, seu vitium aliquod intelligimus. Et hæc vocantur appetibilia propter necessitatem, inquantum s. necessitas corporis ea requirit propter indiuiduū vel speciem. Quædam verò sunt, quorum studia simpliciter & absolutè nō sūt mala, sed solùm si explicetur superfluitas. Studiosos ēm honoris, glorię, victoriæ, filiorū, &c. cùm dicimus, nullo afficimus eos vitio: imò studia hæc laudabilia censemus. Et hæc vocantur per se appetibilia. Et hinc patet, quare cōcupiscētiæ venereorū dicātur prauæ, hoc est vitiosæ, & concupiscentiæ honoris non: quia studere illis delectabilibus est peccatum, studere autem istis, non. Et licet secundum veritatem in vtrisque solæ immoderatæ concupiscentiæ sint prauę, studium illorum tamen importat immoderationem, quam non importat studium istorum. Patet etiam dupliciter illa ratio peccati in incontinentia simpliciter quia scilicet errat & in concupiscentias, quæ sunt de genere prauorum studiorum, declinat. Incontinentia autem secundum quid, puta honoris, solùm errat, quia non declinat in concupiscentias quæ sunt de genere prauorum studiorum. Et hoc intendit Autor cum Aristotele per hanc literam.

¶In eodem secundo articulo dubium occurrit circa incontinentiam secundo modo: quoniam in litera dicitur, Circa hæc attenditur incontinentia propriè quidem, sed non simpliciter. In septimo autem Ethico. Aristo. dicit huiusmodi incontinentiā respectu honoris, &c. esse incontinentiam secundū similitudinē. Si enim habet rationem incontinētiæ secundum similitudinem, ergo non propriè: & si propriè, ergo non secūdum similitudinem. Et rursus si secundum similitudinem, ergo incontinentia tertio modo posita in litera, quæ dicitur incontinentia secūdum similitudinem, coincidit cum incontinentia secundo modo: quia vtraque habet incontinentiæ rationem secundum similitudinem.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd accidit hic æquiuocatio de similitudine. Nam autor loquitur de similitudine metaphorica, & ideo distinguit incontinentiam propriè contra incontinentiam per similitudinem, hoc est metaphoricè: vt manifestè exponitur in litera, similitudine quadam proportionali metaphoricè dici incontinentiam respectu mali, & respectu boni, respectu vitij, & respectu virtutis. Aristoteles verò loquitur de similitudine, proportionali, hoc est analogica propriè, diminuta tamen. Et ideo distinguit incontinentiam simpliciter contra incontinentiam diminutè, & manifestat intentum suū exemplo: sicut malum dicitur de homine & de medico: dicitur enim & homo malus & medicus malus. Sed qui dicitur malus homo, dicitur malus simpliciter, id est, sine additione aliqua. Qui verò dicitur malus medicus nō propterea dicitur simpliciter malus, sed cum additione, s. medicus. Vbi manifestè patet malum dici de medico propriè, & secundum analogiam ad malum hominē: quia ita est aliquis medicus malus sicut homo malus. Nam vt homo malus ad opus proprium hominis se habet, sic malus medicus ad opus propriū medico. Apparet etiā diminutio quæ iam ex hoc ipso, quòd inde simpliciter, hinc cum appositionę tantùm mali ratio infertur, dicendo, Est homo malus, ergo est malus. Et est medicus malus, ergo est malus medicus: & non, ergo est malus. Sic autem est in proposito quoniam valet sequela, est incontinens venereorum: ergo est incōtinens. Et non valet, est incontinens honoris: ergo est incontinens: sed, ergo est incontinens honoris. Vnde nulla est Autoris ab Aristotele dissensio.

Universidad de Deusto Biblioteca

tendentis ad resistendum passioni per iudicium rationis quod habet.

¶Ad 3.dic. ꝙ rõ illa ꝓcedit de incõtinẽtia ꝑ similitudinẽ dicta, & non propriè.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum incontinens plus peccet quàm intemperatus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ incontinens plus peccet quàm intẽperatus. Tanto enim aliquis videtur grauius peccare, quanto magis contra conscientiam agit: secundũ illud Lucæ 12. Seruus sciens voluntatẽ domini sui & nõ faciẽs, plagis vapulabit multis, &c. Sed incontinens magis videtur agere contra cõscientiam, quàm intemperatus: quia vt dicitur 7. Ethi*. incontinens sciens quàm praua sunt quæ concupiscit, nihilominus agit ꝓpter passionem, intemperatus autem iudicat ea quę concupiscit esse bona. Ergo incontinens grauius peccat quàm intemperatus.

¶2Pręt. Quantò aliquod peccatum grauius est, tanto videtur esse minus sanabile. Vnde & peccata in spiritumsanctum sunt grauissima, & dicuntur esse irremissibilia. Sed peccatum incontinentiæ videtur esse insanabilius quàm peccatum intemperantiæ. Sanatur enim peccatum alicuius per admonitionem & correctionem, quæ nihil videtur conferre incontinẽti, qui scit se malè agere, & nihilominus malè agit: intẽperato aũt videtur ꝙ bñ agat: & sic aliquid ei conferre posset admonitio. ergo videtur quòd incontinens grauius peccet, quàm intẽperatus.

¶3Pręt. Quantò aliquis ex maiori libidine peccat, tanto grauius peccat. Sed incontinens peccat ex maiori libidine q̃ intẽperatus, quia incontinens habet vehementes passiones & concupiscentias, quas non semper habet intemperatus. Ergo incontinens magis peccat quàm intemperatus.

¶SED CONTRA est quòd impœnitentia aggrauat omne peccatũ. Vnde Aug. in lib. de Ver. Domini*, dicit quòd impœnitentia est peccatum in Spiritum sanctum. Sed sicut Philoso. dicit in 7. Ethic*. intemperatus non est pœnitiuus: immanet autem electioni, incontinens autem omnis est pœnitiuus. Ergo intẽperatus grauius peccat quàm incontinens.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ peccatum secundum Aug*. præcipuè in voluntate consistit. Voluntas enim est qua peccatur & rectè viuitur. Et ideo vbi est maior inclinatio voluntatis ad peccandum, ibi est grauius peccatum. In eo autem qui est intemperatus, volũtas inclinatur ad peccandũ ex propria electione, quæ procedit ex habitu per consuetudinem acquisito. In eo autem qui est incõtinens, volũtas inclinatur ad peccandũ ex aliqua passione. Et quia passio citò transit, habitus autem est qualitas difficilè mobilis, inde est quòd incontinens statim pœnitet transeũte passione: quod non accidit de intẽperato, quinimo gaudet se peccasse, eo quòd operatio peccati est sibi facta connaturalis secundum habitum. Vnde de his dicitur Prouerb. 2. quòd lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Vnde patet quòd intemperatus est multo peior quàm incontinens, vt etiã Philo. dicit in 7. Ethi*.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd ignorantia intellectus quandoq; quidẽ præcedit inclinationẽ appetitus, & causat eam. Et sic quanto est maior ignorãtia, tanto magis peccatũ diminuit vel totaliter excusat, inquantum causat inuoluntarium. Alio modo econuerso, ignorantia rationis sequitur inclinationem appetitus, & talis ignorantia quanto est maior, tanto peccatum est grauius: quia ostenditur inclinatio appetitus esse maior. Ignorantia aũt tam incontinẽtis quã intẽperati prouenit ex eo quòd appetitus est in aliquid inclinatus, siue per passionem, sicut in incontinente: siue per habitũ, sicut in intemperato. Maior autem ignorantia causatur ex hoc in intemperato quàm in incontinente. Et vno quidem modo quantũ ad durationem: quia in incontinente durat illa ignorantia solùm passione durante: sicut accessio febris tertianæ durat durante cõmotione humoris, ignorãtia aũt intẽperati durat assiduè propter permanentiam habitus. Vnde assimilatur phthisicæ, vel cuicunque morbo continuo, vt Philos. dicit in 7. Ethico*. Alio autem modo est maior ignorantia intemperati, quantũ ad id qđ ignoratur. Nam ignorantia incontinentis attenditur quantum ad aliquod particulare eligibile, prout s. æstimat hoc nũc esse eligendum. Sed intemperatus habet ignorantiam circa ipsum finem, inquantum s. iudicat hoc esse bonum, vt irrefrẽnate concupiscentias sequatur. Vnde Philosophus dicit in 7. Ethic*. quòd incontinens est melior intemperato, quia saluatur in eo optimum principium, scilicet recta æstimatio de fine.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd ad sanationem incontinentis non sufficit sola cognitio, sed requiritur interius auxiliũ gratiæ concupiscentiam mitigantis, & adhibetur etiam exterius remedium admonitionis & correctionis, ex quibus aliquis incipit concupiscentiis resistere, ex quo concupiscentia debilitatur, vt suprà dictum est*. Et iisdem etiam modis potest sanari intemperatus. Sed difficilior est eiũs sanatio propter duo. Quorũ primum est ex parte rationis quæ corrupta est circa æstimationem vltimi finis: quod se habet sicut principiũ in demõstratiuis. Difficilius autem reducitur ad veritatem ille qui errat circa principiũ: & similiter ĩ operatiuis ille qui errat circa finem. Aliud autem est ex parte inclinationis appetitus, quæ in intemperato est ex habitu, qui difficile tollitur: inclinatio autem incontinentis est ex passione, quæ facilius reprimi potest.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ libido volũtatis, quæ auget peccatum, maior est in intemperato quàm in incontinente, vt ex dictis patet*. Sed libido concupiscẽtiæ appetitus sensitiui quandoque maior est in incontinente: quia incontinẽs non peccat, nisi à graui concupiscentia, sed intemperatus etiam ex leui concupiscẽtia peccat, & quandoque eam præuenit. Et ideo Philosophus dicit in 7. Ethic*. quòd magis intẽperatum vituperamus

¶ Super quæstionis centesimæ quinquagesimæ sextæ Articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdem quæstionis centesimæquinquagesimæsextæ dubium ex Martino in quæstione de incontinentia occurrit, dicente, quòd ista ratio S. Thomæ pati videtur calumniam in hoc quòd voluntas incontinentis inclinari dicitur ad peccandum ex passione tantùm & non ex habitu. Nam si intelligat quòd ex frequentatis incontinentiæ actibus non generatur aliquis habitus, videtur falsum. Et primò, contra totam Philosophiam moralem clamantem quòd ex frequentatis actibus generatur habitus, maximè in subiecto non habente habitum contrarium. Secundò, quia hoc est contra experientiam, qua post frequentatos incontinentiæ actus, magis se pronos ad incontinentiam sentiunt quàm antè. Tertiò quia secundum Thomam incontinentia pertinet ad voluntatem, & non dicit præcisè actum: quia sicut virtus est habitus, ita & vitium. Et propterea, inquit Martinus, voluntas incontinentis inclinatur ex proprio habitu ad peccandum, quia ad non resistendum passionibus: sed non inclinatur ad sequendum concupiscentias malas & turpes, quia inclinari ad talium electionem est intemperati.

*1.2 q.78. art.4.cor. & 2 dist. 43. ar. 4. cor. & veritate qõ. 24. ar. 10. cor. & 1. Ethi lect. 3. & libr. 7. lect 4. *Cap. 3.*

¶ Ad hoc dubium non ex aliis quàm ex suprà dictis principiis dicitur quòd error hic accidit quòd non distinguitur quo ad rem inter habitum & dispositionem: nec distinguitur quo ad modum operandi inter inclinari per modum habitus & per modum passionis. Incontinentia nanque non est habitus, sed dispositio. Vnde & in litera hac distinguitur incontinens ab intemperato per facile & difficile mobile: quia passio citò transit: ac per hoc circa eius pugnam proportionaliter respondet dispositio. Habitus autem est difficile mobilis. Cuius signum est, quòd incontinentem statim comitatur pœnitentia. Comparatur etiam in litera ex Aristotele. 7 Ethicor. incontinentia febri accessoriæ: intemperantia autem phthisicæ. Similiter incontinens inclinatur & operatur per modum passionis, vt exemplum de febre accessoria manifestat: intẽperatus autem per modum habitus, vt exẽplũ de phthisico manifestat.

Serm. 11. post medium. Cap.8. Li de duabus animabus c.10. et 11

¶Ad primam ergo Martini obiectionem dicitur, quòd ex frequentatis actibus incontinentis generatur in eius voluntate non habitus, sed dispositio, quæ nunquam transire potest in habitum, sicut nec albedo in negredinem. Et vltra hoc ex huiusmodi actibus habilitatur concupiscibilis ad hoc vt in ea generetur intemperantia, ex qua voluntas intemperanti inclinatur ad turpia prosequenda. Et sic voluntas incontinentis inclinatur non ex habitu, sed ex dispositione: quod in idem redit cum eo quod dicitur in litera, scilicet ex passione. Nam dispositio quam passio causat, est facile mobilis, & dispositio illa non nisi per modum passionis & insurgente passione inclinat: cuius locuples testis est pœnitentia statim sequens, cessante passionis impetu. Voluntas autem intemperati inclinatur (vt in litera dicitur) ex propria electione: hoc est per modum eligentis & propria principia electionis, quæ sunt intentio finis, quæ apud intemperatum iam est mala, & consilium quod iam ex intemperantia quietum est. Et caueto hic nouitię, ne fallaris cum in litera dicitur, quòd intẽperati voluntas inclinatur ad peccandum ex propria electione, quæ procedit ex habitu per consuetudinem acquisito. Falleris nanque si intelligas ex habitu per consuetudinem acquisito in voluntate, vt patet ex supradictis de subiecto temperantiæ: quoniam ipsa non in voluntate, sed in concupiscibili appetitu est subiectiue. Intelliges autem rectè, si intelliges quòd intemperati voluntas inclinatur ex electione procedente ex habitu acquisito in appetitu concupiscibili: qđ qualiter fiat, superius satis declaratum fuit. Cùm igitur clamat moralis Philosophia quòd ex frequentatis actibus generatur habitus, sumitur habitus pro prima specie qualitatis, & non vt distinguitur contra dispositionem. Vel intelligitur de habitu proprie, sicut intelligitur in subiecto apto nato suscipere talem habitum: ita intelligitur in statu non disposito, seu opposito appetitui*. Cõstat autem quòd status continentis & incontinentis est contrarius statui habituatorum, quoniam ille est perturbationis, iste quietis: ille facile, iste difficile mobilis.

cap.7. Cap.8. cap 7. & 8 vel habitui. q.142. artic.2.

¶Ad secundam obiectionem de experientia dicitur, quòd ad hoc sufficit illa habitualis dispositio.

¶Ad tertiam similiter dicitur, quòd incontinẽtia dicit in voluntate non præcisè actum, sed habitualem dispositionem, quæ non est vitium: sicut nec continentia est vitiũ, sed est imperfectum quid in genere vitij Et hoc expressit iam Aristo. in principio 7. Ethic. malitię virtutem & continentiæ incontinentiam contraponendo. Expositionem verò allatam ex Martino, quo modo incontinens differat ab intemperato, si sane intellexeris, scilicet quòd incontinentiæ dispositio inclinat ad non resistendum: quia tantum tempore pugnæ exercet se, quoniam extra pugnam apparet pœnitentia: intemperantia verò ad ipsa turpia simpliciter prosequenda inclinat) amplectere, quia vera est, & à nostris exiuit, vt patet in litera.

In corpo. ca.7.& 8

¶ In responsionibus argumentorum eiusdem articuli multa essent dicenda, nisi superius fuissent manifestata: quomodo scilicet vitium reddit appetitum malum respectu finis illius generis, vt intemperantia respectu delectabilis venerei, &c. & per hoc petit ignorantiam principij in agibilibus. Vide superius.

quia non concupiscens, vel quietè, id est, remissè concupiscens, persequitur delectationes. Quid enim faceret si adesset concupiscentia iuuenilis?

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum incontinens iræ sit peior quàm incontinens concupiscentiæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd incontinens iræ sit peior quã incõtinẽs cõcupiscentiæ. Quãto em̃ difficilius est resistere passioni, tãto incontinentia videtur esse leuior. Vñ Philo. dicit 7. Eth*. Non em̃ si quis à fortibus & superexcellentibus delectationibus vincitur, vel tristitiis, est admirabile sed condonabile. Sed, sicut Eraclitus dixit, difficilius est pugnare contra concupiscentiam quàm contra iram. ergo leuior est incontinentia concupiscentiæ quàm incontinentia iræ.

¶2Præterea, Si passio propter suã vehementiam totaliter auferat iudicium rationis oĩno excusatur aliquis à peccato, sicut patet in eo qui incidit ex passione in furiã. Sed plus remanet de iudicio rationis in eo qui est incõtinens iræ quàm in eo qui est incontinens cõcupiscentiæ. Iratus enim aliqualiter audit rationem, non aũt concupiscens, vt patet per Philosophũ in 7. Eth*. ergo incontinens iræ est peior quàm incõtines cõcupiscentię.

¶3Præt. Tanto aliquod peccatum est grauius, quãto est periculosius: sed incontinentia iræ videtur esse periculosior: quia perducit hominẽ ad maius peccatũ, s. ad homicidiũ, quod est grauius quàm adulterium, ad quod perducit cõcupiscentiæ incõtinentia: ergo incontinentia iræ est grauior quàm incõtinẽtia cõcupiscẽtię.

¶SED CONTRA est quod Philos. dicit ĩ 7. Ethi*. ꝙ minus turpis est incõtinẽtia irę, q̃ incontinẽtia cõcupiscentię.

¶RESPONDEO dicendum, quòd peccatum incontinentię potest considerari dupliciter. Vno mõ, ex parte passionis ex qua ratio superatur. Et sic incõtinentia cõcupiscẽtiæ turpior est q̃ incontinentia iræ: quia motus cõcupiscẽtiæ habet maiorẽ inordinationẽ q̃ motus iræ. Et hoc propter quatuor, q̃ Philo. tãgit in 7. Ethi*. Primò quidem, quia motus iræ participat aliqualiter ratione, inquãtũ s. iratus tendit ad vindicandũ iniuriã sibi factam, quod aliqualiter ratio dictat, sed non perfectè: quia nõ intẽdit debitũ modũ vindictæ. Sed motus cõcupiscentiæ totaliter est secũdũ sensum, & nullo mõ secundũ rationem. Secundò, quia motus iræ magis consequitur corporis complexionẽ propter velocitatẽ motus choleræ, quæ tendit ad iram. Vnde magis est in promptu, quòd ille qui est secundum cõplexionem corporis dispositus ad irascendũ, irascatur, quàm quòd ille qui est dispositus ad concupiscendũ, concupiscat. Vnde etiam frequentius ex iracũdis nascũtur iracundi, quàm ex concupiscẽtibus concupiscẽtes. Quod autem prouenit ex naturali corporis dispositione, reputatur magis venia dignum. Tertiò quia ira quærit manifestè operari: sed cõcupiscẽtia quærit latebras & dolosè subintrat. Quartò, quia concupiscens delectabiliter operatur, sed iratus, quasi quadã tristitia præcedẽte coactus. Alio modo potest considerari peccatum incontinentiæ, quantum ad malũ, in quod quis incidit à ratione discedẽs. Et sic incontinentia iræ est vt plurimum grauior, quia ducit in ea, quæ pertinent ad proximi nocumentum.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ difficilius est assiduè pugnare contra delectationem, quàm contra iram, quia cõcupiscentia est magis cõtinua. Sed ad horam difficilius est resistere iræ propter eius impetum.

¶Ad secundum dicendum, quòd concupiscentia dicitur esse sine ratione: non quia totaliter auferat iudicium rationis, sed quia in nullo procedit secundum iudicium rationis. Et ex hoc est turpior.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte eorum in quæ incontinens deducitur.

QVÆSTIO CENTESIMAquinquagesimaseptima, de Clementia & mansuetudine, in quatuor Articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de clementia, & mansuetudine, & vitiis oppositis.

¶ Circa ipsas autem virtutes quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrum clementia & mansuetudo sint idem.

¶Secundò, vtrum vtraque earum sit virtus.

¶Tertiò, vtrum vtraque earum sit pars temperantiæ.

¶ Quartò, de comparatione earum ad alias virtutes.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum clementia & mansuetudo sint penitus idem.

AD PRIMVM sic proceditur Videtur quòd clemẽtia & mansuetudo sint penitus idem. Mansuetudo enim est moderatiua irarum, vt Philosophus dicit in 4. Ethico*. Ira autem est appetitus vindictæ. Cùm ergo clementia sit lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis pœnis, vt Seneca dicit in secundo de Clementia*, per pœnas autem fit vindicta, videtur quòd clementia & mansuetudo sint idem.

¶2Pręt. Tullius dicit in 2. Rheto*. quòd clementia est virtus, per quam animus concitatus in odium alicuius benignitate retinetur. & sic videtur quòd clemẽtia sint moderatiua odij. Sed odium, vt Augustinus* dicit, causatur ab ira, circa quã est mansuetudo. ergo videtur quòd mansuetudo & clementia sint idem.

¶3Præterea, Idem vitiũ non contrariatur diuersis virtutibus: sed idem vitiũ opponitur mansuetudini & clementiæ, s. crudelitas. ergo videtur quòd mansuetudo & clementia sint penitus idem.

¶SED CONTRA est, quòd secundũ prædictam diffinitionem Senecæ, clementia est lenitas superioris aduersus inferiorẽ. Mansuetudo aũt nõ solùm est superioris ad inferiorem, sed cuiuslibet ad quemlibet. Ergo mansuetudo & clementia non sunt penitus idem.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dicitur in secundo Ethicor*. virtus

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæsextæ Articulum quartum.

*Infra qõ. 150. ar. 4. cor. & 3. di. 26. q. 1 ar. 2. co. et veri. q. 25. ar. 2. co. et 7. Ethi. le. 6 prin. *cap. 7.*

IN articulo quarto eiusdem quæstionis centesimæquinquagesimæsextæ, aduerte nouitie pro clariori intellectu literæ, quòd prima ratio quare incontinens concupiscẽtiæ est turpior, consistit in hoc quòd motiuum ad irascendum est ratio: quoniam est punitio collata paruipensioni receptæ. Conferre enim vnum cum altero, rationis est. Vel quoniam est vindicta, quæ est bonum secũdum rationem: qũia est bonum honestum. Sed vt in 7. Ethicorum dicitur, sicut exterius videmus quòd veloces ministri audiunt dominum imperantem, & præcurrentes non percipiunt totum dominorum imperium, ita qui irascitur ex velocitate choleræ audito obiecto rationi conformi, non expectata rationis forma properat ad vindictam. Concupiscens verò à sola boni delectabilis secundum sensum præsentatione mouetur, nihil de conformitate ad rationem audiens. Et propterea dicitur, quòd in nullo sequitur rationis iudicium. Secunda autem de maiori naturalitate iræ cum grano salis in litera apposito, accipienda est, scilicet quia naturalior est motus iræ ex suo complexionali principio, quã motus concupiscentiæ ex suo complexionali principio. Nam ira consequitur choleram, concupiscentia phlegma. Naturalius autem est quòd cholera proferat iram, quàm quòd phlegma concupiscentiam, quia magis in promptu est iræ processus ex cholera, quã concupiscentiæ ex phlegmate: quia cholera est velocioris motus. Constat nanque quòd ex velociori magis in promptu est progressus, quàm ex tardiori: & sic est naturalior. Manifestatur autem ista maior naturalitas ortus iræ, signo satis consono: quia, scilicet frequentius complexio iratorum profert etiam ira in prolem, vt Aristoteles exẽplis cõprobat. In tertia verò ratione ne fallaris, respiciens ad ea quæ sunt per accidens, puta, scandalum aliorum ex manifesta iniuria, & putes oppositum eius quod in litera dicitur. Sed aduerte quòd iudicando actus secundum se, iniuriari proximo dolosè & occultè turpius est, quàm iniuriari manifestè: quoniam hoc, scilicet manifestè agere ad quandam excellentiam spectat: latere autem ad quendam defectum. Ipsa enim latebra attestatur turpitudini operis iuxta Domini sententiam, Omnis qui malè agit, odit lucem. Et per oppositum ipse modus agendi, scilicet manifestè, attestatur veræ, vel apparenti rationi ex hoc ipso, quòd lucem non refugit. Est ergo iuxta hanc tertiam rationem concupiscentia turpior, quàm ira quo ad modum operandi per se loquendo. In quarta demum ratione aduerte, quòd concupiscentia dicitur turpior, quia omnino voluntaria. Ira autem etsi in fine sit delectabilis, admistum tamen habet inuoluntariũ principium, scilicet tristitiam ex paruipensione recepta illatam. Et propterea quasi coactus dicitur.

cap.6. cap.6.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæseptimæ Articulum primum.

IN articulo primo quæstionis centesimęquinquagesimæseptimæ dubium ex Martino occurrit, directè impugnante Autorem in hoc articulo circa differentiam inter mansuetudinem & clementiam, in hoc, quòd clementia circa diminutionem exterioris pœnæ, mansuetudo verò circa diminutionem passionis iræ ponitur. Contrà primò. Circa actum interiorem & etiam exteriorem sibi subordinatum, & ab eo imperatum, non sunt ponendæ duæ virtutes. Sed appetere vindictam, & inferre pœnam, se habent sicut actus interior & exterior ab illo imperatus: quia efficaciter appetens vindictam si potest inferre pœnam, infert. Maior probatur, quia actus interior & exterior eadem numero prudentia regulantur. Secundo, quia clementia omnino superflueret. Consequens est falsum: ergo Probatur sequela: quia moderata plenè ira, aut est moderata illatio pœnæ aut non. Si est moderata, ergo superfluit clementia: si non, dicitur vnum impossibile: quia illatio pœnæ in vltionem iniuriæ nunquam fit sine impulsu iræ. Tertio, quia sequeretur aliquem simul esse clementissimũ & iracundissimum, & similiter crudelissimum & mansuetissimum, quæ sunt impossibilia, nisi ponendo quòd mansuetudo & clementia sint circa alias & alias personas. Probatur sequela, ponendo hominem frequenter exercitatum in actibus illius virtutis & alterius vitij.

*Infrà art. 4. ad 3 & 3. dist. 33. q. 3. ar. 2. q. 1 ad 2. *cap.5. *cap.3. De inuẽ. fol 3. ante fi. libri. Reg. 3.*

¶ Ad huius euidentiam quæstionis, scito quòd Autor est malè intellectus ab istis. Intendit siquidem Autor, quòd clementia & mansuetudo habent diuersas materias, sicut iustitia & liberalitas: & non quòd vna sit circa actum interiorem imperantem, & alia circa actum exteriorem imperatum. Hoc enim

cap.3.

ridiculum est per se loquendo: Sed quia contingit mansuetudinem & clementiam coniungi in vno numero effectu, puta diminutione exteriorispœnæ, cùm quis ex animi lenitate, & ex iræ moderatione ad diminutionem pœnæ tendit, sicut contingit iustitiam & liberalitatem coniungi in hoc vno effectu, qui est non furari, dum quis & ex amore alieni boni, & ex moderata cupiditate pecuniæ, furtum declinat. Ideo Autor simul tractans de his virtutibus breuitatis causa declarauit simul earum concursum in vnum effectum, & diuersitatem materiarum, in hoc quidem articu. inchoatiue, in sequentibus perfectè, vt in articulo tertio ad primum & tertium patet. Sunt ergo per se loquendo materiæ clementiæ & mansuetudinis disparatæ, sicut iustitiæ & liberalitatis: & non sunt subordinatæ, nisi quando per accidens concurrunt. Clemés enim est qui ex lenitate animi pœnas legales mitigat infra iustitiæ latitudinem. Vbi patet q̃ nullus de ira est sermo. Mansuetus autem est medium in ira tenens, & cõsequenter sic vindicans. Vbi patet quòd nulla est subordinatio, aut imperij & imperati connexio, sed solus quandoque cõcursus in eundem effectum.

¶ Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd si loquamur de actibus imperante & imperato per se, & vt sic, vna sola opus est virtute, & vera est Maior, sed Minor est falsa: quia non nisi per accidens illatio pœnæ vt respicitur à clementia, respicitur à mansuetudine, & econtra: quia scilicet est quandoque eadẽ materialiter, quę ab vtraque moderamen suscipit. Si autem sit sermo de actibus per accidens aut qualitercunque conuenientibus, & subordinetur vnus alteri, & imperetur vnus ab altero, Maior est falsissima, quoniã actus per accidens sic cõnexi, possunt secundum diuersas rationes ad diuersas virtutes spectare, vt patet de non furari respectu iustitiæ & liberalitatis. Vtraque ergo virtus, scilicet clementia & mansuetudo, est circa actum interiorem & exteriorem, diuersa tamen ratione. Nam mansuetudo directe est circa interiorem passionem iræ, & ex consequenti circa exteriorem vindictam, non simpliciter, sed vt exit à passione iræ. Clementia vero est directè circa lenitatem interiorem animi ad proximũ, & perillam circa moderationem pœnæ proximi.

¶ Ad secundum negatur sequela. Et cùm quæritur an moderata ira sit opus clementiæ, dicitur quòd inflictio pœnæ non sit nisi ex impulsu iræ, negatur. Sicut enim potest aliquis furari ex iniustitia, & non ex passione cupiditatis actus, vt patet cum quis furatur & proiicit illud, ita potest quis non ex ira, sed ex crudelitate vel defectu æquitatis contra clementiam agere.

¶ Ad tertium vnico verbo dicitur cùm Aristotele & Tullio, q̃ qui vnã se negat habere virtutem, nullam habet. Et ideo casus sunt impossibiles, de virtutibus & vitiis loquendo vniuoce.

moralis cõsistit circa passiones & actiones. Passiones autem interiores sunt exteriorum actionum principia, aut etiam impedimenta. Et ideo virtutes quæ moderantur passiones, quodãmodo cõcurrunt ineundem effectum cũ virtutibus quæ moderantur actiones, licet specie differant. Sicut ad iustitiam propriè pertinet cohibere hominẽ à furto, ad quod aliquis inclinatur per inordinatũ amorem, vel concupiscentiam pecuniæ, quæ moderatur per liberalitatem. Et ideo liberalitas concurrit cum iustitia in suo effectu, qui est abstinere à furto. Et hoc etiam considerandum est in proposito. Nam ex passione iræ prouocatur aliquis ad hoc quòd grauiorem inferat pœnam. Ad clementiam autem pertinet directè quòd sit diminutiua pœnarũ. Quod quidem impediri posset per excessum iræ. Et ideo mansuetudo, inquantũ refrænat impetum iræ, concurrit in eundẽ effectũ cum clementia. Differunt tamen ab inuicem, inquantum clementia est moderatiua exterioris punitionis, mansuetudo autem propriè diminuit passionem iræ.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd mãsuetudo propriè respicit ipsum vindicę appetitũ. Sed clemẽtia respicit ipsas pœnas, q̃ exterius adhibẽtur ad vindictã.

¶ Ad secundum dicendum, quòd affectus hominis inclinatur ad minorationẽ eorum, quæ homini per se non placent. Ex hoc autem quòd aliquis amat aliquem, prouenit, quòd non placet ei per se pœna eius: sed solùm in ordine ad aliud, puta ad iustitiam, vel ad correctionem eius qui punitur. Et ideo ex amore prouenit, quòd aliquis sit promptus ad diminuendum pœnas: quod pertinet ad clemẽtiã, & ex odio impeditur talis diminutio. Et propter hoc Tullius dicit, quòd animus concitatus in odium, scilicet ad grauius puniendum, per clementiam retinetur: ne scilicet acriorem pœnam inferat, non quòd clementia sit directè odij moderatiua sed pœnæ.

¶ Ad tertium dicẽdũ, quòd mansuetudini, quæ est directè circa iras, propriè opponitur vitium iracũdiæ, quod importat excessum iræ. Sed crudelitas importat excessum in puniendo. Vnde dicit Seneca in secundo de Clemẽtia, quòd crudeles vocantur, qui puniendi causam habent, modum tamen non habent. Qui autem in pœnis hominum propter se delectantur etiã sine causa, possunt dici sæui vel feri, quasi affectum humanum non habentes, ex quo naturaliter homo diligit hominem.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum tam clementia quàm mansuetudo sit virtus.*

AD SECVNDVM sic procedi-
tur. Videtur quòd neq; clementia, neq; mansuetudo sit virtus. Nulla enim virtus alteri virtuti opponitur: sed vtraque videtur opponi seueritati, quæ est quædam virtus: ergo neque clementia, neque mansuetudo est virtus.

¶ 2 Præt. Virtus corrumpitur per superfluum & diminutum: sed tam clementia quàm mansuetudo in quadam diminutione consistunt. Nam clemẽtia est diminutiua pœnarum, mansuetudo autem est diminutiua iræ. Ergo neque clementia, neque mansuetudo est virtus.

¶ 3 Præt. Mansuetudo siue mititas ponitur Mat. 5. inter beatitudines & inter fructus ad Galat. 5. Sed virtutes differunt & à beatitudinibus, & à fructibus. ergo nõ continetur sub virtute.

¶ SED CONTRA est, quòd dicit Seneca in secundo de Clementia*, Clementiam & mansuetudinem omnes viri boni præstabũt. Sed virtus est propriè, quæ pertinet ad bonos viros. Nam virtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit: vt dicitur secundo Ethic*. ergo clementia & mansuetudo sunt virtutes.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ ratio virtutis moralis consistit in hoc, quòd appetitus rationi subdatur, vt patet per Philosophum 1. Ethic*. Hoc autem seruatur tam in clementia quàm in mansuetudine. Nam clementia in diminuendo pœnas aspicit ad rationem, vt Seneca dicit in secundo de Clementia*. Similiter etiam mansuetudo secundum rationem rectam moderatur iras, vt dicitur in 4. Ethi*. Vnde manifestum est quòd tam clementia quàm mansuetudo est virtus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ mansuetudo non directè opponitur seueritati. Nam mansuetudo est circa iras, seueritas autem attenditur circa exteriorẽ inflictionem pœnarum. Vnde secundum hoc videretur magis opponi clementię, quę etiam circa exteriorem punitionem consideratur, vt dictum est*. Non tamen opponitur, eo quòd vtrunque est secundum rationem rectam. Nã seueritas inflexibilis est circa inflictionem pœnarũ, quando hoc recta ratio requirit. Clemẽtia autem diminutiua est pœnarum etiã secundum rationem rectam, qñ s. oportet, & in quibus oportet. & ideo non sũt opposita, quia non sunt circa idem.

¶ Ad secundum dicendum q̃ secundum Philosophũ in 4. Ethi*. habitus qui mediũ tenet in ira, est innominatus. Et ideo virtus nominatur à diminutione irę, quæ significatur nomine Mãsuetudinis: eo q̃ virtus propinquior est diminutioni quã superabundantiæ, propter hoc quòd naturalius est homini appetere virdictam iniuriarũ illatarũ, quàm ab hoc deficere: quia vix alicui nimis paruæ videntur iniuriæ sibi illatæ, vt dicit Sallustius*. Clementia autem est diminutiua pœnarum, non quidem in respectu ad id, quod est secundum rationem rectam, sed in respectu ad id, quod est secundum legem cõmunem, quã respicit iustitia legalis. Sed propter aliqua particularia considerata, clementia diminuit pœnas, quasi decernens hominem nõ esse magis puniendũ.

¶ In calce eiusdem articuli vide bestialitatis vitium in materia ista esse sæuitiam vel feritatẽ: quin hoc humani animi limites exit, & ad bestialem animũ deiicit.

¶ Super quæstionis centesimæ quinquagesimæ septimæ Articulum secundum.

IN ar. 2. eiusdẽ q. dubiũ occurrit circa rationẽ ad primũ pro quanto redditur ratio ibi, quare sęuitas & clementia nõ sũt oppositæ: qa non sũt circa idem. Videtur enim hoc esse falsum: quoniam vtraque est circa punitionẽs, sed seueritas inflexibiliter, clementia flexibiliter. Male ergo dicitur, quod nõ sunt circa idem.

¶ Ad hoc dicitur quòd licet seueritas & clementia sint circa idem remotè, non tamen sunt circa idem proximè: quoniam clemẽtia directe est circa diminutionem pœnarum, ita quòd proprius eius actus est diminutio, & propria materia est pœna vt diminuenda: seueritas vero directe est circa ipsam inflictionem integræ pœnæ: ita quòd proprius eius actus est infligere integram pœnam: & propria illius materia est pœna vt integre infligenda, quod Autor in litera significauit per inflictionem pœnæ absque additione. Et sic patet quòd vera redditur ratio, quare non sunt opposita, quia non sunt circa idẽ. Sed responsio hæc nihil valet quoniam isto modo exponẽdo, nũquam virtus & vitium essent circa idem: quoniam actus virtutis semper est aliud ab actu virtij. Dicendum est ergo, quòd virtus & vitiũ oppositum sunt circa idem, sic quòd actus quem virtus informat, vitium deformat. Concupiscentia enim delectabilium, quã temperantia moderatur, extra rationis metas ponit. Et sic de aliis. Non sic autem est in proposito: quoniam diminutio pœnarum, quam clementia ponit, non tollitur per seueritatem. Et similiter integritas pœnarum, quam securitas ponit, per clementiam non mouetur. Et ratio in litera assignatur: quia diminutio non qualitercunque, sed vestita circunstantiis, s. qñ, vbi, sicut, &c. oportet, est circa quã est clemẽtia. Et similiter integritas pœnarum qñ, vbi, sicut, &c. oportet, est circa quã est seueritas. Licet ergo minuere pœnã, & integre punire, absolute opponãtur, & circa idẽ sint: minuere tamen qñ, vbi, &c. oportet, & integre punire quando, vbi, &c. oportet, sibi inuicem consonant, & non opponuntur: quia idem nõ est circa quod verunq; est qñ oportet: sed qñ oportet minuere, non oportet integre punire: & qñ oportet integre punire, non oportet minuere. Quia ergo non sunt clementia & seueritas circa idem punibile formaliter, hoc est in ordine ad rationem, vt manifestatum est, ideo nõ sunt opposita. Et hoc est quod in litera explicatur, vt patet intuenti.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum nota duo. Primo, quòd licet virtus sit perfectio quædam naturalis inclinationis quæ est secundum rationem,

nem nomina tamen virtutum inuenimus pluries imposita à contrariis ad naturales inclinationes, propterea quia talibus naturalibus inclinationibus cõmuniter abutimur. Et propterea sonant quid vitiosum: vt patet de temperãtia, quæ à temperamento naturalis concupiscentiæ ad secundum tactum delectabilia dicta est. Et simile quid accidit in proposito. Nam sicut concupiscẽtia carnalis sonat quid malum, quamuis sit naturalis ira malũ sonat, quãuis naturalis. Et propterea virtus à defectu iræ nomen accepit: non quia virtus contra naturæ sit inclinationem, sed propter rationem dictã. Nota secundo differentiam inter clementiam & veniam, quòd clementia non est remissiua pœnæ debitæ, sed est diminuendo reductiua ad debitam secundum æquitatem, vt in litera patet ex Seneca. Venia autem est donatiua pœnæ debitę: ita quòd nec iustitia communis, nec æquitas excusat, quin illa pœna sit debita.

¶ Super quæstionis centesimæ quinquagesimæ septimæ Articulum tertium.

IN artic. 3. eiusdem quæstionis 157. dubium ex Martino occurrit in quæstione 2. de mansuetudine, arguente contra Autorem in hoc quòd mansuetudo ponitur virtus adiuncta temperantiæ: tum primò, quia hæc opinio potest reprobari ex multis superius dictis: tũ secundò, quia per eandẽ rationem sequeretur omnem virtutem esse adiunctam temperantiæ, quia omnis virtus habet actum refrænandi passionem circa aliquam materiam. Liberalitas enim refrænat cupiditatẽ pecuniæ: fortitudo passiones timoris & audaciæ. Iustitia refrænat omnem passionem, ne per eam ad alterius prorumpamus iniuriam. Tum tertiò, quia ira non est materia secundaria respectu concupiscentiæ tactus, sed sunt materiæ totaliter disparatæ nec ad se inuicẽ ordinatæ. Tum quartò, auctoritate Aristotelis, qui non solùm mansuetudinem à temperantia distinxit, sed nec alteram alteri in determinando coniunxit: quod fecisset si vna earum esset alteri adiuncta.

¶ Ad hoc dicitur, quòd rationabiliter mansuetudo adiuncta est temperantiæ ratione modi: quia scilicet consistit in refrænando, vt in litera dicitur, & ad superius obiecta superius est responsum.

¶ Ad secundum negatur sequela quia adiunctio virtutis ad virtutem, vt partis potentialis ad totum potentiale, non attenditur penes modum cuiuscunque actus secundarij, sed penes modum actus principalis. Et quia non omnis virtutis actus principalis consistit in refrænando, ideo non omnis virtus adiungitur temperantiæ. Liberalitatis enim actus principalis non in refrænãdo, sed in emittendo consistit: & fortitudinis actus principalis non in refrænãdo, sed in firmãdo cõsistit. Iustitiæ actus principalis reddendo alteri suũ consistit.

¶ Ad tertium dicitur, quòd ira est materia secundaria respectu concupiscentiæ carnalis, vt vtraque habet rationem refrænabilis: quoniam difficilior est moderatio concupiscentiæ, in qua est continua pugna & rara victoria, vt superius dictum est. Vnde licet ira non subordinetur absolutè concupiscentiæ carnali, inquantum tamen temperabilis, subordinatur sibi vt minus principalis principali. Et propterea mansuetudo adiungitur temperantiæ vt virtus secundaria principali.

ordine. Primò, tractans de virtutibus circa passiones ad conseruationem humanæ vitæ, scilicet fortitudine & temperantia. Deinde de aliis ad secundaria bona & mala spectantibus, & post de iustitia, quæ circa operationes ad alterum est, & demum de prudentia, vt patet in processu librorum Ethicorum.

¶ In responsione ad primum eiusdem tertij articu. dubium ex Martino occurrit ibidem contra autorem in hac solutione arguente dicendo. Hæc solutio non placet mihi: tum quia non soluit de mansuetudine, quæ est etiam moderatiua pœnarum, & non solum iracundiæ: tum quia clementia non solùm facit hominẽ non vti potestate sua, sed etiam non aburi illa, cum opponatur crudelitati abutenti potestate.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd mirum est de isto homine exigente à responsione vnius argumenti de clementia etiã solutionem alterius de mansuetudine, quod argumentum ex parte mãsuetudinis Autor non fecit, quia mansuetudo est principaliter circa iram, & propterea non habet difficultatem coniunctionis cum epieiceia, hoc est, æquitate, sicut clementia, quæ est directè diminutiua pœnarum.

¶ Ad secundum dicitur q̃ per ly non vti sua potestate intelligitur non aburi illa. Quoniã si recta ratio habet q̃ tunc huic in hoc casu, &c. diminuẽda est pœna, esset contra rectã rationem vti sua potestate ad integrè puniẽdum, ac per hoc esset aburi sua potestate. Et propterea in litera præcedentis articuli dictum est, q̃ clementia est sic diminutiua pœnæ debitæ secundum ius cõmune, q̃ nõ est diminutiua pœnæ debitæ secundum æquitatem. Sequitur enim clementia æquitatem sicut seueritas iustitiã: & vtraque abusum potestatis excludit, qui cõmitteretur nisi clemẽtia æquitatẽ, & seueritas iustitiam comitaretur.

¶ In eodem art. dubiũ occurrit de subiecto clemẽtiæ, in qua s. portentia sit subiectiuè. Non determinatur siquidem in litera eius subiectum.

¶ Ad hoc dicitur quòd clemẽtia est subiectiuè in voluntate. Et ratio est, quia illa pars animæ est subiectũ virtutis, in qua primo apparet bonitas illius vel malitia opposita, vt autor docuit, inuestigando subiectum continentiæ. Sed voluntas est quæ primo disponitur per clementiam & illius oppositum, scilicet crudelitatem: quoniam lenitas animi ad proximum, quæ interior clementia est, non est lenitas alicuius passionis, vt patet discurrendo sed est lenitas voluntatis, qua proximum amamus. Et hoc in litera insinuatur in responsione ad tertium, dum dicitur quòd affectus humanus, quem sequitur clementia, & ille secundum quem homo est naturaliter omni homini amicus. Constat enim quòd talis amicitia imperfecta voluntatis est, non passionis. Insinuatur etiam ex actu assignato, qui est non vti sua potestate. Nam vti est actus voluntatis. Probatur etiam idem ex hoc quòd clementia directè dispositiua est animi ad alterius malum diminuendum. Nulla autem passio, sed solus voluntatis motus est directè ad alterius bonum vel malum quoniã ad propriũ bonũ cõsequendũ, vel defendendũ: & similiter ad propriũ malum vitandum, seu propellendum. omnes passiones directè ordinantur. In cuius signũ hæc est posita differentia inter virtutes circa passiones, & virtutes circa operationes. q̃ illæ sunt propter bonũ habentis, istę sunt propter bonũ alterius. Nec obstat q̃ superius in q. 143. Autor distinguẽdo partes temperãtię, dixerit, q̃ tertius motus animi est irę, quę refrenat mansuetudo, siue clementia: quòd ibi indistinctum reliquit, hoc in loco distinguendo clementiam

Universidad de Deusto Biblioteca

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum clementia & manſuetudo ſint potiſsimæ virtutes.*

AD QVARTVM ſic procedit. Videtur quòd clementia & māſuetudo ſint potiſsimæ virtutes. Laus enim virtutis conſiſtit præcipuè in hoc quòd ordinat hominem ad beatitudinem, quæ in Dei cognitione conſiſtit. Sed manſuetudo maximè ordinat hominem ad Dei cognitionem. Dicitur enim Iac.1. In māſuetudine ſuſcipite inſitum verbum. & Eccl.5. Eſto manſuetus ad audiendū verbum Dei. Et Dion. dicit in Epiſtola ad Demophilum*, Moyſen propter multā māſuetudinē Dei apparitiōe dignū habitū. ergo māſuetudo eſt potiſsima virtutū.

¶2 Preterea, Tanto virtus aliqua videtur eſſe potior, quanto magis acceptatur à Deo & ab hominibus. Sed manſuetudo maximè videtur acceptari à Deo. Dicitur enim Eccle.1. quòd beneplacitū eſt Deo fides & māſuetudo. Vnde & ſpecialiter ad ſuæ manſuetudinis imitationem Chriſtus nos inuitat, dicēs, Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Et Hilarius* dicit quòd per manſuetudinē mentis noſtræ habitat Chriſtus in nobis. Eſt etiam hominibus acceptiſsima. Vnde dicitur Eccle.3. Fili, in manſuetudine perfice opera tua, & ſuper hominum gloriā diligeris. Propter quod & Prouerb. 20. dicitur, quòd clementia thronus regius roboratur. ergo manſuetudo & clementia ſunt potiſsimæ virtutes.

¶3 Præt. Auguſtinus dicit in libro de Sermone Domini in monte*, quòd mites ſunt qui cedunt improbitatibus, & non reſiſtunt in malum. Hoc autem videtur pertinere ad miſericordiam vel pietatē, quæ videtur eſſe potiſsima virtutū, quia ſuper illud primæ ad Timotheum 4. Pietas ad omnia vtilis eſt. dicit glo Ambr. ꝙ omnis ſumma religionis Chriſtianæ in pietate conſiſtit. ergo māſuetudo & clementia ſunt maximæ virtutes.

¶SED CONTRA eſt, quia non ponūtur virtutes principales, ſed adiunguntur alteri virtuti quaſi principaliori.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ nihil prohibet aliquas virtutes non eſſe potiſsimas ſimpliciter, nec quo ad oīa ſed ſecundum quid, & in aliquo genere. Non autem eſt poſsibile, ꝙ clementia & manſuetudo ſint potiſsimæ virtutes ſimpliciter: quia laus earum attenditur in hoc quòd retrahunt à malo, inquantum ſ. diminuunt iram vel pœnā. Perfectius autem eſt conſequi bonū quā carere malo. Et ideo virtutes, quæ ſimpliciter ordinant in bonum, ſicut fides, ſpes, charitas, & etiam prudentia, & iuſtitia, ſunt ſimpliciter maiores virtutes quā clementia & manſuetudo. Sed ſecundum quid nihil prohibet clementiam & manſuetudinem habere quandam excellentiam inter virtutes, quæ reſiſtunt affectionibus prauis. Nam ira quam mitigat manſuetudo, propter ſuum impetum maximè impedit animum hominis ne liberè iudicet veritatem. Et propter hoc manſuetudo maximè facit hominem eſſe compotem ſui. Vnde dicitur Eccle. 10. Fili, in manſuetudine ſerua animam tuam. quamuis concupiſcentiæ delectationum tactus ſint turpiores, & magis continuè infeſtent: propter quod temperantia magis ponitur virtus principalis, vt ex dictis patet*. Clementia vero in hoc quòd diminuit pœnas maximè videtur accedere ad charitatem, quæ eſt potiſsima virtutum: per quā bona operamur ad proximos, & eorum mala impedimus. *Q.141. arti.7 ad 2.*

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ manſuetudo præparat hominem ad Dei cognitionem, remouēdo impedimentū. Et hoc dupliciter: Primo quidē, faciendo hominē compotem ſui per diminutionem iræ, vt dictum eſt*. Alio modo, quia ad manſuetudinem pertinet, quòd homo non contra dicat verbis veritatis: quod plerunque aliqui faciunt ex commotione iræ. *Incor ar.* Et ideo Aug. dicit in 2. de Doctrina Chriſtiana*, quòd miteſcere eſt, nō contradicere diuinæ Scripturæ ſiue intellectæ, ſi aliqua vitia noſtra percutit: ſiue non intellectæ, quaſi nos melius & verius ſapere & percipere poſſemus. *Cap.73.*

¶Ad ſecundum dicendum, quòd manſuetudo & clementia reddunt hominem Deo & hominibus acceptum, ſecūdum ꝙ concurrunt in eundem effectum cum charitate, quæ eſt maxima virtutum, ſcilicet in ſubtrahēdo mala proximorum.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ miſericordia & pietas conueniunt quidem cum māſuetudine & clementia, inquantū concurrūt in eundem effectum, qui eſt prohibere mala proximorū. Differunt tamen quantū ad motiuū. Nā pietas remouet mala proximorum ex reuerentia quam habet ad aliquem ſuperiorem, puta Deū vel parentem. Miſericordia verò remouet mala proximorū ex hoc quod in eis aliquis contriſtatur, inquantū æſtimat eas ad ſe pertinere, vt ſ dictum eſt*: quod prouenit ex amicitia, quæ facit amicos de eiſdē gaudere & triſtari. *Q.30. ar. 2.* Manſuetudo autem hoc facit, inquantum remouet irā incitantem ad vindictam. Clementia verò hoc facit ex animi lenitate, inquātum iudicat eſſe æquum, vt aliquis non amplius puniatur.

QVÆSTIO CENTESIMAQVINQVAGESIMAOCTAVA, de Ira, in octo articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandū eſt de vitiis oppoſitis. ¶ Et primò de iracundia, quæ opponitur manſuetudini. Secundò, de crudelitate, quæ opponitur clementiæ. ¶Circa iracundiā quæruntur octo. ¶Primo, vtrum iraſci poſsit eſſe aliquando licitum. ¶Secundo, vtrum ira ſit peccatum. ¶Tertiò, vtrum ſit peccatum mortale. ¶Quarto, vtrum ſit grauiſsimum peccatorū. ¶Quinto, de ſpeciebus iræ. ¶Sexto, vtrum ira ſit vitium capitale. ¶Septimo, quæ ſint filiæ eius. ¶Octauo, vtrum habeat vitium oppoſitum.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum iraſci ſit licitum.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod iraſci nō ſit licitum. Hier. enim exponens illud Mat.5. Qui iraſcitur fratri ſuo, &c. dicit, In quibuſdam codicibus additur, ſine cauſa. Cæterùm in veris diffinita ſententia eſt, & ira penitus tollitur. Ergo iraſci nullo modo licitum eſt. *2.q.51.ar. 9.cor. & 3.diſ.15.q. 2.artic.2. quæſt. 2. cor. & Mal. q. 11.art.1. & Eph.4 lect.7.*

¶2 Præt. Secundum Dio.4.c. de Di. no. malum animæ eſt ſine ratione eſſe. Sed ira ſemper eſt ſine ratione. Dicit enim Philoſ. in 7. Ethi*. quòd ira non perfectè audit rationē Et Greg. dicit 5. Moral*. ꝙ cùm tranquillitatem mentis ira diuerberat, dilaniatā quoddāmodo ſciſſamq; perturbat. Et Caſsianus dicit in lib. de Inſtitutis cœnobiorū, Qualibet ex cauſa iracundiæ motus efferuens excæcat oculū cordis. Ergo iraſci ſēp eſt malū. *Iob.17. prin. *cap 6.*

¶3 Præt. Ira eſt appetitus vindictæ, vt glo*. dicit ſuper Leuit*. Nō oderis fratrem in corde tuo. Sed appetere vltionē videtur eſſe licitum, ſed hoc eſt Deo reſeruandū: ſecundū illud Deut. 32. Mea eſt vltio. ergo videtur quòd iraſci ſemper ſit malum. *Cap 30. Ex Auguſtino lib. quæſt. ſuper Leuit.q.70.*

¶4 Præt. Omne illud quod abducit nos à diuina ſimilitudine eſt malū: ſed iraſci ſemper abducit nos à diuina ſimilitudine, quia Deus cum trāquillitate iudicat, vt habetur Sapien.12. Ergo iraſci ſemper eſt malum.

¶SED CONTRA eſt, quod Chryſo. dicit ſuper Mat*. Qui ſine cauſa iraſcitur, reus erit: qui verò cum cauſa, non erit reus. Nā ſi ira nō fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtāt, nec crimina cōpeſcuntur: ergo iraſci non ſemper eſt malum. *Hom. 11 interprincip. & med.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd ira propriè loquendo, eſt paſsio quædam appetitus ſenſitiui, à qua vis iraſcibilis denominatur, vt ſuprà habitum eſt*, cùm de paſsionibus ageretur. Eſt autem hoc conſiderandum circa paſsiones animæ, *1.2.q.23.* quòd dupliciter poteſt in eis malum inueniri. Vno modo, ex ipſa ſpecie paſsionis, quæ quidem conſideratur ſecundum obiectum paſsionis: ſicut inuidia ſecundum ſuam ſpeciē importat quoddam malum. Eſt enim triſtitia de bono aliorum, quod ſecundum ſe rationi repugnat. Et ideo inuidia mox nominata: ſonat aliquid mali, vt Philoſophus dicit in 2. Ethic.* Hoc autem non competit iræ: quæ eſt appetitus vindictæ poteſt enim vindicta & bene & malè appeti. *Cap.6.* Alio modo inuenitur malum in aliqua paſsione ſecundum quantitatem ipſius, id eſt ſecundum ſuperabundantiam vel defectū ipſius. Et ſic poteſt malum in ira inueniri: quando ſcilicet aliquis iraſcitur plus vel minus præter rationem rectam. Si autem aliquis iraſcitur ſecundum rationem rectam, tunc iraſci eſt laudabile.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd Stoici irā & omnes alias paſsiones nominabant affectus quoſdā præter ordinem

nem

Commentary (left page):

à manſuetudine, declarauit quòd manſuetudo iram refrænat, clementia autem non. ſed. &c.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ quinquageſimæſeptimæ Articulum quartum.*

IN ar.4. eiuſdem quæſt 157. in reſponſione ad tertium, nota aureā doctrinam ad diſcernēdum qua quis virtute vtatur, cùm mala proximi tollit rationabiliter. Nam ſi ex reuerentia ad parentes, &c. hoc facit, non clemētia, ſed pietate vtitur etſi conſanguineis minuit pœnam propter coniunctionem ſanguinis. *In princ. Epiſt.* Sed ſi ex animi lenitate ad proximum non pietate, ſed clementia vtitur. Et ſic de aliis, ſ. miſericordia, & māſuetudine, intellige, & eorum oppoſitis.

¶ *Super Quæſtionis cēteſimæ quinquageſimæoctauæ Articulum primum.*

IN art. 1. q. 158. aduerte quòd motus paſsionis iræ non miniſtrat voluntati & rationi rectæ in actu conſilij, iudicij, præcepti, aut electionis: quoniā quodlibet horum præcedere naturaliter debet irę motum, & iræ turbatio his actibus non confert. *Canon 4. in Matt.* Sed miniſtrat iræ motus actui executionis eius quod electum, præceptū, iudicatum conſultūmque eſt: eo quòd iuuat ipſam executionem, vtpote à natura ad hoc miniſterium ordinata. *Lib.1.c.3.* Melius enim fit quod ſecundum naturæ ordinem fit. Et hoc Autor in reſponſione ad ſecundum inſinuauit, dicendo, Hæc autem ira etſi in ipſa executione actus iudicium rationis aliqualiter impediat, &c. *In eū locū.* Et hinc fit, vt hi qui non ſunt executiui vindictæ, ſed ſolummodo conſiliarij, iudices, ſeu cenſores, non egeant ira. Et de iſtis verificatur Stoica ſententia, quod debent eſſe ſicut leges, quæ nulla paſſione commouentur. Sed illi qui ſunt executiui vindictæ verbo, ita quod ipſa reprehenſio ſit caſtigatio aut facto, egent motu irę ſubminiſtrante voluntati vindicanti: alioquin voluntas remiſſa eſt, vt in vltimo huius quęſtionis articulo patet.

¶Super

nem rationis exiſtentes. Et ſecundum hoc ponebant iram & omnes alias paſsiones eſſe malas, vt ſuprà dictum * eſt, cum de paſsionibus ageretur. *1.2.q.24. art.2.* Et ſic accipit irā Hiero. Loquitur enim de ira, qua quis iraſcitur contra proximū, quaſi malū eius intendens. Sed ſecundū Peripateticos, quorū ſentētiā magis approbat Aug. in 9. de Ciuitate Dei*, ira & aliæ paſsiōes animæ dicūtur motus appetitus ſenſitiui, ſiue ſint moderatæ ſecundū rationem, ſiue non. Et ſecundum hoc ira non ſemper eſt mala. *Cap.4.*

¶Ad ſecundum dicendū, ꝙ ira dupliciter ſe pōt habere ad rationē. Vno quidē mō antecedenter. Et ſic trahit rationē à ſua rectitudine, vnde habet rationē mali. Alio mō, conſequenter, prout ſ. appetitus ſenſitiuus mouetur cōtra vitia ſecūdū ordinem rationis. Et hæc ira eſt bona, quæ dicitur ira per zelum. Vnde Greg. dicit in 5. Moral*. Curandum ſummopere eſt, ne ira, quæ vt inſtrumentum virtutis aſſumitur, mēti dominetur, ne quaſi domina præat, ſed quaſi ancilla ad obſequium parata à rationis tergo numquam recedat. *cap.33.* Hæc autem etſi in ipſa executione actus iudicium rationis aliqualiter impediat, non tamen rectitudinem rationis tollit. Vnde Greg. ibidem dicit*, quòd ira per zelum turbat rationis oculum, ſed ira per vitium excæcat. *cap. eodē.* Non eſt autem contra rationem virtutis vt intermittatur deliberatio rationis in executione eius quod eſt à ratione deliberatum: quia etiam ars impedirētur in ſuo actu, ſi dum debet agere, deliberaret de agendis.

¶ Ad 3. dicendū, ꝙ appetere vindictam propter malū eius qui puniēdus eſt, illicitū eſt. Sed appetere vindictam propter vitiorū correptionē, & bonū iuſtitiæ conſeruandū, laudabile eſt. Et in hoc poteſt tendere appetitus ſenſitiuus, inquantum mouetur à ratione. Et dum vindicta ſecundum ordinem iudicij fit, à Deo fit: cuius miniſter eſt poteſtas puniēs, vt dicitur Roma.13.

¶Ad quartum dicendum, quòd Deo aſsimilari poſſumus & debemus in appetitu boni. Sed in modum appetendi ei omnino aſsimilari non poſſumus: quia in Deo non eſt appetitus ſenſitiuus ſicut in nobis: cuius motus debet rationi deſeruire. Vnde Grego. dicit in Moral*. quòd tunc robuſtius ratio contra vitia erigitur, cùm ira ſubdita rationi famulatur. *cap.33.*

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum ira ſit peccatum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ira non ſit peccatū. Peccādo em̄ demeremur: ſed paſsionibus nō demeremur, ſicut nec vituperamur, vt dicitur ī 2. Ethi*. Ergo nulla paſsio eſt peccatū. Ira aūt eſt paſsio, vt ſuprà habitū eſt*, cùm de paſsionibus ageretur. ergo ira non eſt peccatum. *1.diſ.36. ar.2.ad 2 & 3.diſt. 15.q.2.ar. 2.q.2.cor. & Mal. q.12.art. 2.et Eph. 4.lect.1. *cap.5. *1.2.q. 46 art.1*

¶2 Præterea, In omni peccato eſt conuerſio ad aliquod bonum cōmutabile, ſed per iram non conuertitur aliquid ad bonum cōmutabile: ſed in malum alicuius. ergo ira non eſt peccatum.

¶3 Præt. Nullus peccat in eo quod vitare non poteſt, vt Aug. dicit*: ſed iram homo vitare non poteſt, quia ſuper illud Pſal. 4. Iraſcimini & nolite peccare. dicit glo. quòd motus iræ non eſt in poteſtate noſtra. Philoſo. etiam dicit in ſeptimo Ethic*. quòd iratus cum triſtitia operatur. Triſtitia autem eſt contraria voluptati. Ergo ira non eſt peccatum. **Li.3 de lib.arb.c. 19. cap.6. *ca.4.& 30.*

¶4 Pręt. Peccatum eſt contra naturā, vt Damaſ. dicit in 2. lib*. Sed iraſci nō eſt contra naturam hominis, cùm ſit actus naturalis potentiæ, quæ eſt iraſcibilis. Vnde & Hier. dicit in quadā epiſtola*, quòd iraſci eſt hominis. Ergo iraſci non eſt peccatū. *Ad Saluinam de ſeruanda viduitate verſus finem.*

¶SED CONTRA eſt quod Apoſtolus dicit ad Epheſ.4. Omnis indignatio & ira tollatur à vobis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ira, ſicut dictum eſt*, propriè nominat quandā paſsionē. *art. prec. & 1.2.q. 46.art.1.* Paſsio autem appetitus ſenſitiui intantū eſt bona, inquantum ratione regulatur. Si autem ordinē rationis excludat, eſt mala. Ordo autem rationis in ira pōt attendi, quantū ad duo. Primò quidē quantū ad appetibile in quod tēdit, quod eſt vindicta. Vn̄ ſi aliquis appetat ꝙ ſecūdū ordinem rationis fiat vindicta, eſt laudabilis iræ appetitus, & vocatur ira per zelum. Si autē aliquis appetat ꝙ fiat vindicta qualitercunq; contra ordinē rationis, puta, ſi appetat puniri eum qui non meruit, vel vltra quā meruit, vel etiam non ſecundum legitimum ordinem, vel non propter debitū finem, qui eſt conſeruatio iuſtitiæ & correctio culpæ, erit appetitus iræ vitioſus, & nominatur ira per vitium. Alio modo attenditur ordo rationis circa iram quantum ad modū iraſcendi: vt ſ. mot9 irę nō immoderatè feruēſcat nec interius, nec exterius. Quod quidem ſi prætermittatur, non erit ira abſque peccato, etiam ſi aliquis appetat iuſtam vindictam.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ quia paſsio pōt eſſe regulata ratione, vel non regulata, ideo ſecundum paſsionem abſolutè conſideratam non importatur ratio meriti vel demeriti, ſeu laudis vel vituperij. Secundum tamen quòd eſt regulata ratione, pōt habere rationē meritorij & laudabilis. Et econtrario ſecundū ꝙ non eſt regulata ratione, pōt habere rationē demeriti vel vituperabilis. Vn̄ & Philoſ. ibidem* dicit, quòd laudatur vel vituperatur qui aliqualiter iraſcitur.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd iratus nō appetit malū alterius propter ſe, ſed ꝓpter vindictā in quā cōuertit' appetit9 eius, ſicut in quoddā cōmutabile bonū.

¶Ad tertium dicendum, quòd homo eſt dominus ſuorum actuum per arbitrium rationis. Et ideo motus qui præueniunt iudicium rationis, non ſunt in poteſtate hominis in generali, vt ſ. nullus eorum inſurgat: quamuis ratio poſsit quēlibet ſingulariter impedire ne inſurgat. Et ſecundum hoc dicitur, quòd motus iræ nō eſt in poteſtate hominis, ita ſcilicet quòd nullus inſurgat. Quia tamen aliqualiter eſt in hominis poteſtate, nō totaliter ꝑdit rationem peccati, ſi ſit inordinatus. Quod autem Philoſo*. dicit iratum cum triſtitia operari, non eſt ſic intelligendū, quòd triſtetur de eo quòd iraſcitur, ſed quia triſtatur de iniuria quam æſtimat ſibi illatam: & ex hac triſtitia mouetur ad appetendum vindictam.

¶Ad quartū dicendū, quòd iraſcibilis in homine naturaliter ſubiicitur rationi. Et ideo actus eius intantū eſt homini naturalis, inquantum eſt ſecundum rationē. Inquantum verò eſt præter ordinem rationis, eſt contra hominis naturam.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum omnis ira ſit peccatum mortale.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videt' ꝙ omnis ira ſit peccatū mortale. Dicitur em̄ Iob 5. Virū ſtultū interficit iracundia: & loquitur de interfectione ſpirituali, à qua nominat' pc̄tm̄ mortale. Ergo oīs ira eſt peccatum mortale.

¶2 Præt. Nihil meretur dānationē æternā niſi peccatū mortale: ſed ira meretur dānationē æternam. Dicit em̄ Dominus Mat.5. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, re9 erit iudicio: vbi dicit gl. ꝙ ꝑ illa tria quę ibi tāguntur, ſ. iudiciū, & conſiliū, & gehēna, diuerſæ māſiones in æterna dānatione pro modo peccati ſingulariter exprimuntur. Ergo ira eſt peccatū mortale.

¶3 Præt. Quicquid contrariatur charitati eſt peccatū mortale: ſed ira de ſe cōtrariatur charitati, vt patet per Hier*. ſuper illud Mat.5. Qui iraſcit' fratri ſuo, &c. vbi dicit, ꝙ hoc eſt contra proximi dilectionem. Ergo ira eſt peccatum mortale.

¶SED CONTRA eſt, quòd ſuꝑ illud Pſal.4. Iraſcimini & nolite peccare, dicit glo*. Venialis eſt ira, quę nō perducitur ad effectum.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ motus iræ poteſt eſſe inordinatus & peccatum dupliciter, ſicut dictū eſt. Vno modo, ex parte appetibilis: vt pote cùm aliquis appetit iniuſtā vindictam: & ſic ex genere ſuo ira eſt peccatū mortale, ꝙa contrariatur charitati & iuſtitiæ. Poteſt tamen contingere, quòd talis appetitus ſit peccatum veniale propter imperfectionem actus. Quę quidē imperfectio attenditur vel ex parte appetentis, puta, cùm motus iræ præuenit iudiciū rationis, vel etiam ex parte appetibilis, puta, cùm aliquis appetit in aliquo modico ſe vindicare, quod quaſi nihil eſt reputandum: ita etiam quòd ſi actu inferatur, nō eſſet peccatum mortale, puta, ſi aliquis

Commentary (right page):

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ quinquageſimæoctauæ Articulum ſecundum.*

IN articulo ſecundo eiuſdē quæſtionis quęcunque eſſent dicenda de paſſione abſolutè indifferente, & ea in indiuiduo bona vel mala in reſponſione ad primum: & de primis motibus, quòd ſinguli non euadunt rationem voluntarij, & peccati, licet omnes non ſint in poteſtate noſtra, in reſponſione ad ſecundum: & de iis quæ ſunt contra naturā hominis, quatenus rationalis eſt in reſponſione ad tertiū, ſatis ex ſuperius dictis patere puto. *cap.5.*

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ quinquageſimæoctauæ Articulum tertium.* *Lib.7.Ethic.ca.6.*

IN articulo tertio eiuſdem quæſtionis centeſimæquinquageſimæoctauæ dubium ex Martino in quæſtione de iracundia occurrit circa illam concluſionem, ſcilicet, Peccatum iræ ex parte appetibilis, ſcilicet iniuſtæ vindictæ, eſt ex genere ſuo peccatum mortale. Arguit enim tripliciter contra hoc. Primò, Eſt aliquis actus iracundiæ voluntarius non mortalis, quo appetitur iniuſta vindicta. ergo iniuſta vindicta non reddit ex genere ſuo actum mortalem. Antecedens patet de appetente vindictam in aliquo modico, non multum reputando: vt parum trahere puerum per capillos. *1.2.q.88. ar.5 ad 1. Et Mal. q 7.ar.4. ad 1. & q.11.ar.3. Et Gal.5. lect.5.* Conſequentia patet, quia ratio iniuſtæ vindictæ ſaluatur ſiue parua ſiue magna ſit iniuſta vindicta. Nam ex magnitudine & paruitate ſola quantitas variatur. Secundò, Quicquid eſt mortale ex genere, & non habet aliquid infinitè alleuians, remanet ſimpliciter mortale. Sed paruitas vindictæ appetitæ non alleuiat infinitè: quia finitè diſtat à vindicta, cuius appetitus eſt ſimpliciter mortalis: ergo. *Tom.9.* Probatur Maior, quia omne mortale in infinitum excedit veniale. *Ex Caſſiod. in eū locum.*

¶Præterea, Omne mortale ex genere, eſt mortale vniuerſaliter: ſed appetitus iniuſtæ vindictæ non eſt vniuerſaliter mortalis. ergo non mortalis ex genere. Maior probatur: tum quia habet in ſe ſufficientem cauſam peccati mortalis, in quocunque reperiatur: tum quia mortale ex vna circunſtantia per nullam aliam circunſtantiam redditur non mortale. ergo à fortiori mortale ex obiecto per nullam circunſtantiam fit non mortale. Minor patet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ A d huius euidentiam scito, quòd peccatum habet in se duo, scilicet speciem propriam, & mortalitatem, seu venialitatem. Et speciem quidem sui actus sortitur ex ratione formali obiecti, eo quòd actus specificantur ex obiectis. Et hinc fit vt omnes actus respectu illius obiecti, siue sint actus perfectè siue imperfectè tendentes in illud, sint eiusdem speciei, ita quòd primus motus adulterij est in specie adulterij. Et primus motus furti est in specie furti: & sic de aliis. Mortalitatem autem vel venialitatem habet ex esse cõtra, vel præter charitatem, quæ est vita animæ, quæ distinguit inter filios Dei, hinc fit, vt actus circa aliquam materiam perfectus sit peccatum mortale, imperfectus verò sit peccatum veniale: quia s. obiectum illud perfectè attinctum contrariatur charitati, imperfectè autem attinctum non tollit charitatem, sed præter illam est tollens illius feruorem. Verbi gratia, Tollere rem alienam inuito domino est actus cadens super indebitã materia, s. re aliena inuito domino. Et poterit res aliena inuito domino tolli tripliciter. Primò, actu imperfecto ex parte tolletis, puta si appetit rem alienam inuito domino appetitu nõ deliberato, sed primo motu. Hic enim actus nõ est perfectè actus humanus. Secundò, etiam actu imperfecto ex parte rei alienæ tollẽdæ, puta quia res est minima: vel quia non inuito domino simpliciter, sed secundũ quid. Et sic etiam actus tollendi alienũ est imperfectè: quia minimum pro nihilo reputatur in primo casu, & inuoluntarium secundum quid est simpliciter voluntarium in secundo casu. Tertiò, actu perfecto vtrinque, scilicet ex parte operantis, & materiæ. Et hic quidem tertius actus est peccatum mortale ex genere: reliqui autem licet sint in eadem specie, propter imperfectionem tamen actus non sunt peccata mortalia: quia in illo saluatur ratio actus humani contra dilectionem proximi ex perfectione actus circa tale obiectum: in istis verò, licet circa eandem sint materiam, quia tamen imperfectè adeò, vt non sint contra proximi dilectionem, ideo venialia sunt.

In corp. art.

¶ Ad primam ergo obiectionem, propriè loquendo, negatur antecedẽs: quoniam vindicta iniusta tam minima non est iniusta vindicta simpliciter, sed secundum quid. Et ideo non constituit peccatum simpliciter, sed secundum quid, quale est veniale: ita quòd sicut primus motus ad vindictam est actus imperfectus, quia non est actus humanus simpliciter, sed secundum quid ita appetitus vindictæ minime est actus imperfectus: quia non est appetitus vindictæ simpliciter, sed secundum quid. Et cùm contra hoc affertur, quòd magnum & paruum non variant rationem vindictæ: respondetur, quod cùm magnum & paruum supponant id circa quod est diuersimode, iuxta diuersitatem subiectorum loquendum est. Nam magnum & paruum circa vindictam simpliciter non variant rationem vindictæ. Et propterea appetitus iniustæ vindictæ siue paruæ, dummodo sit iniusta vindicta simpliciter, est peccatum mortale. Sed quando paruitas non tam significat quantitatem, quàm tenet locum conditionis diminuentis, ita quòd id cui additur, constituit secundum quid tale ex hoc ipso ponitàlem imperfectionem, non vt tollat tocaliter rationem illius, sed vt tollat contrarietatem annexam illi simpliciter, sicut tollit illud simpliciter. Et sic est in proposito, quòd tãta paruitas vindictæ est conditio diminuens rationem vindictæ, non quod tollat totaliter rationem vindictæ, sicut dicendo, Homo mortuus, ly mortuus totaliter tollit rationem hominis: sed quia tollit rationem vindictæ simpliciter, ac per hoc contrarietatem ad dilectionem proximi, quæ est coniuncta iniuitæ vindictæ simpliciter. Et simile est in furto, cùm tollitur alienum minimum. Nam licet ratio rei alienę non varietur per magnum & paruum, vt dicunt quantitates rei alienæ, quando tamen ly paruum diminuit rationem boni alieni, ita quòd constituit illud in hoc, quod est esse alienum bonum secundum quid tantùm, tunc non remanet quòd tollatur alienum bonum simpliciter, sed secundum quid. Ac per hoc non committitur furtum nisi secundum quid, quod est peccatum veniale.

¶ Ad secundam obiectionem negatur Minor. Dico enim quòd sicut mortale & venitale distant in infinitum, ita vindicta iniusta, & vindicta iniusta minima, distant in infinitum: quia distant vt vindicta & non vindicta apud morales, quia modicum pro nihilo habetur. Propterea ergo paruitas, quando est conditio diminuens, vt dictum est, alleuiat in infinitum, quia trahit actum ab ente ad non ens, hoc est à contrario vitę ad non contrarium vitę, quę distant in infinitum sicut mortale & veniale: & ab aliquo ad nihil in ordine ad reputationem humanam: quamuis secundum rem sit quasi nihil. Et ideo relinquitur ibi ratio peccati secundum quid.

¶ Ad tertiam obiectionem dicitur, quòd in Maiori ad hoc vt sit totaliter vera, oportet addere, vel subintelligere quòd sit sermo de actu perfecto, ita q. Maior sit ista, Omnis actus mortalis ex genere, est mortalis in quocunque inuenitur perfectus. Alioquin si communiter vagetur, distinguatur quòd in quocunque inuenitur perfectus, est mortale: vbi autem imperfectus, vel ex parte actus, vel materiæ, non oporter. Et si Maior sic modificata, probata dicitur per illas probationes, respondeatur quòd in actu mortali ex genere est sufficiens causa ad hoc quòd sit mortalis, supposita perfectione actus, & non aliter. Et similiter actus ex circunstantia & ex obiecto mortalis, supposita perfectione actus, non fit aliunde non mortalis: sed non supposita perfectione actus, neque sufficiens est causa mortalis, neque indistrahibilis est mortalitas. Nec mirũ, quia actus imperfectus non est capax mortalitatis. Et perinde est loqui de mortali non in actu perfecto, ac si loqueremur de lumine non in diaphano.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum ira sit grauissimum peccatum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ira sit grauissimum peccatũ. Dicit enim Chryso *. quòd nihil est turpius visu furentis, & nihil deformius seuero visu, & multo magis animæ: ergo ira est grauissimum peccatum.

*1.2.q.46. arti.6. Et Mal. q. 12. ar.4. * Hom. 29. ad pop. Antioch.*

¶ 2 Præt. Quanto aliquod peccatum est magis nociuum, tãto videtur esse peius: quia sicut Aug. dicit in Enchir*. malum dicitur aliquid quia nocet. Ira autẽ maximè nocet: quia aufert homini rationẽ, per quam est Dominus suipsius. Dicit enim Chryso *. quòd inter iram & insaniam nihil differt, sed breuis quidam dęmon est: immo quàm qui dæmonio vexantur grauior. Ergo ira est grauissimũ peccatum.

Cap.12.

¶ 3 Præt. Interiores motus diiudicantur secundum exteriores effectus: sed effectus iræ est homicidium, quod est grauissimum peccatum: ergo ira est grauissimum peccatum.

Hom.47. in Ioã. circa finem.

¶ SED CONTRA est, quòd ira comparatur ad odium, sicut festuca ad trabem. Dicit enim Aug. in regula*: Ne ira crascat in odium, & trabem faciat de festuca. Non ergo ira est grauissimũ peccatum.

In reg. s. do, Audistis quia dictum est. antiquis, non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est*, inordinatio iræ secundum duo attẽditur: scilicet secundũ debitũ appetibile, & secundũ indebitũ modum irascendi. Quãtum igitur ad appetibile, quod iratus appetit, videtur esse ira minimũ peccatorũ. Appetit enim ira malum pœnæ alicuius sub ratione boni quod est vindicta. Et ideo ex parte mali quod appetit, conuenit peccatum iræ cum illis peccatis, quæ appetunt malum proximi, puta, cùm inuidia & odio: sed odium appetit absolutè malum alicuius inquantũ huiusmodi. Inuidus autem appetit malũ alicuius propter appetitum propriæ gloriæ. Sed iratus appetit malũ alterius sub ratione iustæ vindictæ. Ex quo patet quòd odiũ est grauius quã inuidia, & inuidia quàm ira: quia peius est appetere malum sub ratione mali quàm sub rõne boni. Et peius est appetere malũ sub ratione boni exterioris, qđ est honor, vel gloria, quã sub ratione rectitudinis iustitiæ. Sed ex parte boni, sub cuius rõne iratus appetit malũ, cõuenit ira cũ peccato cõcupiscentiæ, quod tẽdit in aliquod bonum. Et quantũ ad hoc etiã abesse de genere bonorum, vt nunc patebit.

Ar.2. & 3. huius q.

¶ Quartum dictum est, Ira quantum ad inordinationem quæ est secundum modum irascendi, habet quandam excellẽtiam propter vehementiam & velocitatẽ sui motus. De hoc, inquit Martinus, si intẽdit beatus Tho. quòd ira habet excellentiã quantum ad nocumentum, non contradico. Si quãtum ad grauitatem peccati, quod ex serie textus videtur intendere, quia in prima parte corporis articuli de grauitate peccati semper loquitur, & titulus articuli est de grauitate peccatisi sic, inquam, intelligitur, Contrà, tum quia ira vnde diminuitur non grauatur: sed ex parte vehementiæ & velocitatis peccatum iræ diminuitur: ergo. Probatur Minor: tum primò, quia cæteris paribus, occisor hominis ex ira statim, minus peccat quàm occisor hominis ex ira post duos menses. Excusatur enim à tanto primus propter vehementiam, & velocitatẽ motus iræ inexistentis pro tunc. Tum secundò, quia quicquid causatur naturaliter, & illud reprimere est laboriosum & virtuosum, diminuit peccatum si non reprimatur. Sed vehementia & velocitas motus ire sunt huiusmodi. Tum tertio, quia quæcunque naturaliter causata inducunt ignorantiam & obscurationem mentis, diminuunt peccatum. Sed vehementia & velocitas sunt huiusmodi, vt patet ex autoritate Grego. in litera, &c.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd in litera non dicitur quòd quælibet ira est minus peccatum qualiber inuidia: sed dicitur, quòd comparando iram, inuidiam, & odium secundum sua obiecta formalia (quod est comparare ista vitia secundum suas species absolutè) ira est minus peccatum quàm inuidia & odium: quia obiectum formale iræ habet rationem minus mali. Nam obiectum formale iræ est malum proximi sub ratione vindictę. Inuidiæ est malum proximi vt conferens propriæ excellentiæ. Odij autem, malum proximi vt malum illius. Hæc autem tria obiecta conueniunt in malo appetito. Et propterea arguere à tali, vel tali malo contra Autorem nihil valet: quoniam non rale aut tale malum, sed malum clauditur in obiecto communi istorum vitiorum. Sed differunt in ratione formali qua malum appetitur: quia irato obiicitur malum, vt vindicta: inuido, vt conferens propriæ excellentiæ: odio autem, vt malum proximi. Et quia comparatio non penes id in quo aliqua indistincta sunt, sed penes differentes modos seu rationes illius in quo conuenientia est, fit: ideo penes malũm sub his rationibus comparatio est. Et hinc patet quòd apud perspicaces non oportet adiungere quòd cõparatio fit salua æqualitate mala appetitus, quoniam, vt patet in ratione mali, indistincta sunt ista vitia. Veruntamen compatiendo imbecillitati nouitiorum, admitti potest quòd ista comparatio sicut & cæteræ, cæteris paribus, intelligitur. Et propterea ad primum patet huiusmodi solutio; quia mala non sunt paria.

¶ Ad secũdum potest etiam eodẽ modo dici. Nam sicut adulterium est grauius secundũ suã speciẽ fornicatione, & tamen potest esse quòd aliqua fornicatio ex aliqua circunstantia sit grauior aliquo adulterio, puta si adulteretur cum meretrice publica: fornicetur autem inducendo vehementissime, &c. mulierem solutam infinito tempore castissimam & optimæ vitæ, &c. ita ira secundum suã speciem est minor culpa quàm inuidia: cum quo stat quòd ex circũstantia aliqua ira sit grauior: Hoc enim nihil obstat præsenti doctrinæ. Quod autem secundo loco affertur, non est intelligibile: quia implicat esse æquale appetibile mortem innocentis, & mortem eius qui illam demeruit.

¶ Ad tertium dicitur primò, quòd oppositum non est verum, s. quòd finis inuidiæ est vana gloria. Sũt enim distincta vitia inuidia & vana gloria habentia distinctos fines proximos. Sed non curando pro nunc de hoc, cùm dicitur primò quòd vindicta est magis fugibilis, abusiua in primis loquutio est. Nam vindicta est de genere bonorum. Bonum autem non habet rationem fugibilis, sed appetibilis. Nam bonum est quod omnia appetunt, primo Ethi. Reducendo deinde ad propriã loqquutionem, s. Vindicta est minus appetibilis quàm gloria, respondetur quòd quia sunt diuersorum ordinum bona, dicendum est quòd vindicta est magis appetibilis in genere boni honesti, gloria autem in genere boni vtilis & delectabilis. Et quia honestum est simpliciter magis appetibile secundum se, ideo vindicta est magis appetibilis secundum seigloria autem est magis appetibilis quo ad nos.

¶ Ad primam autem probationẽ in oppositum, conceditur quòd vindicta est appetibilis propter gloriam vt finem quo ad nos, non in se: quia honestum non ordinatur ad vtile aut delectabile vt finem. Et negatur quòd non ecõtra, hoc est q. gloria non est appetibilis propter vindictam: imò optimè gloria ordinatur ad vindictam perturbantium Rempublicam, vt verè finem.

¶ Ad secundam probationem negatur consequentia: quia cum hoc quòd vindicta sit malum pœnæ alterius, stat quòd in se sit melius quàm gloria, vt pote bonum honestum, & gloria non.

¶ Ad tertiam probationem dicitur, quòd falsissimum est, quòd vindicta nunquam est bona nisi propter circumstantiam: quoniam secundum seipsam solutè loquendo, peccatum iræ videtur esse minus quàm concupiscẽtiæ: quãto melius est bonum iustitiæ, qđ appetit iratus, quàm bonũ delectabile vel vtile, qđ appetit cõcupiscẽs. Vñ Philosophus dicit in 7. Ethi*. quòd incontinens concupiscentiæ est turpior, quàm incontinens iræ. Sed quantum ad inordinationẽ, quæ est secundũ modum irascendi, ira habet quandã excellentiã propter vehementiam & velocitatem sui motus: secundũ illud Prouer. 27. Ira non habet misericordiam, nec erũpens furor: & impetũ concitati spiritus ferre quis poterit? Vnde Greg. dicit 5. Mora*. Iræ suæ stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquã recognoscuntur noti. Ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquitur, ignorat.

Cap.6.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Chrysost. loquitur de turpitudine quantum ad gestus exteriores, qui proueniunt ex impetu iræ.

Cap.31.

¶ Ad secundũ dicẽdum, q. ratio illa procedit secundum inordinatum motũ qui prouenit ex eius impetu, vt dictum est*.

Incor. ar.

¶ Ad secundum dicitur, quòd vt patet ex ratione iræ assignata ab Arist. impossibile est iratum esse, vniuocè loquendo, nisi propter veram & apparentem paruipensionem. Et in casu posito manifestè est apparens paruipensio passiua: dum alicui negatur obsequium ad mala. Apparet enim quòd minus ametur, quòd malus æstimetur, quod non tanti fiat vt propter se fit committendum malũ, &c. Vnde ridiculũ est negare in huiusmodi apparentẽ paruipensionem.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd intentio Autoris est, quòd comparando iram concupiscentiæ non quantum ad subftrata seu materialiter appetita, puta concubitum, & malum pœnæ, sed penes rationes formales bonorum, ad quas primo & formaliter respiciunt hæc vitia, quòd ira est minus mala, quia ira respicit formaliter bonum honestum, quia sub ratione vindictæ appetit: concupiscentia respicit formaliter bonum delectabile, quia sub ratione delectabilis appetit quicquid appetit.

¶ Ad primum ergo in oppositum cõceditur, quòd delectatio in malo alterius est peior. Sed falsum est quòd iracundus vt respicit formalem rationem sui obiecti delectetur in malo alterius. Imò vt sic delectatur in bono iustitiæ apparentis sibi tunc. Nec obstat quòd sciat illam esse iniustam, vt patet ex dictis. Nec est verum quòd delectari in vindicta, sit delectari in malo alterius: quoniam vindicta bonũ sonat, licet alterius habeat pœnale malũ annexum.

¶ Ad secundum dicitur, quòd in casu illo secundus proculdubio magis peccat: sed non ex hoc quòd ira ex parte boni importati in vindictam sit peior concupiscẽtia ex parte boni delectabilis, sed ex hoc q. peccat vtraque deformitate, s. adulterij & iracundiæ primus in sola peccat concupiscentia.

¶ Ad tertium dicitur, quòd proculdubio homicida per iram magis peccat quàm adulter, simpliciter loquendo. Sed ex hoc non habetur aliquid contra Autorem: quia cum hoc stat quòd ex parte boni sub cuius ratione homicida per iram appetit occidere, minus peccat quàm adulter ex parte boni sub cuius ratione appetit adulterari: quia illud bonum est honestum, hoc delectabile. Et sic delectatio irati talis est simpliciter peior quàm delectatio talis cõcupiscentis, sed non est peior ex parte formalis boni: nec est peior delectatio iracundi simpliciter & absolute, quàm delectatio concupiscentis simpliciter & absolute: sed talis iracundi peior est quàm talis concupiscentis. Ac per hoc nihil contra Autorem dicitur, quia non de tali, aut tali iracundo, & concupiscente, sed de iracundo & concupiscente in communi absolutè secundum suam speciem seu genus, loquitur: sicut comparauit iracundiam inuidiæ, & odio simpliciter & absolute, & non tali, vel tali. Et in hoc firma pedes tuos: quia solido inniteris fundamento, & formali doctrinæ ac eloquio. Et per hoc ridiculo sicut omnes casus, vt pote extra propositum, quia ad tale, vel tale delinant casus.

¶ Ad quartum dubium dicitur, q. Autor intendit quòd ira quo ad inordinatum motum, est grauius peccatũ, non simpliciter tamen, sed secundũ quid: & hoc significat p illa verba: habet quandã excellentiã. Ita quod ipsa vehementia & velocitare motus augetur grauitas peccati iræ, secundũ quid tamẽ. Neutro ergo modo à Martino allato est præcisè exponẽdus autor, sed vt dictum est. Est siquidem ira ex vehemẽtia & velocitate grauior, & quo ad nocumenta, quæ facilius ex iræ impetu possunt sequi, puta contumelias, percussiones, homicidia: & quantum ad nocumenta in propria persona, quia aufert homini rationem, & quantum ad turpitudinẽ exteriorum gestuum. Et præter hæc est secundum se maioris inordinationis ex hoc ipso quòd vehementia & velocitas nota sunt reddere actum appetitus magis exorbitantem. Etenim quæ extrà fiunt, attestari videntur exorbitantiæ interiori ipsius motus appetitus irascibilis, qui est actus corporis, & in corpore cum transmutatione corporali fit. Ac per hoc ex vehementia & velocitate magis exorbitans fieri natus est.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Ad obiectionem ergo in oppositum negatur Minor, scilicet quòd ira ex vehementia & velocitate diminuatur. Et ad primam probationem dicitur, quòd peccat secundum non causam vt causam. Nam quòd occisor ex ira statim, magis ab homine excusetur, quàm occisor ex ira post tempus: non propterea est, quia modus iræ in primo sit minus grauis aut deordinatus: sed quia non ex maturo cōsilio & deliberatione primus occidit, ita quòd excusatio & accusatio horum consistunt in negatione & affirmatione maturi & deliberati consilij, quæ spectant ad modicum & magnum tempus: & non ex maiori vel minori deordinatione motus iræ. Stat enim quòd vehementior sit motus iræ in occidente post duos menses quàm in occidente statim. Et tamen minus excusatur: quia ex maturo consilio occidere pręsumitur.

In cor. ar.

1.2.q.46. art. 8. Et 4. Ethic. lect. 13.

*Cap. 5.

¶ Ad secundam probationem dicitur, quòd data Maiore in his quæ causantur merè naturaliter, negatur Minor, quia ex negligentia spiritus causatur motus iræ tam vehemens & velox. Potest nanque & debet superior animæ pars reprimere hæc: & non reprimendo auget, non minuit peccatum.

¶ Ad tertiam similiter dicitur concessa Maiore de merè naturaliter causantibus ignorātiam & obscuritatem, quòd falsa est minor in oppositum: quoniam ignorantia & obscuritas in ira consequuntur, non præcedunt appetitum inordinatum. Ex hoc autē iam didicimus in q. 156. ar. 3. ad primum, non minui, sed grauari peccatum.

¶ In eodem artic. quarto dubia ad hoc duo occurrunt. Primum est quomodo inuidia in litera ponatur vitium respectu mali proximi, cùm secundum veritatem sit respectu boni. Est enim tristitia alieni boni, quasi diminutiui propriæ excellentiæ.

¶ Secundum est, quomodo differunt membra distinctionis in litera positæ, scilicet, Ira ex parte appetibilis cùm comparatur inuidiæ & tristitiæ: & ex parte boni, cum comparatur cōcupiscentiæ. Et est ratio dubij, quia vtrobique appetibile ipsius iræ consideratur ex parte sui formalis, quod est bonum vindictæ, vt patet in litera.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd licet inuidia sit boni formaliter, est tamen mali virtualiter. Nam dolor de bono alterius infert voluntatem mali illius. Qui enim dolet quòd alter sit diues, vellet quòd haberet malum oppositum, scilicet priuationem diuitiarum.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd illa membra differunt absolutè & relatiuè: absolutè quidem, quia in prima comparatione sumitur iræ appetibile integrum, s. compositum ex malo & bono, vt includit malū pœnæ & bonum vindictæ. In secunda autem comparatione sumitur tantummodo pro bono: relatiuè vero, quia primo fit comparatio ad vitia quæ sunt respectu mali proximi, dum ira refertur ad inuidiam & odium: in secundo autem confertur ira concupiscentiæ, inquantùm est respectu boni.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homicidium non minus prouenit ex odio vel inuidia quā ex ira. Ira tñ leuior est, inquātū attendit rationē iustitiæ, vt dictū est*.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum Philosophus conuenienter determinet species iracundiæ, dicens quòd iracundorum quidam sunt acuti, quidam amari, & quidam difficiles.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter determinentur species iracūdię à Philosopho in quarto Ethic*. vbi dicit quòd iracundorum quidam sunt acuti, quidam amari, quidā difficiles, siue graues: quia secundum ipsum amari dicuntur, quorū ira difficile soluitur, & multo tempore manet: sed hoc videtur pertinere ad circūstantiam temporis: ergo videtur quòd etiam secundum alias circūstantias possint accipi aliæ species iræ.

¶ 2 Præterea, Difficiles siue graues dicit esse, quorum ira non cōmutatur sine cruciatu vel punitione. Sed hoc etiam pertinet ad insolubilitatem iræ. Ergo videtur quòd idem sint difficiles & amari.

¶ 3 Præterea, Dominus Matt. 5. ponit tres gradus iræ; cùm dicit, Qui irascitur fratri suo: & qui dixerit fratri suo, Racha: & qui dixerit fratri suo, Fatue. Qui quidem gradus ad prædictas species non referuntur. Ergo videtur quòd prædicta diuisio iræ non sit conueniens.

¶ SED CONTRA est ꝙ Greg. Nyssenus* dicit, quòd tres sunt irascibilitatis species, s. ira, quę vocatur fellea: & mania, quæ vocatur insania: & furor, quæ tria videntur esse eadē tribus pręmissis. Nā iram felleā dicit esse, quę principium & motū habet, quod Philosophus* attribuit acutis. Maniam verò dicit esse iram quæ permanet, & in vetustatē deuenit: qđ Philosophus attribuit amaris. Furorē aūt dicit esse irā, quæ obseruat tempus in suppliciū, qđ Philosophus attribuit difficilibus. Et eandē etiā diuisionem ponit Damas. in secundo libr*. Ergo prædicta distinctio Philosophi nō est incōueniés.

Lib. 4. de viribus animæ cap. 13.

Loco proxime citato.

Cap. 16.

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ prædicta distinctio potest referri vel ad passionem irę, vel etiā ad ipsum peccatū irę. Quomodo autē referatur ad passionem iræ, suprà habitum est* cum de passione iræ ageretur: & sic præcipuè videtur poni à Gregorio Nysseno, & Damasceno. Nunc autem oportet accipere distinctionem harum specierum secundum quod pertinent ad peccatum iræ, prout ponitur à Philosopho. Potest autē inordinatio iræ ex duobus attendi. Primò quidē, ex ipsa iræ origine. Et hoc ptinet ad acutos qui nimis cito irascuntur, & ex qualibet leui causa. Alio modo, ex ipsa iræ duratione: eo scilicet quòd ira nimis perseuerat. Quod quidem potest esse dupliciter. Vno modo, quia causa iræ, scilicet iniuria illata, nimis manet in memoria hominis. Vnde ex hoc homo diutinam tristitiam concipit: & ideo sunt sibiipsis graues & amari. Alio modo contingit ex parte ipsius vindictæ, quam aliquis obstinato appetitu quærit. Et hoc pertinet ad difficiles siue graues, qui non dimittunt iram, quousque puniant.

1.2 q.46, art. 8.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd speciebus prædictis non principaliter consideratur tēpus, sed facilitas hominis ad iram, vel firmitas in ira.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ vtrique, s. amari & difficiles, habēt irā diuturnam: sed propter aliā causam. Nam amari habent iram permanētem propter permanentiā tristitiæ, quam inter viscera tenēt clausam. Et quia nō prorumpūt ad exteriora iracundiæ signa, non possunt psuaderi ab aliis: nec ex seipsis recedūt ab ira nisi prout diuturnitate tēporis aboletur tristitia, & sic deficit ira. Sed in difficilibus est ira diuturna propter vehemens desideriū vindictæ: & ideo tēpore nō digeritur, sed per solā punitionē quiescit.

¶ Ad tertiū dicendum, quòd gradus iræ, quos Dominus ponit, nō pertinēt ad diuersas iræ species: sed accipiunt secundū processum humani actus, in quib⁹ primo aliquid in corde cōcipitur. Et quantū ad hoc dicit, Qui irascitur fratri suo. Scđm autē est, cùm per aliqua signa exteriora manifestatur exterius etiam antequā prorūpat in effectū. Et quātum ad hoc dicit, Qui dixerit fratri suo, Racha, qđ est interiectio irascētis. Tertius gradus est, quādo peccatū interius conceptum ad effectū perducitur. Est autē effectus iræ, nocumētum alterius sub ratione vindictæ. Minimum autē nocumētorum est quod fit solo verbo. Et ideo quantum ad hoc dicit, Qui dixerit fratri suo, Fatue. Et sic patet quòd secundum addit supra primum, & tertium suprà vtrūque. Vnde si primum est peccatum mortale in casu in quo Dominus loquitur, sicut dictū est*, multo magis alia. Et ideo singulis eorum ponuntur correspondentia aliqua pertinentia ad condemnationem. Sed in primo ponitur iudicium, quòd minus est: quia vt Aug. dicit* in iudicio adhuc defensionis locus datur. In secundo verò ponit consilium, in quo iudices inter se conferunt quo supplicio damnari oporteat. In tertio ponit gehennam ignis, quę est certa damnatio.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæoctauæ Articulum quintum.

In articulo quinto eiusdem 158. quæstionis dubium occurrit, quo pacto distinctio in litera posita ex Aristot. sit distinctio specifica peccatorum iræ. Et est ratio dubij, quia peccata distinguuntur specie per obiecta formaliter distincta. Hæ autem iræ non ex parte obiecti distinguuntur, sed, vt in litera dicitur, prima species attenditur ex parte originis, secunda ex parte durationis causæ, tertia ex parte durationis ipsius vindictæ. Similiter nec facilitas, nec firmitas hominis ad iram se tenet ex parte obiecti, sed subiecti.

¶ Ad hoc dicitur, quòd distinctio ista est distinctio specifica peccatorū iræ, & ex parte obiecti habet differētias formales, quæ etsi nō sint explicatę, possunt facile explicari. Omnis enim circunstantia seu conditio obiecti per seipsam sufficiens ad mouendum appetitum, ad inordinatum motum iræ constituit vnam speciem: vt superius cum de speciebus gulæ ageretur, patet. Dico autem per seipsam hoc est, non vt pars subiectiua vel integralis alterius, quia tunc non ipsa, sed illud cuius est pars, esset constitutiuum speciei, sed ad inordinatum motum irę per se sufficienter mouet in primis vindicta indiscussè apprehensa, deinde vt ablatiua tam ingentis tristitiæ de paruipensione. Et demum vindicta, vt expletiua appetitus aliter insatiabilis. Et primum constituit acutos: secundum amaros: tertium difficiles. Ego declaro singula indifferenter. In primis ad inordinatum iræ motū mouet indiscussio ipsa propositi vindictæ: quoniā ipsa indiscussio propositi nata est inordinationem causare. Et propterea acuti inexpectata discussione mouētur appetendo inordinatè vindictam. Quantum quoque in nobis vim habeat concepta tristitia de paruipensione, experimur: ac per hoc vindicta vt amotiua talis tristitiæ speciale motiuum est ad inordinatum iræ motum. Sic autem mouentur amari, qui cruciantur ex tristitia concepta donec illa durat, quoniam illa per temporis diuturnitatē, attrita iam vindicta, non habet amplius talem appetibilis rationem, scilicet vt amotiua tristitiæ: quoniā tristitia non est amplius. Sed & difficiles, quia insatiabiliter appetitum habent fixum in sola vindictę exequutione, non aliunde mouentur. Nā ex hoc ipso mouentur ad inordinatum iræ motum, quod sola expletione vindictæ satiabiles se exhibent: & propter hoc incurabilis omnino horū furor est. Et quia huiusmodi distinctio ex obiectis annexam habet distinctionem penes facilitatem & firmitatem hominis ad iram, sicut distinctio specifica inter habitum & dispositionem ex obiectis, annexam quoque habet distinctionem penes facilem & difficilem mobilitatē in subiecto: iō neutra alteri ꝑiudicat.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli quinti, dubium occurrit ex Martino in prima q. de iracundia, vbi recitata hac responsione, subdit. Hæc dicta pulchra sunt, sed tamen nonnihil difficultatis habent. Primo, quia vel in istis tribus iræ gradibus est idem præcisè & adęquatè actus interior, vel non. Si sic, sequitur quòd sicut tertius facit reum gehennæ ignis, ita secundus & primus. Et patet sequela: quia secundum solum actum interiorem attenditur meritum vel demeritum, & illius quantitas. Si non, ergo non bene distinguitur à Thoma. Sed debuit primò distinguere per actus interiores. Secundo, quia vel primus gradus habet exterius nocumentum pro obiecto, vel non. Si sic, ergo facit dignum gehenna. Si non, ergo distinguitur specie à tertio, qui habet nocumentum exterius pro obiecto. Tertiò, quia quod dicit, Reus erit iudicio, aut intelligitur de iudicio humano, vel diuino. Si de humano, aut hoc in foro interiori, aut exteriori. Non exteriori, quia in primo nihil exterius apparet nec signum, nec nocumentum: non interiori, quia in tali foro non debemus nos defendere, sed potius accusare: non diuino, quia ibi nullus est defensionis locus, quum ibi nihil accusetur nisi culpabile.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd non est omnino idem præcisè & adæquate actus interior istis tribus gradibus: quoniam in primo est actus interior secundum se: in secundo actus interior & secundum se, & vt ratio exterioris indignationis: in tertio vero vt ratio exterior iniuriæ. Et quum contra arguitur, ergo nō bene distinguitur à Thoma, negatur sequela. Et ad probationem quòd debuit per actus interiores distinguere, respondetur quòd dum Autor distinxit hos gradus penes progressum humani actus, s. in corde, &c. satis docuit diuersitatem interiorum actuum nunc declaratam.

¶ Ad secundum dicitur, quòd primus gradus habet exterius nocumentū pro obiecto: quoniā, vt Autor dixit, dominus loquitur de ira homicidij seu grauis

læsionis. Et cùm contra arguitur, ergo primus gradus facit reum gehennæ ignis, negetur sequela: quoniam non ex hoc quòd exterius nocumentum est obiectum, ponitur gradus tertius, reus gehennæ, sed ex hoc quòd exercet exterius nocumentum, dicendo, Fatue: quod non fit in primo gradu, vbi nocumentum non exercetur.

¶ Ad tertium quod est non tam contra Autorem, quàm contra Aug. dicitur, quòd propriè & formaliter loquendo, non est ibi sermo de iudicio diuino, aut humano determinatè, sed de iudicio absolutè: ita quòd ex illis tribus gradibus in processu pœnæ intendit ostendere progressum culpę in peccato iræ. Et propterea August. quia post iudicium remanet defensioni locus, minimum ibi pœnæ gradum posuit, & sic de aliis. Ex quibus patet quòd iste homo debebat reuerenter autoritatem Augustini, si sibi non placebat, saltem silentio pertransire. Factúmque est vt dum ponit os in cœlum, etiam glossam dicentem quòd hæ pœnæ ad diuersas mansiones damnationis æternæ spectant, absque æternitate suscipiat.

Art. 3. ad 2.

Lib. 1. de Serm. domini in monte cap. 19.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum ira debeat poni inter vitia capitalia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd ira non habeat poni inter vitia capitalia. Ira enim ex tristitia nascitur: sed tristitia est vitium capitale, quod dicitur accidia: ergo ira non debet poni vitium capitale.

¶ 2 Præterea, Odium est grauius peccatum quàm ira: ergo magis debet poni vitium capitale quàm ira.

¶ 3 Præterea, Super illud Prouer. 29. Vir iracundus prouocat rixas: dicit gloss. Ianua est omnium vitiorum iracundia, quę clausa, virtutibus intrinsecus dabitur quies: aperta autem, ad omne facinus armabitur animus. Nullum autem vitium capitale est principium omnium peccatorum, sed quorundā determinatè. ergo ira non debet poni inter vitia capitalia.

¶ SED CONTRA est quòd Greg. 33. Moralium* ponit iram inter vitia capitalia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex præmissis patet*, vitium capitale dicitur ex quo multa vitia oriuntur. Habet autem hoc ira quòd ex ea multa vitia oriri possūnt duplici ratione. Primò, ex parte sui obiecti: quod multū habet de ratione appetibilitatis, inquātum s. vindicta appetitur sub ratione iusti, vel honesti: quia sua dignitate allicit, vt suprà habitum est*. Alio modo, ex suo impetu, quo mentem præcipitat ad inordinata quacunque agenda. Vnde manifestum est, quòd ira est vitium capitale.

Suprà q°. 34. art. 5. Et Mal. q. 9 art. 1. cor. & ad 21. & 22. & q°. 2. art. 15.

Cap. 31.

1.2. q. 84. ar. 3. & 4. D. 302.

Art. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa tristitia, ex qua oritur ira, vt plurimum non est accidiæ vitium, sed passio tristitiæ, quæ consequitur ex iniuria illata.

¶ Ad secundum dicendum quòd sicut ex supradictis patet*, ad rationē vitij capitalis pertinet, quòd habeat finē multum appetibilem, vt sic propter appetitū eius multa peccata committantur. Ira autem quæ appetit malum sub ratione boni, habet finem magis appetibilē quàm odium quod appetit malum sub ratione mali. Et ideo magis est vitium capitale ira, quàm odium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ira dicitur ianua vitiorum per accidens, s. remouendo prohibens, id est impediendo iudicium rationis, per quod homo retrahitur à malis. Directè autem & per se est aliquorum causa specialium peccatorum, quæ dicuntur filiæ eius.

1.2 q. 84. arti. 3. & 4.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum conuenienter aßignentur sex filiæ iræ, scilicet rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio & blasphemia.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter assignētur sex filiæ iræ, quę sunt rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia. Blasphemia enim ponitur ab Isidoro filia superbię. Non ergo debet poni filia iræ.

¶ 2 Præterea, Odium nascitur ex ira, vt Aug. dicit in regula*: ergo deberet numerari inter filias iræ.

¶ 3 Præterea, Tumor mētis videtur idem esse quod superbia. Superbia autem non est filia alicuius vitij, sed mater omnium vitiorum, vt Greg. dicit 31. Moral*. Ergo tumor mentis non debet numerari inter filias iræ.

¶ SED CONTRA est quod Greg. 31. Moral*. assignat has filias iræ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ira pōt tripliciter cōsiderari. Vno modo secundum quod est in corde: & sic ex ira nascuntur duo vitia. Vnum quidē, ex parte eius cōtra quē irascitur, quem reputat indignum, vt sibi tale quid fecerit. Et sic ponitur indignatio. Aliud autem vitium est ex parte suiipsius, inquantū s. excogitat diuersas vias vindictæ, & talibus cogitationib⁹ animū suū replet scđm illud Iob. 15. Nunquid sapiens implebit ardore

Regul. 3.

Cap. 31.

Cap. 31.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ octauæ Articulum sextum.

In articulo sexto eiusdem quæstionis 158. dubium ex Martino in quæst. 3. de ira occurrit, dicente, Non placet mihi quod ait B. Thomas, quòd ira ex parte sui obiecti, scilicet vindictæ, &c. habet quòd multa vitia ex ea nascuntur: quia ex sex filiabus, quas enumerat, nulla nascitur ex appetitu vindictæ, sed ex impetu & vehementia iræ.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd Autor in litera duas radices in ira ponit, vnde ex ea oriuntur vitia: alteram ex parte obiecti: alteram ex parte modi, seu impetus. Et propterea Martinus errauit tripliciter. Primò quia filiæ iræ oriuntur ex appetitu vindictæ, vt in sequenti patet articulo. Secundò, quia Autor non dicit, quòd ex appetitu vindictæ omnia vitia sequantur, sed indeterminatè loquitur. Tertiò, quia non tacuit Autor quòd multa oriuntur vitia ex ira ex parte impetus, &c.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum, dubium ex Martino ibidem occurrit contra hanc solutionem, dicente, Hæc solutio non mihi placet, quia tristitia de iniuria illata secundum Arist. in 2. Rhetoricæ, est ipsa ira. & ideo licet ex ista tristitia oriatur appetitus vindictæ, non tamen ex ea oritur ira.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd falsum primò est quòd apud Aristot. tristitia sit ira: cùm tristitia sit in concupiscibili, & ira in irascibili. Implicat deinde contradictoria directè, quod inde oritur appetitus vindictæ, & non ira: cùm ira (vt patet ex sua definitione data ibi ab Aristotele) sit appetitus vindictæ.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli, dubium ex Martino ibidem occurrit dicente, Hæc solutio non placet mihi: tum primò, quia solum habet locū vbi est originatio in genere causæ finalis, quod non cōtingit de his, quæ ponit Thomas ex ira generari: tū secundò, quia oditor tantum appetit finem suum, quantum iratus, licet non habeat ex se quod sit tantum appetibilis.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia originatio, vnde præcipuè vitia dicuntur capitalia, est in genere causæ finalis: ideo ex illa ratione reddere quare non odium, sed ira ponitur vitiū capitale, non est ad particularia cōfugere, sed ad præcipuam radicem, & rationem attendere. Falsum est autem (vt subsequenti patet articulo) quòd ea quæ Autor ponit ex ira oriri, non oriantur ex ipso genere causæ finalis.

¶ Ad secundum dicitur, quòd non est ad propositum: quia non ad proportionalem similitudinem: sed absolutè inspiciendum est quid est magis appetibile, vt statuatur vitium capitale. Alioquin nullum erit capitale vitium: quia quodlibet tantùm proportionaliter appetit suum finem, quantum aliud appetit suum. Capitale enim vitium est, cuius obiectum est absolutè adeo appetibile, vt ex eo multa oriantur vitia, &c.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ octauæ Articulum septimum.

In articulo septimo eiusdem quæstionis centesimæ quinquagesimæ octauæ, dubia multa ex Martino vbi suprà occurrunt. Primum circa indignationem, quòd non bene exponitur in litera, scilicet quòd sit reputatio indigni, quòd sibi tale quid fecerit. Primo, quia ira est defectus in multis. Nam aliquando iratus nihil de hoc considerat, aliquando scit se hoc demeruisse quòd ab eo læderetur, nihilominus irascitur. Secūdo, quia sit accepta indignatio non est filia iræ. Probatur, quia non omnis talis æstimatio est vitiosa. Constat autem omnem actum vel habitum à Greg. assignatum pro filia iræ, esse vitiosum.

Suprà q°. 37. art. 2. ad 1. & q. 41. art. 2. Et Mal. q. 12. art. 5. corp.

¶ Dubium secundum est circa tumorem, quòd etiam malè exponitur in litera: quia excogitatio viarum vindicandi non pertinet ad filias, sicut nec vindicta: sed pertinent ad consilium vindicandi. Deinde pro istis duabus filiabus simul iratus quandoque profert signa indignationis voce, nutu, gestu & similiter signa suæ præstantiæ. Et ista non spectant ad rixam, contumeliam, blasphemiā, aut clamorem: ergo spectant ad indignationem, & tumorem mentis.

¶ Dubium tertium est circa clamorem, quòd etiam minus bene exponitur per inordinatam & confusam loquutionem. Primò quia reliquit quod est de ratione clamoris vocalis, & expressit quæ ad eius rationem non pertinent, maximè si per inordinatam intelligit quo ad prolationem, non quo ad moralem inordinationem. Secundò, reprehenditur ly loquutio: quia clamor ille aliquando fit sine loquutione. Tertiò quia licet clamor definitus à Thoma ex ira oriatur, non tamen est satis generale nomen ad comprehendendum omnia quæ pro clamore, iræ filiam doctores intellexerunt.

¶ Dubium quartum est circa rixam, quod etiam malè exponitur pro omni nocumento, quod facto proximis infertur ex ira: quia nullus actus proprius alicuius vitij capitalis, siue sit actus interior, siue exterior, ponitur filia illius vitij. Sed rixa sic sumpta significat actum exteriorem iræ, quia appetens vindictam facit eam nocendo proximo: ergo rixa sic accepta non est filia iræ.

¶ Dubium quintum est circa cōtumeliam & blasphemiā quòd malè vtrāque Autor diffiniuit per verba, distinguendo eas contra iniurias quæ consistunt in facto. Quoniam contumelia etiam consistit in facto, vt patet si quis signum meretricium poneret in ostio matronę. Et similiter blasphemia consistit in facto, vt patet si quis imaginem crucifixi ex ira conculcaret.

¶ Dubium sextum est circa omnes istas sex filias iræ, ꝙ oriuntur ex ira non in gene

Universidad de Deusto Biblioteca

stomachum suum? Et sic ponitur tumor mentis. Alio modo cōsideratur ira secūdum quòd est in ore. Et sic ex ira duplex inordinatio procedit. Vna quidē, secundum hoc quòd homo in modo loquendi iram suā demonstrat, sicut dictū est * [Ar. 5. ad 3.] de eo, qui dicit fratri suo, Racha. Et sic opponitur clamor, per quē intelligitur inordinata & confusa locutio. Alia etiam est inordinatio secūdum quòd aliquis prorumpit in verba iniuriosa: quæ quidem si sint contra Deum, erit blasphemia: si autem contra proximum, contumelia. Tertio modo consideratur ira secūdum quod procedit vsque ad factum. Et sic ex ira oriuntur rixæ, per quas intelliguntur omnia nocumenta, quæ facto proximis inferuntur ex ira.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd blasphemia in quam aliquis prorumpit deliberata mēte, procedit ex superbia hominis contra Deum se erigentis: quia, vt dicitur Eccles. 10. Initium superbiæ hominis apostatare à Deo, id est, recedere à veneratione eius, est prima superbiæ pars. Et ex hoc oritur blasphemia. Sed blasphemia, in quā aliquis prorūpit ex cōmotione animi, ꝓcedit ex ira.

¶Ad secundum dicendum, quòd odium etsi aliquando nascatur ex ira, tamen habet aliquā priorem causam, ex qua directius oritur, scilicet tristitiam, sicut ecōtrario amor nascitur ex dilectione, ex tristitia autem illata quandoque in iram, quandoque in odium aliquis mouetur. Vnde conuenientius fuit quòd odium poneretur oriri ex accidia quàm ex ira.

¶Ad tertium dicendū, quòd tumor mentis non accipitur hic pro superbia, sed pro quodam conatu siue audacia hominis intentantis vindictam. Audacia autem est vitium fortitudini oppositum.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum sit aliquod vitium oppositum iracundiæ proueniens ex defectu iræ.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd non sit aliquod vitium oppositū iracundiæ proueniens ex defectu iræ. Nihil enim est vitiosum, per quod homo Deo assimilatur: sed per hoc quod homo omnino est sine ira, similatur Deo, qui cum tranquillitate iudicat: ergo non videtur quòd sit vitiosum omnino ira carere.

¶2 Præterea, Defectus eius quod ad nihil est vtile, non est vitiosus: sed motus iræ ad nihil est vtilis, vt probat Seneca in li. quem fecit de ira* [Li. 1. c. 12.]. ergo videtur quòd defectus iræ non sit vitiosus.

¶3 Præterea, Malum hominis secundum Dionysium* [Cap. 4. de diu. nom. par. 4.] est prēter rationem esse: sed subtracto omni motu iræ adhuc remanet integrum iudicium rationis. ergo nullus defectus iræ vitium causat.

¶SED CONTRA est, qđ Chrys. dicit sup Mat*. [Hom. 11. in oper. imper. inter princ. & med.] Qui cū causa non irascit, peccat. Patiētia enim irrationabilis vitia seminat, negligentiā nutrit, & nō solum malos, sed etiā bonos inuitat ad malum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ira dupliciter potest intelligi. Vno modo simplex mot⁹ volūtatis, quo aliquis non ex passione, sed ex iudicio rationis pœnā infligit. Et sic defectus irę absque dubio est peccatum. Et hoc modo ira accipitur in verbis Crysost. qui dicit ibidem, Iracundia quæ cum causa est, non est iracūdia, sed iudicium. Iracundia enim propriè intelligitur cōmotio passionis. Qui autem cum causa irascitur, ira illius non est ex passione: ideo iudicare dicitur, nō irasci. Alio modo accipitur ira pro motu appetitus sensitiui, qui est cum passione & transmutatione corporali. Et hic quidem motus ex necessitate cōsequitur in homine ad simplicem motum volūtatis: qa naturaliter appetitus inferior sequitur motum appetitus superioris, nisi aliquid repugnet. Et ideo non potest totaliter deficere mot⁹ iræ in appetitu sensitiuo, nisi per subtractionem vel debilitatē volūtarij motus. Et ideo ex consequēti etiā defectus passionis irę vitiosus est, sicut & defectus voluntarij motus ad puniendum secundum iudicium rationis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille q totaliter non irascitur cū debet irasci, imitatur quidē Deū quantū ad carentiam passionis, non autē quantum ad hoc, quòd Deus ex iudicio punit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd passio iræ vtilis est, sicut & omnes alij motus appetitus sensitiui, ad hoc quòd homo promptius exequatur id quod ratio dictat: alioquin frustra esset in homine appetitus sensitiuus, cum tamen natura nihil faciat frustra.

¶Ad tertium dicendum, quòd in eo qui ordinatè agit iudiciū rationis non solum est causa simplicis motus voluntatis, sed etiam passionis appetitus sensitiui, vt dictum est* [In cor. ar.]. Et ideo sicut remotio effectus est signum remotionis causæ, ita etiam remotio iræ est signum remotionis iudicij rationis.

QVÆSTIO CENTESIMAquinquagesimanona, de Crudelitate, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de crudelitate. ¶ Et circa hoc quęruntur duo. ¶Primò, vtrū crudelitas opponatur clemētiæ. ¶ Secundo de comparatione eius ad sæuitiam vel feritatem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum crudelitas opponatur clementiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd crudelitas non opponatur clemētiæ. Dicit enim Seneca in 2. de Clemētia* [Cap. 4.], q̄ illi vocātur crudeles q excedunt modū in puniendo, quod cōtrariatur iustitiæ. Clementia autē non ponitur pars iustitiæ, sed tēperantiæ: ergo crudelitas non videtur opponi clementiæ.

¶2 Præterea, Ierem. 6. dicitur, Crudelis est & non miserebitur: & sic videtur quòd crudelitas opponatur misericordiæ. Sed misericordia non est idem clemētiæ, vt suprà dictum est* [Q. 157. ar. 1. & 4. ad 3.]: ergo crudelitas non opponitur clementiæ.

¶3 Præterea, Clemētia consideratur circa inflictionem pœnarum, vt dictū est * [Q. præ. ar. 1. & 4. ad 3.]. Sed crudelitas consideratur in subtractione beneficiorum, secundū illud Prouer. 11. Qui autem crudelis est, etiam propinquos abiicit. ergo crudelitas non opponitur clementiæ.

¶SED CONTRA est, quod dicit Seneca in 2. de Clementia* [Cap. 4.], quòd opponitur clementiæ crudelitas: quæ nihil aliud est quàm atrocitas animi in exigendis pœnis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nomen Crudelitatis à cruditate sumptū esse videtur. Sicut autē ea quæ sunt cocta & digesta solent habere suauē & dulcem saporem, ita illa quæ sunt cruda, habent & horribilē & asperum saporē. Dictum est autem suprà* [Q. 157 ar. 4. ad 3 & ar. 3. ad. 1.] quòd clementia importat quandam animi lenitatem siue dulcedinem, per quam aliquis est diminutiuus pœnarum. Vnde directè crudelitas clementiæ opponitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut diminutio pœnarū, quę est secundū rōnem, ptinet ad epieiceiā, sed ipsa dulcedo affect⁹ ex qua homo ad hoc inclinatur, pertinet ad clementiā: ita etiam superexcessus pœnarum, quantum ad id quod exterius agitur, pertinet ad iniustitiam: sed quantum ad austeritatē animi per quam aliquis fit promptus ad pœnas augendas, pertinet ad crudelitatem.

¶Ad secundū dicēdum, quòd misericordia & clementia cōueniunt in hoc, quòd vtraq; refugit & abhorret miseriā alienā: aliter tamen & aliter. Nam ad misericordiam pertinet miseriæ subuenire per beneficij collationē. Ad clementiā autē pertinet miseriam diminuere per subtractionē pœnarū. Et qa crudelitas superabundantiā in exigendis pœnis importat, directius opponitur clemētiæ quàm misericordiæ: tamen propter similitudinem harum virtutum accipitur quandoque crudelitas pro immisericordia.

¶Ad tertium dicendum, quòd crudelitas ibi accipitur pro immisericordia, ad quā pertinet beneficia non largiri. Quamuis etiam dici possit, quòd ipsa beneficij subtractio, quædam pœna est.

---

in genere causæ finalis, Sed quia non probat, ideo non affero aliquid probationis.

¶ Dubium septimum non ex Martino est, quia Autor variè in hoc articulo loquitur de tumore mentis. Nam in corpore articuli dicit quòd importat repletionem animi cogitationibus diuersarum viarum vindictæ. In responsione verò ad tertium dicit, quòd significat conatum seu audaciam hominis intentantis vindictam. Quo modo stant hæc duo simul? Nam audacia est in irascibili, cogitationes verò sunt in ratione, aut cogitatiua.

¶ Dubium octauum est rursus circa indignationem, quoniam est potius mater quàm filia iræ: quod sic patet, Aestimare eum qui me paruipendit, dignum pœna, præcedit iram: quoniam hinc ego irascor contra eum, hoc est, appeto vindictam illius: sed dictam æstimationē antecedit alia æstimatio, s. æstimare eundem, quòd indignus est quòd talia egerit. Nam prius naturaliter æstimo indignitatē eius respectu actionis suæ, quàm dignitatem eiusdem respectu passionis à me: quoniam illa est causa istius. Ac per hoc æstimatio indigni ad inferēdum mihi iniuriam, est mater non filia Iræ: & tamen in litera ponitur filia iræ.

¶ Ad primum dubium de indignatione, respondetur quòd accidit propterea defectus, quia non semper iram comitatur indignatio. Nācōstat quòd non semper iram sequitur blasphemia, & tamē acceptatur illius filia. Nihil igitur obstat indignationi ad hoc quòd sit iræ filia, si non semper iram comitetur: quia filiæ vitij capitalis non sunt pedissequæ inseparabiles à matre. Et per hoc potest excludi quod dicitur de sciente se demeruisse. Sed melius excludi videtur per superius dicta, s. quòd nescit ignorantia electionis se demeruisse tantùm ab illo nunc, &c. qui irascitur: licet sciat in vniuersali, aut in habitu, aut speculatiuè, quod demeruit. Non enim cōtra moueretur per iram, si apprehēderet omnino se demeruisse, sed toleraret: irascibilis enim apprehensio moueretur. Quod verò secundo loco obiicitur, quòd indignatio non est semper vitiosa, negatur. Nam sicut cōtumelia semper est vitiosa formaliter sumpta, ita indignatio formaliter sumpta: quoniam importat inordinatam æstimationē de indignitate proximi, sicut cōtumelia inordinatā oblationē honoris per verba: quāuis vtrunq, horū materialiter possit sine peccato esse. Sicut Paulus, O insensati Galatæ. Et Dominus, O stulti & tardi corde ad credendū. Hoc enim mō posset sine peccato quis æstimare iniuriātem indignū quòd talia fecerit, sicut de facto, sic iudicat cōfessor, & ipsemet pœnitēs.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd iste homo accipit quasi impertinens, & omisit id quod formale est in doctrina Autoris. Nam quia tumor mentis metaphoricum nomē est, Autor à repletione, quæ quasi tumorē facit, exposuit tumorem mentis, dicendo quòd consistit in repletione animi: cum s. ex appetitu vindictæ repletur animus superfluis cogitationibus diuersarum viarum ad vindictam. Et iste bonus homo omisit repletionem, & ad solam excogitationem se contulit. Quocirca dicendum est, quòd huiusmodi repletio animi intelligitur per tumorem mentis. Nec obstat quòd hoc spectat ad consilium, imo hoc confert: quia mens partem apprehensiuam animæ sonat. Ac per hoc dicendo tumorem mentis, dicimus repletionem partis apprehensiuæ ad quam constat spectare consilium. Nec est verum huiusmodi consilia non esse filias iræ: quoniam consilium est de his quæ sunt ad finem, & oritur ex fine, s. vindictæ appetitu, & propterea falsissima est similitudo, quòd sicut vindicta non spectat ad filias iræ, ita nec cōsilium de viis vindictæ: quoniā illa est finis hoc est ad finem. Et ideo illa mater, istud filia est. Ad id vero quod contra iam dictas duas filias, s. indignationem & tumorem, simul obiicitur: respondetur, quòd iniuriæ gestus, seu motus, aut nutus, spectāt ad clamorem, vt in litera dicitur de dicente fratri suo, Racha. Quod autem aliquis se præferat in corde, vel in verbis proximo cui est iratus, spectare videtur potius ad matrem iræ, quæ est superbia, quàm ad filiam eius. Quoniam ira ex superbia, qua quis non suffert paruipendi, nascitur. Potest etiam pertinere quandoque ad tumorem mentis, hoc est audaciam, quæ filia iræ ponitur, vt in calce huius articuli exponitur.

¶Ad tertium dubium de clamore dicitur, quòd Autor non omisit necessaria: & quod per inordinatam loquutionem manifestauit se non ad inordinatam probationem arctare, cùm expressè det exemplum de dicēte Racha, vbi non prolationis, sed moris est inordinatio. Quod verò carpit iste, quòd vsus est loquutionis vocabulo, debuit aduertere q̄ à principali oris officio, quod est loqui, denominationem fieri consonū est, maxime apponēdo ly, cōfusam, & exemplum de interiectionibus. Vnde negatur, quòd clamor sic definitus, scilicet per inordinatam & confusam loquutionē, sit minus adequatus intentioni Doctorū. Nam omnia cōprehendit sanè intelligendo, cum reductione scilicet secundariorum ad principalia, puta, modos clamandi, ad inordinationem vel confusionem: & non loquutionem ad loquutionem. Nec hoc est nouum, sed consuetum apud illustrium virorum doctrinas.

¶ Ad quartum dubium de rixa dicitur, quòd optimè ab Autore exponitur, & quòd nocere facto proximis, non est actus proprius iræ, sed est actus proprius alterius vitij, scilicet iniustitiæ: cuius proprium est auferre à proximo quod suum est, puta, honorem, famam, libertatem, integritatē corporis, vitam, &c. Et huiusmodi actus iniustitiæ, sunt actus imperati ab ira, & ordinati ad finem irati, quod est vindicta. Et sic inferre nocumentū facto, quod est actus proprius iniustitiæ, nomine rixæ nūcupatum, positum est inter filias iræ: quia ex appetitu vindictæ mouetur iratus ad huiusmodi actus exercendos ad finem suum. Concesso ergo quòd proprius actus non ponitur filia, negatur quòd huiusmodi actus sint proprij actus irę: quia sunt secundum se proprij iniustitiæ, & non sunt iræ, nisi quia assumpti ab ira. Et cùm dicitur, appetens vindictam, facit eam, concedo. Sed non sequitur, ergo facit eam per actum, qui secundum se est prius iræ. Sufficit nanque quòd actus quem facit, sit irati vt imperatus, & non oportet quòd sit secundum se irati. Sunt enim dicti actus secundum se iniusti & imperati ab ira.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quòd mirum est de hoc homine quòd opponat se contra definitionem contumeliæ, & blasphemiæ per verba: cum constet hunc esse morem Theologorum & Philosophorum, scilicet principale exprimere, & in principali subintelligere secundaria: sicut sacramentum matrimonij definitur per verba, & tamen nutibus sine verbo perficitur. Ita contumelia & blasphemia principaliter verbo fiunt, si tamen factis fieri possunt. Et sicut non derogat doctrinæ, veritati & autoritati definisse matrimonij sacramentum per verba, quia principaliter fit per verba: ita non derogat in proposito eadem ratione.

¶ Ad sextum dubium, quod est vltimum Martini, dicitur, quòd omnes istæ sex filiæ oriuntur ex ira in genere causæ finalis. Nam ex appetitu vindictæ oritur magnificatio iniuriæ, quam significat indignatio: & repletio mentis cum audacia, quam significat tumor mentis: & blasphemia, vt patet: & contumelia, & rixa, & clamor. Hæc enim ordinantur ab irato ad suum finem, qui est vindicta: & quodlibet eorum est secundum se malum.

¶ Ad septimum dubium dicitur, quòd Autor non loquitur variè de tumore, sed explicat tumorem mentis consistere non in sola parte apprehensiua, sed etiam in appetitiua: ita quòd in apprehensiua ponit repletionem, & in appetitiua audaciam. Hæc enim repletionem ad tumoris perfectionem ducit.

¶Ad octauum dubium, de indignatione dicitur, quòd ex parte irati primo occurrit, quòd ille qui paruipendit, meretur puniri, et quòd ipse paruipensus est ab eo, & sic adest appetitus vindictæ. Et deinde iratus considerando causam suæ iræ, s. iniuriam sibi illatam, quia in huiusmodi considerationibus ingrossatur naturali progressu animus, magnificat iniuriam sibi illatam, & ex parte personæ, quæ intulit, tanto iniustiorē putat, quanto vel se innoxium, vel illum benefactorem, vel beneficiatum, vel neutrum, vel minus offensum. Et siquidem huiusmodi ponderat, & sic indignatur contra personam quæ offendit, ita quòd pro quanto huiusmodi magnificatio iniuriæ in personam quæ respicit personam quæ offendit, indignatio constituitur, respicit dico, & quo ad partem apprehensiuam, æstimando personam indignam, vt offenderit me sic, &c. & quo ad partem appetitiuam appetendo illi, vt tali. Est autem huiusmodi indignatio & quo ad cognitionem & quo ad appetitum filia irę: quia ad finem vindictæ ordinatur huiusmodi æstimatio & appetitus. Sed apparet quòd præcedat iram, quia causa sua, hoc est, iniuria, quæ ponderatur, præcedit iram. Et vide de his, si vis, articulum quintum q. 12. de malo. Argumentum autem in oppositum procedit de ordine harum dignitatum secundum se. Nostrum est enim ex parte irati considerare hæc. Quamuis dici possit quòd indignitas personæ ad iniuriandum considerata in confuso, spectat ad causam, non filiam iræ, sed eadem indignitas postmodum distinctè considerata, spectat ad indignationem, quæ est filia iræ modo dicto.

¶ Super Quæstionis centesimæ quinquagesimæ octauæ Articulum octauum.

IN articulo octauo eiusdem quæstionis centesimæquinquagesimæoctauæ nihil ad scribendum occurrit contra Senecam & Tullium, nisi replicare superius dictum, s. quod quo ad exequutionem punitionis non debet homo esse sicut lex mortua: sed iustitia animata vtens organis iuuantibus à natura ad hoc datis, vt est ira.

¶Super

¶ Super Quæstionis centesimæquinquagesimænonæ Articulum primum.

IN articulo primo quæstionis 159. dubium ex Martino in quæstione de crudelitate occurrit, impugnante Autorem in hoc, quòd crudelitas à crudo dicatur propter asperitatem saporis: tum quia crudelitas à cruore immediatè venit: vel si à cruditate venit, non propter saporē, sed propter cruorem dicitur, qui in crudis carnibus abūdat. Tum quia aliàs omne opus iracūdię esset crudelitas: quia in omni tali est indigestio & sapor asper, &c.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quo ad nominis deriuationē patet ex ipsa formatione vocabuli, quòd crudele à crudo dicitur. Ac per hoc non nisi mediatè à cruore, à quo crudum venit, dicitur. An autem crudelitas à crudo ratione cruoris, an ratione cruditatis appellata sit, vnusquisque in suo sensu abundet: modo in illam stultitiam non incidat, quòd crudelitas solum respectu sanguineæ pœnæ dicatur: quoniam siue suspendio, siue summersione quis enecet, crudelitatis vitium non effugit. Quia ergo vtrunque dici potest, & ad designandum crudelitatis effectum, cruditas ipsa ratione indigesti, & asperi saporis deseruit: optimè ex hac similitudine crudelitas declarata est ab Autore.

¶Ad secūdam verò obiectionem negatur sequela. Et ad probationem eius negatur assumptum: quoniam iracundia non ex animi asperitate, sed ex passionis velocitate, vehementia vel firmitate operatur: crudelitas verò ex animi asperitate. Vnde illa irascibilem, ista voluntatem deformat vt proprium subiectum.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum, dubium ex Martino ibidem occurrit, arguente. Contra, Per dulcedinem & austeritatem animi intelliguntur ipsi habitus clementiæ & crudelitatis, aut aliquæ dispositiones naturales ad actus. Non secūdum, quia extra propositum esset: ergo primum. Sed contra, Omnis habitus pertinet ad eandē virtutē ad quam spectat suus actus ꝓprius: sed isti habitus nō spectāt ad iustitiā & iniustitiā: ergo habēt interiores actus qui nec ad iustitiam nec ad iniustitiam pertinent.

¶ Ad hoc dicitur, [Infrà art. 2. ad 1.] prædistinguendo quòd habitū habere interiorem actum sibi proprium, potest intelligi dupliciter. Vno modo, in genere naturæ, puta aliquam volitionem ita suam, quòd illamet non oportet quòd informata sit altero habitu. Et sic falsum est, omne habitum habere operationem sibi propriam. Et nulla fortè est volitio virtuosa quæ duobus saltem habitibus non egeat. Alio modo, in genere moris. Et sic verum est quòd omnis habitus habet actum sibi proprium: ita quòd vt sic, hoc est, vt informatus illo habitu, non est alterius habitus.

¶Ad argumentum ergo dicitur, quòd Autor intelligit de ipsis habitibus virtutis, clemētiæ, vitij & crudelitatis. Et cùm dicitur, Habitus & actus proprius ad eandem spectant virtutem, conceditur de actu in genere moris. Et cùm subditur, quòd isti habitus non spectāt ad iustitiam & iniustitiam, conceditur q̄ non sunt habitus iustitiæ & iniustitiæ. Et cùm infertur, ergo habent actus proprios, qui nec ad iustitiam, nec ad iniustitiam pertinent, respondetur quòd habent actus proprios in genere moris, qui vt sic, nec ad iustitiam, nec ad iniustitiam pertinent: cum quo tamen stat quòd illimet actus in genere naturæ adiunctam habent aliam moralitatem ex iustitia vel iniustitia. Verbi gratia: Iste actus qui est velle diminuere pœnam nunc, hic, &c. secundum rectam rationem est à clementia: pro quanto hoc velle ex animi lenitate procedit. Et idem actus est ab æquitate, pro quanto ex voluntate conformi intentioni legislatoris procedit. Et similiter iste actus qui est velle sine modo punire, pro quanto ex austeritate est animi, crudelitatis est: pro quanto est ablatiuus iniuitè à proximo quod suum est, iniustitiæ est. Possunt enim virtutes, & vitia in vnum interiorem actum coire diuersis rationibus, & non solum in vnum actum interiorem conuenire.

¶ In eadem respōsione ad primum, duo dubia adhuc occurrunt ad hominem. Primum est, quòd superexcessus pœnarum quantum ad id quod exterius agitur, pertinet ad iniustitiam. Hoc enim aduersatur supradictis: quoniam posita est differentia inter clementiam & mansuetudinem in artic. 3. quæst. 157. quòd mansuetudo est moderatiua passionis iræ: clementia autem est moderatiua exterioris punitionis. Quomodo stant hæc duo simul, scilicet quòd exterior punitio hic non crudelitati, sed iustitiæ tribuatur, ibi verò clementiæ? Eadem enim ratio de crudelitate & clementia est.

¶ Secundum dubium est, quia Autor hic ponit crudelitatem directè opponi clementiæ: & tamen superius in quæstio. 108. artic. 2. ad tertium ponit crudelitatem & oppositum vitium contraria (vt extrema medio) virtuti vindicationis. Quomodo stant ista duo simul? Impossibile nanque est quòd vnum vitium sit extremum, respectu duarum medietatum virtutis, quamuis possint esse plurima extrema ex vna parte, secundum diuersa tamen, respectu vnius medij, vt de extremis magnanimitatis apparet.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd quia medium relatum ad vnum extremum induit reliquum, ideo clementia comparata ad mansuetudinem, induit quod est iustitiæ, scilicet moderari exteriorem punitionem: & relata ad iustitiam, induit quod quasi est mansuetudinis, scilicet moderari interiorem actum. Et propterea oportet considerare ad quod propositum sermo fiat, & sanè intelligere quæ dicuntur, & cessabunt contrarietates. Secundum enim veritatem punitio exterior, vt diminuibilis ex animi lenitate, ad clementiam, & vt augmentabilis ex animi austeritate, ad crudelitatem spectat, absolutè autem ad iustitiam vel iniustitiam.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd propter penuriam vocabulorum Crudelitatis nomine vocamus tam vitium oppositum vindicationi per excessum, quàm etiam oppositum per excessum clementiæ. Distinguuntur siquidem specie hæc vitia, quia crudelitas opposita clementiæ, respicit punitionem vt augmentabilem ex animi asperitate. Crudelitas vero opposita vindicationi, respicit punitionem immoderatam, vt conferentem ad immunitatem personæ vindicantis. Nam & ipsa vindicationis virtus sub tali ratione respicit moderatam punitionem, vt superius patet.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum crudelitas à sæuitia siue feritate differat.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd crudelitas à sæuitia siue feritate non differat. Vni enim virtuti ex vna parte vnum vitium videtur esse oppositum: sed clementiæ per superabundantiam opponitur & sæuitia & crudelitas: ergo videtur quòd sæuitia & crudelitas sint idem.

¶ 2 Præterea, Isidorus dicit in libro Etymologiarũ*, quòd seuerus dicitur quasi sæuus & verus: quia sine pietate tenet iustitiam: & sic sæuitia videtur excludere remissionem pœnarum in iudiciis, quod pertinet ad pietatem. Hoc autem dictum est*, ad crudelitatem pertinere. ergo crudelitas est idem quod sæuitia.

Lib. 10. c. 18. — *Art. præ. ad 1.*

¶ 3 Præterea, Sicut virtuti opponitur aliquod vitium in excessu, ita etiã & in defectu. Quod quidem contrariatur & virtuti, quę est in medio, & vitio, quod est in excessu. Sed idẽ vitium ad defectum pertinens, opponitur & crudelitati & sæuitiæ, videlicet remissio vel dissolutio. Dicit enim Greg. 20. Moral*. Sit amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderatè sæuiẽs: sit pietas, sed non plus quã expediat parcens. Ergo sæuitia est idẽ crudelitati.

Cap. 6.

¶ SED CONTRA est ꝙ Seneca dicit in 2. de Clemẽtia*, quòd ille qui non est læsus, nec peccatori irascitur, non dicitur crudelis, sed ferus siue sæuus.

Cap. 4.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ nomen Sæuitię & Feritatis à similitudine ferarum accipitur, quæ etiam dicũtur sęuæ. Huiusmodi enim animalia nocẽt hominibus, vt ex eorum corporibus pascantur, nõ ex aliqua iustitiæ causa, cuius cõsideratio pertinet ad solam rationem. Et ideo, propriè loquendo, feritas vel sæuitia dicitur, secundum quã aliquis in pœnis inferendis non cõsiderat aliquã culpã eius qui punitur, sed solũ hoc, ꝙ delectatur in hominũ cruciatu. Et sic patet ꝙ cõtinetur sub bestialitate. Nam talis delectatio non est humana, sed bestialis, proueniẽs vel ex mala consuetudine, vel ex corruptione naturæ, sicut & aliæ huiusmodi bestiales affectiões. Sed crudelitas non solũ attẽdit culpã in eo qui punitur, sed excedit modum in puniẽdo. Et ideo crudelitas differt à sæuitia siue feritate, sicut malitia humana à bestialitate, vt dicitur in septimo Ethicorum*.

Cap. 5.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ clemẽtia est virtus humana. Vnde non rectè sibi opponit crudelitas, quæ est malitia humana. Sed sæuitia vel feritas cõtinetur sub bestialitate. Vnde non directè opponitur clementiæ, sed superexcellentiori virtuti, quam Philosophus * vocat heroicam vel diuinam: quæ secundũ nos videtur pertinere ad dona Spiritus sancti. Vnde potest dici, quòd sæuitia directè opponitur dono pietatis.

Lib. 7. Ethic. circa princip.

¶ Ad secundum dicendum, quòd seuerus non dicitur simpliciter sæuus, quia hoc sonat in vitium: sed dicitur sæuus circa seueritatem * propter aliquam similitudinem sæuitiæ, quæ non est diminutiua pœnarum.

** Alias ritatem.*

¶ Ad tertium dicendum, quòd remissio in puniendo non est vitium, nisi inquantum prætermittitur ordo iustitiæ quo aliquis deberet puniri propter culpã quam excedit crudelitas. Sæuitia autem penitus hunc ordinem non attẽdit. Vnde remissio punitionis directè opponitur crudelitati, non autem sæuitiæ.

QVÆSTIO CENTESIMA-sexagesima, de Modestia, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de modestia. Et primò, de ipsa in communi. Secundò, de singulis quæ sub ea continẽtur.

¶ Circa primum quærũtur duo. ¶ Primò, vtrum modestia sit pars temperantiæ. ¶ Secundò, quæ sit materia modestiæ.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum modestia sit pars temperantiæ.*

Suprà q. 143. Et 2. dis. 44. q. 2. art. 1. ad tertiũ. Et 3. dist. 33. q. 3. ar. 2. q. 2. cor. & ad tertiũ. Et ad Tit. 4. co. 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd modestia non sit pars temperantiæ. Modestia enim à modo dicitur: sed in omnibus virtutibus requiritur modus. nam virtus ordinatur ad bonum. Bonum autem, vt Augustinus dicit in libro de Natura boni*, consistit in modo, specie, & ordine. Ergo modestia est generalis virtus. Non ergo debet poni pars temperantiæ.

Cap. 3.

¶ 2 Præterea, Laus temperantiæ videtur consistere præcipuè ex quadam moderatione. Ex hac autem sumitur nomen Modestiæ. Ergo modestia est idem quod temperantia, & non pars eius.

¶ *Super Quæstionis centesimæ quinquagesimanonæ Articulum secundum.*

IN art 2. eiusdem quæstionis 159. dubium ex Martino vbi suprà occurrit, arguente contra Autorem hic dicentem quòd crudelitas importat inflictionem pœnę ex culpa. Primò, quia hæc opinio non videtur conformis Valerio ponenti multa crudelitatis exempla, in quibus pœna inflicta est non ex culpa, sed ex causa. Secundò, quia non est conformis Senecæ: quia non vtitur nomine culpæ, sed causæ.

Suprà q. 157. arti. 1. ad 3.

¶ Dubium secũdum occurrit ex Martino ibidem dicente, quòd sæuitia seu feritas non bene diffinitur à Thoma, cum ait quòd secũdum eam aliquis non considerat culpam eius qui punitur, sed solum hic delectatur in hominum cruciatu: tum primò, quia puniens alium propter offensam, & cum hoc delectatus in eius cruciatu, est ferus: tum secũdo, quia puniens non propter culpam, sed propter propriam vtilitatem, non delectatus in hominũ cruciatu inauditis suppliciis, est ferus, sicut Phalaris. Et confirmatur ex dictis Thomæ, dicentis quòd feritas differt à crudelitate, sicut bestialitas à malitia humana: ita quòd omnis effusio sanguinis inhumana & bestialis est feritas secundum Tho.

¶ Tertium dubium est ex Martino circa responsionem ad tertium, pro quanto dicit quòd remissio punitionis directè opponitur crudelitati & non sæuitiæ. Dicit enim quòd ista solutio non sufficit: quia vel cuilibet vitio in excessu respondet proprium vitiũ in defectu, vel non. Si sic, quæro quod est illud quod opponitur sæuitiæ? Hoc enim potissime quærere videtur argumẽtum. Si non, tunc hoc apertè fuerat dicendum, & non prætermittendum.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd cùm bonum sit triplex, scilicet vtile, delectabile, & honestũ: & bestiæ ad vtile ac delectabile tendant in occasionem hominum, ad honestum autem nullatenus: consequens est vt crudelitas, quæ est humana malitia, & feritas, quæ malitia est bestialis, penes fines hos distinguantur, quòd crudelitas ad causam honesti boni respiciat: & propterea dicatur attendere ad aliquam iustitiæ causam & ad culpam. Feritas autem ad vtile & delectabile solum fertur, & sic bestiæ sæuiunt in homines causa sui cibi, & delectationis in eo. Et licet ita videatur, propriè loquendo, quia tamen vocabulis contingit quandoque latius vti, ideo non est mirum si quandoque autores alij præcipuè non Philosophi morales aliter nomine Crudelitatis vsi fuerint. Et hoc modo forte Valerius crudelitatem sine causa honesti boni veri, vel apparentis vsus est. Quod autem Seneca nomine causæ non culpæ vtatur, nihil refert: quoniã vti nomine causæ, intelligendo causam honestam verè vel apparenter: & vti nomine culpæ, in litera æquiparari videntur, dum primò nomine causæ iustæ, & deinde nomine culpæ vtitur: quia iustitia in punitionibus respicit culpam. Pœna enim propriè soli culpæ debetur.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd puniens ob culpam, & delectatus in cruciatu, si delectatio sistit infra limites cruciatus, inquantum respondet culpæ, non est ferus. Quòd si incipiat ab immoderata punitione culpæ, vt deueniat in delectationem cruciatus humani secundum se, primo crudelis, deinde ferus est. Quod autem secundò obiicitur de sæuiente propter vtilitatem sine delectatione, soluitur ex eo quòd hoc per accidens tantum esset possibile, si possibile esset. Nã per se loquendo, qui nulla causa iustitiæ considerata, soláq; vtilitate sua ducitur ad occidendũ hominẽ, quantũ est ex natura actus, pascit se clade humana, ac per hoc delectatur in cruciatu hominis, inquantũ est sibi vtilior, quamuis non delectetur in hominis cruciatu secundum se: quod excederet etiam feritatem. Nam bestiæ delectantur in morte animalis, vt vtilis eis ad alimentũ. Quocirca talis est ferus, & delectatur in clade humana vt vtili. Et consonant sic omnia ex Sancto Thoma allata.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd respõsio Autoris est sufficiẽs. Ad obiectionem respondetur quòd petitio est impertinens, & ideo non est illi respondendum. Argumentum enim non petit, an cuilibet vitio in excessu respondeat illud vitium in defectu: nec quærit quod vitium opponitur sæuitiæ, vt arguens somniat: sed ex identitate vnius oppositi, s. vitij in defectu, s. remissionis in puniendo, arguit ad identitatem crudelitatis & sæuitiæ, quæ se tenent ex parte excessus. Et solutio est, per interemptionem, scilicet quòd remissio punitiua non opponitur directè vtrique, sed crudelitati tantum. Et probat quod dicit, vt patet in litera. Et sic remanet argumentum sufficientissimè solutum. Curioso autem de illa impertinente quęstione dici potest, quòd vitiis bestialitatis respondere possunt vitia aliqua directè eis opposita per defectum. Et ratio est, quia in his quæ extra humana sunt, sicut contingit bestialitas: quia homo humano modo exceditur, ita contingit deficere: ita vt rationis ordo totaliter non attendatur, puta, si quis tam mansuetus sit, vt secundum nullam rationem contra moueatur ad quodcunque. Talis enim dispositio peior quàm bestialis videtur. Sed quia rarissimè, aut nunquam apparent huiusmodi vitia, & innominata sunt, ideo latere videtur. Attestatur autem is qui homines vtriusque sexus nudos publicè conuersari communiter, ad bestialitatis vitium per defectum circa vestitum spectat: & comedere carbones, aut calcem, seu terram, ad bestialitatis vitium per defectum à naturali cibo spectat.

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ Articulum primum.*

IN articulo primo quæstionis 160. dubium occurrit circa illam propositionem, Vbicunque est aliqua virtus specialis circa aliquod maximum, oportet esse aliam virtutem circa ea, quæ mediocriter se habẽt. Videtur enim hæc propositio contraria primò veritati: quia circa concupiscentias, & iras, & timores, ac audacias, est aliqua virtus specialis circa maximum, puta, castitas siue abstinentia, mansuetudo, fortitudo: & tamen nulla ponitur virtus circa ea quæ mediocriter se habent in dictis materiis. Deinde apparet contraria Autori, qui superius in quæstio. 129. ex proposito docuit, quòd circa passiones quæ inquantum passiones sunt, principaliter aduersantur rationi, non distinguuntur duæ virtutes, vna circa magnum, & alia circa mediocre.

¶ Ad dubitationem hanc breuiter dicitur, quòd Maior illa sanè est intelligenda, scilicet de mediocribus, in quibus saluatur propria difficultas notabilis. Sic enim intellecta, omnes instantias & simpliciter & ad hominem excludit. Nec arguendus est diminutionis propterea Autor, quia in omni sermone formali cùm de materia virtutis moralis in cõmuni arguitur, subintelliguntur saluæ conditiones communes, seu generaliter requisitæ ad materiã virtutis moralis. Et ꝓpterea sicut subintelligitur ꝙ de mediocribus, quę sunt actus humani, est sermo, quia soli humani actus sunt materia virtutũ moralium: ita

¶ 3 Præterea, Modestia videtur consistere circa proximorum correctionem, secundũ illud 2. ad Timoth. 2. Seruum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, cum modestia corripiẽtem eos qui resistunt veritati. Sed correctio delinquentium est actus iustitiæ, vel charitatis, vt suprà habitum est*: ergo videtur quòd modestia magis sit pars iustitię quàm temperantiæ.

Q. 33. art. 1.

¶ SED CONTRA est ꝙ Tullius*, ponit modestiam partem temperantiæ.

Lib. 2. de inuent. tertio fol. ante fi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, temperantia moderationem adhibet circa ea, in quibus difficillimũ est moderari, s. circa concupiscentias delectationum tactus. Vbicunque autẽ est aliqua virtus specialiter circa aliquod maximũ, oportet esse aliã virtutẽ circa ea quæ mediocriter se habent. eo quòd oportet, quantum ad omnia, vitam hominis secundum virtutem esse regulatam: sicut suprà* dictũ est, ꝙ magnificentia est circa magnos sumptus pecuniarũ, præter quam est necessaria liberalitas, quæ fit circa mediocres sumptus. Vnde necessariũ est ꝙ sit quædam virtus moderatiua in aliis mediocribus, in quibus non est ita difficile moderari. Et hæc virtus vocatur modestia, & adiungitur temperantiæ tanquam principali.

Q. 141. art 4. & q. 157. ar. 3. — *Q. 134. ar. 3. ad 1.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nomen commune quandoque appropriatur his, quæ sunt infima: sicut nomen commune angelorum appropriatur infimo ordini angelorũ. Ita etiam & modus, qui communiter obseruatur in qualibet virtute, appropriatur specialiter virtuti, quæ in minimis modum ponit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliqua indigent temperatione propter suam vehementiam: sicut forte vinum temperatur. Sed moderatio requiritur in omnibus. Et ideo temperantia magis se habet ad passiones vehementes, modestia verò ad mediocres.

¶ Ad tertium dicendum, quòd modestia accipitur ibi modo cõmuniter sumpto, prout requiritur in omnibus virtutibus.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum modestia sit solum circa exteriores actiones.*

Infrà q. 168. art. 1. Et 3. dist. 33. q. 3. art. 2. q. 4. ad 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd modestia sit solùm circa exteriores actiones. Interiores enim motus passionũ aliis noti esse non possunt. Sed Apostolus ad Philip. 4. mandat, vt modestia nostra nota sit omnibus hominibus. ergo modestia est solum circa exteriores actiones.

¶ 2 Prẹterea, Virtutes quę sunt circa passiones, distinguuntur à virtute iustitiæ, quæ est circa operationes. Sed modestia videtur esse vna virtus. Si ergo est circa operationes exteriores, non erit circa aliquas interiores passiones.

¶ 3 Præterea, Nulla virtus vna & eadẽ est circa ea quæ pertinẽt ad appetitũ, qđ est propriũ virtutũ moraliũ: & circa ea quæ pertinent ad cognitionem, quę est propriè virtutũ intellectualiũ: neque etiã circa ea quæ pertinẽt ad irascibilem & concupiscibilẽ. Si ergo modestia est vna virtus, nõ potest esse circa omnia prædicta.

¶ SED CONTRA, In omnibus prędictis oportet obseruare modũ à quo modestia dicitur. ergo circa omnia prædicta est modestia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est*, modestia differt à temperãtia in hoc, quòd temperãtia est moderatiua eorum quæ difficillimum est refrænare: modestia autem est moderatiua eorum, quę in hoc mediocriter se habẽt. Diuersimode autem aliqui de modestia videntur esse locuti. Vbicunq; enim considerauerunt aliquam specialem rationem boni, vel difficultatis in moderãdo, illud subtraxerũt modestiæ, relinquẽtes modestiam circa minora. Manifestum est autẽ omnibus, quòd refrænatio delectationũ tactus specialem quãdam difficultatem habet. Vnde omnes temperantiam à modestia distinxerunt. Et propter hoc Tullius * considerauit quoddam speciale bonum esse in moderatione pœnarũ. Et ideo etiã & clementiam subtraxit modestiæ, ponẽs modestiã circa omnia, quæ relinquuntur moderãda: quę quidem videntur esse quatuor: quorũ vnum est motus animi ad aliquam excellentiã, quam moderatur humilitas: secundum autem, desiderium eorum quæ pertinent ad cognitionem. Et in hoc moderatur studiositas, quæ opponitur curiositati. tertiũ autem, quod pertinet ad corporales motus & actiones: vt s. decẽter & honestè fiãt, tam in iis quæ seriò, quã in iis quæ ludo aguntur. quartum autem est, quod pertinet ad exteriorem apparatũ, puta in vestibus, & in aliis huiusmodi. Sed circa quędã eorũ alij posuerũt quasdam virtutes, sicut Andronicus mansuetudinẽ, simplicitatẽ, humilitatem & alia huiusmodi, de quibus suprà dictũ est*. Aristot*. autem circa delectationẽ ludorum posuit eutrapeliã: q̃ omnia cõtinentur sub modestia, secundũ qđ à Tullio accipit. Et hoc modo modestia se habet non solũ circa exteriores actiones, sed etiã circa interiores.

Art. præ. — *Lib. 2. de inuent. fo. 3. ante fi. lib.* — *D. 903.* — *Q. 143.* — ** Lib. 4. Eth. ca. 8.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus loquitur de modestia, prout est circa exteriora. Et tamen etiam interiorum moderatio manifestari potest per quædam exteriora signa.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd sub modestia continentur diuersæ virtutes, quę à diuersis assignãtur. Vnde nihil prohibet modestiam esse circa ea quæ requirunt diuersas virtutes. Et tamen non est tanta diuersitas inter partes modestiæ adinuicem, quanta est iustitiæ, quæ est circa operationes ad temperantiam, quæ est circa passiones: quia in actionibus & passionibus in quibus non est aliqua excellens difficultas ex parte materię, sed solum ex parte moderationis, non attenditur virtus nisi vna, scilicet secundum rationem moderationis. Et per hoc patet etiam responsio ad tertium.

QVÆSTIO CENTESIMASEXAGESIMA-prima, de Speciebus modestiæ, & primò de humilitate, in sex articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de speciebus modestiæ. Et primò, de humilitate & superbia, quæ ei opponitur. Secundò, de studiositate & curiositate sibi opposita. Tertiò, de modestia, secundum quod est in verbis vel in factis. Quartò, de modestia, secundum quòd est circa exteriorem cultum.

¶ Circa humilitatem quæruntur sex.
¶ Primò, vtrum humilitas sit virtus.
¶ Secundò, vtrum consistat in appetitu vel in iudicio rationis.
¶ Tertiò, vtrum aliquis per humilitatem se debeat omnibus subiicere.
¶ Quartò, vtrum sit pars modestiæ vel temperantiæ.
¶ Quintò, de comparatione eius ad alias virtutes.
¶ Sextò, de gradibus humilitatis.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum humilitas sit virtus.*

Suprà q. 160. art. 2. cor. & infrà præsenti q. art. 2. & 4. co.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd humilitas non sit virtus. Virtus enim importat rationem boni. Sed humilitas videtur importare rationem mali pœnalis, secundum illud Psalm. 104. Humiliauerunt in compedibus

subintelligitur quòd de mediocribus habentibus propriam difficultatem notabilem, est sermo: quia circa sola difficilia est virtus. Constat autem hanc esse mentem Autoris non solum ex secundo articulo allegatæ quæstionis, sed etiam ex ratione hic sub iuncta, s. eo quòd oportet, quantum ad omnia, vitã hominis secundum virtutẽ esse regulatam. Hæc enim ratio monstrat quòd de mediocribus quæ restant virtute regulanda, loquitur. Ita quòd si pro quia, mediocria aliqua sunt quæ sub maximorum regula cõprehenduntur, de illis non est sermo, vt pote iam fortitis suas regulas. Vnde & exemplum dedit Autor in illa materia in qua maximum habet suam difficultatem: & mediocre habet propriam difficultatem, s. circa sumptus, vt patet ex supradictis.

¶ *Super Quæstionis centesimæsexagesimæ Articulum secundum.*

IN art. 2. eiusdem quęstionis aduerte primò, quòd Autor in corpore articuli de virtutibus ab aliis positis circa materiam modestiæ, refert se ad quæstionem 143. de partibus temperantiæ: vbi videre poteris. Aduerte secundo quòd in responsione ad secundum, Autor vult quòd partes modestiæ non oportet quòd distinguantur penes diuersitatem materiæ in hoc, quòd sicut est circa passionem, non sit circa operationem, & ecõtra: sicut distinguuntur iustitia & temperantia per hoc quòd illa est circa operationes, ista circa passiones: quoniam stat vnam & eandem speciem modestiæ esse & circa passiones, & circa operationes: quia in operationibus & passionibus, in quibus non est aliqua excellens difficultas ex parte materiæ, sed solùm ex parte moderationis, non ponitur virtus nisi vna. Et vt hæc intelligas, inspice ad opposita. Verbi gratia. Cùm quis ex ira percutit hominẽ, est ibi passio iræ: est & actio percussionis iniustæ. Et ex parte vtriusque materiæ est propria excellẽs difficultas: quoniam ira habet suam resistẽtiam ad rationem: & operatio ad proximum habet propriam difficultatem vt recta sit. Et propterea oportet ibi aliam esse virtutem circa moderationem iræ, & aliam circa moderationẽ operationis secundum se. Et duo vitia incurruntur in persecutione huiusmodi, scilicet iracundiæ & iniustitiæ. Vbi autem passio & operatio ex propriis non habent excellentes suas difficultates: verbi gratia, Exteriores motus corporis, & interiores quidam affectus, qui sunt exteriorum motuum rationes, ex hoc solo difficultatem notabilem habent, ꝙ moderamine egent. Et ideo vnica pars modestiæ sufficit ad vtrunque: nec oportet vnam modestiæ partem ponere ad moderãdum tales affectus, & alterã ad moderãdum exteriora opera. Ex duobus ergo capitibus modestia ad tam diuersas se extendit materias, vt in hac responsione exprimitur. Primo, ex hoc quod sub ea diuersæ continẽtur virtutes. Secundo ex eo, quòd pars eius vna sufficit ad passionem & operationem moderandam.

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæprimæ Articulum primum.*

IN art. primo quęstionis 161. dubium primo occurrit circa efficaciam processus literæ ad concludendũ. Et ideo circa appetitum boni ardui necessaria est duplex virtus. Vna refrænãs, & alia firmans, &c. Apparet enĩ processus ille defectiuus ex eo quòd fortitudo vna existens, est firmans & refrænans circa arduum malum. Et magnificentia vna est firmans & refrænans circa bonũ arduum. Et propterea debebat concludere, quòd vel sunt necessariæ duæ virtutes, vel vna habens vtrunque actum. Et tamen absolutè cõclusum est, quod necessariç sunt duæ virtutes.

¶ Ad

Universidad de Deusto Biblioteca

bus pedes eius. ergo humilitas non est virtus.

¶2 Præterea, Virtus & vitiū opponūtur: sed humilitas quandoque sonat in vitiū. Dicitur enim Ecclesi.19. Est qui nequiter se humiliat. ergo humilitas nō est virtus.

¶3 Præterea, Nulla virtus opponitur alij virtuti. sed humilitas videtur opponi virtuti magnanimitatis, quæ tendit in magna: humilitas autem ipsa refugit. ergo videtur quòd humilitas non sit virtus.

¶4 Præterea, Virtus est dispositio perfecti, vt dicitur in septimo Physic*. *Tex. 17. & 18.* Sed humilitas videtur esse imperfectorū. Vnde & Deo non conuenit humiliari, quia nulli subiici potest. ergo videtur quòd humilitas non sit virtus.

¶5 Preterea, Omnis virtus moralis est circa actiones & passiones, vt dicitur in 2. Ethico*. *Cap. 3.* sed humilitas non connumeratur à Philosopho inter virtutes, quæ sunt circa passiones: nec etiam cōtinetur sub iustitia, quæ est circa actiones. ergo videtur quòd non sit virtus.

¶SED CONTRA est quod Origenes* *Homi. 8. in Luc. à medio.* dicit, exponēs illud Lucæ 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Humilitas propriè in scripturis vna de virtutibus prædicatur. Ait quippe Saluator, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictū est* *1.2.q.23. art.2.* cū de passionibus ageretur, bonū arduū habet aliquid vnde attrahit appetitum, scilicet ipsam rationē boni: & habet aliquid retrahens, s. ipsam difficultatē adipiscēdi: secundum quorum primum insurgit motus spei, & secūdum aliud, motus desperationis. Dictum est autem suprà*, *1.2.q.60. ar.4.* ꝙ circa motus appetitiuos, qui se habent per modum impulsionis, oportet esse virtutē moralem moderantē & refrænantē. Circa illos autem qui se habēt per modū retractionis & resilitionis ex parte appetitus, oportet esse virtutem moralem firmantem, & impellentem. Et ideo circa appetitum boni ardui necessaria est duplex virtus. Vna quidē, quæ tēperet & refrænet animum, ne immoderatè tendat in excelsa: & hoc pertinet ad virtutem humilitatis. Alia verò quæ firmet animum contra desperationē, & impellat ipsum ad prosecutionem magnorum, secundum rationem rectam: & hæc est magnanimitas. Et sic patet quòd humilitas est quædam virtus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Isido. dicit in libr. Etymolo*. *Li.10.ca. 8.* humilis dicitur quasi humi accliuus, id est, imis inhærens. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo, ex principio extrinseco, puta cùm aliquis ab alio deiicitur. Et sic humilitas est pœna. Alio modo à principio intrinseco. Et hoc potest fieri quandoque quidem bene: puta cùm aliquis considerans suum defectum, tenet se in infimis secundum suum modum: sicut Abraham dixit ad Dominum Genes. 18. Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis & cinis? Et hoc modo humilitas ponitur virtus. Quādoque autem potest fieri malè, puta cùm homo honorē suum non intelligens, comparat se iumentis insipientibus, & similis fit illis.

¶Ad secundum dicendum quòd sicut dictum est,* *In sol. ad 1. arg. ar. præc.* humilitas secundum quod est virtus, in sui ratione importat quandam laudabilem deiectionē in ima. Hoc autē quandoque fit solum secundū signa exteriora secundum fictionem. Vnde hæc est falsa humilitas, de qua Aug. dicit in quadā epistola, quòd est magna superbia: ꝙa, s. videtur tēdere ad excellentiam gloriæ. Quandoque autem fit secundum interiorem motum animę. Et secundum hoc humilitas propriè ponitur virtus, quia virtus non consistit in exteriorib. sed principaliter in interiori electione mentis: vt patet per Philosophum in lib. Ethi.* *lib.2.c.5.*

¶Ad tertium dicendum, ꝙ humilitas reprimit appetitū, ne tendat in magna præter rationē rectā. Magnanimitas aūt animū ad magna impellit secundum rationē rectā. Vñ patet ꝙ magnanimitas nō opponitur humilitati, sed cōueniūt in hoc, ꝙ vtraque est secundum rationem rectam.

¶Ad quartum dicēdum, ꝙ perfectum dicitur aliquid dupliciter. Vno modo simpliciter: in quo, s. nullus defectus inuenitur, nec secūdum suam naturam, nec per respectum ad aliquid al iud: & sic solus Deus est perfectus, cui secundum naturā diuinam non competit humilitas, sed solùm secundum naturam assumptam. Alio modo potest dici aliquid perfectum secūdum quid, puta secundum suam naturam aut statum, aut tempus. Et hoc modo homo virtuosus est perfectus: cuius tñ perfectio in cōparatione ad Deum deficiens inuenitur, secūdum illud Isa. 40. Omnes gētes quasi nō sint, sic sunt corā eo. Et sic cuilibet homini pōt cōuenire humilitas.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ Philosophus intendebat agere de virtutib. secundum quòd ordinātur ad vitam ciuilem, in qua subiectio vnius hominis ad alterum, secundum legis ordinem determinatur, & ideo continetur sub iustitia legali. Humilitas autem, secundum quòd est specialis virtus, præcipuè respicit subiectionem hominis ad Deum, propter quam etiam aliis humiliando se subiicit.

¶Ad hoc dicitur, quòd processus literæ est efficacissimus formaliter intellectus. Nam formaliter loquendo passiones differentes in hoc quòd altera consistit in pulsu, altera in tractu, egent vt sic virtutibus diuersarum rationum, s. sub ratione refrænantis, & sub ratione firmantis. Per accidens autem s. si huiusmodi passiones determinentur ad aliquam materiam, in qua ex vno & eodē more prouenit ratio frænandi & firmandi, cōtingit quòd passiones differentes in hoc, quòd altera consistit in intensione, & altera in contractione, vnam tantum in illa materia exigant virtutem: ita quòd passiones, quæ secundum se duas requirerent virtutes, relatæ ad talem materiam, ratione materiæ vna sunt contentæ virtute. Et quoniam in proposito processus literæ est de passionibus sic secundum se differentibus, & non contractis ad materiam, vnde gratia materiæ vnitas proueniat virtutis: quia bonum arduum non est materia exigens vnitatē virtutis, quamuis tale bonum arduum, puta, honor, aut magnus sumptus, exigat vnitatem virtutis, ideo optimè infert, quòd circa appetitum boni ardui necessaria est duplex virtus. Obiectiones autem in oppositum loquuntur de istis passionibus contractis ad materiam exigentem vnitatem virtutis: quia loquuntur de huiusmodi passionibus contractis ad tale bonum vel malum arduum, puta ad pericula mortis, vt contingit in fortitudine: & ad magnos sumptus, vt contingit in magnificentia.

¶In eodem articulo primo dubium ex Martino in quæstio. prima de humilitate occurrit directè contra Autorem, hic arguente, quòd humilitas, & magnanimitas non sic distinguuntur, quòd humilitatis est refrænare spem, ne immoderatè tendat in excelsa: magnanimitatis vero est firmare contra desperationem, & impellere animum ad magna. Et intendit Martinus, quòd humilitas est quædam magnanimitas, & non est virtus disparata ab illa. Primo, quia refrænare animum ne feratur in magna, quibus quis non est dignus, est actus magnanimitatis, vt patet 4. Ethicor. Ergo per hunc actum non est differentia inter humilitatem & magnanimitatem: sed conuenientia in actu manifestat identitatem earum. Secundò, quia virtus qua fit ne immoderate feramur in ardua, est media inter pusillanimitatem & caymontem: ergo est magnanimitas. Tertiò, quia non dignificare se quibus non est dignus, est actus magnanimitatis: ergo, &c. Probatur assumptum: tum quia eiusdem virtutis est dignificare se quibus est dignus, & non dignificare se quibus non est dignus: tum quia posito casu quòd aliquis virtuosè agat, & per solam magnanimitatem inquirat an sit dignus aliquo arduo, & verè concludendo non dignificat se illo: ergo non dignificare se est actus magnanimitatis. Quartò, ex oppositis: quia vtrique est vnum oppositum s. præsumptio.

¶Affert deinde multas rationes supponentes, quòd humilitas consistat in contemptu exteriorum bonorum, & appetitu eorum quæ sunt verè magna. Et demum quòd proprius actus humilitatis est æquanimitas in prosperis, hoc est in bonis desiderabilibus, probat dupliciter. Primò, autoritate Tullij in primo de officiis. Secundò, quia æquanimitas est actus alicuius virtutis & non nisi humilitatis: ergo. Maior patet quia est actus deliberatus rectæ rationi consentaneus. Minor probatur, inducendo per singulas virtutes alias à magnanimitate.

¶Ad euidentiam huius rei aduertendum est, quòd quia nouella est ista phantasia Martini, quia humilitatem posuit magnanimitatem esse respectu exteriorū bonorum: ideo doctores qui de humilitate scripserunt, circa hanc quæ inopinatè superuenit nouitatem, non soliciti de hoc directè non scripserunt. Et propterea oportet nunc ex doctrina sanctorum colligere quid est humilitatis virtus: & cōfutare ac exterminare à finibus Ecclesię & Philosophiæ moralis nouitatem hanc. Et quoniam ex propria operatione, & propria materia, seu obiecto, virtus maximè cognoscitur, & discernitur ab aliis: ideo hic inchoando dicimus, quòd actus & materia humilitatis distinguūt manifestè humilitatem à magnanimitate. Nam actus humilitatis respectu personarum, est subiici omnibus, iuxta illud Apostoli ad Philip. secūdo, In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Respectu verò officiorum administrationum & honorum, indignum & inutilem se habere, iuxta septimum gradū humilitatis à beato Benedicto positū: neuter autem actus cōuenit magnanimo. Nam magnanimus, quicquid est minorationis vitat, vt patet in 4. Ethic. & dignificat se multis magnis, quibus est dignus, vt patet ibidem. Materia quoque magnanimitatis in solis magnis est: intantum ꝙ circa mediocria ponitur alia virtus, vt patet in 5. Ethico. humilitatis verò materia, omnia bona sunt, siue secundum se sint magna, siue parua: quoniam est circa eadem, circa quæ est superbia. Constat autem superbiam esse etiam in excellentia minimorum, vt patet in mechanicis & mediocribus officiis, in quibus pessima superbia inuenitur. Sunt enim etiam coqui superbi. Falsissimum ergo est, humilitatem esse magnanimitatem. Sed quia obscurior apparet distinctio formalis refrænationis quæ fit ab humilitate, & refrænationis quæ fit à magnanimitate, & harum distinctio est causa quæstionis, sciendum est, quòd cum in rationali creatura sint quasi duæ partes, scilicet id quod est Dei, & id quod est sui: & ad id quod est Dei spectet quicquid boni est, & ad id quod est nostrum spectet quicquid mali est, iuxta illud Oseæ 13. Perditio tua, Israel, ex te: salus autem ex me, dupliciter potest humana cognitio, & humanus affectus perfici, scilicet sumendo regulas operum suorum ex eo quod est Dei, vel sumendo regulas ex eo quod est sui. Et siquidem homo consideret donum Dei in se, & secundum illud regulet æstimationem suam, puta, quia est doctus, æstimat se dignum doctoratu, & propterea desideret, & procuret ipsum, rectè se habet homo secundum virtutes morales, quæ ordinantur ad vitam politicam, puta, secundum magnanimitatem, magnificentiam, & reliquas virtutes, quarum regulæ conferunt bonum bono, hoc est, donum quo quis est præditus, ad bonum consequēdum, vel exercendum. Si verò homo consideret se secundum id quod sui tantum est, referendo sic se ad Deum, & id quod Dei est, & secundum hoc regulet æstimationem, affectúmque suū, puta, quia sic nihil est, nisi defectus, culpa, offensáque Dei: & sic se æstimat, & iudicat se omni, quod Dei est, subiici, & similiter ad omnia quæ Dei sunt, indignum, ac inutilem: & affectum suum format vt subditus ad Dominum, vt indignus & inutilis ad occurrentia, rectissimè sic homo se habet secundum virtutem, quam dominus Iesus mundo intulit dicens, Discite à me quia humilis sum corde. In huiusmodi siquidem cognitione non speculatiuè, sed practicè, tanquam regula, & in huiusmodi appetitu consistit humilitas, vt clarius & latius patebit in quæstionis sequentis articulo primo & secundo. Vnde patet quantum distet frænatio spei ne immoderate feratur in magna, inquantum à magnanimitate, & inquantum ab humilitate fit. Nam licet in hoc conueniant quòd vtraque est secundum rationem rectam, distinguuntur tamen in hoc, quòd magnanimitas tenet spem ne feratur super condigna, & hoc quantum ad rationem ardui: & ne feratur supra possibile per proprias vires: est enim spes de arduo possibili. Humilitas verò tenet spem ne feratur in aliquid vt condignum, & ne feratur in aliquid vt possibile per proprias vires, sed tantùm per potentiam eius quod Dei est: ita quòd si vnus & idem homo magnanimus, atque humilis tendat in aliquod arduum, puta in magnum charitatis, iustitiæ, aut fortitudinis actum, inquantum magnanimus commensurato opere viribus propriis, sperabit illud perficere: & sic confidens accinget se ad opus. Inquantum humilis illudmet condignum sperat vt indignus, & vt per id quod Dei est possibile. Quocirca humilitas supponit id quod magnanimi & mediocris est innominati: quoniam non tendit nisi ad ea, quibus secundum Dei in ipso dona, dignus quis est, & superaddit subiectionem hanc spei, vt scilicet speret illud vt superexcedens, & per id quod Dei est, acquisibile & conseruabile. Magnum nanque frænum appetitui nostro imponitur, cùm ad obiectum tenditur, vt nostram superans dignitatem: & per alienum gratuitúmque auxilium habendum aut conseruandum. Vnde & de sanctis Angelis hac ratione canimus, Tremunt potestates. Relato nanque Dei dono quod habent, & de cuius æterna conseruatione sunt certi, ad id quod ex parte Angelorum se tenet, pro quanto sunt ex nihilo, &c. tremor insurgere dicitur: quia ex hac parte nulla condignitas, sed possibilis defectus patet, totúmque alieno ac gratuito auxilio tribuitur. Ex hoc autem quòd humilitas supponit id quod magnanimitas est, apparet quòd sit magnanimitas. Et quia corrumpitur non solùm per sua contraria sui præsuppositi, sicut visus corrumpitur non solum per excellentiam visibilis & tenebræ, sed etiam per contraria tactus, qui præsupponitur à visu; ideo creditur quòd communicet in contraria cum magnanimitate: cùm tamen secundum veritatem habeat sua propria contrariis, vt in sequenti quæstione patebit. Hæc autem esse secundum doctrinam Autoris, patet ex litera, si perspicaciter videatur. Pluries nanque habes quòd humilitas præcipuè importat subiectionem hominis ad Deum: sub qua comprehenditur, quòd homo id quod suum est, ei quod Dei est, subiiciat, tam in personis quàm in quibuscunque bonis, &c.

¶Ex his igitur ad obiecta respondetur. Et ad primum dicitur, distinguendo quòd refrænare spem ne immoderatè feratur in excelsa, cōtingit dupliciter, scilicet vt excedentia dignitatem: & sic cōceditur quòd spectat ad magnanimitatem, secundario tamen: vel vt ad condigna animo secundū id quod fuit: & sic spectat ad humilitatem. Et si instetur, ergo habetur intentū, quòd penes hunc actum, vtpote communē vtrique secundū diuersas rationes, non erat ponenda distinctio inter humilitatē & magnanimitatē, vt in litera fit: respondetur quòd distinctio facta in litera intelligēda est penes actus principales: quia s. principalis actus humilitatis est frænare spem ne immoderatè feratur in excelsa: principalis autem actus magnanimitatis est firmare contra desperationem, & impellere animum ad excelsa. Et hinc patet diuersitas earum, quia penes actus principales diuersitas virtutum attenditur. Cum quibus tamen stat quòd magnanimitas secundario actu refrænat etiam spem, alia tamen ratione quàm humilitas.

¶Ad secundum dicitur per eandem distinctionem. Vel aliter, quòd virtus quæ principali suo actu facit ne immoderatè feramur in magna, non est magnanimitatis, sed humilitatis. Nec est media inter pusillanimitatem & caymōtem, sed virtus quæ secundario actu huiusmodi refrænat spem, talis est media inter dicta vitia, & est magnanimitas.

¶Ad tertium dicitur, quòd indignificare se quibus non est dignus, contingit dupliciter, scilicet per cōparationem ad virtutem seu bonum quod est in homine, & sic in arduis spectat, secundario tamen ad magnanimitatem. Alio modo, referendo id quod est Dei ad id quod est hominis, & sic spectat ad humilitatem. Et propterea non oportet aliter respondere ad probationes, ex quo conceditur Antecedens in primo sensu.

¶Ad quartum ex oppositis negatur quòd humilitas opponatur directè præsumptioni, quæ opponitur magnanimitati: quoniam diuersarum rationum sunt, vt infrà patebit clarius.

¶Ad allatas deinde rationes supponentes quòd humilitas consistat in despicientia externorum bonorum, dicitur quòd falsum supponit: quoniam actus humilitatis principalis secundum quem inducuntur virtutes, est subiectio sui ad id quod Dei est. Vt enim ipsum nomen ostendit, humilitas non significat excellentiam qua homo super aliqua feratur, vt superior despiciens ea, sed importat delectationem quandam. Similiter nec appetitus eorum, quę verè magna sunt, est principalis humilitatis actus, sed magis subiectio quędam appetitus, vt ipsum nomen monstrat. Et ratio est, quia humilitas magis reprimit spem quàm vtatur illa: cuius oppositum est in magnanimitate, quæ magis spe vtitur quàm reprimat, vt ipsius nomen monstrat, significans animum ad magna.

¶Ad demum allata ad probandum, quòd æquanimitas est proprius humilitatis actus, dicitur quòd falsum hoc est: & quòd Tullius de magnanimitate loquitur, ac forti liberóque animo: non de humilitate quam Theologi tractant, quam nemo Principum huius seculi nouit: etsi procul odorem ipsius senserint, aliquid illius mandantes.

¶Ad secundam probationem negatur quòd æquanimitas in prosperis sit actus deliberatus, &c. Nam æquanimitas non est nomen actus, sed dispositionis seu status animi. Importat enim æqualitatem animi, quę est effectus non actus virtutis. Et quidem quòd in prosperis non recedat aliquis à recto statu animi, ex multis fit virtutibus. Quòd enim nō recedat per animi tumorem fit per humilitatem. Quòd non recedat per appetitum inordinatum vindictæ, fit per mansuetudinem. Quòd non recedat per libidinem vsurpādi aliena, fit per iustitiam. Quòd non per concupiscentiam, fit per temperantiā. Et breuiter, clare patet quòd æquanimitas non est actus, sed status. Et si alicui virtuti specialiter tribuendus esset effectus ille, charitati tribuendus est: quoniam per ipsam homo erga Deum, seipsum, ac proximum, rectè se habet: & pax, quæ tranquillitatem animi ponit, charitati attributa superius est.

¶In eodem art. 1. in responsionibus argumentorum, nota quæ diximus autoritate firmari. Nam in responsione ad primū habes quòd humilitas est, quū aliquis considerans defectum suum tenet se in infimis, &c. Et similiter in responsione ad quartum, quòd quantumcunque perfecto ex relatione suæ imperfectionis ad Deum, conuenit humilitas. Et in responsione ad quintum quòd humilitas, secundum quòd est specialis virtus, præcipuè, hoc est principaliter, respicit subiectionem, &c.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum humilitas consistat circa appetitum.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur quòd humilitas non consistat circa appetitum, sed magis circa iudiciū rationis. Humilitas enim superbiæ opponitur. Sed superbia maximè cōsistit in iis quæ pertinent ad cognitionē. Dicit enim Gregor. 34. Moral.* *Cap.6.* quòd superbia cū exterius vsque ad corpus extenditur, prius per oculos iudicatur: Vñ & in Psa. 130. dicitur, Dñe, nō est exaltatū cor meū neque elati sunt oculi mei. Oculi aūt maximè deseruiunt cognitioni. Vnde videtꝰ ꝙ humilitas maximè sit circa cognitionē, per quam de se aliquis æstimat parua.

¶2 Præterea, Aug. dicit in lib. de virgi.* *Cap. 3. to. 6.* ꝙ humilitas penè tota disciplina Christiana est. Nihil ergo quod ī disciplina Christiana continetur, repugnat humilitati. Sed in disciplina Christiana admonemur ad appetendum meliora, secundum illud primæ ad Cor. 12. Aemulamini carismata meliora. ergo ad humilitatē nō pertinet reprimere appetitum arduorum, sed magis æstimationem.

¶3 Præterea, Ad eandem virtutē pertinet refrænare superfluum motum, & firmare animū contra superfluam retractionē: sicut eadē fortitudo est, quæ refrēnat audaciam, & quæ firmat animum contra timorē. Sed magnanimitas firmat animū contra difficultates quæ accidūt in prosecutione magnorum. Si ergo humilitas refrēnaret appetitū magnorū, sequeretꝰ quòd humilitas nō esset virtus distincta à magnanimitate: quod patet esse falsū. Nō ergo humilitas cōsistit circa appetitū magnorum, sed magis circa æstimationem.

¶4 Præterea, Andronicus ponit humilitatem circa exteriorem cultū. Dicit enim, quòd humilitas est habitus nō superabundans sumptibus & præparationibus. ergo non est circa motum appetitus.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de Pœnitentia,* *li. de pœnitentiæ medicina c. 1. to. 9.* ꝙ humilis est qui eligit habitare in domo Domini, ma-

¶Super quæstionis centesimæ sexagesimæprimæ Articulum secundum.

IN art. 2. eiusdem quæstionis dubium occurrit circa principium corporis artic. primi. s. Ad humilitatē propriè pertinet vt aliquis reprimat seipsum ne feratur in ea quæ sunt supra se. *Infrà ar. 6. cor. & q.165. ar. 3. ad 2.* Et est ratio dubij: tum primo, quia obscuritatem parit diuersitas dictorum. In præcedenti nanque articulo, humilitas ex parte modi diffinita est, dicendo quòd ad humilitatē pertinet refrēnare animū, ne immoderatè tendat in excelsa. Hic autē ex parte obiecti dicitur quòd ad humilitatem pertinet refrænare hominem ne tendat ad ea quæ sunt supra se. Est autem hęc obscuritatis causa, quia ex parte modi manifesta est distinctio humilitatis à magnanimitate: sed ex parte obiecti nō, ex quo vtraque frēnat hominem ne tendat in ea quæ sunt suprà se. Tum secundò, quia aut hic est sermo de iis quæ sunt supra hominē secundum regulam magnanimitatis, aut de iis quæ sunt supra hominem secundum regulā humilitatis, aut de iis quę sūt supra hominem simpliciter & absolutè. Nō potest dici primum, quia talia vt sic, magnanimitati sunt propria. Nec secundum: quia cōmune est omnibus appetibilibus, siue excedāt siue non, quòd secundum humilitatis regulam appetantur, vt supra hominem, quia ad omnia humilis se habet, vt indignus. Vnde per hoc dictum non haberetur appetibile proportionatū humili, & superexcedēs ipsum. Nec tertiū: quia respectu appetibilium quæ simpliciter sunt supra hominem, sufficit magnanimitas. Et sic humilitas superflueret. Nec potest saluari hoc, dicendo quòd humilitas non superfluit: quia opus est vna virtute quæ habeat pro principali actu repressionem animi, ne tendat in ea quæ sunt supra se, hæc autem est humilitas non magnanimitas. Hoc enim falsum est: quoniam nisi habeatur alia formalis ratio virtutis: necessitas ista non sufficit ad multiplicandas virtutes. Alioquin oporteret ponere in materia fortitudinis duas virtutes, s. fortitudinem, cuius principalis actus est firmare contra timorem: & vnam aliam, cuius principalis actus esset frænare audaciam, quamuis fortitudo secundario actu frænet illam. Sic dicitur in proposito, quòd quamuis magnanimitas secundario actu frænet animum, ne tendat in ea quæ sunt supra se, oportet tamen ponere humilitatem, vt sit virtus actu principali refrænans hominem, ne tendat in ea, quæ sunt supra se. Quocirca licet verum sit quòd magnanimitas & humilitas inter se sic differant quòd principalis actus illius est impellere, istius est reprimere: si tamen materia est eadem vtriusque, aliunde oportet necessitatem humilitatis ponere.

¶Ad hæc ordine præpostero dicitur, quòd sermo literæ est de iis, quæ sunt supra se simpliciter & absolutè. Et conceditur quòd humilis & magnanimus conueniunt in materia, pro quanto vterque tendit in magna, & reprimit se ab his quæ sunt simpliciter & absolutè supra se. Reprimit enim incipientem in via Dei à præsumptione operum perfectorum: sicut grammaticum ab orando: quod est actus superioris facultatis, & huiusmodi. Sed differentia consistit in ratione reprimendi. Nam magnanimus reprimit se ab iis quę sunt supra se ea ratione, quia collatione facta totius quod in se ad illud, inuenit se imparem illi. Humilis autem ea ratione, quia tendere in illa aduersatur subiectioni sui ad Deum, & id quod Dei est. Ita quòd tam humilis vt sic, quā magnanimus vt sic, habet cogitationem & eorum quæ sunt simpliciter & absolutè supra se, & infra se, & commensurata sibi. Sed in regulis & appetitu regulato est differentia: quia magnanimus sumit regulas suas ad prosequendū & vitandum ex ipso bono rationis in prosequendo proportionata: & malo rationis, si prosequeretꝰ quæ supra aut infra essent. Humilis aūt ad eadem tēdit & eadem vitat. Et propterea dictū est ꝙ supponit non magnanimitatem, sed id quod magnanimitatis est, s. ipsa cōmensurata excedentia aut excessa:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed regulas sumit ex bono diuinę reuerentię, hoc est, ex collatione eius quod sui est ad Deum, & id quod Dei est. Et quia ad hoc ꝙ homo in hoc exilio cælestis patriæ ciuis perfectus virtute huius vitæ sit, maximè exigitur quòd re ćte se habeat tam in intellectu practico quàm effectu & operatione secúdú collationem imperfecti sui ad Deum, & id quod Dei est: quoniam huiusmo di collationis subiectione præermissa, in infinita ruet mala: ideo humilitas hinc vltra magnanimitatem & alias virtutes necessaria est.

Art. prae. Et per hæc patet solutio secundæ obiectionis.

¶ Ad primam autem dicitur, quòd diuersitas dictorum non parit obscuritatem, sed auget claritatem. Quoniam prius notum tantum erat humilis modus tendendi in excelsa, quia scilicet humilitas moderatè hoc est vt indignum tendere facit in excelsa. Nunc verò declaratum est, quòd etiam obiectú in quod tendit humilis, est moderatum, hoc est, non supra se simpliciter & absolutè, vt ex vtraque simul iuncta doctrina habeas, quòd humilis sic ad omnia se habet vt indignus, quod tamé non ita sit ad commensurata sibi absolutè tendit, & ad illa tendit, vt indignus.

¶ In eodem articulo secundo in responsione ad secundum, nota duo. Primum est, quòd suprà dixi, quòd quia humilitas moderatur spem, quę est boni ardui possibilis, oportet quòd alicui potentię innitatur, qua mediante illud adipiscendum seu conseruandum speret. Et quia innititur auxilio Dei, & eius quod Dei est: ideo contra humilitatem esse dicitur quòd aliquis ad maiora tendat ex confidentia propriarum virtium. Secundum est, quòd in litera per ly maiora, non intelligas nisi illa de quibus est sermo in argumento, hoc est dona Dei meliora: aliter humiles præsumptuosos faceres ad quæque maiora. Et rursus, quia auxilium diuinum ordinatum est, quia quæ à Deo sunt, ordinata sunt, vt dicitur Ro. 13. ideo humilis ad charismata meliora si tendit, innixus auxilio, hoc appetat, & conetur sperans ordinatè sibi opem diuinam affuturá ad meliora dona: & non quòd attentet in choas ea quæ perfectorum sunt, vt multi insipientes in via Dei statim ad contemplationis quietem studeant volare. In quo non solú imprudenter, sed superbe agunt non mensurantes seipsos, & vehementer errant ac periculose. Debent enim ad meliora ordinate procedere, prius domando proprias passiones ac operationes exteriores: & post frequentes victorias in campo subactis hostibus, ad montem quietæ contemplationis ascendere. Simile quid accidit his qui seipsos non castigant, & ad præiudicandum aliis, aut ad regendum alios se ingerunt. Non est horum aliquid æmulari charismata meliora per auxilium diuinum, sed præsumptuosum esse.

¶ In responsione ad tertium eiusdé articu. dubiú ex Martino vbi suprà occurrit cótra hanc responsioné, arguente. Primo, quia aut loquitur de eadem rõne cómuni, aut propria. Non de cómuni: quia sic etiá in præsumptione spei & firmitate contra desperationem inuenitur vna communis rõ: puta, bonum rationis. Nec de propria, quia sic vnicuique est sua propria ratio tam in timore quàm in audacia, tá in spe quá in desperatione: alioquin non esset propria alicui, sed communis pluribus. Secúdò, quia falsum est ꝙ illa ratio assignata in fortitudine sit cómunis timori & audaciæ. Nã hæc ratio, s. bonú rationis est periculis mortis præferendú, non est rõ frænandi audaciá, sed magis excitandi audaciá. Nunquá enim quis ab audendo terrahitur per illa rationé. Tertiò, ꝙa rõ assignata in magnanimo contra desperationé est communis vtrique actui, s. desperationi & spei. Nam ratio ista, Bonú competens & debitum est adipiscendú, non solùm firmat contra desperationem, sed refrænat spẽ ab incompetenti. Quartò, quia etiá alia ratio assignata ex diuina reuerentia, est communis vtrique actui. Nã sicut ex reuerẽtia diuina non pl⁹ sibi ꝙs attribuit quã sibi competat secundú gradum sortitum à Deo, ita ex eodem fine homo contẽnat & negligat quę habet à Deo, sed eis vtatur quæ hẽt ab eo.

¶ Ad euidentiam horum scito, quòd compatiendum censeo Martino & aliis, qui non intellexerunt neque penetrarunt sententiam Autoris. Acceperũt siquidem hinc non solum illã affirmatiuam, scilicet, Ad eandẽ virtutem, put a fortitudinem, spectat vterque actus, scilicet firmare timorẽ & reprimere audaciam: quia est eadem ratio, &c. sed etiam istam negatiuam, Non spectat ad vnam virtutem, puta magnanimitatem, firmare cõtra desperationem, & reprimere spem. Et propterea errarunt: quoniã in litera affirmatiua quidem illa habetur, sed ista negatiua non habet. Nec est intenta, nec est vera, vt patet ex supra dictis. Sed in litera illi affirmatiuæ quasi contra ponitur alia affirmatiua, scilicet quòd in reprimendo spem, quod pertinet ad humilitatem, & firmando animum contra desperationẽ, quod pertinet ad magnanimitatem, est alia & alia ratio. Hãc affirmatiuã qui putat æquialere illi negatiuæ, aut inferre illã, errat. Et nunc errorem suum cognoscet. Et vt vno verbo explicetur, significatur per hoc ꝙ in materia periculorú mortis circa quę ponitur fortitudo, est vna tantùm ratio firmandi & frænãdi: & propterea sola est ibi fortitudo. Sed in materia ardui boni, circa quam ponitur magnanimitas, non est vna tantum ratio firmandi, & reprimendi, sed est alia & alia: & ideo non est ibi sola magnanimitas, sed oportet ibi adesse humilitatem. Hæc est vera intentio: hic verus sensus litteræ omnes soluens quæstiones. Ex hoc etiã quòd explanauit aliã & aliam rationem ex principalibus actibus magnanimitatis & humilitatis, s. ex firmitate & repressione, non propterea excluſit quin vtraque habeat se cũdarió reliquũ actum: vtraque nanque habet vtrunque actum, secundum propriã tamen rationem. Sed quia in hoc differunt, vt prædictum est, quòd magnanimitas habet ꝓ principali actu firmare & ſpellere contra desperationem: humilitas autem habet ꝓ principali actu reprimere spem, ex istis Autor declarauit intẽtum suum, tacens de secundario vtriusque actu.

¶ Ad primũ ergo in oppositum dicitur, quòd Autor loquitur de ratione propria non actui isti vel illi, sed propria, hoc est specialissima inter rationes directiuas actuum reprimentium & impellentium. Huiusmodi enim ratio nulli particulari actui est propria. sed ipsi virtuti, quam constituit.

¶ Ad secundum dicitur, ꝙ falsum assumit. Nam ad hoc fortis audaciam moderatam, & ita moderatá vt bono rationis expedit, assumit, vt bonum rationis periculis mortis præferat. Constat enim ꝙ fortis potius mortem aggrediendo eligit sustinere, quàm immoderatá audaciá assumere. Vbi patet ꝙ ex bono rationis præferendo mortis periculis, modus audaciæ imponitur.

¶ Ad tertium conceditur, ꝙ ratio illa est vtrique actui communis, sed non vt sola, seu non secundú omnem rationem, qua vterque actus est regulabilis in tali materia, sed secundú aliquam particularem rationem. Et ideo oportet ponere aliã rationem, vt sic vterque actus in tali materia secundum omnem rationem sit regulatus. Et per hoc patet responsio ad quartum. Eodẽ siquidẽ modo respondetur quòd ratio diuinæ reuerentiæ est communis vtriq; actui, sed non vt sola: sicut ratio fortitudinis est communis vtrique actui vt sola. Et similiter est communis vtrique actui secundum aliquã particularem rationẽ illorum, & non secundum omnem rationem qua vterque est regulabilis. Nã vterque est duabus rationibus, & non vna sola regulabilis, s. ex ratione propriꝰ ac conuenientis boni, & ex diuina reuerentia. Licet vtraque sit vtrique actui communis, non tamẽ vt sola: quia possunt alia ratione regulari. Et oportet quòd aliter regulentur ad perficiendum ciuem cælestis patriæ in via hac qua ambulamus, quàm quòd per magnanimitatem reguletur.

¶ Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ primæ Articulum tertium.

IN articulo tertio eiusdem quæstionis non scribendum, sed exequendum est. Clarus est. Regula est nostræ vitæ facilis, vt habeatur speculatiuè: sed rara practicè ad operationem interiorem, præsertim applicata. Est & in hoc articulo speculandum, quàm conformiter diuo Thomæ definita sit humilitas in supradictis.

¶ Super

¶ Super quæstionis centesimæ sexagesimæ primæ Articulum quartum.

IN art. 4. eiusdem quæstionis dubiú ex Martino occurrit in prima quæstione de Humilitate. Vbi notat quatuor dicta huius literæ, & ex eis format quatuor rationes pro conclusione huius articuli. Et deinde soluit eas. Primum dictú est autoritas Origenis allata in litera in oppositum: ex quo ratiocinatur sic: Omnis mensuratio vel moderatio pertinet ad modestiam; humilitas est huiusmodi: ergo. Secundum est, Omnes virtutes refrænantes seu reprimentes impetus affectionum ponuntur partes temperantiæ: sed humilitas reprimit motum spei: ergo. Hæc habentur formaliter in litera. Tertiú est, autoritas Aristot. allata in litera, quòd tendens in parua secundum modum suum, non est magnanimus, sed temperatus. Et hoc non aliter formatur. Quartum est, quòd magnanimitas & humilitas licet conueniant in materia, differunt tamen in modo, &c. vt in responsione ad tertium litera dicit. Vnde arguit quòd eorum quæ conueniunt in materia, & differunt in modo, vnum est sub altero: sed hęc sunt huiusmodi: ergo. Probatur Minor, quia magnanimitas est circa ardua impellendo, humilitas verò refrænando. Et primam quidem & secundam soluit interimendo Maiores. Alioquin omnes virtutes pertinerent ad temperantiam: quia omnes habent actum moderationis. Ad tertiam dicit, quòd non loquitur de temperantia propriè dicta. Ad quartam negat Minorem, quia tam magnanimitas quàm humilitas impellit & reprimit.

¶ Ad hæc dicendum, quòd vnico subintellecto verbo, omnia dicta literæ solida constant, & opposita ruunt, scilicet, quòd semper est sermo de actu principalis virtutis, ita quòd non est Autoris doctrina, ꝙ omnis moderatio, seu ꝙ omnis refrænatio, &c. spectat ad temperantiã, vt ille somniat: sed quòd omnis virtus cuius principalis actus consistit in moderando vel in refrẽnando, est temperantia, vel adiuncta temperantiæ. Et tunc clarè vides primum, secundum, & quartum, quæ in litera habentur, optimè currere: quoniam & Maiores sic sunt veræ, & Minor quartę est vera: quia constat quòd principalis actus magnanimitatis consistit in firmitate seu impulsu animi ad magna. Principalis verò actus humilitatis non debet se omnibus per humilitatem subiicere.

¶ 3 Præterea, Nullus debet facere id quod vergat in detrimentum salutis alterius: sed si aliquis per humilitatem se alteri subiiciat, quandoque hoc vergeret in detrimentum illius, cui se subiicit: qui ex hoc superbiret vel conẽneret. Vnde August. dicit in regula*, Ne dum nimium humiliter agenti: quia ille non scandalizat, quamuis aliter scandalizetur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum humilitas sit pars modestiæ vel temperantiæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ humilitas non sit pars modestiæ vel temperantiæ. Humilitas enim præcipuè respicit reuerentiam, qua quis subiicitur Deo, vt dictú est*: sed ad virtutem theologicã pertinet, ꝙ habeat Deum pro obiecto: ergo humilitas magis debet poni virtus theologica, quàm pars temperantiæ seu modestiæ.

¶ 2 Præterea, Temperantia est in concupiscibili: humilitas autem videtur esse in irascibili, sicut & superbia, quæ ei opponitur: cui⁹ obiectum est arduum. ergo videtur quòd humilitas non sit pars temperantiæ, vel modestiæ.

¶ 3 Præterea, Humilitas & magnanimitas circa eadem sunt, vt ex supradictis patet. * Sed magnanimitas non ponitur pars temperantiæ, sed fortitudinis, vt suprà habitum est*: ergo videtur quòd humilitas non sit pars temperantiæ vel modestiæ.

¶ SED CONTRA est, quod Origenes dicit super Lucam*, Si vis nomen huius audire virtutis, quomodo à Philosophis etiam appelletur, ausculta eandem esse humilitatem, quam respicit Deus, quæ ab illis metriotes dicitur, id est, mensuratio vel moderatio: quæ manifestè pertinet ad modestiam, vel temperantiam. Ergo humilitas est pars modestiæ, vel temperantiæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd, sicut suprà* dictum est, in assignando partes virtutibus, præcipuè attenditur similitudo quantum ad modum virtutis. Modus autem temperantiæ ex quo maximè habet laudem, est refrænatio vel repressio impetus aliciuius passionis. Et ideo omnes virtutes refrænantes siue reprimentes impetus aliquarum affectionum, vel actiones moderantes, ponuntur partes temperantiæ. Sicut autem mansuetudo reprimit motum iræ, ita humilitas reprimit motum spei, qui est motus spiritus in magna tendentis. Et ideo sicut mansuetudo ponitur pars temperantiæ, ita etiam & humilitas. Vnde Philosophus in 4. Eth.* eum, qui tendit in parua secundum suum modum, dicit non esse magnanimum, sed temperatum, quem nos humilem dicere possumus. Et inter alias partes temperantiæ, ratione superius dicta, * continetur sub modestia, prout Tullius* de ea loquitur: inquantum, s. humilitas nihil est aliud, quàm quædam moderatio spiritus. Vnde primæ Petri 3. dicitur, In incorruptibilitate quieti ac modesti spiritus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtutes theologicæ, quæ sunt circa vltimum finem, qui est primum principium in appetibilibus, sunt causæ omnium aliarum virtutum. Vnde ex hoc quòd humilitas causatur ex reuerentia diuina, non excluditur quin humilitas sit pars modestiæ, vel temperantiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd partes principalibus virtutibus assignantur, non secundum conuenientiam in subiecto, vel in materia, sed secundum conuenientiam in modo formali, vt dictum est. * Et ideo licet humilitas sit in irascibili sicut in subiecto, ponitur tamen pars modestiæ & temperantiæ propter modum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet magnanimitas & humilitas in materia conueniant, differunt tamen in modo, ratione cuius magnanimitas ponitur pars fortitudinis: humilitas autem pars temperantiæ.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum humilitas sit potissima virtutum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd humilitas sit potissima virtutum. Dicit enim Chrysostomus exponens illud quod dicitur Lucæ 18. de Pharisæo & Publicano*, quòd si mista delictis humilitas tam facilè currit, vt iusticiam superbiæ coniunctam transeat: si iustitiæ coniunxeris eam, quò non ibit? Assisset ipsi tribunali diuino in medio angelorũ. Et sic patet quòd humilitas præfertur iustitiæ. Sed iustitia est præclarissima omnium virtutum, & includit in se omnes virtutes: vt patet per Philosophum 5. Eth*. Ergo humilitas

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ primæ Articulum quintum.*

IN art.5 eiusdem q.161.dubia multa ex Martino in 5 q.de humilitate occurrunt.Primum contra rationem literæ,ad probandum virtutes intellectuales esse potiores moralibus,seu humilitate. Supponit,inquit, primò ratio, vnum falsum,s. Omne in quo est ordinatio rationis essentialiter, est potius quàm id in quo est tantum participatiuè. Et quod hoc sit falsum,probatur,Stat aliquid habere ordinationem rationis essentialiter, & esse malum culpabiliter. ergo non omne habens ordinationem rationis essentialiter est potius eo quod habet ordinem rationis participatiuè. Probatur prima pars antecedentis: quia stat dictamen rectum rationis fieri propter vanam gloriam. Secunda pars probatur: quia actus seu appetitus omnis conformis dictamini prudentiali est bonus moraliter. Secūdò, Illud in quo est essentialiter ordinatio rationis non est bonum moraliter nisi sit imperatum ab habente ordinem rationis participatiuè:quia in actu intellectus non est bonitas moralis,nisi ratione bonitatis moralis actus voluntatis. Non est ergo verum quòd habens ordinationem rationis essentialiter est potius & melius habente illam participatiuè. Tertiò, Velle bene agere est melius quàm scire, vel dictare bene agere:sed in ipso velle est participatiuè, in ipso scire vel dictare est essentialiter ordo rationis:ergo habens participatiuè est melius habente per essentiam. Antecedens probatur, Velle bene agere & nescire quomodo,est melius quàm scire & non velle: ergo velle est melius quàm scire. Tenet consequentia per regulam Arist.de Eligibilitate & fuga in lib. Priorum. Quartò, Actus habens ordinationem rationis essentialiter est gratia illius qui habet eam participatiuè:ergo secundus est potior primo: quia practicam scire & iudicare est gratia operis,vt dicitur in 6.Eth.

¶ Secundum dubium est contra eandem rationem : quia Martinus conatur soluere illam,dicendo, quòd habere ordinem rationis contingit dupliciter, scilicet vt verum,& vt prosecutionem vel fugam : & quòd primo modo habet intellectus,secundo voluntas:& quòd secundo modo est simpliciter perfectus,& quòd iuxta secundum modum electio bona habet ordinem rationis essentialiter:& intellectus participatiuè.Et per hoc virtus moralis est simpliciter perfectior virtute intellectuali.

¶ Tertium dubium est circa ipsam conclusionē,s. Virtutes intellectuales sunt nobiliores humilitate. Probat Martinus oppositum dupliciter.Primò sic.Bonitas moralis est excellentior quàm bonitas intellectus : ergo. Antecedens probatur, Cum bonitate moris non stat culpa, quæ est summum malum. Cum bonitate intellectus quæ est veritas,stat culpa:ergo.Secundò specialiter de humilitate,Omnis virtus qua immediatè bene beateque viuitur, est virtutibus intellectualibus potior:sed humilitas est huiusmodi:ergo.Probatur Maior,quia cum omnibus intellectualibus virtutibus & earum actibus stat nec bene,nec beate viuere.

¶ Quartum dubium est circa comparationem humilitatis ad iustitiā.Et contra tria in litera dicta directè arguit.Primum est,de iustitia legali.Iustitia legalis facit ordinationem in iis quæ sunt ad finem.Secundum est,de differentia inter iustitiam legalem & humilitatem,quòd iustitia legalis facit huiusmodi ordinationem:humilitas autem hominem bene subiectum illi ordinationi.Tertiò,ex huiusmodi probat oppositum conclusionis.Arguit ergo contra primum.Primò,Iustitia facit ordinationem rationis,quæ est circa finem. ergo falsum dicitur, &c.Antecedens patet: quia sunt aliquæ leges in iure de ipso fine:vt quòd Deus est summè diligendus:quòd Deus est colendus summo cultu.Iustitia siquidem legalis facit vniuersaliter ordinationē cuiuscunque legis participari ab appetitu subditi. Vnde transgressor illius dicitur & est iniustus.Secundò,ad idem.Humilitas facit hominem subiectum cuicunque legi siue diuinæ,siue humanæ,siue de fine,siue de iis quæ sunt ad finem. ergo & iustitia legalis adæquat istam ordinationem.Alioquin humilitas faceret vniuersaliorem ordinationem quàm iustitia:quod non concederet opinans.Deinde arguit contra secundum,Iustitia facit habentem eam vniuersaliter esse subiectum ordinationi : ergo non differunt iustitia & humilitas in hoc.Probatur antecedens:quia hominem esse subiectum vniuersaliter ordinationi rationis est iustum: ergo aliqua iustitia iustum est. Secundò, quia iustitia non inclinat ad opera legis,nisi quia tenemur & subiicimur legi: ergo iustitia facit esse subiectum sicut & humilitas. Demum probat oppositū conclusionis:quia humilitas facit appetitum participem plurium ordinationum rationis quàm iustitia:ergo est excellentior ipsa.Antecedens probatur, quia iustitia non extendit se nisi ad præcepta, humilitas verò ad præcepta & cōsilia,vt patet in suscipientibus religionis cōsilia obedientię,& paupertatis.

¶ Pręterea,Iustitia & humilitas faciunt appetitum participem ordinationum rationis.Aut ergo eodem modo,aut diuerso :si diuersimode, detur varietas, & quæcunque dabitur,facilè refutabitur.Si eodem modo, ergo iustitia non est potior humilitate.

¶ Quintum dubium est de excellentia iustitiæ particularis supra humilitatē. Arguit siquidem contrā Martinus. Difficilius est vincere cupiditatem gloriæ quàm opum & diuitiarum : sed illud est humilitatis, hoc iustitiæ : ergo. Maior patet.Minor probatur,discurrendo per modos iustitiæ commutatiuę Et si dicatur quòd iustitia distributiua est etiam circa honores : arguitur secundò, Humilitas excellentius ad eadem bona impellit & à malis retrahit quàm iustitia:ergo est excellentior.Probatur Antecedens:tum primò , quia humilitas liberius hæc facit: quoniam non habet retractorē ab iiuria, sicut iustitia, habet retractorem, s. illum , cui fieret iniuria:tum secundò , quia humilis in dubiis contra se censet pro alio , iustus autem non semper, sed recurrit ad iudicem. Arguit tertiò, Si omnes essent verè humiles,non esset opus iustitia particulari. Sed si omnes essēt iusti, adhuc esset opus humilitate:ergo humilitas potior est iustitia particulari.Antecedens pro prima parte probatur,quia non esset inordinata cupiditas rerum pro qua opus est iustitia.Secunda pars probatur,quia stat aliquem nolle alienum,& tamen ita appretiari temporalia,vt magis pro eis quā pro spiritualib. laboret. Et hoc ex defectu humilitatis,quia appretiat tēporalia plusquàm in veritate sint. *D.711. & 898.* Arguit quartò argumēto sancti Thomæ,quod est primum in litera, s. humilitas cum iniustitia est melior quā superbia cum iustitia:ergo.

¶ Ad euidētiam comparationis inter intellectuales virtutes & humilitatem seu morales virtutes , quia maxima vis & difficultas consistit in hoc , quòd bonitas moralis præfertur bono intellectus, quod est veritas , sicut malitia moralis peior est malo intellectus,quod est falsitas:ideo scito quòd bonitas moralis potest sumi dupliciter. Vno modo,large , vt comprehendit omnem in se bonitatem omnis appetitus rationalis. Et sic quia comprehendit in se etiam bonitatem virtutum theologalium, s. spei & charitatis , bonitas moralis sic accepta est extra propositum .Quoniam hic est sermo de virtutibus moralibus vt distinctis à virtutibus theologicis:vt patet in litera.Alio modo, vt solum extenditur ad virtutes quæ propriè vocantur morales, s. iustitiam, fortitudinem , temperantiam & partes earum Et sic solùm sumenda est in proposito bonitas moralis. Et quemadmodum distinctum est de bonitate morali,ita distinguendum est de malitia morali & malo culpæ:quoniam esse malum moraliter seu culpabiliter cōtingit dupliciter.Vno modo,vt extendit se ad malum contra virtutes theologicas:& sic non est ad propositum.Alio modo , vt præcisè continet malum virtutibus moralibus propriè dictis oppositum: & sic solum est ad propositum propter eandem rationem. Ita q; sermo præsens est de malo culpabiliter secundum vitia moralia, seclusa culpabilitate quā habet ex eo quod contrariatur charitati,quæ est virtus theologica.Et quia culpæ non habent rationem peccati mortalis directè,nisi inquantum opponuntur charitati diligenti bonum diuinum in seipso & distinguenti inter filios Dei & perditionis:licet fundamentaliter habeant in se vnde sunt dignæ morte æterna culpæ nocentes proximo,vt homicidia,adulteria , & eiusmodi. Hinc videre potes quantum adimitur mali istis malis moralibus , vt sunt in præsenti consideratione & comparatione , secundum illud, s.malitiæ & culpæ quod directè & secundum proprias rationes ex suis propriis generibus præcisè important.

¶ His igitur prælibatis,scito quòd virtutes intellectuales , vt in præcedenti lib.q.66.art.3.diffusè habes ab Autore,præstant simpliciter moralibus, quia ex obiecto quod est verum abstractius, &c.habent quòd sint substantialiter nobiliores.Sed secundum quid sunt nobiliores morales,s.in ordine ad agendum.Et ex hac nobilitate secundum quid habent quòd dicamur simpliciter boni ex moralibus virtutibus. Et sic falsitas est peius quid in se quàm malitia moralis,vt istis virtutibus moralibus præcise opponitur , quia tollit nobilius bonum in se.Sed huiusmodi malitia moralis est peius quid nobis: qa tollit nobis magis bona, quia magis necessaria: & secundum quæ dicimur boni simpliciter.Nec tradidi inter hæc obliuioni doctrinam Autoris in Prima parte q.48.art 6.Vbi probat malum culpę habere plus rationem mali quā malum pœnę,quoniam hæc non contrariatur illis:quoniam loquitur de malo culpæ viuersaliter,vt opponitur etiam charitati,vt patet in secunda ratione quæ præcipua est,& fundatur super hoc,quia malum culpæ opponitur bono diuino in seipso. Prima autem ratio non plus exigit quā quòd culpa plus habeat de ratione mali nostri,quia ex ordine ad nos sumitur.Et hāc glossam habes ex loco allegato Prima secundæ. Vel dicendum , quòd malum culpæ est magis malum simpliciter quàm falsitas,inquātum est malum pœnę.Nos autem hic loquimur de malo falsitatis in se abstrahendo à ratione pœnæ.

¶ Ad primam ergo obiectionem in primo dubio negatur consequentia:quoniam actus qui est malus culpabiliter non vt sic, sed vt bonum rationis , est melior substantialiter quàm inculpabiliter sit melior moraliter. Et per hoc etiam patet solutio secundæ.Nā concesso toto,nihil aliud habetur nisi quòd appetitus est melior moraliter.Et per idem patet ad tertium. Nam conceditur quòd velle bene est melius moraliter quàm scire.Scire tamen est melius secundum se simpliciter.

¶ Ad probationem ex regula secundi Priorum, c.22. dicitur q; ex regula illa non potest concludi nisi quod est eligibilius.Sed quoniā eligibilius est quandoque

est maxima virtutum.

Serm. 10. to.10.

¶2 Præterea, Aug.dicit in lib.de Verb.Domini*: Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis,de fūdamento prius cogita humilitatis.Ex quo videtur q; humilitas sit fūdamentū omniū virtutū. ergo videtur esse potior aliis virtutibus.

¶3 Præterea , Maiori virtuti maius debetur præmium. Sed humilitati maximum debetur præmium : quia qui se humiliat exaltabitur, vt dicitur Lucæ 14. ergo humilitas est maxima virtutum.

Cap.16. *par.3. ca.18.*

¶4 Pręterea,Sicut Aug.dicit in lib.de Vera religio.*Tota vita Christi in terris per hominem,quem suscipere dignatus est, disciplina morū fuit:præcipuè humilitatem suam imitandam proposuit , dicens Matth. 11. Discite à me , quia mitis sū & humilis corde.Et Greg.dicit in Pastora.* quòd argumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas Dei.ergo humilitas videtur esse maxima virtutum.

¶ SED CONTRA est, quòd charitas præfertur omnib.virtutibus secundū illud Colossens.3.Super omnia charitatē habete. Non ergo humilitas est maxima virtutum.

¶ RESPONDEO dicendum,quòd bonum humanæ virtutis in ordine rationis consistit:qui quidem principaliter attenditur respectu finis. Vnde virtutes theologicæ quæ habent vltimum finem pro obiecto,sunt potissimæ. Secundariò autem attenditur prout secundum rationem finis ordinantur ea quæ sūt ad finē. Et hæc quidem ordinatio essentialiter consistit in ipsa ratione ordinante: participatiuè autem in ipso appetitu per rationem ordinato. Quam quidem ordinationem vniuersaliter facit iustitia,præsertim legalis. Ordinationi autem facit hominem bene subiectum humilitas in vniuersali,quantum ad omnia: quælibet autem alia virtus quantum ad aliquam materiam specialem. Ideo post virtutes theologicas & virtutes intellectuales, quæ respiciunt ipsam rationem : & post iustitiam, præsertim legalem , potior cæteris est humilitas.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum , q; humilitas iustitiæ non præferē, sed iustitiæ,cui superbia coniūgitur,quæ iam desinit esse virtus:sicut econtrario peccatū per humilitatem remittitur.Nam de Publicano dicitur Luc. 18.quòd merito humilitatis descendit iustificatus in domū

non quod est in se melius,sed qđ est nobis melius: ideo ex regula nihil habetur contra nos.Verbi gratia, Constat quò I visus est nobilior quàm gustus,etiam vt tactus quidam.Et facta combinatione iuxta illam regulam scilicet gustus cum cæcitate,& visus cum insensibilitate gustus, cōstat quòd est eligibilior gustus cum cæcitate , quàm visus cum insensibilitate gustus: quia gustus est nobis magis necessarius.Et tamen visus est secundum se nobilior gustu & tactu.Et sic est in proposito , quòd eligibilius est bene moraliter agere cū falsitate in intellectu, quàm veritas in intellectu cum malitia morali, non quia melius in se, sed nobis. Ad quartam dicitur,q; actus intellectus practici, inquātum est secundū se verus & bonum intellectus,non ordinatur ad appetitum & opus vt ad finem,sed inquantum practicus : sic est gratia operis,vt latius declaratum in superioribus est:nec oppositum docuit Aristo.

¶ Ad secundum dubium dicitur,quòd non est ibi nisi mutatio vocabulorum quo ad distinctionem.Quoniam habere ordinem rationis vt verum,& habere per modum prosecutionis aut fugæ,nihil aliud est quàm habere illum essentialiter,& participatiuè.Id verò quod additur,s.quod habere ordinem rationis per modum prosecutionis & fugæ,conuenit voluntati & electioni essentialiter,est conditio diminuens : sicut si quis diceret quod esse rationale per participationem conuenit per essentiam appetitui.Esse enim sic rationale per essentiam diminuit ab eo quod est esse rationale per essentiam.Et ideo solutio nulla est.

¶ Ad tertium dubium dicitur,iuxta prius dicta,quòd bonitas moralis talis,s. vt sit precisè per virtutes morales,non est excellentior secundum se bonitate intellectus,quæ est veritas Et quum dicitur, Cum ista stat culpa,quæ est summum malum,cum illa non:ergo. Respondetur quòd nobilitas substantialis rerum non pensatur ex extraneis,sed ex propriis: & propterea non pensatur ex connexis quæ sunt extra rationes rerum,sed ex propriis substātiis.Et propterea dicitur, quòd quum culpa quæ est summum malum,non sit quæcunque culpa , sed opposita theologicæ virtuti : & ista sit extra virtutes intellectuales & morales penes coniunctionem vel separationem ab illa,non attenditur nobilitas substantialis virtutum,sed nobilitas secundum quid. Et propterea simpliciter negetur consequentia,propter rationem dictam. Quāuis ad hominem,s.non tenentem connexionem virtutum,possit negari assumptum: quoniam & cum intellectuali & cum morali præcisè stat culpa , quæ est summum malum,s.consistens in peccato contra charitatem Dei.Ad secundam obiectionē dicitur,quòd si moraliter loquimur in hac vita iuxta Arist. Minor est falsa,quia beata vita consistit in virtute intellectuali , quæ est sapientia,vt patet in 10.Eth.Si autē loquimur theologicè,sic falsa ēt est Minor: quia non humilitate,sed charitate immediatè bene beatéque hic viuitur.

¶ Ad quartum dubium de iustitia legali scito,quòd iustitia legalis potest sumi dupliciter.Primò propriè , vt est quædam specialis virtus omnia in bonum commune dirigens: vt de ea in 5.Eth.& superius tractatur. Alio modo, communiter prout omnis lex quomodolibet iustitia legalis dicitur.Si sumatur propriè,sic supponit ordinem ad finem:sicut medicina appetitum sanitatis:& inclinat ad ordinem eorum quæ sunt ad finem. Et quoniam ab Autore sumitur propriè,vt decet tantum Doctorem : ideo actum proprium eius ponit respectu eorum quæ sunt ad finem.Cum quo tamen stat,quòd præcepta respectu ordinis ad finem,ad iustitiam legalem spectent, non vt actus eius,sed vt præambula & principia eius,vt patet superius in quæstione de pręceptis fidei & spei. Nam de trium theologicarum virtutum actib.præcipuè vniuersaliter non est iustitia legalis,à quo primo sunt pręcepta Decalogi,sed ad iustitiæ legalis principia spectat.

¶ Ad primum ergo contra iustitiam legalem negatur,quòd faciat ordinem ad finem.

¶ Ad probationem dicitur , quòd lex de dilectione Dei , Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,&c.est iustitiæ legalis principium , non effectūs.Lex autem de cultu Dei est quidem à iustitia legali,sed non est ordinis ad finem,sed ordinis eorum quæ sunt ad finem.Est enim de actu religionis cuius non est Deus obiectum,vt patet ex supra dictis.Ex hoc autem quòd cuiuscunque rectæ legis transgressor dicitur iniustus , accipiendo iniustitiam proprie,nihil aliud habetur nisi quòd omnis lex antiquo modo spectat ad iustitiam legalem,s.vel vt præambulum seu principium vel vt actus,&c.& non habetur quòd quælibet lex sit à iustitia legali proprie.

¶ Ad secundum dicitur primo quòd nullum inconueniens est humilitatem ad plura se extendere quàm iustitia legalis:quia principia iustitiæ legalis nō sunt omnino extra iustitiam legalem , sed ea quæ sunt à iustitia legali. Nec hoc Autor reputat inconueniens:quia humilitas etiam ad ea quæ theologalium virtutum sunt,se extendit.Dicitur secundo,& subtilius,quòd licet ordo ad finem secundum se non fiat à iustitia legali,sed supponatur: idem tamen ordo ad finem ex parte creaturæ rationalis,quæ ordinatur in finem,fit à iustitia legali.Verbi gratia,diligere Deum super omnia,non est secundum se à iustitia legali,quia est de Deo obiecto & fine.Deus autem est supra omne bonum commune supra totum vniuersum,vt patet 12. Metaph. Sed idem diligere Deum super omnia vt bonificat partes vniuersi,s.ipsas creaturas rationales diligentes Deum super omnia , cadit sub iustitia legali , ad quam spectat omne bonum partis ad totum ordinare.Et sic æque vniuersalis est ordinatio,quam facit iustitia legalis,cum ea quam suscipit humilitas: quoniam vtraque ad omnia se extendit, ita quòd in actibus consistentibus in ordine ad finē, quia inuenitur aliquid quod est de genere eorum quæ sunt propter finem,saluatur & extensio vniuersalis iustitiæ legalis ad omnes actus,& propria eius ratio seu differentia,s.quod est formaliter respectu eorum quę sunt ad finem.Et ideo distinguendum est illud consequens,s. ergo iustitia legalis adæquat ordinationem humilitatis. Quoniam adæquare illam contingit dupliciter,s.vel quo ad numerum bonorum:& sic conceditur,quia quotcunque bona respicit vna,respicit alia : vel quo ad rationes bonorum : & sic non oportet adæquationem quærere,quoniam non facit magis vel minus vniuersalem ordinationem.Et iustitia legalis sub alia ratione respicit omnia,& sub alia humilitas:alioquin non essent distinctæ virtutes formaliter.Nec sit quispiam molestus aut solicitus, propterea quòd dicam leges esse actus iustitiæ. Claritas enim doctrinæ , vt percipiantur melius responsiones argumentorum,id efficit , & secundum veritatem appetitus conformis legi in ordine eorum quę sunt ad finē , à iustitia legali est. Appetitus verò finis secundum se, principium est legalis iustitiæ. Vnde nihil refert ad propositum dicere legem , & dicere appetitum lege regulatum, esse à legali iustitia, vel illius principium:quoniam hinc nulla est difficultas in proposito.

¶ Ad obiecta contra secundum dictum de differerentia inter iustitiam legalem & humilitatem,respondendo dicitur,quòd in litera ponitur differentia inter eas penes facere ipsam ordinationem vniuersaliter,& facere hominem bene subiectum ordinationi vniuersali.Hæc autem,vt ipsa verba sonant,distant sicut agens & patiens. Iustitia nanque dum facit voluntatem & executionem prout cuilibet & toti debetur,ordinationem rationis vniuersaliter ponit in actibus:humilitas verò,dum ex diuina reuerentia ad omnia homo tendit vt indignus , per modum subditi,animū ad omnē rōnabilem ordinationem parat.Quum ergo dicitur,Esse subiectum legi est iustum,ergo est à iustitia : conceditur totum Sed non est contra propositum:quoniam,vt toties dictum est, in diuersis virtutibus differentia earum sæpe assignatur penes actus principales , & non semper penes actus proprios cum præcisione,scilicet quòd ita hic actus conuenit isti virtuti quod non illi, sed quia iste actus est actus principalis istius,& non principalis illius,& econtra:non affirmando nec negando,si potest illi alteri aliquo modo hic actus conuenire. Sic autem est in proposito, quòd iustitiæ principalis actus est facere seu ponere rationis ordinem in omnibus:quia omnia ad commune bonum sunt ordinabilia,humilitatis autem præcipuus est actus per modū subditi ad omne rationabile se præbere. Cum quibus stat,quòd esse subiectum,sit à iustitia secundario Iustitia enim,vt iustitia,non facit iustum subditum:alioquin Deus,cui repugnat ratio subditi, non esset propriè iustus.Sed ex iustitia in aliquo prouenit quòd sit subditus. Et sic patet quòd non est actus principalis iustitiæ,sed effectus quidam eius in aliquo. Vnde in diffinitione iustitiæ non ponitur subiectio , sed debitum, quum dicitur,Ius suum vnicuique tribuens.Humilitas autem etiam ex ipsa voce delectationem sonat.Potest quoque dici quòd est æquiuocatio de subiectione.Nam esse subditum sub ratione debiti legalis seu simpliciter,est effectus quidam iustitiæ.Sed esse subditum ex quodam debito morali ob diuinam, s.reuerentiam tribuitur humilitati. Et sic vndique ruunt ambæ rationes Martini contra differentiam in modo respiciendi ordinationem rationis vniuersaliter Quoniam solidum restat & quòd distinguūtur quo ad hoc sicut agens & patiens,quo ad actus principales:& quòd subiectio quam facit in homine humilitas , est alterius rationis ab illa quæ est effectus iustitiæ, à qua dicitur iustum esse hominem subiici legi.

¶ Ad obiecta demum in eodē dubio cōtrà conclusionem ipsam respondeo.

¶ Ad primum dicitur,quòd aliquid spectare ad aliquam virtutem potest dupliciter contingere: vel vt necessarium ad illam virtutem , ita quòd oppositum corrumperet aut minueret illam virtutem,vel vt ad supererogationem illius,& quòd non minus ad supererogationem legalis iustitiæ spectant consilia in ordine ad commune bonum,quàm ad supererogationem humilitatis spectent eadem in ordine ad proprium bonum ipsius hominis.Si quis tamen memor fuerit illius propositionis,quod nullum est consiliū quin quandoque cadat sub præcepto , perspicere poterit quòd iustitia legalis adæquat humilitatem quo ad consilia dupliciter. Primò , quia omnes eosdem actus respicit vt debita in casu. Et sic saluatur adæquatio vniuersalis:quia nullus est actus cadens sub consilio quin etiam cadat sub debito.Secundò, quia etiam sub ista ratione,inquantum est sub consilio,ad vtriusque supererogationem spectant.Optimi enim legislatoris est non solùm debitos actus præcipere,sed etiam expedientes ad commune bonum consulere. Vnde in lege dicuntur contineri non solùm præcepta , sed mandata quæ apud Hieronymum sunt de consiliorum actibus.

¶ Ad secundum verò dicitur,quod assignata est in litera diuersitas modi,& declarata:& obiectionibus est satisfactum.Et non solum non expugnabitur, sed nec faciliter bene oppugnabitur.

¶ Ad quintum dubium de iustitia particulari aduertendū est quòd radix vnde excellentia iustitiæ particularis supra humilitatem pullulat,est illa quam Aristot. in quinto Ethicorum, & in primo Rhetoricæ, & Autor superius docuit:quia scilicet iustitia virtus est bona non solū habenti , sed directè est ad bonum alterius.Hoc enim maximum virtutis opus & pręcipua laude dignū censetur,vt patet in locis allegatis Humilitas aūt non directè,nisi habentis, est bonum:sicut & cæteræ virtutes morales , quæ circa passiones ponuntur. Vnde ad primum argumentum respondendo dicitur,quòd falsum est iustitiā esse circa cupiditatē opum & diuitiarū , auaritia enim est circa huiusmodi passionem.Iustitia autem non est virtus circa passiones,sed circa operationes ad alterum,vt sic.Ad probationem dicitur, quòd discurrendo per modos cōmutatiuæ iustitiæ,nunquam inuenitur quòd sit circa passionem cupiditatis sed circa operationes ad alterum: quæ sunt commutationes. Difficilius autem est exhibere se hominem bonum ad alterum quàm ad seipsum.

¶ Ad secundum dicitur , negando Antecedens : quia excellentius est impellere ad bonum alterius vt sic, vt facit iustitia , quàm impellere ad bonum alterius, inquantum redundat in proprium , vt facit humilitas. Et quia penes hunc modum seu hanc rationem attenditur differentia & nobilitas substantialis , ideo iustitia est substantialiter nobilior humilitate. Cum quo stat quòd humilitas sit secundum quid nobilior:sicut accidens respectu substantiæ,sicut magnanimitas respectu iustitiæ:qa scilicet habet quo ad aliquid conditionem aliquam nobiliorem,puta si magis ex amore libero im

Hom. de incompr. Dei natura,to.5. et Hom. de publ. & phar.to.1.

suam.Vnde & Chrysostomus*dicit, Geminas bigas mihi accommodes,alteram quippe superbię & iustitiæ,alteram verò peccati & humilitatis: & videbis peccatum peruertens iustitiam non propriis, sed humilitatis vincere viribus.Aliud verò videbis deuictum nō fragilitate iustitiæ,sed mole & tumore superbiæ.

¶ Ad secundum dicendum, q; sicut ordinata virtutum cōgregatio per quandam similitudinem ædificio comparatur, ita etiam id quod est primum in acquisitione virtutū, fundamento cōparatur quod primò in ędificio iacitur.Virtutes autem vere infundūtur à Deo.Vnde primum in acquisitione virtutum potest accipi dupliciter.Vno modo per modum remouētis prohibens.Et sic humilitas primū locum tenet.In quantū,s.expellit superbiā, cui Deus resistit,& præbet hominem subditum & patulum ad suscipiendum influxum diuinæ gratiæ , inquantum euacuat inflationem superbiæ.vnde dicitur Iacobi quarto , quòd Deus superbis resistit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pellit, & si quid aliud est eiusmodi: vt puta, si in dubiis suam dictionem eligeret. Hæc enim secundum quid ad nobilitatem spectant. In cuius signum liberalitas, quæ plus haberliberi amoris, non est excellentior iustitia.

¶ Ad tertium dicitur, quòd quia humilitas præsupponit iustitiam sicut accidens subsitantiam. Appetitus enim per modum subditi ad Deum, & id quod Dei est, supponit iustitiam, qua homo Deo, & id quod ex parte se tenet hominis, ei quod ex parte se tenet Dei, ius suum tribuit: ideo conditionaliter illa, Si omnes essent humiles, non esset opus iustitia, destruit seipsam: quia ex hoc ipso, quòd ponuntur humiles, præsupponitur iustitia. Sicut si quis diceret. Si omnes essent liberales seu magnanimi, non esset opus iustitia, quum vtraque virtus super iustitia fundetur: & illa non suppositа, non virtutes, sed vitia essent. Quemadmodum etiam humilitas, nisi super iustitia fundetur, qua vnicuique ius suum debetur, vtilitas animi & deformitas humana esset. Dicitur nihilominus, secũdum earum præcisè rationes formales loquendo, quòd falsa est dicta cõditionalis: quoniã dato q̃ omnes homines essent humiles, ac per hoc sibiipsi boni, opus esset virtute qua directè essent boni aliis. Hæc autem est iustitia. Ad probationem iam patet quod falsum assumit, q̃ iustitia sit circa cupiditatẽ. Est enim circa operationes ad alterum vt sic: quas non humilitas, sed iustitia directè rectificat vt patet in 5. Eth.

¶ Ad quartum sufficit responsio Autoris, quæ examinabitur.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli quinti, dubium ex Martino ibidem occurrit, arguente contra hanc responsionem, dicendo quòd iudici o suo non satisfacit: tum primò quia non videtur verisimile quòd vera iustitia per aduentum superbiæ desinat esse iustitia. Probatur. Pono quòd aliquis habuerit multos actus iustitiæ, & postea extollat se de illis. Aut igitur nunc ita est quòd illi actus fuerint rectæ rationi conformes aut difformes: si conformes, semper fuerunt actus iustitiæ: si difformes, nunquam fuerunt actus iustitiæ. Tũ secundò, quia hæc solutio non videtur conformis intentioni Chrysostomi, qui intendit magnis præconiis humilitatem extollere Nam quæ magna humilitatis laus, si excedat apparentem iustitiam, quæ potius iniustitia est, quàm vera iustitia? Et rursus ex hoc quòd humilitas iuncta peccato excedit iustitiam, infert quòd iuncta iustitię assistit diuino tribunali in medio angelorum: vbi ascensum illum magis humilitati quàm iustitiæ attribuere videtur. Tum tertiò, quia secundum Chrysostomum humilitas non pertransit iustitiam propter fragilitatem iustitiæ, sed propter tumorem seu molem superbiæ: ergo non loquitur ibi de iustitia quæ propter iunctam superbiam desinit esse iustitia. Antecedens patet per illa verba, Geminas mihi bigas, &c. in quarto, quia humilitas vincit superbiam, superbia vincit iustitiam. ergo humilitas vincit iustitiam: ac per hoc est potior. Consequentia est nota, & partes Antecedentis patent ex allegata autoritate.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quòd solutio est sufficiens. Et quòd sicut peccatum præexistens desinit quo ad maculam & reatum æternæ mortis esse in homine per humilitatem, ita vera iustitia præexistens desinit esse quo ad rationẽ virtutis & meriti vitæ æternæ in homine per superuenientem superbiam. Nec hoc est verisimile, sed verissimum.

¶ Ad primum ergo in oppositum dicitur, quòd gratis conceditur verum esse, quòd actus qui semel fuerunt iusti, semper verum sit dicere quòd fuerunt iusti: sed non est semper verũ quòd remaneant in habitu & virtute, aut merito iustitiæ: quoniam per superuenientem superbiam perdit habitus rationem virtutis, & perditur meritum æternæ vitæ, sicut econtra post pœnitentiam habitus vitiosi remanentes non remanent in ratione vitij.

¶ Ad secundum dicitur, quòd conformis est expositio Autoris Chrysostomi intẽrioni. Nam præconium magnum humilitatis est vincere molem reliquorum peccatorum, & suum oppositum opprimere molem tantæ iustitiæ: vnde non præfertur iustitiæ apparenti, sed quia per suum oppositum desinit esse vera. Ita quòd laus humilitatis non est in comparando has virtutes inter se, sed in magnificando vires humilitatis & superbiæ. Vnde expresè Chrysosto. dicit bigam iustitiæ & superbiæ non defectu iustitiæ, sed mole superbiæ succumbere. In hoc ergo est magna humilitatis laus, quòd ipsa omnia peccata destruit, & suum oppositum destruit omnes virtutes. Et pro responsione opposĩti, dicitur, quòd vincit iustitiam: quod Autor expressit, vincere non iustitiam, sed iustitiam quæ desinit esse iustitia per superbiam, quæ destruxit illam. Iustitia siquidem, virtutis nomen est. Ad id verò quod iursus adiungitur, dicitur quòd ex quo humilitati attribuitur ascensus ille ex adiuncta iustitia à Chrysost. manifeste patet quòd principaliter iustitiæ & exequutiæ humilitati ascensus ille attribuitur.

¶ Ad tertium dicitur, quòd consequentia non valet: quoniam ex hoc quòd Chrysostomus dicit, non ex defectu iustitiæ, ostendit, quòd non de apparente sed vera secundum se iustitia loquitur: quæ non ob sui defectum ex se, sed ex adiunctæ superbiæ mole succumbere innenitur: ita quod non intendit, quod etiam coniuncta superbia vires suas iustitia habeat: sed quòd quæ ex se non deficerer, ex adiuncta superbia deficit.

¶ Ad quartũ dicitur, quòd consequentia nihil valet: quia variatur ratio vincendi, & æquiuocatur de victoria. Humilitas namque vincit superbiam, sicut vnum directè contrarium vincit aliud. Superbia quoque vincit iustitiã, etiã sicut vnum contrarium virtualiter vincit aliud. Et sic in vtraque parte antecedentis sermo est de victoria vnius contrarij respectu alterius: & in consequenti est sermo de victoria excellentioris nobilitatis, qua id dicit vincere quod est nobilius, manifesta est æquiuocatio victoriæ, vt dicitur de congressu contrariorum, & vt dicitur de comparatione rerum in nobilitate. Est etiã & alius in hoc argumento de fcẽtus, q̃ quia contraria mutuo se expellunt, quandoque superbia vincit humilitatem. Scriptum est enim Sapientiæ primo, quòd Spiritus sanctus corripietur à superueniente iniquitate.

¶ In responsione ad secundum eiusdem art. dubium ex Martino ibidem occurrit contra hanc responsionem arguente, quia hæc solutio non euacuat rationem: tum primo, quia conclusio non comparat humilitatem nisi ad alias virtutes morales. Fides autem non est virtus moralis. Tum secundo, contra opinionem, quòd humilitas non est fundamentum virtutum, nisi quia remouet prohibens, arguitur sic, Remouere prohibens, hoc est, superbiam in proposito, conuenit non solùm humilitati, sed alteri vitio extremo cõtrario superbiæ: ergo per remouete prohibens humilitas non habet ratio nem fundamenti, nisi etiam dicatur quòd esse virtutum fundamentũ conuenit etiam illi alteri vitio, &c. Tum tertio, Illud quod inclinat in actus omnium virtutum positiuè & directè est fundamentum virtutũ, & non tantum quia remouet prohibens. Sed humilitas mediante suo actu elicito, inclinat in actus omnium virtutũ. ergo. Maior est certa. Et Minor probatur: quia contemptus rerum externarum, & sui inclinat in actus omnium virtutum.

tur cęlestes thesauri: secundũ illud Matt. 5. Nolite vobis thesaurizare thesauros in terra, sed thesaurizate vobis thesauros in cælo. Et similiter contemnentib. mundi gaudia, promittuntur consolationes cælestes, secundum illud Matth. 5. Beati qui lugent: quoniã ipsi consolabuntur. Et eodem modo humilitati promittitur spiritualis exaltatio: nõ quia sola ipsã mereatur: sed quia eius est proprium contemnere sublimitat em terrenam. Vnde Aug. dicit in libro de Pœnitentia, Ne putes eum qui se humiliat semper iacere, cum dicitum sit, exaltabitur: & ne opineris eius exaltationem in oculis hominum per sub limitates fieri corporales.

¶ Ad hoc dubium respondendo dicitur ad primum argumentum, quòd in litera humilitas comparatur omnibus virtutibus & non moralibus tantùm, vt patet intuenti literam. Quod si ipse Martinus ad modus tantum comparat, sibiipsi imputet si vniuersaliorem Autoris responsionem ad sua trahat, & non calumnietur responsionem Autoris.

¶ Ad secundum dicitur dupliciter. Primò, quòd sicut stat eundem esse auarum & prodigum secundum diuersos actus, ita stat eundem esse superbum & depressum respectu diuersorum, puta, quòd si superbus respectu excellentium operum absque sui recognitione ingerat se maximis: & ex alia parte ad aliqua parua, puta, ad ea, quæ sunt mansueti, &c. exhibeat se depressum. Et secundum hoc falsum est Antecedens, quòd oppositum virtium necessariò removet superbiã, quia stat cum ipsa. Ratio autem quare huiusmodi vitia contraria non se totaliter excludant, est quia malum consurgit ex particularibus defectibus. Ac per hoc vitium vnum remanet secundum aliquem actum, & aliud etiam secundum alium. Non sic autem est in virtute, quæ consurgit ex causa integra. Et vtrũque excludit extremum vitium, si virtus est.

¶ Secundò dicitur, quòd remouere prohibens contingit dupliciter, s. simpliciter & secundum quid. Illud quod sic remouet prohibens, quòd removendo vnum ponit aliud prohibens, non dicitur remouere p̃rhibens simpliciter, sed prohibens tale: puta, quia amouit ferrum, & posuit lignum prohibens graue à suo motu. Sed tunc dicitur simpliciter remouere prohibens, quando absque subrogatione alterius prohibentis removet prohibens: puta, si removet ferrum nihil aliud supponendo. Constat modo in proposito quòd humitas remouet prohibens simpliciter. Alterum autem vitium non removeret superbiam prohibentem, nisi supponendo seipsum etiam prohibens ædificium virtutum. Et secundum hoc falsum etiam est antecedens, s. remouere prohibens conuenit alteri extremo vitio: quia non ei iste actus simpliciter, sed secundum quid conuenit.

¶ Tertiò dicitur, quòd quia moralis sermo de virtutum ædificio est, verba sunt secundum subiectam materiam intelligenda: ita quòd sermo est non de qualitercunque aut ex quocunque principio removere prohibens. sed de virtuosè removere prohibens Hoc autem constat soli humilitati conuenire: ac per hoc antecedens etiam est falsum. Signum autem huius sensus est, quòd natura, quæ removet prohibens, s. superbiam, quia producit hominem non cum superbia, non propterea dicitur fundamentum virtutum. Est ergo sensus, quòd virtus removens prohibens est fundamentum virtutum, seu quòd virtuosè removere prohibens dat humilitati quòd sit virtuum fundamentum, & non quòd qualitercunque removens prohibens dat esse fundamentum virtutum.

¶ Ad tertium dicitur, quòd Maior est falsa. Nam & iustitia legalis inclinat ad actus omnium virtutũ, vt patet ex supradictis: & tamen non ponitur fundamentum virtutũ. Similiter magnanimitas inclinat ad actus omniũ virtutum dum in omnibus tendit ad magna, tamen non ponitur fundamentũ virtutum. Aliud ergo requiritur ad rationem fundamẽti, s. q̃ sit primum in ædificatione. Quod non probat Martinus conuenire humilitati per seipsam positiuè. Et oppositum ex prædictis argui potest, ex eo q̃ humilitas supponit iustitiam. Minor quoque non est vera, nisi secundũ quid: q̃n humilitas non inclinat per suũ actum ad omnium virtutũ actus in speciali, sed in vniuersali, pro quanto omnib. rationalibus subiicit hominẽ in his quæ Dei sunt. Sic aũt vel ex consequenti & indirectè inclinare in actus virtutum in speciali, extra propositum est argumenti per se, & directè positiuo fundamento virtutum.

¶ In responsione ad tertium, dubium est ex Martino ibidem. Nam ex hac solutione (Martinus inquit) habetur intentum, s. quòd humilitas sit potissima virtutum. Primò, Quia illa virtus quæ sibi appropriat maximum præmium, est maxima virtus. Sed humilitas appropriat sibi maximum præmium. Secũdò, Cui conuenit excellentissimus actus, est maxima virtus: humilitas est huiusmodi. Probatur quia humilitati (vt dicit litera) conuenit contemnere sublimitatem terrenam: hic autem contemptus videtur excellentissimus inter actus virtutum moralium.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd tam Maior quàm Minor est falsa. Maior quidem: nam virtutis excellentia non ex appropriatis, sed ex propriis substantialibus pensatur. Minor verò: quia exaltatio spiritualis non est formaliter maximum præmium, maius enim est fruitio diuina.

¶ Ad secundum dicitur, quòd contemnere sublimitatem terrenam non est maximus actus inter actus morales. Nam longè maior est communi bono rectè intendere, ad illud omnia ordinando, qui actus est iustitię legalis, quam to commune bonum diuinius est, quàm bonum vnius.

¶ In responsione ad quartum, dubium ex Martino occurrit ibidem contra hanc responsionem, dicente, quòd ista solutio refutatur sicut præcedentes. argumentum enim concludit quòd saltem humilitas est perfectior aliis virtutibus moralib. Tum etiam quia contemptus celsitudinis terrenæ est actus maximè excellens inter morales.

Ad hæc

¶ Ad hæc dicitur, quòd non egent alia responsione: quia soluta sunt quæ obiicit. Et argumentum non concludere humilitatem esse maximam virtutum etiam moralium, ex eo manifestum est, quod ipsam esse maximam simpliciter non habetur ex commendatione Domini. Nec aliunde probatur quòd inter morales sit maxima: sed oppositum monstratum est.

¶ In eodem 5. art. q. 161 restant adhuc tres quæstiones. Prima est, quo pacto humilitas est virtus moderatiua spei, & cum hoc est circa omnia. Constat enim quòd spes non est circa omnia, sed circa arduatantum, & constat non omnia esse ardua. Patet autem humilitatẽ esse circa omnia, & ex litera huius articuli, dum dicitur quòd humilitas facit hominẽ bene subiectũ ordinationi rationis quantum ad omnia: & ex litera sequentis articuli, vbi humilitatis gradus ponitur, inutilem & indignũ ad omnia se æstimare & fateri.

¶ Secunda quæstio est, quo pacto contemnere sublimitatem terrenam est proprius humilitatis actus, vt in litera dicitur in responsione ad tertium: cũ & hic actus cõmunis sit magnanimo, & non sit principalis humilitatis actus: quoniam actus eius principalis est respectu sperandorum, quum sit moderatio spei: & non respectu despiciendorum, ad quæ ex consequenti humilitatis virtus respicit.

¶ Tertia quæstio est, an locus assignatus humilitati, s. post theologales & intellectuales virtutes, & iustitiam, sit suus simpliciter vel secũdum quid: hoc est an humilitas sit cæteris nobilior, an secundum quid. Et est ratio dubij, qa superius religio prælata est omnib. moralibus, vt patet quæ. 81. quia religio magis de propinquo accedit ad Deum quàm aliæ virtutes morales, vt potet operans ea quæ directè & immediatè ordinantur in honorem diuinum. Et in q. 104. obedientia præfertur reliquis virtutibus moralibus: quia per se loquendo, maius bonum propter Deum contemnit, s. propriam voluntatem. Et in q. 123. datur primum locus post iustitiam fortitudini, quia est conseruatiua boni rationis contra pericula mortis quæ sunt maxima. Accedit etiam ad hæc, quòd in q. 30. misericordia præposita est omnibus virtutibus quæ sunt ad proximum: quia est potioris actus. Nam supplere defectum alterius inquantum huiusmodi, est superioris & melioris. Et sic quia iustitia est ad proximum, sequitur quòd misericordia præcedat iustitiam, ac per hoc humilitatem.

¶ Ad primam q. dupliciter dici potest. Primò, quod humilitas est circa secundum se ardua directè, vt propriam materiam, sed est circa omnia per quandam redundantiam: quoniam consentaneum rationi est, vt qui in bonis arduis suum moderatur appetitum, multò magis in bonis mediocribus, quæ minus sunt appetibilia, se moderetur. Secundò, quòd humilitas est directè respectu omnium, s. arduorum secundum se, & non arduorum in se, sed tamen omnium est sub ratione ardui, quia quæ non sunt in se ardua, induunt rationem ardui relata ad humilem: quia induunt rationem diuini. Ad omnia siquidem bona se habet humilis vt ad ea quæ Dei sunt, Primæ responsioni obstat, quòd oporteret vnam virtutem ponere circa moderamen appetitus respectu mediocrium, sicut præter magnanimitatem oportuit aliam virtutẽ ponere: cùm excellentia mediocris non minus sit motiua appetitus, quàm honor mediocris: & humilitas circa excellentiam, sicut superbia est, quemad modum magnanimitas circa honorem. Secundæ autem responsioni consonat vnitas tam vniuersalis superbiæ ad omnia se directè extendentis. Et propterea dicendum videtur cum Autore in litera, quòd humilitas est circa omnia in vniuersali, inquantum scilicet habent rationem cuiusdam ardui, & non secundum suas speciales rationes. Et quia circa bonum arduum sine in se, siue vt relatum, est spes: ideo cum his stat quòd humilitas sit circa spem.

¶ Ad secundam quæstionem dicitur, quòd quia humilitatis principalis actus est reprimere appetitum à sublimibus, & à sublimiter se habere: hic est enim modus, hoc est frænum quod humilitas spei apponit ex reuerentia diuina: & hoc virtualiter est contemnere sublimitatem: ideo cõtemnere sublimitatem terrenam, humilitatis dicitur esse proprium: vt pote spectans ad proprium eius actum, & non ad secundarium, sicut contingit in magnanimo, qui principali actu tendit in magna, non contemnit magna: quamuis etiam alia & alia ratione vterque contemnat terrena, vt patet ex rationibus magnanimi & humilis.

¶ Ad tertiam quæstionem dicitur, quòd cùm ista sit quæstio ad hominẽ, non potest melius determinari quàm ex illo loco vbi ex proposito explicitè Autor ipse hanc quæstionem de nobilitate simpliciter vel secundum quid moralium virtutum tractat. Cætera siquidem ad illam referenda sunt regulam. Constat autem quòd in præcedenti lib. in q. 66. ar. 4. ex proposito comparans virtutes morales, distinguit quòd vna potest esse nobilior altera secundum suam speciem dupliciter: simpliciter, vel secundum quid. Et declarat pones quid attenditur maior perfectio simpliciter, s. penes relucentiam maioris boni rationis: ita quòd illa moralis virtus in qua maius rationis bonum relucet, est simpliciter maior. Et subsumitur quòd iustitia est prima, quia propinquior bono rationis & quòd inter virtutes, quæ sunt circa passiones, tanto maius bonum rationis relucet in aliqua, quanto appetitiuum motum circa maiora, rationi subditum reddit. Et propterea quia fortitudo appetitiuum motum circa vitam, quæ est maximum omnia comprehendens, rationi subdit, primum tenet locum. Et deinde temperantia, quàm circa ea quæ immediatè ordinantur ad vitam conseruandam, appetitum subiicit rationi, locatur. Et concludit, Et sic illæ tres virtutes simul cum prudentia, dicuntur esse principales etiam dignitate. Et statim aggrediendo secundum membrum subdit, secundum quid autem aliqua virtus dicitur esse maior secundum admiculum vel ornamẽtum. Et dat exẽplum, Sicut subsistantia est nobilior simpliciter accidente, accidens autem nobilius substantia secundum quid. Et secũdum hanc sententiam dicetur quòd humilitas non est, simpliciter loquendo, immediatè post iustitiam, sed ante illam est tam fortitudo quàm temperantia. Et quod dicitur de humilitatis loco post virtutes cardinales, idem dicitur de supradictarum reliquarũ moralium virtutum locis. Omnes enim post cardinales simpliciter sunt: & excellentia earum supra aliquam cardinalium non nisi secundum quid intelligenda est, & hoc poterit apparere ex rationibus assignatis de excellentia earũ. Cuiuslibet enim excellentia considerata est secundum aliquam specialem conditionem. Verbi gratia, in misericordia posita est excellentia, quia superioris est subeunire. In religione, quia directè ordinat in diuinum honorẽ. In obedientia, quia maius bonum contemnit, scilicet sua singula bona considerando, cum tamen vita & vitæ conseruatio claudat summum quod in obedientia est, vt scilicet vsque ad mortem, hoc est, ptiuandum se vita, homo obediat. In humilitate, quia vniuersaliter facit hominem bene subditum rationi in vniuersali.

Infra q. 162. art. 4. ad 4. Et Matt. 3. c. 3. 4 Cap. 7.

ADSEXTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter distinguãtur duodecim gradus humilitatis, qui in regula beati Benedicti* ponuntur. Quorum primus est: corde & corpore semper humilitatem ostẽdere defixis in terram aspectibus. Secundus, vt pauca verba & rationabilia loquatur aliquis non clamosa voce. Tertius, vt nõsit facilis aut promptus in risum. Quartus, taciturnitas vsque ad interrogationem. Quintus, tenere quod habet communis monasterij regula. Sextus, credere & pronuntiare se omnibus viliorem. Septimus, ad omnia indignum & inutilem se confiteri & credere. Octauus, confessio peccatorum. Nonus, pro obedientia in duris & asperis patientiam amplecti. Decimus, vt cum obedientia se subdat maiori. Vndecimus, vt voluntatem propriam non delectetur implere. Duodecimus, vt Deum timeat, & memor sit omnium quæ præcipit. Enumerantur enim hic quædam, quæ ad alias virtutes pertinent, sicut obedientia & patientia considerata est secundum aliquam specialem conditionem. Verbi gratia, in misericordia posita est excellentia, quia superioris est subeunire. In religione, quia directè ordinat in diuinum honorẽ. In obedientia, quia maius bonum contemnit, scilicet sua singula bona considerando, cum tamen vita & vitæ conseruatio claudat summum quod in obedientia est, vt scilicet vsque ad mortem, hoc est, ptiuandum se vita, homo obediat. In humilitate, quia vniuersaliter facit hominem bene subditum rationi in vniuersali.

¶ Sed si diligẽtius doctrina Autoris perspecta fuerit, aliter dicendum est. Nã in allegato ex præcedenti libro loco Autor post locatam iustitiam in loco propinquo rationi, non tractat de reliquis virtutib. moralibus simpliciter, sed limitatè, i. de illis quæ sunt circa passiones: vt expresè monstrat subiungens. Inter alias autem virtutes morales, quæ sunt circa passiones. Et rursus idem postea de fortitudine subdit, quòd primum locum tenet inter virtutes morales quæ sunt circa passiones. Et propterea conclusio ex præmissis cum tali limitatione explanatis illata, scilicet quòd cardinales virtutes sunt principales etiam dignitate, non est aliter intelligenda, quàm secundũ quod ex præmissis sequitur, s. vt iustitia simpliciter, fortitudo autem & temperantia inter virtutes, quæ sunt circa passiones, sunt principales dignitate. Et hinc habes vnde humilitatis locus hic sibi assignatus, s. immediate post iustitiam non est ei ablatus: quoniam ipsa est subiectiue principaliter in voluntate, & secundariò est circa passionem spei: quia extendit se vltra sensibilia, vt patet ex eius contraria, s. superbia, quę maximè est in bonis spiritualibus. Et si perseruari fuerimus literam, non solum ex subiecto præeminet humilitas fortitudini & temperantiæ. Sed autor vsus est in hoc loco illamet ratione, qua vsus est in allegato loco præcedentis libri, i. Participatio maioris boni rationis. Illa enim virtus ibi dicta est simpliciter maior in qua maius bonum rationis relucet. Et hoc idem hic assumitur. Et subsumitur quòd magis in humilitate quàm cæteris post iustitiam, saluatur bonũ rationis, quia humilitas reddit hominem rectè subditum seu patulum bono rationis, non in hac vel illa materia, sed vniuersaliter. Et propterea locatur ante reliquas virtutes simpliciter. Et verè sic est, vnde beata Virgo humilitatem suam Dominum respexisse commemorat tanquam vniuersalem virtutem, qua ad superium suscipiendum diuinæ largitatis influxum latissimè ac profundissimè patula erat. Quærenti autem de subsẽtantiali ordine reliquarum virtutum inter se post cardinales, videtur mihi dicendum, quòd primò religio, deinde obedientia, & demum misericordia locanda sit. Nam maius rationis bonum relucet in religione, quæ in voluntate est, & debitum reddit Deo creatori ac præcepto ri, quàm in obedientia, quæ debitum reddit præceptis ipsius. Præcedit tamẽ misericordiam, quæ tenet medium in passione tristitiæ respectu alienæ miseriæ, quanto maius bonum rationis est bene se habere ad superioribus debitum exhibendum, quàm ad passionem particularium defectuum proximi.

Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ primæ Articulum sextum.

IN articulo sexto quæst. 161. in responsione ad primum dubium ex Martino in quæstio. de humilitatis gradibus occurrit, arguente contra hanc responsionem, dicendo quòd si beatus Thomas dixisset, quòd potest quis credere se omnibus viliorem absque mendacio, faciliter consensissem: sed quia dixit absque falsitate, non videtur mihi verum. Et probatur, quia si sint decem viri humiles, aut quilibet est omnibus vilior, aut non. Si non: ergo falsa cem viri humiles, aut quilibet est omnibus vilior, aut non. Si non: ergo falsa est æstimatio qua quilibet putat se cæteris viliorem. Si sic, ergo primus est vilior secundo. Et tunc vltrà, ergo secundus non est vilior primo. Probatur ista secunda consequentia: quia sic secundus est vilior primo, & primus est vilior secundo: ergo primus est vilior seipso.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd optimè dixit Autor quòd non solùm absque mendacio, sed absque falsitate quilibet potest se alio viliorem credere & dicere. Et cum arguitur, aut quilibet est alio vilior, aut non: respondetur, quòd quilibet est alio vilior, referendo quod suum est ad id quod Dei est in alio. Ita enim in huiusmodi materia sumitur ly se, & ly alio, cum dicitur quòd quilibet se alij subdere per humilitatem debet. Et cum contra arguitur, si primus est vilior secundo, &c. concedi potest totum: quoniam non inconuenit

Universidad de Deusto Biblioteca

tientia, enumerantur etiam aliqua, quæ ad falsam opinionem pertinere videntur, quę nulli virtuti possunt competere, s. quòd aliquis pronuntiet se omnibus viliorem, quòd ad omnia indignum & inutilem se cõfiteatur & credat. Ergo inconuenienter ista ponuntur inter gradus humilitatis.

¶2 Præterea, Humilitas ab interiorib. ad exteriora procedit, sicut & cæteræ virtutes. Inconuenienter ergo præmittuntur in præmissis gradibus illa quę pertinent ad exteriores actus, iis quæ pertinent ad interiores.

¶3 Præterea, Anselmus in lib. de similitudinibus* ponit septẽ humilitatis gradus. *A cap.10. vsque ad cap.18.* Quorum primus est, contemptibilem se esse cognoscere: secũdus, de hoc dolere: tertius hoc confiteri: quartus, hoc persuadere, vt, s. hoc velit credi: quintus, vt patienter sustineat hoc dici: sextus, vt patiatur contemptibiliter se tractari: septimus, vt hoc amet. Ergo videntur pręmissi gradus esse superflui.

¶4 Præterea, Matth.3. dicit gl.* *Gl. ordin.* Perfecta humilitas tres habet gradus. Primus est, subdere se maiori, & nõ præferre se ęquali, qui est sufficiens. Secũdus est, subdere se æquali, nec præferre se minori: & hoc dicitur abundans. Tertius gradus est, sub esse minori, in quo est omnis iustitia. Ergo præmissi grad⁹ vidẽtur esse superflui.

¶5 Præterea, Aug. dicit in libr. de Virg.* *Cap.51. tom.6.* Mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est: cui est periculosa superbia, quæ amplius amplioribus insidiatur. Sed mensura magnitudinis humanæ non potest sub certo numero graduũ determinari: ergo videt̃ ꝙ nõ possũt determinati grad⁹ humilitatis assignari.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex supradictis* *Art.2.* patet, humilitas essẽtialiter in appetitu consistit, secundum quòd aliquis refrænat impetũ animi sui, ne inordinatè tendat in magna, sed regulam habet in cognitione, vt, s. aliquis non se existimet supra id esse qđ est: & vtriusque principium & radix est reuerentia, quam quis habet ad Deum. Ex interiori autem dispositione humilitatis procedũt quædam exteriora signa in verbis & factis & gestibus, quibus id quod interius latet, manifestatur: sicut & in cæteris virtutibus accidit. Nam ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei sensatus, vt dicitur Eccl.19. Et ideo in prædictis gradib. humilitatis ponitur aliquid quod pertinet ad humilitatis radicem, s. duodecimus gradus, qui est vt homo Deũ timeat & memor sit omnium quæ præcepit. Ponitur etiam aliquid pertinens ad appetitum, ne. s. in propriã excellẽtiam inordinatè tendat: quod quidem fit tripliciter. Vno modo, vt homo non sequatur propriam voluntatem: quod pertinet ad vndecimum gradum. Alio modo, vt regulet eam secundum Superioris arbitriũ: quod pertinet ad gradum decimum. Tertio mõ, vt ab hoc nõ desistat propter dura & aspera, quæ occurrũt: & hoc pertinet ad nonũ. Ponũtur ẽt quædã particularia ad existimationẽ hoĩs recognoscẽtis suũ defectũ: & hoc tripliciter. Vno quidẽ mõ, ꝑ hoc ꝙ proprios defect⁹ recognoscat & cõfiteatur: quod pertinet ad octauũ gradũ. Secundo, vt ex consideratione sui defect⁹ aliquis insufficientẽ se existimet ad maiora: quod ptinet ad septimũ. Tertio, vt quantũ ad hoc alios sibi præferat: quod ptinet ad sextũ. Ponunt̃ ẽt quædã quæ ptinẽt ad exteriora signa, quorũ vnũ est in factis, vt. s. hõ nõ recedat in suis operib. à via cõmuni: quod ptinet ad quintũ. Alia duo sũt in verbis, vt s. hõ nõ præripiat tẽpus loquẽdi: quod ptinet ad quartũ: nec excedat modũ ĩ loquẽdo, qđ ptinet ad scđm. Alia verò cõsistũt in exteriorib. gestibus, puta in reprimẽdo excellẽtiã oculorũ: qđ ptinet ad primũ, & cohibẽdo exteri⁹ risũ, & alia ineptæ lætitiæ signa: qđ pertinet ad tertiũ.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd aliquis absque falsitate potest se credere & pronuntiare omnib. viliorẽ secũdum defectus occultos, quos in se recognoscit: & dona Dei, quæ in aliis latent. Vnde Aug. dicit in lib. de Virg.* *Cap. 52. tom.6.* Existimate aliquos in occulto superiores, quib. estis in manifesto meliores. Similiter etiã absq; falsitate potest aliquis confiteri & credere ad oĩa se inutilẽ esse, & indignũ per ꝓprias vires, vt sufficiẽtiã suã totã in Deũ referat: secundũ illud 2. ad Cor.3. Non ꝙ sufficientes simus aliquid cogitare à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Non est autem incõueniẽs ꝙ ea quæ ad alias virtutes pertinent, humilitati adscribantur: quia sicut vnum vitiũ oritur ex alio, ita naturali ordine actus vnius virtutis procedit ex actu alterius.

¶Ad secundũ dicendũ, quod hõ ad humilitatẽ ꝑuenit per duo. Primò qdẽ & principaliter, ꝑ gratiæ donũ. Et quãtũ ad hoc interiora præcedũt exteriora. Aliud aũt est, humanũ studiũ, ꝑ qđ hõ pri⁹ exteriora cohibet, postmodũ pertingit ad extirpandũ interiorẽ radicẽ. Et secundũ hũc ordinẽ assignãtur hic humilitatis grad⁹.

¶Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ oẽs gradus, quos Anselmus ponit, reducũtur ad opinionẽ & manifestationẽ & volũtatẽ ꝓpriæ abiectionis. Nã primus gradus ptinet ad cognitionẽ ꝓprij defect⁹. Sed qa vituperabile esset si qs ꝓpriũ defectũ amaret, hoc ꝑ secũdũ gradũ excluditur. Sed ad manifestationẽ sui defect⁹ pertinẽt terti⁹ & quartus gradus, vt. s. aliqs nõ solũ simpliciter suũ defectũ enũtiet, sed etiã persuadeat. Alij autẽ tres gradus pertinẽt ad appetitũ, q excellentiã exteriorẽ nõ quęrit: sed exteriorẽ abiectionẽ vel ęquanimiter patitur siue in verbis siue in factis: qa sicut Greg. dicit in Registro.* *lib.2. cap. 4.* Non grande est his nos esse humiles à quib. honoramur, quia & hoc seculares qlibet faciũt: sed illis maximè humiles esse debem⁹, à quib. aliqđ patimur. Et hoc ptinet ad quitũ & sextũ gradũ. Vel etiã desiderãter exteriorẽ abiectionem amplectitur: qđ pertinet ad septimũ gradũ. Et sic oẽs isti grad⁹ cõtinẽtur sub sexto & septimo superi⁹ enumeratis ¶Ad quartũ, dicẽdũ, qđ illi tres gradus accipiũtur nõ ex parte ipsius, i. secundum naturam humilitatis, sed per cõparationem ad gradus hominũ: qui sunt vel maiores, vel minores, vel æquales,

¶Ad quintũ dicẽdũ, ꝙ ẽt illa rõ procedit de gradib. humilitatis, nõ scđm ipsã nãm rei, secũdũ q̃ assignant̃ præmissi gradus; sed secũdũ diuersas hominũ cõditiones,

quòd primus sit vilior seipso secundum diuersas rationes. Veruntamẽ ad rem dicendum est, quòd quilibet ratione eius quod suum est, quolibet alio (ratione eius quod est Dei) est inferior. Ita quòd quilibet est quolibet inferior secundum suum, & superior secundum diuinum. Et si ex hoc inferatur, ergo quilibet inferior est & superior seipso, secundum diuersa quæ in eo sunt, nullus error incurritur. Et quia sermones intelliguntur secundum subiectam materiam, & in materia humilitatis secundum illas rationes accipiuntur termini: iõ est simpliciter vera loquutio, cùm simpliciter quis se profert & tenet viliorem.

¶ In eodẽ art. in responsione ad secundum, dubium ex Martino ibidem occurrit, arguente contra hanc solutionẽ. Nõ est bonitas in actu exteriori, nisi propter bonitatem actus interioris: ergo si quis per gratiæ donum, siue per humanum studium, veniat ad humilitatem, necesse est ꝙ prius habeat actum interiorem bonũ, quàm actum exteriorem. Præterea, Cohibitio illa exteriorum aut est imperata mediante aliquo bono interiori actu humilitatis, aut non. Si non, ergo non pertinet ad humilitatem. Si sic, ergo in acquisitione humilitatis per humanum studium interiora præcedunt exteriora. Deinde arguit contra illud literæ. Prius exteriora, & postmodum pertingit ad extirpandum interiorem radicem. Primò, quia contingit quòd aliquis absque contraria radice ab ineunte ætate assuescat humilitati & consequẽter non egeat extirpatione radicis. Secundò, quia in primo gradu dicitur, corde & opere semper humilitatem ostendere defixis in terram oculis. Aut ergo iubetur ostendere humilitatem quæ est, aut quæ non est. Non quæ non est, quia esset fictio: ergo quæ est. Sed non est humilitas, nisi corrupta sit radix contraria. Ergo non prius est exteriores actus cohibere quàm interiorem radicem extirpare: sed econtra.

¶ Ad hæc dicitur, quòd Autor nunquam dicit, vt ipse arguendo somniat, quòd prius fiat actus exterior bonus, quàm sit interior bonus, aut sine interiori bono: sed dicit quòd humanum studium inchoat à cohibendo exteriores actus: & deinde ad interiorem radicem extirpandam peruenit: quod experientia quotidiana testatur. Quotidie enim magistri nouitiorum ab his quæ extra sunt, cohibere nouitios docent in principio, deinde ad perfectionem actuum interiorum paulatim sic religiosi perducuntur. Intendit ergo Autor quòd ordo humani studij est, vt in principio principalis conatus sit ad exteriores actus cohibendos per actus interiores bonos: ex hoc ipso quòd intendunt & eligunt cohibitionem huiusmodi actuum exteriorum, vt perfectus fiat in via virtutum. Et per hoc patet solutio primi omnino peruertentis sensum literæ.

¶ Ad secundũ verò dicitur, quòd actus illi interiores imperantes cohibitiones exteriorũ, boni quidẽ sunt, sed non oportet quòd sint humilitatis nisi dispositiuè. Qm̃ aliarũ virtutum sunt actus proprij isti qui ponuntur in gradib. primis: vt patet de cohibitione linguæ, & ineptæ lætitiæ, &c. Sed inter gradus humilitatis computãtur: quia ad illam disponunt, ascẽsumque faciunt. Ad primum autem contra extirpationẽ radicis post positã, dicitur quòd sicut semina virtutũ insunt homini naturaliter, ita fomes peccati inest homini ex natura lapsa. Proni enim sunt sensus hominis ad malum. Ad fomitẽ aũt peccati spectat radix superbiæ, appetitus propriæ excellẽtiæ, qua⁹ maximũ in nobis experimur, adeo vt etiã ante naturã lapsam, Euæ dictũ sit, Eritis sicut dij, &c. itaq; nullus in primis naturaliter est, qui non egeat extirpatione radicis huius tã fœcundæ & profundæ. Deinde secũdũ id quod in plurib. accidit, doctrina moralis dari debet. Constat autem quòd vt in plurib. extirpatione radicis opus est. Oẽs enĩ appetitu alicuius excellẽtiæ trahimur. Ad secũdũ dicitur ꝙ falsũ est in primis ꝙ nõ est humilitas: nisi sit extirpata radix superbiæ. Ad extirpãdã enĩ radicem superbię multæ perfectionis humilitate opus est. Falsũ est deĩde quòd in primo gradu oporteat adesse humilitatẽ internã, nisi dispositiuè, quæ manifestè stat cum interna radice postmodũ extirpanda. Falsũ demũ est, ꝙ in illis verbis primi grad⁹ sumat̃ humilitas pro interna virtute, sed pro dilectione. Quod patet ex hoc, ꝙ in primo gradu iubetur ostensio humilitatis. Certũ est aũt ꝙ in primo gradu nõ præcipit̃ qs manifestare virtutẽ, cùm ad humilitatẽ pręcipuè spectet occultare, nõ ostendere virtutes. Hoc enĩ magis ad iactãtiã quandã induceret, quã ad humilitatem. Sed intentio primi gradus est, vt homo ex corde, non fictè ostendat secundum corpus, & specialiter secundum defixionem oculorum in terram, humilitatem, hoc est, deiectionem: vt inchoando ab exteriori deiectione voluntaria, ad internam virtutem, quæ intus animi motus deiicit, quæ humilitas vocatur, ascendat. Quocirca licet in hac exteriore deiectione voluntaria interueniat interior electio bona disponens ad humilitatem, non tamen fit huiusmodi exterior deiectio ad ostendendũ illam internam humilitatem, sed ad acquirendam illam.

¶ Super

QVÆSTIO CENTESIMA sexagesima secunda de Superbia, in octo articulos diuisa.

POSTEA considerãdum est de superbia. Et primò, de superbia in cõmuni. Secundò, de peccato primi hominis, quod ponitur esse superbia.

¶ Circa primum quæruntur octo. ¶ Primò, vtrum superbia sit peccatum. ¶ Secundò, vtrum sit vitium speciale. ¶ Tertiò, in quo sit sicut in subiecto. ¶ Quartò, de speciebus eius. ¶ Quintò, vtrũ sit peccatum mortale. ¶ Sextò, vtrũ sit grauissimum omnium peccatorum. ¶ Septimò, de ordine eius ad alia peccata. ¶ Octauò, vtrum debeat poni vitium capitale.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum superbia sit peccatum.

1.2.q.84. artic.2. Et Ma.q.8. arti.2. ad 16. Et ps. 46. col. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ superbia non sit peccatũ. Nullum enim peccatũ est repromissum à Deo. Promittit enim Deus quod ipse facturus est: non est autem auctor peccati. Sed superbia connumeratur inter repromissiones diuinas. Dicit̃ enim Isaiæ 60. Ponã te in superbiam seculorum, gaudium in generationem & generationẽ. Ergo superbia non est peccatum.

¶2 Præterea, Appetere diuinam similitudinem non est peccatum. Hoc enim naturaliter appetit quælibet creatura, & in hoc optimum eius consistit, & præcipuè hoc conuenit rationali creaturę, quæ facta est ad imaginem & similitudinem Dei. Sed sicut dicitur in lib. sententiarum Prosperi*, *Cap.292. inter opera Aug. tom.3.* superbia est amor propriæ excellentiæ, per quam homo Deo assimilatur, qui est excellentissimus. Vnde dicit Augu. in 2. Confessionum*, *Cap.6. tom.1.* Superbia celsitudinem imitatur, cum tu sis vnus super omnia Deus excelsus. Ergo superbia non est peccatum.

¶3 Præterea, Peccatũ non solũ contrariatur virtuti, sed etiã opposito vitio, vt patet per Philosophũ in 2. Ethi.* *cap. 8.* sed nullũ vitium inuenitur oppositum esse superbiæ. ergo superbia non est peccatum.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Tob. 4. Superbiã nunquã in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ superbia nominatur ex hoc ꝙ aliquis ꝑ voluntatẽ tendit supra id quod est. Vnde dicit Isidorus in lib. Ethymologiarum*, *lib.10. cap.1.* Superbus dictus est, quia super vult videri quàm est. Qui enim vult supergredi quod est, superbus est. Habet autem hoc ratio recta vt voluntas vniuscuiusque feratur in id, quod est proportionatum

¶ Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ Articulum primũ & secundum.

IN artic.1.&2. simul quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ, dubium occurrit de quidditate superbiæ. Videtur enim diuersimodè diffiniri. Et quoniã principiũ omnis demonstrationis & institutionis est quod quid est & diffinitio: ideo ante omnia hoc tractandum est. Et quoniã oppositorum eadem est disciplina, simul notum fiet quod quid est humilitatis, & alterius oppositi vitij. Est autem ratio dubitandi: quia definitio quæ ex August. assignatur, scilicet inordinatus appetitus propriæ excellentiæ, habet quæstiones multas. Prima est antiqua, an ly excellentia sumatur relatiuè, an absolutè. Secunda est noua ex Martino in quæst. 1. de superbia an sit sufficiens hæc definitio, vel oporteat addere ly contemptiuè: ita ꝙ superbia est appetitus excellentiæ nõ cuiuscunque, sed contemptiuæ seu despectiuæ. Expedit verò scire ꝙ hæc quæstio noua clauditur in prima. Nã excellẽtia relatiuè sumpta claudit in se aliorũ despectionem. In eo siquidem quod vt excellens alios homo se habet, necesse est vt tali actu contemnat omnes quos in veritate nõ excellit. Apparet quoque ex speciebus superbiæ assignatis à Gregorio, de quib⁹ est in hac quęstione specialis articulus, ꝙ appetere excellentiam despiciendo alios ad quartã superbiæ speciem spectat. Non constituit igitur rationem generis superbiæ contemptus seu despectus. Attestantur, & idem aliæ superbiæ species. Nam appetitus excellentiæ, quasi à se aut suis meritis, nihil dicit de excellentia contemptiua aliorum: & tamen primæ duæ species superbiæ in his consistunt. De ipsa autem prima quæstione non clarè liquet altera pars. Quoniam tres primæ species superbiæ nihil de excellentia relatiuè dicentes, testantur genus non esse relationem excellentiæ. Quarta verò in relatione consistens testatur genus non absolutum. Actus quoque superbi inuenitur in excellentia vtroque modo. Nam superbus appetit se excelsum & magnum. Et propterea August. 14. de Ciuitate Dei per celsitudinis, non excellentiæ nomen definit superbiam. Et rursus superbus appetit superare alios & ire super, vt ipsius nomen sonat. Et propterea Autor in 3. articul. huius quæstion. in calce dixit, quòd propriè pertinet ad superbiam inordinata præsumptio alios superandi. Videtur mihi quòd excellentia communiter se habens ad absolutè & relatiuè, sit proprium obiectum superbiæ. Sicut ens communiter se habens ad absolutum & relatiuum, & proprium obiectum Metaphysicæ. Et hinc prouenit quòd tam appetitus excellentiæ absolutè quàm relatiuè verificatur, & attribuitur superbiæ: & nunc per celsitudinem, nunc per excellentiam definitur. Est igitur superbiæ appetere hoc quod est excellere & celsitudinem. Sed quoniam multa alia vitia videntur celsitudinem peruersam appetere, nam præsumptio appetit celsitudinem peruersam in operibus, ambitio in honoribus, inanis gloria in gloria: ideo quærenda est celsitudo, quæ sit obiectum superbiæ alterius rationis ab istis, inquit Martinus. Vbi scito quòd dupliciter potest poni celsitudo alterius rationis ab istis. Vno modo, tanquam in alia materia: sicut celsitudo vindicationis alterius rationis diceretur à celsitudine honoris. Alio modo, sicut celsitudo simpliciter distinguitur formaliter à celsitudinibus concretis tali & tali materiæ: sicut motus simpliciter est alterius rationis à motibus applicatis, puta locali, alterationis, generationis, &c. Et quòd hîc sit tanta formalis distinctio, quòd sufficiat ad distinctionem specificam habituum, patet ex hoc quòd specie distinguitur scientia de motu simpliciter, quæ traditur in libris Physicorum, à scientia de motu ad vbi, quæ in libro Cœli: & motu ad formam simpliciter, quæ in libro de Generatione, &c. ita quòd obiectum superbiæ est celsitudo simpliciter, & non in tali vel tali materia. Præsumptio autem ad celsitudinem operum supra se, ambitio ad celsitudinem hominis, &c. feruntur. Et si perspicacius perscrutati fuerimus, inueniemus, quòd sicut celsitudo iuncta operibus vel præmiis inuenitur obiecta dictis vitiis, ita celsitudo iuncta propriæ personæ inuenitur obiecta superbiæ: ita quòd quemadmodum præsumptuosus in celsum opus, ambitiosus in celsum honorem, ita superbus in celsitudinem sui tendit. Hæc enim sola directè est peruersa celsitudo simpliciter, cætera sunt peruersæ celsitudines secundum partem: puta in honoribus, vel gloria, vel operibus arduis. Et vt melius percipiatur quod dicimus, aduerte quòd propria persona potest ad virtutem vel vitium multipliciter se habere, scilicet vt obiectum, vel subiectum, vel terminus. Commune siquidẽ est omni virtuti & vitio ꝙ respiciat propriam personam vt subiectũ. Nam virtus est quæ bonũ reddit habentẽ. Similiter cõmune videtur, saltẽ multis, ꝙ respiciant propriã personã vt terminum cõmensurationis obiecti seu materiæ. Verbi gratia. Temperantia respicit propriam personam vt terminum cõmensurationis ciborum: appetit enim cibum prout recta ratio dictat. Recta autem ratio dictat secundum commensurationem ad propriam personam. Et similiter magnanimus appetit magna opera, cõmensurata tamen personæ propriæ. Et similiter præsumptuosus appetit magna incõmensurata sibi: & ambitiosus magnos honores improportionatos, &c. Superbia autem licet cõmunicet cum aliis in his, habet tamen hoc proprium, quòd respicit propriam personam vt obiectum. Et propterea Autor in definitione superbiæ posuit ly propriè dicendo ꝙ est appetitus excellentiæ proprię: ita quòd obiectum proprium superbi vt sic, est ipsemet celsus seu celsitudo sui, & in hoc differt à præsumptuoso & cæteris habentib⁹ pro obiecto magnitudinem talis materiæ, puta operum, honoris, gloriæ. Magnanimus quoque habet magnitudinẽ operum pro obiecto proprio, & magnitudinem honoris, & gloriæ vt materiæ. Superbus autem habet magnitudinem sui pro se primo obiecto. Et qa ad magnitudinẽ sui ordinari ponunt bona & mala virtutum & vitiorum: ideo & virtutes & vitia, & eorum materiæ sunt materia superbiæ. Ex omnib⁹ enim superbus tumere vult. Ita ꝙ sicut magnitudo operis (vt superius patet) dupliciter consideratur, scilicet, vt conditio operis, & sic spectat ad quamlibet virtutem: & vt transit in rationem formalem obiectiuã, & sic cõstituit magnanimitatẽ, ita magnitudo propriæ personæ dupliciter consideratur, vt effectus virtutis, & cuiuscumq; alterius reddentis habentẽ potentem, seu facientem magnum: & sic spectat ad quamlibet virtutem. Alio modo, vt transit in rationem formalem obiectiuam, & sic constituit superbiam. Et sicut celsitudo sui est proprium obiectum superbiæ, ita abiectio sui est proprium obiectum humilitatis. & ꝙ hæc sint vera, & secundum mentem Autoris atq; sanctorum, patet primo ex Domini autoritate, qui humilitatem & superbiam definiuit per actus habentes pro obiecto seipsum, dicendo, Qui se humiliat, Qui se exaltat. Autoritate deinde Aug. allata in litera prius. Aliud est leuare se contra Deum, &c. Autoritate quoq; Benedicti in 6. & 7. gradu humilitatis. Credere & pronuntiare se omnibus viliorem. Credere & confiteri se ad omnia inutilem & indignum. In litera demum Autor millies explicat ly se, in primis 2. art. quæst. præc. de humilitate. Et tandem in respon. ad tertium clarissimè dicit. Humilitas plus reprimit spem de seipso: quàm ea vtatur. Obiectum spei dixit seipsum, non opus aut aliquid aliud: quoniam opera & alia materialiter se habent ad seipsum, vt ea quæ sunt ad finem, ordinantur ad finem. Consonat autem & optimè quadrat regula humilitatis, scilicet æstimatio sui ex collatione eius quod suũ est ad Deum, & ad id quod Dei est. Huic enim æstimationi conformis appetitus est appetitus suiipsius vt subditi: qui est humilitatis quod quid est. Contrarius ꝑ excessum est appetitus suiipsius, vt celsi, qui in quod quid est superbiæ, habetur. Contrarius autem per defectum est appetitus suiipsius, vt nimis subditi. Et quoniam diuina reuerentia radix est humilitatis, subaudiẽdus est in his ordo diuinæ reuerentiæ. Ita vt humilitas sit virtus, qua homo ex diuina reuerentia se conferens Deo in omnibus se habet vt subditus. Superbia verò est vitium, quo homo diuina abiecta reuerentia in omnibus seu communiter se habet vt celsus. Abiectio verò est vitium, quo quis diuinam non sequens reuerentiam, se habet vt abiectus seu vilis. Vbi patet etiam ꝙ materia humilitatis & superbiæ vniuersalis est: quia ad magna & ardua secundum se, se extendit. Et humilis quidem ad omnia vt ardua (vt dictum est) tendit. Superbus verò sui celsitudinem, quæ inter bona summum arduorum videtur, appetit. Ideo circa ardui boni appetitum, qui spes vocatur, ponuntur. Deinceps ad specialia dubia more solito procedendum est.

¶ Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ Articulum primum.

IN articul.1. eiusdem quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ, dubium ex Martino occurrit in quæst.1. de superbia, directè contra Autorem dicente quòd hæc opinio non videtur in toto vera. Et primo ponit quòd superbia strictè accepta, non est definitiuè appetitus quo quis tendit supra id quod est. Probatur. Præsumptio est qua quis tendit supra id quod est quo ad administrationem: ambitio, quo ad honores, &c. Præterea, si superbia est diffinitiuè qua quis tendit supra id quod est, aut hoc est quo ad aliquid prædictorum, aut quo ad omnia simul, aut quo ad aliquid aliud ab his. Si primum, ergo est aliquid prædictorum vitiorum. Si secundum, ergo erit aggregatum ex omnibus. Si tertium, tunc nullum tale videtur, nisi excellentia. Et tunc, aut tendit in excellentiam maiorem quàm habet, aut in manifestationem. Non in manifestationem, quia hoc secundũ Sanctum Thomam spectat ad inanem gloriam: ergo in excellentiam maiorem. Hoc autem non videtur nisi dupliciter posse intelligi, scilicet quòd tendat ad excellentiam maiorem habendam. Et hoc non est vitij. Vel quòd existimet se habere maiorem excellentiam: & hoc quidem est initium superbiæ: & conuenit superbo & multis, aliis scilicet præsumptuoso, ambitioso, vano. Hi enim omnes existimant se maiores quàm sint in suis materiis, scilicet administrationibus, honoribus, gloria.

Universidad de Deusto Biblioteca

sibi,& ideo manifestum est quòd superbia importat aliquid quod aduersat' rationi rectæ. Hoc autẽ facit rationem peccati:quia secundum Dionys.4.cap.de Diuinis nominibus, Malum animæ est præter rationem esse. Vnde manifestum est, quòd superbia est peccatum.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ superbia dupliciter accipi potest. Vno modo , ex eo ꝙ supergredit' regulam rationis.Et sic dicimus eam esse peccatum. Alio modo potest superbia nominari simpliciter à superexcessu. Et secundũ hoc omne superexcedẽs potest nominari superbia.Et ita repromittitur à Deo superbia quasi quidã superexcessus bonorum. Vnde & gloss.Hierony.* dicit ibidẽ, ꝙ est superbia bona & mala.Quamuis etiã dici posit quòd superbia ibi accipitur materialiter pro abundantia rerum de quibus possunt homines superbire.

Ex cõ. in eũ locum.

¶Ad secundum dicendũ , ꝙ eorum quæ naturaliter homo appetit, ratio est ordinatrix : & ita si aliquis à regula rationis recedit vel in plus vel in minus,erit talis appetitus vitiosus : sicut patet de appetitu cibi,qui naturaliter desiderat'. Superbia autẽ appetit excellentiã in excessu ad rationẽ rectã.Vnde Aug.dicit in decimo quarto de Ciuitate Dei* quòd superbia est peruersæ celsitudinis appetitus. Et inde est etiam ꝙ sicut Augu. dicit in decimo nono de Ciuitate Dei*, superbia peruersè imitat' Deũ.Odit nãq; cum sociis æqualitatem sub illo , sed imponere vult sociis dominationem suã pro illo.

Cap.13. *Cap.12.*

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ superbia directè opponitur virtuti humilitatis , quæ quodãmodo circa eadẽ cũ magnanimitate existit,vt suprà dictũ est*.Vnde & vitiũ quod opponit' superbiæ,in defectum vergẽs,ꝓpinquũ est vitio pusillanimitatis,q̃ opponitur magnanimitati secundũ defectũ. Nam sicut ad magnanimitatem pertinet impellere animũ ad magna cõtra desperationẽ,ita ad humilitatẽ pertinet retrahere animũ ab inordinato appetitu magnorũ contra præsumptionẽ.Pusillanimitas autẽ si importet defectum à ꝓsecutione magnorũ , propriè opponit' magnanimitati ꝑ modum defectus.Si autem importet applicationẽ animi ad aliqua viliora quã hominem deceant,opponit' humilitati secundũ defectũ. Vtrunq; enim ex animi paruitate ꝓcedit & econtrario superbia potest secundum superexcessum & magnanimitati & humilitati opponi secundum rationes diuersas: humilitati quidẽ,secundum ꝙ subiectionem aspernatur:magnanimitati autẽ secundũ quod inordinatè ad magna se extendit. Sed quia superbia superioritatẽ quandã importat, directius opponit' humilitati : sicut & pusillanimitas quæ importat paruitatẽ animi in magna tendẽtis, directius opponitur magnanimitati.

q.prec.ar.1.ad 3.

¶Ad hoc dubium secundum Autoris processum,non oporteret respondere: tum quia non dicit hanc esse diffinitionem superbiæ,sed argumntum ex nominatione sumit,dicens, Superbia nominatur ex hoc, &c. Tum secundo, quia Autor post istum articulum subiũgit statim articulum, An superbia sit speciale peccatum , quasi per ea quæ hîc dicit, non adhuc manifestum sit de superbiæ specialitate quo ad peccatũ, sed quo niã secundum veritatẽ de superbia, vt cõdiuiditur aliis peccatis, verificantur ea quæ hîc dicũtur,quæ est superbia propriè accepta,& act⁹ iste, scilicet tendere supra id quod est,propriũ actum ac obiectum superbiæ continet, vt patet ex dictis: ideo pro diffinitione sustineri potest.Et ꝓpterea respondendũ est obiectis. Et ad primum dicitur, ꝙ superbia est qua quis tendit supra id quod est ipse simpliciter. Præsumptio autem supra id quod est secundum quid,hoc est secundũ opera,& sic de aliis. Ad secundum dicitur, quòd superbia est qua quis tendit in hæc omnia & cæt. vt materiam tamen sui formalis obiecti, quod est aliud ab istis , scilicet celsitudo propriæ personæ.Et cum contra hoc, quasi tertiũ membrũ suæ distinctionis arguit, dicitur quòd superbus tendit,iuxta definitionem Augustini, in ipsam sui celsitudinẽ peruersam:quam cõstat non nisi vitiose appeti posse.Et ideo falsum dicitur,ꝙ celsitudo maior vt habenda,potest licitè appeti. Celsitudo quidẽ, quæ ex maioritate claudit peruersitatem,non potest licitè appeti:vt si homo appetat se esse supra superiores suos.Hæc enim maioritas manifestè claudit in se peruersitatem. Et simile quid accidit in omni appetitu peruersæ celsitudinis propriæ,vt patet discurrendo per species superbiæ.

¶In eodem articulo in responsione ad tertium Martinus occurrit, bis contra doctrinam huius responsionis directè,& nominatim more suo arguens. Primò,in quæst.1 de humilitate, vbi dicit,quòd opinio ista deficit, primo in distinguendo humilitatem à magnanimitate : quia ad vnam spectant hæc virtutem,vt probatum est. Deficit secundo in distinguendo superbiã , prout aspernatur subiectionem,& prout immoderatè tendit ad magna. Ita quòd primo modo humilitati , secundo magnanimitati opponitur. Et probatur primò,quòd superbia, vt aspernatur subiectionem , opponitur magnanimitati. Quicunque dignificat se magnis,quibus non est dignus, est oppositus magnanimitati,vt patet in quarto Ethicorum.Sed qui aspernatur subiectionem , maximè respectu magnorum,dignificat se magnis quibus non est dignus: ergo.Probatur Minor:quia dignificat se magna libertate,qua non est dignus.Deinde probatur quòd superbia secundum quòd tendit immoderatè in magna,opponitur humilitati. Nam stat aliquẽ tendere in magna immoderatè & esse humilem. Sed stat tendentem immoderatè in magna,non aspernari subiectionem eorum quibus tenetur esse subiectus:ergo superbia vt tendens immoderatè in magna , sine adminiculo aspernatæ subiectionis opponitur humilitati. Deficit tertiò distinguendo pusillanimitatem , vt est defectus à prosequutione magnorum , & vt est applicatio ad viliora quàm deceant,& quòd primo modo opponitur magnanimitati.Secundo verò humilitati.Et multipliciter probatur quòd pusillanimus, vt applicat se ad vilia dedecentia ipsum,opponitur magnanimo.Primò , Magnanimitas sufficienter inclinat ad fugiendum ea quæ pro sua vilitate dedecent : ergo pusillanimitas ad vilia dedecentia inclinans,illi opponitur.Probatur antecedẽs:quia non stat,animum esse magnum tam habitu quàm actu,&applicare se ad talia vilia.Secundò,Magnanimitas inclinat ad contemnendum paruos honores,vt patet in quarto Ethicorum:ergo & ad contemnendum vilia. Tertio, Magnanimus inclinatur secundum suum habitum ad verè iudicandum de his,quæ spectant ad dignitatem hominis,& ad huiusmodi iudicium sequendum : ergo magnanimus ex habitu suo inclinatur ad fugiendum vilia. Antecedens patet 4. Ethicorũ.Quarto,Magnanimitas inclinat ad despiciendũ omne,quo homo fit minor,vt patet in quarto Ethicorum.ergo.Et cõfirmatur:quia magnanimus(vt patet quarto Ethicorum)immemor est beneficiorum , eo quòd minoris est recipere beneficia. Ergo applicatio ad vilia cum multo minorem reddat hominem , magis fugitur à magnanimo. Quintò, Magnanimitas inclinat ad iudicandum id solum esse bonum quod est honestum:ergo inclinat ad despiciẽdum ea quæ pro sua vilitate dedecent. Antecedens est Tullij in primo de Officiis.Sextò, Omnis dignificans se minoribus quàm sit dignus,est pusillanimus oppositus magnanimo:vt patet quinto Ethicorum,sed applicans se ad viliora quam deceat,dignificat se minoribus quàm sit dignus ergo.

¶Secũdo principaliter in prima quæstione de superbia , arguit quadrupliciter , quòd applicare animum ad res viles dedecentes hominem, non pertinet immediatè ad pusillanimitatem oppositam superbiæ , vt vult Thomas. Primò , Pusillanimitas opposita superbiæ est deiectio appretiatiua minus suorum, & multum alienorum: sed huiusmodi applicatio ad vilia nõ est deiectio appretiatiua,&c.quia potest esse talis abiectio sine huiusmodi appretiatione:ergo.Secundò. Vitiũ oppositũ superbiæ potest cõsummari sine corporali ministerio:ergo.Minor est certa:quia non potest cõsummari sine rebus vilibus.Maior probatur autoritate Cassiani Collat.5.Et patet de superbia diaboli. Et eadem ratio est de opposito. Tertiò, huiusmodi applicatio interdum venit ex auaritia aut ex voluntate carnali : ergo non est vniuersaliter vitium superbiæ oppositum. Antecedens patet per experientiam.Quartò, Huiusmodi pusillanimitas quando ex defectu magnanimitatis venit,est vitium directè oppositum præsumptioni. ergo non est vitium directè oppositum superbiæ . Consequentia tenet, quia secũdum Thomam præsumptio & superbia sũt vitia specie distincta.Et antecedens probatur: quia huic, quod est administrare ea quæ sunt supra vires,directè opponitur illud , quod est administrare ea quæ sunt infra vires & dignitatem hominis,vt pro sua vilitate hominem deiiciant.

¶Ad hæc ordinatè respõdendo dicitur ꝙ distinctio humilitatis à magnanimitate sat probata & seruata est.

¶Ad primam obiectionem de superbia dicitur ꝙ falsa est illa propositio, Superbus aspernando subiectionem dignificat se magnis bonis,& cum probatur, quia dignificat se magna libertate: respondetur quòd talis libertas non est in genere bonorum:vt patet ex hoc ꝙ est contraria virtuti:& propterea dignificans se tali libertate,non bono sed magno malo se dignificat.

¶Ad secundã obiectionẽ negatur illa ꝓpositio, Stat tendentẽ in magna immoderatè nõ aspernari subiectionẽ eorũ , quibus tenet' subdi:quoniã nisi aspernaret' facto , saltẽ subiectionem qua humilis pollet nunquã immoderatè tenderet in magna. Constat autem ꝙ subiectio humilis non est supererogationis,sed virtutis necessariæ ad vitã politicã,quæ via est cælestis patriæ.

¶Ad ea autẽ quæ de pusillanimitate obiiciuntur, respondendo præmittitur ꝙ applicare se ad vilia contingit dupliciter,scilicet simpliciter , vel certo genere, puta arduorum:& ꝙ quia opposita sunt circa idẽ & magnanimitas ac præsumptio sunt circa ardua,pusillanimitas quoq; circa ardua est ꝑ defectũ. Et propterea in 4.Ethic ponitur vna alia virtus cum suis extremis vitiis circa mediocria in honoribus:& ad illius virtutis oppositũ vitium ꝑ defectum spectat applicare se ad vilia in genere mediocrium. Ita ꝙ primus error argumentorũ Martini est , quia duorum vitiorũ cum sit applicare se ad vilia incertis generibus,scilicet pusillanimitatis in genere arduorum, & illius innominati vitij in genere mediocrium , in argumentis soli pusillanimitati attribuitur.Secundus verò error est,ꝙ quia diuisa in inferiorib⁹ sunt vnita in superiori ,& humilitas est superior tam magnanimitate quàm illa alia virtute,vtpote faciens hominem bene subditũ rationi vniuersaliter:ideo discerni debuit inter applicare se ad vilia in certo genere,& simpliciter,&perspici ꝙ per applicare se ad vilia simpliciter distinguitur vitium humilitati oppositũ ab vtroque dicto vitio:quoniã vtriusq; est applicare se ad vilia in certo genere.Aduertendũ quoq; est, ꝙ vitiũ humilitati oppositũ ꝑ defectum ex duob⁹ describi potest,scilicet vel ex materia,vel ex proprio obiecto.Et Autor quidẽ ex materia ipsum designauit,cum dixit , ꝙ eius est applicatio ad viliora quã deceant,sicut etiã humilitatem & superbiam ex materia sæpe describimus, dicendo ꝙ sunt circa magna & circa illa circa quæ est magnanimitas,& circa omnia,&c. Potest & ex obiecto proprio describi dicendo,quòd est animi applicatio ad subiectionẽ plus quã deceat.Nam sicut humilis appetit se subiici,& superbus aspernatur subiectionem:ita reliquus amplectitur subiectionem dedecentẽ.Et hęc descriptio nõ excluditur à prima,sed comes est illius, & prior illa.Nã ex animi vilitate, qua appetit quis se subiici præter seu contra rationem rectam,prouenit ꝙ vilioribus se applicat quàm deceat.

¶His ergo præmissis, ad primũ dicitur ꝙ Antecedens est verum quo ad fugam vilium in genere arduorũ : & nõ simpliciter,nisi indirecte fortè & per redundantiã:alioquin non esset opus illa alia virtute cũ suis vitiis circa mediocria.Et propterea cõsequentia nihil valet:quia in antecedente est sermo de fuga viliũ in genere arduorũ,in consequente verò de fuga viliũ simpliciter.Et ista æquiuocatio (ne sæpius repetatur) subintelligitur in sequentibus, At si ad Antecedens respectu vilium simpliciter probandũ inducatur,ꝙ nõ stat animũ esse magnũ,&c.respondetur ꝙ hoc non est per viam directæ oppositionis,sed ꝑ viam redundantiæ,quia qui fugit minus vilia fugit viliora. Nos autem loquimur de directè oppositis vitiis. Ad secundum dicitur eodẽ modo,quòd magnanimitas inclinat directè ad contemptum parui honoris in genere arduorum : per redundantiam autem quandam ad contemptum omnium paruorum. Sed de directa inclinatione & oppositione est sermo. Ad tertium eodem modo dicitur,quòd inclinat ad iudicandum verè, &c. in genere

arduorum tantũ directẽ:& ideo.Et per hoc dicitur ad quartũ,& eius cõfirmationẽ,ꝙ magnanimus directè fugit omne quo fit minor in genere arduorũ tantũ:per redundantiã autem fugit omnia minora.Ad quintum dicitur,ꝙ magnanimitas inclinat ad iudicandum solũ honestum in genere arduorum esse bonũ arduum. Ad sextũ dicitur,ꝙ maior & minor modificãdæ sunt scilicet in genere arduorũ : humilitas autem(vt dictum est) vilia simpliciter fugit. Ad obiecta secundo loco, scilicet ex quæstione de superbia, contra idem respondetur.Et ad primũ dicitur, quòd ad vitium oppositum humilitati per defectum non exigitur appretiatio alienorum, sed sufficit æstimatio suorum . Humilitas enim non est virtus ad alterum , sed ad se. Et dicitur quòd minor ęstimatio sui non potest in affectu esse sine applicatione animi ad aliquid vilius, dedecens saltem ipsam subiectionem prę ter rationem. Ad secundum negatur Minor. Et ad probationem dicitur quòd malè intelligatur litera Autoris. Nam nõ dicit applicationem corporis ad exteriora vitia, sed dicit applicationem animi ad aliqua viliora. Constat enim quòd animus potest intus applicari ad vilissima,puta pẽccata grauissima cogitationum & delectationũ. Ad tertium dicitur, ꝙ si huiusmodi applicatio interdũ ex auaritia aut ex alio oritur vitio , nihil aliud infert nisi ꝙ hoc vitium interdum oritur ex illis aliis vitiis: & non infert ꝙ non sit in se vnicum vitium.Nã sicut furti vitium potest ex multis vitiis oriri, & tamen furti speciem habet:ita cõtingit in aliis. Ad quartum dicitur, ꝙ vndecunque veniat pusillanimitas talis, si est talis, scilicet respectu vilium simpliciter, non directè præsumptioni, sed superbiæ opponitur. Et propterea Antecedens est falsum. Et ad probationem dicitur,quòd nõ est ad propositum : quia loquitur in genere arduorum & debet probare de fuga vilium simpliciter. Est igitur vitij superbiæ oppositi hominis animum ad viliora se applicare.Sicut si quis ex paruitate animi, doctus cum sit, ignorantium erroribus se subiicit.Et prouenit huiusmodi subiectio peruersa ex mala collatione eius qđ Dei est in homine,ad id quod suum est in altero. Nec intelligas per hæc quòd dicantur in litera eadem vitia opponi magnanimo & humili : sed propter penuriam vocabulorum , vt clarior fieret doctrina , communicauit Autor vocabula declarata diuersa significatione , qua vni , & qua alteri opponitur. Propinquitas quoque vitiorum extremorum , scilicet superbiæ & præsumptionis, ac pusillanimitatis, & illius innominati causa quoque fuerunt , cùm etiam humilitas & magnanimitas conueniant in materia non simpliciter , sed quodammodo , vt in hac litera dicitur in principio huius responsionis. Et hinc habes quantum seipso doctior euaserit Autor hic , vbi distinguit quomodo superbia diuersa significatione opponitur magnanimitati & humilitati : cum in quæstione octaua de Malo , articulo secundo , superbiam absque distinctione opponi magnanimitati & pusillanimitati prius dixerit.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum superbia sit speciale peccatum.*

Infrà artic. 8. cor. Et 1.2.q. 84.art.2. Et 2.dist. 5.q.1.art. 3.cor. Et di. 42.q. 2.art.3. ad 2.Et Mal.q.8. art.2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ superbia non sit speciale peccatũ. Dicit enim Aug.in lib.de Natura & gratia*,ꝙ sine superbię appellatione nullum peccatum inuenies. Et Prosper dicit in lib.3.de vita contemplatiua*, ꝙ nullum peccatum sine superbia potest vel potuit esse aut poterit:ergo superbia est generale peccatum.

**Cap.19. *lib.de par. ad. ca.8.to.4.*

¶2 Præterea , Iob.33.Vt auertat hominẽ ab iniquitate , dicit glo.ꝙ contra conditorẽ superbire , est eius præcepta peccãdo trãscendere.Sed secundum Ambro.* Omne peccatũ est transgresio legis diuinæ & cælestium inobedientia mandatorũ.Ergo omne peccatum est superbia.

¶3 Præterea,Omne peccatũ speciale alicui speciali virtuti opponitur.Sed superbia opponitur omnib⁹ virtutibus. Dicit enim Greg.34.Moral.*Superbia nequaquã est vnius virtutis extinctione contẽta,ꝑ cuncta animæ membra se erigit : & quasi generalis ac pestifer morb⁹ corpus omne corrũpit.Et Isidor.dicit in lib. Etymo.* quòd est ruina omnium virtutum. Ergo superbia non est speciale peccatũ.

Cap.17. *Lib.2.de summo bono cap.38.*

¶4 Præterea,Omne peccatũ speciale habet specialem materiam,sed superbia habet generalem materiã.Dicit enim Gregor. 34. Moral. * quòd alter intumescit auro,alter eloquio,alter infimis & terrenis rebus , alter summis cælestibúsque virtutibus.Ergo superbia non est speciale peccatum,sed generale.

Cap.18.

¶SED CONTRA est,quod Aug. dicit in lib.de Natura & gratia* Quærat & inueniet secundum legem Dei superbiam esse peccatum multum distinctum ab aliis vitiis. Genus autẽ non distinguitur à suis speciebus. Ergo superbia non est generale peccatum,sed speciale.

lib.de na. & gra. c. 29. to.7.

¶RESPONDEO dicẽdum,quòd peccatũ superbiæ dupliciter potest cõsiderari.Vno modo,secundũ ꝓpriã speciẽ quã habet ex ratione proprij obiecti. Et hoc modo superbia est speciale peccatũ, quia habet speciale obiectum. Est enim inordinatus appetitus propriæ excellentiæ,vt dictũ est*.Alio modo potest considerari secundũ redundantiã quandã in alia peccata.Et secundũ hoc habet quandam generalitatẽ, inquantũ. s. ex superbia oriri possunt omnia peccata dupliciratione. Vno modo ꝑ se,inquantũ.s. alia peccata ordinãtur ad finẽ superbiæ, quæ est propria excellẽtia:ad quã potest ordinari omne id quod quis inordinatè appetit.Alio modo indirectè,& quasi ꝑ accidẽs,s.remouẽdo prohibens,inquãtũ.s. homo per superbiã contemnit diuinam legem , per quã prohibetur à peccando, secundũ illud Hiere. 2. Confregisti iugũ,rupisti vincula, dixisti, Non seruiam. Sciendum tamen ꝙ ad hanc generalitatẽ superbiæ pertinet , ꝙ omnia vitia interdum ex superbia oriri possunt, non autẽ ad eam pertinet quòd omnia vitia semp ex superbia oriãtur. Quamuis enim omnia præcepta legis posit quis transgredi qualicunq; peccato ex cõtemptu , qui pertinet ad superbiã, non tamen semper ex contemptu aliquis præcepta diuina transgreditur, sed quandoq; ex ignorantia , quandoq; ex infirmitate. Et inde est quòd sicut August.dicit in lib.de Natura & gratia*, multa perperam fiunt quæ non fiunt superbè.

Art.pre.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Aug. illa verba inducit in lib. de Natura & gratia,non ex sua persona,sed ex persona alterius,contra quem disputat. Vnde & postmodũ improbat ea , ostendens ꝙ non semp ex superbia peccatur.Potest tamen dici quòd autoritates illæ intelliguntur quantum ad exteriorem effectũ superbiæ , qui est transgredi præcepta, quod inuenitur in quolibet peccato , nõ autem quantum ad interiorem actum superbiæ , qui est contemptus præcepti. Non enim semper peccatum fit ex contemptu , sed quandoque ex ignorantia, quandoq; ex infirmitate,vt dictum est*.

¶Ad secũdũ dicendũ, ꝙ quãdoq; aliquis cõmittit aliquod peccatũ secundũ effectũ,sed non secundũ affectũ. Sicut ille q̃ ignoranter occidit patrẽ,cõmittit parricidium secundũ effectũ , sed non secundum affectum,quia hoc non intendebat. Et secundũ hoc transgredi præceptum Dei dicitur esse contra Deum superbire, secundum effectum quidem semper , nõ autem semper secundum affectum.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ peccatũ aliquod potest corrũpere virtutẽ dupliciter.Vno modo,per directam contrarietatem ad virtutẽ.Et hoc modo superbia nõ corrumpit quãlibet virtutem , sed solũ humilitatem , sicut quodlibet aliud speciale peccatum corrumpit quãdam specialem virtutem sibi oppositam,contrarium agendo. Alio modo peccatum aliquod corrũpit virtutẽ abutendo ipsa virtute. Et sic superbia corrũpit quamlibet virtutem,inquantum scilicet ex ipsis virtutibus sumit occasionẽ superbiẽdi,sicut & quibuslibet aliis rebus ad excellentiã

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ Articulum secundum.*

IN art.1.eiusdẽ quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ, aduerte quòd Martinus vbi suprà, volens ꝙ superbia sit appetitus excellentiæ despectiuæ , si intendat ꝙ esse despectiuũ seu contẽptiuum est de ratione superbiæ, bene sentire videtur : quia contẽptus Dei est proprius superbiæ actus, vt infrà patet:& consequenter contẽptus aliorum venit.Si autẽ intẽdit ꝙ propterea oportet addere istã particulam in definitione superbiæ ad determinandum qualis celsitudinis sit appetitus:quia scilicet non cuiuscunque aut qualiscunque,sed cõtẽptiuæ celsitudinis est appetitus, minus perspicaciter sentire videtur: tum propter supradicta: tum quia contemptus superbiæ adest ex parte auersionis magis quàm ex parte conuersionis, seu obiecti. Quoniam ex parte obiecti, vt patet discurrendo per species superbiæ,non habetur contemptus expressè,nisi in quarta specie: vt patet ex ante dictis: sed ex parte auersionis, quia superb⁹ ad nõ subiici Deo per se tendit, dum primum quod aspicit & appetit vt rationẽ omnis celsitudinis , est non subiici Deo:appetit enim quicquid appetit per modum non subditi,sicut humilis ex opposito ad quicquid tendit, tendit vt subditus Deo, & ei quod Dei est. Sicut enim humilitas modum subiectionis Deo apponit omni suo appetitui,ita superbia modũ aspernatæ subiectionis Deo & ei quod Dei est, apponit omni sui appetitui. Et propterea contemptiua merito ex parte auersionis , magis quàm ex parte conuersionis ad obiectum, scilicet celsitudinem, dicitur. Et quoniam rationes Martini nihil assumunt nisi quòd superbus est contemptiuus,& similiter nihil aliud concludunt,nisi quòd superbia est contemptiua & vtrunq; verum est:ideo superfluum duxi afferre octo argumenta sua. Sat est disputatori vti distinctione supradicta, scilicet quòd esse contemptiuum vel dicitur esse de ratione superbiæ , & conceditur : aut esse particulam addendam ad defignitionem, vt qualificetur celsitudo appetita per superbiam , & hoc negatur' quia appetitum à superbia est personæ propriæ celsitudo simpliciter ꝑuersa vel in se,vel in modo appetendi & expressus. contemptus ex parte auersionis se tenet.Erunt autem hæc manifesta magis in articulo quinto,& deinceps.

Cap.29. *In corpo.*

¶In eodem articulo in responsione ad primum, dubium occurrit ad hominem : quoniam ibi ponitur contemptus præcepti interior actus superbiæ: & superius in tractatu de inobedientia definitum est,quòd contemptus præcepti est proprius actus inobedientiæ,vt est speciale vitium à superbia,& reliquis vitiis distinctum.Quomodo stant hæc duo simul?

¶Ad hoc dicitur , ꝙ quia primogenita superbia ex parte auersionis , inobedientia videtur,ideo actus inobedientiæ elicitiuæ attribuitur in litera superbiæ,cuius est originaliter.Perspicacius autem, ꝙ sicut contemptus hominũ ex fastidio subiectionis ad Deũ , & id quod Dei est, ad superbiæ vitium formaliter spectat : ita contemptus præcepti ex contemptu subiectionis ad Deum,actus est superbiæ formaliter. Ita quòd contẽptus præcepti ex fastidio præcepti,est prius inobediẽtiæ actus.Sed contẽptus præcepti ex fastidio subiect

subiectionis ad Deum, est actus superbiæ, cui proprium est fastidium subiectionis ad Deum. Et quod dictum est de contemptu præcepti, extendendum est ad contemptum cuiuscunque alterius personæ, officij, &c. ex fastidio diuinæ subiectionis. Semper enim huiusmodi contemptus formaliter est actus superbiæ in quacunque materia sit.

¶ Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ Articulum tertium.

IN articul. tertio eiusdem quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ dubia duo occurrunt. Primum est, quo pacto superbia in litera ponitur subiectiuè in volũtate & appetitu sensitiuo. Pluries enim replicatur in litera quòd non solum est in irascibili propriè sumpta, sed etiam in voluntate. Per hoc enim ostẽdit quòd est in vtraque irascibili: ac per hoc aut sunt duæ superbiæ specie diuersę, quarum vna est in voluntate, & alia in irascibili sensitiua: aut vna superbia est subiectiuè in vtraque potentia.

¶ Secũdum dubium est ad hominem, quia superius in præcedentis lib. quæst. 56. artic. 6. definitum est quòd in voluntate nulla est virtus moralis, quæ sit propter bonum volentis, vt sunt virtutes circa passiones, sed iustitia, charitas, &c. quomodo nunc in voluntate ponitur humilitas, quæ est circa passionem spei, & non ad alterius, sed habentis proprium bonum? Idem enĩ est obiectum superbiæ & humilitatis, sicut vniuersaliter idem est subiectum contrariorum.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd superbia vnus speciei est subiectiuè in voluntate principaliter, & in appetitu sensitiuo secundario. Et hoc nullum inconueniens esse diffiniuit Autor in allegata quæstio. artic. 2. Disponitur siquidem appetitus sensitiuus ad superbiam. Sed cùm voluntas superba est, tunc propriè vitium est superbiæ, quod diffunditur ad irascibilem appetitum subditũ voluntati. Si quis tamen vellet duo superbiæ genera, alterum respectu excellentiæ sensibilis, vel imaginabilis, & alterum respectu excellentiæ intelligibilis, qa hoc consonat verbis Autoris in articul. 3. quæst. 8. de malo, defendat ipse. Mihi enim videtur & rationabiliter quòd sicut vna humilitas virtus sufficit ad reprimendum appetitum excellentiæ cuiuscunque, ita vnum superbiæ genus sufficiat ad peruersum appetitum cuiuscunque excellẽtiæ: & quòd verba illa Autoris ad sensum dictum sunt reducenda, scilicet ꝙ respectu excellentiæ sensibilis, superbia est in irascibili sensitiuo, tanquam

in subiecto secundario, sicut & humilitas, alioquin duo humilitatis genera oportet ponere.

¶ Ad secundum dubium dicitur, ꝙ in voluntate nulla est virtus moralis propter bonum habentis, habens pro regula pręcisè iudicium naturale: humilitatis autẽ regula ex diuina sumitur reuerentia. Et propterea non obstat supra habita doctrina. Ponitur siquidem humilitatis virtus in ordine ad cælestem, non humanã ciuilitatem. Vnde Philosophus non connumerauit eam inter virtutes.

¶ In calce responsionis ad primum tertii art. aduerte, quòd superbi cũ speculatiuè perceperint aliquid, exultant in propria excellẽtia, dum eis repræsentatur quòd tanti sunt ingenij vt hęc penetrent. Et delectari in hac sua celsitudine qua multos excellunt, affectũ suum auersum possident à delectatione in ipsa virtute. Et propterea sciũt quomodo sunt diuina & moralia: sed nesciunt quomodo sapiunt. Humiles autem secreta diuina, aut naturæ, aut moris penetrantes, ad excellentiam veritatis cognitæ, & suæ causæ, quæ est veritas diuina, se conuertunt: & in ipsa cognitione veritatis delectantur, gratias agentes Deo & conferentes suam notitiam diuinæ scientiæ & contẽplationem, se nihil scire arbitrantes veritatis exaltationem affectant.

¶ In responsione ad secundum eiusdem tertij articuli aduerte ꝙ falsa æstimatio sui ponitur in litera effect⁹ & causa superbiæ. Effectus quidẽ quia ex nimio amore propriæ excellentiæ facilè æstimat quis se excellere. Et hinc fit, vt delectemur in nostris laudibus oblatis ab aliis non vsquequaque veris. Causa verò, quia ex falsa sui ęstimatione in maius prouenit ꝙ homo se habeat vt magis excellens & appetat altiora quàm conueniant.

¶ In respõsione ad quartum nota verbum superius allegatum, scilicet præsumptio alios superãdi, quod propriè pertinet ad superbiam.

¶ Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ Articulum quartum.

IN articul quarto eiusdem centesimæ sexagesimæ secundæ quæst. dubiũ ex Martino quæstio. 5. de superbia, occurrit, vbi recitata hac doctrina dicit, Hæc opinio Thomę est pulchra & bene moralis, sed tamen calumniabilis multipliciter videtur. Primò, quia Gregorius non superbiæ, sed arrogantię species ponere videtur: arrogantia autem est superbię vna species: imo Isido. de summo bono, distinguit eam à superbia vt speciẽ à specie: & dicit arrogantiã ex superbia nasci, & non contra: & con

pertinentibus. Vnde non sequitur quòd sit generale peccatum.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ superbia attendit specialem rationem obiecti, quæ tamen inueniri potest in diuersis materiis. Est enim inordinatus amor propriæ excellentiæ. Excellentia autem in diuersis rebus potest inueniri.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum superbia sit in irascibili, sicut in subiecto.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ superbia non sit in irascibili sicut in subiecto. Dicit enim Gre. 23. Moral.* Obstaculum veritatis tumor mẽtis est, quia dum inflat, obnubilat: sed cognitio veritatis non pertinet ad irascibilem, sed ad vim rationalem: ergo superbia non est in irascibili.

¶ 2 Præterea, Greg. dicit 24. Moral.* ꝙ superbi nõ eorũ vitam cõsiderant, quib⁹ se humiliãdo postponãt, sed quib⁹ superbiẽdo se præferãt. Et sic videtur ꝙ superbia ex indebita consideratione ꝓcedat. Sed cõsideratio non ptinet ad irascibilẽ, sed potius ad rationalẽ: ergo superbia nõ est in irascibili, sed potius in rationali.

¶ 3 Præterea, Superbia non solum quærit excellentiã in rebus senbisilib⁹, sed etiã in rebus spiritualibus & intelligibilibus. Ipsa autem principaliter consistit in contemptu Dei: secundum illud Ecclesiast. 10. Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo. Sed irascibilis cum sit pars appetitus sensitiui, non potest se extendere in Deum & in intelligibilia: ergo superbia non potest esse in irascibili.

¶ 4 Præterea, Vt dicitur in lib. sententiarum Prosperi*, Superbia est amor propriæ excellentiæ: sed amor non est in irascibili, sed in concupiscibili: ergo superbia non est in irascibili.

¶ SED CONTRA est, quod Gre. in 2. Moral.* ponit cõtra superbiam donum timoris. Timor aũt pertinet ad irascibilem. ergo superbia est in irascibili.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd subiectũ cuiuslibet virtutis vel vitij oportet inquirere ex ꝓprio obiecto. Non enĩ pòt esse aliud obiectũ habitus vel actus nisi qđ est obiectũ potẽtię q̃ vtriq; subiicit̃. Propriũ autem obiectũ superbiæ est arduũ. Est enim appetitus ꝓpriæ excellẽti, vt dictũ est*. Vnde oportet, ꝙ superbia aliquo modo ad vim irascibilẽ pertineat. Sed irascibilis dupliciter accipi potest. Vno modo, ꝓpriè: & sic est pars appetitus sensitiui: sicut & ira ꝓpriè sumpta, est quædã passio appetitus sensitiui. Alio modo potest accipi irascibilis largius, s. vt ptineat etiã ad appetitũ intellectiuũ, cui etiã quãdoq; attribuitur ira, prout. s. attribuimus irã Deo & angelis: nõ quidẽ secundũ passionem, sed secundũ iudicium iustitiæ iudicãtis. Et tamẽ irascibilis sic cõmuniter dicta nõ est potentia distincta à cõcupiscibili: vt patet ex his q̃ ĩ primo* dicta sunt. Si ergo arduũ, qđ est obiectũ superbiæ, esset solũ aliquid sensibile, in qđ posset tẽdere appetitus sensitiuus, oporteret ꝙ superbia esset in irascibili, q̃ est pars appetitus sensitiui: sed qa arduũ, qđ respicit superbia, cõmuniter inuenit̃ & in sensibilib⁹ & in spiritualibus rebus: necesse est dicere, ꝙ subiectũ superbiæ sit irascibilis nõ solũ propriè sumpta, prout est pars appetitus sensitiui, sed etiã cõmunius accepta, prout inuenitur in appetitu intellectiuo. Vnde & in dæmonibus superbia ponitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ cognitio veritatis est duplex. Vna purè speculatiua: & hanc superbia indirectè impedit, subtrahẽdo causam. Superb⁹ enĩ neq; Deo intellectũ suum subiicit, vt ab eo veritatis cognitionẽ percipiat: secundũ illud Matt. 11. Abscõdisti hæc à sapiẽtibus, & prudentibus, id est, à superbis, q sibi sapiẽtes & prudentes vidẽtur: & reuelasti ea paruulis, id est, humilib⁹. Neq; etiã ab hominib⁹ addiscere dignatur, cũ tamen dicatur Eccles. 6. Si inclinaueris aurẽ tuam, s. humiliter audiẽdo, excipies doctrinã. Alia aũt est cognitio veritatis, s. affectiua. Et talẽ cognitionẽ veritatis directè impedit superbia: quia superbi dum delectãtur in propria excellentia, excellentiã veritatis fastidiunt: vt Greg. dicit 23. Moral.* ꝙ superbi & secreta quędam intelligendo percipiunt, & eorum dulcedinem experiri non possunt: & si nouerint quomodo sint, ignorãt quomodo sapiunt, vnde & Prouerb. 11. dicitur. Vbi humilitas, ibi sapientia.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ sicut suprà dictũ est*, humilitas attẽdit ad regulã rationis rectæ, secundũ quã q̃s verã æstimationẽ de se habet. Hãc autẽ regulã rectæ rationis non attendit superbia: sed de se maiora æstimat q̃ sint: quod cõtingit ex inordinato appetitu ꝓprię excellẽtię: qa qđ quis vehemẽter desiderat, facilè credit: & ex hoc etiã eius appetitus in altiora fertur quã sibi cõueniat. Et ideo quæcunque conferunt ad hoc ꝙ aliquis æstimet se supra id quod est, inducũt hominẽ ad superbiã, quorum vnum est, ꝙ aliquis consideret defectus aliorum, sicut econtra Gregorius ibidẽ* dicit, ꝙ sancti viri virtutum cõsideratione vicissim sibi alios præferunt. Ex hoc ergo non habetur, ꝙ superbia sit in rationali, sed quòd aliqua causa eius in ratione existat.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ superbia non est solum in irascibili, secundũ quod est pars appetitus sensitiui, sed prout cõmunius irascibilis accipitur: vt dictum est*.

¶ Ad quartũ dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit 14. de Ciuit. Dei*, amor præcedit oẽs alias animi affectiones, & est causa earũ. Et ideo potest poni pro qualibet aliarũ affectionum. Et secundum hoc superbia dicitur esse amor ꝓpriæ excellentiæ, inquantum ex amore causatur inordinata præsumptio alios superandi, quod propriè pertinet ad superbiam.

Mal. q. 8. art. 3. Et Vir. q. 1. art. 5. ad 10. — Cap. 16. — Cap. 12. — Cap. 292. — Cap. 36. — Art. 1. & 2. — Q. 59. artic. 4. & q. 82. art. 5. ad 1. & 2. — Cap. 16. — q. prece. art. 2. — Cap. eodẽ. — In corpo.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum conuenienter à Greg. assignentur quatuor superbiæ species, scilicet æstimare bonum à seipso habere: sibi datum desuper, credere pro suis accepisse meritis: iactare se habere quod non habetur: & despectis cæteris, singulariter videri appetere habere quod habetur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter assignẽtur quatuor superbiæ species, quas Gre. assignat 23. Mor.* dicẽs, Quatuor quippe sunt species, quib⁹ omnis tumor arrogantiũ demonstratur: cùm bonum aut à semetipsis habere se æstimant: aut si sibi datum desup credunt, pro suis hoc accepisse meritis putãt: aut cum iactant se habere qđ non habent: aut despectis cæteris singulariter videri appetunt habere qđ habẽt. Superbia enim est vitiũ distinctum ab infidelitate: sicut etiã humilitas est virtus distincta à fide. Sed ꝙ aliquis ęstimet bonũ se non habere à Deo, vel ꝙ bonũ gratiæ habeat ex meritis propriis, ad infidelitatem pertinet: ergo non deberet poni species superbiæ.

¶ 2 Præterea, Idẽ non debet poni species diuersorũ generũ, sed iactãtia ponit̃ species mendacij, vt suprà habitũ est*. ergo non debet poni species superbiæ.

¶ 3 Præterea, Quædã alia vidẽtur ad superbiã pertinere, quæ hîc nõ connumerãtur. Dicit enim Hierony.* ꝙ nihil est tã superbũ quã ingratũ videri. Et August. dicit 14. de Ciuit. Dei*, ꝙ excusare se de peccato cõmisso ad superbiam pertinet: præsumptio etiã, qua quis tendit ad assequendũ aliquid, quod supra se est, maximè ad superbiam pertinere videtur. Nõ ergo sufficienter prædicta diuisio comprehendit superbiæ species.

¶ 4 Præterea, Inueniũtur aliæ diuisiones superbiæ. Diuidit enim Anselmus* exaltationẽ superbiæ, dicens ꝙ quædã est in voluntate, quædã in sermone, quædã in operatione. Bernardus* etiã ponit duodecim gradus superbiæ, qui sunt curiositas, mentis leuitas, inepta lætitia, iactantia, singularitas, arrogantia, præsumptio, defensio peccatorũ, simulata confessio, rebellio, libertas, peccandi consuetudo, quæ non videtur comprehendi sub speciebus à Grego.* assignatis. Ergo videt̃ quòd inconuenienter assignentur.

¶ IN CONTRARIVM sufficit autoritas Gregorij*.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut suprà dictũ est* superbia importat immoderatũ excellẽtiæ appetitũ, qui. s. non est secundũ rationẽ rectam. Est autẽ considerandum, ꝙ quælibet excellentia consequitur aliquod bonum habitum. Quod quidẽ potest tripliciter considerari. Vno modo, secundũ se. Manifestũ est enim ꝙ quanto maius est bonum, quod quis habet, tanto p hoc excellẽtiam maiorem consequitur. Et ideo cum aliquis attribuit sibi maius bonũ quàm habeat, consequens est, ꝙ eius appetitus tendat in excellentiã propriã vltra modum sibi conuenientem. Et sic est tertia species superbiæ, cũ. s. aliquis iactat se habere qđ non habet. Alio modo ex parte causæ, prout. s. excellentius est ꝙ aliquod bonũ insit alicui à seipso, quàm ꝙ insit ei ab alio. Et ideo cùm aliquis ęstimat bonum, quod habet ab alio, ac si haberet à seipso, fertur per consequens appetitus eius in propriam excellentiã supra suum modũ. Est aũt dupliciter aliquis causa sui boni. Vno modo, efficienter. Alio modo meritoriè. Et secundum hoc sumuntur duæ primæ superbiæ species, s. cùm quis à semetipso habere æstimat quod à Deo habet, vel cùm ꝓpriis meritis sibi datũ desup credit. Tertio modo, ex parte modi habẽdi, prout excellẽtior aliquis redditur ex hoc quòd bonũ aliquod excellentius cæteris possidet. Vnde ex hoc etiam fertur inordinatè appetitus in ꝓpriã excellentiã. Et secundũ hoc sumit̃ quarta superbiæ species, q̃ est cùm aliquis, aliis despectis, singulariter vult videri.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ vera æstimatio potest corrumpi dupliciter. Vno modo, in vniuersali. Et sic in his quæ ad finẽ pertinẽt, corrũpitur vera æstimatio p infidelitatẽ. Alio modo, in aliquo particulari eligibili. Et hoc non facit infidelitatẽ, sicut ille q̃ fornicat̃, æstimat pro tẽpore illo bonũ esse sibi fornicari. Nec tamen est infidelis, sicut esset si in vniuersali diceret fornicationẽ esse bonã. Et ita etiã est in ꝓposito. Nã dicere in vniuersali aliquod bonũ esse, quod non est à Deo, & gratiã hominibus pro meritis dari, pertinet ad infidelitatem. Sed quòd aliquis ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ ita de bonis suis glorietur, ac si ea à se haberet, vel ex meritis propriis, pertinet ad superbiam, & non ad infidelitatem, propriè loquendo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd iactantia ponitur species mendacij quantũ ad exteriorẽ actum, quo quis falsò sibi attribuit quod non habet. Sed quãtum ad interiorem cordis arrogantiam ponitur à Grego. species superbiæ.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ ingratus est q sibi attribuit quod ab alio habet. Vñ duæ primæ superbiæ species ad ingratitudinem

Cap. 7. 8. & 9. — 2. dist. 42. q. 1. ar. 4. Et Mat. q. 8. art. 4. Et 1. Cor. lect. 1. col. 3. Et 1. Ethi 3. — *Cap. 7. — q. 110. art. 2. — Cap. 14. — lib. de simi litu. ca. 24. — Tract. de 12. grad. humil. — lib. 23. Mo. c. 7. — Loco proxime citato. — Art. 1. & 3.

firmatur, quia stat aliquẽ esse verè superbum, & tamen nihil sibi arrogare: probatur. Theologus excellens alios notabiliter recognoscens à Deo ex gratia scientiã habere, despiciens tamen alios tanquã nihil scientes, est verè superbus: vtpote suam excellentiã contemptiuam amans: & tamen nihil sibi arrogat. Præterea si aliquis impudenter iactet bona quæ habet ob amorem propriæ excellentiæ in contẽptum aliorũ, talis est verè superbus: & tamen nihil sibi arrogat. Secundo, Non videtur Thomas bene fundasse istas arrogantiæ species: quoniã ipse duo cũ proponat in superbia inueniri, bonum, & excellentiã consequentem ad bonum: omnes species ex parte boni assignat ex triplici aut quadruplici consideratione boni. Et ex primo modo accipit tertiam speciẽ, qua quis æstimat se habere bonũ, quo caret. Contrà, si diues aliquis vera de se æstimãs quantũ ad quãtitatem diuitiarũ, præferat se propter diuitias viris doctis, & est superb⁹: & tamen non arrogat sibi bonum ex quo sequitur excellentia, sed tantũ excellentiã ipsam. ergo tertia species non sufficiẽter assignatur penes tarrogantiam boni ad quod cõsequitur excellentia: & confirmatur, quia defensio peccatorum, rebellio, libertas, cõsuetudo peccãdi, sunt gradus superbiæ secundum Bernardum, & tamen non omnis defendens peccata, &c. arrogat sibi bonum quo caret. Sed hæc quandoque contingunt ex arrogata excellentia.

¶ Ad hæc dicitur, ꝙ arrogantia dupliciter sumi potest. Primò, pro actu superbiæ: quilibet enim superbus aliquo modo sibi tribuit quo caret. Et quia consentaneũ est vt actus ponatur quandoq; pro vitio cuius est actus, inde est ꝙ Greg. superbos arrogantes vocauit. Falsum est ergo ꝙ non superbię species ponat, nec Isido. distinxit vt speciem à specie, sed vt actum à vitio, vel vt actũ secundarium à primario: puta, quia primus superbiæ actus, quo superbia dicitur, est superbire: & ex hoc nascitur arrogare sibi quo caret.

¶ Ad confirmationem dicitur, ꝙ non stat aliquem esse superbum, & nihil sibi arrogare.

¶ Et ad probationem primam de superbia Theologi, respondetur quòd arrogat sibi maiorem excellentiam quàm habeat: quoniam attribuit sibi excellentiam vt rationem despicabilitatis aliorum tanquam alij nihil sint in comparatione ad ipsum. Constat autem quòd longè maior æstimatur excellentia quæ æstimatur tanta, vt in comparatione eius alij quasi nihil sint. Sicut in veritate excellentia illa cuius comparatione cætera offuscantur, & quasi nihil sunt, longe maior est secundum veritatem quàm alia: vnde & diuinam iustitiam commendantes dicimus. Vniuersæ iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ, & per hoc patet solutio secundi casus de superbia iactatoris. Eadem siquidem ratione apprehendit excellentiam suam maiorem, & vtitur illa, vt maiore quàm sit, quia vt ratione despicabilitatis aliorum. Vterque tamen horum peccat secundum quartam superbiæ speciem, propriè loquendo: quia non penes bonum habitum, sed penes modum habendi illud bonum, æstimatio excellentiam fundat. Aestimat siquidem vterque bonum qđ habet ita illustrius habere, vt cæteri obscurentur coram eo. Quarta autem species penes modum habendi sumitur, vt patet in litera.

¶ Ad secundum dicitur, quòd Autor bene fundauit species istas, explicans & obiectum superbiæ, quod excellentia est: & causam illius, quæ est bonum habitum: & ad radices attingens ex bono quod est causa diuersarum specierum, appetitum excellentiæ monstrauit. Ad id autem quod obiicitur contra tertiam speciem, quia inuenitur sibi arrogare excellentiam & non bonum, respondetur dupliciter. Primò, per interẽptionẽ, & ad casum de arrogantia diuitis dicitur ꝙ talis, licet non arroget sibi plus diuitiarũ quàm habeat, arrogat tamen sibi plus boni secundũ diuitias, quàm habeat. Aestimat enim se maiorẽ esse ex diuitiis quàm sit ex illis: quoniã æstimat se ex diuitiis tanti, vt alij obscurentur in cõparatione sui: & sup tali æstimatione fundatur appetitus excellẽtiæ & contemptus aliorũ. Et si perspicacius videat̃, æstimat se habere ex diuitiis bonum quod nõ habet. Quod æstimat se habere bonum, in cuius comparatione obscuri sint cæteri: & propterea directè peccat secundũ tertiã speciẽ: quoniam super æstimatione boni non habiti, excellentiæ appetitus fundatur. Secundò, dicitur ꝙ quia eiusdem moris est attribuere sibi vel bonũ quo caret, vel excellentiam qua caret, & hæc naturaliter se habent vt effectus & causa: ideo Autor explicando tertiam speciem per bonũ falsò attributũ, relinquit pro manifesto ad eandem speciem spectare excellentiam falsò attributã absque fundamento alicuius boni aliter æstimati. Et hæc quidem responsio facilior, prima autem subtilior, & veritati innititur.

¶ Ad confirmationem de defensione peccatorum, &c. dicitur, ꝙ (vt Autor dicit) ponũtur inter superbiæ gradus, & antecedentia & consequentia superbiam. Et propterea non oportet in his solicitum quempiam esse. Si quis tamen reducere vellet defensionem peccatorum ad bonum innocentiæ: rebellionem ad bonum libertatis, & huiusmodi, facilè posset.

¶ In eodem articulo 4. circa species superbiæ, dubium occurrit, quia non videtur ꝙ species superbiæ sint sufficienter enumeratę. Nam ardentior appetitus propriæ excellẽtiæ veræ & recognitæ à Deo ex gratia, sine quocunque malo modo habẽdi, est peccatum superbiæ, & tamen in nulla harũ specierum. Hoc enim patet ex conditionibus quatuor oppositis excludentibus quatuor species. Illud verò, scilicet quòd sit peccatum superbiæ, constat, quia est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd sicut de speciebus luxuriæ dictum est ex Autore in decimaquinta quæstione de malo, scilicet quòd inordinatio superbiæ potest contingere dupliciter, scilicet ex parte actus secundum se, & ex parte appetentis. Inordinatio siquidem actus secundum se attenditur penes obiectum, secundum cuius diuersitatem assignandæ sunt istæ quatuor species. Inordinatio autem ex parte appetentis, ex modo appetendi consideratur. Et propterea non est mirum si huiusmodi species superbiæ prætermissa est ab his qui de superbia ex parte actus secundum se tractauerunt.

¶ In eodem quarto in responsione ad quartũ, dubium ex Martino vbi suprà, occurrit, arguente ꝙ hoc Autoris dictũ in glossando Anselmum, s. ꝙ illa tria quæ ponit Anselmus accipiuntur secundum progressum peccati cuiuslibet, qđ primò, corde accipitur, secundò ore profertur, tertiò opere perficitur, nõ est cõuenienter dictũ. Primò, Nullũ opus immediatè subordinatũ volitioni, quæ est subordinata volitioni, quæ primo & per se est volitio superbiæ, est opus, p quod perficitur cursus superbiæ, sed superbia operis cõsistit in exhibitione factorum, quæ sunt subordinata alicui volitioni subordinatæ volitioni quæ primo & per se est volitio superbiæ. Ergo. Minor probatur: quia opera q̃ sunt signa superbiæ subordinãtur immediatè volitioni illorũ factorum: & illorũ volitio subordinatur volitioni excellẽtiæ, quę est primo & per se volitio superbiæ. Secũdò, Nullũ opus, ad qđ illa volitio, quæ primò & p se est volitio superbię, nõ inclinat nisi mediãte aliquo iudicio vero vel erroneo & alia

& alia volitione illi conformi, eſt opus per quod perficitur & cõſummatur illa prima volitio. Sed ad opus exterius non inclinat volitio ſuperbiæ immediatè, ſed tantũ mediantè iudicio vero vel erroneo, quo iudicatur ꝙ per talia facta procurabitur excellentia, & mediante volitione huiuſmodi factoris: ergo. Tertiò, Si quis diuideret luxuriã in luxuriã cordis, oris, & operis, intelligendo ꝑ luxuriã cordis conſenſum, & ꝑ luxuriã oris, turpia verba, & ꝑ luxuriã operis conuerſationem cum perſonis, aut in locis luxurioſis: cõſtat ꝙ illa diuiſio non acciperetur ſecundum progreſſum peccati luxuriæ: quia opus illud non eſt iſtud opus, quod propriè correſpondet cõſenſui in luxuriã. Sed diuiſio ſuperbiæ poſita ab Anſelmo eſt omnino huic ſimilis: ergo nõ eſt ſecundum progreſſum peccati ſuperbiæ. Quartò, Quãdo diuiſio alicuius peccati ſumitur ſecũdum progreſſum peccati, tunc res ſignificatæ ꝑ diuiſionẽ ſunt ſibiinuicẽ ſubordinatæ hoc modo, ꝙ tertiũ ſecundo, & ſecundũ primo ſubordinatur. [Q. præce. art.6.] Sed ſuperbia operis nullo modo ſubordinatur ſuperbiæ oris, cũ nullo modo oporteat ꝙ volens ſuperbiã oſtendere factis, primò oſtẽdat eam verbis: ergo. Quintò, Omne illud opus, ꝑ quod perficitur aliquod peccatũ eſt finis volitionis quæ primò & per ſe eſt peccatũ. Sed opus ſuperbũ non eſt finis volitionis excellentiæ: quia non ideo amo excellentiam vt ſuperbè faciam & operer. Sed contra ſuperbè facio & operor, vt ſupereminẽã & excellens videar. Maior patet: quia ideo vis luxuriari vt luxurieris, & non ideo luxuriaris, vt velis luxuriari.

¶Ad horum euidentiã præmittenda ſunt duo, primum eſt ꝙ diſtinctio peccati ſecundum progreſſum peccati dupliciter inuenitur, ſcilicet perfectè & imperfectè. Perfectè quidem, quando ſecundum omnes ſubordinatos ordine originis & malitiæ gradus fit, vt ſi primo concipiatur in corde, ſecundo exprimatur ore, tertio conſummetur opere. Imperfectè autem, quando progreſſus attenditur ſecundum dictos gradus, ſed non ſubordinatos ſecundum ordinem originis aut malitię, vt ſi peccetur in corde vel in ore vel opere, ſed non ita quòd vnum oriatur ex alio, puta ſi in corde habetur delectatio moroſa, in ore loquutio turpis, ſed non propter illam delectationem moroſam in opere fiunt actus turpes, nec ſunt effectus verborum turpium huiuſmodi: quippe diſtinctio eſt ſecundum progreſſum peccati, pro quanto diſtinctio fit ſecundum gradus quibus progredi ſolet peccatum, ſcilicet cor, ſermo, & opus. Sed imperfectè: quia deeſt ordo originis vnius ab alio, & ordo per ſe malitiæ: quoniam in huiuſmodi diſtinctione, per ſe loquendo, non poteſt fingi quod eorum ſit grauius, eſt tamen in hac diſtinctione alius tacitus per ſe progreſſus à corde immediatè, ſcilicet mali ſermonis à corde malo, & mali operis à corde malo. Et hic etiam, quia vtrobique deeſt vnus gradus, imperfectus eſt. Et ſi his adiunxeris ꝙ imperfectum reducitur ad perfectum, videbis ꝙ quæcunque harum diſtinctionum poteſt meritò vocari diſtinctio ſecundum progreſſum peccati. Secundum eſt, ꝙ virtus vel vitium poteſt perfectè progredi per omnes gradus ab intus ad extra ordinatè vſque ad conſummationem operis, dupliciter. Primò per ſubtracta verba & opera non aliter bona nec mala moraliter. Secundò, per verba & opera alias bona vel mala moraliter. Exemplum primi. Si quis vult primò furari, deinde ad hoc loquitur. Tertiò, vadit furatum & furatur. Nam loquutio non eſt aliter mala moraliter, niſi quia inficitur deformitate furti: & ſimiliter ambulatio & manuum vſus in actu furandi non aliter habent malitiam moralem, niſi quia ſubſunt furti iniquitati. Exemplum ſecundi. Si quis primo vult furari, deinde ad hoc loquitur verba mendacij & doloſa, & demum actibus iniurioſis conſummat furtum. Hic namque & verba & opera ſumpta ad progreſſum furti ſunt mala moraliter, etiã ſecluſa malitia furti: quia habent aliam malitiam ordinatam ad malitiam furti. Inter hos duos modos progrediendi nulla eſt per ſe differentia quo ad progreſſum ipſum: quoniam vterque gradatim & per omnes gradus & ordinatè tam ordine originis quàm malitiæ progreditur. Sed differentia eſt in materia ipſius progreſſus: quia in primo modo materia progreſſus ſunt actus voluntarii oris & operis abſtrahentes à bono & malo morali. In ſecundo autem materia ſunt actus voluntarij oris, & operis aliàs mali moraliter. Rurſus conueniunt hi duo modi in hoc, quòd vtrobique ſunt formaliter vel æquiualenter duæ volitiones, vna ipſius furti, & altera ipſorum verborum & operum. Oportet enim eum qui progreſſum furti peragit, non ſolum quòd velit furari, ſed velit loqui talia verba, &c. & velit vti pedibus vel manibus. Et hæ duæ volitiones ſic ſe habent quòd vna eſt formæ, altera materiæ: vna finis, altera eius quod ad finem. Verùm quia materia ſecundi modi eſt compoſita ex actu voluntario exteriori, & alia malitia morali: quia eſt ſermo aliàs malus, & opus aliàs malum: ideo in ſecundo modo concurrunt duæ volitiones formaliter vel æquiualenter ex parte materiæ. His præmiſſis, ad propoſitum deſcendendo de ſuperbia, dicimus & ꝙ ſuperbia poteſt diſtingui ſecundum progreſſum peccati & perfectè & imperfectè. Perfectè quidẽ, vt cùm quis primo appetit inordinatè excellere in dominio, deinde ad hoc loquitur: & demum ad hoc dando operam aſſequitur excellentiam dominij. Imperfectè autẽ, vt ſi quis in corde tumeat excelſum ſe putãdo, vel verbis celſitudinem iactet, vel factis excellentiam demonſtret: quæ (vt Martinus ait) eſt diſtinctio Anſelmi. Et ꝙ ſuperbia poteſt progredi per omnes gradus ordinatè tam per actus exteriores nõ aliàs malos moraliter, quã per act⁹ aliàs malos moraliter. Nam ſi quis appetat inordinatè excellere in ſciẽtia, & deinde ad hoc loquatur nõ aliàs mala, & faciat: puta, vadat ad audiendũ viros doctos, &c. & tãdem conſequatur excellẽtiã appetitã: iſte progreſſus eſt in ſuperbia ſine aliàs malis mediis. Si quis (vt Nabuchodonoſor) eleuetur in corde, & deinde dicat ſe omnẽ velle terram ſuo imperio ſubiugare, & demum per Holofernem perficiat, iſte ſuperbiæ ſuę progreſſum per mala media facit. [Q. præce. art.6.]

¶ Ad primũ ergo & ſecundum argumentũ, negatur tã Maior quã Minor. Maior quidẽ, quia nihil obſtat progreſſui peccati mediatio volitionum ex parte materiæ, vt patet ex dictis. Minor verò, quia ſuperbia & ſine media volitione alterius moralis mali, & cum media volitione alterius moralis mali, ex parte materiæ poteſt progreſſum perficere. Et quòd nõ obſtet aliqua media volitio, non ſolum ex dictis patet, ſed ex hoc quòd eſt impoſſibile peccatũ aliquod progredi ſine volitione verborum & factorum: quæ eſt alia formaliter vel æquiualenter à volitione finis.

¶ Ad tertium dicitur, quòd illa diuiſio luxuriæ eſſet etiam ſecundum progreſſum peccati, quamuis imperfecte. Et ſi replicetur, quòd Autor loquitur de progreſſu perfecto: reſpondetur ꝙ Autor, vt erat excellentis ingenij, diſtinctionẽ Anſelmi arguẽdo ſummauit ad gradus cordis, oris & operis, vt patet in 4. arg. literæ: & reſpõdendo, imperfectũ ad perfectum reduxit, aſſignãdo penes quid progreſſus perfectus attenditur: ex hoc volens intelligi etiam progreſſus imperfectos ex perfecta participatione iudicandos.

¶Ad quartum dicitur, ꝙ Maior eſt vera de progreſſu perfecto: non autem de progreſſu imperfecto, & ꝙ diſtinctio Anſelmi de progreſſu imperfecto habita eſt.

¶Ad quintum negatur Minor, quando ſuperbia progreditur perfecte. Nam volens excellere, vult excellere vt excellat, & non econtra: & ſimiliter loquitur vt excellat, non vt velit excellere: & operatur vt aſſequatur vt excellat, ſupereminẽat, & non vt velit excellere, & ſupereminere, nec vt appareat: tanquam hoc ſit finis. Quia apparere finis eſt vanæ gloriæ, & effectus ſuperbiæ. Et ideo ſuperbus operatur vt appareat tanquam propter finem ſecundariũ & mediatũ, ſcilicet per inanem gloriam, ſed vt ſit ſaltem in oculis ſuis excelſus & ſuperminens, vt propter proprium finem.

¶In eadem reſpõſione ad quartum in calce, non turberis ſcrupuloſe in illis verbis. Conſuetudo peccandi, quæ implicat Dei contemptum, quoniam non formaliter ſed interpretatiue conſuetudo peccandi mortaliter, Dei contemptum implicitè continet. Apparet enim ꝙ legiſlatorem, punitorem, monitorem, præmiatorẽmque contemnat, qui continuè tranſgredi non ceſſat. Quoniam ſi magnifaceret illum, timeret ſæpe, abſtineret multoties ex illius reuerentia. Non tamen eſt ibi propriè contemptus Dei: quia ex infirmitate ſubiecti iam paſſionibus animi cõſuetudo peccandi fit, iuxta illud Auguſtini, Dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ ſexageſimæ ſecundæ Articulum quintum.*

IN articulo quinto eiuſdem quæſtionis dubia multa occurrunt ex Martino in quæſtione ſecunda, de ſuperbia. Primum eſt circa redditam in litera rationem quare ſuperbia eſt peccatum mortale: quia ſcilicet importat non ſubiici hominem Deo, &c. Contra (inquit) Non omnis ſe non conformans legi diuinæ, peccat mortaliter. Ergo non omnis qui ſe extollit ſupra id quod eſt ſibi præfixum ſecundum regulam diuinam, peccat mortaliter. Ergo hoc non eſt ſufficiens ratio, vt ſuperbia ſit peccatum mortale. Antecedens probatur, quia peccans venialiter tantum, non ſe cõformat legi diuinæ.

¶Secundò, Vanus & ambitioſus peccãt aliquando venialiter, & tamen ita peccando non appetunt ſecundum id quod eſt eis præfixum ſecundum regulam & menſuram diuinam: ergo hoc non eſt ſufficiens ratio, propter quam aliquod peccatum ſit mortale.

¶Tertio, Stat aliquem de ſe æſtimare ſuper id quod eſt ſibi conſtitutum ſecundum regulam diuinam, & non peccare mortaliter. Ergo hæc ratio non eſt ſufficiens ratio peccati mortalis in ſuperbia. Antecedens probatur

pertinent. Quòd autẽ aliquis ſe excuſet de peccato quod habet, pertinet ad tertiã ſpeciẽ: quia ꝑ hoc aliquis attribuit ſibi bonũ innocẽtię, quod nõ habet. Quod autem aliquis præſumptuosè tendat in id qđ ſupra ipſum eſt, præcipuè videť ad quartam ſpeciem pertinere, ſecundum quam aliquis vult aliis præferri.

¶Ad quartũ dicendũ, ꝙ illa tria q̃ ponit Anſelmus, accipiũtur ſecundũ progreſſum peccati cuiuſlibet, qđ primò corde concipiť: ſecundò ore ꝓfertur, tertiò opere perficiť. Illa autẽ duodecim quæ ponit Bernardus, ſumũtur ꝑ oppoſitum ad duodecim gradus humilitatis: de quib⁹ ſuprà habitũ eſt*. Nã primus gradus humilitatis eſt corde & corpore ſemp humilitatem oſtendere, defixis in terram aſpectibus, cui opponiť curioſitas, ꝑ quã aliquis curiosè vbiq; & inordinatè circunſpicit. Secundus gradus humilitatis eſt, vt pauca verba & rationabilia loquatur aliquis nõ clamoſa voce, contra quẽ opponiť leuitas mentis, ꝑ quam, ſ. homo ſuperbè ſe habet in verbo. Tertius gradus humilitatis eſt, vt nõ ſit facilis & prõptus in riſu: cui opponiť inepta lætitia. Quartus gradus humilitatis eſt taciturnitas vſq; ad interrogationẽ, cui opponiť iactãtia. Quintus gradus humilitatis eſt tenere, qđ cõis regula monaſterij habet: cui opponitur ſingularitas, per quã ſ. aliquis ſanctior vult apparere. Sextus gradus humilitatis eſt credere & pronũtiare ſe omnibus viliorẽ: cui opponitur arrogãtia, ꝑ quã ſcilicet homo ſe aliis ꝓfert. Septimus gradus humilitatis eſt ad omnia inutilẽ & indignũ ſe confiteri & credere: cui opponitur præſumptio, per quã aliquis reputat ſe ſufficientẽ ad maiora. Octauus gradus humilitatis eſt cõfeſsio peccatorũ: cui opponitur defenſio eorundem. Nonus gradus humilitatis eſt in duris & aſperis patientiã amplecti: cui opponitur ſimulata confeſsio, ꝑ quam ſcilicet aliquis non vult ſubire pœnã pro peccatis, quæ ſimulatè confitetur. Decimus gradus humilitatis eſt obedientia: cui opponitur rebellio. Vndecimus gradus humilitatis eſt, vt homo nõ delectetur facere propriam voluntatem, cui opponiť libertas, per quam, ſ. homo delectatur liberè facere quod vult. Vltimus autem gradus humilitatis eſt timor Dei, cui opponiť peccandi cõſuetudo, quæ implicat Dei contemptũ. In his autẽ duodecim gradibus tanguntť non ſolum ſuperbiæ ſpecies, ſed etiam quædã antecedentia & conſequentia, ſicut etiã ſuprà de humilitate dictum eſt*.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum ſuperbia ſit peccatum mortale.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ ſuperbia non ſit peccatum mortale: quia ſup illud Pſal. Domine Deus meus ſi feci iſtud, dicit gl.* ſci- [4. di. 33. q.1. art.3. q.2. ad.3.] [Augu. pſ.7.to.8.]

licet vniuerſale peccatũ, quod eſt ſuperbia. Si igitur ſuperbia eſſet peccatũ mortale, omne peccatum eſſet mortale.

¶2 Præterea, Omne peccatum contrariatur charitati: ſed ſuperbia non videtur contrariari charitati neque quantum ad dilectionem Dei, neque quantum ad dilectionẽ proximi: quia excellentia, quã quis inordinatè per ſuperbiam appetit, non ſemper cõtrariatur honori Dei, aut vtilitati proximi. ergo ſuperbia non eſt peccatum mortale.

¶3 Præterea, Omne peccatũ mortale cõtrariatur virtuti: ſed ſuperbia non contrariatur virtuti, ſed potius ex ea oritur: quia vt Greg. dicit 34. Mor.* aliquando homo ex ſummis cæleſtibuſque virtutibus intumeſcit. Ergo ſuperbia non eſt peccatum mortale. [Cap.18. & 19.]

¶SED CONTRA eſt ꝙ Gr. in eodem lib.* dicit, ꝙ euidentiſsimũ reproborum ſignum ſuperbia eſt, at cõtra humilitas electorum: ſed homines non fiũt reprobi pro peccatis venialibus. Ergo ſuperbia non eſt peccatum veniale. [Cap.22. & 23.]

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd ſuperbia humilitati opponiť. Humilitas autẽ propriè reſpicit ſubiectionẽ hominis ad Deũ, vt ſupra dictũ eſt*. Vnde ecõtrario ſuperbia ꝓpriè reſpicit defectum huius ſubiectionis, ſecundũ. ſ. ꝙ aliquis ſe extollit ſuprà id, qđ eſt ſibi prę̨fixũ ſecundum diuinã regulam vel menſuram: contra id qđ Apoſtolus * dicit, Nos autẽ non immẽſum gloriamur, ſed ſecundum menſurã quam menſus eſt nobis Deus. Et ideo dicitur Eccle.10. Initiũ ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo: quia ſecundũ hoc radix ſuperbiæ conſideratur, ꝙ homo aliqualiter nõ ſubiicitur Deo & regulæ ipſius. Manifeſtũ eſt autem, ꝙ hoc ipſum quod eſt nõ ſubiici Deo, habet rationẽ peccati mortalis. Hoc eñ eſt auerti à Deo. vnde conſequẽs eſt ꝙ ſuperbia ſecundũ genus ſuum eſt peccatum mortale. Sicut tamen in aliis, quæ ex ſuo genere ſunt peccata mortalia, puta in fornicatione, & adulterio, ſunt aliqui motus q. ſunt peccata venialia propter eorũ imperfectionẽ, quia ſcilicet præueniũt rationis iudiciũ, & ſunt præter eius cõſenſum: ita etiã & circa ſuperbiam accidit ꝙ aliqui motus ſuperbiæ ſunt peccata venialia, dum eis ratio non conſentit. [q.præc. art.1.ad5.] [2.Cor.10.]

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt*, ſuperbia nõ eſt vniuerſale peccatum per ſuã eſſentiam, ſed per quandam redundantiam: inquãtum ſcilicet ex ſuperbia omnia peccata oriri poſſunt. Vnde non ſequitur quòd omnia peccata ſint mortalia: ſed ſolum quãdo oriuntur ex ſuperbia completa, quam diximus eſſe peccatum mortale. [art.2.]

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſuperbia ſemper quidem cõtrariatur dilectioni diuinæ, inquantum ſcilicet ſuperbus nõ ſe ſubiicit diuinæ regulæ prout oportet. Et quandoque etiam contrariatur dilectioni proximi, inquantum ſcilicet aliquis inordinatè ſe præfert proximo, & ab eius ſubiectione ſe retrahit: in quo etiam derogatur diuinæ regulæ, ex qua ſunt hominum ordines inſtituti, prout ſcilicet vnus eorum ſub alio eſſe debet.

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ ſuperbia non oritur ex virtutibus, ſicut ex cauſa ꝑ ſe, ſed ſicut ex cauſa per accidẽs, inquãtum ſcilicet aliquis ex virtutib⁹ occaſionem ſuperbiæ ſumit. Nihil autẽ ꝓhibet quin vnũ contrariorũ ſit alterius cauſa ꝑ accidẽs, vt dicitur in 8. Phyſic.* Vnde etiam de ipſa humilitate aliqui ſuperbiunt. [Tex.8.]

tur, quia ſtat aliquem hoc modo ſic de ſe æſtimare, & contra nullum præceptum diuinum peccare. Quod probatur inducendo per ſingula præcepta diuina.

¶Quartò, Non quodlibet auerti à Deo, eſt peccatum mortale: ergo nec omnis defectus ſubiectionis ad Deum, eſt peccatum mortale. Antecedens probatur, quia non quælibet auerſio à Deo fit per actum nolendi: ſed aliqua fit per negationem actus volendi in re, & pro tempore, in qua & pro quo non tenemur conuerti ad Deum ſub pœna peccati mortalis.

¶Subdit poſtea Martinus reſponſionem ad authoritatem Apoſtoli inductam in litera, dicẽs, quòd ſi concluderet, magis concluderet de inani gloria quàm ſuperbia, quòd ſit peccatum mortale.

¶Secũdum dubium eſt circa rationem quaſi aliam, quare ſuperbia eſt peccatum mortale, quia ſcilicet eſt contemptus Dei, vt autor dicit expreſſè in ſequenti articulo. Contra, inquit Martinus, Non omnis ſuperbia eſt cõtemptus Dei: ergo non omnis ſuperbia ex illa cauſa cõſtituitur peccatum mortale. Antecedens probatur: Stat aliquem nullo modo cõtemnere Deũ, amplius quàm auarus contemnit eum, & tamen deſpicere proximum, & forte Prælatũ, aut Principem ſuum: ergo nõ reperitur in omni peccato ſuperbiæ poſitiuus Dei cõtemptus.

¶Secundo, Pono caſum quòd Deus, & Prælatus idem præcipiant, & pro aliquo tempore ſciat ſuperbus illud eſſe præceptum à Prælato, non autem à Deo: & moueatur tunc ſuperbus ad deſpiciendum Prælatum, & poſtea cognito quòd eſt etiam præceptum à Deo, nihilominus vincente infirmitate, non ex contemptu Dei, ſed ex contemptu Prælati, & ſuis præceptis tranſgrediatur, hic apparet poſſibile eſſe ſuperbum contemnere Prælatum, & non contemnere Deum, & per conſequens habet non omnis ſuperbia ex contemptu Dei quòd ſit peccatum mortale.

¶Ad euidentiam primi dubij ſciendum quòd appetere aliquid ſupra diuinam regulam ſeu menſuram, contingit dupliciter. Vno modo, ita ꝙ appetitus feratur in illam rem appetibilem quæ excedit limites diuinæ menſuræ reſpectu appetentis: puta appetit maiorem excellentiam aut gloriam quàm ſibi conueniat. Alio modo, ita ꝙ appetitus feratur in ipſam obiectionẽ ſubiectionis diuinæ, hoc eſt ꝙ hinc appetit maiorem gloriam: quia aſpernatur ſubiici menſuræ, qua menſus eſt eum Deus. Litera præſentis articuli hoc ſecundo modo intelligenda eſt: & non primo modo, vt Martinus accepit. Patet autem hunc eſſe ſenſum literæ, ex eo ꝙ fundamentum eius eſt oppoſitio ad humilitatem. Conſtat enim ꝙ humilitas appetitum tendentem in excelſa moderetur, apponendo illi modum diuinæ ſubiectionis. Ac per hoc ſuperbia appetita propriæ excellentiæ apponit immoderantiam aſpernantem diuinam ſubiectionem. Et huic propoſito manifeſtè deſeruit tota litera, ſi proſpexeris quòd autoritas Apoſtoli vt interpoſita accipienda eſt, ad manifeſtandum qualis eſt ſubiectio, à qua deficit aſpernando eam ſuperbia.

¶Ad primum argumentum Martini neganda eſt ſimpliciter conſequentia, intelligendo conſequens vniuocè, ſcilicet in ſenſu Autoris, contra quem directe arguitur. Extollens ſiquidem ſe ex ſpreta ſubiectione diuina, peccat mortaliter.

¶Ad ſecundum dicitur, ꝙ vanus & ambitioſus non appetunt maiora ex repulſa diuinæ ſubiectionis: & ideo non ſunt ad propoſitum, ſed iuxta primum ſenſum arguitur.

¶Ad tertium dicitur, quòd in tali æſtimatione & appetitu quando eſt peccatũ veniale, non eſt ſuperbia niſi materialiter, & propterea non eſt mirum.

¶Ad quartum dicitur, ꝙ antecedens eſt falſiſſimum, niſi abutamur vocabulis. Et ad probationem negatur ꝙ ſit poſſibile hominem auerti à Deo, ſiue per actum nolitionis, ſiue volitionis in re, tempore, loco, &c. ſine obligatione ad mortale. Quoniam aut non eſt auerti à Deo: aut ſi eſt auerti, eſt peccatum mortale. Sed falluntur forte multi, quia non diſcernunt inter ſimpliciter, & ſecundum quid. Nec hæc omnia, ſcilicet non ſubiici Deo, auerti à Deo, facere contra legem Dei, abiicere diuinam regulam, abiicere diuinam menſuram, & ſimilia, ſi ſimpliciter & abſolute, hoc eſt ſine additione aliqua ſumantur, important metus voluntarios peccati mortalis ex ſuo genere, quia important manifeſte diuinam iniuriam, ac per hoc ſunt contra charitatem. Sed quia iſtamet poſſunt ſumi ſecundũ quid, ex imperfectione actus, vel propter indeliberationem actus, vt cõtingit in primis motibus, vel propter imperfectionem materiæ, vt contingit in peccatis venialibus ex ſuo genere, vt mendacium officioſum. Hæc enim omnia diſſonant à diuina lege, mẽſura, ſubiectione, regula. Sed non niſi ſecundum quid contra hæc ſunt. Et propterea, correctè loquendo, dicimus quòd ſunt præter legem, &c. idcirco falſum apparet, quòd iſta ſint ex ſuo genere mortalia, cum tamen in veritate ſic ſint: q̃a ipſa abſolute ſumpta iudicãtur, nec falſificantur ex eo ꝙ ſecundum quid inuenta, non niſi venialia reperiuntur. Et hoc habeto in moralib⁹ ſemper prę oculis, ſi non vis falli.

¶Ad ſolutionem autoritatis Apoſtolicæ dicitur ꝙ autoritas non eſt allata, vt ex ea concludatur ſuperbiam eſſe peccatum mortale, ſed vt ex ea pateat qualis eſt ſubiectio quam aſpernatur ſuperbia, ſcilicet ꝙ eſt ſubiectio ad Deum menſuratè diſtribuentem. Et quoniam aſpicere ad diuinam ſubiectionem, non eſt inanis gloriæ, ſed ſuperbiæ: ideo autoritas magis ad ſuperbiam quàm inanem gloriam ex hac parte ſpectat.

¶Ad ſecundum dubiũ, ꝙ quia de propoſitione poſita in litera ſequentis articuli eſt, debebat illo differri: tamẽ in præſentiarum reſpondendũ duxi, & propter coincidentiam rationis, vt patebit, & propter arguentem, qui ad quæſtionem præſentis articuli retorſit propoſitionem illam. Cùm igitur arguitur primo, ꝙ non omnis ſuperbia eſt contemptus Dei, negatur: & dicitur quòd ſuperbia ex propria ſui generis ratione habet ꝙ ſit contemptus ſubiectionis ad Deum, ſicut humilitas habet quòd ſit amplexus ſubiectionis ad Deum. Contemptus autem ſubiectionis ad Deum, & contemptus Dei, vt ſynonyma ſunt in propoſito. Et ideo dixi ꝙ eſt vnamet ratio iſta & præcedens, quare ſuperbia eſt peccatum mortale.

¶Ad probationem dicitur, ꝙ vt iam tactum eſt, ſicut detractio formaliter alienam famam lædit ex intentione lædendi famam, & tamen detractio materialiter quandoque mortale peccatum eſt, ſi ſine intentione lædendi famam, notabiliter quis lædat famam proximi ex loquacitate: & tunc actus redit ad naturam ſuæ ſpeciei propter implicitam intentionem famam lædẽdi, quæ ibi conuincitur: ita ſuperbia formaliter importat ex ſpreta diuina ſubiectione appetitum excellentiæ propriæ. Et propterea cum quis proximum ex illa radice ſpernit, ſuperbus formaliter eſt. Cùm verò proximum ſpernit, contemptu ſpectante ad ſuperbiam, & non ex illa radice: ſi notabiliter contemnit, ad ſuperbiæ ſpeciem redit, ſicut imperfectum ad perfectũ. Conuincitur ſiquidem iſte ſimiliter intendiſſe implicite abiicere diuinam ſubiectionem in appetitu propriæ excellentiæ. Sicut ille detractor materialiter conuincitur intendere implicitè læſionem famæ. Et per hoc patet ſolutio ſecundi. Dixi autem ſi contemptus ſpectat ad ſuperbiam: quia ſicut ſunt multæ ſpecies virtutum circa honorationem proximi: puta pietas, obſeruantia, &c. ita ſunt oppoſita illis vitia circa dehonorationes ſeu contemptus proximi.

¶In eodem articulo quinto aduerte, ꝙ cum huic quod dico, ſubiici Deo, opponatur, & hoc quod eſt non ſubiici Deo, & hoc quod eſt præeſſe Deo: & magis diſtet à ſubiectione ad Deum præeſſe Deo, quàm non ſubiici illi: ſuperbia tamen non attenditur in litera penes præeſſe Deo, ſed penes non ſubiici Deo: & ratio eſt, quia ſermo eſt de ſuperbia, quæ eſt vitium humanum, ſicut & de cæteris vitiis. Conſtat autem inter humana vitia computari contemptum ſubiectionis ad Deum. Sed quod aliquis intantùm exorbitet, vt velit præeſſe Deo, hoc plus quàm vitij eſt. Spectat namque hoc ad beſtialitatis ordinem. Eſt igitur ſuperbia humanum vitium, quæ ſubiectionem ad Deum aſpernatur, quam humilitas amplectitur. Eſt & ſuperbia pluſquam diabolica, quæ & Deo præeſſe appetit: de qua ſcriptum eſt, Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Rariſſimi enim ſunt odio habentes Deum: quorum ſuperbia habet pro materia conculcationem, & quicquid ſemper peius occurrit, deitatis, quam & calamus, & lingua & cogitatio horret.

¶Super

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ Articulum sextum.*

IN art.6. eiusdē 162.q. dubium ex Martino in quæstione tertia de superbia occurrit contra hæc dicta Autoris, s. Superbia ex parte conuersionis non habet q̄ sit maximū peccatū. Et superbia ex parte auersionis est maximum peccatorū, dicente, Quicquid sit de istis, rationes tamen ad ductæ non concludūt. Diceretur enim ad rationē primi, quòd celsitudo, Dei & hominū contemptiua, quam appetit superbus, est obiectū habens maximam repugnantiā ad bonum virtutis. Ratio quoq; secundi dicti non valet. Tum primo, q̄a in aliis quoq; peccatis contingit peccare ex malitia. Non ergo in eis peccat̃ tantū ex ignorātia, aut infirmitate. Tum secundò, quia peccare ex desiderio alicuius alterius non boni, non excludit contemptū, cum ex desiderio vnius boni oriat̃ quādoq; contemptus alterius. Tum tertiò, quia auersio contēptiua Dei non conuenit superbiæ secundū totū genus suū, sed solū secundum speciem illam, quæ est superbia in Deum.

*Infrà art. 7. ad 4. Et Psal. 18. fin. Et 2. cor. 12. 3. co. 1. *Reg. 3. tom. 1. Cap. 10. Q. præc. art. 5.*

¶ Ad hæc respondendo dicitur, q̄ dicta ratio est valida, & respōsio nihil valet, quia falsum dicit, s. q̄ obiectum superbiæ sit celsitudo contēptiua Dei & hominū. Contēptus nāq; in superbia nō occurrit vt determinatiuus excellentiæ, sed vt modus aptus tendendi in propriā excellētiam, vt prædeclaratum est.

¶ Ad primam verò obiectionem contra rationē secundi dicti dicitur, q̄ manifestus est ibi error: quoniam aliud est peccare ex malitia, & aliud ex contemptu Dei. Peccare namque ex malitia conuenit omni vitioso cùm peccat ex habitu. Peccare autem ex contemptu Dei proprium est superbi. Vnde Autor tres communes peccandi causas in litera numerat, & distinguit contra peccare ex contemptu Dei: dum in aliis peccatis homo auertitur: vel propter ignorantiam, vel propter infirmitatem, siue propter desiderium cuiuscunque alterius boni. Et in hoc intellexit propter malitiam, vt patet ex ipso Autore in 78. quæst. libri præcedentis. Defuit siquidem ibi peccare ex malitia esse, quando principium peccandi non ignorantia, non passio, sed appetitus boni temporalis præponens illi bono spirituali est. Vide ibi diffusè ex proposito tractatum, & per hoc patet solutio primæ obiectionis, & defectus eius in non intelligendo Autorem.

¶ Ad secundam dicitur, quòd sicut peccare ex passione excludit peccare ex electione seu malitia, quia si passio est principale peccandi principium, iam non electio est principale peccandi principium, licet peccans semper eligat: ita peccare ex certa malitia vt sic, non includit quòd contemptus sit principale principium peccandi, & propterea dato quòd contemptus possit oriri ex desiderio alterius minus boni, peccatum tamen illud non dicetur ex contemptu, sed potius cum contemptu, vt effectu principalis causæ. Nec propterea hinc sumas quòd non possit simul quis peccare ex contemptu Dei & ex certa malitia, quoniam quandocunque ex superbiæ habitu peccatur, vtrumque concurrit. Sed dicimus, quòd ex hoc quòd peccatur ex malitia, non sequitur quòd peccatur ex contemptu: & quòd peccare ex desiderio minus boni, hoc est ex malitia, distinguitur formaliter contra peccare ex contemptu Dei: & propterea in litera dicitur, quòd superbia in hoc differt à cæteris ex parte auersionis, quia auersionem ipsam superbia habet, quia vult auerti à Deo, quòd est contemnere subiectionem Dei. Sed in aliis est auersio propter ignorantiam, vel passionem, vel malitiam, quam in sua descriptione Autor posuit consultò, quia scilicet melius in sua descriptione mōstrat quòd auersio non est ex seipsa volita in aliis vitiis, sed ex desiderio minoris boni, quàm in proprio nomine. Dicendo enim peccare ex malitia, videtur implicare quasi quòd auersio sit per se volita. Sed dicendo peccatum ex desiderio minoris boni, manifestatur quòd auersio nō est ex se volita, sed propter aliud.

¶ Ad tertiā dicitur q̄ quia auersio per se volita nihil aliud est quā contemptus Dei, quoniā qui vult auerti à Deo vt sic, contemnit Deo subiici. Et hoc est cōmune toti generi superbię, vtpote intrans rationē cōstitutiuā sui generis: ideo dicitur, cōmunicando in vocabulis cum aliis, q̄ auersio cōtemptiua Dei est cōmunis toti generi superbię: quod est dictū, auersio à Deo per se volita, est cōmunis toti generi superbiæ. Et ex his patet, q̄ appetitus inordinatus propriæ excellentiæ, si non sic inordinatus est, quòd ex auersione à Deo sit, nō spectat ad superbiā formaliter, sed materialiter tantùm & reductiuè. Ita q̄ inter superbiam, & reliqua vitia, hæc est differentia, quòd in reliquis auersio comes est conuersionis ad commutabile bonum. In superbia autem quasi econuersò, conuersio ad propriam excellentiam comes est auersionis. Dixi autem quasi econuersò: quia auersio à superbia non respicitur propriè vt obiectū, sed vt modus: vel rectius loquendo, vt immoderātia quædā quā ponit in actu circa obiectū, quod est excellentia ꝓpria. Vnde in litera etiā in superbię peccato auersio ponit̃ ex parte auersionis, & in loco auersionis, & non conuersionis ad obiectū, cum expressè dicitur, q̄ superbia ex parte cōuersionis non est maximū, quia suū obiectū, &c. sed ex parte auersionis est maximū: quia sua auersio est ex seipsa volita. Dicere enim quòd est volita ex hoc ipso q̄ nō vult Deo subiici, & dicere q̄ est ex se ipsa volita, idem est, vt patet in præcedenti artic. vbi dictū est, Non subiici Deo habet rationem peccati mortalis, hoc enim est auerti à Deo.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum superbia sit grauißimum peccatorum.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ superbia nō sit grauissimū peccatorū. Quāto enim aliquod peccatū difficilius cauetur, tanto videtur esse leuius, sed superbia difficillimè cauetur, quia sicut Aug. dicit in regula, * Cætera peccata in malis operibus exercētur, vt fiant: superbia autem bonis operibus insidiatur, vt pereant. ergo superbia non est grauissimum peccatorum.

¶ 2 Præterea, Maius malū maiori bono opponitur, vt Philoso. dicit in 8. Ethic*. sed humilitas, cui opponit̃ superbia, non est maxima virtutū, vt supra habitū est,* ergo & vitia quæ opponūtur maioribus virtutib⁹, puta infidelitas, desperatio, odiū Dei, homicidium, & alia huiusmodi, sunt grauiora peccata quàm superbia.

¶ 3 Præterea, Maius malū non punitur p minus malū, sed interdū superbia punit̃ p alia peccata, vt patet ad Ro. 1. vbi dicit̃ q̄ Philosophi per elationem cordis traditi sunt in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt. ergo superbia non est grauissimum peccatorum.

¶ SED CONTRA, est quòd sup illud Psalm. 118. Superbi iniquè agebant vsquequaq;, dicit glo. Maximum peccatum in homine est superbia.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd in peccato duo attenduntur, s. conuersio ad cōmutabile bonū, quæ materialiter se habet in peccato, & auersio à bono incommutabili, quæ est formalis & completiua ratio peccati. Ex parte autem cōuersionis non habet superbia q̄ sit maximum peccatorum: quia celsitudo, quam superbus inordinatè appetit, secundum suam rationē, non habet maximā repugnantiam ad bonū virtutis. Sed ex parte auersionis superbia habet maximā grauitatem: quia in aliis peccatis homo à Deo auertitur, vel ꝓpter ignorantiā vel propter infirmitatem siue propter desideriū cuiuscunque alterius boni. Sed superbia habet auersionem à Deo ex hoc ipso q̄ non vult Deo, & eius regulæ subiici. Vnde Boetius dicit, q̄ cum omnia vitia fugiant à Deo, sola superbia se Deo opponit. Propter quod etiam specialiter dicitur Iac. 4. quòd Deus superbis resistit. Et ideo auerti à Deo & eius præceptis, qđ est quasi consequēs in aliis peccatis, per se ad superbiam pertinet, cuius actus est Dei contemptus. Et quia id quod est per se, potius est eo quod est per aliud: consequens est quòd superbia sit grauissimū peccatorum secūdum suum genus: quia excedit in auersione quæ formaliter cōplet peccatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ aliquod peccatū difficilè cauetur dupliciter. Vno modo, ꝓpter vehementiā impugnationis: sicut ira vehemēter impugnat ꝓpter suū impetū. Et adhuc difficilius est resistere cōcupiscentię propter eius cōnaturalitatē, vt dicit̃ in 2. Ethi.* *Cap. 3.* Et talis difficultas vitandi peccatum, grauitatem peccati diminuit: quia quanto aliquis minoris tentationis impetu cadit, tanto grauius peccat, vt Aug. dicit. Alio modo difficile est vitare aliqđ peccatum propter eius latentiā. Et hoc modo superbiā difficile est vitare: quia ēt ex ipsis bonis occasionem sumit, vt dictum est*. Et ideo signanter Aug. dicit, q̄ bonis operibus insidiat̃. Et in Psal. 141. dicit̃: In via hac qua ambulabā, abscōderūt superbi laqueū mihi. Et ideo motus superbiæ occultè subrepens, non hēt maximā grauitatē, antequā per iudicium rationis deprehēdatur. Sed postquā deprehēsus fuerit per rationē, tūc facile euitatur. Tum ex cōsideratione propriæ infirmitatis secundū illud Eccl. 10. Quid superbis, puluis & cinis? Tū etiā ex cōsideratione magnitudinis diuinæ: secundū illud Iob 15. Qui tumet cōtra Deum spiritus tuus? Tum etiā ex imperfectione bonorum de quibus superbit homo: secūdū illud Isa. 40. Oīs caro fœnū & oīs gloria eius quasi flos agri. Et infra 64. Quasi pānus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ d oppositio vitij ad virtutē attēditur secundū obiectū: quod cōsideratur ex parte conuersionis. Et secundū hoc superbia non habet q̄ sit maximum peccatorum, sicut nec humilitas q̄ sit maxima virtutum: sed ex parte auersionis est maximū, vtpote aliis peccatis magnitudinem præstans. Nam per hoc ipsum infidelitatis peccatū grauius redditur, si ex superbiæ contemptu procedat, quàm si ex ignorantia vel infirmitate proueniat. Et idem dicendum est de desperatione, & aliis huiusmodi.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ sicut in syllogismis ducentibus ad impossibile quandoq; aliquis conuincitur per hoc, quòd ducitur ad inconueniēs magis manifestū: ita etiam ad conuincendum superbiā hominū, Deus aliquos punit, permittens eos ruere in peccata carnalia: quę etsi sint minora, tamē manifestiorē turpitudinē cōtinent. Vnde Isid. dicit in libro de Sūmo bono*, Omni vitio deteriorē esse superbiam seu propter quod à summis personis & primis assumitur, seu quòd de opere iustitiæ, & virtutis exoritur, minúsq; culpa eius sentitur. Luxuria verò carnis ideo notabilis omnibus est; q̄m statim per se turpis est, & tamen dispensante Deo superbia minor est. Sed qui detinetur superbia, & non sentit, labitur in carnis luxuriam, vt per hanc humiliatus à confusione exurgat: Ex quo etiam patet grauitas superbiæ. Sicut enim medicus sapiēs in remedium maioris morbi patitur infirmum in leuiorem morbum incidere, ita etiam peccatū superbię grauius esse ostēditur ex hoc ipso q̄ pro ei⁹ remedio De⁹ permittit ruere homines in alia peccata.

¶ In responsione ad primū eiusdem articuli dubiū ex Martino ibidem occurrit, arguente contra hāc solutionem. Primò, Illud quod magis ac magis excæcat, vt nō percipiat̃, illud simpliciter difficile cauet̃, quia caueri nō potest nisi deprehendat̃: sed superbia magis ac magis mētem excæcat, ergo superbia est de numero difficiliū simpliciter ad cauendū. Minor est Greg. 14. Moraliū. Et ideo hoc dictū Thomæ non videt̃ sanctorū dictis consonum. Secundò. Motus superbiæ est vnicuiq; naturalissimus: ergo superbia, etiā cognita, difficile cauetur. Antecedens probatur: q̄a vniusquisq; naturaliùs fertur in amorem sui, & propriæ excellentiæ, quàm in concupiscentiā, vel quodlibet aliud. Tertiò, non solum prima difficultas, s. propter vehementiā impugnationis, sed etiā secūda, s. propter latentiā vitij, diminuit de grauitate peccati: ergo distinctio illa non soluit. Antecedēs patet, quia quanto tentatio est latentior, cæteris paribus succumbens minus grauiter peccat.

¶ Ad euidentiam horum scito, quòd in litera Autor intendit hanc distinctionem. Peccatum ad euitandum difficile dupliciter, scilicet simpliciter, vel pro tali statu: & docet quòd peccatum ad euitandum difficile propter magnitudinem impugnationis, est simpliciter difficile ad euitandum, & propterea minus graue. Peccatum verò ad vitandum difficile propter latentiam, est difficile ad vitandum pro statu latentiæ: & pro tunc est ex hoc minus graue. Non autem est simpliciter minus graue, quia pro alio statu, scilicet quo cognitum est, illius motus est facile ad vitandum, & sic ponitur superbia inter difficile euitabilia, non simpliciter, sed pro statu latentiæ sui motus: & inter facile euitabilia pro statu quo deprehensus est illius in me motus.

¶ Ad primam igitur obiectionem dicitur quòd deficit dupliciter. Primò, q̄a difficultas cognoscendi in se motum superbiæ non facit difficile euitabile simpliciter, sed pro statu latentiæ: quoniam difficultas ista nō spectat ad peccatum ipsum, sed cognitionem eius.

¶ Secundò, quia magis ac magis excæcare mētem conuenit superbiæ, non secundum se, sed ex negligentia hominis amplexantis, & augmentantis ipsam in se. Sermo autem noster est de difficultate euitandi peccatum secundum se, non ex parte negligentiæ nostræ. Patet autem hanc esse doctrinā Greg. quoniam dicit. Vitium superbiæ mox ab ipsa radice obseruandū est, vt cum latenter oritur, tunc vigilanter abscindatur: ne prouecta vrgeat, & vsu roboretur, &c. Et sic Sanctorum dictis consona patet doctrina hæc.

¶ Ad secundam dicitur, q̄ licet motus superbiæ ex parte conuersionis ad cōmutabile bonum, sit naturalissimus ex parte animæ rationalis, qua videmur maximè appetere excellentiā: ex parte tamen auersionis in qua completur ratio vitii, non est huiusmodi naturalis: & ideo hinc non habetur q̄ vitium superbiæ sit difficile simpliciter: quia non habetur q̄ sit naturale, quamuis hinc habeatur quòd appetitus excellentiæ propriæ est naturalis: sed hoc nō est malum.

¶ Ad tertiam dicitur, q̄ vtraque difficultas minuit de grauitate, sed diuersimode. Nam prima simpliciter, secunda pro statu, & propterea solutio non ruit, sed est solida.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli nota q̄ sicut cùm de nobilitate virtutum tractabatur, distinctum est de nobilitate simpliciter vel secundum aliquam conditionē: ita in vitiis, & peccatis de grauitate distinguendū est, q̄ substantialiter grauius peccatum secundum suam speciem videtur, cuius obiectum est secundum se peius, vt odium Dei. Secundum autem aliquā conditionem superbia ponitur grauissimum: quia ex parte auersionis tenet primū locum. Potest tamen dici absolutè, hoc est sine additione aliqua grauissimū peccatorum: quia peccatum ex auersione perficitur in ratione mali simpliciter. Vnde Autor in litera non dicit quòd superbia est grauior infidelitate, sed quòd est grauior eis ex parte auersionis, & grauitatem præstans cuique eorum.

¶ *Super*

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ secundæ Articulum septimum.*

IN articulo septimo eiusdem q.162. dubium occurrit, de qua primitatē est sermo, cùm in litera concluditur quòd superbia habet rationem primi. Et est ratio, dubij, quia Martinus in quęstione 3. intelligit Autorem loqui de primitate originis, cùm tamen in litera hoc non exprimatur.

art. præc. ad 3.

¶ Ad hoc dubium dicitur quòd sermo literæ est de primitate absolutè, quoniam plures primitates habet superbia. Est enim superbia peccatum primum ordine naturæ ex parte auersionis. Et hoc directè concludit ratio literæ. Est peccatum primum ordine generationis non respectu omnium peccatorum simpliciter, sed respectu grauiū peccatorum: vt in responsione ad quartum dicitur. Et hoc etiam ex eadem literæ ratione concluditur: consequenter tamen est & primum ex parte conuersionis, ordine generationis non necessariæ, sed possibilis, vt in corpore articuli subditur ex præcedenti libr. q. 48. artic. 2. & in respōsione ad primum hic declaratur: quia scilicet nō est necesse quodlibet peccatum oriri ex superbia: sed quia quodlibet peccatum potest ex ipsa oriri. Vnde patet error Martini imponentis sancto Thomæ q̄ dicat superbiam esse primum ordine generationis simpliciter: cùm huius oppositum in litera in responsione ad quartū expressè dicat: nec ratio quā Autori imponit Martinus, in Autore inuenitur: nec autoritas illa Initium omnis peccati, est ab Autore ad id allata: imo in oppositum declarata in responsione ad quartum, exposita est, quòd nō simpliciter sed in tali genere. scilicet grauium, intelligitur. Et propterea non oportet hic cum Martino disputare.

D. 1003. & 1179. lib. 2. cap. 38. in prī.

¶ In eodem articulo pro euidentia literæ scito q̄ Autor considerat superbiā, & ex parte auersiōis, & ex parte conuersionis. Et ex vtraq; parte vult q̄ superbia sit primū peccatorum. Ex parte quidem auersionis probat quòd est primum: quia auersio in eo est per se, in aliis est per aliud. Constat autem quòd omne per aliud, reducitur ad per se, vt posterius ad prius, & imperfectū ad perfectum in illo genere. Hęc aūt primitas nō oportet q̄ sit necessariæ causalitatis affectiua, respectu omniū peccatorum, sed necessarij ordinis naturalis: sicut perfecta naturaliter sunt priora imperfectis in quolibet genere: & sic superbia, ex parte auersionis, considerata. Ex parte autem conuersionis, Autor non non affert rationem, sed recitat seipsum in loco præallegato, vbi hoc docuit. Et verè sic est: quia ex fine superbiæ, scilicet, excellentiæ propriæ appetitu, possunt omnia peccata oriri. Et hoc etiam Autor in art. 2. huius quæstionis declarauit.

¶ In eodem arti. 7. in responsione ad quartum, dubium occurrit, quid intelligendum sit appellatione grauium peccatorum, cùm Autor dicit, Sed inter grauia peccata primum est superbia. Obscurum quippe valde est quod dicitur, ex eo quod constat quòd loquitur de primo secundū ordinem generationis: vt conuincitur ex subiecta applicatione glossæ, cum eius ratione. Nec est verum quod primum secundum ordinem generationis inter peccata grauia, hoc est mortalia ex malitia, non ex passione aut ignorantia, est superbia secundum ordinem generationis: cùm liceat aliquem ex habitu intemperantiæ fornicari absque superbia. Nec apparet aliquod genus peccatorum grauium pendens necessariò ex superbia secundum originem: nam & genus peccatorum contra virtutes theologicas sine superbia inuenitur. Desperatio nanque non eget superbia, imò oppositum vitium habet potius annexum.

2. Cor. 12. le. 4. co. 1. c. 19. to. 7.

¶ Ad hoc dicitur, quòd peccata, quantum ad propositum spectat, possunt dici grauia tripliciter. Primò, ex suo genere, hoc est ex parte obiecti, prout homicidium dicimus grauius adulterio. Et hoc modo non sumuntur in præsenti litera peccata grauia. Nam grauissima peccata ex suo genere, in litera appellantur leuiora: vtpote quæ ex ignorantia vel passione fieri contingit. Secundò, dicuntur peccata grauia ex causa, hoc est, ex certa malitia: iuxta quod peccata ex electione grauiora dicimus peccatis ex ignorantia aut passione. Nec hoc modo sumuntur in litera hac peccata grauia: quia contingit multa huiusmodi peccata sine superbia committi. Tertiò, dicuntur peccata grauia ex parte auersionis: iuxta quòd dicimus peccata ex contemptu diuinæ subiectionis esse grauiora seipsis patratis non ex contemptu huiusmodi. Et secundum hoc in articulo præcedenti dictum est in responsione ad secundum, quòd superbia aliis peccatis magnitudinem præstat. Nā per hoc ipsum infidelitatis peccatum grauius redditur, si ex superbiæ contemptu præcedat &c. Et hoc modo in litera hac sumuntur peccata grauia. Ita quòd superbia est primum in ordine generatiōis inter peccata grauia ex parte auersionis quia est causa, per quam alia aggrauantur: & sic est primum in compositione, & vltimum in resolutione. Et hæc primitas conuenit superbiæ ex prima ratione, scilicet quia per se habet auersionem, vt auersio est. Vnde etiam habet quòd est grauissimum omnium ex parte auersionis. Et si quæras, quare Autor grauia ex parte auersionis appellauit grauia absolutè, hoc est, sine additione aliqua: respondetur quòd hoc ideo facit quia huiusmodi grauitas est ex propria parentela principij primi grauitatis peccatorum. Prima enim grauitatis radix est auersio à Deo. Nam auersio constituit rationē mali, ac per hoc fundat latitudinē malitiæ, cuius gradum significat grauitas: est enim grauitas velut intensio malitiæ sicut dicimus calorē intensum, & huiusmodi. Vnde in principio huius responsionis Autor dicit, quòd superbia dicitur esse grauissimum peccatorum ex eo quòd per se competit principio, vel principium ex quo attenditur grauitas in peccato. Cōstat enim huiusmodi principium esse auersionem à Deo, vt clarè docuit Autor superius in art. 3. q. 20.

art. præc. Cap. 8. art. præc. d. 526. 1. 2. q. 94. art. 2. art. 5. ad 2. d. 1003. et 1028.

¶ In eodem art. nota adhuc duo, ne fallaris in doctrina Autoris. Primum est quòd infidelitas, & superbia in hoc art. ex diuersis glossis ad tertium & quar-

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum superbia sit primum omnium peccatorum.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd superbia non sit primum omnium peccatorum. Primum enī saluatur in omnibus cōsequentibus: sed non omnia peccata sunt cum superbia, nec oriuntur ex superbia. Dicit enim August. in lib. de Natura & gratia.* multa perperam fiunt, quæ non fiunt superbè. ergo superbia non est primum omnium peccatorum.

¶ 2 Preterea, Eccl. 10. dicitur quòd initiū superbiæ est apostare à Deo: ergo apostasia à Deo est prius quàm superbia.

¶ 3 Præt. Ordo peccatorum esse videtur secundum ordinem virtutum: sed humilitas non est prima virtutum: sed magis fides. ergo superbia non est primum peccatorum.

¶ 4 Pręt. Secundæ ad Timo. 3. dicitur: Mali homines & seductores proficiunt in peius. Et ita videtur quòd principium malitiæ hominis non sit à maximo peccatorum. Sed superbia est maximū peccatorum, vt dictum est.* Non est igitur primum peccatum.

¶ 5 Præt. Id quod est secundum apparentiam & fictionem, est posterius eo quod est secundum veritatem, sed Philoso. dicit in 3. Ethic.* quòd superbus est fictor fortitudinis & audaciæ. ergo vitium audaciæ est prius vitio superbiæ.

¶ SED CONTRA est, quod dicit̃ Eccle. 10. Initiū oīs peccati superbia.

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ illud quod est per se, est primum in quolibet genere: dictum est autem s̄* quòd auersio à Deo quæ formaliter complet rationem peccati, pertinet ad superbiā per se, ad alia autem peccata ex consequenti. Et inde d est quòd superbia habet rationem primi, & est etiam principium omnium peccatorum vt suprà dictum est,* cum de causis peccati ageretur ex parte auersionis, q̄ est principalior in peccato.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ superbia dicitur esse omnis peccati initium, non quia quodlibet peccatum singulariter ex superbia oriatur, sed quia quodlibet genus peccati natū est ex superbia oriri.

¶ Ad secundum dicendum, quòd apostatare à Deo dicitur esse superbię humanę initium, non quasi aliquod aliud peccatū à superbia existens, sed quia est prima superbiæ pars. Dictum est enim,* quòd superbia principaliter respicit subiectionē diuinā quā cōtemnit. Ex cōsequenti aūt cōtemnit subiici creaturæ propter Deū.

¶ Ad tertium dicendum, quòd d non oportet esse eundem ordinem virtutum & vitiorum: nā vitiū est corruptiuum virtutis. Id aūt quod est primū in generatione, est postremū in corruptione. Et ideo sicut fides est prima virtutum, ita infidelitas est vltimum peccatorum, ad quam

Universidad de Deusto Biblioteca

tum allatis, ponuntur vltima vitia diuersimode, & nõ eodem ordine. Nã infidelitas ponitur vltimum in constructione vitiorum: & ideo dicitur quòd est vltimum redeũtibus ad Deum. Secundũ est quòd auersio à Deo potest inueniri in peccato dupliciter, scilicet ex parte obiecti, & ex parte auersionis. Et hoc dupliciter, scilicet ex consequenti vel per se: communiter nanque peccata habent auersionẽ ex parte auersionis ex consequenti ad obiectum, vt furtum, adulterium, & huiusmodi, in quibus ex conuersione ad aliquod temporale cõmodum vel delectans cõcomitatur auersio à Deo. Peccata autem opposita theologicis virtutibus, s. infidelitas, desperatio & odium Dei, habent auersionem à Deo ex parte obiecti. Auertitur enim directè à Deo, qđ est obiectum virtutum, & vitiorum illorum, non credẽs, desperans, & odiens Deũ. Superbia autem habet auersionem à Deo ex parte auersionis, vt prædeclaratũ est. Et propterea superbia ex parte auersionis primũ tenet locum in grauitate, & aggrauat peccata grauiora se, simpliciter & absolutè, s. infidelitatẽ &c. quæ auersionẽ ipsam habent ex parte obiecti, vnde substantialis grauitas in peccatis pensatur. Ex eo nanque quòd auersio à Deo, quæ primum est grauitatis principium, in istis peccatis substantialẽ locum, vnde specificantur peccata, obtinet, consequens est ꝙ tãto plus grauitatis det, quanto locus alicuius, vt obiecti, præminet loco suipsius vt consequenter se habentis, seu vt minus principaliter se habentis, vt in superbia inuenitur. Et hæc dicta sunt, ne cõferendo hæc ar.3. quęstionis 20. superius, inuoluaris obscuritate. Et si hæc non perspicis, abstrahe auersionem à Deo, & seorsum secundum se illam considera, sicut si albedinem secundum se considerares: & vide illam secundum se esse radicem & primum principium malitiæ, & grauitatis in peccatis. Et deinde applica illam diuersis locis peccati, scilicet principali, qui vocatur ex parte obiecti, & constituet peccata opposita virtutibus theologicis Vel secundariò, qui vocatur ex parte auersionis: & hoc in loco dupliciter loca illam, aut vt consequenter se habẽtem in hoc quod est esse volitum, & sic communis est peccatis mortalibus, inquantum voluntas auersionis ex voluntate conuersionis est cõmuniter, aut vt per seipsã volitam, in illo tamen loco: & sicut superbiæ propria est, & aliis ab ipsa communicatur. Et propterea est ex parte auer-

** Aliàs ex eo quod per se competit peccato.*

homo quandoq; per alia peccata perducitur. Vñ super illud Psal.136. Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea, dicit glo. quòd coaceruatione vitiorum subrepit diffidentia. Et Apostolus dicit primæ ad Timot.1. quòd quidam repellentes conscientiam bonam, circa fidem naufragauerunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd superbia dicitur esse grauissimum peccatorum ex eo quòd per se competit principio * ex quo attenditur grauitas in peccato. Et ideo superbia causat grauitatem aliorũ peccatorum. Contingit ergo ante superbiam esse aliqua peccata leuiora, quæ ẽt ex ignorantia vel infirmitate committũtur: sed inter grauiora peccata primum est superbia, sicut causa per quã alia peccata aggrauantur. Et quia id quod est primum in causando peccata, est etiam vltimum in recedendo: ideo super illud Psal. 18. Emundabor à delicto maximo, dicit glo*. hoc est, à delicto superbiæ, quod est vltimum redeuntibus ad Deum, & primum recedentibus.

glo. interli. ex Augu. psal. 18.

¶ Ad quintum dicẽdum quòd Philo. ponit superbiam circa fictionem fortitudinis, non quia solùm in hoc consistat, sed quia per hoc homo maximè reputat se posse excellentiam apud homines consequi, si audax vel fortis videatur.

lib.5.Eth. in ca.1 et sequentib.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum superbia debeat poni vitium capitale.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd superbia debeat poni vitium capitale. Isido *. enim & Cassianus enumerant superbiam inter vitia capitalia.

¶ 2 Pręt. Superbia videtur esse idem inani gloriæ: quia vtraque excellentiã quęrit: sed inanis gloria ponitur vitium capitale. ergo etiam superbia debet poni vitium capitale.

¶ 3 Pręt. Aug. dicit in li. de Virginitate,* quòd superbia inuidiam parit, nec vnquã est sine tali comite. sed inuidia ponitur vitium capitale, vt suprà habitum est*: ergo multo magis superbia.

c.31. to.6. — *q.3. ar.6.*

¶ SED CONTRA est, ꝙ Grego. 31. Moral*. non enumerat superbiam inter vitia capitalia.

c.31. ar.6. — *ar 2. & 5. ad.*

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd sicut ex suprà dictis patet, * superbia dupliciter considerari potest. Vno mõ secũdum se, prout scilicet est quoddam speciale peccatum. Alio modo, secundum quod habet quandam influentiam in omnia peccata. Capitalia autem vitia ponuntur quædam specialia peccata, ex quibus multa genera peccatorum oriũtur. Et ideo quidam considerantes superbiam secundum quòd est quoddam speciale peccatum, connumerauerunt eam aliis vitiis capitalibus. Grego*. verò cõsiderans vniuersalem eius influentiam, quam habet in omnia vitia, vt dictum est*, non connumerauit eam aliis vitiis capitalibus, sed posuit eam reginam omnium vitiorum & matrẽ. Vnde Greg. dicit in Moral *. Ipsa vitiorum regina superbia cùm deuictum plenè cor ceperit, mox illud septem principalibus vitiis quasi quibusdam suis ducibus deuastãdum tradit, ex quibus vitiorum multitudines oriuntur. Et per hoc patet responsio ad Primum.

Libr. 31. Mor. c 31 — **ar.2. huius quæst. & q 131 art.5.* — *Cap.31.*

¶ AD SECVNDVM ergo dicẽdũ, ꝙ superbia non est idẽ inani gloriæ, sed causa eius. Nam superbia inordinatè excellentiam appetit: sed inanis gloria appetit excellentiæ manifestationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc ꝙ inuidia, quæ est vitium capitale, oritur ex superbia, nõ sequitur quòd superbia sit vitium capitale, sed quòd sit aliquid principalius capitalibus vitiis.

QVÆSTIO CENTESIMA-sexagesimatertia, de peccato primi hominis, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de peccato primi hominis, qđ fuit per superbiam. Et primò, de peccato eius. Secundò, de pœna peccati. Tertiò, de tentatione, qua inductus est ad peccandum.

¶ Circa primum quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum primum peccatum hominis fuerit superbia. ¶ Secundò, quid primus homo peccãdo appetierit. ¶ Tertiò, vtrum eius peccatum fuerit grauius omnibus aliis peccatis. ¶ Quartò, quis plus peccauerit, vtrum vir vel mulier.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum primi hominis peccatum fuerit superbia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd superbia non fuerit primi hominis peccatum. Dicit enim Apostolus ad Romanos 5. quòd per inobedientiam vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi: sed primi hominis peccatum est, ex quo omnes peccatores cõstituti sunt originali peccato: ergo inobedientia fuit primi hominis peccatum, & non superbia.

¶ 2 Præt. Amb. dicit super Luc*. quòd eo ordine diabolus Christum tentauit, quo primũ hominẽ deiecit: sed Christus primò tẽtatus est de gula, vt patet Matth.4. cùm ei dictũ est, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiãt. ergo primũ peccatũ primi hominis nõ fuit superbia, sed gula.

¶ 3 Præt. Homo diabolo suggerente peccauit: sed diabolus tentans hominem scientiam repromisit, vt patet Gen.3. ergo prima inordinatio hominis fuit per appetitum scientiæ, quod pertinet ad curiositatem: ergo curiositas fuit primum peccatum, & non superbia.

¶ 4 Præt. Super illud primæ ad Timo.2. Mulięr seducta in pręuaricatione fuit, dicit gl*. hãc seductionem appellauit propriè Apostolus, per quam id quod suadebatur, cùm falsum esset, verum putatũ est, scilicet quòd Deus lignũ illud ideo tangere prohibuit, quòd sciebat eos, si tetigissent, velut deos futuros, tanquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat: sed hoc credere pertinet ad infidelitatem: ergo primum peccatum hominis fuit infidelitas, & non superbia.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Eccles.10. Initium omnis peccati superbia: sed peccatum primi hominis est initium omnis peccati, secundum illud Romanor. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. ergo primum peccatum hominis fuit superbia.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd ad vnum peccatũ multi motus concurrere possunt, inter quos ille habet rationẽ pri-

sionis grauissimum, & primum peccatum, & principium cæterorum grauium ex parte auersionis.

¶ Super Quæstionis centesimæ sexagesimæsecundæ Articulum octauum.

IN articulo octauo eiusdem centesimæ sexagesimæsecundæ quæstionis recole quæ in secundo articulo dicta sũt de generali influentia supbiæ, & applica ad propositum: & vide quod superbia ex parte finis mater est omnium vitiorum, quia principium omnium secundum ordinem intensionis. Ex parte autem imperij sui est regina omnium vitiorum in omnibus regnans, & dirigens omnia ad finem suum. Et ideo in litera dicitur regina & mater.

¶ Super Quæstionis centesimæsexagesimætertiæ Articulum primum.

*Infra ar. 3. & 4. co. Et 3. q.1. art. 3. co. Et 2. dist. 22. q.1. artic.1. & Mal. q.7. ad 12.13. & 16. & Ro.5. lec. 5. fi. Et 1. Thi.2. fi. *c.4. to.9*

IN articulo primo quęstionis centesimæsexagesimætertiæ dubium occurrit circa rationem literæ: quoniam in vitium consequentis incidere videtur dum sic procedit, Primum peccatum hominis fuit in hoc quòd appetiit quoddam spirituale bonum supra suam mensuram: ergo primum peccatum hominis fuit superbia. Nam antecedens potest dupliciter verificari. Primò, quod illud bonum spirituale appetitum erat supra hominis mensuram. Secundò, quòd appeteretur supra mensuram hominis appetentis, quamuis bonum spirituale non fuerit supra suam mensuram. Et hoc secundo modo spectat ad superbiam: primo autem ad præsumptionem oppositam magnanimitati: & tamen in litera determinatè infertur quòd spectat ad superbiam.

Est Aug. 11. super Ge. ca. 42. to.2.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia Autor iam determinauerat quòd consistit in contemptu diuinæ subiectionis, dicendo hic quòd peccauit, quia supra mensuram à Deo præfixam bonum appetiit, intelligi voluit quòd contemptus mensuræ diuinæ affuerat: quod ad superbiam clarè spectat. Et propterea nullum vitium in dicto processu est. Nec solum ex præcedentibus, sed ex calce corporis articuli sequentis patet hunc esse sensum intentum: quoniam ibi expressè dicitur quòd vterque peccauit, volẽs sibiipsi inniti contempta diuina regula.

¶ Super

mi peccati, in quo prius inordinatio inuenitur. Manifestũ est autem, quòd primò inuenitur inordinatio in motu interiori animæ, quàm in actu exteriori corporis: quia vt Aug. dicit in 1. de Ciuit. Dei*, Non amittitur corporis sanctitas, manẽte animæ sanctitate. Inter motus autẽ interiores prius mouetur appetitus in finem quàm id quod quæritur propter finem. Et ideo ibi fuit primum peccatum hominis, vbi potuit esse primus appetitus inordinati finis. Sic autem homo erat in statu innocentiæ institutus, vt nulla esset rebellio carnis ad spiritũ: vnde nõ potuit esse prima inordinatio appetitus humani ex hoc ꝙ appetierit aliquod sensibile bonũ in quod carnis cõcupiscẽtia tendit præter ordinẽ rationis. Relinquitur igitur quòd prima inordinatio appetitus humani fuit ex hoc ꝙ aliquod bonum spirituale inordinatè appetiit. Non autẽ inordinatè appetiuisset appetendo id secundum suam mensuram ex diuina regula præstitutã. Vnde relinquitur quòd primum peccatum hominis fuit in hoc quòd appetiit quoddam spirituale bonũ supra suam mensuram, quod pertinet ad superbiam. Vnde manifestum est, quòd peccatum primi hominis fuit superbia.

c.18. to.5.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ si homo non obedierit diuino præcepto, non fuit propter se ab eo volitum: quia hoc non posset cõtingere nisi præsupposita inordinatione voluntatis. Relinquitur ergo, ꝙ voluerit propter aliquid aliud. Primum autem quod inordinatè voluit, fuit propria excellentia. Et ideo inobedientia in eo causata fuit ex superbia. Et hoc est quod Aug. dicit ad Orosium*, quòd homo elatus superbia suasioni serpentis obediens præcepta Dei contempsit.

Dialogo 65. q. ad Orosium. q.4. to.4

¶ Ad secundũ dicendum, quòd in peccato primorum parentum etiam gula locum habuit. Dicitur enim Gen.3. Vidit mulier quòd lignum esset bonum ad vescendum, & pulchrũ oculis, aspectúque delectabile: & tulit de fructu eius, & comedit. Non tamen ipsa bonitas & pulchritudo cibi fuit primum motiuum ad peccandum, sed potius suasio serpentis, qui dixit, Aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij: quod appetendo, superbiam mulier incurrit. Et ideo peccatum gulæ deriuatum est ex peccato superbiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd appetitus scientiæ causatus fuit in primis parentibus ex inordinato appetitu excellentiæ. Vnde & in verbis serpentis præmittitur, Eritis sicut dij. Et postea subditur, Scientes bonum & malum.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sicut Augustinus dicit 11. super Gen. ad literam*, Verbis serpentis mulier non crederet à bona atque vtili re diuinitus se fuisse prohibitos, nisi iam inesset menti amor ille propriæ potestatis, & quædam de se superba præsumptio. Quod non est sic intelligendum, quasi superbia præcesserit suasionem serpentis, sed quia statim post suasionẽ serpentis, inuasit mentem eius elatio: ex qua consecutum est vt crederet verum esse quod dæmon dicebat.

lib.11. ca. 30. to.3.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum superbia primi hominis fuerit in hoc, quòd appetierit diuinam similitudinem.

Isa 17. le. 2. co.2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd superbia primi hominis non fuerit in hoc, quòd appetierit diuinam similitudinẽ. Nullus enim peccat appetendo id, quod sibi competit secundum suam naturam: sed similitudo Dei competit homini secundum suam naturã. Dicitur enim Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Ergo non peccauit diuinam similitudinem appetendo.

¶ 2 Pręterea, In hoc videtur homo diuinam similitudinem appetiisse vt scientia boni & mali potiretur. Hoc enim ei à serpente suggerebatur, Eritis sicut dij scientes bonum & malum. Sed appetitus scientiæ est homini naturalis, secundum illud Philosophi in principio Metaph. Omnes homines natura scire desiderant. ergo non peccauit appetendo diuinam similitudinem.

¶ 3 Præterea, Nullus sapiens eligit id quod est impossibile. Primus autem homo sapientia præditus erat secundum illud Eccles.17. Disciplina intellectus repleuit illos. Cum ergo omne peccatum consistat in appetitu deliberato, qui est electio, videtur quòd primus homo non peccauit appetendo aliquod impossibile. Sed impossibile est esse hominem similem Deo: secũdum illud Exo.35. Quis similis tui in fortibus Domine? ergo primus homo non peccauit appetendo diuinam similitudinem.

¶ SED CONTRA est, quod super illud Psal. Quæ nõ rapui, tunc exoluebam, dicit Aug*. Adam & Eua rapere voluerunt diuinitatem, & perdiderunt fœlicitatem.

Ps 68. to. 8.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ duplex est similitudo: vna omnimodæ æquiparantiæ: & hanc similitudinẽ primi parentes nõ appetierunt, quia talis similitudo ad Deũ, nõ cadit in apprehensione, præcipuè sapientis. Alia autem est similitudo imitationis: qualis possibilis est creaturæ ad Deum, inquantũ videlicet participat aliquid de similitudine ipsius secundũ suũ modũ. Dion. enim dicit in 9. ca. de Diu. no. Eadẽ similia sunt Deo, & dissimilia. Hæc quidem secundum contingentem imitationem, hæc autẽ secundum quod causata minus habent à causa. Quodlibet autem bonũ in creatura existens, est quædam participata similitudo primi boni. Et ideo ex hoc ipso, ꝙ homo appetiit aliquod spirituale bonũ ſ̃ suã mensurã, vt dictũ est*, consequens est, ꝙ apetierit diuinã similitudinẽ inordinatè. Considerandũ tamen est, ꝙ appetitus est propriè rei non habitæ. Bonũ aũt spirituale secundũ ꝙ creatura rationalis diuinã participat similitudinẽ, pôt secundũ tria attendi. Primo quidẽ, secundum ipsum esse naturę. Et talis similitudo ab ipso creationis principio fuit impressa & homini, de quo dicitur Gen.1. ꝙ Deus fecit hominẽ ad imaginẽ & similitudinem suã: & angelo, de quo dicitur Ezech.28. Tu signaculũ similitudinis. Secũdo vero, quantũ ad cognitionẽ: & hãc etiam similitudinem in sui creatione angelus accepit, vnde in præmissis verbis cùm dictũ esset, Tu signaculũ similitudinis, statim subditur, Plenus sapientia. Sed primus homo in sua creatione istã similitudinẽ nondũ actu adeptus erat, sed solum in potentia. Tertio, quantũ ad potestatẽ operandi. Et hãc similitudinem nondũ erant in actu assecuti, neq; angelus, neq; homo in ipso creationis principio: quia vtrique restabat aliquid agendũ quo ad beatitudinẽ peruenirẽt. Et ideo cùm vterq;, s. diabol⁹ & primus hõ, inordinatè diuinã similitudinẽ appetierit, neuter eorũ peccauit appetendo similitudinẽ naturæ. Sed primus hõ peccauit principaliter appetẽdo similitudinẽ Dei, quãtum ad sciẽtiã boni & mali, sicut serpens ei suggessit, vt s. p virtutẽ ꝓprię naturę determinaret sibi qđ esset bonũ & quid malũ ad agẽdũ, vel ẽt vt per seipsum præcognosceret quid sibi boni vel mali esset futurũ. Et secũdario peccauit appetendo similitudinem Dei, quãtũ ad propriã potestatẽ operãdi: vt s. virtute propriæ naturæ operaretur ad beatitudinem consequẽdã. Vnde Augu. dicit. 11. super Gene. ad literã*, ꝙ menti mulieris inhæsit amor ꝓprię potestatis. Sed diabol⁹ peccauit appetẽdo similitudinem Dei quantũ ad potestatem. Vnde Aug. dicit in li. de Vera religione* quòd magis voluit sua potentia frui quã Dei. Veruntamen quantũ ad aliquid vterque Deo æquiparari appetiit: inquantum s. ad aliquid vterque sibi inniti voluit cõtempto diuinæ regulæ ordine.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd ratio illa procedit de similitudine naturæ, ex cuius appetitu homo nõ peccauit, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd appetere similitudinem huiusmodi inordinatè, scilicet supra mensuram suam, peccatum est. Vnde super illud Psal. 70. Deus, quis similis erit tibi, dicit Augus *. Qui per se vult esse Deus, peruersè vult esse similis Deo, vt diabolus qui noluit esse sub eo: & homo, qui vt seruus noluit

¶ Super Quæstionis centesimæsexagesimætertiæ Articulum secundum.

IN artic.2. eiusdem quęstionis.163. dubium occurrit circa illud, scilicet, Primus homo in sua creatione similitudinem diuinam quantum ad scientiam nondum actu adeptus erat, sed solum in potentia. Repugnat siquidẽ hoc doctrinæ in prima parte habitæ, vbi primus homo creatus dicitur perfectus omni scientia humana, vt patet ibidem in arti.3. q.94.

¶ Ad hoc dicitur, quòd verba Autoris hic vera sunt de primo homine, quantum est ex conditione suæ naturæ. Ita quòd inter angelum & hominem hæc verissima posita sit differentia quòd angelus ex naturali conditione creatus est plenus scientia. Homo aũt creatus est ex naturali sua cõditione in potentia, non in actu plenus scientia: quamuis ex speciali gratia diuinæ prouidentiæ primus plenus fuerit sciẽtia. Vel dicendum quòd quia primo homini adhuc restabat aliquid sciẽdum antequam ad patriæ cælestis scientiam perueniret, angelo autem non: ideo primus homo dicitur non adeptus similitudinem diuinam quo ad scientiam in actu, sed in potentia. Et hæc expositio consonat Autori, non prima: quia præmittit, ꝙ appetitus propriè est rei non habitæ. Primus autẽ homo quamquam non naturaliter, habebat tamen scientiam illam. Et propterea non inde appetitus sciendi euenisset sicut iuxta secundam responsionem: quia primi hominis via multa futura erat, & iam instructus erat in naturaliter scibilibus, & in quibusdam supernaturalibus præceptis Dei, & luminis supernaturalis imperfectè particeps erat, & tamen cognoscebat quòd secundum illud oportebat se dirigere in agendis, & in huiusmodi lumine proficiebat: ideo appetiit similitudinem diuinam in scientia directiua ad bonum & malum. Et sicut Deus suæ naturæ lumine omnia regit, ita homo suę naturæ lumine absque exterioris luminis adiutorio, seipsum &c. regeret: vt Autor explicat in secundo sententiarum distinctione vicesimasecunda. Et hic vno verbo dicit, vt virtute propriæ naturæ determinetur sibi quid esset bonũ, & quid malum ad agendum.

art. præc. — *c.30. to.3.* — *c. 13. to.1.*

¶ Super Quæstionis centesimæsexagesimætertiæ Articulum tertium.

ps.70. conci.2. to.8.

IN articulo tertio aduerte quòd Autor omnino deprimere volens peccatum primi hominis,

Universidad de Deusto Biblioteca

vt non concedat quòd sit etiam ex parte auersionis grauissimum: quia est superbia, affert superbiam negantis Deum. Vbi duo vitia in vno actu claudit, scilicet superbiam & infidelitatem: & ex hoc infert quòd non solum infidelitas grauius peccatum est quàm peccatum primi hominis: sed etiam superbia prorumpens in infidelitatem maior est quàm superbia prorumpens in appetitum scientiæ.

1.2. q.83. art.3. cor. princ. & 2. dist.21. q.2. ar. 2. & di. 33. in expos. ad 1. & 2.

*c.15. to.5

¶ *Super Quæstionis centesimæsexagesimætertiæ Articulum quartum.*

IN articulo quarto dubium occurrit ex Scoto in secundo Senten. distinct.21. quæstione 2. tenente quòd primum peccatum Adæ non fuit superbia, sed inordinatus amor amicitiæ vxoris. Probat autem hoc tripliciter. Primò, quia primum peccatum Adę non fuit ex inordinato amore sui, sicut primum peccatum angeli. Angelus enim primò per suam essentiā intelligit seipsum: homo autem prius alia quàm se: & obiecto vtitur sensibili ad sui cognitionem. Vnde non potuit primum hominis peccatum esse inordinatus amor sui. Secundò, quia secundum August. & habetur in litera Magistri senten. dist. 22. secundi libri, Adam peccauit ex amore beneuolentiæ ad vxorem, ex quo consensit in esum pomi vetiti. Tertiò, quia secundum Apostolum ad Timo... Adam non est seductus: ac per hoc non credidit dicto dæmonis, Eritis sicut dij: & consequenter non appetiit huiusmodi similitudinem diuinā in quo consisteret illius superbia si peccasset per superbiam.

*Tex.4. to.3.

lib. 1. Periar. ca.3. to.4.

¶ Ad huius quæstionis euidentiam sciendum est quòd, vt patet in 22. distinct. 2. sent. materia ista non est vsquequaque clara. Scriptura nanque circa peccatum Euæ tot dicit, vt ex illa colligatur superbia Euæ. Nam conferendo promissa à dæmone mulieri, cum seductione ipsius, quam tradidit Apostolus, apparet quòd decepta est credendo promissis, & appetendo ipsa: in quibus manifeste excellentia diuinæ similitudinis proponitur. Sed circa peccatum Adæ Apostolus negando seductionem Adæ, non relinquit ianuas apertas, vt cœpto itinere peccatum progrederetur: & propterea obscurum remanet quid appetierit Adā. Alij nanque ex negatione seductionis negationem appetitus promissorum à dæmone inferunt. Alij verò ex negatione seductionis negationem

Art. præc.

tenere præcepta.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de similitudine æquiparantiæ.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum peccatum primorum parentum fuerit cæteris grauius.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd peccatum primorū parentum fuerit cæteris grauius. Dicit enim Aug. 14. de Ciuitate Dei*, Magna fuit in peccando iniquitas, vbi tanta fuit in non peccando facilitas. Sed primi parentes maximam habuerunt facultatem ad non peccandum: quia nihil habebant intrinsecus quod eos ad peccandum impelleret: ergo peccatum primorum parentum fuit cæteris grauius.

¶2 Pręt. Pœna proportionatur culpæ: sed peccatum primorum parentum grauissimè est punitū: quia per ipsum mors introiuit in hūc mundum, vt Apostolus dicit ad Rom.5. ergo peccatum illud fuit grauius cæteris peccatis.

¶3 Præt. Primum in quolibet genere videtur esse maximum, vt dicitur in 2. Metaphysicæ*: sed peccatum primorum parentum fuit primum inter alia peccata hominum: ergo fuit maximum.

¶SED CONTRA est, qđ Origenes* dicit, Non arbitror quòd aliquis ex his qui in summo, perfectóque constiterint gradu, ad subitum euacuetur, aut decidat: sed paulatim & per partes defluere eum necesse est. Sed primi parentes in summo perfectóque gradu consistebant. Non ergo eorum primū peccatum fuit maximum omnium peccatorum.

¶RESPONDEO dicēdū, quòd duplex grauitas in peccato attēdi pōt. Vna quidem, ex ipsa specie peccati, sicut dicimus adulterium esse grauius peccatum simplici fornicatione. Alia autem est grauitas peccati, quæ attenditur secundum aliquam circunstantiam loci, vel personę, aut temporis. Prima autem grauitas essentialior est peccato & principalior: vnde secundum eam magis peccatum dicitur graue quàm secundum aliam. Dicendum est igitur quòd peccatū primi hominis non fuit grauius omnibus aliis peccatis humanis secundum speciem peccati. Etsi enim superbia secundū suum genus habeat quandam excellentiam inter alia peccata, maior tamen est superbia, qua quis Deum negat, vel blasphemat, quàm superbia, qua quis inordinatè diuinam similitudinem appetit: qualis fuit superbia primorum parētum, vt dictum est*. Sed secūdum conditionem personarum peccantium peccatum illud habuit maximam grauitatem propter perfectionem status ipsorum. Et ideo dicendum est, quòd illud peccatū fuit quidem secundum quid grauissimū, non tamen simpliciter.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa ratio procedit de grauitate peccati ex circunstantia peccantis.

¶Ad secundum dicendū, quòd magnitudo pœnæ, q̄ consecuta est illud primum peccatū, non correspondet ei secundum quantitatem propriæ speciei, sed inquantum fuit primū: quia ex hoc interrupta est innocentia primi status, qua subtracta, deordinata est tota natura humana.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in his, q̄ sunt per se ordinata, oportet id quod est primum, esse maximum. Talis autem ordo non attenditur in peccatis, sed vnum per accidens sequitur post aliud. Vnde non sequitur, quòd primum peccatum sit maximum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum peccatum Adæ fuerit grauius quàm peccatum Euæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd peccatum Adæ fuerit grauius quàm peccatum Euę. Dicitur enim primæ ad Timo.2. quòd Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Et sic videtur quòd peccatum mulieris fuerit ex ignorantia, peccatum autem viri ex certa scientia. Sed huiusmodi peccatum est grauius secundum illud Lucæ 12. Ille seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & nō fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autē nō cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Ergo Adam grauius peccauit quàm Eua.

¶2 Præt. Aug. dicit in lib. de Decē chordis*, Si caput est vir, melius debet viuere, & pręcedere in omnibus bonis factis, maximè vxorem suam, vt illa imitetur virum: sed ille qui melius debet facere si peccet, grauius peccat: ergo Adā grauius peccauit quàm Eua.

¶3 Pręt. Peccatum in Spiritum sanctum videtur esse grauissimum: sed Adam in Spiritū sanctum videtur peccasse, quia peccauit cogitans de diuina misericordia: quod pertinet ad peccatum pręsumptionis. ergo videtur quòd Adam grauius peccauit quàm Eua.

¶SED CONTRA est, quod pœna respondet culpæ: sed mulier est grauius punita quàm vir, vt patet Genes. 3. Ergo grauius peccauit quàm vir.

¶RESPONDEO dicendū, quòd sicut dictū est*, grauitas peccati principalius attenditur tam secundum peccati speciem, quàm secundum peccati circūstantiam. Dicendū est ergo, quòd si consideremus conditionem personæ vtriusque s. mulieris & viri, peccatū viri est grauius, quia erat perfectior muliere. Sed quantū ad ipsum genus peccati: vtriusq; peccatū æquale dicitur, quia vtriusque peccatū fuit superbia. Vñ Aug. dicit 11. super Gen. ad literā* ꝙ mulier non excusauit peccatum suū in impari sexu, sed pari fastu. Sed quantū ad speciē superbiæ, grauius peccauit mulier triplici ratiōe. Primò quidem quia maior elatio fuit mulieris quàm viri. Mulier enim credidit verū esse, qđ serpens suasit. s. quòd Deus prohibuerit ligni esum, ne ad eius similitudinem peruenirent. Et ita dū per esum ligni vetiti Dei similitudinem cōsequi voluit, superbia eiꝰ ad hoc se erexit, quòd contra Dei volūtatem aliquid voluit obtinere. Sed vir nō credidit hoc esse verū. Vnde non voluit consequi diuinam similitudinem cōtra Dei volūtatem. Sed in hoc superbiuit, quòd voluit eam consequi per seipsum. Secūdò, ꝗa mulier non solùm ipsa peccauit, sed etiā viro peccatū suggessit: vnde peccauit & in deū, & in proximū. Tertiò, in hoc ꝙ peccatū viri diminutum est ex hoc, ꝙ in peccatū consensit amicabili quadam beneuolentia, qua plerūq; fit vt offendatur Deꝰ, ne homo ex amico fiat inimicꝰ: qđ eū facere non debuisse diuinæ sententię exitꝰ indicauit: vt Aug. dicit 11. super Ge. ad literā*. Et sic patet ꝙ peccatū mulieris fuit grauius quàm peccatum viri.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ

appetitus simpliciter acceptant: sed non negationem appetitus conditionati. Ita quòd dicunt quòd Adam, quia non seductus, ideo non simpliciter appetiit esse sicut Deus, vt Eua appetiit, sed appetiit conditionatè, si possibile foret esse sicut Deus. Et hæc via videtur Augusti. dicentis quòd virum propter aliquam mentis elationem sollicitauit quædam experiendi cupiditas: cum mulierem videret accepta illa esca non esse mortuam. Hanc sequuntur Magister sententiarum & Autor. Scotus vero primā est amplexus viam. Vnde in hac materia non nisi probabiliter loqui patitur ipsa materia de vno singulari non scibili. Ratio siquidem Scoti nihil valet: tum quia contra ipsummet Scotum ibidem concludit, si concludit: quoniam concedit ipse ibi quòd Eua peccauit primò ex inordinato amore sui, scilicet appetendo propriam excellentiam in hoc quòd voluit esse vt Deus. Certum est autem quòd Eua intelligebat prius alia quàm se, & vtebatur obiecto sensibili ad sui cognitionem, sicut minus quàm Adam: aut ergo ratio non concludit de Adam: aut si concludit de Adam, concludit etiam de Eua. Et verè nihil concludit: quoniam licet in modo cognoscendi se, differant Angelus & homo, in appetitu tamen conueniunt, quòd scilicet amabile est bonum, vnicuique autem proprium, vt dicitur 8. Ethicor. Et amicabilia quæ sunt, ad alios, veniunt ex amicabilibus ad se. Primum ergo ab omni intellectuali appetitu amatum amore amicitiæ, est ipsemet amans, cui aliquod bonū vult.

2. dist.22. q.1. ar.3.

Ca.3. to.9.

art. præc.

c.35. to.3

¶Ad autoritatem Augustini dicitur, quòd ex illa autoritate non habetur quòd primum peccatum Adæ fuerit inordinatus amor beneuolentiæ ad vxorem, sed quòd amor beneuolentię ad vxorem fuit causa peccati Adæ: quod stat cum hoc quòd peccatum primum Adæ fuerit superbia. Ità quòd ex amore beneuolentiæ ad vxorem, qui amor secundum se non erat peccatum, non fecit resistentiam tentanti vxori. Et sic aliqualiter elatus, videns illam non mortuam, appetiit idem quod illa appetierat, licet alio modo, vt dictum est, & mirum videtur quòd Scotus super August. hac autoritate se fundat: & tot autoritates eiusdem, quas Magister sententiarum in loco allegato affert pro superbia Adæ, pertransit. Ad autoritatem Apostoli iam dictum est.

cap.35.

¶ In eodem quarto articulo dubium occurrit circa

circa illud, Quantum ad speciem superbiæ grauius peccauit mulier: tū quia vterque vna & eadem specie superbiæ peccauit, scilicet in prima specie appetendo ex propriæ naturæ lumine excluso speciali adiutorio diuini luminis se suáque regere. Tum quia ex tribus rationibus in litera ad hoc allatis, secunda & tertia nihil ad superbiam spectant. Et tamen in litera ad probandam grauitatem maiorem in specie superbiæ proponitur triplex ratio adducenda.

¶ Ad hoc dicitur, quòd litera posset intelligi fortè dupliciter. Primò quòd species superbiæ mulieris fuit grauior specie superbiæ viri. Et hic sensus non est intentus ab Autore, nec ex litera habetur: quoniam nunquam fit in illa mentio de diuersitate specifica. Secūdo quòd infra latitudinē speciei superbiæ qua vterque peccauit, grauius peccauit Eua quàm Adā. Et hic est intentus sensus, cùm dicitur: sed quantū ad speciem superbiæ, grauius, &c. Sicut si dixisset quòd quantum ad speciem adulterij, grauius peccauit in eodem concubitu mulier quàm vir: quia infra latitudinē adulterij grauius peccauit. Vel propter maiorem contēptum, vt prima ratio ostendit, in qua mulier explicitè contempsit diuinā voluntatem, vir autem implicitè. Vel propterea quia induxit alium ad peccandum, vt secunda ratio ostendit. Plus enim in qualibet specie peccat peccans & inducens quā peccans tantum. Vel propter causam honestam aleuiantem in vno idem peccatum, & in altero non, vt tertia ratio mōstrat: sicut si vir propter inopiam esset adulter. Vnde patet solutio vtriusque obiectionis: de latitudine siquidem vnius speciei est sermo: & infra latitudinem illius quælibet rationum grauius aliquid attulit, vt patet.

12. q. 85. ar.5. & 2 dist.30. q.1 ar.1. et 3 di.16. q.1. ar.1. & 4. prol. prin. & dist.4. q.2. art.1. q.3. & 4. contra c. 62. Et mal. q.5. art.4. & opus.5. ca. 197. 198. 199. 238. 241. & 242. & Ro.5. le.3 & c.5. & Heb.9. fi.

¶ *Super Quæstionis centesimæsexagesimæquartæ Articulum primum.*

IN tota quæstio. 164. de pœna peccati primi hominis hoc solum scribendum occurrit, quòd dum in secundo articulo in responsione ad quintum de flammeo gladio duæ insinuantur opiniones: altera, quòd sit æstus ex propinquitate solis: altera, quòd sit per Angelicum ministerium quædā ignea custodia. Prima opinio hodie exclusa videtur, quoniam zona quæ torrida vocata est, à qua nunquam sol recedit, iam inuenta est habitata, habent enim iuge æquinoctium habitatores terræ illius, vt testantur inde venientes, & nos mis-

q.49. art. 2.

illa seductio mulieris ex præcedenti elatione subsecuta est. Et ideo talis ignorantia nō excusat, sed aggrauat peccatū, in quantum scilicet ignorando, in maiorem elationem erecta est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit ex circunstantia cōditionis personæ, ex qua peccatum viri fuit grauius secundum quid.

¶ Ad tertium dicendum quòd vir non cogitauit de diuina misericordia vsque ad contemptum diuinæ iustitiæ: quod facit peccatum in Spiritum sanctum. Sed quia vt Aug. dixit 11. super Genes. ad literam, inexpertus diuinæ seueritatis credidit illud peccatum esse veniale, id est de facili remissibile.

QVÆSTIO CENTESIMAsexagesima quarta, de Pœnis peccati primi hominis, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de pœna primi peccati.

¶Et circa hoc quærūtur duo.

¶Primo, de morte, quæ est pęna communis.

¶Secūdò, de aliis particularibus pœnis, quæ in Genesi assignantur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum mors sit pœna peccati primorum parentum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd mors nō sit pœna peccati primorum parentum. Id enim quod est homini naturale, non potest dici pœna peccati, quia peccatum non perficit naturam, sed vitiat. Mors autem est homini naturalis, quod patet ex hoc quòd corpus ex contrariis componitur, & ex hoc etiam quòd mortale ponitur in diffinitione hominis. ergo mors non est pœna peccati primorum parentum.

¶2 Pręterea, Mors & alij corporales defectus similiter inueniuntur in homine, sicuti & in aliis animalibus: secundum illud Eccles.3. Vnus interitus est hominis & iumentorum, & æqua vtriusque conditio: sed in animalibus brutis mors non est pœna peccati: ergo etiam neque in hominibus.

¶3 Præterea, Peccatum primorum parentum fuit specialium personarum: sed mors consequitur totam humanam naturam. ergo non videtur esse pœna peccati primorum parentum.

¶4 Præt. Omnes æqualiter deriuantur à primis parentibus. Si igitur mors esset pœna peccati primorum parentum, sequeretur quòd omnes homines æqualiter mortem paterētur: quod patet esse falsum, quia quidam citius aliis & grauius moriuntur. ergo mors non est pœna primi peccati.

¶5 Præt. Malum pœnæ est à Deo, vt supra habitum est*: sed mors non videtur esse à Deo. Dicitur enim Sap. primo: ꝙ Deus mortem non fecit. ergo mors nō est pœna primi peccati.

¶6 Pręt. pœnæ non videntur esse meritoriæ. Nam meritum continetur sub bono, pœna autem sub malo: sed mors quandoque est meritoria, sicut patet de morte martyrum: ergo videtur quòd mors non sit pœna.

¶7 Præt. Pœna videtur esse afflictiua, sed mors non potest esse afflictiua, vt videtur: quia quando mors est, eam homo nō sentit: quando autem non est, sentiri non potest. ergo mors non est pœna peccati.

¶8 Præterea, Si mors esset pœna peccati, statim fuisset ad peccatum consecuta: sed hoc non est verum. Nam primi parētes post peccatum diu vixerunt, vt patet Genes. 4. ergo mors non videtur esse pœna peccati.

¶SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Rom. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.

mus fratres ordinis ad partes illas, & eunt & redeunt, prout expedit. Vnde secunda opinio amplectenda videtur. Nec mirum si multos sapientes hoc latuit, quia ista sunt singularia sine experientia accepta à progenitoribus ex probabili argumento Aethiopiæ tam ardentis, de qua Lucanus, Aethiopúmq; solū quod non premeretur ab vlla Signiferi regiōe poli, nisi poplite lapso Vltima curuati premeretur ab vngula Tauri.

¶Super

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ si aliquis propter culpam suam priuetur aliquo beneficio sibi dato, carentia illius beneficij est pœna culpæ illius. Sicut autem in Primo * dictum est, homini in sui prima institutione hoc beneficium fuit collatum diuinitus, vt quandiu mens eius esset Deo subiecta, inferiores vires animæ subiicerentur rationali menti, & corpus animæ subiiceretur: sed quia mens hominis per peccatum à diuina subiectione recessit, consecutum est, vt nec inferiores vires totaliter subiicerentur rationi. Vnde tanta est rebellio carnalis appetitus ad rationem, vt nec corpus totaliter subiiciatur animæ: vnde sequitur mors & alij corporales defectus. Vita enim & incolumitas corporis consistit in hoc, quòd subiiciatur animæ, sicut perfectibile suæ perfectioni. Vnde per oppositum mors & ægritudo & quilibet corporalis defectus, pertinet ad defectum subiectionis corporis ad animam Vnde patet, quòd sicut rebellio carnalis appetitus ad Spiritum, est pœna peccati primorum parentum, ita etiam & mors & omnes corporales defectus.

q.95. ar.1. & q.97. ar.1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd naturale dicitur, quod ex principiis naturæ causatur. Naturę autem per se principia sunt forma & materia. Forma autem hominis est anima rationalis, quæ de se est immortalis: & ideo mors non est naturalis homini ex parte formæ. Materia autem hominis est corpus tale, quod est ex contrariis compositum, ad quod sequitur ex necessitate corruptibilitas. Et quantum ad hoc mors est homini naturalis. Hæc autem conditio in materia humani corporis est consequens ex necessitate materiæ: quia oportebat corpus humanum esse organum tactus: & per consequens medium inter tangibilia: & hoc non poterat esse nisi esset ex contrariis compositum, vt patet per Philosophum in secundo de Anima *. Non autem est conditio secundū quā materia adaptetur formæ: quia si esset possibile, cum forma sit incorruptibilis, potius oporteret materiam incorruptibilem esse. Sicut quòd serra sit ferrea, competit formæ & actioni eius, vt per duritiem sit apta ad secandum. Sed quòd sit potens rubiginem contrahere, consequitur ex necessitate talis materiæ, & non secundum electionem agentis: nam si artifex posset, faceret ex ferro serram, quæ rubiginem contrahere non posset. Deus autem qui est cōditor hominis, omnipotens est. Vnde ademit suo beneficio ab homine primitus instituto necessitatem moriendi ex tali materia consequente: quod tamen beneficium subtractum est per peccatum primorum parentum. Et sic mors est naturalis propter conditionem materiæ, & est pœnalis propter amissionem diuini beneficij, præseruantis à morte.

Tex. 11. & seq.

¶ Ad secundū dicendum, quòd similitudo illa hominis ad alia animalia attenditur quantum ad conditionem materiæ, id est quantum ad corpus ex contrariis compositum, non autem quantum ad formam. Nam anima hominis est immortalis, brutorum verò animalium animæ sunt mortales.

¶Ad tertium dicendum, quòd primi parentes fuerunt à Deo instituti non solùm sicut quædam personæ singulares, sed sicut quædam principia totius humanæ naturæ ab eis ad posteros deriuandæ simul cum beneficio diuino præseruante à morte. Et ideo per eorum peccatum tota humana natura in posteris tali beneficio destituta, mortem incurrit.

¶ Ad quartū dicendū, quòd aliquis defectus ex peccato consequitur dupliciter. Vno modo, per modum pœnæ taxatę à iudice. Et talis defectus æqualis debet esse in iis, ad quos æqualiter pertinet peccatum. Alius autem defectus est, qui ex huiusmodi pœna per accidens consequitur, sicut quòd aliquis pro culpa sua excæcatus cadat in via. Et talis defectus culpæ non proportionatur, nec ab homine iudice pēsatur, qui non potest

Universidad de Deusto
Biblioteca

fortuitos euentus prægnoscere. Sic ergo pœna taxatà pro primo peccato proportionaliter ei respondens, fuit subtractio diuini beneficij: quo rectitudo & integritas humanæ naturæ conseruabatur. Defectus autem cõsequens subtractionẽ huiusmodi beneficij, sunt mors & aliæ pœnalitates præsentis vitæ. Et ideo non oportet huiusmodi pœnas æquales esse in iis, ad quos æqualiter pertinet primũ peccatũ. Verùm quia Deus præscius est omnium futurorum euentuum ex dispositione diuinæ præscientiæ & prouidentiæ huiusmodi pœnalitates diuersimodè in diuersis inueniuntur, non quidẽ propter aliqua merita præcedentia hãc vitã, vt Origenes posuit*. Hoc enim est contra id quod dicitur Rom.9. Cùm nondum aliquid boni aut mali egissent. Et etiam est contra hoc quod in primo ostẽsum est, q̃ anima* non est creata ante corpus: sed vel in pœnã paternorum peccatorum, inquantũ filius est quædam res patris, vnde frequenter parentes puniuntur in prole. Vel etiam propter mediũ salutis eius, qui huiusmodi pœnalitatibus subditur, vt scilicet per hoc à peccatis arceatur: aut etiam de virtutibus non superbiat, & per patientiam coronetur.

lib. 1. Periarchon. c. 7. & 8. *to. 4. * q. 47. art. 2. & q. 75. art. 7. & q. 90. ar. 4.*

¶Ad quintum dicendum, quòd mors dupliciter potest cõsiderari. Vno modo, secundum quòd est quoddam malum humanæ naturæ. Et sic nõ est ex Deo, sed est defectus quidã incidẽs ex culpa humana. Alio mõ potest cõsiderari secundũ q̃ habet quandã rationẽ boni, prout s. est quædam iusta pœna: & sic est à Deo. Vnde Aug. dicit in lib. Retractationum*, quòd Deus non est autor mortis, nisi inquantum mors est pœna.

lib. 1. c. 21. & 26. to. 1.

¶Ad sextum dicendum, quòd sicut Aug. dicit 15. De ciui. Dei, *ca. 6. to. 5.* Quemadmodum iniusti malè vtuntur non tantũ malis, verùm etiã bonis: ita iusti bene vtuntur non tantũ bonis, sed etiã malis. Hinc fit vt & mali malè lege vtãtur, quãuis lex sit bonũ, & boni bene moriantur, quamuis sit mors malum. Inquantũ igitur sancti bene morte vtuntur, fit eis mors meritoria.

¶Ad septimum dicẽdum, quòd mors dupliciter accipi potest. Vno modo pro ipsa priuatione vitæ: & sic mors sentiri nõ põt cùm sit priuatio sensus & vitæ. Et sic non est pœna sensus, sed pœna dãni. Alio modo, secũdum quòd nominat ipsam corruptionẽ, quæ terminatur ad priuationẽ prædictam. De corruptione autem sicut & de generatione dupliciter loqui possumus. Vno modo secundũ q̃ est terminus alterationis. Et sic in ipso instanti, in quo primò priuatur vita, dicitur inesse mors. Et secundũ hoc etiã mors nõ est pœna sensus. Alio mõ corruptio põt accipi cũ alteratione præcedente, prout dicitur aliqs mori dũ mouetur in mortem, sicut dicitur aliquid generari, dũ mouetur in generatũ esse, & sic mors potest esse afflictiua.

¶Ad octauum dicendum, quòd sicut Aug. dicit super Gen. ad literam*, quamuis annos multos primi parentes postea vixerint, illo tamen die mori cœperunt, quo mortis legem, qua in senium veterascerent, acceperunt.

lib. 12. c. 32. to. 5.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum conuenienter particulares pœnæ primorum parentum determinentur in Scriptura.

2. dist. 29. art. 5.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ inconuenienter particulares pœnæ primorum parentum determinentur in Scriptura. Nõ enim debet assignari vt pœna peccati id, quod etiam sine peccato esset. Sed dolor in pariẽdo esset, vt videtur, etiã sine peccato. Hoc enim requirit dispositio fœminei sexus, vt proles nasci non possit sine dolore parientis. Similiter ét subiectio mulieris ad perfectionẽ virilis sexus & imperfectionẽ muliebris. Germinatio etiã spinarũ & tribulorum ad naturã terræ pertinet, quæ fuisset etiam sine peccato. Non ergo huiusmodi sunt conuenientes pœnæ primi peccati.

¶2 Præt. Id q̃d pertinet ad dignitatẽ alicuius, nõ videtur ad pœnam eius pertinere: sed multiplicatio conceptus pertinet ad dignitatẽ mulieris: ergo nõ debet poni quasi mulieris pœna.

¶3 Præt. Pœna peccati primorum parẽtũ ad omnes deriuatur, sicut de morte dictũ est*: sed nõ omnium mulierũ multiplicãtur conceptus, nec omnes viri in sudore vultus sui pane vescũtur. Non ergo istæ sunt conuenientes pœnæ primi peccati.

art. præc.

¶4 Præt. Locus paradisi propter hominem factus erat, sed nihil debet esse frustra in rerum ordine: ergo videtur q̃ non fuerit conueniens hominis pœna quòd à paradiso excluderetur.

¶5 Præt. Locus ille paradisi terrestris de se dicitur esse inaccessibilis: frustra ergo apposita sunt alia impedimenta, ne hõ illuc reuerteretur, s. cherubim & gladius flãmeus atque versãtilis.

¶6 Præt. Homo post peccatũ statim necessitati mortis fuit addictus, & ita beneficio ligni vitæ non poterat ad immortalitatem reparari: frustra ergo ei esus ligni vitæ interdicitur, cum dicitur Gen.3. Nũc ergo ne forte sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum.

¶7 Præt. Insultare misero videtur misericordiæ, & clementiæ repugnare, quæ maximè in Scriptura Deo attribuitur, secundum illud Psal.114. Miserationes eius super omnia opera eius. Ergo inconuenienter ponit Deũ insultasse primis parentibus per peccatum iam in miseriam deductis: vbi dicitur, Ecce, Adã quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum & malum.

¶8 Præt. Vestitus ad necessitatem hominis pertinet sicut & cibus, secundum illud primæ ad Tim. vltimo. Habentes alimẽta, & quibus tegamur, his contenti simus: ergo sicut cibus primis parentibus fuit attributus ante peccatum, ita etiam & vestitus attribui debuit. Inconuenienter ergo post peccatum dicitur eis Deus tunicas pelliceas fecisse.

¶9 Præterea, Pœna quæ alicui peccato adhibetur, debet plus habere ĩ malo q̃ emolumẽtũ quod quis ex peccato cõsequtur, alioquin p pœnã non deterreretur quis à peccato. Sed primi parẽtes ex peccato consecuti sunt q̃ eorũ oculi aperirentur, vt dicitur Gen.3. Hoc autẽ præponderat in bono omnib⁹ malis pœnalibus q̃ ponuntur ex peccato consecuta. Inconuenienter ergo describũtur pœnæ peccati primorũ parẽtum cõsequentes.

¶SED CONTRARIVM est, quòd huiusmodi pœnæ sunt diuinitus taxatæ à Deo, qui omnia facit numero, põdere & mensura, vt dicitur Sap.11.

¶RESPONDEO dicẽdũ, quòd sicut dictũ est*, primi parentes propter suum peccatum priuati sunt beneficio diuino quo humanæ naturæ integritas in eis cõseruabatur: per cuius subtractionem humana natura in defectus pœnales incidit: & ideo dupliciter puniti fuerũt. Primò, quantũ ad hoc q̃ subtractũ fuit eis id qd integritatis statui competebat, s. locus terrestri paradisi: quod significatur Gen.3. cũ dicitur, Et emisit eum Deus de paradiso voluptatis. Et quia ad illũ statum primæ innocentiæ per seipsum redire non poterat, conuenienter apposita sunt impedimẽta ne rediret ad ea quæ primo statui cõpetebant, s. cibo, ne sumeret de ligno vitæ: & à loco. Collocauit enim Deus ante paradisum cherubim & flãmeum gladium. Secundò autem puniti fuerunt quãtũ ad hoc quòd attributa sunt eis ea quę naturæ conueniunt tali beneficio destitutæ. Et hoc quidẽ quantum ad corpus, & quantum ad animã. Quantũ quidem ad corpus, ad quod pertinet differentia sexus, alia pœna attributa est mulieri, alia verò viro. Mulieri quidẽ attributa est pœna secundum duo, propter quæ viro cõiungitur, quæ sunt generatio ,plis, & cõmunicatio operũ pertinẽtiũ ad domesticã conuersationẽ. Quantũ aũt ad generationẽ prolis, punita fuit dupliciter. Primò q̃dẽ, quantũ ad tædia q̃ sustinet portãdo prolẽ conceptã. Et hoc significatur cùm dicitur, Multiplicabo ærũnas tuas & conceptus tuos. Et quantũ ad dolorẽ quẽ patitur in pariendo. Et quantũ ad hoc dicitur, In dolore paries. Quãtũ verò ad domesticã conuersationẽ, punitur secũdũ hoc q̃ subiicitur dñationi viri: p hoc quod dicit, Sub viri potestate eris. Sicut aũt ad mulierẽ pertinet vt subdatur viro ĩ iis q̃ ad domesticã conuersationẽ ptinẽt, ita ad virũ pertinet q̃ necessaria vitæ procuret. Et circa hoc punitur tripliciter. Primò quidẽ, per terræ sterilitatẽ, cũ dicitur, Maledicta terra in opere tuo. Secundò, per laboris anxietatẽ, sine qua fructus terræ nõ percipit. Vñ dicitur, In labore comedes de ea cũctis diebus vitæ tuæ. Tertiò, quãtũ ad impedimenta q̃ proueniunt terrã colẽtibus. Vñ dicitur, Spinas & tribulos germinabit tibi. Similiter etiã ex parte animæ triplex eorũ pœna describit. Primò, quidem, quãtũ ad confusionem quam passi sunt de rebellione carnis ad spiritũ. Vnde dicitur, Aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt se esse nudos: Secundo, quantũ ad increpationem propriæ culpæ, per hoc quod dicitur, Ecce, Adã factus est quasi vnus ex nobis. Tertio, quantum ad commemorationem futuræ mortis, secundũ quod ei dictũ est, Puluis es, & in puluerem reuerteris. Ad quod etiã pertinet quod Deus fecit eis tunicas pelliceas in signum mortalitatis eorum.

art. præc.

d. 739.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in statu innocẽtię fuisset partus absq; dolore. Dicit em Au. in 14. de Ci. Dei* Sic ad pariendũ nõ doloris gemitus, sed maturitatis impulsus fœminea viscera relaxaret, sicut ad concipiendum non libidinis appetitus, sed voluntarius vsus naturam vtriusque coniũgeret. Subiectio autem mulieris ad virum intelligenda est in pœnam mulieris esse inducta, non quantum ad regimen, quia etiam ante peccatũ vir caput mulieris fuisset, & eius gubernator extitisset: sed prout mulier contra propriam voluntatem nunc necesse habet viri voluntati parere. Spinas autem & tribulos terra germinasset, si homo non peccasset, in cibum animaliũ, non autẽ in hominis pœnam: quia, s. propter eorum exortũ nullus labor aut punitio homini operanti in terra accideret

c. 26. to. 5.

lib. 5. c. 8. ret, vt Aug. dicit super Gen. ad literam*, quamuis Alcuinus dicat quòd ante peccatum terra omnino spinas & tribulos non germinasset. Sed primum est melius.

¶Ad secundum dicendum, quòd multitudo cõceptũ inducitur in pœnam mulieris, nõ propter ipsam procreationẽ prolis, quæ etiam ante peccatum fuisset, sed propter multitudinẽ afflictionum, quas mulier patitur ex hoc quòd portat fœtum conceptum. Vnde signanter coniungitur, Multiplicabo ærũnas tuas & conceptus tuos.

¶Ad tertium dicendum, quòd illæ pœnę aliqualiter ad omnes pertinent. Quæcunque enim mulier concipit, necesse est quòd ærumnas patiatur & cum dolore pariat, præter Beatã virginẽ, q̃ sine corruptione concepit, & sine dolore peperit, quia eius conceptio non fuit secundum legem naturæ à primis parentibus deriuata. Si aũt aliqua nõ concipit neq; parit, patitur sterilitatis defectũ, qui præponderat pœnis p̃dictis. Similiter etiam oportet vt quicunq; terrã operatur, in sudore vultus comedat panẽ. Et ipsi qui p se agriculturã non exercẽt, aliis laboribus occupãtur. Homo em̃ nascitur ad laborem, vt dicitur Iob 5. Et sic panem ab aliis in sudore vultus elaboratum manducant.

¶Ad quartum dicendum, quòd locus ille paradisi terrestris quamuis non seruiat homini ad vsum, seruit tamen ei ad documentum, dum cognoscit propter peccatum se tali loco fuisse priuatum, & dum per ea quæ corporaliter in illo paradiso sunt, instruitur de his quæ pertinent ad paradisum cælestem, quo aditus homini præparatur per Christum.

¶Ad quintum dicendum, q̃ salutis spiritualis sensus mysteriis, ille locus præcipuè videtur esse inaccessibilis propter vehementiam æstus in locis intermediis ex propinquitate solis. Et hoc significatur per flammeum gladium, qui versatilis dicitur propter proprietatem motus circularis, huiusmodi æstũ causantis, & quia motus corporalis creaturæ disponitur ministerio angelorum, vt patet per Aug.3. de Trinita.* conuenienter etiam simul cum gladio versatili cherubim adiungitur ad custodiendam viã ligni vitæ. Vnde Aug. dicit in vndecimo super Genc. ad literam*, Hoc per cælestes potestates etiã in paradiso visibili factum esse credendum est, vt per Angelicum ministerium esset illic quædam ignea custodia.

Cap. 4.

Cap. 40.

¶Ad sextum dicendum, quòd homo si post peccatum de ligno vitæ comedisset, non propter hoc immortalitatem recuperasset, sed beneficio illius cibi potuisset vitam magis prolongare. Vnde quod dicitur, Et viuat in æternum, sumitur ibi æternum pro diuturno. Hoc autem non expediebat homini vt in miseria huius vitæ ditius permaneret.

¶Ad septimum dicendum, quòd sicut Aug. dicit 11. super Gen. ad literam*, Verba Dei non tam sunt primis parentibus insultantis, quàm cæteros, ne ita superbiant, deterrentis: propter quos ista conscripta sunt, quia s. non solùm Adã nõ fuit fact⁹ qd fieri voluit, sed nec illud ad quod fact⁹ fuerat cõseruauit.

Cap. 39.

¶Ad octauum dicendum, quòd vestitus necessarius est homini secundum statũ præsentis miseriæ propter duo. Primò quidem propter defectum ab exterioribus nocumentis, puta interperati caloris & frigoris. Secundò, tegumentũ ignominiæ, ne turpitudo membrorum appareat, in quibus præcipuè manifestatur rebellio carnis ad spiritum. Hæc autẽ duo in primo statu non erant, quia in statu illo corpus hominis non poterat per aliquod extrinsecũ lædi, vt in primo* dictum est. Nec etiam erat in statu illo aliqua turpitudo in corpore hominis, quæ ad confusionem induceret. Vnde dicitur in Gen. Erat aũt vterq; nudus, Adam scilicet & vxor eius, & non erubescebant. Alia autem ratio de cibo est, qui est necessarius ad fomentum caloris naturalis, & ad corporis augmentum.

q. 97. ar. 2.

¶Ad nonum dicendũ, quòd sicut Aug. dicit 11. super Gen. ad literam*, Non est credendum quòd primi parentes essent producti clausis oculis, præcipuè cùm de muliere dicatur, quòd vidit lignum, q̃ esset pulchrum & bonum ad vescẽdum. Aperti ergo sunt oculi amborum ad aliquid intuendum, & cogitandũ quod antea nunquam aduerterant, scilicet adinuicem concupiscendum, quod antè non fuerat.

Cap. 31.

Cap. 4.

QVÆSTIO CENTESIMA SEXAGESIMAQUINTA, de Tentatione primorum parentum, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de tentatione primorum parentum.

¶Circa quam quæruntur duo.

¶Primò, vtrum fuerit conueniens quòd à diabolo homo tentaretur.

¶Secundò, de modo & ordine illius tentationis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum fuerit conueniens, vt homo à diabolo tentaretur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd fuerit conueniens vt homo à diabolo tentaretur. Eadem enim pœna finalis debetur peccato angeli & peccato hominis, secundum illud Matt.25. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius, sed peccatum primi angeli non fuit ex aliqua tentatione exteriori: ergo nec primum peccatũ hominis debuit esse ex aliqua exteriori tentatione.

¶2 Præt. Deus præscius futurorum, sciebat quòd homo per tentationem dæmonis in peccatum deiiceretur. Et sic bene sciebat quòd non expediebat ei quòd tẽtaretur. ergo videtur quòd nec fuerit cõueniens, quòd permitteret eum tentari.

¶3 Præt. Quod aliquis impugnatorẽ habeat, ad pœnam pertinere videtur, sicut & e contrario pertinere videtur ad præmium, quòd impugnatio subtrahatur, secundum illud Prouerb.16. Cum placuerint Domino vię hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Sed pœna non debet præcedere culpam: ergo in conueniens fuit, quòd homo ante peccatum tentaretur.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Eccles.34. Qui tentatus nõ est, qualia scit?

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ divina sapientia disposuit omnia suauiter, vt dicitur Sapien. octauo, inquantum scilicet sua prouidentia singulis attribuit quæ eis competunt secundum suam naturã, quia vt dicit Dionysius 4. capite de Diuinis nomin. Prouidẽtiæ non est naturam corrumpere, sed saluare. Hoc autem pertinet ad conditionem humanæ naturæ, vt ab aliis creaturis iuuari vel impediri possit. Vnde cõueniens fuit vt Deus hominem in statu innocentiæ & tentari permitteret per malos angelos, & iuuari eum faceret per bonos. Ex speciali enim beneficio gratiæ hoc erat ei collatum, vt nulla creatura exterior ei posset nocere contra propriam voluntatem, per quam etiam tentationi dæmonis resistere poterat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ supra naturam humanam est aliqua natura, in qua potest malum culpæ inueniri, non autem supra naturam angelicam. Tentare autem inducẽdo ad malum, non est nisi iam deprauati per culpam. Et ideo conueniens fuit, vt homo per angelum malum tentaretur ad peccandum, sicut etiam secundum ordinem naturæ per angelum bonum promouetur ad perfectionem. Angelus autem à suo superiori, scilicet à Deo, in bono perfici potuit, non autẽ ad peccandum induci, quia sicut dicitur Iacobi primo, Deus intentator malorum est.

¶Ad secundum dicendum, q̃ sicut Deus sciebat, q̃ homo non per tentationem in peccatum esset deiiciendus, ita etiam sciebat quòd per liberum arbitrium resistere poterat tentatori. Hoc autem requirebat conditio naturæ ipsius, vt propriæ voluntati relinqueretur, secundum illud Eccle. 15. Deus reliquit hominem in manu consilij sui. Vnde Aug. dicit 11. super Gen. ad literam*, Non mihi videtur magnæ laudis futurum fuisse hominem, si propterea posset bene viuere, quia nemo male viuere suaderet, cum & in natura posse, & in potestate habeat velle non consentire suadenti.

Cap. 4.

¶Ad tertium dicendum, quòd impugnatio, cui cum difficultate resistitur, pœnalis est. Sed homo in statu innocentiæ poterat absque omni difficultate tentationi resistere, & ideo impugnatio tentatoris ei pœnalis non fuit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum fuerit conueniens modus, & ordo primæ tentationis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens modus & ordo primæ tentationis. Sicut enim ordine naturæ angelus erat superior homine, ita vir erat perfectior muliere, sed peccatum prouenit ab angelo ad hominem, ergo pari ratione debuit prouenire à viro in mulierem, vt scilicet mulier per virum tentaretur, & non ecõuerso.

3 q. 4. ar. 4 cor.

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimequintæ Articulum primum.*

IN tota q.105. de tentatione primorum parẽtum, hoc solum scribendũ occurrit, quòd in calce secũdi articuli, cùm dicitur q̃ serpens obseruat plantã mulieris, vt si quando in illicita labitur, delectatio illã capiat, non sic intelligo, vt serpens expectet lapsum mulieris, hoc est rationes inferioris, & lapsum delectationẽ capiat, sed quòd serpens delectationis laqueo mulierem nostram ex inferiori parte si quando labitur, hoc est, ad lapsum ex ipsa concupiscentia sensuali, & propositæ seu insurgente delectatione ducitur, capit, detinendo hominẽ in huiusmodi delectatione sensibilium. dum inferiora considerat, dum cõditiones euentu rerũ sensibilium imaginatur, cõcipit, & per ea discurrit. Ratio siquidem inferior fine sui operis capitur, quia tunc eius delectatio consensum habet. Et sic dum mulier in illicitas labitur sensuales cogitationes, serpens insidiatur, vt delectatione illaqueante, consensus adueniat.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶2 Pręt. Tentatio primorum parentum fuit per ſuggeſtionem. Poteſt autem diabolus etiam ſuggerere homini abſque aliqua exteriori ſenſibili creatura. Cum ergo primi parētes eſſent ſpirituali mēte prædit i, minus ſenſibilibus quàm intelligibilibus inhærentes, conueniētius fuiſſet quòd ſolùm ſpirituali tentatione homo tentaretur quàm exteriori.

¶3 Pręt. Non poteſt conuenienter aliquis malum ſuggerere niſi per aliquod apparens bonū: ſed multa alia animalia habent maiorem apparentiam boni quā ſerpens. Nō ergo conuenienter tētatus fuit homo à diabolo per ſerpentem.

¶4 Præt. Serpens eſt animal irrationale. Sed animali irrationali non competit ſapientia, nec locutio, nec pœna. ergo inconuenienter inducitur ſerpēs eſſe callidior cunctis animalibus, vel prudentiſsimus omniū beſtiarū ſecūdum aliam trāſlationē. Incōueniēter etiam inducit fuiſſe mulieri locutus & à Deo punitus.

¶SED CONTRA eſt, ꝙ id quod eſt primū in aliquo genere debet eſſe ꝓportionatum iis, quæ in eodē genere cōſequuntur. Sed in quolibet genere peccati inuenitur ordo primæ tētationis, inquantum videlicet præcedit in ſenſualitate, quæ per ſerpentem ſignatur, peccati concupiſcentia, in ratione inferiori, q̄ ſignatur per mulierem, delectatio, in ratione ſuperiori, quæ ſignatur per virum, conſenſus peccati, vt Aug. dicit duodecimo de Trinitate,* (c.12. to.3.) ergo congruus fuit ordo primæ tentationis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd homo compoſitus eſt duplici natura, intellectiua ſcilicet & ſēſitiua. Et ideo diabolus in tētatione hominis vſus eſt incitamento ad peccandum dupliciter. Vno mō, ex parte intellectus, inquantū ꝓmiſit diuinitatis ſimilitudinem per ſcientię adeptionem, quā homo naturaliter deſiderat. Alio modo, ex parte ſenſus: & ſic vſus eſt his ſenſibilius rebus, q̄ maximā habent affinitatem ad hominem, partim quidem in eadem ſpecie tentans virum per mulierem, partim verò in eodem genere tentans mulierem per ſerpentem. partim verò ex genere propinquo proponens pomum ligni vetiti ad edēdum.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ in actu tentationis diabolus erat ſicut principale agens, ſed mulier aſſumebatur quaſi inſtrumentum tentationis ad deiiciendū virū, tū quia mulier erat infirmior viro, vnde magis ſeduci poterat, tū ēt propter coniunctionem eius ad virū, maximè per eā diabolus poterat virum ſeducere. Nō tamen eſt eadē ratio principalis agentis & inſtrumenti. Nā principale agens oportet eſſe potius, quod nō requiritur in agente inſtrumentali.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſuggeſtio qua ſpiritualiter diabolus homini aliquid ſuggerit, oſtendit diabolum plus habere poteſtatis in hoīe q̄ ſuggeſtio exterior, qa p ſuggeſtionē interiorē immutatur à diabolo ſaltem hominis phātaſia: ſed per ſuggeſtionem exteriorē immutatur ſola exterior creatura. Diabol⁹ em̄ minimū poteſtatis habebat in hoīe ante peccatū. Et ideo non potuit eū interiori ſuggeſtione, ſed ſolum exteriori tētare.

¶Ad tertium dicendū, ꝙ ſicut Aug. dicit 11. ſuper Geneſim ad literam,* (ca.1. to.3.) nō debemus opinari ꝙ ſerpentem ſibi, per quem tentaret, diabolus eligeret. Sed cùm eſſet in illo decipiendi cupiditas non niſi per illud animal potuit, per quod poſſe permiſſus eſt.

¶Ad quartum dicēdum, ꝙ ſicut Aug. dicit 11. ſuper Geneſim ad literā,* (cap.19.) ſerpens dictus eſt ſapiens vel callidus, ſiue prudens, propter aſtutiā diaboli q̄ in illo agebat dolum. Sicut dicitur prudens vel aſtuta lingua, quā prudēs vel aſtutus mouet ad aliquid prudenter vel aſtutè ſuadendum Neq; ēt ſerpens verborū ſonos intelligebat, qui ex illo fiebāt ad mulierem, neq; em̄ conuerſa credēda eſt anima eius in naturam rationalem, quandoquidem nec ipſi hoīes, quorū rationalis natura eſt, cum dæmon in eis loquitur, ſciūt qd loquātur. Sic ergo locut⁹ eſt ſerpēs hoī, ſicut aſina in qua ſedebat Balaā Propheta, locuta eſt hoī niſi ꝙ id fuit opus diabolicū, hoc angelicū. Vn̄ ſerpens non eſt interrogatus, cur hoc fecerit, qa non in ſua natura ipſe hoc fecerat, ſed diabolus in illo, qui iā ex peccato ſuo igni deſtinatus fuerat ſempiterno. Quod aūt ſerpenti dicitur, ad eū qui per ſerpentē operatus eſt, refertur. Et ſicut Aug. dicit in lib. ſup Gen. cōtra Manichæos,* (Li.1. cap.17. tom.1.) Nūc quidē eius pęna, ſ. diaboli, dicitur, qa nobis caued⁹ eſt, nō ea q̄ vltimo iudicio reſeruatur. Per hoc em̄ quod ei dicit, Maledictus es inter omnia animātia & beſtias terræ, pecora illi præponuntur nō in poteſtate, ſed in conſeruatione naturę ſuæ, quia pecora non amiſerunt beatitudinem aliquā cæleſtem, quā nunquā habuerunt, ſed in ſua natura quā acceperunt, peragunt vitā. Dicitur etiam ei, Pectore & vētre reptes, ſecundū aliā literā. Vbi nomine Pectoris ſignificatur ſuperbia, quia ibi dominatur impetus animæ. Nomine aūt Vētris ſignificatur carnale deſiderium, quia hæc pars mollior ſentitur in corpore. His autē reb⁹ ſerpit ad eos quos vult decipere. Quod autem dicitur, Terrā comedes cunctis diebus vitę tuæ, duobus modis intelligi pōt, vel ad te pertinebunt quos terrena cupiditate deceperis, id eſt peccatores, q̄ Terræ nomine ſignificantur, vel tertiū genus tentationis, id eſt cupiditatis, his verbis figuratur, ꝙ eſt curioſitas. Terrā em̄ qui māducat, profunda & tenebroſa penetrat. Per hoc aūt ꝙ inimicitiæ ponūtur inter ipſum & mulierem, oſtenditur nos non poſſe à diabolo tentari, niſi per illam animalem partem, quæ quaſi mulieris imaginem in homine gerit ſiue oſtendit. Semen autem diaboli eſt peruerſa ſuggeſtio: ſemen mulieris, fructus boni operis quod peruerſæ ſuggeſtioni reſiſtit. Et ideo obſeruat ſerpens plantam mulieris, vt ſi quādo in illicita labitur, delectatio illam capiat. Et illa obſeruat caput eius, vt eum ipſo in initio malæ ſuaſionis excludat.

QVÆSTIO CENTESIMASEXAGESIMAſexta, de Studioſitate, in duos Articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt de ſtudioſitate & curioſitate ſibi oppoſita. ¶Circa ſtudioſitatem autem quæruntur duo. ¶Primo, quæ ſit materia ſtudioſitatis. ¶Secundo, vtrum ſit pars temperantiæ.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum materia ſtudioſitatis ſit propriè cognitio.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd materia ſtudioſitatis non ſit propriè cognitio. (Suprà q°. 160. ar.2. co. & infrà quaeſt. 167. art. 1. cor.) Studioſus enim dicitur aliquis ex eo quòd adhibet ſtudium aliquibus rebus: ſed in qualibet materia dicitur hō ſtudium adhibere ad hoc quòd

¶Super Quæſtionem centeſimam ſexageſimam ſextā & centeſimam ſexageſimam ſeptimam.

IN quæſtionibus duabus ſimul, ſcilicet centeſima ſexageſima ſexta, & centeſima ſexageſima ſeptima, de ſtudioſitate & curioſitate duo dubia occurrunt. Primum de ſubiecto ſtudioſitatis & curioſitatis, an ſit appetitus ſuperior, qui eſt voluntas, an appetitus inferior qui eſt concupiſcibilis & iraſcibilis. Et ratio dubij eſt, quia ex parte materiæ apparet quòd in voluntate ſint ſubiectiuè. Quia cognoſcere quòd materia eſt vtriuſque, non arctatur ad cognitionem ſenſitiuam, ſed comprehendit etiam cognitionē intellectiuā, vt clarè patet in 1. ar. q. 167. Ex hoc enim quòd materia eſt altior omni ſenſibili & imaginabili, ſequitur quòd ad appetitum intellectiuum, qui eſt voluntas, ſpectet, & ſicut de humilitate & ſuperbia ex ſimili ratione concluſum eſt. natura autem tam talis virtutis, quam vitij, apparet, quòd non eſt ſubiectiuè in voluntate. Nam vt ſuperius patet, nulla moralis virtus ordinata præciſè ad naturale bonum habentis eſt in voluntate, quia voluntas ex propria natura inclinatur in ſecundam rationem proprium habentis bonum non ſupernaturale. Conſtat autem quòd ſtudioſitas ordinatur per ſe primò & directè in propriū habentis bonum, ſcilicet in rectitudinem appetitus cognoſcendi, & non ſupernaturale, quia hoc rationem naturalis luminis nōn excedit. Igitur nec ſtudioſitas nec curioſitas eſt in voluntate.

¶ Secundum de proprietate virtutis, an ſcilicet ſtudioſitas ſit propriè virtus. Et eſt ratio dubij, quia ex conditione materiæ apparet quòd non ſit virtus. Nam materia eius dicitur eſſe cognitio ſeu illius appetitus. Cognitio autem omnis tam intellectualis quàm ſenſitiua, bona ſecundum ſe eſt, & appetitus eius conſequēter bonus per ſe eſt. Conſtat autem quòd materia propria virtutis moralis non eſt ſecundum ſe bona, ſed per ſe indiget regulatione ad hoc vt ſit bona. Si enim timere, audere, delectari, &c. eſſent per ſe bona, non eſſet opus aliqua virtute morali firmatiua timoris, aut moderatiua audaciæ vel delectationis. Cùm igitur cognoſcere vt ſic, tam per intellectū quàm per ſenſum ſit per ſe bonum, & conſequenter appetitus cognoſcendi ſit per ſe bonus, vtpote in bonum obiectum ac finem latus, conſequens eſt vt ſtudioſitas, quæ moderatiua ponitur appetitus cognoſcendi non ſit propriè virtus, vt pote propria virtuti, carēs materia ſcilicet indigente per ſe quòd reguletur. Et confirmatur, quia omnes deformitates in litera enumeratæ circa appetitum cognoſcendi inueniuntur conſiſtere in aliquo per accidens, puta in appoſitione mali finis, in præſtando impedimēto debito bono, &c.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd quia obiectū ſtudioſitatis eſt altius quid, quàm ſint ſenſibilia & naturalia, quoniam extendit ſe ad cognitionem tam intellectiuam quàm ſenſitiuam, tā naturalem quàm ſuper & præter naturalem, vt patet ex hoc quòd curioſitatis vitium circa hæc omnia verſari ponitur, conſequens eſt quòd ſtudioſitas ſubiectiue in voluntate ſit principaliter: ſecundariò autem in concupiſcibili, ſicut de ſuperbia dictum fuit ex ſimili ratione. Et per hoc patet ſolutio obiectionis in oppoſitum. Quoniam ex hoc quòd ſtudioſitas ad bonum hominis non ſolùm reſpectu naturalium, ſed ſuper & præter naturalium ordinatur, non prohibetur poni in voluntate.

¶ Ad ſecundum dubium dicitur, quòd materia ꝓxima ſtudioſitatis nō eſt cognitio, ſed ſtudium cognoſcendi, vt patet in litera. Studium autem cognoſcendi, cùm ſignificet vehementem applicationem hominis ad cognoſcendum, & applicatio, vt ex pręcedenti patet libro, ſignificat actum voluntatis, qui eſt vti, oportet vt materia ſtudioſitatis & curioſitatis ſit hoc, quod dico, vti potentia cognoſcitiua. Hoc autem quod eſt vti potentia cognoſcitiua ad cognoſcendum, non eſt actus moraliter bonus niſi immediatè cōſtitutus, prout ſapiens determinabit,

quòd rectè faciat quod eſt faciendum, ergo videtur quòd non ſit ſpecialis materia ſtudioſitatis cognitio.

¶2 Præterea, Studioſitas curioſitati opponitur: ſed curioſitas, quæ à cura dicitur, poteſt eſſe circa ornatum veſtium, & circa alia huiuſmodi quę pertinent ad corpus. Vnde Apoſtolus dicit ad Romanos decimotertio. Carnis curam ne feceritis in deſideriis: ergo ſtudioſitas non eſt ſolum circa cognitionem.

¶3 Præterea, Hieremiæ ſexto dicitur, A minore vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent: ſed auaritia non eſt propriè circa cognitionem, ſed magis circa poſſeſsionem diuitiarum, vt ſuprà dictum eſt*. (q.118. ar. 1.) ergo ſtudioſitas, quæ à ſtudio dicitur, non eſt propriè circa cognitionem.

¶SED CONTRA eſt, quòd dicitur Prouerbiorū vigeſimoſeptimo, Stude ſapientiæ, fili mi, & lætifica cor meum, vt poſsis reſpondere exprobrāti ſermonem. Sed eadem ſtudioſitas eſt quæ laudatur vt virtus, & ad quam lex inuitat. ergo ſtudioſitas eſt propriè circa cognitionem.

¶RESPONDEO dicendū, quòd ſtudium præcipuè importat vehemētem applicationē mentis ad aliquid. Mens autem non applicatur ad aliquid, niſi cognoſcendo illud. Vnde per prius mens applicatur ad cognitionem, ſecundariò autem applicatur ad ea in quibus homo per cogntionem dirigitur. Et ideo ſtudium per prius reſpicit cognitionem, & per poſterius quæcūque alia ad quæ operanda directione cognitionis indigemus. Virtutes autem propriè ſibi attribuūt illam materiam circa quam primo & principaliter ſunt, ſicut fortitudo pericula mortis, & temperantia, delectationem tactus, & ideo ſtudioſitas propriè dicitur circa cognitionem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ circa alias materias non pōt aliquid rectè fieri, niſi ſecundū qd̄ eſt præordinatum per rationē cognoſcentem. Et ideo per prius ſtudioſitas cognitionem reſpicit cuicunque materię ſtudium adhibeatur.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ex affectu hominis trahitur mens eius ad intendendum his ad quæ afficitur, ſecundum illud Mat. 6. Vbi eſt theſaur⁹ tuus, ibi eſt & cor tuū. Et quia circa ea quibus caro fouetur, maximè homo afficitur, conſequens eſt quòd cognitio hominis verſetur circa ea quibus caro fouetur, vt ſ. hō inquirat qualiter hō optimè poſsit carni ſuæ ſubuenire. Et ſecundū hoc curioſitas ponitur circa ea, quę ad carnem pertinent ratione eorum, quæ pertinent ad cognitionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd auaritia inhiat ad lucra conquirenda, ad quod maximè neceſſaria eſt quædam peritia terrenarum rerum Et ſecundum hoc ſtudium attribuitur his quę ad auaritiam ſpectant.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum ſtudioſitas ſit pars temperantiæ.

AD SECVNDVM ſic proceditur, Videtur quòd ſtudioſitas non ſit pars temperantię. Studioſus enim dicitur aliquis ſecundum ſtudioſitatem, ſed vniuerſaliter omnis virtuoſus vocatur ſtudioſus, vt patet per Philoſophum*, (Lib.4. Ethic. c. 4.) qui frequenter ſic vtitur nomine Studioſi. Ergo ſtudioſitas eſt generalis virtus, & non eſt pars temperantiæ.

¶2 Præterea, Studioſitas, ſicut dictū eſt*, (Ar. præ.) ad cognitionē pertinet: ſed cognitio nō pertinet ad virtutes morales, quæ ſunt in appetitiua animæ parte, ſed magis ad intellectuales, quæ ſunt in parte cognoſcitiua. Vnde & ſolicitudo eſt actus prudētię, vt ſuprà habitū eſt*. (q.47. ar. 9.) ergo ſtudioſitas non eſt pars temperantiæ.

¶3 Pręterea, Virtus quæ ponitur pars alicuius principalis virtutis, aſsimilatur ei quantū ad modū: ſed ſtudioſitas nō aſsimilatur tēperantiæ quantū ad modū, qa Tēperantiæ nomē ſumitur ex quadā refrænatione, vnde magis opponitur vitio quod eſt in exceſſu. Nomen autē ſtudioſitatis ſumitur econtrario ex applicatione animæ ad aliquid. Vnde magis videtur opponi vitio quod eſt in defectu, ſ. negligētiæ ſtudendi, quā vitio quod eſt in exceſſu, ſ. curioſitati. Vnde propter horū ſimilitudinem dicit Iſidorus in libro Ety *. (Lib.10. c. 18. & 21.) quòd ſtudioſus dicitur quaſi ſtudij curioſus, ergo ſtudioſitas non eſt pars temperantiæ.

¶SED CONTRA eſt, quod Auguſtinus dicit in libro de Moribus Eccleſiæ, Curioſi eſſe prohibemur, quod magnæ temperantiæ munus eſt. Sed curioſitas prohibetur per ſtudioſitatem moderatam, ergo ſtudioſitas eſt pars temperantiæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut ſuprà diſtū eſt*, (Q.141. ar.1. & 3.) ad temperantiā pertinet moderari motū appetitus, ne ſuperflue tendat in id quod naturaliter cōcupiſcitur. Sicut autē naturaliter homo cōcupiſcit delectationes ciborum & venereorū ſecundum naturā corporalē, ita ſecundum animā naturaliter deſiderat cognoſcere aliquid. Vnde & Philoſophus dicit in principio Metaphy. quòd omnes homines naturaliter ſcire deſiderāt. Moderatio autem huiuſmodi appetitus pertinet ad virtutem ſtudioſitatis. Vnde conſequens eſt, quòd ſtudioſitas ſit pars potentialis temperantiæ, ſicut virtus ſecundaria ei adiuncta vt principali virtuti, & comprehenditur ſub modeſtia ratione ſuperius dicta*. (q.160. ar. 2.)

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod prudētia eſt cōpletiua omniū virtutum moralium, vt dicitur in 6. Ethic*. (cap. vlt.) In quātum ergo cognitio prudentiæ ad omnes virtutes pertinet, intantū nomen ſtudioſitatis, quæ propriè circa cognitionem eſt, ad omnes virtutes deriuatur.

¶Ad ſecundum dicēdum, quòd actus cognoſcitiuæ virtutis imperatur à vi appetitiua quæ eſt motiua omniū viriū, vt ſuprà dictū eſt*. (1.2. q. 9. artic. 1.) Et ideo circa cognitionem duplex bonū pōt attēdi. Vnū quidē quātū ad ipſum actū cognitionis. Et tale bonū pertinet ad virtutes intellectuales, vt ſ. homo circa ſingula æſtimet verū. Aliud autē bonū eſt, quod pertinet ad actū appetitiuæ virtutis, vt ſ. homo habeat appetitum rectum applicandi vim cognoſcitiuam ſic vel aliter, ad hoc vel ad illud. Et pertinet ad virtutem ſtudioſitatis, vnde computatur inter virtutes morales.

¶ Ad tertiū dicendū, quòd ſicut Philoſo. dicit in ſecūdo Eth*. (Cap. vlt.) ad hoc, quòd homo fiat virtuoſus, oportet quòd ſeruet ſe ab iis, ad quę maximè inclinat natura. Et inde eſt ꝙ qa natura præcipuè inclinat ad timendum mortis pericula, & ad ſectandū delectabilia carnis: ideo laus virtutis fortitudinis præcipuè conſiſtit in quadā firmitate perſiſtēdi cōtra huiuſmodi pericula, & laus virtutis tēperantiæ in quadam refrænatione à delectabilibus carnis. Sed quantum ad cognitionem eſt in homine cōtraria inclinatio, quia ex parte animæ inclinatur homo ad hoc quòd cognitionem rerū deſideret. Et ſic oportet vt laudabiliter homo huiuſmodi appetitum refrænet, ne immoderatè rerum cognitioni intendat. Ex parte verò naturæ corporalis homo inclinatur ad hoc vt laborem inquirendi ſcientiā vitet. Quātum ergo ad primum, ſtudioſitas in refrænatione conſiſtit, & ſecundū hoc ponitur pars temperantiæ: ſed quantum ad ſecundum laus virtutis huiuſmodi conſiſtit in quadam vehentia intenſionis ad ſcientiam rerum percipiendam, & ex hoc nominatur. Primum autem eſt eſſentialius huic virtuti quàm ſecundum. Nam appetitus cognoſcēdi per ſe reſpicit cognitionem, ad quam ordinatur ſtudioſitas. Sed labor addiſcendi eſt impedimentum quoddam cognitionis. Vnde reſpicitur in hac virtute per accidens quaſi remouendo prohibens.

QVÆSTIO CENTESIMASEXAGESIMA ſeptima, de Curioſitate, in duos Articulos diuiſa.

POSTEA conſiderandum eſt de curioſitate. ¶Et circa hoc quæruntur duo. ¶Primò, vtrum vitium curioſitatis poſsit eſſe in cognitione intellectiua. ¶Secundò, vtrum ſit in cognitione ſenſitiua.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum circa cognitionem intellectiuam poſsit eſſe curioſitas.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd circa cognitionem intellectiuam non poſsit eſſe curioſitas, (3. diſt. 35. q. 2. art. 3. q. 3.) quia ſecundum Philoſophum in ſecundo Ethic*. (Cap. 6.) in iis, quæ ſecundum ſe ſunt bona vel mala, non poſſunt accipi medium & extrema. Sed cognitio intellectiua ſcd̄m ſe eſt bona. In hoc enim

terminabit, tū quia poteſt cadere ſuper indebita materia, vt ſi quis applicet intellectum ad perſpiciendū ſupernaturalia. Nā ſicut vtens mēbris generatiuis circa materiā non proportionatam, peccat, ita vtens intellectu ad videndū excedentia peccat. Tū propter circūſtantias, puta, quādo oportet vti intellectu, vel ſenſu, & quādo nō. Et propter qd oportet, vt ſ. homo nō vtatur intellectu ad cognoſcēdū, niſi ad debitū finem. Ex differētia igitur inter ipſam cognitionē & ſtudium cognoſcēdi apparet ſolutio dubij. Cognitio ſiquidem nō eſt materia proxima moralis virtutis, ſed ex virtute intellectuali aut naturali in parte ſenſitiua bene vel malè ſe habet. Studiū aūt cognoſcendi, qd eſt actus voluntatis paſſiuè in potētiis cognoſcitiuis exiſtens, propria eſt materia appetitus, quem moderari oportet per virtutē ſtudioſitatis, & manifeſtè indiget regulatione ad hoc vt bonum moraliter ſit. Vnde ea quæ per accidens ſe habēt ad cognitionem, puta finis malus, impeditio debiti, & ſi quid eſt eiuſmodi per ſe, habent ſe ad ſtudiū cognoſcendi quòd actus eſt voluntatis, cui nulla boni & mali moralis differentia eſt per accidēs, quoniam totam illius latitudinem per ſe reſpicit.

¶Super Quæſtionis centeſimæ ſexageſimæ ſeptimæ Articulum primum.

IN artic. 1. q. 167. nota quòd negatio debiti finis in cognitione creaturarū tertio loco cōſtituens peccatū in litera, quando ſ. non refertur in cognitionem Dei, dupliciter poteſt intelligi quòd conſtituat peccatū. Primò, ac ſi oporteat cognitionem Dei eſſe finem proximum, propter quem eſt cognitio creaturæ. Et in hoc ſenſu non eſt intelligenda præſens litera: quoniam cognitio creaturæ ſecūdum rationem rectam habet pro proximo fine ſeipſam, vt patet de ſciētiis ſpeculatiuis. Nec aliqua lege iubemur habere Deum pro fine proximo ſpeculationis creaturarum, cū ſit in genere boni honeſti quod propter ſeipſum bonum eſt. Secundò ergo poteſt intelligi, quia oportet Dei cognitionem eſſe finem vltimum cognitionis creaturarum. Et in

Universidad de Deusto Biblioteca

perfectio hominis videtur consistere, vt intellectus eius de potẽtia reducatur in actũ, quod fit p cognitionẽ veritatis. Dicit etiã Diony. 4. c. de Diuin. nomi. ꝙ bonum animæ humanæ est secundum rationẽ esse, cuius perfectio in cognitione veritatis cõsistit: ergo circa cognitionẽ intellectiuã non põt esse vitiũ curiositatis.

¶ 2 Præterea, Illud, per ꝙ hõ assimilatur Deo, & qđ à Deo cõsequitur, non põt esse malũ, sed quæcunque abundantia cognitionis à Deo est, secundũ illud Eccl. 1. Omnis sapiẽtia à Domino Deo est. Et Sapien. 7. dicitur, Ipse dedit mihi horũ quę sunt scientiam veram, vt sciã dispositionem orbis terrarum, virtutes elementorum, &c. Per hoc etiã homo Deo assimilatur, quòd veritatem cognoscit, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius, vt habetur ad Heb. 4. Vnde primi Regũ secundo dicitur, quòd Deus scientiarũ dominus est. ergo quantumque abũdet cognitio veritatis, non est mala, sed bona. Appetitus aũt boni non est vitiosus. ergo circa intellectiuam cognitionẽ veritatis non potest esse vitium curiositatis.

¶ 3 Præterea, Si circa aliquã intellectiuã cognitionẽ posset esse curiositatis vitiũ, præcipuè esset circa philosophicas sciẽtias: sed eis intendere non videtur esse vitiosum. Dicit em̃ Hier. super Danielẽ*, Qui de mensa vel vino Regis noluerunt comedere, ne polluantur, si sapientiã atque doctrinam Babyloniorũ scirent esse peccatum, nunquam acquiescerent discere quod non licebat. Et Augụst. dicit in secũdo de Doctrina Christiana*, ꝙ si qua vera Philosophi dixerũt, ab eis sunt tãquã ab iniustis possessorib⁹ in vsum nostrũ vendicãda. Non ergo circa cognitionẽ intellectiuã põt esse curiositas vitiosa.

Dan. 1. & habetur in Decret. dist. 37. capit. Qui de mensa.

Cap. 40. to. 3.

¶ SED CONTRA est, quod Hier. dicit*, Nónne vobis videtur in vanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui dieb⁹ ac noctib⁹ in dialectica arte torquetur, qui physicus pscrutator oculos trãs cælũ leuat, sed vanitas sensus & obscuritas mẽtis est vitiosa, ergo circa intellectiuas sciẽtias potest esse curiositas vitiosa.

Ad Ephe. 4.

¶ RESPONDEO dicẽdum, ꝙ sicut dictũ est*, studiositas non est directe circa ipsam cognitionẽ, sed circa appetitum & studiũ cognitionis acquirendũ. Aliter autem est iudicãdum de ipsa cognitione veritatis, & aliter de appetitu & studio veritatis cognoscẽdę. Ipsa enim d veritatis cognitio, p se loquẽdo, bona est. Põt autẽ per accidens esse mala ratione, s. alicuius consequentis, vel inquantum s. aliquis de cognitione veritatis superbit secundum illud 1. ad Corint. 8. scientia inflat, vel inquantũ homo vtitur cognitione veritatis ad peccandũ. Sed ipse appetitus vel studium cognoscendæ veritatis potest habere rectitudinẽ vel peruersitatẽ. Vno quidẽ modo, prout aliqs tẽdit suo studio in cognitionẽ veritatis, prout per accidẽs iũgitur ei malũ, sicut illi qui studẽt ad scientiã veritatis, vt exinde superbiant. Vnde Aug. dicit in li. de Moribus Ecclesiæ*, Sunt qui desertis virtutibus, & nesciẽtes quid sit Deus, & quãta sit maiestas semper eodẽ modo manentis naturæ, magnũ aliquid se agere putant, si vniuersam istã corporis molẽ, quã mundum nũcupamus, curiosissimè intensissimeq; perquirant. Vnde etiã tãta superbia gignitur, vt in ipso cælo, de quo sæpe disputãt, sibimet habitare videantur. Similiter etiã illi qui student addiscere aliquid ad peccandum, vitiosum studium habent, secundum illud Hierem. 9. Docuerunt linguam suam loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt. Alio autem modo potest esse vitium ex ipsa inordinatione appetitus & studij ad discẽdam veritatẽ. Et hoc quadrupliciter. Vno modo, inquantũ per studium minus vtile retrahuntur à studio quod eis ex necessitate incũbit. Vnde Hieronymus* dicit, Sacerdotes, dimissis Euãgeliis & prophetis, videmus comœdias legere, & amatoria Bucolicorũ versuum verba cãtare. Alio modo inquantũ studet aliquis addiscere ab eo à quo non licet, sicut de iis qui aliqua futura à dæmonibus perquirunt, quæ est superstitiosa curiositas. Vnde August. dicit in libro de Vera religione*, Nescio an Philosophi impedirentur à fide vitio curiositatis in percunctãdis dæmonib. Tertiò quando homo appetit cognoscere veritatẽ circa creaturas, non referendo ad debitũ finem, s. ad cognitionem Dei. Vnde August. dicit in lib. de Vera religione, quòd in consideratione creaturarum non est vana & peritura curiositas exercenda, sed gradus ad immortalia & semp manẽtia faciẽdus. Quarto modo inquantũ aliqs studet ad cognoscendã veritatẽ supra proprij ingenij facultatẽ, quia per hoc homines de facili in errores labuntur. Vnde dicitur Ecclesiastici tertio, Altiora te ne quęsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Et postea sequitur, Multos enim supplãtauit suspicio eorũ, & in vanitate detinuit sensus eorũ.

Cap. prec. art. 1. — *D. 929.* — *Cap. 21.* — *Ad Dã. de filio prodigo, ante med.* — *Cap. 4.* — *Cap. 29.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd bonũ hominis cõsistit in cognitione veri, non tamen d summũ hominis bonum cõsistit in cognitione cuiuslibet veri, sed imperfecta cognitione summæ veritatis, vt patet per Philosophum in 10. Ethic *. Et ideo potest esse vitium in cognitione aliquorum verorum secundum quòd talis appetitus non debito modo ordinatur ad cognitionẽ summę veritatis, in qua consistit sũma felicitas.

D. 273. & 274. — *Cap. 7.*

¶ Ad secundum dicendum quòd etsi ratio illa dicit, quòd cognitio veritatis secundũ se bona sit, non tamen per hoc excluditur, quin possit aliquis cognitione veritatis abuti ad malũ. Vel etiam inordinatè cognitionem veritatis appetere, quia etiam oportet appetitum boni debito modo regulatum esse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd studiũ Philosophiæ secundum se est licitum, & laudabile propter veritatem, quã Philosophi perceperunt, Deo illis reuelante, vt dicitur ad Romanos primo. Sed quia quidam Philosophi abutũtur ad fidei impugnationẽ, ideo Apostolus dicit ad Col. secũdo, Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem scientiam secundũ traditionem hominum, & non secũdum Christum. Et Dionysius dicit in Epistola ad Polycarpum *, de quibusdam philosophis quòd diuinis non sanctè contra diuina vtuntur, per sapientiam Dei tentantes expellere diuinam venerationem.

Inter princip. & med.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum vitium curiositatis sit circa sensitiuam cognitionem.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vitium curiositatis non sit circa sensitiuam cognitionẽ. Sicut enim aliqua cognoscuntur per sensum visus, ita etiam aliqua cognoscuntur per sensum tactus & gustus: sed circa tangibilia & gustabilia non ponitur vitium curiositatis, sed magis vitiũ luxuriæ & gulæ. ergo videtur quòd vitium circa ea quæ cognoscuntur per visum, non sit vitium curiositatis.

¶ 2 Præterea, Curiositas esse videtur in inspectione ludorum. Vnde Augustin⁹ dicit in sexto Cõfessio.* quòd quodã pugnæ casu cum clamor ingens totius populi vehementer Alipium pulsasset, curiositate victus, aperuit oculos. Sed inspectio ludorum nõ videtur esse vitiosa, quia hmõi inspectio delectabilis redditur propter repræsentationem in qua homo naturaliter delectatur, vt Philosophus dicit in sua poetria*. Non ergo circa sensibilium cognitionem est vitium curiositatis.

Cap. 8. — *Cap. 2.*

¶ 3 Præterea, Ad curiositatem pertinere videtur actus proximorum perquirere, vt dicit Beda*. Sed perquirere facta aliorum non videtur esse vitiosum, quia sicut dicitur Ecclesiastici decimoseptimo, Vnicuique mandauit Deus de proximo suo, ergo vitium curiositatis non est in huiusmodi particularibus sensibilibus cognoscendis.

Cap. 69.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit in libro de Vera reli *. ꝙ concupiscentia oculorũ reddit homines curiosos. Vt aũt dicit Beda, Cõcupiscentia oculorũ est non solũ in discendis magicis artibus, sed ẽt in contẽplandis spectaculis, & in dignoscẽdis & carpẽdis vitiis proximorũ quæ sunt quædã particularia sensibilia. Cũ ergo cõcupiscẽtia oculorũ sit quoddam vitiũ, sicut etiã superbia vitæ, & concupiscentia carnis, contra quæ

Cap. 38.

Et in hoc sensu intelligitur litera. Nam sicut omnis scientia animæ ordinatur ad fælicitatem tanquam vltimum finem ita omnis creaturæ cognitio ordinatur ad cognitionem Dei, vt finem vltimum. Nec est opus propterea ad peccatum euitandum, quòd cùm quis vacat scientiis creaturarum, ordinet earum notitiam in Dei cognitionem, quoniam suapte natura cognitio creaturæ gradum constituit ascensionis ad cognitionem Dei. Et ideo appetens studium sciendi creaturam, eo ipso appetit gradum deducentem in cognitionẽ Dei, nisi appetitu peruerso deductionem huiusmodi contemnat, & negationem ordinis ad Dei cognitionem, qui in ipso gradu cognitionis creaturæ est, amplectatur. Tunc enim peccatum in litera descriptum accedit.

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ septimæ Articulum secundum.*

IN artic. secundo eiusdem quæstionis cẽtesimæ sexagesimæ septimæ dubiũ occurrit, quoniam diminutus videtur Autor circa curiositatem sensitiuæ cognitionis: quoniam omittit tertium naturalem finem, duobus tantum enumeratis. Sensitiua nanque cognitio non solùm ad duo vt in litera dicitur, scilicet vitam & intellectum, sed etiam ad seipsam in homine ordinatur, quod in litera non dicitur. Homini enim natura dedit videre propter videre, & audire propter audire. Cuius infallibile signum est, quòd naturaliter homo delectatur in ipso videre, in ipso audire, &c. Et in hoc homo differre videtur à cæteris animantibus: secluso ordine ad intellectum. Et hinc sequitur in proposito, quòd non est curiositatis videre propter videre, & audire vt audiat, &c. Sicut non est curiositatis videre & audire propter intellectum aut vitæ commoda, quoniam ad naturalem finem actus ordinatur sine aliqua mala circunstantia.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sicut licuit Aristoteli in libro de Sensu & sensato illam hominis olfactionem qua in florum odore delectatur, sine vlla ad tactũ & gustum ratione, quam soli homini propriam dicit, reducere in aliam humanæ vtilitatis speciem, scilicet in sanitatem cerebri, vt patet ibi, ita quòd posuit naturã dedisse homini talem sen-

quæ diuiditur primæ Ioannis secundo, videtur quòd vitium curiositatis sit circa sensibilium cognitionem.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ cognitio sensiua ordinatur ad duo. Vno enim modo tam in hominibus quàm in aliis animalibus ordinatur ad corporis sustentationem, quia per huiusmodi cognitionem homines & alia animalia vitant nociua, & conquirunt ea quæ sunt necessaria ad corporis sustentationẽ. Alio modo specialiter in homine ordinat͛ ad cognitionẽ intellectiuã, vel speculatiuam, vel practicã. Apponere ergo studiũ circa sensibilia cognoscenda, dupliciter potest esse vitiosum. Vno modo, inquantũ cognitio sensitiua non ordinatur in aliquid vtile, sed potius auertit hominem ab aliqua vtili consideratione. Vnde Aug. dicit in 10. Confessio * Canem currentem post leporem iam non specto, cum in circo fit. At verò in agro si casu transeam, auertit fortassis ab aliqua magna cogitatione atque ad se conuertit illa venatio. Et nisi iam mihi demonstrata infirmitate mea citò admoneas, vanus hebesco. Alio modo, inquantum cognitio sensitiua ordinatur ad aliquod noxium, sicut inspectio mulieris ordinatur ad concupiscendum, & diligẽs inquisitio eorum quæ ab aliis fiunt, ordinatur ad detrahẽdum. Si quis autem cognitioni sensibiliũ intendit ordinate propter necessitatem sustentandæ naturæ, vel propter studium intelligendæ veritatis, est virtuosa studiositas circa sensibilem cognitionem.

c. 35. to. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd luxuria & gula sunt circa delectationes cognitionis, quæ sunt in vsu rerũ tangibiliũ. Sed circa delectationẽ cognitionis omniũ sensuũ est curiositas, & vocatur cõcupiscẽtia oculorũ, quia oculi sunt ad cognoscendũ in sensib. principales. Vnde omnia sensibilia videri dicũtur, vt Aug. dicit in 10. lib. Confessio*. Et sicut Aug. ibidem subdit, ex hoc euidentius discernitur quid voluptatis, quid curiositatis agatur per sensus, ꝙ voluptas pulchra suauia, canora, sapida, lenia sectatur. Curiositas aũt etiã his contraria tentandi causa non ad subeundã molestiam sed experiendi noscendique libidinem.

** Aliàs, non habetur ly cognitionis.* — *c. 35. to. 1.*

¶ Ad secundum dicẽdum, ꝙ imperfectio spectaculorũ vitiosa redditur, inquantũ per hoc homo fit pronus ad vitia vel lasciuiæ vel crudelitatis, per ea quæ ibi repræsentantur. Vnde Chrysostomus* dicit quòd adulteros inuerecundos constituunt tales inspectiones.

** Homil. 6. in Matthæum to. 2.*

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ prospicere facta aliorũ, vel inquirere bono animo vel ad vtilitatẽ propriam, vt s. homo ex bonis operibus proximi prouocetur ad melius, vel etiã ad vtilitatẽ illius, vt s. corrigatur, si quid ab eo agitur vitiosè, secundũ regulã charitatis & debitũ officij, est laudabile, secundũ illud ad Heb. 10. Cõsiderate vos inuicẽ in prouocationẽ charitatis & bonorum operũ. Sed quod aliquis intendat ad cõseruanda vitia proximorum, ad despiciendum vel detrahendum, vel saltem inutiliter inquietandũ, est vitiosum. Vnde dicitur Prouerb. 24. Ne insidieris, & quęras impietatẽ in domo iusti, neque vastes requiem eius.

QVÆSTIO CENTESIMA SEXAGESIMAOCTAVA, de Modestia prout consistit in exterioribus corporis motibus, in quatuor Articulos diuisa.

POSTEA considerandũ est de modestia, secundum quòd consistit in exterioribus motibus corporis. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum in exterioribus motibus corporis, qui seriò aguntur, possit esse virtus & vitiũ. ¶ Secundo vtrũ possit esse aliqua virtus circa actiones ludi. ¶ Tertiò, de peccato quod fit in excessu ludi. ¶ Quarto, de peccato ex defectu ludi.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum in exterioribus motibus corporis sit aliqua virtus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in exterioribus motibus corporis non sit aliqua virtus. Omnis enim virtus pertinet ad spiritualem animæ decorem, secundũ illud Psal. 44. Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus, glo*. id est, in cõscientia. Sed motus corporales non sunt ab intus, sed exterius. ergo circa huiusmodi motus non potest esse virtus.

¶ 2 Præterea, Virtutes non insunt nobis à natura, vt patet per Philosophum in secundo Ethico*. Sed motus corporales exteriores insunt hominibus à natura, secundum quam quidam sunt velocis motus, & quidam tardi motus, & idem est de aliis differentiis exteriorum motuum. ergo circa tales motus attenditur aliqua virtus.

sationem propter sanitatem, ita licuit Autori cognitionem sensitiuã datam homini, etiam propter seipsam, reducere etiam in obsequium cognitionis intellectiuæ, ita quòd sub illo membro comprehendit vtrunque cognitionis sensitiuæ in homine finem proprium, scilicet seipsam & intellectiuam cognitionem. Ad id autem quod ad propositum applicatur de vidẽte vt videat, &c. dicitur, quòd per se loquendo, videre vt sensus habeat hanc suam perfectionem, quæ est videre, & similiter audire, vt auditus habeat suam perfectionem, quę est audire, nullũ peccatũ est. Sed illud est vacare perfectioni, hoc recreationi naturæ. Sed per accidens est ibi peccatum, si scilicet impeditur homo propterea à debitis cogitationibus, vt Augustinus dicit de visu canis post leporem. Et vniuersaliter contingit peccatũ in applicãdo sensum ad sentiendum propter sentire aut sensationis delectationem, si circunstantia aliqua debita desit, aut disconueniens apponatur ex persona, loco, tempore, & quantitate, &c.

¶ In responsione ad primum eiusdem secundi articuli, dubiũ occurrit circa differentiam in litera positã inter gulam luxuriámque ex vna, & curiositatẽ ex alia parte: quoniam aut nulla, aut falsa videtur. Nã per vsum rerum tãgibilium possumus duo intelligere vel applicationem rerum tangibilium ad tactum, vel applicationem rerũ tãgibilium ad alia opera. Et si primo modo intelligimus, tunc differẽtia est nulla, quia etiã curiositas est circa applicationem tactus & omniũ sensuum ad sentiendũ sua sensibilia, vt in litera dicitur. Si secũdo modo, falsa est differentia: quia nec luxuria nec gula est circa vsum tangibiliũ, quo venduntur & emuntur, & alia multa de eis fiunt.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sermo literę formalis est, & de vsu tangibiliũ, quatenus tãgibilia sensu tactus & gustus, vt est quidam tactus, sunt, intelligitur. Huiusmodi autẽ vsus in venereis, cibo potúque cõsistit. Ita quòd differẽtia cõsistit in hoc quòd gula seu luxuria versatur circa delectationẽ tangibilium, quæ consistit in vsu eorum, hoc est, in applicatione eorũ ad venereos actus, seu ad comedendũ & bibendum. Curiositas verò versatur circa delectationem eorundem, s. tangibilium & etiam reliquorum sensibilium, s. gustabilium, odorabiliũ, audibilium, ac visibiliũ, quæ consistit in cognitione eorundem. Curiosus enim quærit cognoscere ac discernere sensibilia. Luxuriosus autem ac gulosus quærit vti sensibilibus. Vnde Augustinus docuit allatus in litera, voluptuosus quærit sensibilia, quæ delectant. Curiosus quærit sensibilia, etiã si molestãt, quoniam ad cognoscendum oportet contraria sentire, ad vtendũ autem delectabilia sola conueniũt. Et hinc habes primò qualis est delectatio libidinosa quæ consistit in tactibus & osculis, illa s. quæ consequitur vsum tãgibilium. Illa siquidẽ carnalis delectatio, quæ in illo vsu qui secũdum suam naturam præuius natus est esse ad concubitum, etiam si in illa sistatur, est libidinosa, vt clare patet ex differentia ad delectationem curiosam, quæ esset, si delectaretur in discernendo molle à duro, calidum à frigido, asperum à leni, & cognitione eorum. Constat nanque quòd delectatio eorum qui in osculis & tactibus delectantur, non est circa cognitionem sensibilium. Habes secundò quòd si virgo tanta curiositate tentaretur ad sciendum quid venereum opus esset, & propterea illud appeteret, dupliciter peccaret, s. stupro & curiositate, sicut qui appetit mœchari, vt furetur.

¶ In eodẽ articulo secundo in responsione ad secundũ circa inspectionẽ spectaculorum, aduertendũ est, quòd concurrũt ibi multa, s. repræsentatio ipsa. Et quo ad hoc nõ est peccatũ, quia naturaliter animũ delectat repręsentatio: vt Aristoteles dixit, Res præsentatæ. Et quo ad hoc iuxta earum qualitatem sunt iudicanda. Nam si repræsentantur luxuriosa aut crudelia, bonis moribus aduersantur, quia inductiua ex natura sua sunt ad vitia, vt Chrys. in litera dicit. Sicut econtra si repræsentantur pia aut diuina, consonant pietatis & religionis virtutibus. Et quoniam communiter qui intersunt huiusmodi spectaculis, delectationis causa adsunt, ideo si indecentia sunt quæ repræsentantur, non excusantur à peccato videntes, dato quòd in veritate sola eos repræsentatio delectaret, & ratio est, quia saltem dant exteriori actu operã rei illicitæ, s. delectabili præsentiæ de indecentibus. Pręsentia siquidẽ illa exterior suapte natura cõmuniter fit ad delectandũ animum non de sola repręsentatione, sed de repręsentatis, vt patet. Præter hoc autem grauius peccant viri graues, ratione scandali & mali exẽpli. Grauissimè autem clerici, religiosi, sacerdotes, aut pontifices in hoc delinquerẽt. Et licet ad indecentia spectacula pręcognita nullus deberet, etiam inuitatus, ire, si tamen futuræ indecentiæ nescius se ibi inuenerit, nec exire potest, imitetur Alipium claudendo oculos, vt sic & seipsum seruet, & quantum in se est, alios hoc facto suo moneat.

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ octauæ Articulum primum.*

IN articul. primo quæstionis centesimæ sexagesimæ octauæ dubium occurrit circa reductionẽ ordinis exteriorum motuum ad duas virtutes positas ab Aristotele. Quoniã nõ videtur huiusmodi ordinatio sufficiẽter ad has virtutes reduci. Nam dupliciter motus exterior, vt in litera dicitur, debet esse ordinatus. Primò, vt sint motus cõuenientes personæ quæ mouetur. Secundò vt sint etiam decentes quo ad alios. Et quo ad secundũ quidem sufficiẽter reducitur motuum nostrorum decor ad affabilitatẽ. Sed quo ad primum non sufficiẽter reducitur ad veritatem, quoniam veritatis virtuti sat est vt motus exterior sit verũ interioris signum. Nec requirit quòd sit moderatus, vt deberet esse. Vnde siquis intus præceps exteriores etiam motus præcipites habeat, peccat cõtra modestiam exterioris motus, & tamen non contra veritatem.

4. Ethic. lect. 16. princip. — *Est. Aug. in eum locum.* — *In princ.*

¶ Ad hoc dicitur, quòd reductio ista, qualis dubitando descripta est, non habetur ab Autore, quoniam in litera motus exterior, vt signum interioris, & non simpliciter, vt conueniẽs personæ, reducitur ad veritatem. Et propterea si non vsquequaque quadrat, non est Autori imputãdum. Saluari tamen potest, dicendo, quòd quia ad veritatis virtutem pertinet moderatio exterioris motus in ordine ad personam bene dispositam intus, alioquin non consonaret motus hominis exterioris homini interiori: idcirco ad eandem virtutem spectat moderatio exterioris motus in ordine ad personam intus, quamuis non de facto, tamen de debito bene dispositam. Ita quòd omni fictione semota, ad veritatem spectat moderari exteriorem motum, sic vt consonet bonæ dispositioni, quæ est aut esse debet in interiori homine. Et sic decor exterioris motus ab his duabus virtutibus sufficienter manat.

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ octauæ Articulum secundum.*

IN artic. 2. quæst. 168. aduerte duo. Primò quòd nomine Ludi in proposito venit tam ludus qui consistit in factis, quàm iocus qui consistit in verbis. Eadẽ enim est ratio vtriusq; moris. Secundò, specialiter in respõsione ad primũ, ꝙ Prædicatores diuini verbi peccant recreationis gratia, dicẽdo aliquod ridiculum inter prædicandũ, si Ambrosius & Autor verum dicũt, & ratio Tulliana admittitur, s. quando rei dignitas adimit facultatem iocãdi. Nulla enim dignitas maior doctrina diuina, quam prædicatores enunciant.

¶ Præte

Universidad de Deusto Biblioteca

¶3 Præterea, Omnis virtus moralis est circa actiones quæ sunt ad alterum, sicut iustitia: vel circa passiones, sicut temperantia & fortitudo, sed exteriores motus corporales non sunt ad alterum, neque etiam sunt passiones. ergo circa eos non est aliqua virtus.

¶4 Præterea, In omni opere virtutis est studium adhibẽdum, vt suprà dictũ est*, sed adhibere studium in dispositione exteriorum motuum est vituperabile. Dicit enim Ambr. in primo de Offic*. Est gressus probabilis, in quo sit species autoritatis grauitatisque pondus, tranquillitatis vestigium, ita tamen si studium desit atque affectatio, sed motus sit purus ac simplex. ergo videtur quòd circa compositionem exteriorum motuum non consistat virtus.

*Q. 166. art. 1. arg. 1. — * cap. 18. to. 1.*

¶SED CONTRA est quòd decor honestatis pertinet ad virtutẽ. Sed compositio exteriorum motuũ pertinet ad decorem honestatis. Dicit enim Ambrosius in primo de Offic*. Sicut molliculum & infractũ, aut vocis sonum, aut gestũ corporis non probo, ita nec agrestem aut rusticam naturam imitemur, effigies eius formula disciplinæ, forma honestatis est. ergo circa compositionem exteriorum motuum est virtus.

c. 19. to. 1.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd virtus moralis cõsistit in hoc quòd ea quę sunt hominis, per rationẽ ordinantur. Manifestum est autem, quòd exteriores motus hominis sunt per rationem ordinabiles. Ad imperium enim rationis exteriora mẽbra mouẽtur. Vnde manifestũ est quòd circa horũ motuum ordinationem virtus moralis consistit. Ordinatio autem horum motuum attenditur quantum ad duo. Vno quidem modo secundum conuenientiã personæ: alio modo, secundũ conuenientiam ad exteriores personas, negotia, seu loca. Vnde dicit Ambrosius in libro de officiis*, Hoc est pulchritudinẽ viuendi tenere, conuenientia cuique sexui & personæ reddere. Et hoc pertinet ad primũ. Quantũ autẽ ad secundũ, subditur, Hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnẽ actionem accõmodus. Et ideo circa huiusmodi exteriores motus ponit Andronicus duo, scilicet ornatum, qui respicit conuenientiã personæ, vnde dicit, quòd est scientia circa decens in motu & habitudine: & bonam ordinationẽ, quæ respicit conuenientiam ad diuersa negotia, & ea quæ circunstant. Vnde dicit, quòd est experientia separationis, id est, distinctionis actionum.

lib. 1. c. 18.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd motus exteriores sunt quædam signa interioris dispositionis, secundũ illud Ecclesiastici decimonono, Amictus corporis, & risus dẽtium, & gressus hominis, enuntiãt de illo. Et Ambrosius dicit in primo de Offi*. quòd habitus mentis in corporis statu cernitur, & quòd vox quædam animi est corporis motus.

c. 18. to. 1.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis ex naturali dispositione habeat homo aptitudinem ad hanc vel ad illam dispositionem exteriorum motuum, tamen quod deest naturę, potest suppleri ex industria rationis. Vnde Ambrosius dicit in primo de Officiis*, Motum natura informet. Siquid sanè in natura vitij est, industria emendet.

Loco nũc citato.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd sicut dictum est*, exteriores motus sunt quædam signa interioris dispositionis, quæ pręcipuè attenditur secundum animæ passiones. Et ideo moderatio exteriorum motuum requirit moderationem interiorũ passionum. Vnde Ambrosius dicit in primo de Officiis*, ꝙ hinc. s. ex motibus exterioribus, homo cordis nostri absconditus aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut grauior, aut constantior, & purior, & maturior æstimatur. Per motus etiam exteriores alij homines de nobis iudicium capiunt, secundum illud Ecclesiasiastici decimonono, Ex visu cognoscitur vir, ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Et ideo moderatio exteriorum motuum quodãmodo ad alios ordinatur, secũdum illud quod Augustinus dicit in regula*. In omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem. Et ideo moderatio exteriorũ motuũ potest reduci ad duas virtutes, quas Philos. tangit in quarto Ethic*. Inquantum enim per exteriores motus ordinamur ad alios, pertinet exteriorum motuum moderatio ad amicitiã vel affabilitatem, quæ attenditur circa delectationes & tristitias quę sunt in verbis & factis in ordine ad alios, quibus homo conuiuit. Inquantum verò exteriores motus sunt signa interioris dispositionis, pertinet eorum moderatio ad virtutem veritatis, secundum quam aliquis talem se exhibet in verbis & factis, qualis est interius.

In solut. ad 1. — Cap. 18. — Reg. 3. — c. 6. & 7.

¶Ad quartum dicendum, quòd in compositione exteriorum motuum studium vituperatur, per quod aliquis fictione quadã in exterioribus motibus vtitur, ita quòd interiori dispositioni non conueniant. Debet tamen tale studiũ adhiberi, vt si quid in eis inordinatum est, corrigatur. Vnde Ambrosius dicit in primo de officiis*, Ars desit, non desit correctio.

c. 18. to. 1.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum in ludis possit esse aliqua virtus.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in ludis non possit esse aliqua virtus. Dicit enim Ambrosius in primo de Officiis*, Dominus ait, Væ vobis qui ridetis, quia flebitis. Non solùm ergo profusos, sed etiam omnes iocos declinãdos arbitror. Sed illud quod potest virtuose fieri, non est totaliter declinandũ. Non ergo circa ludos potest esse virtus.

¶2 Præterea, Virtus est, quam Deus in nobis sine nobis operatur, vt suprà habitum est*. Sed Chrysostomus* dicit, Non dat Deus ludere: sed diabolus. Audi quid ludentes passi sunt, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Ergo circa ludos non potest esse virtus.

¶3 Præterea, Philosophus dicit in decimo Ethic*. quòd operationes ludi non ordinantur in aliquid aliud: sed ad virtutem requiritur, vt propter aliud eligens operetur, sicut patet per Philosophum in tertio Ethicor*. ergo circa ludos non potest esse aliqua virtus.

*4 dist 16. q. 4. art. 2. q. 1. cor. & 3. con. ca. 25. & Isa 3. lect. 5. princip. & 4. Ethic. lect. 16. princ. — * c 23. to. 1. — * 1. 2. q. 55. ar. 4. — * Homil. 6. in Mat. to. 2. — * lib. 10. ca. 6. — Li. 3. c. 4.*

¶SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in secundo Musicæ*, Volo tandem tibi parcas. Nam sapientẽ decet interdum remittere aciem rebus agendis intentam: sed ista remissio animi à rebus agẽdis fit per ludicra verba & facta. Ergo his vti interdum ad sapientem & virtuosum pertinet. Philosophus* etiam ponit virtutem eutrapeliæ circa ludos, quam nos possumus dicere iucunditatem.

** Lib. 2. c. vlt. — * Lib. 4. Eth. ca 8.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, quia non potest continuè laborare propter hoc, quòd habet finitam virtutem, quæ determinatis laboribus proportionatur, ita etiam est ex parte animæ, cuius etiam est virtus finita, ad determinatas operationes proportionata. Et ideo quando vltra modum suum in aliquas operationes se extendit, laborat, & ex hoc fatigatur, præsertim, quia in operationibus animæ simul etiam laborat corpus, inquantum scilicet anima intellectiua vtitur viribus per organa corporea operantibus. Sunt autem bona sensibilia connaturalia homini. Et ideo quando anima vltra sensibilia eleuatur operibus rationis intenta, nascitur exinde quædam fatigatio animalis, siue homo intendat operibus rationis practicæ siue speculatiuæ. Magis tamen si operibus cõtemplationis intẽdat, quia per hoc magis à sensibilibus eleuatur, quamuis fortè in aliquibus operibus exterioribus rationis practicæ maior labor corporis cõsistat. In vtrisque tamen tanto aliquis magis altero fatigatur, quanto vehementiùs operibus rationis intendit. Sicut autem fatigatio corporalis soluitur per corporis quietem, ita etiam oportet ꝙ fatigatio animalis soluatur per animæ quietem. Quies autem animæ est delectatio, vt suprà* habitũ est cùm de passionibus ageretur. Et ideo remedium contra fatigationem animalem adhibetur per aliquam delectationẽ, intermissa intentione ad insistendũ studio rationis. Sicut in collationibus Patrũ* legitur ꝙ Beatus Ioannes Euangelista, cùm quidam scandalizarentur, quòd eũ cũ discipulis suis ludentem inuenerãt, dicitur mandasse vni eorũ, qui arcũ gerebat, vt sagittam traheret. Quod cùm pluries fecisset, quæsiuit vtrum hoc continue facere posset, q respondit, quòd si hoc continuè faceret, arcus frangeretur. Vnde Beatus Ioannes subintulit, quòd similiter animus hominis frangeretur, si nũquam à sua intẽsione relaxaretur. Huiusmodi aũt dicta vel facta in quibus non quæritur nisi delectatio animalis, vocãtur ludicra vel iocosa. Et ideo necesse est talibus interdũ vti, quasi ad quandã animæ quietem. Et hoc est quod Philosophus dicit in 4. Ethic*. quòd in huius vitæ conseruatione quædã requies cum ludo habetur. Et ideo oportet interdũ aliquibus talibus vti. Circa quæ tamen videntur tria esse præcipuè cauenda, quorum primum & principale est, quòd prædicta delectatio non quæratur in aliquibus operationibus vel verbis turpibus vel nociuis. Vnde Tullius dicit in primo de Officiis*, ꝙ vnum genus iocandi est illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnũ. Aliud autem attendendũ est, ne totaliter grauitas animæ resoluatur. Vnde Ambrosius dicit in primo de Officiis*, Caueamus ne dũ relaxare animũ volumus, soluamus omnem harmoniam, quasi concentũ quendam bonorũ operũ. Et Tullius dicit in primo de Offic*. ꝙ sicut pueris non omnem ludendi licentiã damus, sed eã quæ ab honestis actionibus non sit aliena, sic in ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat. Tertiò autẽ attendendũ est, sicut & in omnibus humanis actibus, vt congruat personæ, tempori, & loco, secundum alias circunstantias debitè ordinetur, vt scilicet sit tẽpore & homine dignus, vt Tull. dicit ibidem. Huiusmodi autẽ secundũ regulã rationis ordinãtur. Habitus autẽ secundum rationem operãs est virtus moralis. Et ideo circa ludos potest esse aliqua virtus, quam Philosophus* Eutrapeliam nominat. Et dicitur aliquis Eutrapelus à bona conuersione, quia s. bene conuertit aliqua dicta vel facta in solatium. Et inquantum per hanc virtutem homo refrænatur ab immoderantia ludorum, sub modestia continetur.

1. 2. q. 25. art. 2. & q. 31 art. 1. ad 2. — Col. 24. cap. 21. — Cap. 8. — Capit. de scurrilitate & facetia. — c. 20. to. 1. — Immediatè ante c. de Scurrilitate. — Lib. 4. Ethic. c. 8.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dictum est*, iocosa debent cõgruere negotiis & personis. Vnde & Tull. dicit in primo Rhet*. quòd quãdo auditores sunt defatigati non est inutile ab aliqua re noua aut ridiculosa oratorẽ incipere, si tamen rei dignitas non adimit iocandi facultatem. Doctrina autem sacra maximis rebus intendit, secundum illud Prouerbiorũ octauo. Audite, quoniã de rebus magnis locutura sum. Vnde Ambrosius nõ excludit vniuersaliter iocum à conuersatione humana, sed à doctrina sacra. Vnde pręmittit, Licet interdũ honesta ioca ac suauia sint, tamen ab Ecclesiastica adhorrent regula, quoniam in Scripturis sanctis non reperimus ea, quemadmodum vsurpare possimus.

In corp. — Lib. 1. Inuent.

¶Ad secundum dicendum, quòd verbum illud Chrysostomi est intelligendũ de illis, qui inordinatè ludis vtũtur, & præcipuè eorum, qui finẽ in delectatione ludi cõstituunt. Sicut de quibusdã dicitur Sapiẽtiæ decimoquinto. Aestimauerũt esse ludũ vitam nostrã. cõtra quos dicit Tull. in primo de Offi*. Non ita generati à natura sumus, vt ad ludũ & iocũ facti esse videamur, sed ad seueritatẽ potius, & ad quædam studia grauiora atque maiora.

In ca. Fortè omnis esse modestia, vt appetitus rationi pareat.

¶Ad tertiũ dicendum, quòd ipsæ operationes ludi secundum suam speciem non ordinantur ad aliquem finem, sed delectatio quæ in talibus actibus habetur, ordinatur ad aliquam animæ recreationem & quietem. Et secundum hoc si fiat moderatè, licet vti ludo. Vnde Tull. dicit in primo de Offi*. Ludo & ioco vti quidem licet, sed sicut somno & quietibus cæteris, tunc cum grauibus seriisque rebus satisfecerimus.

Loco proximè citato.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum in superfluitate ludi possit esse peccatum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in superfluitate ludi non possit esse peccatũ. Illud enim quod excusat à peccato, non dicitur esse peccatũ: sed ludus quandoq; excusat à peccato. Multa enim si seriò fierẽt, grauia peccata essent, quę quidẽ ioco facta, vel nulla vel leuia sunt. ergo videtur ꝙ superabundantia ludi non sit peccatum.

4. Ethic. lect. 16. co. 1. & 2.

¶2 Præterea, Omnia alia vitia reducuntur ad septem vitia capitalia, vt Greg. dicit trigesimo primo Moral*. sed superabundantia in ludis non videtur reduci ad aliquod capitalium vitiorum. ergo videtur quòd non sit peccatum.

Cap. 31.

¶3 Prętereà, Maximè histriones in ludo videntur superabũdare, qui totam suam vitam ordinãt ad ludendum. Si ergo superabundantia ludi esset peccatum, tunc omnes histriones essent in statu peccati. Peccarent omnes etiam qui eorum ministerio vterentur, vel qui eis aliqua largirentur, tanquam peccati fautores, quod videtur esse falsum. Legitur enim in vitis Patrum, quòd Beato Paphnutio reuelatum est, quòd quidam ioculator futurus erat sibi consors in vita futura.

¶SED CONTRA est, quòd super illud Prouerbiorum decimoquarto, Risus dolori miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat: dicit glossa*, Luctus perpetuus: sed in superfluitate ludi est inordinatus risus & inordinatum gaudium. ergo est ibi peccatum mortale, cui soli debetur luctus perpetuus.

Glo. interlin.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd in omni eo quod est diligibile secũdum rationem, superfluũ dicitur quod regulam rationis excedit. Diminutũ autẽ dicitur secũdum quòd deficit à regula rationis. Dictum est autẽ* quòd ludicra siue iocosa verba facta sunt dirigibilia secundum rationem. Et ideo superfluũ in ludo accipitur, quod excedit regulã rõnis. Quod quidẽ potest esse dupliciter. Vno modo, ex ipsa specie actionum, quæ assumuntur in ludum, quod quidem iocãdi genus secundum Tulliũ* dicitur esse illiberale, petulãs, flagitiosum, obscœnũ, quãdo s. vtitur aliquis causa ludi turpibus verbis vel factis, vel etiam his quæ vergunt in proximi nocumentũ, quę de se sunt peccata mortalia. Et sic patet quòd excessus in ludo est peccatũ mortale. Alio autem modo potest esset excessus in ludo secũdum defectum debitarum circũstantiarum, puta cùm aliqui vtũtur ludo vel tẽporibus vel locis indebitis, aut etiã præter conuenientiam negotij seu personæ. Et hoc quidẽ quandoq; potest esse peccatũ mortale propter vel vehementiam affectus ad ludum, cuius delectationem pręponit aliquis dilectioni Dei, ita quòd cõtra præceptũ Dei vel Ecclesię, talibus ludis vti non refugiat. Quandoq; autem est peccatum veniale: puta si aliquis non tãtùm afficitur ad ludum, ꝙ propter hoc velit aliquid contra Deum committere.

Ar. præ. — Lib. 1. offic.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd aliqua sunt peccata propter solã intẽtionem, quia scilicet in iniuriã alicuius

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ octauæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio eiusdem quæstionis centesimæ sexãgesimæ octauæ dubia occurrunt circa excessum ludi. Et primũ dubium est circa illud, Excessus ludi est peccatũ mortale quando causa ludi vtitur quis turpibus verbis vel factis: Videtur enim falsum, tum quia turpiloquium non est ex se peccatum mortale, & si causa ludi addatur non fiet etiam peccatum mortale, & eadem est ratio de turpibus factis. Multa enim sunt turpia facta quæ non sunt secundum se mortalia, quibus si apponatur quòd fiant causa ludi, non fiunt mortalia, cùm finis iste non dicat secundum se speciem mortalis peccati, sed potius alleuiet multa, quæ si seriò fierent, grauiora essent. Aut igitur litera est falsa, aut specificari debet quæ sunt ista turpia verba vel facta, quæ si causa ludi fiant, reddunt ludum peccatum mortale.

¶Secundum dubium est circa illud, Excessus in ludo est peccatum mortale quando vtitur aliquis causa ludi his quæ vergunt in proximi nocumentũ. Apparet enim ex hoc quòd quicunque vtitur in ludo actionibus lucrosis, cùm hæ vergant in proximi aut suipsius nocumentum, peccat mortaliter. Et si hoc conceditur, sequitur primò quòd ludens ad sphæram paruam vel magnam, vel scachos, interposita pecunia à partibus pro victore, peccaret mortaliter, quod durum valde videtur.

¶Tertium dubiũ est circa peccatum in ludo ex parte circunstantiarum, an solum propter vehementiam affectus ad ludũ, reddatur ludus peccatũ mortale ex circunstantia. Et est ratio dubij, quia hæc sola causa in litera tangitur. In oppositum autem videtur, quia etiam sine tam vehementi affectu ludere ratione loci, puta in Ecclesia, est mortale, vt patet extra, de vita & honestate clericorũ, capit. cum decorem. Et similiter ratione personæ, puta clerici ibidem, capite, Clerici officia. Ratione etiam temporis, puta sacri ludi laboriosi, & totius diei consumptiui, abuti videntur tempore diuinis dicato. Et demum ratione qualitatis ludi, puta aleæ omnibus sub pœna excommunicationis interdicti, vt patet 35. distinctione, capit. Episcopus.

¶Ad euidentiam horum præmittẽdum est, quòd licet Autor de ludo formaliter tractet, ac per hoc actiones, quatenus causã delectationis fiũt cõsideret, nos tamen vt consciẽtiæ satisfaciamus, de ludo etiã materialiter, etiã nõ causa delectationis facto, tractãdũ duximus. Et iõ nullus admirari debet si Autor tã breuis aliis disputandi campum ampliorem reliquit. Ad primũ ergo & secundum simul dubiũ dicitur, quòd Autor exponit seipsum, subiungẽdo illam determinationem restrictiuã, s. quæ de se sunt peccata mortalia, ita quòd non dicit, quando quis vtitur turpibus verbis vel factis absolutè, & similiter non dicit, quãdo quis vtitur iis quæ vergunt in proximi nocumentũ absolutè, sed cum ista restrictione subiuncta, videlicet quæ de se sunt peccata mortalia. Et hãc eandẽ sentẽtiam insinuauit per præcedentia verba, cũ dixit, Vno mõ, ex ipsa specie actionũ quæ assumuntur in ludũ. Vnde Autoris doctrina non est, quòd turpia verba vel facta reddãt ludum peccatũ mortale, vt rõ in oppositũ bene probat, sed quòd turpia verba vel facta quę de sunt peccata mortalia, reddunt ludũ peccatum mortale ex ipsa specie actionũ, quæ assumũtur ad ludũ. Et ideo absque alia probatione subdit. Et sic patet quòd excessus in ludo est peccatum mortale. Talis siquidem in ludo excessus, vt s. assumat actiones quæ de se sunt peccata mortalia ad ludum, manifestè monstrat ludũ esse peccatũ mortale. Numerauit autẽ in litera autor tria genera actionũ talium, scilicet turpia verba, quæ de se sunt mortalia, turpia facta, & ea quæ vergunt in nocumentum proximi similiter de se mortalia. Sũt autem turpia verba de se mortalia inuitatoria verba ad mortalem lasciuiam. Nam si quis, vt aliis delectationẽ ingerat, mulierem inuitet ad adulterium aut fornicationem, aut, quod peius est, cõmitteret, tã iocus quã ludus peccatũ mortale esset. Turpiloquio autẽ simplici vtendo, aut aliquẽ minus honestum gestũ faciendo, vt aliis delectationem ingerat, graue est, & fugiendum valde, non tamen mortale ex suo genere. Apostolus enim non replicauit ad Ephes. 5. inter peccata excludentia à regno cælorum, turpiloquium, cum tamen illud inter alia connumerasset tunc peccata. Et per hoc patet solutio primi dubij.

¶ Ad secũdum dubium, quod propter ludum ex cupiditate lucri difficile redditur, dicitur præmittẽdo quòd ludere ex auaritia non vocatur ex hoc ꝙ homo non luderet nisi apposita pecunia. Hoc enim non est sufficiẽs auaritiæ signũ, qm̃ aliunde hoc prouenit. Ex eo, s. ꝙ vult quis quòd in veritate ludatur, & cùm ludus velut quædã sit pugna, victoria verè delectabilis sit ex hoc ipso ꝙ ille cum quo luditur in veritate fecit qd̃ potuit, & tamẽ succubuit. Non creditur autẽ, ꝙ in veritate ludat, nisi pecunia interiaceat perdenda. Et similiter non vocatur quis ludere ex auaritia, ex eo quòd vellet vincere. Hoc enim ludo supposito, est naturalis appetitus effectus: tũ quia, vt dictum est, ludus in quadam pugna ludentiũ cõsistit, tũ quia naturaliter homo refugit defectũ in quo consistit perdere, & appetit excellentiã in qua consistit vincere. Sed vocatur quis ludere ex auaritia, quando principale motiuum ad ludendum est lucrum, quod quisq; de seipso optimè nouit, quando ex tali intentione principaliter mouetur. Et hi propriè non vocãtur ludere: quoniã finis ludi, quæ delectatio est, non mouet illos, sed abusores sunt ludi ad turpe lucrũ, negotiatorésque p ludũ potius appellãdi sunt. De tali igitur appellato ludo ob auaritiam, iuxta doctrinam Autoris, in hoc loco dicendũ est ꝙ non est peccatũ mortale secundũ se. Et ratio est, quia non assumit actũ secundũ se mortalem ex nocumẽto proximi, sed actum auaritię ex parte cupiditatis, & modi turpis multiplicitate. Ad cuius clarã intelligẽtiam recolito ex supradictis in quæst. 118. artic. 3. & 4. quòd auaritia, vt opponitur iustitiæ

Universidad de Deusto Biblioteca

iustitiæ, est secundum se peccatum mortale: vt autem opponitur liberalitati, non est secundum se peccatũ mortale, nisi fortè quia finis vltimus ponitur in pecunia. Actus igitur auaritiæ in ludo interueniẽs, si scd̃m se est mortalis, oportet vel quòd contrarietur iustitiæ. Cõstat autem, absolutè loquẽdo, quòd nullius iustitia violatur ex hoc, quòd duo domini rerũ suarũ liberè exponunt illas damno vel lucro, per viam ludi, quia scienti & volenti liberè in his, quorum est pro sua voluntate dominus, non fit iniuria. Vterque autem scit & vult pecuniam suam, cuius est liberè pro sua voluntaria dispositione dominus, tali lucro vel dãno, per talem viam, scilicet ludi, exponere. Non est igitur hic auaritia quæ iustitiæ contrarietur, vel quæ sic cõtrariatur liberalitati, quòd finem vltimum in pecuniæ lucro ponat. Sed constat quòd hoc cum ad interiorem affectum ludentis spectet, non oportet vniuersaliter esse verum, nec per se pertinet ad rationem ludi. Et propterea exclusa vtraque mortali auaritia à ludo ob auaritiã, sequitur quòd non est secundum se mortale peccatum ludere, principaliter ob cupiditatem lucri, sed est peccatum graue ac turpe. Nam ex ipsa cupiditate lucri ex inordinata via, peccatum est non paruum. Ex eo verò quòd homo à rationis industria, qua pecunia computãda est & conseruanda, se deiicit, & fortuito euentui conseruationem, perditionem, & acquisitionem pecuniæ submittit, turpis efficitur, & tanto turpior, quanto ab iis lucrari intendit, quibus bene faciendum est, scilicet amicis, vt Aristoteles dixit. Et proptèrea turpe lucrum appellatur quod ludo acquiritur. Simile autem iudicium est de vocatis commissis videlicet cùm aliqui disputantes de aliquo euentu futuro, committunt suas pecunias, vt si euenerit pars affirmatiua, lucretur mille, si negatiua perdat totidem, vel minus prout spes maior pro altera parte est. Detestanda quippe sunt huiusmodi, mortalia tamen peccata secũdum se non sunt. Et hæc dicimus stando infra morales limites, hoc est seclusis legibus & fraudibus & aliis malis circunstantiis.

¶ Ad dubium tertium dicitur, quòd ad causam in litera allatam reducuntur omnium circunstantiarum corruptiones per se ad ludum pertinẽtes. Nam nisi ex affectu ludi, sed aliunde proueniant, per accidens ad ludi peccatũ concurrẽt, vt de se patet. Ex affectu autem ludi, nisi sit tantus quòd ducat in contemptũ expressum vel interpretatiuũ Dei, aut legis canonicæ vel ciuilis, nulla appparet circunstãtiæ mortalis deformitas, quoniam omnis talis deformitas ad aliquid dictorũ spectat. Cõtinet ergo assignata in litera causa omnium circunstantiarũ maculas. Ad singulas autẽ obiectiones deueniendo, dicitur quòd in loco sacro iocari quidẽ, licet non deceat, quia tamen hoc non dicit notabilẽ iniuriam loci sacri, peccatũ mortale non est secundũ se. Ludere autẽ ex causa rationabili, puta si aliqua necessitate infirmum ibi oportet ludere, vt non dormiat, nullũ peccatum est. Et idẽ videtur cũ tempore belli clausi sunt fideles in Ecclesia, & sani egent excussione otij aut somni per aliquẽ honestũ ludũ, quoniam concesso principali, hoc est, habitatione, tunc in loco sacro concessa quoque intelliguntur accessoria honesta. Sine rationabili aũt causa, ex leuitate animi ludere in loco sacro, in iis ludis, qui non sunt specialiter prohibiti, & sine scãdalo, & sine actibus indecentiam loco facientibus, veniale videtur secundum Autoris hic doctrinã, qm̃ nullius legis contẽptus hic interuenit. Sec⁹ in specialiter prohibitis vt sunt ludi theatrales, & similes, in quibus contẽptus interpretatiuus, saltem legis canonicæ ipso facto interuenire videtur. De circunstantia autẽ personæ eadem dist. vtẽdum est, quòd s rationabili subsistẽte causa, etiã ad aleas ludere potest clericus, sine scandalo, puta si infirmus non potest alia via à somno auerti. Ex leuitate autem & sine scandalo ludere clericis, veniale est, nisi ex natura actus qui assumitur in ludum, repugnet clerico, vt assumere arma, laruas, & huiusmodi. Tunc enim iuxta speciẽ & repugnantiã actuum assumptorũ ad ludum, iudicandum est de mortali & veniali, an inducant cõtemptum interpretatiuum clericalis dignitatis, & canonicæ legis. De temporis autem circunstantia verum est illicitos propter tempus esse ludos laboriosos, aut quasi totius diei cõsumptiuos, etiam non omissa Missa, multo magis quàm bella iusta sine necessitate, illicita sunt in diebus festis. Mortale tamen peccatum in huiusmodi ludis non est, quoniam labores ludicri, non seruiles, sed liberales sunt. Et consumptio festi, non omissis diuinis in vanis, non contra, sed præter præceptum festorum est. De qualitate demum ludi sciẽdum est, quòd aliud est loqui de ludo, vt ludus est, & aliud de ludo secundum illius abusum. Nam ludus, quatenus ludus est, ex fine qui est delectatio animalis, quæ in quiete rationabilis motus consistit, pensandus est, ita quòd tanto melior est ludus, quã to fini conuenientior, regula rationis seruata. Quia ludus quanto magis fortunæ commissus est, tanto cæteris paribus, accommodatior est quieti rationis, & quanto magis industriosus, tanto minus quieti rationis sensuúmque conuenit. Ideo absolutè loquendo, ludus scachorum pessimus est in ordine ad propriũ finem ludi, quamuis optimus sit ad fugandum otium vel somnum, propter industriæ diligẽtiam magnam in eo requisitam. Et per oppositum ludus alearum, hoc est, fortuitus, maximè conuenit fini. Sed quoniam abusus ludi ad auaritiam fræno eget, & legum est hos motus compescere: ideo ludos fortuitos leges prohibent, quoniam ipsis homines maximè abutuntur ad auaritiã. Quocirca si non auaritiæ causa, sed veræ recreationis causa ludatur ad aleam, & sine scandalo, legis ratio cessat communiter. Et propterea laici, qui sic ludũt, vbi ciuili lege permittuntur, & canonica nunquam seruari visa est, excusantur. Clerici autẽ vltra hoc, scandali rationem habere tenẽtur, quod ex eorum ludo nasci potest. Et ideo vbi tẽpore pestis, aut ægritudinis rõne, clerici soliti sunt sine scãdalo ludere recreationis gratia ad chartas vel tabellas cũ aleis, nullum ex hoc crimen incurrerent, quoniam extra casum & rationem prohibentis legis sumus, & in iis quæ solũ sunt mala, quia prohibita propter abusum, cõsuetudo excusat. Dici quoq; põt quòd quia canon ille quo ad laicos, cõmuniter non seruetur, nec vnquã pontificia autoritate renouatus videtur, abrogatus sit ex non vsu. Clerici verò si verè deseruirẽt aleæ, iam contẽptores essent legis, quã abrogatã quò ad se non putant, sed potius renouatã & extensam in

Lib. 31. Moral. ca. 31. — *Ar. præ.* — *Tract. 100 to. 9.* — *Refertur d. 86. cap. Pasce.* — *4. Ethic. lec. 16. co. vlt.* — ** Lib. de vera & falsa pœnit. ca. 15. to. 4.*

fiunt, quam quidem intentionẽ excludit ludus, cuius intẽtio ad delectationẽ fertur, non ad iniuriã alicuius, & in talibus ludus excusat à peccato, vel peccatũ diminuit. Quædam verò sunt quæ secundũ suam speciem sunt peccata, sicut homicidium, fornicatio & similia. Et talia non excusantur per ludũ, quinimò, ex his ludus redditur flagitiosus & obscœnus.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd superfluitas in ludo pertinet ad ineptam lætitiam, quam Gregor. dicit esse filiam gulæ*. Vnde Exodi trigesimo septimo dicitur, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd sicut dictum est*, ludus est necessarius ad conuersationem humanæ vitæ. Ad omnia autem quę sunt vtilia conuersationi humanę, deputari possunt aliqua officia licita. Et ideo etiam officium histrionũ, quod ordinatur ad solatium hominibus exhibẽdum, non est secũdum se illicitum, nec sunt in statu peccati, dummodo moderatè ludo vtantur, id est, non vtendo aliquibus illicitis verbis vel factis ad ludũ, & non adhibendo ludum negotiis & temporibus indebitis. Et quamuis in rebus humanis non vtantur alio officio per comparationem ad alios homines, tamen per comparationem ad seipsos & ad Deũ, alias habent seriosas & virtuosas operationes, puta dum orant, & suas passiones & operationes componunt, & quandoq; etiam pauperibus eleemosynas largiũtur. Vnde illi qui moderatè eis subueniunt, non peccant: sed iustè faciunt, mercedem ministerij eorum eis tribuendo. Si qui autem superfluè sua in tales consumunt, vel etiam sustentant illos histriones qui illicitis ludis vtũtur, peccãt, quasi eos in peccato fouentes. Vnde Augustinus dicit super Ioannem*, quòd donare res suas histrionib⁹ vitiũ est immane, nisi fortè aliquis histrio esset in extrema necessitate, in qua esset ei subueniendũ. Dicit enim Ambrosius in libro de Offic*. Pasce fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non paueris, occidisti.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum in defectu ludi consistat aliquod peccatum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in defectu ludi non consistat aliquod peccatum. Nullũ enim peccatum interdicitur pœnitenti. Sed Augustinus dicit, de pœnitẽte loquens*, Cohibeat se à ludis, à spectaculis seculi, qui perfectam cõsequi vult remissionis gratiam. Ergo in defectu ludi non est aliquod peccatum.

¶ 2 Præterea, Nullum peccatum ponitur in commendatione Sanctorum. Sed in commendatione quorundam ponitur quòd à ludo abstinuerunt. Dicitur enim Hier. decimoquinto, Non sedi in concilio ludentium. Et Tobiæ tertio dicitur, Nunquam cũ ludentibus miscui me, neque cum iis qui in leuitate sensus ambulant, participem me præbui. Ergo in defectu ludi non potest esse peccatum.

¶ 3 Prẹterea, Andronicus ponit austeritatem, quam inter virtutes numerat esse habitum, secundum quem aliqui nec afferunt aliis delectationes collocutionum, neque ab his recipiũt, sed hoc pertinet ad defectum ludi. ergo defectus ludi magis pertinet ad virtutem quàm ad vitium.

¶ SED CONTRA est, quòd Philosophus in secundo & quarto Ethic*. ponit defectum in ludo esse vitiosum.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd omne quod est contra rationem in rebus humanis, vitiosum est. Est autem contra rationẽ vt aliquis se aliis onerosum exhibeat, puta dum nihil delectabile exhibet, & etiam eorum delectationes impedit. Vnde Seneca dicit, Sic te geras sapiẽter, quòd nullus te habeat tãquam asperum, nec contemnat quasi vilem. Illi autẽ qui in ludo deficiũt, nec ipsi dicũt aliquod ridiculum, & dicentibus molesti sunt, quia scilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt. Et ideo tales vitiosi sunt, & dicuntur duri, & agrestes, vt Philosophus dicit in quarto Ethicor*. sed quia ludus est vtilis propter quietem & delectationem. Delectatio autẽ & quies non propter se quæruntur in humana vita, sed propter operationem, vt dicitur in decimo Ethic. ideo defectus ludi minus est vitiosus, quàm ludi superexcessus. Vnde Philosophus dicit in 9. Ethi*. quòd pauci amici propter delectationem sunt habendi, quia parum de delectatione sufficit ad vitam quasi pro condimẽto, sicut parũ de sale sufficit in cibo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia pœnitẽtibus luctus indicitur pro peccatis, ideo interdicitur eis ludus. Nec hoc pertinet ad vitiũ defectus, quia hoc ipsum est secundum rationem, quòd in eis ludus diminuatur.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd Hieremias ibi loquitur secundũ congruẽtiam temporis, cuius status magis luctũ reqrebat. Vnde subdit, Solus sedebã, quoniã amaritudine replesti me. Quod autẽ dicitur Tobiæ tertio, pertinet ad ludum superfluũ, quod patet ex eo qđ sequitur, Neque cũ iis q in leuitate ambulant parti-

Lib. 2. ca. 7. & lib. 4. cap. 8. — *Cap. 8.* — *Cap. 6.* — *Cap. 10.*

tipem me præbui.

¶ Ad tertium dicendum quòd austeritas secundum quod est virtus, non excludit omnes delectationes, sed superfluas & inordinatas. Vnde videtur pertinere ad affabilitatem, quã Philosophus* amicitiam nominat: vel ad eutrapeliam siue iucunditatem. Et tamen nominat & diffinit eam sic secundum cõuenientiam ad temperantiam, cuius est delectationes reprimere.

QVÆSTIO CENTESIMA SEXAGESIMAnona, de Modestia in exteriori apparatu, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de modestia secundum quòd consistit in exteriori apparatu.

¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primò, vtrum circa exteriorem apparatum possit esse virtus & vitium. ¶ Secundò, vtrum mulieres peccent mortaliter in superfluo ornatu.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum circa exteriorem ornatum possit esse virtus & vitium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd circa exteriorem ornatum non possit esse virtus & vitium. Exterior enim ornatus non inest nobis à natura, vnde & secundum diuersitatem tẽporum & locorũ variatur. Vnde Aug. dicit in 3. de Doct. Christia*. quòd talares & manicatas tunicas habere apud veteres Romanos flagitiũ erat: nũc autem honesto loco natis non eas habere flagitium est. Sed sicut Philosophus dicit in 2. Ethi*. naturaliter est nobis aptitudo ad virtutes. ergo circa huiusmodi non est virtus & vitium.

¶ 2 Præterea, Si circa exteriorem cultũ esset virtus & vitium, oporteret quòd etiam superfluitas in talibus esset vitiosa, & etiam defectus vitiosus. Sed superfluitas in cultu exteriori non videtur esse vitiosa, quia sacerdotes & ministri altaris in sacro ministerio pretiosissimis vestibus vtũtur. Similiter etiam defectus in talibus non videtur esse vitiosus: quia in laudem quorundam dicitur ad Hebræ. 11. Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis. Non ergo videtur quòd in talibus possit esse virtus & vitium.

¶ 3 Prẹterea, Omnis virtus aut est theologica, aut moralis, aut intellectualis. Sed circa huiusmodi non cõsistit virtus intellectualis, quę perficitur in aliqua cognitione veritatis. Similiter etiam nec est ibi virtus theologica, quæ habet Deum pro obiecto. Nec est etiam ibi aliqua virtutum moralium, quas Philosophus* tangit. Ergo videtur quòd circa huiusmodi cultum non possit esse virtus & vitium.

¶ SED CONTRA. Honestas ad virtutem pertinet. Sed in exteriori cultu consideratur quædam honestas. Dicit enim Amb. in primo de Offic. Decor corporis non sit affectatus, sed naturalis, simplex, neglectus magis quàm expeditus, non pretiosis & albentibus abintus vestimentis, sed cõmunibus: vt honestati vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori. Ergo in exteriori cultu potest esse virtus & vitium.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in ipsis rebus exterioribus, quibus homo vtitur, non est aliquod vitium, sed ex parte hominis qui immoderatè vtitur eis. Quæ quidem immoderantia potest esse dupliciter. Vno quidem modo, per comparationem ad consuetudinẽ hominũ, cum quibus aliquis viuit. Vnde dicit Augustinus in 3. Conf*. Quæ contra mores hominũ sunt flagitia, pro morum diuersitate vitãda sunt: vt pactum inter se ciuitatis & gentis consuetudine vel lege firmatũ, nullius ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis est em̃ omnis pars vniuerso suo non congruens. Alio modo potest esse immoderantia in vsu talium rerum ex inordinato affectu vtentis ex quo quandoque cõtingit quòd homo nimis libidinosè talibus vtatur, siue secundum consuetudinem eorũ cum quibus viuit, siue præter eorũ cõsuetudinem. Vnde Augustinus dicit in secundo de Doctrina Christiana*, In vsu rerũ abesse oportet libidinem, quæ nõ solùm ipsa eorum inter quos viuit consuetudine nequiter abutitur, sed etiam sæpe fines eius egressa, fœditatem suam, quæ inter claustra morum solenniũ latitabat, flagitiosissima eruptione manifestat. Contingit autem ista inordinatio affectus tripliciter, quantum ad superabundantiam. Vno modo, per hoc quòd aliquis ex superfluo cultu vestium hominum gloriã quærit, prout scilicet vestes & alia huiusmodi pertinent ad quendam ornatum. Vnde Grego. dicit in quadam Homilia*, Sunt nonnulli, qui cultum subtilium pretiosarũmque vestium non putant esse peccatum, quod videlicet, si culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quòd diues, qui torquebatur apud inferos, bysso & purpura indut⁹ fuisset. Nemo quippe vestimẽta præcipua, s. excedẽtia propriũ statũ, nisi ad inanẽ gloriam quærit. Alio modo scd̃m ꝙ homo per superfluũ cultũ vestiũ quærit delicias, secundũ ꝙ vestis ordinatur ad corporis fomentũ. Tertiò secundũ quòd nimiã solicitudinẽ apponit ad exteriorẽ vestiũ cultum, etiã si non sit aliqua inordinatio ex parte finis. Et secundũ hoc Andronicus ponit tres virtutes circa exteriorẽ cultũ, s. humilitatẽ, quæ excludit intentionem gloriæ. Vnde dicit, quòd humilitas est habitus non superabũdans in sumptibus & præparationibus. Et per se sufficientiam, quę excludit intentionẽ deliciarum. Vnde dicit, ꝙ per se sufficientia est habitus cõtentus quibus oportet: & determinatiua eorũ, quæ ad viuere conueniunt: secundũ illud Apostoli primæ ad Timoth. vlt. Habẽtes alimẽta & quibus tegamur, his cõtenti simus. Et simplicitatẽ, quę excludit superfluã solicitudinẽ taliũ. Vnde dicit, quòd simplicitas est habitus cõtentus his quæ contingunt. Ex parte autem defect⁹ similiter potest esse duplex inordinatio per affectum. Vno quidẽ modo, ex negligentia hominis, qui non adhibet studiũ vel laborẽ ad hoc, ꝙ exteriori cultu vtatur secundum quod oportet. Vnde Philosophus dicit in septimo Eth*. quòd ad mollitiẽ pertinet, quòd aliquis trahat vestimentũ per terrã vt non laboret eleuando ipsum. Alio modo, ex eo quòd ipsum defectum exterioris cultus ad gloriam ordinat. Vnde dicit Augustinus in lib. de Sermone Domini in mõte*, Non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus & luctuosis esse posse iactantiam, & eò periculosiorem, quo sub nomine seruitutis Dei decipit. Et Philosoph⁹ dicit in quarto Ethi*. quòd superabundantia & inordinatus defectus ad iactantiam pertinet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis ipse cultus exterior non sit à natura, tamẽ ad naturalem rationem pertinet, vt exteriorem cultum moderetur. Et secundum hoc nati sumus hanc virtutẽ suscipere, quæ exteriorem cultum moderatur.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd illi qui in dignitatibus constituũtur, vel etiam ministri altaris, pretiosioribus vestibus quã cæteri induũtur, non propter sui gloriã, sed ad significandum excellentiã sui ministerij, vel cultus diuini. Et iõ in eis non est vitiosum. Vnde Aug. dicit in 3. de Doctrina Christiana*, Quisquis sic vtitur exterioribus rebus, vt metas cõsuetudinis bonorũ, inter quos versatur, excedat: aut aliquid significat, aut flagitiosus est: dum s. propter delicias, aut ostentationem talibus vtitur. Similiter etiam ex parte defectus contingit esse peccatũ: non tamen semper qui vilioribus quàm cęteri vestibus vtitur, peccat. Si enim hoc facit propter iactantiam vel superbiã, vt se cæteris præferat, vitium superstitionis est. Si autem hoc faciat propter macerationem carnis, vel humiliationẽ spirit⁹, ad virtutem tẽperãtię pertinet. Vnde Augustinus dicit in tertio de Doctrina Christiana*, Quisquis restricti⁹ rebus vtitur quàm se habeat mores eorum cum quibus viuit, tẽperatus aut superstitiosus est. Prẹcipuè autem cõpetit vilibus vestimentis vti iis qui alios & verbo & exẽplo ad pœnitentiã hortantur: sicut fecerũt Prophetæ, de quib⁹ Apostolus ibi loquitur. Vnde quædam gl.* dicit Matt. 3. Qui pœnitentiam

Lib. 5. Ethic. c. 6. — *Infrà q. 187. art. 6. cor. & quol. 10. art. 14. & opusc. 58. cap. 8. & Matt. 10. & 1. Timot. lect. 2.* — ** Lib. 3. cap. 2. ad fin. to. 3.* — ** Lib. 2. in princ. to. 5.* — *Li. 2. Ethic. cap. 7. to. 5.* — *c. 16. to. 1.* — *cap. 8. to. 1.* — *c. 12. to. 3.* — *Hom. 40. in Euan.*

sam in capite, Clerici officia, extra de vita & hon. Cleric.

¶ In eodem articulo in responsione ad vltimum aduerte duos casus, quibus dare histrionibus est illicitum, scilicet vel propter superfluitatem: & hoc spectat ad prodigalitatis vitium: vel propter iniquitatem ludi, & hoc spectat ad idem vitium ad quod ludus ille spectat cũ actione, quæ ad ludum assumitur, Quoniam, vt in litera dicitur, peccat vt fouens histrionem in tali crimine. Et propterea iuxta excessum in primo, & iuxta qualitatem peccati in secundo iudicari debet quando mortale vel veniale, & quando grauius, & quando minus graue est.

¶ Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ nonæ Articulum primum.

IN artic. primo quæstionis centesimæ sexagesimænonæ nota distinctionem literæ & illius membra. Distinctio siquidem est. Immoderantia vsus exterioris cultus contingit dupliciter: scilicet vel ex parte ipsius cultus dissoni à consuetudine loci, vel ex parte inordinati affectus, siue ipse cultus consuetus sit, siue non. Et tunc concurrunt ambæ inordinationes simul. Inordinatio autem ex parte affectus, secũdum excessum quidem contingit vel ex parte finis, & tunc aut inanis gloriæ aut deliciarum: vel ex parte agentis, scilicet nimiæ solicitudinis & in hoc membro clauditur inordinatio nimiæ affectionis, quæ est causa nimię solicitudinis, vt in pluribus. Sunt enim quidam nimis affecti ad ornatum, & tamen non soliciti. Secundum defectum autem dicta inordinatio similiter contingit vel ex parte finis, scilicet inanis gloriæ, vel ex parte agentis, scilicet negligentiæ. Hæc est distinctio literæ, in qua vides omne peccatum in exteriori cultu consistere: vel in hoc quod contra consuetudinem fit: & hoc magis habet locum in excessu quàm in defectu: vel in hoc, quòd ex ipso vtentis appetitu vitium apponitur solicitudinis vel negligentiæ inanis gloriæ, vel deliciarum, præter extrinseca vitia: puta luxuriam, & quæcunque hoc ornatu comparanda creduntur aut fouenda.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli, nota primò, quòd personæ excellẽtes vtẽtes cultiori ornatu ad significandam suam excell

Cap. 7. — *Lib. 2. c. 19 to. 4.* — *Cap. 7.* — *c. 12. to. 3.* — *c. 22. to 3.* — *Glo. ordinaria super illud Matth. 3. Ipse autẽ Ioan. habeb. vestim. tum.*

prædicat, habitum pœnitẽtiæ prætendit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd huiusmodi exterior cultus indiciũ quoddam est cõditionis humanæ. Et ideo excessus, & defectus, & medium, in talibus reduci possunt ad virtutẽ veritatis: quam Philosophus* ponit circa facta & dicta quibus aliquid de statu hominis significatur.

** Lib. 4. Ethi. c. 7. to. 5.*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum ornatus mulierum sit sine peccato.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ornatus mulierum non sit sine peccato mortali. Omne enim quod est contra præceptum diuinæ legis, est peccatum mortale: sed ornatus mulierum est cõtra præceptum diuinæ legis. Dicitur enim 1. Pe. 3. Quarum, s. mulierum, sit nõ extrinsecus capillatura aut circundatio auri, aut indumẽti vestimentorum cultus. Vbi dicit Gloss. Cypriani*, Serico & purpura indutæ, Christum syncerè induere non possunt. Auro & margaritis adornatæ & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdiderunt. Sed hoc non fit nisi per peccatum mortale: ergo ornatus mulierum nõ potest esse sine peccato mortali.

Opus. 57. cap. 8. Et Isa. 3. fin. & 1. Corint. 7. lect. 7.

Lib. de habitu virginum.

¶ 2 Præterea, Cyprianus dicit in libro de Habitu virginum, Non virgines tantùm aut viduas, sed & nuptas, puto etiã omnes omnino fæminas admonendas, quòd opus Dei, & facturam eius & plasma, adulterare nullo modo debeant adhibito flauo colore, vel nigro puluere, vel rubore, aut quolibet lineamenta natiua corrumpente medicamine. Et postea subdit, Manus Deo inferunt, quãdo illud quod ille formauit, reformare cõtendunt. Impugnatio ista est diuini operis præuaricatio & veritatis. Deum videre non poteris, quãdo oculi tui nõ sunt, quos Deus fecit, quos diabolus infecit. De inimico tuo compta, cum illo pariter arsura: sed hoc non debetur nisi peccato mortali: ergo ornatus mulieris non est sine peccato mortali.

¶ 3 Pręterea, Sicut non congruit mulieri, quòd veste virili vtatur, ita etiam ei non competit quòd inordinato ornatu vtatur. Sed primum est peccatum. Dicitur enim Deut. 22. Non induatur mulier veste virili, nec vir veste muliebri. ergo etiam videtur, quòd superfluus ornatus mulierum sit peccatum mortale.

¶ SED CONTRA est, quòd secundum hoc videretur, quòd artifices huiusmodi ornamenta præparantes mortaliter peccarent.

¶ RESPONDEO dicẽdum, ꝙ circa ornamenta mulierum sunt eadem attendenda quæ supra* communiter dicta sunt circa exteriorem cultum, & insuper quoddam aliud speciale: quòd scilicet muliebris cultus viros ad lasciuiam prouocat: secundum illud Prouer. septimo, Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio, præparata ad decipiendum animas. Potest tamen mulier licitè operam dare ad hoc quòd viro suo placeat ne per eius cõtemptum in adulterium labatur. Vnde dicitur primæ ad Corint. 7. quòd mulier quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Et ideo si mulier cõiugata ad hoc se ornet, vt viro suo placeat, pôt hoc facere absq; peccato. Illę aũt mulieres, quę viros nõ habẽt, nec volũt habere, & sunt in statu non habẽdi, nõ possunt absq; peccato appetere placere virorum aspectibus ad concupiscendũ: qa hoc est dare eis incẽtiuũ peccãdi. Et si quidẽ hac intentione se ornẽt, vt alios prouocẽt ad cõcupiscentiã, mortaliter peccant. Si autem ex quadã leuitate, vel etiam ex quadã vanitate propter iactantiam quãdam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale.

Art. præ.

cellentiam quasi testimonium illi reddentes hoc faciunt, & vt inducentes alios ad eandem honorandum. Vestes siquidem preciosæ, sicut & opes, vt in quarto Ethicorum dicitur, prosunt ad personæ honorem coram aliis. Non secundò, quòd vti vilioribus in litera, & ab Augustino attribuitur superstitioni, quando huiusmodi vilitas cultui diuino quasi cæremonia adhibetur, si propriè superstitio sumatur, alioquin extensum Superstitionis nomen hoc in loco videtur.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli clarè videre potes, vir speculatiue, quàm bene superius ad virtutem veritatis reducta sit moderatio exterioris motus: eo quòd signum est interioris, quæ est, vel esse debet, dispositionis animi. Eadem quippe ratione in hac litera modestia ornatus ad veritatis virtutem reducitur.

¶ *Super Quæstionis centesimæ sexagesimæ nonæ Articulum secundum.*

IN artic. secundo eiusdem quæstionis centesimæ sexagesimæ nonæ dubia multa occurrunt circa mulierum ornatum. Primum circa ipsum, quatenus est prouocatiuus ad lasciuiam. Et iuxta hoc in quæstionem vertitur, an ornatus prouocatiuus ad lasciuiam ex sola intentione in hac specie reponatur, an etiam ex ipsa qualitate operis. Et est ratio dubij, quia in litera ex sola intentione ornatus muliebris ponitur peccatum mortale ob prouocationem ad lasciuiam. Constat autem quòd prouocare ad lasciuiam est actus ex suo genere mortalis. In oppositum autem est quòd ornatus aliquis secundum se dicitur prouocatiuus ad lasciuiam: vt cùm ostendunt totum pectus mulieres, & viri formam pudendorum.

¶ Secundum dubium est circa ornatum, vt excedit limites consuetudinis, quantum ex hac parte illicitus sit. Et est ratio dubij, quia videtur adinuentio nouarum formarum seu figurarum in vestibus & huiusmodi, mortale peccatum: sicut violare consuetudinem vniuersalem distincti habitus virorum à mulieribus. Consuetudo quippe legis vim habet, & in foro conscientiæ ligat. Defert quoque secum damna multa huiusmodi nouitas, dum coguntur alij ad nouos sumptus, adeo vt boni nobiles in paupertatem inde deueniant. In oppositum autem est, quia huiusmodi nouitates ad vanitatem vitæ spectant. Vana autem non sunt mortalia, sed venialia ex suo genere.

¶ Tertium dubium est circa ornatum, vt est fucatorius. An scilicet certa ratione constet vel solum opinatiuè, quod nisi superaddatur aliqua circunstantia peccati mortalis, puta propter luxuriam aut contemptum Dei, &c. non est peccatum mortale. Et est ratio dubij, quia quibusdam videtur oppositum: & in litera ratio nulla videtur haberi.

¶ Quartum dubium, est circa ornatum mulierum, vt est pretiosus, an debeat intelligi vitiosè pretiosus absolutè, puta quia aureus & gemmatus, vel respectiuè, puta quòd licet in se sit pretiosus, tali tamen mulieri non est pretiosus. Et ratio dubij est, quia communiter intelligitur respectiuè. A principibus tamen Apostolorum, primæ Petri 3. & primæ ad Timotheum 2. expressè inhibetur ornatus mulierum aureus. Si enim non absolutè pensaretur, non vniuersaliter mulieribus inhiberetur.

¶ Quintum dubium est circa ornatum vanum, an putentur mala inde sequentia ornanti se. Et est ratio dubij, quia hinc apparet quòd ipsi imputentur, quia dat operam rei illicitæ. Inde apparet quòd non ei imputentur, quia sequeretur hoc absurdum, quòd mulier ob veniale peccatum ex suo genere, peccaret mortaliter sine alia sua culpa. Patet sequela: quia si inde ab aliis cõcupiscitur, ipsa sine alia est culpa, & tamen illi peccata illorum imputarentur quæ sunt mortalia.

¶ Sextum dubium est circa ornatum clericorum ac religiosorum, an peccent mortaliter mutantes aut violantes habitum suum. Et ratio potissima dubij est, quia vsus habet oppositum eorum quæ legibus sancita sunt. Videmus clericos cum coma, cum sericis indumentis, & in ornamentis mularum & excedentes dominos temporales.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, quòd exterior apparatus ad tria secundum rectam rationem ordinatur. Primò, ad fomentum corporis: & hoc est necessitatis. Et propterea Deus fecit primis parentibus tunicas. Secundò, ad honestatem: & hoc est etiam necessitatis, ex parte animæ, sicut primum ex parte corporis. Turpe enim est rationali animali pudenda manifesta deferre, vt naturalis erubescentia testatur. Et propterea primi parentes fecerunt sibi perizomata, prius prouidentes animæ quàm corpori. Tertiò, ad ornatum vel honoris vel pulchritudinis. Et ornatus quidem honoris, licet omnino communis non sit, quoniam mortui mundo ab huius ornatus cura sunt exempti; potest tamen ratione ministerij omnibus communis esse. Est autem omnis apparatus qui fit vt decenter, vt iuxta statum procedat homo ornatus honoris. Hoc autem recta ratio dictat, vt quilibet prout eum decet, honorabiliter procedat in hac vita, in qua exteriora sunt quædam interiorum testimonia. Ornatus autem pulchritudinis, ferè proprius videtur mulierum: quoniam oportet eas amari vt pulchras ad habendos, vel conseruandos maritos bene dispositos. Intantum autem quælibet harum causarum apparatum exteriorem honestat, vt nec veniale peccatum sit mulierem ornatam secundum decẽtiam sui status amplius ornari, vt pulchra sit viro suo. Itaque quòd sicut ornatus honoris licitè apponit supra vestem necessitatis, ita ornatus pulchritudinis licitè apponit, quando opus est, supra ornatum honoris. Et propterea in responsione ad quartũ in litera dicitur, quòd mulieres vltra decentiã sui status possunt aliquid superaddere vt placeant viris suis. Conuenit ergo maximè mulieribus ornatus pulchritudinis, vt amentur, &c. Et quoniam ars imitatur naturam, & mulier pulchra suapte natura est prouocatiua ad sui concupiscentiam, hinc fit vt ornatus muliebris secundum se sit prouocatiuus ad concupiscentiam seu lasciuiam, pro quanto scilicet facit ad mulieris pulchritudinem apparentem. Verùm quia natura superat artem, & multo magis mulieris pulchritudo naturalis quàm artificialis prouocatiua est ad concupiscentiam mulieris: & ideo sicut inculpabilis est omnis naturalis pulchritudo mulieris, ita inculpabilis secundum se est omnis pulchritudo artificialis; ita quod neutri secundum se imputandum est ad culpam quòd prouocatiua est ad concupiscentiam mulieris: Et propterea in litera vtrunque explicatur, quòd ornatus muliebris est prouocatiuus virorum ad lasciuiam, & quod esse prouocatiuum non imputatur ornatui ad culpam, nisi ex alia culpa: puta ex intentione prouocandi.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd esse prouocatiuũ ad concupiscentiam quandoque est nomen vitij, quandoque est nomẽ conditionis naturalis. Mulier nanque pulchra, est naturaliter prouocatiua ad concupiscentiã sui, & impudicitia est vitiosè prouocatiua ad concupiscentiam. Et quia ornatus muliebris secundũ se nõ est prouocatiuus ad lasciuiam, nisi sicut pulchritudo: ideo non est in specie vitij prouocatiui ad concupiscentiã secundum se, sicut nec pulchritudo naturalis, sed ex intentione vtentis ornatu seu pulchritudine ad prouocandum. Et propterea nullus ornatus muliebris ex hac ratione quia prouocatiuus est ad lasciuiam, est secundum se peccatum mortale.

¶ Ad obiectionẽ autem de ornatu & manifestatione pectoris, dicitur dupliciter. Primò, quòd aliud est loqui de ornatu muliebri, aliud est loqui de nuditate muliebri, ad quã spectat mõstrare non solùm totum pectus, sed reliqua. Nuditas siquidem ipsa pudendorũ secundũ se turpis est & corruptiua pudicorum animorũ. Et si verũ est quod de Romanis scribit Seneca, scilicet Matronæ Romanæ nihil sui plus adulteris in cubiculo ostendunt, quã foris mõstrẽt, talis habitus ita, s. subtilis seu diaphanus, vt mulier tota cõcupisceretur, mortale peccatũ induceret. Esset enim ibi vitiosa prouocatio ad lasciuiã ex ipsa specie actionis, qua mulier culta se quasi nudã ingerit cõmunibus oculis. Vnde de beato Barnaba legitur, ꝙ maledixit nudis viris ac mulieribus. Secundò dicitur, ꝙ quia pectus à mulieribus decoris gratia nudũ alicubi defertur, ac per hoc ad ornatum reducitur pulchritudinis ꝙ etiã ornatus talem habẽs conditionem, scilicet nudati pectoris iuxta patriæ morẽ, nõ est secũdũ se mortalis.

Et

Et eadem ratio, quantum ad hoc, est de viris. Vnde Aug. dicit in epistola ad Possidium, * Nolo vt de ornamentis auri vel vestis propriã habeas in prohibendo sententiam, nisi in eis qui neque coniugati sunt, neque coniugari cupientes, cogitare debent quomodo placeãt Deo. Illi autem cogitãt quæ sunt mundi, quomodo placeant vel viri vxoribus, vel mulieres maritis: nisi quòd capillos nudare fœminas, quas etiam caput velare Apostolus iubet, nec maritatam decet. In quo tamẽ casu possunt aliquæ à peccato excusari, quando hoc non fieret ex aliqua vanitate, sed propter cõtrariam consuetudinẽ: quãuis talis cõsuetudo nõ sit laudabilis.

Epist. 73. paulò à princip.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut gl. ibidem dicit, mulieres eorũ qui in tribulatione erant, contemnebant viros: & vt aliis placerent, se pulchrè ornabant: quod fieri Apostolus prohibet. In quo etiam casu loquitur Cypria. Nõ autem prohibet mulieres coniugatas ornari vt placeant viris, ne detur eis occasio peccandi cum aliis. Vnde Apostolus primæ ad Timoth. 2. dicit, Mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes se, nõ in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa: per quod datur intelligi quòd sobri⁹ & moderatus ornatus non prohibetur mulieribus, sed superfluus & inuerecũdus & impudicus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd mulierum fucatio, de qua Cyprian⁹ loquitur, est quædam species fictionis, quæ nõ potest esse sine peccato. Vnde Aug. dicit in epistola ad Possidium.* Fucari figmẽtis, quo rubicundior vel cãdidior appareat, adulterina fallacia est: qua nõ dubito etiam ipsos maritos se velle decipi, quib. solis, s. maritis, permittendæ sunt fœminæ ornari secundum veniam, non secundum imperium. Nõ semper tamẽ talis fucatio est cum peccato mortali, sed solum quando fit propter lasciuiam, vel in Dei contemptum: in quib⁹ casibus loquitur Cyprianus. Sciendum tamen quòd aliud est fingere pulchritudinem nõ habitam, & aliud occultare turpitudinem ex aliqua causa prouenientem, puta ægritudine, vel aliquo huiusmodi. Hoc enim est licitum: quia secundum Apostolũ primæ ad Corinth. 12. Quę putamus ignobiliora membra corporis esse, his honorem abũdantiorem circundamus.

Ante medium.

¶ Ad tertium dicendum quòd sicut dictum est*, cultus exterior debet competere conditioni personæ secundum communem consuetudinem. Et ideo de se vitiosum est quòd mulier vtatur veste virili, aut ecouerso: & præcipuè quia hoc potest esse causa lasciuiæ, & specialiter prohibetur in lege: quia Gentiles tali mutatione habitus vtebantur ad idololatriæ superstitionem. Potest tamen quãdoque hoc fieri sine peccato propter aliquã necessitatem, vel causa se occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimẽti, vel propter aliquid aliud huiusmodi.

Art. præc.

¶ Ad quartũ dicendum, quòd si qua ars est ad faciendũ aliqua opera, quibus homines vti nõ possunt absque peccato, per consequens artifices talia faciendo peccarent: vt pote præbentes directè aliis occasionem peccandi, puta, si quis fabricaret idola vel aliqua ad cultum idololatriæ pertinentia. Si qua verò ars sit, cuius operibus homines possunt bene & malè vti (sicut gladij, sagittæ, & alia huiusmodi) vsus talium artium non est peccatum,

Et ratio diuersitatis est: quia pectus non est inter pudenda. Vnde primi parentes genitalia tantùm cooperuisse dicuntur, ac per hoc non habet ex ipsa sui specie prouocare ad lasciuiam, sed tantummodo vt confert ad maiorem pulchritudinem. Et ideo eiusdem rationis est cum pulchritudine quo ad esse prouocatiuum. Et licet turpis videatur huiusmodi consuetudo insuetis, si tamen consideremus quòd cõsuetudo tactus, qui plus viget quàm visus, non vituperatur vbi consueta sunt oscula inter mulieres & viros, nõ videtur vituperabilis cõsuetudo mulierum pectus nudum deferentiũ. Fortè enim vix sic à viris amantur, & eos diuertunt à maioribus criminibus. Vbi tamen cõsuetudo non est, inhibendum esset, & citò extirpanda ne crescere: quoniam conditio ista quæ est esse prouocatiuum ad lasciuiã regulãda sic est, ne animi iuuenum mollescant. De virorum autẽ habitu, qui caligis vtuntur sic figuratis, vt virilibus membris accõmodã eorum quasi formam præ se ferant, consuetudo ipsa testatur nõ esse mortiferũ & aliquibus fortè nec veniale. De his enim quæ non sunt secundum se praua, non facile ferenda est sententia illiciti. Quod enim vni videtur turpe aut impudicum, alteri aut alibi nõ videtur turpe aut impudicum.

¶ Ad secundum dubiũ de excessu consuetudinis, dicitur ꝙ consuetudo est duplex. Quædam inducens debitum legale: vt sunt illæ super quarum obseruatione fiunt exactiones, vel punitiones, vt si consuetum est dari Episcopo cõsecranti Ecclesiam vel puellã, vel prætori accipienti officium, certum quid: talis enim consuetudo habet vim legis. Et propterea exiguntur vt legaliter debita, quæ ex huiusmodi cõsuetudine debẽtur. Alia est consuetudo inducẽs debitũ morale tm̃: vt si alicubi cõsuetũ sit, quòd transeuntibus extraneis dominis eatur obuiam: aut quòd assurgatur coram seniorib. & huiusmodi. Sunt enim hæc debita moralia, non legalia: qm̃ ad hæc non coguntur homines lege, sed moris honestate. Si igitur excessus ornatus violet consuetudinem legalem, perinde peccatur, ac si legem violasset. Et tunc peccatum iudicãdum esset iuxta qualitatem legis, puta si esset per modum simplicis statuti, aut cum pœna apposita, sed nõ graui: quoniam non esset mortalis trangressio sine contemptu. Si autem esset præceptoria aut cum pœna excommunicationis, aut graui valde pœna explicante intentionem legis esse ad præcipiendum, transgressio secundum se esset mortalis, ratione præcepti. Si verò excedatur in ornatu, non lex, nec consuetudo legalis, sed moralis tantùm, veniale peccatum est ex suo genere: quia huiusmodi moris violatio nihil continet contra iustitiam: ac per hoc non est contra proximi dilectionem. Et quoniam consuetudines circa vestes & ornatum, lege municipali non firmatæ, vbique terrarum videntur morales, non legales, vt testatur continua mutatio impunis: ideo excessus consuetudinis in ornatu, non est secundum se mortale peccatum.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum, quòd huiusmodi excessus, cum nouitate præsertim, est contra dilectionem proximi, quia coguntur alij exemplo ad huiusmodi sumptus, respondetur, quòd cùm quilibet sequens malum exemplum nouitatis seu excessus, voluntariè inferat sibiipsi hoc damnum noui sumptus, & hoc fit præter intentionem primi ornantis se nouo excessu vt sic: nulla iniustitia committitur contra proximum, nullus actus contra charitatem proximi fit per se loquendo. Grauiter tamen peccant primi, vtentes nouitatibus occasionaliter damnosis proximo, præferentes suæ vanitatis affectum proximorum necessitati. Quia tamen excusare se possunt, dicendo, non imitetur nos qui non potest, qui non vult: faciat vnusquisque sumptum iuxta suas facultates, & non sit stultus: ideo nec contra charitatem nec contra iustitiam actus iste est: valde tamen reprehensibilis propter multas deformitates & graues quas habet, dum & consuetudo violatur, & occasio damni datur, & inanis gloria ac stultitia non sine scandalo committitur. De mutatione autem habitus virilis vel fœminei ex litera satis habetur ab intelligentibus quòd dum in multis casibus est licita, si ex leuitate fiat, non excedit limites venialium. Si enim secundum se esset mortale, nullo casu licitũ esset. Nec obstat diuinæ legis prohibitio, quia iudiciale vel cæremoniale pręceptum est: & euanuit per Christi gratiam.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd certa ratione constat fucatoriũ ornatum ex solo mortali contemptu vel sine superaddito, fieri mortale peccatum, vt in litera dicitur. Est autẽ ratio non tacita in litera, s. quia fucatio species est fictionis. Cõstat nanque quòd fictio, nisi sit perniciosa, non est peccatũ mortale: sicut de mẽdacio dicimus, ꝙ solũ perniciosum est mortale. Mulierũ aũt fucatio officiosa est, ad pulchritudinem seruiens, non perniciosa secundum se: sicut nec suprema pulchritudo naturalis. Quando enim vnus effectus potest ab arte & natura fieri, eiusdem rationis est si à natura & si ab arte fiat, vt patet de sanitate. Et propterea si pulchritudo naturalis non est secũdum se perniciosa, consequẽs est quòd nec pulchritudo artificialis secũdũ se sit perniciosa. Et si dicas quòd ars in fuco non facit, sed mentitur pulchritudinem mulieris: respõdetur ꝙ verum est, sed quantũ ad propositum spectat, perinde est ac si faceret pulchritudinem: quoniã ratio mendacij apposita nõ addit deformitatẽ mortalẽ ex hoc ipso ꝙ mentitur pulchritudinem non perniciosam. Et scito, ꝙ vti capillis alienis ad opportunũ ornatũ, non ad mentiendum proprios, non min⁹ videtur licitũ quàm vti lana ex ouibus, & lino ex terra. Et quia ornatus iste facit mulierẽ in veritate pulchram coram hominib⁹, supplendo naturæ defectũ in illius ornatu, ideo actus iste nõ videtur ad fucationem propriè spectare.

¶ Ad obiectionem in oppositum, quòd aliqui aliter opinantur, dicitur ꝙ trepidauerunt timore vbi non erat timor.

¶ Ad quartum dubium dicitur, ꝙ proculdubio preciosus vitiosè ornatus respectiuè iudicandus est. Apostolorũ autẽ verba, vel exhortatoriè vel in casu, vt in litera dicitur, accipienda videntur. Videtur autem mihi, ꝙ respiciebant Apostoli ad tẽp⁹ illud in quo Christianitatem profitẽtes abiectioribus communiter vtebãtur, iuxta verbũ Agathæ, Ancilla Christi sum, & ideo me ostendo seruilem personam. Et licet superfluitas ornatus in pretiosis respectu personæ sit vitiosa, si desit tamen contemptus & malus mortaliter finis, & lex, hoc est loquendo de ipsa superfluitate secundũ se, non est peccatum mortale: etiam si notabilis sit excessus: quamuis ignoranter quidam aliter crediderint, minus penetrantes naturam peccati mortalis. Nam ad peccatum mortale exigitur, quòd sit contra charitatem: & non sufficit quòd sit contra aliquã virtutẽ. Maximus nanque excessus contra liberalitatem, non est peccatum mortale, nisi ad aliquid contra charitatem deducat: puta, quòd in pecunia ponatur finis vltimus, aut negentur proximo sua, & huiusmodi, vt patet ex supra dictis. Notabilis quoque excessus in mentiendo non est peccatum mortale, nisi ad perniciẽ, quę contra Deũ aut proximum est, ducat. Et iam dictum est ab Autore quòd fucatio quantacunque non est peccatum mortale, nisi per contemptũ vel lasciuiam. Et non est dictum de fucatione parua, sed absolutè. Constat autem ꝙ inter ornatus mulierum, fucatio pessimum videtur tenere locum. Et si ipsa absolutè, ac per hoc quantacunque sit, non est secundum se peccatum mortale, sed solum propter lasciuiam vel contemptum: consequens est vt malè intellexerint, dicentes quòd secundum Doctores communiter superfluus notabiliter ornatus est peccatum mortale. Oppositum siquidem hinc habes. Et ratione probatur: quia non est actus iste contra Deum, vt patet: nec contra proximum, cum non sit ad damnum alterius, sed ad propriam vanitatem: nec contra se ipsum, quoniam in nullo lædit seipsum, vt patet discurrendo per bona naturæ & fortunæ: nisi fortè in fama, quia haberetur vt stultus si priuatus ciuis auro & gemmis se ornaret. Relinquitur ergo quòd superfluus ornatus non est secundum se peccatum mortale.

¶ Ad quintum dubium de imputatione ad culpam, dicitur quòd cum vnumquodque secundum propriam causam iudicandum sit, & non secundum occasionem: propria autem causa concupiscentię sit voluntas concupiscentis viri: mulier autem ornans se vanè, nec per se, nec per accidens volens se concupisci, non causa, sed occasio tantùm sit ruinæ alterius: non est mulieri imputandus casus viri concupiscentis. Et quamuis det mulier operam rei illicitæ, ex eius tamen opere non causatur ruina alterius: sed ex mala voluntate virorum. Et propterea euentus, non est ei imputandus: sicut nec pulcherrimę mulieri vanè egredienti domo, imputandum est peccatum concupiscẽtium eam, quam non concupiscerent, si domi fuisset. Et scias quòd hæc omnia supradicta, vt toties expressũ est, intelliguntur de ornatu secundum se. Propter iactantiam autem, aut superbiam, aut alium malum finem, iudicato illum iuxta peccatum, quod ex illo malo fine committitur. Nam si iactantia illa est venialis, ornatus erit venialis: & si mortalis, erit mortalis. Et propterea in litera dicitur, quòd propter iactantiam ornatus non semper est mortale pec

Universidad de Deusto Biblioteca

catum:& simile est de superbia & aliis similibus malis.

¶ Ad sextum dubium de Clericorum abusu dicendū occurrit illud verbum Abrahæ ad diuitem, Si Moysen & Prophetas non audiūt, neque si quis ex mortuis resurrexit,crederent.Si legem pro nihilo habent,priuatæ scripturæ quem apud eos locum inuenient? ipsi ergo viderint.

¶In respōsione ad quartum eiusdem articuli circa discretionem artiū licitarū ab illicitis, dubia plura occurrunt particularia. Primum est,an licitum sit ædificare seu reparare synagogas Iudęorum,& muscheras Maurorū. Et est ratio dubij, quia synagogas reparare à iure concessum est, & nulla idololatria committitur,tam in synagoga,quàm in muscheta.

¶ Secundum est, an exercere artem gladiorū & sagittarum factiuam tempore belli iniusti sit illicitum.Et est ratio dubij, quia tunc non venduntur nisi ad illicitum opus, & inuenitur in iure sub excommunicationis pœna prohibitum, extrà.de sagittariis,cap. vnico.

¶ Tertium dubium est, an artifices chartarum & alearum peccent. Et est ratio dubij,quia communiter homines vidētur vti istis ad malum.

¶Quartum dubium est an artifices curiosa & vana admiscentes peccent.Et ratio dubij videtur,quia in litera hoc ponitur sub dubio,dum dicitur, nisi forte inueniendo.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd cùm tam synagoga quàm muscheta domus sit per se deputata ad superstitiosum cultum,licet vnius Dei, quoniam vterque ritus, scilicet Iudaicus & Mahumeranus,superstitiosus est:consequens est vt cooperans ad ædificationem etiam reparatoriā, det operam rei,cuius vsus est omnino illicitus atque mortale peccatū. Et propterea ita peccāt mortaliter tales artifices idolorum, & aliorū ad cultum idololatriæ pertinentium. Nec obstat iuris concessio,quoniam permissiua est.Permittuntur autem non bona,sed mala.

¶ Ad secundum dicitur cum duplici distinctione, altera de noritia iniusti belli, altera de artificibus.Nam si bellum iniustum est cognitum quòd est iniustum, seu de se notoriam iniustitiam habens, vt pote errorem continens intolerabilem:vt si Princeps aliquis bellum gereret,vt deleret clericos & reditus ab Ecclesia, constat omnes ad hoc qualitercunque dantes vel vendentes quæcunque,peccare mortaliter, & sacrilegos esse. Si verò bellum est iniustum,& intantum iniustitia illius latet,vt communiter credatur iustum,excusantur omnes artifices : quia non est eorum discutere hæc subtiliter.At si in dubium vertitur, an bellum iustum iniustúmve sit, nec potest dubium deponi, excusantur artifices subditi ratione obedientiæ:sicut etiam mulieres vacantes operi suo,& relinquentes curam iustitiæ his ad quos spectat iustitiam intus & extrà custodire. Et licet artificibus non sit à Principe explicitè præceptum,vt vendant ballistas, &c. est tamen eis implicitè mandatum ex hoc ipso quòd ad bellum conatum apponit. Et signum eius est,quòd si artifex non venderet, offenderet Principem,tanquam plus sapere volens quàm oporteat in iuuando ad expeditionem belli. Scriptum quoque rursus est, quòd seruus sciens voluntatem domini & non faciens eam, plagis vapulabit.Constat enim voluntatem Principis esse, vt omnes vendant iuxta suas artes, vnde possit expeditio belli fieri.Et quoniam extranei, quia adepti iam incolatum erant, vt subditi sunt, excusari quoque videntur.Ingerentes autem se denuo lucri causa, excusare nescio. Immiscent quippe ipsi seipsos inuolucris dubij casus. Debent autem subditi præsumere quòd iustum est, bonam habentes æstimationem de suo Principe, quamuis quo ad certitudinem fluctuent.

¶ Ad tertium dubium dicitur,quòd sicut ornatu mulieres possunt bene & male vti, & multæ malè, & multæ bene vtuntur, & quæ sit maior pars non facile patet: quamuis de vsu, qui sit peccatum mortale, minor videatur pars errare : ita circa vsum alearum & chartarum non facile dixerim, an maior pars peccet vtendo:& videtur quòd minor pars peccet mortaliter. Et propterea sicut ars illa non est prohibita, ita nec ista. Et propterea negandum videtur,quòd aleis & chartis communiter homines vtantur ad malum, quamuis etiam hoc non esset imputandum artifici, ex quo vendit id quo potest bene vti, & non vendit vt malè vtatur:nec discurrere tenetur, an singuli ementes malè vtantur, cum cōstet etiam quòd multi bene vtuntur. Hoc enim magis videtur ad curam Principis quàm artificis spectare, quoniam iste circa singulos versatur, quorum conscientias nescit: & ad eum non spectat curam habere communis boni. Ille autem versatur circa commune bonum vel malum quod ex multitudine scit. Et propterea Autor in litera non damnauit artifices in hoc casu,sed Principem.Illud enim aduerte Confessor, quòd dato quòd communiter homines istis ludis vterentur ad malum, & quod artifex non esset expers culpæ : quia tamen ludus huiusmodi non est secundum suam speciem mortale peccatum , ideo etiam non est secundum suam speciem peccatum mortale, faciendo aleas, & chartas.

¶ Ad quartum dubium dicitur,quòd sine dubio adinuentores superfluorum & curiosorum peccant venialiter. Autor autem apposuit ly fortè quia posset contingere, quòd ex rationabili causa inuenirent ea,quæ absolutè censerentur superflua & curiosa. Vel dicendum quòd ly fortè,non est dubitantis, sed casum exprimentis:ac si dixisset,nisi in casu,&c.

& hæ solę artes sunt dicēdæ. Vnde Chrysostomus dicit super Matthæū*,Eas solū artes oportet vocare,quę necessariorū & eorum quæ continent vitam nostrā, sunt tributiuæ,& constructiuę Si tamen operibus alicuius artis pluries aliqui malè vterentur,quamuis de se non sint illicitæ,sunt tamen per officium Principis à ciuitate extirpandæ,secundum documēta Platonis. Quia ergo mulieres licitè se possunt ornare,vel vt conseruent decentiam sui status,vel etiam aliquid superaddere vt placeant viris, consequens est ꝙ artifices talium ornamentorum non peccant in vsu talis artis,nisi fortè inueniendo aliqua superflua & curiosa. Vnde Chrysost.dicit super Matthæum,* quòd etiam ab arte calceorum, & textorum multa abscindere oportet. Etenim ad luxuriam deduxerunt,necessitatem eius corrumpentes, artem arti male commiscentes. (Hom. 50. à medio.) (Hom. 50. à medio.)

QVÆSTIO CENTESIMA septuagesima, de Præceptis temperantiæ, in duos Articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de præceptis temperantiæ.
¶Et primò, de præceptis ipsi⁹ temperantiæ.
¶Secundò, de præceptis partium eius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum præcepta temperantiæ conuenienter in lege diuina tradantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd præcepta temperantiæ inconuenienter in lege diuina tradantur. Fortitudo enim est potior virtus quàm temperātia,vt suprà dictum est:* sed nullum præceptum fortitudinis ponitur inter præcepta Decalogi,quæ sunt potiora legis præcepta:ergo inconuenienter inter præcepta Decalogi ponitur prohibitio adulterij : quod contrariatur temperantiæ,vt ex supradictis patet.* (2.2.q.100 art.11. ad 3.) (Q.141.art. 8. et 1.2.q.66.art.4.) (Q. 154. art.8.)

¶2 Præterea, Temperantia nō est solū circa venerea, sed etiam circa delectationē ciborum & potuum. Sed inter præcepta Decalogi nō prohibetur aliquod vitium pertinens ad delectationem ciborum & potuum : neque etiam pertinens ad aliquam aliam speciem luxurię.ergo neque etiam debet poni aliquod præceptum prohibens adulterium quod pertinet ad delectationem venereorum.

¶3 Præterea, Principalius est in intentione legislatoris inducere ad virtutes quā vitia prohibere. Ad hoc enim vitia prohibentur,vt virtutum impedimenta tollantur:sed præcepta Decalogi sunt principaliora in lege diuina. ergo inter pręcepta Decalogi magis debuit poni præceptum aliquod affirmatiuum directè inducens ad virtutem temperantiæ , quàm præceptum negaituum prohibens adulterium, quod ei directè opponitur.

¶IN CONTRARIVM est autoritas Scripturæ.

¶RESPONDEO dicendum,quòd sicut Apostolus dicit primæ ad Timoth. 1. Finis præcepti charitas est:ad quam duobus præceptis inducimur pertinentibus ad dilectionem Dei & proximi.Et ideo illa præcepta in Decalogo ponuntur, quæ directius ordinātur ad dilectionem Dei & proximi. Inter vitia autē temperantiæ opposita maximè dilectioni proximi videtur opponi adulterium per quod aliquis vsurpat sibi rem alienam, abutendo scilicet vxore proximi.Et ideo inter præcepta Decalogi præcipuè prohibetur adulterium, non solùm secundum, quod opere exercetur , sed etiam secundum quod corde concupiscitur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum,quòd inter species vitiorum quæ opponuntur fortitudini,nulla est quæ ita directè contrarietur dilectioni proximi,sicut adulterium,quod est species luxuriæ,quæ temperantiæ contrariatur. Et tamen vitium audaciæ , quod opponitur fortitudini, quandoque solet esse causa homicidij: quod inter præcepta Decalogi prohibetur.Dicitur enim Ecclesiast.8.Cum audace non eas in via, ne fortè grauet mala sua in te.

¶Ad secundum dicendum,quòd gula nō directè opponitur dilectioni proximi,sicut adulterium:neque aliqua alia species luxuriæ. Non enim tanta fit iniuria patri per stuprum virginis , quæ non est eius connubio deputata,quanta fit iniuria viro per adulterium, cuius corporis potestatem ipse habet,non vxor.

¶Ad tertium dicendum,quòd præcepta Decalogi vt suprà dictum est, * sunt quædam vniuersalia diuinæ legis principia: vnde oportet ea esse communia.Non poterāt autem aliqua præcepta communia affirmatiua de temperantia dari:quia vsus eius variatur secundum diuersa tempora, sicut Aug.dicit in lib.de Bono coniugali,* & secundum diuersas hominum leges & consuetudines. (Q. 122. art.1.) (Cap.15.to. 6.)

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum conuenienter tradantur in diuina lege præcepta de virtutibus annexis temperantiæ.

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ incōuenienter tradātur in diuina lege ꝓcepta de Virtutib. annexis tēperātię. Præcepta em̄ Decalogi, vt dictū est, * sūt quędā vniuersalia pricipia (Art. præc. ad 3.)

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ Articulum primum.

IN q.170. occurrit nihil scribendum, nisi quod ex calce primi articuli habes, vnde mirari non debes, si statutum Ecclesiæ de temperantiæ actu positiuo,s.circa ieiunia,minus seruatur:& quòd si secundum diuersa tempora mutaretur, non fieret virtuti temperantiæ iniuria : ideo nanque dominus noster Iesus Christus huiusmodi præcepta determinate non dedit, vt possit Ecclesia statuere & destruere prout expedit fidelibus: & diuersis locis ac temporibus diuersos modos indicere.

¶ Super

¶ Super Quæstionem centesimam septuagesimam primam.

HIc incipit octaua pars istius libri,tractans de gratiis gratis daris. Vbi aduertendū est, quod(vt in litera dicitur) gratiæ gratis datæ ordinantur ad tria, scilicet cognitionem,locutionem, & operationem. Hoc tamen pacto, quod ad cognitionem spectāt tres,scilicet prophetia,fides & discretio spirituum.Ad locutionē quatuor, scilicet sermo sapientiæ, sermo scientiæ,interpretatio sermonum, & gratia linguarū Ad operationem duæ scilicet gratia sanitatis, & operatio virtutū. Verum tamen est quòd interpretatio sermonum ratione luminis,quo interpretatio fit : & sermo sapientiæ & scientiæ,ratione sapienriæ & scientię,ad cognitionem quoque spectant. Et quoniam Autor de quatuor horum parum aut nihil loqui intendit,scilicet fide, discretione spirituū, gratia sanitatis,& interpretatione sermonis. Et similiter de sapientia & scientia,pro quanto spectant ad cognitionem, sed in hoc principio valde vniuersaliter hæc ex aliis intelligit:ideo reducit summariè ad prophetiam gratias gratis datas spectantes ad cognitionem,vt non exigatur ab eo alius tractatus de eis , sed simul cum prophetia tractatæ intelliguntur.Gratia verò sanitatum cum operatione virtutum.

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ primæ Articulum primum.

IN ar.1.q.171.in responsione ad quartum incipe colligere quę requiruntur ad vetam prophetiam. Habes siquidem hic duo claudentia in se duas actiones, & duas passiones. Prima actio,diuina est inspiratio.Et hæc fit in voce humana , & infert passionem,quæ est eleuata intentio ad percipienda diuina. Secunda actio etiam diuina est reuelatio.Et hæc fit in intellectu, & infert in eo passionem, quæ est perceptio reuelatorum. Et in hac secunda actione & passione consistit essentialiter prophetia. Prima enim præparatoria est. Habes autem ex prima conditione prophetiæ,quod Deus dispónēs omnia suauiter, mouet hominem rationali motu ad prophetiam, scilicet per mediam intentionem : ita quod prius mouet ipsum vt attendat, & deinde reuelat. Quod est contra illos qui putant prophetiam haberi,quia fit per influxum in intellectu sine nobis.Oportet em̄ prius intentionem moueri,vt in litera dicitur.

totius legis diuinæ , sed superbia est initium omnis peccati:vt dicitur Eccl.10.ergo inter præcepta Decalogi debuit aliquod poni prohibitiuum superbiæ.

¶2 Præterea,illa pręcepta maximè debēt in Decalogo poni,per quæ homines maximè inclinātur ad legis impletionem, quia ista vidētur esse principalia: sed per humilitatem(per quam homo Deo subiicitur)maximè videtur homo disponi ad obseruantiam diuinæ legis:vnde obediētia inter gradus humilitatis computatur vt suprà habitum est*.& idē etiam videtur esse dicendum de mansuetudine per quam fit vt homo diuinæ Scripturæ non contra dicat:vt Aug.dicit 12.de doctrina Christiana,*ergo videtur quòd de humilitate & mansuetudine aliqua præcepta in Decalogo poni debuerint. (Q. 161. art.6.) (Cap. 7.)

¶3 Præterea,dictum est,*quòd adulteriū in Decalogo prohibetur , quia contraria tur dilectioni proximi: sed etiam inordinatio exteriorum motuū,quæ contrariatur modestiæ , dilectioni ꝓximi opponitur:vnde Aug.dicit in regula,*In omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum.ergo videtur ꝙ etiam huiusmodi inordinatio debuit prohiberi per aliquod pęceptum Decalogi. (Art.præc.) (Reg.3.)

¶IN CONTRARIVM sufficiat autoritas Scripturæ.

¶RESPONDEO dicendum , quòd virtutes temperantiæ annexæ dupliciter considerari possunt. Vno modo secundū se:alio modo,secundum suos effectus.Secundum se quidem non habent directam habitudinē ad dilectionem Dei vel proximi,sed magis respiciunt quandam moderationem eorum,quæ ad ipsum hominem pertinent.Quantum autem ad effectus suos,possunt respicere dilectionem Dei vel proximi. Et secūdum hoc aliqua præcepta in Decalogo ponuntur pertinētia ad prohibendum effectus vitiorum oppositorum temperantiæ partibus. Sicut ex ira,quæ opponitur mansuetudini, procedit interdum aliquis ad homicidium,quod in Decalogo prohibetur: aut ad subtrahendum debitum honorem parentib. quod etiam potest ex superbia prouenire:ex qua etiam multi transgrediuntur præcepta primæ Tabulæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ superbia est initium peccati,sed latens in corde:cuius etiam inordinatio non percipitur cōmuniter ab omnibus. Vnde eius prohibitio nō debuit poni inter pręcepta Decalogi, quæ sunt prima principia per se nota.

¶ Ad secundum dicendum , ꝙ præcepta quæ per se inducunt ad obseruantiam legis,præsupponunt iam legem.Vnde non possunt esse prima legis præcepta , vt in Decalogo ponantur.

¶Ad tertium dicēdum, ꝙ inordinatio exteriorum motuum nō pertinet ad offensam proximi secundum ipsam speciem actus,sicut homicidiū,adulterium,& furtum,quæ in Decalogo prohibētur:sed solum secūdum quod sunt signa interioris inordinationis,vt suprà dictum est*. (Q. 168. ar.1.corp.)

QVÆSTIO CENTESIMA septuagesimaprima, de Prophetiæ essentia, in sex articulos diuisa.

POSTQVAM dictum est de singulis virtutibus & vitiis quæ pertinent ad omnium hominum conditiones & status, nunc considerandum est de iis,quæ specialiter ad aliquos homines pertinent. Inuenitur autem differentia inter homines secundum ea quæ ad habitus & actus animæ rationalis pertinent,tripliciter.Vno quidem modo, secundum gratias gratis datas:quia,vt dicitur primæ ad Cor.12. Diuisiones gratiarum sunt, & alij datur per Spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ,&c. Alia verò differentia est secundum diuersas:actiuam scilicet, & contemplatiuam, quæ accipiunt secundum diuersa operationum studia:vnde & ibidem dicitur quòd diuisiones operationum sunt. Aliud enim est studium operationis in Martha,quæ solicita erat,& laborabat circa frequens ministerium : quod pertinet ad vitam actiuam. Aliud est in Maria, quæ sedens secus pedes Domini,audiebat verbum illius,quod pertinet ad contemplatiuam,vt habetur Lucæ 10. Tertio modo,secundum diuersitatem officiorum & statuum,prout dicitur ad Ephesi.4.Et ipse dedit quosdam quidē Apostolos,quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores : quod pertinet ad diuersa ministeria de quibus dicitur primæ ad Cor. 12. Diuisiones ministrationum sunt. Est autem attendendum circa gratias gratis datas,de quibus occurrit consideratio.Primò,quòd quædam eorum pertinent ad cognitionem, quædam ad locutionem, quædam verò ad operationem. Omnia verò quæ ad cognitionem pertinent, sub prophetia comprehendi possunt.Nam prophetica reuelatio se extendit non solùm ad futuros hominum euentus : sed etiam ad res diuinas. Et quantum ad ea quæ proponuntur omnibus credenda,quæ pertinent ad fidem:& quantum ad altiora ministeria, quæ sunt perfectorum,quæ pertinent ad sapientiam. Est etiam prophetica reuelatio de iis quę pertinent ad spirituales substantias , à quibus vel ad bonum vel ad malum inducimur:quod pertinet ad discretionem spirituum Extēdit etiam se ad discretionem humanorum actuum: quod pertinet ad scientiam,vt infrà* patebit.Et ideo primò occurrit considerandum de prophetia & de raptu , qui est quidam prophetiæ gradus. (Q.177.)

¶De prophetia autem quadruplex consideratio occurrit.
¶Quarum prima est de essentia eius.
¶Secunda,de causa ipsius.
¶Tertia,de modo propheticæ cognitionis.
¶Quarta,de diuisione prophetiæ.
¶Circa primum quæruntur sex.
¶Primum,vtrum prophetia pertineat ad cognitionem.
¶Secundò,vtrum sit habitus.
¶Tertiò,vtrum sit solum futurorum contingentium.
¶Quartò,vtrum propheta cognoscat omnia prophetabilia.
¶Quintò,vtrum proheta discernat ea quæ diuinitus percipit, ab eis quæ proprio spiritu videt.
¶Sextò,vtrum prophetiæ posit subesse falsum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum prophetia pertineat ad cognitionem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd prophetia non pertineat ad cognitionem.Dicitur enim Ecclesia.47 quòd corpus Helisæi mortuum prophetauit.Et infrà,49. dicitur de Ioseph, quòd ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetabant.Sed in corpore vel in ossibus post mortem non remanet aliqua cognitio; ergo prophetia non pertinet ad cognitionem. (Infra ar. 2.cor. Et 3.q.7.ar. 8 Et veri. q.12.ar.1. Et Isa 1. principio. & 1. cor 14.co.2. principio Et Hebr. 11 lect. 7.co.2.)

¶2 Præterea,Primæ ad Cor.14.dicitur,Qui prophetat,hominibus loquitur ad ædificationem:sed locutio est effectus cognitionis,non autem ipsa cognitio. ergo videtur quòd prophetia non pertineat ad cognitionem.

¶3 Præterea,Omnis cognoscitiua perfectio excludit stultitiam & insaniam,sed hæc simul possunt esse cum prophetia.Dicitur enim Oseæ 9.Scitote, Israel stultum prophetam , & insanum. Ergo prophetia non est cognoscitiua perfectio.

¶4 Præterea,Sicut reuelatio pertinet ad intellectum, ita inspiratio videtur pertinere ad affectum, eo quòd importat motionem quandam : sed prophetia dicitur esse inspiratio, vel reuelatio secundum Cassiodorum:*ergo videtur quòd prophetia non magis pertineat ad intellectum quàm ad affectum. (In prolo. super Ps. Cap.1.)

¶SED CONTRA est quod dicitur primi Regum 9.Qui enim propheta dicitur hodie, olim vocabatur Videns : sed visio pertinet ad cognitionem : ergo prophetia ad cognitionem pertinet.

¶RESPONDEO dicēdum,quòd prophetia primò & prin

¶ Super quæstionis centesimæ septuagesimæprimæ Articulum secundum.

IN art. 2. eiusdem quæstionis, dubium duplex occurrit circa rationem assignatam in litera: quare lumen propheticum non est habitus. Primum est, quia videtur assumere falsum, s. ꝙ si esset per modum formæ permanentis, faceret videri Deũ, qui est principium cognitionis supernaturaliũ. Probatur nanque hoc esse falsum ex hoc, ꝙ modus essendi non variat naturam, nec essentialem efficaciam formæ: sed ea tantùm quæ se tenẽt ex parte modi essendi. Sed lumen propheticů per modũ passionis non est talis naturæ nec efficaciæ vt sit sufficiens causare visionem Dei: ergo etiam si esset per modum habitus, non sufficeret ad causandam visionem. Et confirmatur: quia constat quòd Deus posset lumen infusum prophetæ conseruare continuè in illo: & tamen non propterea videret Deum propheta ille. Maior est clara, & manifestatur in proposito etiam, quia lumen gloriæ, ex propria natura, est sufficiens ad visionem Dei, siue habeatur per modum formæ permanentis, vt in beatis: siue per modum passionis, vt in Moyse & Paulo, facit videre Deum. Nec ergo modus essendi variat efficaciam essentialem formæ, nec lumen propheticum, quãtumcunque haberetur, per modum habitus, faceret videri Deum: quia ex hoc non esset lumen gloriæ, quod constat esse alterius naturæ: ita vt etiam per modum passionis habitum faciat videri Deum.

¶ Secundum est, quia processus literæ infert conclusionem quæ non est elicita ex præmissis. Nam conclusio sequens ex præmissis est ista, Lumen propheticum non inest per modum formę permanentis & perfectæ. Et præmissæ sunt istæ, Lumen intellectuale existens in aliquo per modum formæ permanentis & perfectæ, perficit intellectum ad principaliter cognoscẽdum principium illorum, quę per illud lumen manifestantur. Sed lumen prophetiæ non perficit intellectum ad principaliter cognoscendum principium illorum quæ per lumen propheticum manifestantur. Ex his siquidem conclusio debet esse, Ergo lumen prophetiæ non inest per modum formæ permanentis & perfectæ. Et tamen in litera longè communior conclusio infertur, s. Ergo lumen propheticum inest per modum cuiusdam impressionis, seu passionis transeuntis. Hæc enim distant valde, quoniam conclusio illa, quæ verè sequitur ex præmissis, stat cum negatione istius quæ apposita est in litera: vt patet de lumine fidei, de quo verificanť & præmissæ & conclusio: & tamen de eo est falsa ista apposita conclusio. Quoniam (vt patet) lumen fidei est per modum habitus, & consequenter per modum formæ permanentis.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, ꝙ processus literæ non consistit in vno tantum syllogismo, sed pluribus. Quorum primus in secunda figura, est ille qui in secundo dubio est allatus, s. Lumen intellectuale existens in aliquo per modum formæ permanentis & perfectæ, perficit intellectum ad principaliter cognoscendum principium illorum quæ per illud lumen manifestantur, sed lumen propheticum non perficit intellectum ad cognoscendum principaliter principium eorum quæ per propheticum lumen manifestantur: ergo lumen propheticum non est forma permanens & perfecta. Maior probatur in litera, ex lumine intellectus agentis. Minor probatur, quia Deus qui est principium supernaturalium, quæ per lumen propheticum manifestantur, non videtur à prophetis per essentiam. Iste est primus syllogismus circa quem versatur primum dubium.

¶ Ad cuius euidentem notitiam scito, quod aliud est formam permanere in aliquo, & aliud est esse in illo per modum formæ permanentis. Nam per primum significatur duratio formæ in subiecto: per secundum verò significatur modus essendi formæ in subiecto, s. quòd inest eo modo quo formæ dependentes solum in fieri & nõ in esse ab agentibus insunt. Vnde primum cõuenit lumini in aere. Permanet enim lumen idem in aere eodem, existente eodem illuminatiuo in eodem loco. Nũquam tamen habet modum formæ permanentis, cùm semper sit in fieri. Ita quòd fatũ esse consistit in fieri, sicut & motus. Quocirca differentia penes talem modum essendi diuersitatem specificam infert formarum. Nam quæ ex propria natura natæ sunt habere modum permanentiæ, & quæ ex propria natura natę sunt habere modum successiuorũ, sicut habit⁹ ex sua natura, & dispositio ex sua natura distinguuntur specie: sicut non præiudicat habitui ex natura sua, ꝙ quandoque insit per modum dispositionis: quando, s. non est firmatus: ita non præiudicat formæ ex sua natura permanenti, quod quandoque per accidens habeat modũ transeuntis: vt de lumine gloriæ contingit, ꝙ ex sua natura habet rationẽ permanẽtis, vt patet in beatis. Sed quandoque ex actione divina fit, vt insit per modum transeuntis, vt in Paulo & Moyse. Et quoniã Autor manifestè explicat se loqui de forma habẽte modũ permanentis, ideo hoc modo intelligẽdus est, quo ad primã particulam, s. formæ permanentis. Quo ad secundã verò, s. & per modum transeuntis, oportet aduertere ꝙ Autor posuit istam secundam particulam pro pter lumen fidei, quod est lumen intellectuale, & inest per modum formæ permanẽtis, sed nõ formæ perfectæ. Nam vt in genere animalis forma perfecta est, non quæ via est ad animal, vt forma embrionis, sed forma constituens animal: quæ, s. potest in propriam animalis operationẽ, quæ est sentire: ita in genere luminis intellectualis de quo est sermo, nullũ lumen habet ratione formæ perfectę quod non põt in propriam luminis operationẽ, quæ est facere visionẽ. Lumen enim adeo obscurum vel obumbratum ꝙ non potest tantum illuminare, vt videatur imperfectũ quid in genere luminis est. Quando autem ita illuminat vt visionę causare possit, iam ad perfectionẽ sui generis peruenit. Quamuis inter ista vnum alio excellentius sit. Et quia lumen fidei non facit euidentiã in nobis eorũ quæ sunt fidei, ideo licet habere rationẽ formæ permanentis: caret tamen ratione formæ perfectæ in genere luminis intellectualis. Ex his autem patet sensus medij termini, & totius syllogismi. Hinc enim habes clarè veritatẽ maioris, videlicet ꝙ omne lumen intellectuale existens in aliquo per modum permanentis, & perfectæ formæ perficit principaliter ad cognoscendum principiũ eorum quæ manifestantur. Nã si est per modum formæ perfectæ, facit videre intellectualiter. Et si facit videre, maxime facit videre principiũ: in quo oportet videre conclusiones, aut per viam intuitus, aut per viã resolutionis. Conclusiones enim, nisi euidenter videatur earum ad principiũ coniunctio, nunquã videntur, sed creditur. Et propterea Autor in probatione Minoris assumpsit, ꝙ lumen propheticum non facit Deum per essentiam videri: propterea inquã, quia de cognitione euidenti in medio termino sciebat sermonẽ esse. Hæc dicta, quo ad hoc ꝙ ponunt illam particulã, s. perfectæ, appositã in hac ratione ad differentiam luminis fidei, non videntur solida: quoniam ex hoc clauderetur via qua posset inferri ex hac ratione conclusio principalis, quæ in litera infertur, vt in secundo deducitur dubio. Et propterea admissis cæteris dictis, hoc solum refutandum credimus, ꝙ ly perfectæ sit appositum vt necessaria particula ad excludendum lumen fidei: & dicimus ꝙ lumen fidei ex alia particula priore vtraque harum exclusum erat, s. ex ly lumen intellectuale. Nam propriè & formaliter loquendo, lumen intellectuale est quod est lumen intellectus, vt sic: & non quod est lumen intellectus vt moti à voluntate. Quod enim illuminat intellectum vt motum à voluntate, est lumen intellectus, extenso vocabulo luminis intellectus: quia non illuminat ipsum, vt ipse est infra proprios limites: sed ipsum vt subsistat alteri. Tale autem esse constat lumen fidei: quoniã est in intellectu, vt motum à voluntate ad assentiendũ iis quæ sunt fidei, & non illuminat ipsum intellectum secundum se ad assensum determinatũ seu certum. Quia ergo ratio ista lite ræ de lumine intellect⁹ vt sic, loquitur, lumen fidei ab hoc processu excluditur. Intendit ergo Autor in maiore, quod lumen intellectuale vt sic, per modum formæ permanentis & perfectæ perficit ad cognoscendum principiũ &c. & apposuit alias duas particulas iam declaratas, s. permanentiam & perfectionẽ, supra lumen intellectuale. Non propterea, qa altera ab altera separatur ĩ genere luminis intellectualis, quoniã connectuntur in tali genere, ita quòd si est permanens, est perfecta: & si est perfecta, est permanens: sed propterea quia hæ duæ conditiones in aliis formis dispersæ inueniuntur, & ambæ in genere intellectualis luminis vnitæ inueniuntur.

¶ Et per hæc patet solutio primi dubij. Negatur enim quòd Autor assumat hanc conditionalem, s. Si lumen propheticum esset per modum formæ permanentis, faceret videre Deum, vt patet in litera & in processu ex litera formato. Dicitur nihilominus ad subiuncta, quòd modus essendi permanenter vel transeundo, si sit per accidens, non variat speciem formæ. Sed si sit per se, vt declaratum est, arguit diuersitatem specificam formarum, & quod lumen propheticum specie distinguitur à lumine gloriæ, quamuis per accidens lumen gloriæ quandoque propheticum dicatur, quando. s. per accidens est per modum transeuntis: vt de Moyse dicitur. Sed relinquendo ea quæ sunt per accidens, lumen propheticum specie distinguitur à lumine gloriæ. Est enim ex sua natura forma habens modum passionis. Lumen autem gloriæ ex sua natura habet modum formæ permanentis. Vnde si Deus conseruaret lumen propheticum in aliquo, non nisi per accidens permaneret, habens secundum se naturam transeuntis. Et per hæc sumus à primo dubio & syllogismo expediti. Secundus autem syllogismus habet antecedens tacitum, s. conclusionem præcedentis syllogismi: ista quodest huiusmodi enthymema, Lumen Propheticum non est lumen intellectuale per modum formæ permanentis & perfectæ. Relinquitur ergo quod est per modum cuiusdam impressionis vel passionis transeuntis. Et tota quæstio cõtra hunc processum ad hoc deuenit, quia ex negatione illius cõiunctí simul, scilicet formæ permanentis & perfectæ, non licet inferre seorsum determinatè partem coniuncti. Ergo non est per modum formæ permanentis. Et assertur instantia de lumine fidei. Et in communi facile est afferre instãtiam: qa non valet, Non est monachus albus, ergo non est monachus. In his secundũ consistit dubium: ad quod dicitur, quòd in genere luminis intellectualis non datur medium inter formam permanẽtem ac perfectam, & formam per modum passionis. Et propterea Autor hoc perspiciens, cùm lumen propheticũ, vt inferius patebit, sit in genere luminis intellectualis ex negatione formæ permanentis & perfectæ, optimè concluſit. Relinquitur igitur quòd sit per modum transeuntis. Et per hoc patet responſio ad instantiam de lumine fidei. Quia enim non est in genere luminis intellectualis vt sic, simpliciter, sed secundum quid, scilicet quo ad assensum voluntarium, inter intellectualia non sine additione aliqua computatur ab autoribus. Nec obstat dictis quod superius in tractatu de fide dictum est: quòd fidei lumen facit aliquo modo videre: quoniam illud videre tam diminutum est, vt pro nihilo habeatur in genere luminis intellectualis simpliciter: vt patet ex hoc quòd nec principia nec conclusiones facit quandam dminutam rationem credibilitatis, s. quæ extranea est ab ipsis reuelatis quæ credimus. Vnde in hac litera expresè dicitur, quòd lumen intellectuale perficit ad cognoscendum principium.

¶ Ad instantiam verò communem patet responſio: quia, s. aliud est loqui de consequentia in genere aliquo, & aliud de consequentia simpliciter. Quamuis enim simpliciter non valeret, Non est forma permanens & perfecta: ergo non est permanens. In tali tamen genere, s. luminis intellectualis vt sic, sequela est optima, quia immediata sut extrema. Sic autem in litera factum est. Instantia autem obiicit simpliciter.

¶ In eodem art. 2. in responſione ad tertium, dubium occurrit circa illud, Cognoscere occulta & incerta, diuinæ sapientiæ est supra naturam humanam quantum ad substantiam actus. Nam falsum videtur hoc particulare, & falsum etiam illud commune, s. quòd homo eleuetur per donum gratiæ ad aliquem actũ qui est supra naturam humanam, quantum ad substantiam actus. Probatur primum quia omnis operatio intellectus humani, etiam qua in patria videt Deum per essentiã, est quo ad substantiam actus ab ipsa substantia intellectus, licet quo ad qualitatem eius sit à tali lumine vel habitu. Cognitio ergo quæ propheta cognoscit occulta diuinæ sapientiæ sibi reuelata, licet quo ad lumen qualificans cognitionem excedat humanã naturam, quo ad substantiam tamen actus, intellectus naturam non excedit, alloquin ab ipso non esset: alioquin illa cognitio non esset operatio vi talis ab intrinseco actiuo principio vitæ. Secundum autem probatur, quia videtur implicatio in adiecto, s. quòd actio aliqua verè sit hominis actio, & tamen excedat ipsum quo ad substantiã actus. Nam si est eius actio, ergo saltem quo ad substantiam est ab eo. Et si non est ab eo quo ad substantiam, ergo non est verè illius actio, sed deprecatiuè vel depositiuè tantum, vel aliquo alio simili modo. Sicut facere miracula attribuitur homini ministerialiter: non quia facere miracula sit actio hominis, sed ad hominis deprecationem vel votum Deus operatur: iuxta illud Iosuę de miraculo solis, obediente Deo voci hominis.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, quòd actus humanus dupliciter qualificatus intelligitur: sicut dupliciter sumitur qualitas, vt dicitur in quinto Metaphysicæ, s. pro differentia, & pro accidente. Dicitur siquidem primo, actus humanus talis inesse naturę ex differentia constitutiua ipsius in specifico esse naturæ: sicut visio dicitur cognitio talis, & auditio cognitio ex differentiis constituentibus cognitionem in specie visionis & auditionis in suis esse naturalib. Dicitur secundò, actus humanus talis in esse morali, ex accidentali conditione constituente ipsum talem in esse moralis: sicut visionem dicimus impudicam ex appositione conditionis malæ moraliter. Et quoniam morale supponit naturale, habętque se ad naturale vt accidens ad substantiam, ille actus dicitur esse supra facultatem humanę naturæ, quo ad substantiam actus, qui secundum naturalem suam speciem excedit facultatem humanæ naturæ. Ille verò dicitur esse supra humanam naturam quantum ad modum actus, & non quantum ad illius substantiam, qui secundum naturalem quidem speciem potest ab homine fieri. Sed secundum moralem conditionem excedit humanas vires: vt diligere Deum meritoriè. Potest enim homo naturæ viribus Deum diligere, sed non meritoriè, nisi ex infusa charitate: quæ si apponatur actui, quo diligo Deum: actus meæ dilectionis sortitur ex ea hunc modum, s. meritoriè. Et similiter possum ego ex proprio intellectu & voluntate assentire his quæ sunt fidei, sed non laudabiliter, &c. nisi ex habitu fidei habeatur iste modus. Non sunt autem actus excedentes, quo ad substantiam actus, humanam naturam, vnius rationis. Nam quidam ita excedũt, vt sint incommunicabiles eidem, vt creare. Vel de facto hominí nõ communicantur, nisi deprecatiuè seu optatiuè, vt facere solem stare, mortuum resuscitare, & huiusmodi, quæ (vt infrà patebit) Deus ipse ad hominis orationem vel nutum operatur. Quidam verò sunt qui de facto cõmunicantur homini, vt videre Deum. Huiusmodi enim actus secundum suam naturalem speciem, excedit limites facultatis naturæ humanæ & creaturæ cuiuscunque, & est soli Deo connaturalis. Communicatur autem animæ nostræ, non solum quia in ea actus iste ponitur, sed quia (vt in litera dicitur) eleuatur per donum Dei anima ad hoc vt sit potens elicere talem actum, qui sua facultatem naturæ nudæ excedit. Ita quòd fit, vt actus talis non excedat facultatem naturæ eleuatæ, qui excedit facultatem naturæ.

¶ Ad primam ergo obiectionem in oppositum dicitur, ꝙ aliud est actum cognitionis esse quo ad substantiã actus ab intellectu nostro, & aliud est actũ cognitionis excedere quo ab substantiam actus facultatem naturalem intellectus nostri. Nam primum significat actum causari quo ad substantiã actus à nostro intellectu: quod verificatur de intellectu nostro eleuato per donũ diuinum. Secundum autem significat proportionem actus illius secundum

Hom 1. in ter med. & fin.

Art. prec.

Hom. 1.

1.2. q. 68. art. 3. ad tertium.

Ex 3. contra 10. c. 154.

3. Eth. text. 9. 12. ar. 1. per to. & ar. 13. ad 3. & 9. 10. in Paulo & Moyse. Et 6. ar. 4. fi. Et quodli. 12. articu. 27. ad 2.

2. q. 22. ar. 2. ad 2. 1.2. q. 110. ar. prec. ad 2.

Ex li. 7. ca. 2.

Ex li. 7. ca. 2.

*Ex li. 7. ca.

Universidad de Deusto Biblioteca

substantiam, ad naturalem facultatem. Vnde actus videndi Deum in patria, est ab intellectu creato, eleuato tamen quo ad substantiam actus. Cognitio siquidem Dei contrahitur ad cognitionem visiuam per differentiam substantialem in esse naturæ: ita quòd non est ibi actus subtractus qui sit cognitio Dei, & per appositionem luminis gloriæ fit visio, *Tex.12.* quemadmodum contingit in actu dilectionis Dei ex charitate. Sed tantùm est ibi actus subtractus quemadmodum natura generis intelligitur subiecta naturę differentiæ. Et simile, quo ad propositum, habes in visione corporali. Potentia enim visiua est principium videndi quo ad substantiam actus: non ita quòd visus eliciat substantiam actus videndi, & species visibilis apponat accidentalẽ qualitatem, qua visio fit talis, puta visio albi: quoniam impossibile est videre, *Epist.121 Cap.9.* & nihil videre: sine specie autem visibili nihil videtur. Non igitur oculus secundum se est principium videndi, sed ita quòd visus specie perfectus, parit visionem talẽ essentialiter. Dicitur aũt ꝙ visus est propria causa visionis secundum substantiam, & species propria causa visionis secundum qualitatem, essentialem tamen: vt inde percipiatur resolutio prædicatorum essentialium, s. differentiæ & generum in suas causas. Sicut dicimus ꝙ fortis, inquãtum hic, & inquantum homo, & inquantum animal, & tandem inquãtum ens, habet aliam & aliam propriam causam: in quam reduci per se primò oportet effectum huiusmodi. Et non dicuntur hæc, quasi effectus habeat plures res quarũ vna causatur ab vna, & altera ab altera causa: vt in Methaphy. patet. *Infrà q°. 172 art.1. co.si.&ad 4 et veri. q.12.arti 2.et Isa.1. et Ro.12. * In prolog. super psal.c.1.* Et per hoc patet solutio secundæ obiectionis. Nulla siquidem implicatio est, dicere quòd actus secundũ substantiã suam, hoc est naturalem suam speciem, excedit facultatem hominis naturalẽ: & dicere cũ hoc, quòd huiusmodi act⁹, quo ad substantiam suam, vere est hominis eleuati, & verè causatur ab homine eleuato, & verè est act⁹ vitalis, & ab intrinseco hominis eleuati per diuinum donum, *1.2.q.54. art.2.* siue habituale, vt in patria: siue per modum passionis, vt in proposito de prophetis dicimus. Habètque hinc aliam prophetiæ conditionẽ scilicet quòd non est habituale, *Loco iam dicto.* sed actuale donũ per modum transeuntis.

¶ *Super Quæstionis centesimæseptuagesimæprimæ Articulum tertium.*

IN art.3. eiusdẽ q. 171. *Hom.1.* in responsione ad secundum, nota diligentissimè differentiam inter fidem & prophetiã, in hoc quòd fides dat non cognitionem eorũ quæ sunt fidei, sed assensum ad illa quæ sunt cognita ab aliis, s. à personis, diuinis saltem. Prophetia autem dat cognitionem.

¶ Sed occurrit hic non dissimulanda quæstio. an cognitio negata fidei, & attributa prophetiæ, sit cognitio euidentiæ. Et est ratio dubij, q a ex ipsa negatione cognitionis à fide apparet ꝙ de notitia euidenti est sermo. Nam nulla alia cognitio à fide negatur, nisi euidẽtiam habens: Ex reuelatis verò apparet oppositum. Nam cũ prophetis reuelata sit Trinitas, vt in litera autor testatur ex Isa.6.cap. vbi supremi angeli illã reuelasse inducuntur, & cõstat Trinitatis euidentem notitiã non habuisse prophetas, qui non viderunt diuinam essentiam. Et similiter potest argui de incarnatione Verbi, &c.

¶ Huic quæstioni in ar. 5. respondendum est: in quo ex proposito de certitudine propheticæ cognitionis est sermo.

¶ In eodem art.3. in responsione ad tertium, nota diligenter hanc doctrinam ponentem vnitatem specificam prophetiæ ex diuini luminis vnitate, non obstante tanta eorum diuersitate, quæ per propheticum lumen manifestatur. Et dicitur hoc directè ad argumentum, ꝙ diuersitas obiecti causat diuersitatem specificam. Contra hanc siquidem doctrinam inferius in art.1. q. 174. obiicietur. vbi Autor oppositũ in hac eadem materia determinare videtur. Et iõ quæstio ista illucusque tractanda differatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa diuisio Philosophi non cõprehendit absolutè omnia, quæ sunt ĩ anima: sed ea quæ possunt esse principia moralium actuum, qui quãdoque fiunt ex passione, quandoque autem ex habitu, quandoque autem ex potentia nuda: vt patet in iis qui ex iudicio rationis aliquid operantur antequam habeant habitũ. Potest autem prophetia ad passionem reduci: si tamen nomẽ Passionis pro qualibet receptione accipiatur: prout Philosophus dicit in 3. de Anima,* quòd intelligere pati quoddam est. Sicut enim in cognitione naturali intellectus possibilis patitur ex lumine intellectus agentis: ita & in cognitione prophetica intellect⁹ humanus patitur ex illustratione diuini luminis.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut in rebus corporalibus, abeunte passione, remanet quædam habilitas ad hoc quòd iterum patiatur, sicut lignum semel inflãmatum facilius iterum inflammatur: ita etiam in intellectu prophetiæ, cessante actuali illustratione, remanet quędam habilitas ad hoc ꝙ facilius iteratò illustretur: sicut etiã mẽs semel ad deuotionẽ excitata, facilius postmodum ad deuotionẽ pristinam reuocatur. Propter quod Aug. in lib. de Orãdo Deum,* dicit esse necessarias crebras orationes, ne cõcepta deuotio totaliter extinguatur. Potest tamẽ dici quòd aliquis dicitur prepheta etiã cessante actuali prophetica illustratione ex deputatione diuina: secũdũ illud Hiere. primo, Et prophetam in gẽtibus dedi te.

¶Ad tertium dicendum, quòd omne donum gratiæ hominem eleuat ad aliquid, quod est supra naturam humanam. Quod quidem potest esse dupliciter. Vno modo, quantum ad substantiam actus, sicut miracula facere & cognoscere occulta & incerta diuinæ sapientiæ. Et ad hos actus non datur homini donum gratiæ habituale. Alio modo est aliquid supra naturam humanam quantũ ad modũ actus, non autem quantum ad substantiam ipsius: sicut diligere Deum & cognoscere eum in speculo creaturarũ. Et ad hoc datur donum gratiæ habituale.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum prophetia sit solum futurorum contingentium.

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ prophetia sit solum futurorum cõtingentium. Dicit enim Cassio.* quòd prophetia est inspiratio vel reuelatio diuina rerum euentus immobili veritate denuntians: sed euentus pertinet ad contingentia futura. ergo de solis contingẽtibus futuris fit reuelatio prophetica.

¶2Præterea, Gratia prophetiæ diuiditur contra sapientiam & fidem, quæ sunt de diuinis: & discretionem spirituum, quæ est de spiritibus creatis: & sciẽtiam, quæ est de rebus humanis: vt patet primæ ad Cor.12. Habitus autẽ & actus distinguuntur secũdum obiecta, vt patet per ea quæ suprà dicta sunt.* ergo videtur quòd de nullo pertinente ad aliquod horum sit prophetia. Relinquitur ergo quòd sit solùm de futuris contingentibus.

¶3Præterea, Diuersitas obiecti causat diuersitatẽ speciei, vt ex supradictis patet.* Si ergo prophetia quædam sit de futuris contingentibus, quædam autem de quibusdam aliis rebus, videtur sequi quòd non sit eadem species prophetiæ.

¶SED CONTRA est quod Greg. dicit super Ezech* quòd prophetia quædam est de futuro: sicut id quod dicitur Isa.7. Ecce, Virgo cõcipiet, & pariet filiũ. Quædam de pręterito: sicut id quod dicitur Gen.1. In principio creauit Deus cœlum & terrã. Quædam de pręsenti: sicut id quod dicitur primæ ad Cor.14. Si omnes prophetant, intret autem quis infidelis, occulta cordis eius manifesta fiunt. Non ergo est prophetia solum de contingentibus futuris.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ manifestatio, quæ fit per aliquod lumẽ, ad omnia illa se extendere potest quæ illi lumini subiiciuntur: sicut visio corporalis se extendit ad omnes colores, & cognitio naturalis animæ se extendit ad omnia illa, quæ subduntur lumini intellectus agẽtis. Cognitio autem prophetica est per lumen diuinum, quo possunt omnia cognosci tã diuina quàm humana, tam spiritualia quàm corporalia. Et ideo reuelatio ꝓphetica ad omnia huiusmodi se extendit: sicut de his quæ pertinent ad Dei excellẽtiã, & Angelorum spirituũ ministerio reuelatio prophetica facta est: vt Isa.6. vbi dicitur, Vidi Dominum sedentem sup soliũ excelsum & eleuatum. Cuius etiã ꝓphetia cõtinet ea quæ pertinent ad corpora naturalia: secũdum illud Isa. 40. Quis mensus est pugillo aquas? &c. Continet etiam ea quæ ad mores hominum pertinent: secundum illud Isa.58. Frange esurienti panem tuum, &c. Continet etiam ea quæ pertinent ad futuros euentus: secundum illud Isa.47. Venient tibi duo in die vna subito, sterilitas & viduitas. Considerandum tamen quòd quia prophetia *est de iis quæ procul à nostra cognitione sunt, tantò aliqua magis propriè ad prophetiam pertinent, quantò lõgius ab humana cognitione exisťũt. Horum autem est triplex gradus. Quorum vnus est eorum quæ sunt procul à cognitione huius hominis, siue secundũ sensum siue secundum intellectum: non autem à cognitione omnium hominum: sicut sensu cognoscit aliquis homo quæ sunt sibi pręsentia secundum locum, quæ tamen alius humano sensu, vtpote sibi absentia, non cognoscit. Et sic Helisęus prophetice cognouit quæ Giezi discipulus eius in absentia fecerat, vt habetur quarti Regum 5. Et similiter cogitationes cordis vni⁹, alteri prophetice manifestantur: vt dicitur primæ ad Cor.14. Et per hunc modum etiam ea quæ vnus scit demonstratiuè, alij possunt prophetice reuelari. Secundus autem gradus est eorum quæ excedunt vniuersaliter cognitionem omnium hominum: non quia secundum se non sint cognoscibilia, sed propter defectum cognitionis humanæ: sicut mysteriũ Trinitatis, quod reuelatũ est per Seraphim dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus, &c. vt habetur Isa. 6. Vltimus autem gradus est eorum quæ sunt procul ab omnium hominũ cognitione, quia in seipsis non sunt cognoscibilia: vt contingentia futura, quorum veritas non est determinata. Et quia quod est vniuersaliter & secundum se potius est eo quod est particulariter & per aliud: ideo ad prophetiã propriissimè pertinet reuelatio euentuum futurorum, vnde & nomen Prophetiæ sumi videtur. Vnde Gregor. dicit super Ezech.* *Hom.1.in Ezec.* Et cùm ideo prophetia dicta sit, quòd futura prædicat, quando de præterito vel præsenti loquitur, rationem sui nominis amittit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prophetia ibi diffinitur secundum id, quod propriè significatur nomine Prophetiæ. Et per hunc etiam modum prophetia diuiditur contra alias gratias gratis datas. Vnde patet responsio ad secundum. Quãuis possit dici, ꝙ omnia quæ sub prophetia cadũt, conueniũt in hac rõne, quòd non sunt ab homine cognoscibilia nisi per reuelationẽ diuinã. Ea verò quæ pertinẽt ad sapientiam & sciẽtiã & interpretationem sermonum, possunt naturali ratione

ratiõe ab homine cognosci: sed altiori modo manifestantur per illustrationem diuini luminis. Fides autem etsi sit de inuisibilibus homini, tamen ad ipsam non pertinet eorum cognitio quæ creduntur, sed ꝙ homo per celsitudinem assentiat iis quæ sunt ab aliis cognita.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ formale in cognitione prophetica est lumen dininum: à cuius vnitate prophetia habet vnitatẽ speciei: licet sint diuersa quæ per diuinũ lumen propheticè manifestantur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum propheta per diuinam reuelationem cognoscat omnia quæ possunt prophetice cognosci.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd propheta per diuinã reuelationem cognoscat omnia quæ possunt propheticè cognosci. Dicitur enim Amos cap. 3. Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Sed omnia quę propheticè reuelantur, sunt verba diuinitus facta. Nihil ergo eorum est quod non reueletur propheticè.

¶ 2Præterea, Dei perfecta sunt opera, vt dicitur Deute. 32. sed prophetia est diuina reuelatio, vt dictum est:* ergo est perfecta. Quod non esset nisi perfectè omnia prophetabilia propheticè reuelarentur: quia perfectum est cui nihil deest: vt dicitur in 3. Phys.* Ergo prophetæ omnia prophetabilia reuelantur.

¶3Præterea, Lumen diuinũ quod causat prophetiam, est potentius quàm lumen naturalis rationis, ex quo causatur humana scientia: sed homo qui habet aliquam scientiam, cognoscit omnia illa quę ad illam scientiam pertinent: sicut grammaticus cognoscit omnia grammaticalia. ergo videtur ꝙ propheta cognoscit omnia prophetabilia.

¶SED CONTRA est, quod Greg. dicit super Ezech.* ꝙ aliquãdo spiritus prophetiæ ex præsenti tangit animũ prophetantis, & ex futuro nequaquam tangit. Aliquando autem ex præsenti nõ tangit, & ex futuro tangit. Non ergo prophetia cognoscit omnia prophetabilia.

¶RESPONDEO dicendum, quòd diuersa non est necesse esse simul nisi propter aliquod vnũ in quo connectuntur, & à quo depẽdent: sicut suprà dictum est,* ꝙ virtutes omnes necesse est esse simul ꝓpter prudentiam vel charitatem. Omnia autẽ quæ per aliquod principium cognoscuntur, cõnectuntur in illo principio, & ab eo dependent. Et ideo qui cognoscit perfectè principium secundum totam eius virtutem, simul cognoscit omnia quę per illud principium cognoscũtur. Ignorato autem communi principio, vel communiter apprehẽso, nulla necessitas est simul omnia cognoscẽdi, sed vnumquodque eorum per se oportet manifestari: & per consequens aliqua eorum possunt cognosci, & alia non cognosci. Principium autem eorũ, quæ diuino lumine propheticè manifestãtur, est ipsa veritas prima, quam prophetæ in seipsa non vident. Et ideo non oportet ꝙ omnia prophetabilia cognoscant. Sed quilibet eorum cognoscit ex eis aliqua secũdum specialem reuelationem huius vel illius rei.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Dominus omnia quæ sunt necessaria ad instructionem fidelis populi, reuelat prophetis. Non tamen omnia omnibus, sed quædam vni, quædam alij.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ prophetia est sicut quiddã imperfectum in genere diuinæ reuelationis. Vnde dicitur primæ ad Cor.13. ꝙ prophetiæ euacuabuntur: & quòd ex parte prophetamus, id est imperfectè. Perfectio autem diuinæ reuelationis erit in patria. Vnde subditur, Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Vnde non oportet quòd propheticæ reuelationi nihil desit, sed quòd nihil desit eorum, ad quæ prophetia ordinatur.

¶Ad tertium dicendum, quòd ille qui habet aliquam scientiam, cognoscit principia illius scientiæ, ex quibus omnia quæ sunt illius scientiæ, dependent. Et ideo qui perfectè habet habitum alicuius scientiæ, scit omnia quæ ad illam scientiam pertinent. Sed per prophetiam non cognoscitur in seipso principium prophetalium cognitionum, quod est Deus. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum propheta discernat semper quid dicat per spiritum proprium, & quid per spiritum. prophetiæ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ propheta discernat semper quid dicat per spiritum proprium, & quid per spiritũ prophetiæ. Dicit.n. Aug. in 6. Cõfess.* ꝙ mater sua dicebat discernere se, nescio quo sapore, quem verbis explicare non poterat, quid interesset inter Deum reuelantem, & inter animam suam somniantem. Sed prophetia est reuelatio diuina, vt dictum est*. ergo propheta semper discernit id quod Deus per spiritum prophetiæ dicit, ab eo quod loquitur spiritu proprio.

¶ 2 Præterea, Deus non præcipit aliquid impossibile, sicut Hier.* dicit. Præcipitur autem prophetis Hier. 23. Propheta qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. ergo propheta potest discernere quid habeat per spiritum prophetiæ ab eo, quod aliter videt.

¶3Præterea, Maior est certitudo, quæ est

¶ Super quæstionis centesimæseptuagesimæ primæ Articulum quartum.

IN art.4. eiusdem quæstionis, in corpore articuli aduerte, quòd illa propositio: Diuersa non oportet esse simul, nisi propter aliquod vnũ, in quo connectuntur, & à quo dependent, si acciperetur vt iacet, magnam haberet quęstionem de diuersis quæ sunt inter se secundum se connexa: vt cœlũ, & illius figura, vt vniuersaliter subiectum & propria passio. Hæc enim propriè non connectuntur in tertio, *D.1067.* puta generante: sed inter se secundum seipsa. Sed si accipiatur in ordine ad materiam subiectam, de qua est quæstio, non habet difficultatem. Est enim de totaliter diuersis sermo: quoniam etiã totaliter diuersa prophetice reuelationi subsunt. Et propterea intellecta *Verit. q. 12. art.1. ad 5. Et Roma.15. lect.3.col. 4.princi.* illa propositio de totaliter diuersis, plana est, & optimè seruit proposito. Cælum autẽ & sua figura, subiectũ & passio, & alia huiusmodi, non sunt totaliter diuersa: cum constet ꝙ necessariò sunt idem suppositaliter seu subiecto. Totalis enim diuersitas huiusmodi identitatem nõ compatitur.

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ primæ Articulum quintum. *Ar.3.*

IN art.5. eiusdem quæstio. centesimæ septuagesimæ primæ, nota primò cautissimè distinctionẽ prophetiæ, s. per *Tex.63.* expressam diuinam reuelationem, vel per instinctum diuinũ, & differentiam tantam inter membra huius distinctionis, vt prima sit prophetia simpliciter. Secunda autem non oportet ꝙ sit prophetia, nisi secundum quid. Prima parit certitudinem in mente prophetæ quo ad duo, vt in litera dicitur: videlicet & quo ad reuelata, & quo ad reue- *Hom.1.* lationem: ita ꝙ propheta per expressam reuelationem instructus, clare scit quæ sibi reuelantur: & clare scit ꝙ Deus hoc sibi reuelat. Secunda autem neutrum horum oportet ꝙ det. Prima est prophetia (vt di- *1.2.q 65. ar.1.& 3.* ctum est) simpliciter. Secunda est imperfectum quid in genere prophetiæ, vt in litera dicitur.

¶ Nota secundò, ꝙ horũ duorum quę in litera ponuntur, certè cognosci à propheta primum, s. res reuelata, nõ directe spectat ad hunc articulum, sed ad quartum articulum, q.173. vbi quæritur an prophetæ cognoscant quæ prophetãt. Secundum autem, scilicet ipsa reuelatio diuina directè præsentis est quæstionis. Et ad hoc tendit intentio literæ, an, s. prophetia sciat, quando prophetat intus vel extrà quòd Deus sibi reuelat.

¶ Nota tertiò, ꝙ in litera ad partem affirmatiuam dictæ quæstionis afferuntur tres probationes. Prima, ex autoritate Hieremiæ: secunda, ex certitudine nostræ fidei: tertia, ex facto Abrahæ. Quæ probationes post declaratum sensum conclusionis discutiendæ sunt. Nota quartò descensus gradus in diuinis instructionibus. Nam reuelatio diuina multiplex cum sit, prophetia in responsione ad secundum præcedentis articuli posita, est quid imperfectum in genere diuinæ reuelationis. Hic autem instinctus propheticus ponitur imperfectum quid, non in genere diuinæ reuelationis, sed in genere prophetiæ. Vbi videre potes quantum à diuina distet reuelatione instinctus propheticus, vt non meruerit etiam vt imperfectum quid in illo admitti genere.

¶ In eodem articulo motum superius in art.3. ad secundum occurrit dubium: qualis, s. est certitudo prophetica. Ad quod proculdubio dicitur, ꝙ secundum Autoris doctrinam est certitudo euidentiæ quo ad ipsum prophetam. Ita quòd lumen propheticum non solùm est in se certum, quia diuinum, vt etiam de lumine fidei superius didicimus: sed etiam ex parte nostri, s. hominum prophetarum, est certissimum. Et facit in propheta euidentiam & eorum quę eis reuelantur, & ipsius reuelationis: quòd est à Deo. Neque enim minus certus est propheta, neque minus videt quòd Deus tunc hoc sibi reuelat, quàm nos simus certi, & videamus nos scire prima principia per lumen naturale. Et similiter in lumine diuinitus menti suæ infuso videt ea quę sibi reuelãtur: sicut nos in lumine naturali videmus prima principia, & conclusiones in & ex eis. Hanc autem sententiam tenet autor, & in art 3.q.10. de veritate, & tertio contra Gentiles c. 154. clarissimè: & hic apud perspicaces, dum cognitionem illam attribuit prophetis, quam habent illi, qui cognoscunt ea quæ sunt fidei, quib. & innititur fides. Constat autem ꝙ per se loquendo, fidem præstans cognitis ab alio, cognitionem euidentiæ supponit in illõ: alioquin in infinitum procederetur, dum ille crederet alteri. Dicit etiam in responsione ad argumenta hic Autor, quòd patet responsio ad obiecta, inter quæ erat tertium de *3. contra* certitudine euidentiæ *cap. 154.* qua sciens scit se nescire. *co.1.& 3.* Et constat quòd non ali *fin. et veri.* ter patet responsio, nisi *q 12.* quia conceditur quòd *art.1. ad* lumen propheticum nõ *15. & 16* minus dat talem certitu **Cap.15* dinem. Dicet quoque in *tom.1.* ferius in art.3. q 174. ꝙ **Ar.3.* finis prophetiæ est manifestatio veritatis supra hominem existen- *In expos.* tis, ita quòd ad hoc ordi *fidei ad* natur prophetica reuela *Damasũ.* tio, vt manifestetur Pro- *tom.2.* phetæ veritas reuelatorum. Constat autem ꝙ sine euidentia non manifesta est veritas.

¶ Ad obiectionẽ autem in oppositum superius allatam, ex hoc quòd reuelata prophetis non videntur ab illis, vt patet de mysterio Trinitatis, &c. respondetur, quòd reuelata prophetis quantum ad id quod de illis reuelatum est, videntur à prophetis: non autem quantum ad omnia. Vnde Trinitas & Incarnatio & similia, non sunt reuelata prophetis quantum ad quæstionem quid est, sed quantum ad quæstionem an est, seu quia est. Et quantũ ad hoc visa sunt à prophetis sub lumine infuso eisdem. Ita quòd viderũt, non Trinitatem, non Verbum incarnari: sed Trinitatem esse, sed Verbi incarnationem futuram esse, & sic de aliis. Sicut etiam naturali lumine nos videm⁹ Deum esse, & quia est æternus & immobilis, &c. & tamen non videmus ipsum Deum, nec eius æternitatem.

¶ In eodem ar. contra primam & tertiam probationem, dubium occurrit ex

Universidad de Deusto Biblioteca

vna & eadem radice, ꝙ non sufficienter probent conclusionem intentā iam declaratam. Et in promptu instantia est, quoniam quilibet Christianus potest ex fidei certitudine absolutè dicere, In veritate misit me Dominus ad cōfessionem fidei, quando tempus est confitendi fidem: & tamen caret certitudine euidentiæ. Non ergo ex hoc ꝙ Hieremias dixit, In veritate misit me Dominus, inferri potest certitudo euidentiæ in Hieremia. Et similiter quilibet Christianus ex certitudine fidei sola tenetur se præparare ad propriā mortem subeūdam. Non ergo ex hoc quòd Abraham ad filij necem se parauit, concluditur maior certitudo, quàm fidei quæ est absque euidentia.

Hom. 1. in Ezech.

¶ In eodem art. contra secundam probationem, occurrit dubium: quia fides nostra nititur reuelationi diuinæ secundū se & Ecclesiæ factæ, & non reuelationi huic & illi singulari homini. Non ergo exigitur ad certitudinem fidei nostræ, quòd prophetæ habuerint euidētiam de reuelatis, cùm non oporteat Ecclesiam certitudinem euidentiæ habere, sed sufficit ei certitudo adhæsionis per lumen fidei.

Cap. 17. eo. 3.

¶ Ad obiecta contra primam & tertiam probationem simul, dicitur ꝙ singularia occurrentia vt certa vel incerta, sunt diuersarum conditionum. Nam quædā sunt quæ sub vniuersalibus, quæ fide tenentur, subsumuntur, certificantur, & regulantur applicando vniuersalia ad singularia: vt quòd nunc moriendū est pro fide Christi, certificatur & regulatur ex vniuersali fidei documento, Qui me erubuerit coram hominibus, &c. Ex hac enim regula certus sum quòd nunc est mihi moriendum pro confessione fidei Christi: & in his sufficit certitudo fidei. Quędam verò sunt quæ ex vniuersalibus fidei documentis non certificantur, sed stante fidei certissima firmitate remanēt ambigua vel incerta in oppositum. Et ad assertionem talium, cùm certitudo fidei locum non habeat, requiritur certitudo euidentiæ. Talia autem sunt missio Hieremiæ, & præparatio ad necem innocentis Isaac. Ex nullo siquidem vniuersali documento fidei concludebatur tunc, quòd Deus misisset Hieremiam: & ex fidei ac rationis documentis certum erat oppositum eius, quod disposuit Abraham: quoniam mors filij innocentis diuino ac naturali iure prohibita est. Et ideo quia Hieremias asseruit in veritate, Misit me Deus, & Abraham parauit se ad necem filij, optimè infertur quòd vterque habuit de his certitudinem euidentiæ.

Hom. 1. in Ezech.

¶ Ad singularia autem quæ obiiciendo tanguntur, sufficit (vt patet ex dictis) certitudo adhæsionis secundum fidem.

¶ Ad obiecta autem contra secundam probationem dicitur, ꝙ in hoc quòd dicitur fidem nostram inniti diuinæ reuelationi factæ Ecclesiæ, includitur quòd innititur reuelationi factæ principalibus Ecclesiæ membris, scilicet Prophetis, Apostolis, & Euangelistis. Est siquidem ex parte humani generis necessarium necessitate suauis dispositionis, qua diuina sapientia cuncta ordinat, vt aliqui homines reuelationem de his quæ fidei sunt à Deo sic habuerint, vt certi fuerint euidenter, quòd Deus hæc reuelat: & ab illis alij quasi discipuli à magistris instruerentur. Naturale siquidem est homini discere ab homine. Et diuina sapientia infima per media gubernat. Et licet non oporteat ecclesiam hoc certo tempore habere certitudinem euidentiæ de diuina reuelatione eorum quę sunt fidei: necesse est tamen vt ipsa habeat vel habuerit huiusmodi euidentiam: alioquin ex parte sui ecclesia non esset certa de his quæ sunt fidei, vt pote nullos habens in se testes de visu. Modo autem dū quædam ecclesiæ membra credunt aliis eiusdem ecclesiæ membris, quæ viderunt, vtrique securi in fide viuunt: iuxta illud primæ Ioan. 1. Quod vidimus testamur, & annuntiamus.

¶ In eodem articul. circa calcem illius, circa instinctus prophetici correctionem dubium occurrit: an hoc sit verū quod quando prophetæ ex instinctu errāt, corrigātur à Spiritusancto: & vera audiant, ac semetipsos reprehendāt. Et est ratio dubij: quia hinc autoritas Greg. partem dicit affirmatiuā, hinc experiehtia apparet in oppositū, & ratio, quia si sic esset, sequeretur quòd semper propheta discerneret inter suum ac diuinū instinctum, vel tunc vel post per aduenientem correctionem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd propheta per instinctum dupliciter loquitur, scilicet diuinum vel proprium. Et siquidem diuino instinctu loquitur, quamuis nō discernat se loqui diuino instinctu: attamen impossibile est quòd falsum dicat, quoniam diuinus instinctus non potest esse principium falsi: & propterea non est tunc locus correctioni. Si autē loquitur ex proprio instinctu tanquam ex diuino, dupliciter cōtingere potest. Primò, vt credat se loqui ex diuino spiritu. Et hoc licet possit contingere alicui prophetæ, non tamen prophetis sanctis cōtingit: quoniam Prophetę sancti quando incerti sunt de instinctu non credunt, sed suspicantur diuinum esse instinctū: ita quòd in sola suspicione falluntur: vt Greg. in prima hom. super Ezech. dicit. Et tunc est locus correctioni. Sed prophetis sanctis propter suam sanctitatem citius diuina opitulatur correctio, vt testatur correctio facta Nathan super ædificatione templi. Prophetis autem non sanctis huiusmodi correctionē non oportet aduenire: quia priuilegium sanctitatis in prophetis hoc est. Quin etiam subdit Greg. quòd inter veros & falsos prophetas hæc est distantia, quòd veri eruditi citius dictū suum corrigunt: falsi verò falsa prænuntiant, & à Spiritu sancto alieni in sua falsitate perdurāt. Et per hæc patet, quòd de bonis prophetis videtur regulariter verum, quòd corriguntur citius quando ex proprio errant spiritu. Nec experientia apparet in oppositum, nisi fortè vocando prophetas, bonas personas, quæ reputantur spirituales, patientes ecstasim, quæ æquiuocè prophetæ dicuntur. Distant enim à prophetis, plusquam terra à cælo, quoniam hæc naturalia sunt, & sæpissimè infirma naturæ. Prophetia autem supernaturalis est, vt infrà patebit. Ratio quoque allata nihil obstat. tum quia ex hoc quòd Propheta sanctus, qui errauit non discernendo spiritum, postea corrigitur, non sequitur quòd semper tunc vel postea discernat suum à diuino instinctum: quoniam non semper ad huiusmodi errorem prorumpit, sed suspenso stat animo: & profert eloquio suspenso. Tum quia dato quòd post cognosceret ex adueniente correctione, stat solida differentia assignata quòd absolutè in ipso instinctu non cognoscit an Deus sit qui dicit illum.

¶ Ex eodem articulo collige aliam prophetiæ conditionem, scilicet quòd si simpliciter est prophetia, dat prophetæ claram visionem reuelationis: hoc est, quòd Deus est reuelans sibi tunc hoc, ita quòd non credit firmiter: sed videt sic esse.

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ primæ Articulum sextum.

In articulo sexto eiusdem quæstionis centesimę septuagesimæprimæ, nota in corpore articuli, quòd prophetia dicitur cognitio expressa ex diuina reuelatione per modum doctrinæ, non quantum ad discursum, sed quantum ad communicationem. Ita quòd intendit Autor non quòd Deus doceat prophetam syllogizando, vt magister docet discipulum ex quodam in quoddam discurrendo, sed quòd docet hominem communicando illi notitiam suam, sicut magister communicat discipulo notitiam quam habet. Modus autem quomodo ista communicatio fit, inferius tractabitur.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum, sta suspensus in dubio illo, an prophetans secundum ordinem causarum tantum seu meritorum, cognoscat tunc reuelata sibi esse secundum ordinem causarum tantùm. Inferius siquidem in articulo quarto, quæst. 173. clarificatur veritas. Vbi ex proposito tractatur, quid prophetæ cognoscunt de reuelatis.

¶ In eodē ar. in respōsione ad 3. nota duo. Primū ē, ꝙ Autor asserit antecedēs illud, A est ꝓphetatū, & similiter A est ꝓscitū, esse īpossibile nō esse, hoc est esse necessarium. Ita quòd concedit argumento, ꝙ antecedens est absolutè necessarium. Et hoc nota contra minus eruditos in speculatiuis. Secūdum est, quòd responsio remittit se ad responsionem extēsam in primo libro, vbi dictum est, ꝙ quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, consequens est intelligē dum secundum ꝙ substat actui animæ. Constat autem quòd scientia & prophetia ad actū animæ spectant. Et ideo Autor breuiter sumens, dicit quòd consequens est necessarium, vt consideratur in suo præsenti, prout subditur diuinæ prescientiæ. Hæc autem in quæstione 14. primi libri latè discussa sunt. Nunc moralibus insistentes transeamus hęc.

Art. 1. 3. & 5. — *q. 14. art. 13. & 15. & 4. 16. art. 8.* — ** q. 21. art. 4.*

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ secundæ Articulum primum.

In articul. primo quæstionis centesimæ septuagesimæ secundæ nota tria. Primò, circa opinionem Platonis, quòd cum duo à Platone dicerentur, scilicet ꝙ animæ humanæ sunt ab æterno, & ꝙ statim vt sunt, habent scientiam: & hoc secundum potest poni sine primo: Autor attulit opinionem Platoni conformē quo ad secūdum, scilicet ꝙ animæ humanæ statim vt sunt, habent scientiam. Hoc enim potest dicere etiā qui tenet animas creari simul cùm corporibus infundūtur. Et quia hæc positio nihil cōtinet aduersus fidem aut ecclesiasticam doctrinā, ideo Autor cum magna modestia eam refutauit melius fore dicens, si sequeremur prius discussa & conclusa in primo libro, ꝙ anima colligit scientiam ex sensibilibus. Secundo, circa dispositiones naturalis ꝓphetiæ, ꝙ autor ex Auicenna in sexto Naturalium has duas dispositiones approbauit in ꝓpheta naturali, scilicet bonitatem imaginatiuæ, & claritatem intelligentiæ, relinquendo tertiam, scilicet animæ potestatem: quoniam chimerica est illa tertia. In secunda autem conditione potes aduertere ꝙ non est sermo de diuinationibus aut significationibus nescientium quid dicant, sed claritatem intelligētiæ oportet esse in prophetia vtraque, scilicet naturali & diuina, alioquin nullius Prophetiæ nomen meretur. Et hinc habes quantum à somniis, & melancholicis atque istiusmodi hominibus plenis apparitionibus in interiorib⁹, ꝓphetica cognitio etiā quę secundum naturam est, distet. Oportet enim claritatem intelligentię adesse, hoc est, certissimā visionem illorum quæ significantur: alioquin nihil est. Tertiò, circa Autoris profectum ex tempore quo scripserat quæstion. duodecim de veritate, vsque in locum istum. Hic enim quam dixit naturalem prophetiam, ad prophetiam secundum quid deiecit, & solam illam quæ ex diuina est reuelatione, censet simpliciter esse prophetiam. Et ita est vt patet ex autoritate Petri Apostoli, & ex ratione literæ. Et ꝓpterea simpliciter negandum est prophetiam posse esse à natura.

In corpo. — *q. 14. art. 13. ad 2.*

¶ In responsione ad primū, quia autoritas Gregorij animæ naturalem vim ad præueniendū futura aperte docet: ideò Autor subtilitatem naturalem animæ ad præuidendum, non ad vim præuisiuam futurorum, sed ad vim perceptiuam præsentium reducit. Ita quòd nec noua, nec antiqua animæ subtilitate habet anima vim futurorum præuisiuam cùm morti corporis propinqua est: sed naturali sua virtute, quam tunc habet expeditiorem respectu interiorum motuū: vtpote ab exterioribus & corpore proprio magis remota, percipit, vel superiorum intellectuū secundum naturæ ordinem reuelationes, vel ꝙ magis consonat, percipit subtiles motus imaginatiuè ex impressione causarum naturalium. Ex quibus motibus imaginatiuè lucentibus lumine intellectus agentis, & alicuius fortè superioris intellectus, mouetur intellectus noster possibilis ad cognoscendum futurum in præsenti signo repręsentatum. Et hoc modo videtur ille cuius meminit Gregor. præuidisse sepeliendum se in sancto Xisto.

¶ In respōsione ad quartum, cùm legis prophetiam necessariam ad populi gubernationem, nō intelligas de prophetia noua, sed sat est si sit antiqua iuxta verbum Abrahæ ad diuitem, Habent Moysen & Prophetas, audiant illos. Et in ordine quidem ad diuinum cultum est omnino necessaria prophetia ex parte nostri, vt prædictum est. In ordine autem ad alia, necessaria est ad hoc vt firmior efficaciórque sit populi gubernatio. Verbum siquidem Dei validum est, & penetrabilius omni gladio, &c. Et propterea in litera dicitur. Et præcipuè, &c. vt scilicet vtranque necessitatem ostenderet.

q. præc ar. 6. ad 2.

¶ Super

---

per diuinum lumen, quàm quæ est per lumen rationis naturalis. Ille autem qui habet scientiam, pro certo scit se habere: ergo ille qui habet prophetiam per lumen diuinum, multo magis certus est se habere.

¶ SED CONTRA est, quod Greg. dicit supea Ezech.* Sciendum est, ꝙ aliquando prophetæ sancti dum consuluntur, ex magno vsu prophetandi quædam ex suo spiritu proferunt, & esse hoc ex prophetiæ Spiritu suspicantur.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ mens prophetæ dupliciter à Deo instruitur. Vno modo, per expressam reuelationem. Alio modo, per quendam instinctum, quē interdum etiam nescientes humanę mentes patiuntur, vt Aug. dicit 2. super Genes. ad literam.* De iis ergo quæ expresse per Spiritum prophetię propheta cognoscit, maximam certitudinem habet: & pro certo habet ꝙ hæc sunt diuinitus sibi reuelata. Vnde dicitur Hiere. 26 In veritate misit me Dominus ad vos, vt loquerer in aures vestras omnia verba hæc. Alioquin si de hoc ipse certitudinem non haberet, fides quæ dictis prophetarum innititur, certa non esset. Et signum propheticę certitudinis accipere possum⁹ ex hoc, quòd Abraham admonitus in prophetica visione, se præparauit ad filium vnigenitū immolandum, quod nullatenus fecisset, nisi de diuina reuelatione fuisset certissim⁹. Sed ad ea quæ cognoscit per instinctum, aliquando sic se habet, vt non plenè discernere possit, vtrum hæc cogitauerit aliquo diuino instinctu, vel per spiritū proprium. Non autem omnia quæ cognoscimus diuino instinctu, sub certitudine prophetica nobis manifestantur. Talis enim instinct⁹ est quiddam imperfectum in genere prophetiæ. Et hoc modo intelligendum est verbum Greg. Ne tamen error ex hoc possit accidere per Spiritumsanctum citius correcti, ab eo, quæ vera sunt, audiunt, & semetipsos, quia falsa dixerint, reprehendunt, vt ibidem* Grego. subdit. Primæ autem rationes procedūt quantum ad ea quæ prophetico spiritu reuelātur. Vnde patet respōsio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum ea quæ prophetice cognoscuntur vel annunciantur, possint esse falsa.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd ea quæ prophetice cognoscuntur vel annuntiātur, possint esse falsa. Prophetia enim est de futuris contingentib. vt dictum est*: sed futura contingentia possunt non euenire, alioquin ex necessitate contingerent: ergo prophetiæ potest subesse falsum.

Infrà q. 172. ar. 1. cor. & ar. 5. ad 3. & ar. 6. ad 2. Et ver. q. 12. 3. ar. cor. & ar. 10. ad 7. — ** Art. 3. huius quæstionis.*

¶ 2 Præterea, Isaias prophetice prenuntiauit Exechiæ dicens, Dispone domui tuæ: quia morieris tu, & non viues. Et tamen additi sunt vitæ eius postea quindecim anni, vt habetur quarti Reg. 20. & Isa. 38. Similiter & Hier. 18. Dominus dicit, Repente loquar aduersum gētem & aduersum regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod locut⁹ sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerē ei. Et hoc apparet per exemplum Niniuitarum, secundum illud Ionæ 3. Misertus est Dominus super malitiam, quam dixit vt faceret eis, & non fecit. Ergo prophetiæ potest subesse falsum.

¶ 3 Præterea, Omnis conditionalis, cuius antecedens est necessarium absolutè, cōsequēs est necessarium absolutè: quia ita se habet consequens in conditionali ad antecedens, sicut conclusio ad præmissas in syllogismo. Ex necessariis autem nunquam contingit syllogizare nisi necessarium, vt probatur in 1. Poster*. Sed si prophetiæ nō potest subesse falsum, oportet hanc conditionalem esse verā, Si aliquid est prophetatum, erit. Huius autem conditionalis antecedens est necessarium absolutè, cùm sit de præterito: ergo & consequens erit necessarium absolutè. Quod est inconueniens: quia sic prophetia non esset cōtingētium. Falsum est ergo quòd prophetiæ non possit subesse falsum.

Tex. 17.

¶ SED CONTRA est quòd Casio.* dicit, quòd prophetia est inspiratio vel reuelatio diuina, rerum euentus immobili veritate denuncians. Non autem esset immobilis veritas prophetiæ, si posset ei falsum subesse: ergo non potest ei subesse falsum.

In prol. in Psal. c. 1.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd sicut ex dictis patet*, prophetia est quędam cognitio intellectui prophetæ impressa ex reuelatione diuina per modum cuiusdam doctrinæ. Veritas autem cognitionis est eadem in discipulo & in docente: quia cognitio addiscentis est similitudo cognitionis docentis: sicut in rebus naturalibus forma generati est similitudo quædā formæ generantis. Et per hunc etiam modum Hierony. dicit, quòd prophetia est quoddam signum diuinæ præscientiæ. Oportet igitur eandem esse virtutem propheticæ cognitionis & enunciationis, quę est cognitionis diuinæ: cui impossibile est subesse falsum, vt in primo* dictum est. Vnde prophetiæ non potest subesse falsum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut in primo dictum est*, certitudo diuinæ præscientiæ non excludit contingētiam singularium futurorum: quia fertur in ea secundum quòd sunt præsentia & iam determinata ad vnum. Et ideo etiam prophetia, quæ est diuinæ præscientiæ similitudo impressa vel signum, sua immobili veritate futurorum contingentiam non excludit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd diuina pręscientia respicit futura secundū duo, scilicet secundum quòd sunt in seipsis, inquantū scilicet ipsa præsentialiter intuetur: & secundum quòd sunt in suis causis, inquātum scilicet videt ordinem causarum ad effectus. Et quamuis contingētia futura, prout sunt in seipsis, sint determinata ad vnum: tamen prout sunt in suis causis, non sunt determinata, quin possint aliter euenire. Et quamuis ista duplex cognitio semp intellectui diuino cōiungatur, non tamen coniungitur semper in reuelatione prophetica: quia impressio agentis non semper adæquat eius virtutem. Vnde quandoque reuelatio prophetica est impressa quædam similitudo diuinæ præscientiæ, prout respicit ipsa futura contingentia in seipsis. Et talia sic eueniunt sicut prophetantur, secundum illud Isaiæ 7. Ecce, virgo concipiet. Quandoque verò prophetica reuelatio est impressa similitudo diuinæ præscientiæ, prout scilicet cognoscit ordinem causarū ad effectus: & tunc quandoque aliter euenit quàm prophetetur: nec tamē prophetiæ subest falsum. Nam sensus prophetiæ est, quòd inferiorum causarum dispositio siue naturalium siue humanorum actuum, hoc habet, vt talis effectus eueniat. Et secundum hoc intelligitur verbum Isa. dicentis, Morieris, & non vines, id est, dispositio corporis tui ad mortem ordinatur. Et quod dicitur Ionæ 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, id est, hoc merita eius exigūt, vt subuertatur. Dicitur autem Deus pœnitere metaphoricè, inquātum ad modū pœnitentis se habet, prout scilicet mutat sententiam, etsi non mutet consilium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia eadem est veritas prophetiæ & diuinæ pręscientiæ, vt dictum est*, hoc modo illa conditionalis est vera, Si aliquid est prophetatum, erit: sicut ista, Si aliquid est præscitum, erit. In vtraque enim antecedens est impossibile non esse: vnde & consequens est necessarium, non secundum quod est futurum respectu nostri, sed vt cōsideratur in suo præsenti, prout subditur præsciētiæ diuinæ, vt in primo* dictum est.

QVÆSTIO CENTESIMA-septuagesima secunda, de Causa Prophetiæ, in sex Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa prophetiæ.

¶ Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, vtrum prophetia sit naturalis.

¶ Secundò, vtrum sit à Deo mediantibus angelis.

¶ Tertiò, vtrum ad prophetiam requiratur dispositio naturalis.

¶ Quartò, vtrum requiratur bonitas morum.

¶ Quintò, vtrum sit aliqua prophetia à dæmonibus.

¶ Sextò, vtrum prophetæ dæmonum aliquando dicant verum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum prophetia posit esse naturalis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ prophetia posit esse naturalis. Dicit enim Greg. in 4. Dialogorum*, quòd ipsa aliquando animarum vis sua subtilitate aliquid præuidet. Et Augustinus super Genes. ad literam*, quòd animæ humanæ, secundum quod à sensibus corporis abstrahitur, competit futura præuidere. Hoc autem pertinet ad prophetiam. ergo anima naturaliter potest assequi prophetiam.

Infrà art. 3. cor. Et ver q. 12. art 3. & art. 4. cor. — ** Cap. 26.* — ** Lib. 12. cap. 13. tom. 3.*

¶ 2 Præterea, Cognitio animæ humanæ magis viget in vigilando, quàm in dormiendo: sed in dormiendo quidam naturaliter præuident quædam futura, vt patet per Philosophum in lib. de Somno & vigilia*. Ergo multo magis potest homo naturaliter futura cognoscere.

Lib. de Diuinat. per som. cap. 2.

¶ 3 Præterea, Homo secundum suam naturam est perfectior animalibus brutis: sed quædā animalia bruta habent cognitionem futurorū ad se pertinentiū, sicut formicæ præcognoscunt pluuias futuras, quod patet per hoc, quòd ante pluuiam incipiunt grana in foramen reponere. Et similiter pisces præcognoscunt tēpestates futuras, vt perpenditur ex eorū motu, dum loca tempestuosa declinant. Ergo multo magis homines naturaliter præcognoscere possunt futura ad se pertinentia, de quibus est prophetia. Est ergo prophetia à natura.

¶ 4 Præterea, Prouerb. 29. dicitur, Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus, & sic patet ꝙ prophetia est necessaria ad hominum conseruationem. Sed natura non deficit in necessariis. ergo videtur quòd prophetia sit à natura.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur secundæ Pet. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritusancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines. ergo prophetia non est à natura, sed ex dono Spiritus sancti.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut supra dictū est*, ꝓphetica præcognitio potest esse de futuris dupliciter. Vno modo, secundū ꝙ sunt in seipsis. Alio modo, secūdū ꝙ sunt in suis causis. Præco-

Universidad de Deusto Biblioteca

gnoscere autē futura secundū ꝙ sunt in seipsis, est propriū diuini intellectus, cuius æternitati sunt omnia præsentia, vt in primo dictū* est. Et ideo talis præcognitio futurorū nō potest esse à natura, sed solum ex reuelatione diuina. Futura verò in suis causis possunt præcognosci naturali cognitione, etiam ab homine, sicut medicus præcognoscit sanitatē vel mortē futurā in aliquibus causis, quarū ordinē ad tales effectus experimento præcognouit. Et talis cognitio futurorū potest intelligi esse in homine dupliciter à natura. Vno modo, sic quod statim anima ex eo ꝙ in seipsa habet, posit præcognoscere futura. Et sic, sicut Aug. dicit 12. sup Genes. ad literā*, quidā voluerūt animā humanā habere quandam vim diuinationis in seipsa. Et hoc videtur esse secundū opinionē Platonis*, qui posuit, ꝙ animæ habēt omnium rerum cognitionem per participationem idearum: sed ista cognitio obnubilatur in eis per coniunctionē corporis, in quibusdā tamen plus, in quibusdā verò minus secundū corporis puritatē diuersam. Et secundū hoc posset dici, ꝙ homines habentes animas non multū obtenebratas ex corporū vnione, possunt talia futura præcognoscere secundum propriā scientiā. Contra hoc autem obiicit Aug.* Cur non semp posit vim diuinationis habere anima, cum semper velit? Sed quia verius esse videtur, ꝙ anima ex sensibilibus cognitionē acquirat, secundū sententiā Aristotelis, vt in primo* dictū est: ideo melius est dicendum alio modo, ꝙ pręcognitionē taliū futurorum homines non habent, sed acquirere possunt p viam experimentalē, in qua iuuantur p naturalem dispositionē: secundum ꝙ in homine inuenit perfectio virtutis imaginatiuæ, & claritas intelligentiæ. Et tamen hæc præcognitio futurorum differt à prima, quę habet ex reuelatione diuina dupliciter. Primò quidem, quia prima potest esse quorūcunq; euentuū, & infallibiliter. Hæc autē pręcognitio, quæ naturaliter haberi pôt, est circa quosdā effectus, ad quos se pôt extēdere experientia humana. Secundò, quia prima prophetia est secundū immobilē veritatem, non autem secunda: sed potest ei subesse falsum. Prima autem præcognitio propriè pertinet ad prophetiam, non secunda: quia sicut supra * dictum est, prophetica cognitio est eorum quæ naturaliter excedunt humanam cognitionem. Et ideo dicendum, ꝙ prophetia simpliciter dicta, non potest esse à natura: sed solum ex reuelatione diuina.

q. 14. art. 13.
Cap. 12. tom. 3.
Dialo. 6. de rep. vel de iusto.
Lib. 12. in Genes. cap. 13. tom. 3.
Q. 84. art. 5. 6. & 7.
Q. prec. art. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ anima quando abstrahitur à corporalibus aptior reddit ad percipiendū influxū spiritualiū substantiarū, & etiā ad percipiēdū subtiles motus, q ex impressionibus naturaliū causarū in imaginatiōe humana relinquuntur: à quibus percipiendis anima impedit, cū fuerit circa sensibilia occupata. Et ideo Gregorius* dicit, ꝙ anima quando appropinquat ad mortē, præcognoscit quædā futura subtilitate suæ naturæ: prout scilicet percipit etiam modicas impressiones, aut etiam cognoscit futura reuelatione angelica: non autem ppria virtute: quia vt Aug. dicit 12. sup Gene. ad literā*, Si hoc esset, tūc haberet quandocūq; vellet in sua potestate futura pcognoscere: quod patet esse falsum.

Lib. 4. Dialog. cap. 26.
Cap. 13.

¶ Ad secundū dicendum, ꝙ cognitio futurorū quæ fit in somnis, est aut ex reuelatione spiritualiū substantiarum, aut ex causa corporali: vt dictū est* cùm de diuinationib ageretur. Vtrunq; autē melius potest fieri in dormientibus quàm in vigilantibus: quia anima vigilantis est occupata circa exteriora sensibilia: vnde minus potest percipere subtiles impressiones, vel spiritualiū substantiarum, vel etiā causarum naturaliū. Quantum tamē ad perfectionem iudicij, plus viget ratio in vigilando quàm in dormiendo.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ bruta etiā animalia non habent pręcognitionē futurorum euentuū, nisi secundū quod ex suis causis præcognoscuntur, ex quibus eorū phantasiæ mouentur, & magis quàm hominū: quia phantasię hominū maximè in vigilando disponūtur magis secundū rationem quàm secundū impressionem naturaliū causarum. Ratio autem facit in homine multo abundantius id, quod in brutis facit impressio causarum naturalium: & adhuc magis adiuuat hominem diuina gratia, prophetias inspirans.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ lumen propheticum se extendit etiam ad directiones humanorum actuum. Et secundum hoc prophetia necessaria est ad populi gubernationem, & præcipuè in ordine ad cultum diuinum, ad quem natura nō sufficit, sed requiritur gratia.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum prophetica reuelatio fiat per angelos.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ prophetica reuelatio non fiat per angelos. Dicitur enim Sap. 7. quòd sapientia Dei in animas sanctas se transfert, & amicos Dei & prophetas constituit immediatè. ergo etiam prophetas facit immediatè, non mediantibus angelis.

¶ 2 Præterea, Prophetia ponitur inter gratias gratis datas, sed gratiæ gratis datæ sunt à Spiritu sancto: secundum illud, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Non ergo prophetica reuelatio fit angelo mediante.

¶ 3 Præterea, Cassio.* dicit, ꝙ prophetica est diuina reuelatio. Si autem fieret per angelos, diceretur angelica reuelatio. Non ergo prophetia fit per angelos.

1. q. 111. art. 1. & 3. contra, cap. 154. & ver. q. 12. art. 8. Et Mat. 2. lect. 3. fi. & lec. 4 col. 5. fin. & 1. Cor. 14 col. 2. *In prol. sup Psal. cap. 1.

¶ SED CONTRA est, quòd Dion. dicit 4. cap. Cælest. Hierar. Diuinas visiones gloriosi Patres nostri adepti sunt per medias cœlestes virtutes. Loquitur autem ibi de visionibus propheticis. Ergo reuelatio prophetica fit angelis mediantibus.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut Apostolus dicit ad Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Habet autem hoc diuinitatis ordo, sicut Dio. dicit, vt infima per media disponat. Angeli autem medij sunt inter Deum & homines, vtpote plus participantes de perfectione diuinæ bonitatis quàm homines. Et ideo illuminationes & reuelationes diuinæ à Deo ad homines per angelos deferuntur. Prophetica autem cognitio fit per illuminationem & reuelationem diuinam. Vnde manifestum est quòd fiat per angelos.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitas secundum quam fit homo amicus Dei, est perfectio voluntatis, in quam solus Deus imprimere potest. Sed prophetia est perfectio intellectus, in quem etiam angelus potest imprimere, vt in primo * dictum est. Et ideo non est similis ratio de vtroque. D. 311. Q. 111. art. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gratiæ gratis datæ attribuuntur Spirituisancto sicut primo principio: qui tamen operatur huiusmodi gratias in hominibus mediante ministerio angelorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd operatio instrumenti attribuitur principali agenti in cuius virtute instrumentum agit, & quia minister est sicut instrumentum, idcirco prophetica reuelatio, quæ fit ministerio angelorum, dicitur esse diuina.

ARTIC

fieri potest. Differentia namque in litera posita non militat aduersus hoc propter dictam rationem, quia scilicet inspiratio potest ex parte obiecti fieri. Constat enim, quòd angelus potest ex parte obiecti voluntatem nostram mouere persuasiuè. Et sic fortè fit communiter prophetica inspiratio. At si de inspiratione efficaci intelligēdum est, cùm prophetica dicitur inspiratio, constat quòd cum solius Dei sit efficaciter mouere voluntatem, & ex parte ipsius voluntatis, vt inspirationis nomen sonat, dicendum esset quòd non est ab angelo, sed à Deo immediatè, non per impressionem alicuius formæ in voluntatem, sed per actualem motionē interiorem, qua solus ipse creator voluntatis potest eam cum vult & quo vult mouere, iuxta illud, Cor regis in manus Domini, & voluer illud quocunque voluerit. Hæc responsio, quia formalis est, amplectanda magis videtur. Et fortè propterea in litera hac nunquam meminit Autor inspirationis propheticæ, sed reuelationis & illuminationis. Q. 95. art. 6.

¶ Super

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ secundæ Articulum secundum.

IN art. 2. eiusdem 172. quęstionis, dubia duo occurrunt. Primū circa illuminationē propheticam: an scilicet sit ab angelo, quo ad ipsum lumē propheticum, an nō. Et est ratio dubij, quia si lumē propheticum non esset ab angelo, frustra in litera diceretur vtrūque, scilicet illuminationes & reuelationes. Sufecisset siquidē dicere, reuelationes p angelos deferuntur. In oppositū autē est quia Autor in principio huius Summę quæstionis sextæ artic. primo ad primū, ponit ꝙ lumen fidei in intellectu nostro est immediatè à Deo. Ergo à fortiori, lumen propheticum quod facit euidentiam eorum quæ sunt fidei.

¶ Secundū dubium est circa inspirationē propheticam an sit ab angelo. Dictum est enim in 1. art. præcedentis quæstionis, ꝙ ad prophetiā requiritur inspiratio. Et est ratio dubij, quia in responsione ad primū dicitur ꝙ non est eadē ratio de spectātibus ad intellectū, & de spectantibus ad voluntatē, quoniā angelus potest imprimere in intellectum, non autē in volūtatem. Constat autē ꝙ inspiratio prophetica ad voluntatem spectat: igitur.

¶ Ad primū dubiū de illuminatione dicitur, ꝙ illuminatio prophetica quo ad supernaturale lumen quod menti prophetæ infunditur, non est ab angelo, sed à Deo immediatè: quoniam regulare est, ꝙ nullus creatus intellectus potest aliū illuminare hoc modo, scilicet tradendo illi lumen siue naturæ, siue gloriæ, vt patet ab Autore in primo huius operis lib. quæstion. 106. art. 1. ad secundum. Vnde concludendum est, ꝙ tam lumen fidei quàm lumē propheticum, illud habituale, hoc per modum trāseuntis à Deo est immediatè. Vocatur autē angelus illuminare hominem, vel per modum confortationis (& hoc ex parte intellectus) vel per modum docentis, distinguentis, proponentisque perceptibiliter. Et hoc ex parte rei reuelatæ: vt patet ab Autore in locis pręalleg. Et ideo vere dictum est ꝙ illuminant & reuelant.

¶ Ad secundum dicitur, ꝙ inspiratio prophetica, cum non requirat aliquam impressionem in voluntatem ex parte ipsius volūtatis, sed possit mediāte obiecto instigatiuo ad eleuationē mentis fieri, ab angelo

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ secundæ Articulum tertium.

Veri. q. 12. art. 4.

IN art. 3. eiusdem centesimæ septuagesimæ secundæ quæstionis, nota ꝙ prophetiā exigere naturalem dispositionē in propheta, potest intelligi dupliciter. Primò de ipso dono prophetiæ secundum se, & sic cōstat ꝙ exigit & aliquam dispositionem, & ꝙ impeditur per aliquam indispositionem. Nam exigit imaginatiuam bene præparatā ad ministrandum seu obsequendum propheticę visioni. Quoniam diuina illuminatio circumuoluta est similitudinibus, vt Diony. docuit. Et constat ꝙ impeditur per ebrietatē & passiones vehementes, & huiusmodi quæ impediunt speculationē veritatis. Nec huius oppositum docemur in litera. Alio ergo modo intelligitur de dono prophetiæ in ordine ad per se causam effectiuam talis doni. Et sic dicitur ꝙ nullam requirit dispositionem naturalem. Et dicitur hoc ad differentiam prophetiæ secundum quid, hoc est naturalis, quæ non solum secundum se, sed etiam in ordine ad per se causam effectiuam illius præexigis necessariò dispositionem naturalem in propheta, quoniam causa naturalis prophetiæ est natura, quæ non potest operari nisi in patiente & disposito, vt patet. Sed causa prophetię simpliciter est Deus, qui nō præexigit aliquā dispositionem, sicut nec materiam, sed potest simul totū producere. Et hæc est intentio, hic est clarus sensus literæ, vt patet ex ratione literę & responsionibus ad argumenta. Sed insurgit tūc aliud dubium: ad quid articulus iste, & quæstio ista magis de prophetia quàm de quocunq; alio dono Dei, cum hæc cōditio, scilicet non pręexigere dispositionē in ordine ad Deum, sit conditio communis omnium quæ à Deo fiunt, & est cōmunis differentia inter naturalia & diuina opera.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quæstio ista quamuis multis aliis cōmunis sit, appropriata tamen rationabiliter est prophetiæ non solum quia prophetia inuenitur naturalis & supernaturalis, sed vt ex huius solutione quæstionis pateat, quòd Deus non distribuit prophetiæ donum, sicut animas infundit corporibus, scilicet iuxta merita materiæ dispositæ. Nec ideo elegit Moysen, Dauid, Isaiam, Hieremiam, &c. in prophetas, quia ipsi habebant dispositionem naturalē ad huius donū deducentē, sed ecōtra, quia ipse distribuit singulis prout vult, & dedit quosdam prophetas, ideo istos disposuit conuenienter ad prophetiæ donū. Excluditur enim hinc error Philosophorum qui prophetas omnes ex naturali dispositione constituerunt: vt Arist. in problematibus Auicenna in 6. Naturalium.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ad prophetiam requiratur dispositio naturalis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ad prophetiam requiratur dispositio naturalis. Prophetia enim recipitur in propheta secundum dispositionem recipientis, quia super illud Amos primo, Dominus de Sion rugiet, dicit glossa Hierony.* Naturale est vt omnes qui volunt rem rei comparare, ex his rebus sumant cōparationes, quas sunt experti, & in rebus quibus sunt nutriti. Verbigratia, Nautæ suos inimicos ventis, damnum naufragio comparant. Sic & Amos, qui fuit pastor pecorum, timorem Dei rugitui leonis assimilat. Sed quod recipitur in aliquo secundum modum recipientis, requirit naturalem dispositionem. ergo prophetia requirit naturalem dispositionem.

In cōmen. in eum locum.

¶ 2 Præterea, Speculatio prophetiæ est altior quàm scientiæ acquisitæ. Sed indispositio naturalis impedit speculationē scientiæ acquisitæ. Multi enim ex indispositione naturali pertingere non possunt ad scientias speculatiuas capiēdas. Multo ergo magis requiritur ad cōtemplationem propheticam.

¶ 3 Præterea, Indispositio naturalis magis impedit aliquē, quàm impedimentū accidentale. Sed p aliquid accidētale superueniēs impeditur speculatio prophetiæ. Dicit enim Hierony. sup Matt.* ꝙ in tēpore illo quo coniugales actus geruntur, præsentia Spiritus sancti nō dabitur, etiā si propheta esse videat qui officio generationis obsequitur: ergo multo magis indispositio naturalis impedit prophetiā. Et sic videtur ꝙ bona dispositio naturalis requiratur ad prophetiam.

Epist. de monogā. tom. 1.

¶ SED CONTRA est, quod Gregor. dicit in Homil. Pentecostes*. Implet, scilicet Spiritus sanctus citharœdū puerum, & Psalmistam facit: pastorē armentorum sycomoros vellicantem, & prophetā facit. Non ergo requiritur aliqua dispositio præcedens ad prophetiā, sed dependet ex sola voluntate Spiritus sancti, de quo dicitur 1. ad Corin. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem Spiritus diuidens singulis prout vult.

Hom. 30. in Euāg.

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut dictū est*, pphetia verè & simpliciter dicta est ex inspiratione diuina. Quæ autē est ex causa naturali, non dicit prophetia nisi secundū quid. Est autē considerandū quòd sicut Deus, q est causa vniuersalis in agendo, nō præexigit materiā nec aliquā materiæ dispositionē in corporalibus effectibus, sed simul potest & materiā & dispositionē & formā inducere: ita etiā in effectibus spiritualibus nō præexigit aliquā dispositionē: sed potest simul cum effectu spirituali inducere dispositionē conuenientē, qualis requirit secundū ordinē naturæ. Et vlterius posset etiā simul per creationem producere ipsum subiectum, scilicet animam, & in ipsa sui creatione disponere ad prophetiam & dare ei gratiam prophetalem.

Art. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ indifferēs est ad pphetiam quibuscūq; similitudinibus res pphetica exprimatur. Et ideo hoc ex operatiōe diuina nō immutat circa pphetiā. Remouetur aūt diuina virtute, si quid pphetiæ repugnat.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ speculatio sciētiæ fit ex causa naturali. Natura autē nō potest operari nisi dispositione pręcedēte in materia, quod non est dicendum de Deo, qui est prophetiæ causa.

¶ Ad tertiū dicendū, ꝙ aliqua naturalis indispositio, si non remouetur, impedire posset prophetalē reuelationē, puta si aliquis esset totaliter sensu naturali destitutus. Sicut etiam impeditur aliquis ab actu prophetandi per aliquam vehementem passionem, vel iræ, vel concupiscentiæ, qualis est in coitu, vel per quancunque aliam passionem. Sed talem indispositionem naturalem remouet virtus diuina, quæ est prophetiæ causa.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum bonitas morum requiratur ad prophetiam.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd bonitas morū requiratur ad prophetiā. Dicitur enim Sapiē. 7. ꝙ sapientia Dei per orationes in animas sanctas se transfert, & amicos Dei & prophetas constituit: sed sanctitas nō potest esse sine bonitate morum, & sine gratia gratum faciente. ergo prophetia non potest esse sine bonitate morum, & gratia gratum faciente.

¶ 2 Præterea, Secreta non reuelātur nisi amicis, secundum illud Ioan. 15. Vos autē dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis: sed prophetis Deus sua secreta reuelat, vt dicitur Amos 3. ergo videtur quòd prophetę sint Dei amici: quod non potest esse sine charitate. Ergo videtur ꝙ prophetia nō posit esse sine charitate, quæ non est sine gratia gratum faciente.

¶ 3 Præterea, Matth. 7. dicitur, Attendite à falsis prophetis q veniūt ad vos in vestimētis ouiū, intrinsecus autē sunt lupi rapaces: sed quicūq; sunt sine gratia interius, vident esse lupi rapaces. ergo omnes sunt falsi pphetę. Nullus est ergo verus propheta, nisi bonus per gratiam.

¶ 4 Præterea, Philosophus dicit in lib. de Sōno & vigilia*, ꝙ si diuinatio sōniorū est à Deo, incōueniens est eam immittere quibuslibet, & non optimis viris: sed cōstat donū pphetię esse à Deo: ergo donū prophetiæ non dat nisi optimis viris.

¶ SED CONTRA est, quod Mat. 7. iis q dixerant Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, respondet, Nunquam noui vos. Nouit aūt Dominus eos qui sunt eius, vt dicitur secundæ ad Timoth. 2. Ergo prophetia potest esse in iis qui non sunt Dei per gratiam.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd bonitas morum potest attendi secūdum duo. Vno quidē modo, secundū interiorē eius radicē, q est gratia gratū faciens. Alio aūt modo, quantū ad interiores animæ passiones & exteriores actiōes. Gratia aūt gratū faciēs ad hoc principaliter datur, vt anima hominis Deo per charitatē coniungat. Vnde Aug. dicit in 15. de Trin.* Nisi impertiatur cuiq; Spiritus sanctus, vt eū Dei & proximi faciat amatorē, ille à sinistra non trāsfertur ad dexteram. Vnde quicquid potest esse sine charitate, potest esse sine gratia gratū faciēte, & p cōsequēs sine bonitate morū. Prophetia aūt potest esse sine charitate. Quod apparet ex duobus. Primò quidem, ex actu vtriusque. Nam prophetia pertinet ad intellectum, cuius actus præcedit actum volūtatis, quem perficit charitas: vnde Apostolus primæ ad Corinth. 13.

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ secundæ Articulum quartum.

IN art. 4. eiusdem centesimæ septuagesimæ secundæ quæstionis, nota circa bonitatem morum quo ad passiones & actiones exteriores*, ꝙ non intendit Autor ad prophetiam requiri bonitatem morum ex hac parte, scilicet quietis à passionibus & actionibus exterioribus, quamuis non requiratur ex alia parte, scilicet ex parte radicis, seu charitatis. Veritas enim est, & clara apud Autorem quòd prophetia stat cum peccato mortali & damnatione æterna, vt patet ex Domini autoritate allata, & Hieronymi, & directo processu articuli huius respondendo ad argumenta. Sed intendit & explicat ꝙ malitia morum impedit prophetiam, pro quanto impedit magnam mentis eleuationem ad contemplationem spiritualium. Quod quidem verum esse constat, cum passiones sunt vehementes & exteriores occupationes multæ. Sub hac enim ratione impediunt mentis eleuationem. Et propterea si etiam ex hac parte aliqua inordinatio moralis sine huiusmodi magnitudine, vel multitudine occurrat, vel etiam huiusmodi quies à passionibus & occupationibus extraneis fiat, non propter bonum morem, sed naturam, vel speculationem, ac p hoc esset dicta qes sine bonitate morali, staret prophetia etiam ex hac parte siue bonitate morali.

Veri. q. 12. art. 5. & opusc. 3. c. 222. & 1. Cor. 13. col. 3.
Lib. de diuin. per somnium, cap. 1.

¶ In respōsione ad quartum eiusdē articuli, nota diligēter glossam Autoris ad textū Arist. aut nō esse glossam, sed responsionē ad rationē Aristo. dicendo ꝙ ratio illa nō est vera de optimis simpliciter, sed ad hoc ex diuina electione. Aut si est glossa, non glossa textus illius, inquātū est Arist. sed inquantū est Philosophi: quoniā philosophia nō est nisi verorū. Et cōstat verū vero non esse contrariū. Arist. autem constat ꝙ intendit de optimis simpliciter. Et scito ꝙ Autor pluries glossat Arist. vt Philosophum, non vt Arist. Et hoc in fauorem veritatis.

Cap. 18.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ secundæ Articulum quintum.*

IN art.5.eiusdem quæstio. 172. collige tres differentias inter prophetas simpliciter & dæmonum. Prima est, quia propheta simpliciter extendit se ad ea quę Deo soli nota sunt, quæ sunt simpliciter procul, & nõ solum procul à nobis. Prophetia verò dæmonum ad illa non se extẽdit quo ad cognitionẽ, quamuis quo ad superbiam temerariámq; dęmonum præsumptionẽ non vereantur prædicere quæ nesciunt. Secunda est, ꝙ illa est cum illuminatione intellect⁹, ista nõ. Tertia est, quòd illa nunquam falsa, hæc quãdoque falsa: quamuis falsitatem quandoq; contineat sub specie propheticæ communicationis.

¶ *Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ secundæ Articulum sextum.*

IN artic.6.eiusdẽ quæstionis 172. hoc solum dicẽdum occurrit, quòd Sibyllæ quæ hic inter dæmonũ prophetas cõputantur, superius in q. 2.art.7. ad tertium, inter personas in fidem Christi explicitè saluatas cõputari videntur. Materia siquidem hæc incerta cum sit, quoniam de indiuiduis non pertinẽtibus ad fidem est, modò in vnam, modò in aliam partem declinare permittitur.

¶Super

prophetiam connumerat aliis ad intellectum pertinentib⁹, quæ possunt sine charitate haberi. Secundò, ex fine vtriusq;. Datur enim prophetia ad vtilitatẽ Ecclesiæ sicut & aliæ gratiæ gratis datæ, secundũ illud Apostoli primæ ad Corinth.12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Non autẽ ordinatur directè ad hoc ꝙ affectus ipsius ꝓphetæ coniungatur Deo, ad quod ordinatur charitas. Et ideo prophetia potest esse sine bonitate morũ quantũ ad propriã radicẽ huius bonitatis. Si verò consideremus bonitatem morũ, secundũ passiones animæ & actiones exteriores, secundũ hoc impeditur aliquis à prophetia ꝑ morũ malitiã. Nam ad prophetiã requiritur maxima mentis eleuatio ad spiritualiũ contemplationẽ: quæ quidẽ impeditur ꝑ vehementiã passionum, & ꝑ inordinatam occupationẽ rerum exteriorum. Vnde & de filiis prophetarum legitur 4. Regum. 4. ꝙ simul habitabant cum Helisæo, quasi solitariã vitã ducentes, ne mundanis occupationibus impedirentur à dono prophetiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ donũ prophetiæ aliquãdo datur homini, & propter vtilitatẽ aliorum, & propter propriæ mẽtis illustrationem. Et hi sunt in quorũ animas sapientia diuina ꝑ gratiã gratum facientem se trãsferens, amicos Dei & prophetas eos constituit. Quidam verò consequuntur donum prophetiæ solũ ad vtilitatẽ aliorũ, qui sunt quasi instrumenta diuinæ operationis. Vnde Hieronymus dicit super Matthæum*, Prophetare, vel virtutes facere & dæmonia eiicere, interdum non est eius meriti qui operatur, sed vel inuocatio nominis Christi hoc agit, vel ob condẽnationem eorum qui inuocant: vel vtilitatem eorum qui vident & audiunt, conceditur.

**In illud Matt. 7. Nonne in nomine tuo prophetauimus. tom.9. * Ho.27. in Euan.*

¶Ad secundum dicendum, quòd Gre.* exponens illud, dicit, Dum audita superna cælestia amamus, amata iam nouimus: quia amor ipse notitia est. Omnia ergo eis nota fecerat: quia à terrenis desideriis immutati amoris summi facibus ardebãt. Et hoc modo non reuelantur semper secreta diuina prophetis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non omnes mali sunt lupi rapaces, sed solum illi qui intendunt aliis nocere. Dicit enim Chrysost. super * Matth. quòd catholici doctores, etsi fuerint peccatores, serui quidem carnis dicuntur, non tamen lupi rapaces, quia non habent propositum perdere Christianos. Et quia prophetia ordinatur ad vtilitatem aliorum, manifestum est tales esse falsos prophetas, quia ad hoc non mittuntur à Deo.

** Ho. 19. in opere imperf. ante mediũ. tom. 2.*

¶ Ad quartum dicendum, quòd dona diuina non semper dantur optimis simpliciter, sed quandoque illis qui sunt optimi, quantum ad talis doni perceptionem. Et sic Deus donum prophetiæ illis dat, quibus optimum iudicat dare.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum aliqua prophetia sit à dæmonibus.*

AD QVINTVM sic proceditur.. Videtur quòd nulla prophetia sit à dæmonibus. Prophetia enim est diuina reuelatio, vt Cassio.* dicit, sed illud quod fit à dæmone, non est diuinum. ergo nulla prophetia potest esse à dæmone.

¶ 2 Præterea, Ad propheticam cognitionem requiritur aliqua illuminatio, vt supra dictũ est *: sed dæmones non illuminant intellectum humanum, vt suprà dictum est in Primo *. ergo nulla prophetia potest esse à dæmonibus.

¶ 3 Præterea, Non est efficax signum, quod etiam ad contraria se habet: sed prophetia est signum confirmationis fidei. Vnde super illud Rom.12. Siue prophetiam secundum rationem fidei, dicit glo. * Nota quòd in numeratione gratiarum à prophetia incipit, quæ est prima probatio quòd fides nostra sit rationabilis, quia credentes accepto Spiritu prophetabant. Non ergo prophetia à dæmonibus dari potest.

*3. contra cap 154. col. 4. * In prol. super psal. cap. 1. * Q. præc. art. 5. * Q. 109. art. 3. Ex Ambros. ibid.*

¶SED CONTRA est, quod dicitur 3.Reg.18. Congrega ad me vniuersum Israël in monte Carmeli, & prophetas Baal trecentos quinquaginta, prophetásque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Iezabel: sed tales erant dæmonum cultores: ergo videtur quòd etiam à dæmonibus sit aliqua prophetia.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd sicut suprà* dictum est, prophetia importat cognitionem quandam, procul existentem à cognitione humana. Manifestum est autem quòd intellectus superioris ordinis aliqua cognoscere potest, quę sunt remota à cognitione intellectus inferioris. Supra autem intellectum humanum est non solum intellectus diuinus, sed etiam intellectus angelorum bonorum & malorum secũdum naturæ ordinem. Et ideo quædam cognoscũt dæmones etiam sua naturali cognitione, quæ sunt remota ab hominum cognitione, quæ possunt hominibus reuelare. Simpliciter autem & maximè remota sunt quæ solus Deus cognoscit. Et ideo prophetia propriè & simpliciter dicta fit per solam diuinam reuelationem. Sed ipsa reuelatio facta per dæmones potest secundum quid dici prophetia. Vnde quibus aliquid per dæmones reuelatur, non dicuntur in scripturis prophetæ simpliciter, sed cum aliqua additione, puta prophetæ falsi, vel prophetæ idolorum. Vnde Augustinus 12. super Genes. ad literam*, Cùm malus spiritus arripit hominem in hæc, scilicet visa, aut dæmoniacos facit, aut arreptios, aut falsos prophetas.

Q. præc. art. 1. Cap. 19. tom. 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Cassio. ibi diffinit prophetiam propriè & simpliciter dictam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dæmones ea quæ sciunt, hominibus manifestant, non quidem per illuminationem intellectus: sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibiliter colloquendo. Et in hoc deficit hæc prophetia à vera.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquibus signis etiam exterioribus discerni potest prophetia dæmonum à phophetia diuina. Vnde dicit Chrysost. super Matth.* quòd quidam prophetant in spiritu diaboli, quales sunt diuinatores. Sed sic discernuntur, quoniam diabolus interdum falsa dicit, Spiritus sanctus nunquam. Vnde dicitur Deute.18. Si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est locutus? hoc habebis signum, Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non est locutus.

Hom. 19. in opere imperfecto. to. 2.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum prophetæ dæmonum aliquando prædicent verum.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd prophetæ dæmonum nunquam vera prædicant. Dicit enim Ambros.* quòd omne verum à quocunque dicatur, à Spiritu sancto est: sed prophetæ dæmonum non loquuntur à Spiritu sancto, quia non est conuentio Christi ad Belial, vt dicitur secundæ ad Corinth.6. Ergo videtur quòd tales nunquam vera prę-nuntiant.

*Infrà q. 174. art. 5. ad 4. & 3. contra cap. 154. *Cap. 12. in Epi. ad Rom. tom. 3.*

¶ 2 Præterea, Sicut veri prophetæ inspirantur à Spiritu veritatis, ita prophetæ dæmonum inspirantur à spiritu mendacij, secundum illud tertij Regum vltimo: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Sed prophetæ inspirati à Spiritusancto nunquam loquuntur falsum, vt suprà habitum est *. Ergo prophetæ dæmonum nũquam loquuntur verum.

**Q. præc. art. 6.*

¶ 3 Præterea, Ioan.8. dicitur de diabolo, quòd cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia diabolus est mendax, & pater eius, id est, mendacij. Sed inspirando prophetas suos diabolus non loquitur nisi ex propriis. Non enim constituitur minister Dei ad veritatem enuntiandam, quia non est conuentio lucis ad tenebras, vt dicitur secundæ Corint. 6. Ergo prophetæ dæmonum nunquam vera prædicunt.

¶SED CONTRA est, quod Numer.22. dicit quædam glo. quòd Balaam diuinus erat dæmonum scilicet ministerio, & arte magica nonnunquam futura præcognoscebat. Sed ipse multa prænuntiauit vera, sicut est id quod habetur Nume. 24. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga ex Israël. Ergo etiã prophetæ dæmonum prænuntiant vera.

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ sicut se habet bonũ in rebus, ita verum in cognitione. Impossibile est autem inueniri aliquid in rebus, quod totaliter bono priuetur. Vnde impossibile est esse aliquam cognitionem quæ totaliter sit falsa absque admixtione alicuius veritatis. Vnde Beda* dicit, quòd nulla falsa est doctrina, quæ non aliquãdo aliqua vera falsis intermisceat. Vnde & ipsa doctrina dæmonum, qua suos ꝓphetas instruũt, aliqua vera continet, per quæ receptibilis redditur. Sic enim intellectus ad falsum deducitur per apparentiam veritatis, sicut voluntas ad malum per apparentiam bonitatis. Vnde & Chrysostom. * dicit super Matth. Concessum est diabolo interdum vera dicere, vt mendacium suum rara veritate commendet.

D. 873. & 1143. Id habet Aug. 2. q. euãg. cap. 40. Hom. 19. in opere imperf.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prophetæ dæmonum non semper loquũtur ex dæmonum reuelatione, sed interdum ex inspiratione diuina, sicut manifestè legitur de Balaam, cui dicitur Dominus esse locutus Num. 21. Licet esset propheta dæmonum, quia Deus vtitur etiam malis ad vtilitatem bonorum. Vnde & per prophetas dæmonum aliqua vera prænuntiat: tum vt credibilior fiat veritas, quæ etiam ex aduersariis testimonium habet: tum etiam quia cum homines talia credunt per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur. Vnde etiam Sibyllæ multa vera prædixerunt de Christo. Sed etiã quando prophetæ dæmonum à dæmonibus instruuntur, aliqua vera prædicunt, quandoque quidem virtute propriæ naturæ cuius auctor est Spiritus sanctus, quandoq; etiam reuelatione bonorum spirituum, vt patet per Aug.2. super Genes. ad literam.* Et sic etiam illud verum quod dæmones enuntiant, à Spiritu sancto est.

Lib. 12. cap. 19.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ verus propheta semper inspiratur à spiritu veritatis in quo nihil est falsitatis: & ideo nunquã dicit falsum: propheta autem falsitatis non semper instruitur à spiritu falsitatis, sed quandoque etiam inspiratur à Spiritu veritatis. Ipse etiam spiritus falsitatis quandoque enuntiat vera, quandoque falsa, vt dictum est*.

In corpo. art.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ principia dæmonum dicuntur esse illa, quæ habent à seipsis scilicet mendacia & peccata. Quæ autem pertinent ad propriam naturam, non habent à seipsis, sed à Deo. Per virtutem autem propriæ naturæ quandoque vera prænuntiant, vt dictum est *. Vtitur etiam eis Deus ad veritatis manifestationem per ipsos fiendam, dum diuina mysteria eis per angelos reuelantur, vt dictum est*.

In cor. ar. & ad 1. In solut. ad 2.

QVÆSTIO CENTESIMASEPTVAGESIMAtertia, de Modo propheticæ cognitionis, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de modo propheticæ cognitionis. ¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primò, vtrum prophetæ videant ipsam Dei essentiam. ¶Secũdò, vtrum reuelatio prophetica fiat per influentiam aliquarum specierum, vel per solam influentiam luminis. ¶Tertiò, vtrum prophetica reuelatio semper sit cum alienatione à sensibus. ¶Quartò, vtrum prophetia semper sit cum cognitione eorum quæ prophetantur.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum prophetæ videant ipsam Dei essentiam.*

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ prophetæ ipsam Dei essentiã videant, quia super illud Isa.38. Dispone domui tuę, &c. dicit glos. * Prophetę in ipso lib. Præscientiæ Dei, in quo omnia scripta sunt legere possunt: sed præscientia Dei est ipsa eius essentia: ergo prophetæ vident ipsam Dei essentiam.

¶ 2 Prętcrea Aug. dicit 1 9.de Trinit.* ꝙ in illa ęterna veritate ex qua tẽporalia facta sunt omnia, formã secundũ quã sumus & secũdum quã operamur, visu mentis aspicimus: sed prophetæ inter omnes homines altissimam habent diuinorum cognitionem: ergo ipsi maximè diuinam essentiã vident.

Suprà q. 171. art. 2. cor. & art. 4. cor. Et ad octauum. Et ver. q. 12. art 6. Et Psal. 50. co. 6. Ex Gr. g. Cap. 7.

¶ 3 Prętcrea, Futura contingentia præcognoscũtur à prophetis secundum immobilem veritatem: sic autem non sunt nisi in ipso Deo: ergo prophetæ ipsum Deum vident.

¶SED CONTRA est, quòd visio diuinæ essentiæ non euacuatur in patria. Prophetia autẽ euacuatur, vt habetur primę ad Corin.13. Ergo prophetia nõ fit per visionẽ diuinæ essentiæ.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ prophetia importat cognitionẽ diuinã vt procul existentem. Vnde & de prophetis dicitur Hebr.11. ꝙ erant à longè aspiciẽtes. Illi autem qui sunt in patria, in statu beatitudinis existẽtes, non vident vt à remotis, sed magis quasi ex ꝓpinquo, secundũ illud Psalm.139. Habitabunt recti cum vultu tuo. Vnde manifestum est, quòd cognitio prophetica alia est à cognitione perfecta quæ erit in patria. Vnde & distinguitur ab ea sicut imperfectum à perfecto, & ea adueniente euacuatur, vt patet per Apostolum primę ad Corin.13. Fuerunt autem quidam cognitionem propheticã à cognitione Beatorum distinguere volentes, qui dixerunt ꝙ prophetæ vident ipsam diuinã essentiam, quam vocant speculum Trinitatis, non tamen secundũ ꝙ est obiectũ Beatorum, sed secundũ ꝙ sunt in ea rationes futurorũ euentuum. Quod quidem est omnino impossibile. Deus enim est obiectum beatitudinis secundum ipsam sui essentiã: secundum illud quod Aug. dicit in 5.Confes. Beatus est qui te scit, etiã si illa, id est, creaturas, nesciat. Non est autem possibile ꝙ aliquis videat rationes creaturarũ in ipsa diuina essentia: ita ꝙ eam non videat: tum quia ipsa diuina essentia est ratio omniũ eorum quæ fiunt. Ratio autem idealis non addit supra diuinam essentiã, nisi respectũ ad creaturã. Tum etiam quia prius est cognoscere aliquid in se, quod est cognoscere Deũ, vt est obiectũ beatitudinis, quàm cognoscere illud per cõparationem ad alterum, quod est cognoscere Deum secundum rationes rerũ in ipso existentes. Et ideo non potest esse quòd prophetæ videant Deum secundum rationes creaturarum, & non prout est obiectũ beatitudinis. Et ideo dicendum est, ꝙ visio prophetica non est visio ipsius diuinæ essentiæ, neq; in ipsa diuina essentia vident ea quæ vident, sed in quibusdam similitudinibus secundum illustrationem diuini luminis. Vnde Dionys. dicit in 4. cap. Cæle. hierar. de visionibus propheticis loquẽs ꝙ sapiens Theologus visionem illam dicit esse diuinam, quæ fit per similitudinem rerum forma corporali carentium ex reductione vidẽtium in diuina. Et huiusmodi similitudines diuino lumine illustratæ magis habent rationem speculi quàm Dei essentia. Nam in speculo resultant species ab aliis rebus, quod non potest dici de Deo. Sed huiusmodi illustratio mentis propheticæ potest dici speculum, inquantum resultat ibi similitudo veritatis diuinæ præscientiæ. Et propter hoc dicitur speculum æternitatis, quasi repræsentans Dei præscientiam, qui in æternitate omnia præsentialiter videt, vt dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ prophetæ dicuntur inspicere in lib. præscientiæ Dei, inquantum ex ipsa præsciẽtia Dei resultat veritas in mentem prophetæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd in prima veritate dicitur homo videre propriam formam qua existit, inquãtum primæ veritatis similitudo refulget in mente humana ex qua anima habet, quòd seipsam cognoscat.

¶Ad tertium dicendum, quòd ex hoc ipso quòd in Deo futura contingentia sunt secundum immobilem veritatem, potest imprimere menti prophetæ similem cognitionem absq; eo quòd prophetæ Deum per essentiam videant.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum in prophetica reuelatione imprimantur diuinitus menti prophetæ nouæ rerum species, vel solum nouum lumen.*

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ in prophetica reuelatione non imprimantur diuinitus mẽti prophetæ nouæ rerũ species, sed solũ nouũ lumen, quia, sicut dicit glo. Hiero. Amos cap. primo, Prophetæ vtuntur similitudi-

¶ *Super Quæstionis centesimæ septuagesimætertiæ Articulum primum.*

IN art. 1. q.163. quoniã visio Dei discussa est in 1. lib. q. 12. de & speculo æternitatis, cuius litera meminit, diffusè tractatur in art.6. quęst. 12. de veritate, idcirco ad illa recurre loca, si vis hæc amplius discutere, aut discussa videre.

Cap. 4.

¶ *Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ tertiæ Articulum secundum.*

IN art.2. eiusdem quæ. nota tria. Primum est, quid acceptionis nomine Autor intelligat, cùm sæpe dicit ad cognitionem concurrere duo, s. acceptio seu receptio, & iudiciũ. Intelligit enim per acceptionem ipsam specierum repræsentantium receptionem. Specierum, inquam, in toto, vel in parte nouarũ, vel nouiter ordinatarũ ad aliquã cognitionem. Secundum est, quòd quadupliciter generatur species intelligibilis apud nos, scilicet ex nouis speciebus imaginatiuè impressis, vel à sensu vel à Deo. Et hic modus clare patet, vel ex phantasmatibus eisdem, aliter tamen dispositis, siue ista variata dispositio contingat ex motu locali vt in dormientibus & phreneticis apparet, siue ex imperio rationis dirigentis imaginatiuã ad cognitionem intellectiuam. Sicut enim superior sphæra mouet naturaliter inferiorem, ita pars animæ superior mouet inferiorem. Et hic modus manifestatur ex somniis, & phreneticis, in quibus noua valde apparentia eis cognoscimus propter variam ordinationem suorum phantasmatum. Manifestatur secundò ex varia dispositione literarum, quam constat varios parere intellectus. Simile siquidem contingit in varia dispositione phantasmatum. Et negare hinc fieri varias apparitiones in parte sensitiua, est negare experientiam. Sed quod apud quosdã in dubium vertitur de resultatione diuersarum specierum intelligibilium in intellectu, manifestatur ex eo, quòd existente noua apparitione in imaginatiua, nisi impedimentum adsit vel propter fluxum nimium, vt in pueris & ebriis accidit, vel propter hebetudinem virtutum, ita vt phantasmata sint inepta ad hoc quòd luceant per lumen intellectus agentis: vt accidit quibusdam hominibus qui solo fere nomine sunt

3. contra cap. 154. Et ver. q. 12. art. 7.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſunt homines. Vel propter defectum applicationis, vt occupatis circa aliquam ſpeculationẽ contingit, & ſi quid aliud ſimile eſt impedimentum, nihil aliud requiritur ad generationem ſpeciei intelligibilis niſi lumẽ intellectus agentis. Quod quãtum eſt ex ſe, ſemp eſt paratum agere, & ſimiliter paratus eſt intellectus poſſibile recipere. Tertiò, ex phantaſmatibus quoque eiſdem adiutis lumine ſuperiori ad lumẽ naturale. Et hic modus ponitur ab autore ſimul cum quarto in hoc articulo in reſponſione ad ſecũdum, dicente de ſimilitudine intelligibili ꝙ quandoq; à formis imaginatis reſultat ſecũdum adiutoriũ prophetici luminis. Quia ex eiſdem formis imaginatis ſubtilior conſpicitur veritas ſecundũ illuſtrationem altioris luminis. Hinc ſiquidem apparet ꝙ in eiſdem phantaſmatibus, puta leonis, hominis, ſaluatoris, &c. latent multæ apparitiones poſſibiles inde extrahi, q̃a latent in eis multæ veritates poſſibiles ex eis & in eis inſpici, ad quas apparitiones & veritates extrahendas & illuſtrandas non ſufficit naturale lumen noſtrũ, ſed ſuperueniente lumine altiori apparebũt noua. Et inde fient nouæ ſpecies intelligibiles, & nouæ veritates, puta q̃d leo de tribu Iuda ſaluat mundum. Quartò, ex immediata impreſſione à Deo, vt ibidem Autor dicit. Diuina ſiquidem virtus immediatè imprimit quandoq; in animã ſpecies intelligibiles, vt patet quando Apoſtolis dedit ſcientiam.

¶In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli aduerte quòd phantaſmata naturalium ordinari ad intelligibiles veritates excedentes intellectum poteſt intelligi dupliciter. Primò, ad cogitandum illas veritates. Et hoc non eſt verũ vniuerſaliter, tum quia poſſet homo fingere iſtarum veritatũ quaſdam: tum quia poſtquã ſunt ſemel reuelatæ, poſſunt ab aliis cogitari, & diſcuti, & diſputari, vt patet de myſterio Trinitatis. Alio ergo modo intelligitur ꝙ non poſſint ordinari ad inſpiciendũ, hoc eſt ad hoc, vt in eis videantur veritates excedentes facultatem naturalem intellectus. Et hoc eſt veriſſimum & intentum, vt patet ex adiutorio ſubiuncto, ſcilicet diuini luminis: quod videre facit id ad cuius inſpectionem naturalem lumen deficiens inuenitur.

¶*Super Quæſtionis centeſimæſeptuageſimætertiæ Articulum tertium.*

nibus rerũ in quib⁹ cõuerſati ſunt. Sed ſi viſio ꝓphetica fieret p aliquas ſpecies de nouo impreſſas, nihil operaretur ibi pcedens cõuerſatio. ergo non imprimũtur aliquæ ſpecies de nouo in animã Prophetæ, ſed ſolum propheticum lumen.

¶2 Præterea, Sicut Aug. dicit 12. ſup Ge. ad literã *, *Cap. 9.* Viſio imaginaria nõ facit prophetã, ſed ſolũ viſio intellectualis. Vnde etiã Dan. 10. dicit ꝙ intelligẽtia opus eſt in viſione: ſed viſio intellectualis, ſicut in eodẽ lib. dicit, non fit p aliquas ſimilitudines, ſed p ipſam rerũ veritatẽ: ergo videt ꝙ prophetica reuelatio non fiat per impreſſionem aliquarum ſpecierum.

¶3 Pręterea, Per donũ ꝓphetiæ Spiritus ſanct⁹ exhibet hõi id, ꝙ eſt ſupra facultatẽ naturæ humanæ: ſed formare quaſcũque rerũ ſpecies poteſt homo ex facultate naturali: ergo videt ꝙ in prophetica reuelatione nõ infundatur aliqua rerum ſpecies, ſed ſolum intelligibile lumen.

¶SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Oſeę 12. Ego viſiones multiplicaui eis, & in manib⁹ ꝓphetarũ aſsimilatus ſum. Sed multiplicatio viſionũ nõ fit ſecundũ lumen intelligibile, ꝙ eſt cõmune in omni ꝓphetica viſione, ſed ſolũ ſecundum diuerſitatẽ ſpecierũ, ſecundũ quas etiã eſt aſsimilatio: ergo videt ꝙ in ꝓphetica reuelatione imprimãtur nouæ ſpecies rerum, & non ſolum intelligibile lumen.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ ſicut Aug. dicit 12. ſup Geneſ. ad literã * *Cap. 9.* cognitio ꝓphetica maximè ad mentẽ pertinet. Circa cognitionẽ autẽ humanæ mẽtis duo oportet conſiderare, ſcilicet acceptionẽ ſiue repręſentationẽ rerum, & iudicium de reb⁹ præſentatis. Repręſentãtur aũt menti humanæ res aliquæ ſecundum aliquas ſpecies & ſecundũ naturæ ordinẽ. Primò ergo oportet ꝙ ſpecies repreſentent ſenſui: ſecundò imaginationi: tertiò intellectui poſsibili, q̃ immutat à ſpecieb⁹ phantaſmatum ſecundum illuſtrationẽ intellectus agentis. In imaginatione autẽ nõ ſolum ſunt formę rerum ſenſibilium ſecundum quod accipiuntur à ſenſu, ſed tranſmutant diuerſimode, vel propter aliquã tranſmutationem corporalẽ, ſicut accidit in dormientibus & furioſis: vel etiã ſecundũ imperium rationis diſponuntur phantaſmata in ordine ad id quod eſt intelligendũ. Sicut enim ex diuerſa ordinatione earundẽ literarũ accipiunt diuerſi intellectus, ita etiã ſecundũ diuerſam diſpoſitionẽ phantaſmatũ reſultant in intellectu diuerſę ſpecies intelligibiles. Iudiciũ autẽ humanæ mẽtis fit ſecundũ vim intellectualis luminis. Per donũ autẽ prophetiæ cõfert aliquid humanæ menti ſupra id quod pertinet ad naturalẽ facultatem quãtum ad vtrunq;, ſ. & quantũ ad iudiciũ, per influxũ luminis intellectualis, & quantũ ad acceptionẽ ſeu repræſentationẽ rerum, quæ fit per aliquas ſpecies. Et quantũ ad hoc ſecundũ, poteſt aſsimilari doctrina humana reuelationi ꝓphetię, nõ autẽ quantũ ad primum. Homo enim ſuo diſcipulo repræſentat aliquas res p ſigna locutionũ, nõ autẽ poteſt interius illuminare, ſicut facit Deus: Horũ autẽ duorum principalius eſt primũ in prophetia, quia iudicium eſt completiuum cognitionis. Et ideo ſicut fit diuinitus repræſentatio aliquarũ rerũ per ſimilitudines imaginarias, vt Pharaoni & Nabuchodonoſor, aut etiã per ſimilitudines corporales, vt Baltaſar, nõ eſt talis cẽſendus propheta, niſi illuminetur eius mens ad iudicãdum. Sed talis apparitio eſt q̃dã imperfectum in genere prophetię. Vnde à quibuſdam vocatur ecſtaſis * *Alias caſus.* prophetiæ, ſicut & diuinatio ſomniorũ. Erit autem propheta ſi ſolummodo intellectus eius illuminetur ad iudicandũ, etiam ea quæ ab aliis imaginariè viſa ſunt: vt patet de Ioſeph, qui expoſuit ſomniũ Pharaonis. Sed ſicut Auguſt. dicit 12. ſup Ge. ad literã *, *Cap. 9.* maximè ꝓpheta eſt qui vtroque præcellit, vt ſ. videat in ſpiritu corporaliũ rerũ ſignificatiuas ſimilitudines & eas viuacitate mentis intelligat. Repræſentantur autẽ diuinitus menti prophetæ, quandoq; quidẽ mediante ſenſu, exterius quædam formæ ſenſibiles, ſicut Daniel vidit Scripturã parietis, vt legitur Dan. 5. quãdoq; autẽ per formas imaginarias, ſiue omnino diuinitus impreſſas, non p ſenſum acceptas, puta ſi alicui cæco nato imprimerẽtur in imaginatione colorũ ſimilitudines, vel etiam diuinitus ordinatas ex his quæ à ſenſibus ſunt acceptæ, ſicut Hieremias vidit ollam ſuccenſam à facie aquilonis, vt habetur Hiere. 1. ſiue etiã imprimendo ſpecies intelligibiles ipſi menti, ſicut patet de iis, qui accipiunt ſcientiam vel ſapientiam infuſam, ſicut Salomõ & Apoſtoli. Lumen autem intelligibile quandoq; quidem imprimitur menti humanæ diuinitus, ad iudicandum ea quæ ab aliis viſa ſunt, ſicut dictum eſt * *In hoc art.* de Ioſeph, & ſicut patet de Apoſtolis quibus Dominus aperuit ſenſum vt intelligerent Scripturas, vt dicitur Luc. 21. Et ad hoc pertinet interpretatio ſermonum. Siue etiam ad diiudicandum ſecundum diuinam veritatem ea quæ curſu naturali homo apprehendit. Siue etiam ad diiudicandum veraciter & efficaciter ea quæ agenda ſunt, ſecundum illud Iſa. 63. Spiritus Domini doctor eius fuit. Sic igitur patet ꝙ prophetica reuelatio quandoque quidem fit per ſolam luminis influentiam: quandoque autem per ſpecies, de nouo impreſſas, vel aliter ordinatas.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt * *In corp. art.* quandoque in prophetica reuelatione diuinitus ordinantur ſpecies imaginariæ præacceptæ à ſenſu ſecundum congruentiam ad veritatem reuelandam. Et tunc conuerſatio præcedẽs aliquid operatur ad ipſas ſimilitudines, non autem quando totaliter ab extrinſeco imprimuntur.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ viſio intellectualis non fit ſecundum aliquas ſimilitudines corporales & indiuiduales: fit tamen ſecundum aliquam ſimilitudinem intelligibilem. Vnde Aug. dicit 9. de Trinit. * *Cap. 11.* ꝙ habet animus nonnullã ſpeciei notę ſimilitudinem, quæ quidem ſimilitudo intelligibilis in reuelatione prophetica quandoque immediatè à Deo imprimitur, quandoq; à formis imaginatis reſultat ſecundum adiutorium phophetici luminis, quia ex eiſdẽ formis imaginatis ſubtilior conſpicitur veritas ſecundũ illuſtrationem altioris luminis.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ quaſcunque formas imaginatas naturali virtute homo poteſt formare abſolutè conſiderando, nõ tamen vt ſunt ordinatæ ad repræſentandas intelligibiles veritates, quæ hominis intellectum excedunt, ſed ad hoc neceſſarium eſt auxilium ſupernaturalis luminis.

IN art. 3. eiuſdem quæſtion. 163. dubium primo occurrit, an detur quintum ſecundũ quod fit prophetica reuelatio. In litera ſiquidem quatuor enumerãtur. Et eſt ratio dubij, quia naturalis cognitio habet quintum ſcilicet ordinationem ſpecierũ intelligibiliũ quæ nihil iſtorũ quatuor eſt, vt patet. Et conſtat ſecundum quod diuerſimodè & cõponũtur & ordinãtur ſpecies intelligibiles diuerſas veritates pariũt. Quare igitur in prophetica cognitione reliqua proportionaliter ponũtur, ſicut in naturali cognitione. Et hoc vnũ, ſ. ordinatio ſpecierum intelligibilium prætermiſſum eſt.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ ordinatio ſpecierum intelligibilium locum habet in prophetica reuelatione, ſicut & ordinatio imaginabilium: quoniam quandoq; mens prophetæ adiuta lumine prophetico, antiquas ſpecies intelligibiles ordinat ad aliquam veritatem excedentem facultatem naturæ inſpiciendã. Sicut hoc facit circa formas imaginatas iuxta præcedentis articuli doctrinam. Neq; enim minus potens eſt lumen propheticum ad ordinandũ aliter ſpecies intelligibiles, quàm imaginarias, cum illæ propinquę, iſtę remotiores ab ipſo ſint. Neque ſpecies intelligibiles ſunt minus habiles ad aliam ordinationem quàm ſpecies imaginatiuę, cum ſint longè ſpiritualiores & ad multo plura ſe extendentes, vtpote vniuerſales. Nec propterea quintũ oportet efficere membrum, ſed in ſecundo membro ſubintelligitur. Nam intelligendum eſt ſecundum immiſſionem vel ordinationem ſpecierũ intelligibilium, ſicut in tertio membro immiſſio vel ordinatio coniunguntur explicitè. Et quamuis ſingulariũ certa ratio reddi non poſſit, quare ſcilicet Autor hoc non explicitè dixit in intellectu ſicut in imaginatiua: dici tamen poteſt quòd quia ſola ordinatio in phantaſmatibus ad prophetiam ſatis manifeſta eſt in prophetis: quoniam communiter in phantaſmatibus naturaliter acceptis diuinitus ordinatis propheticæ apparent reuelationes: ideo ex manifeſtis tradendo doctrinã, ſubintelligendum dũxit ſimile non ita manifeſtum, ſed maiore ratione amplectendum ex ſimili manifeſto.

¶In eodem articulo nota ꝙ quatuor membrorum in litera enumeratorum, tria determinantur in litera negatiuè, ſcilicet quòd non eſt in eis neceſſaria abſtractio à ſenſibus, ſcilicet quartum, primum, & ſecundum, & in ſolo tertio neceſſitatem abſtractionis à ſenſibus ponit ac probat. Vbi oportet te formalem habere intellectũ, nec aliud quàm quod dicitur intelligere. Quoniam primum & ſecundum membrum, ſcilicet influxus luminis & impreſſio intelligibilium formarum, veriſſimum eſt non exigere abſtractionem à ſenſibus: quia poſſunt fieri ſine abſtractione à ſenſibus, vt in litera probatur ex parte officij noſtri ſenſus, & in reſponſione ad tertium ex parte luminis prophetici, redditur propter quid. Cum hoc tamen ſtat, ꝙ quandoque exigunt abſtractionem à ſenſibus, ſcilicet cum mens prophetæ eleuatur ad ſublimiora contemplanda, vt in calce eiuſdem reſponſionis ad tertium patet. Ita ꝙ alienatio à ſenſibus ſemper exigitur à prophetia ſecundum imaginariam impreſſionem vel ordinationem, non ſemper autem ſecundum influxum ſpecierum intelligibilium. Quia intellectualis reuelatio quando à ſuperiori influxu fit ad mouendum prophetæ mentem verſus iudicium, vel diſpoſitionem ſenſibilium, concretio ad ſenſum vtilis eſt non abſtractio. Quando vero intellectualis reuelatio ad ſublimia contemplanda mentem ducit propheticam, abſtractione ab inferioribus opus eſt. Vtrunque autem horum in naturalibus cognitionibus experimur: quoniam diſponentes aut iudicantes de ſenſibilibus non abſtrahimur, ſed ſenſibus immergimur. Ad altiora autem ſpeculãda quantò magis abſtrahimur, melius perſpicimus.

¶In eodem art. 3. nota aureum verbum, diuinam conditionem, ſcilicet: talis alienatio à ſenſibus non fit in prophetis cum aliqua inordinatione naturæ: & multo minus fit cum aliqua inordinatione honeſtatis aut moris. Spiritus enim ſanctus qui Autor eſt alienationis requiſitæ ad prophetiam, ſicut & prophetiæ ipſius, nõ eſt Autor deordinationis naturæ aut moris. Quoniam gratia ſecundum genus ſuum, & naturam, & morem perficere, non deſtruere, minuere, aut violare, nata eſt. Et propterea alienatio à ſenſib⁹ cum cordis ſaltu ſenſibiliter vehementi, cùm deordinationẽ naturæ contineat, non eſt à Spiritu ſancto. Et ſimiliter ſi cũ denudatione pudendarum partium fiat ex parte perſonæ alienatæ, niſi adeſſent operiẽtes. Hoc enim & contra honeſtatem morum & contra naturæ ordinẽ eſt, quoniam motus talis membrorum ad deordinationem naturæ ſpectaret, etiam ſi nudatio pudendorum non eſſet nata ſequi, vnde oportet aduertere in huiuſmodi alienationibus ſi interueniat aliquid indecens, ſecundum motus intrinſecos vel extrinſecos, ſiue ſit indecentia naturę, ſiue indecentia moris: quoniam tunc non eſt alienatio prophetica, ſed infirmitatis vel fictionis vel illuſionis diabolicæ, aut naturaliter animalis ex nimia meditatione alicuius.

¶In reſpõſione ad quartum eiuſdem articuli, collige & aliam conditionem veri prophetæ quantum ad promulgationem prophetiæ, ſcilicet quòd Spiritus prophetarum ſubiecti ſunt eis quo ad hoc, ſcilicet non mente turbata, nõ quaſi acti ab alio, quaſi alius loquatur per eos, vt contingit in dæmoniacis, ſed ex proprio ſenſu, mẽte quieta, ſciẽtes quid loquuntur, dicunt ea quæ viderunt. Vnde habes ꝙ tam alienati in ipſa alienatione loquentes, & poſtmodũ neſciẽtes quid viderint, referunt ſe ad ea quæ dixerunt in alienatione poſiti, quàm alienati denuntiantes velit nolint quæ vident, non ſunt prophetæ. Quoniam vtriſq; deeſt ſubiectum denuntiationis. Et hoc ipſum indecens eſt, vt illi quos Deus docet & illuminat ad Eccleſiæ ædificationem irrationabili motu ſe habeant ad propalãdum diuina myſteria. Et hinc patet ꝙ perſonæ in ecſtaſi poſitæ loquentes in perſona Chriſti vel alterius Sancti, quaſi actæ ab illo, & non ex proprio ſenſu pronuntiantes, aut ſeducuntur, aut ſeducunt. Et tamen mũdus ſtultus miratur, ſtupet, adorat huiuſmodi verba, huiuſmodi actus, huiuſmodi perſonas: non aduertentes ꝙ Spiritus prophetarum ſubiecti ſunt eis quo ad promulgationem.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum viſio prophetica ſemper fiat cum abſtractione à ſenſibus.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd viſio prophetica ſemper fiat cum abſtractione à ſenſibus. *Veri. q. 12 Art. 9.* Dicitur enim Numer. 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. Sed ſicut gloſſ. dicit in principio Pſalterij, * *Super Prolog. Hier.* Viſio quæ eſt per ſomnia & viſio quæ eſt per ea quæ videntur dici vel fieri. Cùm autem aliqua videntur dici vel fieri quæ non dicuntur, vel fiunt, eſt alienatio à ſenſibus: ergo prophetia ſemper fit alienatione à ſenſibus.

¶2 Pręterea, Quando vna virtus multum intenditur in operatione ſua, alia potẽtia abſtrahitur à ſuo actu, ſicut illi qui vehementer intendunt ad aliquid audiendum, non percipiunt viſu ea, quæ coram ipſis ſunt, ſed in viſione prophetica eſt maximè intellectus eleuatus, & intenditur in ſuo actu: ergo videtur quòd ſemper fiat cum abſtractione à ſenſibus.

¶3 Præterea, Impoſsibile eſt, idem ſimul ad oppoſitas partes con

uerti: ſed in viſione prophetica mẽs conuertitur ad accipiendum à ſuperiori: ergo non poteſt ſimul conuerti ad ſenſibilia. Neceſſarium ergo videtur quòd reuelatio prophetica ſemper fiat cum abſtractione à ſenſibus.

¶SED CONTRA eſt, quod dicitur 1. ad Cor. 14. Spiritus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt: ſed hoc eſſe non poſſet, ſi propheta non eſſet ſui compos à ſenſibus alienatus exiſtens: ergo videtur quòd prophetica viſio non fiat cum alienatione à ſenſibus.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd ſicut dictum eſt *, *Ar. pre.* ꝓphetica reuelatio fit ſecundũ quatuor, ſcilicet ſecundũ influxum intelligibilis luminis, ſecundũ immiſſionẽ intelligibiliũ ſpecierũ, ſecundum impreſſionẽ vel ordinationem imaginabiliũ formarũ, & ſecundũ expreſſionem formarũ ſenſibiliũ. Manifeſtũ eſt autem ꝙ non fit abſtractio à ſenſibus, quãdo aliquid repræſentatur menti prophetæ per ſpecies ſenſibiles, ſiue ad hoc ſpecialiter formatas diuinitus, ſicut rubus oſtenſus Moyſi, & Scriptura oſtenſa Danieli: ſiue etiã p alias cauſas productas: ita tamẽ ꝙ ſecundũ diuinam prouidentiã ad aliquid propheticè ſignificandũ, ordinetur: ſicut per arcam Noë ſignificabat Eccleſia. Similiter etiã non eſt neceſſe vt fiat alienatio à ſenſibus exterioribus, per hoc ꝙ mens prophetæ illuſtratur intelligibili lumine, aut formatur intelligibilibus ſpeciebus, quia in nobis perfectũ iudiciũ intellectus habetur p conuerſionẽ ad ſenſibilia, quæ ſunt prima noſtræ cognitionis principia, vt in primo * *Q. 84. art. 7.* habitũ eſt. Sed quando fit reuelatio prophetica ſecundũ formas imaginarias, neceſſe eſt fieri abſtractionem à ſenſibus, vt talis apparitio phantaſmatũ non referatur ad ea quæ exterius ſentiuntur. Sed abſtractio à ſenſib⁹ quãdoq; fit perfectè, vt ſcilicet nihil homo ſenſibus percipiat: quãdoq; autẽ imperfectè, vt ſcilicet aliquid percipiat ſenſibus, non tamen plenè diſcernat quæ exterius percipit ab iis quæ imaginabiliter videt. Vnde Aug. dicit 12. ſuper Gene. * *Cap. 12.* ad literam, Sicut vidẽtur quæ in ſpiritu ſunt imagines corporũ, quemadmodũ corpora p corpus, ita vt ſimul cernatur & homo aliquis pręſens & abſens alius ſpiritu, tanquam oculis: talis tamen alienatio à ſenſib⁹ non fit in ꝓphetis cũ aliqua inordinatione naturæ, ſicut in arreptitiis vel furioſis: ſed per aliquã cauſam ordinatam vel naturalẽ, ſicut p ſomniũ: vel ſpiritualẽ, ſicut p contemplationis vehementiam, ſicut de Petro legitur Act. 10. ꝙ cum oraret in cœnaculo, factus eſt in exceſſu mentis: vel virtute diuina rapiente: ſecundum illud Ezechielis 1. Facta eſt ſuper eum manus Domini.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ autoritas illa loquitur de prophetis, quibus imprimebantur vel ordinabantur imaginariæ formæ vel in dormiendo, q̃d ſignificatur per ſomnium, vel in vigilando, quod ſignificatur per viſionem.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd quando mens intenditur in ſuo actu circa abſentia, quæ ſunt à ſenſibus remota, tunc propter vehementiam intentionis ſequitur alienatio à ſenſibus. Sed quãdo mens intenditur in ſuo actu circa diſpoſitionẽ vel iudicium ſenſibilium, non oportet quòd à ſenſibus abſtrahatur.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ motus mentis propheticæ non eſt ſecũdum virtutẽ propriam, ſed ſecũdum virtutẽ ſuperioris influxus. Et ideo quãdo ex ſuperiori influxu mens prophetæ inclinatur ad iudicandum vel diſponendũ aliquid circa ſenſibilia, non fit alienatio à ſenſibus, ſed ſolum quando eleuatur mens ad contemplandum aliqua ſublimiora.

¶Ad quartum dicendũ, ꝙ ſpiritus prophetarum dicuntur eſſe ſubiecti prophetis, quantum ad propheticam enuntiationem, de qua ibi Apoſtolus loquitur, quia ſ. ex proprio ſenſu loquũtur ea quę viderunt, non mente perturbata ſicut arreptitij, vt dixerunt Priſcilla & Montanus, ſed in ipſa prophetica reuelatione potius ipſi ſubiiciuntur ſpiritui prophetiæ, id eſt, dono prophetico.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum prophetæ ſemper cognoſcant ea quæ prophetant.*

AD QVARTVM ſic poceditur. Videtur ꝙ prophetæ ſemp cognoſcant ea quæ prophetant, quia vt Aug. dicit 12. ſup Gen. ad literã *, *Heb. 11. lect. 7. col. 7. *Cap. 9.* Quibus ſigna p aliquas rerũ corporaliũ ſimilitudines demonſtrabant in ſpiritu, niſi acceſsiſſet mentis officiũ, vt etiam intelligerentur, nondũ erat ꝓphetia. Sed ea quæ intelliguntur, non poſſunt eſſe incognita. ergo propheta nõ ignorat ea quę prophetat.

¶ Præterea, Maius eſt lumẽ prophetiæ q̃ lumẽ naturalis rõnis: ſed quicunq; lumine naturali habet ſciẽtiam, nõ ignorat ea quæ ſcit. ergo quicũq; lumine prophetico aliqua enũtiat, nõ poteſt ea ignorare.

¶3 Pręterea, Prophetia ordinat ad hominũ illuminationẽ. Vnde dicit 2. Petri 1. Habem⁹ ꝓpheticũ ſermonẽ, cui bene fa-

¶*Super Quæſtionis centeſimæ ſeptuageſimæ tertiæ Articulum quartum.*

IN art. 4. eiuſdem q. 173. quia ſuperius contra declaratum eſt ꝙ de cognitione euidenti eſt ſermo, quod etiam hìc patet in reſponſione ad argumenta, dum dicitur ꝙ primæ rationes loquuntur de veris prophetis quorum mens diuinitus illuſtratur perfectè, & conſtat quòd tres primæ rationes de cognitione euidenti loquuntur: ideo non eſt hic amplius immorandum, ſed firmandum quòd prophetæ veri quo ad duo habent euidentiã, ſcilicet quo ad ipſam reuelationem, quòd eſt à Deo: & quo ad reuelata, quòd ſunt futura ſic vel ſic, prout reuelantur: & ꝙ ſunt talis vel talis cõditionis reuelatæ,

prout

Universidad de Deusto Biblioteca

prout tamen reuelātur. Et hinc soluitur quęstio superius in art. vlt. ad secundum q.171. relicta de prophetia cōmunicationis. Nā propheta cui reuelatur aliquid futurū in causis, euidenter cognoscit illud futurum in causis illis. Quoniam cognitio eius est similitudo diuinæ scientię de illo futuro in illis causis. Sed non oportet ꝙ sciat hinc, an sit etiam ponendum in esse illud futurum, sed quantum est ex vi illius propheticę cognitionis, remanet ambiguū in mente prophetæ, an illud futurum eueniet vel non. Et propterea Ionas recusabat prophetare Niniuitis, dubitans de eo quod euenit, scilicet quòd esset prophetia comminationis tātum. Sciebat enim clarè quòd erat prophetia cōminationis, quia viderat futuram subuersionem ciuitatis in causis, & non viderat aliter, sed nesciebat an esset tātùm cōminationis & nō euentus: quia nihil erat sibi de hoc reuelatum.

Ad verum enim prophetam sufficit cognoscere euidenter quòd prophetat: secundum id quod est sibi reuelatum: & vt in litera optimè subditur: propheta circa reuelata sibi non cognoscit omnia quæ Spiritus sanctus intēdit per illa, sed sufficit ꝙ videat illam conditionem quam prophetare iubetur. Nec oportet quòd comprehēdat illam, sed comprehensionem illius Spirituisancto relinquit propter rationem literæ, scilicet quia est instrumentum deficiens à Spiritu sancto.

¶ Super Quæstionis centesimæseptuagesimæquartæ Articulum primum.

IN art. 1. quæst. 174. dubium occurrit ad hominem. Quoniam superius in quæstione 161. artic. 3. ad tertium, Autor posuit prophetiam esse vnius speciei. *[margin: In corpo.]* Hic verò ponit multas prophetiæ species ex obiectis distinctas: sicut vniuersaliter habitus seu actus ex obiectis distinguuntur. Quo pacto stant hæc duo simul?

¶ Autor superius locutus est de specie subalterna, hic verò loquitur de specie specialissima. Et ideo nulla est cōtrarietas inter illius dicta. Sed hæc responsio facile confutatur, monstrando quòd ibi loquitur de specie specialissima.

Ostenditur autem, conferendo responsionem illam ad tertium ipsi argumento tertio.

¶ Ad cuius euidentiam aduertendum est quòd in specie subalterna inueniuntur duo, scilicet vnitas speciei, quæ est vnitas generica, & inue-

citis attendentes quasi lucernæ lucēti in caliginoso loco. Sed nihil potest alios illuminare, nisi in se sit illuminatū: ergo videtur ꝙ propheta prius illuminetur ad cognoscendum ea quæ aliis enuntiat.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Ioā.11. Hoc autē à seipso Caiphas nō dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit, quòd Iesus moriturus erat pro gente, &c. Sed hoc Caiphas non cognouit. ergo non omnis qui prophetat cognoscit ea quæ prophetat.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ in reuelatione prophetica mouetur mēs ꝓphetæ à Spiritusancto, sicut instrumentum deficiēs respectu principalis agētis. Mouetur autē mens ꝓphetæ non solum ad aliquid apprehendendū, sed etiam ad aliquid loquendū, vel ad aliquid faciendum: & quandoq; quidem ad omnia tria simul, quādoq; autē ad duo horū: quandoq; verò ad vnū tantū. Et quodlibet horū contingit esse cum aliquo cognitionis defectu. Nam cum mens prophetæ mouetur ad aliquid æstimandum vel apprehendendū, quandoq; quidem inducitur ad hoc ꝙ solū apprehendat rem illā: quandoque autem vlterius ad hoc ꝙ cognoscat hæc sibi esse diuinitus reuelata. Similiter etiam quādoq; mouetur mens prophetæ ad aliquid loquendū: ita quòd intelligat id qđ per hæc verba Spiritus sanctus intendit: sicut Dauid qui dicebat secundi Reg.23. Spiritus Domini locutus est per me. Quandoq; autem ille cuius mens mouetur ad aliqua verba exprimenda, non intelligit quid Spiritus sanctus per hæc verba intendat: sicut patet de Caipha Ioan.11. Similiter etiam cū Spiritus sanctus mouet mentē alicuius ad aliquid faciendū, quandoq; quidē intelligit quid hoc significet, sicut patet de Hiere. qui abscondit lumbare in Euphratē, vt habetur Hiere.13. Quandoque verò nō intelligit, sicut milites diuidentes vestimēta Christi, non intelligebant quid significarēt. Cum ergo aliquis cognoscit se moueri à Spiritu sancto ad aliquid æstimandū, vel significandū verbo vel facto, hoc propriè ad prophetiā pertinet. Cum autē mouet͛, sed nō cognoscit, non est perfecta ꝓphetia, sed quidā instinctus propheticus. Sciendū tamen ꝙ quia mens prophetæ est instrumentū deficiēs (vt dictū est*) etiam veri prophetę non omnia cognoscunt quæ in eorū visis, aut verbis, aut etiam factis Spiritus sanctus intendit. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam primæ rationes loquuntur de veris prophetis, quorum mens diuinitus illustratur perfectè.

QVÆSTIO CENTESIMA septuagesimaquarta, de Diuisione prophetiæ, in sex Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de diuisione prophetiæ. ¶Et circa hoc quæruntur sex. ¶Primò, de diuisione prophetiæ in suas species. ¶ Secundò, vtrum sit altior prophetia, quæ est sine imaginaria visione. ¶Tertiò, de diuersitate graduum prophetiæ. ¶Quartò, vtrum Moyses fuerit excellentissimus prophetarū. ¶Quintò, vtrum aliquis comprehensor possit esse propheta. ¶Sextò, vtrum prophetia creuerit per temporis processum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum conuenienter diuidatur prophetia in prophetiam prædestinationis Dei, præsciētiæ & comminationis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ incōuenienter diuidatur ꝓphetia in glossa sup Matt.1. Ecce virgo in vtero habebit: vbi dicitur, ꝙ prophetia alia est ex prædestinatione Dei, quam necesse est omnib⁹ modis euenire, vt sine nostro impleatur arbitrio, vt hæc de qua hîc agit͛: alia est ex ꝑscientia Dei, cui nostrū admiscetur arbitriū: alia est quæ cōminatio dicitur, quæ fit ob signū diuinæ animaduersionis. *[margin: Verit.q.12.ar.10. & Matt.1.ad fin.]* Illud enim quod consequitur omnē prophetiam, non debet poni vt membrū diuidens prophetiam. Sed omnis prophetia est secundū præscientiam diuinā: quia prophetæ legunt in lib. præscientiæ, vt dicit glo. Isaiæ 38. Ergo videtur ꝙ non debeat poni vna species prophetiæ, quæ est secundū præscientiā.

¶2 Præterea, Sicuti aliquid prophetatur secundū cōminationē, ita etiam secundū promissionē: & vtraq; variatur. Dicitur enim Hieremiæ 18. Repente loquar aduersum gentē, & aduersum regnū, vt eradicē, & destruā, & disperdā illud. Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo, agā & ego pœnitentiam. Et hoc pertinet ad prophetiā cōminationis. Et postea subdit de prophetia promissionis. Subitò loquar de gente & regno, vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, pœnitentiā agam super bono quod locutus sum vt facerem ei. Ergo sicut ponitur prophetia comminationis, ita debet poni prophetia promissionis.

¶3 Prętere a, Isidorus dicit in lib. Etym.* *[margin: lib.7. cap. 8.]* Prophetiæ genera sunt septem. Primū genus est ecstasis, quod est mētis excessus, sicut vidit Petrus vas submissum de cœlo cū variis animalibus. Secundū genus, visio, sicut apud Isaiā dicentē. Vidi Dñm sedentē, &c. Tertiū genus est somniū, sicut Iacob dormiens scalā vidit. Quartū genus est p nubem, sicut ad Moysen loquebat͛ Deus. Quintū genus est vox de cœlis, sicut ad Abrahā sonuit, dicens, Ne mittas manū in puerū. Sextū genus accepta parabola, sicut apud Balaā. Septimū genus repletio Spiritussancti, sicut penè apud omnes prophetas. Ponit etiam tria genera visionū, vnum secundum oculos corporis, alterum secundū spiritum imaginarium, tertium per intuitum mentis. Sed hæc non exprimuntur in prædicta diuisione. ergo est insufficiens.

¶SED CONTRA est Autoritas Hieronymi*, cuius dicitur esse glossa.

¶RESPONDEO dicēdum, ꝙ species habituū, & actuū in moralib⁹ distinguunt͛ secundū obiecta. Obiectū autem prophetiæ est id quod est in cognitione diuina supra humanā facultatē existēs. Et ideo secundū horū differentias prophetia distinguitur in diuersas species secūdū prius dictā diuisionē. Dictū est autē supra* ꝙ futurū est in diuina cognitione dupliciter. *[margin: Q.171. ar.6.ad2.]* Vno modo, prout est in sua causa: & sic accipit͛ prophetia cōminationis quæ non semp impletur: sed p eā prænūtiat͛ ordo causę ad effectus: q; quādoq; aliis superuenientib⁹ impedit͛. Alio modo præcognoscit Deus aliqua in seipsis, vel vt fienda ab ipso, & horū est prophetia prędestinationis: quia secundū Damascenum*, Deus prædestinat ea quæ non sunt in nobis: vel vt fienda per liberū ar- *[margin: Lib.2. cap 30.]*

nitur diuersitas specifica, quoniam impossibile est esse aliquam speciem subalternam sine duabus ad minus speciebus, cum omne genus duabus ad minus differentiis diuidatur. Argumentum illud tertium directè & explicite contra secundum tendit, scilicet quòd prophetia nō habet diuersas species, sed vnam tantum deducendo ad hoc inconueniens, quòd nō sit eadē species prophetiæ. Responsio verò consistit in assignādo formale, vnde prophetia habet vnitatem specificam. Vbi patet quòd si de specie subalterna solutio loqueretur, argumento non satisfieret: quia staret illud quod inferebatur, quòd non esset eadem species prophetiæ: quoniam hoc stat cum specie subalterna, & sic responsio nihil dixisset ad propositum argumēti. Dicendum est ergo, quòd vtrobique loquitur de specie specialissima: ita ꝙ conclusio hic posita secundum se, est contraria cōclusioni illi secundum se. Quoniam ibi concluditur ꝙ prophetia est vnius speciei specialissimæ: hîc verò sunt plures species prophetiæ. Et ꝙ ita sit, ratio literæ hic & ibi explicat. Nam ratio quæ hic affertur ad concludendum, scilicet. Habitus & actus distinguuntur per obiecta: ibi affertur arguēdo, & soluitur quòd intelligitur de obiecto formali: & dicitur quòd formale in obiecto prophetiæ est lumen diuinum, à cuius vnitate prophetia habet speciei vnitatem. Et expressè excluditur ratio hic allata, dum subditur, licet sint diuersa, quæ per diuinum lumen propheticè manifestātur. Notanter autem dixi secundū se, quoniam vt ponuntur in litera, non sunt cōtrariæ dictæ conclusiones: quoniam conclusio de identitate specifica prophetię, ponitur ab Autore simpliciter & secundum propriam sententiam, vt ibi patet legenti. *[margin: Inducta in arg.1.]* Conclusio autem de diuersitate specifica ponitur secūdum quid, & secundum alienam sententiam: vt patet ex duobus in litera hac. Primo, ex eo quòd in litera infertur sic. Et ideo secundum horum differētias prophetia distinguitur in diuersas species, non quidem absolutè, hoc est, sine additione aliqua, sed cum ista additione, secundum prius dictam diuisionē, quasi diceret, quòd ista diuersitas specifica ponitur supponendo, & sequendo prius dictam diuisionem. Secundò, patet ex eo quòd in calce corporis articuli saluat etiam quòd duæ

duæ tantum species prophetiæ ponantur. Hoc enim signū est quod adaptationes adinueniebat ad saluandas glossas Scripturæ, dum modo tres, modo duas tantum species saluat. Reuerētia ergo Doctorum cogenita tanto viro, ratio est horū dictorum. Propria autem sententia, ratio fuit prius dictorum. Et sic omnia consonant.

¶ Super Quæstionis centesimæseptuagesimæquartæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quęstionis 174. aduerte quòd si verba in titulo posita propriè perspecta in principio fuerint, clarior erit intellectus legentis articulum: alioquin vsque ad calcem articuli fluctuabit. Vtitur siquidem titulus nō formis imaginatis, sed visione imaginaria. Ita quòd non vertitur in quæstionem, vtrū prophetia sine phantasmatibus, sed sine visione imaginaria. Et quoniam de prophetia est sermo, intelligitur de visione imaginaria prophetica. *[margin: ca.7.to.3.]* Et hoc in calce articuli explicatur. Ita quòd sensus quæstionis est, an prophetia habens alterā tantum propheticam visionem, s. intellectualem, sit excellentior prophetia habente vtrāque propheticam visionem: scilicet intellectualem & imaginariam.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, aduerte quòd similitudo in litera posita fidem respectu cognitionis vię & patriæ, & prophetiam respectu visionis imaginariæ & intellectualis, non currit quatuor pedibus, sed sat est, quòd exempli rationem habeat, vt intelligant audientes. Propheta siquidem distinguitur non per propriè vel impropriè dici de altera visionum, sicut fides impropriè diceretur de cognitione patriæ: sed distinguitur penes magis & minus propriè. Ita quòd magis propriè dicitur de illa quæ habet visionem imaginariam, & minus propriè de illa quæ habet solùm intellectualem visionem. De vtraque tamen propriè: vt patet ex diffinitione prophetię ex Cassiodoro. *[margin: Infrà art. 3.cor. & 3. q.180. art. 2.ad 1. & veri.q.12. ar.12. & Isa.1. *c.9.to.3.]*

¶ In eodem articulo secūdo in respōsione ad quartum manifestè habes, ꝙ quantumcunq; sit excellens intellectualis visio prophetica absq; imaginaria visione, nunquam tamen est sine phantasmatum ministerio: quoniam diuina sapientia disponit omnia suauiter. Et naturale est homini absq; phantasmate non intelligere. Nec extendas hæc ad raptū Pauli, aut Moysi: quoniam nō loquimur de huiusmodi singularibus, sed propheticis visionibus regulariter. *[margin: Q.præced. art.2.]*

bitriū hominis: & sic est prophetia prę scientię, q̄ potest esse bonorū & malorū: quod non cōtingit de prophetia prædestinationis, q̄ est bonorum tantùm. Et q̄a prædestinatio sub præsentia comprehēditur, ideo in glo. in principio Psalterij ponitur tantùm duplex prophetiæ species, scilicet secundum præscientiam, & secundum comminationem.

¶AD PRIMVM ergo dicendū ꝙ præscientia propriè dicitur præcognitio futurorum euentuum, prout in seipsis sunt, & secundum hoc ponitur species prophetiæ. Prout autem dicitur respectu futurorum euētuum, siue secundū quòd in seipsis sunt, siue secundum quòd sunt in suis causis, communiter se habet ad omnem speciem prophetiæ.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ prophetia promissionis cōprehenditur sub prophetia comminationis: quia eadem est ratio veritatis in vtraq;. Denominatur tamen magis à comminatione: quia Deus pronior est ad relaxandam pœnam quàm ad subtrahendum promissa beneficia.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ Isidorus distinguit prophetiam secundum modum prophetandi: qui quidem potest distingui vel secundum potentias cognoscitiuas in homine, quæ sunt sensus, imaginatio & intellectus. Et sic sumitur triplex visio: quam ponit tā ipse q̄ Aug.12. super Gen. ad literam*. Vel potest distingui secundum differentiā prophetici influxus, qui quidem quantum ad illustrationem intellectus significatur per repletionem Spiritussancti, quam septimo loco ponit. Quantum verò ad impressionem formarum imaginabilium ponit tria, s. somniū, quod ponit tertio loco: & visionem quæ fit in vigilando, respectu quorumcunq; communium, quam ponit in secundo loco: & ectasim, q̄ fit per eleuationem mētis in aliqua altiora, quam ponit primo loco. Quantum verò ad sensibilia signa ponit tria, quia sensibile signum aut est aliqua res corporea exterius apparens visui, sicut nubes: quā ponit quarto loco: aut est vox formata exterius ad auditum hominis delata, quā ponit quinto loco: aut est vox per hominē formata cū similitudine alicuius rei, quod pertinet ad parabolam, quam ponit sexto loco.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum excellentior sit prophetia, quæ habet visionem intellectualem & imaginariam, quàm ea quæ habet visionem intellectualem tantùm.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd excellentior sit prophetia quæ habet visionem intellectualem & imaginariam, quàm ea quæ habet visionem intellectualem tantùm. Dicit enim Aug.12. super Gen. ad literā* & habetur in glo. primæ ad Cor. 14. super illud, Spiritus aūt loquitur mysteria. Minus est propheta, qui rerum signatarum solo spiritu videt imagines: & magis est propheta, qui solo earum intellectu est præditus: sed maximè propheta est q̄ in vtroque præcellit. Hoc autem pertinet ad prophetam qui simul habet intellectualem & imaginariam visionem: ergo huiusmodi prophetia est altior.

¶2 Prętere a, Quanto virtus alicuius rei est maior, tanto ad magis distantia se extendit: sed lumen propheticum principaliter ad mentem pertinet, vt ex dictis patet*: ergo profectior videtur esse prophetia quæ deriuatur vsque ad imaginationem, quàm illa quę existit in solo intellectu.

¶3 Prętere a, Hieronymus in prologo libri Regum* distinguit prophetas contra hagiographos. *[margin: Tom.4.]* Omnes autem illi quos prophetas nominat: puta, Isaias, Hieremias, & alij huiusmodi, simul cum intellectuali visione imaginariam habuerunt, non autem illi qui dicuntur hagiographi, sicut ex inspiratione Spiritussancti scribentes: sicut Iob, Dauid, Salomon, & huiusmodi. Ergo videtur quòd magis propriè dicuntur prophetæ illi, qui simul habent visionem imaginariam cum intellectuali, quàm illi qui habent intellectualem tantùm.

¶4 Pręt. Dionysius dicit 1.c. cælestis Hierarchiæ, quòd impossibile est nobis superlucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum: *[margin: cap.1.]* sed prophetica reuelatio fit per immissionem diuini radij: ergo videtur quòd non possit esse absque phantasmatum velaminibus.

¶SED CONTRA est, quod gl. dicit in principio Psalterij*, ꝙ ille modus prophetię dignior est cæteris, q̄n scilicet ex sola Spiritussancti inspiratione, remoto omni exteriori adminiculo facti, vel dicti, vel visionis, vel somnij, prophetatur. *[margin: Super prolog. Hier.]*

¶RESPONDEO dicendū, quòd dignitas eorum, quæ sunt ad finem, præcipuè consideratur ex fine. Finis autē prophetiæ est manifestatio alicuius veritatis supra hominem existentis. Vnde quanto huiusmodi manifestatio est potior, tanto prophetia est dignior. Manifestum est autem, quòd manifestatio diuinæ veritatis, quæ fit per nudam contemplationem ipsius veritatis, potior est quàm illa, quæ fit sub similitudine corporalium rerum. Magis enim appropinquat ad visionem patriæ, secundum quam in essentia Dei veritas conspicitur. Et inde est, quòd prophetia, per quam aliqua supernaturalis veritas conspicitur, secundum intellectualem veritatem est dignior, quàm illa, in qua veritas supernaturalis manifestatur per similitudinem corporalium rerum secundum imaginariam visionem. Et ex hoc etiam ostenditur mens prophetæ sublimior, sicut in doctrina humana auditor ostenditur esse melioris intellectus, qui veritatem intelligibilem à magistro nudè prolatam capere potest, quàm ille qui indiget sensibilibus exemplis ad hoc manuduci. Vnde in commendationem prophetiæ Dauid, dicitur 2.Reg.23. Mihi locutus est fortis Israel. Et postea subdit, Sicut lux auroræ oriente Sole, mane absque nubibus rutilat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quando aliqua supernaturalis veritas reuelanda est per similitudines corporales, tunc magis est propheta qui vtrunque habet, scilicet lumē intellectuale & imaginariam visionem, quàm ille qui habet alterum tantum, quia perfectior est prophetia. Et quātum ad hoc loquitur Aug. Sed illa prophetia in qua reuelatur nudè intelligibilis veritas, est omnibus potior.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliud est iudicium de iis quæ propter se quæruntur, & de iis, quæ quæruntur propter aliud. In iis enim quæ propter se quæruntur, quantò virtus agentis ad plura & remotiora se extendit, tanto potior est: sicut medicus reputatur melior, qui plures potest & magis à sanitate distantes sanare. In iis autem quæ non quæruntur nisi propter aliud, quanto agens potest ex paucioribus & propinquioribus ad suum intentum peruenire, tanto videtur esse maioris virtutis, sicut magis laudatur medicus, qui per pauciora & leniora potest sanare infirmum. Visio autem imaginaria in cognitione prophetica non requiritur propter se, sed ꝓpter manifestationem intelligibilis veritatis. Et ideo tanto potior est prophetia, quanto minus ea indiget.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ nihil prohibet aliquid esse simpliciter melius, qđ tamen minus propriè recipit alicuius prædicationē, sicut cognitio patriæ est nobilior quàm cognitio viæ, quæ tamen magis propriè dicitur fides: propterea quòd nomē Fidei importat perfectionem cognitionis. Similiter autē prophetia importat quandam obscuritatem & remotionem ab intelligibili veritate. Et ideo magis propriè dicuntur ꝓphetæ, qui vident per imaginariam visionē: quamuis illa ꝓphetia sit nobilior quæ est per intellectualem visionem, dummodo tamen sit eadem veritas vtrobique reuelata. Si verò lumen intellectuale alicui diuinitus infundatur, nō ad cognoscendū aliqua supernaturalia, sed ad iudicandū secundū certitudinē veritatis diuinæ ea q̄ humana rōne cognosci possunt: sic talis ꝓphetia intellectualis est infra illam, q̄ est cū imaginaria visione ducēte in supernaturalem veritatem, cuiusmodi prophetiam habuerunt omnes illi, qui numerātur in ordine prophetarum. Qui etiam ex hoc specialiter dicuntur prophetæ, quia prophetico officio fungebantur. Vnde & ex persona Domini loque-

bantur dicentes ad populum, Hæc dicit dominus. Quod non faciebant illi d qui hagiographa cōscripserunt, quorū plures loquebantur frequentius de iis quæ humana ratione cognosci possunt, non quasi ex persona Dei, sed ex persona ꝓpria, cū adiutorio tamē diuini luminis. ¶Ad quartum dicendum, quòd illustratio diuini radij in vita præsenti non fit sine velaminibus phantasmatum qualiūcunque: quia connaturale est d homini secundum statum præsentis vitæ, vt nō intelligat sine phantasmate. Quandoq; tamen sufficiunt phātasmata, quæ cōmuni modo à sensibus abstrahuntur, nec exigitur aliqua visio imaginaria diuinitus procurata. Et sic dicitur reuelatio prophetica fieri sine imaginaria visione.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum gradus prophetiæ possint distingui secundum visionem imaginariam.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ gradus prophetiæ non possint distingui secundum visionē imaginariā. Gradus eñ alicuius rei non attēditur secundū id quod est propter aliud, sed secundū id quod est propter se. In ꝓphetia autē propter se quæritur visio intellectualis, propter aliud autē visio imaginaria, vt suprà dictum est*. ergo videtur quòd gradus prophetiæ nō distinguātur secundum imaginariam visionē, sed solùm secundum intellectualem.

¶2 Præt. Vnius prophetæ videtur esse vnus gradus prophetiæ: sed vni prophetæ fit reuelatio secūdū diuersas imaginarias visiōes: ergo diuersitas imaginariæ visionis nō diuersificat gradus ꝓphetiæ.

¶3 Præt. Secundū glo. in principio Psalterij* prophetia consistit in dictis & in factis, somnio, & visione. Nō ergo debent prophetiæ gradus magis distingui secūdū imaginariā visionē, ad quā ptinet visio & somniū, q̄ secūdum dicta & facta.

¶SED CONTRA est, ꝙ medium diuersificat grad⁹ cognitionis, sicut sciētia propter quid est altior eo quòd est p nobilius mediū, quàm scientia quia est, vel etiā quā opinio. Sed visio imaginaria in cognitione ꝓphetica est sicut quoddā mediū: ergo gradus prophetiæ distingui debent secuūdum imaginariam visionē.

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ sicut dictum est*, prophetia in qua per lumen intelligibile reuelatur aliqua veritas supernaturalis per imaginariā visionē, medium gradū tenet inter illā prophetiā in qua reuelatur supernaturalis veritas absque imaginaria visione, & illā in qua per lumē intelligibile absque imaginaria visione dirigitur homo ad ea cognoscenda vel agenda, quæ pertinent ad humanam conuersationem. Magis autē est propriū prophetiæ cognitio quàm operatio. Et ideo infimus gradus prophetiæ est cum aliquis ex interiori instinctu mouetur ad aliqua exterius facienda: sicut de Sāsone dicitur Iudi.15. quòd irruit Spiritus Domini in eū: & sicut solēt ad ardorē ignis ligna cōsumi, ita & vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta. Secūd⁹ autem gradus prophetię est, cum aliquis ex interiori lumine illustratur ad cognoscendum aliqua, quæ tamen nō excedūt limites naturalis cognitionis, sicut dicitur de Salomone 3. Reg. 4. ꝙ locutus est parabolas, & disputauit super lignis à cedro quæ est in Libano, vsque ad hyssopum, quę egreditur de pariete: & disseruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piscibus. Et hoc totum fuit ex diuina inspiratione, Nam præmittitur, Dedit Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis. Hi tamen duo gradus sunt infra prophetiam propriè dictam, quia non attingunt ad supernaturalem veritatem. Illa autem prophetia, in qua manifestatur supernaturalis veritas per imaginariam visionem, diuersificatur primò secundum differentiam somnij, quod fit in dormiendo: & visionis quæ fit in vigilando, quæ pertinet ad altiorem gradum prophetiæ: quia maior vis prophetici luminis esse videtur, quæ aliquem occupatum circa sensibilia in vigilādo abstrahit ad supernaturalia, quàm illa quæ animam hominis abstractā à sensibilibus inuenit in dormiendo. Secundò autem diuersificantur gradus prophetiæ quantum ad expressionem signorum imaginabilium, quibus veritas intelligibilis exprimitur. Et quia signa maximè expressa intelligibilis veritatis sunt verba, ideo altior gradus prophetiæ videtur quando propheta audit verba exprimētia intelligibilem veritatem, siue in vigilando, siue in dormiēdo, quàm quando videt aliquas res significatiuas veritatis: sicut septem spicæ plenæ significāt septem annos vbertatis. In quibus etiam signis tanto videtur prophetia esse altior, quanto signa sunt magis expressa: sicut quando Hieremias vidit incendiū ciuitatis sub similitudine ollæ succensę, sicut dicitur Hier. 1. Tertiò autem ostenditur altior esse gradus prophetiæ, quādo propheta non solùm videt signa verborum vel factorum: sed etiam videt in vigilando vel in dormiendo aliquem sibi colloquentē, aut aliquid demonstrantē: quia per hoc ostenditur quòd mens prophetæ magis appropinquat ad causam reuelantem. Quartò autem potest attendi altitudo gradus prophetalis ex conditione eius qui videtur. Nam altior gradus prophetiæ est, si ille qui loquitur vel demonstrat, videatur in vigilando vel in dormiendo in specie angeli, quàm si videatur in specie hominis. Et adhuc altior, si videatur in dormiēdo vel in vigilando in specie Dei: secundum illud Isa.6. Vidi Dominum sedentem. Super omnes autē hos gradus est tertium genus prophetiæ, in quo intelligibilis veritas & supernaturalis absque imaginaria visione ostenditur: quę tamē excedit rationem prophetiæ propriè dictæ, vt dictum est*. Et ideo consequens est quòd gradus prophetiæ propriè dictæ distinguantur secundum imaginariam visionem. *art. præc. ad 1.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd discretio luminis intelligibilis non potest à nobis cognosci, nisi secundum quod iudicatur per aliqua signa imaginaria vel sensibilia. Et ideo ex diuersitate imaginatorum perpēditur diuersitas intellectualis luminis.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, prophetia nō est per modū habitus immanētis, sed magis per modum passionis transeuntis. Vnde non est inconueniens quòd vni & eidem prophetæ fiat reuelatio prophetica diuersis vicibus secundum diuersos gradus. *q.171. ar. 2.*

¶Ad tertium dicendum, quòd dicta & facta, de quibus ibi fit mentio, non pertinent ad reuelationem prophetiæ, sed ad denuntiationem, quę fit secundum dispositionem eorum quibus denuntiatur id quod prophetæ reuelatum est. Et hoc fit quādoque per dicta, quandoque per facta. Denuntiatio autem & operatio miraculorum consequenter se habent ad prophetiā, vt suprà dictum est*. *q.171. ar. 1.*

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum Moyses fuerit excellentior omnibus prophetis.*

*Veri.q.12. ar 9 ad 2. & ar.14. Et Isa.6. col.1. *Ex Cassio in prolog. Psal. ca.1.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Moyses non fuerit excellentior omnibus prophetis. Dicit enim glo. in principio Psalterij*, quòd Dauid dicitur propheta per excellentiam. Non ergo Moyses fuit excellentissimus omnium.

¶2 Prǫterea, Maiora miracula facta sunt per Iosue, qui fecit stare Solem & Lunam, vt habetur Iosue 10. & per Isaiam, qui fecit retrocedere Solem, vt habetur Isa.38. quàm per Moysen, qui diuisit mare rubrum. Similiter etiam per Heliam: de quo dicitur Eccles.48. Quis poterit tibi similiter gloriari, qui sustulisti mortuum ab inferis. Non ergo Moyses fuit excellentissimus prophetarum.

¶3 Præt. Matt.11. dicitur, quòd inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Non ergo Moyses fuit excellentior omnibus prophetis.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Deuter. vltimo, Non surrexit propheta vltra in Israël, sicut Moyses.

¶RESPONDEO dicendum, quòd licet quantum ad aliquid aliquis prophetarum fuerit maior Moyse, simplici-

ter

D.1069 ¶ *Super Quæstionis centesimæsexagesimæquartæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio eiusdem quæstionis 174. nota tria. Primo, ordinem processus in litera. Nam statim in principio corporis articuli enumerantur tria genera prophetiæ, hoc est tres generales gradus prophetię, tertium cum subdiuisione specialium graduum penes cognoscenda, vel agenda: & aliter ordinantur quàm enumerentur. Nam numerando imaginaria, primò nominatur, sed ordinando in supremo locatur intellectualis, puta respectu veritatis supernaturalis: & immediatè post imaginaria illuminata: & deinde intellectualis, puta respectu veritatis naturalis, vel respectu actionis. Sed in declarando retrogrado ordine Autor prosequitur, incipiendo ab vltimo in Samsone: vbi etiā deiicit vltimum gradum vsque ad infimum illius, s. ad instinctum de quo dictum est, quòd est quid imperfectum in genere prophetiæ. Et deinde ascēdēdo affert Salomonem: & deinceps imaginariam visionem prosequitur, quatuor illi gradus intellectualium respectu tribuendo: & demum ad purè intellectualē respectu supernaturalis veritatis, quam Dauid habuit, deuenit. Secundò, ꝙ prophetia intellectualis absque imaginaria visione respectu veritatis supernaturalis, quę tenet supremum gradum, dicitur excedere rationem prophetiæ propriè dictæ, non tanquā res superioris ordinis, sed sicut summū in illo ordine. Supremum enim est in confinio altioris ordinis, & propterea excedit quæ communiter sunt in suo ordine. Tertiò, quòd ex responsione ad primum habes, quòd ideo secundum imaginariam visionem distinguimus prophetiæ gradus: quia gradus imaginariæ visionis sūt signa graduū luminis prophetici, penes quod graduanda est prophetia, tanquam primam & veram mensuram illius. Ex eo nanque quòd gradus luminis prophetici sunt nobis ignoti, & significantur per gradus imaginariæ visionis, tāquam parentes, rationabile est vt gradus prophetiæ penes imaginariam visionem distinguantur.

*D.190. — 1.q.12.ar.11.ad 1.et 4.di.49 q.2.ar.7. ad 2. & veri.q.12. art.13.per totum.& ar.14.co. & 1.Cor. 13.lect.4. col.2. — *Artic. præc.ad 2. — Sumitur ex Cassiod. Prol. sup. Psal. ca.1. — q.173.ar.2.*

¶ *Super Quæstionis centesimæseptuagesimæquartæ Articulum quartum.*

IN articulo quarto eiusdem quęstionis 174. dubia duo occurrunt ex Nicolao de Lyra super principio psalterij. Primū est circa rationes in litera allatas, ad probandum ꝙ Moyses fuit simpliciter

pliciter tamen Moyses fuit omnibus aliis maior. In prophetia enim, sicut ex dictis patet * consideratur & cognitio tā secundū visionē intellectualē quàm secundū visionem imaginariam: & denuntiatio & cōfirmatio per miracula. Moyses ergo fuit aliis excellētior: primò quidem, quantum ad visionem intellectualem: eo quòd vidit ipsam Dei essentiam, sicut Paulus in raptu: sicut Augustinus dicit 12. super Gen. ad literam*. Vnde dicitur Num.12. quòd palam nō per ænigmata Deum videt. Secundò, quantū ad imaginariam visionem, quam quasi ad nutum habebat non solum audiens verba: sed etiam videns loquentem etiam specie Dei, non solùm in dormiēdo, sed etiam in vigilando. Vnde dicitur Exod. 33. quòd loquebatur ei Dominus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Tertiò, quantum ad denuntiationem, quia loquebatur toti populo fidelium ex persona Dei, quasi de nouo legem proponens: alij verò prophetæ loquebantur ad populum in persona Dei, quasi inducentes ad obseruantiam legis Moysi: secūdum illud Malach.4. Memētote legis Moysi serui mei. Quartò, quantum ad operationem miraculorum, quæ fecit toti populo infidelium. Vnde dicitur Deuter. vltimo, Non surrexit vltrà propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciē in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Aegypti, Pharaoni & omnibus seruis eius, vniuersęque terræ illius.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ prophetia d Dauid ex propinquo attingit visionem Moysi, quantū ad visionem intellectualem: quia vterque accepit reuelationem intelligibilis & supernaturalis veritatis absque imaginaria visione. Visio tamen Moysi fuit excellentior, quantum ad cognitionem diuinitatis: sed Dauid plenius cognouit & expressit mysteria incarnationis Christi.

¶ Ad secundum dicendū, quòd illa signa illorū prophetarū fuerunt maiora secūdum substantiā facti, sed tamē miracula Moysi, fuerunt maiora secundū modum faciendi: quia sunt facta toti populo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Ioannes pertinet ad nouum Testamentum, cuius ministri præferuntur etiam Moysi, quasi magis reuelatè speculantes: vt habetur 2. ad Corinth.3.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum aliquis gradus prophetiæ sit etiam in Beatis.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis gradus prophetię est etiam in Beatis. Moyses enim, vt dictum est*, vidit diuinam essentiam qui tamē propheta dicitur. Ergo pari ratione Beati possunt dici prophetæ.

¶2 Præt. Prophetia est diuina reuelatio: sed diuinæ reuelationes fiunt etiā angelis beatis: ergo angeli beati possunt dici prophetæ.

¶3 Prǫterea, Christus ab instanti conceptionis fuit cōprehensor. Et tamen ipse prophetam se nominat, Matth.13. vbi dicit, Non est propheta sine honore nisi in patria sua. ergo etiam cōprehensores & Beati possunt dici prophetæ.

¶4 Pręt. De Samuele dicitur Eccles.46. Exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis. ergo eadem ratione alij Sancti post mortem possūnt prophetæ dici.

¶SED CONTRA est, quod 2. Pet. primo sermo propheticus comparatur lucernæ lucenti in caliginoso loco: sed in beatis nulla est caligo. ergo non possunt dici prophetæ.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ prophetia importat visionem quandam alicuius supernaturalis veritatis, vt procul existentis. Quod quidem contingit esse dupliciter. Vno modo ex parte ipsius cognitionis, quia videlicet veritas supernaturalis non cognoscitur in seipsa, sed in aliquibus suis effectibus. Et adhuc erit magis procul si hoc sit p figuras corporaliū rerū, quā per intelligibiles effectus: & talis maxime est visio ꝓphetica, q̄ fit per figuras & similitudines corporalium rerum. Alio modo visio est ꝓcul ex parte ipsius videntis: qui scilicet non est totaliter in vltimam perfectionē adductus: secundum illud 2. ad Cor.5. Quādiu in corpore sumus, peregrinamur à Domino. Neutro autē modo Beati sunt procul. Vnde non possunt dici prophetę.

¶AD PRIMVM ergo dicendū ꝙ visio d illa Moysi fuit raptim per modum passionis, nō autem permanens per modum beatitudinis. Vnde adhuc videns erat procul. Propter hoc non totaliter talis visio amittit rationem prophetiæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd angelis fit reuelatio diuina, nō sicut procul existentibus, sed sicut totaliter Deo coniūctis. Vnde talis reuelatio non habet rationem prophetiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus simul erat comprehensor & viator. d In quantum ergo erat comprehensor, non competit sibi ratio prophetiæ, sed solum inquantum erat viator.

¶Ad quartum dicendū, quòd etiam Samuel nondum peruenerat ad statū beatitudinis. Vnde (etsi voluntate Dei ipsa anima Samuelis Sauli euentum belli prę nuntiauit, Deo sibi hoc reuelante) pertinet ad rationem prophetiæ. Non autem est eadem ratio de Sanctis, qui sunt modò in patria. Nec obstat, quòd arte dæmonū hoc dicitur factum: quia etsi dęmones animam alicuius Sancti euocare non possunt, neque cogere ad aliquid agendū, potest tamen hoc fieri diuina virtute: vt dum dæmon consulitur, ipse Deus per suum nuntium veritatem enūtiet. Sicut per Heliam veritatem respondit nuntiis Regis, qui mittebantur ad consulendum Deum Acharō, vt habetur 4. Reg.1. Quāuis etiā dici posit, quòd nō fuerit anima Samuelis, sed dæmon ex persona eius loquens: quem sapiens Samuelem nominat: & eius prænuntiationem propheticam, secundum opinionē Saulis & astantium, qui ita opinabantur.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum gradus prophetiæ varientur secundum temporis processum.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd gradus prophetiæ varientur secundum temporis processum: prophetia enim ordinatur ad cognitionem diuinorum, vt ex dictis patet*. Sed sicut dicit* Greg. per successiōes tēporū creuit diuinæ cognitionis augmentum. ergo & gradus & prophetię secundum processum temporis debent distingui.

art. præc. & ar.1.q.171. — c.27.to.3.

excellentissimus propheta. Et contra primam rationem obiicit dupliciter. Primò, Claritas cognitionis actum prophetandi excludens, non cōstituit excellentiorē gradum prophetiæ. Sed visio diuinæ essentiæ excludit actum prophetandi sicut & actum fidei: quia vterque est necessario ænigmaticus: ergo. Præterea, Si hæc ratio valeret, sequeretur quòd Moyses fuisset excellentior Apostolis, excepto Paulo. Et tenet sequela: quia Moyses vidit diuinam essentiam: alij autem Apostoli non. Consequens reprobatur in hac litera: dum ministri noui Testamenti præferuntur Moysi. Contra secundam rationem obiicit: quia denuntiatio est aliquid consequens cognitionem ꝓpheticam: non ergo variat gradum prophetiæ. Contra quartam rationem literæ de confirmatione obiicit: quia confirmatio per signum consequitur etiam prophetiam. Vnde & Ioannes Baptista nullum signum fecit, vt dicitur Ioan.10. & tamen à dicto Doctore præfertur Moysi.

D.1069. ¶ Secundum dubium est circa conclusionem, contra quam arguit idem, volens quòd Dauid sit simpliciter excellentior. Primò, quia Moyses non habuit toties, nec ita cōmuniter, illustrationes, secundum visionem purè intellectualem, sicut Dauid, secundi Reg.23. Pręterea, Dauid plenius & clarius cognouit & expressit mysteria Christi, quàm Moyses secundum dictum Doctorem. Ergo prophetia Dauid sortitur quandam excellentiam ex hoc, quòd Christi mysteria sic expressit. Probatur sequela: quia lex & prophetæ ordinantur ad Christum sicut finem: finis autem nobilior est his quæ sunt ad finem. Et cōfirmatur, quia Gregorius Homilia 4. super Ezech. dicit quòd Dauid clariorem cognitionē quàm Moyses habuerit.

¶ Ad primum dubium dicitur cum Autore in articulo sequenti in responsione ad primum, ꝙ visio diuinæ essentiæ raptim per modum passionis, non excludit actum prophetandi: quia est visio procul ex parte vidētis. Nec est similis ratio de actu fidei, quæ est non apparentium. Nec est verum quòd actus propheticus est necessariò ænigmaticus, iuxta illud Numer. 12. Palam & non per ænigmata Deum videt.

*Suprà q.173. artic.1.cor.& 1. q.7.art.1. cor. & 1. Co.13.lect. 3 co.1. — * Art. præc.*

¶ Ad aliam obiectionem dicitur, quòd consequentia valeret, si seruaretur identitas status: sed variato statu, non valet. Nam ministri noui Testamenti ratione status, id est reuelatæ gratiæ, præferuntur Moysi, & non ratione maioris visionis, quàm fuerit visio diuinæ essentiæ. Propter quod ratio illa valet respectu status ante nouum testamentū, simpliciter loquendo.

¶ Ad obiecta contra secundam & quartam rationes dicitur, quòd licet denuntiatio & confirmatio sequantur essentiam prophetiæ: quia tamen spectant ad conditiones prophetarum, vt sic: ideo ad excellentiam prophetæ bene inductæ sunt & malè improbantur, quia non ad excellentiam essentialem prophetiæ inductæ sunt, sed ad excellentiam prophetæ secundum illas conditiones: vt sic secundum omnes cōditiones inueniatur Moyses superior.

¶ Ad secundum dubium dicitur quòd primæ obiectionis assumptum ea facilitate potest negari, qua affirmatur: quia non habet ex Scriptura autoritates. Secunda verò nobilitatem prophetiæ Dauid quo ad secundariū ostendit. Nam principale est diuinitas, in cuius cognitione excellit Moyses. Christus autem vtranque naturam habet. Vnde ex hoc nihil concluditur: autoritas Greg. de cognitione mysteriorum Christi intelligitur & nō simpliciter. *D. 486.*

D.1168.

¶ *Super Quæstionis centesimæseptuagesimæquartæ Articulum quintum.*

IN articulo quinto eiusdem quæstionis hoc solum scribendum occurrit, quòd visio Dei per essentiam ad prophetiam descendit, vt res superioris ordinis, & per accidens, scilicet ratione modi, scilicet quia per modū passionis & secundum quid: quia quo ad hoc ꝙ videns, adhuc erat procul. Et hæc denotantur in litera cū subditur. Et propter hoc non totaliter admittit rationem prophetiæ talis visio. Parum enim quid habere prophetiæ dicitur, quod non totaliter excludit illam.

¶ *Super Quæstionis centesimæseptuagesimæquartæ Articulum sextum.*

IN articulo sexto eiusdem quæst. aduerte ꝙ Adonai (vt in litera dicitur) ponitur ad denotandum aliud Dei nomen ineffabile, significans Dei essentiam ex parte ipsius essentiæ: vt in primo libro dictum est de nomine tetragrāmaton. Illud enim idem ineffabile nomen quod supponimus, significatur hic per Adonai. *1.q.17.ar.5.ad 5. Et veri.q.12. ar.14.ad 1. *q.173. art.4.*

¶ In eodem articulo in responsione ad secūdum aduertē Autorem reddere rationem duorum, sci- ** Hom. 16. in Ezech. à medio.*

Universidad de Deusto Biblioteca

¶2 Pręt. Reuelatio prophetica fit per modum diuinæ allocutionis ad hominem. A prophetis autem ea quę sunt eis reuelata, denũtiantur & verbo & scripto. Dicitur enim 2. Reg.3. quòd ante Samuelẽ sermo Domini erat pretiosus, id est rarus, qui tamen postea ad multos factus est. Similiter etiã non inueniuntur libri prophetarũ esse conscripti ante tempus Isaię, cui dictum est, Sume tibi librũ grãdem, & scribe in eo stylo hominis: vt patet Isa. 8. Post quod tempus plures prophetæ suas prophetias cõscripserũt. Ergo videtur quòd secundum processum temporũ profecerit prophetiæ gradus.

¶3 Præt. Dominus dicit Matth.11. Lex & prophetæ vsque ad Ioannem prophetauerunt. Postmodum autem fuit donum prophetię in discipulis Christi multo excellentius, quàm fuerit in antiquis prophetis: secundum illud ad Ephes.3. Aliis generationibus non est agnitũ filiis hominum, scilicet mysterium Christi, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & prophetis in spiritu. ergo videtur quòd secundum processum temporis creuerit prophetiæ gradus.

¶SED CONTRA est, quia Moyses fuit excellentissimus prophetarũ, vt dictum est* [Art. 4. & 5. præcedentibus.], qui tamen alios prophetas præcessit. Ergo gradus prophetiæ nõ ꝓfecit secundum temporis processum.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum est* [ar.1.3. & 4. & q. 173. ar.4.], prophetia ordinatur ad cognitionem diuinæ veritatis, per cuius contemplationẽ nõ solùm in fide instruimur, sed ẽt in nostris operibus gubernamur, secũdum illud Psal.42. Emitte lucẽ tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt. Fides autẽ nostra in duobus principaliter consistit. Primò quidem, in vera Dei cognitione, secundũ illud Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia est. Secundò, in mysterio incarnationis Christi, secundum illud Ioan. 14. Creditis in Deum: & in me credite. Si ergo de prophetia loquamur inquantũ ordinatur ad fidẽ Deitatis, sic quidẽ creuit secundum tres temporum distinctiones, scilicet ante legem, sub lege, & sub gratia. Nam ante legem Abraham & alij Patres propheticè sunt instructi de his, quæ pertinent ad fidem Diuinitatis. Vnde & prophetæ nominantur, scdm illud Psal.104. In prophetis meis nolite malignari. Quod specialiter dicitur propter Abraham & Isaac. Sub lege autem facta est reuelatio prophetica de iis q̃ pertinent ad fidẽ Diuinitatis excellentius q̃ antè: quia iam oportebat circa hoc institui non solũ speciales personas, aut quasi dam familias, sed totum populum. Vnde Dñs dixit Moysi, Exo. 6. Ego Dominus, q apparui Abrahã, Isaac, & Iacob, in Deo omnipotente, & nomẽ meũ Adonai non indicaui eis: quia s. pcedẽtes Patres fuerunt instructi in fide de omnipotentia vnius Dei. Sed Moyses postea plenius fuit ĩstructus de simplicitate diuinę essentię, cũ dictũ est ei Exod.3. Ego sum q sum: qđ q dẽ nomẽ significatur à Iudęis p hoc nomen Adonai, propter venerationẽ illius ineffabilis nominis. Postmodũ verò tẽpore gratiæ ab ipso filio Dei reuelatũ est mysterium Trinitatis: secũdũ illud Mat. vltimo, Euntes docete oẽs Gẽtes, baptizãtes eos in nomine Patris & Filij & Spiritussancti. In singulis tamẽ statibus prima reuelatio excellẽtior fuit. Prima autẽ reuelatio ante legẽ facta est Abrahæ: cuius tempore cœperũt hoĩes à fide vnius Dei deuiare, ad idololatriã declinando. Ante aũt non erat necessaria talis reuelatio omnibus in cultu vnius Dei persistẽtibus. Isaac verò facta est inferior reuelatio, quasi fundata super reuelatione facta Abrahæ. Vnde dictũ est ei Genes. 26. Ego sum Deus Abraham patris tui: & similiter ad Iacob dictũ est Gen.28. Ego sũ Deus Abrahã patris tui, & Deus Isaac. Et similiter in statu legis prima reuelatio facta Moysi excellentior fuit, supra quam fundatur oĩs alia prophetarũ reuelatio: ita etiam in tẽpore gratiæ super reuelatione facta Apostolis de fide vnitatis & Trinitatis fundatur tota fides Ecclesiæ, secundũ illud Mat.16. Super hanc petrã, s. cõfessionis tuę, ędificabo ecclesiã meã. Quantũ verò ad fidẽ incarnationis Christi, manifestũ est ꝙ quãto fuerunt Christo propinquiores siue antè siue post, vt plurimũ plenius de hoc instructi fuerũt. Post aũt plenius q̃ ante, vt Apostolus dicit ad Eph.2. Quantũ vero ad directionẽ humanorũ actuũ prophetica reuelatio diuersificata est, nõ secundũ tẽporis processum, sed secũdũ conditionẽ negotiorũ: quia vt dicitur Prouerb. 29. Cùm defecerit prophetia, dissipabitur populus. Et ideo quolibet tẽpore instructi sunt hoĩes diuinitus de agẽdis secundũ quod erat expediens ad salutem electorum.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ dictum Greg. intelligendum est de tempore ante Christi incarnationẽ, quantũ ad cognitionem huius mysterij.

¶Ad secundũ dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit 18. de Ciuitate Dei* [cap.27.] Quemadmodum regni Assyriorum primo tempore extitit Abraham, cui promissiones apertissimè fierent, ita in Occidentalis Babylonis, id est Romanę vrbis exordio, qua imperante, fuerat Christus vẽturus, in quo impleretur illa ꝓmissa oracula ꝓphetarũ non solùm loquentiũ, verũ ẽt scribẽtiũ, in tantæ rei futuræ testimoniũ soluerentur, s. promissiones Abrahæ factę. Cũ enim prophetæ nũquam ferè defuissent populo Israel, ex quo ibi reges esse cœperunt, in vsum tantũmò eorum fuere, nõ gentiũ. Quãdo aũt scriptura prophetica manifestius cõdebatur, quæ gẽtibus qñque prodesset: tunc cõdebatur hæc ciuitas, s. Romana, quæ gentibus imperaret. Ideo aũt maximè tempore Regũ oportuit prophetas in illo populo abundare: quia tunc populus nõ opprimebatur ab alienigenis, sed ꝓpriũ Regẽ habebat. Et ideo oportebat p ꝓphetas eũ instrui de agendis, quasi libertatẽ habẽtẽ.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ prophetæ pnũciantes Christi aduentũ, non potuerunt durare nisi vsque ad Ioan. qui psentialiter Christũ digito demonstrauit. Et tamen vt Hiero. ibidẽ* [Matt. 11. to.9.] dicit, non hoc dicit vt post Ioannẽ excludat prophetas. Legimus em̃ in Actibus Apostolorũ & Agabũ ꝓphetasse, & quatuor virgines filias Philippi. Ioannes ẽt librũ propheticum cõscripsit de fine Ecclesiæ: & singulis tẽporibus non defuerunt aliqui prophetię spiritum habentes, non quidẽ ad nouam doctrinã fidei depromendã, sed ad humanorũ actuũ directionẽ: sicut Aug. refert 5. de Ciuit. Dei* [c.26. to.8.], ꝙ Theodosius Aug. ad Ioannem in Aegypti eremo constitutũ, quẽ prophetandi spiritu præditũ fama crebescente didicerat, misit: & ab eo nũtium victoriæ certissimum accepit.

QVÆSTIO CENTESIMAseptuagesimaquinta, de Raptu, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de raptu. ¶Et circa hoc quæruntur sex. ¶Primo, vtrum anima hominis rapiatur ad diuina. ¶Secundò, vtrum raptus pertineat ad vim cognoscitiuam vel appetitiuam. ¶Tertiò, vtrum Paulus in raptu viderit diuinam essentiam. ¶Quarto, vtrum fuerit alienatus à sensibus. ¶Quintò, vtrum fuerit totaliter anima à corpore separata in statu illo. ¶Sexto, quid circa hoc sciuerit & quid ignorauerit.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum anima hominis rapiatur ad diuina.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ anima hominis non rapiatur ad diuina. Diffinitur enim à quibusdam raptus ab eo quod est secundum naturam, in id quod est supra naturã, vi superioris naturę eleuatio. Est autem secũdum naturã hominis vt ad diuina eleuetur. Dicit enim Aug. ĩ principio Cõfes* [li.1.c.1. to.1.]. Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrũ, donec requiescat ĩ te. Nõ ergo hominis anima rapitur ad diuina.

¶2 Præt. Dio. dicit 8. ca. de Diu. no. ꝙ iustitia Dei in hoc attenditur, quòd omnibus rebus distribuit secundũ suum modum & dignitatem: sed quòd aliquis eleuetur supra id quod est secundum naturã, non pertinet ad modum hominis vel dignitatem: ergo videtur quòd non rapiatur mens hominis à Deo in diuina.

¶3 Præt. Raptus quandam violentiã importat: sed Deus non regit nos per violentiam & coactè, vt Damas* [li.2.c.30.]. dicit. Non ergo mens hominis rapitur ad diuina.

¶SED CONTRA est, quod 2. ad Cor. 12. dicit Apostolus, Scio hominem in Christo raptum vsque ad tertium cælum. Vbi dicit glo* [Glo. ordi.]. raptum, id est contra naturam eleuatum. [Veri q.13. ar.1. et ar.2. ad 9 et 2. Cor. 12. co.4.]

¶RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ raptus violentiam quandam importat, vt dictũ est.* [Argu. 3.] Violentum autem dicitur, cuius principium est extrà, nil conferente eo quod vim patitur, vt dicitur 3. Eth* [capi.]. Cõfert autẽ vnumquodq; ad id in quod tẽdit secundum propriã inclinationem vel voluntariam vel naturalem. Et ideo oportet quòd ille qui rapitur ab aliquo exteriori, rapiatur in aliquid quod est diuersum ab eo in quod eius inclinatio tẽdit. Quæ quidem diuersitas attenditur dupliciter. Vno quidem modo, quantũ ad finem inclinationis: puta, si lapis qui naturaliter inclinatur ad hoc quòd feratur deorsum, proiiciatur sursum. Alio modo, quantum ad modum tendendi, puta si lapis velocius proiiciatur deorsum, quàm sit motus eius naturalis. Sic igitur & anima hominis dicitur rapi in id qđ est præter naturam. Vno modo, quantũ ad terminum raptus: puta, quando rapitur ad pœnas: secundũ illud Psal. 49. Ne qñ rapiat, & non sit qui eripiat. Alio mõ, quantum ad modum homini cõnaturalem, qui est vt per sensibilia intelligat veritatem. Et ideo quando abstrahitur à sensibilium apprehensione, dicitur rapi, etiam si eleuetur ad ea ad quæ naturaliter ordinatur: dum tñ hoc non fiat ex propria intentione, sicut accidit in somno, qui est secundum naturam. Vnde nõ potest propriè raptus dici. Huiusmodi autem abstractio ad quemcunque fiat, potest ex triplici causa contingere. Vno modo ex causa corporali: sicut accidit in iis qui propter aliquam infirmitatem alienationem patiuntur. Secundo modo, ex virtute dæmonum, sicut patet in arreptitiis. Tertiò modo, ex virtute diuina, & sic loquimur nũc de raptu, prout s. aliquis spiritu diuino eleuatur ad aliqua supernaturalia cum abstractione à sensibus, secundum illud Ezech.8. Spiritus eleuauit me inter cælum & terram, & adduxit me in Hierusalem in visione Dei. Sciendum tamen quòd rapi quandoque dicitur aliquis non solum propter alienationem à sensibus, sed etiam propter alienationem ab iis quibus intendebat: sicut cum aliquis patitur euagationem mentis præter propositum. Sed hoc non ita propriè dicitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ ꝙ naturale est homini vt in diuina tendat per sensibilium apprehensionem: secundũ illud Rom.1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sed iste modus, quòd aliquis eleuetur ad diuina cum abstractione à sensibus, non est homini naturalis.

¶Ad secundum dicendum, quòd ad modum & dignitatẽ hominis pertinet, ꝙ ad diuina eleuetur ex hoc ipso ꝙ hõ factus est ad imaginẽ Dei. Et quia bonũ diuinũ in infinitum excedit humanam facultatem, indiget homo vt supernaturaliter ad illud bonum capessendum adiuuetur, quod fit per quodcunque beneficium gratiæ. Vnde ꝙ sic eleuetur mẽs à Deo per raptũ, non est contra naturam, sed supra facultatem naturæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd verbum Damasceni est intelligendum quantum ad ea quæ sunt per hominem faciẽda Quãtũ verò ad ea q̃ excedunt liberi arbitrij facultatẽ, necesse est ꝙ homo quadam fortiori operatione eleuetur. Quæ quidẽ quãtum ad aliquid potest dici coactio, si scilicet attendatur modus operationis, non autem si attendatur terminus operationis, in quem natura hominis & eius intentio ordinatur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum raptus magis pertineat ad vim cognoscitiuam quàm ad vim appetitiuam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd raptus magis pertineat ad vim appetitiuam quàm ad vim cognoscitiuam. Dicit enim Dio.4.c. de Diui.no. Est autem ecstasim faciens diuinus amor: sed amor pertinet ad vim appetitiuam. ergo & ecstasis siue raptus.

¶2 Pręt. Gre. dicit in secũdo Dialogorũ* [cap.3.], ꝙ ille qui porcos pauit, euagatione mentis & immunditiæ, sub semetipso cecidit. Petrus verò quẽ Angelus soluit, eiúsque mentem in ecstasi rapuit, non extra se quidẽ, sed supra semetipsum fuit. Sed ille filius prodigus per affectũ in inferiora delapsus est: ergo etiã & illi qui rapiuntur in superiora, per affectum hoc patiuntur.

licet quare sermo Domini erat ante Samuelem & reges, rarus. Et hoc dicit in calce responsionis: & quare prophetia cœpit scribi tempore Isaiæ. Quia scilicet tunc erat exordium Romanæ vrbis, qua imperante erat Christus venturus, & impleturus omnium prophetarum oracula, ac extensurus promissam salutem vniuerso orbi. Decuit siquidem simul incipere Scripturam & cui scriberetur. Populus Israel non egebat Scriptura habens coram prophetas. Gentiles per Christũ adunandi sub Ro. Eccl. egebant Scriptura. Et ideo simul Scriptura prophetica & Ro. cœperunt. Hanc rationem non ausus essẽ dicere, nisi autoritas August. in 18. de ciuit. Dei, allata in litera, me fouet.

¶In responsione ad tertium eiusdem artic. nota bene contra nouos prophetas & specialiter quẽdam Amadæum, qui (vt aiunt) librum edidit, nouam doctrinam eorum quæ ad fidei christianæ mysteria spectant, introducere conantem, & suos sequaces ac similes. Omnes enim tales hic damnantur ab Autore, cùm dicitur, non defuerunt singulis temporibus prophetiæ spiritum habentes, nõ quidem ad nouam doctrinam fidei depromendam. Non dicit, non quidem ad nouam fidem, sed ad nouam doctrinam fidei. Ita quòd non solam nouam fidem depromẽtes, qui etiam si angeli de cęlo essent, excommunicati sunt à Paulo: sed nouam doctrinam fidei afferentes, procul ab Ecclesia & prophetis sunt, sicut si docerẽt alium oportere esse ritum sacramentorum, ab illo quem communiter Ecclesia seruat, aut si alia Euangeliis, aut sacræ Scripturæ apponerent, tanquam sacræ scripturæ partem. Aut si aliquos actus secundum fidei doctrinam illicitos dicerent licitos, aut aliquid huiusmodi. Quæ fidei Christianæ doctrina horret, siue quia directè fidei aduersantur, siue quia ex consequenti fidei contrariantur, vt illi qui fatentur se nosse Deum, factis autem negant, Deo contrariantur.

¶In eodem ar. in eadẽ responsione ad tertiũ, circa id quod ibi dicitur, s. ꝙ singulis temporibus non defuerunt habentes spiritum prophetiæ ad humanorum actuum directionem dubium occurrit, an tales crediti prophetæ audiẽdi sint in his quæ dicunt se ex spiritu prophetiæ habere. Et videtur quòd sic: tum quia aliter in vanum daretur prophetiæ spiritus qui ad vtilitatem Ecclesiæ tanquam finem ordinatur. Et fieret contra illud Apostoli 1. ad Thes.5. Prophetias nolite spernere. Tum quia Isaac obediuit præcepto Abrahæ circa mortem suipsius, quæ erat contra omne ius, tum quia mulier fornicaria, quæ genuit ex Osee propheta, excusata est à fornicatione. In oppositum autem est, quòd daretur per hoc via inobediẽtiis & impudicitiis, & aliis singularibus excessibus hominum illorum, qui dicerent se hæc patrare ex iussu huiusmodi prophetarum.

¶Ad huius euidẽtiam sciendũ est, ꝙ cum duplices sint actus humani, quidam spectantes ad publica officia, & prę sertim ecclesiastica: vt prędicare, celebrare, sententias ferre in iudicio, & similia. Et circa hęc non versatur prę sens quęst. quoniam clara huius quæstionis solutio habetur extra, de hęreticis, cap. Cũ ex iniuncto. Vbi dicenti se inuisibili missione à Deo missum, publica fides negatur nisi miraculo vel specialis Scripturæ testimonio id cõfirmet. Hinc enim patet ꝙ quacũq; persona ꝓphetãte de nouo, nõ sunt publici actus dirigendi secũdũ illi⁹ ꝓphetiã: qm̃ Ecclesia fidẽ eis publicã negat nisi aliquod dictorũ testimoniorũ efficaciter adesset. Alij verò actus humani priuatarum sunt personarum, & in his distinguendũ est. Quoniam quidam diriguntur ab huiusmodi prophetis conformiter ad vniuersales Ecclesiæ regulas, & in his, quia nullum periculum est, quilibet potest in suo sensu abundare, vt dirigat suos actus secundum arbitrium huiusmodi prophetarũ. Quidam verò diriguntur difformiter ad ecclesiasticos mores, siue communes totius Ecclesiæ, siue particulares alicuius religionis, & huiusmodi: & hoc siue in veritate sit ista difformitas, siue habeat speciem deformitatis, & in istis huiusmodi prophetæ nec audiendi nec fouendi sũt aliquo modo, nisi (vt dictum est) fides publica ab Ecclesia eis deberetur. Manifestatur autem hoc ratione & autoritate. Ratione quidem, quoniam recta ratio exigit vt in directione actuũ nostrorum certum præponatur dubio, quo ad bonitatem vel malitiã. Cõstat autem ꝙ regulare actus nostros conformiter ad diuinas ecclesiasticásque leges & mores bonum proculdubio est. Et declinare ab illis, malum similiter proculdubio est. An autem Deus in veritate illuminauerit huiusmodi prophetas, & potestatem dederit præcipiendi oppositum, aut dispẽsandi in huiusmodi, nulla euidẽti certitudine constat nobis, quãuis ipsi hoc dicerent & iurarent. Et sic hoc tãquã incertũ & ambiguũ postponendũ est certæ & infallibili regulæ diuinæ seu humanæ, qua irreprehensibiliter hactenus actus nostros regulauimus. Autoritate verò. Nã Paulus Apostolus vbi supra, cum dixisset, Prophetias nolite spernere, statim subiunxit tria documenta ad hoc, dicẽs, Omnia autem probate, quòd bonũ est tenete, ab omni specie mala abstinete vos. Vbi sic venerari prophetias docet, vt primò probemus omnia quæ dicũt, & in hac discussione, includitur assignata ratio, vt scilicet certa præponantur incertis vbi periculum imminet. Deinde ad electionẽ boni nos cogit. Et demũ nõ solum ab abstinentia mali, sed etiam ab his quæ habent mali speciẽ cauẽdũ præcipit, ac si apertè diceret, Nolite spernere prophetas, qui de nouo apparent. Veruntamẽ estote prudentes & cauti: nec ad malũ nec ad speciẽ mali propter eos declinetis, sed bonum tantummodo amplectamini. Constat enim bonum & malum in actibus humanis secũdum conformitatẽ & deformitatẽ ad diuinas humanásque, præcipuè ecclesiasticas leges attendi. Quocirca non excusantur qui ex iussu vel licentia huiusmodi prophetarum, credentes eos Spiritu afflatos diuino, aliquid cõmittunt ex suo genere malũ: vel habens speciem mali: vt faciunt hi qui amplexibus seu impudicitiis propterea operam dant, delicias pompásque assumunt, nouitates singulares, quas nescierunt patres eorum, sub specie sanctitatis introducunt. Non sunt enim hęc nisi carnis opera, & aliena à fructibus Spiritus, vt patet ad Gal.5. Et propter ea si actus fiant peccati mortalis ex suo genere, peccant proculdubio mortaliter tales actus facientes, vtpote non excusati: quoniã iuris diuini, quale hoc est, ignorantia non excusat.

¶Ad primum ergo in oppositum dicitur, quòd prophetia datur ad vtilitatẽ, iuxta tamen conditionem prophetæ. Nam prophetia prophetarum receptorum ab Ecclesia, datur ad vtilitatem, vt quid necessariò amplectendum. Prophetia verò prophetarum non receptorum ab Ecclesia, datur ad vtilitatẽ, tanquam aliquid prius probandum & discutiendum, antequam cum periculo aliquo amplectatur. Nec hoc est spernere prophetias, sed eas probare.

¶Ad scdm dicitur dupliciter, primò, ꝙ Isaac nõ cooperabatur morti suę, sed patienter tolerabat illã, sicut martyres potentes euadere, & tamen sponte suscipientes martyriũ. Et propterea ipse certitudine adhæsionis tantum, tenens patrem suum inspiratum à Deo, nullum actum fecit ex suo genere mortalem. Dicitur secundò, quòd Abraham erat iam propheta receptus in Ecclesia: ex quo iã circuncisionem acceperat Deo ipso mediante: & propterea sicut nos credentes doctrinæ prophetarum receptorum in Ecclesia, licitè talem cultum reprobamus, & talẽ amplecti tenemur: ita Isaac tenebatur credere reuelationi factæ patri suo. Non est autem simile de istis prophetis de quibus loquimur, qui diuersis apparẽt temporibus, quoniã eis nõ tenemur credere.

¶Ad vltimum de muliere fornicante Oseæ dicitur quòd si (vt multi putant) verè concubitus fornicarius ex suo genere ille fuit, cùm mulier illa peccatrix esset, non oportet laborare ad excusandum ipsam à peccato. Constat enim quòd si aliud non interfuit nos latens, excusata non fuit à peccato mortali. Sicut nec hodie excusaretur quæcunque mulier permittens se cognosci à quocunque sanctissimo homine & propheta reputato, qui non esset suus maritus.

¶ Super Quæstionis centesimæseptuagesimæquintæ Articulum primum.

IN articulo primo & secundo simul quæstionis 175. dubium occurrit, cur abstractionis à sensibus ĩ primo articulo Author tres tantùm assignauerit causas, scilicet ægritudinem, dæmonem, & Deum, cum constet quartam inueniri causam ab ipso expressam in secundo articulo & alibi, s. vehementiam amoris, seu intentionis animæ. Et augetur dubium: quoniã inuenitur Socrates apud Aulum Gellium de noctibus Atticis libro secundo, quòd perdius atque per nox immobilis abstract⁹ manebat. Ipse etiam Autor vt in gestis eiusdẽ legitur, tam familiarẽ habebat huiusmodi obseruationem, vt etiam ad nutum illam habuisse videatur. Ad hoc dicitur quòd reuera abstractio à sensibus, præter illam quæ fit in somnio, à quatuor oritur causis iam dictis. Sed tres earum in primo articulo numeratæ sunt causæ extrinsecæ, & propterea ipsæ solæ ibidem numeratę sunt. Et de Deo quidem & dæmone clarum est quòd sunt extrinsecæ causæ. De corpore autem manifestatur ex hoc, ꝙ licet sit intrinsecũ homini, est tñ extrinsecũ aĩæ, quæ alienatur & abstrahitur à sensibus. Quarta verò intrinseca est, quoniã est ipsa intẽtio seu affectio animę, & propterea non est connumerata cum aliis. Ad id autem quod de Socrate dicitur, posset dici ꝙ ex vehemẽtia intentionis animæ abstrahebatur. Verũtamen Aristoteles in problemate magno de viris excellentibus, corporali causæ videtur tribuere. Existimauit siquidem illum maniacum. De autore autem particulariter quidem dici potest, quòd extrinseca causa alienabatur à sensibus, s. ex nimia intentione ad speculabilia, vel affectione ad fruibilia. Vniuersaliter autem in nullam possunt reduci corporis vel animæ causam illius raptus. Quoniam corporaliter eleuatus à terra, inspiciebatur, qđ & corporis & animæ vires excedit. Et propterea cùm sanctus Dei esset, proculdubio diuina rapiebatur virtute.

¶Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ quintæ Articulum tertium

In artic. 3. eiusdem q. 175. vbi de raptu Pauli ad videndam diuinam essentiam ineffabilitas verborum affertur, scrupulus mihi accidit, quoniã Paulus non dicit se vidisse, sed audisse. Ac per hoc ad minus quid se raptum dicit, quàm ad videndum Deum per essentiam. Audire enim verba arcana ineffabilia, non est videre Deum per essentiã: quoniam intuitus ille vnius est, non multorum: visus est, non auditus.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia non ex Scripturæ authoritate, sed diui Aug. & sequacium, creditur Paulum raptum vsque ad visionem diuinæ essentiæ: ideo non oportet tam propriè discutere seu intelligere verba illa ad opinandum oppositum.

¶ In responsione ad tertium eiusdem artic. dubium occurrit etiam de ipso habitu fidei in Paulo, quia videtur quòd frustra remanserit. Quoniam actualis visio alicuius rei non solum excludit actualem fidem respectu illius pro tunc, sed etiam in futurum. Qui enim semel vidit Romam, non credit amplius, si Roma esset incommutabilis, ipsã esse. Cum igitur Paulus supponatur vidisse diuinam essentiam, in qua omnia fidei mysteria relucent: postquam cessauit videre, non credebat amplius, sed certus erat certitudine præteritæ euidentiæ, cuius erat memor.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Paulus non vidit omnia, quæ sunt fidei in diuina essentia, cùm non viderit se in corpore vel extra corpus. Et propterea habitus fidei remansit in eo quo ad multa credenda exiturus in actum simpliciter. Quo ad illa verò, quæ vidit exiturus in actum sub conditione & præparatione animi, si etiam crederet si non vidisset. Et hac solutione vtendum est, cũ de visionibus prophetarum & earum fide est quæstio.

¶ Super duplex appetitus: scilicet intellectiuus, qui dicitur voluntas, & sensitiuus, qui dicitur sensualitas. Est autem proprium homini vt appetitus inferior subdatur appetitui superiori, & superior moueat inferiorẽ. Dupliciter ergo homo secundum appetitũ potest fieri extra seipsum. Vno modo, qñ appetitus intellectiuus totaliter in diuina tẽdit, prætermissis his in q̃ inclinat appetitus sensitiuus. Et sic Diony. dicit i quarto de Diu. no. quòd Paulus ex virtute diuini amoris ecstasim faciẽte, dicit, Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Christus. Alio modo, quãdo prætermisso appetitu superiori homo totaliter fertur in ea q̃ pertinent ad appetitum inferiorem: & sic ille qui porcos pauit, sub semetipso cecidit. Et iste excessus vel ecstasis plus appropinquat ad rationẽ raptus quàm primus: quia s. appetitus superior est magis homini proprius. Vnde qñ ex violentia appetitus inferioris abstrahitur à motu appetitus superioris, magis abstrahitur ab eo quod est sibi proprium: quia tamen non est ibi violentia, eo q̃ d voluntas potest resistere passioni, deficit à vera ratiõe raptus, nisi fortè tã vehemens passio sit, quòd vsum rationis totaliter tollat: sicut contingit in iis qui propter vehementiam iræ vel amoris insaniunt. Considerandum tamẽ quòd vterque excessus secundum appetitum existens, potest causare excessum cognoscitiuæ virtutis, vel quia mens ad quẽdã intelligibilia rapiatur alienata à sensibus, vel quia rapiat ad aliquã imaginariam visionem seu phantasticam apparitionem.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd sicut amor est motus appetitus respectu boni, ita timor est motus appetit⁹ respectu mali. Vñ eadã ratione ex vtroque põt causari excessus mentis, præsertim cũ timor ex amore causetur, sicut Aug. dicit 14. de Ciui. Dei*.

¶ 3 Præt. Super illud Psal. 30. In te Domini speraui, non confundar in æternum: dicit glo*. in expositione tituli, Ecstasis Græcè, Latinè dicitur excessus mentis: q̃ fit duobus modis, vel pauore terrenorũ, vel mẽte rapta ad superna & inferiorum oblita. Sed pauor terrenorum ad affectũ pertinet: ergo etiam raptus mentis ad superna, qui ex opposito ponitur, pertinet ad affectum.

¶ SED CONTRA est, quod super illud Psal. 115. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mẽdax, dicit gl*. Dicit hic ecstasis, cùm mens nõ pauore alienatur: sed aliqua inspiratione reuelationis sursum assumitur. Sed reuelatio pertinet ad vĩ intellectiuã: ergo & ecstasis siue rapt⁹.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ de raptu dupliciter loqui possum⁹. Vno mõ quantum ad id in qd aliquis rapitur. Et sic propriè loquendo raptus non potest pertinere ad vim appetitiuam, sed solum ad cognoscitiuam. Dictũ est enim*, q̃ raptus est præter propriã inclinationẽ eius quod rapitur. Ipse aũt motus appetitiuæ virtutis est q̃dã inclinatio ad bonum appetibile. Vnde propriè loquẽdo, ex hoc q̃ hõ appetit aliquid, non rapitur: sed p se mouetur. Alio modo põt considerari raptus quantum ad suam causam, & sic põt habere causam ex parte appetitiuæ virtutis. Ex hoc enim ipso q̃ appetit⁹ ad aliquid vehementer afficitur, potest cõtingere q̃ ex violentia affectus homo ab omnibus aliis alienetur. Habet etiã effectũ in appetitiua virtute, cùm aliquis delectatur in iis, ad quæ rapitur. Vnde & Apostolus dixit, se raptum non solùm ad tertium cælum, quod pertinet ad contẽplationem intellectus, sed etiam in paradisum, quod pertinet ad affectum.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ raptus addit aliquid supra ecstasim. Nã ecstasis importat simpliciter excessum à se ipso, secundũ quem s. aliquis extra suã ordinationẽ ponitur. Sed raptus super hoc addit violentiam quandã. põt igitur ecstasis ad vim appetitiuã pertinere, puta, cũ alicuius appetitus tẽdit in ea quæ extra ipsum sunt. Et secundũ hoc Diony sius dicit, q̃ diuinus amor facit ecstasim, inquantum s. facit appetitum hominis tendere ad res amatas. Vnde postea subdit, q̃ etiam ipse Deus, qui est omnium causa, per abundantiã amatoriæ bonitatis extra seipsum fit per prouidentiã ad omnia existentia. Quamuis enim expressè hoc diceretur de raptu, non designare tur, nisi quòd amor esset causa raptus.

¶ Ad secundum dicendũ, q̃ in homine est duplex appetitus: s. intellectiuus, qui dicitur voluntas, & sensitiuus, qui dicitur sensualitas. Est autem proprium homini vt appetitus inferior subdatur appetitui superiori, & superior moueat inferiorẽ. Dupliciter ergo homo secundum appetitũ potest fieri extra seipsum. Vno modo, qñ appetitus intellectiuus totaliter in diuina tẽdit, prætermissis his in q̃ inclinat appetitus sensitiuus. Et sic Diony. dicit i quarto de Diu. no. quòd Paulus ex virtute diuini amoris ecstasim faciẽte, dicit, Viuo ego, iam non ego: viuit verò in me Christus. Alio modo, quãdo prætermisso appetitu superiori homo totaliter fertur in ea q̃ pertinent ad appetitum inferiorem: & sic ille qui porcos pauit, sub semetipso cecidit. Et iste excessus vel ecstasis plus appropinquat ad rationẽ raptus quàm primus: quia s. appetitus superior est magis homini proprius. Vnde qñ ex violentia appetitus inferioris abstrahitur à motu appetitus superioris, magis abstrahitur ab eo quod est sibi proprium: quia tamen non est ibi violentia, eo q̃ d voluntas potest resistere passioni, deficit à vera ratiõe raptus, nisi fortè tã vehemens passio sit, quòd vsum rationis totaliter tollat: sicut contingit in iis qui propter vehementiam iræ vel amoris insaniunt. Considerandum tamẽ quòd vterque excessus secundum appetitum existens, potest causare excessum cognoscitiuæ virtutis, vel quia mens ad quẽdã intelligibilia rapiatur alienata à sensibus, vel quia rapiat ad aliquã imaginariam visionem seu phantasticam apparitionem.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd sicut amor est motus appetitus respectu boni, ita timor est motus appetit⁹ respectu mali. Vñ eadã ratione ex vtroque põt causari excessus mentis, præsertim cũ timor ex amore causetur, sicut Aug. dicit 14. de Ciui. Dei*.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum Paulus in raptu viderit Dei essentiam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Paulus in raptu non viderit Dei essentiam. Sicut enim de Paulo legitur q̃ est raptus vsque ad tertium cælum: ita & de Petro legitur Actuum 10. quòd cecidit super eum mentis excessus: sed Petrus in suo excessu non vidit Dei essentiam, sed quandã imaginariam visionem: ergo videtur quòd nec Paulus Dei essentiam viderit.

¶ 2 Præt. Visio Dei facit hominem beatum: sed Paulus in illo raptu non fuit beatus, alioquin nunquam ad vitæ huius miseriã rediisset, sed corpus eius fuisset per redundantiam ab anima glorificatum, sicut erit in sanctis post resurrectionẽ, quod patet esse falsum: ergo Paulus in raptu non vidit Dei essentiam.

¶ 3 Præt. Fides & spes esse non possunt simul cum visione diuinæ essentiæ: vt habetur primæ ad Corinthios decimotertio. Sed Paulus in statu illo habuit fidem & spem: ergo non vidit Dei essentiam.

¶ 4 Præterea, Sicut Aug. dicit 2. super Genes. ad literam,* secũdum visionem imaginariam quædã similitudines corporũ videntur. Sed Paulus in raptu dicitur quasdam similitudines vidisse: puta, tertij cæli, & paradisi: vt habetur secundæ ad Cor. 12. Ergo videtur esse raptus ad imaginariã visionẽ magis quàm ad visionem diuinæ essentiæ.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. determinat in libro de videndo Deũ, ad Paulinam*, quòd ipsa Dei substãtia à quibusdam videri potuit in hac vita positis, sicut à Moyse & Paulo, qui raptus audiuit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ quidã dixerunt Paulum in raptu non vidisse ipsam Dei essentiam, sed quandã refulgentiã claritatis ipsius. Sed contrarium manifestè Aug. determinat nõ solùm in lib. de videndo Deũ*, sed etiam 12. super Gen. ad literã, & habetur in glo. 2. ad Cor. 12. Et hoc etiam ipsa verba Apostoli designant. Dicit enim se audisse ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Huiusmodi aũt videntur ea q̃ pertinent ad visionẽ beatorũ, q̃ excedit statum viæ: secũm illud Isa. 64. Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti diligentibus te. Et ideo conuenientius dicitur, q̃ Deum per essentiam vidit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd mens humana diuinitus rapitur ad contemplandum veritatem diuinam, tripliciter. Vno modo, d vt contempletur eam per similitudines quasdam imaginarias. Et talis fuit excessus mentis, qui cecidit supra Petrum. Alio modo, d vt contempletur veritatem diuinam per intelligibiles effectus: sicut fuit excessus Dauid dicẽtis*, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Tertio modo, vt contempletur eam in sua essentia. Et talis fuit raptus Pauli & etiam Moysi. Et satis congruenter. Nam sicut Moyses fuit primus doctor Iudæorum, ita Paulus fuit primus doctor Gentium.

¶ Ad secũdũ dicendũ, d quòd diuina essentia videri ab intellectu creato non potest, nisi per lumen gloriæ de quo dicitur in Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumẽ. Quod tamẽ dupliciter participari potest. Vno modo, per modum formæ immanentis. Et sic beatos facit sanctos in patria. Alio modo, per modũ cuiusdã passionis transeuntis: sicut dictum est* de lumine prophetiæ. Et hoc modo d lumen illud fuit in Paulo, quando raptus fuit. Et ideo ex tali visione non fuit simpliciter beatus, vt fieret redundantia ad corpus, sed solum secũdum quid. Et ideo talis raptus aliquo modo ad prophetiam pertinet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia Paulus in raptu non fuit beatus habituraliter, sed solùm habuit actum Beatorum: consequens est vt simul tunc in eo non fuerit actus fidei: fuit tamen simul in eo fidei habitus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nomine tertij cæli potest vno modo intelligi aliquid corporeum. Et sic tertium cælum dicitur cælum empyreum, quod dicitur tertium respectu cæli aerei, & cæli syderei: vel potius respectu cæli syderei, & respectu cæli aquei siue crystallini. Et dicitur raptus ad tertium cælum, non quia raptùs sit ad videndum similitudinem alicuius rei corporeæ, sed propter hoc q̃ locus ille est contẽplationis Beatorũ. Vnde gl. dicit 2. ad Cor. 12. quòd cælum tertiũ est spirituale cælum, vbi angeli & sanctæ animæ fruuntur Dei contẽplatione. Ad quod cùm dicit se raptũ, signat quòd Deus ostendit ei vitam, in qua videndus est in æternum. Alio mõ per tertium cælum põt intelligi aliqua visio supermundana, q̃ potest dici tertiũ cælum triplici ratione. Vno mõ, secundum ordiné potentiarum cognoscitiuarum, vt primũ cælum dicatur visio supermundana corporalis, q̃ sit per sensum, sicut visa est manus scribentis in pariete, Daniel. 5. Secundum autem cælum sit visio imaginaria, puta quam vidit Isa. & Ioan. in Apoc. Tertium verò cælũ dicatur visio intellectualis. vt Aug. exponit 12. super Gen. ad literam*. Secundo modo potest dici tertium cælum secundũ ordinem cognoscibilium, vt primum cælũ dicatur cognitio cælestium corporum. Secundum cognitio cælestium spirituũ: tertium, cognitio ipsius Dei. Tertio mõ pot dici tertiũ cælum cõtemplatio Dei secundum gradus cognitionis, qua Deus videtur, quorum primus pertinet ad angelos infimæ hierarchiæ: secundus, ad angelos medię: tertius ad angelos supremæ, vt dicit glo. secundæ ad Corinth. 12. Et quia visio Dei non potest esse sine delectatione, propterea non solum se dicit raptum ad tertium cælum ratione contemplationis, sed etiam in paradisum ratione delectationis consequentis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum Paulus in raptu fuerit alienatus à sensibus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Paulus in raptu nõ fuerit alienatus à sensibus. Dicit enim Aug. 12. super Gen. ad literã*, Cur non credimus quòd tanto Apostolo doctori gentiũ rapto vsq; ad ipsam excellentissimã visionem voluerit Deus demonstrare vitam, in qua post hanc vitam viuẽdum est in æternum. Sed in illa vita futura Sancti post resurrectionem videbũt Dei essentiam absque hoc quòd fiat abstractio à sensibus corporeis. ergo nec in Paulo fuit huiusmodi abstractio facta.

¶ 2 Præt. Christus verè viator fuit, & cõtinuè visione diuinæ essentię fruebatur, nec tamen fiebat abstractio à sensibus, ergo nec fuit necessarium quòd in Paulo fieret abstractio à sensibus, ad hoc quòd essentiam Dei videret.

¶ 3 Præt. Paulus postquam Deum per essentiam viderat, memor fuit illorum q̃ in illa visione conspexerat. Vnde dicebat secundæ ad Cor. 12. Audiui arcana verba quæ non licet homini loqui. Sed memoria ad partem sensitiuam pertinet, vt patet per Philosophum in libr. de memoria & reminiscentia*. ergo videtur quòd etiam Paulus videndo Dei essentiam, non fuerit alienatus à sensibus.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit super Gen. ad literam*, Nisi ab hac vita quisque quodammodo moriatur, siue omnino exiens à corpore, siue auersus & alienatus à corporis sensibus, in illam non vehitur visionem.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ diuina essentia non potest ab homine videri per aliam vim cognoscitiuam, quàm per intellectum. Intellectus d autem humanus nõ conuertitur ad intelligibilia, nisi mediantibus phantasmatibus, quæ per species intelligibiles à sensibus accipit, & in quibus considerans de sensibilibus iudicat, & ea disponit. Et ideo in omni operatione, qua intellectus noster abstrahitur à phantasmatibus, necesse est quòd abstrahatur à sensibus. Intellectus autem hominis in statu viæ necesse est q̃ à phantasmatibus abstrahatur, si videat Dei essentiam. Non enim per aliquod phantasma potest Dei essentia videri, quinimò nec per aliquã speciem intelligibilem creatam, quia essentia Dei in infinitum excedit non solum omnia corpora, quorum sunt phantasmata, sed etiam omnem intelligibilem creaturam. Oportet autem cum intellectus hominis eleuatur ad altissimam Dei essentiæ visionem, vt tota mentis intentio illuc aduocetur, ita scilicet quòd nihil intelligat aliud ex phantasmatibus, sed totaliter feratur in Deum. Vnde d impossibile est quòd homo in statu viæ videat Deum per essentiam, sine abstractione à sensibus.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd sicut dictum est*, post resurrectionem in Beatis Dei essentiã videntibus fiet redũdantia ab intellectu ad inferiores vires & vsque ad corpus. Vnde secundum ipsam regulam diuinæ visionis, anima intẽdet phantasmatibus & sensibilibus. Talis autẽ redundantia non fit in his qui rapiũtur, sicut dictũ est*. Et ideo nõ est similis ratio.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd intellectus animæ Christi erat glorificatus per habituale lumen gloriæ, quo diuinã essentiã videbat multo amplius quàm aliquis Angelus vel homo. Erat aũt viator propter corporis passibilitatẽ, secundum quam pauluminus abangelis minorabatur, vt dicitur ad Heb. 2. dispẽsatiuè, & non propter aliquem defectum ex parte intellectus. Vnde non est similis ratio de eo & de aliis viatoribus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Paulus postquam cessauit videre Dei essentiam, memor fuit illorum quæ in illa visione cognouerat per aliquas species intelligibiles habituaiter ex hoc in eius intellectu relictas, sicut etiam abeunte sensibili remanent aliquæ impressiones in anima, quas postea conferens ad phantasmata memoratur. Vnde nec totam illam cognitionem aut cogitare poterat, aut verbis exprimere.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum anima Pauli in statu illo fuerit totaliter à corpore separata.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd anima Pauli in statu illo fuerit totaliter à corpore separata. Dicit enim Apostolus secundæ ad Corinth. 5. Quandiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus & non p speciẽ. Sed Paulus in statu illo non peregrinabatur à Domino, quia videbat Deum per speciem, vt dictũ est*: ergo non erat in corpore.

¶ 2 Præt. Potentia animæ non potest eleuari supra eius essentiam, in qua radicatur: sed intellectus, qui est potentia animæ, in raptu fuit à corporalibus abstractus per eleuationem ad diuinam contemplationem: ergo multo magis essentia animæ fuit separata à corpore.

¶ 3 Præt. Vires animæ vegetabilis sunt magis materiales quàm vires animæ sensitiuæ. Sed oportebat intellectũ abstrahi à viribus animæ sensitiuæ, vt dictum est*, ad hoc vt rapiatur ad videndam diuinã essentiam: ergo multo magis oportebat quòd abstraheretur à viribus animæ vegetabilis, quarum operatione cessante, iam nullo modo remanet anima corpori coniuncta. Ergo videtur quòd oportuit in raptu Pauli animam totaliter à corpore esse separatam.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. dicit in epist. ad Paulinam de videndo Deum*, Non incredibile est, sic quibusdam Sanctis nondum vita defunctis, vt sepelienda eorum cadauera remanerent, istam excellentiam reuelationis fuisse cõcessam, vt scilicet viderent Deum per essentiam. Non ergo fuit necessarium vt in raptu Pauli anima eius totaliter separaretur à corpore.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ in raptu, de quo nunc loquimur, virtute diuina eleuatur homo ab eo quod est secundũ naturam, in id quod est supra naturam. Et ideo duo considerare oportet. Primo q̃dẽ, quid sit homini secũm naturam. Secundò, quid diuina virtute in homine sit fiendum supra naturam. Ex hoc autem quòd anima corpori vnitur tanquàm naturalis forma ipsius, conuenit animæ naturalis habitudo ad hoc quòd per conuersionem ad phantasmata intelligat. Quod quidem ab ea non aufertur diuina virtute in raptu, quia non mutatur status eius, vt dictum est*. Manente autem hoc statu, aufertur ab anima actualis conuersio ad phantasmata & sensibilia, ne

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ quintæ Articulum quartum.

In artic. quarto eiusdẽ quæstionis centesimæ septuagesimæ quintæ in responsione ad tertium, aduerte quòd responsio ista, scilicet, quòd in Paulo vidente diuinam essentiam, relictæ fuerunt aliquæ species intelligibiles ex ipsa visione, sicut abeunte sensibili, remanent aliquæ impressiones in anima, quas conferens ad phantasmata, postea memoratur, potest dupliciter intelligi. Primò, quòd remanserint in intellectu Pauli species intelligibiles, quasi reliquiæ illius visionis, sicut contingit in nobis, quòd remanent reliquiæ lucis post visionem corporalem. Et hoc videtur sonare modus loquendi ipsius literæ, dũ dicit quòd relictæ fuerũt ex hoc ipso quòd videbat Deum. Et sic intellectus Pauli passiuè se habuisset ad huiusmodi participationem specierum. Alio modo potest intelligi, q̃ intellectus Pauli, dum videret Deum formauit sibi similitudines corũ quę videbat in Deo, & hoc ex naturali intellectus virtute, qua natus est ex quibusdam visis formare similitudinem alterius. Et hunc quidem secundum sensum, seu modum, expressit Auxor in 1. li. q. 12. art. 9. ad secundum. Primum autem modum hic tantùm insinuauit. Vterque tamen possibilis videtur.

¶ Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ quintæ Articulis quinque.

In artic. 1. eiusdem quæstionis in responsione ad tertium circa differentiã inter vires sensitiuas & vegetatiuas, quòd sensitiuę ex intentione animę, vegetatiuæ autem per modũ naturę operantur: & propter hoc oportet intentionem vehementem animæ abstrahere à sensitiuis & non à vegetatiuis, aduerte q̃ vt Autor in quæstionibus de veritate quæstione 13. diffusè declarat, hoc intelligitur per se. Quoniam per accidens pars intellectiua impedit vegetatiuam, & cõtra. Experimur enim actus vegetatiuæ. & digerendo, & calefaciendo, & fumando, &c. prodesse & obesse virtutibus ministrantibus intellectui, adeo, vt quidam penitus priuentur intellectu, vt fatui & ebrij, &c. quidam clarum videantur sortiti intellectum ex claritate spirituum ex vegetabili generatorum. Econtra experimur etiam q̃ exercitatio intellectus nocet parti vegetatiuæ quandoque, vt immediatè post cibũ, quia calor & spiritus debentes seruire vegetatiuæ parti, trahuntur ad ministrandum cogitatiuæ, memoratiuæ, & huiusmodi ministrantibus in tellectui. Quandoque etiam confert exercitatio intellectus vegetatiuæ, q̃ quanto ponitin exercitio & labore virtutes sibi ministrantes. Labor enim & exercitium partium corporalium, si moderatè & tempore congruo fiant, ad digestionẽ conferunt.

¶ Super Dei essentiam. Non enim per aliquod phantasma potest Dei essentia videri, quinimò nec per aliquã speciem intelligibilem creatam, quia essentia Dei in infinitum excedit non solum omnia corpora, quorum sunt phantasmata, sed etiam omnem intelligibilem creaturam. Oportet autem cum intellectus hominis eleuatur ad altissimam Dei essentiæ visionem, vt tota mentis intentio illuc aduocetur, ita scilicet quòd nihil intelligat aliud ex phantasmatibus, sed totaliter feratur in Deum. Vnde d impossibile est quòd homo in statu viæ videat Deum per essentiam, sine abstractione à sensibus.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd sicut dictum est*, post resurrectionem in Beatis Dei essentiã videntibus fiet redũdantia ab intellectu ad inferiores vires & vsque ad corpus. Vnde secundum ipsam regulam diuinæ visionis, anima intẽdet phantasmatibus & sensibilibus. Talis autẽ redundantia non fit in his qui rapiũtur, sicut dictũ est*. Et ideo nõ est similis ratio.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd intellectus animæ Christi erat glorificatus per habituale lumen gloriæ, quo diuinã essentiã videbat multo amplius quàm aliquis Angelus vel homo. Erat aũt viator propter corporis passibilitatẽ, secundum quam pauluminus abangelis minorabatur, vt dicitur ad Heb. 2. dispẽsatiuè, & non propter aliquem defectum ex parte intellectus. Vnde non est similis ratio de eo & de aliis viatoribus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Paulus postquam cessauit videre Dei essentiam, memor fuit illorum quæ in illa visione cognouerat per aliquas species intelligibiles habituaiter ex hoc in eius intellectu relictas, sicut etiam abeunte sensibili remanent aliquæ impressiones in anima, quas postea conferens ad phantasmata memoratur. Vnde nec totam illam cognitionem aut cogitare poterat, aut verbis exprimere.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum anima Pauli in statu illo fuerit totaliter à corpore separata.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd anima Pauli in statu illo fuerit totaliter à corpore separata. Dicit enim Apostolus secundæ ad Corinth. 5. Quandiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus & non p speciẽ. Sed Paulus in statu illo non peregrinabatur à Domino, quia videbat Deum per speciem, vt dictũ est*: ergo non erat in corpore.

¶ 2 Præt. Potentia animæ non potest eleuari supra eius essentiam, in qua radicatur: sed intellectus, qui est potentia animæ, in raptu fuit à corporalibus abstractus per eleuationem ad diuinam contemplationem: ergo multo magis essentia animæ fuit separata à corpore.

¶ 3 Præt. Vires animæ vegetabilis sunt magis materiales quàm vires animæ sensitiuæ. Sed oportebat intellectũ abstrahi à viribus animæ sensitiuæ, vt dictum est*, ad hoc vt rapiatur ad videndam diuinã essentiam: ergo multo magis oportebat quòd abstraheretur à viribus animæ vegetabilis, quarum operatione cessante, iam nullo modo remanet anima corpori coniuncta. Ergo videtur quòd oportuit in raptu Pauli animam totaliter à corpore esse separatam.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. dicit in epist. ad Paulinam de videndo Deum*, Non incredibile est, sic quibusdam Sanctis nondum vita defunctis, vt sepelienda eorum cadauera remanerent, istam excellentiam reuelationis fuisse cõcessam, vt scilicet viderent Deum per essentiam. Non ergo fuit necessarium vt in raptu Pauli anima eius totaliter separaretur à corpore.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ in raptu, de quo nunc loquimur, virtute diuina eleuatur homo ab eo quod est secundũ naturam, in id quod est supra naturam. Et ideo duo considerare oportet. Primo q̃dẽ, quid sit homini secũm naturam. Secundò, quid diuina virtute in homine sit fiendum supra naturam. Ex hoc autem quòd anima corpori vnitur tanquàm naturalis forma ipsius, conuenit animæ naturalis habitudo ad hoc quòd per conuersionem ad phantasmata intelligat. Quod quidem ab ea non aufertur diuina virtute in raptu, quia non mutatur status eius, vt dictum est*. Manente autem hoc statu, aufertur ab anima actualis conuersio ad phantasmata & sensibilia, ne

Art.4. ¶ *Super Quæstionis centesimæseptuagesimæquintæ Articulum sextum*

IN arti.6.eiusdem quæstionis in responsione ad vltimum, vbi Aug.recitatus dicit. Hoc defuit Paulo rapto ad plenã perfectámque cognitionem rerum,quæ Angelis inest, &c.cautus esto & non intelligas quòd hoc tantum defuerit, quoniã (vt diximus) simile est, imò maius iudicium de multis aliis, q̃nquidem multa alia nõ pertinebant ad ipsum Paulum. Se autem in corpore vel extra corpus esse vel rapi, ad se pertinebat. Meminit autem huius solius Aug.nõ quòd hoc solum exceptum sit, sed quia hoc solum scriptum est. Et hæc de quæstione centesimaseptuagesimaquinta.

D.10.

Art.3.ad 2.& 3.

¶ *Super Quæstionis centesimæseptuagesimæsextæ Articulum primum.*

IN quæstionis centesimæ septuagesimæ sextæ articulo primo collige tu prædicator,quinq; motiua,vnde donum linguarum oportuit in primitiua Ecclesia esse. Primum ex vniuersali officio docendi illorum Christi discipulorum. Secundum ex vnitate nationis eorundem. Tertium, ex conditione eorundem,quia scilicet pauperes & impotentes. Quartum, ex infidelitate docendorum populorum. Quintum,ex consonantia remedij ad casum, quæ in litera clarius habes.

Veri.q.13. art.5 & 2 Co.12.lec. 1 fin.

¶In resp

impediatur eius eleuatio in id quod excedit omnia phantasmata, vt dictũ est*, & ideo in raptu non fuit necessarium ꝙ anima sic separaretur à corpore, vt ei nõ vniretur quasi forma. d Fuit autem necessarium intellectũ eius abstrahi à phãtasmatibus & sensibilium perceptione.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Paulus in raptu illo peregrinabatur à Domino quantum ad statum,quia adhuc erat in statu viatoris, non autem quo ad actum quo videbat Deum per speciem, vt ex prædictis patet*.

¶ Ad secundum dicendum,quòd potentia animæ virtute naturali non eleuatur suprà modum conuenientem essentiæ eius. Virtute tamen diuina potest in aliquid altius eleuari,sicut corpus per violentiam fortioris virtutis eleuatur supra locum conuenientem sibi secũdum speciem suæ naturæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vires animæ vegetabilis non operantur ex intentione animæ,sicut vires sensitiuæ,sed per modum naturę. Et ideo non requiritur ad raptum ab eis abstractio,sicut à potentiis sensitiuis, per quarum operationes minueretur intentio animæ circa intellectiuam cognitionem.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum Paulus ignorauerit an anima eius fuerit à corpore separata.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd Paulus non ignorauerit an eius anima fuerit à corpore separata. Dicit enim ipse secundæ ad Corinthios 12. Scio homiem in Christo raptum vsque ad tertium cælum. Sed homo nominat compositum ex anima & corpore,raptus etiam differt à morte. Videtur ergo quòd ipse sciuerit animam nõ fuisse per mortem à corpore separatam,prę-sertim quia hoc communiter à Doctoribus ponitur.

¶ 2 Præt. Ex eiusdem Apostoli verbis patet, quòd ipse sciuit quò raptus fuerit,quia in tertium cælum,sed ex hoc sequitur, quòd sciuerit vtrum in corpore fuit vel non,quia si sciuit tertium cælum esse aliquid corporeum,consequens est quòd sciuerit animam suam non esse à corpore separatã, quia visio rei corporeæ non potest fieri nisi per corpus. ergo videtur quòd non ignorauerit an anima fuerit à corpore separata.

c.28.to.3. ¶3 Prȩt. Sicut Aug.dicit 12.super Gen.ad literam* Ipse in raptu vidit illa visione Deum,qua vident Sancti in patria. sed Sancti ex hoc ipso quòd vident Deum,sciunt an animæ eorum sint à corporibus separatæ:ergo & Paulus hoc sciuit.

¶SED CONTRA est, quod dicitur secundæ ad Cor. 12. Siue in corpore,siue extra corpus,nescio,Deus scit.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ huiusmodi quæstionis veritatem accipere non oportet ex ipsius Apostoli verbis, quibus dicit se aliquid scire, scilicet se raptum esse vsque ad tertium cælum,& aliquid nescire, scilicet vtrum in corpore aut extra corpus. Quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo vt hoc quod dicitur, siue in corpore,siue extra corpus, non referatur ad ipsum esse hominis rapti, quasi ignorauerit an anima eius esset in corpore an non, sed ad modum raptus, vt scilicet ignorauerit an corpus eius fuerit simul raptum cum anima in tertium cælum vel non,sed solũ anima, sicut Ezech. 8.dicitur quòd adductus est in visionibus Dei in Hierusalem. Et hunc intellectum fuisse cuiusdam Iudæi exprimit Hieronymus in prologo super Danielem, vbi dicit, Denique & Apostolum nostrum, scilicet dicebat Iudæus, non fuisse ausum affirmare se corpore raptum, sed dixisse,Siue in corpore siue extra corpus,nescio.Sed hunc sensum reprobat Aug. 12. super
c.2.3.4.et 28.to.3. Genes.ad literam * per hoc, ꝙ Apostolus dicit sciuisse se esse raptum vsque in tertium cælum. Sciebat ergo verum esse tertium cælum id,in quod raptus fuit,& non similitudinem imaginariam tertij cæli. Alioquin si tertiũ cælum nominauit phãtasma tertij cæli, pari ratione dicere potuit se in corpore raptum,nominans corpus proprij corporis phantasma,quale apparet in somniis. Si autem sciebat esse verũ tertiũ cęlũ,sciebat ergo aut esse aliquid spirituale & incorporeũ, & sic nõ poterat corpus ei⁹ illuc rapi, aut esse aliquid corporeũ,& sic anima nõ posset illuc sine corpore rapi, nisi separaretur à corpore,& ideo oportet secundũ aliũ sensum intelligere, vt s. Apostolus sciuerit ꝙ fuerit raptus secundũ animã, & nõ secundũ corpus, nesciuerit tamen qualiter se haberet anima ad corpus, vtrum scilicet fuerit sine corpore, vel non. Sed circa hoc diuersimodè aliqui loquũtur. Quidam enim dicũt, ꝙ Apostolus sciuit, quòd anima sua erat corpori vnita vt forma, sed nesciuit vtrũ esset passus alienationem à sensibus, vel etiam vtrum esset facta abstractio ab operibus animæ vegetabilis. Sed ꝙ fuerit facta abstractio à sensibus,hoc non potuit ignorare, ex quo sciuit se raptum. Quod autẽ fuerit facta abstractio ab operibus animæ vegetabilis, non erat tantum aliquid,vt de hoc oporteret tam solicitam fieri mentionem. Vnde relinquitur ꝙ nesciuit Apostolus,vtrũ anima eius fuerit cõiuncta corpori vt forma, vel à corpore separata per mortem. Quidam aũt hoc concedentes dicunt,ꝙ Apostolus tũc non perpendit quãdo rapiebatur,quia tota eius intentio conuersa erat in Deũ,sed postmodũ percepit,considerans ea q̃ viderat. Sed hoc etiam cõtrariatur verbis Apostoli, qui distinguit in verbis suis præteritũ à futuro. Dicit enim in præsenti se scire quòd fuit raptus ante annos quatuordecim, & se in præsenti nescire vtrum in corpore fuerit vel extra corpus. Et ideo dicẽdum, ꝙ prius & postea nesciuit,vtrũ anima fuerit à corpore separata. Vnde Aug. dicit 12.super Genes.ad literam * post longam inquisitionem cap.5.
concludens, Restat ergo fortasse vt hoc ipsum eũ ignorasse intelligamus,vtrum quando in tertium cælum raptus est,in corpore fuerit anima,quomodo est anima in corpore,cùm corpus viuere dicitur, siue vigilantis, siue dormientis, siue in ecstasi à sensibus corporis alienati, an omnino de corpore exierit, vt mortuum corpus iaceret.

¶AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ per synecdochen quandoque pars hominis homo nominatur, & præcipuè anima quæ est pars hominis eminẽtior. Quamuis etiam possit intelligi eũ quem raptũ dicit,non tunc fuisse hominẽ q̃n raptus fuit,sed post annos quatuordecim. Vnde dicit, Scio hominem, non dicit,scio raptũ hominem. Nihil etiã prohiberet mortem diuinitus procuratam, raptum dici. Et sic Aug.dicit 12.super Genes.ad literam*, Dubitãte inde Apostolo,quis nostrum in- cap.3.
de certus esse potuit? Vnde qui super hoc loquũtur,magis cõiecturaliter quàm per certitudinem loquuntur.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ Apostolus sciuit vel illud cælum esse quid corporeum,vel aliquid incorporeum à se visum in illo cælo,cùm hoc potuerit fieri per intellectum eius,etiam si anima non esset à corpore separata.

¶Ad tertium dicẽdũ, ꝙ visio Pauli in raptu quantũ ad aliquid fuit similis visioni Beatorũ,scilicet quantũ ad id quod videbatur,& quantum ad aliquid dissimilis, scilicet quantum ad modũ videndi, quia nõ ita perfectè vidit sicut Sancti qui sunt in patria. Vnde Aug.dicit 12.super Gen.ad literam*, Apostolo ar- cap.penul.
repto à carnis sensibus in tertium cælum, hoc defuit ad plenã perfectamque cognitionem rerum,quę angelis inest,quòd siue in corpore siue extra corpus esset,nesciebat. Hoc itaque nõ deerit receptis corporibus in resurrectione mortuorum, cùm corruptibile hoc induerit incorruptionem.

QVÆSTIO CENTESIMASEPTVAGESIMASEXTA, de Gratiis gratis datis,& primo de gratia linguarum,in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de gratiis gratis datis,quæ pertinent ad locutionẽ. Et primo, de gratia linguarum. Secundo,de gratia sermonis sapientiæ seu scientiæ. ¶ Circa primum quæruntur duo. ¶Primo,vtrùm per gratiam linguarum homo adipiscatur sciẽtiam omnium linguarum. ¶ Secundo,de comparatione huius doni ad gratiam prophetiæ.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum illi qui consequebantur donum linguarum,loquebantur omnibus linguis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd illi qui 1.Cor.14. lect.1.col. 2.& lect. 4.princ.
consequebantur donum linguarum, non loquebantur omnibus linguis. Illud enim quod diuina virtute aliquibus conceditur, optimum est in suo genere, sicut Dominus

aquam

¶In responsione ad primum nota glossam super illo communi dicto: & miraculosa opera Dei sunt pfecta, quòd intelligitur vel de perfecto in suo genere, sicut vinum factum in Cana Galileę & sanitas restituta tot infirmis statim ambulãtib⁹, &c. vel de perfecto in ordine ad finẽ,ad quẽ fit directẽ, vt de dono linguarum hic dicitur, quòd fuit perfectũ ad finem, qui erat conuersio Gẽtium & non in se absolutè. Et propterea Paulus (vt in litera dicitur) melius loquebatur Hebraicè quàm Græcè.

Sup.præf. Hieron.in eã epist.

¶ In responsione ad tertiũ eiusdẽ articuli dubiũ est,quare hodie Ecclesia non habet donũ linguarum. Nam Aug. ratio in litera allata sufficere nõ videtur, s. quia iam ipsa ecclesia linguis omnium gentiũ loquitur. Experimẽto enim apparet, Ecclesiã lingua vel linguis carere multarũ gentium temporibus istis repertarũ,quibus oportet per interpretes fidem declarari,& prædicatores discere ab illis linguam.

Ex Beda ibidem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum Dominus, Marci vlti. promiserit donum linguarum, sicut & gratiam miraculorum, dicendo,Signa autem eos qui crediderint, hæc sequẽtur,&c. & huiusmodi dona inter gratias gratis datas cõputentur, & ex diuina actione fiãt, quæ nullam præexigit dispositionẽ naturalem aut moralẽ, nulla videtur efficax ratio ad quietandum intellectũ,quare cum oportet sicut hodie, non est in ecclesia donum linguarum, nisi quia hæc omnia operatur Spiritussanctus,diuidens sicut vult & quando vult. Non modica tamen persuasio est tepor seu defectus noster ad implẽdum illud Domini mandatum,Rogate Dominum messis vt mittat operarios in messem suã. Defectus quoq; nostræ bonitatis, & præcipue in Prælatis, multum cooperari videtur. Quoniã bonitas quæ tolleret impedimẽta gratiæ huiusmodi,abest. Gratiam enim constat regulariter non dari apponentibus impedimenta, quamuis nõ detur ex meritis. Vnde & prophetiæ donum prophetis ipsis tempore coniugalis actus impedĩtis negatur. Diui autem Augustini ratio ex suppositione procedit.

Homil.30 in Euãg. inter princ. & me.

¶ *Super Quæstionis centesimæseptuagesimæsextæ Articulum secundum.*

IN arti.2. eiusdẽ quæst. centesimæ septuagesimæsextæ, aduerte differentiam inter primũ & secũdum excessum prophetiæ super donum linguarũ. Quoniã primus attenditur penes ipsum actum vtriusque. s. prophetiæ & doni linguarũ,quoniã doni linguarũ act⁹ est vsus signorũ, id est,vocum: prophetiæ autẽ perceptio signati, hoc est, veritatis intelligibilis. Secũdus autẽ excessus clare patet quòd consistit cõparando obiecta vtriusque doni adinuicẽ, quatenus vtrinq; est notitia quædã, dum prophetia est notitia rerum, & donum linguarum notitia vocum.

¶ In responsione ad secũdum eiusdem articuli dubium esset,quo pacto qui loquitur lingua,non loquitur hominib⁹, hoc est, ad intellectum hominũ vel vtilitatẽ eorum, sed ad intellectũ solius Dei, & ad laudem eius, quoniam donũ linguarũ manifeste est ad hominẽ & hominũ vtilitatẽ. sed cessat dubiũ,dũ perspicitur ad quod propositũ hæc verba dicuntur ab Apostolo & Autore, s.cũ aliquis loquitur linguis absolutè non ad instruendum alios vel interpretandũ. Hoc enim contingit fieri inter eos qui nullam earum linguarum intelligunt. Et ideo dicuntur loqui ad intellectum & laudem Dei,& non ad intellectũ & vtilitatem hominis, vnde & Apostolus ibidẽ dicit.s. primæ ad Corint. 14.quòd ingrediens aliquis, putabit eos ebrios seu insanos.

Ex Beda ibidem.

¶In re

aquam conuertit in vinum bonum, sicut dicitur Ioan.2. Sed illi qui habuerũt donum linguarum, melius loquebantur in propria lingua. Dicit enim glo.ad Hebr. primo,* nõ esse mirandũ quòd epistola ad Hebr. maiore elucet facundia quàm aliæ, cùm naturale sit vnicuique plus in sua quàm in aliena lingua valere: cęteras enim epistolas Apostolus peregrino, id est Græco sermone composuit, hanc autem scripsit Hebraica lingua. Non ergo per gratiam gratis datam Apostoli acceperunt scientiam omnium linguarum.

¶ 2 Præterea, Natura non facit per multa, quod potest fieri per vnum,& multo minus Deus, qui ordinatius quàm natura operatur. Sed poterat Deus facere, vt vnam linguam loquentes eius discipuli, ab omnibus intelligerentur. Vnde super illud Act. secundo, Audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes, dicit gloss.* quòd linguis omnibus loquebantur, vel sua, id est, Hebraica lingua loquentes ab omnibus intelligebantur, ac si propriis singulorum loquerentur. Ergo videtur quòd non habuerunt scientiam loquendi omnibus linguis.

¶3 Præterea, Omnes gratiæ deriuantur à Christo in corpus eius,quod est Ecclesia, secundum illud Ioan.1. De plenitudine eius omnes accepimus: sed Christus non legitur fuisse locut⁹ nisi vna lingua: nec etiã nunc fideles singuli nisi vna lingua loquuntur. ergo videtur quòd discipuli Christi non acceperunt ad hoc gratiam, vt omnibus linguis loquerentur.

¶SED CONTRA est, quod dicitur act.2. quòd repleti sunt omnes Spiritusancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritussanctus dabat eloqui illis. Vbi dicit glo.Gregorij,* quòd Spiritussanctus super discipulos in igneis linguis apparuit, & eis omnium linguarum scientiam dedit.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd primi discipuli Christi ad hoc fuerunt ab ipso electi, vt per vniuersum orbem discurrentes, fidẽ eius vbique prædicarẽt, secundum illud Mat.vltimo, Euntes docete omnes gentes. Non autem erat conueniens, vt qui mittebantur ad alios instruendos, indigerent ab aliis instrui qualiter loquerentur, vel qualiter quæ alij loquerentur, intelligerent: prȩsertim quia isti qui mittebãtur erant vnius gentis, scilicet Iudææ, secũdum illud Isa.27. Qui egredientur impetu à Iacob, implebunt faciem orbis semine. Illi etiam qui mittebantur, pauperes & impotentes erãt, nec de facili à principio reperissent qui eorum verba aliis fideliter interpretarentur, vel verba aliorum eis exponerent, maximè quia ad infideles mittebãtur. Et ideo necessarium fuit, vt super hoc eis diuinitus prouideretur per donum linguarum, sicut gentibus ad idololatriã declinantibus introducta est diuersitas linguarum, sicut dicitur Genes. 11. ita etiã quando erant gentes ad cultum vnius Dei reuocandæ, contra huiusmodi diuersitatem remedium adhiberetur per donum linguarum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicitur primæ ad Corinth.12. Manifestatio spiritus datur ad vtilitatẽ. Et ideo sufficiẽter & Paulus & alij Apostoli fuerũt instructi diuinitus in linguis omnium gentium, quantum requirebatur ad fidei doctrinam. Sed quantum ad quædam quæ superadduntur humana arte ad ornatum & elegantiam locutionis, Apostolus instructus erat in propria lingua, non autem in aliena. Sicut etiam in sapientia & scientia fuerunt sufficienter instructi, quantum requirebat doctrina fidei, non autem quãtum ad omnia quæ per scientiam acquisitam cognoscuntur, puta, de conclusionibus Arithmeticę vel Geometriæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis vtrũque fieri potuisset, scilicet quòd per vnam linguam loquẽtes ab omnibus intelligerentur, aut quòd omnibus linguis loquerentur, tamen conuenientius fuit quòd ipsi omnibus linguis loquerẽtur, quia hoc pertinebat ad pfectionem scientiæ ipsorũ, per quam non solùm loqui, sed intelligere poterant quæ ab aliis dicebãtur. Si autem omnes vnam eorum linguam intellexissent, hoc vel fuisset per scientiam illorum qui eos loquentes intelligerent, vel fuisset quasi quædam illusio, dum aliorũ verba aliter ad eorum aures proferrentur, quàm ipsi ea proferrent. Et ideo glos. dicit Act.2.* quòd maiori miraculo factum est ꝙ ipsi omnium linguarum generibus loquerentur. Et Paulus dicit primæ ad Corinth. decimoquarto. Gratias ago Deo, quòd omnium vestrum lingua loquor.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus in propria persona vni soli genti prædicaturus erat, s. Iudæis. Et ideo quamuis ipse absque dubio haberet perfectissimè scientiam omnium linguarum, non tamen oportuit quòd omnibus linguis loqueretur. Ideo autem vt Augustinus dicit super Ioannem, * Cùm & modo Spiritus sanctus accipia- Tract.32.
tur, nemo loquitur linguis omnium gentium, quia iam ipsa à med.
Ecclesia linguis omnium gentium loquitur, in qua qui non est, non accipit Spiritum sanctum.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum donum linguarum sit excellentius quàm gratia prophetiæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd donum linguarum sit excellentius,quàm gratia prophetiæ. Quæ enim sunt melioribus propria, videntur esse meliora, secundum Philosophum in tertio Topico. sed donũ linguarum Cap.1.
est proprium Noui Testamenti. Vnde cantatur in sequentia Pentecostes, Ipse hodie Apostolos Christi donans munere insolito, & cunctis inaudito seculis. Prophetia autem magis competit veteri Testamẽto, secundum illud ad Hebræos primo. Multifariè, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis. Ergo videtur quòd donum linguarum sit excellentius quàm donum prophetiæ.

¶ 2 Præterea, Illud, per quod ordinamur ad Deum, videtur excellentius esse eo, per quod ordinamur ad homines: sed per donum linguarum homo ordinatur ad Deum, per prophetiam autem ad homines. Dicitur enim primæ ad Corint. quartodecimo, Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: qui autem prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem. Ergo videtur quòd donum linguarum sit excellentius quàm donum prophetiæ.

¶ 3 Præterea, Donum linguarum habitualiter permanet in habente ipsum, & homo habet in potestate vti eo cum voluerit. Vnde dicitur primæ ad Corinth. 14. Gratias ago Deo, quòd omnium vestrũ lingua loquor. Non autem sic est de dono prophetiæ, vt supra dictum est *. Ergo donum linguarum videtur Q.171.ar
esse excellentius quàm donum prophetiæ. tic.2.

¶ 4 Præterea, Interpretatio sermonum videtur contineri sub prophetia, quia scripturæ eodem Spiritu exponũtur quo sunt editæ: sed interpretatio sermonum, primæ ad Corinth. 12. ponitur post genera linguarum. ergo videtur quòd donum linguarum sit excellentius quàm donum prophetiæ, maximè quantum ad aliquam eius partem.

¶SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit primæ ad Corint. 14. Maior est qui ꝓphetat, quàm qui loquitur linguis.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ In respõsione ad quartum eiusdẽ articuli, nota quòd vltimũ donũ inter gratias gratis datas, hoc est, interpretatio sermonum, non solùm extendit se ad exponendũ obscura sacræ Scripturæ propter difficultatẽ rerũ, vt sunt mysteria Trinitatis, incarnationis, & huiusmodi, & propter difficultatem similitudinum & parabolarum in sacra Scriptura multa secreta velantiũ, vt sunt tot tam in veteri quàm nouo Testamento metaphoricè scripta: sed etiã propter difficultatem ipsarũ vocũ, ita ꝙ non ad donum linguarũ, sed ad interpretationẽ sermonũ spectat & intelligere & exponere difficultates quæ ex nominibus emergũt. Et propterea donum interpretationis sermonum non cõputatur inter gratias spectantes ad locutionem, sed magis inter gratias spectantes ad intellectum.

Ca. 8. to. 3. — *Q. 173. artic. 2.* — *Q. 174. art. 2.*

¶ *Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ septimæ Articulum primum.*

IN art. 1. q. 177. aduerte ꝙ sermo sapientiæ & scientiæ seu vnico vocabulo gratia sermonis habẽs pro actib⁹ suis docere, mouere, atq; flectere loquendo, non ita habet hæc quemadmodũ ars humana, quoniã arti humanæ conueniunt, effectiuè quidẽ ex ipso principio artis, finaliter autẽ ad illorũ effectus absolutè, vel ꝓpositũ aliquod cõsequendi, puta lucrũ, gloriam, bellũ, pacẽ, vel aliquid huiusmodi. Doctori autẽ ecclesiastico effectiuè cõuenit ex Spiritusancto, iuxta verbũ Apostoli, Alij per Spiritũ datur sermo sapiẽtiæ, &c. Finaliter verò propter ædificationẽ membrorum Christi, in quo omnis ædificatio cõstructa crescit in templũ sanctũ in domino. Vnde dicebat Apostolus, Sermo meus, & prędicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. Hinc siquidẽ fit vt prædicatoribus deficientibus à proprio principio & proprio fine, ex toto nisu quærẽtibus habere gratiã, vt in multitudine magna audiantur, impedimentum ponatur diuinæ largitati ad influxum gratiarum.

Q. 174. ar. 2. ad 1.

¶ Super

¶ RESPONDEO dicendum, quòd donum prophetiæ excedit donũ linguarum tripliciter. Primò quidem, quia donum linguarum refertur ad diuersas voces proferendas, quæ sunt signa alicuius intelligibilis veritatis, cuius etiam signa sunt quædam ipsa phantasmata, quæ secundum imaginariam visionem apparẽt. Vnde & August. 12. super Gen. ad literã* comparat donum linguarũ visioni imaginariæ. Dictũ est autẽ suprà * quòd donum prophetiæ cõsistit in ipsa illuminatione mentis ad cognoscendã intelligibilem veritatem. Vnde sicut prophetica illuminatio excellentior est quã imaginaria visio, vt suprà habitũ est*, ita etiam excellentior est prophetia quàm donum linguarum, secũdum se consideratũ. Secundò, quia donũ prophetię pertinet ad rerum notitiã, quæ est nobilior quàm notitia vocum, ad quam pertinet donũ linguarum. Tertiò, quia donũ prophetię est vtilius. Et hoc quidẽ probat Apost. 1. ad Corint. 14. tripliciter. Primò quidẽ, quia prophetia est vtilior ad ædificationẽ Ecclesiæ: ad quã qui loquitur linguis, nihil prodest nisi expositio subsequatur. Secũdò, quantũ ad ipsum loquẽtem, qui si acciperet vt loqueretur diuersis linguis sine hoc ꝙ intelligeret, qđ ꝑtinet ad propheticum donũ, mens eius non ædificaretur. Tertiò, quantũ ad infideles, ꝓpter quos præcipuè esse videtur datũ donum linguarũ, qui quidẽ fortè eos qui loquerẽtur linguis, reputarẽt insanos, sicut & Iudæi reputauerũt ebrios Apostolos linguis loquẽtes, vt dicitur Act. 2. Per prophetias autem infideles conuincuntur manifestatis absconditis cordis sui.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd sicut suprà dictum est*, ad excellẽtiã phophetiæ pertinet quòd aliquis non solum illuminetur intelligibili lumine, sed etiam percipiat imaginariã visionẽ, ita etiam ad perfectionem operationis Spiritussancti pertinet, quòd non solùm impleat mentem lumine prophetico, & phantasiam imaginaria visione, sicut erat in veteri Testamento, sed etiam exterius linguã erudiat ad varia signa locutionũ proferẽda, qđ totũ fit in nouo Testamẽto, secundũ illud primæ ad Corinth. 14. Vnusquisq; vestrũ psalmũ habet, doctrinã habet, linguã habet, Apocalypsim, id est, propheticam reuelationem habet.

¶ Ad secũdum dicendũ, quòd per bonum prophetię homo ordinatur ad Deum secundum mẽtem, quod est nobilius quàm ordinari ad eum secundum linguam. Dicitur autem, quòd ille qui loquitur lingua, non loquitur hominibus, id est, ad intellectum hominum, vel vtilitatẽ eorum, sed ad intellectum solius Dei, & ad laudem eius. Sed per prophetiam ordinatur aliquis & ad Deum & ad proximum. Vnde est perfectius donum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd reuelatio prophetica se extẽdit ad omnia supernaturalia cognoscẽda. Vnde ex eius perfectione contingit, quòd in statu imperfectionis huius vitæ non potest haberi perfectè per modũ habitus, sed imperfectè per modum cuiusdam passionis. Sed donum linguarum se extẽdit ad cognitionem quandam particularem. s. vocum humanarum, & ideo non repugnat imperfectioni huius vitæ, quòd perfectè & habitualiter habeatur.

¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ interpretatio sermonũ potest reduci ad donũ prophetiæ, inquantum s. mẽs illuminatur ad intelligendũ & exponendũ quæcũque sunt in sermonibus obscura, siue propter difficultatẽ rerum significatarum, siue etiam propter ipsas voces ignotas, quæ proferuntur, siue etiam propter similitudines rerum adhibitas, secundum illud Daniel. 5. Audiui de te, quòd possis obscura interpretari, & ligata dissoluere. Vnde interpretatio sermonum est potior quàm donum linguarum, vt patet per illud quod Apostolus dicit primæ ad Corint. 14. Maior est qui prophetat, quã qui loquitur linguis, nisi fortè interpretetur. Postponitur autem interpretatio sermonum dono linguarum, quia etiam ad interpretandum diuersa linguarum genera, interpretatio sermonum se extendit.

QVÆSTIO CENTESIMASEPTVAgesima septima, de Gratia sermonis, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de gratia gratis data quæ consistit in sermone, de qua dicit Apostolus primæ ad Corint. 12. Alij datur per Spiritũ sermo sapientię, alij sermo sciẽtiæ. ¶ Et circa hoc quęruntur duo. ¶ Primò, vtrum in sermone cõsistat aliqua gratia gratis data. ¶ Secundò, quibus hæc gratia competat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum in sermone consistat aliqua gratia gratis data.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in sermone non cõsistat aliqua gratia gratis data. Gratia enim datur ad id quod excedit facultatem naturæ. sed ex naturali ratione adinuenta est ars Rhetorica, per quam aliquis potest sic dicere vt doceat, vt delectet, vt flectat, sicut Aug. dicit in 4. de Doct. Christ.* Hoc autem pertinet ad gratiam sermonis: ergo videtur quòd gratia sermonis non sit gratia gratis data. *Cap. 12. to. 3.*

¶ 2 Præterea, Omnis gratia ad regnũ Dei pertinet. sed Apost. dicit primæ ad Corin. 4. Non in sermone est regnũ Dei, sed in virtute. ergo in sermone non consistit aliqua gratia gratis data.

¶ 3 Pręterea, Nulla gratia datur ex meritis, quia si ex operibus, iam non est gratia, vt dicitur ad Rom. 11. Sed sermo datur alicui ex meritis. Dicit enim Greg. exponens illud Psal. Ne auferas de ore meo verbũ veritatis, quòd verbũ veritatis est, quod omnipotens Deus facientibus tribuit, & non faciẽtibus tollit. ergo videtur quòd donũ sermonis non sit gratia gratis data.

¶ 4 Præterea, Sicut necesse est quòd homo per sermonem pronunciet ea quæ pertinent ad donum sapientiæ vel scientiæ, ita etiam ea quæ pertinent ad virtutem fidei. ergo si ponitur sermo sapientiæ & sermo scientiæ gratia gratis data, pari ratione deberet poni sermo fidei inter gratias gratis datas.

¶ SED IN CONTRARIVM est, quod dicitur Eccl. 6. Lingua eucharis, id est, gratiosa, in bono homine abundabit, sed bonitas hominis est ex gratia. ergo etiam & gratiositas sermonis.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ gratiæ gratis datæ dantur ad vtilitatẽ aliorum, vt suprà dictũ est.* Cognitio autem, quã aliquis à Deo accipit, in vtilitatem alterius conuerti non posset nisi mediãte locutione. Et quia Spiritussanctus non deficit in aliquo, quod pertineat ad Ecclesiæ vtilitatem, etiã prouidet membris Ecclesię in locutione, non solùm, vt aliquis sic loquatur, vt diuersis posit intelligi, quòd pertinet ad donum linguarum, sed etiã quòd efficaciter loquatur, quod pertinet ad gratiam sermonis. Et hoc tripliciter. Primò quidem, ad instruendum intellectũ, quod fit dum aliquis sic loquitur quòd doceat. Secundò, ad mouendum affectum, vt s. libenter audiat verbum Dei, quod fit dum aliquis sic loquitur quòd auditores delectet, quod non debet aliquis quęrere propter fauorem suum, sed vt homines alliciantur ad audiendum verbum Dei. Tertiò ad hoc, quòd aliquis amet ea quæ verbis significantur, & velit ea implere, quod fit dũ aliquis sic loquitur quòd auditorem flectat. Ad quod quidem efficiendũ Spiritussanctus vtitur lingua hominis, quasi quodam instrumento, ipse autem est qui perficit operationem interius. Vnde Greg. dicit in Homil. Pentecostes.* Nisi corda auditorum Spiritussanctus repleat, ad aures corporis vox docentium incassum sonat. *1. 2. q. 111. ar. 1. & 4.* *Homil. 30 in Euãg.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut miraculosè Deus quandoque operatur quodã excellentiori modo etiam ea, quę natura potest operari, ita etiã Spiritussanctus excellentius operatur per gratiam sermonis id, quod potest ars operari inferiori modo.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd Apostolus ibi loquitur de sermone, qui innititur humanę eloquentiæ absque virtute Spiritussancti. Vnde præmisit, Cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem. Et de seipso præmiserat suprà secundo, Sermo meus & prędicatio mea non fuit in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ sicut dictũ est* gratia sermonis datur alicui ad vtilitatẽ aliorũ. Vnde quandoq; subtrahitur propter auditoris *In cor. ar.*

¶ *Super Quæstionis centesimæ septuagesimæ septimæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo eiusdẽ quęstionis nota illud verbum, Publicè alloquendo totam Ecclesiam: apposuit enim ly totam, non ad comprehendendum orbem terrarum fidelẽ, sed ad comprehendendũ partes quasi essentiales Ecclesię, puta clerũ & populum. Et intendit, quòd licet mulieribus permissum sit, imò mandatum docere publicè suam Ecclesiam secũdum quid, vt Abbatissæ vel Priorissæ suum monasterium, vt patet dum proponũt verbum Dei in capitulo suis monialibus, & rursus licet permissum sit quòd per modũ priuatæ personæ mulier alloquatur totã Ecclesiã, exhortãdo eos ad aliquid spirituale qđ tunc occurret: hæc duo tamen simul iuncta, scilicet quòd publicè, hoc est ex publico officio, vt prædicatores faciunt, & totam Ecclesiam, hoc est populum cõmuniter ad prædicationes concurrentem, in quo claudũtur clerici & laici vtriusque sexus, nunquam permittenda sunt mulieri propter rationes in litera allatas.

In corp. — *c. 1. to. 3.* — *Art. præ.*

¶ *Super Quæstionis centesimæseptuagesimæoctauæ Articulum primum.*

IN articulo primo q. centesimæseptuagesimæoctauæ dubium occurrit circa illud in respõsione ad primum dictum, s. quòd Deus vtitur instrumentaliter vel interiori motu hominis vel eius locutione, &c. vtrolibet modo faciat miracula: & consistit dubium in hoc, an sit sermo de instrumento propriè dicto. Et est ratio dubij, quia videtur impossibile quòd de propriè dicto instrumento intelligatur hæc litera. Quoniam huiusmodi instrumentum oportet aliquid facere circa effectum. Constat autem quòd non semper in miraculis huiusmodi instrumenta aliquid faciũt, vt patet de voce Iosue cum sol stetit. Nihil enim circa solẽ aut circa cælum verbum eius aut quodcũque illorum superiorũ effectiuè fecit. In oppositũ autem Authoris verba sunt. Non enim consueuit instrumenta appellare nisi quæ aliquo modo causæ sunt.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum quæstio de instrumento excedat moralia, & inferius (Domino cõcedẽte) in tertia parte de operatione humanitatis Christi & operatione sacramentali, vbi subtilia magis tractabuntur, discutiendũ erit, ideo pro nunc dicendũ est quòd Author sumit instrumẽtum pro quacunque secundaria causa, siue sit causa attingẽs effectum sua causalitate in se vel in sua dispositione, siue sit causa per modũ meriti, & similibus. Et non accepit instrumentum propriè. Quod probatur ex tribus. Primò, ex eo quòd ad potestatem miraculorum factiuã spectare põt miraculũ creationis, puta quòd Deus crearet totaliter vnã nubem, vel vnam columbam, &c. Constat autem quòd ad creationẽ totalẽ non potest concurrere aliqua actio instrumentalis propriè dicta. Maior habetur in hoc articulo, cũ dicitur quòd sicut prophetia extendit se ad omnia, quæ supnaturaliter cognosci possunt, ita operatio virtutũ se extendit ad omnia quæ supernaturaliter fieri possunt. Minor autem habita est in primo libro, vbi determinatum est quòd potentia creatiua nec instrumentaliter est communicabilis. Secundò, ex ipsis verbis Autoris hic dicẽtis, quòd mens miracula facientis mouet ad faciẽdum aliquid, ad quod sequitur effectus miraculi, quod Deus sua virtute facit. Tertiò, ex autoritate Scripturæ, Iosue decimo, vbi hoc idem significatur, cũ dicitur. Non fuit antea nec postea tã longa dies obediente Deo voci hominis. Vbi manifestè patet Deum poni proximum actorem miraculi, & vocem hominis inter remotiora cõputari. Videtur igitur intentio Authoris hoc in loco, ꝙ appellet instrumentum priorem effectum præordinatum ab ipsa æterna prouidentia, ad cuius positionẽ Deus ipse exequatur miraculi effectum. Ita quòd ideo Deus dicitur vti priori effectu instrumẽtaliter, quia ordinauit se exequuturum effectum miraculi quãdoque mediatè, quãdoque immediatè, mediante semper illo priore effectu ex parte hominis, siue ille effectus sit oratio, siue vox, siue loquutio, siue contractus, &c. *3. con. cap. 154. Et po. q. 6. ar. 4. cor. fin. & artic. 9. ad 1. Et opusc. 3. ca. 222.*

¶ In

ris culpã, quãdoque autem propter culpam ipsius loquentis. Bona temen opera vtriusque non merentur directè hanc gratiam, sed solùm impediunt huius gratiæ impedimenta. Nam etiam gratia gratum faciẽs subtrahitur propter culpam, non tamen eam meretur aliquis per bona opera, per quæ tollitur tantùm gratiæ impedimentum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut dictum est *, gratia sermonis ordinatur ad vtilitatem aliorum. Quòd autem aliquis fidem suam aliis communicet, fit per sermonem scientiæ siue sapiẽtiæ. Vnde Augustinus dicit decimoquarto de Trinitate *, quòd scire quemadmodum fides & piis opituletur, & cõtra impios defendatur, videtur Apostolus scientiã appellare. Et ideo non oportuitq uòd poneret sermonem fidei, sed sufficit ponere sermonem scientiæ vel sapientiæ.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum gratia sermonis sapientiæ & scientiæ pertineat etiam ad mulieres.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd gratia sermonis sapientiæ & scientiæ pertineat etiam ad mulieres. Ad huiusmodi enim gratiam pertinet doctrina, sicut dictum est*. Sed docere competit mulieri. Dicitur enim Prouerbiorũ quarto, Vnigenitus fui coram matre mea, & docebat me. ergo hæc gratia competit mulieribus.

¶ 2 Præterea, Maior est gratia prophetię, quã gratia sermonis, sicut maior est contemplatio veritatis quàm eius enũtiatio. Sed prophetia cõceditur mulieribus, sicut legitur Iudic. quarto de Delbora, & quarti Regũ vigesimosecundo de Olda prophetissa vxore Sellam, & Act. vigesimoprimo, de quatuor filiabus Philippi. Apostolus etiam dicit primæ ad Corint. 11. Omnis mulier orans aut prophetizãs, &c. Ergo videtur quòd multo magis gratia sermonis competat mulieri.

¶ 3 Pręterea, primæ Petri quarto dicitur, Vnusquisq; sicut accepit gratiã, in alterutrum illã administrantes. Sed quædam mulieres accipiunt gratiam sapientiæ & scientiæ, quam non possunt aliis administrare nisi per gratiã sermonis. Ergo gratia sermonis competit mulieribus.

¶ SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit primæ ad Corin. 14. Mulieres in Ecclesiis taceant. Et primæ ad Tim. 2. Docere mulieri non permitto. Hoc autem præcipuè pertinet ad gratiam sermonis. Ergo gratia sermonis non competit mulieribus.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sermone põt aliquis vti dupliciter: vno modo priuatè ad vnum vel paucos familiariter colloquendo, & quantum ad hoc gratia sermonis potest competere mulieribus. Alio modo publicè alloquendo totam Ecclesiam. Et hoc mulieri non cõceditur. Primo quidem & principaliter propter cõditionem fœminei sexus, qui debet esse subditus viro, vt patet Genes. tertio. Docere autem & persuadere publicè in Ecclesia non pertinet ad subditos, sed ad Prelatos. Magis tamẽ viri subditi ex cõmisione possunt exequi, quia non habẽt huiusmodi subiectionẽ ex naturali sexu, sicut mulieres, sed ex aliquo accidentaliter superueniẽte. Secundò, ne animi hominũ alliciantur ad libidinem. Dicitur enim Ecclesiast. 9. Colloquium illius quasi ignis exardescit. Tertiò, quia vt communiter mulieres non sunt in sapiẽtia perfectæ, vt eis possit conuenienter publica doctrina committi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa autoritas loquitur de doctrina priuata, qua mater filium erudit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gratia prophetiæ attenditur secundum mẽtem illuminatam à Deo, ex qua parte non est in hominibus sexuum differentia, secundum illud ad Colos. 3. Induentes nouum hominem, qui renouatur secundũ imaginem eius qui creauit eũ, vbi non est masculus neque fœmina. Sed gratia sermonis pertinet ad instructionem hominum, inter quos differentia sexuum inuenitur, vnde non est similis ratio de vtroque.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd gratiam diuinitus acceptam diuersimodè aliqui administrant, secundum diuersitatem conditionis ipsorum. Vnde mulieres si gratiam sapientiæ aut scientiæ habeant, possunt eam administrare secundum priuatam doctrinam, non autem secundum publicam.

QVÆSTIO CENTESIMASEptuagesimaoctaua, de Gratia miraculorum, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de gratia miraculorum. ¶ Et circa hoc quęrũtur duo. ¶ Primò, vtrum sit aliqua gratia gratis data faciendi miracula. ¶ Secundò, quibus conueniat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum sit aliqua gratia gratis data ad miracula facienda.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nulla gratia gratis data ordinetur ad miracula facienda. Omnis enim gratia ponit aliquid in eo cui datur: sed operatio miraculorum non ponit aliquid in anima hominis, cui datur, quia etiam ad tactum corporis mortui miracula fiunt, sicut legitur quarti Regũ 13. quòd quidam proiecerunt cadauer in sepulchro Helisæi, quod cùm tetigisset ossa Helisæi, reuixit homo & stetit super pedes suos. Ergo operatio miraculorum non pertinet ad gratiam gratis datam.

¶ 2 Præterea, Gratiæ gratis datæ sunt à Spiritu sancto, secundum illud primæ ad Corinthios 12. Diuisiones gratiarum sunt: idem autem Spiritus. sed operatio miraculorum fit etiam à spiritu immundo, secundum illud Matth. 24. Surgent pseudoprophetæ, & dabũt signa & prodigia magna. Ergo videtur quòd operatio miraculorum non pertineat ad gratiam gratis datam.

¶ 3 Præterea, Miracula distinguuntur per signa & prodigia siue portenta, & per virtutes. Inconueniẽter ergo ponitur operatio virtutum potius gratia gratis data, quàm operatio prodigiorum siue signorum.

¶ 4 Præterea, Miraculosa reparatio sanitatis per diuinam virtutem fit. ergo non debet distingui gratia sanitatum ab operatione virtutum.

¶ 5 Præperea, operatio miraculorum consequitur fidem vel facientis, secundum illud primæ ad Corinth. decimotertio, Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam: siue etiam aliorum propter quos miracula fiunt. Vnde dicitur Matthæi decimotertio, Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. Si ergo fides ponitur gratia gratis data, superfluum est præter hoc ponere aliam gratiam gratis datam operationem signorum.

¶ SED CONTRA est, quòd Apostolus primæ ad Corint. duodecimo, inter alias gratias gratis datas dicit, Alij datur gratia sanitatum, alij operatio virtutum.

¶ RESP

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli circa ambiguitatem ab Augustino tactam de mendacio signorum & prodigiorum Antichristi, aduerte quòd rationabile est vtroq; modo fore mendacia, s. & formaliter & causaliter. Causaliter quidē omnia, quoniam ad fallendū omnia tendent: formaliter autē, non omnia, quoniam rationabile est vt multa vera fiant, vt si fieri possit etiam electi inducantur in errorem.

¶ In respōsione ad quartum & quintū eiusdem articuli aduerte q. Author summariè perstringit duas gratias gratis datas, s. gratiā sanitatum & fidē. Ad primam quidem nihil oportet addere. Ad secundam verò oportet meminisse ex q. quarta articulo quinto ad quartum superius, fidem non connumerari inter gratias gratis datas absolutè. Quia fides absolutè communis est omnibus membris Ecclesiæ: vt est autē gratia gratis data, non est cōmunis omnibus mēbris Ecclesiæ, sed fidei excellētia, puta cōstantia, vt glossa dicit, inter gratias gratis datas cōputatur. Et quoniam fidei cōstantia ad fidem spectat, ideo Author loquens de fide, hinc sibi attribuit operationem miraculorum.

Q. 117. ar. 2.
D. 894.
D. 944.

¶ Super Quæstionis centesimæseptuagesimæoctauæ Articulum secundum.

IN artic. secundo eiusdem quæstio. duo notanda sunt. Primum, ex

Cap. 30.

responsione ad tertium, s. quòd nunquam fiunt vera miracula ad confirmationem falsæ doctrinæ. Secundū, ex responsione ad quintū ab Augustino, quòd pernitiosissimus est error æstimantium in miraculosis operibus maiora esse dona Dei, quàm in operibus iustitiæ. Et hoc contra vulgares & communem errorē humani generis, putantium homines miracula facientes sanctos & quodammodo deos, simplices autem iustos quasi pro nihilo habentes. Totum enim oppositum deberet æstimari sicut in veritate est. Et hæc de gratiis gratis datis.

¶ Super

Cap. 19. to. 5.

nus dicit vigesimo de Ciuitate Dei *, Ambiguum esse solet vtrū propterea dicta sint signa & prodigia mendacia: quoniā mortales sensus per phantasmata decepturus est, vt quod non facit, facere videatur: aut quia illa etiam si erūt vera prodigia, ad mendacium pertrahent. Vera autem dicuntur, quia ipsæ res veræ erunt, sicut Magi Pharaonis fecerūt veras ranas & veros

Q. 114. art. 4.

serpentes. Non tamen habebunt veram rationē miraculi, quia fient virtute naturalium causarū, sicut in prima parte * dictum est. Sed operatio miraculorum, quæ attribuitur gratiæ gratis datæ, fit virtute diuina ad hominum vtilitatem.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd in miraculis duo possunt attendi. Vnū quidē est id quod fit, quod quidē est aliquid excedēs facultatem naturæ. Et secundū hoc miracula dicuntur virtutes. Aliud est id, propter quod miracula fiūt, scilicet ad manifestā dum aliquid supernaturale. Et secundum hoc communiter dicuntur signa. Propter excellentiam autem dicuntur portenta vel prodigia, quasi procul aliquid ostendentia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd gratia sanitatum commemoratur seorsum, quia per eam cōfert homini aliquod beneficium, scilicet corporalis sanitatis, præter beneficium commune quod exhibetur in omnibus miraculis, vt scilicet homines adducantur in Dei notitam.

¶ Ad quintum dicendum, quòd operatio miraculorum attribuitur fidei propter duo. Primò quidem, quia ordinatur ad fidei confirmationem. Secundò, quia procedit ex Dei omnipotentia, cui fides innititur. Et tamen sicut præter gratiam fidei necessaria est gratia sermonis ad fidei instructionem, ita etiam necessaria est operatio miraculorum ad fidei confirmationem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum mali possint miracula facere.

1. q. 110. art. 4. ad 2. Et 3. q. 43. art. 1. & 4. cor. & po. q. 6. ar. 5. ad 9 & art. 9. ad 7. & quo. 2. artic. 6. ad 4. * Artic. præc. ad 1.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd mali non possint miracula facere. Miracula enim impetrantur per orationem, sicut dictum est *, sed oratio peccatoris non est exaudibilis, secundum illud Ioannis nono, Scimus quia peccatores Deus non audit. Et Prouerbiorum 28. dicitur, Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio sua erit execrabilis: ergo videtur quòd mali miracula facere non possint.

¶ 2 Præterea, Miracula attribuūtur fidei, secūdum illud Matthæi 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit: fides autē sine operibus mortua est, vt dicitur Iacobi secundo. Et sic non videtur, quòd habeat propriam operationem. ergo videtur quòd mali qui non sunt bonorum operum, miracula facere non possint.

¶ 3 Præterea, Miracula sunt quædā diuina testimonia, secūdum illud ad Hebræ. secundo, Contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus. Vnde & in Ecclesia aliqui canonizantur per testimonia miraculorum: sed Deus non potest esse testis falsitatis. ergo videtur quòd mali homines non possint miracula facere.

¶ 4 Præterea, Boni fiūt Deo cōiunctiores quàm mali: sed non omnes boni faciunt miracula. ergo multo minus mali faciunt.

¶ SED CONTRA est, quod dicit Apostolus primæ ad Corin. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Sed quicunque non habet charitatem, est malus, quia hoc solum donum Spiritussancti est, quod diuidit inter filios regni & filios perditionis, vt dicit Augustinus 15. de Trinitate *. ergo videtur quòd etiam mali possint miracula facere.

Cap. 18. to. 3.

¶ RESPONDEO dicēdum, q. miraculorum aliqua quidem sunt non vera, sed phantastica facta, quibus s. ludificatur homo, vt videatur ei aliquid quod non est. Quædā verò sunt vera facta, sed non verè habent rationem miraculi, quæ fiunt virtute aliquarum naturalium causarū. Et hæc duo ponit fieri per dæmones, vt suprà dictū est *. Sed vera miracula non ponit fieri nisi virtute diuina, operatur enim ea Deus ad hominū vtilitatem. Et hoc dupliciter. Vno quidem modo, ad veritatis prædicatæ confirmationem. Alio modo, ad demonstrationē sanctitatis alicuius, quam Deus hominibus vult proponere in exemplū virtutis. Primo autē modo miracula possunt fieri per quēcunque qui veram fidem prædicat, & nomen Christi inuocat, quod etiam interdū per malos fit. Et secundū hūc modū etiam mali possunt miracula facere. Vnde sup illud Matt. 7. Nōne in nomine tuo prophetauimus, &c. dicit Hier. Prophetare, vel virtutes facere, & dæmonia eiicere, interdū non est eius meriti qui operatur. Sed inuocatio nominis Christi hoc agit, vt homines Deū honorēt, ad cuius inuocationem fiūt tanta miracula. Secundo autem modo non fiunt miracula nisi à Sanctis, ad quorū sanctitatem denūciandam miracula fiūt, vel in vita eorū, vel etiam post mortem, siue per eos siue per alios. Legitur enim Act. 19. quòd Deus faciebat virtutes per manus Pauli, & etiam desuper languidos deferebātur à corpore eius sudaria, & recedebant ab eis languores. Et sic etiam nihil prohiberet per aliquem peccatorem miracula fieri ad inuocationem alicuius Sancti, quæ tamen miracula non dicitur facere ille, sed ille ad cuius sanctitatem denunciandam hæc fierent.

Art. præc. ad 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd sicut suprà * dictum est, cū de oratione ageretur, oratio in impetrādo non innititur merito, sed diuinæ misericordiæ, quę etiā ad malos se extēdit. Et ideo etiā quandoque peccatorum oratio à Deo exauditur. Vnde Augustinus dicit super Ioannem *, q. illud verbū cæcus locutus est quasi adhuc inūctus, id est nondū perfectè illumina tus. Nam pēccatores exaudit Deus. Quod autē dicit, q. oratio nō audiētis legē, est execrabilis, intelligendū est quantū est ex

Q. 83. art. 16.
Tra. 44. in Ioan. to. 9.

merito

merito peccatoris. Sed interdū impetrat ex misericordia Dei, vel propter salutem eius qui orat, sicut auditus est Publicanus, vt dicitur Lucæ 18. vel etiam propter salutem aliorum & gloriam Dei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fides sine operibus dicitur esse mortua, quantum ad ipsum credentem, qui per eam non viuit vita gratiæ. Nihil autem prohibet quòd res viua operetur per instrumentum mortuum, sicut homo operatur per baculum. Et hoc modo Deus operatur per fidem hominis peccatoris instrumentaliter.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd semper miracula sunt vera testimonia eius, ad quod inducuntur. Vnde à malis, qui falsam doctrinam enuntiant, nunquam fiunt vera miracula ad confirmationem suæ doctrinæ, quamuis quandoque fieri possint ad cōmendationem nominis Christi, quod inuocant, & virtute sacramentorum, quæ exhibent. Ab his autem qui veram doctrinam enuntiāt, fiunt quandoq; vera miracula ad confirmationē doctrinæ, non autem ad testificationē sanctitatis. Vnde Au-

Q. 79. to. 4.

gustinus dicit in libro octogintatrium quæstio *. Aliter Magi faciunt miracula, aliter boni Christiani, aliter mali: Magi, per priuatos contractus cum dæmonibus: boni Christiani, per publicam iustitiam: mali Christiani, per signa publicæ iustitiæ.

¶ Ad quartum dicendum, quod sicut Augustinus dicit in libro

Quæs. 79.

octuagintarium quæstio *. Admonet nos Dominus, vt intelligamus quædam miracula etiam sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt.

¶ Ad quintum dicēdum, quòd, sicut ibidem Augustinus dicit, ideo non omnibus Sanctis ista attribuuntur, ne pernicio sissimo errore decipiantur infirmi, æstimantes in talibus factis esse maiora dona quàm in operibus iustitiæ, quibus vita æterna comparatur.

QVÆSTIO CENTESIMASEPTVAGESIMA nona, de diuisione vitæ, in actiuam & contemplatiuam, in duos articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de vita actiua & contemplatiua, vbi quadruplex considerationis occurrit. Quarum prima est de diuisione vitæ per actiuam & contemplatiuam. Secunda, de vita contemplatiua. Tertia, de vita actiua. Quarta, de comparatione vitæ actiuæ ad cōtemplatiuam. ¶ Circa primū quæruntur duo. ¶ Primò, vtrum vita conuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam. ¶ Secundò, vtrum diuisio sit sufficiens.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum vita conuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam.

3. di. 35. q. 1. art. 1. & 1. Eth. le. 5. co. 2. * Text. 37 & 40. 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd vita non conuenienter diuidatur per actiuam & cōtemplatiuam. Anima enim est principiū vitæ per suam essentiam. Dicit enim Philosophus in secūdo de Anima, * quòd viuere viuētibus est esse: actionis autem & contemplationis principium est anima per suas potentias. ergo videtur quòd vita non conuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam.

¶ 2 Præterea, Inconuenienter diuiditur prius per differentias posterioris. Actiuum autem & contemplatiuum, siue speculatiuum & practicum, sunt differētiæ intellectus, vt patet in ter-

Text. 46. & 49.

tio de Anima *. Viuere autem est prius quàm intelligere. Nam viuere ineſt viuentibus primo secundū animam vegetabilem,

Text. 34. & 59.

vt patet per Philosophum in 2. de Anima *. Ergo inconuenienter diuiditur vita per actiuam & contemplatiuam.

¶ 3 Præterea, Nomen Vitæ importat motum, vt patet per Dionysium quarto capite de Diui. nomi. Sed contemplatio consistit magis in quiete, secundum illud Sap. octauo, Intrans in domum conquiescam cum illa: ergo videtur quòd vita non conuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam.

Hom. 14. paulo ante med.

¶ SED CONTRA est, quod Greg. super Ezech *. dicit, Duæ sunt vitæ, in quibus nos Deus omnipotens per sacrum eloquium erudit, actiua videlicet & contemplatiua.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd illa propriè dicuntur viuentia, quę ex seipsis mouentur seu operantur. Illud autem maximè conuenit alicui per seipsum, quod est proprium ei, & ad quod maximè inclinatur. Et ideo vnumquodque viuens ostenditur viuere ex operatione sibi maximè propria, ad quam maximè inclinatur. Sicut plantarum vita dicitur in hoc consistere, quòd nutriuntur & generantur. Animalium verò in hoc, quòd sentiūt & mouentur. Hominū verò in hoc, quòd intelligunt & secundum rationem agunt. Vnde etiā & in hominibus vita vniuscuiusque hominis videtur esse id, in quo

Cap. 4. & 8.

maximè delectatur, & cui maximè intendit, & in hoc præcipuè vult quilibet conuiuere amico, vt dicitur in 9. Eth *. Quia ergo quidam homines præcipuè intendunt contemplationi veritatis, quidam intendunt principaliter exterioribus actionibus, inde est quòd vita hominis conuenienter diuiditur per actiuam & contemplatiuam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd propria forma vniuscuiusque faciens ipsum esse in actu, est principium operationis propriæ ipsius. Et ideo viuere dicitur esse viuentium, ex eo quòd vniuentia per hoc, quòd habent esse per suam formam, tali modo operantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vita vniuersaliter sumpta, non diuiditur per actiuam & contemplatiuam, sed vita hominis, qui speciem sortitur ex hoc, quòd habet intellectum. Et ideo eadem est diuisio intellectus & vitæ humanæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd contemplatio habet quidem quietem ab exterioribus motibus. Nihilominus tamen ipsum contemplari est quidam motus intellectus, prout quælibet operatio dicitur motus, secundum quod dicit Phil. tertio de Anima, * quòd sentire & intelligere sunt motus quidam, prout motus dicitur actus perfecti. Et hoc modo Dio. 4. c. de diui. nomi. ponit tres motus animæ contemplantis, scilicet rectum, circularem, & obliquum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum vita sufficienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam.

Supra ar. 1. & locis ibi notatis. Et cōtra ca. 92. vers. 4. ca. 1.

AD SECVNDVM sic procedi-

* Cap. 5.

tur. Videtur quòd vita nō sufficienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam. Phil. enim in 1. Eth. * dicit quòd tres sunt vitæ maximè excellentes, scilicet voluptuosa, ciuilis, quæ videtur esse eadem actiuæ, & contemplatiua. Insufficienter ergo videtur diuidi vita per actiuam & contemplatiuam.

¶ 2 Præterea, Augustinus 19. de Ciu. Dei, * ponit tria vitæ genera, scilicet otiosum, quod pertinet ad contemplationē: actuosum, quod pertinet ad vitam actiuam. Et addit tertium ex vtroque compositum. ergo videtur quòd insufficienter diuidatur vita per actiuam & cōtemplatiuam.

¶ 3 Præterea, Vita hominis diuersificatur secundum quòd homines diuersis actionibus agunt, sed plura quàm duo sunt humanarum actionum studia: ergo videtur quòd vita debeat in plura membra diuidi, quàm in actiuum & contemplatiuum.

¶ SED CONTRA est, quòd istæ duæ vitæ significantur per duas vxores Iacob. Actiua quidem per Liam, contemplatiua vero per Rachelem. Et per duas mulieres, quæ Dominum hospitio receperunt: contemplatiua quidem per Mariam, actiua verò per Martham, vt Greg. dicit sexto Moral. * Non autem esset hęc cōgrua significatio, si essent plures quàm duæ vitæ. ergo sufficienter diuiditur vita per actiuam & contemplatiuam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est *, diuisio ista datur de vita humana, quæ quidem attenditur secundum intellectum. Intellectus autem diuiditur per actiuum & contemplatiuum, quia finis intellectiuæ cognitionis vel est ipsa cognitio veritatis, quod pertinet ad intellectum contemplatiuum: vel est aliqua exterior actio, quod pertinet ad intellectum practicum siue actiuum. Et ideo vita etiam sufficienter diuiditur per actiuam & contemplatiuam.

¶ Super Quæstionis centesimæseptuagesimæ nonæ Articulum primum.

HIc incipit nona pars præsentis libri, in qua agitur de vita actiua & contēplatiua Quæ vt infra patebit, distinguuntur penes studia operationum, de quibus scripsit Apostolus, Diuisiones operationū sunt, idem verò Deus. In primo autem huius quæst. art. tria notāda sunt. Primū, in quo cōsistit vtraque vita. Nam contemplatiua non consistit in hoc, quòd solum vacet contemplationi veritatis, sed quòd studium hominis sit principaliter ad contemplationem veritatis. Et similiter vita actiua studet actionibus exterioribus non solum, sed principaliter.

Tex. 28.

¶ Secundum est, quòd in responsione ad primum habes specialē glossam illius tritę propositionis, Viuere viuentibus est esse, quod intelligitur causaliter, quia scilicet viuere causatur ab esse.

¶ Tertium est, quòd diuisio à Diony. posita circa tres motus animæ, s. per rectum, circularem, & obliquum, recitatur in responsione ad tertium, in art. sexto q. sequentis distinctionis.

Cap. 2. & 19.

¶ Super Quæstionis centesimæseptuagesimæ nonæ Articulum secundum.

IN art. 2. eiusdem q. tria nota. Primum, in corpore art. quòd cognitio veritatis habet dupliciē finem, scilicet veritatem & opus. Et hoc esset discutiendum nisi superius fuisset declaratum.

Cap. 28. & Hom. 14. in Ezech.

¶ Secundū est in responsione ad secundū, quòd in quolibet misto prædominatur aliquod simplicium. Et hoc ad Philosophiā dis centre spectat, an possit dari mistio ex æqualibus extremis. Sat est hic notasse, quòd secundum doctrinam Authoris non potest inueniri tale mistū, quod intelligo in esse pmanēti.

Art. præc. ad 2.

¶ Tertium est in responsione ad tertium, vbi Author humana studia adtria ca. reducit, ex parte triplicis finis, s. contemplationis, actionis, & voluptatis. Et hoc tertiū ab vtraque vita excludit ea ratione, quia de humanis studiis secundum rectam rationem est sermo. Non permittit autem rectā ratio hominem studere voluptati ranquam fini, sed vel in ordine ad actiones, vel ad contemplationes. Et hæc ratio est vniuersalis, hoc est respectu omnium voluptatum. Illa autem quæ ex communitate delectationis nobis & brutis animalibus sumpta est ab Arist. particularis est respectu scilicet delectationum gustus & tactus.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis centesimæoctuagesimæ Articulum primum.*

IN ar. 1. quæstionis centesimæ octuagesimæ colligēdum & ordinandum est id, quod de vita cōtemplatiua dicitur in affectu & intellectu. Nã formaliter est in intellectu, quoniã est ipsa contemplatio, quæ est actus intellectꝰ. Causaliter autē & terminatiuè est in affectu, & vtroq; modo dupliciter, nam causaliter est in affectu ratione amoris concupiscentiæ, & ratione amoris amicitiæ: ad amorem siquidem cōcupiscentiæ spectat, cùm aliquis appetit videre aliquid vt videat. Nam ipsum videre perfectio est videntis. Et seipsum amat, qui propter ea quęrit aliquid videre, vt videat seu cognoscat. Ad amorem verò amicitię spectat appetitus videndi aliquã personam, quia amat illam personam: & licet hęc duo diuisa inueniantur sæpe, in proposito tamen vnita inueniũtur in vno & eodem affectu. Nã studens contēplationi simul concupiscit sibi visionē veritatis, & propter amorē ipsius veritatis diuinæ, quam amat, tendit ad videndũ illã, & quoniã ratio amicitiæ præeminet concupiscentię, iō Greg. in litera allatus vitã contemplatiuam in charitate Dei causaliter cōstituit, constat enim quòd charitas Dei amicitiam ad ipsum principaliter importat. Terminatiuè autē contēplatio in affectu est & secundum delectationē naturaliter consequentē ipsam contēplationem & obiectũ contemplatũ, & secundum amorē amicitiæ augmētatũ ex hoc ipso ꝙ videt & delectatur, si tamē status patitur augmentum, quod dico propter contemplationem patriæ.

¶ *Super Quæstionis centesimæoctuagesimæ Articulum secundum.*

Infrà art. 2. ad 1. & art. 7. ad 2. & 3. di. 35. q. 1. ar. 2. & veri. q. 22. art. 11. ad 11. IN art. 2. eiusdē quæst. cētesimæoctuagesimę nota duo. Primum est ꝙ virtutes morales dupliciter disponunt ad vitam cōtemplatiuã. Vno mō respiciēdo ad ipsam cōtemplationem. Et sic disponũt indirectè, hoc est remouendo prohibens, s. passiones, & occupationes exteriores, quæ prohibent contēplari. Et sic intellige corpus articuli. Alio modo respiciendo causam contemplationis, quæ est charitas, vt dictum est. Et sic directè disponunt & pertinent virtutes morales ad vitam contemplatiuam, quia directè disponunt & pertinēt ad charitatem. Et sic intellige responsionem ad primũ. Et hinc potes diuersa dicta diuersimodè interpretari. Secundum est in responsione ad tertium, vbi Author duas partes pulchritudinis tractans, primam scilicet claritatem, ponit formaliter in intellectu: secundam autem, s. proportionem, ponit causaliter in eodem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vita voluptuosa ponit finem in delectatione corporali, quæ communis est nobis & brutis. Vnde sicut Philosophus ibidem dicit, est vita bestialis. Propter quod non comprehenditur sub præsenti diuisione, prout vita humana diuiditur in actiuam & contemplatiuam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd media conficiuntur ex extremis, & ideo virtutes continentur in eis, sicut tepidũ in calido, & frigido, & pallidum in albo & nigro. Et similiter sub actiuo & cōtemplatiuo cōprehenditur id quod est ex vtroque compositum. Et tamē sicut in quolibet misto prædominatur aliquod simplicium, ita etiam in medio genere vitæ superabundat quandoque quidē contemplatiuum, quandoque verò actiuum.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd omnia studia humanarum actionum, si ordinentur ad necessitatē præsentis vitæ secundum rationem rectam, pertinent ad vitam actiuam, quæ per ordinatas actiones cōsulit necessitati vitæ præsentis. Si autem deseruiant concupiscentiæ cuicunque, pertinent ad vitam voluptuosam, quæ non continetur sub vita actiua. Humana verò studia, quę ordinãtur ad considerationem veritatis, pertinent ad vitam contemplatiuam.

QVÆSTIO CENTESIMA octuagesima, de Vita contemplatiua in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vita contemplatiua. ¶ Et circa hoc quæruntur octo. ¶ Primò, vtrum vita contemplatiua pertineat tãtum ad intellectum, an consistat etiam in affectu. ¶ Secundò, vtrum ad vitam contemplatiuam pertineant virtutes morales. ¶ Tertiò, vtrum vita contēplatiua consistat solùm in vno actu, aut in pluribus. ¶ Quartò, vtrum ad vitam contemplatiuam pertineat consideratio cuiuscunque veritatis. ¶ Quintò, vtrum vita cōtemplatiua hominis in hoc statu possit eleuari vsq; ad Dei visionem. ¶ Sextò, de motibus contēplationis, quos Dionysius assignat quarto capite de Diuinis nominibus. ¶ Septimò, de delectatione contemplationis. ¶ Octauò, de duratione contemplationis.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum vita contemplatiua nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vita contemplatiua nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu. Dicit enim Philosophus in secundo Metaphy*. quòd finis contemplationis est veritas. Veritas autem pertinet ad intellectum totaliter: ergo videtur quòd vita contemplatiua totaliter in intellectu consistat. *(* Tex. 3.)*

¶ 2 Præterea, Grego. dicit in 6. Moral*. quòd Rachel, quæ interpretatur visum principium, vitam contemplatiuam significat: sed visio principij pertinet propriè ad intellectum. ergo vita contemplatiua propriè ad intellectum pertinet. *(Cap. 28.)*

¶ 3 Præterea, Gregorius dicit super Ezech*. quòd ad vitã contemplatiuam pertinet ab exteriori actione quiescere, sed vis affectiua siue appetitiua inclinat ad exteriores actiones. ergo videtur quòd vita contemplatiua non pertineat aliquo modo ad vim appetitiuam. *(Hom. 14.)*

¶ SED CONTRA est quod Gregor. ibidem dicit, quòd contemplatiua vita est charitatem Dei, & proximi tota mente retinere, & soli desiderio conditoris inhærere: sed desiderium & amor ad vim affectiuam siue appetitiuam pertinent, vt suprà habitum est*. ergo etiam vita contemplatiua habet aliquid in vi affectiua siue appetitiua. *(1. 2. q. 22. art. 3.)*

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd sicut dictum est*, vita contēplatiua illorum esse dicitur, qui principaliter intendunt contemplationi veritatis. Intentio autem est actus voluntatis, vt supra habitum est*, quia intentio est de fine, qui est voluntatis obiectum. Et ideo vita contemplatiua quantum ad ipsam essentiam actionis pertinet ad intellectum. Quantum autem ad id,[d] quod mouet ad exercendam talem operationem, pertinet ad voluntatē, quæ mouet omnes alias potentias, & etiam intellectum, ad suum actum, vt supradictũ est*. Mouet autem vis appetitiua ad aliquid inspiciendum vel sensibiliter, vel intelligibiliter. Quandoque quidem propter amorem rei visæ, quia vt dicitur Matthæi sexto, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quandoque autem propter amorem ipsius cognitionis, quam quis ex inspectione consequitur. Et propter hoc Gregorius* constituit vitam contemplatiuam in charitate Dei, inquantum scilicet aliquis ex dilectione Dei inardescit ad eius pulchritudinem conspiciendam. Et quia vnusquisque delectatur cùm adeptus fuerit id quod amat, ideo vita contemplatiua terminatur ad delectationem, quæ est in affectu, ex qua etiam amor intenditur. *(Q. pre. — 1. 2. q. 12. art. 1. — D. 1189. — 1. 2. q. 9. art. 1. — Hom. 14. in Ezech.)*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hoc ipso quòd veritas est finis contemplationis, habet rationem boni appetibilis & amabilis, & delectantis. Et secundum hoc pertinet ad vim appetitiuam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad ipsam visionē primi principij, s. Dei, incitat amor ipsius. Vnde Gregorius dicit super Ezech*. quòd vita contemplatiua, calcatis curis omnibus, ad videndam faciem sui creatoris inardescit. *(Hom. 14.)*

¶ Ad tertium dicēdum, quòd vis appetitiua mouet non solùm membra corporalia ad exteriores actiones exercendas, sed etiam intellectum ad exercendam operationem contemplationis, vt dictum est*. *(In cor. ar.)*

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum virtutes morales pertineant ad vitam contemplatiuam.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd virtutes morales pertineant ad vitam contemplatiuam. Dicit enim Gregorius super Ezech*. quòd contemplatiua vita est charitatem Dei, & proximi tota mente retinere: sed omnes virtutes morales, de quarum actibus dantur præcepta legis, reducuntur ad dilectionem Dei, & proximi: quia plenitudo legis dilectio est, vt dicitur ad Romanos decimotertio. ergo videtur quòd virtutes morales pertineant ad vitam contemplatiuam. *(Infra q. 181. ar. 1. ad 3. & arti. 2. co. & art. 4. ad 1 & q. 182. art. 3. co. & opu. 17. c. 7. ad 7. & 3. cōtra c. 37 fi. & Phy fi. 7. lec. 6.)*

¶ 2 Præterea, Vita comtemplatiua præcipuè ordinatur ad Dei contemplationem. Dicit enim Gregor. super Ezechiel. quòd* calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui creatoris inardescit. Sed ad hoc nullus potest peruenire nisi per munditiam quam causat virtus moralis. Dicitur enim Matt. quinto, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et ad Heb. duodecimo, Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. ergo videtur quòd virtutes morales pertineant ad vitam contemplatiuam. *(* Hom. 14.)*

¶ 3 Præterea, Gregorius dicit super Ezechiel*. quòd contemplatiua vita speciosa est in animo, vnde significatur per Rachelem, de qua dicitur Gen. vigesimonono, quòd erat pulchra facie: sed pulchritudo animi attenditur secundum virtutes morales, & præcipuè secundum temperantiam, vt Ambrosius dicit in primo de Offic*. Ergo videtur quòd virtutes morales pertineant ad vitam contemplatiuam. *(Hom. 14. — Cap. 8. & 43. to. 1.)*

¶ SED CONTRA est, quòd virtutes morales ordinantur ad exteriores actiones. Sed Gregor. dicit in 6. Moral*. ꝙ ad cōtemplatiuã vitã pertinet ab exteriori actione quiescere. Ergo virtutes morales non pertinent ad vitam contēplatiuam. *(Cap. 28.)*

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ ad vitam contemplatiuam potest aliquid pertinere dupliciter. Vno modo, essentialiter. Alio mō, dispositiuè. Essentialiter quidē virtutes morales non pertinent ad vitã contēplatiuam, quia finis cōtemplatiuæ vitæ est cōsideratio veritatis. Ad virtutes aũt morales, scire quidē, quod pertinet ad considerationem veritatis, paruã potestatem habet, vt Philosophus dicit in secũdo Ethic*. Vnde & ipse in decimo Eth*. virtutes morales dicit pertinere ad felicitatem actiuã, non autem ad contemplatiuã. Dispositiuè autē virtutes morales pertinent ad vitã contēplatiuã. Impeditur enim actus contēplationis, in quo essentialiter consistit vita contēplatiua, & per vehementiã passionum, per quam abstrahitur intentio animæ ab intelligibilibus ad sensibilia, & per tumultus exteriores. Virtutes autem morales impediunt vehementiam passionum, & sedant exteriorum occupationum tumultus, & ideo virtutes morales dispositiuè ad vitam contemplatiuam pertinent. *(Cap. 2. — Cap. 7. & 8.)*

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd, sicut suprà dictum est*, vita contemplatiua habet motiuum ex parte [d] affectus. Et secundum hoc dilectio Dei & proximi requiritur ad vitam contemplatiuam. Causæ autem mouentes non intrant essentiam rei, sed disponũt & perficiunt rem. Vnde non sequitur quòd virtutes morales essentialiter pertineant ad vitam contemplatiuam. *(Art. pre. — D. 1189.)*

¶ Ad secundum dicendum, quòd sanctimonia, id est, munditia, causatur ex virtutibus, quæ sunt circa passiones impediētes puritatem rationis. Pax autem causatur ex iustitia, quæ est circa operationes, secundum illud Isa. 32. Opus iustitię pax, inquantum scilicet ille, qui ab iniuriis aliorum abstinet, subtrahit litigiorum & tumultuum occasiones, & sic virtutes morales disponunt ad vitam contemplatiuam, inquantum causant pacem & munditiam.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd pulchritudo (sicut supradictum est*) consistit in quadam claritate & debita proportione. Vtrũque autem horum radicaliter in ratione inuenitur: ad quam pertinet & lumen manifestans, & proportionem debitam in aliis ordinare. Ideo in vita contemplatiua, quæ consistit in actu rationis, per se & essentialiter inuenitur pulchritudo. Vnde Sapientiæ 8. de contemplatione sapientiæ dicitur, Amator factus sum formæ illius. In virtutibus autem moralibus inuenitur pulchritudo participatiuè, inquantum scilicet participant ordinem rationis, & præcipuè in temperantia, quæ reprimit concupiscentias maximè lumen rationis obscurantes. Et inde est, quòd virtus castitatis maximè reddit hominem aptum ad contemplationem, inquantum delectationes venereæ maximè deprimunt mentem ad sensibilia: vt Augustinus dicit in lib. Soliloquiorum*. *(Q. 145. art. 2. — Ca. 10. to. 1.)*

¶ *Super Quæstionis centesimæoctuagesimæ Articulum tertium.*

IN art. 3. eiusdem quæstionis collige distinctè nouem ad vitã contemplatiuam pertinentia quæ recitantur in litera, & distinctè applica ad tria mēbra progressus in contemplatione, in corpore articuli posita, s. acceptionem principiorum, deductionem ex principiis acceptis, & cōtemplationem ipsam. Et sic diuide ac distribue, vt auditio, lectio, & oratio ad acceptionem spectent: meditatio verò, speculatio, consideratio, & cogitatio, ad deductionem: contemplatio demum cum subsequente admiratione ad ipsam cōsummationem contemplationis.

¶ *Super Quæstionis centesimæoctuagesimæ Articulum quartum.*

IN ar. 4. eiusdem quæstionis hoc solùm notandum occurrit, quòd vita contemplatiua potest dupliciter determinari, scilicet secundũ se, vel ex parte cōtemplantis. Secũdum se quidem tractatur in litera, & cōstituitur in contemplatione Dei principaliter ea ratione, quia contemplatio Dei finis est contemplationis creaturarũ secundũ se. Nam imperfecta naturaliter ordinantur ad perfecta vt ad finem. Ex parte verò contemplantis, contemplatiua vita consistit in illorum cōtemplatione, quibus contemplandis homo studium suum principaliter adhibet. Et ideo Philosophi q astrostrorum vel naturalium contemplationi, omissis omnibus, studebant, contemplatiuæ vitæ participes erant, etiam si nihil de Dei contemplatione curassent: ad quam tamen multi eorum principaliter tendere videbantur, illi s. qui ad rerũ causas inuestigandas incumbebãt, & hoc pacto vita cōtemplatiua apud Gentiles distinguebatur contra actiuam. *(3. di. 35. q. 1. ar. 2. Et 4. di. 5. q. 4. ar. 2. q. 1. ad secũdum. — * In li. de contemp. cap. 3. — Lib. 5. in fin. — Lib. 2. de fi. ca. 15.)*

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum ad vitam comtemplatiuam pertineant diuersi actus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ad vitam cōtemplatiuam pertineant diuersi actus. Ricardus enim de sancto Victore* distinguit inter contemplationem, meditationem, & cogitationem: sed omnia ista videntur ad vitam contemplatiuam pertinere. ergo videtur quòd vitæ contemplatiuæ sint diuersi actus.

¶ 2 Præterea, Apostolus 2. ad Corinthios 3. dicit, Nos verò reuelata facie gloriam Domini speculantes, transformamur in eandem claritatem: sed hoc pertinet ad vitam contemplatiuam: ergo præter tria prædicta etiam speculatio ad vitam contemplatiuam pertinet.

¶ 3 Præterea, Bernardus dicit in libro de Cōsideratione,* quòd prima & maxima contemplatio est admiratio maiestatis: sed admiratio secũdum Damascenum*, ponitur species timoris: ergo videtur quòd plures actus ad vitam contemplatiuam requirantur.

¶ 4 Præterea, Ad vitam contemplatiuam pertinere dicuntur oratio, lectio, & meditatio: pertinet etiam ad vitam contemplatiuam auditus. Nam de Maria, per quam vita contemplatiua significatur, dicitur Lucæ 10. quòd sedens secus pedes Domini, audiebat verba illius. Ergo videtur quòd plures actus ad vitam contemplatiuam requirantur.

¶ SED CONTRA est, quòd vita hîc dicitur operatio, cui homo principaliter intendit. Ergo si plures sunt operationes vitæ contemplatiuæ, non erit vna vita contemplatiua, sed plures.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd de vita contemplatiua nunc loquimur secundum quòd ad hominem pertinet. Hæc autem differentia est inter hominem & Angelum vt patet per Dionys. 7. de Diui. nom. quòd Angelus simplici apprehensione veritatem intuetur. Homo autem quodam processu ex multis pertingit ad intuitum simplicis veritatis. Sic ergo contemplatiua vita vnum quidem actum habet in quo finaliter perficitur, scilicet contemplationem veritatis, à quo habet vnitatem. Habet autem multos actus, quibus peruenit ad hunc actum finalem: quorum quidam pertinent ad acceptionem principiorum, ex quibus procedit ad contemplationem veritatis. Alij autem pertinēt ad deductionem principiorum in eius veritatem, cuius cognitio inquiritur. Vltimus autem completiuus actus, est ipsa contemplatio veritatis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cogitatio secundum Ricardum de sancto Victore*, videtur pertinere ad multorum inspectionem, ex quibus aliquis colligere intendit vnam simplicem veritatem. Vnde sub cogitatione comprehēdi possunt & perceptiones sensuum, ad cognoscendum aliquos effectus, & imaginationes, & discursus rationis circa diuersa signa, vel quæcunque perducentia in cognitionem veritatis intentæ. Quamuis secundum Augustinum 14. de Trin*. cogitatio dici possit omnis actualis operatio intellectus. Meditatio verò pertinere videtur ad processum rationis ex principiis aliquibus pertingentibus ad veritatis alicuius contemplationem. Et ad idem pertinet consideratio secundùm Bernardum*. Quamuis secundum Philosophum in 3. de Anima, omnis operatio intellectus, consideratio dicatur: sed contemplatio pertinet ad ipsum simplicem intuitum veritatis. Vnde idem Ricardus dicit, quòd contemplatio est perspicax & liber contuitus animi in res perspiciendas. Meditatio autē est intuitus animi in veritatis inquisitione occupatus. Cogitatio autem est animi respectus ad euagationem pronus. *(Lib. 1. de contempl. ca. 4. — Ca. 7. to. 3. — Loc. cita. art. 3.)*

¶ Ad secundum dicendum, quòd speculatio, vt glossa Augustini* dicit ibidem, dicitur à speculo, non à specula. Videre autem aliquid per speculum, est videre causam per effectum, in quo eius similitudo relucet: vnde speculatio ad meditationem reduci videtur. *(Lib. 15. de Trin. c. 8. to. 3.)*

¶ Ad tertium dicendum quòd admiratio est species timoris consequens apprehensionem alicuius rei excedentis nostram facultatem. Vnde admiratio est actus consequens contemplationem sublimis veritatis. Dictum est enim*, quòd contemplatio in affectu terminatur. *(Art. huius q.)*

¶ Ad quartum dicendum, quòd homo ad cognitionem veritatis pertingit dupliciter. Vno modo, per ea quæ ab alio accipit. Et sic quidem quantum ad ea quæ homo à Deo accipit, necessaria est oratio: secundum illud Sapien. 7. Inuocaui, & venit in me Spiritus sapientiæ. Quantum verò ad ea, quæ accipit ab homine, necessarius est auditus, secundum quod accipit ex voce loquentis: & lectio, secundum quòd accipit ex eo quod per Scripturam est traditum. Alio modo, necessarium est, quòd adhibeat proprium studium, & sic requiritur meditatio.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum contemplatiua solùm consistat in contemplatione Dei, an etiam in consideratione cuiuscunque veritatis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd vita contemplatiua non solùm consistat in contemplatione Dei, sed etiam in consideratione cuiuscunque veritatis. Dicitur enim in Psal. 138. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis: sed cognitio diuinorum operum fit per aliquam contemplationem veritatis. ergo videtur quòd ad vitam contemplatiuam pertineat non solum diuinã veritatem, sed etiam quamlibet aliam contemplari. *(Infra art. 7. cor. & q. 81. ar. 4. ad 2. & q. 182. art 2. cor. & 3. dist. 35. q. 1. ar. 2. q. 3.)*

¶ 2 Præterea, Bernardus in lib. de Cōsideratio*. dicit, ꝙ prima cōtemplatio est admiratio maiestatis: secunda est iudiciorum *(Lib. 5. in fine.)*

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis centesimæoctuagesimæ Articulum quintum.*

IN artic. quinto eiusdem quæstionis aduerte circa titulũ, quòd non est hic quæstio de Diuina omnipotentia, cùm dicitur, An possit vita contemplatiua pertingere ad diuinam visionem, &c. [*Lib. 1. de contempl. cap. 6.*] Sed ly possit, denotat potẽtiam ordinariam secũdum inditum naturæ modum. Et similiter in responsione ad primum, cùm Dionysius dicit, Si aliquis videns Deum, intellexit quod vidit, non ipsum vidit, intelligitur de communi vsu Scripturæ, quo multi dicuntur vidisse Deum siue imaginariè, siue intellectualiter. Et hæc dico propter Moysen & Paulum.

¶ *Super*

Dei: tertia est beneficiorum ipsius: quarta est promissorũ. Sed inter hæc quatuor solum primũ pertinet ad diuinã veritatẽ, alia verò tria pertinẽt ad effectus ipsius: ergo vita contemplatiua non solùm consistit in consideratione diuinæ veritatis, sed etiam in consideratione veritatis circa diuinos effectus.

¶ 3 Præterea, Ricardus de sancto Victore * distinguit sex species contemplationum. Quarum prima est secũdum solam imaginationem, dum attẽdimus res corporales. Secunda autem est in imaginatione secundum rationem, prout scilicet sensibilium ordinem & dispositionem consideramus. Tertia est in ratione secũdum imaginationem, quãdo s. per inspectionem rerum visibilium ad inuisibilia subleuamur. Quarta autem est in ratione secundum rationem, quando scilicet animus intendit inuisibilibus, quæ imaginatio non nouit. Quinta autem est supra rationem, quando ex diuina reuelatione cognoscimus ea quæ humana ratione comprehendi non possunt. Sexta autem est supra rationem, & præter rationem: quando scilicet ex diuina illuminatione cognoscimus ea quæ humanę rationi repugnare videntur: sicut ea quæ dicũtur de mysterio Trinitatis. Sed solum vltimum videtur ad diuinã veritatem pertinere: ergo contemplatio non solùm respicit diuinam veritatem, sed etiam eam, quæ in creaturis consideratur.

¶ 4 Præterea, In vita contemplatiua quæritur contemplatio veritatis, inquantum est perfectio hominis: sed quęlibet veritas est perfectio humani intellectus: ergo in qualibet contemplatione veritatis consistit vita contemplatiua.

¶ SED CONTRA est, quod Gregorius dicit in sexto Moral*. [*Cap. 28.*] quòd in contemplatione principium, quod Deus est, quæritur.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut iam dictum est*, [*Artic. 2.*] ad vitam contemplatiuã pertinet aliquid dupliciter. Vno modo, principaliter. Alio modo, secundariò vel dispositiuè. Principaliter quidem ad vitam contẽplatiuam pertinet contemplatio diuinæ veritatis: quia huiusmodi contemplatio est finis totius humanæ vitæ. Vnde Augustinus dicit in primo de Trinitate,* [*Ca. 8. to. 3.*] quòd cõtemplatione Dei promittitur nobis actionum omnium finis atque æterna perfectio gaudiorum: quæ quidem in futura vita erit perfecta, quando videbimus eum facie ad faciem, vnde & perfectos beatos faciet. Nunc autem contemplatio diuinæ veritatis competit nobis imperfectè, videlicet per speculum & in ænigmate. Vnde per eam fit nobis quædã inchoatio beatitudinis, quæ hic incipit vt in futuro continuetur. Vnde & Philosophus decimo Ethicorum*, [*Cap. 6. 7. & 8.*] in contemplatione optimi intelligibilis ponit vltimam felicitatem hominis. Sed quia per diuinos effectus in Dei contemplationem manuducimur, secundum illud ad Romanos primo, Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: inde est quòd etiam contemplatio diuinorum effectuum secundariò ad vitam contemplatiuam pertinet, prout scilicet ex hoc manuducitur homo in Dei cognitionem. Vnde Augustinus dicit in libro de Vera Religione*, [*Ca. 29. to. 1.*] quòd in creaturarum consideratione non vana & peritura curiositas est exercenda, sed gradus ad immortalia & semper manentia faciendus. Sic ergo ex præmissis * [*Art. 1. 2. & 3.*] patet, quòd ordine quodam quatuor ad vitam contemplatiuam pertinent. Primò quidem virtutes morales. Secundò autem, alij actus, præter contemplationem. Tertiò verò, contemplatio diuinorum effectuum. Quartum verò contemplatiuum est ipsa cõtemplatio diuinæ veritatis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dauid cognitionem operum Dei quærebat, vt ex hoc manduceretur in Deum. Vnde alibi dicit, Meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar: expandi manus meas ad te.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex cõsideratione diuinorum iudiciorum manuducitur homo in contemplationem diuinæ iustitiæ. Ex consideratione autem diuinorum beneficiorum & promissorum manuducitur homo in cognitionem diuinæ misericordiæ seu bonitatis, quasi per effectus exhibitos vel exhibendos.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per illa sex designantur gradus, quibus per creaturas in Dei contemplationem ascenditur. Nam in primo gradu ponitur perceptio ipsorum sensibilium. In secundo verò gradu ponitur progressus à sensibilibus ad intelligibilia. In tertio verò gradu ponitur diiudicatio sensibilium secundum intelligibilia. In quarto verò gradu ponitur absoluta consideratio intelligibilium, in quæ per sensibilia peruenitur. In quinto verò gradu ponitur contemplatio intelligibilium, quæ per sensibilia inueniri non possunt, sed per rationem capi possunt. In sexto gradu ponitur consideratio intelligibilium, quæ ratio nec inuenire nec capere potest: quæ scilicet pertinent ad sublimem contemplationem diuinæ veritatis, in qua finaliter contemplatio perficitur.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd vltima perfectio intellectus est veritas diuina. Aliæ autem veritates perficiunt intellectum in ordine ad veritatem diuinam.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum vita contemplatiua secundum statum huius vitæ possit pertingere ad visionem diuinæ essentiæ.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd vita contemplatiua secundum statum huius vitæ possit pertingere ad visionem diuinæ essentiæ: quia vt habetur Genesis trigesimosecundo, Iacob dixit, Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: sed visio faciei Dei est visio diuinæ essentiæ: ergo videtur quòd aliquis per contemplationem in præsenti vita possit se extendere ad videndum Deum per essentiam. [*1. q. 12. ar. 11. Et 1. 2. q. 93. art. 2. & 3. di. 35 q. 2. ar. 2. & 4. di. 49. q. 2. arti. 7. & 3. con. ca. 47. & veri. q. 10. art. 11. & quol. 1. art. 1.*]

¶ 2 Præterea, Gregorius dicit in sexto Moral*. [*Cap. 27.*] quòd viri contemplatiui ad semetipsos introrsus redeunt, in eo quòd spiritualia rimantur, & nequaquam secum rerum corporalium vmbras trahunt, vel fortasse tractas manu discretionis abigunt. Sed incircunscriptum lumen videre cupiẽtes, cunctas circunscriptionis suæ imagines deprimunt: & in eo quòd super se contingere appetunt, vincunt quod sunt. Sed homo non impeditur à visione diuinæ essentiæ, quæ est lumen incircunscriptum, nisi per hoc, quòd necesse habet intendere corporalibus phantasmatibus: ergo videtur quòd contemplatio præsentis vitæ potest se extendere ad videndum incircunscriptum lumen per essentiam.

¶ 3 Pręterea, Greg. 2. Dialogorum* [*Cap. 35.*] dicit, Animæ videnti creatorem angusta est omnis creatura. Vir ergo Dei, s. beatus Benedictus, qui intra globum igneum angelos quoque ad cælos redeuntes videbat, hoc proculdubio cernere non nisi in Dei lumine poterat. Sed beatus Benedictus ad huc præsenti vita viuebat: ergo contemplatio præsentis vitæ potest se extendere ad videndum Dei essentiam.

¶ SED CONTRA est quod Greg. dicit super Ezech*. [*Hom. 14.*] Quandiu in hac mortali carne viuitur, nullus ita in contemplationis virtute proficit, vt in ipso incircunscripti luminis radio mentis oculos infigat.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 12. super Gen. ad literam*, [*Ca. 27. to. 3.*] Nemo videns Deum, viuit ista vita, qua mortaliter viuitur in istis sensibus corporis. Sed nisi ab hac vita quisque quodammodo moriatur, siue omnino exiens de corpore, siue alienatus à carnalibus sensibus, in illã non subuehitur visionem, quæ suprà * [*q. 175. ar. 4. & 5.*] diligentius pertractata sunt, vbi dictum est de raptu: & in primo, * [*q. 12. art 11.*] vbi actum est de Dei visione. Sic ergo dicendum est, quòd in hac vita potest esse aliquis dupliciter. Vno modo, secundum actum: inquantum scilicet actualiter vtitur sensibus corporis. Et sic nullo modo contemplatio præsentis vitæ potest pertingere ad videndum Dei essentiam. Alio modo potest esse aliquis in hac vita potentialiter, & non secundum actum: inquantum anima eius est corpori mortali coniuncta, vt forma: ita tamen vt non vtatur corporis sensibus, aut etiam imaginatione: sicut accidit in raptu, & sic potest contemplatio huius vitæ pertingere ad visionem diuinæ essentiæ. Vnde supremus gradus contemplationis præsentis vitæ est, qualem habuit Paulus in raptu: secundum quem fuit medio modo se habens inter statum præsentis vitæ & futuræ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Dionys. in

epistola

epistola ad Caium monachum * dicit, Si aliquis videns Deum intellexit quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum quæ sunt eius. Et Grego. dicit super Ezechie.* quòd nequaquã omnipotens Deus iam in sua claritate conspicitur, sed quiddam sub illa speculatur anima, vnde rectè proficiat, & post ad visionis eius gloriam pertingat. Per hoc ergo quòd Iacob dixit, Vidi Deum facie ad faciem, non est intelligendum quòd Dei essentiam viderit, sed quòd formam, scilicet imaginariã vidit, in qua Deus locutus est ei: vel quia per faciem quemlibet cognoscimus, cognitionem Dei faciem eius vocauit: sicut gloss. Gregor. ibidem dicit.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd contemplatio humana, secundum statum præsentis vitæ, nõ potest esse absque phãtasmatibus: quia cõnaturale est homini, vt species intelligibiles in phantasmatibus videat: sicut Philosop. dicit in 3. de Anima. Tamen intellectualis cognitio non sistit in ipsis phantasmatibus: sed in eis contẽplatur puritatẽ intelligibilis veritatis. Et hoc nõ solùm in cognitione naturali: sed etiã in eis, quæ per reuelationẽ cognoscimus. Dicit enim Dion. 2. cap. Cæl. hier. quòd angelorum hierarchias manifestat nobis diuina claritas in quibusdã symbolis figuratis: in cuius virtute restituimur in simplũ radiũ, id est, in simplicem cognitionẽ intelligibilis veritatis. Et sic intelligendũ est quod Grego. dicit, quòd contemplantes corporalium rerum vmbras non secum trahunt: quia videlicet in eis non sistit eorum contemplatio, sed potius in consideratione intelligibilis veritatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex verbis Greg. nõ datur intelligi, quòd beatus Benedictus Deum in illa visione per essentiã viderit, sed vult ostendere, quòd quia videnti Creatorẽ angusta est omnis creatura, consequens est, quòd per illustrationem diuini luminis de facili possint quæcunque videri. Vnde subdit, Quantumlibet enim parum de luce creatoris aspexerit, breue ei fuit omne quod creatum est.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum operatio contemplationis conuenienter distinguatur per tres motus, circularem, rectum, & obliquum.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter operatio contemplationis distinguatur per tres motus, circularem, rectum, & obliquum, quarto capitulo de Diuin. nomi*. [*Cap. 4. par. 1.*] Contemplatio enim tantum ad quietem pertinet: secundum illud Sap. 8. Intrans in domum meam, conquiescã cum illa. Sed motus quieti opponitur. Non ergo operationes contemplatiuæ vitæ per motus designari debent.

¶ 2 Præterea, actio cõtemplatiuæ vitæ ad intellectũ pertinet, secundum quem homo cum angelis conuenit: sed in angelis aliter assignat Dion. hos motus quàm in anima. Dicit enim motum circularem angeli esse secundũ illuminationes pulchri & boni. Motum autem circularẽ animæ secundum plura determinat. Quorum primum est, introitus animæ ab exterioribus ad seipsam: secundum est, quædam conuolutio virtutũ ipsius: per quam anima liberatur ab errore & ab exteriori occupatione: tertium autem est, vnio ad ea quæ supra se sunt. Similiter etiam differenter describit motum rectum vtriusque. Nam rectum motum angeli dixit esse, secundum quod procedit ad subiectorum prouidentiam. Motum autem rectũ animæ ponit in duobus. Primò quidem in hoc, quòd progreditur ad ea quæ sunt circa ipsam. Secundo autem in hoc, quòd ab exterioribus ad simplices contemplationes eleuatur. Sed & motũ obliquum diuersimodè in vtrisque determinat. Nã obliquum motum in angelis assignat in hoc, quòd prouidendo minus habentibus manent in identitate circa Deum. Obliquum autem motum animæ assignat, ex eo, quòd anima illuminatur diuinis cogitationibus rationaliter & diffusè. Non ergo videntur conueniẽter assignari operationes contemplationis per modos prædictos.

¶ 3 Præterea, Ricardus de sancto Victore in lib. de contemplatione,* [*Lib. 1. ca. 5.*] ponit multas alias differentias motuum ad similitudinem volatilium cæli: quorum quædã nũc ad altiora se extollunt, nunc autem in inferiora demerguntur: & hoc sæpius repetere videntur. Alia verò dextrorsum vel sinistrorsum diuertunt multoties. Quædam vero mouentur in anteriora, vel posteriora frequenter. Alia vero quasi in gyrum vertuntur, secundum latiores vel contractiores circuitus. Quædam verò quasi immobiliter suspensa in vno loco manent. Ergo videtur quòd non sint solùm tres motus contemplationis.

¶ IN CONTRARIVM est autoritas Dionysij.* [*Loc. cit. in arg. 2.*]

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est suprà,* [*Q. 179. arti. 1. ad 3.*] operatio intellectus in qua contemplatio essentialiter cõsistit, motus dicitur, secundum quòd motus est actus perfecti: vt Philosoph. dicit in 3. de Anima.* [*Tex. 28.*] Quia verò per sẽsibilia in cognitionem intelligibilium deuenimus, operationes aũt sensibiles sine motu non fiũt: inde est, quòd etiam operationes intelligibiles quasi motus quidam describuntur, & secũdum similitudinem diuersorum motuum earum differentia assignatur. In motibus autẽ corporalibus perfectiores & primi sunt locales, vt probatur in 8. Physic.* [*Tex. 55. & 57.*] Et ideo sub eorũ similitudine potissimę operationes intelligibiles describũtur. Quorum quidẽ sunt tres differẽtiæ. Nã quidam est circularis, secũdum quẽ aliquid mouetur vniformiter circa idem centrum. Alius autẽ est rectus, secũdum quem aliquid procedit ab vno in aliud. Tertius autem est obliquus, quasi compositus ex vtroque. Et ideo in operationibus intelligibilibus id quod simpliciter habet vniformitatem, attribuitur motui circulari. Operatio autem intelligibilis, secundum quam proceditur de vno in aliud, attribuitur motui recto. Operatio autem intelligibilis habens aliquid vniformitatis simul cum processu ad diuersa, attribuitur motui obliquo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd motus corporales exteriorés opponuntur quieti cõtemplationis, quæ intelligitur esse ab exterioribus occupationibus. Sed motus intelligibilium operationum ad ipsam quietem contemplationis pertinent.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd homo cõuenit in intellectu cũ angelis in genere. Sed vis intellectiua est multò altior in angelo, quàm in homine: & ideo alio modo oportet hos motus in hominibus & in angelis assignare, secundũ quòd diuersimodè se habent ad vniformitatẽ. Intellectus

[*In medio*]

¶ *Super quæstionis centesimæ octuagesimæ Articulum sextum.*

[*Homi. 14.*] IN articu. sexto eiusdem quæstionis circa distinctionem motuum contemplationis per circularem, rectum, & obliquum, aduerte primò, quòd quia hæc distinctio communis est Angelis & hominibus, & rursus comprehensoribus & viatoribus: ideo non potest vnico exemplo quodlibet membrũ declarari. Sed ex litera facile cõe quid colligi potest: vt motus circularis sit ipsa simplex Dei contemplatio. Rectus verò in nobis quidam [*D. 190.*] discursus naturalis, in angelis verò illuminatio, quia superiores illuminant inferiores quasi naturaliter. Obliquus autem diuinis vtitur vt principiis, & discursu in nobis, vel illuminatione in Angelis vt actu seu effectu: vt sic sit compositus ex recto & circulari. Et scias quòd iste sermo est parabolicus ad similitudinem motus circularis, qui proprius est cælo: & motus recti, scilicet à medio vel ad medium, qui proprius est elementis: & motus obliqui, quem experimur continuè in agitatione ventorum, & proprius est mistis. Vnde non oportet omnimodam similitudinem in metaphora hac quærere: sed sat est intelligere quod dicitur.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundũ, dubium occurrit circa illa verba, quòd Angeli indefinenter absque principio & fine intuentur Deum. Nã cùm Angeli non fuerint creati ab æterno, nec etiam fuerint beati ab æterno, constat quòd non absque principio cœperint videre Deum.

[*Suprà q. 179. ar. 1. ad 3. Et veri. q. 8. art. 15. ad 3. & q. 10. art. 8. ad 10. Et Dion. 4. le. 7. cor. 21. Et opus. 20. li. 3. c. 2. & 3.*]

¶ Ad hoc dicitur, quòd visio beata, de qua est sermo, qua Angeli vident Deum, potest iudicari seu considerari dupliciter. Vno modo, secundum se, hoc est, secundum rationem sui ordinis & suæ propriæ mensuræ. Alio modo, ex parte videntis. Et si consideretur secundum se, sic constat quòd est diuini ordinis, & propria eius mensura est non tempus quodcũque nec æuum, sed æternitas, participata tamen, vt in quæstione 10. primi libri huius operis patet, & ęternitati participatę accidat habere principiũ durationis. Potest nanque coæterna esse æternitati per essentiam, vt patet, si Deus creasset vnum Angelum beatum ab æterno: ideo visio beata Angeli verè secundum se dicitur absque principio & fine. Quoniam, vt dictum est, accidit sibi habere principium ex parte videntis: quod est secundum membrum, quod est considerare visionem beatam secundo modo. Sic enim considerata principium habet durationis. Sicut si diceremus, quòd motus circularis caret principio & fine secundum se. Per accidens tamen si quandoque inchoauit, diceretur habere principium.

¶ In eadem responsione circa motum circularem animæ nostræ nota progressum literæ esse talem, vt primò anima aciem intellectionis à compositis ad simplicia reducat, hoc est, à sensibilibus quæ constat esse composita ad seipsam intus contemplandam, quæ est simplex, perueniat. Et hic est primus gradus. Deinde à seipsa ascendat discurrendo ad contemplationem quidditatis simplicis, ita quòd hoc fiet in termino discursus, absque discursu aliquo, tanquam si contempletur vnam substantiam separatam. Et hic modus videtur esse progressus ille quem posuit Auempace in ascensu ad substantias separatas, expoliãdo quidditatem à quidditate. Et in hac speculatione non est error, sed aut totum, aut nihil attingitur, vt dicitur in nono Metaphy. Et quoniam in hoc gradu, quantum ad propositum spectat, principaliter consideratur exclusio discursus: ideo Author exemplariter declarauit hunc gradum in cognitione complexa primorum principiorum: in qua est clara euidentia sine discursu. Post hos autem duos gradus, tertius ponitur, in quo ipsa contemplatio diuinæ veritatis consistit secundum assimilationem ad visionem, qua Angeli vident Deum.

¶ Sed statim accidit hic dubium, quo pacto tertius hic gradus attribuatur vitæ contemplatiuæ hominis in vita: cum non possimus vltra ascendere quàm secundus gradus donet. Constat enim quòd summum in contemplatione nostra gradum obtinet, cum anima expoliando quidditatem, à quidditate ad simplicem quidditatem intuendam peruenit. Quamuis nec per hoc pertingere possit ad quidditatiuè intelligendum aliquam substantiam separatam, vt diffusè habes in tertio contra Gent. ca. 45.

¶ Ad hoc dicitur, quòd doctrina ista theologica est, nec sistit in puris

Universidad de Deusto Biblioteca

D.142.

naturalibus:sed de natura nostra, vt perficitur gratia diuinæ illuminationis, tractatur. Et propterea licet naturaliter non possimus contemplando supra secundum gradum ascendere, secundum tamen diuini luminis participationē, altius mēs humana conscendit, non sine phantasmatibus tamen. Et sic motus circularis, hoc est vniformis Dei contemplatio, cum contemplatione nostra saluatur. Potest & aliter dici, ꝙ secundus gradus differt à tertio in hoc quòd obiectum secundi est quodcunque simplex intelligibile: ad quod intuendum figitur sine discursu aliquo: obiectum autem tertij est non quodcunque simplex intelligibile, sed solus Deus. naturalis autē progressus est ascendere à quocunque intelligibili simplici ad Deum ipsum. Et sic tertius gradus ponitur superior secundo, sicut habens obiectum determinatum simplicissimum, &c. respectu habentis obiectum indeterminatè: & hæc responsio subtilior & magis consona literæ videtur: quoniam in secundo gradu indeterminate ponitur obiectum, in tertio verò determinatè. Oportet tamen huiusmodi cōtemplationem Dei diuina illuminatione fulciri, alioqui similitudinis angelicæ visionis expers esset.

Loc. cit. in arg.

¶ In eodem articulo, in responsione ad tertium & secundum simul, dubium occurrit circa sufficientiam horum motuum contemplationis, quoniam prætermissus videtur motus, quo anima à magis intelligibilibus ad minus intelligibilia seu sensibilia cōtemplando procedit: & tamen constat quòd huiusmodi contemplatio recta est, & fortè frequentior. Quod autem sit prætermissus motus iste, patet ex eo quòd nec est motus obliquus, quia nihil est hic diuinę informitatis, nec circularis, vt patet: nec rectus quia rectus est à sensibilibus ad intelligibilia.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia imperfecta in aliqua specie seu genere reducuntur ad perfectum illius, ideo motus iste tanquam imperfectus in genere motus recti, reducitur ad motum rectum, & non est prætermissus, sed sub recto cōprehēsus reductiuè. Motus enim rectus principaliter consistit in ascensu à sensibilibus ad intelligibilia, qui propriè motus est ad perfectionem, Secundariò autem ad eum spectat regredi, quod minoris perfectionis videtur, vt sic (vt in calce literæ patet) cùm contemplatio discursiua

enim angeli, habet cognitionem vniformem secūdum duo. Primò quidem, quia non acquirit intelligibilem veritatem ex varietate rerum compositarū. Secundo, quia non intelligit veritatem intelligibilem discursiuè, sed simplici intuitu. Intellectus verò animæ à sensibilibus rebus accipit intelligibilem veritatem, & cum quodam discursu rationis ipsius eam intelligit. Et ideo Dionysius* motum circularem in angelis assignat, inquantum vniformiter & indesinenter absque principio & fine intuentur Deum: sicut motus circularis carēs principio & fine vniformiter est circa idem centrum. In anima verò, antequam ad istam vniformitatem perueniatur, exigitur, quòd duplex eius difformitas amoueatur. Primò quidem, illa quæ est ex diuersitate exteriorum rerum, prout scilicet relinquit exteriora. Et hoc est, quod primo ponit in motu circulari animæ, introitum ipsius ab exterioribus ad seipsam. Secundo autē oportet quòd remoueatur secunda difformitas, quæ est per discursum rationis. Et hoc idem contingit secundū quòd omnes operationes animæ reducuntur ad simplicem contemplationem intelligibilis veritatis. Et hoc est, quod secundò dicit, ꝙ necessaria est vniformis cōuolutio intellectualium virtutū ipsius: vt scilicet cessante discursu figatur eius intuit[us] in contemplatione vnius simplicis veritatis. Et in hac operatione animæ non est error: sicut patet quòd circa intellectum primorum principiorum non erratur, quæ simplici intuitu cognoscimus. Et tunc istis duobus præmissis, tertiò ponitur vniformitas conformis angelis, secūdum quòd prætermissis omnibus, in sola Dei contēplatione persistit. Et hoc est quod dicit, Deinde sic vniformis facta vnitè, id est cōformiter vnitis virtutibus, ad pulchrum & bonum manuducitur. Motus autē rectus in angelis accipi non potest secundū id, quòd in considerando procedat ab vno in aliud, sed solùm secundum ordinem suæ prouidentiæ: secundum scilicet quòd angelus superior inferiores illuminat per medios. Et hoc est quod dicit, ꝙ in directum moueantur angeli, quando procedunt ad subiectorum prouidentiam, recta omnia transeuntes, id est, secundum ea quæ secundum rectum ordinem disponuntur. Sed rectum motum ponit in anima secundum hoc quòd ab exterioribus sensibilibus procedit ad intelligibilium cognitionem. Obliquum autem motū ponit in angelo cōpositū ex recto & circulari: inquantum secundum contēplationem Dei inferioribus prouidet. In anima aūt ponit motum obliquum similiter ex recto & circulari compositū, prout illuminationibus diuinis ratiocinādo vtitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illæ diuersitates motuum, quæ accipiuntur secundum differentiam eius quod est sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum, antè & retrò, & secundū diuersos circuitus, omnes continentur sub motu recto vel obliquo. Nam per omnes designatur discursus rationis. Quod quidem si fit à genere ad speciem, vel à toto ad partem, erit (vt ipse exponit) secundum sursum & deorsum. Si verò fit ab vno oppositorum in aliud, erit secundum dextrorsum & sinistrorsum. Si verò fit à causis in effectus, erit antè & retro. Si verò fit secundum accidentia, quæ circunstant rem propinquā vel remotā, erit circuitus. Discursus autem rationis, quando est à sensibilibus ad intelligibilia secundum ordinem naturalis rationis, pertinet ad motum rectum. Quando autem est secundum illuminationes diuinas, pertinet ad motū obliquum, vt ex dictis patet. Sola autem immobilitas quā ponit, pertinet ad motum circularem. Vnde patet quòd Dion. multo sufficientius & subtilius, motum contemplationis describit.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum contemplatio delectationem habeat.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd contemplatio delectationem non habeat. Delectatio enim ad vim appetitiuam pertinet: sed cōtemplatio principaliter consistit in intellectu: ergo videtur quòd delectatio non pertineat ad contemplationem.

¶ 2 Præterea, Omnis contentio & omne certamen impedit delectationem: sed in contemplatione est contentio & certamen. Dicit enim Grego. super Ezechie.* quòd anima cùm contemplari Deū nititur, velut in quodam certamine posita, modo quasi exuperat, quia intelligendo & sentiendo de incircunscripto lumine aliquid degustat: modo succumbit, quia degustando iterum deficit: ergo vita contemplatina non habet delectationem.

Hom. 14.

¶ 3 Præterea, Delectatio sequitur operationem perfectam, vt dicitur 10. Ethicorum*: sed contemplatio viæ est imperfecta, secundum illud primæ ad Corint. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate: ergo videtur quòd vita contemplatiua delectationem non habeat.

Cap. 4.

¶ 4 Præterea, Læsio corporalis delectationem impedit: sed contemplatio inducit læsionem corporalem. Vnde Gen. 32. dicitur, quòd Iacob postquam dixerat, Vidi Dominum facie ad faciem, claudicabat pede, eo quòd tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit. ergo videtur quòd in vita contemplatiua nō sit delectatio.

¶ SED CONTRA est, quod de contemplatione sapientiæ dicit Sapien. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tędium conuictus eius, sed lætitiam & gaudium. Et Grego. dicit super Ezechie.* quòd contemplatiua vita amabilis valde dulcedo est.

Hom. 14.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliqua contemplatio potest esse delectabilis dupliciter. Vno modo, ratione ipsius operationis: quia vnicuique delectabilis est operatio sibi conueniens secūdū propriā naturā vel habitū. Contēplatio autem veritatis competit homini secundū suam naturam, prout est animal rationale: ex quo contingit, quòd omnes homines natura scire desiderant, & per consequens in cognitione veritatis delectantur. Et ad huc magis fit hoc delectabile habenti habitum sapientiæ & scientiæ, ex quo accidit quòd sine difficultate aliquis contemplatur. Alio modo contemplatio redditur delectabilis ex parte obiecti, inquantum scilicet aliquis rem amatam contemplatur. Sicut etiam accidit in visione corporali, qui delectabilis redditur, non solùm ex eo ꝙ ipsum videre est delectabile, sed etiam ex eo ꝙ videt quis personam amatam. Quia ergo vita contemplatiua præcipuè consistit in contemplatione Dei, ad quam mouet charitas, vt dictū est:* inde est, ꝙ in vita contemplatiua non solum est delectatio ratione

Ar. 1. & 4.

communis fit motui obliquo & recto. Sed in obliquo habet pro ratione & principio diuinam illuminationem, in recto autem soli rationi naturaliter innititur.

¶ Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ Articulum septimum.

IN articulo septimo eiusdem quęstionis in corpore articuli, aduerte quod cùm dicitur, ꝙ delectatio contemplationis excedit omnem humanam delectationem, intelligitur non solùm secundum se, sed etiam quo ad nos ex parte animæ habentis habitum contemplatiuæ charitatis. Et signum eius est, quòd talis tolerat quæcunque contraria delectationibus corporalibus & sensibilibus, potius quàm amittat contemplatiuam delectationem. Videmus enim tales præferre contemplationem delectationibus tam venereorum, quàm cibi & potus, & reliquorum bonorum mundi: puta, gloriæ, dignitatum, &c. Quod ex eorum affectu proculdubio procedit.

1. 2. q. 3. artic. 5. cor. et 4. distin. 15. q. 4. ar. 2. q. 2. ad 1. et Boetius de hebdo. in princ.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, circa illa verba, Et hæc est vltima perfectio vitæ contemplatiuæ, vt scilicet non solùm diuina veritas videatur, sed etiam vt ametur: grandis scrupulus occurreret de fruitione seu felicitate æterna, contra Authorem, quòd consistet in actu amandi: nisi in articulo secundo huiusmet quæstionis ad primum, determinasset quòd amor pertinet ad extrinsecam perfectionem vitæ contemplatiuæ. Et propterea cùm hic dicitur, quòd est vltima perfectio, intelligendum est de perfectione extrinseca. Quæstio autem de felicitate, in quo cōsistat, est de perfectione essentiali. Et sic omnia consonant.

¶ In respōsione ad quartum eiusdem articuli circa claudicationem Iacob, hoc est, defectum temporalem annexum vitæ contemplatiuæ, aduerte quòd dupliciter referri potest ad contemplationem temporalis defectus. Primò, vt consequenter ex ipsa contemplatione, quia scilicet dum inhærens est contemplationi diuinę, deficit ab amore temporalium. Secundò, vt augens amorem contemplationis: quia debilitato temporalium amore, magis inardescit amor spiritualium. Qui enim temporalibus non confidit, spiritualibus necesse est innitatur: sicut claudicans vno pede innititur alteri sano. Et hanc secundam relationem tractat hic ex Gregor. Author.

¶ Super

¶ Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ Articulum octauum.

1. 2. q. 31. artic. 5.

IN articu. octauo eiusdem quæstionis tria sunt notanda. Primum cum dicitur, In operibus contemplatiuæ corporaliter non laboramus, ly corporaliter, nō sumitur vt distinguitur contra spiritualiter, hoc est immaterialiter: quoniam cōstat sic corporaliter nos laborare contemplando in parte sensitiua ministrante intellectui. Cuius signum est fatigatio in continuando, cum exinanitione quodammodo relicta spirituum. Sed accipitur corporaliter, vt distinguitur contra animaliter, sicut corpus distinguitur contra animam. Sic enim solùm corporaliter laborant, qui membris corporalibus operando vtuntur: vt artifices, agricolæ, & huiusmodi. Contemplatio autem fit sedendo & quiescendo, & ideo absque corporali labore fieri dicitur.

¶ Secundum est, quòd dum ibidem subditur, Vnde magis continuè in huiusmodi operibus persistere possumus: intelligendum est non totaliter, sed quòd ex hac conditione habetur non nulla ratio diuturnitatis in contemplando. Ita quòd cum sit hic sermo de diuturnitate quo ad nos, non est intentionis præsentis literæ dicere, quòd vita contemplatiua ex parte nostri sit totaliter diuturna, eo quia non est ibi labor corporalis: quoniam etiam ex parte nostri minus diuturna inuenitur: dum ex corporis grauitate retrahimur ab altitudine contemplationis, vt in calce quæstionis sequētis Author ex Gregorio dicit. Sed intendit quòd ex hoc contemplatio ex parte nostri est magis continuata, hoc est, magis ac magis continuari potest, quòd corporalis labor ibi non interuenit. Hæc enim negatio impedientis laboris manifestè ad maiorem continuitatem confert.

¶ Tertium est in responsione ad secundum, vbi manifestè habes, quòd superius diximus de motu circulari in hac vita, hoc est, summa Dei cōtemplatione: & quòd possibilis, & quòd diuina, & quòd transitoria est.

¶ Super

ipsius contemplationis, sed etiam ratione ipsius diuini amoris. Et quantū ad vtrunque eius delectatio omnem delectationem humanam excedit. Nam & delectatio spiritualis potior est quàm carnalis, vt suprà habitū est,* cùm de passionibus ageretur: & ipse amor quo ex charitate Deus diligitur, omnem amorem excedit. Vnde & in Psal. 33. dicitur, Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.

D. 1159.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ vita[d] contemplatiua, licet essentialiter consistat in intellectu, principium tamē habet in affectu: inquantum videlicet aliquis ex charitate ad Dei cōtemplationē incitatur. Et quia finis respondet principio, inde est quòd etiam terminus & finis contemplatiuæ vitæ habetur in affectu: dum scilicet aliquis in visione rei amatæ delectatur, & ipsa delectatio rei visæ amplius excitat amorem. Vnde Greg. dicit super Ezechiel.* ꝙ cùm quis ipsum, quem amat, viderit, in amorem ipsius amplius ignescit. Et hęc est vltima perfectio contemplatiuæ vitæ, vt scilicet non solùm diuina veritas videatur, sed etiam vt ametur.

Hom. 14.

¶ Ad secundum dicendum, quòd contentio vel certamen, quod prouenit ex contrarietate exterioris rei, impedit illi[us] rei delectationem. Nō enim aliquis delectatur in re contra quam pugnat, sed in re pro qua quis pugnat, cùm eam homo adeptus fuerit cæteris paribus, magis in ea delectatur, sicut August. dicit in 8. Confessio.* quòd quanto fuit maius periculum in prælio, tanto maius est gaudium in triumpho. Non est autem in contemplatione contentio & certamen ex contrarietate veritatis quam contemplamur, sed ex defectu nostri intellectus, & ex corruptibili corpore, quod nos ad inferiora retrahit: secundum illud Sapientiæ 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Et inde est ꝙ quando homo pertingit ad contemplationem veritatis, ardentius eam amat: sed magis odit proprium defectum & grauitatem corruptibilis corporis, vt dicat cum Apostolo, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vnde & Gregorius dicit super Ezechie.* Cùm Deus iam per desiderium & intellectum cognoscitur, omnem voluptatem carnis arefacit.

Cap. 3. to. 1.

Hom. 14.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ cōtemplatio Dei in hac vita imperfecta est respectu contemplationis patriæ: & similiter delectatio contemplationis viæ est imperfecta respectu delectationis contemplationis patriæ: de qua dicitur in Psa. 35. De torrente voluptatis tuæ potabis eos. Sed cōtemplatio diuinorum, quæ habetur in via, etsi sit imperfecta: tamen est delectabilior omni alia contemplatione, quantumcunque perfecta, propter excellentiam rei contemplatę. Vnde Philosophus dicit in primo de Partibus animalium,* Accidit circa illas honorabiles existentes & diuinas substantias, minores nobis existere theorias, sed etsi secundum modicum attingamus ea: tamen propter honorabilitatem cognoscendi, delectabilius aliquid habent, quàm quæ apud nos omnia. Et hoc est etiam quod Grego. dicit super Exechi.* Contemplatiua vita amabilis valde dulcedo est, quæ super semetipsam animam rapit, cælestia aperit, spiritualia mentis oculis patefacit.

Cap. 5.

Hom. 14.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Iacob post contemplationem vno pede claudicabat: quia necesse est vt debilitato amore seculi, conualescat aliquis ad amorem Dei, vt Greg. dicit super Ezechi.* Et ideo post agnitionem suauitatis Dei vnus in nobis pes sanus remanet, atque alius claudicat. Omnis enim qui vno pede claudicat, solum illi pedi innititur, quem sanum habet.

Hom. 14.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum vita contemplatiua sit diuturna.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ vita contemplatiua non sit diuturna. Vita enim contemplatiua essentialiter consistit in iis quæ ad intellectum pertinent. Sed omnes intellectiuæ perfectiones huius vitæ euacuabuntur: secundum illud primæ ad Corinth. 13. Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ergo vita contemplatiua euacuatur.

1. q. 20. ar. 4. ad 3. et 3. di. 35. q. 1. arti. 4. q. 3.

¶ 2 Præterea, Dulcedinem contemplationis aliquis homo raptim & pertranseundo degustat. Vnde Augustinus dicit in 10. Confes.* Intromittis me in affectum multum inusitatum introrsus, ad quam nescio dulcedinem, sed redeo in hoc ærumnosis ponderibus. Gregorius etiam dicit in 5. Mora. exponens illud Iob. 4. Cùm spiritus me præsente transiret: In suauitate, inquit, contemplationis intimæ, non diu mens figitur: quia ad semetipsam ipsa immensitate luminis reuerberata reuocatur. ergo vita contemplatiua non est diuturna.

Cap. 40. to 1.
Cap. 23.

¶ 3 Præterea, Illud quod non est homini connaturale, non potest esse diuturnum. Vita autem contemplatiua est melior, quàm secundum hominem: vt Philosophus dicit in 10. Ethicorum*. ergo videtur quòd vita contemplatiua non sit diuturna.

Cap. 7.

¶ SED CONTRA est, quod Dominus dicit Lucæ 10. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea: quia vt Gregorius dicit super Ezechiel.* contemplatiua hic incipit, vt in cælesti patria perficiatur.

Hom. 14.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliquid potest dici diuturnum dupliciter. Vno modo, secundum suam naturam. Alio modo, quo ad nos. Secundum se quidem manifestum est, quòd vita contemplatiua diuturna est dupliciter. Vno modo, eo quòd versatur circa incorruptibilia & immobilia. Alio modo, quia non habet contrarietatem. Delectationi enim, quæ est in considerando, nihil est contrarium: vt dicitur in primo Topic.* Sed quo ad nos etiam vita cōtemplatiua diuturna est: tum quia competit nobis secundum actionem incorruptibilis partis animæ, scilicet secundum intellectum: vnde potest post hanc vitam durare. Alio modo, quia in operibus contemplatiuæ corporaliter non laboramus. Vnde magis in huiusmodi operibus continuè persistere possumus: sicut Philosophus dicit in 10. Ethic.*

Cap. 13.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd modus contemplandi non est idem hic & in patria. Sed vita contemplatiua dicitur manere ratione charitatis, in qua habet & principium & finem. Et hoc est quod Gregorius dicit super Ezechiel.* Contemplatiua hic incipit, vt in cælesti patria perficiatur: quia amoris ignis, qui hic ardere inchoat, cùm ipsum quem amat viderit, in amore ipsius amplius ignescit.

Cap. 7.
Hom. 14.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nulla actio potest diu durare in sui summo. Summum autem contemplationis est vt attingat ad vniformitatem diuinæ contemplationis: vt dicit Diony.* sicut suprà* positum est. Vnde etsi quantum ad hoc contemplatio diu durare non possit, tamen quantum ad alios contemplationis actus potest diu durare.

Cap. 3 cæl. hierar.
Ar. 6. ad 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Philosophus* dicit vitam contemplatiuam esse supra hominem: quia competit nobis secundum hoc quòd aliquid diuinum est in nobis, scilicet intellectus, qui est incorruptibilis & impassibilis in se, & ideo actio eius potest esse diuturnior.

Lib. 10. Ethi. c. 7.

QVÆSTIO CENTESIMA octuagesimaprima, de vita actiua, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vita actiua.
¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.
¶ Primò, vtrum omnia opera virtutum moralium pertineant ad vitam actiuam.
¶ Secundò, vtrum prudentia pertineat ad vitam actiuam.
¶ Tertiò, vtrum doctrina pertineat ad vitam actiuam.
¶ Quartò, de diuturnitate vitæ actiuæ.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum omnes actus virtutum moralium pertineant ad vitam actiuam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non omnes actus virtutum moralium pertineant ad vitam actiuam. Vita enim actiua videtur consistere solùm in iis quæ sunt ad alterum. Dicit enim Gregorius super Ezechielem *, quòd actiua vita est, panem esurienti tribuere. Et in fine, multis enumeratis, quæ ad alterum pertinent, subdit, Et quæ singulis quibusque expediunt dispensare. Sed non per omnes actus virtutum moralium ordinamur ad alios, sed solùm secundum iustitiam & partes eius, vt ex supradictis patet. * Non ergo actus omnium virtutum moralium pertinent ad vitam actiuam.

¶2 Præterea, Gregor. dicit super Ezechielem,* quòd per Liam, quæ fuit lippa, sed fœcunda, significatur vita actiua, quæ dum occupatur in opere, minus videt. Sed dū modo per verbum, modo per exemplum, ad imitationem suam proximos accēdit, multos in opere bono filios generat. Hoc autem magis videtur pertinere ad charitatem, per quam diligimus proximum, quàm ad virtutes morales: ergo videtur quòd actus virtutum moralium non pertineant ad vitam actiuam.

¶3 Præterea, Sicut suprà dictum est*, virtutes morales disponunt ad vitam contēplatiuam: sed dispositio & perfectio pertinent ad idem: ergo videtur quòd virtutes morales non pertineant ad vitam actiuam.

¶SED CONTRA est, quod Isidor. dicit in lib. de Summo bono, * In actiua vita prius per exercitium boni operis cuncta exhaurienda sunt vitia, vt in contemplatiua iam pura mentis acie ad contemplandum diuinum lumen quisque pertranseat: sed cūcta vitia nō exhauriūtur, nisi per actus virtutū moraliū: ergo act⁹ virtutū moraliū ad vitā actiuā ptinēt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est,* vita actiua & contemplatiua distinguuntur secundum diuersa studia hominum intendentium ad diuersos fines, quorum vnum est consideratio veritatis, quæ est finis vitæ contemplatiuæ: aliud autem est exterior operatio, ad quam ordinatur vita actiua. Manifestum est autem quòd in virtutibus moralibus non principaliter quæritur contemplatio veritatis, sed ordinantur ad operandum. Vnde Philosophus dicit in 2. Ethico.* quòd ad virtutem quidem scire, parum aut nihil prodest. Vnde manifestum est, quòd virtutes morales pertinēt essentialiter ad vitam actiuam. Vnde & Philos. in 10. Ethic.* virtutes morales ordinat ad felicitatem actiuam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd inter virtutes morales præcipua est iustitia, qua aliquis ad alterum ordinatur: vt Philoisop. probat in 5. Ethic.* Vnde vita actiua describitur per ea quæ ad alterum ordinantur: non quia in his solùm, sed quia in his principalius consistit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per actus omnium virtutum moralium potest aliquis proximos suos exemplo dirigere ad bonum, quod Grego. ibi attribuit vitæ actiuæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut virtus, quæ ordinatur in finē alterius virtutis, transit quodammodo in speciem eius, ita etiam quando aliquis vtitur iis quę sunt vitæ actiuæ solùm, prout disponunt ad contemplationem, comprehenduntur sub vita contemplatiua. In iis autem qui operibus virtutum moralium intendunt, tanquam secundum se bonis, non autem tanquam disponentibus ad vitam contemplatiuam, virtutes morales pertinent ad vitam actiuam: quamuis etiam dici possit quòd vita actiua dispositio sit ad vitam contemplatiuam.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum prudentia pertineat ad vitam actiuam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd prudentia non pertineat ad vitam actiuam. Sicut enim vita contemplatiua pertinet ad vim cognitiuam, ita actiua ad vim appetitiuam. Prudentia autem non pertinet ad vim appetitiuam, sed magis ad cognitiuam: ergo prudentia non pertinet ad vitam actiuam.

¶2 Præterea, Gregor. dicit super Ezechielem,* quòd actiua vita, dum occupatur in opere, min⁹ videt. Vnde significatur per Liā, quæ lippos oculos habebat. Prudentia autem requirit oculos claros, vt rectè iudicet homo de agendis. Ergo videtur quòd prudentia non pertineat ad vitam actiuam.

¶3 Præterea, Prudentia media est inter virtutes morales & intellectuales: sed sicut virtutes morales pertinent ad vitam actiuam, vt dictum est*, ita intellectuales ad contemplatiuam. ergo videtur quòd prudentia non pertineat neque ad vitam actiuam, neque ad contemplatiuam, sed ad medium viuendi genus, quod August. ponit 19. de Ciuit. Dei.*

¶SED CONTRA est, quod Philosophus in 10. Ethic. * prudentiam pertinere dicit ad felicitatem actiuam, ad quam pertinent virtutes morales.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictū est *, id quod ordinatur ad aliud sicut ad finem, præcipuè in moralibus, trahitur ad speciem eius ad quod ordinatur: sicut ille qui mœchatur, vt furetur, magis dicitur fur quàm mœch⁹, secundum Philosophum in 5. Ethi*. Manifestum est autem quòd cognitio prudentiæ ordinatur ad operationes virtutum moralium, sicut ad finem. Est enim recta ratio agibilium, sicut dicitur in 6. Eth.* Vnde & fines virtutum moralium sunt principia prudentiæ: sicut in eodem lib. Philosop. dicit. Sicut ergo dictum est*, quòd virtutes morales in eo qui ordinat eas ad quietem contemplationis, pertinent ad vitam contemplatiuam, ita cognitio prudentiæ, quæ de se ordinatur ad operationes virtutum moralium, directè pertinet ad vitam actiuam: si tamen prudentia propriè sumatur, secundum quod Philosophus de ea loquitur. Si autem sumatur communius, prout scilicet comprehendit qualemcunque humanam cognitionem, sic prudentia quantum ad aliquam sui partem pertinet ad vi… contemplatiuam: secundū quod Tullius dicit in prin… …ficiis, * quòd qui acutissimè & *celerrimè potest & vi… …um, & explicare rationem, is prudentissimus & sapienti… …ritè haberi solet.

Lib. 1. cap. de 4. virtutib. — ** Alias celeberrimè.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd operationes morales specificantur ex fine, vt suprà habitum est*. Et ideo ad vitam contemplatiuam illa cognitio pertinet, quæ finem habet in ipsa cognitione veritatis. Cognitio autem prudentiæ, quæ magis habet finem in actu appetitiuæ virtutis, pertinet ad vitam actiuam.

¶Ad secundum dicendum, quòd occupatio exteriorum rerum facit hominem minus videre in rebus intelligibilibus, quæ sunt separatæ à sensibilibus: in quibus operationes actiuæ vitæ consistunt: sed tamen occupatio exterior actiuæ vitæ facit hominem magis clarè videre in iudicio agibilium, quod pertinet ad prudentiam: tum propter experientiam, tum propter mentis attentionem: quia vbi intēderis, ibi ingenium valet, vt Sallustius dicit*.

¶Ad tertium dicendum, quòd prudentia dicitur esse media inter virtutes intellectuales & morales, quantum ad hoc, quòd in subiecto conuenit cum virtutibus intellectualibus: in materia autem totaliter conuenit cum moralibus. Illud autem tertium viuendi genus medium est inter actiuam vitam & contemplatiuam, quantum ad ea circa quæ occupatur: quia quandoque occupatur in contemplatione veritatis: quandoque autem occupatur circa exteriora.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum docere sit actus vitæ actiuæ, an contemplatiuæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd docere non sit actus vitæ actiuæ, sed contemplatiuæ. Dicit enim Greg. super Ezechielem*, quòd viri perfecti bona cælestia, quæ contemplari potuerunt, fratribus denuntiant: eorúmque animos in amorem intimæ claritatis accendunt: sed hoc pertinet ad doctrinam: ergo docere est actus vitæ contemplatiuæ.

¶2 Præterea, ad idem genus vitæ videtur reduci actus & habitus. Sed docere est actus sapientiæ. dicit enim Philosophus in principio Metaphys. quòd signū scientis est, posse docere. Cùm ergo sapientia vel scientia pertineat ad vitam contemplatiuam, videtur quòd etiam doctrina ad vitam contemplatiuam pertineat.

¶3 Præterea, Sicut contemplatio est actus vitæ contemplatiuæ, ita & oratio: sed oratio qua quis orat pro alio, nihilominus pertinet ad vitam contemplatiuam: ergo quòd aliquis veritatem meditatam in alterius notitiam per doctrinam deducat, videtur ad vitam contemplatiuam pertinere.

¶SED CONTRA est quod Gregor. dicit super Ezechielem, * Actiua vita est, panem esurienti tribuere, verbo sapientiæ nescientem docere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd actus doctrinæ habet duplex obiectum. Fit enim doctrina per locutionem. Locutio autem est signum audibile interioris conceptus. Est ergo vnum obiectum doctrinæ id, quod est materia siue obiectū interioris conceptionis. Et quantum ad hoc obiectum, quandoque doctrina pertinet ad vitam actiuam, quandoque ad contemplatiuam. Ad actiuam quidem, quando homo interius concipit aliquam veritatem, vt per eam in exteriori actione dirigatur. Ad contemplatiuam autem quando homo interius concipit aliquam veritatem intelligibilem, in cuius consideratione & amore delectatur. Vnde Augustinus dicit in libro de Verb. Domini* Eligant sibi partem meliorem, scilicet vitæ contemplatiuæ, vacent verbo, instent doctrinæ dulcedini, occupentur circa scientiam salutarem. Vbi manifestè dicit doctrinam ad vitam contemplatiuam pertinere. Aliud verò obiectum doctrinæ est ex parte sermonis audibilis. Est sic obiectum doctrinæ est ipse audiens. Et quantum ad hoc obiectum, omnis doctrina pertinet ad vitam actiuam, ad quam pertinent exteriores actiones.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd authoritas illa expressè loquitur de Doctrina, quātum ad materiam, prout versatur circa considerationem & amorem veritatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd habitus & actus communicāt in obiecto. Et ideo manifestè illa ratio procedit ex parte materiæ interioris conceptionis. Intantum enim ad sapientem vel scientem pertinet posse docere, inquantum potest interiorem cōceptum verbis exprimere ad hoc, quòd possit alium adducere ad intellectum veritatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille, qui orat pro alio, nihil agit erga illum pro quo orat: sed solùm erga Deum, qui est intelligibilis veritas. Sed ille qui alium docet, aliquid circa eum agit exteriori actione. Vnde non est similis ratio de vtroque.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum vita actiua maneat post hanc vitam.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd vita actiua maneat post hanc vitam. Ad vitam enim actiuam pertinent actus moralium virtutum, vt dictum est. Sed virtutes morales permanent post hanc vitam, vt Augustinus dicit in 14. de Trinita. Ergo videtur quòd vita actiua permaneat post hanc vitam.

¶2 Præterea, Docere alios, pertinet ad vitam actiuam, vt dictum est.* sed in futura vita, in qua similes erimus angelis, poterit esse doctrina, sicut & in angelis esse videtur, quorum vnus alium illuminat, purgat, & perficit: quod refertur ad scientiæ assumptionem, vt patet per Dionysiū 7. cap. Cæl. Hierarch. ergo videtur quòd vita actiua remaneat post hanc vitam.

¶3 Præterea, Illud quod de se est durabilius, magis videtur posse post hanc vitam remanere, sed vita actiua videtur esse de se durabilior. Dicit enim Greg. super Ezechie.* quòd in vita actiua fixi permanere possumus. In contemplatiua autem intenta mente manere nullo modo valemus. ergo multò magis vita actiua potest manere post hanc vitam, quàm contemplatiua.

¶SED CONTRA est, quod Grego. dicit super Ezechiel.* Cum præsenti seculo vita aufertur actiua. Contemplatiua autem hic incipitur, vt in cælesti patria perficiatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, vita actiua habet finem in exterioribus actibus, qui si referantur ad quietem contemplationis, iam pertinent ad vitam contemplatiuam. In futura autem vita beatorum cessabit occupatio exteriorum actuum. Et si qui actus exteriores sint: referentur ad finem contemplationis. Vt enim Augustinus dicit in fi. de Ciui. Dei.* Ibi vacabimus & videbimus: videbimus & amabimus: amabimus, & laudabimus. Et in eodem libro prçmittit quòd ibi Deus sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus erit in omnibus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut suprà dictū est *, virtutes morales manebunt nō secūdū act⁹ quos habent circa ea quę sunt ad finem: sed secūdum actus quos habent circa finē. Huius

---

¶ Super quæstionis centesimæ octuagesimæ primæ Articulum primum.

Suprà q. 80. art. 2. cor. et opusc. 17. ca. 7. ad 7.

IN artic. primo quæst. centesimæ octuagesimæ primæ dubium statim occurrit circa rationem literæ ad principalem conclusionem. Consistit enim in hoc, Virtutes morales ordinantur ad operandum principaliter: ergo pertinent essentialiter ad vitam actiuam: quia vita actiua ordinatur ad exteriorem operationem. Videtur enim hæc ratio deficere, procedendo ab operatione ad exteriorem operationem. Nam virtutes morales ordinantur principaliter ad operationem, sed non exteriorem: quoniam ordinantur ad interiorum passionum moderamen. Vita autem actiua in exteriori operatione consistit.

Hom. 14. — Q. 58. art. 2. & 1. 2. q. 60. ar. 2. et 3. — Hom. 14.

¶ Ad hoc dicitur, quòd exterior operatio, ad quam ordinatur actiua vita, non est sola illa quæ extra corpus exercetur: vt vestire nudum, pascere esurientem, & huiusmodi: sed etiam est illa quæ extra intellectum fit. Quod patet ex hoc, quòd vita actiua distinguitur contra contemplatiuam eadem distinctione qua intellectus practicus distinguitur cōtra speculatiuum, vt in articulo 2. q. 179. suprius patet. Et in sequenti articulo in responsione ad primum expressè dicitur, quòd prudentia, quę habet finem in actu appetitiuæ virtutis, pertinet ad vitam actiuam. Quia igitur operatio exterior, ad quam vita actiua ordinatur, complectitur & interiorem appetitum, qui virtutibus moralibus informatur, & exteriorem operationem quæ scilicet extra corpus fit: ideo nullus defectus commissus est in processu rationis literæ, ab operando sic sumpto: vt ex præcedentibus & sequentibus apparet, ad operationem exteriorem, hoc est practicam moralem procedendo: Et scias quòd sicut contemplatio seu actus intellectus sapientis essentialiter spectat ad vitam contemplatiuam, quia in tali actu essentialiter consistit vita contemplatiua: ita actus virtutum moralium essentialiter spectant ad vitam actiuam: ita quòd in ipsis essentialiter consistit. Et propterea actus exteriores, qui dicuntur ad vitam actiuam spectare, scilicet docere, corrigere, pascere, hospitari, &c. nisi fiant boni moraliter, non spectant ad vitam actiuam, sed ad actionem debitam vitæ actiuæ. Actiua nanque vita, morale studium, seu bonum moraliter studium, ad actionem ducit. Verùm non æqualiter virtutes morales omnes ad actiuam vitam spectant: sed (vt in litera dicitur) principaliter virtutes, vt ordinantes operationes ad alterum, inter quas præcipuè est iustitia, primò spectant ad actiuam vitam. Quo fit, vt mansuetudo, patientia, & liberalitas, magis ad actiuam vitam spectent, quàm temperantia: quoniam ad bonum alterius magis prosunt.

Art. 2. — Lib. 3. ca. 15. — Qō. 179. art. 1. — Cap. 2. & lib. 10. ca. 7. — Cap. 7. & 8. to. 5. — Cap. 1.

¶In responsione ad tertium eiusdem articuli, sufficit quòd memor sis distinguere inter finem virtutum moralium secundum se, vel ex parte operantis, & subsumere quòd ex parte operantis finis virtutis moralis quandoque est vita actiua, quandoque contemplatiua. Secundum se autem, ita vita actiua est finis virtutis moralis, quòd relinquit ipsam moralem virtutem esse dispositionem respectu vitæ contēplatiuæ. Non enim incongruit idem esse substantiale in vno, & dispositionem respectu alterius. Sicut dicimus quòd bonitas moralis est ita perfectio hominis, quod est dispositio ad bonitatem meritoriam. Et hanc responsionem tangit Author in calce solutionis tertij argumenti.

Suprà q. 180. arti. 2. cor. et præsenti q. artic. 1. et opusc. 17. ca. 7. ad 7. — Hom. 14. — Ar. præc.

¶ Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ primæ Articulum secundum.

Cap. 1. & 19. to. 5. — Cap. 8.

IN artic. secundo eiusdem quæstionis notandum occurrit quòd tertium illud viuendi genus quod Prælatis videtur proprium, hic transitoriè tāgitur. Quoniam inferius latior erit sermo de statu Prælatorum.

Ar. præc. ad 3. & 1. 2. q. 18. ar 6. — Cap. 2. — Cap. 4. — Ar. præc. — 1. 2. q. 1. arti. 3. & q. 18. ar. 6.

¶ Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ primæ Articulum tertium.

In coniur. Catil. in titul. Cæs. oratio.

IN articul. tertio eiusdem quæstionis circa duplex obiectum doctrinæ, aduerte quòd alterum, scilicet obiectum cōceptionis intellectualis potest dupliciter pertinere tam ad vitam actiuam, quàm ad contemplatiuam, videlicet vel ex parte docentis, vel ex parte rei cōceptę secundum se. Ex parte quidē docentis, cùm aliquis docet ad hunc finem, vt contemplatio vel actio subsequatur. Ex parte verò rei quam docemur, tunc spectat ad contemplatiuam, cùm obiectū est speculabile secundum se. Tunc autem spectat ad actiuam, cùm obiectū est de genere practicorum. Alterum verò obiectum ex parte act⁹ docendi, qui est sermo audibilis vel visibilis in Scriptura, in litera exprimitur, quòd est ipse audiens, seu legens. Cuius ratio est, quia actus docendi est velut actio trāsiens. Ordinatur enim ad perfectionem audiētis, sicut actio transiens ad perfectionem materiæ seu subiecti. Et propterea sicut obiectum actionis transeuntis est ipsa materia perficienda, ita obiectum actus legendi ipse audiens perficiendus per doctrinæ actum immutantem ipsum audientem seu legentem, tam extrà quo ad sensus, quàm intus quo ad intellectum, quā tum est ex parte ipsius actus docendi, quamuis fortè audiens nihil proficiat. Et propterea ex hac parte omnis doctrina spectat ad vitam actiuam, siue doceat actionem, siue contemplationem.

*3. dist. 35. q. 1. art. 3 q. 1. ad 3. et veri. q. 11. art. 4. — * Hom. 5. — Hom. 14.*

¶ Super quæstionis centesimæ octuagesimæ primæ Articulum quartum.

IN artic. quarto eiusdem quæstionis notanda valde doctrina occurrit, in responsione ad secundum. Quoniam in de solutio illius occultę quæstionis habetur, an scilicet homines beati assumpti ad ordines angelorum, ita quòd sint superiores quibusdam angelis, illuminent angelos minus beatos se, quos constat esse inferiores in ordine beatitudinis. Verbi gratia, an sanctus Petrus, posito quòd sit inter Seraphim, illuminet angelos, qui sunt in ordine Cherubim & sic de aliis. Ex hoc enim loco habes ab Authore partem negatiuam, scilicet quòd homines puri non illuminant angelos, imo nec alios homines inferiores ibidem beatos. Quoniam hæc est differentia inter homines & angelos ibidem, quòd in hominibus non remanet vita actiua, ad quam spectat docere, quod ibi vocatur illuminare. In angelis autem vsque ad finem mundi vtraque vita quodammodo est: quoniam & cōtemplantur, & sunt administratorij spiritus in ministeriū missi, &c. Nec solum hęc differentia ponitur in litera, sed ratione ibidem probatur, scilicet quia illuminationes fiūt de iis quæ pertinent ad dispensationem ministeriorum Dei, Angelis autem secundum naturæ suæ ordinem competit administratio inferioris creaturæ. Et propterea eis conuenit illuminare inferiores. Homo verò quia secūdum naturę ordinem non est administrator inferioris creaturæ, nec homini promissa est similitudo cum angelis, quo ad ea quæ spectant ad ordinem naturæ, quale est esse administratiuum inferioris creaturæ: ideo homini beato non conuenit illuminare. Ex quibus collige responsionem literæ quòd cùm in beatis sit duorum notitia, scilicet ipsius Dei, qua essentialiter beati sunt, & ministeriorum Dei, quæ mediātibus angelis exequitur in hoc mundo, quo ad primam notitiam nec homo nec angel⁹ illuminat alium inferiorem. Quo ad Sanctorum verò notitiam, non hominis sed angeli est illuminare, quia ad angelorum & non hominum officium hoc spectat. Nec fallaris ex hoc putās homines beatos, puta sanctum Petrum, nunquam diuina dispensatione circa nos aliquid operari: hoc enim ab hac quæstione alienum est: quoniam de beatis inter se quæstio est. An autem Sancti aliquid immediatè per seipsos vel per angelorum ministerium, qui nomine illorum Sanctorum se vocant, nos quandoque illuminent, aut circa nos aliquid operantur, non facile dixerim: quandoquidem ratio prædicta ducit ad partem negatiuam, dispensatio autem diuina ad partē affirmatiuam. Legimus enim quòd multa corpora Sanctorum surrexerunt cum Christo, & apparuerunt multis: proculdubio beati, cum essent Sancti, & resurrectionem Christi apparendo multis, attestantes. Et propterea nō incongruè dici posse videtur quòd ordo cælestis patriæ beatorum inter se nunquam variatur, vt Author in primo

*Serm. 27. to. 10. — 1. q. 20 arti. 4. ad 3. et 1. 2. quæstio. 67. ar. 1. ad 2. et 3. dist. 35. q. 1. art. 4. q. 3. et 3. con. c. 63. et veri. q. 11. ar. 4. ad 2. — * Ar. 1. huius q. — Hom. 5. — Hom. 14. — Art. 1. — Li. 22. c. vlt. to. 5. — 1. 2. q. 67. art. 1.*

Universidad de Deusto Biblioteca

libro docuit, eo quòd variatio illa miraculosè fieret. Et cùm miracula fiant propter vtilitatem, vt Apostolus docet, frustra ibi fierent, vbi nulla esset vtilitas. Ordo verò supernorum ciuium ad nos dispensatiuè quandoque mutatur, eo quòd ad vtilitatem Ecclesiæ confert, dum peregrinantes hic ex his qui nobiscum fuerunt, regredi ad nos experimur.

modi enim actus sunt secundum quod constituunt quietem contemplationis: quam Augustinus in præmissis verbis significat per vocationem, quæ est intelligenda non solùm ab exterioribus tumultibus, sed etiam ab interiori perturbatione passionum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vita cōtemplatiua, sicut suprà dictum est* [Q. præc.], præcipuè consistit in contemplatione Dei. Et quantum ad hoc, vnus angelus alium nō docet: quia, vt dicitur Matth. 18. de angelis pusillorū, qui sunt inferioris ordinis, quòd semper vident faciem Patris: sic & in futura vita nullus hominum alium docebit de Deo, sed omnes videbimus eum sicuti est, vt habetur primę Ioan. 3. Et hoc est quod Hier. 31. dicitur, Non docebit vltrà vir proximum suum, dicens, Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum. Sed de iis quæ pertinent ad dispensationem ministeriorum Dei, vnus angel⁹ docet alium, purgando, illuminando, & perficiendo. Et secūdum hoc habent aliquid de vita actiua quandiu mundus durat, ex hoc quòd administrationi inferioris creaturæ intēdunt: quod significatur per hoc, quòd Iacob vidit angelos in scala ascendentes, quod pertinet ad contemplationem: & descendentes, quod pertinet ad actionem. Sed sicut dicit Gregor. 2. Moral.* [Cap. 3.] nō sic à diuina visione foris exeunt, vt internæ contemplationis gaudiis priuentur. Et ideo in eis non distinguitur vita actiua à contemplatiua sicut in nobis, qui per opera vitæ actiuæ impedimur à cōtemplatione. Non autem promittitur nobis similitudo angelorum quantum ad administrationem inferioris creaturæ, quæ nobis non competit secundum ordinem naturæ nostræ, sicut competit angelis, sed secundum visionem Dei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd durabilitas vitæ actiuæ in statu præsenti, excedēs durabilitatem vitæ contemplatiuæ, non prouenit ex proprietate vtriusque vitæ, secundum se consideratę, sed ex defectu nostri, qui ex corporis grauitate retrahimur ab altitudine contemplationis. Vnde ibidem subdit Gregorius, quòd ipsa sua infirmitate ab immensitate tātæ celsitudinis repulsus animus in semetipso reuelabitur.

QVÆSTIO CENTESIMA octuagesimasecunda, de Comparatione vitæ actiuæ ad contemplatiuam, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de comparatione vitæ actiuæ ad contemplatiuam.

¶ Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò, quæ sit potior vel dignior.

¶ Secundò, quæ sit maioris meriti.

¶ Tertiò, vtrum vita contemplatiua impediatur per actiuam.

¶ Quartò, de ordine vtriusque.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum vita actiua sit potior quàm contemplatiua.

[Inf. q. 188 ar. 5. & 1. 2. q. 57. ar. 1. cor. & 3. dist. 35. q. 1. ar. 4. & 3. con. c. 63 fi. & cap. 133. & ver. q. 11 art. 4. & opu. 17. c. 7. ad 3.]

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd vita actiua sit potior quàm contemplatiua. Quod enim est melioribus competit, videtur esse honorabilius & melius, vt Philosophus dicit in 3. Topicorū.* [Cap. 1.] Sed vita actiua pertinet ad maiores, scilicet ad Prelatos, qui sunt in honore & potestate constituti. Vnde Augustinus dicit 19. de Ciuitate Dei,* [Cap. 19. to. 5.] quòd in actione nō amandus est honor in hac vita sine potentia. Ergo videtur quòd vita actiua sit potior quàm contemplatiua.

¶ 2 Præterea. In omnibus habitibus & actibus præcipere pertinet ad potiorem: sicut militaris, tanquam potior, præcipit frænorum factrici. Sed ad vitam actiuam pertinet disponere & præcipere de contemplatiua, vt patet per illud quod dicitur Moysi Exo. 19. Descende, & contestare populum, ne fortè velit transcendere propositos terminos, ad videndum Deū. Ergo vita actiua est potior quàm contemplatiua.

¶ 3 Præterea, Nullus debet abstrahi à maiori vt applicetur minoribus. Apostolus enim dicit primæ ad Cor. 12. Aemulamini charismata meliora. Sed aliqui abstrahuntur à statu vitæ contemplatiuæ, & occupantur circa vitam actiuam, vt patet de illis qui transferuntur ad statum prælationis. ergo videtur quòd vita actiua sit potior quàm contemplatiua.

¶ SED CONTRA est, quod Dominus dicit Lucæ 10. Maria optimam partē elegit, quæ non auferetur ab ea. Per Mariam autem significatur vita contemplatiua. ergo contemplatiua vita potior est quàm actiua.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ nihil prohibet aliquid secundum se esse excellentius, quod tamen secundum quid ab alio superatur. Dicendum est ergo ꝙ vita contemplatiua simpliciter melior est quàm actiua. Quod Philosophus in 10. Ethicorum* [Cap. 7. & 8.] probat octo rationibus. Quarum prima est: quia vita contemplatiua conuenit homini secundum illud quod est optimum in ipso, s. secundum intellectum, & respectu propriorum obiectorū, scilicet intelligibilium: vita autem actiua occupatur circa exteriora. Vnde Rachel, per quam significatur vita cōtemplatiua, interpretatur visum principium: vita autem actiua significatur per Liam, quæ erat lippis oculis: vt Gregor. dicit 6. Moralium*. [Cap. 28.] Secundò, quia vita contemplatiua potest esse magis cōtinua licet nō quātum ad summum contemplationis gradum, sicut suprà dictū est*. [Q. 180. ar. 1. ad 2. & q. præc. ar. 4. ad 3.] Vnde Maria, per quam significatur vita contemplatiua, describitur secus pedes Domini assiduè sedens. Tertiò, quia maior est delectatio vitæ contemplatiuæ quàm actiuæ. Vnde Aug. dicit in lib. de verb. Domini,* [Serm. 26.] quòd Martha turbabatur, Maria epulabatur. Quartò, quia in vita contemplatiua est homo magis sibi sufficiens: quia paucioribus ad eam indiget. Vnde dicit Lucę 10. Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Quintò, quia vita cōtemplatiua magis propter se diligit: vita autē actiua ad aliud ordinat. Vn in Ps. 26. dicitur, Vnā petij à Domino. hanc requirā vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem Domini. Sextò, quia vita contempla-

¶ Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ secundæ Articulum primum.

IN articu. primo quæstionis cētesimę octuagesimæ secundæ, dubiū ex Henricode Gandauo in quolibeto duodecimo occurrit mordente, vt apparet, Authorem quo ad duo. Primò, quo ad authoritatem Aristotelis ex decimo Ethic. in litera allatam in octo rationibus. Secundò, quo ad veritatem ipsius conclusionis, pro quanto dicit quòd vita contemplatiua est simpliciter melior. Et in primo quidem arguit: quia Philosophus ignorauit futuram vitam in ordine ad quam melior simpliciter est vita actiua in statu præsentis miseriæ. Et ideo rationes Aristotelis modicum valent apud Catholicum. In secundo autem arguit tripliciter. Primò, quia vita actiua est maioris meriti homini virtutibus prædito, idoneo ad regendum, & coacto ad hoc. ergo est simpliciter melior. Antecedens probatur: Quia quilibet tenetur præferre actionem (vt quid melius, etiam sibi) contemplationi. Consequentia vero probatur: quia principale in vtraque vita est meritum, ac per hoc in quo est mai⁹ meritum. Secundò, quia illud est simpliciter melius, quod hominibus bene dispositis est melius, iuxta philosophum in primo Politicorum: sed vita actiua prælatorum est melior hominibus bene dispositis: ergo est simpliciter melior. Probatur Minor, quia est melior hominibus virtutibus prædictis aptis ad gubernandum alios atque coactis ad hoc. Tertiò, Opera propria statui perfectiori præferenda sunt operibus status minus perfecti, vt meliora minus bonis, quia propriorum operum perfectio respondet statui perfectionis: sed opera vitæ actiuæ sunt propria statui prælatorum, qui est perfectior statu religiosorum vacantium vitæ contemplatiuæ: ergo vita actiua simpliciter est perfectior contemplatiua.

¶ Ad huius euidentiam sciendum est, quòd argumenta hæc nihil contra doctrinā Authoris procedunt. Quoniam manifestè fortè in solo vocabulo dissonat quantum ad conclusionem. Veruntamen sigillatim soluenda sunt, præmittendo quòd melius simpliciter appellatur quod est melius ex suo genere, hoc est, ex sua propria & substantiali natura. Sicut enim in naturalibus vnū melius alio simpliciter dicimus, puta albedinem nigredine, hominem leone, &c. & similiter in moralibus iustitiā meliorem temperantia: & in theologalibus charitatem meliorem fide & spe dicimus. Et propterea cum de vita actiua & contemplatiua quæritur quæ harum sit melior, illa simpliciter dicenda est melior, quæ ex suo genere perfectior est: cæteræ enim nobilitates, seu bonitates, ad perfectionem secundū quid spectant. Et quoniā constat quòd vita contemplatiua secundum genus suum perfectior est quàm vita actiua, ideo Author conclusionem principalem verissimam posuit. Et quia ad hoc per accidens seu extraneè se habet ratio meriti, quoniam ex charitate illud pendet, & quantitas meriti ex quātitate charitatis: vt patet ex hoc, quòd opus melius ex suo genere contingit esse minoris meriti: vt si quis sacrificium ex minori charitate Deo offerat, quàm alter continenter bibat: ideo rationes Aristotelis & aliorum Philosophorum, quæ naturam actus ex suo genere pensant, non modicum, sed sufficienter valent apud Catholicos.

¶ Vnde ad primam obiectionem contra ipsam conclusionem dicitur, quòd illa propositio, Opus maioris meriti est melius, distinguenda est: quia vel intelligitur de bonitate substantiali ipsius operis: & similiter de merito, cæteris paribus: vel intelligitur de bonitate accidentali seu de merito, cæteris imparibus. Nam si primo modo intelligitur: scilicet de substantiali bonitate & cæteris paribus, propositio est verissima. Sed tunc minor est falsa in proposito. Quoniam quando opus vitæ actiuæ est maioris meriti, hoc non est ob bonitatem substantialē ipsius operis, sed ratione maioris charitatis. Vnde arguere ex conditione meriti ad conditionem substantialem ipsius operis, est arguere ex accidente ad substantiam. Et propterea diuus Thomas duos distictos articulos hic fecit: alterum, comparando istas duas vitas in bonitate substantiali, & hic est primus: alterum, comparādo easdem in merito, & hic est secundus, quia accidentale est post substantiale: & tamen in ipso secundo articulo probat Author quòd vita contemplatiua secundum se est maioris meriti, quā vita actiua: quia diligere Deum, est maioris meriti quàm diligere proximum. Vita autem contemplatiua directè ordinatur ad charitatem diuinæ veritatis: actiua verò ad charitatem proximi. Quamuis ex parte agentis, maioris quandoque

tiua consistit in quadam vacatione & quiete: secundum illud, Ps. 45. Vacate, & videte, quoniā ego sum Deus. Septimò, quia vita contemplatiua est secundum diuina: vita autem actiua est secundum humana. Vnde Augustinus dicit in libro, de Verbis Domini,* [Sermo 27. to. 10.] In principio erat verbum: ecce quod Maria audiebat. Verbum caro factū est: ecce cui Martha ministrabat. Octauò, quia vita contemplatiua est secundū id quod est magis proprium homini, scilicet secundum intellectum: in operationibur autem vitæ actiuæ communicant etiā inferiores vires, quæ sunt nobis & brutis communes. Vnde in Psal. 35. postquam dictum est, Homines & iumenta saluabis Domine, subditur id quod est hominibus speciale, In lumine tuo videbimus lumen. Nonam rationem addit Dominus Luc. 10, cum dicit, Optimam partem elegit Maria, quæ non auferetur ab ea. Quod exponens August. in libro de Verbis Domini,* [Serm. 27. to. 10.] dicit, Nō tu malam, sed illa meliorem: audi vnde meliorem. Quia non auferetur ab ea. A te autem auferetur aliquando onus necessitatis: æterna est dulcedo veritatis. Secundum quid tamen & in casu est magis eligenda vita actiua propter necessitatem præsentis vitæ: sicut etiam Philosophus dicit in tertio Topicorum,* [Cap. 2.] quòd philosophari est melius quàm ditari, sed ditari melius necessitatem patienti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad Prælatos non solùm pertinet vita actiua, sed etiam debent esse excellentes in vita contemplatiua. Vnde Gregor. dicit in Pastorali,* [Par. 2. ca. 1.] Sit rector actione præcipuus, præ cunctis in contemplatione suspensus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vita contemplatiua in quadam animi libertate consistit. Dicit enim Gregorius super Ezechiel*. [Hom. 3.] quòd vita contemplatiua ad quandam libertatē mentis transit, temporalia non cogitans, sed æterna: & Boetius dicit in quinto de Consolatione,* [Prosa 2.] Humanas animas liberiores esse necesse est, cùm se in mentis diuinæ speculatione conseruent: minus verò cum dilabuntur ad corpora. vnde patet quòd vita actiua non directè præcipit vitæ contemplatiuæ: sed disponendo ad vitam contemplatiuam præcipit quædam opera vitę actiuæ: in quo magis seruit vitæ contemplatiuæ quàm dominetur. Et hoc est quod Gregorius dicit super Ezech. quòd actiua vita seruitus, contemplatiua autem libertas vocatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad opera vitæ actiuæ interdum aliquis à contemplatione auocatur propter aliquam necessitatem pręsentis vitæ, non tamen hoc modo quod cogatur aliquis totaliter contemplationē deserere. Vnde Augu. dicit decimonono de Ciuitate Dei,* [Cap. 19. to. 5.] Otium sanctum quęrit charitas veritatis: negotium iustum, scilicet vitæ actiuæ suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem. Sed nec sic omnino veritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suauitas, & opprimat ista necessitas. Et sic patet quòd cùm aliquis à contemplatiua vita ad actiuam vocatur, non hoc fit per modum subtractionis, sed per modum additionis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum vita actiua sit maioris meriti quàm contemplatiua.

[1. dist. 35. q. 1. art. 4. q. 2.]

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vita actiua sit maioris meriti quàm contemplatiua. Meritum enim dicitur respectu mercedis. Merces autem debetur labori: secundum illud 1. ad Corinthios tertio, Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Sed vitæ actiuæ attribuitur labor, contemplatiuæ verò quies. Dicit enim Gregorius super Ezechiel.* [Hom. 14] Omnis qui ad Deum conuertitur, prius necesse est vt desudet in labore, id est, Liam accipiat: vt post ad videndum principium in Rachel amplexibus requiescat. Ergo vita actiua est maioris meriti quàm contemplatiua.

¶ 2 Præterea, Vita contemplatiua est quædam inchoatio futurę felicitatis. Vnde super illud Ioan. vltimo, Sic eum volo manere, donec veniam, dicit Augustin. Hoc apertius dici potest. Perfecta me sequatur actio informata meæ passionis exemplo. Inchoata verò contemplatio maneat donec venio: perficienda cùm venero, & Gregor. dicit super Ezechie.* [Hom. 14.] quòd contemplatiua vita hic incipit, vt in cælesti patria perficiatur: sed in illa futura vita non erit status merendi, sed recipiendi pro meritis: ergo vita contemplatiua minus videtur habere de ratione meriti quàm vita actiua: sed plus habet de ratione præmij.

¶ 3 Præterea, Gregorius dicit super Ezechielem,* [Hom. 12.] quòd nullū sacrificium est Deo magis acceptū quàm zelus animarum: sed per zelum animarum aliquis se conuertit ad studia vitę actiuę. ergo videtur quòd vita contemplatiua non sit maioris meriti quàm actiua.

¶ SED CONTRA est quod Gregorius dicit in sexto Moralium,* [Cap. 18.] Magna sunt actiuæ vitæ merita, sed contemplatiuæ potiora.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ radix merendi est charitas, sicut suprà habitum est.* [1. 2. q. 114 art. 4.] Cùm autem charitas consistat in dilectione Dei & proximi, sicut suprà habitum est,* [Q. 25. art. 1.] Deum diligere secundum se est magis meritorium, quàm diligere proximum, vt ex suprà dictis patet. [Q. 27. ar. 8.] Et ideo illud quod directius pertinet ad dilectionem Dei, magis est meritorium ex suo genere, quàm id quod directè pertinet ad dilectionem proximi propter Deū. Vita autem contemplatiua directè & immediatè pertinet ad dilectionem Dei. Dicit enim Augustin. 19. de Ciuitate Dei,* [Cap. 19. to. 5.] quòd otium sanctum, scilicet contemplatiuæ vitæ, quærit charitas veritatis, s. diuinæ, cuī potissimè vita contemplatiua insistit, sicut dictum est*. [Q. præc. ar. 11. 4. ad 2.] Vita autem actiua directius ordinatur ad dilectionem proximi: quia satagit circa frequens ministerium, vt dicitur Lucæ 10. [D. 1185. & 1187.] Et ideo ex suo genere cōtemplatiua vita est maioris meriti quàm actiua, & hoc est quod Grego. in 3. Homilia super Ezechielem,* [Non longè ante medium.] dicit, Contemplatiua est maior merito, quàm actiua: quia hæc in vsu præsentis operis laborat, in quo necesse est proximis subuenire: illa verò sapore intimo venturā iam requiem degustat, scilicet in contemplatione Dei. Potest tamen contingere, ꝙ aliquis in operibus vitæ actiuæ plus mereatur, quàm alius in operibus vitæ contemplatiuæ: puta, si propter abundantiā diuini amoris, vt eius voluntas impleatur propter ipsius gloriam, interdum sustinet à dulcedine diuinæ contemplationis ad tempus separari: sicut Apostolus dicebat ad Roman. 9. Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Qđ exponens Chrysostomus in lib. de Compunctione dicit,* [Lib. 1. paulo post medium.] Ita totam mentem eius demerserat amor Christi, vt etiam hoc quod ei præ cæteris omnibus amabilius erat, esse cum Christo: rursus idipsum, quia ita placeret Christo, contemneret.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ labor exterior operatur ad augmentū præmij accidentalis. Sed augmentum meriti respectu præmij essentialis, consistit principaliter in charitate: cui⁹ quoddam signum est labor exterior toleratus propter Christum. Sed multò expressius ei⁹ signum est, quòd aliquis prætermissis omnibus quæ ad hanc vitam pertinent, soli diuinæ contemplationi vacare delectetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in statu felicitatis futurę homo peruenit ad perfectum. [D. 889.] Et ideo non relinquitur locus proficiendi per meritum. Si tamen relinqueretur, esset efficacius meritum propter maiorem charitatem. Sed contemplatio præsentis vitæ cum quadam imperfectione est: & adhuc habet quo proficiat. Et ideo non tollit rationem merendi, sed augmentum meriti facit propter maius exercitium charitatis diuinæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sacrificiū spiritualiter Deo offertur, cùm aliquid ei exhibetur. Inter omnia autem bona hominis Deus maximè acceptat bonum humanæ animæ, vt hoc sibi in sacrificium offeratur. Offerre autem debet aliquis Deo, primò quidem animam suam: secū-

meriti sit vita actiua quàm cōtēplatiua.

¶ Ad secundam verò dicitur, quòd Maior, scilicet, Illud est simpliciter melius quod est melius bene dispositis: est vera de bene dispositis secundum conditiones naturales, quæ ad speciē corporis vel animæ spectāt simpliciter: non autem de bene dispositis ad hoc vel illud particulare. Et sic ea vtitur Philosophus. arguens autem applicat eam ad bene dispositos ad aliquid particulare: puta, ad suscipiendum regimen animarū in casu coactionis. &c. Vnde propositio dicens quòd melius homini disposito ad regimen animarū & coacto est melius simpliciter, implicat in adiecto. Quoniam assumit subiectum secundum quod conditionatum, & prædicatum ponit simpliciter.

¶ Ad tertiam dicitur, ꝙ minor propositio est falsa, quoniam statui Prelatorum non sunt propria opera vitæ actiuæ. Sed statui eorum conueniūt & opera vitæ actiuæ, & opera vitæ contemplatiuæ, vt Augustinus & Gregor. expresse dicunt. Et propterea sicut status Prælatorum neque actiuus neque contemplatiuus est, sed ex vtroque mistus, est enim tertium viuendi genus, vt Augustinus dicit, ita proculdubio opus mistum, quod est proprium Prælati, scilicet contemplari & agere, perfectius est quàm opus contemplatiuum, & quàm opus actiuum. Vnde & Dominus non dixit de Maria, quòd optimum sibi elegit, sed quòd elegit sibi optimā partem. Melior est enim pars contēplatiua quàm pars actiua. Vtraque tamen parte melius est ipsum totum: quod proprium est statui Prælatorum. Vnde hoc gratis cōcedendum est. Et hęc sufficiant etiam quo ad secundum & reliquos huius quæstionis articulos. Notent tamen qui alios in via Dei instruunt ad profectum spiritualem, & diligenter efficiant, vt prius in vita actiua exerceri faciant quos edocent seu instruunt, quàm ad contemplationis fastigium suadeāt. Oportet siquidem prius passiones domare habitibus mansuetudinis, patientiæ, &c. liberalitatis, humilitatis, &c. & sedare, quàm ad contemplatiuam vitam ascendere. Et ob defectū huius, multi non ambulantes, sed saltātes in via Dei postquam multum temporis vitæ suæ contemplationi dederunt, vacui virtutibus inueniuntur impatientes, iracundi, superbi, si in huiusmodi tanguntur. Et propterea tales nec actiuam nec contemplatiuā,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec ex vtroque compositam habuerunt,sed super arenam fabricarunt. Et vtinã non sit frequẽs defectus iste.

¶ Super Quæstionem centesimam octuagesimam tertiam.

HIc incipit decima & vltima pars huius operis , tractans de officiis ac statibus hominum. In qua quæstione statim occurrit dubium circa significationẽ status,pro quanto in litera dicitur , q̃ respicit obligationem personæ hominis,prout aliquid est sui vel alieni iuris : & hoc ex causa permanente. Est siquidem de hoc quæstio & cũ extraneis aliã significationẽ tribuentibus statui, vt patet de Henrico de Gãdauo in 12.quolibeto.Et nihilominus est quæstio absolutè de veritate huius significatiõis:Vnde nos primam quæstionẽ telinquemus: quoniam esset certare de vocibus.Secũda aũt,an scilicet assignata ab Autore significacatio sit solida, tractanda est: habet enim multas obiectiones. Cum enim in litera dicatur , q̃ *D.1188.* status tã in ciuilib⁹ quã *Hom.14.* in spiritualibus spectet ad libertatẽ vel seruitutẽ,statim apparet cõtradictio in ipso,pgressu litere.Nã libertas nomen est status, & nullã obligationẽ dicit. Amplius, seruitus & libertas spiritualis,vt in octauo articulo dicitur,penes habitũ iustitiæ vel peccati attendũtur:& tamẽ in neutro est obligatio, sed sola permanentia,qualem habitus causare nata est Falsum est igitur quòd status spiritualis seruitutis vel libertatis respiciat obligationem Præterea , Status distinguitur in statũ incipientiũ, proficientium, & perfectorum,vt patet in articulo quarto.Et cõstat q̃ nec status incipientium, nec status proficientiũ, obligationẽ haber.Distiguitur quoque status cõiugatorũ contra statum virginalẽ & vidualẽ. Et tamen solus status coniugatorũ obligationem habet. Clericalis demũ status, inquit Henricus, distinguitur cõtra laicalẽ,& tñ neuter obligationem habet:quoniã cleri cus potest liberè ducere *Cap.27.* vxorẽ viduam. Affertur quoque ab eodẽ authoritas Anselmi in libro de similitudinibus ca.46.di centis,Quatuor sunt status humanæ naturę,quibus pro diuersis meritis beata vel magis beata, misera,vel minus misera redditur,scilicet in statu innocentiæ , in statu patriæ, in statu vię,& in statu damnationis. Constat aũtẽ q̃ neque in innocẽtia:neq; in via stat⁹ dẽ secundũ obligationẽ.

¶ Ad horum euidẽtiam sciendũ est: quòd Autor dum illud Ecclesiast.30.Miserere animæ tuæ,placens Deo. Secundò aũtẽ, animas aliorum:secundum illud Apocalyp.vltimo,Qui audit,dicat veni.Quantò autem homo animam suam,vel alterius propinquius Deo coniungit , tantò sacrificium est Deo magis acceptum.Vnde magis acceptum est Deo , quòd aliquis animam suam & aliorum applicet contemplationi,quàm actioni.Per hoc ergo quod dicitur,quòd nullum sacrificiũdest Deo magis acceptũ,quàm zelus animarum,non præfertur meritum vitæ actiuę merito vitæ contemplatiuæ. Sed ostenditur magis esse meritorium , si quis offerat Deo animam suam & aliorum,quàm quæcunque alia exteriora dona.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum vita contemplatiua impediatur per vitam actiuam.

AD TERTIVM sic proceditur.Videtur quòd vita contemplatiua impediatur per vitam actiuam. Ad vitam enim contemplatiuam necessaria est quædam vacatio mẽtis : secundum illud Psal. Vacate,& videte quoniã ego sum Deus. Sed vita actiua habet inquietudinem,secundũ illud Lu.10.Martha,Martha,sollicita es,& turbaris erga plurima. Ergo vita actiua contemplatiuam impedit.

¶ 2 Præterea, Ad vitam contemplatiuam requiritur claritas visionis:sed vita actiua impedit visionis claritatem. Dicit enim Gregorius super Ezechielem,*quòd lippa est fœcunda:quia dum occupatur in opere,minus videt: ergo vita actiua contemplatiuam impedit.

¶3 Præterea,Vnum contrariorum impeditur per aliud:sed vita actiua & contemplatiua videntur contrarietatem habere adinuicem:quia vita actiua occupatur circa plurima: vita autem contemplatiua in sistit ad contemplandum vnum , vnde ex opposito diuiduntur:ergo videtur quòd vita contemplatiua impediatur per actiuam.

¶SED CONTRA est,quod Gregor.dicit in 6.Mora.*Qui contemplationis arcem tenere desiderant , prius se in campo per exercitium operis probent.

¶RESPONDEO dicendum,quòd vita actiua potest considerari quantũ ad duo. Vno modo quantum ad ipsum studium & exercitiu exteriorum actionum: & sic manifestũ est,quòd vita actiua impedit contemplatiuã,in quantũ impossibile est , q̃ aliquis simul occupetur circa exteriores actiones,& diuinæ cõtemplationi vacet. Alio modo potest considerari vita actiua,quantum ad hoc,q̃ interiores animæ passiones componit & ordinat.Et quantũ ad hoc vita actiua adiuuat ad contemplationem,quæ impeditur per inordinationẽ interiorum passionũ. Vnde Gregori⁹ dicit in sexto Moral.* Cùm contemplationis arcẽ aliqui tenere desiderant,prius se in campo per exercitium operis probent,vt sollicitè sciant si nulla iam mala proximis irrogant : si irrogata à proximis æquanimiter portant:si oblatis bonis temporalibus, nequaquam mẽs lætitia soluitur : si subtractis, non nimio mœrore sauciãtur. Ac deinde perpendãt, si cùm ad semetipsos introrsus redeunt, in eo quòd spiritualia rimantur , nequaquam secum rerum corporalium vmbras trahant,vel fortasse tractas manu discretionis abigant.Ex hoc ergo exercitiũ vitæ actiuæ confert ad contemplatiuã , q̃ quietat interiores passiones, ex quibus phantasmata proueniunt , per quæ contemplatio impeditur. Et per hoc pater responsio ad obiecta.Nam rationes illæ procedunt quantum ad ipsam occupationem exteriorum actuum , non autem quantum ad effectum , qui est moderatio passionum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum vita actiua sit prior quàm contemplatiua.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd vita actiua non sit prior quàm contemplatiua. Vita enim contemplatiua directè pertinet ad dilectionem Dei,vita autem actiua ad dilectionem proximi:sed dilectio Dei præcedit dilectionem proximi,inquantum proximus propter Deum diligitur: ergo videtur quòd etiam vita contemplatiua sit prior quàm actiua.

¶ 2 Præterea, Gregorius dicit super Ezechielem, * Sciendum est:quòd sicut bonus ordo viuendi est vt ab actiua in contemplatiuam tendatur,ita plerunque vtiliter à contemplatiua animus ad actiuam reflectitur.Non ergo simpliciter vita actiua est prior quàm contemplatiua. *Hom.14.*

¶3Præterea, Ea quæ diuersis competunt,non videntur ex necessitate ordinem habere:sed vita actiua & contemplatiua diuersis competunt. Dicit enim Grego. in sexto Mora. * Sæpe qui contemplari Deũ quietè poterant, occupationibus pressi ceciderunt : & sæpe qui occupati bene vsibus humanis viuerent , gladio suæ quietis extincti sunt. Non ergo vita actiua prior est quàm contemplatiua. *Cap.26.*

¶SED CONTRA est,quod Gregor. dicit in 3. Homil. super Ezech. * Actiua vita prior est tempore quàm contemplatiua:quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. *Non longè ante med.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid dicitur esse prius dupliciter.Vno modo, secundum suam naturam. Et hoc modo vita contemplatiua est prior quàm actiua , in quantum prioribus & melioribus insistit.Vnde & actiuam vitam mouet & dirigit.Ratio enim superior , quæ contemplationi deputatur,comparatur ad inferiorem,quæ deputatur actioni,sicut vir ad mulierem , quæ est per virtum regenda , vt Augustinus dicit 12.de Tri.*Alio modo est aliquid prius quo ad nos,quod scilicet est prius in via generationis. Et hoc modo vita actiua est prior quàm contemplatiua: quia disponit ad contemplatiuã, vt ex supra dictis patet *. Dispositio enim in via generationis præcedit formam, quæ simpliciter & secundum suam naturam est prior. *Cap.14. to.3.* *Q.181.ar.1.ad 3.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ vita contemplatiua non ordinatur ad qualemcunque dilectionem Dei , sed ad perfectam.Sed vita actiua est necessaria ad dilectionem proximi qualemcunque. Vnde Gregorius dicit in 3. Homil. super Ezechielem,* Sine contemplatiua vita intrare possunt ad cælestem patriam qui bona, quæ possunt operari,non negligunt. Sine actiua autem intrare non possunt, si negligunt bona quæ operari possunt.Ex quo etiam patet quòd vita actiua præcedit contemplatiuam,sicut id quod est commune omnium , præcedit in via generationis id quod est proprium perfectorum. *Paulò ante med.*

¶ Ad secundum dicendum , quòd à vita actiua proceditur ad vitam contemplatiuam secundum ordinem generationis.A vita autem contemplatiua reditur ad vitam actiuam per viam directionis , vt scilicet vita actiua per contemplationem dirigatur. Sicut etiam per operationes acquiritur habitus , & per habitum acquisitum perfectius aliquis operatur, vt dicitur in 2.Ethic*. *Cap. 1.2. & 4.*

¶Ad tertium dicendum, quòd illi qui sunt proni ad passiones propter eorum impetum ad agendum , sunt simpliciter magis apti ad vitam actiuam propter spiritus inquietudinem. Vnde dicit Grego.in sexto Moral.*quòd nonnulli ita inquieti sunt, vt si vacationem laboris habuerint,grauius laborent,quia tanto deteriores cordis tumultus tolerant,quanto eis licentius ad cogitationes vacant. Quidam verò habent naturaliter animi puritatem & quietem,per quam ad contemplationem sunt apti:qui si totaliter actionibus deputentur , detrimentum sustinebunt. Vnde Gregor. dicit in 6. Moral. * quòd quorundam hominum ita otiosæ mentes sunt,vt si eos labor occupationis excipiat , in ipsa operationis inchoatione succumbant. Sed sicut ipse postea subdit , * sæpe & pigras mentes amor ad opus excitat,& inquietas in contemplatione timor refrænat. Vnde & illi qui sunt magis apti ad actiuam vitam,possunt per exercitium actiuæ ad contemplatiuam præparari.Et illi nihilominus qui sunt magis ad contemplatiuam apti,possunt exercitia vitæ actiuæ subire,vt per hoc ad contemplationem paratiores reddantur. *Cap.26.* *Lib.6.ca. 27.*

QVÆS

nunquã dicit, quòd status exigat obligationẽ in quolibet statu:sed dicit, q̃ quilibet status respicit obligationẽ. Quæ duo distant sicut cœlum & terra. Nam ad primũ requiritur quemlibet statũ habere obligationẽ ad id quod sui status est.

¶ Ad secundũ verò sufficit quòd obligationẽ respiciat,ita quòd penes obligationẽ distinguantur affirmatiuè vel negatiuè, hoc est penes habere obligationẽ, & penes non habere illam. Et hoc modo distinguitur status liberi à seruo: quia seruitus respicit obligationem affirmatiuè,libertas verò negatiuè.Hoc etiam modo distinguitur status secularis à regulari.Quia scilicet regularis habet vinculũ quo caret secularis. Similiter status peccatoris & status iusti distinguuntur : quia peccator obligatus est ad peccandum , quãtum est ex seipso, quia non potest ex seipso resurgere , & (vt Gregor.dicit) peccatum quod per pœnitentiam non deletur,tuũ pondere ad aliud trahit.Iustus autẽ ab huiusmodi vinculo absolutus est. Incipientium autem & proficiẽtium status obligationem in genere claudunt,non in specie:quoniam commune genus status existentiũ in charitate per negationẽ vinculi,quo peccator alligatur,dicitur. Species autẽ huiusmodi status secundum proprias differentias,non omnes, sed perfectorum tantum , dicit obligationẽ. Et hoc sufficere Author ipse testatur in litera quarti articuli in responsione ad secundum , dum loquẽs de huiusmodi distinctione,dicit , quòd per hoc diuersi status distinguuntur : quòd diuersa studia adhibent ad ea quæ spectant ad spiritualem libertatem.

Infrà.ar. 4.cor. & q.184.ar. 4 cor. Et q.186.ar. 6. cor. & quol.3.ar. 17.cor. *Ex Aug. ibid. Conc. 2.* *Hom. 21.* *Cap.1.2. & 4.*

¶Sed contra hoc potest instari, quòd non consonat huiusmodi responsio sermonibus per se,quoniã si status de ratione sua respicit obligationẽ consequens est vt per se loquendo,omnis specifica diuersitas statuũ per se respiciat obligationẽ: & non sufficit q̃ genus eorũ penes obligationẽ attendatur.Oportet eñ differentias per se diuersificatiuas generis & cõstitutiuas specierum , p se diuersificare id quod spectat ad rationẽ generis , quod in proposito est respicere obligationem.Hoc autem hic nõ saluatur: quoniã status incipientium & proficiẽtium non diuersificantur penes respicere obligationem aliquam.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ status tam incipientium quàm proficiẽtium non nisi imperfectè habet rationẽ status. Et propterea non est mirũ si vterque deficiat à propria ratione status. Sũt enim hi status in genere status , sicut formæ in embrionẽ succedentes sunt in genere viuentium.

Nõ enim sunt velut species de per se, sed vt viæ ad aliud.Et similiter status incipientium & proficientium , vt ipsa eorũ nomina ostendunt , viã ad aliud , hoc est ad perfectionem,seu perfectio nis statum, significant.

Vnde Author in principio sequẽtis quæstionis dicit,Deinde considerãdum est de iis quæ pertinent ad statũ perfectionis,ad quẽ alij status ordinantur. De statu autẽ coniugatorum,virginũ, &c. dupliciter dici potest.Primo,quòd in iure nec virginitas nec viduitas constituit statum nisi vinculo firmetur. Vnde statuta sunt distincta viduarum & virginum. Secundò potest dici, vt dictum est,de incipientibus & proficientibus, q̃ scilicet fine vinculo imperfectè habent rationẽ status ratione sui generis,quo libertatẽ habent à vinculo coniugali. Ad id quod additur de statu clericali, respondetur, q̃ cũ prima tonsura constituat clericatũ , & prima tonsura ad officium spectet,sicut & ordo omnis, scilicet acolytatus , &c. consequens est q̃ clericatus non statũ,sed officium constituat. Cuius signum est, q̃ clericos in duos status distinguimus , scilicet regulares & seculares.Esset autem implicatio quodammodo in adiecto dicere clericos seculares , si clericus esset nomen status. Sed officio adiungitur nomen status.Comprobatúrque id ex eo quòd prima tonsura inchoatio quædam ordinis est, quem constat ad officiũ spectare.Ad authoritatẽ demum Anſel. & similes,quæ forsan multę ad duci possent, vnico verbo responderi potest , q̃ nõ ita strictè & propriè status nomine vti sunt. Sed per statum intellexerunt conditionẽ,quasi dicerent,quatuor sunt cõditiones hominũ, &c. in qua significatione frequens videtur vsus esse.

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæsextæ Articulum primum.

IN art. 1. eiusdẽ quæst. in responsione ad tertium collige, & inde retine differentiam inter officium,gradum, & statum ecclesiasticum , vt intelligas sequentia.

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæ tertiæ Articulum secundum & tertium.

IN arti.secũdo , & tertio aduerte q̃ diuersitas officiorum , gradũm, & statuum in Ecclesia nõ ita ordinantur ad hæc

QVÆSTIO CENTESIMAoctuagesima tertia, de Officiis & variis hominum statibus in generali, in quatuor Articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de diuersitate statuum & officiorum humanorum.Et primò considerandum est de officiis & statibus hominum in generali.Secundò,specialiter de statu perfectorum.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, quid faciat in hominib⁹ status.

¶ Secundò, vtrum in hominibus debeãt esse diuersi status siue diuersa officia.

¶ Tertiò,de differentia officiorum.

¶ Quartò,de differentia statuum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum status in sui ratione importet conditionem libertatis vel seruitutis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd status in sui ratione nõ importet conditionem libertatis vel seruitutis.Status enim à stando dicitur. Sed stare dicitur aliquis ratione rectitudinis. Vnde dicitur Ezech.2. Fili hominis, sta super pedes tuos. Et Grego.dicit in sexto Mora.Ab omni statu rectitudinis dispereunt , qui per noxia verba dilabũtur. Sed rectitudinem spiritualem acquirit homo per hoc quòd subiicit suam volũtatem Deo . vnde super illud Psalm. 32. Rectos decet collaudatio. dicit gloss.* Recti sunt qui dirigunt cor suum secundum voluntatem Dei.ergo videtur q̃ solа obedientia diuinorum mandatorum sufficiat ad rationem status.

¶ 2 Præterea,Nomen Status videtur importare immobilitatem,secundum illud primæ ad Corinth.15. Stabiles estote,& immobiles. Vnde Gregor.dicit super Ezech.*Lapis quadrus est,& quasi ex omni latere statum habet , qui casum in aliqua permutatione non habet.Sed virtus est quæ immobiliter facit operari,vt dicitur in 2.Ethic.* Ergo videtur quòd ex omni operatione virtuosa aliquis statũ adipiscatur.

¶ 3 Præterea, Nomen Status videtur ad quandam altitudinem pertinere. Nam ex hoc aliquis stat quòd in altum erigitur , sed per diuersa officia aliquis fit altior altero. Similiter etiam per gradus vel ordines diuersos diuersimodè homines in quadam altitudine cõstituuntur. ergo sola diuersitas graduum,vel ordinum,vel officiorum,sufficit ad diuersificandum statum.

¶SED CONTRA est, quod in Decret.2.q.5.dicitur, Si quando in causa capitali, vel in causa status interpellatũ fuerit : non per exploratores , sed per ipsos est agendum,vbi causa status appellatur pertinens ad libertatem vel seruitutem. ergo videtur q̃ non variet statum hominis nisi id,quod pertinet ad libertatem vel seruitutem.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ status,propriè loquendo,significat quandã positionis differentiã:secundũ quam aliquid disponitur secundũ modũ suæ naturæ,quasi in quadã immobilitate. Est eñ naturale homini , vt caput eius in superiora tendat , & pedes in terra firmentẽ, & cætera membra media conuenienti ordine disponãtur.Quod quidẽ non accidit, si homo iaceat, vel sedeat,vel accumbat: sed solũ quando erectus stat. Nec rursus stare dicit,si moueatur,sed quãdo quiescit. Et inde est quòd etiam in ipsis actionibus humanis dicitur negotiũ aliquem statũ habere secundũ ordinem propriæ dispositionis cum quadam immobilitate seu quiete. Vnde & circa homines ea q̃ de facili circa eos variãtur & extrinseca sunt,non constituunt statum:puta, q̃ aliquis sit diues vel pauper,in dignitate cõstitutus,vel plebeius,vel siquid aliud est huiusmodi. Vnde & in iure ciuili dicit, quòd ei , qui à Senatu amouetur , magis dignitas,quàm status aufertur. Sed solũ id videtur ad statum hominis pertinere, quod respicit obligationem personæ hominis , prout scilicet aliquis est sui iuris vel alieni.Et hoc non ex aliqua causa leui vel de facili mutabili , sed ex aliquo permanente, & hoc est quod pertinet ad rationem libertatis vel seruitutis. Vnde status pertinet propriè ad libertatẽ vel seruiturem, siue in spiritualibus, siue in ciuilibus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd rectitudo inquantum huiusmodi, non pertinet ad rationem status,sed solũ inquantum est connaturalis homini , simul addita quadam quiete. Vnde in aliis animalibus non requiritur rectitudo ad hoc quòd stare dicantur,nec etiam homines stare dicuntur quantumcunque sint recti, nisi quiescant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd immobilitas non sufficit ad rationem status. Nam etiam sedens vel iacens quiescit, q̃ tamen non dicitur stare.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ officium dicitur per comparationem ad actum , gradus autem dicitur secundũ ordinem superioritatis & inferioritatis. Sed ad statum requiritur immobilitas in eo quod pertinet ad conditionem personæ.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in Ecclesia debeat esse diuersitas officiorum, seu statuum.

AD SECVNDVM sic,pceditur. Videtur q̃ in Ecclesia non debeat esse diuersitas officiorum vel statuum. Diuersitas enim vnitati repugnat. Sed fideles Christi ad vnitatem vocantur:secundum illud Ioan. 17. Vt sint vnũ in nobis,sicut & nos vnũ sumus.Ergo in Ecclesia nõ debet esse diuersitas officiorũ siue statuũ.

¶ 2 Præterea , Natura non facit per multa, quod potest fieri per vnum:sed operatio gratiæ est multo ordinatior, quam operatio naturæ.ergo conuenientius esset quòd ea quæ pertinent ad actus gratiæ per eosdem homines administrarentur:ita quòd non esset in Ecclesia diuersitas officiorum & statuum.

¶ 3 Præterea , Bonũ Ecclesiæ maximè videtur in pace consistere:secundum illud Psal.147.Qui posuit fines tuos pacem.Et 2.ad Corin.vlt.dicitur,Pacem habete, & Deus pacis erit vobiscum. Sed diuersitas est impeditiua pacis , quam similitudo causare videtur : secundũ illud Eccle.13. Omne animal diligit sibi mile sibi , & Philos.dicit in 7. Polit. q̃ modica differentia facit in ciuitate dissidium.Ergo videtur quòd nõ oporteat in Ecclesia esse diuersitatem statuum,& officiorum.

¶SED CONTRA est, quod in Psal. 44. ad laudẽ Ecclesiæ dicitur, q̃ est circumamicta varietate,vbi glo.dicit,q̃ doctrina Apostolorũ & cõfessiõe martyrũ,& puritate virginũ,& lamento pœnitentium ornatur Regina, id est, Ecclesia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad hæc tria, scilicet perfectionem, actionem, & decorem, & singula singulis propria sint: puta perfectio statui, actio officio, & decor gradui: quoniã in quolibet horũ omnia inueniuntur. In statibus nanq; inueniuntur nõ solum perfectio, sed etiã & decor, seu ordo. Et similiter in officiis eadẽ tria inueniuntur: & similiter in gradibus, vt de se patet. Sed perfectio appropriatur statui vt ratio diuersitatis secundũ statũ. Actio verò appropropriat offi cio, vt ratio diuersitatis secũdum officiũ. Decor verò ordinis appropriat gradui, vt ratio diuersitatis secũdum gradum.

¶ In eodem art. 3. in responsione ad secundum dubium occurrit circa illud. Diuersitas vitarum accipitur secundum diuersos actus, qui conueniũt homini secundum seipsum. Officia autẽ distinguuntur secundum actus, q referuntur ad alios. Videtur enim hoc esse falsum: eo q vita actiua manifestẽ attendi tur secundum actũ qui refertur ad aliud, scilicet ad proximum, vt patet ex supradictis de vita actiua.

¶ Ad hoc dicitur, q ipse actus actiuæ vitæ potest considerari dupliciter. Primò, vt est exercitiũ hominis studentis tali vitæ seu actui. Est nanque actus virtutis qui bonum reddit habentẽ. Et sic constituit vitam actiuam. Quoniam (vt in litera dicitur) vita dicitur absolutè, hoc est vi uere dicitur quis secundum seipsum, & non relatiuè ad aliud. Et propterea actus, inquãtum sunt differentis vitæ, cõsiderantur vt conueniũt homini secundum seipsum, hoc est, secundũ q viuentem in suiipsius viuere bene disponunt. Alio modo considerantur vt referunt ad alios, sicut docere, ad eum qui docetur: & iudicare, ad eum qui iudicari ordinatur. Et sic sumpti actus distinguunt officia. Et hæc sufficiant etiam pro quarto articul. Discussa sunt siquidem quæ in illo sunt in principio huius quæstionis.

¶ Supra

¶ RESPONDEO dicendũ, q diuersitas statuum & officiorum in Ecclesia ad tria pertinet. Primò quidẽ, ad perfectionem ipsius Ecclesiæ. Sicut enim in rerũ naturalium ordine perfectio, quæ in Deo simpliciter & vniformiter inuenitur, in vniuersitate creaturarum inueniri non potest, nisi differmiter & multipliciter: ita etiã plenitudo gratiæ quæ in Christo sicut in capite adunatur, ad membra eius diuersimodè redundat, ad hoc q corpus Ecclesiæ sit pfectũ. Et hoc est quod Apostolus dicit ad Ephe. 4. Ipse dedit quosdam quidẽ Apostolos, quosdã autem Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum. Secundò autem pertinet ad necessitatem actionum, quæ sunt in Ecclesia necessariæ. Oportet autem ad diuersas actiones diuersos homines deputari ad hoc q expeditius & sine confusione omnia peragantur. Et hoc est quod Apostolus dicit ad Rom. 12. Sicut in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo. Tertiò, hoc pertinet ad dignitatem & pulchritudinem Ecclesiæ, quæ in quodã ordine consistit. Vnde dicitur 3. Reg. 10. q videns regina Saba omnem sapiẽtiam Salomonis, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, non habebat vltra spiritum. Vnde & Apostolus dicit secũdæ ad Timoth. 2. quòd in magna domo non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuersitas statuũ & officiorũ non impedit Ecclesiæ vnitatem, quæ perficitur per vnitatem fidei & charitatis, & mutuæ subministrationis: secundum illud Apostoli ad Ephes. 4. Ex quo totum corpus est compactũ, scilicet per fidem, & connexum, scilicet per charitatẽ, per omnẽ iunctũrã subministrationis, dum scilicet vnus alij seruit.

¶ Ad secundũ dicendum, q sicut natura non facit per multa quod potest facere per vnum, ita etiam non coarctat in vnũ id, ad quod multa requiruntur: secundũ illud Apostoli primę ad Cor. 12. Si totum corpus oculus, vbi auditus? Vnde & in Ecclesia, quæ est corpus Christi, oportuit membra diuersificari secundum diuersa officia, status, & gradus.

¶ Ad tertium dicendum, q sicut in corpore naturali membra diuersa continentur in vnitate per virtutem spiritus viuificantis, quo absecedente, membra corporis separantur: ita etiam in corpore Ecclesiæ cõseruatur pax diuersorum membrorum virtute Spiritus sancti, qui corpus Ecclesiæ viuificat, vt habetur Ioã. 6. Vnde Apostolus dicit ad Ephe. 4. Solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Discedit autem aliquis ab hac vnitate Spiritus, dum quærit quæ sibi sunt propria: sicut etiam in terrena ciuitate pax tollitur ex hoc, q ciues singuli quæ sua sunt quærunt. Alioquin per officiorum & statuum distinctionem tam mentis, quàm in ciuitate terrena, magis pax conseruatur: inquantum per hæc plures sunt qui cõmunicant actibus publicis. Vnde & apostolus dicit 1. ad Cor. 12. q Deus temperauit nos, vt non sit schisma in corpore, sed pro inuicem solicita sint membra.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum officia distinguantur per actus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd officia non distinguantur per actus. Sunt enim infinitæ diuersitates humanorum actuum tam in spiritualibus quàm temporalibus: sed infinitorum non potest esse certa distinctio. ergo per diuersitates actuum non potest esse humanorum officiorũ certa distinctio.

¶ 2 Præterea, Vita actiua, & contemplatiua secundum actus distinguuntur, vt dictum est*: sed alia videtur esse distinctio officiorum à distinctione vitarum. Non ergo officia distinguũ tur per actus. Q. 179. art. 1.

¶ 3 Præterea, Ordines etiam ecclesiastici, & status, & gradus per actus distingui videntur: si ergo officia distinguantur per actus, videtur sequi, quòd eadem sit distinctio officiorum, gradu um, & statuum. Hoc autem est falsum: quia diuersimodè in suas partes diuiduntur. Non ergo videtur quòd officia distinguantur per actus.

¶ SED CONTRA est, quod Isido. in lib. Etymo.* dicit q officium ab efficiendo est dictum, quasi efficium, propter decorem sermonis vna mutata litera. Sed efficere pertinet ad actionem: ergo officia per actus distinguuntur. Lib. 6. cap. 19.

¶ RESPONDEO dicendum, q sicut dictum est*, diuersitas in membris Ecclesiæ ad tria ordinatur, scilicet ad perfectionem, actionem, & decorem. Et secundũ hoc triplex distinctio diuersitatis fideliũ accipi potest. Vna quidem, per respectum ad perfectionem: & secundũ hoc accipitur differentia statuũ, prout quidam sunt aliis perfectiores. Alia verò distinctio accipitur per respectũ ad actionem: & hæc distinctio dicitur officiorũ. Dicuntur enim diuersis officiis esse, qui sunt ad diuersas actiones deputati. Alia autem per respectũ ad ordinem pulchritudinis ecclesiasticæ: & secundũ hoc accipitur differentia graduum, prout scilicet in eodem statu vel officio vnus est alio superior. Vnde & in Psalm. 47. dicitur secundum aliam literam, Deus in gradibus eius cognoscetur. Art. pre.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q materialis diuersitas humanorum actuum est infinita: & secundum hanc non distinguuntur officia, sed secundum formalem diuersitatem, quæ accipitur secundum diuersas species actuum, secundũ quam actus hominis non sunt infiniti.

¶ Ad secundum dicendum, q vita dicitur absolutè: & ideo diuersitas vitarũ accipitur secundũ diuersos actus, qui conueniũt homini secundum seipsum. Sed efficientia, à qua sumitur nomen Officij, vt dictum est*, importat actionem tendentem in aliud, vt dicitur in 9. Metaphy.* Et ideo officia distinguũtur propriè secũdum actus qui referuntur ad alios: sicut dicitur doctor habere officiũ, vel iudex, & sic de aliis. Et ideo Isido.* dicit quòd officiũ est vt quisque illa agat quæ nulli officiant, id est noceant, sed prosint omnibus. In arg. de contra. * Tex. 16. * Lib. 6. Ety. cap. 19.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuersitas statuum, officiorum & graduum, secundum diuersa sumitur, vt dictum est*. Contingit tamen quòd ista tria in eodem concurrant: puta, cum aliquis deputatur ad aliquẽ actum altiorem, simul ex hoc habet & officiũ, & gradũ, & vlterius quendã perfectionis statũ propter actus sublimitatẽ, sicut patet de Episcopo. Ordines autẽ ecclesiastici specialiter distinguũtur secundũ diuersa officia. Dicit enim Isid. in lib. Etym.* Officiorũ plurima genera sunt, sed præcipuũ illud est, quod in sacris diuinisq; rebus habetur. Arti. 1. ad 3. Lib. 6. cap. 19.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum differentia statuum attendatur secundum incipientes, proficientes, & perfectos.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd differentia statuum non attendatur secundũ incipientes, proficientes, & perfectos. Diuersorũ enim diuersæ sunt species, & differentiæ: sed secundum hanc differentiam inchoationis, profectus, & perfectionis diuiduntur gradus charitatis, vt suprà habitum est* cum de charitate ageretur: ergo videtur q secundum hoc non sit accipienda differentia statuum. Supra q. 24 ar. 7. Et Psal. 24 col. 5. & Isaie. 53. col. 2 fi.

¶ 2 Præterea, Status, sicut dictum est*, respicit conditionem seruitutis vel libertatis, ad quam non videtur pertinere prædicta differentia incipientium, proficientium, & perfectorum. ergo inconuenienter status per ista diuiditur. Q. 24. ar. 9. Ar. 1.

¶ 3 Præterea, Incipientes, proficientes, & perfecti distingui videntur secundum magis & minus, quod videtur magis pertinere ad rationem gradus: sed alia est diuisio graduum & statuum, vt suprà dictum est*. Non ergo conuenienter diuidit status secundum incipientes, proficientes, & perfectos. Ar. 2. & 3.

¶ SED CONTRA est, q Greg. dicit in Moral.* Tres sunt modi conuersorum, inchoatio, medietas, atque perfectio. Et super Ezech.* dicit, q alia sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Habetur de pœn. dis. 2. cap. cum sancta. * Hom. 15. * Ar. 1. hu. q.

¶ RESPONDEO dicẽdum, q sicut suprà* dictũ est, status libertatem respicit vel seruitutẽ. Inuenitur autẽ in rebus spiritua

spiritualibus duplex seruitus & duplex libertas. Vna quidem est seruitus peccati: altera verò est seruitus iustitiæ. Similiter etiam est duplex libertas. Vna quidẽ à peccato, alia verò à iustitia, vt patet per Apost. qui dicit ad Rom. 6. Cùm serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Nunc verò liberati à peccato, serui estis facti Deo. Est autẽ seruitus peccati vel iustitiæ, cùm aliquis ex habitu peccati ad malũ inclinatur, vel ex habitu iustitiæ inclinatur ad bonum. Similiter etiam libertas à peccato est, cùm aliquis ab inclinatione peccati non superatur. Libertas autem à iustitia est, cùm aliquis propter amorẽ iustitiæ nõ retardatur à malo. Veruntamen quia homo secundum naturalem rationẽ ad iustitiã inclinatur, peccatum autẽ est cõtra naturalẽ rationem: consequens est q libertas à peccato sit vera libertas, quæ coniungitur seruituti iustitiæ: quia per vtrunque tendit homo in id quod est conueniens sibi. Et similiter vera seruitus est seruitus peccati, cui cõiungitur libertas à iustitia: quia scilicet per hoc homo impeditur ab eo quod est propriũ sibi. Hoc autem q homo efficiatur seruus iustitiæ vel peccati, contingit per humanum studium: sicut Apostolus dicit ibidẽ, Cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui eius estis cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiã. In omni autem humano studio est accipere principium, modiũ & terminum. Et ideo consequens est, q status spiritualis seruituris & libertatis secundum tria distinguatur, scilicet secundum principium, ad quod pertinet status incipientium: & medium, ad quod pertinet status proficientium: & terminum, ad quem pertinet status perfectorum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd libertas à peccato fit per charitatem, quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, vt dicitur ad Rom. 5. Et inde est quod dicitur secũdæ ad Corinth. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Et ideo eadem est diuisio charitatis & statuum pertinentium ad spiritualem libertatem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd insipientes, proficientes & perfecti, secundum quod per hoc status diuersi distinguuntur, dicuntur homines, non secundum quodcunque studium, sed secundum studium eorum quæ pertinent ad spiritualem libertatem vel seruitutem, vt dictum est*. In corp. art. 1. Art. pre. ad 3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd, sicut prius dictum est*, nihil prohibet in idem concurrere gradum & statum. Nam & in rebus mundanis illi, qui sunt liberi, non solum sunt alterius status quàm serui, sed etiam sunt altioris gradus.

QVÆSTIO CENTESIMAOCTVAGESIMAquarta, de Pertinentibus ad statum perfectionis in communi, in octo Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iis quæ pertinent ad statum perfectionis, ad quem alij status ordinantur. Nam consideratio officiorũ, quantum quidem ad alios actus, pertinet ad legis positores: quantum autem ad sacra ministeria, pertinet ad considerationem ordinum, de quibus in tertia parte agetur.

¶ Circa statum autem perfectorum triplex consideratio occurrit. Primò quidem de statu perfectionis in communi: secundò de iis quæ pertinent ad perfectionem Episcoporum: tertiò de iis quæ pertinent ad perfectionem Religiosorum.

¶ Circa primum quæruntur octo.

¶ Primò, vtrum perfectio attendatur secundum charitatem.

¶ Secundò, vtrum aliquis possit esse perfectus in hac vita.

¶ Tertiò, vtrum perfectio huius vitæ consistat principaliter in consiliis vel in præceptis.

¶ Quartò, vtrũ quicunq; est perfectus, sit in statu perfectionis.

¶ Quintò, vtrum Prælati & Religiosi specialiter sint in statu perfectionis.

¶ Sextò, vtrum omnes Prælati sint in statu perfectionis.

¶ Septimò, quis status sit perfectior, vtrum Religiosorum vel Episcoporum.

¶ Octauò, de comparatione Religiosorum ad plebanos & archidiaconos.

3. p. q. 46. art. 3. cor. & 3. contra c. 135. & quol. 3. art. 17. & opusc. 17. cap. 6. & opusc. 18. cap. 2. & 3. & Phil. 3. lect. 2.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum perfectio Christianæ vitæ attendatur specialiter secundum charitatem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd perfectio Christianæ vitæ non attendatur specialiter secundũ charitatem. Dicit enim Apostolus primæ ad Corinth. 14. Malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti: sed charitas non pertinet ad sensum, sed magis ad affectum. ergo videtur quòd perfectio Christianæ vitæ non consistat principaliter in charitate,

¶ 2 Præterea, Ad Ephes. vlt. dicitur, Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. De armatura autem Dei subiungit dicens, State succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ, in omnibus sumentes scutum fidei. Ergo perfectio Christianæ vitæ non solum attenditur secundum charitatem, sed etiam secundum alias virtutes.

¶ 3 Præterea, Virtutes specificantur per actus, sicut & alij habitus: sed Iacob. 1. dicitur, quòd patientia opus perfectum habet. ergo videtur quòd status perfectionis attendatur magis secundum patientiam.

¶ SED CONTRA est quod dicitur ad Col. 3. Super omnia charitatẽ habete, quæ est vinculũ perfectionis: quia scilicet omnes alias virtutes quodammodo ligat in vnitatem perfectam.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd vnumquodq; dicitur esse perfectum, in quantum attingit proprium finem, qui est vltima rei perfectio. Charitas autem est, quæ vnit nos Deo, qui est vltimus finis humanæ mentis: quia qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, vt dicitur 1. Ioan. 4. Et ideo secundum charitatem specialiter attenditur perfectio Christianæ vitæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, q perfectio humanorũ sensuum præcipuè in hoc videtur consistere, vt in vnitatem veritatis conueniant: secundũ illud primæ ad Corint. 1. Sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Hoc autem fit per charitatem, quæ sensum in hominibus operatur. Et ideo etiam perfectio sensuum radicaliter in perfectione charitatis consistit.

¶ Ad secundum dicendum, q dupliciter potest dici aliquis perfectus. Vno modo simpliciter: quæ quidem perfectio attenditur secundum id, quod pertinet ad ipsam rei naturam, puta, si dicatur animal perfectum, quando nihil ei deficit ex dispositione membrorũ, & aliis huiusmodi, quæ requiruntur ad vitã animalis. Alio modo dicitur aliquid perfectum secundum quid: quæ quidem perfectio attenditur secundũ aliquid exterius adiacens, puta, in albedine vel nigredine vel in aliquo huiusmodi: vita autẽ Christiana specialiter in charitate consistit, p quam anima Deo coniungitur. Vnde dicitur 2. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte. Et ideo secundum charitatem attenditur simpliciter perfectio Christianæ vitæ: sed secundum alias virtutes secundum quid. Et quia id quod est simpliciter, est principalissimum & maximum respectu aliorum: inde est, q perfectio charitatis est principalissimum respectu perfectionis quæ attenditur secundum alias virtutes.

¶ Ad tertium dicendum q patientia dicitur habere opus perfectum in ordine ad charitatem, inquantum scilicet ex abundantia charitatis prouenit, q aliquis patienter tolerat aduersa: secundum illud ad Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Dei? tribulatio, an angustia?

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum aliquis in hac vita possit esse perfectus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nullus in hac vita possit esse perfectus. Dicit enim Apostolus primæ ad Corin. 3. Cùm ve-

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæ quartæ Articulum primum.

IN art. 1. quæst. 184. plures replicatur ly specialiter, dicẽdo in charitate specialiter consistere perfectionem seu vitam Christianã: & secũdum veritatem deberet dici substantialiter, quoniã hoc manifestè intendit Author. Et propterea corrigendi videntur codices. Apparet autẽ hoc ex responsione ad secundum, vbi manifestè distinguitur natura cõtra accidentia. Natura autẽ essentia, & substantia idẽ sunt in proposito. Apparet quoque ex art. 3. vbi clarè distinguitur perfectio essentialiter contra accidẽtaliter, & expressè subditur, q essentialiter cõsistit in charitate.

¶ In eodem art. in responsione ad primum, vbi dicitur quòd perfectio humanorũ sensuum in vnitate veritatis consistit, aduerte q licet prima fronte responsio hæc videatur loqui de perfectione sensuum in diuersis hominibus propter illa verba, Hoc autẽ fit per charitatem, quæ consensum in hominibus operatur: si tamen diligẽtius inspexerimus de perfectione sensuum loquitur, & in eodem & in diuersis. In eodẽ quidem, quoniam charitas est quæ vnit sensus ad verã discretionẽ boni & mali. In diuersis verò ex eadẽ radice, quoniam consensum operãtur ad diuersorum, vnanimes habitare facit, &c.

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæquartæ Articulum secundum.

IN art. 2. in responsione ad tertium nota illam disiunctiuam de amore proximi, Sufficit q teratur cõmuniter in omnes in vniuersali: vel in singulos habitualiter & secundum animæ præparationem. Quod ideo notandum duxi, ne rudiores pro eodem accipiant diligere omnes in vniuersali, & diligere singulos secundum præparationẽ animi. Hæc enim multum inter se distant. Supra q. 24 ar. 8. 3. dist. 29. & secundum longè melius est primo, tanquam q. 2. & se habens ex additione per. q. 2. ad primum. Nam diligere ad. 11. res oẽs in vniuersali, est & Ephe. diligere homines, inquã lect. 4. & tũ sunt homines, vel in- Phil. lect. quãtum ordinantur ad 2. & 3. beatitudinẽ, & huiusmo principe. & di. Diligere autem singulos secundum animi Corinth. 13. præpara

Universidad de Deusto Biblioteca

præparationem, est habere animum paratum ad sigillatim benefaciēdum singulis, quando occurret. Et quia probatio dilectionis exhibitio est operis, diligens omnes in vniuersali, *Tex. 64.* beneficium omnibus confert in vniuersali: puta orando in communi pro omnibus. Diligens autem singulos secundum præparationem animi, paratus est bene facere singulis sigillatim quando occurrit. *Art. præ.*

¶In eadem responsione notanda est primo differentiā inter membra dilectionis proximi supererogatoriæ. Tria namq; mēbra in litera ponuntur, *Hom. 14.* scilicet extensionis, intensionis, hoc est, intēsiue, & quò ad effectum. Et inter primum quidē & secundū clara est differentia, sicut vniuersaliter in aliis differt quantitas extensiua à quantitate intensiua. Inter secundum autem & tertiū obscura apparet differētia, quoniam intensiuè diligēs proximum, omnia pro ipso exponit, qđ ad tertium mēbrum spectat. Si quis tamen consideret hæc mēbra quādoq; concurrere, & quādoq; separari, differentiā comperiet claram. Concurrunt siquidem, *Art. præ.* quando vehemēter proximū diligens pro ipso etiam animam ponit: tunc enī vehemens dilectio secūdum membrum, *Tex. 64.* & exterior expositio vitæ pro proximo tertium membrum affert. Separantur autem cùm vehemēter diligens proximum, paratus quidem est omnia pro ipso contemnere, sēque etiam ipsum impendere, ab exteriori tamē effectu abstinet, qa tunc non expedit. Tunc enim secundū mēbrum absq; tertio inuenitur, scilicet intensiua dilectio absq; affectu. Nota secundò primum membrum continere, ꝙ diligere extraneos, & vlterius inimicos, perfectionis est extensiuæ in charitate: qđ superius etiam declaratum in tractatu de charitate fuit: & intellige de extraneis, & inimicis, vt singulares sunt personæ: ita ꝙ intendit Aug. *Q. 36. tom. 4.* perfectorum filiorum Dei esse diligere inimicos, quatenus sunt singulares personæ & similiter bene facere eisdem, vt singularibus personis. Diligere autem eos in communi, hoc est inquātum Christiani, inquantum conciues, inquantum homines, necessitatis est. Quod nihil aliud est dicere, quàm quod ab amore quo prosequimur homines in cōmuni, Christianos in cōmuni, conciues in cōmuni, & huiusmodi, non excludimus eos, sed amor qui ad vniuersale terminatur, in sua vniuersalitate relinquatur,

nerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: sed in hac vita non euacuatur quod ex parte est: manēt enim in hac vita fides & spes, quæ sunt ex parte. ergo nullus in hac vita est perfectus.

¶2 Præterea, Perfectū est cui nihil deest, vt dicitur in 3. Physic*. sed nullus est in hac vita, cui non desit aliquid. Dicitur enim Iacob. 3. In multis offendimus omnes. Et in Psalm. 138. dicitur, Imperfectū meum viderūt oculi tui. ergo nullus est in hac vita perfectus.

¶3 Præterea, Perfectio vitæ Christianæ (sicut dictū est*) attenditur secundū charitatem, quæ sub se comprehendit dilectionē Dei & proximi: sed quantū ad dilectionem Dei non potest aliquis perfectam charitatē in hac vita habere: quia, vt Gregorius dicit super Ezech.* Amoris ignis, qui hîc ardere inchoat, cum ipsum quem amat, viderit, amplius in amorem ipsius ignescit. Neq; quantū ad dilectionē proximi: quia non possumus in hac vita omnes proximos actualiter diligere, etsi habitualiter eos diligamus. Dilectio autē habitualis imperfecta est. Ergo videtur quòd nullus in hac vita possit esse perfectus.

¶SED CONTRA est, quia lex diuina non inducit ad impossibile. Inducit autē ad perfectionē: secundū illud Matt. 5. Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Ergo videtur, ꝙ aliquis in hac vita possit esse perfectus.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut dictū est*, perfectio vitæ Christianæ in charitate consistit. Importat autē perfectio quandā vniuersalitatē: quia, vt dicitur in 3. Physic.* Perfectum est cui nihil deest. Potest ergo triplex perfectio considerari. Vna quidem absoluta, quæ attenditur non solùm secundum totalitatem ex parte diligentis, sed etiā ex parte diligibilis: prout scilicet Deus tantū diligitur quantum diligibilis est. Et talis perfectio non est possibilis alicui creaturæ, sed cōpetit soli Deo, in quo bonum integraliter & essentialiter inuenitur. Alia autem est perfectio quæ attenditur secundū totalitatem absolutam ex parte diligentis, prout scilicet affectus secundum totū suum posse semper actualiter tendit in Deum, & talis perfectio non est possibilis in via, sed erit in patria. Tertia autē est perfectio, quæ neq; attēditur secundū totalitatem ex parte diligibilis, neq; secundū totalitatem ex parte diligentis, quantum ad hoc ꝙ semper actu feratur in Deum: sed quantū ad hoc ꝙ excludantur ea quæ repugnant motui dilectionis in Deum, sicut Aug. dicit in lib. 83. Quæstionum*, quòd venenum charitatis est cupiditas: perfectio nulla cupiditas. Et talis perfectio potest in hac vita haberi. Et hoc dupliciter. Vno modo, inquantum ab affectu hominis excluditur omne illud quod contrariatur charitati: sicut est peccatum mortale. Et sine tali perfectione charitas esse non potest: vnde est de necessitate salutis. Alio modo, inquantum ab affectu hominis excluditur non solùm illud quod est charitati contrarium, sed etiam omnē illud quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum: sine qua perfectione charitas esse potest, puta, in incipientibus & proficientibus.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ Apostolus ibi loquitur de perfectione patriæ; quæ non est in via possibilis.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ illi qui sunt in hac vita perfecti, in multis dicuntur offendere secundum peccata venialia, quæ consequuntur ex infirmitate præsentis vitæ. Et quantum ad hoc etiam habent aliquid imperfectum per comparationem ad perfectionem patriæ.

¶Ad tertium dicēdum, quòd sicut status prӕsentis vitæ non patitur, vt homo semper actu feratur in Deum, ita etiam non patitur ꝙ actu feratur in omnes proximos sigillatim: sed sufficit, ꝙ feratur cōmuniter in omnes in vniuersali, vel in singulos habitualiter & secundū animi præparationē. Potest autem etiā circa dilectionem proximi duplex perfectio attendi, sicut & circa dilectionē Dei. Vna quidem, sine qua charitas esse nō potest: vt scilicet homo nihil habeat in affectu quod sit contrarium dilectioni proximi. Alia autem sine qua charitas inueniri potest: quæ quidem attenditur tripliciter. Primo quidem, secundū extensionē dilectionis: vt scilicet aliquis non solum diligat amicos & notos, sed etiā extraneos, & vlterius inimicos. Hoc enim, vt Aug. dicit in Enchiridio*, est perfectorum filiorum Dei. Secundò, secundum intentionem, quę ostenditur ex his quę homo propter proximum contemnit: vt scilicet homo contemnat non solùm exteriora bona propter proximū, sed etiam afflictiones corporales, & vlterius mortē, secundum illud Ioan. 15. Maiorem dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Tertiò, quantum ad effectum dilectionis: vt scilicet homo pro proximis impendat non solùm temporalia beneficia; sed etiam spiritualia, & vlterius seipsum, secundū illud Apostoli secundæ ad Corinth. 12. Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar pro animabus vestris.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum perfectio consistat in præceptis, an in consiliis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ perfectio non consistat in præceptis, sed in consiliis. Dicit enim Dominus Matt. 10. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & veni & sequere me. Sed istud est consilium. ergo perfectio attenditur secundum consilia, & non secundum præcepta.

¶2 Præterea, Ad obseruātiam præceptorum omnes tenentur, cùm sint de necessitate salutis. Si ergo perfectio Christianæ vitæ consistat in præceptis, sequitur quòd perfectio sit de necessitate salutis, & quod omnes ad eam teneātur. Quod patet esse falsum.

¶3 Præterea, Perfectio Christianæ vitæ attenditur secundum charitatem, vt dictum est*. Sed perfectio charitatis non videtur consistere in obseruantia præceptorum: quia perfectionem charitatis præcedit & augmentum, & inchoatio ipsius, vt patet per August. super Canonicam Ioannis*. Non autem potest charitas inchoari ante obseruationem præceptorum: quia vt dicitur Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Ergo perfectio vitæ non attenditur secundum præcepta, sed secundum consilia.

absque inimicorum scilicet exceptione.

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæquartæ Articulum tertium.

IN articul. tertio eiusdem quęstionis dubiū primo occurrit & simpliciter & ad hominē, quo modo stant hæc duo simul, Charitas est finis præcepti, & quòd ipsa cadit sub præcepto. Repugnant siquidem hæc ad inuicem: simpliciter quidem, quia præceptū, vt patet 6. Ethic. est act* prudentiæ, quæ non est de fine, sed de iis quæ sunt ad finem. Et experientia continua testatur, ꝙ cum præcipimus, semp supposito fine præcipimus. Secundum hominem verò, quoniam expresse Autor superius docuit, quòd finis præcepti non cadit sub præcepto. Et augetur dubiū ex eo ꝙ contrariæ sunt cōditiones finis, & eius quod præcipitur ad finem: quoniam finis appetitur sine mensura, *Cap. 73. tom. 3.* vt etiam in litera manifestatur. Id autem quod est ad finem, si rectè appetitur, oportet appeti commensurate ad finē. Vnde si charitas est finis, sine mensura appetenda est. Et si cadit sub præcepto, ac per hoc ad finem, cōmensurate ad finem appetenda est. Hæc autem incompossibilia videntur: ergo, &c.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ illa propositio, Finis præcepti non cadit sub præcepto, intelligitur determinatè seu limitate, respectu illius præcepti cuius est finis. Stat enim ꝙ aliquid sit finis vnius pcepti, & tñ cadat sub alio pcepto, vt ordinatū ad vlteriorē finē. Verbi gratia, Sanitas est finis pcepti medicinæ: *3. contra cap. 130. & quodl. 4. art. 24. ad secundum. & opusc. 17. cap. 6.* & ideo nō cadit sub pceptis medicinæ. Quia tamē sanitas sicut & quodlibet aliud corporale bonū ordinatur ad spirituale bonum animæ vt ad finē: ideo sanitas cadit sub pcepto de salute animæ. Quia hic nō se habet vt finis, sed vt id quod est ad finem. Ex hac eadem radice videre potes ꝙ sanitas à medico corporis appetitur sine mensura, quia habet rationem finis. A medico autē animæ appetitur cū mēsura, quanta scilicet expedit ad salutē animæ, qa habet rationem eius qđ est ad finē. *Art. 1. & 2. præ.* Vnde in pposito, charitas est finis reliquorū præceptorū legis. Et ideo sub nullo legis præcepto clauditur, vt patet discurrendo in pręceptis Decalogi. *Tract. 9. tom. 9.* Est tñ ad finē, qui Deus est: & ideo sub aliquo præcepto cadit. Et per hoc patet solutio primæ obiectionis tam simpliciter quàm ad hominem.

¶ Ad secundum verò dicitur, ꝙ quia finis charitatis

tatis, qui est ipse Deus, est infinitus: ideo nō est mirum si charitas, quæ vt quid proximum ad finem infinitum præcipitur, sine mensura præcipitur, ita quòd charitati conuenit sine mensura appeti, & ex eo quod est finis reliquorum præceptorum, & ex eo, quod est vt immediatè proxima infinito fini. Cōmensuratum enim infinito, nihil magis est quàm quod sine mensura est. Et quia hæ duæ conditiones, scilicet esse finem reliquorū præceptorum, & esse immediatum infinito fini, ex vno & eodē insunt charitati, scilicet ex ipsa charitatis natura, & vnum infert reliquum, ideo Author & August. vt infrà patebit, charitatem præcipi vt finem, & sine *q. 44. art. 1. & 3.* mensura dixerunt, à notioribus doctrinam tradentes.

¶In eodem articulo circa illud. Perfectio consistit in consiliis instrumētaliter, quæstio occurrens ad septimum articulum huius quæstio. *Tex. 64.* in responsione ad primum remittatur.

¶In eodem articulo in responsione ad secundū dubium occurrit circa transgressionem præcepti charitatis, quoniam *Cap. 6.* responsio non videtur satisfacere. Nam si dilectio & omnis perfectæ dilectionis modus, scilicet ex toto corde, &c. cadit sub præcepto, consequens est vt omittens *Ante med.* modum cadentem sub præcepto, transgressor præcepti sit. Non enim capit intellectus, quòd omnis modus mihi præcipiatur, & quòd obediens in vno tantū modo excuset à transgressione præcepti, vt facile est videre inductiuè in omnibus. Duo ergo incōpossibilia in litera dicuntur, dum dicitur, ꝙ nullus modus excipitur à præcepto, & quòd in vno tantum obediens, reus non est.

Cap. 121. tom. 3. ¶ Ad hoc dicitur, modū loquendi August. sequendo, in litera bis allatum, quòd charitas omnino perfecta præcipitur, vt quo currendum est, hoc est, vt finis. Et ex hoc soluitur quęstio, quia aliter obligamur pcepto, quo ad id quod se habet vt finis, & aliter quo ad id *Collat. 1. cap. 7.* quod simpliciter præcipitur. nam quod præcipitur, vt finis, sufficienter obedientiam sortitur, si sic paremus, vt quandoque finem assequamur. Quod præcipitur autem absolutè, absolutè quoq; adimplendum est. Vnde quia charitatis perfectio præcipitur, vt finis, sufficienter quilibet hoc præceptum seruat, si ita seruat, vt quandoq; ad finem hunc per-

¶SED CONTRA est quod dicit Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Et Leuit. 6. dicitur, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Hæc autē sunt duo præcepta, de quibus Dominus dicit Matt. 22. In his duob* præceptis pēdet lex & prophetæ. Perfectio autem charitatis, secundū quam dicitur vita Christiana esse perfecta, attenditur secundum hoc, ꝙ Deum ex toto corde diligamus, & proximum sicut nosipsos. ergo videtur ꝙ perfectio consistat in obseruantia præceptorum.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ perfectio dicitur in aliquo cōsistere dupliciter. Vno modo, p se & essentialiter: alio modo, secūdariò & accidentaliter. Per se quidem & essentialiter consistit perfectio Christianæ vitæ in charitate: principaliter quidem secundum dilectionem Dei: secundariò autem, secundum dilectionem proximi: de quibus dantur præcepta principalia diuinæ legis, vt dictū est.* Non autem dilectio Dei & proximi cadit sub præcepto secundū aliquam mēsuram: ita ꝙ id quod est plus, sub consilio remaneat: vt patet ex ipsa forma præcepti, quæ perfectionem demōstat: vt cum dicitur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Totum enim & perfectum idem sunt, secundum Philoso. 3. Physic*. Et cum dicitur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Vnusquisque enim seipsum maximè diligit. Et hoc ideo est, quia finis præcepti charitas est: vt Apo. dicit 1. ad Tim. 1. In fine autē non adhibetur aliqua mensura, sed solùm in his quæ sunt ad finem, vt Philos. dicit in 1. Polit.* sicut medicus non adhibet mensuram quantū sanet, sed quanta medicina vel diæta vtatur ad sanandum. Et sic patet, ꝙ perfectio essentialiter consistit in præceptis. Vnde Aug. dicit in lib. de perfectione iustitiæ*. Cur ergo non præciperetur homini ista perfectio, quanuis eam in hac vita nemo habeat? Secūdariò autem & instrumentaliter perfectio consistit in consiliis: quæ omnia sicut & præcepta ordinantur ad charitatem, sed aliter & aliter. Nam præcepta alia à præceptis charitatis ordinantur ad remouendum ea quæ sunt charitati contraria, cū quibus scilicet charitas esse non potest: consilia autē ordinantur ad remouendū impedimenta actus charitatis, quæ tamē charitati non contrariantur: sicut est matrimonium, occupatio negotiorum secularium, & alia huiusmodi. Vnde Aug. dicit in Enchiridio*. Quæcunque mandat Deus, ex quibus vnū est, Nō mœchaberis: & quæcunq; non iubētur, sed specialiter cōsilio monentur, ex quibus vnum est, Bonum est homini mulierē nō tangere: tunc rectè fiunt, cùm referuntur ad diligendū Deum, & proximū propter Deū, & in hoc seculo, & in futuro. Et inde est quòd in collationib* Patrū dicit Abbas Moyses*, Ieiunia, vigiliæ, meditatio Scripturarum, nuditas, ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumēta sunt: quia non in ipsis cōsistit disciplinæ illius finis, sed per illa peruenitur ad finem. Et suprà præmisit quòd ad perfectionē charitatis istis gradibus ascendere nitimur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ in illis verbis Dñi aliquid ponitur quasi via ad pfectionē, hoc scilicet quod dicit. Vade, & vēde omnia q̄ habes, & da pauperibus. Aliud aūt subditur, in quo perfectio cōsistit, scilicet quod dicit. Et sequere me. Vnde Hierony. dicit sup Matth.* ꝙ non sufficit tantū relinquere. Ideo Petrus adiungit quod perfectū est, id est, secuti sumus te. Ambr. autem super illud Luc. 5.* Sequere me, dicit, Sequi iubet, non corporis gressu, sed mentis affectu, quod fit per charitatem. Et ideo ex ipso modo loquendi apparet ꝙ consilia sunt quædā instrumenta perueniendi ad perfectionem, dum dicitur. Si vis perfectus esse, vade & vende, &c. quasi dicat. Hoc faciendo, ad hunc finem peruenies.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ, sicut Aug. dicit in lib. de perfectione iustitiæ*, perfectio charitatis homini in hac vita pręcipitur, quia non rectè curritur, si quò currendū est, nesciatur. Quomodo autē sciretur, si nullis præceptis ostēderetur? Cum autē id quod cadit sub pręcepto, diuersimodè possit impleri, non efficitur transgressor præcepti aliquis ex hoc, ꝙ non optimo modò implet, sed sufficit ꝙ quocunq; modo impleat illud. Perfectio autem diuinæ dilectionis vniuersaliter quidem cadit super præcepto, ita ꝙ etiā perfectio patriæ non excluditur ab illo præcepto, vt dicit Aug.* sed trāsgressionem præcepti euadit, qui quocunq; modo perfectionem diuinæ dilectionis attingit. Est autem infimus diuinæ dilectionis gradus, vt nihil supra eum, aut cōtra eum, aut æqualiter ei diligetur. A quo gradu perfectionis qui deficit, nullo modo implet præceptum. Est autem alius gradus perfectæ dilectionis qui non potest impleri in via, vt dictum est*, à quo qui deficit, manifestum est quòd non est transgressor præcepti, & similiter nō est transgressor præcepti, qui non attingit ad medios perfectionis gradus, dummodo attingat ad infimum.

¶ Ad tertium dicendū, ꝙ sicut homo habet quandā perfectionē suæ naturæ statim cum nascitur, quæ pertinet ad rationem speciei, est autē alia pfectio, ad quā p augmentū adducitur: ita etiā est quędā perfectio charitatis ptinēs ad ipsam speciem charitatis, vt scilicet Deus sup omnia diligatur, & nihil cōtra eum ametur. Est autē alia perfectio charitatis etiā in hac vita, ad quā aliquis per aliquod spirituale augmentum peruenit, vt puta cùm homo etiam à rebus licitis abstinet, vt liberius diuinis obsequiis vacet.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum quicunque perfectus sit in statu perfectionis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd quicunque est perfectus, sit in statu perfectionis. Sicut enī per augmētum corporale peruenitur ad perfectionem corporalem, ita per augmentum spirituale peruenitur ad perfectionem spiritualem, vt dictum est: sed post augmentum corporale aliquis dicitur esse in statu perfectæ ætatis. ergo etiā videtur quòd post augmentum spirituale, cum quis iam adeptus est perfectionem, sit in statu perfectionis.

¶2 Præterea, Eadē ratione, qua aliquid mouetur de contrario in contrariū, mouetur etiam aliquid de minori ad maius, vt dicitur in 5. Physic.* Sed quando aliquis trāsmutatur de peccato ad gratiam, dicitur mutare statum, prout distinguitur status culpæ & status gratiæ. Ergo

niat. Perueniet autē quilibet proculdubio, qui cum quantumcunq; minima charitate ad patriam currit: *Tom. 9.* quoniam illic charitas perfecta erit. Vnde patet ꝙ licet *Tom. 5.* incompossibile sit absolutè præcipi omnē modum, & reum non esse vnicum tantùm modū seruando, non est tamē incōpossibile, si omnis modus præcipitur, vt finis, quoniam ly, vt finis, determinat modū obseruationis præcepti, scilicet, vt quandoque perueniatur ad illud. Nam pręcipi vt finem, *Ante medium.* est præcipi vt tandem assequēdum. Et si contra hæc obiiciatur, quòd nihil præcipitur vt finis, propriè loquendo de præcepto, respondetur hoc verum esse per se. Ex consequēti autem non inconuenit quòd aliquid præcipiatur, vt finis. Et sic est in proposito. Nam charitas per se præcipitur, vt id quod est ad finem, infinitum tamen & proximè, vt declaratum est. *Loco cit.* Et quia ex hoc consequitur quòd ipsa sit finis nostrarū exequutionum, præcipitur ipsa consequenter vt finis actionū nostrarum. Et hoc sufficit in proposito.

¶Super Quæstionis centesimæoctuagesimæ quartæ Articulum quartum. *Art. præ.*

IN art. quarto eiusdem quæstionis, nota primo diligētissimè, quòd totus sermo huius tractatus de statu, nisi aliud exprimatur, intelligitur de statu ecclesiastico, & non de statu interioris hominis, vt expresè in litera dicitur.

¶Nota secundò quòd licet in litera duæ conditiones numerentur requisitæ ad perfectionis statum Ecclesiasticum, secundum tamē veritatem sunt tres. Prima est obligatio, secunda solennitas, tertia quòd perfectio sit exterior, ita ꝙ non constituitur status perfectionis ex obligatione ad perfectionem perpetuò ex solēnitate, nisi obligatio illa sit ad perfectionē exteriorē, puta ad castitatē vel paupertatem, vel erogationē bonorū, vel exteriorē sollicitudinem, vel ad ponendā animā, id est vitā, vel aliquid huiusmodi. *Quolib. 1. Art. 14. ad secundum. & opusc. 18. cap. 18.* Et primas quidē duas conditiones non oportet probare esse secundum doctrinam Authoris, quoniā in litera clarè habentur. Tertiā autē quæ supradicta videtur, probatur ex eo ꝙ nisi hæc cōditio apponatur, vel subintelligatur, sacer ordo constitueret statum perfectionis ecclesiasticæ. *Tex. 19.* Et probatur sequela, quia sacer ordo ex seipso obligat hominem ad maiorem sanctitatem interiorem quàm requi

Universidad de Deusto
Biblioteca

requirat etiam religionis status, vt Author in art. 8. huius quæstionis expresse dicit. Et constat q̃ huiusmodi obligatio eum solennitate consecrationis, scilicet qua cõfertur ordo, sit ac p hoc habet duas primas conditiones. Et sola tertia deest, qua scilicet obligat ad id q̃d est interioris perfectionis, & non ad ea quę sunt perfectionis exterioris, quantum est ex natura ordinis sacri. Quod dico propter præcepta Ecclesiæ, & annexa per accidens vota.

Art. 1.

¶ Super Quæstionis centesimaoctuagesimæquartæ Articulum quintum.

Q. præc. art. 2.

IN art. 5. eiusdem quæstionis, circa id quod dicitur. Episcopi obligãt se ad ea quæ sunt perfectionis, aduerte q̃ hoc dupliciter potest intelligi. Vno modo, de obligatione naturali, hoc est naturaliter consequente seu spectãte ad ipsum episcopatum. Et hoc est proculdubio verũ: quia ex hoc ipso q̃ aliquis episcopatum suscipit, suscipit etiam omnia per se spectantia & cõsequẽtia ad ipsum: inter quæ Dominica authoritate constat esse, ponere animam suam pro ouibus suis: & multo magis labores suos & bona sua temporalia. Alio modo, obligatione votiua: ita q̃ Episcopus explicitè vel implicitè vocat ea quæ sunt perfectionis. Et licet multi sic intelligere videantur Authorem, id tamen non apparet esse verum. Et quòd non voueant implicitè, sicut suscipiẽs ordinem sacrum in ecclesia Occidentali, intelligitur vouere implicitè castitatem, ex eo patet, quòd nullibi in iure cautum inuenitur, quòd Episcopi voueant huiusmodi. Quòd verò non voueãt explicitè, ex ritu & verbis episcopalis ordinationis apparet: quoniam in ordinatione sua de multis interrogatus ordinandus in Episcopum respõdet quo ad ea quæ sunt fidei, credo: quo ad agenda verò volo. Neutrum autẽ horum vim voti habet, nisi qs adeò desideret, vt diceret q̃ responsiones ibi positæ per Volo, habeant, vim voti. Constat nanque q̃ tot dicit se velle, ad quæ non posset se voto tutè obligare, vt patet ibi. Apparet quoque extra de iureiur. cap. Ego N. Episcopus, quòd Episcopus iurat quædam particularia se facturum vel non facturum, & vnum vniuersale, videlicet fidelitatem Rom. pontifici, ac Ecclesiæ Rom. & beato Petro: quod est velut homagium quoddã: & nihil inuenio de cura animarum, aut de his videtur q̃ pari ratione cum aliquis proficit de minori gratia vsque ad maiorem quousq; perueniat ad perfectum, q̃ adipiscatur perfectionis statum.

¶ 3 Præterea, Statum adipiscitur aliquis ex hoc, quòd à seruitute liberatur: sed per charitatem aliquis liberatur à seruitute peccati: quia vniuersa delicta operit charitas, vt dicitur Prouerb. 10. Sed perfectus dicitur aliquis secundum charitatem, vt dictum est *. ergo videtur q̃ quicunque habet perfectionem, ex hoc ipso habeat perfectionis statum.

¶ SED CONTRA est, quòd aliqui sunt in statu perfectionis, qui omnino charitate & gratia carent: sicut mali Episcopi aut mali Religiosi. ergo videtur quòd econtrario aliqui habent perfectionem vitæ, qui tamen non habent perfectionis statum.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ sicut suprà dictum est *, status propriè pertinet ad conditionem libertatis vel seruitutis. Spiritualis autem libertas, vel seruitus, potest in homine attendi dupliciter. Vno modo, secundum id quod interius agitur. Alio modo, secundũ id quod agitur exterius. Et quia, vt dicitur primi Regum 6. homines vident ea quę patent, sed Deus intuetur cor: inde est quòd secundum interiorem hominis dispositionem accipitur conditio spiritualis status in homine per comparationem ad iudicium diuinum. Secundum autem ea quę exterius aguntur, accipitur spiritualis status in homine per comparationem ad Ecclesiam. Et sic nunc de statibus loquimur, prout scilicet ex diuersitate statuũ quædam Ecclesiæ pulchritudo consurgit. Est autem considerandum, quòd quãtum ad homines, ad hoc quòd aliquis adipiscatur statum libertatis vel seruitutis, requiritur primò quidem obligatio aliqua vel absolutio. Non enim ex hoc q̃ aliquis seruit alicui, efficitur seruus: qa etiam liberi seruiunt, secundum illud ad Gal. 5. Per charitatẽ Spiritus seruite inuicem. Neque etiam ex hoc quòd aliquis desinit seruire, dicitur liber: sicut patet de seruis fugitiuis. Sed ille, ꝑriè dicitur seruus, qui obligatur ad seruiendum: & ille est liber, qui à seruitute absoluitur. Secundò requiritur, q̃ obligatio prædicta cum aliqua solennitate fiat, sicut & in cæteris, quæ inter homines obtinent perpetuam firmitatem, quædã solennitas adhibetur. Sic ergo & in statu perfectionis propriè dicitur aliquis esse, non ex hoc q̃ habet actũ dilectionis perfectæ, sed ex hoc q̃ obligat se perpetuò cum aliqua solennitate ad ea quæ sunt perfectionis. Contingit etiam q̃ aliqui se obligant qui non seruãt, & aliqui implent ad quod se non obligauerunt: vt patet Matth. 21. de duobus filiis, quorum vnus patri dicenti, Operare in vinea, respondit, Nolo: postea abiit, alter autem respondens ait, Eo, & non iuit. Et ideo nihil prohibet aliquos esse perfectos, q̃ non sunt in statu perfectionis: & aliquos esse in statu perfectionis, qui tamen non sunt perfecti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ per augmẽtum corporale proficit aliquis in iis quæ pertinent ad naturam: & ideo adipiscitur naturæ statum: præsertim quia quod est secundum naturam, quodammodo immutabile est, inquantum natura determinatur ad vnum. Et similiter per augmentum spirituale interius aliquis adipiscitur statum perfectionis, quantum ad diuinum iudicium: sed quantum ad distinctiones ecclesiasticorum statuum non adipiscitur aliquis statum perfectionis, nisi per augmentum in iis quæ exterius aguntur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ illa etiam ratio procedit quantum ad interiorem statum. Et tamen cum aliquis transit de peccato in gratiam, transit de seruitute ad libertatem: quod non contingit per simplicẽ profectum gratiæ, nisi cum aliquis obligat se ad ea quæ sunt gratiæ.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ illa etiam ratio procedit quantũ ad interiorẽ statum. Et tamen licet charitas variet conditionẽ spiritualis seruitutis & libertatis, hoc tamen non facit charitatis augmentum.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum Religiosi & Prælati sint in statu perfectionis.

Opusc. 18 cap. 16.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd Prælati & Religiosi non sint in statu perfectionis. Status enim perfectionis distinguitur contra statum incipientium & proficientium: sed non sunt aliqua genera hominum deputata specialiter statui proficientium vel etiam incipientium. ergo videtur quòd nec etiam debeant esse aliqua genera hominum deputata statui perfectionis.

¶ 2 Præterea, Status exterior debet interiori statui respondere, alioquin incurritur mendacium, quod non solùm est in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus: vt Ambros. dicit in quodam sermone *. Sed multi sunt Prælati vel Religiosi, qui non habent interiorem perfectionem charitatis. Si ergo omnes Religiosi & Prælati sunt in statu perfectionis, sequitur quòd quicunque eorum nõ sunt perfecti, sint in peccato mortali tanquam simulatores & mendaces.

Refertur 22. q. 1. c. cauete.

¶ 3 Præterea, Perfectio secundum charitatem attenditur, vt suprà habitum est *. Sed perfectissima charitas videtur esse in martyribus, secundum illud Ioan. 15. Maiorem dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et super illud ad Hebr. 2. Nondum enim vsque ad sanguinem, &c. dicit gloss *. Perfectior in hac vita nulla dilectio est quàm ea ad quam sancti Martyres peruenerunt, & qui contra peccatum vsque ad sanguinem certauerunt: ergo videtur quòd magis debeat perfectionis status attribui Martyribus, quàm Religiosis & Episcopis.

Art. 1.

Augustin. Ser. 17. de ver. apost. tom. 10.

¶ SED CONTRA est, quod Dion. 5. cap. Cæleſt. hierar. attribuit perfectionem Episcopis tanquam perfectioribus. Et in 6. cap. eiusdem libri, attribuit perfectionẽ Religiosis, quos vocat monachos vel triapentas *, id est Deo famulantes, tanquam perfectis.

al. Triapeutas.

¶ RESPONDEO dicẽdum, q̃ sicut suprà dictũ est *, ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea quæ sunt perfectionis cum aliqua solennitate. Vtrunq; autẽ horũ cõpetit Religiosis & Episcopis. Religiosi enim se voto adstringunt ad hoc q̃ à rebus secularibus se abstineant, quibus licitè vti poterant, ad hoc q̃ liberius Deo vacent: in quo consistit perfectio præsentis vitæ. Vnde Dionysius dicit 6. cap. Cæleſt. hierarchiæ, de religiosis loquens, Alij quidem triapentas *, id est, famulos Dei ex puro seruitio & famulatu. Alij verò monachos ipsos nominant ex indiuisibili & singulari vita vnientes ipsos indiuisibiliũ sanctis conuolutionibus, id est contẽplationibus, ad Deiformẽ vnitatẽ, & amabilẽ Deo perfectionem. Horũ etiã obligatio fit cum quadã solennitate professionis & benedictionis. Vnde ibidem subdit Dio. Propter quod perfectam ipsis donans gratiã sancta legislatio quadam ipsa dignata est sanctificatiua inuocatione. Similiter etiam Episcopi obligant se ad ea quæ sunt perfectionis, pastorale assumentes officium: ad quod pertinet vt animã suam ponat pastor pro ouibus suis, sicut dicitur Ioan. 10. Vnde Apostolus dicit primæ ad Timoth. vlt. Confessus bonam confessionem coram multis testibus, id est, in sua ordinatione, vt glo. ibidem dicit. Adhibetur etiam quædã solennitas consecrationis simul cum professione prædicta: secundum illud 2. ad Tim. 1. Resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manũ mearũ, quod glo. exponit de gratia episcopali. Et Dio. dicit 5. cap. Cæl. hierar. quòd summus sacerdos, id est Episcopus, in sua ordinatione habet eloquiorum super caput sanctissimam superpositionem quæ perfectionis sunt. Extrà quoque de renunciatione, capit. Nisi cum pridem, dicitur Episcopum habere alas strictas ne volet ad religionem nexibus præceptorum, & non dicitur nexibus votorũ. ergo cum inuenitur Episcopos vouere seu votum habere ad ea quæ sunt perfectionis, intellige de voto quo ad effectum, non quo ad essentiam: hoc est quòd habent obligationem, ac si vouissent: non tamen formaliter habent votum. Et propterea transgrediendo, non sunt rei voti fracti, sed præcepti susceptiab ipso Deo.

¶ In eod

¶ In eodẽ art. in respon. ad 2. circa illud, Sed ex eo quod ab intentione perfectionis animũ reuocat, aduerte quòd Author propriè loquitur de intẽtione, vt distinguitur cõtra excusationẽ & intendit quod dupliciter contingit Religiosos vel Episcopos deficere à perfectione ad quã tenentur. Vno modo executiuè: quia scilicet non exequuntur illos perfectionis actus quos debẽt. Et tales non sunt, simulatores, neq; mendaces. Alio modo, secundum intentionem, quia scilicet deponunt intentionem & perfectionẽ pro sequendi. Et tales videntur in statu peccati mortalis in litera hac poni, tanquam mendaces & simulatores facto. Et ratio diuersitatis est, quia status ecclesiasticus, qui exterior est, significat directè ipsum intẽtionem existentium in statu, & nõ executionem. Cuius signũ est, quòd aliquis ꝺtatim vt sit Religiosus aut Episcopus, ex sola intẽtione proficiendi veraciter in statu illo esse dicitur absq; simulatione quacunq;, verbo vel facto. Et propterea cauẽt sibi multum Religiosi, ne animum proficiendi deponant: quem tunc proculdubio habẽt, cum intendũt viuere secundum regulam, & constitutiones suas, quamuis in multis interdum delinquant.

¶ Super Quæstionis centesimaoctuagesimæquartæ Articulum sextum.

Art. 4.

IN art. 6. eiusdẽ quæst. circa illud, quòd nec ex parte curæ, quam suscipiunt presbyteri, ponũtur in statu perfectionis, duplex quæstio occurrit. Primò, circa veritatem huius dicti. Secundò circa illius rationes in litera allatas. Sed qa in primo non cõmunicamus in vocabulo principali eũ aduersariis, quoniam æquiuocè nos & illi vtimur Status nomine quoniam nos ad rationem ſtatus ſuprapositas particulas concurrere dicimus, quod ipſi negant: & Status nomine, quaſi officij nomine vtuntur. Ideo disputare circa hoc, non est nisi eõ tẽdere verbis inanibus. Author enim ideo negat presbyteros ex animarũ cura poni in perfectionis statu: quia Status nomine vtitur, vt suprà definiuit. Alij autem aliter definientes statũ, ponunt eos in statu perfectionis. Vnde relinquatur vnusquisque in suo sensu hic abundare. Et nos præsupposita antè dicta definitione ſtatus, rationes allatas scrutemur quantum valeant. Nam contra illam rationem, q̃ non obligantur ad hoc quòd curam animarum retineant perpetuò, sicut Episcopi, instat Henricus de Gandauo, in quolibeto duodecimo, quæst. penultima, falsum assumi, dicens quòd Curati de rigore iuris tenentur ad perpetuam curam, sicut Episcopi proportionaliter: quoniam neuter potest curam animarum deserere nisi in casu. Sed de indulgentia iuris, Curati possunt liberius curam animarum deserere quàm Episcopi, quoniam Episcopus eget speciali licentia. Curatis autem generalis concessa est indulgentia transeundi ad religionem.

Opusc. 18. c. 22. 23. 25. & 26.

Super c. 2.

Glo. Beda Iliad.

al. Triapeutas.

¶ Et confirmatur ista ratio, quia si Curati absolutè non obligarentur ad perpetuam curam animarum, non egerent iuris indulgentia ad transeundum in religionem, sicut non egent cæteri Presbyteri. Constat autem q̃ decimanona, q. secunda, can. duæ, indulgetur Presbyteris curatis, vt possint transire ad religionem. Et similiter nõ egerẽt licentia Episcopi ad hoc vt desererent curam animarum, & simplicem præbendam haberent. Hæc enim sunt signa sufficientia obligationis, q̃ sunt obligati ad curam animarum ex hoc ipso q̃ eam susceperunt, sicut Episcopi proportionaliter. Et cum non sint obligati ad magis pro vno tempore quàm pro alio, consequens est quòd habeant obligationem perpetuam,

¶ Contra secundã verò rationẽ, scilicet q̃ possunt presbyteri curati curã deserere, trãseundo ad religionẽ, instat ibidẽ Henricus rationẽ esse inefficacẽ. Nã ex hoc q̃ potest Curatus trãsire ad religionẽ liberè, nõ sequitur, ergo nõ est obligatus ad perpetuã curã animarũ. Sicut non valet, Ioannes põt trãsire ad religionẽ arctiorẽ: ergo non obligatus est voto perpetui vinculi ad religionem laxiorẽ in qua est.

¶ Tertia demum ratio: scilicet q̃ si Curatus esset in statu perfectionis, nullo modo ei liceret de licentia Episcopi parochiã dimittere, & similicem præbendã suscipere, propter verbũ Domini. Nemo mittens manum suã ad aratrum, & respiciens retro, &c. instantiã patitur: quoniã constat q̃ Episcopus est in statu perfectionis superiori quàm sit status Religiosorũ, vt in sequẽti patet articulo. Et tamen de licẽtia Romani Episcopi potest episcopatũ deserere, & vel ad minorẽ statum descẽdere: quod est respicere retro: vel etiã ad non statũ trãsire remanẽdo sine Episcopatu in seculo. Pari ergo ratione Curatus, quamuis in statu perfectionis esset, licitè aliquo modo posset de licẽtia Episcopi descendere, & sedi Episcopi vacare sine aliorum cura.

Art. 2.

Q. præc. art. 3. ad 3

¶ Ad obiecta cõtra primam rationem respondendo dicitur verò esse, q̃ Curati de iuris rigore non tenentur ad curam animarum retinendam: quoniam nec iure scripto hoc inuenitur cautum, nec naturali seu diuino iure ad hoc tenentur sicut Episcopi. Et ratio differentiæ est, quia Episcopi assumunt curã animarum, vt agentia principalia. Curati verò assumunt curam animarum, vt officiales principalium agentium. Hinc enim prouenit q̃ Episcopi tenentur naturali vinculo ex diuino iure ad curam animarum non deserẽdam, nisi in casu, sicut agentia principalia tenentur ad perfectionem suorum effectuum ex propria virtute. Officiales verò, quia in virtute principalis agentis operantur vt instrumenta, & sicut aliena agunt virtute, ita alienam exequuntur obligationem.

Q. 185. ar. 4.

¶ Ad id verò quod additur de indulgentia iuris, dicitur quòd dupliciter intelligi potest iuris indulgentia. Primo, vt à iure statuta, hoc est q̃ totam vim suam ex iuris statuto habeat. Alio modo, vt à iure ostensa. Ita q̃ ius positiuum non facit, sed monstrat illam. Cum autem dicitur q̃ Curati de iuris indulgentia religionem ingrediuntur, non intelligitur de indulgentia iuris primo modo, vt argumentum prætendit: sed de indulgentia iuris secundo modo: quoniam Curati ex hoc ipso quòd Curati sunt, nulla egent positiui iuris cõcessione ad hoc, vt transeant ad religionẽ, sed ex propria possunt libertate ad religionem, vtpote meliorem vitam, transire. Quæ libertas indulgentia in iure ostensa vocatur. Et ne puteꝝ quispiam voluntariam hanc esse distinctionem, affero manifestum iuris textum extrà, de renuntiatione, capitulo. Nisi cum pridem, vbi expresse dicitur, Facilius indulgetur quòd monachus ad præsulatum ascendat, quàm præsul ad monachatum descendat. Vbi expresse habes liberum perfectionis ascensum, quo monachus ad episcopatum promouetur, sub indulgentia comprehendi. Constat enim quòd nulla opus est in huiusmodi ascensione iuris dispensatione. Sed decretalis illa monstrat indulgentiam, non facit, qua monachus fit præsul.

¶ Ad confirmationẽ autẽ dicitur, q̃ peccat secundũ non causam quoniã huius quod est Curatum non posse deserere curam nisi de licentia Episcopi, asq; transitu ad religionem, non est causa perpetua obligatio Curati

Universidad de Deusto Biblioteca

rati ad curam animarum: sed obligatio fidelitatis quam debet Episcopo cuius officialis est. Hoc enim quilibet officialis debet domino suo, nisi à superiori domino vocetur: vt contingit quando Curatus transit ad religionem.

¶ Ad obiectum contra secundam ratioñe, respondetur ꝙ conditionalis Authoris est verissima. Si esset in statu perfectionis, non posset transire ad religionem. Et instantia allata de religione laxiori, nihil obstat: quoniã si essent in statu perfectionis, Curati essent in perfectiori statu quàm Religiosi, quoniã essent in statu perfectionis vt perfectores, sicut Episcopi, proportionaliter tamen: ac ꝑ hoc non liceret eis passim trãsire ad religionem, sicut de facto licet.

Cap. 19. tom. 5.

¶ Ad obiectionem contra tertiam rationem respondetur, ꝙ differentia inter descensum Episcopi & descensum Curati, si esset in statu perfectionis, mõstrat illum esse licitũ, & hunc illicitum. Est enim inter eos differentia quo ad duo. Primo ex parte dãtis licentiam: quia dans licentiã Episcopo, vt deserat episcopatum, est solus Papa. Dans autem licentiam Curato deserẽdi curam, est Episcopus. Inter Episcopũ autẽ & Papã, quantũ ad propositum spectat, hæc est differentia, ꝙ Papa dispensat in votis seu obligationibus perpetuis. Episcopus autem non, vt in litera dicitur. Ac ꝑ hoc si Curatus esset in statu perfectionis, & sic in hoc ipso habens obligationem perpetuam, non licitè licentiaretur ab Episcopo, vtpote non habente authoritatẽ supra huiusmodi vinculis perpetuis. Secundò ex parte causę: quia episcopus, (vt in litera dicitur, & in dicta Decretali, Nisi cũ pridem patet) certæ exiguntur causæ ad hoc vt Episcopo concedatur deserere animarũ curã. Curatus autem passim potest ab Episcopo licentiari ad parrochiæ suæ desertioñe. Et hoc ostendit ipsum non esse in perfectionis statu. Et per hæc patet solutio obiectionis.

Glo. Beda ibid.* — Cap. 53. tom. 6. — 16. q. 1. ca. cunctis.

¶ Circa illud literæ dictũ, Solus Papa dispẽsat in votis perpetuis, dubiũ occurrit: quoniã de facto Ecclesiæ habet consuetudo, nullo contradicente, ꝙ etiã Episcopi in votis orationũ, ieiuniorum, & peregrinationũ, ac eleemosynarum, quãuis perpetuis, dispensant seu cõmutant. Non videtur ergo verum quod in litera dicitur, sed voluntariè dictum.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ votum esse perpetuum cõtingit dupliciter, scilicet ꝑ se vel per accidens. Illud enim votum est perpetuũ per se, quod simpliciter & absolutè prolatum perpetuum subintelligitur: vt votum castitatis, votum religionis, & huiusmodi. Hæc enim absque perpetuitatis prolatione prolata perpetuò subintelligi patet ex communi Ecclesiæ intellectu. Vnde hæc dicuntur perpetua per se. Illa autem quæ absolutè & simpliciter prolata, non subintelliguntur perpetuo: sed de eis quærendum restat quandoque, an habeant perpetuitatem, vel non, dicuntur perpetua per accidens, vt votum orationis, aut ieiunij, & huiusmodi. Author autem in litera de votis perpetuis per se tantummodo loquitur, & non de perpetuis per accidens: quia sermo eius est formalis & per se. Et ad propositum suum, votum per se perpetuum optimè deseruit: quia obligatio ad curam animarum est per se perpetua. Et qa liquidò cõstat huiusmodi vota, quæ sunt per se perpetua, Papæ reseruata esse: ideo Author hoc absque probatione alia tanquam manifestum dixit.

¶ In respons. ad 1. eiusdẽ art. dubiũ occurrit, qa respõsio nõ videt satisfacere argumento, quãuis vera dicat. Nam Hieronym. in argumẽto affertur, dicẽs Episcopos maiores esse presbyteris, magis ecclesię cõsuetudine, q̃ dominicę dispositionis veritate. Quibus verbis in responsione nihil videtur dici.

¶ Ad hoc dicitur tripliciter. Primò, ꝙ verba Hieronymi intelligunt quãtũ ad distinctionẽ nominalẽ. Ita ꝙ nõ intenditꝙ olim idẽ re fuerit presbyter & Episcopus, non autẽ cõsuetudine Ecclesiæ sint diuersi scd̃m rẽ: sed intẽdit ꝙ olim erant idẽ nomine, & nũc consuetudine ecclesię distincti sunt nomine, ad schisma vitandũ, vt in litera dicitur. Et hæc responsio satis in litera insinuatur. Dicitur secũdò loquẽdo de presbytero & Episcopo secundũ rẽ quòd Hieronymus non excludat authoritatẽ dominicę dispositionis: sed dicit ꝙ magis distinctio ista est ex Ecclesię cõsuetudine: quia à Dño explicitè nõ habet, sed solùm in figura, cũ distinguit septuaginta à duodecim: vt gl. ibidẽ dicit, & in litera habet. Ab Ecclesia autẽ distinctio Episcopi & presbyteri explicitè habet. Magis aũt cognoscim⁹ aliquid ex eo vñ explicitè habemus, q̃ ex eo vnde implicitè habemus. Et ideo Hieronymus dixit. Nouerint se magis ex Ecclesię cõsuetudine, &c. Tertio dicit, ꝙ Hieronymus in verbis illis nõ ponit rẽ in dubium, hoc est, nõ ponit diuersitatẽ secundũ rẽ inter Episcopũ & presbyterũ in dubium. Sed de causa diuersitatis dicit, ꝙ magis cognoscit causa huius diuersitatis ecclesiastica cõsuetudo, q̃ dominica dispositio. Quia aũt Author de ipsa diuersitate inter Episcopũ & presbyterũ tractat hic, nõ de illius causa, nec de illius notitia: ideo hæc omisi, satis credens factũ esse argumento ex 1. respon.

Infrà q. 85. art. 8. cor. & quolib. 3. art. 17. co. & opusc. 18. c. 119. 18. & 7. & Mat. 19. col. 2. — Cap. 19. tom. 5. — Par. 1. ca. 7.

¶ In respon. ad 2. eiusdẽ art. aduerte, ꝙ dictũ Authoris, scilicet, Curati se habẽt ad Episcopũ, sicut Baliui & Præpositi ad Regẽ, quod ab Henrico impugnatur, non voluntariè traditum est, sed triplici fundamento fultũ in litera, scilicet glossæ 1. ad Cor. 12. Dio. & Canonis. Et ꝓpterea excludens eos Author à statu perfectionis, dicit eos in officio ad perfectionem pertinẽte, esse. Ita ꝙ Curati sunt officiales respectu quorundã ad perfectionẽ pertinentiũ. Quãuis cõtra hoc arguat: qa ordo Curatorum institutus est à Clero in designatione septuaginta duorũ Discipulorũ, ac ꝑ hoc nõ sunt officiales Episcoporum, vt Author dicit. Sed ad hoc facile respondetur, ꝙ licet Dominus in 72. instituerit Curatos, non valet tamen cõsequentia, ergo non instituit eos officiales. Stat enim quòd Dominus instituerit Episcopos in 12. Apostolis tanquam principales, & curatos in 72. tanquam coadiutores & officiales principalium. Vnde ex dominica institutione nihil potest efficaciter probari contra præsentem doctrinam. Sicut nec ex intentione sacrorum ordinum à Domino potest probari ꝙ constituti in Sacris, sint in statu perfectionis.

Ca. statutum est. — Cap. 16.

¶ *Super Quæstionis centesimæoctuagesimæquartæ Articulum septimum.*

IN art. 7. eiusdẽ q. notandũ est, vt vnico verbo quæstio de pfectione paupertatis & castitatis absoluat, ꝙ quodlibet horũ quantũ ad ipsum actũ, s. esse actualiter pauperẽ, carere actualiter vxore, concedendũ est dicere & esse pfectionem, instrũmentaliter tamen. Et sic non oportet multum disputare. Sed vbicunque hæc repereris esse perfectiones, fatere verum id esse, sed cum grano salis, scilicet instrumentaliter, non essentialiter. Iidem autem actus secundum animi præparationem sunt perfectiores longe in altiori gradu, quàm primo modo: quoniam sunt inseparabiles comites seu effectus essentialis perfectionis, quæ in charitate consistit. Qui enim perfectæ charitatis est, paratissimus est & vxore, & bonis omnibus carere ꝓpter Dei aut proximi dilectionem, alioquin perfectus non est. Et propterea status episcopalis quãtum ex natura sua, nec votum castitatis, nec votum paupertatis habet. Et tñ altior est, & perfectior statu Religiosorum habẽtiũ hæc vota. Sat enim est episcopali perfectioni, habere hæc in præparatione animi.

in statu perfectionis, sed soli episcopi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ de presbbytero & Episcopo dupliciter loqui possumus. Vno modo, quantum ad nomen. Et sic olim nõ distinguebãtur Episcopi & presbyteri. Nã Episcopi dicũtur ex eo ꝙ superintẽdũt: sicut dicit Aug. 19. de Ciuit. Dei*. Presbyteri aũt in Græco dicũtur quasi seniores. Vnde & Apostolus cõmuniter vtit nomine Presbyterorũ quantũ ad vtrosq;, cũ dicit 1. ad Timoth. 5. Qui bene ꝓsunt presbyteri, duplici honore digni habeãtur. Et similiter etiã nomine Episcoporũ. Vnde dicit Act. 20. presbyteris Ephesinę Ecclesię loquẽs: Attẽdite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritussanctus posuit Episcopos regere Ecclesiã Dei. Sed secundũ rem semper inter eos fuit distinctio etiã tpe Apostolorũ: vt patet per Diony. 5. cap. Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Et Lucæ 10. super illud. Post hęc autem designauit Dñs, &c. dicit gloss*. Sicut in Apostolis forma est Episcoporum, sic & in septuaginta duobus Discipulis forma est presbyterorũ secundi odinis. Postmodum tamen ad schisma vitandum, necessarium fuit vt etiã nomina distinguerentur: vt scilicet maiores dicerentur Episcopi, minores autem presbyteri. Dicere autẽ presbyteros nõ differre ab Episcopis, inter dogmata hæretica numerat Aug. in lib. de hæresibus*. Vbi dicit quòd Arriani dicebant presbiterũ ab Episcopo nulla differentia debere decerni.

¶ Ad secundũ dicendũ, ꝙ Episcopi principaliter habent curã ouiũ suæ diœcesis. Presbyteri aũt curati & Archidiaconi, habẽt aliquas subministrationes sub Episcopis. Vnde sup illud 1. ad Corin. 10. Alij opitulationes, alij gubernationes, dicit glossa opitulationes, id est, eos qui maioribus ferunt opẽ: vt Titus Apostolo, vel Archidiaconi Episcopis. Gubernatioẽs, scilicet minorũ personarũ. Prelationes: vt presbyteri sunt, q plebi documento sunt. Et Dionys. dicit 5. cap. Ecclesiasticæ hierarchiæ, ꝙ sicut vniuersalem hierarchiam videmus in Iesu terminatam, ita vnãquanq; functioñe in proprio diuino hierarcha, id est, Episcopo. Et dicitur*, Omnibus presbyteris & diaconibus attendendũ est, vt nihil absq; proprij Episcopi licentia agant. Ex quo patet ꝙ ita se habent ad Episcopum, sicut Baliui vel Præpositi ad Regem. Et propter hoc, sicut in mundanis potestatibus solus Rex benedictioñe solennẽ accipit, alij verò ꝑ simplicem cõmisionem instituuntur: ita etiã in Ecclesia cura episcopalis cum solennitate cõsecrationis committitur: cura autem archidiaconatus vel plebanatus cũ simplici inunctione. Cõsecrantur tamen in susceptione ordinis, scilicet antequam curam habeant.

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ sicut plebani & Archidiaconi nõ habẽt principaliter curã, sed administratioñe quandã, secundũ ꝙ eis ab Episcopo cõmittitur: ita etiã ad eos non pertinet principaliter pastorale officiũ, nec obligatio ponendi animam pro ouibus, sed inquantum participant de cura. Vnde magis habent quoddam officiũ ad perfectioñe pertinens, quàm obtineant perfectionis statum.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum status Religiosorũ sit perfectior, quàm status Prælatorum.

AD SEPTIMVM sic procedit. Videtur ꝙ status Religiosorum sit pfectior, quã status Prælatorũ. Dñs em̃ dicit Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia q̃ habes, & da pauperibus, quod faciũt Religiosi. Non autẽ ad hoc tenent Episcopi. Dicitur enim 12. q. 1. Episcopi de rebus ꝓpriis vel acquisitis, vel quicquid de proprio habent, hæredibus suis derelinquãt: ergo Religiosi sunt in perfectiori statu quàm Episcopi.

¶ 2 Præterea, Perfectio principalius consistit in dilectione Dei, q̃ in dilectione ꝓximi. Sed status Religiosorũ directè ordinatur ad dilectionem Dei. Vnde & ex Dei seruitio & famulatu nominatur, vt Dion. dicit 6. cap. Eccle. hierar. Status autẽ Episcoporũ videtur ordinari ad dilectionem ꝓximi, cuius curæ superintendunt: vnde & nominantur, vt patet per August. 19. de Ciuitate Dei*. ergo videtur quòd status Religiosorum sit perfectior, quàm status Episcoporum.

¶ 3 Præterea, Status Religiosorũ ordinat ad vitam contẽplatiuã, q̃ potior est quàm vita actiua: ad quã ordinatur status Episcoporum. Dicit enim Greg. in Pasto.* ꝙ ꝑ viam actiuã prodesse proximis cupiẽs Isaias officiũ ꝑdicationis appetiit. Per cõtẽplatiuam verò Hieremias amori Cõditoris sedulo inhærere desiderans, ne mitti ad ꝑdicandum debeat, contradicit. ergo videtur quòd status Religiosorum sit perfectior quàm status Episcoporum.

¶ SED CONTRA. Nulli licet à maiori statu ad minorẽ trãsire: hoc em̃ esset retrò aspicere. Sed pôt aliquis à statu religionis transire ad statũ episcopalẽ. Dicit em̃ 18. q. 1* ꝙ sacra ordinatio de monacho Episcopũ facit. ergo status Episcoporum est perfectior, quàm status Religiosorũ.

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut Aug. dicit 12. super Gen. ad literã*, semp agens præstantius est patiente. In genere autẽ pfectionis secundũ Dion. Episcopi se habẽt vt perfectores, Religiosi autem vt perfecti: quorũ vnum pertinet ad actionem, alterum autem ad passionem.

Vnde manifestum est, quòd status perfectionis potior est in episcopis, quàm in religiosis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ abrenuntiatio propriarum facultatũ dupliciter considerari potest. Vno modo secundum quod est in actu. Et sic in ea non consistit essentialiter perfectio: sed est quoddam perfectionis instrumẽtum, sicut suprà dictum est*. Et ideo nihil statũ perfectionis prohibet esse sine abrenũtiatione propriorum: sicut etiam dicendum est de aliis exterioribus obseruantiis. Alio modo potest considerari secũdum præparationem animi, vt s. homo sit paratus, si fuerit opus, omnia dimittere vel distribuere. Et hoc pertinet directè ad perfectionem. Vnde Aug. dicit in lib. de Quæstionibus Euangelij*, Ostendit Dominus filios sapientiæ intelligere, nõ in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam. Vnde Apostolus dicit, Scio & abundare, & penuriam pati. Ad hoc autẽ maximè tenentur Episcopi, quòd omnia sua pro honore Dei & salute sui gregis contemnant, cùm opus fuerit, vel pauperibus sui gregis largiendo, vel rapinam bonorũ suorum cum gaudio sustinendo.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd hoc ipsum, quòd Episcopi intendũt iis, quę pertinent ad proximorum dilectionem, ꝓuenit ex abundantia dilectionis diuinæ. Vnde Dominus primò à Petro quęsiuit, an eum diligeret, & postea ei sui gregis curam commisit. Et Gregorius dicit in Pastorali*, Si dilectionis testimoniũ est cura pastoralis, quisquis virtutibus pollens, gregem Dei renuit pascere, Pastorẽ summum conuincitur non amare. Hoc aũt est maioris dilectionis signum, vt homo propter amicum etiam alij seruiat, quàm etiam si soli amico velit seruire.

¶ Ad tertium dicendum, quòd, sicut Gregorius dicit in Pasto*. Sit præsul actione præcipuus, præ cunctis contemplatione suspensus: quia ad ipsos pertinet non solum propter seipsos, sed propter instructionem aliorum contemplari. Vnde Greg. dicit super Ezech*. quòd de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicit Psal. 144. Memoriam suauitatis tuæ eructabunt.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum presbyteri curati, & archidiaconi, sint maioris perfectionis quàm religiosi.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd etiam presbyteri curati, & Archidiaconi, sint maioris perfectionis, quàm Religiosi. Dicit em̃ Chry. in suo dialogo*, Si talem mihi aliquem adducas monachum, qualis, vt secundũ exaggerationem dicam, Helias fuit: non tamen illi comparandus est, qui traditus populis & multorum peccata ferre cõpulsus, immobilis perseuerat & fortis. Et paulò post dicit, Si quis mihi proponeret optionem, vbi mallem placere, in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum: sine comparatione eligerem illud quod prius dixi. Et in eodem libro dicit, Si quis bene administrato sacerdotio, illius propositi, scilicet monachalis, sudores conferat: tantum eos distare reperiet, quãtum inter priuatum distat & Regem. ergo videtur quòd Sacerdotes habentes curam animarum, sint perfectiores religiosis.

¶ 2 Pręt. August. dicit in epistola ad Valerium*, Cogitet religiosa prudentia tua nihil esse in hac vita (maximè hoc tẽpore) difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi aut presbyteri aut diaconi officio. Sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Nõ ergo Religiosi sunt perfectiores presbyteris, aut diaconibus.

¶ 3 Præt. Aug. dicit ad Aurelium*, Nimis dolendum est, si ad tam ruinosam superbiam monachos subrigimus, & tam graui contumelia clericos dignos putamus: vt scilicet dicatur, ꝙ malus monachus bonus clericus est, cùm aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericũ faciat. Et paulò ante præmittit, non esse viã dandam seruis Dei, id est monachis, vt se facilius putent eligi ad aliquid melius, scilicet clericatum, si facti fuerint deteriores, scilicet abiecto monachatu. ergo videtur quòd illi qui sunt in statu clericali, sint perfectiores Religiosis.

¶ 4 Præterea, Nõ licet de statu maiori ad minorem transire. Sed de statu monastico transire licet ad officium presbyteri curam habentis, vt patet 16. quæstione prima ex decreto Gelasij Papæ, qui dicit, Si quis monachus fuerit, qui venerabilis vitæ merito sacerdotio dignus præuideatur, & Abbas, sub cuius imperio regi Christo militat, illum fieri presbyterum petierit, ab episcopo debet eligi, & in loco quo iudicauerit ordinari. & Hieronymus dicit ad Rusticum monachum*, Sic viue in monasterio, vt clericus esse merearis. ergo presbyteri, curati, & archidiaconi sunt perfectiores religiosis.

¶ 5 Pręt. Episcopi sunt in statu perfectiori quàm religiosi, vt ex supradictis patet*. Sed presbyteri curati, & archidiaconi ex eo quòd habent curam animarum, similiores sunt episcopis quàm religiosi: ergo sunt maioris perfectionis.

¶ 6 Pręt. Virtus consistit circa difficile & bonum, vt dicitur in secundo Ethicorũ*. sed difficilius est quòd aliquis bene viuat in officio presbyteri curati, vel archidiaconi, quàm in statu Religionis. ergo presbyteri curati, vel Archidiaconi sunt perfectioris virtutis q̃ religiosi.

Ar. 3. huius q. — lib. 2. c. 11. to. 4.

¶ *Super Quæstionis centesimæ octuagesimæquartæ Articulum octauum.*

IN art. 8. eiusdem q. aduerte primò titulum, ꝙ hic non quæritur de statu religiosorum, & statu curatorum, faciendo vim in nomine seu ratione status: sed comparantur hic Religiosi secundum genus suum generi Curatorum, exclusis Episcopis: ita quòd siue sint in statu, siue non, & quocunque nomine, quæstio hic est de rebus ipsis, an religiosorum genus perfectius sit genere curatorum minorum, hoc est, non episcoporum. De his enim solis est hic sermo.

par. 1. c. 5. — par. 2. c. 1. — Hom. 5.

¶ In eodem art. circa primam cõparationem quæ fit in litera quo ad bonitatem inter genus Religiosorũ, & genus Curatorũ, quatenus illi Religiosi sunt & isti Curati, tria notanda occurrunt, quæ discussione egent. Primum est, prima ratio literæ, scilicet, Religiosi obligantur voto perpetuo ad studium perfectionis: Curati non obligantur ad perpetuam curam animarum: ergo illi perfectiores sunt istis. Contra hoc nanque instatur: quia licet cæteris paribus facere aliquid cum voto, perfectius sit quàm sine voto: vbi tñ genera operũ non sunt paria, non oportet esse verũ, ꝙ melius sit operari cum voto perpetuo quàm sine illo. Sic aũt est in proposito: quoniã genus operis spectans ad Religiosum est longè inferius quàm genus operis spectans ad Curatum: vt patet ex hoc ꝙ opus Religiosi est suiipsius tantum cura. Opus autem Curati, est animarum cura: hoc autem constat lõgè esse præstãtius, quoniã bonum gẽtis diuinius est quàm bonum vnius. Et sic propria literæ ratio ruere videtur.

Quol. 1. artic. 14. ad 2. et quol. 3. ar. 1. et opusc. 18. c. 20. & 21. & Mat. 19. — * li. 6. de Sacerdotio to. 5.

¶ Secundum, est secunda literæ ratio ad idem, scilicet, Curato non competit principalem curam subditorum habere, sicut Episcopo: sed quædam particularia circa curam animarum eorum officio committuntur. Contra hoc enim instatur, quòd scilicet proportionaliter Curato sicut Episcopo incumbit cura animarum: quoniam Curato conueniunt omnes actus hierarchici, scilicet purgare corripiendo, illuminare docendo, perficere sacramenta præbendo.

¶ Tertiũ est, ꝙ hæc cõparatio intelligẽda est scd̃m gen⁹ operis. Cõtra hoc em̃ arguit ꝙ ex hoc ipso sensu hui⁹ cõparationis sequit oppositum intẽti ab Authore. Nã genus operis Epõ & Curato est idẽ, s. curam animarum habere, licet modus exercendi hoc gen⁹ operis acceptetur diuersus in Epõ & Curato: puta quia Episcop⁹ principaliter, Curatus secũdariò habet & exercet curã animarũ. Manifestè siquidẽ patet ꝙ nõ est hic differẽtia secũdũ genus operis, sed secũdũ modũ habẽdi & exercẽdi illud. Tunc sic: Opus Curati secũdũ gen⁹ operis est idẽ cũ opere Epi. ergo est pfectius scd̃m genus operis quàm opus religiosũ. Probatur sequela, Quia opus Epi secũdũ genus operis est pfectius opere religioso. Et cõfirmatur, qa iuxta dñicã sẽtẽtiã in tria genera hominũ vniuersa distĩguitur Ecclesia, s. molẽtiũ in mola, qescẽtiũ in lecto, & laborãtiũ ĩ agro. Cõstat aũt sub tertio genere operis contineri tã Episcopos quam Curatos q laborãt ad fructũ animarũ. Vnũ ergo & idẽ est genus operis in Episcopis & Curatis. Ergo est perfectius religioso opere, quod per lecti quietem significatur. Et patet sequela, vt prius.

Epi. 148. in princ. — Epist. 76. to. 2.

¶ Preterea, Curati sunt in statu seu in officio ecclesiastico vt perfectores: Religiosi sunt vt perfecti: ergo Curati secũdũ gen⁹ operis sunt perfectiores quàm Religiosi. Antecedens probatur, quoniam inficiari non potest, quin Curati officiales sint perfectiui. Sunt ergo de ordine perfectionem facientium, quod significat esse perfectiores. Consequentia clara est, quoniam agens semper præstantius est patiente. Et perficere diuinius est quàm perfici.

¶ Ad horũ euidẽtiã sciẽdũ est, ꝙ Author duo de Curatis dicit, s. ꝙ nõ principaliter, sed secundario habẽt curã animarũ, & ꝙ nõ habẽt principalẽ curã animarũ. Et qm̃ ex his vniuersa quæstio pẽdet, diligentius vtrũque manifestandum est.

De viuẽdi forma, à med. — ar. præc. — c. 3. to. 5.

¶ Quo ad primum igitur scito, ꝙ alia est distinctio qua distinguitur agens in superius & inferius: & alia est distinctio, qua distinguitur agẽs in principale & secũdariũ. Nã primæ distinctionis vtrũque mẽbrũ est agẽs principale, s. tam agẽs superius q̃ agẽs inferius. Sed vnũ est agens vniuersale, aliud verò particulare: vt cũ dicitur ꝙ sol & homo generãt hominẽ, vtrũq; em̃ agẽs est principale, sed sol vt causa vniuersalis & hõ vt causa particularis. Et hoc modo se habẽt in ecclesiastico ordine Papa & quilibet Eps, vtrique nãq; cõuenit animarũ cura, vt agenti principali: sed Papæ, vt vniuersali agenti: Epõ aũt, vt particulari. Alterius verò distinctionis vnũ mẽbrũ tantũ, vt ipsa verbo ostendunt, est agẽs principale: relinquũ verò agẽs secũdariũ, & vt patet ab Autore 5. Meta. cap. de causis. Agẽs principale est ad quod directè spectat ĩducere formã, quę est cõplemẽtũ gñationis, quod alio nomine vocatur ab Auice. agens vt perficiẽs: Secundarium verò agens est id quod agit ad alienum finem, hoc est ad finem agentis perficientis, & hoc alio nomine vocatur ab Auicenna agens vt adiuuans, sicut in exercitu tam dux quàm milites efficiunt victoriam: sed dux vt agens principale, milites verò vt adiuuantes ad proprium finem agentis principalis, qui est victoria, quæ est directè effectus ducis: sicut forma, quæ est terminus generationis, est directè finis agentis principalis, & hoc modo intendit Autor quòd se habent episcopus & Curatus: Ita quòd episcopus est agens principale respectu curæ animarum, & Curatus est agens secundarium respectu curæ animarum, & propterea Episcopus ad curam animarum tendit vt ad proprium finem & ipsam facit vt formam complentem generationem. Curatus verò adiuuat ad dictum finem & formam: & sic agitur

Universidad de Deusto Biblioteca

¶SED CONTRA est, quod dicit 19.quæst.2. can. duæ, Si quis in Ecclesia sub Epo populū retinet, & seculariter viuit, si afflat⁹ Spiritusancto, in aliquo monasterio vel regulā canonica saluari se voluerit: qa lege priuata ducit, nulla ratio exigit, vt publica cōstringat. Sed nō ducitur aliqs à lege Spiritussancti, q̄ ibi dicit lex priuata, nisi in aliquid perfectius. ergo videtur ꝙ religiosi sint perfectiores, q̄ archidiaconi vel presbyteri curati.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ cōparatio supereminentię nō habet locum inter aliquos ex ea parte in qua conueniunt, sed ex ea parte, in qua differunt. In presbyteris autē curatis, & archidiaconis, tria est considerare, s. statum, ordinē, & officium. Ad statum pertinet ꝙ seculares sint: ad ordinē, ꝙ sint sacerdotes vel diaconi: ad officiū, ꝙ curā animarū habeant sibi cōmissam. Si ergo ex alia parte ponamus statū religiosum, ordine diaconū, vel sacerdotē, officio curā animarum habentē, sicut pleriq; monachi & canonici regulares habēt, in primo quidē excellit, in aliis aūt par erit. Si autē differat secundus à primo statu & officio, conueniat aūt ordine, sicut sunt religiosi, sacerdotes, & diaconi curā animarū non habentes, manifestum est ꝙ secundus primo erit statu quidem excellentior, officio autē minor, ordine verò æqualis. Est ergo considerandū, q̄ præeminentia potior sit, vtrùm status vel officij. Circa qđ duo attendenda vidētur s. bonitas & difficultas. Si ergo fiat cōparatio secundum bonitatē, sic præfertur status religionis officio presbyteri curati, vel archidiaconi: quia religiosus totam vitam suam obligat ad perfectionis studiū. Presbyter autem curatus vel archidiaconus, non obligat totā vitam suā ad curā animarum sicut Episcopus: nec etiam ei competit principalem curā subditorum habere, sicut Epo: sed quædam particularia circa curam animarum eorū officio cōmittūtur, vt ex dictis patet* *ar.6.ad 2*. Et ideo cōparatio status religionis ad eorū officium, est sicut vniuersalis ad particulare, & sicut holocausti ad sacrificiū, quod est minus holocausto, vt patet per Gregorium super Ezech* *Hom.20.* Vnde & 19.quæst.1. dicitur, Clericis qui monachorū propositū appetunt, quia meliorē vitā sequi capiunt, liberos eis ab Epo in monasteriis oportet largiri ingressus. Sed hæc comparatio intelligenda est secundum genus operis. Nam secundum charitatem operātis cōtingit quandoque, ꝙ opus ex genere suo minus existens, magis sit meritoriū, s. si ex maiori charitate fiat. Si verò attendatur difficultas bene conuersandi in religione, & in officio habentis curā animarū, sic difficilius est conuersari bene cū cura animarū propter exteriora pericula, quāuis cōuersatio religionis sit difficilior, quantum ad ipsum genus operis propter altitudinem obseruantiæ regularis. Si verò religiosus etiam ordine careat (sicut patet de conuersis religionū) sic manifestū est excellere præeminentiam ordinis, quantum ad dignitatem, quia per sacrum ordinem aliquis deputatur ad dignissima ministeria, quibus ipsi Christo seruitur in Sacramento altaris, ad quod requiritur maior sanctitas interior quàm requirat etiam religionis status: qa sicut Dionysius dicit 6.ca. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, Monasticus ordo debet sequi sacerdotales ordines, & ad eorum imitationē in diuina ascēdere. Vñ grauius peccat, cæteris paribus, clericus in sacris ordinibus constitutus, si aliquid contrariū sanctitati agat, quàm aliquis Religiosus, qui non habet ordinē sacrū, quāuis laicus religiosus teneatur ad obseruātias regulares: ad quas illi qui sunt in sacris ordinibus, non tenentur.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ad illas authoritates Chrysostomi breuiter respōderi posset, ꝙ nō loquitur de sacerdote curato minoris ordinis, sed de Epo, qui dicitur sūmus sacerdos. Et hoc cōuenit intentioni illius libri, in quo cōsolatur se & Basilium de hoc, quòd erant in episcopos electi. Sed hoc prętermisso, dicendū est, ꝙ loquitur quantum ad difficultatē. Præmittit enim* *lib.6.de sacerdotio.5.*, Cum fuerit gubernator in mediis fluctibus, & de tēpestate nauem liberare potuerit, tūc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur. Et post cōcludit quod supra* *art.1. huius q.* positū est de monacho, q̄ nō cōparandus est illi, qui traditus populis, immobilis perseuerat. Et subdit causam: Quia sicut in tranquillitate, ita in tēpestate gubernauit seipsū. Ex quo nihil aliud ostendi potest, nisi ꝙ periculosior est status habentis curam animarum, quā monachi. In maiori autem periculo innocentem se seruare est maioris virtutis indicium. Sed hoc etiam ad magnitudinē virtutis pertinet, ꝙ aliquis vitet pericula, religionem intrando. Vnde non dicit, quòd mallet esse in officio sacerdotali, q̄ in solitudine monachorum, sed quòd mallet placere in hoc quàm in illo: quia hoc est maioris virtutis argumentum.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ etiam illa authoritas Augustini manifestè loquitur quantum ad difficultatem, quia ostendit magnitudinem virtutis in iis, qui bene conuersantur, sicut dictum est* *In solut. ad arg. præ.*

¶Ad tertium dicendum, quòd Augustinus ibi cōparat monachos clericis, quātū ad distantiā ordinis, non quantum ad distantiam religionis & secularis vitæ.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ illi qui à statu religionis assumuntur ad curā animarū, cùm prius essent in sacris ordinibus constituti, assequuntur aliquid, quod prius non habebant, scilicet officiū curę.

prop'er alium finem Et quoniam non sufficit dicere sic esse, sed oportet probare quòd sic est, probatur ista negatiua, scilicet, Curatus non habet curam animarum vt agens principale, seu, quod idem est, vt agens perficiens, tali ratione. Et supponimus quòd euidentissimum est, quod si Curatus est vt agens perficiens, est vt intimum & proximum agens vt perficiens, sicut homo generat hominem & domificator facit domum. Formatur ergo sic ratio, Omne agens vt perficiēs potest cum suis instrumentis & adiuuantibus, & vniuersaliter quibuscunque sibi ministrantibus, omnia efficere quæ efficienda sunt ad hoc vt ad perfectum proprius effectus deducatur: sed Curatus cum omnibus sibi ministrantibus non potest efficere omnia quę effici oportet ad complementum curæ animarum: ergo Curato non conuenit cura animarum vt agenti perficienti. Discursus bonus, & maior patet inductiuè in naturalibus. Homo enim non esset agens vt perficiens respectu generati hominis, nisi potuisset & ossa, & carnes, & neruos, & breuiter omnia quæ fieri oportet ad complendam generationem hominis, facere: & simile est de aliis, cùm bos generat bouem, &c. Domificator quoque nisi cùm sibi ministrantibus posset ligna dolare, compaginare, & cætera quæ necessaria sunt ad complementum domus efficere, non esset agens vt perficiens respectu domus. Et simile est in cæteris artificialibus. Minor autem probatur ex hoc, quòd ad complementum curæ animarum requiritur collatio sacramentorum Ecclesię. Curatus autem à maiori parte sacramentorum deficit. Nam non potest consecrare oleum seu chrisma necessarium ad baptisma: ac per hoc non potest totum quod est necessarium ad baptizandum. Non potest quoque confirmare: non potest calicem consecrare pro eucharistia: non potest oleum consecrare pro extrema vnctione: non potest ordinem aliquem conferre: ac per hoc non potest perfectam plebem facere, cum plebs constet ex clericis & laicis: nec potest consecrare virgines, quæ tamen illustrior est portio plebis Christi: nec potest consecrare Ecclesias in quibus tamen præcipuè exercēda est cura animarum. Nec obstat si dicatur ad illud de baptismo, quòd sola aqua sufficit: quoniam hoc est verum in casu, in quo presbyter baptizaret, vt vetula: sermo autem est de Curato quā do baptizat vt Curatus. Et hinc patet intellectus repetiti dicti in litera, scilicet quòd Curato quædam particularia sunt commissa circa curam animarum. Apparet enim manifeste ex his, quòd non omnia requisita ad complementum curæ animarum potest efficere, sed quædam valde pauca. Et sic patet intenta conclusio, scilicet quòd Curato non conuenit cura animarū principaliter, sed secundariò, hoc est vt adiuuanti: vt allegata gl. in litera ex primo ad Corinthios duodecimo optimè dixit.

¶Quo ad secundā verò cōclusionem in litera de Curato positā, scilicet quòd nō habet curā principalem animarū, facile patere potest, quòd principalis cura animarum cōsistit in principalibus actibus ipsius curæ. Non curato autem sed Epo conueniunt principales actus ipsius curæ: ergo non Curato, sed Epo conuenit principalis cura animarum. Maior est ex seipsa euidentissima. Minor vero manifestatur in quinque actibus. Primus est, administratio sacramentorum simpliciter, hoc est, non huius vel illius sacramenti. Constat enim quòd solus Episcopus habet curam administrandi simpliciter sacramenta populo: quoniam solus habet potestatem omnia conferendi, omnia conficiendi ad ea opportuna. Secundus est excellentia reseruatorum actuum. Manifeste enim apparet quòd excellentes actus, vt sunt consecrationes sponsarum Christi, consecrationes ecclesiarum, & alia huiusmodi, solius Episcopi curę commissa sunt. Tertius est, prædicatio. Nam prædicationis officium Episcopo in sua consecratione iniungitur, vt necessarium & proprium. Nec obstat quòd in ordinatione presbyterorum dicatur quòd presbyterum oportet prędicare: quoniam per hoc non denotatur nisi potestas quasi ligata ad prædicandum. Non enim presbyter ex suā ordinatione tenetur ad prædicandum: sed potest, si sibi committatur. Nec ex hoc quòd sit Curatus, committitur sibi prædicationis officium nisi per accidens, scilicet si sciat prædicare. Cuius signum est, ꝙ non requiritur à Curato ꝙ sciat prædicare, sed bene exigitur hoc ab Episcopo: vt patet per Apostolum dicentem, Vę enim mihi, nisi euangelizauero: necessitas enim mihi incumbit. Quod autem est per accidens, relinquitur ab arte. Quartus est, officium perfectoris. Nam (vt patet ex 5.& 6. capit. ecclesiasticæ hierarchiæ) tres sunt ordines efficientium, & tres suscipientium, respectu trium actuum hierarchicorum. Primus est diaconorum, quorum est purgare: cui respondet ordo immundorum, quorum est purgari. Secundus est ordo presbyterorum, quorum est illuminare per ea quæ tribuunt sacramenta: cui respondet populus sacramentorum susceptiuus. Tertius est Episcoporum, quorum proprium est perficere, cui respondet ordo Religiosorum, quorum est ab Episcopis perfici, hoc est, ad perfectionem eorum doctrina & exemplo duci. Ex quibus patet quòd perfectorum officium, seu esse perfectorem, quod summum actum hierarchicum importat, proculdubio requisitum ad complementum curæ animarum, nō Curato, sed Episcopo cōuenit. Quintum, quod ex omnibus dictis sequitur, est quòd agere directè ad salutem animarum, est proprium opus Episcopi: ita quòd animarum salus, quæ est forma ab agente curam animarum principaliter intenta, est proprius finis curæ ipsius Episcopi: sicut forma domus, est proprius finis domificatoris vt sic. Et sic patet secūda conclusio literæ.

¶Ad obiecta ergo in oppositum ordinate respondēdo dicitur, primā rationē s. Religiosus obligat totam vitam suā ad studiū perfectionis, &c. stare solidā & validam. Et cùm dicitur, Religiosus habet curā suipsius, Curatus autem populi: respondetur ꝙ habere curā populi cōtingit dupliciter, scilicet principalē seu principaliter vel per modum adiuuātis, & ꝙ habere curā populi principalem

Non aūt deponunt quod prius habebāt, scilicet religionis statum. Dicitur enim in Decretis 16.q.1. de monachis, Qui diu morantes in monasteriis, si postea ad clericatus ordines perueniunt, statuimus nō debere eos à priori proposito discedere. Sed presbyteri curati, vel Archidiaconi, quando religionem ingrediuntur, curam deponunt, vt adipiscantur perfectiorem statum. Vnde ex hoc ipso excellentia ex parte religionis ostenditur. In hoc autem quòd religiosi laici assumuntur in clericatum & ad sacros ordines, manifestè promouentur ad melius, sicut suprà dictum est* *argu.4.* Et hoc ostenditur ex ipso modo loquendi, cùm Hieronymus dicit, Sic in monasterio viue, vt clericus esse merearis.

¶Ad quintum dicēdum, quòd presbyteri, curati, & Archidiaconi sunt similiores Episcopis, quàm Religiosi quātū ad aliquid, s. quantum ad curam animarū, quam secundario habent: sed quantum ad perpetuam obligationem, quæ requiritur ad statum perfectionis, similiores sunt Episcopo religiosi, vt ex suprà dictis patet* *ar.5.& 6.*

¶Ad sextum dicendum, quòd difficultas quæ est ex arduitate operis, addit ad perfectionē virtutis. Difficultas autem quæ prouenit ex exterioribus impedimētis, quandoque quidem diminuit perfectionem virtutis, puta, cùm aliquis non tantum virtutem amat, vt impedimenta virtutis declinare velit, secundum illud Apostoli primæ ad Cor.9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Quandoque verò est signum perfectionis virtutis, puta, cùm alicui ex inopinato vel ex necessaria causa impedimenta virtutis occurrunt, propter quę tamen à virtute non declinat. In statu autem religionis est maior differentia ex arduitate operum. Sed in his qui in seculo viuunt qualitercunque, est maior difficultas ex impedimentis virtutis, quæ Religiosi per omnia prouidè vitauerunt.

QVÆSTIO CENTESIMA-octuagesima quinta, de Pertinentibus ad statum Episcoporum, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iis quæ pertinent ad statū Episcoporum. ¶Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primo, vtrum liceat episcopatum appetere. ¶Secundo, vtrum liceat episcopatum finaliter recusare. ¶Tertio, vtrum oporteat ad episcopatū eligere meliorē. ¶Quarto, vtrum Episcopus possit ad religionem transire. ¶Quinto, vtrum liceat ei corporaliter subditos suos deserere. ¶Sexto, vtrum possit habere proprium. ¶Septimo, vtrum peccet mortaliter, bona ecclesiastica pauperibus non erogando. ¶Octauo, vtrum Religiosi, qui ad episcopatum assumuntur, teneantur ad obseruantias regulares.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum liceat episcopatum appetere.

Quol. 2. art.11. & quol.3.ar. 9. cor. & quol.5.ar. 12. cor. et quol. 12. art.18 & opus. 18.c. 19. & 1. Timo.3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd liceat episcopatum appetere. Dicit enim Apostolus primæ ad Timoth. tertio, Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: sed licitum est & laudabile bonum opus desiderare. ergo etiam laudabile est desiderare episcopatum.

¶2 Præt. Status episcoporum est perfectior quàm religiosorum status, vt suprà habitum est* *Q. præced. art.7.*: sed laudabile est quòd aliquis desideret ad statum religionis trāsire: ergo etiā laudabile est, quòd aliquis appetat ad episcopatum promoueri.

¶3 Prēt. Prouerbiorum 10. dicitur, Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vēdentium. Sed ille qui est idoneus & vita, & scientia ad episcopatum, videtur frumenta spiritualia abscondere, si se ab episcopatu subtrahat. Per hoc autem ꝙ episcopatum accipit, ponitur in statu frumēta spiritualia dispensandi: ergo videtur quòd laudabile sit episcopatum appetere, & vituperabile, ipsum refugere.

¶4 Præterea, Facta sanctorum, quæ in sacra scriptura narrantur, nobis proponuntur in exemplum: secundum illud ad Romanos 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostra doctrinam scripta sunt. Sed legitur Isa. 6. quòd se obtulit ad officium prædicationis, quod præcipuè competit Episcopis. ergo videtur quòd appetere episcopatum sit laudabile.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit decimonono de Ciuit. Dei* *cap.19.*, Locus superior sine quo populus regi non potest etsi administretur vt decet, tamē indecenter appetitur.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ in episcopatu tria possunt considerari. Quorum vnum est principale & finale, scilicet episcopalis operatio, per quam vtilitati proximorum intenditur, secundū illud Ioannis vltim. Pasce oues meas. Aliud autem est altitudo gradus: quia Episcopus super alios constituitur, secundum illud Matthæi vigesimoquinto, Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Tertium autem est, quod consequenter se habet ad ista, scilicet reuerentia, & honor & sufficientia temporalium: secundum illud primæ ad Timo. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. Appetere ergo episcopa-

palē & principaliter lōgè melius est ex suo genere, quàm habere curā ipsius tantum: sed hoc non conuenit Curato. Habere autem curam per modum adiuuantis minus est quàm habere votum ad perfectionem perpetuam in seipso. Sic autem se habent Religiosi & Curati, vt patet ex dictis.

¶Ad obiecta verò contra secundam rationem dicitur, ꝙ vt patet ex Dionysio loco præallegato, falsum est quòd sacerdos non Episcopus habeat omnes actus hierarchicos: quoniam sibi deest supremus, qui est perficere. Et cum dicitur, Perficit docendo: respondetur primò quòd non quodlibet docere sufficit ad perficiendum, sed requiritur quòd sit docere ea quæ sunt ad perfectionis statum, & augmentum. Quod quidem Episcopo tanquam perfectissimo iure conuenit, non autem Curato, cui non conuenit docere, nisi minima quædā, puta, quando sunt vigiliæ ieiuniorum, quando festa, & quomodo debent sine mortali peccato ad sacramenta venire, communicare, & confiteri. Respōdetur secundo, quòd docere simpliciter non conuenit Curato, nisi per accidens, vt prædictū est, sed Episcopis, qui soli sunt Pastores proprie loquendo, de quibus scriptū est, Alios autem Pastores & Doctores.

¶Ad obiecta autem contra tertio loco dictum in litera, scilicet, quòd comparatio ista intelligitur secundum genus operis, respondetur. Et ad primum dicitur, quòd ex hoc ipso quòd cura animarum cōuenit episcopo principaliter, & Curato secundariò, sequitur quòd non est idem genus operis proprij vtrique. Nam, vt patet ex dictis, ex hoc ipso ꝙ duo agentia concurrunt, vt principale & secundariū, hoc est, vt perficiens & adiuuans, sequitur ꝙ aliud est opus proprium perficientis, & aliud adiuuantis. Sed quia opus adiuuantis ordinatur ad opus perficientis vt ad finem: ideo ab illius forma etiam denominatur, vt patet & in naturalibus, & in exemplo dato de duce, & militibus respectu victoriæ. Et sic Curatus dicitur habere curam animarum: quia opera sua ordinat ad curā animarum, quæ est proprium opus Episcopi. Et per hoc dicitur secundariò, seu per modum adiuuantis, habere curam animarum, non quòd cura animarum sit eius opus.

¶Ad confirmationem dicitur, quòd laborare in agro non dicit tantum vnum genus operis, sed dicit multa operis genera, puta, laborare per modum perficientis, laborare per modum disponentis, laborare per modum adiuuantis, &c. Et propter ea ex hoc ipso quòd Curati sunt de ordine laborantium in agro, non habetur quòd eiusdem rationis sit labor suus cum labore episcopali.

¶Ad vltimum dicitur negando antecedēs, scilicet, Curati sunt vt perfectores. Et ad probationē dicitur, distinguendo, ꝙ Curatos esse officiales perfectiuos potest intelligi dupliciter, scilicet principaliter, vel per modū adiuuantis: & ꝙ Curati non sunt perfectiui principaliter, sed per modū adiuuantis tantū. Perfectores autem soli sunt qui sunt principaliter perfectiui, vt sunt Episcopi. Et scito, quòd cùm dicitur Curatos esse officiales, seu coadiutores Episcoporū, intelligitur ꝙ sunt officiales ordinarij, coadiutores ordinarij, & velut instrumenta animata ordinarij. Adiuuant enim opémq; ferunt Episcopis ad perfectā curā animarū, quam tenētur habere & exercere ipsi Episcopi. Quia eñ p seipsos integre eam cōmuniter nō possunt perficere, dati sunt eis huiusmodi adiutores. Et per hoc differunt ab adiutoribus delegatis.

¶In eodem art. in secunda cōparatione inter Religiosum & Curatum quò ad difficultatem bene operandi, dubium quod occurreret, scilicet quia cura animarum ex arduitate operis est difficilior, quàm obseruantia regularis, iam cessat ex antè declaratis, scilicet ex eo quòd falsum est curam animarum esse opus Curati nisi finaliter & denominatiuè. Reliqua autem quæ in hac comparatione diffusè traduntur in litera in responsionibus argumentorum, stabilitate ingenij egent, vt non diuertat quis à difficultate ab intrinseco, hoc est ex ipso genere, ad difficultatem ab extrinseco, hoc est, ex exterioribus impedimentis: & similiter non diuertat à magnitudine virtutis absolutè, ad signum magnitudinis virtutis. In Religiosis siquidem difficilius est opus ab intrinseco, & propterea magnam absolute requirit virtutem. In Curatis autem impedimenta difficiliora quandoque occurrunt, quæ si vincantur, magnam ostendunt virtutem: & si non occurrunt, nihil ostendunt: & si occurrunt & vincunt, minorem aut nullam significant virtutem: Et hæc sufficiant de comparatione Curatorum: quam si plenius vis perscrutari, lege Autorem in vltimis capitulis tractatus sui de perfectione vitæ spiritualis, vbi per multa capitula diffusè materiam pertactat.

¶Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ quintæ Articulum primum.

IN artic. 1.q. 185. nota ꝙ Autor post distinctionem trium, quæ in episcopatu inueniuntur, quinque ponit conclusiones. Prima iuxta tertium in episcopatu inuentū, scilicet honorem ac sufficiētiam temporalium, vbi dicit, Illicitum est manifeste appetere episcopatum ratione huiusmodi circunstantiū bonorum, & pertinet ad vitium cupiditatis vel ambitionis. Circa quam conclusionem dubium occurrit, an huiusmodi illicitum, sit ita illicitum, quòd sit peccatum mortale. Ex litera enim neutra pars habetur, nec caret ambiguitate, vtra pars affirmanda sit.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ appetere episcopatū ratione circunstantium bonorū, contingit dupliciter. Vno mō, ex parte appetitus tantū. Alio modo, etiam ex parte rei appetitæ. Cum enim dicitur episcopatum appeti ratione circunstantium bonorum, ponitur ibi actus appetendi in ly appeti: ponitur res appetita in ly episcopatū: ponitur ratio appetendi in ly rōne circūstantiū bonorū. Ratio autem appetendi finis est, & referri potest ad duo, s. ad rem appetitam, & ad ipsum actum appetendi. Et siquidem refertur ad rē appetitam, & ad actum appetēdi simul, sensus est, quòd illud quod est ratio appetēdi, appetitur & vt finis rei appetitæ, & vt finis actus appetendi. Et sic appetēs episcopatum ratione circunstantiū bonorū appetit ipsa circunstantia bona vt finē episcopatus, & vt finem sui actus appetendi. Quando vero rō appetendi refertur ad appetitum tantū, tunc non denotatur ꝙ id quod est rō appetendi, sit finis rei appetitæ: sed denotatur ꝙ est finis mouens ad appetēdū: & sic appetēs episcopatum ratione bonorū circūstantiū, nō ordinat episcopatū ad bona circunstantia vt ad finē: sed appetitum suum ordinat ad circūstantia bona vt ad finem. Inter hos autem duos modos appettendi episcopatum ratione circūstā

tum ratione huiusmodi circunstantium bonorum, manifestum est q est illicitū, & pertinet ad cupiditatem vel ambitionem. Vnde contra Pharisæos Dominus dicit Matth. 23. Amant primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Quantum autem ad secundum, scilicet ad celsitudinem gradus, appetere episcopatum est præsumptuosum. Vnde Dominus arguit discipulos Matth. 20. primatum quærentes dicens, Scitis quia principes Gentium dominantur eorum. Vbi Chrysostomus dicit* (Hom. 66. in Matt. to. 2.), quòd per hoc ostendit quòd gentile est primatus cupere: & sic Gentium comparatione eorum animam æstuantē conuertit. Sed appetere proximis prodesse, est secundum se laudabile & virtuosum. Verùm quia, prout est episcopalis actus, habet annexam gradus celsitudinem, præsumptuosum videtur, quòd aliquis præesse appetat ad hoc, q subditis prosit, nisi manifesta necessitate imminente, sicut Greg. dicit in Pasto. (par. 1. c. 8.) quòd tunc laudabile erat episcopatum quærere, quando per hunc quēquam dubium non erat, ad supplicia grauiora peruenire. Vnde non de facili inueniebatur qui hoc onus assumeret, præsertim cùm aliquis charitatis zelo diuinitus ad hoc incitatur: sicut Greg. dicit in Pastorali* (par. 1. c. 7.), q Isaias prodesse proximis cupiens, laudabiliter officium prædicationis appetiit. Potest tamen absque præsumptione quilibet appetere talia opera facere, si eum contingeret in tali officio esse, vel etiam se esse dignum ad talia opera exequēda, ita q opus bonum cadat sub desiderio, non autem primatus dignitatis. Vnde Chrys. dicit super Matt* (Hom. 35. to. 2.). Opus quidem desiderare bonum est: primatum autem honoris concupiscere, vanitas est. Primatus enim fugientem se desiderat: desiderantem se horret.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, q sicut Greg. dicit in Pastorali* (par. 1. c. 8.), illo tēpore hoc dixit Apostolus, quo ille q plebibus præerat, primus ad maryrij tormenta ducebatur: & sic nihil aliud erat quod in episcopatu appeti posset nisi bonum opus. Vnde Aug. dicit 19. de Ciui. Dei* (cap. 19.), quòd Apostolus dicens, Qui episcopatū desiderat, bonum opus desiderat: exponere voluit quid sit episcopatus, quia nomen operis est, non honoris. Scopos quidem intentio est. Ergo episcopein si velimus, Latinè superintendere possumus dicere, vt intelligat non se esse Epm qui præesse dilexerit, non prodesse. In actione enim, (vt parum antè* præmittit (cap. eodē.)) nō amandus est honor in hac vita, siue potētia, quoniam omnia vana sunt sub sole: sed opus ipsum, quod per eundem honorem, vel potentiam fit. Et tamen (vt Gregorius dicit in Pastorali* (par. 1. c. 8.)) laudans desiderium, s. boni operis, in pauorem vertit protinus quod laudauit, cùm subiungit. Oportet autem Episcopum irreprehēsibilem esse, quasi dicat, Laudo quod quęritis, sed discite quid quæratis.

¶ Ad secundū dicendū, q nō est eadē ratio de statu religionis, & de statu epi, propter duo. Primò quidē, quia ad statū episcopalem pexigitur vitę pfectio vt patet per hoc, quòd Domin⁹ à Petro quęsiuit, si plus eū cæteris diligeret, antequā ei cōmitteret pastorale officiū. Sed ad statū religionis nō præexigitur perfectio, sed est via in perfectionem. Vnde & Dominus Matth. 19 nō dixit, Si es perfect⁹, vade, & vende oīa quæ habes: sed, Si vis perfectus esse. Et huius differentiæ ratio est: qa secundū Diony* (c. 6. Eccl. hierar.). perfectio pertinet actiuè ad Episcopum, sicut ad perfectorē: ad monachū aūt passiuè, sicut ad perfectū. Requiritur autem q sit perfectus aliquis ad hoc, quòd possit alios ad perfectionem adducere: quod non præexigitur ab eo qui debet ad perfectionē adduci. Est autem præsumptuosum, q aliquis perfectum se reputet, non autem quòd ad perfectionem tendat. Secundo, quia ille qui statum religionis assumit, se aliis subiicit ad spiritualia capienda: & hoc cuilibet licet. Vnde Augusti. 19. de Ciuit. Dei dicit (c. 16. to. 5.), A studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur: quod ad laudabile otiū pertinet. Sed ille q trāsit ad statū episcopalē, sublimitatur ad hoc

tium bonorum hæc est differentia, q primo modo appetere est omnino & manifestè peruersum: quoniam ordinat episcopatum quo ad principalem actum, qui est cura animarum, ad bona circunstantia vt finem, quod proculdubio est peccatum mortale ex suo genere. Et huiusmodi peruersitatis radicē tetigit Autor in litera, dum distinguendo tria inuenta in episcopatu addit ordinē dicens, q principale & finale est episcopalis operatio, qua vtilitati proximorū cōsulitur. Cū vero episcopatus alio modo appetitur propter bona circunstātia, appetitus quidē malus est, eo q appetibilia inuenta in episcopatu nō eūdē ordinē habent respectu appetētis, quem habēt inter se: qm̄ respectu appetētis bona circūstantia se habent vt finis, inter se autē nō sic se habēt: sed bona circunstātia se habent vt ad finē. Mortalis aūt appetitus nō videtur secundū genus suū, ex eo q talis appetitus cōpatitur secū rectitudinē voluntatis respectu aliorū in episcopatu inuentorum: v.g. Ioannes mouetur ad appetitū episcopatus ratione bonorum circunstantiū, vt s. habeat sufficientiā tēporaliū, & honorē. Veruntamē cū hoc intēdit facere debitū suū circa curā animarū & distributionē bonorū tam Ecclesiæ quā pauperibus terræ: nec intēdit vti episcopatu ad finē tēporaliū, sed quantū sibi conceditur frui portione sua & debito sibi honore, & huiusmodi ad laudē Dei. In hoc appetitu ex hoc cap. nullam ego video deformitatē mortalē, propter dictā rationē. Et propterea puto Autorē dixisse illicitū, & non dixisse mortale. Et confirmatur, quia nec auaritia, nec ambitio, quæ duo vitia hic in litera dicuntur inueniri, sunt peccata mortalia, quando deest materia iniusta, aut finis vltimus non ponitur in pecunia seu honore vt ex propriis tractatibus superius latius patet. In hoc aūt casu nō ponitur finis vltimus in huiusmodi, nec iniustitia ex parte materię appetitæ.

¶ Sed contra hoc obstat, q clericū appetere bñficiū, vt habeat sufficiētiā tēporaliū, nullū peccatū est. Igitur appetere episcopatum vt habeat sufficientiam temporalium, cùm persona est nobilis, seu talis gradus, aut status vt reditus episcopales sint proportionati ad sufficientiam temporalium respectu ipsius, non erit illicitum.

¶ Ad hoc rñdetur, q loquendo semper ita, q bona tēporalia sint ratio appetēdi ex parte appetitus tm̄, q non est simile seu eadē rō de appetitu clerici respectu beneficij in cōi & sufficiētia temporaliū, & de appetitu respectu episcopatus & sufficientiæ tēporalium. Et rō diuersitatis est, quia bñficiū in cōi hēt sufficientiā temporaliū propter vitā clericorum deputatorū cultui diuino: ac per hoc qui iam clericus est, & ex hoc ipso deputatus diuino cultui, habet actu vnde sibi debetur primum inuētum in bñficio ecclesiastico. Et sic appetendo secundum. s. sufficiētiā tēporalium, eundem ordinē in nullo peruertit, aut mutat ordinem appetibilium inuentorum in bñficio ecclesiastico, sed eundē ordinē habēt respectu appetitus clerici hæc duo. s. esse ministrum Dei, & habere sufficientiā tēporalium, quē habent inter se in ipso beneficio, ex quo (vt dictū est) iste iā est clericus & Dei minister. Nec restat sibi hoc appetēdum in beneficio cum appetit bñficium, sed solummodo restat sibi appetēdum scdm, quæ est sufficiētia tēporalium, in quo nullū pctm̄ cōmittit. Secⁿ aūt est de laicis appetētibus clericatum rōe sufficientiæ tēporaliū, quorū plenus est orbis. Horū eīn appetitus est manifestè illicitus propter supradictā rōem: quia. s. duo inuēta in clericatu, hoc est, ministerium Dei, & sufficiētia tēporalium, non eodem modo se habēt inter se, quo se habēt ad appetentē: qm̄ diuinum ministeriū se habet vt finis, & sufficientia tēporalium vt ad finem. Respectu autē appetētis sufficientia tēporalium ponitur, q se habet vt finis laicorum pdictorum. Et si interueniret hic similis peruersitas ex parte rei appetitæ, qualis in episcopatus appetitu declara a est, hoc est, quòd laicus ordinaret clericatū ab bona tēporalia vt ad finē clericatus, pculdubio peccaret mortaliter: qm̄ ex suo genere mortale peccatum est, spirituale ordinari ad temporale vt ad finem. Fit enim magna iniuria in hoc spiritualibus. Redeundo igitur ad propositū obiectionis factæ, dicitur q ex his patet aliā esse rōem de appetitu eius qui appetit episcopatum propter temporalia, quoniam respectu illius appetibilia inuenta in Episcopatu non retinent rectum ordinem quem inter se habent. Sufficientia enim omnium temporalium in episcopatu secundū se, se habet vt ad finem: respectu autem huius appetentis se habet vt finis. Et propterea huiusmodi illicitus semper appetitus inuenitur. Et secundum hoc accipienda sunt verba domini contra Pharisæos, Amant primos accubitus in cœnis. Habent enim hæc rationem eius quod est ad finem, quoniam sunt quædam virtutum testimonia. Et propterea peruersè agunt qui hæc appetunt vt finē, etiam ex parte appetitus. Et hoc insinuauit Dominus per ly amant.

¶ Secunda conclusio iuxta secundum membrum est, Appetere Episcopatū ratione celsitudinis gradus est præsumptuosum. Circa quam conclusionem applicatur distinctio suprà posita: an, s. ly ratione celsitudinis, dicat finē appetitus tantum, an finē appetitus & rei appetitæ simul. Et si dicit finem rei appetitæ, proculdubio peccatum mortale est huiusmodi appetitus: quoniam animarum cura ordinatur ad sui celsitudinem, vt ad finem. Sed si dicat rationem appetenditantum, illicitum est eadem ratione qua etiam appetere rōe sufficientiæ temporalium, erat illicitū. Obscurū tamen remanet, quo pacto huiusmodi appetitus ad speciem præsumptionis spectet, quum præsumptio consistat in hoc q aliquis appetit id quod est supra dignitatem suam. Cōstat enim multos homines esse in quibus inueniuntur conditiones ab Apostolo positæ de Episcopo. Et propterea non videtur vniuersaliter verū quòd appetere huiusmodi celsitudinem sit præsumptuosum.

¶ Ad hoc breuiter dicitur quòd implicat incōpossibilia, dicere aliquē habere conditiones requisitas ad episcopum, & dicere quòd appetat episcopatū ratione celsitudinis: est enim præponere in appetitu suo id quod est postponendum, s. ipsam celsitudinem: ac per hoc manifestè conuincitur quòd appetit celsitudinem supra dignitatem suā. Vnde nō dicimus, quòd vniuersaliter verum est, appetere celsitudinē episcopalem esse præsumptuosum: sed dicimus quòd appetere episcopatum ratione celsitudinis, semper est præsumptuosum. Et ita est intelligenda hæc litera. Non tamen dico, quòd semper est mortale: sed eadem ratione idem sentio in hoc casu sicut sentio in præcedenti. Quod clarius in 4. concl. manifestabitur.

¶ Tertia conclusio est iuxta primum membrum, Appetere proximis pdesse, est secundum se laudabile & virtuosum: vbi Autor volens complere singula tria membra, sigillatim de hoc primo & principali membro, s. episcopali operatione, non dicit sicut in pcedentibus, appetere episcopatum ratione episcopalis operationis, ponendo episcopatum pro re appetita, & illud membrum pro ratione appetendi: sed dixit, quòd appetere episcopalem operationem, quam significauit per ly, proximis prodesse, est secundum se laudabile: vbi solam episcopalem operationem posuit & vt rem appetitam, & vt rationem appetendi, apponendo ly secundum se. Fecit autem hoc non casu, sed ex industria: quoniam in quarta conclusione tractaturus erat de episcopali operatione & ratione appetendi, relata ad episcopatum vt rem appetitam. Et propterea transeamus ad quartam conclusionem. Sufficit enim hæc declarasse in tertia.

¶ Quarta conclusio literæ est, Appetere episcopatum, vt psit subditis, psumptuosum videtur, nisi manifesta necessitate imminente, præsertim cùm aliquis charitatis zelo diuinitus ad hoc incitatur. Circa quam conclusionem singula primò declaranda sunt. Primò, quòd Autor non dicit, Præsumptuosum est, sed dicit, Præsumptuosum videtur. Tanquā nolit diffinire huiusmodi appetitū esse præsumptuosum, sed dicere q habet præsumptionis speciem, vt si non malus, saltē habeat speciē mali. Scriptū est aūt, Ab omni specie mali abstinete vos. Secundò, quòd Autor non ponit hanc conclusionem vniuersalē, sed veram vt in pluribus. Et propterea excipit ab ipsa. Et licet ex modo loquendi vnam tantùm exceptionē videatur facere in veritate, tñ sunt duæ exceptiones

quòd aliis prouideat. Et hanc sublimationem nullus debet sibi assumere: secundum illud ad Heb. 5. Neque quisquam sumat sibi honorem, sed qui vocatur à Deo. Et Chryso. dicit super Matt* (Hom. 35. in op. imperf. pag. 2. ante fi.). Primatum Ecclesię concupiscere neque iustum est neque vtile. Quis enim sapiens vult vltro se subiicere seruituti, & periculo tali, vt det rationem pro omni Ecclesia, nisi fortè qui non timet Dei iudicium, abutens primatu ecclesiastico seculariter, vt s. cōuertat ipsum ī secularē?

¶Ad tertium dicendū, quòd dispensatio spiritualium frumentorum non est facienda secundū arbitrium cuiuslibet, sed principaliter quidem secundum arbitrium, & dispositionem Dei: secundariò autem secundum arbitrium superiorum Prçlatorum, ex quorum persona dicitur 1. ad Corin. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. Et ideo non intelligitur ille abscondere frumenta spiritualia, cui non competit ex officio, nec ei à Superiori iniungitur, si ab aliorum correctione aut gubernatione desistat. Sed solùm tūc intelligitur abscondere, si dispensationē negligat, cùm ei ex officio incumbat: vel si officium, cùm ei iniungitur, pertinaciter recipere renuat. Vnde Augu. dicit 19. de Ciuit. Dei, * (ca. 19. to. 5.) Otium sanctum quærit charitas veritatis, negotium iustum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ, atq; intuendæ, vacandum est veritati. Si autē imponitur, sustinenda est propter charitatis necessitatem.

¶Ad quartum dicendū, quòd sicut Greg. dicit in Pastorali * (par. 1. c. 7.), Isaias, qui mitti voluit, ante se per altaris calculum purgatum vidit: ne non purgatus adire quisq; sacra mysteria audeat. Quia ergo valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere, prædicationis officium tutius declinatur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum liceat episcopatum iniunctum omninò recusare.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd liceat episcopatum iniunctum recusare. Vt enim Greg. dicit in Pastorali * (par. 1. c. 7.), Per actiuam vitam prodesse proximis cupiēs Isaias, officiū prædicationis appetiit. Per contemplatiuam vero, Hieremias amori Conditoris sedulò inhærere desiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, cōtradicit. Nullus autē peccat si meliora nolit deserere, vt minus bonis inhæreat. Cum ergo amor Dei præemineat dilectiōi proximi, & vita contemplatiua præferatur vitæ actiuæ, vt ex supradictis * (q. 26. art. 2. & q. 182. ar. 1.) patet, videtur q non peccat ille qui omnino episcopatū recusat.

¶ 2 Præt. Sicut Greg. dicit* (par. 1. c. 7.), valde difficile est vt aliquis se purgatum possit cognoscere: nec debet aliquis non purgatus sacra mysteria adire. Si ergo aliquis non sentiat se esse purgatum, quantumcunque sibi episcopale iniungatur officium, non debet illud suscipere.

¶ 3 Prçt. De beato Marco Hieronymus dicit in prologo super Marcum, quòd amputasse sibi post fidem pollicem dicitur, vt sacerdotio reprobus haberetur. Et similiter aliqui votum emittunt, vt nunquam episcopatum accipiant. Sed eiusdem rationis est ponere impedimentum ad aliquid, & omnino recusare illud. ergo videtur quòd absque peccato possit aliquis omnino episcopatum recusare.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit ad Eudosium* (Epist. 81. to. 1.), Si qua opera vestra mater Ecclesia desiderauerit, nec elatione auida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis. Postea subdit. Neque otium vestrum necessitatibus Ecclesiæ præponatis: cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini non inueniretis.

¶RESPONDEO dicendū, quòd in assumptione episcopatus duo sunt consideranda. Primò quidem, quid deceat hominem appetere secundum propriam voluntatem. Secundò quid hominem deceat facere ad voluntatem alterius. Quantum ergo ad propriam voluntatē, conuenit homini principaliter insistere propria saluti: sed q aliorum saluti intendat, hoc conuenit homini ex dispositione alterius potestatem habentis, vt ex supradictis patet* (ar. pre. ad 3.). Vnde sicut ad inordinationem voluntatis pertinet, quòd aliquis proprio motu feratur in hoc, quòd aliorum gubernationi præficiatur: ita ēt ad inordinationem voluntatis pertinet, q aliquis omnino contra Superioris iniunctionē prædictum gubernationis officium finaliter recuset, propter duo. Primò quidem, quia hoc repugnat charitati proximorum: quorum vtilitati se aliquis debet exponere pro loco & tempore. Vnde Aug. decimonono de Ciuit. Dei* (ca. 19. to 5) dicit, quòd negotium iustum suscipit necessitas charitatis. Secundò, quia hoc repugnat humilitati, per quam aliquis Superiorum mandatis se subiicit. Vnde Greg. dicit in Pastorali* (par. 1. c. 6.), Tunc ante Dei oculos vera est humilitas, cùm ad respuendum hoc quod vtiliter subire præcipitur, pertinax non est.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, q quamuis simpliciter & absolutè loquēdo, vita contemplatiua potior sit quàm vita actiua, & amor Dei q̄ dilectio pro-

ceptiones, quarum vtraque est per se sufficiens ad excludendam præsumptionem ab huiusmodi appetitu. Vnde tertiò scito, q prima exceptio est, Nisi manifesta necessitate imminente. Vbi nota ly manifesta, ne te ipsum seducas, existimando necessitatem imminere vbi necessitas fortè non est. Nec mirum si tu te ipsum fefelleris, cùm Helias deceptus fuerit putans se solum euasisse in diuino cultu. Si igitur manifesta immineat Ecclesiæ necessitas, sufficiens exclusio præsumptionis habetur ab appetitu episcopatus vt prosit. Similiter quartò scito, quòd secunda exceptio est, cùm aliquis charitatis zelo diuinitus ad hoc incitatur. Hæc enim sola causa sufficientissima est ad excusandum appetitum à pręsumptione: quoniam constat diuinam incitationem ad nihil reprehensibilem esse. Sed diligentissimè considera ly diuinitus, quoniam charitatis zelum multi possunt sibi promittere, se incitantem, dum dicunt, Scio quòd non me mouet aliud quàm zelus animarum. Sed quòd huiusmodi incitatio diuinitus veniat, nemo potest cognoscere, nisi vt supra dictum est de prophetia. Et propterea ista exceptio amplectenda non est, acceptanda non est, nisi aliquod speciale diuinum testimonium euidenter adsit, vt de Isaia constat, quòd vidit se prius purgatum. Et de Equitio monacho in libro Dialogorum habetur, quòd vidit se lingua tangi, ita quòd non poterat deinceps continere se à diuinis eloquiis seu prædicatione. Ex quibus omnibus scire debes quintò, quòd regula generalis sit, quòd actus quandoque licitus & quandoque illicitus, non est ex suo genere illicitus, quoniam actus ex suo genere illicitus nulla potest fieri ratione licitus. Et propterea quia appetere episcopatum vt prosit Ecclesiæ, quandoque est licitum, & quandoque præsumptuosum, consequens est quòd ex suo genere non est actus illicitus (Q. 5. arti. 22.): sed vt in pluribus illicitus, & præsumptuosus. Et cùm in appetitu licito episcopatus claudatur celsitudinis gradus ordinatus ad episcopalem operationem vt ad finem, eadem ratione consequens est, vt appetitus celsitudinis episcopalis non sit ex suo genere illicitus: quoniam si ex suo genere esset illicitus, aut præsumptuosus, non posset in aliquo casu licitè appeti in ordine ad finem episcopalis operationis. Cuius oppositum in litera dicitur. Et si his adiūxeris, q actus ex suo genere non solum non mortalis, sed nec illicitus, nonfacile ex circunstantiis iudicandus est esse mortalis: sed magna opus est diligentia ac circunspectione rationis ad iudicium peccati mortalis ex solis circunstantiis particularibus, videbis non tam malum esse, quantum multi putant, appetere episcopatum vt prosit Ecclesiæ. Quod dico de appetente proportionato, hoc est, viro irreprehensibili, sobrio, ornato, prudente, pudico, hospitali, doctore, non vinolento, non percussore, modesto, non litigioso, non cupido, domui suæ bene præposito, nec aliis impedito. Hæ enim sunt conditiones positæ ab Apostolo 1. ad Timo. 3. Si talis enim episcopatum appeteret in veritate vt prodesset, crediderim ego quòd attenta tanta necessitate Ecclesię carentis talibus viris non peccaret. Et si huiusmodi necessitatis oculus deficeret, non nisi venialiter peccaret ratione nonnullæ præsumptionis, qua se in animo suo aliis præfert: aliis autem, non solùm quibus præesse desiderat, sed qui fortè melius quàm ipse locum illius episcopatus occuparent. Et propterea quanto magis sancti fuerint viri prisci, tanto magis inuenti sunt alieni ab huiusmodi appetitu. Et multi eorum inuenti sunt fugisse, vt patet de Ambr. Martino, &c.

¶ Quinta conclusio, scilicet: quilibet absque præsumptione potest appetere talia opera facere, si esset Episcopus: & etiam potest appetere se esse dignum talibus operibus & episcopatu. Quæ quia manifesta est, nostra non indiget mora.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundū dubium circa illud occurrit, Præsumptuosum est quòd aliquis perfectum se reputet. Et est ratio dubij, quia hoc videtur contrariari doctrinæ Apostolicæ, & etiam ipsius Autheris superius in tract. de humilitate. Nam si vir est perfectus, nulla præsumptio est q se reputet perfectū. Imo hoc ad donum Dei spectat, secundum illud Apostoli, vt sciamus quæ à Deo nobis donata sunt.

¶ Ad hoc dicitur, quòd hæc verba Authoris intelligenda sunt vt in pluribus: quoniam perfectorum paruus est numerus. Et propterea secundum cursum communem loquendi, præsumptuosum est quòd aliquis perfectum se reputet: quamuis in quibusdam, qui valde pauci videntur, nullius sit præsumptionis talis æstimatio. Et hæc de hoc articulo sufficiant.

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæquintæ Articulum secundum.

IN articulo secundo eiusdem quæstionis nota, quòd cùm in corpore dicitur, quòd sicut ad inordinationem voluntatis pertinet quòd aliquis proprio motu feratur in hoc quòd aliorum gubernationi præficiatur: ita &c. ly sicut, nō denotat similitudinem quo ad omnia: quoniam, vt dictum est, appetitus vt præficiatur, non est ex suo genere malus: sicut appetitus resistendi Superioris præcepto est ex suo genere malus: sed tenet similitudo quo ad hoc quòd vtrobique est inordinatio voluntatis, quamuis dissimiliter: quia in primo est moderatio vt in pluribus, & ex circunstantiis: in secundo autem est inordinatio ex suo genere. Sufficit autem veritati literæ, quòd similitudo teneat quantum ad ipsam inordinationem vndecunque veniat. Posset tamen & aliter exponi, vt similitudo teneat etiam quantum ad inordinationem actus ex suo genere. Et sic ferri in hoc quòd pręficiatur aliorum gubernationi, intelligitur in ratione finis, ita quòd finis voluntatis talis est vt præsit. Et sic actus est malus ex suo genere, quia præsumptuosus, vt in secunda conclusione præcedentis art. patet. Et tunc similitudo currit sine impedimento. Et hæc expositio magis amplectenda videtur, vt potę formalior.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum, nota inter tria genera impedimentorum ad obediendum, scilicet auferibilium à se, vel à precepto re, vel à neutro. Primum impedimentum ponit peccatum mortale respectu episcopatus suscipiendi. Vnde habes quòd existens in peccato mortali est diuino iure inhabilis ad episcopatum. In secundo autem genere impedimenti, quia Author dicit quòd tenetur dispensante præceptore obedire, quotidia-

Universidad de Deusto Biblioteca

ximi. Tamen ex alia parte bonum multitudinis præferendum eſt bono vnius. Vnde Auguſtinus dicit in verbis præmiſsis, Neque otium veſtrum neceſsitatibus Eccleſiæ præponatis, præſertim quia hoc ipſum ad dilectionem Dei pertinet, quòd aliquis ouibus Chriſti curam paſtoralem impendat. Vnde ſuper illud Ioannis vltim. Paſce oues meas, dicit Auguſtinus *, Sit amoris officium paſcere dominicum gregem: ſicut fuit timoris indicium, negare paſtorem. Similiter etiam Prælati non ſic transferuntur ad vitam actiuam vt contemplatiuam deſerant. Vnde Auguſtinus dicit decimonono de Ciuitate Dei*, quòd ſi imponatur ſarcina paſtoralis officij, nec ſic deſerenda eſt delectatio veritatis, quæ ſcilicet in contemplatione habetur.

tract.123. to.9. ca.19.to.5.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd nullus tenetur obedire Prẹlato, ad aliquod illicitum, ſicut patet ex iis quæ ſupra* dicta ſunt de obedientia. Poteſt ergo contingere quòd ille, cui iniungitur prælationis officium, in ſe aliquid ſentiat, per quod non licet ei prælationem accipere. Hoc autem impedimentum quandoque quidem remoueri poteſt per ipſummet, cui paſtoralis cura iniungitur: puta, ſi habeat peccandi propoſitum, quod poteſt deſerere. Et propter hoc non excuſatur, quin finaliter teneatur obedire Prælato iniungenti. Quandoque verò impedimentum, ex quo fit ei illicitum paſtorale officium, non poteſt ipſe remouere, ſed Prælatus qui iniungit: puta, ſi ſit irregularis vel excommunicatus. Et tunc debet defectum ſuum Prælato iniungenti oſtendere: qui ſi impedimentum remouere voluerit, tenetur humiliter obedire. Vnde Exod. 4. cum Moyſes dixiſſet, Obſecro Domine non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius, Dominus reſpondit ad eum, Ego ero in ore tuo, docebóque te quid loquaris. Quandoque verò non poteſt remoueri impedimentum, nec per iniungentem, nec per eum cui iniungitur: ſicut ſi Archiepiſcopus non poſsit ſuper irregularitate diſpenſare. Vnde ſubditus nõ tenetur ei obedire ad ſuſcipiendum epiſcopatum, vel etiam ſacros ordines, ſi ſit irregularis.

q.104.artic.5.

¶ Ad tertium dicendum, quòd accipere epiſcopatum non eſt de ſe neceſſarium ad ſalutem, ſed fit neceſſarium ex ſuperioris præcepto. Iis autem quæ ſic ſunt neceſſaria ad ſalutem, poteſt aliquis impedimentum licitè apponere antequàm fiat præceptum: alioquin non liceret alicui tranſire ad ſecũdas nuptias, ne per hoc impediretur à ſuſceptione epiſcopatus vel ſacri ordinis: non autem hoc liceret in iis, quæ per ſe ſunt de neceſsitate ſalutis. Vnde beatus Marcus non contra præceptum egit, ſibi digitum amputando, quamuis eum credibile ſit hoc ex inſtinctu Spiritusſancti feciſſe, ſine quo non licet alicui ſibi manum iniicere. Qui autem votum emittit de non ſuſcipiendo epiſcopatum, ſi per hoc intendat ſe obligare ad hoc, quòd nec per obedientiam ſuperioris Prælati accipiat, illicitè vouet. Si autem intendit ad hoc ſe obligare, vt quantum eſt de ſe, epiſcopatum non quærat, nec ſuſcipiat, niſi imminente neceſsitate, licitum eſt votum: quia vouet ſe facturum id quod hominem facere decet.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum oporteat eum, qui ad epiſcopatum aſſumitur, eſſe cæteris meliorem.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd oporteat eum, qui ad epiſcopatum aſſumitur, eſſe cæteris meliorem. Dominus enim Petrum, cui commiſſurus erat paſtorale officium, examinauit, ſi ſe diligeret plus cæteris: ſed ex hoc aliquis melior eſt, quòd Deum plus diligit. ergo videtur quòd ad epiſcopatum non ſit aſſumendus niſi ille, qui eſt cæteris melior.

¶2 Præt. Symmachus Papa * dicit, Viliſſimus computandus eſt, niſi ſcientia & ſanctitate præcellat, qui eſt dignitate præſtantior, ſed qui præcellit ſcientia & ſanctitate, eſt melior: ergo non debet aliquis ad epiſcopatum aſſumi niſi ſit cæteris melior.

Habetur 1.q.1.c. viliſsimum.

¶3 Prẹt. In quolibet genere minora per maiora reguntur, ſicut corporalia regũtur per ſpiritualia, & inferiora per ſuperiora, vt Auguſtinus dicit in 3. de Trinitat *. ſed Epiſcopus aſſumitur ad regimen aliorum: ergo debet eſſe cæteris melior.

ca.4.to.3.

SED CONTRA eſt, quod Decretalis * dicit, quòd ſufficit eligere bonum, neque oportet eligere meliorem.

lib.1.tit.6. ca.7.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa aſſumptionem alicuius ad epiſcopatum, aliquid conſiderandum eſt ex parte eius qui aſſumitur, & aliquid ex parte eius qui aſſumit. Ex parte enim eius qui aſſumit vel eligendo, vel prouidendo, requiritur quòd talem eligat qui fideliter diuina myſteria diſpenſet, quæ quidem diſpenſari debent ad vtilitatem Eccleſiæ: ſecundum illud primę Corinthiorum decimoquarto, Ad ædificationem Eccleſiæ quærite, vt abundetis. Non autem diuina miniſteria hominibus committuntur propter eorum remunerationem, quam expectare debent in futuro. Et ideo ille qui debet aliquem eligere in epiſcopum, vel de eo prouidere, non tenetur aſſumere meliorem ſimpliciter, quod eſt ſecundũ charitatem, ſed meliorem quo ad regimen Eccleſię, qui ſcilicet poſsit Eccleſiam & inſtruere, & defendere, & pacifice gubernare. Vnde contra quoſdam Hieronymus dicit *, quòd quidam non quærunt eos in Eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcunt Eccleſiæ prodeſſe: ſed quos plus ipſi amant, vel quorũ ſunt obſequiis deliniti, vel dediti, vel pro quib⁹ maiorũ quiſpiam rogauerit, & (vt deteriora taceam) qui vt clerici fierent, muneribus impetrarunt. Hoc autem pertinet ad acceptionem perſonarum quæ in talibus eſt graue peccatum. Vnde ſuper illud Iacobi 2. Fratres mei, nolite in perſonarum acceptione, &c. dicit gl. Aug*. Si hanc diſtantiam ſedendi, vel ſtandi ad honores eccleſiaſticos referamus, nõ eſt putandum leue eſſe peccatum in perſona rũ acceptione habere fidẽ Domini gloriæ. Quis enim ferat eligi diuitem ad ſedẽ honoris Eccleſię contempto paupere inſtructiore & ſanctiore? Ex parte autem eius qui aſſumitur, non requiritur quòd reputet ſe aliis meliorem (hoc enĩ eſſet ſuperbũ & præſumptuoſum) ſed ſufficit ꝙ nihil in ſe inueniat, ꝑ quod illicitũ ei reddatur aſſumere prælationis officium. Vnde licet Petrus interrogatus eſſet, an Dominũ plus cęteris diligeret, in ſua reſponſione non ſe ꝑtulit cæteris, ſed ſimpliciter reſpondit, ꝙ Chriſtum amaret.

cap. 1. ad Tit. Ex Epiſt. 29. ad Hiero. de clinando ad finem.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Dominus in Petro ſciebat ex ſuo munere eſſe idoneitatẽ, ẽt quantũ ad alia, gubernandi Eccleſiam. Et ideo eũ de amphori dilectione examinauit, ad oſtendẽdũ, ꝙ vbi alias inuenitur homo idoneus ad eccleſiæ regimẽ, præcipuè attendi debet in ipſo eminentia diuinæ dilectiõis.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ autoritas illa eſt intelligenda quantum ad ſtudiũ illius, qui in dignitate cõſtitutus eſt. Debet enim ad hoc intẽdere vt talem ſe exhibeat, vt cæteros & ſcientia & ſanctitate pręcellat. Vnde Greg. dicit in paſtorali*, Tantum debet actionẽ populi actio tranſcendere Præſulis, quantum diſtare ſolet à grege vita paſtoris. Non autem ſibi imputandum eſt, ſi ante prælationem excellentior non fuit, vt ex hoc debeat viliſsimus reputari.

par. 2.c.1.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut dicitur primæ ad Cor. 12. Diuiſiones gratiarum & miniſtrationum & operationũ ſunt. Vnde nihil prohibet aliquem eſſe magis idoneũ ad officium regiminis, qui tamẽ non excellit in gratia ſanctitatis. Secus autem eſt in regimine naturalis ordinis, in quo id quod eſt ſuperius ordine naturæ, ex hoc ipſo habet maiorem idoneitatem ad hoc, quòd inferiora diſponat.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum Epiſcopus poſsit licite curam epiſcopalem deſerere, vt ad religionem ſe transferat.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd Epiſcopus non poſſit licitè curam epiſcopalem deſerere, vt ad religionem ſe transferat. Nulli enim licet de ſtatu perfectiori ad minus perfectum ſtatum tranſire. Hoc enim eſt retrò aſpicere, quod eſt damnabile, ſecundum Domini ſententiam dicentis, Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retrò, aptus eſt Regno Dei. Sed ſtatus epiſcopalis eſt perfectior quàm ſtatus religionis, vt ſuprà habitum eſt*: ergo ſicut non licet de ſtatu religionis redire ad ſeculum, ita non licet de ſtatu epiſcopali ad religionem tranſire.

Suprà q°. 184. arti. 6. cor. fin. Et infra q.189.ar. 7.cor.

¶2 Præt. Ordo gratiæ eſt decẽtior, quàm ordo naturæ, ſed ſecundum naturam non mouetur idem ad contraria, puta ſi lapis naturaliter deorſum mouetur, non poteſt naturaliter à deorſum redire in ſurſum. Sed ſecundum ordinem gratiæ licet tranſire de ſtatu religionis ad ſtatũ epiſcopalem. ergo non licet econuerſo de ſtatu epiſcopali redire ad ſtatum religionis.

¶3 Prẹt. Nihil in operib. gratię debet eſſe otioſum: ſed ille, qui eſt ſemel in epiſcopum conſecratus, perpetuò retinet epiſcopalem poteſtatem cõferendi ordines & alia huiuſmodi faciendi, quæ ad epiſcopale officium pertinent, quæ quidem poteſtas otioſa remanere videtur in eo, qui curam epiſcopalem dimittit. ergo videtur quòd Epiſcopus non poſsit curam epiſcopalem dimittere, & ad religionem tranſire.

¶SED CONTRA, Nullus cogitur ad id quod eſt ſecundum ſe illicitum. ſed illi qui petunt ceſsionem à cura epiſcopali, ad cedendum compelluntur, vt patet extrà de renunciatione, cap. quidam*. Ergo videtur quòd deſerere curam epiſcopalem, non ſit illicitum.

Lib.1.De cre. tit. 9.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ perfectio epiſcopalis ſtatus in hoc conſiſtit, quòd aliquis ex diuina dilectione ſe obligat ad hoc, quòd ſaluti proximorum inſiſtat. Et ideo tandiu obligatur ad hoc, quòd curam paſtoralem retineat, quandiu poteſt ſubditis ſibi commiſsis proficere ad ſalutem, quam quidem negligere non debet, neque propter diuinæ contemplationis quietem (cùm Apoſtolus propter neceſsitatem ſubditorum etiame à contemplatione futuræ vitæ ſe differri patienter toleraret, ſecundum illud ad Philippenſes primo, Ecce, quid eligam ignoro. Coarctor autem è duobus, deſiderium habens, diſſolui, & eſſe cum Chriſto multò magis melius: permanere autem in carne neceſſarium eſt propter vos, & hoc confidens ſcio, quia manebo) neque propter quæcunque aduerſa vitanda, vel lucra conquirenda, quia ſicut dicitur Ioan. 10. Bonus paſtor ponit animam ſuam pro ouib. ſuis. Contingit tamen quandoq; ꝙ Epiſcopus impeditur procurare ſubditorum ſalutem multipliciter. Quandoq; quidem propter defectum proprium, vel conſciẽtię, ſi ſit homicida, vel ſimoniacus: vel etiam corporis, puta, ſi ſit ſenex, vel infirmus: vel etiam ſcientiæ, quæ ſufficiat ad curam regiminis: vel etiã irregularitatis, puta, ſi ſit bigamus. Quandoque autem propter defectum ſubditorum, in quibus non poteſt proficere. Vnde Greg. dicit in ſecundo Dialogo*. Ibi æquanimiter portãdi ſunt mali, vbi inueniũtur aliqui q adiuuentur boni. Vbi autem omnino fructus de bonis deeſt, fit aliquando de malis labor ſuperuacuus. Vnde ſæpe agitur in animo perfectorum, quòd cùm laborem ſuum ſine fructu eſſe cõſiderant, in loco alio ad laborem cum fructu migrant. Quãdoque autem contingit ex parte aliorum, puta cùm de prælatione alicuius graue ſcandalum ſuſcitatur. Nam vt Apoſtolus dicit primæ ad Corinth. 8. Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Dum tamen ſcandalum non oriatur ex malitia aliquorum volentium fidem, aut iuſtitiam Eccleſiæ conculcare. Propter huiuſmodi enim ſcandalum non eſt cura paſtoralis dimittenda, ſecundum illud Matt. 15. Sinite illos, ſcilicet qui ſcandalizabantur de veritate doctrinæ Chriſti: cæci ſunt, & duces cæcorum. Oportet tamen, quòd ſicut curam regiminis aſſumit aliquis per prouidentiam ſuperioris prælati, ita etiam per eius autoritatem ex cauſis prædictis deſerat ſuſceptam. Vnde extra de renunciatione dicit Innocentius tertius*, Si pennas habeas, quibus ſatagas in ſolitudinem auolare, ita tamen aſtrictæ ſunt nexibus præceptorum, vt liberum non habeas abſque noſtra permiſsione volatum. Soli enim Papæ licet diſpenſare in voto perpetuo, quo quis ſe ad curam ſubditorum aſtrinxit epiſcopatum ſuſcipiens.

Cap.3. Lib.1.De cre.tit.9. cap.10.

¶AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ perfectio religioſorum & epiſcoporum ſecundum diuerſa attenditur. Nam ad perfectionem religionis pertinet ſtudium, quod quis adhibet ad propriam ſalutem. Ad perfectionem autem epiſcopalis ſtatus pertinet adhibere ſtudium ad proximorum ſalutẽ. Et ideo quandiu poteſt eſſe aliquis vtilis proximorum ſaluti, retrocederet, ſi ad ſtatum religionis vellet tranſire, vt ſolũ ſuæ ſaluti inſiſteret, qui ſe obligauit ad hoc quòd nõ ſolum ſuam ſalutẽ,

---

num dubium occurrit, an ſubditus teneatur obedire Prælato mandanti contra conſtitutionem ſeu regulam in iis, in quibus poteſt & vult diſpenſare, puta quòd frangat ieiunium in feria 6. aut aliquid ſimile. Argumentum enim hinc ſumitur, quòd tenetur obedire ex quo aufert vinculum iuris diſpenſando, ſicut præcipienti acceptationem epiſcopatus, & amouenti impedimentum tenetur obedire.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd dupliciter contingit Prælatum mandare aliquid diſpenſando in vinculo conſtitutionis. Vno modo, quia id quod mandat eſt ſecundum ſe conſonum religioni. Sed obuiat huiuſmodi mandato impedimentum aliquod ex vinculo conſtitutionis: in quo tamen Prælatus poteſt diſpenſare. Verbi gratia, Mandat Prælatus alicui, quòd vadat prędicatum, aut quòd diſputet, legat, aut aliquid huiuſmodi cõſonum ſuę religioni faciat. Sed quia eſt feria ſexta, & ille eſt debilis, & non poteſt vtrunque ſimul perficere, ſcilicet ieiunium, & mandatum adimplere: & propterea excuſat ſe fortè ab obedientia: proculdubio tenetur ſubditus obedire Prælato mandanti & diſpenſanti in ieiunio. Nec excuſatur à tranſgreſſione præcepti, eo quòd cõſonum religioni præcipit, nec abutitur poteſtate diſpenſandi. Sed optimè vtitur ea ad ſubtrahendum impedimenta melioris boni. Et hoc optimè probat argumentum ex litera iſta. Si autẽ Prælatus alio modo ſe habet in præcipiendo & diſpẽſando: quia ſcilicet ſolum actum præcipit in quo diſpenſat, puta nihil aliud præcipit quàm vt frangat ieiunium in feria ſexta: non tenetur ſubditus obedire, &c. eo quòd actus iſte qui præcipitur, non eſt propriè religioni conſonans, niſi forte tolerabiliter. Vnde Bernardus, Vota mea Prælatus non minuat ſine neceſſitate.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli nota duo. Primum differentiam in præueniendo ac impediendo obedientiam pręcepti ab homine, & præcepti à iure ſiue diuino, ſiue naturali, ſiue ſcripto facti: quoniã impedire primum præueniendo licet: ſecundum autem non, vt in litera dicitur. Et hoc deſeruiet in multis caſibus. Secundo, quòd qui vouit non acceptare epiſcopatum, quantum eſt ex parte ſui, votum validum facit: & tenetur illud ſeruare. Et niſi compellatur, reus voti violati eſt, acceptando epiſcopatum. Et hoc eſt verum tam in religioſis quàm in ſecularibus, &c.

¶ Super Quæſtionis centeſimæoctuageſimæquintæ Articulum tertium.

IN articulo tertio eiuſdem quæſtionis dubium occurrit circa illud, Diuina miniſteria hominibus non committuntur propter eorum remunerationẽ. Videtur enĩ hoc eſſe falſiſſimum: quoniã & recta ratio & iura clamãt ꝙ bñmeriti de Eccleſia clerici debẽt ab Eccleſia remunerari eccleſiaſticis bñficiis, quæ cõſtat ptinere ad diuina miniſteria, cũ bñficiati miniſtri Dei ſint.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò ꝙ verba ex ratione dicẽdi pẽſanda ſunt. In litera autẽ ratio dicendi eſt differentia inter eſſe meliorem ſimpliciter, hoc eſt ſecũdum charitatẽ: & eſſe meliorẽ ad hoc, id eſt, ad regimẽ Eccleſię. Et volẽs cõcludere Author ꝙ nõ eſt attẽdenda maior bonitas ſimpliciter, vſus eſt dictã propoſitione, ſ. Diuina miniſteria nõ cõmittũtur in remunerationẽ, ꝓculdubio meriti, qđ ex charitate eſt. Nã ſi bñficia eccleſiaſtica diſpẽſanda eſſent in remuneratione meritorũ charitatis, proculdubio quanto aliqs eſſet melior ſecũdũ charitatẽ, magis deberet ſibi dari eccleſiaſticũ regimẽ. Ad hoc igitur excludẽdũ, Author dictã protulit ꝓpoſitionem intelligẽdã de remuneratione meriti ex charitate. In cuius ſignũ ſubiungit, Quã remunerationẽ expectare debẽt ĩ futuro: Et ſic ceſſat obiectio, quę de alio⁹ gñre remunerationis loqtur, ſ. đ remuneratiõe ſeruitiorũ eccleſiaſticorũ. Secũdò dicit', ꝙ loquẽdo ẽt vniuerſaliter de remuneratiõe, ꝙ ĩ diſtributiõe eccleſiaſtici regiminis prĩcipaliter nõ dẽt attẽdi remuneratio, ſiue meriti, ſiue ſeruitiorũ, ſiue quorũcũq; aliorũ bñficiorũ, ſed dẽt prĩcipaliter attẽdi vtilitas eccleſię, ꝓcipuè ſpiritualis. Et ꝓptera licet poſſint Prẹlati & debeãt ſecũdario pẽſare Eccleſiaſtica ſeruitia recepta ab aliquo, nõ tñ adeo ꝙ ꝓpter remunerãdũ illũ poſtponat' magis idone⁹ ad eccleſiaſticũ regimẽ. Sed cęteris parib⁹ põt & dẽt illũ ꝑficere qui eſt magis bñmeritus de Eccl. & hoc tñ eſt ꝙ recta rõ dictat circa diſtributionẽ eccleſia. regiminis, &c.

¶ In eodẽ arti. diligẽter aduerte diſtĩctionẽ in litera poſitã, ſ. qđ cõueniat diſtribuẽti & qđ acceptãti epiſcopatũ. Et menti fige, ꝙ diſtributor tenetur ad cõparatiuã, hoc eſt, ad eligẽdũ meliorẽ ad regimẽ Eccleſiæ. Vbi tria includũtur. Primò ꝙ eligẽdus ſit bon⁹ ſcđm charitatẽ: nullus enĩ peccator eſt eligibilis, & loquor đ peccato mortali. Secũdò, ꝙ ſit bonus, ſeu idoneus ad Eccleſiæ regimẽ ĩ tribus actib⁹ cõſiſtẽs principaliter, q̃ in litera numerant', ſ. inſtructio, defenſio, & pacifica gubernatio. Tertiò, ꝙ ſit magis idone⁹ ad hęc q̃ quũcũq; ali⁹ poſsibilis haberi: alioquin vitiũ acceptiõis pſonarũ eſſet, ſi ille alius poſſibilis haberi melior iſto, ad regimẽ poſtponeret'. Et hoc qđ dixi de diſtributore, intelligẽdũ eſt ẽt de quocũq; ad quẽ ſpectat eligere. Is aũt q eligitur, non tenetur ad comparatiuam. Non enim tenetur ad hoc ꝙ licite acceptet, reputare ſe aliis magis idoneũ ad Eccleſię regimẽ, ſed tenet' ad poſitiuã, ꝙ nullũ ĩ ſe impedimẽtũ inueniat ad plątiõis officium aſſumendum &c. Sunt aũt impedimẽta, vt ĩ ſeq. patet. art. Et habet' extra, de renunciatione. c. Niſi cum pridem, nõ ſolũ irregularitates mortale peccatum & reliqua ſupradicta, ſed etiam ignorantia, & peruerſæ intentiones, fruendi temporaliter potius epiſcopatu quàm etiam ſpiritualiter ſeruire, quod vtinam quotidie non videremus.

¶ In eod. art. in reſponſione ad tertium, nota differentiam inter ordinem naturæ & gratiæ, in litera manifeſtam. Et quia in regimine eccleſiaſtico nõ attenditur ordo naturæ, ſed ordo gratiæ, ideo cõtingit iſta diuerſitas vt minus habens de gratia charitatis, plus habeat de gratia regiminis. Quocirca illi qui extra latitudinem ordinis gratiæ ſunt, nihil habent vnde eccleſiaſtica regimina ſibi debeantur ſecundum diuinæ diſpenſationis ordinẽ, ſecus ſecundum abuſum de quo verba Hierony. in litera habes.

¶ In eodem art. dubium occurrit, An Epiſcopus debeat eſſe doctus, & doctor Theologiæ, an iuris canonici.

¶ Ad hoc quidam dicũt quòd licet priſcis Epiſcopis magis ſcientia Theologica cõueniebat quàm ſcientia Iuris, quia opus erat contra hæreticos Theologiæ gladio procedere, hodie tamen quia magis accidunt quæſtiones ſpectãtes ad i⁹ quàm ad fidem, conuenit magis quòd Epiſcopi ſint in iure periti. Sed hi longè aberrant, tum quia officium epiſcoporum, quod eis in conſecratione imponitur, eſt prædicare: materia autem prædicationis non eſt ius, ſed Euangelium, dicente Domino, Prædicate euangelium, ſub quo ſacra Scriptura cõprehẽditur, quę eſt verè & propriè ſcientia Theologiæ. Nec minus tenẽtur hodie quàm olim epiſcopi ad prædicandum, quia non minus hodie quàm olim eis officium hoc imponitur, quamuis hodie tanta ſit abuſio, quòd non eſt qui faciat ferè vſque ad vnũ. Tum quia magis tenetur epiſcopus ad docendum populum ſeruare ea, quæ ad bonos mores ſpectãt, quę Ieſus Chriſtus mandauit ſeruari, quàm docere homines ſacros canones, quos non ipſe Dominus, ſed homines ediderunt. Conſtat autẽ quòd docere ſeruare mandata dominica, ſpectat ad Theologicam ſcientiam, quam ipſe Dominus Apoſtolis infudit. Et propterea dato quòd hodie ceſſaſſent quęſtiones fidei, maxima tamen neceſſitas eſt doctrina morum, qui ſunt ſecundum Domini mãdata. Et ideo epiſcopi tenentur omni tempore eſſe Theologi iuxta illud Apoſtoli, Quoſdam paſtores & doctores, proculdubio doctrinę duplicis quam Dominus impoſuit Apoſtolis, ſ. fidei & morum, dicens quo ad primam, Prędicate Euangelium: & quo ad ſecundam, Docentes ſeruare quæcunque mandaui vobis.

q.287.artic.7.

¶ Super Quæſtionis centeſimæoctuageſimæquintæ Articulum quartum.

IN artic. 4. eiuſdẽ q. 185. aduerte defectus in litera poſitos, ſumptos ex Decretali Innocentij tertij, extrà, de renunciatione, ca. Niſi cùm pridem. Et caſum ſcandali ibi in genere, hic ſpecificè poſitum, ſ. quòd ſi propter fidem Chriſti, aut Eccleſiæ iuſtitiam violandã ſcandalum contingit (vt accidit ſancto Thomæ Cãtuarienſi) non eſt propter huiuſmodi ſcandalũ cedendum Eccleſię. Et cùm pateat non plus teneri hominem ad cedendum epiſcopatui, quàm ad non ſuſcipiendum, habens in ſe aliquem horum defectuum, tenetur non ſuſcipere oblatum ſibi epiſcopatũ, multo magis quàm teneatur poſt ſuſceptum renuntiare. Quare redeant qui promouentur etiam ſine proprio appetitu, ad ſeipſos, penſent ſi aliquis horum defectuũ occurrit, &c.

¶ Super

sed etiã aliorũ procuraret. Vnde Innocẽtius tertius dicit in decretali p̃dicta*, q facilius indulgetur vt monachus ad p̃sulatũ ascẽdat, quã p̃sul ad monachatũ descẽdat. Sed si salutẽ aliorũ procurare nõ posit, cõueniẽs est vt suæ saluti intẽdat.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd propter nullum impedimẽtum debet homo prętermittere studium suę salutis, quod pertinet ad religionis statum. Potest autem esse aliquod impedimentum procurãdæ salutis alienæ, & ideo monachus potest ad statum episcopatus assumi, in quo etiã suæ salutis curã agere põt. Potest etiam Episcopus, si impedimentum alienæ salutis procurãdæ interueniat, ad religionem transire, & impedimento cessante potest iteratò ad episcopatũ assumi, puta per correctionẽ subditorũ, vel per sedationẽ scãdali, vel per curationẽ infirmitatis, aut depulsã ignorãtia p instructionẽ sufficiẽtẽ, vel ẽt si symoniacè sit p̃motus eo ignorãte, si se ad regularẽ vitã episcopatu dimisso trãstulerit, poterit iteratò ad aliũ episcopatũ promoueri. Si verò aliquis propter culpã sit ab episcopatu depositus, & in monasteriũ detrusus ad pœnitentiã peragẽdã, non potest iteratò ad episcopatũ reuocari. Vnde dicitur 7. q.1. Præcipit sancta synodus, vt quicũq; de pontificali dignitate ad monachorũ vitam & pœnitentiæ descenderit locũ, nequaquam ad pontificatum resurgat.

¶ Ad tertium dicendum, q etiam in reb. naturalib. propter impedimentũ superueniens potentia remanet absq; actu, sicut propter infirmitatẽ oculi cessat act⁹ visionis: & ita etiam non est inconueniẽs si propter impedimentũ superueniẽs potestas episcopalis remaneat absque actu.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum liceat Episcopo propter aliquã persequutionẽ corporalẽ deserere gregẽ sibi cõmissũ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q nõ liceat Episcopo propter aliquã persecutionẽ temporalẽ corporaliter deserere gregẽ sibi comissum. Dicit enim Dominus Ioan. 10. q ille est mercenarius & nõ verè pastor, qui videt lupum venientẽ, & dimittit oues, & fugit. Dicit autẽ Greg. in Homil*. q lupus super oues venit, cũ quilibet iniustus & raptor fideles quosq; atque humiles opprimit. Si ergo propter persecutionẽ alicuius tyranni episcopus gregem sibi cõmissum corporaliter deserat, videtur quòd sit mercenarius & non pastor. *[Opusc. 18. cap. 19. et 20. et Ioã. 10. lect. 3. co. 4. & 1. Cor. 1. lec. 6. co. 1. fi. et 2. Cor. 11. fi. — Hom. 14. in Euangel. inter princi. & med.]*

¶2 Pręt. Prouerb. 6. dicitur, Fili, si spopõderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. Et postea subdit, Discurre, festina, suscita amicum tuum. Quod exponens Greg. in Pastorali*, dicit: Spõdere pro amico est animã alienã in periculo suæ cõuersationis accipere. *[par. 3. c. 5.]* Quisquis autẽ ad viuendũ aliis in exẽplum proponitur: non solum vt ipse vigilet, sed ẽt vt amicũ suscitet, admonet. Sed hoc non potest facere si corporaliter deserat gregẽ. ergo videtur quòd episcopus non debeat causa persecutionis corporaliter suum gregem deserere.

¶3 Præt. Ad perfectionẽ episcopalis status pertinet, q proximis curã impendat: sed nõ licet ei, q est statũ perfectionis professus, vt omnino deserat ea quę sunt perfectionis. ergo videtur quòd non liceat episcopo se corporaliter subtrahere ab executione sui officij, nisi fortè vt operibus perfectionis in monasterio vacet.

¶ SED CONTRA est, q Apostolis, quorũ successores sunt episcopi, mãdauit Dominus Mat. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.

¶ RESPONDEO dicendum, q in qualibet obligatione præcipuè attẽdi debet obligationis finis. Obligãt aũt se episcopi ad exequendũ pastorale officium, propter subditorũ salutẽ. Et ideo vbi subditorũ salus exigit personæ pastoris præsentiã, non debet pastor personaliter suũ gregẽ deserere, neq; p̃pter aliquod cõmodum tẽporale, neque etiã propter aliquod personale periculũ imminẽs, cùm bonus pastor animã suã ponere teneatur pro ouibus suis. Si verò subditorũ saluti posit sufficiẽter in absentia pastoris per alium prouideri, tũc licet pastori vel propter aliquod commodũ ecclesię, vel personæ periculũ, corporaliter gregẽ deserere. Vnde Aug. dicit in epist. ad Honoratũ*, Fugiãt de ciuitate in ciuitatem serui Christi, qñ eorũ quisq; specialiter à p̃secutoribus quæritur, vt ab aliis, q non ita quærũtur, nõ deseratur Ecclesia. *[Epi. 160. non longè à princ.]* Cũ aũt omniũ est cõmune periculũ, ii q aliis indigẽt, non deserãtur ab iis q bus indigẽt. Si enim p̃niciosum est, nautã in trãquillitate nauem deserere, quãtò magis in fluctib. vt dicit Nic. papa, & habetur 7. q.1.* *[ca. Scisci. taris.]*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q ille tanquã mercenarius fugit q cõmodum temporale, vel etiã salutẽ corporalẽ spirituali saluti proximorũ præponit. Vnde Grego. dicit in Homil. *[Hom. 14. in Euãg. circa medium.]* Stare in periculo ouiũ non potest, qui in eo q ouib. præest, non oues diligit, sed lucrũ terrenum quærit. Et ideo opponere se contra periculũ, trepidat, ne hoc qd̃ diligit amittat. Ille autem qui ad euitandum periculum recedit absque detrimento gregis, non tanquam mercenarius fugit.

¶ Ad secundũ dicendum, q ille q spõdet pro aliquo, si p se implere non posit, sufficit vt per aliũ impleat. Vnde Prælatus si habet impedimentũ, p̃pter quod posit personaliter curę subditorũ intẽdere, suę spõsioni satisfacit, si per aliũ p̃uideat.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd ille qui ad episcopatum assumitur, assumit statũ perfectionis, secundũ aliquod perfectionis genus, à quo si impediatur, ad aliud genus perfectionis non tenetur, vt s. necesse sit eum ad statum religionis transire. Imminet tamen sibi necessitas vt animũ retineat intendendi proximorũ saluti, si opportunitas adsit, & necessitas requirat.

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæquintæ Articulum quintum.

IN artic. 5. eiusdem quæstionis dubium occurrit de residentia episcoporũ in suis ecclesiis, an scilicet teneantur sub peccati mortalis vinculo ad residẽdũ in suis Ecclesiis. Et est ratio dubij, quoniam vtraque pars quæstionis habet pro se argumenta. Quòd enim non sit peccatum mortale, probatur ex hoc, quia aut hoc esset ex iure positiuo, & tũc hoc esset p accidens, scilicet malum quia prohibitũ, quod est exire propositum, cùm ius positiuũ cõtraria tollatur consuetudine. *[Loco cit.]* Aut ex diuino seu morali iure: & hoc non, tum quia cõstat in pluribus casib. licitum esse non residere: tũ quia necessitas ista non nisi ex fine esset, s. salute animarum curãda. Quãdo ergo Episcopus per alium sufficienter vel etiã sufficientius curam gerit animarum quàm per se, non tenetur residere, etiam si nulla necessitas, nulla Ecclesię commoditas ad extrà manendum inducat, &c. tum quia infinitorum episcoporum consuetudo videtur non residendi, nisi fortè ad breue tempus, in Ecclesiis suis: sed curias sequũtur multi, nec putant se reos qui bonos habent vicarios. Valde quoque durum & absurdum esset damnare tot prælatos, quos Ecclesia non reprehendit sed honorificè sic morientes tumulat. Præterea, Aut Episcopus tenetur ad residentiam tantum, aut ad opus tñ, aut ad residendum & opus simul. Non ad residentiã tantùm, quia vanum esset. Non ad opus tantum, quia sic posset per alium supplere & non residere. Nec ad vtrunque simul, tum quoniam quædam diœceses sunt ita magnę, vt impossibile videatur episcopum posse personaliter omnia persoluere (Cõstat autem nullum teneri ex diuino aut ecclesiastico præcepto, ad impossibile) tum quia aliqui episcopi sunt illustris generis, quos non decet ad huiusmodi ministeria personaliter descendere continuè, &c. In oppositum autem est, quia pastor nec nomen pastoris meretur, si non personaliter attendat suo gregi. Non enim quilibet ouium dominus, sed ille tantum qui pascit suas, vocatur pastor. Alioquin Principes habentes multos ouium greges, quos per alios pascunt, pastores ouium essent, quod est falsum. Episcopus autem est verè pastor, iuxta verbum Domini ad Petrum, Pasce oues meas.

¶ Ad hoc dicitur quòd episcopus tenetur ex præcepto diuini iuris ad residendum personaliter in suo episcopatu. Ad cuius euidentiam tria agenda sunt. Primò, monstrabitur quòd hoc cadit sub præcepto diuino. Secundo, ex qualitate præcepti reddetur rõ contingentium. Tertio, satisfiet obiectis. Quo ad primũ, Ad illud tenetur episcopus sub præcepto diuino, quod necessariũ est ad finẽ episcopi, qui est cura animarũ: sed residẽtia episcopi est necessaria ad curã animarũ, ergo episcopus tenetur sub diuino præcepto ad personaliter residendum in suo episcopatu. Maior propositio est per se nota, & patet inductiuè. Constat nanque q oĩs qui simpliciter tenetur ad aliquid agendũ, tenetur ad medium necessarium ad illã actionẽ. Dixi autẽ simpliciter, ad differentiã eorũ qui tenentur ex suppositione. V.g. Famulus tenetur ad sequendũ dñm, si prouidetur ei de equo & expensis. Milites aliqui tenentur ad pugnandum, si prouidetur eis de armis, &c. Episcopus autẽ non ex suppositione, sed absolutè & simpliciter tenetur ad curã animarum. Et propterea tenetur ad medium sibi possibile necessarium ad curã animarum. Nec solũ tenetur, sed eadẽ necessitate qua tenetur ad finẽ, tenetur ad medium, ex quo medium est ita necessarium, quòd sine illo non potest finem consequi. Et quia constat quòd de necessitate præcepti diuini iuris tenetur episcopus ad curã animarũ, consequens est quòd etiam de necessitate præcepti teneatur ad medium necessarium ad curam animarum. Et sic patet maior. Minor autem, s. Residẽtia personalis episcopi est necessaria ad curã animarum, probatur. Episcopus tenetur ad curã animarum mediantibus his actib. personalibus, s. doctrina, ministratione sacramentorũ, consecrationib. visitatione, custodia, ac diligentia. ergo residẽtia personalis Episcopi est necessaria ad curam animarum. Consequentia ista est clarissima. Antecedens quo ad singulas eius partes probatur. Quo ad doctrinam patet ex autoritate Apostoli, Oportet episcopum esse doctorem. Et non dicit: oportet Episcopum habere doctorẽ. Et in ordinatione Episcopi dicitur. Vade prædica populo Dei. Et non dicitur. Mitte ad prædicandum. Quo ad ministrationem sacramẽtorum patet ex eo, quòd tenetur ad ministrãdum populo sacramẽta quæ solus Episcopus potest ministrare, vt sunt sacramenta confirmationis & ordinationis. Quo ad cõsecrationem patet, quòd consecratio Ecclesiarum, calicum, altarium, ac virginum, cõfectio chrismatis, benedictio olei sancti, corporalium, & reliquorum requisitorum ad vestiendum sacerdotem, ac ornandum altare, ad solum episcopum spectãt. Quo ad visitationẽ, custodiã, ac vigilantiam, patet ex eo, quòd nisi ad hæc personaliter teneretur, nõ esset ipse pastor custodiẽs gregẽ, & vigilãs super eo, ac visitans singulas oues, vt cuique tribuat quod conuenit. Sed vt dictum est, esset dominus ouiũ habẽs pastorem ouium, illũ, s. mercenariũ, cui cõmittit q vigilet, custodiat, & visitet. Et tamen liquido cõstat episcopos esse pastores ouium Christi, & ad illos spectant actus sex, Ezech. capit. 34. à Domino expressi, s. consolidare infirmum, sanare ægrotum, alligare confractum, reducere abiectum, requirere perditum, custodire pinguę ac forte. Ad illos denique in Petro dictũ est, Pasce, nõ pascere fac oues meas. Nec obstat huic rationi, si dicatur quòd episcopi exercent hæc per episcopos pauperes, quia quilibet episcopus tenetur ad hæc omnia in sua diœcesi, ac per hoc inconpossibilia sunt hæc duo simul, s. quòd quilibet episcop⁹ exerceat hæc in sua diœcesi per se vel alium epm, & q oĩb. diœcesib. fiat satis, nisi vnus episcopus sit simul in diuersis locis, puta feria quinta in cœna Domini ad cõficiẽdum chrisma. Abusionis quidem est detestabilis q pauper Episcopus relicta sua Ecclesia, alteri seruiat. Nec etiam obstat si dicatur, q per Episcopos titulares supplentur hi defectus, quoniam per accidẽs est q inueniãtur Episcopi titulares, ex hoc. s. accidẽte, quia Ecclesiæ aliquæ sunt in manib. infideliũ, vel destructæ. Quod autẽ est per accidens, ab arte relinquitur, nec infirmat rationẽ per se solidam. Restat igitur ratione firmatum, q per se loquẽdo, q libet Episcopus tenetur ex diuini iuris p̃cepto residere personaliter in suo epatu. Hæc de primo.

¶ Quoad scdm q a p̃ceptũ de residẽtia est affirmatiuũ: p̃cepta aũt affirmatiua licet sẽper obligẽt, nõ tñ obligãt ad sẽper, sed p loco & tẽpore: ideo vidẽdũ est p quo tẽpore obliget. Nã de loco nulla est quæstio, quia ad certũ locũ obligat s. p̃priæ diœcesis. Quãuis igitur tps p quo obligat, affirmatiuũ præceptũ sit, illud tñ in quo oportet affirmationẽ ponere in exercitio, oportet diligẽter cõsiderare, qñ opus est actũ episcopalẽ ponere in exercitio. Sunt aũt triplicis differẽtiæ episcopales actus. Nã quidã exigũt certũ & determinatum tẽpus, vt collatio ordinũ, & cõfectio chrismatis, vt patet. Et rõne horũ sufficeret q eps resideret p tunc, qñ exercere oportet hos actus. Quidã vero sunt indeterminati tẽporis, sed nõ frequẽter occurrũt, vt cõsecrationes, & benedictiones. Et rõe horũ sufficeret epm residere, ita q Ecclesia nõ pateretur defectus istorũ. Quidã aũt sunt tpis indeterminati & frequẽtis, ita q nullũ tempus est exceptũ in quo non facile & sæpe occurrat horũ necessitas, vt est actus pascendi Christi gregẽ: oportet nãq; pastoralib. actib. ita assiduũ pastorẽ esse, vt quasi cõtinuè pascat oues. Scriptũ est em, Qui præest, in solicitudine. Et rursus, Solicitudo mea omniũ ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur, & ego non vror? A pastore quoq; exiguntur illi actus supradicti in Ezechiele, quos aut cõtinuũ, aut frequẽs valde tẽpus exigere constat. Et rõe eorũ tenetur eps continuè in episcopatu residere, quoniã tanta tẽporis frequentia continuã exigit residẽtiam, tũ ex frequentia exercitij actuũ hmõi, tum ex præpalatione ad istos actus. Nam licet oẽ tẽpus non occupetur in exercitatione actus pastoralis, nullũ tamen tẽpus est exẽptum in quo non oporteat epm esse paratum ad exercitationem actus pastoralis, & quia actus pascendi est principalis actus epi, iuxta verbum Domini ad vniuersalis ecclesiæ epm, Pasce oues meas. & ex principali actu iudicium sumendum est, ideo per se loquendo eps tenetur sub præcepto ad continuã residentiã in suo episcopatu, ita q hoc præceptũ affirmatiuum ex natura rei pręceptæ, sicut habet locum determinatũ, s. p̃priã diœcesim, ita habet tẽpus determinatũ, s. assiduè, & sic licet præcepta affirmatiua formaliter obligẽt sẽper, sed nõ ad sẽper, sed p loco & tempore quo oportet, & in hoc differant formaliter à negatiuis, hoc tñ præceptũ gratia materiæ obligat ad semper seu assiduè, quod est quasi semper & ad certũ locũ Et qm̃ obligatio ista ad sẽper ex parte materiæ est, & materia ipsa mutabilitati subiecta est, idcirco cõtingit absque violatione præcepti epm nõ semper residere. Quæcunq; em ita se habent ad huius pręcepti materiã, q secundũ rectæ iudiciũ rõis absoluunt illã à vinculo necessariæ continuitatis, excusant epm ab obligatione ad residendum pro tunc. Sunt autẽ quæ ab hmõi vinculo absoluunt & excusant, tria, necessitas impedimenti, qualitas negotij. & cõditio personæ, & impedimentũ quidẽ inuenitur dupliciter, s. ab extrinseco vel intrinseco. Si enim extrinseca persequutio vel infidelium vel principis Christiani, cogit epm exulare vel recedere, vt contingit B. Ioanni Euangelistæ, & B. Thomæ Cãtuariẽsi, licitè eps subtrahit propriã pręsentiã gregi suo, & in hmõi persecutionib. seruãda vniuersaliter est regula in litera tradita, distinguẽdo, s. qñ expedit ecclesiæ præsentia personalis epi, etiã si corporis vita auferenda credatur à Tyranno, qm̃ bonus pastor ponit animam suã p ouibus suis, & qñ expedit ecclesiæ vt vita vel libertas personæ epi conseruetur: ex ecclesiæ siquidẽ bono sumẽda est rõ præsentiæ, aut absentiæ. Impedimẽtũ autẽ intrinsecum, quod ex corporea procedit infirmitate, absolutè loquendo excusat à residentia, puta, si oportet mutare aerẽ ad recuperandã sanitatẽ, vel ire ad balnea, & huiusmodi. In casu tamẽ imminẽtis periculi Ecclesiæ suæ, cui sua obuiaret præsentia, teneretur sustinere ægritudinẽ etiã vsque ad mortẽ inclusiuè, iuxta verba Domini, Bonus pastor animã suam ponit pro ouibus suis, &c. Negotiũ verò excusans à residẽtia licet multiplex valde sit, ad triplex tamen genus reducitur, sicut Ecclesia ipsa ex cuius bono ratio residentiæ sumitur, tripliciter se habet. Nã ad aliquid se habet vt totũ ad partem: ad aliquid verò vt pars ad totum: ad aliquid autẽ vt pars ad cõpartẽ. Verbi gratia, Ecclesia Caietana habet se ad singulos actus sibi debitos, puta, visitari, doceri, defendi, & huiusmodi, vt totũ ad partes. Habet autem se ad vniuersalẽ Ecclesiam vt pars ad totum, ad alias verò Ecclesias, vt pars ad compartes. Quãdo igitur negotium exigens absentiam Episcopi, se habet ad ipsam suã Ecclesiam vt pars ad totum, puta, quia imminet defensio Ecclesiæ, ob quã oportet Episcopum ad remotiores partes se transferre, tũc liquet episcopum excusari à residentia. Et ratio est, quia ipse tenetur suæ Ecclesiæ exhibere nõ solũ alios actus, sed etiã istũ, qui est defendere vel procurare bonũ eius. Et propterea licitè ob suæ Ecclesiæ bonũ subtrahit corporalẽ præsentiã. Et ad hoc membrũ directè respicit quod in litera dicitur, q propter aliquod cõmodum Ecclesiæ episcopus potest se absentare. Cùm verò negotiũ exigẽs epi absentiã ad vniuersalis Ecclesiæ bonũ spectat, clarum quoq; est licitè epm se absentare à sua Ecclesia. Et rõ est, quia bonũ partis ordinatur ad bonũ totius vt finem, & debet pars exponi pro totius bono, & si oportet etiã detrimentum pati, vt patet cùm inciditur quandoq; manus vt saluetur persona. Vnde Ecclesia particularis tenetur pro bono vniuersalis Ecclesiæ suũ exponere pastorẽ, & dãnum etiã pati suæ absentiæ. Est tamen hic opus distinctione, an negotiũ huiusmodi vniuersalis Ecclesiæ sit necessariò exigens episcopum vel non. Nam si negotiũ necessariò exigit episcopum, vt ire ad Concilium generale vel ad synodũ prouincialẽ, quæ etiã se habet ad ecclesiã episcopalẽ vt totum ad partẽ, constat q rationabilis est absentia. Sed si negotiũ vniuersalis Ecclesiæ non necessariò exigit Episcopum, puta quia persona Episcopi habet officiũ quo oportet ipsum vniuersalis Ecclesiæ seruitio perpetuo personaliter Romę deseruire. Verbi gratia, quia est secretarius sedis Apostolicæ, vel auditor Rotæ aut hm̃oi, nõ ex hoc excusatur à residẽtia quo ad Deum. Et ratio diuersitatis est, quia partes dupliciter ordinãtur ab bonum totius. Primò, absolutè, & scdm naturalẽ statum ordinantur ad bonum totius, sicut manus, pedes & cætera mẽbra hominis, absolute quidẽ ordinantur secundum suos naturales status ad bonum hominis, cuius sunt partes. In casu autem quo totius bonum periclitatur, partes etiã perdendo naturales suos status, ordinãtur ad bonum totius. Secluso autem casu necessitatis seu periculi totius, natura totius non requirit defectum in parte aliqua, sed nititur singulas partes saluare in suis naturalibus statibus. Sic autem proportionaliter oportet fieri in toto & partibus ecclesiasticæ politiæ secundum rectam rationem, ita quòd quælibet particularis Ecclesia ordinatur ad vniuersalis Ecclesiæ bonum & seruitium, absolutè quidem salua cuiusq; Ecclesiæ perfectione, in casu autem necessitatis ordinatur ad bonũ vniuersalis Ecclesiæ, etiam cum sui detrimẽto. Et quia seruitia quædam, vt ire ad synodum, sunt manifestè in art. necessitatis Ecclesię vniuersalis vel prouincialis, seruitia autem quæ Romæ in huiusmodi officiis exhibentur, nulla necessitate communiter exigunt quòd episcopi incumbãt talibus officiis, sed sunt tales in Ecclesia Dei velut monstra in natura, ideo non excusantur à residentia. Et si instetur q residentes in Ecclesia communi, qualis est Romana, cẽsentur vbique residere, respondetur q si hoc est verum fictione positiui iuris, qd̃ Iuristis relinquo: non tamen est verum quo ad Deum, quia secundum veritatẽ alius est finis proprius curæ Ecclesiæ cõmunis, & alius est finis proprius curæ Ecclesiæ particularis, ac per hoc aliud est incũbere curæ communis Ecclesiæ, & aliud est incũbere curæ particularis Ecclesiæ. Et eadem ratione aliud est residere in cura particularis Ecclesiæ, & aliud est residere in cura communis Ecclesiæ. Et si rursus instetur, q Cardinalis Romanæ Ecclesiæ de iure põt esse Episcopus alicuius particularis Ecclesię, etiã remotissimæ ab vrbe, ac per hoc excusatur à perpetua residẽtia in sua particulari ecclesia, ex hoc q residet Romæ, vacãdo curæ vniuersalis Ecclesiæ, respondetur dupliciter. Primò, iuxta illorũ opinionẽ qui tenent Cardinalẽ non episcopũ, posse nõ solũ retinere episcopatum prius habitũ, sed etiã posse eligi in Episcopũ, q hoc non conuenit Cardinali ex hoc q perpetuæ seruituti vniuersalis Ecclesiæ est addict⁹, sed ex hoc quòd præsumitur, q a sic debet esse q Cardinales sint flores orbis electi ex vniuersa Ecclesia, vt viri excellentissimi in vita & doctrina, ita vt meritò ad vniuersalis ecclesiæ non qualecunq; seruitiũ, sed hoc maxime, scilicet curam, sint assumpti. De talibus autẽ viris rationabiliter præsumitur quòd non minus benè pascẽt particulares ecclesias suas absentes, quàm alij præsentes. Et idcirco nõ ex hoc capite solo, hoc est ex negotio vniuersalis Ecclesiæ, sed ex alio adiuncto cap. postmodũ tractãdo, s. cõditione personę, excusat Cardinalis à residẽtia in suo episcopatu, etiã quo ad Deũ. Vtrunq; aũt caput clauditur in hoc quòd dicitur Cardinalis Romanæ ecclesiæ, quia incũbit perpetuò curæ vniuersalis Ecclesiæ & præsumitur de iure. vnus ex primis sapientibus orbis ad regendũ ac pascendũ Ecclesiã Dei. Secũdò, iuxta doctrinã iuris cõmunis editi ab Innocentio tertio extrà de postula. ca. bonæ memoriæ: & primo, q falsum assumitur, s. quòd Cardinalis de iure potest esse episcopus cuiuscunq; Ecclesię quantũcunque remotę, quoniam, vt in dicta patet decretali, propter impossibilitatẽ residendi in vtraq; Ecclesia Romana, s. & Rauennate, præfertur vtilitas vniuersalis Ecclesiæ, vt Cardinalis præsens sit Romæ, & nõ admittitur postulatio ipsius ad archiepiscopatum Ecclesię Rauennatis. Et quia textus clarus est, & rationi innititur sanctæ, ideo dicendũ videtur quòd cardinalatus & episcopatus sint de numero incõpatibilium de iure, vt Panormita. etiam ibidem sentit, quicquid sit de cõsuetudine, si tamen consuetudo & non potius abusio appellanda est. Cùm autem negotium ad bonũ alterius particularis Ecclesiæ vel personæ ordinatum, exigit absentiam episcopi, cõtingit licitè & illicitè episcopum abesse. Nam cùm quælibet particularis Ecclesia se habeat ad aliam particularem tã Ecclesiã quàm personam, vt pars ad cõpartem, eo q sumus omnes vnum corpus in Christo, singuli autẽ alter alterius mẽbra, potest & debet illã illam adiuuare. Dupliciter tamen vnum membrũ ordinatur ad bonũ alterius tã in naturalibus, quàm in politicis, s. absolutè vel in casu. Et absolutè quidem quodlibet membrũ saluo suo naturali statu cõfert alteri, sicut oculus videt sibi & pedibus ac manibus: & similiter pedes ambulant sibi & oculis, & sic de aliis. Et similiter quælibet ecclesia ac persona in sua perfectione cõsistens, & sibi & cuilibet prodest. Scriptũ est enim in symbolo, Sanctorũ cõmunionem. In casu autem necessitatis, videmus naturã membrorũ quidẽ minus necessarium pro magis necessario exponere. vt pedem pro capite, sed non econtra. Et rursus videmus q pro maiori necessitate membri minus opportuni, natura abhorret aliquid detrimenti sustinere in membro magis nobili & necessario, vt patet quãdo ne perdamus pedẽ, sustinemus læsionem aliqualẽ in capite, puta cauterium. Quocirca cùm officiũ episcopi præcipuè circa spiritualia versetur, & spirituale est magis necessarium ecclesiæ quàm tẽporale, non licitè episcopus propter temporale negotium alterius personę vel ecclesiæ priuaret ecclesiam suam spirituali pastu, ad quem personę suæ præsentia tenetur. Sed econtra optime faceret, si in temporalib. damnum sustineret suæ ecclesiæ vel alteri in spiritualibus subueniret. Similiter cùm vnum spirituale sit magis bonum necessariũ quàm aliud, puta, negotiũ fidei vel pacis, quàm ministratio sacramentorum, & huiusmodi, laudabiliter Episcopus pro negotio fidei vel pacis, in aliena moratur ecclesia. Et hac ratione episcopi licitè sunt legati ad pacem inter reges Christianos componendam. Si enim cuiusquã, inquit Amb. officium est pacem facere, sacerdotis maximè officiũ est. Quod autem legati erant promiscuè ad temporalia negotia, abusionis est. Scriptũ est enim, Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Posset quoque tãta necessitas alteri ecclesiæ vel personę in minus bono spirituali aut temporali imminere, vt laudabiliter ecclesia eligeret sustinere aliqd̃ detrimẽtum in seipsa per subtractionem sui pastoris ad tẽpus, vt tantæ alterius necessitati subueniret. Prudentiæ autem humanæ relinquitur pensanda quantitas alienæ necessitatis, cum quantitate damni spiritualis, præcipuè ecclesiæ propriæ. Si enim bona fide prudẽs propter aliquod pietatis opus ecclesiã suam ad tempus corporaliter deserit, etiã si minus rectè iudicaret, non imputaretur ei ad culpam mortalem ab eo qui intuetur, quòd cogitationes mortaliũ sunt timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Conditio autẽ personæ excusans Episcopũ à personali residentia, est vnica, quando s. persona talis est, vt melius aut saltem æquè bene pascatur Ecclesia à tali persona absente, quàm pasceretur ab alio præsente. Ob hanc rationem sunt sex Episcopi vicini Romanæ ecclesiæ, habentes Romæ residentiam, quia sunt Episcopatus cardinales. Ob hanc quoque rationẽ posset vnus plures Ecclesias habere, deficientibus aliis idoneis, & excusaretur à iugi residentia in vna. Ob hanc quoque rationem, secundũ quorundã opinionem, vt dictum est, concedunt iura vt Cardinalis Romanæ Ecclesię possit eligi in episcopum alicuius particularis ecclesiæ. Et quia excusatio ex isto capite est per accidens, per accidentem. s. penuriam pastorum bonorum, ideo non est mirum, si per accidens in huiusmodi casu oportet per aliquem particularem episcopum aut vicarium supplere opportunos actus qui personalem præsentiam in ecclesia exigunt. Quòd autem hæc quæ de personali residentia diximus, ita se habeant, ex ipso etiam iure scripto de clericis non residentibus satis patet, quia priuandi sunt non residentes absque ratione & rationabili causa: ex regulis quoque Gregorij in Pastorali, quas personalem exigere industriam ac probitatem patet, constare quoque potest, & ex articulo hoc huius quæstionis patet hanc esse Autoris doctrinam, vbi nec persecutionis tempore concedit licitam esse absentiã pastoris, nisi in casu. Quanto ergo magis absque persecutione illicita est & perniciosa absentia pastoris sinę

Universidad de Deusto Biblioteca

rationabili cauſa? Hæc de ſecundo.

¶ Quo ad tertium, reſpondendo obiectis dicitur ad primũ, ꝙ obligatio epiſcopi ad reſidendũ in ſua Eccleſia, eſt ex præcepto diuini iuris, vt monſtratum eſt. Et ad primã obiectionem in oppoſitũ dicitur, ꝙ quia pręceptũ hoc eſt affirmatiuũ, ideo nihil illi obſtat, ꝙ in multis caſibus cõtingit licitè nõ reſidere.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum liceat Epiſcopo aliquid proprium habere.

Infra qõ. 186. art.3 ad 5. Et opuſc. 18. ca.17. & 18.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd epiſcopo non liceat aliquid propriũ poſſidere. Dominus enim dicit Matt. 18. Si vis pfectus eſſe, vade, & vẽde omnia quæ habes, & da pauperib⁹, & veni, & ſequere me. Ex quo videt, ꝙ voluntaria paupertas ad perfectionẽ requiratur: ſed epiſcopi aſſumuntur ad ſtatum perfectionis. ergo videtur quòd non liceat eis proprium poſſidere.

¶ 2 Præterea, Epiſcopi in eccleſia tenent locum Apoſtolorũ, vt dicit gl*. Lucæ 10. Sed Apoſtolis Dominus præcepit vt nihil propriũ poſſiderent, ſecundum illud Matt. 10. Nolite poſſidere aurũ, neq; argentũ, neq; pecuniã in zonis veſtris. Vnde & Petrus pro ſe & pro aliis dicit, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, Matt. 19. Ergo videtur quòd Epiſcopi teneantur ad huiuſmodi mandati obſeruantiam, vt nihil proprium poſſideant.

Eſt Bedæ to.2.

¶ 3 Præterea, Hieronymus dicit ad Nepotianũ*, Cleros Grecè, Latinè ſors appellatur propter quod clerici dicũtur, quia de ſorte Domini ſunt, vel quia ipſe Dominus ſors, id eſt pars clericorũ eſt. Qui autem Dominum poſſidet, nihil extra Deum habere poteſt. Si autem aurum, ſi argentũ, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem habet, cum iſtis partibus non dignatur Dominus fieri pars eius. Ergo videtur quòd non ſolum epiſcopi, ſed etiam clerici debeant proprio carere.

tom.1. & refertur 12. q.1. c. Clericus.

¶ SED CONTRA eſt, quod dicitur 10. quæſt.1. Epiſcopus de rebus propriis, vel acquiſitis, vel quicquid de proprio habet, hæredibus ſuis derelinquat.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd ad ea, quæ ſunt ſupererogationis, nullus tenetur, niſi ſe ſpecialiter ad illud voto aſtringat. Vnde Auguſtin⁹ dicit in epiſtola ad Paulinã & Armentariũ*, Quia iã vouiſti, iã te obſtrinxiſti, aliud tibi facere nõ licet. Priuſquàm eſſes voti reus, liberum fuit, ꝙ eſſes inferior. Manifeſtũ eſt autẽ, quòd viuere abſq; proprio, ſupererogationis eſt. Non enim cadit ſub præcepto, ſed ſub cõſilio. Vnde Mat. 19. cũ dixiſſet Dominus adoleſcẽti, Si vis ad vitã ingredi ſeruata mãdata, poſtea ſuperaddendo ſubdidit, Si vis pfectus eſſe, vade, & vẽde oĩa quę habes, & da pauperibus. Non autẽ epiſcopi in ſua ordinatione ad hoc ſe obligãt vt abſq; proprio viuãt, neq; etiã viuere abſq; ꝓprio ex neceſſitate requiritur ad paſtorale officiũ, ad quod ſe obligant. Et ideo non tenentur epiſcopi ad hoc, quòd ſine proprio viuant.

Epiſt. 45. to.2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut ſupra habitũ eſt*, perfectio Chriſtianę vitę nõ cõſiſtit eſſentialiter in voluntaria paupertate: ſed volũtaria paupertas inſtrumẽtaliter operatur ad pfectionẽ vitæ. Vnde non oportet, ꝙ vbi maior paupertas eſt, ibi ſit maior perfectio: quinimò poteſt eſſe ſumma perfectio cum magna opulentia. Nam Abraham, cui dictum eſt Gene. 17. Ambula coram me, & eſto perfectus, legitur fuiſſe diues.

qõ. 184. art.3.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ verba illa Domini poſſunt tripliciter intelligi. Vno modo myſticè, vt nõ poſſideamus neq; aurũ neque argentũ, id eſt, vt prædicatores non innitãtur principaliter ſapientiæ & eloquẽtiæ tẽporali vt Hier. exponit*. Alio mõ, ſicut Auguſtinus exponit in libro de Cõſenſu Euãgeli*. vt intelligatur hoc Dominũ non præcipiẽdo, ſed magis permittẽdo dixiſſe. Permiſit enim eis vt abſq; auro & argẽto & aliis ſumptib⁹ ad prędicandũ irent, accepturi ſumpt⁹ vitæ ab his quibus prædicabant. Vnde ſubdit, Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Ita tamẽ ꝙ ſi aliquis ꝓpriis ſumptibus vteretur in prędicatione Euãgelij, ad ſupererogationẽ ptineret, ſicut Paulus de ſeipſo dicit primæ ad Corint. 9. Tertio mõ ſecundum qđ Chryſ*. exponit, vt intelligatur illa Dominũ præcepiſſe diſcipulis, quantũ ad illã miſſionẽ, qua mittebãtur ad prædicandũ Iudęis, vt per hoc excitarẽtur ad cõfitendũ de virtute ipſius, qui eis abſque ſumptibus prouideret. Ex quo tamen non obligãtur ipſi vel ſucceſſores eorũ, vt abſq; propriis ſumptibus Euangelium prędicarent. Nã & de Paulo legitur 2. ad Corint. 11. quòd ab aliis Eccleſiis ſtipendiũ accipiebat ad prædicãdum Corinthiis, & ſic patet ꝙ aliqd poſſidebat, ab aliis ſibi miſſum. Stultũ aũt videtur dicere, quòd tot ſancti Pontifices, ſicut Athanaſius, Ambroſius & Auguſtinus illa præcepta tranſgreſſi fuiſſent, ſi ad ea ſeruanda ſe crederent obligari.

In cõment in eũ locũ. — * Lib.2. ca. 30. — Hom. de Priſca & Aquila.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ omnis pars eſt minor toto. Ille ergo cũ Deo alias partes habet, cuius ſtudiũ diminuit circa ea quę ſunt Dei, dũ intẽdit his quæ ſunt mundi. Sic aũt nõ debẽt nec epĩ nec clerici propriũ poſſidere, vt dũ curãt ꝓpria, defectũ faciãt in iis quæ ptinẽt ad cultũ diuinũ.

¶ Ad ſecundũ verò dicitur, ꝙ nec illa cõparatiua, ſ. ſufficiẽtius per aliũ quàm per ſe epiſcopus regit, excuſat ipſum à reſidentia, quia licet verũ ſit quòd ſufficientius per alium quàm per ſe epiſcopus regat, non tamen ex hoc habetur quòd ſufficiẽter regat. Quilibet enim malus rector ſufficientius per aliũ bonum quàm per ſe regit, & tamen ſtat quòd nec ille alius ſufficienter regat. Nec illa poſitiua. ſ. ſufficiẽter per aliũ regit, excuſat ipſum à reſidentia, quoniã licet per hoc ſufficienter ſit prouiſum epiſcopatui ex parte Eccleſiæ, non tamen ſufficiẽter ex parte epiſcopi, quia non ſolũ tenetur ad prouidendũ eccleſiis, ſed tenetur ad perſonaliter paſcẽdum eccleſiã, vt monſtratũ eſt. In debitis autẽ perſonalibus nõ abſoluitur debitor ſi per aliũ facit. Verbi gratia, ſacerdos ſi diuinũ officiũ faciat p aliquẽ deuotũ ac ſanctũ clericum pro ſe dici, ſufficiẽter ſatisfacit illis, pro quib. tenetur orare, ſed non propterea excuſatur à dicẽdo officium, quia eſt debitũ perſonale. Et ſimiliter accidit in propoſito. Vnde cùm dicitur. Si reſidentia ſub præcepto caderet, hoc eſſet ex neceſſitate finis, qui eſt ſalus animarũ, cõceditur, & dicitur ꝙ ſalus animarũ neceſſitat paſtorem ſuum ad perſonale debitũ, hoc eſt perſonalẽ curam animarũ, & cùm dicitur Salus animarũ poteſt procurari abſq; perſonali epiſcopi cura. ergo non neceſſitat ipſum ad perſonalẽ curam, reſpondetur quòd quia in moralibus non attenditur poſſibile ſecundũ potentiam logicã, hoc eſt quòd non implicat contradictoria, ſed ſecundũ potentiã moralẽ officiorũ. Cõſtat aũt ex Domini ſententia ꝙ mercenarij officiũ non ſe extẽdit ad id qđ præcipuum eſt in paſtore, ſ. amorẽ ouiũ ſuarum non alienarũ. Et propterea dicitur, quòd per ſe loquendo, ſalus animarũ ita neceſſitat paſtorem ad perſonalẽ curam, quòd regulariter non poteſt ſine ipſius perſonali cura Epiſcopi haberi, quamuis per accidens cõtingere fortè hoc poſſit. Sed quod eſt per accidens, non variat naturam moralium vinculorum. Et propterea non excuſatur Epiſcopus à perſonali reſidentia, ex hoc quòd per optimum vicarium prouidet eccleſiæ.

¶ Ad tertiũ dicitur, quòd non conſuetudo, ſed abuſus eſt tot epiſcoporum non reſidentiuum & ſequentiũ curias. Et quia vnuſquiſque præſumitur pœnitens in fine vitæ ſuæ, quando cũ ſanctæ eccleſiæ communione recedit, ideo nihil honoris reſidentium tumulis eccleſia adimit. Nec hoc videri debet durum ei qui illud Hieronymi conſiderat, Non omnes Epiſcopi ſunt epiſcopi.

¶ Ad ſecundum argumẽtum dicitur, ꝙ epiſcopus tenetur ad vtrunque ſimul, reſidentiã & opus. Et cùm inſtatur contra hoc ex parte magnitudinis diœceſis, reſpondetur ꝙ nulla eſt adeo magna diœceſis, cui non poſſit vnus Epiſcopus perſonaliter exhibere omnia quæ ſui ſunt officij, ſi verè vult curã ouium ſuarũ gerere. Quum autẽ inſtatur ex parte illuſtris generis, reſpondetur quòd nemo illuſtrior illo qui Pontifex exiſtens futurorũ bonorum introiuit ſemel in ſancta. Qui de ſeipſo dicit, Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Nõ acceptet vir illuſtris epiſcopatũ, ſi non vult paſtorale officiũ exercere, ſibi ipſi imputet illuſtris qui acceptauit epiſcopatũ, & exequat quod promiſit: Seruet Deo & eccleſiæ fidẽ. Turpẽ ſe recognoſcat, ſi nomẽ, potentiã, honorẽ, ac diuitias epiſcopi tenet in perſona ſua, officiũ autẽ alteri delegat, quoniam priora omnia ſuæ data ſunt perſonæ, vt habeat ſimul cum illis perſonale officiũ epiſcopi. Cum his tamen ſtat quòd perſona epiſcopi ſalua conſcientię puritate ex rationabili cauſa abſtineat ab aliquo proprio ſibi actu, & per alium exerceat illum, puta, quòd prædicet per alium, vbi homo magis expediens fuerit, exemplo Valerij, qui per Auguſtinum prædicabat, &c.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem artic. diligẽter aduerte hos duos perfectionis ſtatus, ſ. epiſcopalem & religioſum, non ſe habere vt magis perfectum, & minus perfectũ, ſic vt in maiore includatur min⁹, ſed vt diuerſorum generũ perfectiones. Et hinc prouenit quòd vota quædam, puta caſtitatis & paupertatis, ſunt de eſſentia ſtatus pfectionis vnius, puta, religioſi & non ſunt de eſſentia ſtatus alteri⁹, ſ. epiſcopalis. Hinc ẽt oritur quòd qui vouit ſe religioſum fore, ſi interim vocetur ad epiſcopatũ, tenetur implere prius votum religionis, profitendo religioſum ſtatũ, & deinde poteſt tranſire ad epiſcopatũ. Hoc eñ non eſſet opus, ſi epiſcopalis ſtatus eſſet perfectior, vt perfectior eiuſdẽ generis, vt vna religio eſt perfectior alia: ſed tranſeũdo ad epiſcopatũ abſque ingreſſu religionis ſatisfeciſſet voto religionis. Sicut qui vouit ingredi imperfectiorem religionẽ, facit ſatis ſuo voto ingrediẽdo perfectiorẽ religionem, vt infrà patet. Habent ergo ſe epiſcopalis & religioſus ſtatus vt duo pfectionis genera. Nã ille eſt velut pfectionis vniuerſalis: iſte perfectionis particularis. Ille, ſicut ſol: iſte, ſicut margarita, aut animal perfectũ. Ille naturæ perfectiuæ aliorũ: iſte naturæ ſibiipſi proficientis, &c.

¶ Super Quæſtionis centeſimæoctuageſimæquintæ Articulum ſextum.

IN art.6. eiuſdem q. in reſponſione ad primũ, vide ꝙ voluntaria paupertas in actu exercito, vt nunc dictũ eſt, nec ad perfectionẽ, nec ad perfectionis ſtatũ exigitur, abſolutè loquendo, ſed ad talẽ perfectionis ſtatum, ſ. religioſum exigitur. Vnde Saluator noſter dixit, Si vis pfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & non dixit, Si vis perfectior eſſe, vende omnia quę habes. Per illa ſiquidem verba. Si vis perfectus eſſe, denotauit perfectionẽ ſingularis perſonæ, quę ad ſtatũ religionis pertinet, & non denotauit perfectionem actiuã, quæ ad ſtatũ epiſcopalem ſpectat. Et propterea fuerunt epiſcopi ſanctiſſimi ſine paupertatis voto.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem articuli, aduerte quòd litera loquitur de proprio fine in particulari ſiue in communi, cùm dicit nõ teneri viros perfectos ad obſeruandum illa Euangelij mandata de non habendo proprios ſumptus. Et probationes adducuntur de proprio in communi quoad Paulum, Ambroſium, & Auguſtinum.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdẽ articuli nota quòd Deus dupliciter poteſt fieri pars mea. Vno modo reſpectu alterius partis meæ. Alio modo, reſpectu alterius partis non meæ. Et ſi primo Deus eſſet pars mea, eſſet compars alteri meæ parti, puta gloriæ, famæ, delectationi, diuitiis, vel alicui huiuſmodi: & ſit Deo iniuria, dũ amatur vt pars, quia minus amatur quàm totum, vt in litera dicitur. Si verò ſecũdo modo eſſet pars mea, tunc reſpectu mei eſſet totum, & haberet tãtum rationem partis reſpectu partium alienarum. Verbi gratia, Cùm hæreditas diuiditur in multos, pars mea eſt totum quod ad me ſpectat, & eſſet pars reſpectu aliorum hæredum: ita in propoſito in Deo & vniuerſo. Si Deus portio ſeu pars mea eſt, ipſe totum bonum meum eſt, & vocatur pars reſpectu aliorum bonorum quę ab aliis appetuntur & quæruntur. Vnde iuxta ſenſum hunc ſcriptum eſt, Dominus pars hæreditatis meæ: & Pars mea Deus: & Portio mea Dominus, &c.

¶ Super

¶ Super Quæſtionis centeſimæoctuageſimæquintæ Articulum ſeptimum.

IN articulo 7. eiuſdem quæſtionis ſciendum eſt quòd inter bona Epiſcopi propria & eccleſiaſtica differentia in tribus attenditur. Primò, in titulo. Secundo, in vſu. Tertiò in reſtitutione. Nam reſpectu propriorum habet Epiſcopus titulum dominij. Reſpectu eccleſiaſticorum habet titulum diſpenſatoris, vt patet ex authoritate Aug. in litera allata, quæ habetur in Decretis 12. quæſt. 2. differenter quoque conuenit vtrorunque vſus. Nã in vſu propriorum liber eſt, nec peccat niſi ſicut laicos peccare contingit in vſu rerum ſuarum, ſ. ex parte affectus inordinati, vt in litera dicitur. Reſpectu autem eccleſiaſticorum non eſt liber, ſed obligatus ad creditam ſibi diſpẽſationem fideliter exequẽdam. Et hinc oportet, vt in litera fit, diſtinguendo colligere, & colligendo diſtinguere ex litera, quòd tripliciter inuenitur eccleſiaſtica bona commiſſa eſſe fidei Epiſcopi. Primò, ſunt bona quandoque communia quæ ex iure diſtincta inueniuntur in quatuor partes, prout antiquitus erãt. Et tunc ſeruanda eſt regula quæ in litera ponitur, & habetur ex multis capitulis Decretorũ 12. q.2. & vt dicitur in litera peccat mortaliter Epiſcopus vſurpando ſibi aliquid portionum aliis debitarum. Et multo magis peccat, ſi non ſolum ex iure, ſed de facto diſtincta bona vſurpat ſibi: vt ſi præbendam canonici, aut portionem deputatam fabricæ, aut bona hoſpitalium ſibi vſurparet. Secundò, committitur Epiſcopo diſpenſanda portio ſua. Et reſpectu huius dicitur in litera, quòd in vſu non peccat niſi ſicut reſpectu propriorum, ſcilicet ex parte affectus. Tertiò, committitur quandoque Epiſcopo diſpenſandus annuus reditus diſtinctus à prębendis clericorum & reditibus hoſpitalium, vt hodie communiter inuenitur. Et tunc difficultates tam circa vſum quàm circa reſtitutionem tertio loco propoſitam, inſurgunt.

Quol. 8. art. 32. — Serm. 81. to.5. — In cõmẽt. in eum locum. — Habetur. 1.q.2. clericos & 16.q.3.ca. Quoniã.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum Epiſcopi mortaliter peccent, ſi bona eccleſiaſtica quæ procurant, pauperibus non largiantur.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Epiſcopi mortaliter peccent, ſi bona eccleſiaſtica quæ procurant, pauperibus non largiantur. Dicit enim Ambr.* exponẽs illud Luc. 12. Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit. Nemo proprium dicat quod eſt cõmune, pluſquam ſufficiat ſumptui, violenter obtentũ eſt. Et poſtea ſubdit, Neque minus eſt criminis habenti tollere, quàm cùm poſſis & abundas, denegare indigentibus. Sed violenter tollere alienum, eſt peccatum mortale. ergo Epiſcopi mortaliter peccãt, ſi ea quæ eis ſuperſunt, pauperibus non largiantur.

¶ 2 Præterea, Super illud Iſa. 3. Rapina pauperũ in domo veſtra, dicit gl. Hier*. quòd bona eccleſiaſtica ſunt pauperum. Sed quicunque id quod eſt alterius, ſibi reſeruat, aut aliis dat, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem. Ergo ſi Epiſcopi bona eccleſiaſtica, quæ eis ſuperfluunt, ſibi retineant, vel conſanguineis vel amicis largiantur, videtur quòd teneantur ad reſtitutionem.

¶ 3 Præterea, Multo magis aliquis poteſt de rebus Eccleſiæ ea quæ ſibi ſunt neceſſaria, accipere, quàm ſuperflua congregare. Sed Hier. dicit in epiſtola ad Damaſum papam*, Clericos illos conuenit à ſtipendiis Eccleſiæ ſuſtentari, quibus parentũ & propinquorum bona nulli ſuffragantur. Qui autem bonis parentum & opib⁹ propriis ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium cõmittunt & incurrunt. Vnde & Apoſtolus dicit 1. ad Timot. 5. Si quis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis, & non grauetur Eccleſia, vt iis quæ verè viduæ ſunt, ſufficiat. Ergo multò magis Epiſcopi mortaliter peccant, ſi ea quæ eis ſuperfluunt de bonis eccleſiaſticis, pauperibus non largiantur.

¶ SED CONTRA eſt, quòd plures Epiſcopi ea quæ ſuperſunt, non largiuntur pauperibus, ſed expendere videntur laudabiliter ad reditus Eccleſiæ ampliandos.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliter eſt dicendũ de propriis bonis, quæ Epiſcopi poſſidere poſſunt, & de bonis eccleſiaſticis. Nam propriorũ bonorum dominium habent. Vnde ex ipſa rerum conditione non obligantur, vt eas aliis conferant, ſed poſſunt eas vel ſibi retinere, vel etiam aliis pro libito elargiri. Poſſunt tamen in earum diſpenſatione peccare, vel propter inordinationẽ affectus, per quam contingit, vel quòd ſibi plura conferant quàm oporteat, vel aliis etiam non ſubueniant, ſecundum quod requirit debitũ charitatis. Non tamen tenentur ad reſtitutionem, quia huiuſmodi res ſunt eorum dominio deputatę, ſed eccleſiaſticorum bonorũ ſunt diſpenſatores vel procuratores. Dicit enim Auguſt. ad Bonifaciũ*, Si priuatũ poſſidemus, quod nobis ſufficiat, non illa bona noſtra ſunt, ſed illorum quorum procurationem gerimus, non proprietatẽ nobis vſurpatione damnabili vendicemus. Ad diſpenſatorem autẽ requiritur bona fides, ſecundum illud 1. ad Corint. 4. Hic iam quęritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Sunt autem bona eccleſiaſtica non ſolum in vſus pauperum, ſed etiã ad cultum diuinũ, & neceſſitates miniſtrorum expendenda. Vnde dicitur 12. quæſt. 2. De reditibus Eccleſiæ vel oblatione fideliũ, ſola Epiſcopo ex iis vna portio mittitur, duæ eccleſiaſticis fabricis, & erogationi pauperum profuturæ à presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrẽtur, vltima clericis pro ſingulorũ meritis diuidatur. Si ergo diſtincta ſint bona quæ debẽt in vſum Epiſcopi cedere, ab iis quæ ſunt pauperibus, & miniſtris, & cultui Eccleſiæ eroganda, & aliquid ſibi retinuerit Epiſcopus de iis quæ ſunt pauperibus eroganda, vel etiam in vſum miniſtrorũ,

Epi. 50. to. 2.

¶ Nam reſpectu propriorum clarum eſt, quòd etiam ſi illis abutitur, non tenetur ad reſtitutionem. Et per oppoſitum reſpectu eccleſiaſticorũ tam communium quàm diſtinctorum, ſi ſibi aliquid vſurpat, clarum eſt quòd tenetur ad reſtitutionem. De portione aũt ſua ſi abutitur, non tenetur reſtituere, ſicut nec cùm abutitur propriis: quoniam ſimile eſt iudicium de vtriſque.

¶ Eſt ergo primò quæſtio, an Epiſcopus habens reditus ſuos diſtinctos à præbendis clericorum teneatur ad diſpẽſandum illos in reliquas portiones, puta, vnã pro fabrica, & vnã pro pauperibus, an ſuo relinquatur arbitrio diſpẽſatio.

¶ Secunda, an talis infidelis diſpenſator teneatur ad reſtitutionem, eſt autem primi dubij ratio, quia ex quo bona Epiſcopi diſpenſationi commiſſa, ſunt diſtincta à portionibus debitis pauperibus, & fabricæ, conſequens videtur quòd fidei Epiſcopi relicta eſt diſtinctio reliquarum portionum, ac per hoc teneatur ad iſtas diſtinctiones. In oppoſitum autem eſt, quia huiuſmodi reditus videtur principaliter ordinatus ad ſuſtentationem epiſcopi. Et ſicut præbendæ clericorum ſucceſſerunt portioni clericis debitæ, ita hoſpitalia ſucceſſerunt portioni pauperibus debitæ, &c.

¶ Secundi verò dubij ratio eſt, quia Author in litera quando bona commiſſa fidei Epiſcopi ſunt indiſtincta nihil dicit de reſtitutione. Imò in quolibeto 6. artic. 12. dicit quòd quando reditus principaliter ordinatur ad ſuſtentationem miniſtrorum, vt ſunt præbendæ clericorum, non tenetur abutens ad reſtitutionem. Conſtat autem quòd reditus Epiſcopi eſt ſicut præbenda illius. In oppoſitum autem eſt, quòd ſequeretur quòd meretrices & conſanguinei ditati ab epiſcopis prodigè conſumentibus reditus ſuos, non poſſent cogi ad reſtituendum Eccleſiæ, quod valde abſurdum eſt.

¶ Ad primã harum quæſtionum dicitur, diſtinguendo, quòd reditus epiſcopales aut ſunt tenues, ita quòd ſufficiant pro ſubſidio epiſcopi: aut ſunt mediocres, ita quòd ſufficiunt & parũ abundant, aut ſunt abũdantes notabiliter ſupra id quod neceſſarium eſt ad ſuſtentationem epiſcopi. Et ſi primo aut ſecundo modo ſe habent, cùm conſtet quòd principaliter ordinãtur ad epiſcopi ſuſtentationẽ, idem videtur de reditibus iſtis iudiciũ, quod de præbendis clericorũ, ita quòd quia qđ parũ ſuperabundat, pro nihilo à iure cõputatur, ideo iura de diſtributione in tot reliquas partes, ſ. pauperũ, & fabricę, non videntur habere locum in iſtis. Et propterea non obligãtur tales epiſcopi ad huiuſmodi diſtributionem. Si autem reditus ſunt pingues & abundantes, ita vt in ſapientis animo cadere non poſſit, quòd ſint epiſcopi aſſignati pro eius ſuſtẽtatione, tunc tenetur epiſcopus duas quartas ad minus diſtribuere iuxta dictos canones in pauperes, & Eccleſiæ fabricã, ſeu ſupellectilem, &c. Et ratio eſt, quia ex hoc quòd clerici habẽt ſeorſum ſuã portionem, non eſt ſubtracta à iure pauperibus portio illis debita ex iure, & ſimiliter non eſt fabricæ ſubtracta à iure portio illi ex iure debita, ſed bona epiſcopalia remanent affecta tali iuris diſpoſitione antiqua & ſancta, ita quòd quemadmodum quando erant communia eccleſiaſtica bona his quatuor, ſ. epiſcopo, clero, pauperibus & fabricæ, commiſſa erant epiſcopo cum vinculo & debito talis diſtributionis, ita excluſo vno mẽbro, ſ. clero à tali communitate, quia iam habens proprias præbẽdas loco ſuæ portionis, remanent bona epiſcopalia communia reliquis tribus, ita quòd pauperibus remaneat debita quarta portio, quæ prius eis debebatur, & eccleſiæ fabricę ſimiliter ſua quarta portio. Videtur tamen quòd in caſu neceſſitatis pauperũ, poſſet portio eccleſiæ fabricæ non multum indigentis debita pro pauperibus diſpenſari. Et hoc videtur Auguſtinus ſeruaſſe, qui fabricis vacare horrebat, & principalis intentio iuris ad fabricas viuas refertur. Nec obſtat, ſi dicatur quòd iura illa ſunt per contrariã cõſuetudinẽ abrogata, ſciẽte tãto tempore Romano põtifice, & non reprehẽdente, quoniã nõ cõſuetudo ſed abuſus eſt. Et ſimiliter multa p patientiã tolerantur, quæ ſi ad iudiciũ deducerẽtur, arguerentur. Rurſus dato ꝙ iura illa abrogata eſſent quo ad id qđ eſt iuris poſitiui, hoc eſt, quo ad quotã portionẽ, puta quartã, non tamen poſſunt abrogari quo ad id quod eſt iuris diuini, hoc eſt, quod ſint epiſcopi patres pauperum, & tẽplorum ſuorum reparatores quo ad fabricam & ſupellectilẽ. Et propterea nulla ratione à fideli diſtributione pro ſubuentione vtrorunque excuſantur, dato quòd excuſentur à quota. Quod & ſuſtineri poſſe videtur, & crediderim ego eſſe verum; quia iura illa ad ſtatum antiquum eccleſiæ, in qua viuebant clerici in communi, directè reſpiciunt. Et per hæc reſponſio ad obiecta patet.

¶ Ad ſecundã quæſtionẽ dicitur, ꝙ reditus, decimæ, &c. epiſcopalia bona dupliciter poſſunt iudicari, vel vt propria, vel vt communia. Si iudicantur quaſi propria, vt præbendæ clericorum, ſic quantumcunque pinguia ſint, non tenetur ad reſtitutionem epiſcopus qualitercunque illa conſumens, & conſequenter nec illi quibus prodigè data ſunt. Sicut homo valde diues & abundans ſupra ſtatum ſuum, ſi non dat ſuperflua quæ ex neceſſitate præcepti tenetur piè exponere, ſed prodigè conſumit, non tenetur ad reſtitutionem. Si autẽ iudicãtur vt cõmunia epiſcopo, pauperibus, & eccleſiaſtico cultui, ſic epiſcopus diſſipãs id quod debetur pauperibus, & eccleſiaſtico cultui, tenetur ad reſtitutionem, ſicut diſtributor communis boni in ciuitate, tenetur ad reſtituendum illis, quibus non dat ſibi debita bona. Differentia igitur quo ad reſtitutionis vinculũ, ex natura proprij vel communis boni pẽdet. Natura ſiquidẽ proprij boni à reſtitutionis vinculo præſeruat non diſpenſantem ſuperflua, vt tenetur diſpenſare. Natura autẽ cõmunis boni reſtitutionis vinculo ſtringit nõ diſtribuentẽ cõmune bonũ quibus debet. Et propterea ſubtiliter perſpiciendũ eſt ſi reditus epiſcopi ſe habent ad ipſum quaſi propriũ bonũ, vel cõmune. Et vt dictum eſt, ſi reditus epiſcopi tantus eſt, vt rationabiliter appareat, quòd quaſi pro ſua præbenda ſit ſuæ commoditati addicta, tunc quaſi propria bona cenſenda videntur, & conſequenter non teneretur epiſcopus diſpenſator ad reſtitutionem, & eadem ratione nec meretrices, nec alij quibus donarentur, reſtituere tenerentur eccleſiæ de neceſſitate præcepti. Si autem reditus Epiſcopi tantus eſt, vt rationabiliter appareat quòd non quaſi præbenda ſibi reſpondeat, ſed quia pater eſt pauperum, igitur tãta bona ſuę ſunt fidei commiſſa vt diſtribuẽda, tunc cõmunia bona cenſenda videntur: ita ꝙ Epiſcopus talis male diſpẽſans, & illi ad quos hæc perueniũt, tenẽtur ad reſtitutionẽ omniũ illorũ

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ pauperibus vel Ecclesiæ debẽtur. Rationabile autẽ videtur quòd si abundantes reditus ex ecclesiasticis decimis, aut possessionibus, & huiusmodi, constant, committa sint Episcopis vt patribus pauperũ. Et de decimis quidẽ probatum est superius, quòd iniqua esset lex decimarum in nouo Testamento, si vltra honorabile stipendiũ ministrorũ Dei habẽtis vniuersale dominiũ, tanta rerũ affluẽcia vni deputaretur cum dãno totius populi, nisi vt patri pauperum. Possessiones autem legatæ aut donatæ Ecclesiæ cathedrali in ranta abũdantia proculdubio credendum est quòd vt patri pauperum Episcopo creditæ sint. Ideo enim Episcopis datæ sunt, quia occulta fide perspiciebatur eos esse patres pauperum. Et hæc videtur fuisse ratio tanti augmenti. Si verò reditus magni debentur Episcopo ex temporali dominio, quia scilicet Episcopus in eo quòd Episcopus est dominus in temporalibus alicuius ciuitatis & oppidorum, & ex dominij temporalis reditibus diues est, alia videtur ratio, quia oportet quòd nõ solum vt Episcopus, sed vt dominus expendat, tenendo exercitu pro defensione patriæ, & habendo thesaurum, ne impugnetur patria, ita quòd tunc dexter oculus ad cõmune bonũ patriæ sibi debitæ, respicere debet: sinister autem ad pauperes, quoniã tẽporale dominium datum est Ecclesiæ principaliter ad Ecclesiæ honorẽ, simul & autoritatẽ, & post honorẽ Dei, propter bonum cõmune ipsius dominij, sicut datũ erat domino seculari, & secundario vt exinde eleemosynæ fiant pauperibus. Quocirca tales Episcopi in illis solis eabus tenentur, in quibus domini seculares tenentur ad restitutionem.

¶ Ad obiẽcta ergo in oppositũ dicitur quòd locus ab authoritate negatiuè, in nimus est. Et forè ideo Author tacuit de restitutione, quia nõ est vna & eadem semper ratio, quãdo bona sunt indistincta, quia quandoq; se habent vt propria & quãdoque vt communia, vt patet ex dictis. Ad id verò quod in quolibet is dicitur, respondetur quòd intelligitur quando reditus Episcopi se habet ad ipsum vt præbenda etiã pinguis, non autem quando tam notabilis est excessus, vt non cadat in animo sapientis quòd non pro honorabili statu Episcopi sint datæ diutiũ tantæ. Ad id verò quod de exactione à meretricibus, &c. obiicitur, patet responsio ex dictis.

¶ In eodem articulo septimo in respõsione ad primum, dubium occurrit circa illud, Non potest determinari quando sit ista necessitas quæ obliget ad mortale peccatum, quia constat ex superius in quæst. 32. dictis, quòd ista necessitas est determinata, scilicet quando est extrema. Si ergo necessitas extrema est quæ obligat ad peccatum mortale, quomodo nunc dicitur, quòd non potest determinari quando est ista necessitas?

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, quòd verba literæ istius intelligenda sunt de necessitate extrema in particularibus. Vnde subdit, Sicut nec cætera particularia quæ in humanis actibus considerãtur. Superius autem necessitas determinata est in communi, quòd est extrema. Secundò dicitur, & magis ad mentem authoritatis Ambrosij, quòd verba literæ istius intelliguntur in casu quo quis habet de superfluo naturæ & personæ, hoc est, status. Vnde illud, Cùm possis & abundas, in quo casu, vt patet ex suprædictis, tenetur ex charitatis debito indigentibus illud erogare. Sed quanta tunc indigentia alicuius occurrere debeat, vt obliget habentem superfluum ad dandum ipsi, non subest scientificæ determinationi, sed relinquitur prudentiæ, ad quam singularium iudicium spectat.

¶ In respõsione ad secundum eiusdem articuli, nota alteram conditionẽ appositam respectu consanguineorum, vel aliorum, s. moderamen: & exponitur penes quid attenditur huiusmodi moderatio, s. penes exclusionem indigẽtiæ, & non penes appositionem diuitiarum. Da ergo, Episcope, consanguineis, vt non indigeant, sed non vt diuites fiant. Dixi alterã conditionem, quia altera tam dicta erat, s. quòd non det de debitis aliis, sed de deputatis vsui Episcopi. Nã de debitis Ecclesiæ aut pauperibus non potest nisi sicut vni alteri pauperi aut in cultum diuinum expẽdenda, non est dubiũ, quòd cõtra fidẽ dispensationis agit & mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur. De iis aũt quæ sunt specialiter suo vsui deputata, videtur esse eadem ratio quæ est de propriis bonis, vt s. propter immoderatum affectum & vsum peccet quidem, si immoderata sibi retineat, & aliis non subueniat, sicut requirit debitum charitatis. Si verò non sunt prædicta bona distincta, eorum distributio fidei eius commttitur. Et si quidem in modico deficiat, vel superabũdet, potest hoc fieri absque bonæ fidei detrimento, quia non potest homo in talibus pũctualiter accipere illud quod fieri oportet. Si verò sit multus excessus, non potest latere. Vnde videtur bonæ fidei repugnare, & ideo non est absque peccato mortali. Dicitur enim Matth. 24. quòd si dixerit malus seruus in corde suo, Moram facit dominus meus venire, quod pertinet ad diuini iudicij contemptum, & cœperit percutere conseruos suos, quod pertinet ad superbiam: manducet autem & bibat cum ebriosis, quod pertinet ad luxuriam, veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & diuidet eum, s. à societate bonorum, & partem eius ponet cum hypocritis, scilicet in inferno.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud Ambrosij non solum est referendum ad dispẽsationem rerum ecclesiasticarum, sed quorumcunque bonorum, ex quibus tenetur aliquis debito charitatis prouidere necessitatem patiẽtibus. Non autem potest determinari, quando sit ista necessitas, quæ ad peccatum mortale obliget, sicut nec cætera particularia, quæ in humanis actibus considerantur. Horum enim determinatio relinquitur humanæ prudentiæ.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd bona Ecclesiarũ non sunt solùm expendẽda in vsus pauperũ, sed etiam in alios vsus, vt dictũ est*. Et ideo si de eo qd vsui Episcopi vel alicuius clerici est deputatũ, velit aliquis sibi subtrahere, & cõsanguineis vel aliis dare, nõ peccat, dũmodo illud faciat moderatè, id est, vt non indigeãt, non autem vt ditiores inde fiant. Vnde Ambrosius dicit in libro de Offi*. Hæc est approbãda libertas, vt proximos seminis tui ne despicias si egere cognoscas, non tamen vt illos ditiores fieri velis ex eo, quod tu potes conferre inopibus.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd non omnia bona Ecclesiarũ sunt pauperibus largiẽda, nisi fortè in articulo necessitatis, in quo etiam pro redemptione captiuorũ, & aliis necessitatibus pauperũ, vasa cultui diuino dicata distrahuntur, vt Ambrosius dicit*. Et in tali necessitate peccaret clericus, si vellet de rebus Ecclesiæ viuere, dummodo haberet patrimonialia bona de quibus viuere posset.

¶ Ad quartum dicendum, quòd bona Ecclesiarũ vsibus pauperum deseruire debent. Et ideo si quis necessitate non imminente prouidendi pauperibus, de his quæ superfluunt ex prouẽtibus Ecclesiæ possessiones emat, vel in thesauro reponat in futurũ vtilitati Ecclesiæ & necessitatibus pauperum, laudabiliter facit. Si verò necessitas immineat pauperibus erogandi, superflua cura est & inordinata, vt aliquis in futurum cõseruet. Quod Dominus prohibet Matth. 6. dicens, Nolite solliciti esse in crastinum.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum religiosi, qui promouentur in Episcopos, teneantur ad obseruantias regulares.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd Religiosi, qui promouentur in Episcopos, non teneantur ad obseruantias regulares. Dicitur enim 18. quæst. 1.* quòd monachum canonica electio à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho Episcopum facit, sed obseruantiæ regulares pertinent ad iugum regulę. ergo Religiosi, q in Episcopos assumuntur, non tenentur ad obseruantias regulares.

¶ 2 Præterea, Ille qui ab inferiori ad superiorẽ gradũ ascendit, non vẽ teneri ad ea quæ sunt inferioris gradus, sicut suprà dictum est*, quòd religiosus non tenetur ad obseruanda vota quæ in seculo fecit: deseruit, peccet mortaliter, vel sit excommunicatus. Et hinc apparet quòd subdatur huiusmodi vinculis, quia ex quo subditur statuto, subditur etiam vinculo statuti. Eiusdem siquidem rationis est, quòd aliquis subdatur statuto, & vinculo statuti. In oppositum autem est & quia non subditur pœnis in statuto appositis, puta grauis vel grauioris culpæ, & similium, & quia huiusmodi vincula derogare videntur episcopali dignitati ac perfectioni, &c.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quòd distinctio timẽbris regularium obseruantiarum in litera posita, scilicet quòd quædam sunt promouentes, seu custodientes perfectionem pontificiam, quædam impedientes, quædam neutræ, sic accipienda est, quòd aliquæ manifestè vtilitatem afferunt perfectioni pontificali, vt castitas, paupertas, abstinentia, ieiunia, moderata abdicatio honorum, & huiusmodi. Quædam manifestè impediunt officium pontificale, vt silentium, solitudo, & vniuersaliter quæcunque incompassibilia sunt cum pontificali officio, dignitate, & authoritate. Nec solum hæc, sed quæcunque communiter dissonant à pontificali dignitate, & appellatione impedientium, intelliguntur. Quædam verò non communiter, sed in casu aliquo inueniuntur dissona ratione vel loci, vel officij, vel societatis, & cæt. Et ab impedientibus quidem & communiter dissonis absoluitur ipso iure. Et quia de horum numero est obligatio ad habendum socium collateralem, ideo non tenetur ad socium habẽdum secum ex suo ordine. Derogaret enim episcopali dignitati fratrem illi appropinquare vt socium, & derogat societatis rationi, quòd sequatur vt famulus. Societas enim est relatio æquiparantiæ. Accedit ad hæc, quòd episcopus sicut ad aliam Ecclesiam & ad aliud officium ecclesiasticum persoluendum transfertur, ita ad alterius generis societatem ipso facto ẽrãstatus intelligitur, ac per hoc absolutus à priori societate. Non enim duplici societate grauari debet, sicut nec duplici grauatur officio. Et quoniam quæcunque ad socialis vitæ vniformitatem aut depressionem actuũ, seu gestuũ in personis religiosis spectant, dissonare videntur ab episcopali conuersatione, seu dignitate, seu authoritate, vel libertate, ideo ad nullum talium remanet obligatus, & de eorum numero videntur huiusmodi obser-

Lib. 1. ca. 30. to. 1.

Suprà q. 88. ar. 11. ad 4. Et 4. dist. 38. q. 1. art. 4. q. 1. ad 5.

*Cap. Statuimus.

q. 88. art 12. ad 1.

obseruantiæ, scilicet bibere sedendo, aut cum duabus manibus, & similia. Sicut enim Religiosus factus episcopus reuiuiscit quodammodo ad vitam eiusdem dum à iugo monasticæ absolutus adire potest hæreditatem, vt patet 18. quæst. 1. capit. Statutum, ita à depressione actuum spectantium ad priorem statum absolutus videtur, vt absolutio à iugo monasticæ regulæ dicta in canone, non sit quasi frustra dicta, sed aliquid operatur vltra executionem ab incompossibilibus, ad quæ omnino cõstabat, vt pote incõpossibilia, Episcopum non teneri. Ab impedientibus verò in casu, non absolui videtur Episcopus ipso iure, sed in casu tantùm, si qua sunt talia. Videntur nanque hæc esse illa de quibus in litera dicitur, quòd possunt Episcopi secum dispensare sicut Prælati Religionum. Et hæc sunt abstinentia à carnibus, & ieiunia, & huiusmodi ad quæ cõstat Episcopũ remanere obligatum, vt pote fouentia perfectionem vitæ. Et ideo Religiosus cui secundum regularia instituta inhibetur esus carnium, factus Episcopus, non potest feria sexta in die natalis Domini vesci carnibus, sed peccat mortaliter hoc faciendo, quia beneficium canonis cõcedentis esum carnium in natali Domini, non cõprehendit ipsum, quia excipit eos qui regulari obseruantia non sunt astricti ad abstinentiam à carnibus.

¶ Ad secũdum vero dubium dicitur (saluo meliori iudicio) quòd vinculapræceptorum, & cẽsurarum videntur inter dissona computanda, ita quòd ipsi actus qui præcipiuntur, aut sub censuris positi sunt, licet non dissonent, sed consonent episcopali perfectioni ac dignitati, &c. vt ieiunare feria sexta, & in aduẽtu, & huiusmodi: vinculum tamen præcepti aut censuræ superadditum, ab episcopali statu dissonat. Et ratio est, quia Episcopalis status se habet ad statum religiosum, vt in litera dicitur, sicut magistri status ad statum discipuli. Constat autem quòd frequentia studij ad meditandum, & lectioni vacandum, ita conuenit discipulo quòd non minus cõueniat magistro. Sed quo ad huiusmodi assiduitatem ad meditandum & legẽdum sub præceptis, aut pœnis, si aliqs astringatur, statui discipulorum conuenit, non statui magistrorum. Et ideo sicut Religiosus factus episcopus, absolutus est à vinculo præceptorũ religionis, qui sunt quasi prædagogi Religiosorũ in disciplina perfectionis, ita sunt absoluti à vinculo præceptorum & cẽsurarũ regulæ & statutorum. Quoniam regula est tanquam Prælatus inanimatus, sicut econtra Prælatus est sicut lex animata. Secus autem est de vinculo votorum castitatis, &c. quoniam illa non ex superioris regulæ aut hominis vinculo, sed ex propria promissione Deo facta, vim suam retinent.

¶ Ad obiectorum ergo primum dicitur, quòd mutatio status efficit vt non sit sed religiosus qui assumitur ad episcopatum, ascendit ad aliquid maius, vt suprà habitum est*. ergo videtur quòd non obligetur Episcopus ad ea quæ tenebatur obseruare in statu religionis.

¶ 3 Præterea, Maximè Religiosi obligari videntur ad obedientiã, & ad hoc, quòd absque proprio viuant, sed Religiosi qui assumuntur ad episcopatum, non tenentur obedire Prælatis suarum religionũ, quia sunt eis superiores: nec etiam videtur teneri ad paupertatẽ, quia sicut in Decreto suprà* inducto dicitur, Quem sacra ordinatio de monacho Episcopum facit, velut legitimus hæres, paternam sibi hæreditatem iure vendicandi potestatem habeat. Interdum etiam conceditur eis testamenta conficere. ergo multò minus tenentur ad alias obseruantias regulares.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Decretis 16. quæst. 1. de monachis diu morantibus in monasteriis, Si postea ad clericatus ordinem peruenerint, statuimus non debere eos à priori proposito discedere.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut suprà dictum est*, status religionis ad perfectionem pertinet, quasi quędam via in perfectionem tendendi. Status autem episcopalis ad perfectionem pertinet, tanquam quoddam perfectionis magisterium. Vnde status religionis comparatur ad statum episcopalem, sicut disciplina ad magisterium, & dispositio ad perfectionem. Dispositio autẽ non tollitur, perfectione aduenięte, ni fortè quãtum ad id, in quo perfectioni repugnat. Quantum autem ad id quod perfectioni congruit, magis confirmatur, sicut discipulo, cùm ad magisterii peruenerit, non congruit quòd sit auditor, congruit tamen sibi, quòd legat & meditetur etiam magis quàm antè. Sic ergo dicẽdum est, quòd si qua sunt in regularibus obseruãtiis, quæ non impediant pontificale officium, sed magis valeant ad perfectionis custodiam, sicut est continentia, paupertas, & alia huiusmodi, ad hæc remanet Religiosus, etiam factus Episcopus, obligatus, & per consequens ad portandum habitũ suæ religionis, qui est obligationis signum. Si qua vero sunt in obseruantiis regularibus, quæ officio pontificali repugnant, sicut est solitudo, silẽtium, & aliquæ abstinentiæ vel vigiliæ graues, ex quibus impotens corpore redderetur ad exequendum põtificale officium, ad huiusmodi obseruanda non tenetur. In aliis tamen potest dispensatione vti secũdum quod requirit necessitas personę, vel officij, vel conditio hominum cum quibus viuit per modum, quo etiam Prelati religionum in talibus secum dispensant.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille qui fit de monacho Episcopus, absoluitur à iugo monasticę profesionis, non quantum ad omnia: sed quãtum ad illa, quę officio pontificali repugnant, vt dictum est*.

Q. 184. ar. 7.

Arg. 1. huius 4.

Lib. 2. of. cap. 28. to. 1.

Q. præc. art. 7.

In cor. ar.

In cor. ar.

respectu huius transeuntis de statu in statum eadem ratio de subiectione ad statum & ad vinculum statuti.

¶ Et hæc responsio patet, quia quantum ad vinculum suspensionis, constat ex iure communi, quòd Episcopus non subiacet vinculo suspensionis, nisi de episcopo fiat mentio. Mutatio ergo status efficit quòd respectu huiusmodi non est eadem ratio de subiectione ad statum & ad vinculum superadditum in statuto. Quocirca sicut de suspensionis vinculo ex iure scripto habemus casum decisum, ita de aliis vinculis ex iure naturalis rationis, videtur simili modo casus decidendus propter rationem allatam.

¶ Ad alterum obiectum dicitur, quòd ratio non valet, quia vincula sunt duplicia: quędam ferentia secum executionem, vt sunt vincula præceptorum & censurarum. Quædam verò non nisi mediante iudice habentia executionem, vt sunt vincula ad alias pœnas ligantia. Et ad hæc constat clarissimè Episcopũ non obligari, quia non subiacet amplius Prælatis religionũ, per quos exequendæ sunt huiusmodi pœnæ, & si aliqua etiam vincula ad tales pœnas essent deferentia secum executionem, non propterea ligaret Episcopum, quia concernunt vel supponunt socialem conuictum, à quo absolutum constat esse Episcopum, ac per hoc ab omnibus spectantibus & consequentibus ad illum. Et fortè vincula præceptorum & censurarum in regula & statutis Religiosorum interpretanda sunt suppositio consortio personarum, à quo Episcopus est exemptus, vt patet. Nec maiorem habeo certitudinem quàm dixerim.

¶ Ad ęcũdum dicendum, quòd vota secularis vitæ se habent ad vota religionis sicut particulare ad vniuersale, vt suprà habitum est*. Sed vota religionis se habent ad pontificalem dignitatem, sicut dispositio ad perfectionem. Particulare autem superfluit habito vniuersali, sed dispositio adhuc necessaria est perfectione obtenta.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd hoc est per accidens, quòd Episcopi religiosi obedire Prælatis suarũ religionum non tenentur, quia scilicet subditi esse desierunt, sicut & ipsi Prælati religionum: manet tamen adhuc obligatio voti virtualiter, ita scilicet quòd si eis legitimè aliquis præficiatur, obedire tenentur, inquãtum tenentur obedire statutis regulæ per modum prædictum, & suis superioribus, si quos habẽt. Proprium autẽ nullo modo habere possunt. Non enim paternam hęreditatem vendicant quasi propriam, sed quasi Ecclesiæ debitam. Vnde ibidẽ subditur, quòd postquam episcopus ordinatur ad altare, ad quod sanctificatur, quod acquirere potuit, restituat. Testamentum autem nullo modo facere potest, quia sola ei dispensatio committitur rerũ ecclesiasticarum, quę morte finitur, ex qua incipit testamentum valere, vt Apostolus dicit ad Hebræos 9. Si tamen ex concessione Papæ testamentum faciat, non intelligitur ex proprio facere testamentum, sed apostolica autoritate intelligitur esse ampliata potestas suæ dispensationis, vt eius dispensatio posit valere potest mortem.

QVÆSTIO CENTESIMA octuagesima sexta de Pertinentibus ad statum religiosorum, in decem Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iis quæ pertinẽt ad statum religionis. Circa quod occurrit quadruplex consideratio. Quarum prima est de iis in quibus principaliter consistit religionis status. Secunda, de iis quæ Religiosis licite conuenire possunt. Tertia, de distinctione religionum. Quarta, de religionis ingressu.

¶ Circa primum quæruntur decem.

¶ Primò vtrum Religiosorum status sit perfectus. ¶ Secundo, vtrum Religiosi teneantur ad omnia consilia. ¶ Tertiò, vtrum paupertas voluntaria requiratur ad religionem. ¶ Quartò, vtrum requiratur continẽtia. ¶ Quintò, vtrum requiratur obedientia. ¶ Sextò vtrum requiratur quòd hæc cadãt sub voto. ¶ Septimò, de sufficientia horũ votorum. ¶ Octauò, de comparatione eorũ ad inuicem. ¶ Nonò, vtrum Religiosus semper mortaliter peccet, quãdo transgreditur statutũ suę regulæ. ¶ Decimò, vtrum cæteris paribus in eodem genere peccati plus peccet religiosus, quàm secularis.

¶ Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ sextæ Articulum primum.

IN artic primo quæstionis cẽtesimę octuagesimæ sextæ dupliciter dubium occurrit circa rationem & conclusionem principalem. Primum est, quia conclusio principalis est, Religio perfectionis statum nominat. Ratio autem literæ nihil aliud probat, nisi quòd religio est antonomasicè nomen perfectionis, & non probat quòd sit nomen status, vt clarè patet in litera Secundum est, quia nec etiam probatur in litera quòd religio sit nomen perfectionis, sed variantur termini. Nam aliud est coniũctio ad Deum per holocaustum sui, quod facit virtus religionis, & aliud est coniunctio ad Deum per amorẽ, quem facit charitas. Et ex suprædictis constat, quòd perfectio in hac secunda non in prima coniunctione consistit. Et tamen in hac litera assumpto quòd prima coniunctio cõuenit antonomasicè Religiosis, subsumitur secunda coniunctio. Et sic concluditur ex quatuor terminis quòd Religio est nomen perfectionis.

¶ Ad pri

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad primũ dubium dicitur, quòd quia præsens articulus non quærit, an religio sit status, quoniam hoc ex supradictis de statu manifestum est, sed quærit, an status religionis seu Religiosorũ sit status perfectionis, vt patet ex titulo, & clarius liquet ex distinctione articulorum huius quæstionis, cum dicitur, Circa primum quæruntur decem. Primò, vtrũ Religiosorum status sit perfectus, ideo ratio ad conclusionem nihil dicit de statu, sed de perfectione. Nec propter ea reprehensione dignũ est quòd in conclusione fiat mentio de statu, quia non apponitur in ea status tanquam substãtium perfectionis, de qua formaliter quæstio est, & conclusio.

Quol. 5. art. 2. 21. cor. & opusc. 18. ca. 16.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd tam status quàm nomen perfectionis non dicitur vno modo tantum, puta, formaliter seu elicitiuè, sed multis modis dicitur, sicut nomina ad vnum; ita quòd quemadmodũ sanum dicitur de animali, medicina, & vrina diuersimodè, ita aliquod perfectionis nomen dicitur, quia ipsam formaliter significat & elicit, vt charitas Dei & proximi. Et similiter status charitatis est status perfectionis formaliter & elicitiuè dum actum dilectionis, in quo formaliter perfectio consistit, eligit. Aliquod verò perfectionis nomẽ est, quia factiuũ perfectionis significat, vt episcopatus. Et similiter aliquis perfectionis status est, quia perfectiuus est, vt status episcopalis. Aliquod autem perfectionis nomen est, quia exercitium & disciplinã ad perfectionem significat, vt religio antonomasicè sumpta. Et similiter aliquis perfectionis status est, quia in exercitio ad perfectionẽ cõsistit, vt status Religiosorũ antonomasicè nũcupatorũ. Et quoniam à proximitate huiusmodi exercitij ad ipsam perfectionem ex sui initio, quod est holocaustũ hominis præcipuè apparet, quia huiusmodi holocaustum mancipatium hominis Deo, quod in professione religionem inchoante fit, maximè proximũ est vnioni charitatis ad Deum, ideirco Author in litera ex illa vnione concluſit, non istam, vt argumentum obiicit, sed approximationem ad istam. Et per hoc infert religionem nominare statum perfectionis, non formaliter, sed accessiuè.

Cap. vlt. *Cap. 4.* *Lib. 2. de Inuen. fol. 4 ante fi. nem lib.* *Cap. Hoc nequaquam.* *Collat. 1. cap. 7.*

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum religio importet statum perfectionis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd religio non importet statum perfectionis: illud enim quod est de necessitate salutis, non videtur ad statum perfectionis pertinere: sed religio est de necessitate salutis, quia per eã vnì vero Deo religamur, sicut Augustinus dicit in libro de vera religione*. Vel religio dicitur ex eo quòd Deum reeligimus, quem amiseramus negligentes, vt August. dicit in 10. de Ciuitate Dei*. ergo videtur quòd religio non nominet perfectionis statum.

¶ 2 Præterea, Religio secundũ Tullium* est, quæ naturæ diuinæ cultum & cæremoniam affert: sed afferre Deo cultum & cæremoniam magis videtur pertinere ad ministeria sacrorum ordinũ, quàm ad diuersitatem statuum, vt ex supradictis patet. ergo videtur quòd religio non nominet perfectionis statum.

¶ 3 Præterea, Status perfectionis diuiditur contra statũ incipientiũ & proficiẽtium: sed etiã in religione sunt aliqui incipientes, & aliqui proficiẽtes. ergo religio non nominat perfectionis statum.

¶ 4 Præterea, Religio videtur esse pœnitẽtiæ locus. Dicitur enim in Decretis 7. quæst. prima*, Præcipit sancta synodus: vt quicunque de pontificali dignitate ad monachorum vitam & pœnitentiæ descenderit locum, nunquam ad pontificatum resurgat: sed locus pœnitentiæ opponitur statui perfectionis. Vnde Dionysius in 7. cap. Eccles. Hierar. ponit pœnitentes in infimo loco, s. inter purgandos. ergo videtur quòd religio non sit status perfectionis.

¶ SED CONTRA est, quòd in collationibus Patrũ * dicit Abbas Moyses, de Religiosis loquens, Ieiuniorum inediam, vigilias, labores, corporis nuditatem, lectionem, cæteràsque virtutes debere nos suscipere nouerimus, vt ad perfectionem charitatis istis gradibus possimus ascendere. Sed ea quæ ad humanos actus pertinent, ab intentione finis speciem & nomen recipiunt. ergo religiosi pertinent ad statũ perfectionis. Dionysius etiam 6. capit. Eccles. Hierar. dicit eos, qui nominantur Dei famuli, ex Dei puro seruitio, & famulatu vniti ad amabilem perfectionem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex supradictis patet*, id quod communiter multis conuenit, antonomasicè attribuitur ei, cui per excellentiã conuenit, sicut nomen fortitudinis vendicat sibi illa virtus, quę circa difficillima firmitatem animi seruat, & temperantiæ nomen vendicat sibi illa virtus quæ temperat maximas delectationes. Religio autẽ, vt suprà habitũ est*, est quædã virtus per quam aliquis ad Dei seruitiũ & cultum aliquid exhibet. Et ideo antonomasicè Religiosi dicuntur illi, qui se totaliter mancipant diuino seruitio, quasi holocaustum Deo offerentes. Vnde Gregorius dicit super Ezechielem*, Sunt quidam, qui nihil sibi metipsis reseruant, sed docet, quo status religionis dicitur perfectionis, quia s. est perfectionis vt finis ad quem tendit, & non est perfectionis vt formæ, aut effectus. Secundò eũm ibidem legis, in religione quosdã incipiẽtes & quosdã proficientes, distingue quòd dupliciter hi gradus sumi possunt, vel simpliciter, vel in genere tali. Et distinctio horũ graduũ simpliciter in incipientes, proficientes, & perfectos, attenditur secundũ charitatis progressum, vt superius patet. Et sic in ecclesia Dei quidam dicũtur simpliciter incipientes, quidã proficientes, quidã pfecti. Distinctio verò horũ graduũ in genere intelligitur secundũ illius generis latitudinẽ, & non dicũtur tales simpliciter, sed in tali genere, puta, in religione incipiẽtes, vel in tali religione, puta, solitaria, in cipientes, aut proficientes, aut perfecti. Et cum hac distinctione omnia clarè consonant.

Hom. 10. *q. 184. ar. 2.* *Q. 81. art. 1. ad 1. & ar. 4. ad 1. & 2.*

¶ In eodem articulo in responsione ad quartum aduerte, quòd religio est pœnitentiæ locus eminenter: quoniam, vt in litera dicitur, exclusio impedimentorum perfectæ charitatis eminẽter cõtinet exclusionem occasionum peccãdi, in qua consistit vera pœnitentia. Non enim sufficit peccata detestari, sed oportet occasionẽ peccandi præcidere, si veræ pœnitẽtiæ opera datur. Ablatis autem peccatis, & occasionibus peccandi, etsi ablata sint impedimenta charitatis, non tamen ablata sunt impedimẽta perfectæ charitatis. Sed econtra ablatis impedimentis perfectæ charitatis, sublata sunt impedimenta charitatis, quę sunt peccata, & occasiones peccandi. Et quia religio tollendis impedimentis perfectæ charitatis vacat, ideo religio eminenter est pœnitentiæ locus, non sicut sol est eminenter calidus, sed sicut homo est excellenter habens vitam & sensum.

Q. 184. art. 5. *Hom. 8. in Mat. pau lo post med.*

¶ *Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ sextæ Articulum secundum.*

IN articulo 2. eiusdem q. 186. perspice quàm ordinatè & breuiter litera procedat, proponendo trimembrem distinctionem de modo quo aliquid spectat ad perfectionem, scilicet formaliter, vel consequenter, vel dispositiuè, seu instrumentaliter, & post declarata omnia distinctionis membra, ponendo iuxta singula membra cõclusiones. Et iuxta primum ponit duas, negatiuam, & affirmatiuam. Negatiua est, Non tenetur religiosus habere charitatem. Affirmatiua est, Tenetur religiosus habere & operã dare vt habeat perfectionẽ. Probatio vtriusque, Quia religionis status via est ad perfectionem. Iuxta secundũ verò duas similes conclusiones ponit, cum corollario. Negatiua est, Non tenetur religiosus ad cõsilia, quę consequuntur perfectam charitatem. Affirmatiua est, Tenetur religiosus vt ad huiusmodi consilia implenda intendat. Probatio vtriusque. Quia eadem est ratio obligationis ad ista consilia consequentia perfectam charitatem, & obligationis ad perfectam charitatem. Sicut eadem est ratio generandi substantiam, puta leonem, & proprietates consequentes illam naturam. Corollarium est, Non peccat religiosus, si prætermittat huiusmodi consilia, sed si ea cõtemnat. Probatio, Quia solus contemnẽs facit contra huiusmodi obligationem. Iuxta tertium similiter membrum duas conclusiones ponit. Negatiua est, Non tenetur religiosus ad omnia consilia disponentia ad perfectionem. Affirmatiua est, Tenetur religiosus ad illa duntaxat consilia, quę determinatè sunt ei taxata secundum suæ professionis. Probatio vtriusque ex propositis est: quia diuersæ sunt vię consiliorum ad perfectionem. Est autem circa hæc dicta dubium vnum, an cùm in hac litera dicitur, Tenetur religiosus, seu peccat, si ea contemnat, intelligatur de vinculo & peccato culpæ mortalis, an de vinculo & peccato indeterminatè.

q. 184. ar. 3.

Et est ratio dubij: quoniam contemptus mortale peccatum importare videtur: obligatio autem ad consilia in regula taxata, non importat peccatum mortale.

¶ Ad hoc dicitur, quòd præsens litera loquitur de vinculo & peccato in communi, & non determinatè ad mortale, vel veniale. Vnde nihil obstat litera, si gratia materiæ modo verificatur de mortali, modò de veniali. Inferius autem distinguitur inter venialem & mortalem transgressionem, vel omissionem religiosorum.

Ar. pre.

¶ In eodem artic. secundo in responsione ad secundum, dubium occurrit circa id quod in litera dicitur, tam de perfecta dilectione Dei, quàm de profectu in operãdo omne bonum, quod quis potest operari, pro quanto ibi dicitur quòd omnes ad vtrumque profectum sic tenentur, quòd prætermittere sine peccato aliquo modo illum possint, dummodo desit contemptus. Est siquidem hic duplex dubium. Primum, an omnes teneantur habere intentionem proficiendi in charitate vsque ad perfectam charitatem, & simul habere intentionem faciendi omne opus bonum sibi possibile. Secundum est, an contemnens huiusmodi intentiones, & executiones, peccet mortaliter. Est autem primi dubij ratio, quia pro parte affirmatiua sonat litera præsens, dum dicit, quòd omnes aliqualiter ad hoc tenentur, & quòd sine peccato vitatur executio vtriusque profectus, dummodo desit contemptus. Ex hoc enim quòd excipit contemptum, ponit requiri intentionem. Contemptus enim intentionem tollit: & econtra, omissio intentionis contemptum ponit. Pro parte autem negatiua est: quia ex hoc nouus laqueus iniicitur animabus. Multi enim sunt boni viri qui non intendunt operam dare vt perfectam habeant charitatem, sed sufficit eis si intendant seruare præcepta obligantia ad mortale: iuxta verbum Domini, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et similiter non intendunt omne quod possunt, etiam iuxta sui conditionem status, bonum facere. Secundi autem dubij ratio est. Nam pro parte affirmatiua est, quia contemptus ex suo genere est peccatum mortale: ac per hoc omnis contemptus est peccatum mortale. Pro negatiua verò, quia huiusmodi contemptus pro tanto in litera ponitur peccatum, pro quanto per ipsum firmatur animus contra spiritualem profectum. Sed firmare animum contra spiritualem profectum, non est peccatum mortale, vt patet de illo qui iurat se non mutuaturum aut fideiussurũ amplius. Talis enim firmat animum contra spiritualem profectum, & tamen non peccat mortaliter, vt suprà dictum fuit.

¶ Ad euidentiam horum consideranda sunt hic tria interuenientia. Primum executio: secundum, intentio: tertium, contemptus. Et de executione quidem tam interioris quàm exterioris profectus in hoc, vel illo singulari actu, seu opere occurrente, constat quòd si omittatur, non propterea peccatum à quolibet omittente incurritur: vt clare in litera dicitur. Vnde non peccat etiam venialiter potẽs dare eleemosynam si occurrenti huic pauperi non dat, & sic de aliis: quia ad singulare hoc nulla lege astringitur. De intentione verò, quia quis intendit non proficere in charitate aut bonis operibus, sed solum præcepta diuina seruare communi modo, dicendum est quòd huiusmodi intẽtio peccatum est: quia firmando quis animum contra spiritualem profectum, ponit inquantum in se est, obicem directe Spiritui sancto. Non est tamẽ peccatum mortale: quia infra limites præceptorum communi modo seruandorum sistendo, saluatur dilectio Dei super omnia, & intentio progressus ad vitam æternam, ac per hoc est perfectissimæ charitatis tãquam finis. Charitas enim viæ maxime perficitur in ingressu patriæ & multorum bonorum operum tanquam mediorũ necessariorum ad conseruandam charitatem, & eundum ad patriam. De contẽptu aũt scito, quòd vt Author in q. de veritate q. 15. artic. 5. ad secũdum dicit, Non omnis contemptus facit peccatum mortale, sed solum cõtemptus Dei. Et propterea si in proposito cõtemptus interuenit non præceptorũ, sed cõsiliorum Dei, quoniã in ipsis contemnitur Deus consilians, sicut contemnendo præcepta contemnitur Deus præcipiens: ideo peccatum mortale esset ex contemptu consiliorum, consilia aut profectum charitatis omittere. Interuenit autem talis contẽptus, quando homo refugit subiici consiliis diuinis, vt cõsiliis, & profectui charitatis, vt perfectiori viæ. Contẽptus enim Dei est, nolle subiici diuinæ regulæ, quòd hic manifeste accidерet. Si quis aũt spiritualẽ profectũ & diuina cõsilia, vt postea à Deo ordinata, reueretur, sed qa non obligatur ad illa, & non sunt necessaria ad salutẽ, non vult illa amplecti, & nihil curat de illis, p̃ se, talis nõ contẽnit Deũ, sed potiꝰ operũ executionẽ, ac p hoc non peccat mortaliter ex huiusmodi incuria deliberata, quę nõnullus contẽptus est, omittẽdo intẽtionem & executionẽ profectus spiritualis & operũ bonorum quæ posset facere. Et per hoc patet solutio vtriusque dubij.

Cap. 2.

¶ Ad obiecta autem primi dubij respondendo dicitur, quòd ex hoc quòd in litera excipitur contemptus, non habetur quòd omissio intentionis sit peccatum: quoniam omissio intentionis potest ex alia causa quàm ex contemptu procedere. Similiter ex hoc quòd tenentur omnes aliquo modo habere intentionem proficiendi, sed non ponendo obicem Spiritui sancto, non iacitur nouus laqueus animabus, vt patet.

¶ Ad obiecta verò secundi dubij dicitur, q̃ licet contemptus Dei sit ex suo genere peccatum mortale, & hic solus apud Theologos videtur appellari simpliciter contemptus, cùm distinguitur peccare ex contemptu contra peccare ex infirmitate aut ignorantia, contẽptus tamen secundũ quid (qualis est contẽptus operationis exercẽdæ) non est ex suo genere peccatum mortale. Et quia contemptus Dei importat non solũ contemptũ Dei in seipso, sed in suis præceptis ac consiliis, legibusque ac regulis ministrorũ suorum, qui sunt Ecclesiæ prælati, ideo iuxta huiusmodi contemptus præsentiam vel absentiam, peccatum

tinet ad Religiosos: ergo etiam eorum est agere omnia bona quæ valent. Et ita videtur quòd quilibet eorum teneatur ad omnia consilia implenda.

¶ 3 Præterea, Si non requiritur ad statum perfectionis, quòd aliquis omnia cõsilia impleat, sufficiẽs esse videtur, si quædam consilia impleat: sed hoc falsum est, quia multi in seculari vita existentes aliqua consilia implent, vt patet de iis, qui continentiam seruant: ergo videtur quòd quilibet religiosus, qui est in statu perfectionis, teneatur ad omnia quæ sunt perfectionis. Huiusmodi autem sunt omnia consilia.

¶ SED CONTRA. Ad ea quę sunt supererogationis, non tenetur aliquis nisi ex propria obligatione: sed non quilibet religiosus obligat se ad omnia, sed ad aliqua determinata, quidam ad hæc, quidam ad illa. Non ergo omnes tenentur ad omnia.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd ad perfectionem aliquid pertinet tripliciter. Vno modo, essentialiter. Et sic, sicut suprà dictum est*, ad perfectionem pertinet perfecta obseruantia præceptorum. Alio modo ad perfectionem pertinet aliquid consequenter: sicut illa, quæ sequuntur ex perfectione charitatis, puta, quòd aliquis maledicenti benedicat, & alia huiusmodi impleat, quæ etsi secundum præparationẽ animi sint in præcepto, vt scilicet impleantur quando necessitas requirit, tamen ex superabundantia charitatis procedit, quòd etiam præter necessitatem quãdoque talia impleantur. Tertio modo pertinet aliquid ad perfectionem instrumẽtaliter & dispositiuè, sicut paupertas, continentia, abstinentia, & alia huiusmodi. Dictum est autem, * quòd ipsa perfectio charitatis est finis status religionis. Status autem religionis est quędam disciplina vel exercitium ad perfectionem perueniendi: ad quam quidem aliqui peruenire nituntur exercitiis diuersis, sicut etiam medicus ad sanandum vti potest diuersis medicamentis. Manifestum est autem, quòd ille qui operatur ad finem, non ex necessitate conuenit, quòd iam assecutus sit finem, sed requiritur quòd per aliquam viam tendat ad finem. Et ideo ille qui statum religionis assumit, non tenetur habere perfectam charitatem, sed tenetur ad hoc tendere & operam dare, vt habeat charitatem perfectam. Et eadem ratione non tenetur ad hoc quòd illa impleat, quæ ad perfectionem charitatis consequuntur. Tenetur autem vt ad ea implenda intendat, contra quod facit contemnens. Vnde non peccat si ea prætermittat, sed si ea contemnat. Similiter etiam non tenetur ad omnia exercitia, quibus ad perfectionem peruenitur, sed ad illa quæ determinate sunt ei taxata secundum regulam quam professus est.

Ar. pre.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille qui transit ad religionem, non profitetur se esse perfectum, sed profitetur se adhibere studium ad perfectionem consequendam. Sicut etiam qui intrat scholas, non profitetur se scientem, sed profitetur se studentem ad scientiam acquirendam. Vnde sicut Augustinus dicit 8. de Ciuitate Dei, * Pythagoras noluit se sapientem profiteri, sed sapientiæ amatorem. Et ideo religiosus non est transgressor professionis, si non sit perfectus, sed solum si contemnat ad perfectionem tendere.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd sicut diligere Deum ex toto corde, tenentur omnes, est tamen aliqua totalitas perfectionis, quæ sine peccato prætermitti non potest: alia autem quæ sine peccato prætermittitur, dum tamen desit contemptus, vt suprà dictum est*. ita etiam omnes tam religiosi quàm seculares tenentur aliqualiter facere quicquid boni possunt. Omnibus enim cõmuniter dicitur Eccl. 9. Quodcunque potest manus tua, instanter operare. Est tamen aliquis modus hoc præceptum implendi, quo peccatum vitatur, scilicet si homo faciat quod potest, secundum quòd requirit conditio sui status, dummodo contemptus non adsit agendi meliora, per quem animus firmatur contra spiritualem profectum.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd quædã consilia sunt, quæ si prætermitterentur, tota vita hominis implicaretur negotiis seculoribus: puta, si quis haberet propriũ, vel matrimonio vteretur, aut aliquid huiusmodi faceret, quod pertinet ad essentialia vota religionis. Et ideo ad omnia talia consilia obseruanda Religiosi tenentur. Sunt autẽ quædã consilia de quibusdam melioribus particularibus actibus, quæ prętermitti possunt absque hoc, quòd vita hominis secularibus actibus implicetur. Vnde non oportet quòd ad omnia talia religiosi teneantur.

Q. 141. ar. 2. Et 1. 2. q. 61. art. 3. *q. 81. ar. 3.* *Hom. 10.* *4 di. 1. q. 2. art. 6 q. 2. ad 3.*

Universidad de Deusto Biblioteca

tum mortale ex cõtemptu iudicandum vel excusandum est. Ex eo autem quòd in litera vnicus effectus contemptus apponitur, scilicet firmitas animi contra spiritualem profectum, non habetur quòd in hoc effectu consistat contemptus, aut cõtemptus culpæ: sed solùm quòd huiusmodi firmitas comitatur cõtemptum. Cum hoc autem stat, & quòd cõtemptus sit peccatum mortale, & quòd huiusmodi firmitas, si aliũde quàm ex contẽptu proueniat, nõ est peccatum mortale: quamuis semper sit peccatum. *Infrà art. 4. cor. & ad primũ. Et opus. 18. ca. 7. & 8.*

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæsextæ Articulum tertium.

IN articul. tertio eiusdem quæstionis in responsione ad quartum, dubium occurrit circa illud, Bona temporalia impedimenta sunt ad speculationem Nam bona temporalia moderata, necessaria sunt ad felicitatem speculatiuam. Pauper enim impeditur à contemplatione, dum oportet eum sollicitum esse circa opportuna ad victum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd felicitas speculatiua dupliciter consideratur: vel secundum se, vel in tali subiecto, s. homine. *Cap. 1.* Et si consideratur secundum se, impeditur à temporalib⁹ bonis & ab ipsius hominis cõditione, quæ eget cibo, potu, somno, quiete, & huiusmodi. *Cap. 6.* Nã hæc omnia à cõtemplatione abducunt animã. vt experimur continuè. Si verò consideratur felicitas contemplatiua, vt est hominis, sic bona temporalia sunt necessaria non vt eligenda propter contemplationem directè, sed vt cõsequentia ex necessitate materiæ, s. hominis. *Cap. 5. & lib. 10. ca. 7.* Ad vitam quippe speculantis hominis conseruãdam eligenda occurrunt temporalia: Et propterea quantò pauciora, sufficiẽtia tamen eliguntur, tanto minus contemplatio impeditur.

¶ In eadem responsione ad quartum, collata cum respõsione ad quintum, *Q. præt. art. 6.* dubium occurrit circa illud, Diuitiæ habitæ per se natæ sunt perfectionem charitatis impedire: quia si natæ sunt per se charitatis perfectionẽ impedire, ergo communiter loquendo, in omni homine natæ sunt charitatis perfectionem impedire. *Cap. 27.* Quod enim conuenit per se, cõuenit aut omni, aut in pluribus saltẽ. Tunc vltra: natæ sunt perfectionem charitatis impedire in omni homine cõmuniter loquẽdo: *Ar. 1. & 2.* ergo non debẽt regulariter simul stare cum aliquo statu perfectionis in homine. *Ar. pre.* Probatur sequela: quia incompacta regula est, vt status aliquis perfectionis sit, & non exigat exclusionem impedimentorũ perfectionis. Ac per hoc diuitiæ habitæ contrariãtur statui episcopali.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia aliud est iudicium de hominibus cõmuniter, & aliud de hominibus excellentibus: & homines qui in episcopali sunt statu, sunt non qualescunque, sed excellentes in perfectione, vt pote aliorum perfectores: ideo licet diuitię habitæ natæ sint per se allicere & distrahere homines communiter, & per hoc natæ sint impedire perfectionem charitatis cõmuniter: non tamen tãti sunt, vt allicere possint perfectos animos ad sui amorem. Et propterea habere diuitias, impedimentum est exclusum à statu religiosorũ, vt pote nondum perfectorũ, sed ad perfectionem tendentium. Non est autem impedimentum excludendum à statu episcoporum, vt pote perfectorum. Vnde ad obiectionem in oppositũ, negetur seu distinguatur sequela illa, Ergo diuitiæ habitæ non debent stare simul cum aliquo perfectionis statu: quoniam de statu perfectionis accessiue vera est cum sua probatione. Sed nihil valet vltima illatio de statu episcopali, qui non est accessiuus ad perfectionem. De statu autem perfectionis effectiue nihil valet cum sua probatione. Talẽ verò constat esse statũ episcopalem. Patet autem ex litera hac in responsione ad quintum, doctrinã hanc Authoris esse, dũ ex duobus capitibus ostendit non exigi ab Episcoporum statu perfectionem paupertatis. Primò, ex excellẽtia perfectionis, quia scilicet sunt aliorũ perfectores. Secundò, quia episcopalis status est etiam gubernatiuus quo ad temporalium administrationem, &c.

¶ Super

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum paupertas requiratur ad perfectionem religionis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd paupertas non requiratur ad perfectionem religionis. Non enim videtur ad statum perfectionis pertinere illud quod illicite fit: sed quòd homo omnia sua relinquat, videtur esse illicitũ. Apostolus enim secundæ ad Corint. 8. dat formam fidelibus eleemosynas faciendi, dicens, Si voluntas prompta est, secundum illud quod habet, accepta est, id est, vt necessaria retineatis. Et postea subdit, Non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, glo. id est paupertas. Et super illud 1. ad Timot. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur. dicit glo. Et si nihil intulerimus vel ablaturi simus, non tamen omnino abiiciẽda sunt hæc temporalia. Ergo videtur quòd voluntaria paupertas non requiratur ad perfectionem religionis.

¶ 2 Præterea, Quicũque se exponit periculo, peccat: sed ille qui omnibus suis relictis voluntariã paupertatem sectatur, exponit se periculo, etiam spirituali (secundum illud Prouerb. 30. Ne forte egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei. & Ecclesi. 27. Propter inopiam multi deliquerunt) & etiam corporali. Dicitur enim Eccles. 7. Sicut protegit sapientia, sic protegit & pecunia. & Philosophus dicit in quarto Eth*. quòd videtur quædam perditio ipsius hominis esse corruptio diuitiarum, quia per has homo viuit: ergo videtur quòd voluntaria paupertas non requiratur ad perfectionem religiosæ vitæ.

¶ 3 Pręterea, Virtus in medio consistit, vt dicitur in 2. Ethi*. sed ille qui omnia dimittit per voluntariã paupertatem, non videtur in medio consistere, sed magis in extremo: ergo non agit virtuose. Et ita hoc non pertinet ad vitæ perfectionem.

¶ 4 Præterea, Vltima perfectio hominis in beatitudine consistit: sed diuitię cõferũt ad beatitudinem. Dicitur enim Eccl. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula. & Philos. dicit in 1. Ethi*. quòd organicę diuitię deseruiunt ad felicitatem: ergo voluntaria paupertas non requiritur ad perfectionem religionis.

¶ 5 Præterea, Status Episcoporũ est perfectior, quàm status religionis: sed Episcopi possunt proprium habere, vt suprà habitum est*: ergo & Religiosi.

¶ 6 Præterea, Dare eleemosynã est opus maximè Deo acceptũ, & sicut Chrysost. dicit medicamentum, quod maxime in pœnitentia operatur: sed paupertas excludit eleemosynarum largitionem: ergo videtur quòd paupertas ad perfectionem religionis non pertineat.

¶ SED CONTRA est, quòd Greg. dicit secundo Moral*. Sunt nõnulli iustorũ, qui ad comprehendẽdum culmen perfectionis accincti, dum altiora interius appetunt, exterius cuncta derelinquunt: sed accingi ad comprehẽdendum culmen perfectionis, proprie pertinet ad Religiosos, vt dictum est:* ergo eis competit vt per voluntariam paupertatem cuncta exterius derelinquant.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut suprà dictũ est*, status religionis est quoddam exercitium & disciplina, per quã peruenitur ad perfectionẽ charitatis. Ad quod quidẽ necessarium est, quòd aliquis affectum suum totaliter abstrahat à rebus mundanis. Dicit enim Aug. in 10. Confessio.* ad Deum loquens, Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. *Cap. 29.* Vnde in li. 83. Quæst. dicit Aug*. quòd nutrimentũ charitatis est diminutio cupiditatis: perfectio, nulla cupiditas. *q. 36. tom. 4.* Ex hoc aũt ꝙ aliquis res mũdanas possidet, allicitur animus eius ad earum amorem. Vnde Aug. dicit in epistola ad Paulinum & Therasiam*, quòd terrena diliguntur arctius adepta, quàm concupita. *Epist. 43. to. 2.* Nam vnde iuuenis ille tristis discessit, nisi quia magnas diuitias habebat? Aliud est enim nolle incorporare quæ desunt, aliud iã in corporata diuellere. Illa enim velut extranea repudiãtur, ista verò velut in mẽbra præscindũtur. Et Chrys. dicit super Matt*. quòd appositio diuitiarũ maiorem accendit flãmam, & vehemẽtior fit cupido. *Hom. 64. ante medium.* Et inde est, quòd ad perfectionẽ charitatis acquirendã primum fundamentum est voluntaria paupertas, vt aliquis absq; proprio viuat, dicente Domino, Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da paperibus, & veni, & sequere me.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut glo. ibidem subdit, non ideo subdit Apostolus vt nobis non sit tribulatio, id est paupertas, quin melius esset: sed infirmis timet deficere, quos sic dare monet vt egestatem non patiantur. Vnde similiter etiam ex glo. alia non est intelligendum quòd non liceat omnia temporalia abiicere, sed quòd hoc non ex necessitate requiritur. Vnde & Ambrosius dicit primo de Offi*. Dominus nõ vult, scilicet ex necessitate præcepti, simul effundi opes, sed dispensari: *Cap. 30. to. 1.* nisi forte, vt Helisæus boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica.

¶ Ad secundũ dicendũ, ꝙ ille qui omnia sua dimittit propter Christũ, non exponit se periculo neq; spirituali, neq; corporali. Spirituale enim periculũ ex paupertate prouenit, quando non est voluntaria: quia ex affectu aggregandi pecunias, quem patiuntur illi qui inuoluntarie sunt pauperes, incidit homo in multa peccata: secundum illud 1. ad Timot. vlt. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Iste autem affectus deponitur ab iis, qui voluntariã paupertatẽ sequũtur. Magis aũt dominatͬ in iis, q diuitias possidẽt, vt ex supradictis patet*. *In corp. art.* Corporale etiã periculũ non imminet illis, q intẽtione sequẽdi Christũ oĩa sua relinquũt, diuinæ prouidẽtiæ se committentes. Vnde August. dicit in lib. de Sermone Domini in monte*, Quærentibus regnum Dei & iustitiã eius, non debet subesse solicitudo, ne necessaria desint. *Lib. 2. ca. 25.*

¶ Ad tertiũ dicendũ, ꝙ mediũ virtutis scd̃m Philosophũ in 2. Ethic*. accipitͬ scd̃m rõnem rectã, non scd̃m quantitatẽ rei. *Cap. 6.* Et ideo q cquid põt fieri secundũ rõnem rectã, nõ est vitiosum ex magnitudine quãtitatis, sed magis virtuosum. Esset aũt pręter rõnẽ rectã, si quis oĩa sua consumeret p intẽperantiã vel absq; vtilitate. Est autẽ scd̃m rationẽ rectã, ꝙ aliq s diuitias abiiciat vt contemplationi sapientiæ vacet: quod etiã Philosophi quidã legũtur fecisse. Dicit enim Hier. in epistola ad Paulinum* *Non lõge à princ.* Crates ille Thebanus, homo quondã ditissimus, cùm ad philosophandũ Athenas pergeret, magnũ auri põdus abiecit: nec putauit se posse simul diuitias & virtutes possidere. Vnde multo magis secundũ rõnem rectã est, vt homo oĩa sua relinquat ad hoc ꝙ Christum perfecte sequatur. Vnde Hier. dicit in epistola ad Rusticũ monachum*, Christum nudũ nudus sequere. *De viuẽdi forma, in fin.*

¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ duplex est beatitudo siue felicitas. Vna quidem perfecta, quam expectamus in futura vita: alia verò imperfecta: secundũ quam aliq dicũtur in hac vita beati. Vitæ autem

autem præsentis felicitas est duplex. Vna quidem secundum vitam actiuam: alia verò secundum vitam contemplatiuam: vt patet per philosophum in 10. Ethic.* *Cap. 7. & 8.* Ad felicitatem autem vitæ actiuæ, quæ consistit in exterioribus operationibus, instrumentaliter diuitiæ coadiuuãt: quia vt Philosophus dicit in 10. Eth.* *Cap. 7.* multa operamur per amicos, & per diuitias, & per ciuilẽ potentiam, sicut per quædam organa. Ad felicitatem autem contemplatiuæ vitæ non multum operantur, sed magis impediunt, inquantum sua solicitudine impediunt animi quietem, quæ maximè necessaria est contemplanti. Et hoc est quod Philosophus dicit in 10. Ethic.* *Cap. 8.* ꝙ ad actiones multis opus est. Speculanti verò à nullo talium, scilicet exteriorum bonorum ad operationẽ necessitas, sed impedimẽta sunt ad speculationem. Ad futuram verò beatitudinem ordinatur quis per charitatem. Et quia voluntaria paupertas est efficax exercitium perueniendi ad perfectam charitatem, ideo multum valet ad cælestem beatitudinem consequendã. Vnde & Dominus Matt. 19. dicit, Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo. Diuitiæ autem habitæ per se quidem natæ sunt perfectionem charitatis impedire, principaliter alliciendo animum, & distrahendo. Vnde dicitur Matth. 13. quòd solicitudo seculi & fallacia diuitiarum suffocãt verbum Dei: quia vt Gregorius dicit,* *Hom. 15. in Euãg.* dum bonum desiderium ad cor intrare non sinunt, quasi aditum flatus vitalis vetant. Et ideo difficile est charitatem inter diuitias conseruare. Vnde Dominus dicit Matthæi 19. quòd diues difficile intrabit in regnum cælorum. Quod quidem non intelligendum est de eo, qui actu habet diuitias. Nam de eo qui affectum in diuitiis ponit, dicit hoc esse impossibile secundum expositionem Chrysost.* *Hom. 64. in Matt. to. 2.* cùm subdit, Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Et ideo non simpliciter diues dicitur esse beatus, sed qui inuentus est sine macula, & post aurum non abiit. Et hoc ideo, quia rem difficilem fecit. Vnde subditur, Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit em̃ mirabilia in vita sua, vt scilicet inter diuitias positus, diuitias nõ amaret.

¶ Ad quintum dicendum, quòd status episcopalis non ordinatur ad perfectionem adipiscendam, sed potius vt ex perfectione, quam quis habet, alios gubernet, non solùm ministrando spiritualia, sed etiam temporalia, quod pertinet ad vitam actiuam, in qua multa operanda occurrunt instrumentaliter per diuitias, vt dictum est*. *In solut. ad 4. arg. præc.* Et ideo ab Episcopis, qui profitentur gubernationem gregis Christi, nõ exigitur vt proprio careant, sicut à religiosis, qui profitentur disciplinam perfectionis acquirendæ.

¶ Ad sextum dicendum, quòd abrenuntiatio propriarum diuitiarum comparatur ad eleemosynarum largitionem, sicut vniuersale ad particulare, & holocaustum ad sacrificium. Vnde Gregor. dicit super Ezechiel.* *Hom. 20.* quòd illi qui ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, in bonis quæ faciunt, sacrificiũ offerunt: quia aliquid Deo immolant, & aliquid sibi reseruãt. Qui verò nihil sibi reseruant, offerunt holocaustum, quod est maius sacrificio. Vnde etiam Hieronym. cõtra Vigilantium* *Non lõgè à fine.* dicit, Quod autem asseris eos melius facere, qui vtuntur rebus suis: & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidunt: non à me eis, sed à Deo respondetur, Si vis perfectus esse, &c. Et postea subdit, Iste, quem tu laudas, secundus & tertius gradus est, quem & nos recipimus, dummodo sciamus prima secundis & tertiis pręferenda. Et ideo ad excludendum errorem Vigilantij, dicitur in libro de Eccles. dogmatibus,* *Ca. 71. to. 3. inter op. Aug.* Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare: melius est pro intentione sequendi Dominum insimul donare, & absolutum in solitudine egere cum Christo.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum perpetua continentia requiratur ad perfectionem religionis.

Suprà q. 88. artic. 11. cor. fi. Et o/ u. 18. ca. 9. Et opus. 19. ca. 1. et in prolo. super Ioan. lectio. 1.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd perpetua continentia non requiratur ad perfectionem religionis Omnis enim vitæ Christianæ perfectio ab Apostolis Christi cœpit. Sed Apostoli continentiam non videntur seruasse: vt patet de Petro, qui socrum legitur habuisse Matth. 8. ergo videtur quòd ad perfectionem religionis non requiratur perpetua continentia.

¶ 2 Præterea, Primum perfectionis exemplar nobis in Abraham ostenditur, cui Dominus dixit Gen. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. Sed exemplatum non oportet quòd excedat exemplar: ergo non requiritur ad perfectionem religionis perpetua continentia.

¶ 3 Pręterea, Illud quod requiritur ad perfectionem religionis, in omni religione inuenitur. Sunt autem aliqui Religiosi, qui vxoribus vtuntur. Non ergo religionis perfectio exigit perpetuã continentiam.

¶ SED CONTRA est, quod Apostolus secundæ ad Corinth. 7. dicit, Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem nostram in timore Dei. Sed munditia carnis & spiritus conseruatur per continentiam. Dicitur enim primę Corinth. 7. Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta spiritu & corpore. ergo perfectio religionis requirit continentiam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ad statũ religionis requiritur abstractio eorum, per quæ homo impeditur, ne feratur totaliter in Dei seruitium. Vsus autẽ carnalis copulæ retrahit animũ, ne totaliter feratur in Dei seruitium, dupliciter. Vno modo, propter vehementiam delectationis, ex cuius frequenti experientia augetur concupiscentia: vt etiam Philosophus dicit in tertio Ethic.* *Cap. 11. to. 5.* Et inde est, quòd vsus venereorum retrahit animum ab illa perfecta intentione tendendi in Deum. Et hoc est qđ Augustinus dicit in primo Soliloquiorum*. *Cap. 10. to. 1.* Nihil esse sentio quod magis ex arce deiiciat animũ virilẽ, quàm blandimenta fœminæ, corporúmque ille contactus, sine quo vxor haberi non potest. Alio modo, propter solicitudinem, quam ingerit homini de gubernatione vxoris, filiorũ & rerum temporalium, quæ ad eorum sustentationem sufficiãt. Vnde Apostolus dicit, quòd qui sine vxore est, solicitus est quæ sunt Domini, quo modo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, & quomodo placeat vxori. Et ideo cõtinẽtia perpetua requiritur ad perfectionem religionis, sicut & voluntaria paupertas. Vnde sicut damnatus est Vigilantius, qui adæquauit diuitias paupertati: ita damnatus est Iouinianus, qui adæquauit matrimonium virginitati.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd perfectio non solum paupertatis, sed etiam continentiæ introducta est per Christum: qui dicit Matth. 19. Sunt eunuchi qui castrauerunt seipsos propter regnum cælorum. Et postea subdit, Qui potest capere, capiat. Et ne alicui spes perueniendi ad perfectionẽ tolleretur, assumpsit ad perfectionis statum etiã illos, quos inuenit matrimonio iunctos. Non autem poterat absque iniuria fieri, quòd viri vxores desererent, sicut absque iniuria fiebat, quòd omnes diuitias derelinquerẽt. Et ideo Petrum, quem inuenit matrimonio iunctũ, non separauit ab vxore: Ioannem tamen volentem nubere, à nuptiis reuocauit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Augustin⁹ dicit in libro de Bono cõiugali,* *Cap. 22. to. 6.* Melior est castitas cælibũ, quàm castitas nuptiarum, quarum Abraham habebat vnam in vsu, ambas in habitu: castè quippe coniugaliter vixit. Esse autem castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. Nec tamen quia antiqui Patres perfectionem animæ simul cum diuitiis & matrimonio habuerũt, quod ad magnitudinem virtutis pertinebat, propter hoc infirmiores quique non debent præsumere se tãtæ esse virtutis, vt cum diuitiis & matrimonio possint ad perfectionem peruenire: sicut nec aliquis præsumit hostes inermis inuadere, quia Samson cum mandibula asini multos hostium peremit. Nam illi Patres, si tempus fuisset d continentiæ, & paupertatis seruandæ, studiosius hoc implessent. *D. 1.*

¶ Ad tertium dicendum, quòd illi modi viuendi, secundum quos homines matrimonio vtũtur, non sunt simpliciter & ab-

¶ Super quæstionis centesimæ octuagesimæ sextæ Articulum quartum.

IN artic. quarto eiusdem quæstionis centesimæoctuagesimæ sextæ dubium occurrit in responsione ad primum circa illud, Dominus assumpsit ad perfectionis statum etiam illos quos inuenit matrimonio iũctos, an sit sermo de statu religionis, an de statu episcopali. Si de statu religionis, falsa est ergo conclusio principalis in hoc articulo, scilicet votum continentiæ requiritur ad statum perfectionis religionis. Si de statu episcopali, ergo nulla est differentia inter votum paupertatis & castitatis, quæ in litera assignatur: cùm episcopalis status neutrum votum exigat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia Apostoli vocati sũt ordine quodam ad vtrunque statum. Primò, religionis, dum discipuli constituti sunt, dicente Petro, Ecce nos reliquimus omnia. & secuti sumus te. Deinde episcopatus, dum Apostoli cõstituti sunt (quamuis hoc non fuerit confirmatum nisi post resurrectionem Domini, dicente Domino Petro, Pasce oues meas, & per ipsum cæteri ordinati sunt Episcopi) ideo verba literæ huius de vtroque statu indistinctè loquuntur. Verùm quòd Dominus aliquod exegerit votum, scilicet paupertatis in statu perfectionis religiosæ, ad ipsam religionis naturam commendandam & obseruandam spectat. Quod autem votum castitatis non exegerit, non ad statum, sed ad perfectionis excellentiam, quam ipse discipulus contulit, spectat. Sicut enim diuitiarum proprietas perfectorum animos non allicit, aut distrahit, vt de Abraham apparet, ita matrimonij vsus perfectorum animos non deiicit: vt de eodem & patribus priscis in hac litera in responsione ad secũdum patet. Et propterea episcopalis status, qui perfectiuus est, neutrum votum, religiosus autem qui tendentium ad perfectionem est, vtrunque exigit.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

solutè loquendo, religiones, sed secundum quid: inquantum scilicet in aliquo participant quædam, quæ ad statum religionis pertinent.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum obedientia pertineat ad perfectionem religionis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd obedientia non pertineat ad perfectionem religionis. Illa enim videtur ad perfectionem religionis pertinere, quæ sunt supererogationis, ad quæ non omnes tenentur: sed ad obediendum Prælatis suis omnes tenẽtur, secundum illud Apostoli ad Hebræos vltimo: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. ergo videtur quòd obedientia nõ pertineat ad perfectionem religionis.

¶2 Præterea, Obedientia pertinere videtur propriè ad eos, qui debent regi sensu alieno, quod est indiscretorum. Sed Apostolus dicit ad Hebręos quinto, quòd perfectorum est solidus cibus, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. ergo videtur quòd obedientia nõ pertineat ad statum perfectorum.

¶3 Præterea si obedientia requireretur ad perfectionem religionis, oporteret quòd omnibus Religiosis conueniret. Non autem omnibus conuenit. Sunt enim quidam Religiosi solitariam vitam agentes, qui non habent superiores, quibus obediant. Prælati etiam religionum ad obedientiam videntur teneri. Ergo obedientia non videtur pertinere ad religionis perfectionem.

¶4 Præterea, Si votum obedientiæ ad religionem requireretur, consequens esset quòd Religiosi tenerentur Prælatis suis in omnibus obedire, sicut & per votum continentiæ tenentur ab omnibus venereis abstinere: sed non tenentur Prælatis suis obedire in omnibus, vt suprà habitũ est*, cùm de virtute obedientiæ ageretur: ergo votum obedientiæ non requiritur ad religionem.

¶5 Præterea, Illa seruitia sunt Deo maximè accepta, quæ liberaliter & non ex necessitate fiunt: secundum illud secundæ ad Corinthios nono, Non ex tristitia, aut ex necessitate. Sed illa quæ fiunt ex obedientia, fiunt ex necessitate præcepti: ergo laudabili⁹ fiunt bona opera, quæ quis propria sponte facit. Votum ergo obediẽtiæ non competit religioni, per quam homines quærunt ad meliora peruenire.

¶ SED CONTRA. Perfectio religionis maximè consistit in imitatione Christi: secundum illud Matth. 19. Si vis perfect⁹ esse, &c. sequere me. sed in Christo maximè commendatur obedientia: secundum illud ad Phil. 2. Factus est obediens vsque ad mortem: ergo videtur quòd obedientia pertineat ad perfectionem religionis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, stat⁹ religionis est quædam disciplina vel exercitium tendendi in perfectionem. Quicunque autẽ instruuntur vel exercitantur, vt perueniant ad aliquem finem, oportet quòd directionem alicuius sequantur, secundũ cuius arbitrium instruantur vel exercitẽtur, vt perueniant ad aliquem finem, quasi discipuli sub magistro. Et ideo oportet ꝙ Religiosi in iis, quæ pertinent ad religiosam vitam, alicuius instructioni & imperio subdantur. Vnde & septima quęstione prima* dicitur, Monachorum vita subiectionis habet verbum & disciplinatus. Imperio autem & alterius instructioni subiicitur homo per obedientiam. Et ideo obedientia requiritur ad religionis perfectionem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ obedire Prælatis in iis quæ pertinent ad necessitatem virtutis, non est supererogationis, sed omnibus commune: sed obedire in iis quæ pertinent ad exercitium perfectionis, pertinet propriè ad religiosos. Et comparatur ista obedientia ad aliam, sicut vniuersale ad particulare. Illi enim q in seculo viuunt, aliquid sibi retinent, & aliquid Deo largiuntur: & secũdum hoc obedientiæ Prælatorum subduntur. Illi verò qui viuunt in religione, totaliter se & sua tribuunt Deo, vt ex supradictis patet*: vnde obedientia eorum est vniuersalis.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd sicut Philosoph⁹ dicit in 2. Ethicorum*, homines exercitantes se in operibus, perueniunt ad aliquos habitus, quos cùm acquisierint, eosdem actus maximè possunt operari. Sic ergo obediendo, illi qui nõ sunt perfectionem adepti, ad perfectionẽ perueniunt. Illi autẽ qui iam sunt perfectionem adepti, maximè prompti sunt ad obediendum, non quasi indigentes dirigi ad perfectionem acquirendam, sed quasi ex hoc se conseruantes in eo, quod ad perfectionem pertinet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd subiectio Religiosorum principaliter attenditur ad Episcopos, qui comparantur ad eos sicut perfectores ad perfectos, vt patet per Dion. 6. ca. Eccles. hierar. Vbi etiam dicit quòd monachorum ordo Pontificũ consummatiuis virtutibus mancipatur, & diuinis eorum illuminationibus edocetur. Vnde ab Episcoporum obedientia nec eremitæ, nec etiam Prælati religionũ excusantur. Et si à diœcesanis Episcopis totaliter vel ex parte sunt exempti, obligantur tamen ad obediendum summo Pontifici, non solùm in iis quę sunt communia aliis, sed etiam in iis quæ specialiter pertinent ad disciplinam religionis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd votum obedientiæ ad religionem pertinens, se extẽdit ad dispositionem totius humanæ vitæ. Et secundum hoc votum obedientiæ habet quãdam vniuersalitatem, licet non se extendat ad omnes particulares actus: quorum quidam ad religionẽ non pertinent, quia non sunt de rebus pertinẽtibus ad dilectionem Dei & proximi: sicut confricatio barbæ, vel leuatio festucæ de terra, & similia, quæ non cadũt sub voto, sed sub obedientia. Quidam verò etiam contrariantur religioni. Nec est simile de voto continentiæ, per quam excludantur actus omnino perfectioni religionis contrarij.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd necessitas coactionis facit inuoluntariũ: & ideo excludit rationẽ laudis & meriti: sed necessitas consequens obedientiam non est necessitas coactionis, sed liberæ volũtatis, inquantum homo vult obedire: licet forte non vellet id quod mandatur, secundũ se cõsideratum, implere. Et ideo quia necessitati aliqua faciendi quæ secundum se non placent, per votum obedientiæ hõ se subiicit propter Deum, ex hoc ipso ea quę facit, sunt Deo magis accepta, etiam si sint minora: quia nihil mai⁹ potest homo

Opus. 18. ca. 10. Et opus. 19. cap. 1. — *q. 104. ar. 5.* — *Ar. 1. & 3.* — *Ca. Nemo quæ.* — *Ar. 3. ad 6.* — *cap. 1. & 2.*

¶ *super Quæstionis centesimæ octuagesimæ sextæ Articulum quintum.*

IN ar. quinto eiusdẽ q. nota, ꝙ obedientia sicut & alia duo vota, in quib⁹ religio cõsistit, nõ sunt de ratiõe perfectionis aut status perfectionis absolutę, sed de rõne perfectionis religiosę, & status perfectionis religiosorũ. Nã episcopalis status perfectionis stat⁹ est, & perfectior statu religioso, & nullũ triũ votorum exigit: vt patet in Episcopis antiquis, & nũc Orientalis Ecclesię, quo ad votũ castitatis, & vniuersaliter quo ad votũ paupertatis, & in Ro. põtifice quo ad votũ obedientię. Et in litera ratio assignatur, quia ad imperfectionis statum spectat indigentia directionis ab alio.

¶ In eodẽ art. in responsione ad primũ, nota illud, Et cõparatur obediẽtia ista ad illã, sicut vniuersale ad particulare. Hinc enim habes, ꝙ Religiosus ex voto obediẽtiæ tenetur obedire Prælato, nõ solum in iis quæ religioni propria sunt, sed in cõmunib⁹, hoc est in iis quæ sunt de necessitate salutis: & eadẽ rõne sub voto castitatis eorundem cadit nõ solum abstinere à coniugio, sed ab omni violatiõe castitatis: puta adulterio, incestu, &c. Et similiter sub eorum paupertatis voto cadit non solum carere propriis bonis, sed non accipere aliena: ita ꝙ Religiosus qui contra superioris præceptum fornicationem & furtum cõmittit, non solùm contra diuina agit pręcepta, sed contra sua vota. Et ratio est, quia professio religiosi se habet ad secularia vincula, sicut vniuersale ad particularia, vt in litera dicitur.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli distinguere memento inter statum & personas religionis, & sic perspicies, ꝙ status ipse religionis obedientiam exigit ducem ad perfectionẽ, quia status excitantium & discentium magistro, directoreque eget. Personæ autem religiosæ quandoque in tantum perfectionis culmẽ peruenerunt, vt non egeant duce: sed per internos habitus seipsos optimè regũt delectabiliter. Verum quia personæ istæ ex obedientia statui religioso conueniente cõseruantur, ideo à nulla religiosa persona dissonat, quòd obedientia religionis est comes.

¶ In responsione ad tertium eiusdem arti. vide hinc quòd Papa eximendo aliquem religiosum ab obedientia sui prælati, non dispensat in voto obedientiæ, non solum ea ratione, quia libertas ab obedientia sui Prælati fit tunc per accidens, stollendo à Prælato potestatem super illis quos eximere dicitur: sed etiam ea ratione, quia votum obedientiæ principaliter fit sibi, vt hic dicitur ex Dionysio. Et propterea non cõsueuit Papa dispensationis nomine in huiusmodi vti, sicut vteretur si in voto castitatis dispensaret: sed simpliciter vtitur sua potestate, quando expedit id fieri. Nec obstat ꝙ Religiosi in professione sua exprimunt se promittere obedientiam proprio capiti suæ religionis: tũ quia hoc intelligitur salua capitis Ecclesiæ potestate ac obedientia: tum quia hoc intelligitur in suo gradu: ita quòd quia caput religionis est sub capite Ecclesiæ, promittendo obedientiam capiti subordinato, intelligitur promittere obedientiam principaliter capiti vniuersali, cui illud particulare caput subordinatur.

¶ In respõsione ad quartum aduerte ꝙ cum dicitur, Actus indifferentes contineri sub voto obediẽtiæ, est sermo formalis, hoc est, stante indifferentia actus. Nam si contingat in aliquo casu actum secundum se indifferẽtem, esse vtilem ad aliquid eorum quæ ad religionem spectant: tunc non sunt indifferentes, sed vtiles, & cadunt sub voto obediẽtiæ ac precepto superiorum. Verbi gratia, Si festuca in terra iacens leuanda præcipitur, quia opportune est ad ægri seruitium.

¶ In respõsione ad quintum, circa illud, Ex hoc ipso, ea quę faciunt, sunt Deo magis accepta, dubium occurrit, an Religiosus plus mereatur faciendo ea quæ magis sibi displicẽt, quàm faciẽdo quæ non displicent. Et est ratio dubij, quia apparet pars affirmatiua vera, scilicet ꝙ plus mereatur faciendo illa quæ sibi displicent. In oppositum autem est, ꝙ non est deterioris conditionis, cui nihil operis religiosi secũdum se displicet, quàm is cui displicet aliquid eorum: esset autem deterioris conditionis, si is cui displicent, plus mereretur apud Deum illamet faciendo.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ quia hoc quod est opus aliquod displicere secundũ se vni religioso & non alij, non prouenit ex magnitudine operis; sed ex dissonantia ad affectum istius & non illius, & hinc fit vt huic tale op⁹ reddatur difficile: illi autem nõ fit difficile: ideo huiusmodi difficultas non auget meritũ: quoniam difficultas, quę se tenet ex parte operantis non auget meritum: sed est signum imperfectionis effect⁹. Et propterea simpliciter loquendo, non magis meretur Religiosus operans ea quę secundum se illi displicent quàm aliquis Religiosus operans illamet sine vlla displicentia. Potest tamen huiusmodi displicentia, & difficultatis superatio, maioris charitatis esse effectus & signum, dum iste ex charitate qua superat huiusmodi difficultatem, delectabilius operatur illamet opera: quàm alius sine displicentia illamet operatur.

¶ Ad obiectionem in oppositum dicitur, quòd Author non dicit maius meritum ex displicentia & sua difficultate, sed ex priori voto, quo suã voluntatem ad hæc necessitauit ex obedientia agenda. Per hoc enim magis placent isti Deo sic operando, quàm illi qui sine obedientiæ iugo eadem delectabiliter operãtur. Et hoc intendit Author, vt patet ex Sarabaitis subiunctis.

Deo dare, quàm quòd propriam voluntatem propter ipsum volũtati alterius subiiciat. Vnde in collationibus Patrum *dicitur, deterrimum genus monachorum esse Sarabaitas, quia suas necessitates curantes, absoluti à seniorum iugo, habent libertatem agendi quid libitum fuerit: & tamen magis quam ij, qui in cœnobiis degunt, in operibus diebus ac noctibus consumuntur.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum requiratur ad perfectionem religionis, quòd paupertas, continentia, & obedientia cadant sub voto.

AD SEXTVM sic ꝓceditur. Videtur quòd non requiratur ad perfectionem religionis quòd præcepta tria, scilicet paupertas, continentia, & obediẽtia cadant sub voto. Disciplina enim perfectionis assumendæ ex traditione Domini, est accepta: sed Dominus dãs formam perfectionis Matth. 19. dicit, Si vis perfect⁹ esse, vade, & vende oĩa quæ habes, & da pauperibus: nulla mentione facta de voto. ergo videtur quòd votum non requiratur ad disciplinam religionis.

¶ 2 Præterea, Votum consistit in quadam promissione Deo facta. Vnde Ecclesiastici quinto cùm dixisset Sapiens, Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, statim subdit, Displicet enim ei infidelis & stulta promissio: sed vbi est exhibitio rei, nõ requiritur promissio. ergo sufficit ad perfectionem religionis, quòd aliquis seruet paupertatem, continentiam, & obedientiam, absque voto.

¶3 Præterea, Augustinus dicit ad Pollentium de adulterinis coniugiis, *Ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cùm liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Sed ea quę sunt sine voto, licet non impendere, quod non licet de iis quæ fiunt cum voto: ergo videtur gratius esse Deo si quis paupertatem, continentiam, & obedientiam absque voto obseruaret. Non ergo votum requiritur ad perfectionem religionis.

¶ SED CONTRA est, quod in veteri lege Nazaræi cum voto sanctificabantur: secũdum illud Numeri 6. Vir, siue mulier cùm fecerint votum, vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, &c. Per eos autem significantur illi qui ad perfectionis summã pertingunt: vt dicit gloss. Gregorij ibidem. ergo votum requiritur ad statum perfectionis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ad Religiosos pertinet quòd sint in statu perfectionis: sicut ex supradictis patet*. Ad statum autẽ perfectionis requiritur obligatio ad ea quæ sunt perfectiõis, quę quidem Deo fit per votum. Manifestum est autem ex præmissis, * quòd ad perfectionem Christianæ vitæ pertinent paupertas, cõtinentia, & obedientia. Et ideo religionis status requirit, vt ad hæc tria aliquis voto obligetur. Vnde Gregorius dicit super Ezechielem, *Cùm quis omne quod habet, omne quod viuit, omne quod sapit, omnipotenti Deo vouerit, holocaustum est. Quod quidem pertinere postea dicit ad eos, qui præsens seculum deserunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad perfectionem vitæ Dominus pertinere dixit, quòd aliquis eum sequatur, non qualitercunque, sed vt vlterius retro nõ abiret. Vnde & ipse dicit Lucæ 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciẽs retrò, aptus est regno Dei. Et quamuis quidam de discipulis eius retrorsum abierint, tamen Petrus loco aliorum Domino interroganti, Nunquid & vos vultis abire? respondit, Domine, ad quem ibimus? Vnde & Augustinus dicit in lib. de Consensu Euangelistarum, * quòd sicut Matth. & Marcus narrant, Petrus & Andreas, non subditis ad terram nauibus, tãquam causa redeundi, secuti sunt eum, sed tanquam iubentem vt sequerentur: hæc autem immobilitas sequelæ Christi firmatur per votum. Et ideo votum requiritur ad perfectionem religionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectio religionis requirit, sicut Gregorius dicit, vt aliquis omne quod vouit Deo, exhibeat. Sed homo nõ potest totam vitam suam Deo actu exhibere: quia non est tota simul, sed successiuè agitur. Vnde non aliter homo potest totam vitam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd inter alia quæ licet nobis non impendere, est etiam propria libertas, quam homo cæteris rebus chariorem habet. Vnde cùm aliquis propria sponte voto sibi adimit libertatem abstinendi ab iis quæ ad Dei seruitium pertinent, hoc fit Deo acceptissimum. Vnde Augustinus dicit in epistola ad Armentarium & Paulinam, * Non te vouisse pœniteat, imò gaude iam tibi non licere quod cum tuo detrimento licuisset. Felix necessitas, quæ in meliora compellit.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum conuenienter dicatur in his tribus votis consistere religionis perfectionem.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter dicatur in his tribus votis cõsistere religionis perfectionem. Perfectio enim vitæ magis consistit in interioribus, quàm in exterioribus actibus: secundum illud ad Roma. 14 Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Sed per votum religionis aliqui obligantur ad ea quæ sunt perfectionis. Ergo magis dicuntur ad religionem pertinere vota interiorum actuum: puta contemplationis, dilectionis Dei & proximi, & aliorũ huiusmodi, quàm votum paupertatis, continentiæ, & obedientiæ, quæ pertinent ad exteriores actus.

¶2 Præterea, Prædicta tria cadunt sub voto religionis, inquantum pertinent ad quoddam exercitium tendendi in perfectionem: sed multa alia sunt, in quibus Religiosi exercitantur: sicut abstinentia, vigiliæ, & alia huiusmodi. ergo videtur quòd inconuenienter ista tria vota dicantur essentialiter ad statum perfectionis pertinere.

¶3 Pręterea, Per votum obedientiæ aliquis obligatur ad omnia implenda, secundum præceptum Superioris, quæ ad exercitiũ perfectionis pertinent. ergo sufficit votum obedientiæ absque aliis duobus votis.

¶ 4 Præterea, ad exteriora bona pertinent non solùm diuitiæ, sed etiam honores. Si ergo per votum paupertatis religiosi terrenas diuitias abdicant, oportet esse etiam aliud votum, per quod honores mundanos contemnant.

¶ SED CONTRA est quod dicitur extrà, de statu monachorum *, quòd custodia castitatis, & abdicatio proprietatis sunt annexæ regulæ monachali.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd religionis status potest considerari tripliciter. Vno modo, secundum quod est exercitium tendendi in perfectionem charitatis. Alio modo, secundum quod quietat animum humanum ab exterioribus solicitudinibus: secundum illud primæ ad Corinth. 7. Volo vos sine solicitudine esse. Tertio modo, secundum quod est quoddam holocaustum, per quod aliquis totaliter se & sua offert Deo. Et secundum hoc ex his tribus votis integratur religionis status. Primò enim quantum ad exercitium perfectionis requiritur, quòd aliquis à se remoueat illa, per quæ posset impediri, ne totaliter eius affectus tendat in Deũ, in quo consistit perfectio charitatis. Huiusmodi autem sunt tria. Primum quidem cupiditas exteriorum bonorum, quæ tollitur per votum paupertatis. Secundum autem, est concupiscentia sensibilium de-

Collat. 18. cap. 7. — *1.2. quæst. 108. arti. 3. cor. Et 3. contra ca. 130. Et opusc. 18. cap. 11. & 15. Et opu. 19. cap. 5.* — *li. 1. c. 14. to. 6.* — *q. 174. ar. 5.* — *Ar. 3. 4. & 5.* — *Hom. 20.* — *li. 2. c. 17. to. 4.* — *Hom. 20. in Ezech.* — *Epist. 45. to. 2.* — *Infrà q. 188. artic. 1. ad 2. & ar. 2. ad 2. Et vir. q. 2. arti. 11. ad 5. Et opus. 18. ca. 11. Et op. 19. ca. 1.* — *Ca. Cum ad monasterium.*

¶ *Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ sextæ Articulum sextum.*

IN arti. sexto eiusdem quæstiõnis in responsione ad primum, attende quòd quia non explicitè habet ꝙ à domino Iesu Christo instituta sit votiua obligatio in religionis progressu, ideo Author ex firmitate & immobilitate sequendi Christum votum institutum esse elicit, religiosæ perfectionis statum assumentibus. Nã vouere nihil aliud est, quàm immobilitare animum ne possit retrogredi.

¶ In responsione ad tertium nota quòd obediẽtiæ votum habet duplicem materiam, scilicet propriam ac propinquã. Et hæc integratur ex actionibus humanis, vt actiones distinguuntur contra passiones. Alia est communis & remota. Et hæc integratur ex passionibus concupiscẽtiæ carnis, & cupiditatis temporalium bonorũ. Hæc enim, quia cadunt & sub voto castitatis, & paupertatis, & etiã sub voto obedientiæ, ad communem materiam voto obedientiæ & aliis votis spectant. Et quia mediãtibus passionibus vene

¶ *Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ sextæ Articulum septimum.*

IN articulo septimo eiusdem quæstionis nota quòd status religionis habet vt terminum à quo secularem vitam, & vt terminum ad quẽ, perfectionem charitatis. Et propterea est & quies respectu solicitudinis secularis, & exercitium ac disciplinalis motus ad perfectionẽ charitatis. Et inter hæc duo, scilicet quietem à solicitudine seculari, & motum ad perfectionem, mediat immobilitas animi, qua firmatur Religiosus in hoc statu. Et quia immobilitas ista fit oblatione sui, & suorum omnium ad Deũ, ideo etiam holocaustum vocatur. In quo ex vniuersalitate oblationis concluditur consistere in tribus votis religionum, sicut ex vniuersali quiete intellectus practici circa secularia, cuius actus est solicitudo, idem concluditur. Et ex munditia affectiuæ partis, quæ cõprehendit appetitum intellectiuum & sensitiuum idem concluditur.

Universidad de Deusto Biblioteca

lectationum, inter quas præcellunt delectationes venereę, quæ excluduntur per votū continentiæ. Tertium autem est inordinatio voluntatis humanæ, q̄ excluditur per votum obedientiæ. Similiter autem solicitudinis secularis inquietudo pręcipuè ingeritur homini circa tria. Primò quidem circa dispensationem exteriorum rerum: & hæc sollicitudo per votum paupertatis homini aufertur. Secundo, circa gubernationem vxoris & filiorum, quæ amputatur per votum continentiæ. Tertiò, circa dispensationem propriorum actuum, quæ amputatur per votum obedientiæ, quo aliquis se alterius dispositioni committit. Similiter & holocaustū est, cùm aliquis totum quod habet, offert Deo, vt Gregorius dicit super Ezech*. [Hom. 20.] Habet autem homo triplex bonum, secundum Philosophū in primo Ethicorum.* [li. 1. c. 8. & li. 7. c. 15.] Primò quidem, exteriorum rerum, quas quidē totaliter aliquis Deo offert per votū voluntariæ paupertatis. Secundò autem bonum proprii corporis, quod aliquis præcipuè offert Deo per votum continētiæ, quo abrenuntiat maximis delectationibus corporis. Tertium autem bonum est animæ, quod aliquis totaliter Deo offert per obedientiā, qua aliquis offert Deo propriam voluntatem, perquam homo vtitur omnibus potentiis & habitibus animę. Et ideo conuenienter ex tribus votis status religionis integratur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd sicut suprà dictum est* [art. 1. huius q.], votum religionis ordinatur, sicut in finem, ad perfectionē charitatis: ad quam pertinent omnes interiores actus virtutum, quarum mater est charitas: secundum illud primę ad Corinth. 13. Charitas patiens est, benigna est, &c. Et ideo interiores actus virtutum, puta humilitatis, patientiæ, & huiusmodi, non cadunt sub voto religionis, quod ordinatur ad ipsos sicut ad finem.

¶Ad secundum dicendum, quòd omnes aliæ religionum obseruantiæ ordinantur ad prædicta tria principalia vota. Nam si qua sunt instituta in religionibus ad procurandum victum (puta labor, mendicitas, vel alia huiusmodi) referūtur ad paupertatem, ad cuius conseruationem Religiosi per hos modos victum suum procurant. Alia verò, quib⁹ corpus maceratur, sicut vigiliæ, ieiunia, & si qua sunt huiusmodi, directè ordinātur ad votum continentiæ obseruandum. Si qua verò in religionibus instituta sunt pertinentia ad humanos actus, quib⁹ aliquis ordinatur ad religionis finem, scilicet ad dilectionem Dei & proximi (puta, lectio, oratio, visitatio infirmorum, vel si aliquid aliud est huiusmodi) comprehenduntur sub voto obedientiæ, quod pertinet ad voluntatē, quæ secundum dispositionem alterius suos actus ordinat ad finem. Determinatio autem habitus pertinet ad omnia tria vota tanquam signum obligationis. Vnde habitus regularis simul datur, vel benedicitur cum professione.

¶Ad tertium dicendū, quòd per obedientiam aliquis offert Deo suam voluntatē: cui etsi subiiciantur omnia humana, quædam tamen sunt quæ specialiter sibi tantum subduntur, scilicet actiones humanæ. Nam passiones pertinent etiam ad appetitum sensitiuum. Et ideo ad cohibendum passiones carnaliū delectationū, & exteriorum appetibilium impedientes perfectionem vitæ, necessarium fuit votum continentiæ & paupertatis. Sed ad disponendum actiones proprias, secundum quod requirit perfectionis status, requiritur votum obedientiæ.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 4. Ethicor.* [li. 4. c. 3.] honor propriè & secundum veritatem nō debetur nisi virtuti. Sed quia exteriora bona instrumentaliter deseruiūt ad quosdam actus virtutum, ex consequenti etiam eorum excellētiæ honor aliquis exhibetur, & præcipuè à vulgo, quod solam excellentiam exteriorem recognoscit. Honori ergo, qui Deo & Sanctis omnibus exhibetur propter virtutem (vt dicitur in Psal. 138. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus) abrenuntiare non competit Religiosis, qui ad perfectionem virtutis tendunt. Honori autem qui exhibetur exteriori excellentiæ, abrenuntiant ex hoc ipso quòd secularem vitam derelinquunt. Vnde ad hoc non requiritur speciale votum.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum votum obedientiæ sit potissimum inter tria vota religionis.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd votum obedientiæ non sit potissimum inter tria vota religionis. Perfectio enim Religiosæ vitæ à Christo sumpsit exordium: sed Christus specialiter dedit consilium de paupertate: non autem inuenitur dedisse consiliū de obedientia. ergo votum paupertatis est potius quàm votum obedientiæ.

¶2 Præterea, Ecclesiast. 26. dicitur quòd omnis ponderatio non est digna animæ continentis: sed votum dignioris rei est eminentius: ergo votum continentiæ est eminentius quàm votum obedientiæ.

¶3 Præterea, Quantò aliquod votum est potius, tantò videtur esse magis indispensabile: sed vota paupertatis & continentiæ sunt adeò annexa regulæ monachali, vt contra ea nec summus Pontifex possit licentiam indulgere, sicut dicit quædam Decretalis de statu monachorum: qui tamen potest indulgere, vt religiosus non obediat suo prælato. ergo videtur quòd votum obedientiæ sit minus voto paupertatis & continentiæ.

¶SED CONTRA, est quod Greg. dicit in Moral.* [li. vlt. c. ap. 12.] Obediētia victimis iure pręponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur: sed vota religionis sunt quædam holocausta, sicut suprà dictum est* [Ar. 1. & 3. ad 6.]: ergo votum obedientiæ est præcipuum inter omnia religionis vota.

¶RESPONDEO dicendum, quòd votum obedientiæ est præcipuum inter tria vota religionis. Et hoc triplici ratione. Primò quidem, quia per votum obedientiæ aliquid maius homo offert Deo,

venerea & temporalia referūtur ad obedientiā, ideo remotæ materiæ rōnē habent respectu voti obedientiæ. Actiones autem, quia soli voluntati subsunt, & propriæ & propinquæ materiæ respectu obedientiæ, voti rationem habent.

¶ In responsione ad quartum, perspice diligenter quòd inter honorem & venerea ac temporalia bona hæc est differentia manifeste, quòd honor non est honorati actus, sed honorantis. Habere autem diuitias, ac vti venereis, est in potestate voluntaria eius cuius sunt, & qui delectatur. Et propterea aliter oportet fieri & intelligi abdicationem honoris, & diuitiarum, & venereorum. Nam abdicatio horum fit auferēdo à sua voluntate potestatem licitè possidēdi proprium, & vtendi venereis. Abdicatio autem honoris non potest ad ipsos honores referri qui in aliena sunt potestate, sed refertur ad merita honorum. Et ideo in litera distinguuntur merita honorum, dicendo quòd est duplex, scilicet virtus, & exteriorum excellentia. Debetur siquidem virtuti honor: & vt dicitur in quarto Ethicorum, exteriorum excellentia honoratur ex debito quodam, pro quanto sunt instrumenta virtutum: & deberent esse signa virtutum, sicut vt in pluribus sunt signa status virtuosi, puta, regentium, dominantium, primatum: & ex vulgari obseruantia. Excellentes si quidem in his exterioribus honorantur à vulgo. Rursus quia virtuti debetur vterque honor, scilicet secularis & sanct⁹: & de sancto patet in litera ex sacra scriptura: de seculari patet, qa virtutis præmium dicitur. Et ex ratione, qa ex quo debetur exteriori excellentiæ ratione virtutis, cuius est signum aut instrumentum, à fortiori debetur ipsi virtuti. Propter quod enim vnumquodque, illud magis, vt dicitur in primo Posteriorum. Et quia Religiosi secularem vitā à se abdicant, ideo in litera de seculari honore loquendo, vtrunque tangitur: scilicet & quòd Religiosi seculari honori renuntiant, & ꝙ hoc faciunt abdicando à se illius nō radicale meritum, quod est virtus: sed illi⁹ proximum meritū, quod est vita secularis. Hoc enim exemplum Saluator nobis tradidit, dum noluit honorari ab hominibus volentibus eum in regem sibi præficere. De honore autem sancto in litera simpliciter dicitur, quòd non conuenit religiosis renunciare illi. Vbi aduertendum est, ꝙ quia honor ecclesiasticus proculdubio sanct⁹ honor est, quia Ecclesia ipsa sancta est: ideo non spectat ad perfectionem religionis renuntiare ecclesiasticis honoribus. Quocirca reprehensione digni sunt Religiosi abdicantes à suis honores magisterij in Theologia: sicut reprehendendi essent, si presbyteros nollēt habere suos, quia honorandi sunt loco & aliis reuerentiæ signis. Et loquor de religionibus institutis ad prædicandum, in quibus constat sanctos Patres huiusmodi honore donatos. Habes ad hoc quoque Authorem in libro contra impugnantes religionem, dicentem in capitulo secundo, non quemlibet honorem ad mundum pertinere, sed qui consistit in rebus mundanis. Non enim potest dici quòd honor sacerdotij pertineat ad mundum, & similiter nec honor magisterij: cùm doctrina, quam consequitur talis honor, sit de spiritualibus bonis. Sicut ergo Religiosi non renuntiāt per votum sacerdotio, ita nec magisterio, hæc ibi.

¶ Super quæstionis centesimæ octuagesimæ sextæ Articulum octauum.

IN articulo octauo in corpore articuli, nota quòd actus proprij, qui sunt finis religionis, sūt actus ordinati ad dilectionem Dei, & proximi, quæ est religionis finis. Huiusmodi autem actus sunt propria materia voti obedientiæ: vt oratio, lectio, prædicatio, cura infirmorum, & huiusmodi.

¶ In eodem articulo in responsione ad tertium circa illud, Papa non potest Religiosum à sua obedientia eximere, dubium occurrit: quoniam hoc repugnat supradictis. Minus enim est Papam eximere aliquem à sua obedientia, quàm constituere illum supra se: sed Papa potest ex supradictis subdere se alteri vt iudici: [Infrà q. 88. art. 7. ad 3.] ergo à fortiori potest aliquem eximere à se. Et si non potest aliquem eximere à se, multo minus potest aliquem constituere iudicem supra se.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quemadmodum Papa non potest aliquem à sua obedientia eximere totaliter, quia non potest suam potestatem minuere: potest tamen spōte partialiter, seu secundum quid aliquēm eximere, statuendo vel concedendo, quòd non teneatur apostolico præcepto obedire, nisi cum contineat talem clausulam, quòd pertinet ad vsum potestatis papalis: ita Papa non potest se subiicere alicui, itaquòd ille sit totaliter seu simpliciter iudex supra Papam, quia non potest minuere suam potestatem: sed oportet vel quòd subtrahat personam suā totaliter à potestate papali, renuntiando papatui: & sic Papa non erit subditus, sed persona spoliata à seipsa papatu subdita erit: vel quòd habeat totam suam potestatem, si est Papa. Et hoc à solo Christo Domino depēdet, quòd Papa habeat talem & tantam

scilicet ipsam voluntatem, quæ est potior quàm corpus proprium, quod offert homo Deo per continentiam: & quàm res exteriores, quas offert homo Deo per votum paupertatis. Vnde illud quod fit ex obedientia, est magis Deo acceptum, quàm id quod fit per propriam voluntatem: secundum illud Hieronymi, quod dicit ad Rusticum monachum,* [Post med. Epist.] Ad id tendit oratio, vt doceam te non tuo arbitrio dimittēdum. Et post pauca subdit, Non facias quòd vis: comedas quod iuberis: habeas quantum acceperis: vestiaris quod datur. Vnde & ieiunium non redditur Deo acceptum cum propria voluntate: secundum illud Isa. 58. Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Secundò, quia votum obedientiæ cōtinet sub se alia vota, sed non conuertitur. Nam religiosus etsi teneatur ex voto continentiam seruare & paupertatem: tamen hæc etiam sub obedientia cadunt, ad quam pertinent multa alia præter continentiam & paupertatem seruare. Tertiò, quia votum obedientiæ propriæ se extendit ad actus propinquos fini religionis. Quantò autem aliquid propinquius est fini, tantò melius est. Et inde etiam est quòd votum obedientiæ est religioni essentialius. Si enim aliquis absque voto obedientiæ voluntariam paupertatem & continentiam etiam voto seruet, non propter hoc pertinet ad statum religionis, qui præfertur etiam ipsi virginitati ex voto obseruatæ. Dicit enim Augustinus in libro de Virginitate,* [ca. 46. to. 6.] Nemo, quantum puto, ausus fuerit virginitatem præferre monasterio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ consilium obedientiæ includitur in ipsa Christi sequela. Qui enim obedit, sequitur alterius voluntatem. Et ideo magis pertinet ad perfectionem, quàm votum paupertatis: quia vt Hierony. dicit super Matth.* [Mat. 19.] id quod perfectionis est addidit Petrus cum dixit. Et secuti sumus te.

¶Ad secundum dicendum, quòd ex verbo illo non habetur, quòd continentia præferatur omnibus aliis actibus virtuosis, sed coniugali castitati, vel etiam exterioribus diuitiis auri & argenti, quæ pondere mensurantur. Vel per continentiam intelligitur vniuersaliter abstinentia ab omni malo, vt suprà habitum est.* [q. 155. art. 4. ad 1.]

¶Ad tertium dicendum, quòd Papa in voto obedientiæ non potest sic cum religioso dispensare, vt nulli Prælato teneatur obedire in iis quæ ad perfectionem vitæ pertinent. Non enim potest eum à sua obedientia eximere. Potest tamen eum eximere ab inferioris Prelati subiectione: quod non est in voto obedientiæ dispensare.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum religiosus semper peccet mortaliter transgrediendo ea quæ sunt in regula.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd religiosus semper peccet mortaliter, transgrediendo ea quæ sunt in regula. Facere enim contra votum est peccatū damnabile, vt patet per id quod Apostolus dicit primæ ad Timotheum 5. quòd viduæ quæ volunt nubere, damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt. Sed religiosi voto professionis ad regulam adstringuntur. ergo peccant mortaliter, transgrediendo ea quæ in regula continentur.

¶2 Præterea, Regula imponitur religioso sicut lex quædam: sed ille qui transgreditur præceptum legis, peccat mortaliter: ergo videtur quòd monachus transgrediens ea quæ sunt in regula, peccet mortaliter.

¶3 Præterea, Contemptus inducit peccatum mortale: sed quicunque frequenter aliquid iterat, quod non debet facere, videtur ex contemptu peccare: ergo videtur quòd si religiosus frequenter transgrediatur id quod est in regula, peccet mortaliter.

¶SED CONTRA est, quod status religionis est securior quàm status secularis vitæ: vnde Greg. 1. Moral.* [Cap. 1.] comparat vitam secularem mari fluctuanti, vitam autem religionis portui tranquillo. Sed si quælibet transgressio eorum quæ in regula continentur, religiosum obligaret ad peccatum mortale, status religionis esset periculosissimus propter multitudinem obseruantiarum. Non ergo quælibet transgressio eorum quæ in regula continentur, est peccatum mortale.

¶RESPONDEO dicendum, quòd

tam potestatem. Vnde nec ipse Papa, nec alius potest efficere quòd manens papa, minorem habeat potestatem. Potest tamen non vti sua potestate, & sic subiicere se alterius iudicio. Et sicut statuendo ius commune, subiicit se communi iuri, & concedendo priuilegiū, obligatus remanet deinde ad obseruandum priuilegium quod à principio gratiosè concesserat, ita ex quo sponte se subdit alicuius iudicio, tenetur stare sub illius iudicio. Sed quia hæc vincula ad vsum, vel nō vsum suæ potestatis spectāt, & in ipso remanet, postquam se subdit iuri vel iudici plenitudo potestatis papalis, ideo quāuis non debeat, potest tamen de plenitudine potestatis ius & iudicem reuocare, sicut & priuilegia quæcunque concessa tollere, ita quòd si tollat, seu reuocet ius, aut iudicem, aut priuilegium, etiam si peccet Papa reuocando, effectum tamen intentum efficit sua potestas, ita quòd remaneret ius illud nullum, & iudex nō esset amplius iudex, & priuilegium nihil ampli⁹ valeret. Multa enim fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.

¶ Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ sextæ Articulum nonum.

IN articulo nono eiusdem quæstio. collige expositionem regularum & statutorum religionis cuiuscunque. Distinguūtur siquidem in litera quatuor genera contentorum in regula. In primo sunt actus virtutum, qui communiter sunt in præcepto, vt diligere Deum & proximum. In secundo sunt act⁹ virtutum qui communiter sunt de consilio, vt diligere inimicos in particulari. In tertio sunt exteriores obseruantiæ, quæ sunt prima materia trium votorum, vt castum esse, & nihil proprium habere, &c. In quarto sunt reliquæ exteriores obseruantiæ regulares, vt abstinere à carnibus, vti laneis ad carnem, & huiusmodi. De primo genere dicitur, & manifestum est, quòd transgressio est mortalis. De secundo verò, quòd non est mortalis transgressio, quia hęc spectant ad perfectionem charitatis, quæ est finis religionis. Religiosus autem non tenetur esse perfectus. Apponitur tamen in litera exceptio, cùm subditur, Nisi propter contemptum. Et ratio exceptionis assignantur: quia Religiosus tenetur tendere ad perfectionem charitatis. Huic autem tentioni contrariatur perfectionis contemptus. De tertio genere dicitur & patet, quòd transgressio est mortalis. De quarto autem, quòd non est mortalis nisi propter contemptum regulæ, quia hic directè contrariatur professioni, qua se obligat ad vitam secundum regulam, vel propter præceptum à regula vel Prælato factū, quia hoc esset contra obedientiæ votū. Ex quibus habes quòd Religiosi oēs vltra communia vincula omnium Christianorum, & tria religionis vota, & præcepta facta à regula vel Prælato, quæ tamen sub voto obedientiæ cōprehenduntur, habent duplex vinculum peccati mortalis propter cōtemptum, scilicet contēptū perfectionis, & contemptum regulæ. Vtrunque enim in litera habes. Primū, respectu actuum virtuosorum, qui sunt in consilio. Secundum, respectu regularium obseruantiarum vltra tria vota. Et quoniam contemptus regulæ est nolle subiici regulæ, quod directe contrariatur professioni ipsius regulæ: ideo nulla de hoc quæstio est. Patet enim contemni Deum in ipsa regula, qui eam per suos ministros cōstituit, & cui promissio facta est de subiectione ad illā, ac per hoc causare peccatū mortale. Sed de cōtemptu perfectionis nō ita apparet, quoniā à Doctoribus quasi appositū videtur Religiosis, quòd tendere ad perfectionē tenentur sub vinculo peccati mortalis. Et propterea scito, quòd Religiosus nō aliter tenetur ad perfectionē tendere quàm seruando regulam suā. Et ideo hi duo contemptus seinuicem comitātur, ita quòd impossibile est vt quis contemnat regulam suam, & cōtēnat perfectionem, quia si nō contemnit regulā, iam permanet in professione tendendi ad perfectionem, ac per hoc non contemnit perfectionem. Et similiter si non contemnit perfectionem, consequens est vt velit subiici regulæ, per quam tenetur ad perfectionem tēdere. Vnde Dionysius & alij doctores non apposuerunt, sed exposuerunt id quod conuenit Religiosis ex authoritate Domini dicentis adolescenti, Si vis perfectus esse, &c. vbi apparet quòd voluntas tendendi in perfectionem, principium esse debet voluntariæ paupertatis, ac per hoc reliquarum partium religiosorum. [D. 799. & 1108.]

¶ Dubium circa hanc literam remanet vnum, an Religiosus transgrediens præceptum Dei contentum in regula, plus peccet quàm transgrediēs præceptum Dei non contentum in regula, cæteris paribus. Et est ratio dubij, quia hæc non ponuntur in regulis, & humanis iuribus vt præcepta, sed vt manifesta. In oppositum autem est, quia sicut ad consilia contenta in regula obligatur Religiosus, & ad alia non, ita ad diuina pręcepta contenta in regula magis obligatur quàm ad alia. [Suprà q. 88. ar. 11. ad 4. & q. 185. ar. 8. & 4. di. 38. q. 1. ar. 4. q. 1. ad 5. & quol. 1. ar. 20.]

¶ Ad hoc dicitur, quòd quemadmodū id quod cadit sub iure positiuo communi, si in regula statuatur, obligatur illius professor duplici vinculo, scilicet iuris canonici, & propriæ regulæ ad id seruandum. Verbi gratia, Si in regula indicuntur inter alia ieiunia, etiam illa ieiunia, quæ sunt ab Ecclesia instituta, tenetur Religiosus ille ieiunare non solùm ex Ecclesiæ statuto, sed ex suæ regulæ mandato. Ita si pręcepta Dei, vel naturalis iuris in regula statuantur seruanda, tenetur professor illius regulæ ex duplici capite ad illa præcepta seruanda, scilicet ex diuino iure, & ex sua regula. Nō enim inconuenit præceptum à iure iterum pręcipi ab alio iure vel iudice, vt patet. Nec propterea putes me dicere, quòd omnia pręcepta diuina contenta in regula, cadant etiam sub præcepto regulæ, quia stat quòd cadant sub simplici statuto regulæ: ita quòd ex regula non haberent vim præcepti, si cessaret vinculum diuini aut ecclesiastici præcepti. Sed etsi caderent etiam sub præcepto regulæ, non propterea esset duplex peccatum, aut alterius speciei circunstantiam habens, sed esset grauius peccatum, quoniam peccati species non ex parte præceptorum attenditur, quamuis ex authoritate præcipientium, & magis præcipientium aggrauetur.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum, circa illud, quod non obligat ad culpam neque mortalem, neque venialem, sed solùm ad pœnam taxatam sustinendam, &c. dubium hic occurrit dupliciter. Primò, quia absolutè videtur implicare quòd sit obligatio in propriis actibus voluntariis ad pœnam & non culpam, cùm pœna soli culpæ debeatur. Secundò, quia in statutis religionis ordinis Prædicatorum, in qua dicuntur obligari ad pœnam & non culpam, contrarium exprimitur: dum pluries dicitur, Leuis culpa est, Grauis culpa est, & tamen est ibi sermo de huiusmodi obseruantiis.

¶ Dubium secundò occurrit, an obligatio ad pœnam intelligatur, si imponatur à Prælato, vel etiam si non imponatur.

¶ Dubium tertiò occurrit, an si non sustineatur pœna, incurratur culpa.

¶ Dubium quartò occurrit, quia vltima verba aduersantur primis, dum dicitur, quòd ex negligentia, libidine, vel contemptu, possunt tales Religiosi peccare in istis venialiter vel mortaliter. Nam vbi voluntaria transgressio non est culpa, ibi negligentia multò minus est culpa, cùm negligentia ideo sit peccatum, quia est voluntaria.

¶Ad primū dubiū dicitur, ꝙ in particularibus legibus oportet particulariter loqui. Et ideo quia tota ratio legis obligātis non ad culpā, sed ad pœnā est, vt

Universidad de Deusto Biblioteca

in litera dicitur, quia tali modo placuit obligari, oportet consequenter dicere ad efficaciam legis tuendam, quòd pœna hoc in loco non sumitur vt distinguitur contra pœnalitatem, sed vt distinguitur contra culpam, prout malum pœnæ distinguitur contra malum culpæ, & continet sub se non solùm pœnam propriè dictam, sed etiam pœnalitates. Afflictiones nanque, quæ non pro culpa infliguntur, etsi non sunt propriè pœnæ, sunt tamen pœnalitates quædam, quæ communi nomine pœnæ vocantur, quia consistunt in pati & priuatione boni aliqualiter debiti, & sunt contra naturalem voluntatem. *art. 7. ad 1. & 2.*

¶Ad secundam verò obiectionem dicitur, quòd statuta illa de culpis fuerunt edita in ordine Prędicatorum antequam fuerit factum statutum istud, de non obligando ad culpam, quoniam hoc statutum non à principio ordinis, sed fuit editum in 2. cap. generalissimo anno Domini 1237. post editas constitutiones dicti ordinis: ideo per accidens remanserunt illa nomina grauis & leuis culpæ. Et ideo obiectio nulla est. *art. 2.*

¶Ad secũdum dubium dicitur, quòd tripliciter pœna in huiusmodi inuenitur quãdoque non taxata, sed taxanda ac imponenda à Prælato, vt contingit professoribus dicti ordinis de pœna leuis culpæ: & ad talem non obligantur, nisi imponatur. Quandoque taxata, sed imponenda, vt contingit eisdem de pœna grauis culpæ, quæ quidem taxata est, sed imponenda restat: quoniam in cap. illo dicitur, Pro huiusmodi veniam petentibus & non proclamatis dentur, &c. In hoc enim quòd dicit, dentur, imponenda dicit à Prælato. Et ad huiusmodi etiam non tenentur isti, nisi imponantur. Et vtriusque libertatis est ratio, quia non tenetur Religiosus ad plus quàm sua lex ordinat, & ideo ex quo lex non ordinat absolutè, ꝙ faciant pœnitentiam talem, sed quòd detur taliter errantibus talis & tanta pœnitentia, non est reus violatæ legis, quia à non data sibi pœnitentia abstinet. Quandoque autem pœna inuenitur taxata, & imposita ab ipsa lege, vt contingit eisdem circa pœnam fracti septies silentij inter duo capitula. Non enim dicit lex ꝙ imponatur aut detur, sed ꝙ qui fregerit totiens silentium, sedeatꝰ in vno prandio in terra. Et ad huiusmodi pœnitentias tenentur, etiam si nullus Prælatus imponat.

in regula cõtinetur aliquid dupliciter, sicut ex dictis patet.* Vno modo, sicut finis regulæ: puta, ea quæ pertinẽt ad actus virtutũ. Et horum trãsgressio, quantũ ad ea quæ cadũt cõmuniter sub pręcepto, obligat ad mortale: quantũ verò ad ea quę excedunt communiter necessitatem præcepti, nõ obligat ad mortale, nisi propter cõtẽptum: quia sicut suprà dictum est,* Religiosus nõ tenetur esse perfectus, sed ad perfectionẽ tendere, cui cõtrariatur perfectionis contemptus. Alio modo, cõtinetur aliquid in regula pertinẽs ad exteriꝰ exercitiũ, sicut sunt omnes exteriores obseruantiæ: inter quas sunt quædã ad quas obligatur Religiosus ex voto professionis. Votum autem professionis respicit principaliter tria prædicta, scilicet paupertatem, continentiam, & obedientiam: alia verò omnia ad hæc ordinantur. Et ideo transgressio horum trium obligat ad mortale. Aliorum autem transgressio non obligat ad mortale, nisi propter contemptum regulæ: quia hoc directè contrariaretur professioni, per quam aliquis vouit regularẽ vitam: vel propter præceptum siue ore tenus à Prelato factum, siue in regula expressum: quia hoc esset facere contra obedientię votum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ille qui profitetur regulam, non vouet seruare omnia quæ sunt in regula, sed vouet regularem vitam, quæ essentialiter cõsistit in tribus prędictis. Vnde & in quibusdam religionibus cautius aliqui profitentur non quidem regulam, sed viuere secundum regulam, id est tendere ad hoc vt aliquis mores suos informet secundũ regulã, sicut secundũ quoddã exẽplar. Et hoc tollitur per contemptum. In quibusdam autem religionibus adhuc cautius profitentur obedientiam secundum regulam: ita ꝙ professioni non contrariatur nisi id quod est contra præceptum regulæ: transgressio verò vel omissio aliorũ obligat solum ad peccatũ veniale: quia, sicut dictum est*, huiusmodi dispositiones sũt ad principalia vota: peccatum autem veniale est dispositio ad mortale, vt suprà dictum est,* inquantum impedit ea quibus aliquis disponitur ad obseruãda principalia præcepta legis Christi, quę sunt præcepta charitatis. In aliqua tamen religione, scilicet ordinis fratrum Prædicatorum, transgressio talis vel omissio ex suo genere nõ obligat ad culpam, neque mortalem, neque venialẽ, sed solùm ad pœnam taxatam sustinendam: quia per hunc modum ad talia obseruanda obligantur, qui tamen possent venialiter vel

¶Ad tertiũ dubiũ, quod, vt patet ex solutione præcedentis dubij, solũ hẽt locũ, qñ pœnitentia peruenit ad vtranque conditionem, s. ꝙ est taxata & imposita siue à iure scripto siue à iure animato, quod est Prælatus, respõdetur ꝙ licet quidã dicãt ꝙ peccatũ incurritur si pœnitentia nõ fit, quia sic obligãtur ad euitandã culpã ne subeãt pœnã, quia tamẽ sine rõne hoc dicitur, & legis vniuersalitati derogat, ideo dicendũ est, ꝙ sicut non peccat frãgendo silẽtiũ, ita nõ peccat omittẽdo pœnã taxatam & impositam. Et ratio est, quia lex vniuersalis & nõ particularis est, cùm dicimus, Nolumꝰ ꝙ statuta nostra obligent ad culpam, sed solũ ad pœnã. Constat aũt ꝙ si transgressio in operãdo excusaretur à culpa, & omissio pœnitentiæ nõ excusaretur à culpa, iã particularis esset lex ista, & respectu agendorũ & nõ respectu patiendorum. Et cõsequẽter cùm Religiosi nõ aliter teneãtur ad huiusmodi pœnitẽtias, nisi ex vigore statutorũ suorũ, sequeretur ꝙ statuta obligarẽt ad culpã sine cõtẽptu & præcepto: cuius oppositum in eis habetur. Et licet speciale exemplum allatũ sit ex ordine fratrũ Prædicatorũ, dicta sunt tamen hæc ad declarãdum cætera similia in quibuscunque religionibꝰ, sicut ẽt reliqua intelligẽda sunt tam sequentia quàm antecedentia, quoniam de similibus idem est iudicium.

¶Ad quartũ dubiũ respondẽdo oportet diligenter notare verba Authoris in litera hac dicentis, ꝙ huiusmodi transgressiones nõ sunt culpæ ex suo genere: ita quòd sensus legis obligantis ad pœnã, & nõ ad culpã, est quòd statuit actum illũ esse extra genus culpæ, non qualitercũque, sed ex suo genere, hoc est, non ex parte operantis, sed secundũ suam naturã. Et propterea trifariam potest ex parte operantis ingredi genus culpæ actus qui secundũ se extra genus culpæ à lege positus est. Numerantur autẽ in litera tres modi quibus ex parte operantis actus huiusmodi fit culpa Primus, qui manifestꝰ est, dicitꝰ ex contemptu. Patet enim ꝙ si quis ex contẽptu frangat silentiũ, peccat & hoc etiam erat in lege cautũ. Sed connumeratus est ab Authore hic modus inter alios, quia ex parte operantis se tenet. Secundus est ex cupiditate & hic manifestatur per locum à maiori. Comedere enim, actus extra genus culpæ est, & necessariꝰ, ac sub pcepto naturali cadẽs: & tñ si cupiditas excessiua adsit, peccatũ fit. Multo ergo magis actus nõ præceptꝰ, sed excusatus secundũ se à culpa, puta, comedere carnes, si ex concupiscentia fiat, peccatũ erit. Tertiꝰ ex negligentia: qui põt dupliciter intelligi. Primò, vt qñcunque omissioni actus adiũgitꝰ negligẽtia, vt causa illius, tũc isti Religiosi peccãt, sicut cũ cupiditas est causa actꝰ, etiã peccare dicũtur. Et hæc qđẽ expositio vera est, pculdubio: quoniã si verè interuenit ibi negligẽtia vt causa, nõ euaditꝰ culpa. Sed quia in dubiũ vertit argumẽtũ, an incuria actꝰ regularis, puta, eũdi ad lectionẽ hora debita, sit verè negligentia, an nõ: oportet dicere ad hoc, & respõdetꝰ affirmatiuè, ꝙ est verè negligentia, quæ est culpa. Ad cuiꝰ euidẽtiã scito, ꝙ nõ minus inuenitꝰ culpa volendo indebitè, quã operando indebitè, cũ culpa principaliter sit in voluntate. In operationibus aũt hoc inuenitꝰ, ꝙ licet aliqs sine culpa possit volũtarie opus aliqđ, puta, orationem, vel lectionem omittere, si tñ orat vel legit, peccat negligẽter orãdo aut legẽdo. Vnde similiter in volitionibus dicẽdũ est, ꝙ licet aliquis possit sine culpa aliquid nolle, si tñ vult, peccat nisi rectè velit. Inter Religiosum aũt absolutè omittẽtẽ voluntariè ire ad lectionẽ hora debita, & eũdẽ negligenter omittentem ire ad lectionem hora debita, hæc est differentia, ꝙ ille absolutè nõ vult ire, seu vult non ire ad lectionẽ: iste aũt vellet ire, sed negligentia detinetꝰ ne eat. Et propterea in illo nulla ratio culpæ inuenitur, nisi ex genere actꝰ, quæ culpæ ratio ex eorũ lege sublata est. In isto aũt culpæ rõ aliunde ingreditꝰ, s. ex hoc ꝙ vult, & segniter vult. Tenetur enim, ex quo vult, sine vlla mala cõditione velle. Et hæc est secunda expositio. Et sic Religiosi isti dupliciter possũnt in regularibꝰ obseruãtiis ex negligentia deficere culpabiliter, s. ex negligentia extrinseca, iuxta primã expositionẽ, puta, cùm ex mentis torpore omittit ire ad lectionem: vel ex negligentia intrinseca iuxta secundã expositionem, puta, cùm ex affectꝰ tepiditate omittit ire ad lectionẽ. *ar. 7. ad 2.* *1. 2. q. 88. art. 3.* Et per hæc patet solutio obiectiõis in oppositum. Falsum nanque assumitur, cùm dicitur, ꝙ vbi voluntaria trãsgressio nõ est culpa, ibi nec negligentia est culpa: quoniam stat voluntariam trangressionem non esse culpam ex suo genere, & negligentiam esse culpam ex parte operantis, &c. Probatio autem nihil valet, quia voluntarium culpabile non solum inuenitur ex genere actus, sed etiam ex parte operantis, ex qua parte negligentia Religiosi ad regulares obseruantias excusata à culpa, ex suo genere à religionis suæ vinculo, voluntaria culpa est ex specialibus.

¶In eodem art. nono in responsione ad secundum, dubium magnum occurrit penes quid discernitur iuris positiui præceptũ obligans ad peccatũ mortale à nõ præcepto, an penes materiam, an penes pœnam, an penes modũ, an penes verbũ. Quod enim materia nõ sufficiat ad discernẽdũ præceptũ positiui iuris à nõ præcepto, ex eo habetur, ꝙ ius positiuũ maiori vinculo supponit quandoq; minorẽ materiã. Excõmunicationis siquidẽ vinculo ligat percutientẽ clericũ, quo nõ ligat blasphemantem Deũ. Similiter nec pœna aliqua vniuersaliter adęquat pręceptũ. Nã licet pœna aliqua, s. excõmunicatiõis præceptũ cõtineat, nõ tñ econtra omne præceptũ ponitur sub pœna excommunicationis. Reliquæ verò ecclesiasticæ pœnæ aut sine culpa, vt interdictũ & irregularitas, aut cũ veniali culpa, vt suspensio, incurri possunt. Cõmunes quoq; pœnæ, vt oratio, ieiunia, & huiusmodi, cõstat ꝙ sine mortali culpa infliguntur. De modo verò loquendi, puta quia lex vtitur imperatiuo mõ, clarè liquet, ꝙ nõ inducit vinculũ præcepti. Modꝰ enim huiusmodi, imperiũ grãmatice denotat, non iuridice. Quòd nullũ deniq; simplex verbũ inueniatur inducens vniuersaliter vim præcepti, patet discurrẽdo p singula quę afferuntꝰ ad ppositũ. Inhibentur siquidem & phibentur mendacia omni iure. Et similiter debẽt & tenentꝰ oẽs hoĩes omni iure nõ mẽtiri. Et tñ mẽdaciũ cõstat nõ cadere sub pcepto. Statuuntꝰ, decernũtꝰ ac mãdãtur pculdubio multa sine pręcepti vinculo. Cõia quidẽ esse statuti, & decreti nomina, quotidie experimur: Mãdati verò nomen testatur Hiero. à præcepto deficere. Et ꝙ demũ ipsũ verbũ Præcipio, nõ vniuersaliter inducat præcepti vim, patet primò ex Euangelio: vbi dicitꝰ Dominũ pręcepisse curatis ne cui dicerẽt. Et cõstat ꝙ nõ peccabãt, sed bene agebãt publicãdo Christi miracula curati. Secũdò, ex Aug. in regulæ principio dicẽte, Hæc sunt quæ vt obseruetis præcipimꝰ in monasterio cõstituti. Et tñ cõstat nõ oĩa subiũcta esse sub præcepto. Tertiò, ex Arist. in 6. Ethi. diffiniẽte ꝙ præcipere significat ppriũ prudẽtiæ actũ, quẽ cõstat cõmunẽ esse bonis operib. siue sint cõtraria venialibꝰ, siue mortalibus. Pręcipimus eñ & tacere & nõ adulterari: illud veniali, hoc mortali opponitur. Quia igitꝰ ambigua valde est discretio ista vniuersalis, dicẽdũ est id qđ particulariter cõstat aut rationabile videtur. Cõstat in primis, vt tactũ est, ꝙ quædã pœna, s. excõicatiõis maioris, vim cõtinet pcepti: ita ꝙ quãdocũq; imponitꝰ aut inhibetur aliqđ sub pœna excõmunicatiõis siue latæ, siue nõ latæ sentẽtiæ, obligatꝰ qs obedire, si vult peccatũ mortale euadere: qa excõmunicationis pœna tãtæ indignationis est, vt non nisi pper mortale incurrat aut demereatꝰ qs illã. Constat secũdò, ꝙ cùm præcipitur aliqđ in virtute sanctæ obediẽtię, obligatio est ad mortale, qa cõpositio horũ verborũ solita est semp præcepti vim importare ex cõi Ecclesiæ vsu. Cõstat tertiò, ꝙ siue in cõi, siue in municipali iure, vocabulũ aliqđ secũdũ cõem sensũ cõsueuit firmiter reputari obligatiuũ ad mortale, pculdubio vbicũq; idẽ ponitur, habet vim huiusmodi præcepti, vt in regula fratrũ Minorũ patet de vocabulo, Teneantꝰ, vt habetur in Clemẽ. de verb. sign. Exiui de Paradiso. Et per oppositũ cõstat quartò ꝙ quocũq; lex vtatur verbo, si cõis sensus intellexit, nõ pper darã obligationẽ ad mortale, nõ est tale præceptũ. Nec hoc alia eget pbatione, quia p eãdẽ rationem clarũ est. Rationabile aũt videtur, ꝙ vbi in iure inuenitur vocabulum præcepti, ibi sit obligatio ad mortale, quia in dicta Cle. exiui de paradiso, præsupponitur pręcepti vocabulũ obligatoriũ esse ad tale præceptũ: ita ꝙ hoc non

contine

cõtinetꝰ ibi tãquã aliqđ peculiare illius regulæ. s. Minorũ quę ibi exponitur, sed tanquã cõmune qđ omnibꝰ supponitur, vt patet intuẽti. Dixi aũt hoc esse rationabile propter dictã authoritatem iuris canonici, & non dixi esse constãs, aut necessariũ, tũ quia ex vi vocabuli, Præcipere, seu Præceptũ, licet importet vim obligatiuã, non tamẽ ad mortale. Inter obligationẽ nãque ad mortale, & libertatẽ ad opera consiliorũ, mediat obligatio ad veniale. Itaq; sub præcepto cadit omnis obligatio, siue ad mortale, siue ad veniale: quoniam tenemur euitare venialia. Vnde quia præcepta vt distinguũtur contra consilia non obligãt necessariò ad mortale, sed ad mortale vel veniale, consequẽs est, vt ex ignorãtia pcedat, ex affirmatione præceptum inferre peccatũ mortale determinatè, vel ex negatione præcepti ad mortale inferre quod est de consilio. *ca. 29. to. 7.* Et qa hoc multos scriptores latere videtur, ideo non est mirũ si minus quãdoque scribitur. Et ne putes nouã me ingerere doctrinã, lege diuũ Thomã superiꝰ in multis quæstionibus, scilicet quando tractat de præceptis fidei, spei, charitatis, prudentiæ, iustitię, fortitudinis, & tẽperãtiæ, & videbis multa sub pręcepto comprehendi, ad venialem tantùm culpam obligãtia, *Suprà q. 184. ar. 8. eo. s. & 4. dis. 14. q. 1. art. 5. q. 3. ad 3.* tum quia Augustin. in regula sic vsus est Pręcepti nomine, cùm dixit Hæc sunt quæ vt obseruetis præcipimus in monasterio constituti. Ex illo enĩ præcepto obligãtur professores illiꝰ regulæ ad obseruãdũ oĩa ibi dẽ mãdata, *Hom. 20.* sed non mortaliter propterea peccãt transgrediendo, quoniã verbũ, Præcipimus, habet vim obligatiuã, sed nõ determinatè ad mortale: & ideo non licet ex illo talẽ obligationẽ inferre. De aliis aũt allatis vocabulis, nihil vniuersaliter video determinabile, nisi ꝙ ex vi verborũ vera apparẽt oĩa, quę dubitãdo allata sunt. Et omnimoda certitudo huius quęstionis, quo ad ius commune, diffinitionẽ authoritatiuã apostolicæ sedis exigere videtꝰ.

¶In eodẽ articulo nono quæstionis centesimæ octuagesimæ sextæ ad tertiũ, nota ex hac litera ꝙ peccare ex contẽptu importat duo, s. actũ peccati, & cãm peccati. Verbi gratia, Nolle ire ad chorũ vel frangere silẽtiũ ex cõtẽptu dicit duo. Primò ipsum actũ frangẽdi silentiũ, seu ipsam omissionẽ eundi ad chorũ, & hoc vocatꝰ actꝰ peccati. Secundò, ipsam causã peccati, s. ex contẽptu, & hoc significat actum voluntatis refutãtis subiici legi, seu regulæ. Ita ꝙ ad peccare ex contẽptu non sufficit etiã si esset perpetua, & millies reuoluta & deliberata consuetudo peccandi in tali commissione vel omissione, sed exigitur ꝙ peccet quis ex tali causa, s. ex hoc ꝙ non vult subiici legi, seu regulæ, vel Prælato. Nã prælatꝰ lex est animata. Vnde quandiu quis subiectionẽ ad regulã in sua volũtate retinet, quod semper est quandiu vult vt subditꝰ suæ regulæ viuere, quãuis ex minus bona & indeuota voluntate intendat trãsgredi eãdẽ regulam, nũquã peccat ex contẽptu. Caueat tamen ne frequẽtia peccãdi disponat ipsum paulatim, & tandẽ deducat ipsum ad voluntatẽ non subiiciendi se regulæ, quoniã vt in litera dicitur, frequentia peccati dispositiuè inducit ad contemptũ, sicut consuetum veniale non correptum dispositiuè inducit ad mortale.

mortaliter peccare ex negligentia vel libidine, seu contemptu.

¶Ad secundum dicendum, quòd non omnia quæ continentur in lege, tradũtur in modum præcepti: sed quædam proponũtur per modum ordinationis cuiusdam vel statuti obligantis ad certam pœnam. Sicut in lege ciuili non facit semper dignum pœna mortis corporalis transgressio legalis statuti, ita nec in lege Ecclesiæ omnes ordinationes vel publica statuta obligant ad mortale, & similiter nec omnia statuta regulæ.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ tunc cõmittit aliquis vel transgreditur ex contemptu, quãdo volũtas eius renuit subiici ordinationi legis vel regulæ: & ex hoc procedit ad faciendũ contra legẽ vel regulã. Quãdo autẽ econuerso propter aliquã particularem causam, puta cõcupiscentiã vel iram inducitur ad aliquid faciendũ contra statuta legis vel regulæ, nõ peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa, etiã si frequenter ex eadem causa vel alia simili peccatum iteretur. Sicut & Aug. dicit in libro de Natura & gratia, * quòd non omnia peccata committuntur ex cõtemptu superbiæ. Frequentia tamen peccati dispositiuè inducit ad contemptum: secundum illud Prouerbiorum decimooctauo, Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit.

ARTICVLVS X.

¶Vtrum religiosus eodem genere peccati grauius peccet quàm secularis.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd Religiosus eodẽ genere peccati non grauius peccet, quàm secularis. Dicitur enim secundi Paralipomenon trigesimo, Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum Patrum suorum: & non imputabit eis, quod minus sanctificati sunt. Sed magis videntur Religiosi ex toto corde Dominũ Deũ Patrum suorum sequi quàm seculares qui ex parte se, & sua Deo dant, & ex parte sibi reseruant, vt Gregorius dicit super Ezechielẽ*. Ergo videtur ꝙ minus imputetur eis si in aliquo à sanctificatione deficiant.

¶2 Præterea, Ex hoc quòd aliqs bona opera facit, minus contra peccata eius Deus irascitur. Dicitur enim secũdi Paralipomenõ nono, Impio præbes auxiliũ, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris. Et idcirco iram quidem Domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te. Religiosi aũt plura bona opera faciũt, quàm seculares. Ergo si aliqua peccata faciunt, minus contra eos Deus irascitur.

¶3 Præterea, Pręsens vita sine peccato nõ transigitur, secundum illud Iacob. 3. In multis offendimus omnes. Si ergo peccata religiosorum essent grauiora peccatis secularium, sequeretur quòd Religiosi essent peioris conditionis quàm seculares: & sic non esset sanum consilium ad religionem transire.

¶SED CONTRA est, ꝙ de maiori malo magis videtur esse dolendum: sed de peccatis eorum qui sunt in statu sanctitatis & perfectionis, maximè videtur esse dolendum. Dicitur enim Hier. vigesimotertio, Contritum est cor meum in medio mei. Et postea subdit, Propheta nanque & sacerdos polluti sunt: & in domo mea inueni malum eorum. Ergo Religiosi & alij, qui sunt in statu perfectionis, cæteris paribus, grauius peccant.

¶RESPONDEO dicendum, quòd peccatum quod à Religiosis cõmittitur, potest esse grauius peccato secularium eiusdẽ speciei tripliciter. Vno modo, si sit contra votum religionis, puta si Religiosus fornicetur vel furetur: quia fornicando facit contra votum continentiæ, & furando facit contra votum paupertatis, & non solùm contra præceptum diuinæ legis. Secundò, si ex cõtẽptu peccet: quia ex hoc videtur esse magis ingratus diuinis beneficiis, quibus est sublimatus ad statum perfectionis, sicut Apostolus dicit ad Hebræos decimo, quòd fidelis grauiora meretur supplicia ex hoc, quòd peccando filium Dei conculcat per contemptũ. Vnde & Dominus conqueritur Hieremiæ vndecimo, Quid est quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Tertio modo peccatũ religiosi põt esse maius propter scandalũ, quia ad vitã eius plures respiciũt. Vnde dicitur Hieremiæ vigesimotertio, In Prophetis Hierusalẽ vidi similitudinem adulterãtium & iter mendacij: & confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua. Si vero Religiosus non ex cõtemptu, sed ex infirmitate vel ignorantia aliquod peccatum, quod non est contra votum suæ professionis, committit absque scandalo (puta in occulto) leuius peccat eodem genere peccati, quàm secularis: quia peccatum eius si sit leue, quasi absorbetur ex multis operibus bonis, quæ facit. Et si sit mortale, facilius ab eo resurgit. Primò quidem propter intentionem, quã habet rectam ad Deum, quæ etsi ad horam intercipiatur, de facili ad pristina reparatꝰ. Vñ sup illud Psal. 36. Cũ ceciderit nõ collidetur, dicit Origenes,* Iniustus si peccauerit, nõ pœnitet, & peccatũ suum emendare nescit: iustus autem scit emendare, scit corrigere. *Hom. 4. in ps. 36. to. 2.* Sicut ille q dixerat, Nescio hominem: paulo post cũ respectus fuisset à Domino, flere cœpit amarissimè. Et ille qui de tecto mulierẽ viderat & concupierat eã, dicere voluit: Peccaui & malum coram te feci. Iuuatur etiã à sociis ad resurgendum, secundum illud Ecclesiastici quarto, Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd authoritas illa loquitur de iis, quæ per infirmitatem vel ignorantiam committuntur. Non autem de iis quæ committuntur per contemptum.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd Iosaphat etiam, cui illa verba dicuntur, non ex malitia, sed ex quadam infirmitate humanæ affectionis peccauit.

¶Ad tertium dicendum, quòd iusti nõ de facili peccant ex contemptu, sed quandoque labuntur in aliquod peccatum ex ignorantia vel infirmitate, à quo de facili releuantur. Si autem perueniant ad hoc, quòd ex contemptu peccent, efficiuntur pessimi & maximè incorrigibiles, secundum illud Hieremiæ 2. Confregisti iugum: dirupisti vincula, dixisti, Non seruiam. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu posternabaris meretrix. Vnde Aug. dicit in Epistola ad plebem Hipponensem, *Ex quo Deo seruire cœpi, quomodo difficile sum expertꝰ meliores, quàm qui in monasteriis profecerunt, ita nõ sum expertus peiores, quàm qui in monasteriis ceciderunt. *Epist. 137 tom. 2.*

¶Super quæstionis centesimæ octuagesimæ sextæ Articulum decimum.

IN articu. decimo eiusdem centesimæ octuagesimæ sextę quęstionis, nota primò, tu qui vota religiõis, ad superogationis bona putas extẽdi, literæ verba in principio corporis articuli, & vel inde deprehende errorẽ tuũ, dũ legis ꝙ Religiosus fornicando, contra castitatis votũ, & furando, contra paupertatis votũ agit, & non solùm contra diuinũ pręceptũ. Constat enim furtũ & fornicationẽ vitare, non esse bonum supererogationis, sed necessitatis.

¶Nota secũdò in responsione ad tertiũ, tu fauẽs Religiosis. Prelatos suos contẽnentibus, & à suis regularibus obseruãtiis recedẽtibus, quantũ criminis incurras, cùm tales experientia August. & iudicio diui Thomæ, & authoritate Hieremiæ sint pessimi, & correptionis incapaces. Nã sicut fauorem præstans Religiosis, particeps est bonorum quæ ab ipsis fiunt: ita fautor malorum, particeps est criminum eorum.

¶Super

QVÆSTIO CENTESIMAOCTVAGESIMASEPTIMA, de iis quæ pertinent ad religiosos, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iis quæ competunt religiosis.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Primò, vtrum liceat eis docere, prædicare, & alia huiuſmodi facere.
¶ Secundò, vtrum liceat eis de negotiis ſecularibus ſe intromittere.
¶ Tertiò, vtrum teneantur manibus operari.
¶ Quartò, vtrum liceat eis de eleemoſynis viuere.
¶ Quintò, vtrum liceat eis mendicare.
¶ Sextò, vtrum liceat eis veſtimenta cæteris viliora deferre.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum Religioſis liceat docere, prædicare, & alia huiuſmodi facere.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd Religioſis non liceat docere, prędicare, & alia huiuſmodi facere. Dicitur enim ſeptima* quæſtione prima in quodam ſtatuto Conſtantinopolitanæ ſynodi, Vita monachorum ſubiectionis habet verbum & diſciplinatus, non docendi, vel præſidendi, vel paſcendi alios. Hieronymus etiam dicit ad Riparium & Deſiderium, *Monachus non doctoris, ſed plangētis habet officium. Leo etiam papa dicit, vt habetur 16. quæſtione prima, Præter Domini ſacerdotes nullus audeat prædicare, ſiue monachus, ſiue laicus ille ſit, qui cuiuſlibet ſcientiæ nomine gloriatur. Sed non licet tranſgredi propriū officiū & ſtatutum eccleſiæ. ergo videtur quòd non liceat religioſis docere, prędicare, & alia huiuſmodi facere.

¶ 2 Præterea, In ſtatuto Nicenæ ſynodi, quod ponitur decimaſexta, quæſtione prima, *ſic dicit, Firmiter & indiſſolubiliter omnibus præcipimus, vt aliquis monachus pœnitentiam nemini tribuat, niſi inuicē ſibi, vt iuſtum eſt. Mortuum non ſepeliat, niſi monachū ſecum in monaſterio cōmorantē, vel ſi fortuito quemcunq; aduenientiū fratrū ibi mori cōtingat. Sed ſicut iſta pertinent ad officium clericorum, ita etiam prædicare, & docere: ergo cùm alia ſit cauſa monachi & alia clerici, vt Hieronymus dicit ad Heliodorum, *vr̄ ꝙ non liceat Religioſis prædicare, docere, & alia huiuſmodi facere.

¶ 3 Prȩterea, Gregorius dicit in Regiſtro, *Nemo poteſt eccleſiaſticis obſequiis deſeruire, & in monaſtica regula ordinatè perſiſtere, & hoc habet decimaſexta quæſtione prima. *Sed monachi tenentur in monaſtica regula ordinatè perſiſtere. ergo videtur quòd non poſsint eccleſiaſticis obſequiis deſeruire. Docere autē & prædicare pertinent ad eccleſiaſtica obſequia. ergo videtur quòd non liceat eis prædicare, aut docere, aut aliquid huiuſmodi facere.

¶ SED CONTRA eſt, quod Gregorius dicit, & habetur 16. q. 1. Eadē. Ex authoritate enim huiuſmodi decreti, quod Apoſtolico moderamine & pietatis officio à nobis eſt conſtitutum, ſacerdotibus monachis Apoſtolorum figuram tenentibus liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atque peccata ſoluere.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ aliquid dicitur alicui non licere dupliciter. Vno modo, quia habet in ſe quod contrariatur ei, quod dicitur non licere: ſicut nulli homini licet peccare, quia habet in ſe quilibet homo rationem & obligationem ad legem Dei, quibus contrariatur peccatum. Et hoc modo dicitur alicui nō licere prædicare, vel docere, vel aliquid huiuſmodi facere: q̄a habet in ſe aliquid quod iis repugnat vel ratione præcepti, ſicut iis qui ſunt irregulares ex ſtatuto Eccleſiæ non licet aſcendere ad ſacros ordines. Vel propter peccatū: ſecundū illud Pſal. 49. Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas? Hoc autem modo nō eſt illicitum religioſis prædicare, docere, & huiuſmodi facere: tum quia ex voto & præcepto regulæ non obligantur ad hoc quòd ab his abſtineant: tum etiam quia non redduntur ad hoc minus idonei ex aliquo peccato commiſſo, ſed magis idonei ex exercitio ſanctitatis, quod aſſumpſerunt. Stultum autem eſt dicere, vt per hoc quòd aliquis in ſanctitate promouetur, efficiatur minus idoneus ad ſpiritualia exercenda. Et ideo ſtulta eſt quorundam opinio dicentium, quòd ipſe ſtatus religionis impedimentum affert talia exequendi. Quorum errorem Bonifacius papa rationibus ſupradictis excludit, dicens, vt habetur decima ſexta quæſtione prima, Sunt nōnulli nullo dogmate fulti, audaciſsimo quidē zelo magis amaritudinis, quam dilectionis inflammati, aſſerentes monachos, quia mundo mortui ſūt, & Deo viuunt, ſacerdotalis officij poteſtate indignos: ſed omnino labuntur. Quod oſtendit, primò quidem, quia non contrariatur regulæ. Subdit enim, Neque enim Beatus Benedictus monachorum pręceptor almificus, huiuſ modi rei aliquo modo fuit interdictor. Et ſimiliter nec in aliis regulis hoc prohibetur. Secundò, improbat prædictum errorem ex idoneitate monachorū, cùm in fine capituli ſubdit, Quantò quiſque eſt excellentior, tantò & in illis ſpiritualibus, ſcilicet operibus, potentior. Alio modo dicitur aliquid non licere alicui, non propter cōtrarium quod habeat, ſed propter hoc, quòd deficit ei vnde illud poſſit: ſicut diacono non licet Miſſam celebrare, quia non habet ordinem ſacerdotalem: & presbytero nō licet ſententiam ferre, quia non habet epiſcopalem authoritatem. In quibus tamen eſt diſtinguendū: quia [d] ea quæ ſunt ordinis, committi *D. 963.* non poſſunt niſi ei qui ordinem habet: ſicut diacono non poteſt committi, quòd celebret Miſſam, niſi fiat ſacerdos. Ea verò quę ſunt iuriſdictionis, committi poſſunt eis qui nō habent ordinariam iuriſdictionem, ſicut prolatio ſententiæ committitur ab Epiſcopo ſimplici ſacerdoti. Et hoc modo dicitur non licere monachis & aliis religioſis prędicare, docere, & alia huiuſmodi facere, quia ſtatus religionis non dat eis poteſtatem huiuſmodi faciendi. Poſſunt tamen iſta facere, ſi ordinem recipiant vel ordinariam iuriſdictionem, aut etiam ſi eis committantur ea, quæ ſunt iuriſdictionis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex verbis illis habetur, quòd monachi, ex hoc quòd ſunt monachi, non nanciſcuntur poteſtatem talia faciendi: non autem quòd ex hoc quòd ſunt monachi, habeant aliquid contrarium executioni talium actuum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illud etiam ſtatutum Niceni concilij præcipit, vt monachi non vſurpent ſibi ex hoc quòd ſunt monachi, poteſtatem huiuſmodi actus exercendi: non autem prohibet, quin iſta poſsint eis committi.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ iſta duo ſe non cōpatiuntur, ſcilicet quòd aliquis ordinariam curam eccleſiaſticorum officiorum habeat, & monaſticā regulam in monaſterio ſeruet. Per hoc tñ non excluditur, quin monachi & alij Religioſi poſsint interdum circa eccleſiaſtica officia occupari ex cōmiſsione Prælatorum, qui ordinariā curam habent, & præcipuè illi, quorum religiones ad hoc ſunt ſpecialiter inſtitutæ, vt infrà dicetur*. *q. 188. ar. 4.*

ARTI

¶ Super Quæſtionis centeſimæ octuageſimæ ſeptimæ Articulum primum.

IN arti. primo quæſtionis centeſimæoctuageſimæ ſeptimæ dubiū occurrit, an prædicando quis in peccato mortali peccet mortaliter. Et eſt ratio dubij, quia ex hac litera apparet quòd peccat mortaliter: quoniam expreſſè dicitur, ꝙ peccatum reddit illicitum prędicationis actū. Conſtat autem, ꝙ non eſt ſermo de peccato veniali, qm̄ prædicādo in veniali nō peccat: alioquī oēs ferè prędicando ſemper *Opuſc. 18. cap. vlti. & opuſc. 19. cap. 2.* peccarent. Igitur ſermo eſt de mortali. Præterea, Ratio Scripturæ allegatæ, cùm dicitur, Peccatori autem dixit Deus, &c. eſt iſta, Exiſtimaſti *Ca. Hoc me quaquam* inique, quòd ero tui ſimilis, vt patet intuenti contextum Pſalmi. Sed hæc exiſtimatio eſt peccatum mortale: ergo.

¶ In oppoſitum autem *Contra Vigilant. nō procul à fine.* eſt, quia iuxta Authoris doctrinā inferius in tertia parte, ſoli actus ad quos homo ſanctificatur exercendos, ſunt prohibiti vt nō fiant in peccato mortali. Ad prædicationem autem homo non ſanctificatur per aliquem ordinem, aut Eccleſiæ ſacramentum, vt patet ex eo quòd in veteri Teſtamento cuilibet licitum erat prædicare.

¶ Ad hoc dicitur, quòd *cap. Placuit omnibus.* licet prædicare ſecundū ſe non ſit actus alicuius ordinis, quia tamen eccleſiaſtica lege factus eſt actus ordinis ſacri, nam ſolis diaconibus, & ſuperioribus licet prędicare: ideo prædicationis actus iam eſt ſanctus vtrinque, ſcilicet ſecundū ſe, vt patet: & ſecundum ſanctificationem miniſtri ad hunc actum, quāuis non primò, ſed ſecū*de laude vitæ ſolit. to. 1.*dariò. Et propterea ſicut ſacrilegij crimen incurrit exercens actus ſacrorū ordinum in peccato *lib. 4. in principio.* mortali: ita ſacrilegus eſt exercens prædicationis actum in peccato mortali: quod in quoli*Ca. Nemo poteſt.*beto noſtro primo ſub dubia opinione dimiſſū eſt: quia cōſideratus fuit actus prædicandi ſecundum ſuam naturam tantum. Obiectio tamen in oppoſitum ex litera non conuincit peccatū mortale eſſe prædicare in mortali peccato: quoniā conceſſo quòd litera loquat̃ de mortali in verbo, peccatum: nō tamen ſequitur quòd loquatur de mortali in verbo, illicitum, dum dicit quòd peccatum reddit illicitum prędicationis actū. Nam ſecundum ſe loquendo, ex mortali redditur prædicationis actus illicitus, ſed non mortaliter. Illicitus quidem, quia monſtruoſa eſt prædicatio peccatoris dum vita repugnat prædicationi. Non mortaliter autem: quia interpretatiuè tātum infert in malo Prædicatore æſtimationē, quòd Deus ſit ſibi ſimilis, ſ. dicens & non faciens: ratione cuius reprehenditur à Deo malus prædicator in allata authoritate Pſalmi. Prædicatores enim cùm ſint miſſi à Deo, iuxta illud, Quomodo prædicabunt niſi mittantur? ſi prędicādo diuina ſunt mali, prę ſe ferunt quòd Chriſtus, qui mittit illos, fuerit illis ſimilis, ſcilicet rectè docens, & non rectè viuens: ſicut ſunt ipſi qui ſunt illius nuntij.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli primi, aduerte quòd Author dupliciter tractat de cura eccleſiaſticorū officiorum, ſcilicet vt ordinaria, vel vt delegata. Et de ordinaria quidem concedit quòd nō compatitur ſecum monaſticam obſeruantiam & pertranſit: quia iam ſuperius declaratum eſt, quòd abſoluuntur à monaſticis obſeruantiis impedientibus animarum curam ordinariam, cùm ad illam aſſumuntur. De delegata verò nihil aliud dicit, niſi quòd non propterea ſequitur quòd Religioſis non poſſint committi interdū eccleſiaſtica officia. Et intendit quòd delegata interdū cura alicuius officij, puta prędicādi vel confeſſiones audiendi, ſtat cum regulari obſeruantia. Et propterea Gregorij authoritas non eſt contra hoc. Et tu adde, ꝙ ſi etiam quo ad aliquid impediret regularem obſeruantiam, non obſtaret: quia propter maius bonum diſpenſari poteſt Superioris authoritate, vt omittatur interdum aliquid obſeruantiarum regularium.

¶ Super

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum religioſis liceat ſecularia negotia tractare.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ religioſis non liceat ſecularia negotia tractare. Dicitur enim in prædicto * decreto Bonifacij papæ, ꝙ beatus Benedictus eos ſecularium negotiorum dixit expertes fore, quod quidē apoſtolicis documentis, & omnium ſanctorum Patrum inſtitutis non ſolum monachis, ſed etiam canonicis omnibus magnopere imperatur: ſecundum illud ſecundæ ad Timoth. 2. Nemo militās Deo, implicat ſe ſecularibus negotiis: ſed omnibus religioſis imminet, quòd militent Deo: ergo non licet eis ſecularia negotia exercere. ** Artic. prec.*

¶ 2 Præterea, Primæ ad Theſſalonicenſes 4. dicit Apoſtol. Operā detis vt quieti ſitis, & vt negotium veſtrum agatis. gloſſ*. *Glo. interlin.* Dimiſsis alienis, quod vobis vtile eſt in emendationē vitæ. Sed religioſi ſpecialiter aſſumunt ſtudium emendationis vitæ. ergo non debent ſecularia negotia exercere.

¶ 3 Præterea, Super illud Matth. 1. Ecce, qui mollibus veſtiunt, in domibus Regū ſunt, dicit Hieronymus, Ex hoc oſtendit rigidam vitam & auſteram prædicationem vitare debere aulas Regum, & nobilium hominum palatia declinare. Sed neceſsitas ſecularium negotiorum ingerit hominē ad frequentandum Regum palatia: ergo non licet religioſis aliqua negotia ſecularia pertractare.

¶ SED CONTRA eſt, quod Apoſtolus dicit ad Rom. vlt. Commendo vobis Phœben ſororem noſtram. Et poſtea ſubdit, Et aſsiſtatis ei, in quocunque negotio veſtri indiguerit.

¶ RESPONDEO dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt*, *Q. prec. art. 1. & 7.* ſtatus religionis eſt ordinatus ad perfectionem charitatis conſequendam. Ad quam quidem principaliter pertinet Dei dilectio: ſecundariò autē dilectio proximi. Et ideo religioſi præcipuè & propter ſe habent intendere ad hoc, quòd Deo vacent. Si autem neceſsitas proximis immineat, eorum negotia ex charitate agere debent: ſecundum illud ad Galat. 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti: quia hoc ipſo quòd proximis ſeruiunt propter Deum, dilectioni diuinæ obſequuntur. Vnde dicitur Iacobi primo, Religio mūda & immaculata apud Deum & patrē hæc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Gloſſa, id eſt, Succurrere eis, qui carent præſidio in tempore neceſsitatis. Eſt ergo dicendum, quòd cauſa cupiditatis ſecularia negotia gerere nec monachis, nec clericis licet. Cauſa verò [d] charitatis ſe negotiis ſecularibus cum debita moderatione ingerere poſſunt, ſecundū ſuperioris licentiam, in miniſtrando & dirigendo. Vnde dicitur in Decret. diſt. 88. Decreuit ſancta ſynodus nullum deinceps clericum aut poſſeſsiones conducere, aut negotiis ſecularibus ſe permiſcere, niſi propter curam pupillorum aut orphanorum, aut viduarum, aut ſi fortè Epiſcopus ciuitatis eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem eum habere præcipiat. Eadem autem ratio eſt de religioſis & clericis: quia vtriſque ſimiliter negotia ſecularia interdicuntur, vt dictū eſt*.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd monachis interdicuntur ſecularia negotia tractare propter cupiditatem, non autem propter charitatem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt curioſitas, ſed charitas, ſi propter neceſsitatem aliquis ſe negotiis immiſceat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd frequentare palatia Regum propter delitias, vel gloriam, vel cupiditatem, non competit religioſis: ſed ea adire propter pias cauſas eis competit. Vnde dicitur quarti regum 4. quòd Heliſæus dixit ad mulierē, Nunquid habes negotium, & vis vt loquar Regi vel Principi militiæ? Similiter etiam conuenit Religioſis adire Regum palatia, ad eos arguendos & dirigēdos: ſicut Ioannes Baptiſta arguebat Herodem, vt dicitur Matth. 14.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum religioſi manibus operari teneantur.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd religioſi manibus operari teneantur. Non enim excuſantur religioſi ab obſeruātia præceptorū. Sed operari manibus eſt in pręcepto: ſecūdū illud 1. ad Theſ. 4. Operemini manibus veſtris, ſicut p̄cepimus vobis. Vnde Aug.

¶ Super Quæſtionis centeſimæ octuageſimæ ſeptimæ Articulum ſecundum.

IN articul. 2. eiuſdem quæſt. 187. dubium primò occurrit circa titulum & concluſionem reſponſiuam ſimul: an per ſecularia negotia hoc in loco intelligantur omnia ſecularia negotia, an quędā. Et eſt ratio dubij, quia ſi intelliguntur omnia, ſequitur primò ꝙ cauſa charitatis licitum erit religioſis negotiationes *Infrà q. 188. ar. 2. ad 2. Et Opuſc. 19. cap. 11. Et Ro. 16. col 1. fi. Et 2. Tim. 2. col. 2.* exercere, vt faciunt mercatores. Si verò intelliguntur quædam, oportuiſſet illa determinari, quod in litera non fit.

¶ Dubium ſecundò occurrit circa diſtinctionem, quæ in litera fit ꝑ deciſiōe quæſtionis: ſed ex charitate vel cupiditate: tum quia diſtinctio hæc non ad ipſa negotia, ſed ad cauſas ſpectat. Et propterea ex hac diſtinctione & deciſione non habetur ꝙ negotium eis liceat, aut quod non. Tum quia non ſolum ſecularia, ſed etiam eccleſiaſtica & religioſa negotia ſunt eiſdem ex cupiditate prohibita ac per hoc non eſt doctrina dignum dicere quòd ex cupiditate ſunt religioſis ſecularia negotia interdicta.

¶ Ad horum euidētiam ſciendum eſt ꝙ hic eſt ſermo de negotiis ſecularibus quodammodo vniuerſaliter & quodāmodo nō vniuerſaliter. Si enim ad ſubſtantiam negotiorum ſecularium ſpectatur, ſermo eſt vniuerſaliter de negotiis ſecularibus. Si autem ad actus quos ſecularia negotia exigūt, ſpectatur, ſermo non eſt de negotiis ſecularibus vniuerſaliter, ſed particulariter de actu intromittēdi ſe aliquo modo in negotiis ſecularibus. Quod in litera tripliciter palā fit. Primò, in diuiſione quæſtionis in ſuos articulos: vbi dicitur, Secundò, vtrum liceat eis de negotiis ſecularibus ſe intromittere. Secundò, in titulo articuli huius: vbi dicitur. Vtrum liceat religioſis negotia ſecularia tractare: & non dicit exercere. Tertiò in concluſione reſponſiua principali: vbi duos actus circa ſecularia negotia licitos dicit religioſis, ſcilicet dirigere & miniſtrare. Negotia ergo ſecularia, vt diſtinguuntur contra eccleſiaſtica, quæcunque ſint & quantumcunque prohibita ſint clericis quo ad ipſorum exercitium, conceſſa dicit Author religioſis quo ad aliquē actum. Sed diligenter aduerte ad actus licitos, & conditiones quatuor in litera appoſitas. Prima conditio eſt, ꝙ non ex cupiditate, hoc eſt propter lucrum, aut emolumentum aliquod temporale pro ſe vel alio, hoc fiat. Et ratio huius eſt, quia ſic ſunt prohibita clericis. Secunda eſt, quod ex charitate, hoc eſt, propter amorem quo proximus in Deo diligitur, hoc fiat. Et ratio huius eſt, quia ſic ſpectat huiuſmodi opus ad finem religionis, qui eſt perfectio charitatis. Tertia eſt, ꝙ de licentia Superioris hoc fiat. Et eſt ratio, quia religioſus non habet velle neque nolle: & ſic inuenitur ſtatutum ab Eccleſia quo ad actum miniſtrandi, vt patet in canone in litera allato. Quarta eſt, quòd cum debita moderatione hoc fiat. Non enim omnis modus miniſtrandi, aut dirigendi decet religioſos. Non enim decet religioſum ſic dirigere proximorum negotia, aut eis inſeruire, vt perſonaliter ſint exactores, & quaſi negotiorum geſtorum ſecularibus tumultibus ſe immiſceant: ſed ita oportet, dum neceſsitas charitatis vrget, ſe exhibere, vt & ipſi non ſe implicent ſecularibus negotiis, quamuis tractent illa, & nomen Domini in religioſis non blaſphemetur. Hoc enim modo beatus Leodegarius de regni Frāciæ regimine ſe intromiſit. Et multi probi religioſi dirigunt & adiuuant viduas aliáſque miſerabiles perſonas, in ſuis negotiis. Et licet directio etiam moderata eſſe debeat, præcipuè tamen circa actum miniſterij ſeu adiutorij, moderatione opus eſt. Nam non omnis ſeruitij, aut auxilij actus conuenit religioſo. Dedecere enim conſtat religioſos perſonaliter ſecularibus venditionibus, emptionibus, mutuis, cuſtodiis, &c. deſeruire. Sed opem ferre eūdo ad locum aliquem, vel ad conferendum cum aliquo, & huiuſmodi, non dedecet. Vnde & de Didaco epiſcopo beati Dominici patris noſtri legitur quòd cauſa conficiēdi coniugium inter filium regis Hiſpaniæ, & quandā puellam in Gallias iuit. Ex quibus patet ſolutio vtriuſque dubij. Primi quidem, quia iam patet quòd de omnibus & non de omnibus negotiis ſecularibus *D. 1033.* quodammodo eſt ſermo, & quòd in litera determinatur explicitè q actus ſecundum genus ſuum ſint religioſis liciti circa ſecularia negotia, ſcilicet dirigere & miniſtrare. Secundi autem, quia Author non ſolum cauſas agendi, ſed actus ipſos circa negotia ſecularia diſcernit, dicens illos duos ſecundum ſuum genus licitos religioſis, ſeruatis illis quatuor conditionibus expoſitis. *In hoc ar.* Et ſic quamuis hinc non habeatur, quòd negotium eſt eis licitum, & quòd non: quia hoc nō eſt hic quæſitum: habetur tamen ꝙ religioſi poſſunt ſe intromittere de negotiis ſecularibus, & quibus actibus, & qualiter: qđ ſub præſenti quæſtione cadebat. Hæc etiam deciſio non eſt communis ſecularibus & eccleſiaſticis negotiis, vt ſecunda obiectio ingerit: quoniam exercere ipſa eccleſiaſtica negotia religioſis licet: & nō ſolum dirigere alios aut miniſtrare aliis in illis.

¶ In reſponſione ad tertium, memento illius documenti. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Et rurſus, omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Adire curias & palatia propter pias cauſas, licitum fatemur, ſed timeamus damnum ac ruinam. Nam *3. diſt. 17. q. 3. art. 1. q. 4. & quolib. 9. art. 4. Et opuſc. 19. cap. 4. & cap. 17. ad 1.* Petrus, vt Bernardus pręnotauit, ſemel palatium intrauit, & ter Dominū negauit. Curiam Diogenes definiuit, quòd eſt locus ad decipiendum & præualendū, qui ſunt actus diabolo permiſſi à Deo, tertij Regum 22. Fugiendæ ſunt à religioſis curiæ & palatia, etiam eccleſiaſtica cùm Petrus non regale aut prætoris, ſed pontificium palatium ingreſſus nephando laqueo captus fuerit.

¶ Super Quæſtionis centeſimæ octuageſimæ ſeptimæ Articulum tertium.

IN articul. tertio eiuſdem quæſt. nota vtranque gloſſam præceptorum iuris naturæ, alteram in reſponſione ad primum: alteram in corpore articuli. Habes ſiquidem hinc primo quòd præcepta naturalia ad commune bonum abſolutè neceſſaria, non ligant ſingulos: & propterea ad manuale opus, quod neceſſarium eſt in vita humana, non tenentur ſinguli abſolutè, ſicut nec ad generationi vacandum. Habes ſecundò, quòd præcepta naturalia ſolum propter neceſſarium finem aliquem aſſequendum, nullum obligant, qui finem illum neceſſarium aliunde conſequi poteſt. Et propterea non tenentur manualiter operari propter victum, qui aliunde victum licitè habent.

¶ Sed circa hanc gl. dubium occurrit. Nam ſi pro regula habendū eſt, ꝙ ordinatum ad finē intantum eſt neceſſariū, inquantū finis ſine eo haberi nō poteſt, & nō aliter: ſequeretur quòd homo licitè poſſet non implere præcepta multa ex eo ꝙ poſſet aliter quàm per obſeruantiam illius præcepti cōſequi talem

talem

Universidad de Deusto Biblioteca

talem finē. Verbi gratia, Præceptū ieiunij ordinatur ad domandū carnē, & mentem eleuandam. Qui ergo potest hæc aliter quàm per ieiunium habere, non tenetur ad ieiunium. Similiter præceptum de officio diuino dicēdo ordinatur ad mentis ascensum septies in die ad Deum. Si quis ergo absque diuino officio posset septies in die ad Deum mente conscēdere, non teneretur ad Ecclesiasticū officium: & sic de similibus. Quæ omnia constat falsa.

¶ Ad hoc dicitur, quòd verba literæ possunt dupliciter intelligi. Primò vt opus præceptum ad finem aliquem careat vinculo præcepti, si aliter potest finis haberi. Et hūc sensum accepit obiectio, & falsus est, nec intentus ab authore. Secundò, vt finis necessarius nō inducat vim præcepti in opus aliquod, si vel quando sine tali opere haberi potest. Et hic est sensus literæ verus & intentus, directè seruiēs proposito Authoris. Est autē inter hos duos sensus ista differentia. Nam iuxta secundum sensum vinculum præcepti supponitur cadere suprà id quod vocatur finis, puta, comedere & bibere: & exinde deducitur ius præcepti super opere qđ vocatur ordinari ad finem, puta, super opere manuali. Et propterea dicitur, quòd quia ratio præcepti in tali ordine ad finem, est ex eo solū quòd finis cadit sub pręcepto altero, ideo si finis ille potest aliter haberi, non trahitur vinculum præcepti à primo ad secundum, hoc est, à fine ad tale ordinatum ad finem. Iuxta primum verò sensum, vinculum præcepti præsupponitur cadere super actu ordinato ad finem, puta, super ieiunio ordinato ad mētis eleuationem, &c. Sed quia potest alia via acquiri talis finis, negāda dicitur vis præcepti ab actu ordinato ad finem. Vbi facile videre potes, quòd ille secundus sensus verus est: & proposito literæ directè seruiens, ac per hoc intentus ab Authore. Iste autem primus eneruat vniuersam iuris positiui vim: vt pote determinationem ab ipso factam tollere permittens cuilibet. Ex eo nanq; quòd lex determinauit tali medio vtendum esse ad talem finē, oportet subditos legi ad illud medium se habere vt necessarium ex legis dispositione, siue ipse illo medio egeat absolutè, siue non egeat absolutè. Procul est igitur à sensu literæ & Authoris mente intellectus.

¶ In eodem tertio articulo in responsione ad secundum, dubium occurrit circa illud, Nondum erant tunc temporis religiones institutæ, tum qa dominus Iesus inuenitur religiosi institutor status, cum dixit adolescenti, Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habet, &c. tum quia tempore Apostolorum erant monachi, vt patet ex Dionysio, qui tunc temporis fuit.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò ꝙ Author dicit pluraliter religiones nondum fuisse tunc institutas ad præseruandū se à religionis statu: qa etiam tunc erat, scilicet monachalis tantum. Secundò, quòd religiosus status quantum ad perfectionis semitā, fuit à Christo institutus dicente, Si vis perfectus esse, &c. quantum autē ad solennitatem, fuit institutus ab Ecclesia inchoatiue tempore Apostolorū, vt patet ex Dionysij Ecclesiastica Hierarchia. Rationabile enī est ritum relatum à Dionysio circa ecclesiastica ministeria Apostolorū tēpore inchoatum: quantum verò ad solennitatem votorum, & certam viuendi regulam, esse postmodum ab Ecclesia consummatum. Et quia ad hoc spectat, ꝙ religiosi peculiari nomine fratres appellātur: ideo Author ad consummatam religionum institutionē respiciens, dixit quòd nondum erant religiones institutæ. Ante consummatam nanque religionum institutionem omnes Christiani fratres vocabantur. Post consummatam autē institutionem, in religiosis patris & fratris appellatio mansit, vt consuetudo testatur.

¶ In eodem artic. in responsione ad tertiū circa orationem manualiter operantium, aduerte ꝙ in litera distinguitur de oratione publica & priuata. Et de publica, negatur ꝙ fiat cum opere manuali. De priuata autem conceditur. Et reuera turpe valde esset ecclesiasticum officiū manibus operando persoluere: cùm vltra scandalum & reuerentiam quā quis homini excellenti loquendo non exhiberet, pluribus intētus minor sit ad singula sensus. Vnde quia operādo manibus poneret quis obicem plenæ attentioni, quam à Deo expectare tenetur qui obligatur ad diuinum officium, iuxta illud, Deuotè quātum Deus dederit. extrà, de celebrat. missar. cap. dolentes: ideo notabiliter se occupando nō satisfacit Ecclesiæ præcepto. Secus autem si parum quid se occupat, puta, calciando ocreas, vel opus ferè non impeditiuum faciat, puta, quia parando se ad Missam perficit Primam ex hoc ipso minus attendens officio, quia occupari eum contingit. Cùm enim parum pro nihilo habeatur, vtroque modo parum non multum imputatur, siue scilicet in parua parte officij, siue in opere parum impeditiuo qs occupatur. Priuata autem oratione laudabile valde est aliquid nostræ mentis inter opera manualia ad Deum transmittere.

¶ In eodem art. in respōsione ad quintum, nota diligētissimè tu qui præsides Ecclesię, quanta te oporteat solicitudine subtrahere occasionem Prædicatoribus & Confessoribus prædicādi vel confessiones audiendi propter temporalia bona, vt hodie videmus accidere: quoniam si Confessores & Prædicatores non lucrarentur, pauci inuenirentur. Nunc autem quærunt, supplicant, soluuntq; interdū vt loca habeant. Paulus Apostolus priuauit seipsum stipendio victus, ne alij prædicarent propter temporalia. Non exigo à te tantā perfectionē, sed vt ab Ecclesia tua huiusmodi viros eiicias, & paucos habeas gratis dantes quod gratis acceperunt.

cap.50. in lib. de Operibus monachorū* dicit, Cæterum quis ferat homines contumaces, id est, religiosos non operantes: de quib⁹ ibi loquitur, saluberrimis Apostoli monitis resistentes, non sicut infirmiores, tolerari, sed sicut fortiores prædicari? Ergo videtur quòd religiosi teneantur manibus operari.

Ex Aug. lib. de ope. monacho. cap. 1. & 2. ¶ 2 Præterea, Secundæ ad Thessalo.3. super illud, Si quis non vult operari, nec manducet, dicit glossa*, Dicunt quidam de operibus spiritualibus hoc Apostolū præcepisse, non de opere corporali, in quo agricolæ vel opifices laborāt. Et infrà, Sed superfluò conantur & sibi, & cæteris caliginem adducere, vt quod vtiliter monet charitas, nō solùm facere nolint, sed nec etiā intelligere. Et infrà*, *Cap.3.* Vult seruos Dei corporaliter operari vnde viuant. Sed præcipuè religiosi serui Dei nominātur, vtpote se totaliter diuino seruitio mācipantes: sicut patet per Dionysium 6.cap.Eccl.Hierar. Ergo videtur ꝙ teneantur manibus operari.

¶ 3 Præterea, August. dicit in lib. de Operibus monachor*. *Cap.17. tom.3.* Quid agant qui operari corporaliter nolunt, scire desidero. Orationibus, inquiunt, vacamus, & psalmis & lectionibus, & verbo Dei. Sed quòd per ista non excusentur, ostendit ꝑ singula. Nam primo de oratione dicit, Citius exauditur vna obedientis oratio, quàm decem millium cōtemptorū: illos contēptores intelligens & indignos exaudiri, qui manibus non operantur. Secundò, de diuinis laudibus subdit, Cantica verò diuina cantare, etiam manibus laborantes, facile possunt. Tertiò subiungit de lectione. Quòd autem se dicunt lectioni vacare, nonne illic inueniūt quod præcipit Apostolus? Quæ est ergo ista peruersitas lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare? Quartò subiungit de prædicatione. Si autem alicui sermo erogandus est, & ita occupatur vt manibus operari nōn valeat, nunquid in monasterio omnes hoc possunt? Quando ergo non omnes possunt, cur omnes sub hoc obtentu vacare volunt? quāquam si omnes possent, vicissitudinem facere deberent, non solum vt cæteri necessariis operibus occuparentur, sed etiam quia sufficit vt multis audientibus vnus loquatur. Ergo videtur quòd religiosi non debeāt cessare à manuali opere propter huiusmodi spiritualia opera, quibus vacant.

Ex Aug. lib. eod. cap.17. ¶ 4 Præterea, Luc.12. super illud, Vendite quæ possidetis, &c. dicit glossa*, Non tantùm cibos vestros cōmunicate pauperibus, sed etiam vendite possessiones vestras, vt omnibus vestris simul pro Domino spretis, postea labore manuū operemini, vnde viuatis vel eleemosynam faciatis. Sed ad religiosos pertinet propriè omnia sua relinquere: ergo videtur ꝙ etiam eorum sit de labore manuū suarum viuere, & eleemosynas facere.

¶ 5 Præterea, Religiosi præcipuè videntur teneri Apostolorum vitam imitari, quia statum perfectionis profitentur: sed Apostoli manibus propriis laborabant: secundum illud 1. ad Corinth.4.cap. Laboramus operantes manibus nostris. Ergo videtur quòd religiosi teneantur manibus operari.

¶ SED CONTRA. Ad præcepta obseruanda, quæ communiter omnibus proponuntur, eodem modo tenentur religiosi & seculares. Sed præceptum de opere manuali cōmuniter omnibus proponitur: vt patet secundæ ad Thessal.3. Subtrahite vos ab omni fratre ambulante inordinatè, &c. Fratrem autem nominat quemlibet Christianum: sicut & 1. ad Corinth.7. Si quis frater vxorem habet infidelem, &c. Et ibidem dicitur: Si quis non vult operari, nec manducet. Non ergo religiosi magis tenētur manibus operari, quàm seculares.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ labor manualis ad quatuor ordinatur. Primò quidem & principaliter ad victū quærendum. Vnde & primo homini dictum est, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et in Psalm.127. Labores manuum tuarum quia manducabis, &c. Secundò, ordinatur ad tollendum otium, ex quo multa mala oriuntur. Vnde dicitur Ecclesi.33. Mitte seruum tuū in operationem, ne vacet. Multā enim malitiam docuit otiositas. Tertiò, ordinantur ad concupiscentiæ refrænationem, inquantum per hoc maceratur corpus. Vnde 2. ad Corinh.6. dicitur, In laboribus, in ieiuniis, in vigiliis, in castitate. Quartò autem ordinatur ad eleemosynas faciendas. Vnde dicitur ad Ephes.4. Qui furabarur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Secundum ergo quòd labor manualis ordinatur ad victum quærendum, cadit sub necessitate præcepti, prout est necessarium ad talem finem. Quod enim ordinatur ad finem, à fine necessitatem habet, vt scilicet intantum sit necessarium, inquantum finis sine eo esse non potest. Et ideo qui non habet aliunde vnde viuere possit, tenetur manibus operari, cuiuscunque sit conditionis. Et hoc significant verba Apostoli dicentis, Qui non vult operari, nec manducet: quasi diceret, Ea necessitate aliquis tenetur ad operandum manibus, qua tenetur ad manducandum. Vnde si quis absque manducatione posset vitam transigere, non teneretur manibus operari. Et eadem ratio est de illis qui non habent aliàs vnde licitè viuere possint. Non enim intelligitur aliquis posse facere quod non licitè facere potest. Vnde & Apostolus non inuenitur opus manuum præcepisse, nisi ad excludendum peccatum eorum, qui illicitè victum acquirebant. Nam primò quidem præcipit Apostolus opus manuale ad euitandum furtum: vt patet ad Ephesios 4. Qui furabatur, iam nōn furetur: magis autem laboret, operando manibus suis. Secundò, ad vitandum cupiditatem alienarum rerum. Vnde dicit primæ ad Thessa.4. Operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & vt honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt. Tertiò, ad euitanda turpia negotia, ex quibus aliqui victum acquirunt. Vnde secundæ ad Thessalonicenses 3. dicit, Cùm essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim quosdam inter vos ambulare iuquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes, gloss*. qui fœda cura necessaria sibi prouident. *Glo. ord. ibid.* His autem qui huiusmodi sunt, denuntiamus & obsecramus, vt cum silentio operantes, panem suum manducent. Vnde Hieronymus dicit super Epistolam ad Galat*. *In proœmio in lib. 2 ad Gal. tom.9.* quòd Apostolus hoc dixit non tam officio docentis, quàm vitio gentis. Sciendum tamen quòd sub opere manuali intelliguntur omnia humana officia, ex quibus homines licitè victum lucrantur, siue manibus, siue pedibus, siue lingua fiant. Vigiles enim, & cursores, & alij huiusmodi de suo labore viuentes, intelliguntur de operibus manuum viuere. Quia enim manus est organum organorū, per opus manuum omnis operatio intelligitur, de qua aliquis victum licitè potest lucrari. Secundum autem ꝙ opus manuale ordinatur ad otium tollendum, vel ad corporis macerationem, non cadit sub necessitate præcepti secundū se consideratum: quia multis aliis modis potest vel caro macerari, vel etiam otium tolli, quàm per opus manuale. Maceratur enim caro per ieiunia, & vigilias: & otiū tollitur per meditationes sacrarum Scripturarum, & laudes diuinas. Vnde super illud Psalm.68. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. dicit gloss*. *Est Aug. Psal.118. tom.2.* Non est otiosus qui verbo Dei tantum studet: nec pluris est qui extra operatur quàm qui studium cognoscēda veritatis exercet. Et ideo propter has causas religiosi non tenentur ad opera manualia, sicut nec seculares: nisi fortè ad hoc per statuta sui ordinis obligentur, sicut Hierony. dicit in epist. ad Rusticum monachū*, *Circa me.* Aegyptiorum monasteria hunc tenent morē, vt nullum absq; opere aut labore suscipiant: non tam propter victus necessitatem, quàm propter animæ salutem, ne vagentur perniciosis cogitationibus. Inquantum verò opus manuale ordinatur ad eleemosynas faciendas

ciendas, non cadit sub necessitate præcepti, nisi fortè in aliquo casu, in quo ex necessitate aliquis eleemosynam facere teneretur, & non posset aliàs habere vnde pauperibus subueniret: in quo casu obligarentur similiter religiosi & seculares ad opera manualia exequenda.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ præceptū illud quod ab Apostolo proponitur, est de iure naturali. Vnde super illud 2. ad Thessal.3. Vt subtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulāte, dicit glossa, aliter quàm ordo naturæ exigit. Loquitur autē de iis q. ab opere manuali cessabant. Vnde & natura, manus homini dedit loco armorū & tegumentorū, quæ aliis animalibus tribuit: vt scilicet ꝑ manus hæc & alia omnia necessaria conquirat. Ex quo patet ꝙ cōmuniter ad hoc præceptū tenentur etiā religiosi & seculares, sicut ad omnia alia legis naturalis præcepta. Non tamen peccant quicunq; manibus non operantur: quia ad illa præcepta legis naturæ, quæ pertinent ad bonū multorū, non tenentur singuli: sed sufficit quòd vnus vacet vni officio, & alius alteri, puta ꝙ quidā sint opifices, quidā agricolæ, quidā iudices, quidam doctores, & sic de aliis: secūdum illud Apostoli primæ ad Corinth. 21. Si totum corpus oculus, vbi auditus? & si totum auditus, vbi odoratus? &c.

Loco cit. in arg. ¶ Ad secundū dicendum, ꝙ glossa illa sumitur ab August. in lib. de Operib. monachor*. in quo loquitur contra monachos quosdā, q. dicebant non esse licitū seruos Dei manib⁹ operari, propter hoc, ꝙ Dominus dicit Matth.6. Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid māducetis. Nec tamen per hæc verba inducitur necessitas religiosis manibus operandi, si habēt aliunde vnde viuere possint. Quod patet per hoc quod subdit, Vult seruos Dei corporaliter operari, vnde viuant. Hoc autē non magis pertinet ad religiosos, quàm ad seculares. Quod patet ex duobus. Primò quidē, ex ipso modo loquendi, quo Apostolus vtitur, dicēs, Vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulāte inordinatè. Fratres enim oēs Christianos vocat: nondū enim erant tunc tēporis religiones institutæ. Secundò, quia religiosi non tenētur ad alia quàm seculares, nisi ꝑpter regulæ ꝑfessionē. Et ideo si in statutis regulæ nō contineatur aliquid de opere manuali, nō tenētur aliter ad operandū manib⁹ religiosi quàm seculares.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ omnibus illis operibus spiritualibus, quæ ibi tangit Augustinus*, *cap.17. lib. de ope. Monach.* potest aliquis vacare dupliciter. Vno modo, quasi deseruiens vtilitati cōmuni. Alio modo, quasi insistens vtilitati priuatæ. Illi ergo qui prædictis operibus spiritualibus publicè vacant, excusantur per huiusmodi opera spiritualia ab opere manuali, duplici ratione. Primo quidem, quia oportet eos totaliter esse occupatos circa huiusmodi opera. Secundò, qa huiusmodi opera exercētibus debetur subministratio victus ab iis quorū vtilitati deseruiūt. Illi verò qui prædictis operib⁹ non quasi publicis, sed quasi priuatis vacant, non oportet ꝙ per huiusmodi opera à manualibus operib⁹ abstrahantur: nec etiam fit eis debitum, vt de stipendiis fidelium viuant. Et de talib⁹ loquitur Augustinus*. *cap.17.* Quod enim dicit (Cantica diuina decātare manibus operantes possunt, exēplo opificum, qui fabulis linguas dant, cum tamen manib⁹ ab opere non recedant) manifestum est ꝙ non potest intelligi de iis qui horas canonicas in Ecclesia decātant: sed intelligitur de iis qui Psalmos vel hymnos dicunt, quasi priuatas orationes. Similiter quod* *cap.18.* dicit de lectione & oratione, referendū est ad orationes & lectiones priuatas, quas etiā laici interdū faciunt: nō autem ad illos, qui publicas orationes in ecclesia faciunt, vel etiam publicas lectiones in scholis legunt. vnde nō dicit, Qui dicūt se vacare doctrinæ vel instructioni: sed, qui dicunt se vacare lectioni. Similiter etiam de prædicatione loquitur, non quæ fit publicè ad populum, sed quæ specialiter fit ad vnum vel ad paucos per modum priuatæ admonitionis. Vnde signanter dicit, Si alicui sermo erogandus est. Nam sicut gl. dicit primæ ad Corint.2. sermo est, qui priuatim fit: prædicatio, quæ fit in communi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illi, qui omnia propter Deum spernunt, tenentur manibus operari, quando aliàs non habent vnde viuant, vel vnde eleemosynas faciant in casu, in quo facere eleemosynam cadit sub pręcepto: non autem aliter, vt dictum est*. *In corp. art.* Et secundum hoc loquitur gl. inducta.

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ hoc quòd Apostoli manibus laborauerint, quādoque quidem fuit necessitatis, quandoq; verò supererogationis. Necessitatis quidem, quando ab aliis victū inuenire non poterant. Vnde sup illud 1. ad Corint.4. Laboramus operantes manibus nostris. dicit glossa, quia nemo dat nobis. Super erogationis autē: vt patet ꝑ illud quod habetur primæ ad Corinth.9. vbi dicit Apostolus, ꝙ non est vsus potestate, quā habebat viuendi de Euangelio. Hac autē supererogatione vtebatur Apostolus tribus de causis. Primò quidem, vt occasionem prædicandi auferret pseudoapostolis, qui propter sola temporalia prædicabant: vnde dicit secundæ ad Corinth.11. Quod autem facio, & faciam, vt amputē eorum occasionem, &c. Secundò, ad euitandum grauamen eorum quibus prędicabat, vnde dicit secūdæ ad Corinth.12. Quid minus habuistis præ cæteris Ecclesiis, nisi quòd ego ipse non grauaui vos? Tertiò, ad dandum exemplum operandi otiosis. Vnde secundæ ad Thessal.3. dicit, Nocte & die operantes, vt formam daremus vobis, ad imitandum nos. Quod tamen Apostolus non faciebat in locis, in quibus habebat facultatē quotidie prædicandi, sicut Athenis, vt August. dicit in lib. de operibus monachorum*: *Cap.18. tom.3.* Non autem propter hoc religiosi tenentur Apostolum in hoc imitari, cum non teneātur ad omnes supererogationes: vnde nec alij Apostoli manibus operabantur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum religiosis liceat de eleemosynis viuere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ religiosis non liceat de eleemosynis viuere. Apostolus enim 1. ad Timotheum 5. præcipit quòd viduæ quæ possunt aliūde sustentari, non viuāt de eleemosynis Ecclesiæ, vt Ecclesia sufficiat illis, quæ verè viduæ sunt. Et Hieronymus dicit ad Damasum papā*, *Habetur 1.q.2. ca. clericos. & 16.q.1. cap. Quoniam.* quòd qui bonis parentum & opibus sustentari possunt, si quod pauperū est, accipiunt, sacrilegiū profectò committunt,

¶ Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ septimæ Articulum quartum.

IN art.4. eiusdē quæst. nota Authorē duas radices docere liciti vict⁹, ex bonis tēporalibus, scilicet vel de suo, vel de sibi debito. Vbi dubiū statim occurrit circa distinctionē horum membrorum: quia secundum coincidit necessario cum primo. Nam quantumcunque aliquid sit alicui debitum, nisi fiat suum, non licitè viuet de illo, alioquin liceret viuere de alieno. Et confirmatur: quia sicut viuere ex eleemosyna, quod in primo ponitur mēbro, tunc est licitum, cùm id quod eleemosynaliter datur, est factū suum, ita viuere ex [sibi debito], quod ponitur in secundo mēbro, tunc est licitū, quādo illud quod debetur, factum est suum, vt patet discurrendo in singulis quatuor casibus enumeratis in litera, &c.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ in litera non distinguitur viuere ex suo, contra viuere ex non suo, vt obiectio interpretatur, sed distinguitur viuere ex suo absolutè contra viuere ex suo ex debito, ita ꝙ formaliter fit distinctio inter causas, quibus licet viuere ex aliquo, & discernitur inter esse sūū pro vna causa nō considerando vnde, vel qualiter sit suum, sed tota ratio licitè viuendi ex illo est, quia est suum, & inter esse suum ex debito. *Opusc.18. art.7.* Ita ꝙ ratio viuendi hîc attenditur nō penes effectum illum communem, qui est esse suum, sed penes causam, hoc est penes rationem debiti. Et propterea non nominauit in secundo mēbro Author ly suum, sed solummodo sibi debitum

Universidad de Deusto Biblioteca

Et per abusionem talium, iudicium sibi manducant, & bibunt. Sed religiosi possunt de labore manuum sustentari, si sint validi: ergo videtur quòd peccent, eleemosynas pauperum comedendo.

¶2 Præterea, Viuere de sumptibus fidelium, est merces deputata prędicantibus Euangelium pro suo labore vel opere, secundum illud Matth.10. Dignus est operarius cibo suo. Sed prædicare Euangelium non pertinet ad religiosos, sed maximè ad Prælatos, q̄ sunt Pastores & Doctores: ergo religiosi non possunt licitè viuere de eleemosynis fidelium.

¶3 Præterea, Religiosi sunt in statu perfectionis: sed perfectius est dare eleemosynas, quàm accipere. Dicitur enim Act.20. Beatius est dare quàm accipere. Ergo non debent de eleemosynis viuere, sed magis ex operibus manuū suarum eleemosynas dare.

¶4 Præterea, Ad religiosos pertinet, impedimenta virtutis & occasiones peccati vitare: sed acceptio eleemosynarum præbet occasionem peccati, & impedit virtutis actum. Vnde super illud secundæ ad Thessa.vlt. Vt nosmetipsos formā daremus vobis, dicit glo*. Qui frequenter ad alienā mensam comedit otio deditus, vt aduletur necesse est pascenti se. Dicitur etiam Exod.23. Ne accipias munera, quæ excæcant prudentes, & mutāt verba iustorum. Et Prouerb.22. dicitur, Qui accipit mutuum, seruus est fœnerātis, quod est religioni contrarium. Vnde super illud secundæ ad Thessalo. vlt. Vt nosmetipsos formam daremus, &c. dicit glo. Religio nostra ad libertatē homines aduocat: ergo videtur ꝙ religiosi non debeant de eleemosynis viuere.

¶5 Præterea, Religiosi præcipuè tenentur imitari Apostolorum perfectionem. Vnde Apostolus dicit ad Philip.3. Quicunque perfecti sumus, hoc sentiamus. Sed Apostolus nolebat viuere de sumptibus fidelium, vt occasionē auferret pseudoapostolis, sicut ipse dicit secundæ ad Corinh.11. Et ne scandalum poneretur infirmis, vt patet primæ ad Corinth.9. Ergo videtur quòd propter easdem causas religiosi debeāt abstinere, ne de eleemosynis viuant. Vnde & August. dicit in lib. de Operibus monachorum*, *cap.28. tom.3.* Amputetis occasionem turpium nundinarum, quibus æstimatio vestra læditur, & infirmis offendiculum ponitur, & ostendite hominibus non vos in otio facilem victum, sed per angustā & arctam viam regnum Dei quærere.

¶SED CONTRA est, quòd sicut Gregor. dicit in 2. Dialogor*. *Cap.1.* beatus Benedictus tribus annis in specu permanens, de iis quæ à Romano monacho ministrabantur, refectus est, postquam domum parentésque reliquerat: & tamen validus corpore existens, non legitur de labore manuum quæsiuisse victum. Ergo religiosi licitè possunt de eleemosynis viuere.

¶RESPONDEO dicēdum, quòd vnicuique licet viuere de eo quod suum est, vel sibi debitum. Fit autem aliquid alicuius ex liberalitate donātis. Et ideo religiosi & clerici, quorum monasteriis vel Ecclesiis ex munificentia Principum vel quoruncunq; fidelium, sunt facultates collatæ, ex quibus substētentur, possunt de eis viuere licitè, absq; hoc ꝙ manibus laborēt, & tamē certum est, eos de eleemosyna viuere. Vnde & similiter, si aliqua mobilia religiosis à fidelibus conferātur, possunt de eis licitè viuere. Stultum est enim dicere, ꝙ aliquis in eleemosynam possit accipere magnas possessiones, nō autem panē vel paruā pecuniam. Sed quia huiusmodi beneficia religiosis vidētur esse collata ad hoc, ꝙ liberius religiosis actibus insistere possint, quorū cupiūt se fore participes, qui temporalia subministrant, redderetur eis vsus prædictorū donorum illicitus, si ab actibus religiosis desisterēt: quia sic, quantum est de se, defraudarēt intentionem eorum, q̄ talia beneficia contulerunt. Debitum autem est alicui aliquid dupliciter. Vno modo, propter necessitatē, quæ facit omnia cōmunia, vt Ambrosius dicit*. *Ex ser.81 colligi videtur.* Ideo si religiosi necessitatē patiantur, licitè possunt de eleemosynis viuere, quæ quidē necessitas potest esse tripliciter. Primò quidē, propter corporis infirmitatem, ex qua contingit, ꝙ non possunt sibi labore manuum victum quærere. Secundò, si illud quod ex opere manuali conquirunt, eis ad victum non sufficiat. Vnde Augu. dicit in lib. de operibus monachorum*, *Cap.17.* quòd bona opera fidelium subsidio supplendorum necessariorum deesse nō debent seruis Dei, qui manibus operātur: vt horæ quibus ad expediendum animū ita vacatur, vt illa corporalia opera geri non possunt, non opprimāt egestate. Tertiò, propter pristinam conuersationem eorum qui non consueuerant manibus laborare. Vnde Aug. dicit in lib. de operibus monachorum*, *Cap.21.* ꝙ si habeant aliquid in seculo, quo facile sine opificio sustentarent istam vitam, quam conuersi ad Deum indigentibus dispartiti sunt, & credēda est eorum infirmitas & ferēda. Solent enim tales delicatius educati laborem operum corporalium sustinere non posse. Alio modo efficitur aliquid alicui debitum ex eo ꝙ ipse exhibet, siue sit aliquid tēporale, siue spirituale: secundum illud primæ ad Corinth.9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, non magnum est, si carnalia vestra metamus. Et secundū hoc quadrupliciter possunt religiosi de eleemosynis viuere, quasi sibi debitis. Primò quidē, si prædicent authoritate Pręlatorū. Secundò, si sint ministri altaris: quia, vt dicitur primæ ad Corin.9. Qui altario deseruiunt, cum altario participant. Ita & Dominus ordinauit his qui Euangelium annuntiant, de Euāgelio viuere. Vnde & Augustinus dicit in libr. de Operibus monachorum*, *Cap.21.* Si Euangelistæ sunt, fateor, habent potestatem viuēdi de sumptibus fidelium: si ministri altaris, dispensatores sacramentorum, bene sibi istam non arrogant, sed planè vendicāt potestatem. Et hoc ideo, quia sacrificium altaris, vbicunque agatur, commune est toti populo fidelium. Tertiò si instant studio sacræ scripturæ ad communem vtilitatem totius Ecclesiæ. Vnde Hieronymus dicit cōtra Vigi-

bitum: respiciebat enim ad formalia penes quæ attenditur distinctio. Non coincidunt ergo distinctionis mēbra formaliter intellecta de causis, sed docemur quòd viuere mihi licet ex aliquo duplici de causa: vel, quia meum est, nihil aliud considerando, sed solam hanc communem rationem, quia meum est: vel quia debitum est mihi, hoc est sic meum est, scilicet ex debito. Nec refert in proposito an sumatur suū pro suo totaliter, vel pro suo quo ad præsentem vsum. Sufficit nanque proposito ratio sui, siue hoc, siue illo modo. Quoniam vnicuique viuere licet de suo, altero istorum modorum, vt patet.

¶In eodem artic. quarto circa illud, Redderetur religiosis vsus prædictorum donorum illicitus, si ab actibus religiosis desisterent, quia, &c. dubium occurrit. Primo, an talis vsus illicitus sit peccatum mortale. Secundò, an obliget ad restitutionem sic illicitè vtentes. Ratio primi dubij est, qa hinc apparet quòd est peccatum mortale, ex eo scilicet quòd est actus fraudis in re notabili. Omnis enim defraudatio proximi, & multo magis benefactoris ī re notabili est ex suo genere peccatū mortale: quia est contra dilectionem proximi. *Ex Ambros. ibid.* Sed, vt in litera dicitur, religiosi desistentes à religiosis actibus, fraudant, quantum ex parte sua est, suos benefactores in notabili bono, tam temporali quod susceptum est, & quo abutuntur, quàm spirituali, quod reddendum est. Inde autē apparet quòd non est mortale: quia nō interuenit hic fraus formaliter, sed interpretatiuè. Est enim præter intentionem huiusmodi religiosorum talis fraus. Nec est euentus istius fraudis omnino inopinatus benefactoribus: quoniā facile nosse possunt donantes perpeta immobilia quòd fluxu temporis cadunt status religiosorum: cùm humana omnia caduca esse constet. Et sic videtur quòd donando absque prouisione quòd deuoluantur ad alios inseruientes religiosis actibus implicitè acceptarunt se frustrandos quādoq; suo intento. Scienti autem & volenti non fit fraus, sicut nec iniuria. Ratio secundi dubij est: quia sicut miles tenetur ad stipendij restitutionem si desistit à militaribus actibus, ita religiosus tenetur ad restitutionem cùm huiusmodi eleemosynę sint quasi stipendia ipsorum. Et confirmatur: quia sicut stipendium militare nō datur nisi militaturis in veritate: ita stipendium sustentationis religiosorum non datur nisi religiosè viuere volētib⁹, non fingentibus: ita ꝙ sicut milites armatæ militiæ non efficiunt suū, sed tenentur illud restituere si ficti suscipiunt, aut ficti prosequuntur: ita Clerici & Religiosi, si aut ficti suscipiunt, aut ficti prosequuntur, non efficiunt stipendia sua, sed tenentur ad restitutionem.

¶In oppositum autem est, quia durus est hic sermo, & tot Ecclesiæ declinasse videntur à religiosa vita, vt si ad restitutionē tenerētur, oporteret magnā damnationē inducere.

¶Ad euidentiam horū considerādum est ꝙ inter religiosos & Principes, seu quoscunq; alios qui contulerunt eleemosynas eis, non est habitudo secundum aliquem contractum iustitiæ propriè dictæ, sed solum secundum debitum gratitudinis. Nam donantes, beneficium eleemosynę conferunt, & religiosi naturali iure tenentur tali dono gratiam retribuere suis religiosis actibus: quoniam non alia ab eis expectatur retributio. Vnde & in litera de beneficio donóq; mentio fit, quæ constat ad gratiæ virtutem spectare. Et quia gratiæ cōtrariatur ingratitudo, idcirco tunc solum interuenit in huiusmodi omissione peccatum mortale, quando contingit ingratitudo mortalis. Vt autem ex supradictis de ingratitudine patet, in duobus casibus ingratitudo inuenitur peccatum mortale. Vel formaliter, cùm contēptus interior adest bñficij: vel materialiter, cùm illud omittitur quod talis est cōditionis, quod necessariò exhibēdum est beneficio: & propterea in proposito si religiosi in contemptum prorumpunt suscepti beneficij, ingrati mortaliter & formaliter sunt. Et si omittunt religiosos actus ad quos de necessitate præcepti tenentur, ingrati quoque mortaliter sunt, materialiter tamē. Si autem omittunt aliquos religiosos actus, ad quos non tenentur sub præcepto, ingrati venialiter ac materialiter sunt. Et ideo in litera optime dicitur absolutè, quòd illicitus redderetur eis vsus prædictorum donorū, si ab actib⁹ religiosis desisterent. Et per hæc patet solutio primi dubij.

¶Ad obiectionem autē in oppositum dicitur, ꝙ quando deest contemptus reddēdæ gratiæ seu soluendi debitum beneficio, non est fraus nisi materialiter: eo quòd non ex intētione ingratitudini opera datur. Fraus autem in reddenda gratia materialiter, non semp est mortalis, sed vt dictū est iuxta cōditionem omissi mensuratur: quod in proposito est actus religiosus præceptus vel non præceptus. Nam præceptus actus, si omittitur, ingratitudinis fraudem mortalem inducit. Si verò omittitur actus debitus sed non præceptus, venialem tantum fraudē inducit. Et sic semper fraus in his illicitum vsum mortaliter vel venialiter reddit.

¶Ad secun

lantium. Hæc vndiq; vsq; hodie perseuerat consuetudo, nō solū apud nos, sed etiā apud Hebræos, vt q̄ in lege Dñi meditantur die ac nocte, & patrem non habent in terra nisi solum Deum, totius orbis foueantur ministeriis. Quartò, si bona tēporalia quę habebāt, monasterio largiuntur, de eleemosynis monasterio factis possunt viuere. Vnde Augu. dicit in lib. de Operibus monach*. *cap.25. tom.2.* quòd iis qui relicta vel distributa, siue ampla, siue qualicunq; opulētia, inter pauperes Christi pia & salubri humilitate numerari volunt, vicē sustentādæ vitæ eorū res ipsa cōmunis & fraterna charitas debet: qui laudabiliter agunt, si manibus operent. Quod si nolint, quis audeat eos cogere? Nec est attēdendum, vt ibidē subditur, in quibus monasteriis, vel in quo loco, indigētibus fratrib⁹ quisquis hoc quod habebat impēderit: omniū em̄ Christianorum vna respublica est. Si vero aliqui sunt religiosi, qui absque necessitate & vtilitate, quam afferant, velint otiosi de eleemosynis quæ dātur pauperibus, viuere, hoc est eis illicitū. Vnde Aug. dicit in lib. de Operibus monachorum*, *cap.22.* Plerunq; ad professionem seruitutis Dei ex conditione seruili aliqui veniunt, vt ex vita rusticana, & ex opificum exercitatione, & plebeio labore, de quibus non apparet vtrum ex proposito seruitutis Dei veniāt, an vitam inopē & laboriosam fugientes, vacui pasci atque vestiri velint, & insuper honorari à quibus contemni conteriq; consueuerunt. Tales ergo se, quominus operentur, de infirmitate corporis excusare non possunt. Præteritæ quippe vitæ consuetudine conuincūtur. Et postea subdit*, *cap.25.* Si nolunt operari, nec manducent. Neque propterea ad pietatem diuites humiliantur, vt pauperes ad superbiam extollantur. Nullo enim modo decet, vt in ea vita vbi senatores fiunt laboriosi, fiant opifices otiosi: & quò veniunt relictis deliciis suis qui fuerunt prædiorū domini, ibi sint rustici delicati.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ authoritates illæ sunt intelligēdæ de tēpore necessitatis, quādo scilicet nō posset aliter pauperibus subueniri. Tūc em̄ tenerent nō solùm ab eleemosynis accipiēdis desistere, sed etiā sua, si qua haberent, largiri ad pauperū sustentationem.

¶Ad secundū dicendum, ꝙ Prælatis cōpetit prædicatio ex officio: Religiosis autem potest competere ex cōmissione. Et ita cum laborant in agro dominico, possunt ex inde viuere, secundum illud secundæ ad Timoth.2. Laborantē agricolā oportet primum de fructibus percipere. Vbi dicit gl*. *Gloss. ord.* scilicet Prædicatorem, qui in agro Ecclesiæ ligone verbi Dei excolit corda auditorum: possunt etiam de Euangeliis viuere, qui prædicatoribus ministrant. Vnde super illud ad Ro.15. Si spiritualiū eorū participes facti sunt Gētiles, debent & in carnalibus ministrare eis. dicit glo. scilicet Iudæis, qui miserūt Prædicatores ab Hierosolymis. Sunt & aliæ causæ, ex quib⁹ alicui debetur, vt de sumptibus fidelium viuat, vt dictū est*. *In corp. art.*

¶Ad tertium dicendum, quòd cæteris paribus, dare est perfectius, quàm accipere: & tamen dare vel relinquere omnia sua pro Christo, & modica accipere ad sustentationem vitæ, melius est quàm dare aliqua particulariter pauperibus, vt ex supradictis patet*. *q.186. ar. 4. ad 6.*

¶Ad quartū dicendum, ꝙ accipere munera ad diuitias augmētandas, vel accipere victum ab aliquo sibi non debitum, absq; vtilitate & necessitate, præstat occasionē peccati, sed non habet locum in religiosis, vt ex supradictis patet*. *In corp. art.*

¶Ad quintū dicendum, ꝙ quando apparet manifesta necessitas & vtilitas, propter quam aliqui religiosi de eleemosynis viuant absq; opere manuali, non scandalizantur ex hoc infirmi: sed malitiosi, more Pharisæorum, quorum scandalum contemnendum Dominus docet Mat.15. Sed si non esset euidens necessitas & vtilitas, posset exinde generari scādalū infirmis, quod esset vitandum. Idem tamen scandalum imminere potest de iis qui facultatibus cōmunibus otiosè vtuntur.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum religiosis liceat mendicare.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd religiosis non liceat mendicare. Dicit enim Augustinus in libro de Operibus monachorum*. Tam multos hypocritas sub habitu monacho

*3. contra cap.135. co.3.4. & 5. Et quol. 7. art.18. ad 7. Et Opusc.17. cap.14. 15. & 16. & Opusc. 19. cap.7. * cap.28.*

¶Ad secundū autē dubiū dicitur quòd Religiosi desistentes à religiosis actibus, etiā præceptis, non tenētur ad restitutionē: sed priuandi sunt superioris authoritate, vsu taliū bonorū, si à præceptis desistūt. Et ratio quare nō tenētur ad restitutionē, est, quia peccatū eorum consistit in abusu rei suæ, & non in vsurpatiōe alieni. Bona siquidē eis eleemosynaliter collata, facta iam sunt sua ex dono largitorū. Et propterea in litera dicit, quòd taliū donorū vsus eis illicit⁹ redditur. Ratio autē quare tollenda sunt à talib⁹ Religiosis huiusmodi bona, in promptu est, vt s. superioris authoritate impleatur intētio pia eorū qui donarūt ad Dei honorē, & Deo dicati reditus non prophanentur.

¶Ad obiectionē autē in oppositū ex similitudine stipēdij militaris respōdet quòd similitudo nō tenet: quia in stipendio militari intelligitur interuenire cōtract⁹ iustitię cōmutatiuę, exigētis æqualitatē mercedis & locatæ operæ militis. Et iō sicut in cæteris cōtractibus cōmutationū deficiēte altero extremo ęqualitatis, restitutio est faciēda: ita & ī stipēdio militari. Sed in ꝓposito nō interuenit cōtract⁹ aliqs iustitię, sed liberalis collatio beneficij tēporalis ex vna parte, & gratitudinis vinculū, quod non legale sed mortale debitū inducit ex altera parte. Et ꝓpterea ex quo à principio nulla fuit fraus, facta sunt Religiosorū, q̄ eis liberaliter collata sunt: & cōsequenter abutēdo illis, abutuntur non alienis, sed suis. Et per hæc patet responsio ad confirmationem: quia scilicet stipendiū non sit militis, siue à principio siue post desistat à militia quantum ad illam partem tēporis pro qua desistit: quia datur ei vt merces operis secundū formā iustitiæ. Sed eleemosinæ Religiosis donatæ, fiunt statim suę, si à principio fraus defuit quia non vt merces, sed vt liberale donū ad eos deuenit. Et ideo desistētes à debitis actibus, etsi peccent abutēdo donis susceptis, non tamen ad restitutionē tenentur: quia non vtūtur alienis, sed abutuntur propriis.

¶In eodem articulo circa primam causam debiti, scilicet necessitatē, aduerte quòd necessitas habet magnam latitudinem. Et iuxta diuersos suę latitudinis gradus diuersimodè facit alienum mihi debitum. Nam secundum supremum gradum, quando, s. necessitas est extrema, facit mihi aliena ita debita, vt quicquid mihi occurrit pro sustentatione opportunum, meum sit: iuxta alios verò gradus, debitum morale tantummodo inducit, quo indigentib⁹ infirmis debet quilibet sciens & potens subuenire, esurientes cibare, sitiētes potare, &c. Et ad huiusmodi indigētiam spectant omnes tres necessitatis gradus in litera positi ex infirmitate corporis, ex insufficientia mercedis, & ex corporis delicata consuetudine. Quod omnibus his vim debiti tribuere necessitatem, manifestat Author ex eo ꝙ in summo gradu omnia vt communia debita facit.

¶Circa secundam verò debiti causam, s. exhibitionem, nota tria. Primū est quòd non solum exhibere prædicationem, aut sacramēta populo: sed etiam exhibere Deo sacrificiū altaris, parit debitū viuēdi ex eleemosynis. Et ratio assignatur in litera: quia sacrificiū altaris vbicunque agatur, cōmune est toti populo fideli: ac ꝓ hoc clauditur hic actus intra exhibitionē quæ populo fit. Secundū est, quòd insistere studio, nō Philosophiæ aut alicui⁹ liberalis artis, sed Theologiæ, parit etiā debitū ex eleemosynis viuendi: dicitur autem vacare studio Theologiæ non solùm qui actualiter studio Theologiæ intendit, sed qui ideo per logicā vel philosophiam transit, vt ad Theologiæ speculatiuæ sublimitatē perueniat: si tamē ad hoc idoneus est, alioquin imprudenter per talem viam ingreditur. Tertium est, ꝙ omnium Christianorū vna est respublica quo ad subsidij tēporalis distributionem, sicut quoad spiritualiū meritorum cōmunionem. Hinc enim ex Augustino deducitur, ꝙ religioso qui donauit sua monasterio Orientali, debeantur sumptus à monasterio Occidētali, hinc oritur vt summus Pontifex à quantūcunque remotissimis partibus Ecclesiæ auferre possit, & distribuere in alias Ecclesię partes remotissimas. Hinc oritur quòd restitutio vni Ecclesiæ regulariter facienda possit ex rationabili causa Superioris authoritate alteri pio vsui applicari.

¶In eodē artic. circa illud, Si verò absque necessitate & vtilitate, quā afferāt, velint otiosi viuere aliqui Religiosi de eleemosynis, q̄ monasterio dātur, hoc est eis illicitū, dubiū occurrit duplex. Quia non vidētur enumeratę in litera conditiones Religiosorū illicitè viuētiū ex eleemosynis sufficere ad hoc, vt illicitè viuant ex eleemosynis monasterij, & sic conclusio literę est falsa. Manifestat quod dicimus in multis religiosis sanis ac robustis corpore, non prædicantib⁹, non celebrantibus, non insistentibus studio sacræ Scripturæ: qui nec sua contulerunt monasterio alicui, aut pauperibus, & tamē viuūt ex eleemosynis monasterio collatis. Secundò dubitatur de quali illicito litera loquatur, de veniali an mortali.

¶Ad primū horū dicitur, quòd in litera sufficiens ratio illiciti victus ex eleemosynis monasterij redditur, cùm tribus conditionib⁹ describūtur tales Religiosi: scilicet non patientes necessitatem, non afferētes vtilitatem, & ociosi, hoc est, non laborantes manibus, si sub directè expressis cointelligātur ea quæ reductiuè ad illa spectāt. Nam sub allata vtilitate ex sacrificio altaris comprehenditur omnis allata vtilitas ex orationum suffragiis: & sub studio Scripturæ comprehenditur omnis contemplatio diuina: & sub Prædicatoribus comprehendūtur ministri. Et sic tandem nullus bonus Religiosus excluditur à licito victu ex reditib⁹ monasterij, si licitè illos monasterium habet.

¶Ad secūdum dubium dicitur, quòd idē est de istis otiosis Religiosis iudicium, quod est de Religiosis desistentibus ab actibus religiosis: & tamen viuentibus de reditibus monasterij. Ex hoc enim isti culpabiles sunt, quòd desistunt ab obseruatione regulari. Nam secundum regularia instituta nulli tales inueniri debent religiosi. Quod ergo de illis dictum est, de istis quoque dictum intelligitur. Itaque si quis vult regulam seruare, & cauet à transgressione præceptorum: sed pigritia ac inuigilantia in ipso regnante, quasi inutilis viuit in monasterio, peccat quidem, sed non mortaliter, viuendo ex monasterij prouentibus. Debet huic dici, Qui non laborat, non manducet: & cogi deberet ad operandum aliquid.

¶In eodem articul. in responsione ad quintum, aduerte quòd Author respondet directè quo ad religiosos viuentes ex quotidianis eleemosynis, & postmodum in calce extendit responsionem suam ad religiosos cōmunibus reditibus abutentes: vt per hoc ostendat argumentum non esse ex propriis contra viuentes ex quotidianis eleemosynis, sed ex communibus. Videtur enim hoc argumentum aduersariorum impugnantium religiones mēdicantium, nouiter tunc exortas.

¶ *Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ septimæ Articulum quintum.*

IN artic. quinto occurrit dubium de Christo, an fuerit ad literam mendicus. Et est ratio dubij, quia glos. allata hoc dicit: & author vtitur illa, tanquam Christus ad literam mendicauerit. In oppositum est, quia non legitur Christum mendicasse: & propterea voluntariè dici apparet quòd Christus mendicauerit.

¶Ad hoc dicitur, quòd ex his quæ scripta in Euangelio sunt, apertè intelligi potest ꝙ Dominus Iesus non est designatus etiam in propria persona mendicare, iuxta glos. allatā, & Hieronymi authoritatē. Nam Lucæ 22. mendicauit locum vbi Pascha cum discipulis celebraret. Lucæ quoque 19. mendicauit asellum

Universidad de Deusto
Biblioteca

asellum super quem venit in Hierusalem. Nam ab illis dominis petitus est, dicendo, quia Dominus illius operam desiderat. Lucæ quoq; primo, mendicasse insinuauit victum à mulieribus quæ secum ibant, ministrantes eidem de facultatibus suis. Nam ipsum induxisse illas ad hoc ministerium, credendum est. Lucæ quoque 19. mendicasse legitur à Zachæo hospitium. Vt enim

Glo. ord.

¶ In eodem articul. quin to eiusdem quæstionis dubium occurrit, an laudabile seu licitum sit hominem diuitem retentis diuitiis ad tẽpus mẽdicare victũ proprium humilitatis gratia. Et est ratio dubij, quoniã apparet hoc vituperabile, q̃a mẽdicus debet esse pauper, iuxta illud, Ego autem mendicus sum & pauper, vbi glos. dicit, Mẽdicus dicitur qui ab alio petit, pauper qui sibi non sufficit. Mendicans ergo diues inuenitur faciendo se pauperem, quod est illicitum.

li. 11. ti. 25.

¶ In oppositum autem est, quia sicut diuiti licitum est alia humilitatis opera exercere, ita laudabiliter potest personam paupertis assumere & mendicare. Dicitur

lib. 2. c. 15.

enim in litera. q̃ mendicare quãdam ad actum,

lib. 1. c. 30.

quia abiectionis est, humilitatis virtuti tribuitur. Cuius etiam signũ est, quòd aliqui diuites vouent peregrinationẽ aliquam se peracturos mendicando: quod non

Art. pra.

vouerent nisi laudabilẽ humilitatis actum se vouere scirent.

Glo. ordi.

¶ Ad hoc dicitur, quòd diuitem humilitatis gratia ad tempus mendicare contingit tripliciter. Primò absolute, vt non solum mendicet, sed de acquisito ex mendicitate viuat vt actus mendicandi sit ob abiectionẽ,

ex Cassio. in cum lo cum.

& actus vescendi talibus sit propter austeritatem victus. Et huiusmodi mendicitas licet possit esse vtilis saluti animæ alicuius particularis personæ sic dispositæ, vt non nisi isto modo sciat has virtutes acquirere: regulariter tamen loquendo, incompacta ac insidereta mendicitas est, ac per hoc vituperabilis. Mendicum enim propriè oportet esse pauperẽ, alioquin actus dissonat à persona. Debet enim humilitatis actus

ex Cassio. ibidem.

conformis esse personæ, nec rectitudo discretionis habet vt austeritatem vitæ diues ex iis quæ pauperibus dantur, comparet, nisi fortè ipse longe largius refunderet pauperibus. Secundo cõtingit, vt nõ solùm mendicet, sed nõ viuat de mendicato, sed illud egens det. Et hic mendicare laudabile proculdubio est, quoniam cum abiectione propria victum vere pauperi quærit diues, & perinde est quo ad mediacatum, ac si mẽdicaret pro alio. Quod cuilibet licitum est, & opus cõstat esse misericordiæ. Tertio cõtingit, vt in assumpta peregrinatione & mẽdicet, & viuat de mẽdicato. & sic licitũ & laudabile est diutiẽ mendicare. Quod probatur, Tum q̃a quod in propria potestate consistit, & potest alicui dari in pœnitentiã, licitè ac laudabiliter põt sponte fieri, cùm nihil tale detur in pœnitentiã nisi actus virtutis. Sed aliquibus datur in

rum vsquequaq; disperſit callidiſsimus hoſtis, circumeuntes prouincias: & poſtea ſubdit, Omnes petunt, omnes exigunt aut ſumptus lucroſæ egeſtatis, aut ſimulatæ pretium ſanctitatis: ergo videtur quòd vita religioſorum mendicantium ſit reprobanda.

¶ 2 Præterea, Primæ ad Theſſ. 4. dicitur, Operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis, & vt honeſtè ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis: vbi dicit gl*. Ideo opus eſt agendum, & non ociandũ, quia honeſtũ eſt & quaſi lux ad infideles, & nõ deſiderabitis rem alterius, ne dum rogetis vel tollatis aliquid. Et ſecundæ ad Theſſ. 3. ſup illud, Si quis non vult operari, &c. dicit, Vult ſeruos Dei corporaliter operari, vt habeãt vnde viuãt, vt non cõpellantur egeſtate neceſſaria petere. Sed hoc eſt mẽdicare. Ergo videtur q̃ illicitũ ſit, prætermiſſo opere manuali, mendicare.

¶ 3 Præterea, Illud quod eſt in lege prohibitũ & iuſtitiæ contrariũ, non cõpetit Religioſis. Sed mẽdicare eſt prohibitum in lege diuina. Dicitur enim Deutero. 15. Omnino indigẽs & mẽdicus nõ erit inter vos. Et in Pſalm. 30. Non vidi iuſtum derelictũ, nec ſemen eius quærẽs panẽ. Secundũ etiam iura ciuilia punitur validus mẽdicans, vt habetur Codice de Validis mẽdicantibus*. Ergo nõ competit Religioſis mendicare.

¶ 4 Præterea, Verecundia eſt de turpi actu: vt Damaſ. dicit. ſed Ambro. dicit in lib. de Offic*. q̃ verecundia petẽdi ingenuos prodit natales: ergo mendicare eſt turpe. Non ergo religioſis competit.

¶ 5 Præterea, Maximè de eleemoſynis viuere cõpetit prædicantibꝰ Euangeliũ, ſecundũ Domini ſtatutũ, vt ſupra dictum eſt*, eis tamẽ non cõpetit mendicare: q̃a ſup illud 2. ad Timoth. 2. Laborantẽ agricolam, &c. dicit glo*. Vult Apoſtolus q̃ Euãgeliſta intelligat quòd neceſſaria ſumere ab eis in quibus laborat, nõ eſt mẽdicitas, ſed poteſtas. Ergo videtur q̃ religioſis non competat mendicare.

¶ SED CONTRA. Religioſis cõpetit viuere ad imitationem Chriſti. Sed Chriſtus mẽdicauit, ſecundũ illud Pſal. 39. Ego autem mendicus ſum, & pauper: vbi dicit glo*. Hoc dicit Chriſtus de ſe ex forma ſerui. Et infrà, Mendicus eſt q̃ ab alio petit, & pauper q̃ ſibi nõ ſufficit. Et in alio Pſal. 69. Ego egenus & pauper ſum. vbi dicit glo*. Egenus, id eſt, petẽs: pauper, id eſt, inſufficiens mihi, q̃a mundanas copias nõ habeo. Et Hieronymus dicit in quadã Epiſtola, Caue ne Domino tuo mendicante, ſcilicet Chriſto, alienas diuitias cõgeras. Ergo cõueniens eſt religioſis mendicare.

pœnitentiã, vt peregrinentur mendicãtes: ergo propria ſpõte poteſt quis peregrinari mendicãdo. Tum quia huic actui nihil obſtat, niſi q̃ iſte homo nõ eſt pauper, ſed diues. Sed hoc nõ obſtare patet ex eo, q̃ licet iſte homo ſit diues, iſte tamen peregrinus eſt pauper ac per hoc licite mendicat. Nam præſupponitur q̃ iſte ſine ſumptibus aſſumat peregrinationem, & peragat: ita q̃ ſicut Alexius ſimpliciter dimiſit omnia propter Chriſtum, & pauper peregrè mẽdicauit, ita iſte ad tempus dimiſſis omnibus propter Chriſtum humiliter & auſtere ſequendum, peregrinari pauper ac mendicus eligit. Et per hoc pater ſolutio ad obiectionẽ. Nã quia eſt peregrinus pauper, non mentitur facto, dum mendicat.

¶ In eodem quinto articulo dubium occurrit circa mendicos ex cupiditate, an peccent mortaliter. Videtur enim q̃ ſic ex eo, quòd committunt mendacium pernicioſum dum mentiuntur ſe pauperes ipſo actu mendicandi: & ſic fraudulenter obtinent eleemoſynas: & offendunt vere pauperes, quibꝰ illę eleemoſynæ darentur. Qui enim fraudulenter acquirit, mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Et confirmatur ex dicto Scoti in 2. q. diſtin. 15. quarti ſenten. q̃ huiuſmodi donatio eleemoſynæ non eſt voluntaria: quia ex ignorãtia, quæ, vt pater in 3. Ethic. cauſat inuoluntarium. Si enim donans ſciret mendicantem non eſſe pauperem, nõ daret. Ex ignorãtia igitur donat: ac per hoc non donat. Et conſequenter iniquè alter poſſidet.

intermed. & fin.

¶ In oppoſitum autem eſt: quia mendicare ex ſuo genere non eſt peccatum: & adiuncta cupiditas non eſt ſecundum ſe mortalis: vt ſupponitur. ergo totum ſimul, ſcilicet actus mendicandi ex tali cauſa, ſcilicet cupiditate, non eſt peccatum mortale. Probatur ſuppoſitum, quia cupiditas habendi diuitias, & ſimiliter cupiditas ocioſi victus non eſt ſecundũ ſe mortalis, vt pater. Et de nulla alia cupiditate eſt ſermo præſens, niſi de vtraque hac: vt patet in litera.

¶ Ad hoc reſpõdetur dicendo tria. Primò q̃ mẽdicãs ex cupiditate ocioſi victus, ex quo in veritate eſt pauper, nullam fraudem committit in proximum: ſed ſolum peccat in ſeipſum, ocioſãm vitã & abiectã. abſque vlla rationabili cauſa eligens: & propterea nulla eſt hic ratio peccati mortalis. Nec etiã propter pœnã legis ciuilis, ſcilicet quia huiuſmodi pœna non facit, ſed ſuppoſitã punit culpã, quæ de ſe nõ eſt mortalis. Secundò, q̃ mendicans ex cupiditate habẽdi diuitias, ſi eſt infra latitudinem pauperum, & mendicando ſperat diues fieri, peccat quidẽ indebito medio vtẽs ad explendũ improbũ appetitum: ſed quoniã nec contra charitatẽ Dei, aut proximi agit, neminẽq; decipit, ex quo infra latitudinẽ pauperum eſt, quãuis non tam pauper ſit vt deberet mẽdicare, à mortali excuſatur peccato. Tertiò, q̃ mendicus ex cupiditate diuitiarum ſi extra pauperum latitudinẽ eſt, peccat mortaliter, & tenetur mendicatũ dare pauperibus. Probatur, Talis vſurpat fraudulẽter ſibi eleemoſynas datas pauperi, ergo peccat mortaliter, & tenetur pauperi reſtituere. Conſequentia clara eſt: & antecedẽs probat̃ ſic. Nõ ſibi ſed pauperi datur eleemoſynæ, quas mẽdicat: & ipſe ſibi vſurpat eas: ergo. Manifeſtantur aſſumpta intuendo, q̃ cùm quis donat

donat eleemoſynã mendico diuiti & cupido, ex parte mẽdici inuenitur non ſola cupiditas, ſed mendacium, quod facto dicit, dum mendicando pro ſe fatetur ſe pauperem, cùm mendicare actus ſit egentis aliena ope. Hoc autem mendacio primo decipit dantẽ eleemoſynam: & facit donationẽ eleemoſynæ inuoluntariã, inquantũ terminatur donatio ad hunc mendicũ. Nam licet donãs, ſpõte donet, ex ignorãtia tamen facti qua decipitur ab iſto mendicante, prouenit q̃ det huic profitẽti facto ſe pauperẽ. Et propterea huic mendico non pauperi non acquiritur dominium illius eleemoſynæ. Donatio enim inuoluntaria quantum ad id quo eſt inuoluntaria, non eſt donatio. Secundò fraudat pauperes quorum perſonam aſſumit, & quia dum donãs eleemoſynam mendico huic, ſcilicet non pauperi, in veritate ſponte donat pauperi, ſed nõ huic: ideo actus donandi eleemoſynam in hoc caſu eſt ſpontaneus & liberalis vt exit à donante & vt terminatur ad pauperem, & eſt inuolũtarius vt terminatur ad hunc mendicum, qui fingit ſe pauperem. Et ideo donator eleemoſynæ hic nõ damnificatur, & propterea non eſt ſibi reſtituẽda eleemoſyna. Sed dãnificatur pauper, & propterea pauperi reſtituenda eſt eleemoſyna vſurpata ab iſto mendico. Et quia pauper nullus determinatè fraudatꝰ eſt, ſed pauperes in communi: ideo cuicunque pauperi detur, ſatisfactum eſt. Et ex hoc patet reſponſio ad obiecta: habes etiã hinc quòd mendicantes in aliorum perſona fraudulenter, & ſimiliter quæſtores fingẽtes mirabilia, & promittentes tot & tanta non ſeruãda, non ſolum peccant mortaliter pernicioſo mendacio, vſurpãdo quæ ſibi in aliena perſona ſeu officio dantur: ſed tenentur efficere, vt ad intentionem piam donantiũ, quæ acceptа ſunt, perducantur.

In corp. aro.

Oppoſ. 19. cap. 8.

Poſt mod.

¶ *Super Quæſtionis centeſimæ octuageſimæ ſeptimæ Articulum ſextum.*

IN art. ſexto eiuſdem quæſtionis in reſponſione ad tertium, nota Auguſtini documẽtum circa decernẽdum animum hominis vtẽtis nouitare aliqua magis religioſa aut humili. Non eſt enim iudiciũ temerariũ à fructibus eorũ iudicare eos: ſanctioris nãque animi ſanctiora opera teſtes eſſe debent, & propterea ex aliis operibus conſideranda intentio eorum eſt, an ex

lib. 2. cap. 19. tom. 4.

quòd Aug. ibi loquitur expreſsè de iis qui ex cupiditate mendicant.

¶ Ad ſecundũ dicendum, q̃ prima glo. loquitur de petitione quæ ſit ex cupiditate, vt patet ex verbis Apoſtoli. alia autẽ gloſſa loquitur de illis, qui abſque omni vtilitate quam faciunt, neceſſaria petũt, vt otioſi viuant. Non autẽ ociosè viuit, qui qualitercunq; vtiliter viuit.

¶ Ad tertiũ dicendum, q̃ ex illo præcepto legis diuinæ non prohibetur alicui mendicare. Sed prohibetur diuitibus, neẽ tenaces ſint, vt propter hoc aliqui egeſtate mendicare cogantur. Lex autem ciuilis imponit pœnam validis mendicãtibus, qui non propter vtilitatem vel neceſsitatem mendicant.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ duplex eſt turpitudo: vna inhoneſtatis, alia exterioris defectus, ſicut turpe eſt homini eſſe infirmum vel pauperem. Et talis turpitudo mendicitatis non pertinet ad culpam, ſed ad humilitatem pertinere poteſt, vt dictum eſt*.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ prædicantibus ex debito, debetur victus ab iis quibus prædicant. Si tamen non quaſi ſibi debitum, ſed gratis dandum mendicando petere velint, ad maiorem humilitatem pertinet.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum liceat Religioſis, vilioribus veſtibus vti quàm cæteri.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur q̃ non liceat religioſis vilioribus veſtibus vti quàm cæteri: quia ſecundum Apoſtolum primæ ad Theſſal. vltimo, Ab omni ſpecie mala abſtinere debemus. Sed vilitas veſtiũ habet ſpeciẽ mali. Dicit enim Dominus Matth. 7. Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium. Et ſuper illud Apocal. 6. Ecce equus pallidus, &c. dicit gloſſa, Videns diabolus nec per apertas tribulationes, nec per apertas hæreſes ſe poſſe proficere, præmittit falſos fratres, qui ſub habitu religionis obtineant natum nigri & rufi equi peruertendo fidem. Ergo videtur q̃ religioſi non debeant vilibus veſtibus vti.

¶ 2 Præterea, Hieronymus dicit ad Nepotianum*: Veſtes pullas, id eſt, nigras æquè vita vt candidas. Ornatus & ſordes pari modo fugiẽdi ſunt: quia alterũ delicias, alterum gloriam redoler. Ergo videtur q̃ cùm inanis gloria ſit grauius peccatum quàm deliciarum vſus, q̃ religioſi qui debent ad perfectionem tendere, magis debeant vitare veſtes viles quàm pretioſas.

¶ 3 Præterea, Religioſi maximè intendere debent operibus pœnitentiæ. Sed in operibus pœnitentiæ non eſt vtendum exterioribus ſignis triſtitiæ, ſed magis lætitiæ ſignis. Dicit enim Dominus Matth. 6. Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Et poſtea ſubdit, Tu autem cùm ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Quod exponens Augu. in lib. de Sermone Domini in monte* dicit, In hoc capitulo maximè aduertendum eſt non in ſolo rerum corporearum nitore atque pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus lutuoſis eſſe poſſe iactantiam, & eo periculoſiorem, quo ſub nomine ſeruitutis Dei decipit. ergo videtur quòd Religioſi non debeant vilioribus veſtibus indui.

¶ SED CONTRA eſt, q̃ ad Hebræ. 11. Apoſtolus dicit, Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis, gloſſa, vt Helias & alij. Et in Decretis* 21. q. 4. dicitur, Si inuenti fuerint deridentes eos, qui vilibus & religioſis veſtibus amicti ſunt, corrigantur. Priſtinis enim temporibus omnis ſacratus vir eum mediocri ac vili veſte conuerſabatur.

ca. omnis iactura.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ ſicut Aug. dicit in 3. de Doctrina Chriſtiana*, In omnibus exterioribus rebus nõ vſus rerum, ſed libido vtentis in culpa eſt. Ad quam diſcernendam attendendum eſt, q̃ habitus vilis & incultus dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo prout eſt ſignum quoddam diſpoſitionis vel ſtatus humani: quia vt dicitur Eccleſ. 19. Amictus hominis annuntiat de eo. Et ſecundum hoc vilitas habitus eſt quandoque ſignum triſtitiæ. Vnde & homines in triſtitia exiſtentes ſolent vilioribus veſtibus vti, ſicut econuerſo in tempore ſolennitatis & gaudij vtuntur cultioribus veſtimentis. Vnde & pœnitentes vilibus veſtibus induuntur: vt patet Ionæ 3. de Rege qui indutus eſt ſacco. Et tertij Regum vigeſimoprimo de Achab, qui operuit cilicio carnem ſuam. Quandoque verò eſt ſignum contemptus diuitiarum & mundani faſtus. Vnde Hieronymus dicit ad Ruſticum monachum*, Sordes veſtium candidæ mentis indicia ſunt: vilis autem tunica contemptum ſeculi probat, ita duntaxat ne animus tumeat, nec habitus ſermóque diſſentiant. Et ſecundum vtrumque horum competit religioſis vilitas veſtium: quia religio eſt ſtatus pœnitentiæ & contemptus mundanæ gloriæ. Sed q̃ aliquis velit hoc aliis ſignificare, contingit propter tria. Vno modo ad ſui humiliationem. Sicut enim ex ſplendore veſtium animus hominis eleuatur, ita ex humilitate veſtium humiliatur. Vnde de Achab, qui carnem ſuam cilicio induit, dicit Dominus ad Heliam: Nonne vidiſti Achab humiliatum coram me? vt habetur tertij Regum 21. Alio modo propter exemplum aliorum. Vnde ſuper illud Matthæi 3. Habebat veſtimentum de pilis camelorum, &c. dicit gloſſa: Qui pœnitentiam prædicat, habitum pœnitentiæ prætendit. Tertio modo propter inanem gloriam, ſicut Auguſtinus dicit*, q̃ in ipſis ſordibus lutuoſis poteſt eſſe iactantia. Duobus ergo primis modis laudabile eſt abiectis veſtibus vti. Tertio verò modo vitioſum eſt. Alio modo poteſt conſiderari habitus vilis & incultus ſecundum quod procedit ex auaritia, vel negligentia: & ſic etiam ad vitium pertinet.

lib. 2. de mon. cap. 19. tom. 4.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ vilitas veſtium de ſe non habet ſpeciem mali, imò potius ſpeciem boni, ſcilicet contemptus mudanæ gloriæ. Et inde eſt q̃ mali ſub vilitate veſtium ſuam malitiam occultant. Vnde Auguſtinus dicit in lib. de Sermone Domini in monte*, quòd non ideo debent oues odiſſe veſtimentum ſuum, quòd pleruncque illo ſe occultant lupi.

lib. 2. cap. 38.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Hieronymus ibi loquitur de veſtibus vilibus, quæ deferuntur propter humanam gloriam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſecundum doctrinam Domini, in operibus ſanctitatis nihil homines facere habent propter apparentiam. Quod præcipuè contingit quando aliquis aliquid nouum facit. Vnde Chryſoſtomus dicit ſuper Matth*. Orans nihil nouum faciat quod aſpiciant homines, vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus expandendo: quia ſcilicet ex ipſa nouitate homines reddunt intentos ad conſiderandum. Nec tamen omnis nouitas intentos faciens homines ad conſiderandum reprehenſibilis eſt. Poteſt enim & bene & malè fieri. Vnde Auguſtinus dicit in libro de Sermone Domini in monte*, quòd qui in profeſsione chriſtianitatis inuſitato ſqualore & ſordibus, intentos in ſe oculos hominum facit, cùm illud voluntate faciat, non neceſsitate patiatur: cæteris eius operibus poteſt cognoſci vtrum hoc contemptu ſuperflui cultus, an ambitione aliqua faciat. Maximè autem videntur hoc non ex ambitione facere religioſi, qui habitum vilem deferunt, quaſi ſignum ſuæ profeſsionis, qua contemptum mundi profitentur.

Hom. 19. tom. 2.

lib. 2. cap. 19.

QVÆSTIO CENTESIMAOCTVAGESIMA octaua, de Religionum varietate, in octo articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de differentia religionum.

¶ Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, vtrum ſint diuerſæ religiones, vel vna tantum.

¶ Secundò

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctitate maiore, an ex ambitione aliqua nouitas emanat. A fructibus eorũ, inquit Dominus, cognoscetis eos.

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæ octauæ Articulum primum.

IN articul. primo quæstionis 188. aspice in corpore art. quòd perfectio charitatis, quæ est religionis finis, quamuis principaliter cõsistat in actu interiori charitatis, quia tamen per exteriores actus charitatis diffunditur, finis religionis diuersificatur nõ solum penes distinctionẽ dilectionis Dei vel proximi, sed etiam penes diuersitatem actuum exteriorum, quibus diligitur proximus: vt sunt diuersa opera misericor-
Infrà art. 6. cor. diæ. Et propterea in litera diuersitas religionũ ex parte diuersitatis finis declaratur ex diuersitate operũ misericordiæ, dum dicitur, Si vna
q. 6. art. 3. & 4. ad redimendos captiuos, &c. ordinetur.
** Hom. 20.*

¶ In eodẽ art. in responsione ad quartum dubiũ occurrit, an sine licentia Apostolicæ sedis, instituentes, vt aliquæ personæ collegialiter viuentes in cõmuni iuxta regulas personarum tertij habitus profitentur tria vota, scilicet castitatis, paupertatis, & obedientiæ, sint institutores nouæ religionis, & conse-
q. 186. art. 6. & 7. quenter peccent, an puniendi sint vt institutores nouę religionis absque licentia Apostolica, & est ratio dubij, quia collegium sic profitentium est collegium religiosarum personarum: ac per hoc est ibi aliqua vna religio, omnis enim
** Aliàs Euandri vel Euangrium.* persona religiosa, est aliqua religione religiosa: sed non est ibi aliqua antiqua religio, vt patet.
** Epist. ad Euan. à medio.* Ergo est ibi noua religio: ac per hoc eius institutio est institutio nouę religionis. In oppositum est, quia instituentes & seruantes hæc sine vlla Apostolica licentia, arbitrantur se magnum ob-
In decret. lib. 3. tit. 36 & est de religiosis domibus. cap. 9. sequium præstare Deo, & viri religiosi nõ ignorantes omniq; veneratione digni apparent.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia pœnæ non sunt extendẽdæ: ideo in huiusmodi inhibitionib⁹ proprietas videtur seruãda nominum. Et ideo quũ
q. præc. art. 2. & q 186. art. 7. appellatione Religionis propriè intelligatur status personarum tria vota solennia emittẽtium; & in proposito vota quę à huiusmodi mulieribus sic emittuntur, sint tantum vota simplicia, & non solemnia, vt declaratum est per Bonifacium octauum in sexto de voto & voti redemptione, cõsequens est vt instituentes talia vota emitti ab istis, non sinc institutores nouæ religionis: nec ipsę personæ emittentes talia vota, sunt propterea ex non religiosis religiosæ. Secus autem est si emitterent tria religionis vota de speciali indulgentia sedis apostolicæ: vt in multis collegiis tertiarum fit. Nam talium vota essent solennia, ita quòd dirimerent matrimoniũ post cõtractum, vt Sixtus quartus declarauit. Et per hoc pateret solutio ad obiecta. Et si instetur q̃ licet non fiat per hoc noua religio, fit tamẽ per hoc nouus ordo: ac per hoc licet non agatur contra statutum Innocentij exirã, de religiosis dom. Ne nimia: agitur tamen contrà statutum Gregorij. ca. religionum in sexto, eodem titul. vbi inhibetur non solum noua religio, sed etiam nouus ordo. Respondetur quòd nõ pro
q. 186. art. 7. ad 2. priẽ hic fit nouus ordo, sed præexistenti, & approbato ordini tertiarum superadditur simplex votum castitatis, paupertatis & obedientiæ. Videtur enim potius per hæc vota perfici ipse tertianarum conuentium ordo quàm nouus ordo institui, videtur tamen mihi quòd non sit laudabile hæc
q. 186. art. 7. ad 2. tria vota simplicia appone re castitatis sanctũ est: quoniam ex his tribus votis simplicibus, laqueos incurrunt, & intẽ *q. 174. art. 7.* tum non assequuntur, vt religiosæ propterea fiant: & emergunt eædem quæstiones quodãmodo perplexæ coram iudicibus aliquibus.

¶ Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ octauæ Articulum secundum.

IN artic. secundo eiusdem quæstionis in responsione ad primũ aduerte quòd operatio vitæ actiuæ dupliciter se habet ad diuinam contemplationem. Primò, vt effectus ipsius cõtemplationis. Et sic prædicare dicitur opus vitæ actiuæ ex contemplatione emanans. Alio modo, vt
Opusc. 19. cap. 1. principio. effectus ipsius Dei contemplati vt finis. Et sic omnia opera misericordiæ siue spiritualia, siue corporalia sint, ex contemplatione deriuatur. Et hoc modo in litera
q. 184. art. 5. hac dicitur, quòd dum Religiosi intuitu Dei operibus vitæ actiuæ insistunt, fructu contemplationis non priuantur. Nisi enim aciem mentis suæ in Deum vt finẽ fixissent, nunquam voluntas eorum moueret eos ad opera vitæ actiuæ propter Deum exercenda.

¶ Super

¶ Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ octauæ Articulum tertium.

li. 1. tit. 57. cap. 2. IN artic. 3. eiusdem quæstionis, dubium occurrit, ex eo quòd contraria sibi inuicem apparent, quæ dicuntur in litera de causa militiæ. Nam dicitur quòd propter nihil mundanum militandum
*Paulo ante medi. * lib. 3. tit. 35. c. 5.* est à religiosis: & similiter ad tertium subiungitur, quòd militia secularis interdicitur pœnitentibus. Et tamen dicitur quòd propter salutis publicæ vel pauperum defensionem religiosis licet pugnare. Constat namque
Ho. 20. q̃ publica salus mundanum bonum est. Et similiter libertas oppressorũ mundanum bonum est: eũm vtrunque sit bonum temporale cõmune Christianis & Paganis: apud vtrosque enim est salus publica, & oppressorum defensio.

¶ Præterea, Appellatione secularis militiæ aut venit solum bellum iniustũ, & hoc non, quia iniustũ bellum etiam non pœnitentibus interdicitur, aut aliquod bellum iustum, & cum omne bellum iustum ordinetur ad publi-
Arg. præc. cum bonum defendendum, sequeretur, quòd aliquod bellum iustum esset interdictum pœnitentibus, quod non esset interdictum religiosis institutis ad bellandum, quia Religiosi tales, vt in litera dicitur, possunt pro publica salute bellare, pœnitentes autẽ solùm pro diuino obsequio. Hoc autem est inconueniens, quia Religio est status pœnitentiæ eminentior quã quicunque alius pœnitendi modus, vt patet ex ante dictis, &c.

¶ Ad hoc dicitur quòd per aliquid mundanum hic intelligitur dominiũ temporale, gloria, honor, pecunia, & quicquid pecunia æstimabile est. contra huiusmodi autem mũdanum distinguitur diui-
Q. 81. ar. 1 ad 1. & ar. 4. ad 1. num obsequium, quod est virtutis religionis actus, siue hoc diuinũ obsequium præstetur in ma-
Colla 14. cap. 4. teria etiam religionis, puta in reuperatione aut conseruatione Terræ sanctæ propter Christi reuerentiam, qui ibi corporaliter conuersabatur, &c. siue in materia alterius virtutis, puta pietatis vel misericordiæ, vel iustitiæ, vt contingit in defensione publicæ salutis, & pauperum ac oppressorum, nulla ergo est controuersia interdicta in litera, sed formalis diuersitas ponitur inter militiam, ob a-
In corp. art. liquid mundanum, non vt materiam, sed vt finem, & militiam ob diuinum obsequium in operibus misericordię quorum materia est aliquid mũdanum, puta salus reipublicæ, vel pauperis refectio. Hæc enim eadẽ sub militia seculari cadunt, vt sunt quædam bonatemporalia defendẽda, & sub militia religiosa, vt sunt materia pietatis & misericordiæ quã Religiosus animus & actus offert Deo militando. Et per hoc patet solutio primæ obiectionis.

¶ Ad secũdam per idem respondetur quòd appellatione militiæ secularis venit militia ordinata ad dominij temporalis, & reipublicæ, & huiusmodi mundanorum bonorum defensionem: & hæc sicut interdicitur pœnitentibus, ita & religiosis. Militia autem ob diuinum obsequium vocatur & est, quę opera misericordiæ in eisdem quoque materiis Deo offert. Et
Arg. 2. hæc non interdicitur Religiosis, neque pœnitentibus, ita quòd non licet pœnitentibus & religiosis deputatis ad militandum esse milites stipẽdiarios in quocunque bello iusto, sed in illo tantum quod pietatis & misericordiæ aut religionis causa suscipitur, militare possunt, vt offerant Deo hæc ipsa opera misericordiæ militando, pro subuentione proximorum suorum ob diuinum intuitum. *D. 1033.*

¶ Super

¶2 Præt. Idem iudicium videtur esse de monachis & canonicis regularibus, vt habetur extrà de postulãdo, Ex parte. & de statu monachorum*, Quod Dei timorem. Dicitur enim quòd à sanctorũ monachorum consortio non putantur seiuncti. Et eadem ratio videtur esse de omnibus aliis religiosis. Sed monachorum religio est instituta ad vitam contemplatiuam. Vnde Hieronymus dicit
*Paulo ante medi. * lib. 3. tit. 35. c. 5.* ad Paulinũ*, Si cupis esse quod diceris, monachus, id est, solus, quid facis in vrbibus? Et idem habetur extra. de renuntiatione, Nisi cum pridem. Et de regularibus*, Licet quibusdam. Ergo videtur quòd omnis religio ordinetur ad vitam contemplatiuam, & nulla ad actiuam.

¶3 Præt. Vita actiua ad præsens seculum pertinet: sed omnes religiosi seculum
Ho. 20. deserere dicuntur. Vnde Gregorius dicit super Ezechielem*. Qui præsens seculum deserit & agit bona quæ valet, quasi iam Aegypto derelicto sacrificium præbet in eremo. Ergo videtur quòd nulla religio possit ordinari ad vitam actiuam.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Iac. Primo, Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Sed hoc pertinet ad vitam actiuam. Ergo conuenienter religio potest ordinari ad vitam actiuam.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd sicut supra dictum est*, religionis status ordinatur ad perfectionem charitatis, quæ se extendit ad dilectionem Dei & proximi. Ad dilectionem autem Dei directè pertinet contemplatiua vita, quæ soli Deo vacare desiderat. Ad dilectionem autem proximi directè pertinet vita actiua, quæ deseruit necessitatibus proximorum. Et sicut ex charitate diligitur proximus propter Deum, ita etiam obsequium delatum in proximos redundat in Deum, secundum illud Matthæi vigesimoquinto, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vnde & huiusmodi obsequia proximis facta inquãtum ad Deum referuntur, dicuntur esse sacrificia quædam, secundum illud ad Hebræ. vltimo, Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus. Et quia ad religionem propriè pertinet sacrificiũ Deo offerre (vt supra habitum est*) consequens est, quòd conuenienter religiones quædam ad opera vitæ actiuæ ordinentur. Vnde & in collationibus Patrũ* Abbas Nestorius distinguens diuersa religionum studia, dicit, Quidam summam intentionis suæ erga eremi secreta, & cordis, constituunt puritatem: quidam erga institutionem fratrum & cœnobiorum curam: quosdam xenodochij, id est, hospitalitatis, delectabat obsequium.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ Dei seruitium & famulatus saluatur etiã in operibus vitæ actiuæ, quibus aliquis seruit proximo propter Deum, sicut dictum est*: in quibus etiam saluatur singularitas vitæ non quãtùm ad hoc quòd homo cum hominibus non cõuersetur, sed quantum ad hoc, quòd homo singulariter iis intendat, quæ ad diuinum obsequium spectant. Et dum religiosi operibus vitæ actiuæ insistunt intuitu Dei, consequens est, quòd in eis actio ex cõtemplatione diuinorum deriuetur. Vnde non priuantur omnino fructu contemplatiuæ vitæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd eadem est ratio de monachis & omnibus aliis religiosis quantum ad ea quę sunt communia omni religioni, puta, quòd totaliter se dedicent diuinis obsequiis, & quòd essentialia vota religionis obseruent, & quòd à secularibus negotiis se abstineãt. Sed non oportet similitudiné esse quantum ad alia quæ sunt propria monasticæ professioni, quæ specialiter ad vitã contemplatiuam ordinantur. Vnde in prædicta Decretali, de postulando, non dicitur simpliciter, quòd sit idem iudicium de Canonicis regularibus quod de monachis, sed quantum ad supradicta, scilicet, quòd in forensibus causis officio adnuocationis non vtantur. Et in Decretali inducta* de statu monachorum, postquam præmiserat quòd non putantur à consortio monachorum seiuncti canonici regulares, subditur, Regulæ tamen inseruiunt laxiori. Ex quo patet quòd non ad omnia tenentur, ad quæ monachi.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd dupliciter aliquis potest esse in seculo. Vno modo per mentis affectum. Vnde & discipulis suis Dominus dixit, Ego elegi vos de mundo. Et quibus tamen ad Patrem loquitur dicens, In mundo sunt, & ego ad te venio. Quamuis ergo d Religiosi, qui circa opera vitæ actiuæ occupantur, sint in seculo secundum præsentiam corporalem, non tamen sunt in seculo quantum ad mentis affectum, quia in exterioribus occupantur, non quasi quærentes aliquid in mundo, sed solum propter diuinum obsequium. Vtuntur enim hoc mundo tãquam non vtentes, vt dicitur 1. ad Corinr. septimo, Vnde Iacob. primo, postquam dictum est, Religio munda & immaculata est visitare pupillos & viduas in tribulatione, subditur, Et immaculatum se custodire ab hoc seculo, vt scilicet affectus rebus seculi non detineatur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum aliqua religio ordinari possit ad militandum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nulla religio ordinari possit ad militandum. Omnis enim religio pertinet ad statum perfectionis. Sed ad perfectionem vitę Christianæ pertinet quod Dominus dicit Mat. 5. Ego dico vobis non resistere malo, sed si quis percusserit te in vnã maxillã, præbe ei & alteram, quod repugnat officio militari. Ergo nulla religio potest institui ad militandum.
Infrà art. 4. ad 2. & 5.

¶2 Præterea, Grauior est compugnatio corporalium præliorum, quàm concertationes verborum quæ in aduocationibus fiunt. Sed religiosis interdicitur officio aduocationis vti: vt pater in Decretali, de postulando, suprà inducta*. Ergo videtur quòd multo minus aliqua religio possit institui ad militandum.
Art. præc. arg. 2.

¶3 Præterea, Status religionis est status pœnitentiæ, vt suprà dictum est*. Sed pœnitentibus secundum iura interdicitur militia. Dicitur enim in Decretis de pœniten. distin. 5. Contrarium omnino est ecclesiasticis regulis post pœnitentiæ actionem redire ad militiam secularem. Ergo nulla religio congruè instituipotest ad militandum.
Q. præc. artic. 6.

¶4 Præterea, Nulla religio institui potest ad aliquid iniustum. Sed sicut Isidorus dicit in libro Etymolog*. Iustum bellum est quod ex edicto imperiali geritur. Cùm ergo religiosi sint quædam priuatæ personæ, videtur quòd non liceat eis bellum gerere. & ita ad hoc non potest institui aliqua religio.
*Lib 18. in princ. * Epi 50. & habetur 11. Epi. inter 21. quæ sunt in fi. 2. to Paulo ante med.*

¶ SED CONTRA est, quòd Augustin. dicit ad Bonifacium*, Noli æstimare neminem Deo placere posse qui armis bellicis ministrat. In his enim erat sanctus Dauid, cui Dominus magnum testimonium perhibuit. Sed ad hoc institutæ sunt re-

¶ Secundò, vtrum aliqua religio institui possit ad opera vitæ actiuæ.

¶ Tertiò, vtrum aliqua religio possit ordinari ad militandum.

¶ Quartò, vtrum possit institui aliqua religio ad prædicandum, & huiusmodi opera exercenda.

¶ Quintò, vtrũ possit aliqua religio instituiad studium scientiæ.

¶ Sextò, vtrum religio quæ ordinatur ad vitam contemplatiuam, sit potior ea quæ ordinatur ad vitam actiuam.

¶ Septimò, vtrum habere aliquid in communi, diminuat de perfectione religionis.

¶ Octauò, vtrum religio solitariorum sit præferenda religioni in societate viuentium.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum sit tantum vna religio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit nisi vna tantum religio. In eo enim quòd totaliter & perfectè habetur, diuersitas esse non potest: propter quod non potest esse nisi vnum primum summum bonum: vt in primo* habitum est. Sed, sicut Greg. dicit super Ezech*. cũ quis omne quod habet, omne quod viuit, omne quod sapit, omnipotenti Deo vouerit, holocaustum est, sine quo religio esse non dicitur. Ergo videtur quòd religiones non sint multæ, sed vna tantùm.

¶2 Præterea, Ea quę in essentialibus conueniunt, non diuersificantur nisi per accidens. Sed sine tribus votis essentialibus religionis non est aliqua religio, vt suprà habitum est*. Ergo videtur quòd ipsæ religiones specie non diuersificentur: sed solum per accidens.

¶3 Præterea, Status perfectionis conuenit & religiosis & episcopis, vt supra habitum est*. Sed episcopatus non diuersificatur specie: sed est vnus vbicunq; fuerit. Vnde Hieronymus dicit ad Alexandrũ* Episcopum*, Vbicunq; fuerit Episcopus siue Romæ, siue Eugubio, siue Constantinopoli, siue Rhegio, eiusdem meriti est, eiusdem & sacerdotij. Ergo pari ratione vna sola est religio.

¶4 Præterea, Ab Ecclesia tollendum est omne id quod confusionem inducere potest. Sed ex diuersitate religionum videtur quædam posse confusio induci populo Christiano: vt quædam Decretalis dicit, quę habetur de statu monachorum & canonicorum regularium*. Ergo videtur quòd non debeant esse diuersæ religiones.

¶ SED CONTRA est, quod Psal. 44. scribitur ad ornatum Reginæ pertinere, quòd sit circumamicta varietate.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ sicut ex supradictis patet*, status religionis est quoddam exercitium, quo aliquis exercetur ad perfectionem charitatis. Sunt autem diuersa charitatis opera, quibus homo vacare potest, sunt etiam diuersi modi exercitiorum. Et ideo religiones distingui possunt dupliciter. Vno modo secundum diuersitatem eorum ad quæ ordinantur, sic vt vna religio ordinetur ad peregrinos hospicio suscipiendos, & alia ad visitandos, vel redimendos captiuos. Alio modo potest esse diuersitas religionum secundum diuersitatem exercitiorum, puta, quòd in vna religione castigatur corpus per abstinentias ciborum, in alia per exercitium operum manualium, vel per nuditatem, aut per aliquid aliud huiusmodi. Sed quia finis est potissimum in vnoquoque, maior est religionum diuersitas quæ attenditur secundum diuersos fines, ad quos religiones ordinantur, quàm quæ attenditur secundum diuersa exercitia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc est commune in omni religione, quòd aliquis totaliter se debet præbere ad seruiendum Deo. Vnde ex hac parte non est diuersitas inter religiones, vt scilicet in vna regiõe aliquis retineat aliquid sui, & in alia aliud. Est autẽ diuersitas secundum diuersa, in quibus homo Deo seruire potest, & secundum quòd ad hoc homo se potest diuersimodè disponere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd tria essentialia vota religionis pertinent ad exercitium religionis, sicut quædã principalia ad quæ omnia alia reducuntur, vt supradictum est*. Ad obseruandum autem vnumquodque eorum diuersimodè aliquis se disponere potest, puta ad votum continentiæ seruandum se disponit aliquis per loci solitudinẽ, per abstinentiam, & per mutuam societatem, & per multa alia huiusmodi. Et secundum hoc patet, quòd communitas essentialiũ votorum compatitur diuersitatem religionis, tum propter diuersas dispositiones, tum etiam propter diuersos fines, vt ex supradictis patet*.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in iis quæ ad perfectionem pertinent, Episcopus se habet per modum agentis, Religiosi autem per modum patientis, vt suprà dictũ est*. Agens autem etiam in naturalibus quanto est superius, tanto est magis vnũ, ea verò quæ patiuntur, sunt diuersa. Vnde rationabiliter est vnus episcopalis status, religiones verò diuersæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd confusio opponitur distinctioni & ordini. Sic ergo ex multitudine religionum induceretur confusio, si ad idem & eodem modo diuersæ religiones essent absque necessitate & vtilitate. Vnde vt hoc non fiat, salubriter institutum est ne noua religio nisi authoritate summi Pontificis instituatur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum aliqua religio instituti debeat ad opera vitæ actiuæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nulla religio institui debeat ad opera vitæ actiuæ. Omnis enim religio pertinet ad perfectionis statum, vt ex supradictis patet*. Sed perfectio religiosi status consistit in contemplatione diuinorum. Dicit enim Dionysius sexto capitulo Ecclesiasticæ hierarchiæ, quòd nominantur ex Dei puro seruitio, & famulatu, & indiuisibili, & singulari vita vniente eos indiuisibilium sanctis conuolutionibus, id est, contemplationibus ad Deiformam vnitatem & amabilem Deo perfectionem. Ergo videtur quòd nulla religio instituti possit ad opera vitæ actiuæ.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

ligiones vt homines Deo placeant. Ergo nihil prohibet aliquam religionem institui ad militandum.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictum est*, religio institui potest non solum ad opera vitę contemplatiuę, sed etiam ad opera vitæ actiuæ, inquantum pertinent ad subuentionem proximorum & obsequium Dei, non autem inquantum pertinent ad aliquid mundanum tollendum. Potest autem officiũ militare ordinari ad subuentionem proximorum, non solum quãtum ad priuatas personas, sed etiam quantum ad totius Reipublicæ defensionem. Vnde de Iuda Machabęo, 1. Machab. 3. dicitur, ꝙ præliabatur prelium Israël cũ lætitia, & dilatauit populo suo gloriam. Ordinari etiam potest ad conseruationem diuini cultus. Vnde ibidem subditur Iudam dixisse, Nos pugnabimus pro aĩabus nostris, & legibus nostris. Et infrà 13. dicit Simon, Vos scitis quanta ego & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus, & pro sanctis prælia. Vnde conuenienter potest institui aliqua religio ad militandum, non quidem propter aliquid mundanum, sed propter defensionem diuini cultus, & publicæ salutis, vel etiam pauperum & oppressorum, secundum illud Psal. 81. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ aliquis potest non resistere malo dupliciter. Vno modo condonando propriam iniuriam. Et sic potest ad perfectionem pertinere, quando ita fieri expedit ad salutem aliorum. Alio modo tolerãdo patienter iniurias aliorum. Et hoc ad imperfectionem pertinet, vel etiam ad vitium, si aliquis potest conuenienter iniurianti resistere. Vnde Ambrosius dicit in libro de Officiis*, Fortitudo quæ per bella tuetur à Barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena est iustitia, sicut etiã ibidem Dominus dicit: Quæ tua sunt ne repetas, & tamen si aliquis non repeteret ea quæ sunt aliorum, si ad eum pertineat, peccaret. Homo enim laudabiliter donat sua, non autem aliena. Et multo minus ea quæ sunt Dei, non sunt negligenda, quia vt Chrysostomus dicit super Matt*. Iniurias Dei dissimulare, nimis est impiũ.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd exercere aduocationis officiũ propter aliquid mundanũ, repugnat omni religioni. Nõ autem si hoc aliquis exerceat secundum dispositionem sui Prælati pro monasterio suo, vt in eadem Decretali subditur. Neque etiam pro defensione pauperum, aut viduarum. Vnde in eis Decretis distinctione 88. dicitur, Decreuit sancta Synodus nullum deinceps clericum, aut possessiones conducere, aut secularibus negotiis se permiscere, nisi propter curam pupillorum, &c. Et similiter militare propter aliquid mundanum est omni religioni contrarium, non autem militare propter obsequium Dei.

¶Ad tertium dicendum, quòd militia secularis interdicitur pœnitentibus, sed militia quæ est propter diuinum obsequium, imponitur alicui in pœnitentiã, sicut patet de iis quibus iniungitur vt militent in subsidium Terræ sanctæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd religio non sic instituitur ad militandum, quòd Religiosis propria authoritate liceat bella gerere, sed solum authoritate Principum, vel Ecclesiæ.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum aliqua religio possit institui ad prædicandum, vel confessiones audiendum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd nulla religio possit institui ad prædicandum, vel confessiones audiendum. *(Opu.19.c.4.)* Dicitur enim 7. quæst. prima*, Monachorum vita subiectionis habet verbum & discipulatus, non docendi, vel præsidendi, vel pascendi alios: *(Ca. hoc ne quaquã.)* & eadem ratio esse videtur de aliis religiosis. Sed prædicare & confessiones audire est pascere, vel docere alios. Non ergo ad hoc aliqua religio potest institui.

¶2 Præterea, Id ad quod religio instituitur, videtur esse maximè proprium religioni, vt suprà dictum est.* *(ar.2.c.)* Sed prædicti actus non sunt proprij religiosorum, sed potius prælatorum. Non ergo ad huiusmodi actus potest aliqua religio institui.

¶3 Præterea, Inconueniens videtur quòd authoritas prædicandi & confessiones audiendi infinitis hominibus committatur. Sed non est certus numerus eorum qui in religione recipiuntur. Ergo inconueniens est, quòd aliqua religio instituatur ad actus prædictos.

¶4 Præterea, Prædicatoribus debetur victus à fidelibus Christi, vt patet primæ ad Corinthios nono. Si ergo committitur prædicationis officium alicui religioni ad hoc institutæ, sequitur quòd fideles Christi teneantur ad exhibendũ sumptus infinitis personis, quod cedit in magnum eorum grauamen. Non ergo debet aliqua religio institui ad huiusmodi actus exercendos.

¶5 Præterea, Institutio Ecclesiæ debet sequi institutionem Christi. Sed Christus primo misit ad prædicandum duodecim Apostolos, vt habetur Lucæ nono. Et postea misit septuaginta duos discipulos, vt habetur Lucæ decimo. Et sicut glossa* ibidem dicit, *(Est Beda ibid. to.2.)* Apostolorum formam tenent Episcopi, septuaginta duorum discipulorum minores presbyteri, scilicet curati. Ergo præter Episcopos & presbyteros parochiales non debet aliqua religio institui ad prædicandum vel ad confessiones audiendum.

¶SED CONTRA est, quòd in collationibus Patrum* *(Collat.14. cap.4.)* Abbas Nestorius de diuersitate religionum loquens ait, Quidam eligentes ægrogantium curã, alij intercessionẽ, quæ pro miseris atque oppressis impenditur, exequentes, aut doctrinæ insistentes, aut eleemosynas pauperibus largientes, inter magnos atque summos viros pro affectu suo, ac pietate viguerunt. ergo sicut ad ægrotantium curam aliqua religio potest institui, ita etiam ad docendum populum per prædicationem, & alia huiusmodi opera.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est*, *(art.2. huius q.)* conuenienter religio institui potest ad opera vitæ actiuæ secundum quòd ordinantur ad vtilitatem proximorum, & ad obsequium Dei & conseruationem diuini cultus. Magis autem procuratur vtilitas proximorum per ea quæ pertinent ad spiritualem animæ salutem, quàm per ea quæ pertinent ad subueniendum corporali necessitati, quanto spiritualia corporalibus sunt potiora. Vnde supradictum est*, *(q.32.art.3.)* quòd eleemosynæ spirituales sunt corporalibus potiores. Hoc etiam pertinet magis ad obsequium Dei, cui nullum sacrificium est magis acceptum, quàm zelus animarum, vt Gregorius dicit super Ezech*. *(Hom. 12.)* Maius etiam est spiritualibus armis contra errores hæreticorum, & tentationes dæmonum, fideles defendere, quàm corporalibus armis populum fidelem tueri, & ideo conuenientissimum est ad prædicandum, & ad alia huiusmodi quæ pertinent ad salutem animarum, aliquam religionem institui.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille qui operatur ex virtute alterius, agit per modum instrumenti. Minister autem est sicut instrumentum animatum, vt Philosophus dicit in primo Politicorum*. *(1.Poli.ca.3.& 8.Ethi.ca.11.)* Vnde quòd aliquis authoritate Prælatorum prædicet, vel alia huiusmodi faciat, non supergreditur discipulatus vel subiectionis gradum, qui competit Religiosis.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd sicut religiones aliquæ instituuntur ad militandum, non quidem vt militent authoritate propria, sed authoritate Principum, vel Ecclesiæ, quibus ex officio competit, sicut dictum est*: *(Art.præ. ad 4.)* ita etiam religiones instituuntur ad prædicandum & confessiones audiendũ, non quidem authoritate propria, sed authoritate Prælatorum superiorum & inferiorum, ad quos ex officio pertinet. Et ita subseruire Prælatis in tali ministerio, est huiusmodi religionis proprium.

¶Ad tertium dicendum, quòd à Prælatis non conceditur talibus Religiosis vt quilibet indifferenter possit prædicare vel confessiones audire, sed secundum moderationem eorum qui huiusmodi religionibus præficiuntur, vel secundum taxationem ipsorum Prælatorum.

¶Ad quartum dicendum, quòd plebs fidelis non tenetur ex debito iuris ad sumptus ministrandos nisi ordinariis Prælatis, qui propter hoc decimas & oblationes fidelium recipiunt, & alios ecclesiasticos reditus. Sed si aliqui in huiusmodi actibus gratis velint fidelibus ministrare, non potestatiuè ab eis sumptus exigentes, non propter hoc grauantur fideles, quia & ipsi possunt liberaliter recompensare temporalem subuentionem, ad quam etsi non teneantur ex debito iuris, tenentur tamen ex debito charitatis. Non autem ita quòd eis sit tribulatio, aliis autem remissio, vt dicitur secundæ ad Corinthios octauo. Si tamen non inuenirentur qui gratis se huiusmodi obsequiis manciparent, tenerentur ordinarij Prælati, si ipsi non sufficerent, per alios ad hoc idoneos quęrere, quibus sumptus ipsi ministrarent.

¶Ad quintum dicendum, quòd formam septuaginta duorum discipulorum non solum tenent presbyteri curati, sed quicũque alij minoris ordinis, qui Episcopis in eorum officio subseruiunt. Non autem legitur quòd septuaginta duobus discipulis Dominus aliquas determinatas parochias assignaret, sed quòd mittebat eos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipse venturus. Oportunum autem fuit, vt præter ordinarios Prælatos alij assumerentur ad huiusmodi officia propter multitudinem fidelis populi, & difficultatẽ inueniendi sufficientes personas distribuendas singulis plebibus: sicut etiam & religiones ad militandum necesse fuit institui propter defectum secularium Principum ad resistendum infidelibus in aliquibus terris.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum sit instituenda aliqua religio ad studendum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd non sit instituenda aliqua religio ad studendum. Dicitur enim Psal. 70. Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini. Glo. id est, in virtutem Christianam. Sed perfectio Christianæ virtutis maximè videtur ad Religiosos pertinere. ergo eorum non est studio literarum insistere.

¶2 Pręterea, Id quod est dissensionis principium, religiosis non competit, qui in vnitatẽ pacis congregantur. Sed studium dissensionem inducit. Vnde & in Philosophis subsecuta est diuersitas sectarum. Vnde & Hieronymus super epistolam ad Titum dicit, Antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, &c. ergo videtur quòd nulla religio debeat institui ad studendum.

¶3 Pręterea, Professio Christianæ religionis differre debet à professione Gentilium. Sed apud Gentiles aliqui Philosophiam profitebantur, & nunc etiam aliqui seculares dicuntur aliquarum scientiarum professores. Non ergo religiosis competit studium literarum.

¶SED CONTRA est, quòd Hieronymus in epistola ad Paulinum* *(Circa fin.)* inuitat eum ad discendum in statu monastico, dicens, Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cælis. Et infrà, Quicquid quæsieris, tecum scire conabor.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est*, *(ar.2.&3.& q.180. art.4.)* religio potest ordinari ad vitam actiuam, & ad vitam contemplatiuam. Inter opera autem vitæ actiuæ principaliora sunt illa, quæ ordinantur directè ad salutem animarum, sicut prædicare, & alia huiusmodi. Competit ergo studium literarum Religiosis tripliciter. Primò quidem quantum ad id quod est proprium contemplatiuæ vitæ, ad quam studium literarum dupliciter adiuuat. Vno modo directè coadiuuando ad contemplandum, illuminando scilicet intellectum. Vita enim d contemplatiua, de qua nunc loquimur, principaliter ordinatur ad considerationem diuinorum, vt suprà habitum est*, *(q.108.artic.4.)* in qua dirigitur homo per studium ad considerandum diuina. Vnde in laudem viri iusti dicitur in Psalm. primo quòd in lege Domini meditabitur die ac nocte. Et Ecclesiastici trigesimonono dicitur, Sapientiam antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Alio modo studium literarum iuuat ad contemplatiuam vitam indirectè, remouendo contemplationis pericula, scilicet errores qui in contemplatione diuinorum frequenter accidunt iis, qui Scripturas ignorant. Sicut in collationibus Patrum * *(Collat.10. ca.4.)* legitur, quòd Abbas Serapion propter simplicitatem incidit in errorem anthropomorphitarũ, id est, eorum qui Deum habere humanam formam arbitrantur. Vnde dicit Gregorius in sexto Moralium, * *(cap.16.)* quòd nonnulli, dum plus exquirunt contemplando quàm capiunt, vsque ad peruersa dogmata erumpunt. Et dum veritatis esse discipuli humiliter negligunt, magistri errorum fiunt. Et propter hoc dicitur Ecclesiast. secundo, Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitarémque stultitiam. Secundò necessarium est studium literarum religiosis institutis ad prædicandum, & alia huiusmodi exercendum. Vnde Apostolus dicit ad Titum primo, de Episcopo, ad cuius officium huiusmodi actus pertinent, Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Nec obstat quòd Apostoli absque studio literarum ad prædicandum sunt missi: quia vt Hieronymus dicit in epistola ad Paulinum*. *(Inter princi. et med.)* Quicquid aliis exercitatio & quotidiana in lege Dei meditatio tribuere solet, hoc illis Spiritussanctus suggerebat. Tertiò, studium literarum religioni congruit quantum ad id, quod est omni religioni commune. Valet enim ad vitandam carnis lasciuiam. Vnde & Hieronymus dicit ad Rusticum monachum, * *(De viuendi forma circa med.)* Ama scripturarum studia, & carnis vitia non amabis. Auertit enim animum à cogitatione lasciuiæ, & carnem macerat propter studij laborem, secundum illud Ecclesiast. trigesimoprimo, Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Valet etiam ad auferendam cupiditatem diuitiarum. Vnde sapientiæ septimo dicitur, Diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Et primi Machabæorum duodecimo dicitur, Nos autem nullo horum indiguimus, scilicet exteriorum subsidiorum, habentes solatio sanctos libros, qui in manibus nostris sunt. Valet etiam ad obedientiæ documentum. Vnde Augustinus dicit in libro de Operibus monachorum *, *(cap.17.)* Quæ est ista peruersitas, lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare? Et ideo manifestum est quòd congruè potest institui religio ad studium literarum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glossa* *(Glo. ordi.)* ibi exponit de litera veteris legis, de qua Aposto. dicit secundæ ad Corint. 3. Litera occidit. Vnde non cognoscere literaturam, est non approbare literalem circuncisionem, & cæteras carnales obseruantias.

¶Ad secundum dicendum, quòd studium ad scientiam ordinatur, quæ sine charitate inflat, & per consequens dissensiones facit, secundum illud Prouerbiorum decimotertio, Inter superbos semper sunt iurgia: sed cum charitate ædificat & concordiam parit. Vnde primæ ad Corinthios primo, Apostolus cùm dixisset, Diuites facti estis in omni scientia, postmodum subdit: Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Hiero. tamen non loquitur ibi de literarum studiis, sed de studiis dissensionum, quæ per hæreticos & schismaticos intrauerunt in religionem Christianam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Philosophi profitebantur studia literarum, quantum ad seculares doctrinas. Sed religiosis competit principaliter intendere studio literarum pertinentium ad doctrinam, quæ secundum pietatem est, vt dici-

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæoctauæ Articulum quartum.

(art. præ.) IN articulo quarto eiusdem quæstionis in responsione ad secundum aduerte diligenter duo. Primò, quòd proprius actus fratrum Prædicatorum non est prædicare, sed subuenire Prælatis, hoc est Episcopis in prædicationis actu, ita quòd non conuenit eis prædicare nisi ministerialiter. Et propterea si Prælati quorum sunt ministri eis prohibent, eos reuocant simpliciter vel ad tempus aut locum à tali ministerio, tenentur cessare absolutè loquendo. Priuilegiati autem à summo Pontifice, secundum illa se possunt regere inuitis inferioribus Episcopis, non autem inuito ipso Romano pontifice. Secũdò, & habetur in responsione ad tertium, quòd non statim vt aliquis est religiosus ordinis Prædicatorum aut similis, propterea est Prædicator etiam ministerialiter, quia non omnibus passim cõmissum intelligitur hoc ministerium, sed oportet vt ad hoc exponantur à propriis Prælatis religionum. Et vltra hoc ab Episcopis, vel Romano pontifice acceptentur, vel acceptati ex priuilegio sint. Cesset ergo præsumptio.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte duo. Primo rationabilem expositionem, vt formam septuaginta duorum discipulorum *(lib.1.c.27 to.1.)* Domini gerant omnes minores sacerdotes, qui scilicet assumuntur in adiutoriũ Episcoporum. Tales autem sunt non solum presbyteri curati, sed delegati ad prædicandum, & confessiones audiendum. Et hoc consonare Euangelio patet ex officio illis commisso, scilicet vt præirent Dominum in omnem ciuitatem bini. *(Hom.5. in opere imperf. inter med. et fi.)* hoc enim magis delegatis quàm Curatis qui soli ad singulas alligantur parochias, conuenit. Secundò rationem quare oportuit tales Religiosos in huiusmodi ministeriũ assumere, scilicet propter multitudinem fidelis populi, & difficultatem inueniendi Curatos sufficientes & idoneos. Et sub hac secunda ratione includitur, quia scilicet de facto male consultum populo Christiano inuenitur sine huiusmodi supplemento quod Deus dedit, & Romanus pontifex gratiosè suscipiendo approbauit. Sed non omnes capiunt verbũ istud.

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæoctauæ Articulum quintum.

IN articulo quinto eiusdem quæstionis cẽtesimæoctuagesimæoctauæ in responsione ad tertium nota diligentissimè conclusionem & rationem illius, scilicet quòd Religiosis non connenit studium Philosophiæ, & huiusmodi, quia tota eorum vita mancipata est diuinis obsequiis. *(D. 118.)* Vnde sicut negotia secularia sunt absolutè prohibita Religiosis omnibus, ita studia scientiarum secularium, scilicet Philosophię, mathematicę, & artium liberalium. Verum sicut pietatis gratia de superiorum licentia moderatè possunt religiosi secularia tractare negotia, vt dictum est superius, ita diuinæ scientiæ gratia licitum est religiosis cum Superiorum suorum beneplacito vacare Logicę, philosophiæ naturali, & huiusmodi, vt scilicet possint errores confutare, & diuinitatis mysteria intelligere. Et hæc bene aduertãt religiosi, qui totum vitæ suæ tempus in scientiis secularibus consumunt.

¶Super

Universidad de Deusto Biblioteca

Super Quæstionis centesimæoctuagesimæoctauæ Articulum sextum.

lib.6. IN articulo sexto eiusdem quæstionis nota quòd cùm in corpore articuli dicitur quòd illa religio simpliciter præfertur alteri, quæ ordinatur ad finem absolutè potiorem, vel quia est maius bonum, vel quia ad plura bona ordinatur, ista secunda pars disiunctiuæ non habet pro subiecto propositionis finē, sed religionem: ita quòd non est sensus, quòd finis est potior, vel quia est maius bonum, vel quia ad plura bona ordinatur, quoniam finis vt sic, non habet finem, alioquin procederetur in infinitū, sed est sensus quòd dupliciter religio ordinatur ad finem potiorem, vel quia finis est maius bonum, vel quia ipsa religio ordinatur ad plura bona: sicut religio quæ ordinatur ad orandum, melior est quàm illa quæ ordinatur ad propriæ lectioni vacandum, quia melius contemplatio fit orando quàm legendo. Religio tamen quæ ad vtrunque bonum ordinatur, scilicet orationem & lectionem, melior est simpliciter vtraque, quia habet finem potiorem, ex eo quòd finis eius complectitur vtrunque bonum, illarum vero vnicum tantum. Et hac ratione constituuntur in supremo religionis gradu illæ religiones, quę non solum contemplantur, sed contemplata docent.

Infrà q°. 189.ar. 8. cor. & ad 2.et opusc. 10.ca.1.fi. — **li.3.c.18* — *ar.1.et 2. huius q.* — *Ex Augusti.serm. 27.de verbis Apo.*

¶ In responsione ad secundum perspice, quòd hinc habes solutionem vulgaris quæstionis, an scilicet euntes recto corde, & opere ad bellum contra infideles, sint martyres, si in bello occiduntur. Habes siquidem hoc in loco ab Authore partem negatiuam. Et ratio in litera redditur, quia martyres propriè sunt qui ad proprium sanguinem fundendum vsque ad priuationem vitæ tendunt directè, vt testes Christi sint. Isti autem tam religiosi quàm seculares directè tēdunt ad alienum sanguinem fundendum vel fugandum. Vnde non sunt absolutè loquendo, si occidantur, martyres. *Artic. 1. huius q.* Verùm quia alia est quęstio de martyrio, & alia de merito martyrij, ideo Author excluso martyrio à Religiosis militibus, de merito martyrij tractat, & docet ꝙ sicut in casu necessitatis melius est infirmorum curæ dare operam quàm contemplationi, quamuis absolutè optima sit Mariæ pars, & maioris meriti, in necessitatis articulo est curam infirmi habere, quàm contemplari vel prædicare, ita in articulo necessitatis, puta, si ecclesia periclitaretur non solū quo ad personarum oppressionem, sed quo ad fidei libertatem, maioris meriti esset pro ecclesiæ defensione vsque ad mortem bellando se exponere, quàm contemplari vel prædicare. Et tunc merito martyrij non carerent, qui in tali bello occiderentur. Præferrentur enim in huiusmodi casibus milites isti omnibus Religiosis, vtpote martyribus æquales in merito. *Collat. 2. ca.3.*

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli sexti, in exemplo de mediis ad continentiam seruandam, attende quòd non exempli tantùm, sed veritatis doctrinam continet. *Post med.* Nam pauperes nudos vacare generationi videmus. *D.1188.* Similiter laborantes continue laboribus maximis vacare etiā generationi perspicimus, famelicos autem & sitibundos nequaquam, iuxta illud, Sine Cerere & Baccho friget Venus. melius ergo medium ad cōtinentiam seruandam est abstinere à cibo & potu, quàm carere caligis, aut calceis, & quàm laborare & huiusmodi. *q 182.artic.1.*

¶ Super

tut ad Titum primo. Aliis autem doctrinis intendere, non pertinet ad religiosos, quorum tota vita diuinis obsequiis mancipatur, nisi inquantum ordinantur ad sacram doctrinam. Vnde Augustinus dicit in fine Musicæ*. Nos dum negligentes esse non æstimamus, quos hæretici notionum & scientiæ fallaci pollicitatione decipiunt, tardius incedimus consideratione ipsarum viarum. Quod tamen facere non auderemus, nisi multos pios Ecclesiæ filios eadem refellendorum hæreticorum necessitate fecisse videremus.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum religio quæ vacat vitæ contemplatiuæ, sit potior ea quæ vacat operibus vitæ actiuæ.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd religio quæ vacat vitæ contemplatiuæ, non sit potior ea quæ vacat operibus vitæ actiuæ. Dicitur enim extrà, de regularibus & transeuntibus ad religionem, capit. Licet*. Sicut maius bonum minori bono præponitur, ita communis vtilitas speciali vtilitati præfertur. Et in hoc casu rectè præponitur doctrina silentio, solicitudo contemplationi, & labor quieti. Sed religio est melior quæ ad maius bonum ordinatur: ergo videtur quòd religiones quę ordinantur ad vitam actiuam, sint potiores illis, quæ ordinantur ad vitam contemplatiuam.

¶ 2 Præterea, Omnis religio ordinatur ad perfectionem charitatis, vt suprà habitum est*. Vnde super illud ad Hebræos decimosecundo, Nondum vsque ad sanguinem restitistis, dicit glossa*, Perfectior in hac vita dilectio nulla est ea, ad quam sancti martyres peruenerunt, qui contra peccatum vsque ad sanguinem certarunt. Certare autem vsque ad sanguinem competit religionibus, quæ ad militiam ordinantur: quæ tamen pertinent ad vitam actiuam: ergo videtur quòd huiusmodi religiones sint potissimæ.

¶ 3 Præterea, Tantò videtur esse aliqua religio perfectior, quantò est arctior. Sed nihil prohibet, aliquas religiones ad vitam actiuam ordinatas esse arctioris obseruantiæ, quàm sint illæ quæ ordinantur ad vitam contemplatiuam: ergo sunt potiores.

¶ SED CONTRA est, quod Dominus Luc.10. dicit optimam partem esse Mariæ, per quam vita contemplatiua significatur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, differentia vnius religionis ad aliam principaliter quidem attenditur ex parte finis, secundariò autem ex parte exercitij. Et quia non potest quid dici altero potius, nisi secundum id in quo ab eo differt: ideo excellentia vnius religionis super aliam principaliter quidem attenditur secundum religionis finem, secundario autem secundum exercitium. Diuersimodè tamen vtraque comparatio attenditur. Nam comparatio quæ est secundum finem, est absoluta, eo quòd finis propter se quæritur. Comparatio autem quæ est secundum exercitium, est respectiua, quia exercitium non quæritur propter se, sed propter finem. Et ideo illa religio alteri præfertur, quę ordinatur ad finem absolutè potiorem, vel quia est maius bonum, vel quia ad plura bona ordinatur. Si verò sit finis idem, secundariò attenditur præeminentia religionis, non secundum quantitatem exercitij, sed secundum proportionem eius ad finem intentum. Vnde & in collationibus Patrum* inducitur sententia beati Antonij, qui prætulit discretionem, per quam aliquis omnia moderatur, & ieiuniis, & vigiliis, & omnibus huiusmodi obseruātiis. Sic ergo dicendum est, quòd opus vitæ actiuæ est duplex. Vnum quidem quod ex plenitudine contemplationis deriuatur, sicut doctrina & prædicatio. Vnde & Gregorius dicit in quinta Homilia super Ezechielem*, quòd de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicitur, Memoriam suauitatis tuæ eructabunt. Et hoc præfertur simplici contemplationi. Sicut enim maius est illuminare quàm lucere solùm, ita maius est contemplata aliis tradere quàm solùm contemplari. Aliud autem opus est actiuæ vitæ, quod totaliter consistit in occupatione exteriori, sicut eleemosynas dare, hospites recipere, & alia huiusmodi quæ sunt minora operibus contemplatiuis, nisi fortè in casu necessitatis, vt ex suprà dictis patet*. Sic ergo summum gradum in religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, quæ & propinquissimæ sunt perfectioni Episcoporum, sicut & in aliis rebus fines primorum coniunguntur principiis secundorum, vt Dionysius dicit septimo capit. de Diuinis nomin. Secundum autem gradum tenent illæ, quæ ordinantur ad cōtemplationem. Tertius est earum, quæ occupantur circa exteriores actiones. In singulis autem horum graduum potest attendi præeminentia, secundum quod vna religio ordinatur ad altiorem actum in eodem genere, sicut inter opera actiuæ vitæ potius est redimere captiuos, quàm recipere hospites. Et in operibus vitæ contemplatiuæ potior est oratio quàm lectio. Potest etiam attendi præeminentia, si vna earum ad plura horum ordinetur quàm alia, vel si conuenientiora statuta habeat ad finem propositum consequendum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Decretalis illa loquitur de vita actiua, prout ordinatur ad salutem animarum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd religiones, quæ instituuntur propter militiam, directius ordinantur ad hoc quòd effundant sanguinem hostium, quàm ad hoc quòd eorum sanguis effundatur, quod propriè martyribus competit. Nihil tamen prohibet huiusmodi Religiosos in aliquo casu meritum martyrij consequi, & secundum hoc præferri aliis religiosis, sicut & opera actiua interdum in aliquo casu præferuntur contemplationi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd altitudo obseruantiarum non est illud quod præcipuè in religione commendatur, vt beatus Antonius dicit. Et Isaiæ quinquagesimooctauo dicitur, Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Assumitur tamen in religione vt necessaria ad carnis macerationem, quæ si sine discretione fit, periculum deficiendi habet annexum, sicut beatus Antonius dicit. Et ideo non est potior religio ex hoc, quòd habet arctiores obseruantias, sed ex hoc quòd maiori discretione sunt eius obseruantiæ ordinatæ ad finem religionis, sicut ad continentiam efficacius ordinatur maceratio carnis per abstinentiam cibi & potus, quæ pertinent ad famem & sitim, quàm per subtractionem vestium, quæ pertinent ad frigus, & ad nuditatem, & quàm per corporalem laborem.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum habere aliquid in communi, diminuat ad perfectionem religionis.*

Opusc.17. cap 15.& opusc. 10. cap.6.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd habere aliquid in communi, diminuat perfectionem religio-

¶ *Super Quæstionis centesimæoctuagesimæoctauæ Articulum septimum.*

IN articulo septimo eiusdem quæstionis aduerte in titulo ly perfectionem religionis. Est enim triplex perfectio, scilicet hominis absolutè, quæ sine omni statu perfectionis habetur à viris perfectis non religiosis, nec prælatis. Est & perfectio status religiosi de qua est sermo. Est & perfectio status episcopalis, de qua sermo habitus est. Nunc igitur de perfectione media quę perfectio religionis appellatur, est quæstio, an minor sit habere aliquid in communi. & quia huiusmodi perfectio est perfectio hominis secundum talem statum, & ordinatur ad perfectionem hominis absolutè, quæ in charitate consistit: ideo in litera ex mentis humanæ dispositione vel impeditione ad spiritualia & speciales fines religionum declaratur intentum.

¶ In eodem articulo septimo eiusdem quæstionis centesimæoctuagesimæoctauæ dubium occurrit circa cōclusionem de modo paupertatis religionum ordinatarum ad contemplandum & contemplata prædicandum. *Epist. ad Nepot. ante med.* Dicitur enim in litera, quòd modus paupertatis talium est, si modica quæ sunt necessaria ad victum, congruo tempore procurata conseruantur. Habet enim conclusio hæc difficultatem propter duo. Primò, quia iste modus viuendi habet plus solicitudinis quàm viuere ex moderatis possessionibus, *cap.14.* quoniam experientia testatur quòd si viuitur ex possessionibus, solicitudo incumbit valde paucis, & reliqui vacant studio & saluti animarum. Si autem viuitur ex procuratione, hoc est ex mendicitate, oportet multos Religiosos tempore messis & vindemiæ emittere ad quæstum vltra quotidianos quæstus, ita quòd magistra rerum experientia testatur minorem incumbere solicitudinem viuentibus ex moderatis possessionibus quàm ex eleemosynis procuratis. *Hiero. ibi. tom.9.* Secundò quia iste modus viuendi de facto est adeò extensus ad tot quæstores vtriusque sexus, vt impossibile sit amplius viuere ex mendicitate nisi cum maxima seruitute deuiante à studio literarum, quæ multiplicatio non erat tempore præterito.

lib. 2.c.9. — **c.Expedit.*

¶ Ad primum horum dicitur, quòd ratio maioris solicitudinis in viuendo ex modica procuratione & conseruatione est triplex. Prima est multitudo ꝓmiscua quodammodo eorum qui ad huiusmodi religiones recipiuntur. *q 184.ar. 3.et q.185 ar.6.ad 1.* Non enim deberent omnes ad harum religionum professionem recipi, *cap.19.* sed soli idonei ad officium prædicandi & confessiones audiendi, & ministri eorum necessarij: melius enim esset paucissimos habere in conuentu ad officium diuinum & Missas celebrandum, quàm in tot ministris vices magnarum ecclesiarum surripere in Missis & diuinis officiis non, sine vtilitate diuini cultus quo ad ministros & populum, dum tot sunt Missæ quot auditores spectati, & huiusmodi: & culpa extenditur dum hoc laudatur. Secunda est nimius sumptus. Nam quod triginta religiosi hodiè exigūt, paulò antè centum fortè sufficiebat. Nunc si deesset pitantia conuentui, error magnus esset. *Collat.1. cap.7.* Olim sat erat quandoque habere illam. Imò legitur Beatum Dominicum procuratorem conuentus Bononiensis arguisse, quòd destrueret ei fratres, quia sæpe dabat eis pitantiam, & tamen quantum ex illa lectione memini, non dabat fortò bis in hebdomada pitantiam procurator ille. Olim vestes veteres & laceræ, resarcitæ tamen in vsu erant, modo consumitur ærarium magnum in vestibus. Taceo de fabricis sumptuosis quæ à mendicantibus fiunt. Et breuiter expensæ modernæ tantùm distant ab antiquis, vt non sit mirum si multa opus sit solicitudine. *Super ca. 19.* Tertia est vitæ imperfectio, quia Religiosi deficiunt in vitæ perfectione, quo fit vt & Prælatis solicitudo sit consolatos fratres conseruandi in victu, &c. & seculares non videntes perfectionem quæ in talibus exigitur, non dant largiter, & Deus principalis distributor iustissimè subtrahit eleemosynas male meritis de sua professione, & tamen Author doctrinam suam de Religiosorum paupertate fundat super pręsumpta perfectione profitentium paupertatem voluntariam, & patet in tertio contra Gentiles in multis capitulis de hac materia. Vnde & hic dicit quòd modica necessaria ad vitæ, &c. *li.2.c.26. et 25.to.4* quia natura paucis contenta est, sed non delectabilis appetitus, sed non infelix horror abiectarum vestium, sed non dispositio illorum qui pauperes esse volunt, & nihil sibi deesse. Dicendum est igitur quòd si religiosi isti perfectioni vitæ operam darent efficacem contenti solis necessariis ad vitam, parua immineret eis solicitudo procurandi victum. Et per hoc soluitur etiam secunda obiectio. Nam desistere à perfectionis studio ob negligentiam & vsum necessariorum, ratio est quare Deus non aperit eis manum secularium. Cuius euidentissimum signum est, quòd vbicunque vir aliquis perfectæ vitæ nominatur & creditur, vltro omnia offeruntur à fidelibus.

¶ Circa loculos Domini dubium occurrit, an sit opus perfectionis vel imperfectionis habere loculos, & huiusmodi. Et est ratio dubij, quia Augustino in libro de Ope-

religionis. Dicit enim Dominus Matthei decimonono, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Ex quo patet, quòd carere mūdanis diuitiis pertineat ad perfectionem Christianæ vitæ. Sed illi qui habent aliquid in communi, non carent diuitiis mundanis. ergo videtur quòd non attingant omnino ad perfectionem Christianæ vitæ.

¶ 2 Præt. Ad perfectionem consiliorum pertinet vt homo mundana solicitudine careat. Vnde & Apostolus primę ad Corinth. 7. dans consilium de virginitate dicit, Volo vos sine solicitudine esse. Sed ad solicitudinem præsentis vitę pertinet, quòd aliqui reseruent sibi aliquid in futurum. Quam quidem solicitudinē Dominus discipulis prohibet Matt.6. dicens, Nolite soliciti esse in crastinum: ergo videtur quòd habere aliquid in cōmuni diminuat perfectionem Christianæ vitæ.

¶ 3 Pręt. Diuitiæ communes quodammodo pertinent ad singulos, qui sunt in communitate. Vnde Hieron*. dicit de quibusdam loquens. Sunt ditiores monachi quàm fuerant seculares. Possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete diabolo non habuerunt. Suspirat eos Ecclesia diuites, quos tenuit mundus antè mendicos. Sed ꝙ aliquis habeat diuitias ꝓprias, derogat pfectioni religionis. Ergo pfectioni religionis derogat ꝙ aliquid in cōmuni habeatur.

¶ 4 Præterea, Gre. in 3. Dialogorum*, narrat de quodā sanctissimo viro Isaac, quòd cùm ei discipuli humiliter innuerent vt pro vsu monasterij possessiones quæ offerebantur acciperet, ille solicitus suæ paupertatis custos fortem sententiam tenebat dicens, Monachus qui in terra possessiones quærit, monachus non est. Quod intelligitur de communibus possessionibus, quæ pro communi vsu monasterij ei offerebantur. ergo videtur quòd habere aliquid in communi tollat perfectionem religionis.

¶ 5 Præterea, Dominus perfectionē religionis discipulis tradens Mat.10. dicit, Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, nō peram in via: per quod, vt Hieronymus dicit* arguit Philosophos, quia vulgo appellantur Bacchoperiti, quasi contēptores seculi, & omnia pro nihilo ducētes, cellarium secum vehant. ergo videtur quòd reseruare aliquid siue in proprio, siue in communi, diminuat perfectionem religionis.

¶ SED CONTRA est, quòd Prosper dicit in libro de Vita contemplatiua.* & habetur 12. quæst.1*. Satis ostenditur & propria debere propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfectionis Ecclesiæ posse facultates quæ sunt profecto communia, possideri.

¶ RESPONDEO dicendum ꝙ sicut suprà dictum est*, perfectio non consistit essentialiter in paupertate, sed in Christi sequela, secundum illud Hieron. super Matthæum*, Quia non sufficit omnia relinquere, addidit Petrus quod perfectum est, scilicet, Secuti sumus te. Paupertas autem est sicut instrumentum vel exercitium perueniendi ad perfectionem. Vnde in collationibus Patrum* Abbas Moyses dicit, Ieiunia, vigiliæ, meditatio scripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, nō perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt. Est autem priuatio omnium facultatum, siue paupertas perfectionis instrumentum, inquantum per remotionem diuitiarum tolluntur quędam charitatis impedimenta, quæ sunt præcipuè tria. Quorum primum est solicitudo, quam secum diuitiæ afferunt. Vnde Dominus dicit Matthæi 13. Quod autem seminatum est in spinis, hic est qui verbum Dei audit, & solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum. Secundum autem est diuitiarum amor, qui ex diuitiis possessis augetur. Vnde & Hieronymus dicit super Matthæum*, quòd quia diuitiæ habitæ difficile contemnuntur, non dixit Dominus Matthæi decimonono, Impossibile est diuitem intrare in regnum cælorum, sed difficile. Tertium autem est inanis gloria, vel elatio quæ ex diuitiis nascitur, secundū illud Psal. 48. Qui cōfidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarū suarū gloriantur. Horū ergo triū primū à diuitiis separari nō pōt totaliter siue sint magnæ siue paruæ: necesse est enim hominem aliqualiter solicitari de acquirendis vel conseruandis exterioribus rebus: sed si res exteriores non quęrantur vel habeantur nisi in modica quantitate quantum sufficiunt ad simplicem victum, talis solicitudo nō multum impedit hominem. Vnde nec perfectioni repugnat Christianę vitæ. Non enim omnis solicitudo à Domino interdicitur, sed superflua & nociua. Vnde super illud Matthæi 6. Ne soliciti sitis animę vestræ quid manducetis, &c. dicit Augustinus in lib. de Sermone Domini in monte*, Non hoc dicit, vt ista non procurentur quantum necessitatis est, sed vt non ista intueantur, & propter ista faciant quicquid in Euangelij prędicatione facere iubentur. Sed abundans diuitiarum possessio abundantiorem solicitudinem ingerit, per quam animus hominis multum distrahitur, & impeditur, ne totaliter feratur in Dei obsequiū. Alia vero duo, scilicet amor diuitiarum, & elatio, seu gloriatio de diuitiis, non consequuntur nisi abundantes diuitias. Differt tamen circa hoc, vtrùm diuitiæ abundantes, vel moderatæ in proprio, vel in communi habeantur. Nam solicitudo quæ circa proprias diuitias adhibetur, pertinet ad amorem priuatum, quo quis se temporaliter amat. Sed solicitudo quæ adhibetur circa res communes, pertinet ad amorem charitatis, quæ non quęrit quę sua sunt, sed communibus intendit. Et quia religio ad perfectionem charitatis ordinatur, quā perficit amor Dei vsque ad contemptum sui, habere aliquid proprium, perfectioni repugnat religionis. Sed solicitudo quę adhibetur circa bona communia, pertinere potest ad charitatem, licet per hoc impediri possit aliquis altior charitatis actus, puta, contemplationis diuinę, aut instructionis proximorū. Ex quo patet, quòd

Universidad de Deusto Biblioteca

habere superabundantes diuitias in communi, siue in rebus mobilibus, siue in immobilibus, est impedimentū perfectionis, licet non totaliter excludat eam. Habere autem de rebus exterioribus in communi siue mobilibus, siue immobilibus, quantum sufficit ad simplicē victum, perfectionem religionis non impedit, si consideretur paupertas per comparationem ad communem finem religionum, qui est vacare diuinis obsequiis. Si autem consideretur per comparationem ad speciales fines religionum, sic præsupposito tali fine, paupertas maior vel minor est religioni accommoda. Et tanto erit vnaquæque religio secundum paupertatem perfectior, quanto habet paupertatem magis proportionatam suo fini. Manifestum est enim, ꝙ ad exteriora & corporalia opera vitæ actiuæ indiget homo copia exteriorum rerum. Ad contemplationem autem pauca requiruntur. Vnde Philosophus dicit in decimo Ethic*. quòd ad actiones multis opus est, & quanto vtique maiores sunt, & meliores, pluribus. *[cap. 8.]* Speculanti autem nullo talium ad operationē est necessitas, sed solis necessariis indiget: alia verò impedimenta sunt ad speculationem. Sic ergo patet, quòd religio, quæ ordinatur ad actiones corporales actiuæ vitæ, puta, ad militandum, vel ad hospitalitatem sectandam, imperfecta esset, si communibus careret diuitiis. Religiones autem quæ ad contemplatiuā vitam ordinantur, tantò perfectiores sunt, quantò eorum paupertas minorem eis solicitudinem temporaliū ingerit. Tantò autem solicitudo temporalium rerum magis impedit religionē, quantò solicitudo spiritualium maior ad religionem requiritur. Manifestum est autem, quòd maiorem solicitudinem spiritualium requirit religio, quæ est instituta ad contemplandum, & contemplata aliis tradendum per doctrinam, & prædicationem, quàm illa quæ est instituta ad contemplandum tantùm. Vnde talem religionem decet paupertas talis quæ minimam solicitudinem ingerit. Manifestum est autem, quòd minimam solicitudinē ingerit seruare res vsui hominum necessarias, tempore congruo procuratas. Et ideo tribus gradibus religionum suprapositis triplex gradus paupertatis competit. Nam illis religionibus quæ ordinantur ad corporales actiones actiuæ vitæ, competit habere abundantiam diuitiarum communium. Illis autem religionibus, quæ sunt ordinatæ ad contemplandum, magis competit habere possessiones moderatas, nisi simul oporteat tales Religiosos per se vel per alios hospitalitatem tenere, & pauperibus subuenire. Illis autem quæ ordinantur ad contemplata aliis tradenda, competit vitam habere maximè ab exterioribus solicitudinibus expeditā. Quod quidem fit, dum modica, quę sunt necessaria vitæ, congruo tempore procurata conseruantur, & hoc Dominus paupertatis institutor docuit suo exemplo. Habebat enim loculos Iudæ commissos, in quibus recondebantur ei oblata, vt habetur Ioan. decimo. Nec obstat quod Hierony. dicit super Matth*. *[Super ca. 17.]* Si quis obiicere voluerit, quoniam Iudas pecuniā in loculis portabat, respondemus quòd rem pauperum in vsus suos conuertere, nefas putauit, scilicet soluēdo tributum, quia inter illos pauperes præcipuè erant discipuli, in quorum necessitates pecunia loculorum Christi expendebatur. Dicitur enim Ioannis quarto, Discipuli abierunt in ciuitatem, vt cibos emerent. & Ioannis decimotertio dicitur quòd discipuli putabāt quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut vt egenis aliquid daret. Ex quo patet, quòd conseruare pecuniam, aut quascūque alias res communes ad sustentationem Religiosorū congregationis eiusdem, vel quorumcunque aliorum pauperum, est perfectioni conforme, quam Christus docuit suo exemplo. Sed & discipuli post resurrectionem, à quibus omnis religio sumpsit originem, pretia prædiorum conseruabant, & distribuebant vnicuique prout opus erat.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ sicut dictum est*, ex illo verbo Domini non intelligitur quòd ipsa paupertas sit perfectio, sed perfectionis instrumentū. *[q.184.ar.2.]* Et sicut ostensum est*, minimum est inter tria principalia instrumenta perfectionis. *[q.186.artic.8.]* Nam votum continentiæ præeminet voto paupertatis, & votum obedientiæ præfertur vtrique. Quia verò instrumentum non propter se quæritur, sed propter finem, non tanto aliquid fit melius, quanto maius est instrumentum, sed quanto est magis fini proportionatum. Sicut medicus non tanto magis sanat, quanto maiorem dat medicinam, sed quanto medicina est magis proportionata morbo: sic ergo non oportet quòd religio tanto sit perfectior, quanto maiorem habet paupertatem, sed quanto eius paupertas est magis proportionata fini communi & speciali. Et si daretur quòd excessus paupertatis faceret religionem perfectiorem secundum hoc quòd est pauperior, non tamen faceret eam perfectiorem simpliciter. Posset enim esse, quòd alia religio excederet in iis quæ pertinent ad continentiam & obedientiam. Et sic esset simpliciter perfectior, quia quod in melioribus excedit, est simpliciter melius.

¶Ad secundum dicendum, quòd per hoc ꝙ Dominus dicit Matthæi sexto. Nolite soliciti esse in crastinum, non intelligitur quòd nihil reseruetur in futurum. Hoc enim periculosum esse Beatus Antonius in collationibus Patrum ostendit dicens, *[Collat. 2. cap. 2.]* quòd priuationem omnium facultatum ita sectantes, vt ex ipsis nec quidem vnius diei victum sibimet vnumve denarium superesse paterentur, & alia huiusmodi facientes, ita videmus repentè deceptos, vt arreptum opus non potuerint congruo exitu terminare. Et vt Augustinus dicit in libro de operibus monachorum*, si hoc verbum Domini, Nolite soliciti esse in crastinū, ita intelligitur, vt nihil in crastinum reponatur, non poterunt ista seruare, qui se per multos dies à conspectu hominum separatos includunt, viuentes in magna intentione orationum. Et postea subdit*, *[cap. 23.]* An fortè quo sunt sanctiores, eo sunt volucribus dissimiliores? Et postea subdit, Si enim vrgeantur ex Euangelio, vt nihil reponāt in crastinum, respondent, Cur ergo ipse Dominus loculos habuit, vbi pecuniam collectam reponeret? Cur tanto antè fame imminente frumenta sanctis Patribus missa sunt? Cur Apostoli indigentiæ sanctorum necessaria procurarunt? Quod ergo dicitur, Nolite soliciti esse in crastinum, secundum Hieronymum sic exponitur, Sufficit nobis præsentis temporis cogitatio, futura quæ incerta sunt, Deo relinquamus. Secundum Chrysostomum* sic, *[Hom. 16. in ope. imperf. in fi.]* Sufficit labor, quem pateris propter necessaria, noli de superfluis laborare. Secundum Augustinum sic*, *[*lib. 2. de ser. dom. in mon. c. 25.]* Cum aliquid boni operamur, non temporalia, quæ significantur per crastinum, sed æterna cogitemus.

¶Ad tertium dicendum, quòd verbum Hieronymi habet locum vbi sunt superabundantes diuitiæ, quæ habentur quasi propriæ, vel per quarum abusum etiam singuli de communitate superbiunt, & lasciuiunt. Non autem habet locum in diuitiis moderatis communiter conseruatis ad solam sustentationem vitæ, qua singuli indigent. Eadem enim est ratio, quòd singuli vtantur iis quæ pertinent ad necessaria vitæ, & quòd communiter conseruentur.

¶Ad quartum dicendum, quòd Isaac possessiones renuebat accipere, quia timebat ne per hoc ad superfluas diuitias veniretur, per quarum abusum impediretur religionis perfectio. Vnde Gregorius ibidem subdit. Sic metuebat paupertatem suæ securitatis perdere, sicut auari diuites solent perituras diuitias custodire. Non autem legitur, quòd renuerit recipere aliqua necessaria ad vitæ sustentationem communiter conseruandam.

¶Ad quintum dicendum, quòd Philosophus in primo Politicorum*, *[ca. 5. & 6 to. 5.]* dicit, Panem & vinum & alia huiusmodi esse diuitias naturales, pecunias verò diuitias esse artificiales. Et inde est, quòd quidam Philosophi nolebant vti pecunia, sed aliis rebus quasi secundum naturam viuentes. Et ideo Hieronymus ibidem per sententiam Domini qui similiter vtrunque interdicit, ostendit quod in idē redit habere pecuniam, & alias res vitæ necessarias. Et tamen licet Dominus huiusmodi non portari in via ab iis qui ad prædicandum mittebantur, ordinauerit, non tamen ea in communi conseruari prohibuit. Qualiter tamen illa verba Domini intelligēda sint, suprà ostensum est*. *[Q. 185. ar. 6. ad 1. et 1. 2. q. 108 ar. 2. ad 3.]*

¶ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum perfectior sit religio in societate viuentium quàm agentium solitariam vitam.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd perfectior sit religio in societate viuentium quàm agentium solitariam vitam. Dicitur enim Ecclesiastici quarto, Melius est duos esse simul, quàm vnum. Habent enim emolumentum societatis suæ. Igitur videtur perfectior esse religio in societate viuētium.

¶2 Præterea, Matthæi decimooctauo dicitur, Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum. Sed nihil potest esse melius quàm Christi societas. ergo videtur quòd viuere in congregatione sit melius, quàm ducere solitariam vitam.

¶3 Præterea, Inter alia religionis vota votum obedientiæ excellentius est, & humilitas est maximè Deo accepta. Sed obedientia & humilitas magis obseruātur in conuersatione quàm in solitudine. Dicit enim Hierony. in epistola ad Rustic. monachum*, In solitudine cito subrepit superbia, dormit quando voluerit, facit quod voluerit. Econtrario autem ipse docet eum, qui in societate viuit dicens, Non facias quod vis, comedas quod iuberis, habeas quantum acceperis, subiiciaris cui non vis, seruias fratribus, præpositum monasterij timeas vt Deum, diligas vt parentem. ergo videtur quòd religio in societate viuentium sit perfectior ea, quæ solicitariam vitam agit. *[De viuē. di forma ante medium.]*

¶4 Præterea, Dominus dicit Lucæ vndecimo, Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio. Sed illi qui solitariam vitam agunt, videntur esse in abscondito positi, nihil vtilitatis hominibus afferentes. ergo videtur quòd eorum religio non sit perfectior.

¶5 Præterea, Id quod est secundum naturam hominis, videtur ad perfectionē virtutis pertinere. Sed homo est naturaliter animal sociale, vt Philosophus dicit in primo Politicorum*. *[ca. 2. to. 5.]* Ergo videtur quòd agere solitariam vitam non sit perfectius quàm agere vitam socialem.

¶SED CONTRA est, quòd Augustinus in libro de Operibus monachorum*, *[c. 23 to. 3.]* illos sanctiores esse dicit, qui à conspectu hominum separati, nulli ad se præbent accessum, viuentes in magna intentione orationum.

¶RESPONDEO dicendum ꝙ solitudo sicut & ipsa paupertas, non est ipsa essentia perfectionis, sed perfectionis instrumentum, vnde & in collationibus patrum * dicit Abbas Moyses, *[Collat. 1. cap. 7.]* ꝙ pro puritate cordis solitudo sectanda est, sicut & ieiunia, & alia huiusmodi. Manifestum est autem quòd solitudo non est instrumentum congruum actioni, sed contemplationi, secundum illud Oseæ secundo, Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Vnde non congruit religionibus, quæ sunt ordinatæ ad opera vitæ actiuæ siue corporalia siue spiritualia, nisi fortè ad tempus, exemplo Christi, qui vt dicitur Lucæ sexto, exiit in montem solus orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Competit autem religionibus, quæ sunt ad contemplationem ordinatæ. Considerandum est tamen, quòd id quod est solitarium, debet esse sibi per se sufficiens. Hoc autem est cui nihil deest, quod pertinet ad rationem perfecti. Et ideo solitudo competit contemplanti, qui iam ad perfectū peruenit. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo ex solo diuino munere, sicut patet de Ioanne Baptista, qui fuit repletus Spiritusancto adhuc ex vtero matris suæ. Vnde cùm adhuc puer esset, erat in desertis, vt dicitur Lucæ primo. Alio modo per exercitium virtuosi actus, secundum illud ad Hebræos quinto, Perfectorum est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Ad exercitium autem huiusmodi iuuatur homo ex aliorum societate dupliciter. Vno modo quantum ad intellectum, vt instruatur in his q̄ sunt contēplanda. Vnde Hiero. dicit ad Rusticum monachum *, Mihi placet, vt habeas sacrum contubernium, nec ipse te doceas. *[Non longe ante med.]* Secundo quantum ad affectum, vt scilicet noxiæ affectiones hominis reprimantur exemplo & correctione aliorum, quia vt dixit Gregorius trigesimo Moral*. super illud, Cui dedi in solitudine domum, Quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis? *[cap. 23.]* Et ideo vita socialis necessaria est ad exercitium perfectionis. Solitudo autem competit iam perfectis. Vnde Hieronymus dicit ad Rusticum monachum *, Solitariam vitam comprehendimus minimè, quippe quam sæpe laudauimus: sed de ni- *[De viuē. di forma ante med.]*

re monachorum, super illud, Producēs fœnum iumentis, dicit: Dominus noster Iesus Cristus more suæ misericordiæ infirmioribus cōpatiens, cùm ei possent Angeli ministrare, loculos habere dignatus est. Et Nicolaus quartus in decretali, Exiit qui seminat. in 6. de verborū significatione, dixit ꝙ infirmorū personā Christus suscepit in loculis. Et rursus, Egit nanque Christus & docuit perfectionis opera: egit etiā & infirma, sicut interdum in fuga patet & loculis. Sed vtrinque perfectè perfectus existens, vt perfectis, & imperfectis se viā salutis ostenderet, qui vtrosq; saluare venerat, vbi manifestè insinuatur ꝙ habere loculos imperfectorū est.

¶In oppositū est authoritas literæ huius, & rationis in ea allatæ, quæ pōt sic extendi, Habere loculos nihil minuit de personali perfectione, alioquin Abrahā, cui dictū est, Esto perfectus. & Christus & Apostoli non fuissent perfecti personaliter. Nihil etiā minuit de perfectione status episcopalis, alioquin tot sancti Episcopi non fuissent perfecti, vt Ambrosius. Aug. Gregor. Nihil etiā minuit de perfectione religionis, alioquin Bernardus, Dominicus, &c. nō fuissent perfecti religiosi. Nihil ergo minuit de perfectione habere loculos.

¶ Ad hoc dicitur quòd proculdubio habere loculos nihil minuit de perfectione vitæ, aut status religiosi, vel episcopalis, propter rationes quas Autor affert, & hic & in tertio contra Gent. diffusè, & exempla Chisti & Apostolorum, & obseruantiā tot perfectorū Sanctorū Episcoporum, & religiosorum, quorum opera sunt doctrina vitæ Christianæ. Pro intelligentia autem verborum quæ in oppositum possunt induci, scito quòd aliquod opus esse infirmitatis, vel infirmum seu imperfectum, contingit dupliciter. Primò loquendo de infirmitate & imperfectione moris priuatiuè seu contrariè, & sic blasphemum est dicere Dominum opera infirma egisse, quoniam quod sic est infirmum vel imperfectum, caret perfectione vel sanitate morali quam debet habere. Alio modo negatiue, & hoc dupliciter vel in genere moris, vel in genere naturæ. Si intelligatur in genere naturæ negatio perfectionis, sensus est quòd actus aliquis est infirmus vel imperfectus, quia ipse ex vna, & actus contrarius ex altera parte sic se habent quòd actus ipse vel defectum aliquem naturæ sonat, quem non sonat alter, vel excellentiam aliquam sonat alter, quam non sonat ipse. Verbi gratia, Occidere hominem solitariè sumptum, est actus malum sonans, Conseruare autem hominem, est actus contrarius, sonans solitariè bonum, ac per hoc potest dici quòd occidere hominem est malum, & conseruare hominem est bonum. Et sic est in genere naturæ. Nam in genere morum, vtrumque potest esse bonum & malum. Similiter in proposito, viuere sine loculis, excellentiæ magnæ est, imò diuinitatis, vt si Christo Angeli continue ministrassent, sicut & Paulum eremitam coruus pascebat: & per oppositum viuere cum loculis infirmitatis & humanæ necessitatis. Illud perfectionis supra hominem, hoc imperfectionis humanæ. Et sic proculdubio Augustini verba intelligenda sunt, vt patet ex eo quòd contra loculos non humanam perfectionem, sed diuinam distinguit potestatem dicendo, Cui Angeli administrabant. Et hunc sensum ipsemet Augustinus exponit, vt habetur in Decretis duodecima quęstione prima, canone, exemplum. Exemplum Domini accipite conuersantis in terra. Quare loculos habuit, cui Angeli ministrabant, nisi quia Ecclesia loculos habitura erat?

¶ Si verò in genere moris intelligatur, negatio perfectionis dupliciter intelligi potest. Primò simpliciter. Et tunc sensus est, quòd opus aliquod secundum suum genus est imperfectum vel infirmum in genere moris, quia non habet ex sua ratione omnem perfectionem possibilem reperiri in opere aliquo sub genere moris. Et in hoc sensu omne opus morale secundum suum genus perfectius se, est imperfectum & infirmum negatiue, quia non habet perfectionem inuentam in actu secundum suam rationem perfectiorem. Et sic verissimum est quòd Dominus in carne mortali vtraque opera egit & docuit. s. pfecta & imperfecta, hoc est maiora & minora. Minus est enim seruare castitatem quàm animā suam ponere pro amicis suis, & vtrunque egit & docuit Christus. Et similiter minus est instruere mulierem quàm prædicare populo. Vtrunque egit Christus, & sic de aliis.

¶Secundò de actibus solitariè sumptis, & tunc est sensus, quòd duorum actuum contrariorum ille dicitur perfectionis, qui solicitariè sumptus sonat virtutem, quam non sonat alter actus cōtrarius, ideo dicitur imperfectionis. Verbi gratia, Si proponantur hi duo actus cōtrarij, scilicet bibere vinum, & abstinere à vino, dicetur proculdubio quòd bibere vinum est imperfectionis, & abstinere à vino est perfectionis: quia abstinere à vino sonat prima facie virtutem, cùm tamen secundum veritatem neuter virtutis actus sit, & vterque possit bene & male fieri. Et hoc modo Saluator noster egit & docuit & perfectionis & imperfectionis opera. Hoc enim modo fugere, sonat imperfectionem, & firmiter permanere, sonat virtutem. Et similiter viuere sine loculis sonat virtutem, & habere loculos imperfectionem. Et per hæc patet quòd dici potest ad verba Decretalis. Omnes enim huiusmodi sensus sobrij sunt, & casti, & reuera primus sensus in aliqua sui parte ad literam conuenit illi Decretali, iuxta verba August. Secundus autem & tertius intenti videntur ad literam ibidem in ista materia, quoniam vtriusque capax est litera illa, & hæc quantum ad expositionem illius Decretalis applicantur, non nisi quando Apostolica licebit authoritate applicata intelligantur.

¶In responsione ad primum perspice literæ perfectam responsionem. Primò nanque ostendit quòd non quanto pauperior tanto perfectior religio, quia paupertas instrumentum est ad perfectionem religionis. Secundò vel propter varias opiniones, vel quia aliqualiter verificari potest quòd paupertas maior auget perfectionem religionis, subiungit distinguendo de religionis perfectione, scilicet simpliciter vel secundum quid, & dicit quòd etiam si concederetur quòd quanto pauperior religio, tanto perfectior, ly perfectior, denotaret perfectionem secundum quid, hoc est, esset perfectior in hoc, scilicet in latitudine boni paupertatis, & non denotaret perfectionem simpliciter, hoc est, non propterea esset religio perfectior absolutè, quia alia religio posset pauperiorem excedere secundum latitudinem alterius maioris boni, puta continentiæ vel obedientiæ, vel charitatis, quæ enim secundum meliora excedit, est simpliciter melior, vt patet.

¶In responsione ad tertiū iuncta simul corpori articuli, perspice quàm vituperabiliter tantas diuitias multi Religiosi diuites in communi consumant in sumptuosis fabricis: & copiosi reditus, qui monasteriis monachorum & huiusmodi sunt dati non ad impedimentum præstandum cōtemplatiuę vitæ, quam, vt Author in litera dicit, magnarum diuitiarum solicitudo impedit, sed vt vel hospitalitati vacent aut patres pauperum sint, diuertuntur in superfluas expensas, ita vt impleatur verbum Hieronymi ꝙ suspirat eos Ecclesia diuites. Sat eis esse deberet ꝙ habentes necessaria vt pauperes Christi tam in victu quàm in habitationibus, reliqua pauperibus erogarent, vt gauderet Ecclesia eorum diuitiis. Non est enim rationabile tot ad ecclesiastica collegia donatas diuitias, nisi quia bene vtebantur illis, & non ad diuitias, aut pompam, vt hodie à multis fieri videtur arbitrantibus obsequium se præstare Deo in huiusmodi smptibus.

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæoctauæ Articulum octauum.

IN articulo octauo eiusdem quęstionis hoc solum dicendum est, vt tendentibus ad vitam solitariam bene explanetur primò doctrina hæc, & examinent se si propter animi passionem solitudinem quærunt, aut propter perfectionem vitæ iam assecutam, ita vt sint iam patientes, benigni, humiles, mansueti, & cōtenti pane & aqua, &c. Perfectorum, inquit Apostolus, solidus est cibus eorum qui exercitatos habent pro consuetudine sensus ad discernendum practicè & affectuosè bonum, & malum. Quis est hic, & laudabimus eum?

¶Super

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis vltimæ Articulum primum.*

*alias speciem.

IN artic. primo quæst. vltimę collige quatuor interuenire in declaratione, quę fit in litera, scilicet occasiones peccandi, impedimenta perfectæ charitatis, charitas & perfectio charitatis, quæ distribuenda ita sunt vt charitati opponantur occasiones peccandi, & perfectioni charitatis impedimenta perfectæ charitatis. Quibus collectis adiunge quintum, scilicet affectum hominis ad terrena, & perspice, quia affectus hominis ad terrena, vtriusque mali est pater, scilicet occasionũ peccãdi, & impedimentorum perfectæ charitatis, meritò religionis status, qui affectum hominis à terrenis tollit, contra vtrũque malum apponitur in remedium. Et quia primum malũ pertinet contra præcepta, secundum contra consilia, ideo religionis status medicina optima est & ad obseruandum præcepta & cõsilia, & non solùm ad seruanda consilia. Et hoc experiẽtia cõtinua testatur.

¶ In eodẽ primo articulo in responsione ad quintũ collige & nota quatuor cõparationes in illa fieri. Prima est præceptorum charitatis ad præcepta alia & consilia. Et cõsistit in hoc quòd præcepta charitatis se habent ad vtraque vt finis ad ea q̃ sunt ad finem, licet diuersimode. Nam ad consilia se habent vt finis, qui potest haberi sine illis, perfectius tamen habetur per illa. Potest enim diligi Deus cum proximo sine obseruãtia castitatis, paupertatis, &c. Perfectior tamen dilectio acquiritur per castitatis & paupertatis obseruantiam. Secunda comparatio quæ ponitur ibi, Sic ergo perfecta obseruantia, est inter obseruantiam perfectam præceptorum charitatis & consilia. Et attẽditur secundum duo, scilicet secundum ordinem naturæ, & secundum ordinem temporis. Et dicitur quòd secundum ordinem intentionis, qui est ordo naturæ, perfecta obseruantia præceptorum charitatis præcedit, quoniam ex eo quòd intendit quis perfectè diligere Deum, eligit votum castitatis & paupertatis, quia finis prior est ordine intentionis eo quod est ad finem. Secundum ordinem verò temporis dicitur, quòd interdum consilia præcedunt obseruantiam perfectam pręceptorum charitatis. Et dixit interdũ, non semper, quia potest esse ꝙ etiam prius tẽpore quis perfectè diligat Deum quàm consilia exequatur vt patet in Abraham qui perfectè dilexit sine consiliorum obseruatione.

c.19.to.5. — *ca.31.to.1.*

do monasteriorum huiuscemodi volumus egredi milites, quos eremi rudimenta dura non terreant, qui specimẽ* conuersationis suæ multo tempore dicerunt. Sicut ergo id quod iam perfectum est, præeminet ei quod ad perfectionem exercetur, ita vita solitariorum si debitè assumatur, præeminet vitæ sociali. Si autem absque præcedenti exercitio talis vita assumatur, est periculosissima, nisi per diuinam gratiam suppleatur, quod in aliis per exercitium acquiritur, sicut patet de beatis Antonio & Benedicto.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Salomon ostendit melius esse quòd sint duo simul, quam vnus, propter auxilium quod vnus habet ab alio, vel ad subleuandum, vel fouendum, vel spiritualiter calefaciendum, quo quidem auxilio iam non indigent qui sunt perfectionem assecuti.

¶Ad secundum dicendum, quòd dicitur primæ Ioannis quarto, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Sicut ergo Christus est in medio eorũ q sibi inuicem per dilectionem proximi sociantur, ita habitat in corde eius qui diuinæ contemplationi insistit per dilectionem Dei.

¶Ad tertium dicendum, quòd actu obedire est necessarium iis qui indigent exerceri secundum directionem aliorum ad perfectionem capiendam. Sed illi qui iam perfecti sunt, spiritu Dei sufficienter aguntur, vt non indigeant actu aliis obedire. Habent tamen obedientiam in præparatione animi.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in decimonono de Ciuitate Dei*, A studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet ocium. Quod autẽ aliquis super candelabrum ponatur, non pertinẽt ad ipsum, sed ad eius superiores. Quę sarcina si non imponatur, vt Augustinus ibidem subdit, contemplandæ veritati vacandum est, ad quam plurimum valet solitudo. Et tamen illi qui solitariam vitam agunt, multum vtiles sunt generi humano. Vnde Augustinus dicit in libro de Moribus Ecclesiæ, de his loquens, Pane solo, qui eis per certa interualla temporum affertur, & aqua contẽti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cuius puris mentibus inhæserunt. Videntur autem nonnullis res humanas plusquam oportet deseruisse, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus prosit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non sinimur.

¶Ad quintum dicendum, quòd homo potest solitarius viuere dupliciter. Vno mõ quasi societatem humanã non ferẽs, propter animi sęuitiã. & hoc est bestiale. Alio mõ per hoc, quòd totaliter diuinis rebus inhæret, & hoc est supra hominẽ. Et ideo Philos. dicit in 1. Politicorum, ꝙ ille qui aliis non communicat, est bestia, aut Deus, id est, diuinus vir.

QVÆSTIO CENTESIMAoctuagesimanona, de Religionis ingressu in decem Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ingressu religionis.

¶ Et circa hoc quæruntur decem.

¶Primo, vtrum illi qui non sunt exercitati in obseruantia pręceptorum, debeant ingredi religionem.

¶Secundo, vtrum liceat aliquos voto obligari ad religionis ingressum.

¶Tertio, vtrum illi qui voto obligantur ad religionis ingressum, teneantur votum implere.

¶Quarto, vtrum illi qui vouent religionem intrare, teneantur ibi perpetuò remanere.

¶Quinto, vtrum pueri sint recipiendi in religione.

¶ Sexto, vtrum propter parentum obsequium aliqui debeant retrahi à religionis ingressu.

¶Septimo, vtrum presbyteri curati vel archidiaconi possint ad religionem transire.

¶Octauo, vtrum de vna religione possit aliquis transire ad aliam.

¶Nono, vtrum aliquis debeat alios inducere ad religionis ingressum.

¶Decimo, vtrum requiratur magna deliberatio cum consanguineis & amicis ad religionis ingressum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum illi, qui non sunt in præceptis exercitati, debeant ingredi religionem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non debeant religionem ingredi, nisi illi qui sunt in præceptis exercitati. Dominus enim consilium perfectionis dedit adolescenti, qui dixerat se præcepta à iuuentute seruasse: sed à Christo sumpsit initium omnis religio. ergo videtur quòd non sint ad religionem admittendi, nisi qui sunt in præceptis exercitati. *Quol. 4. ar. 2. et opus. 17. ca. 2. vsque ad 10. inclusiue.*

¶ 2 Pręterea, Gregorius dicit super Ezechielem,* Nemo repente fit summus, sed in bona cõuersatione à minimis quis inchoat, vt ad magna perueniat: sed magna sunt consilia, quæ pertinent ad perfectionem vitæ, minora autem præcepta sunt, quæ pertinent ad communem iustitiam. ergo videtur quòd non debeant aliqui ad obseruantiam consiliorum religionem intrare, nisi prius fuerint in præceptis exercitati. *Hom. 15.*

¶3 Præterea, Sicut ordines sacri habent quandam excellentiam in Ecclesia, ita & religionis status. Sed sicut Gregorius scribit Anglorum episcopo*, & habetur in Decretis distinctione decimaoctaua, Ordinatè ad ordines accedendum est. Nam casum appetit, qui & summi loci fastigia, postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum. Scimus enim quòd ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis suæ humore siccentur, ne si antè pondera accipiant quàm solidentur, cunctam simul fabricam deponant. Ergo videtur quòd non debeant aliqui ad religionem transire, nisi in præceptis sint exercitati. *In Registro c. 111.*

¶4 Præterea, Super illud Psalm. centesimitrigesimi, Sicut ablactatus super matre sua, dicit glos. In vtero matris Ecclesiæ primo concipimur, dum fidei rudimentis instruimur. Deinde in lucem educimur, dum per baptismum regeneramur. Deinde quasi manibus Ecclesiæ portamur & lacte nutrimur cùm post baptismum bonis operibus informamur, & lacte spiritualis doctrinæ nutrimur proficiendo, donec iam gradiusculi à lacte matris accedamus ad mensam patris, id est, à simplici doctrina, vbi prædicatur, Verbum caro factũ est, accedamus ad Verbum patris in principio apud Deum. Et postea subdit, Quia nuper baptizati in sabbatho sancto quasi manibus Ecclesiæ gestantur & lacte nutriuntur vsque ad Pentecosten, quo tempore nulla difficilia inducuntur, non ieiunatur, non media nocte surgitur. Postea Spiritu paracleto cõfirmati, quasi ablactati incipiunt ieiunare, & alia difficilia seruare. Multi verò hunc ordinem peruerterunt, vt hæretici & schismatici se ante tempus à lacte separantes, vnde extinguntur. Sed hunc ordinem peruertere videntur illi, qui religionem intrant, vel alios ad intrandum inducunt antequam sint in faciliori obseruantia pręceptorũ exercitati. Ergo videtur quòd sint hæretici vel schismatici.

¶5 Præterea, A prioribus ad posteriora est transeundum. Sed præcepta sunt priora consiliis, quia sunt communiora, vtpote à quibus non conuertitur existendi consequentia. Quicunque enim seruat consilia, seruat præcepta, sed non conuertitur. Congruus autem ordo est vt ad posteriora transeatur. ergo non debet aliquis transire ad obseruantiam consiliorũ in religione, nisi prius sit exercitatus in præceptis.

¶SED CONTRA est, quod Dominus Matthæũ publicanum

Et idem videtur in Ioanne Baptista & Antonio ac Benedicto contigisse, quoniam à perfecta obseruantia præceptorum charitatis, consilia susceperunt eremi, &c. Tertia comparatio ibi, Obseruãtia verò præceptorum charitatis secundum cõmunem modum, est inter obseruantiam communi modo præceptorum charitatis, & aliorum præceptorum ex vna, & consilia ex altera parte. Et attenditur secundum tria. Primò in hoc quòd se habent vt commune & proprium, seu quasi superius & inferius, ita ꝙ obseruantia communi modo vtrorunque præceptorum est vt commune, obseruatio consiliorum vt proprium, quia illa potest esse sine ista, sed non contra. Secundò in hoc quòd illa est prior ista ordine naturæ. Et patet, quia prius est à quo non conuertitur cõsequentia. Tertiò in ordine temporis. Et dicitur, quòd non oportet quòd illa sit etiam prior tẽpore, sicut nõ oportet quòd animal sit prius tempore quacunque sua specie. Potest enim esse simul tempore cum quacunque sua specie, nec potest inueniri extra omnem suam speciem. Vnde licet obseruantia præceptorũ sit prior natura, vtpote tanquam generis natura, non oportet tamen quòd sit prior tempore ista sua specie, scilicet obseruatione præceptorum cum consiliis: quia non est secundum existentiam tẽporis prius aliquid in genere quàm sit in aliqua specierum, quoniam genus non est propter species suas. Potest ergo & prius tempore, & potest non prius, sed simul tempore esse obseruantia præceptorum cum consiliis. Prius quidem, si prius præcepta sine consiliis seruarentur. Non prius autem, si simul vtraque seruantur. Non oportet ergo quòd sit prius tempore huiusmodi præceptorum obseruantia. Quarta comparatio ibi, Obseruantia vero præceptorum sine consiliis est inter obseruantiam præceptorum sine consiliis, & obseruantiam eorundem cum consiliis. Et attenditur secundum tria. Primò in hoc, quòd ambo sunt species vnius generis, scilicet obseruantiæ præceptorum, abstrahendo ab hoc vel illo modo, sed prima est vt species imperfecta: secunda, vt species perfecta, puta sicut irrationale & rationale respectu animalis. Secundò quo ad ordinem naturæ. Et dicitur quòd secunda est prius natura, quia perfectum est prius natura imperfecto. Tertio quo ad ordinem temporis. Et dicitur quòd non est necessariò inter illa ordo temporis, sed potest quælibet earum esse, altera non præexistente. Non enim oportet prius esse in statu coniugij quàm in statu virginali. Ibi præceptum est sine consilio, hic consilium etiam seruatur. Et per hæc respondet directè argumento, concludens, quòd oportet prius aliquem esse bonum secularem ad hoc quòd sit religiosus. Cum his tamẽ omnibus caue ne subitò ad religionem recipias eos qui diuturna sunt consuetudine adstricti enormibus vitiis, quales sunt lenones, latrones, & huiusmodi, quoniam etsi scriptum sit, quòd publicani & meretrices præcedent vos in regno cælorum, scriptum est etiã, Videte quomodo cautè ambuletis. Non est tutũ tales criminosos repentè in societatem innocentum quodammodo, iuuenum introducere. Timendum est ne doceant alios mala, ne corrumpãt alios, &c.

¶ Super

Q. præc. art. 1. — *c.19.to.9.* — *Ho.8.to.3.* — *Q.184. artic.3.*

canum, qui in obseruantia præceptorum exercitatus non erat, aduocauit ad consiliorum obseruantiam. Dicitur enim Lucæ quinto, quòd relictis omnibus secutus est eum. Non ergo est necessarium quòd ante aliquis exerceatur in obseruantia præceptorum, quàm transeat ad perfectionem consiliorum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex supradictis patet*, status religionis est quoddam spirituale exercitium ad consequendam charitatis perfectionem, quod quidem fit inquantum per religionis obseruantiam auferuntur impedimenta perfectæ charitatis. Hæc autem sunt quæ implicant affectũ hominis ad terrena. Per hoc autem quòd affectus hominis implicatur ad terrena, non solùm impeditur perfectio charitatis, sed interdum etiam ipsa charitas perditur, dum per inordinatam conuersionem ad bona temporalia homo auertitur ab incommutabili bono mortaliter peccando. Vnde patet quòd religionis obseruantiæ sicut tollunt impedimenta perfectæ charitatis, ita etiam tollunt occasiones peccandi: sicut patet, quòd per ieiunium & vigilias & obedientiam & alia huiusmodi retrahitur homo à peccatis gulæ & luxuriæ, & à quibuscunque aliis peccatis. Et ideo religionem ingredi non solùm expedit iis qui sunt exercitati in præceptis, vt ad maiorem perfectionem perueniant, sed etiam iis qui sunt exercitati, vt facilius peccata vitent, & perfectionem assequantur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Hieronymus dicit super Matthæum*, Mentitus est adolescens dicens, Hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Si enim quod positum est in mandatis, Diliges proximum tuum sicut teipsum, opere complesset, quo modo postea audiens, Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, tristis recessisset? Sed intelligendum est eum mentitum esse, quantum ad perfectam obseruantiam huius præcepti. Vnde Origenes super Matthæum* dicit quòd scriptum est in Euangelio secundum Hebræos, quòd cùm Dominus dixisset ei, Vade & vende omnia quæ habes, cœpit diues scalpere caput suum, & dixit ad eum Dominus, Quomodo dicis, feci legem & prophetas, cùm scriptum sit in lege, Diliges proximum tuum sicut te ipsum? Et ecce multi fratres tui filij Abrahæ amicti sunt stercore morientes fame, & domus tua plena est multis bonis, & non egreditur aliquid omnino ex ea ad eos. Itaque Dominus redarguens eum dicit, Si vis perfectus esse, vade, &c. Impossibile est enim implere mandatum, quod dicit, Diliges proximum tuũ sicut teipsum, & esse diuitem, & maximè tantas possessiones habere, quod est intelligendum de perfecta impletione huius præcepti. Imperfectè autem & communi modo verum est eum obseruasse præcepta. Perfectio enim principaliter in obseruantia præceptorum charitatis consistit, vt suprà habitum est*. Vt ergo Dominus ostenderet perfectionem consiliorum vtilem esse & innocẽtibus & peccatoribus, non solùm vocauit adolescentem innocentem, sed etiam Matthæum peccatorem. Sed tamen Matthæus secutus est vocantem, non autem adolescens, quia facilius conuertuntur ad religionem peccatores quàm illi qui de sua innocentia præsumunt, quibus dicit Dominus Matthæi vigesimoprimo, Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd summum & infimum tripliciter accipi possunt. Vno modo in eodem statu & in eodem homine, & sic manifestum est, quòd nemo repẽtè fit summus, quia vnusquisque rectè viuens toto tempore vitæ suæ proficit vt ad summum perueniat. Alio modo, per comparationem ad diuersos status. Et sic non oportet quòd quicunque vult ad superiorem statum peruenire, à minori incipiat, sicut non oportet, quòd qui vult esse clericus, prius in laicali vita exerceatur. Tertio modo quantum ad diuersas personas. Et sic manifestum est, quòd vnus statim incipit nõ solùm ab altiori statu, sed etiam ab altiori gradu sanctitatis, quàm sit summũ, ad quod alius peruenit per totam vitam suam. Vnde Gregorius dicit in secundo dialogo. Omnes cognoscant, à quanta Benedictus puer conseruationis gratia & perfectione cœpisset.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà dictum est*, ordines sacri præexigũt sanctitatem. Sed status religionis est exercitium quoddam ad sanctitatem assequendam. Vnde pondus ordinum imponendum est parietibus iam per sanctitatem desiccatis. Sed pondus religionis desiccat parietes, id est, homines ab humore vitiorum. *q.184. art.6.*

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut manifestè ex verbis illius glossæ apparet, principaliter loquitur de ordine doctinæ, prout transeundum est à facilioribus ad difficiliora. Vndę ꝙ dicit, hæreticos & schismaticos hunc ordinem peruertere, manifestum est ex sequentibus, ad ordinem doctrinæ pertinere. Sequitur enim, Hic verò se seruasse, scilicet prædictum ordinem dicit constringens se maledicto. Sic quasi non modo in aliis fui similis, sed etiam in scientia, quia humiliter sentiebam, quia prius nutritus lacte, quod est, Verbum caro factum est, vt sic crescerem ad panẽ angelorum, id est, ad Verbũ, quod est in principio apud Deum. Exemplum autem quod in medio interponitur, quòd nouiter baptizatis non indicitur ieiunium vsque ad Pentecosten, ostendit quòd non sunt ex necessitate ad difficilia cogendi, antequam per Spiritum sanctum interius ad hoc instigentur, vt difficilia propria voluntate assumant. Vnde & post Pentecosten post receptionem Spiritus sancti ieiunium celebrat Ecclesia. Spiritus autem Sanctus, sicut Ambrosius dicit super Lucam*, non arcetur ætatibus, non finitur morte, non excluditur aluo. Et Gregorius dicit in Homilia Pentecostes*, Implet citharœdum puerum, & Psalmistam facit, implet puerum abstinentem, & iudicem senum facit. Et postea subdit, Nulla ad discendum mora agitur, in omne quod voluerit mox vt tetigerit mentem docet. Et sicut dicitur Ecclesiastici octauo, Non est in hominis ditione prohibere spiritum. Et Apostolus primæ ad Thessaloni. quinto monet, Spiritum nolite extinguere. Et Actorum septimo, contra quosdam dicitur, Vos semper Spirituisancto restitistis. *Lib. 1. ca. de turbati Zach. confirmat.* ** Hom. 30 in Euãg. longe à fine.*

¶Ad quintum dicendum, quòd præceptorum quædam sunt principalia, quæ sunt quasi fines præceptorum & consiliorum, scilicet præcepta charitatis, ad quæ consilia ordinantur, non ita quòd sine consiliis seruari non possint, sed vt per consilia perfectius obseruentur. Alia vero sunt præcepta secundaria, quia ordinantur ad præcepta charitatis, vt sine quibus præcepta charitatis, seruari non possunt omnino. Sic ergo perfecta obseruantia præceptorum charitatis præcedit intentione consilia, sed interdum tempore sequitur. Hic est enim ordo finis respectu eorum, quæ sunt ad finem. Obseruantia vero præceptorum charitatis secundum communem modum, & similiter alia præcepta comparantur ad consilia sicut commune ad proprium, quia obseruantia præceptorum potest esse sine cõsiliis, sed non conuertitur. Sic ergo obseruantia præceptorum communiter sumpta præcedit ordine naturæ consilia, non tamen oportet quòd tempore, quia non est aliquid prius

Universidad de Deusto Biblioteca

in genere quàm sit in aliqua specierum. Obseruantia verò præceptorum sine consiliis ordinatur ad obseruantiam præceptorum cum consiliis, sicut species imperfecta ad perfectam, sicut animal irrationale ad rationale. Perfectum autem naturaliter prius est imperfecto. Natura enim, vt Boetius dicit, à perfectis sumit initium. Nec tamen oportet quòd prius obseruentur præcepta sine consiliis, & postea cũ consiliis: sicut non oportet q aliquis prius sit asinus quàm homo, vel quòd prius sit coniugatus quàm sit virgo. Et similiter non oportet quòd aliquis prius seruet præcepta in seculo quàm transeat ad religionem, præsertim quia conseruatio secularis non disponit ad perfectioné religionis, sed magis impedit.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum debeant aliqui voto obligari ad religionis ingressum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non debeant aliqui voto obligari ad religionis ingressum. Per professionem enim aliquis voto religionis adstringitur. Sed ante professionem cóceditur annus probationis secundum regulam beati Benedicti, & secundum statutum Innocentij quarti*, qui etiam prohibuit ante annum probationis completum eos per professionem religioni adstringi. ergo videtur quòd multo minus adhuc in seculo existentes debeant voto ad religionem obligari.

¶2 Præterea, Gregorius in registro* dicit, & habetur in Decretis distinctione quadragesimaquinta, quòd Iudæi nõ vi, sed libera voluntate vt conuertantur suadendi sunt. Sed implere id quod vouetur, necessitatis est. ergo non sunt aliqui obligandi ad religionis ingressum.

¶3 Præterea, Nullus debet alteri præbere occasionem ruinæ. Vnde Exodi vigesimoprimo dicitur, Si quis aperuerit cisternam, cecideritque bos vel asinus in eam, dominus cisternæ reddet pretium iumentorum. Sed ex hoc quòd aliqui obligantur ad religionem per votũ, frequenter aliqui ruunt in desperationem, & in diuersa peccata. ergo videtur quòd non sint aliqui ad religionis ingressum voto obligandi.

¶SED CONTRA est, quod in Psal.75. dicitur, Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Vbi dicit gl*. q quædã sunt vota propria singulorũ, vt castitas, virginitas, & huiusmodi. Ad hæc ergo vouẽda inuitat nos sacra Scriptura, quæ non inuitat nisi ad id quod est melius. ergo melius est, quòd aliquis voto se obliget ad religionis ingressum.

¶RESPONDEO dicendum, q sicut suprà dictum est* cùm de voto ageretur, vnum & idem opus ex voto factũ est laudabilius quàm si sine voto fiat, tũ quia vouere est actus religionis quæ habet quandam excellentiam inter virtutes, tum quia per votum firmatur voluntas hominis ad bonum faciendum. Et sicut peccatum est grauius ex hoc, quòd procedit ex voluntate obstinata in malũ: ita bonũ opus est laudabilius ex hoc, q procedit ex voluntate confirmata in bonum per votum. Et ideo obligari voto ad religionis ingressum, est secundum se laudabile.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd duplex est religionis votum. Vnũ solẽne, quod hominem facit monachũ, vel alterius religionis fratrem, quod vocatur professio, & tale votum debet præcedere annus probationis, vt probat obiectio. Aliud autem est votum simplex, ex quo aliquis non fit monachus, vel religiosus, sed solùm obligatur ad religionis ingressum, & ante tale votum non oportet præcedere probationis annum.

¶Ad secũndum dicendum, q authoritas illa Gregorij intelligitur de violẽtia absoluta. Necessitas autem quæ ex obligatione voti requiritur, non est necessitas ex fine, quia scilicet post votum non põt aliquis finẽ salutis cõsequi, nisi impleat votum. Talis autem necessitas nõ est vitanda, quinimò vt Aug. dicit ad Armentariũ & Paulinam*, Felix est necessitas, quæ ad meliora transmittit.

¶Ad tertium dicendum, quòd vouere religionis ingressum, est quædã confirmatio voluntatis ad meliora. Et ideo quãtum est de se, non dat homini occasionẽ ruinæ, sed magis subtrahit. Sed si aliquis voti transgressor grauius ruat, hoc non derogat bonitati voti, sicut nec derogat bonitati baptismi, quod aliqui post baptismum grauius peccant.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum ille qui obligatus est voto ad religionis ingressum, teneatur intrare religionem.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ille qui obligatus est voto ad religionis ingressum, non teneatur intrare religionem. Dicitur enim in Decret. decimaseptima quæstione secũda, Gonsaldus presbyter quondã ĩfirmitate ac feruore passiõis press⁹, monachũ se fieri promisit: Nõ tñ monasterio, aut Abbati se tradidit, nec promissionẽ scripsit, sed beneficiũ Ecclesię in manum aduocati refutauit: at postquam conualuit, monachũ se negauit fieri. Et postea subditur, Iudicamus, vt præfatus presbyter beneficiũ & altaria recipiat, & quietè retineat. Hoc autẽ non esset, si teneretur religionem intrare. ergo videtur quòd nõ teneatur aliquis implere votum quo se ad religionis ingressum obligauit.

¶2 Præterea, Nullus tenetur facere id quod nõ est in potestate ipsius. Sed quòd aliquis religionem ingrediatur, non est in potestate ipsius: sed requiritur ad hoc assensus eorum, ad quos debet transire: ergo videtur quòd non teneatur aliquis implere votum quo quis se ad religionis ingressum obligauit.

¶3 Præterea, Per votum minus vtile non potest derogari voto magis vtili. Sed per impletionem voti religionis impediri posset impletio voti crucis in subsidium Terræ sanctæ, quod videtur esse vtilius, quia per hoc votum consequitur homo remissionem peccatorum. ergo videtur quòd votũ, quo quis se obligauit ad religionis ingressum, non sit ex necessitate implendum.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesiastici 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Et super illud Psalm. 75. Vouete & reddite domino Deo vestro: dicit gloss.* Vouete voluntati consulitur: sed post voti promissionem redditio necessariò exigitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est *, cùm de voto ageretur, votum est promissio Deo facta de iis quæ ad Deum pertinent. Vt autem August. dicit in epistola ad Bonifacium *. Si inter homines bonę fidei solent contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta non poterit? Et ideo ad implendum id quod homo vouit, ex necessitate tenetur: dummodo sit aliquid quod ad Deũ pertineat. Manifestum est autem quòd ingressus religionis maximè ad Deum pertinet: quia per hoc homo totaliter se mancipat diuinis obsequiis, vt ex supradictis patet*. Vnde relinquitur, quòd ille qui se obligat ad religionis ingressum, teneatur religionem ingredi, secundum quod se voto obligare intendit: ita scilicet, quòd si intendit se absolutè obligare, tenetur quàm citius poterit ingredi legitimo impedimento cessante. Si autem ad certum tempus, vel sub certa conditione tenetur religionem ingredi tempore adueniente, vel conditione existente.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille presbyter non fecerat votum solenne, sed simplex. Vnde non erat monachus effectus, vt cogi deberet de iure in monasterio remanere, & Ecclesiam dimittere. Tamen in foro conscientię esset sibi consulendum, quòd omnibus dimissis religionem intraret. Vnde extrà, de voto & voti redemptione, capitulo, Per tuas,* consulitur episcopo Gratianopolitano, qui post votum religionis episcopatum assumpserat, voto non impleto, vt si suam saluare desideraret consciẽtiam, regimen Ecclesiæ resignaret, & redderet Altissimo vota sua.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd sicut suprà* dictum est, cùm de voto ageretur, ille qui se voto obligauit ad certæ religionis ingressum, tenetur facere quantum in se est, vt in illa religione recipiatur. Et siquidem intendit se simpliciter ad religionem obligare, si non recipitur in vna religione, tenetur ire ad aliam. Si verò se intendit specialiter obligare ad vnam solùm, non tenetur nisi secundum modum obligationis suæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd votũ religionis, cùm sit perpetuũ, est maius quàm votum peregrinationis Terræ sanctæ, qđ est tẽporale. Et sicut Alexãder tertius dicit, & habetur extrà, de voto & voti redẽptione, ca. scripturæ*: reus fracti voti aliquatenus nõ habetur qui tẽporale obsequium in perpetuã noscitur religionis obseruantiam cõmutare. Rationabiliter autẽ dici potest, quòd etiam per ingressum religionis aliquis cõsequatur remissionem omniũ peccatorum. Si enim aliquibus eleemosynis factis hõ potest statim satisfacere de peccatis suis, secũdum

¶ *Super Quæstionis centesimæoctuagesimænonæ Articulum secundum.*

IN articulo secundo eiusdem vltimæ quæstionis hoc solum scribendum occurrit, quòd licet vouere religionis ingressum sit laudabile, non tamen laudo, quòd facilis sit persona ad vouendum talem ingressum, quoniam etsi omne votum exigit tria, scilicet deliberationem, propositum & promissionem, præcipuè tale votum cum matura & discussa animi libertate agendum est, multo magis quàm vouere dare magnam pecuniæ summam, aut facere maximam peregrinationem, quanto magis est ingredi religionem quàm quodcunque aliud, cùm in hoc cætera vota commutari possint. Quocirca quamuis laudabile sit inducere (vt infrà dicitur) aliquem ad religionem, nõ laudo tamen inducentẽ ad vouendum religionis ingressum: quia quod ex inductione alterius fit votum, non omnino spõte fit, non ideo liberè fieri videtur. Testatur autẽ magistra rerum experiẽtia, quòd minus lætè tota vita agitur, cùm recolit se quis non sponte, non ex proprio affectu, sed aliena inductione maritum talem accepisse, & quanto magis vitam in carne præter carnem agere in paupertate, &c.

Suprà q°. 188. ar.9. & quol.3. art.11. & Opusc. 17. ca. 11.12. & 13.

In Decretal. lib. 3. de regu. c.1.

¶ *Super Quæstionis centesimæoctuagesimænonæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio eiusdem vltimæ quæstionis in responsione ad primum dubium occurrit, tum quia votum non minus ligat quàm iuramentum, ac per hoc sicut potest cogi quis ad seruandum iuramentum, ita potest cogi ad seruandum votum, vt etiam patet in capitulo, ex parte, extrà de censibus. Tum quia ex eo quòd iste presbyter vouendo resignauit beneficio, censetur voluisse totaliter mutare voluntatem suam, iuxta capit. Beneficium, de regularibus in sexto, vbi dicitur quòd potest alteri conferri beneficium nouitij, si constet quòd voluerit absolutè vitam mutare. Tum quia minus consonam pastorali officio responsionem dedisse videtur pontifex ille, scilicet Alexander secundus decimaseptima quæstione secunda, capit. Gonsaldus.

In Decre. dist.45.c. de Iudæis.

Aug. hoc loco to. 8.

¶ In eadem responsione ad primum, dubium occurrit de vinculo Episcopi habentis votum religionis, quia malè videtur Papa consulere illi Episcopo. Tum quia maius vinculum tollit minus. Constat autem vinculum Episcopi esse maius quàm simpliciter votum quod prius fecerat ad religionem, cùm sit adeo obligatorium, vt non liceat ad religionem transire, & sit Episcopus sponsus Ecclesiæ, ita quòd est spirituale matrimonium contractum inter ipsum & Ecclesiam. Et confirmatur, quia habens votum simpliciter religionis arctioris, si profitetur de facto laxiorem, non tenetur ad arctiorem, vt patet in capitulo, qui post, de regularibus in sexto. Multo ergo magis qui tenetur voto simplici ad statum imperfectiorem, si de facto profitetur statum perfectiorem, non teneri debet ad imperfectiorem. Sed, vt patet ex supra dictis, status religionis est imperfectior statu episcopali. Si igitur professus est de facto quis episcopalem statum, non tenetur ad implendum votum de statu imperfectiori, scilicet de religione.

¶ In eadem responsione ad primum, dubium occurrit, quia Autor votum Episcopi æquiparat voto presbyteri, ex hoc arguendo ad istud. Et tamen in dicto capitulo per literas, dicitur expressè quòd Episcopus vouerat solenniter vt fieret monachus. Et de presbytero non dicitur quòd vouerit, aut promiserit absolutè. Votum autem non est quælibet promissio, sed promissio facta Deo, vt patet ex supradictis.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd litera non dicit presbyterum illum ligatum voto simplici, non posse de iure cogi ad religionis ingressum vt obiectio interpretatur, sed dicit quòd non debeat de iure cogi vt monachus ad remanendum in monasterio. Vbi duo puncta tanguntur. Primum quòd non debet cogi vt monachus, quod constat esse verum. Et hoc expresse intendit etiam Papa in illa responsione, vt patet in ratione ibi subiuncta, scilicet quia non erat monachus. Secundum quòd non debet cogi ad remanendum in monasterio: quoniam (vt infrà patebit) adstrictus voto simplici non tenetur remanere in monasterio, sed potest infra probationis annum exire. Cum vtroque autem horum stat, quòd potuisset de iure cogi ad ingressum religionis, vt experiretur nouitius illam, quia ad hoc obligatus erat ex voto simplici.

q.88.ar.6

¶ Ad secundam obiectionem dicitur, quòd iste presbyter non assumpserat habitum monachalem etiam vt nouitius. Et propterea in ipso non habet locum theorica illa de volente vitam mutare, quoniam præsupponit hominem talem esse nouitium, vt patet extrà, de regularibus, cap. Consulti, & statuimus.

Epist. 45. to.2.

¶ Ad tertiam obiectionem dicitur, quòd potuisset Alexander secundus subiungere illud quod Author subdit, quod Innocentius tertius consuluit Episcopo Gratianopolitano in capitulo, per tuas, & fuisset melior responsio. Illa tamen quæ data est, non fuit minus bona, hoc est, mala: quia nihil iniustitiæ continet, vt patet ex supradicta declaratione, quamuis fuerit minus bona, hoc est, nõ tam bona, quàm fuisset si subiunctum fuisset, quid Deo deberet presbyter ille.

Suprà q°. 88. art.3. ad 2. & quol.3.arti.12.

¶ Ad secundum dubium propter eius difficultatem vt opinionum varietas circa hoc ostendit, vt habes in dicto capitulo, per tuas, à Panormitano, sciendum est quòd ratio difficultatis in hac quæstione consistit in discernendo an ille Episcopus esset sine illa Decretali obligatus ad relinquendum Ecclesiam & profitendum religionem promissam, an propter istam Decretalem statutum fuerit ius nouum vt teneatur in foro conscientiæ relinquere Ecclesiam & reddere Altissimo vota sua. Nam si dicatur quòd ille poterat & tenebatur in foro conscientiæ adire religionem, insurgunt allatæ difficultates de maioritate vinculi, & matrimonio spirituali. Si verò non tenebatur, sed ex hoc iure nouo tenentur modo Episcopi, non debebat Papa consulere sub tali cõditione, si vis saluare animam tuam, cùm ille ante conditum hoc ius inciderit in casum hunc. Videtur autẽ mihi ex natura vinculi episcopalis soluenda hæc quæstio.

¶Ad cuius euidentiam scito, q vinculum voti simplicis habet vim promissionis & spectat ad fidelitatem hominis ad Deum. Vinculum verò matrimonij consummati habet vim alienatæ possessionis, & spectat ad iustitiam: ita quòd oppositum rapina esset alienæ rei. Vinculum autem matrimonij spiritualis inter Episcopum & Ecclesiam medium quodammodo est inter ista, & spectat ad fidelitatem quam homo debet Ecclesiæ. Habet enim vim alienatæ possessionis inquantum homo se dedit Ecclesiæ ad superintendendum: & alligatus est illi. In hoc excedit vim voti simplicis. Et propterea non potest Episcopus transire ad religionem, & consequenter non potest vouere ingressum religionis. Quia tamen vinculum istud dissolubile est de consensu Ecclesiæ, hoc est summi Pontificis, qui solus plenariè curam habet Ecclesiæ, dissolubile dico non solùm quo ad cohabitationẽ, sed quo ad vinculum: ideo minus est quàm vinculum matrimonij carnaliter consummati, quod sola morte quo ad vinculum dissoluitur. Et propterea potest Episcopus de apostolico consensu Ecclesiam deserere & religionem ingredi. Quia igitur episcopale vinculum quodammodo maius, & quodammodo minus est voto religionis simplici. Nam minus est quo ad hoc, quia illud ad fidelitatẽ quam homo Deo debet, istud ad iustitiam inter hominem & Ecclesiam spectat. Maius vero est, quia illud solam habet promissionem suæ personæ: istud verò alienationem habet suæ personæ: ideo absolutè loquendo vtriusque ratio in huiusmodi voto & vinculo habenda est. Et ille Episcopus non tenebatur adire religionem de iuris rigore, sed pœnitentiam agere violati voti coram Deo. Tamen ex quo rationabilem habebat causam petendi licentiam cedendi, debebat consulere sedem apostolicam vt fecit. Et si negata fuisset licentia, tutus in episcopatu remansisset. Si autem cõcessa, vt de facto accidit sibi & propter ipsum cæteris in simili casu, debebat implere vota sua, & religionem adire. Est igitur nouo istius Decretalis iure consulendo statutũ, vt Episcopus qui iam fecerat publicũ votum religionis absque alia licentia, si vult animam suam saluare, religionem ingrediatur, Ecclesiam deserendo: ita quòd sine hoc nouo iure non poterat sine licentia Apostolicæ sedis Episcopus votum suũ implere. Sed quia debebat petere, ideo petenti Papa annuens consulit, quòd si vult saluare se, religionem adeat. Ex hoc enim ipso quòd Papa non retinet ipsum, incurrit necessitatem implendi votum. Et ideo præsupposito sedis apostolicæ in hoc casu consensu, qui per istam Decretalem promulgatus est, necessitas in foro conscientiæ adeundi religionem sub illa conditionali exprimitur.

Habetur in Decre. lib.1. tit. 34. c. 6. & 7.

** q. 88. art. 1.*

Epist. 50.

¶ Ad obiectiones ergo in oppositum pro quanto concernunt maioritatem vinculi, iam dictum est. Pro quanto verò concernunt maioritatem perfectionis, restat dicendum. Pro vtroque tamen scito, quòd maioritas vinculi non absoluit à voti simplicis vinculo simpliciter, sed solùm durante illo maiori vinculo: vt patet de habente votum simplex religionis, & tamen contrahente & consummante matrimonium. Talis enim non est absolutus propter matrimonij vinculum à voto: sed durante matrimonio non tenetur illud implere: cõiuge autem defuncta tenetur implere suum votum. Sed maioritas vinculi in statu perfectiori absoluit simpliciter à voto minoris boni, vt patet de eo qui vouit ingredi religionem laxiorem, & profitetur arctiorem. Talis ex maioritate vinculi excusatur ab implendo voto: & ex perfectioris religionis statu totaliter absoluitur à priori voto, vt pote melius consummato, &c. Hoc tamen habet locum vbi status, secundum perfectum & imperfectum ita distinguuntur, quòd in maiori clauditur minus: sicut se habent diuersæ religiones, quæ omnes sunt eiusdem generis in perfectionis statu, &c. Sed vbi status perfectionis genere distinguuntur, ita quòd in maiori non claudatur minus, locum non habet absolutio hæc. Et quia sic se habent status religiosus & status episcopalis: quoniam ille est status perfectionis propriæ, iste alienæ formaliter loquendo, vt ipsum Episcopi nomen sonat: ideo ex vinculo episcopali, nisi ius concederet, impediretur Episcopus ab implendo voto religionis, quod fecerat: sed non esset propterea votum consummatum ex perfectiori statu episcopali: quia in hoc maiori non clauditur tale minus. Et per hæc patet solutio omnium obiectorum.

¶ Ad dubium tertium dicitur, quòd propriè loquendo, votum solenne est solùm illud quod impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit contractum: & sic distinguitur cõtra votum simplex. Et quia non solennizatur votum, nisi per professionem approbatę religionis, vel sacrum ordinem, vt patet in capitulo, quod votum, in sexto, de voto. Ideo constat quòd votum Episcopi Gebenn. non fuit solenne, sed simplex: quia vt in litera illa dicitur, vouit vt fieret monachus. Vouit ergo futurũ non præsentem monachatum. Et rursus, si fuisset solenne votum religionis, iam fuisset Religiosus, & non fuisset sibi dicendum, vt dimitteret Ecclesiam, sed vt seruaret religionem: sicut episcopi religiosi tenentur seruare. Quod autem in illa litera dicitur, quòd solenniter vouit: largè vsus est Pontifex ibi solennitatis nomine: quia cùm quidam solennitate cæremoniali vouerat. Presbyter quoq; ille qui promisisse dicitur se futurum monachum, non nisi Deo intelligitur promisisse: cui communiter huiusmodi promissiones solent fieri: & ideo votum simplex dicitur habuisse, &c.

q°. 186. art.1.

Lib.3. tit. 34. ca.10.

q.88. art. 3. ad 2.

¶In respõsione ad secundum eiusdem articuli tertij, dubium occurrit, ad quid tenetur astrictus voto ingrediendi religionem, si nullam inuenit volentem eum recipere.

¶ Ad hoc dicitur quòd Innocentius quartus in ca. porrectum, extrà, de regul. & trãseuntibus ad reli. dixit quòd tenetur fieri Religiosus in manibus Episcopi, & manere Religiosus in domo sua. Et ratio huiusmodi est: quia sic implet votum suum quantum potest. Et licet hoc tutius videatur, non tamen astringendus ad hoc etiam in foro conscientiæ videtur, quia ita se habet adstrictus ad religionem aliquam in communi ad omnem religionem, sicut se habet adstrictus ad vnam tantùm ad illam vnam. Sed adstrictus ad vnam tantùm, non tenetur sub Episcopo illam profiteri, si religio illa non vult eum. Ergo adstrictus ad quancunque, si ab omni refutatur, non tenetur sub Episcopo religionem aliquam profiteri. Minor patet. Et maior probatur: quia implicitè in voto religionis clauditur assensus religionis acceptaturæ: sicut explicitè clauditur in voto huius tantùm religionis assensus illius: ita quòd intendit vouens, quòd si illa renuit, non vult ad aliam teneri. Et similiter si omnes renuunt, non vult ad aliud teneri, præcipuè cùm vouens intendat religionem assumere vt Religiosus, & non vt in domo mansurus propria. Et proculdubio si hoc occurrisset, nullus vouisset nisi cum exceptione hac: quoniam, vt dictum est, intendunt vitam & conuersationem mutare, & non solùm profiteri, &c. Refutatus igitur ab omnibus, absolutus remanet à religionis voto: ac per hoc liber est vt antea, &c.

Lib.3. tit. 34.c.4.

¶ In responsione ad tertium eiusdem tertij art. dubium occurrit, an quis propria authoritate possit votum peregrinationis Terræ sanctæ commutare in votum religionis, vel requiratur superioris arbitrium. Et est ratio dubij: quia Innocentius quem Panormita, sequitur in allegato in litera capitulo, dicit se credere quòd non requiratur Superioris authoritas, tutius tamen est petere illam. Et sic quasi ambigua remanet hæc quæstio.

¶ Ad hoc dicitur, q secundũ Authoris doctrinã, nullũ dubiũ est in hac quæstione: quoniã põt quilibet quodlibet suũ votũ in votũ religionis propria authoritate cõmutare: ita q nõ peccat si ingressurus religionẽ habẽs multa vota, votũ regionis loco omniũ emittat. Et sic omissis votis aliis religionẽ ingreditur professurus post annũ illã: ita q cõmutatio in professione, quod proprię est votũ religionis, cõmutari intelligat. Et rõ est, q a professio sine vitæ cõmutatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

gato ex Decretis in litera dicitur, quòd possunt statim parentes reuocare. Sed votum simplex potest etiam post ætatem legitimam à parentibus reuocari si in ætate legitima non est ratificatum: quia ex quo natura talis voti habet conditionem illam implicitam, & nunquam post alteratũ est votum tale, quamuis mutata sit persona quæ vouit, remanet votum in natura, & qualitate sua. Et consequenter cùm à principio fuerit sine præiudicio paternæ potestatis, sic semper perseuerat, nisi approbetur. Et scito quòd aliud est approbare seu ratificare, & aliud est credere esse validum, & propterea habere intentionem adimplendi. Nam approbare vel ratificare ad actũ spectat voluntaris, qua quis vult riune quod olim voluit. Credere autem esse validum spectat ad intellectum. Intendere autem exequi, quia præsupponitur validum, licet spectet ad voluntarem, nihil tamen facit ad ipsum votum, sed solum ad exe cutionem voti quam respicit, vt patet. Et ideo si aliquis ante pubertatem simplici voto vouit, & *Cap. 3.*

q.186.ar. 1.ad 4. postea in legitima & libera ætate considerans suum votum, credens illud esse absolutè validum, intendit millies illud adimplere, non proterea coram Deo ratificauit, aut approbauit. *q.187. ar. 6.*

¶ In eodem artic. quinto, de pueris nutriendis in religione considera cautè rationem literæ, & conſ ude quòd in illis locis expedit pueros nutriendos in religione dari, in quibus optandum est vt similes fiant illis, quorum consortio dantur. Vbi autem personæ, quarum consortio dantur, reprobæ aut infames, aut deuiæ à regularibus sunt institutis, magna dementia est dare illis pueros, aut puellas nutriendas. Et hic error hodie in multis viget locis, dum dantur pueri & puellæ monasteriis Religiosorum, seu Religiosarum vitæ communis, qui vulgò conuentuales seu clauſtrales appellantur, quo fit vt reformandi, nunquam reformari possint: dum transgressores vitæ regularis continuè nutriuntur ac augentur. Vnde sanciri deberet, vt nullus puer, nulla puella possit religioni tradi, nisi vbi verè viuitur regulariter. Sic enim aut extinguerentur irregulariter viuentes, aut reformaretur vexatione dante eis intellectum. *Suprà qo. 101.ar.4. ad 3.&4. Et 4. dist. 38.q.2.ar. 4.q. 2.ad 2. Et quol. 3. art. 16 Et quol. 10.art 9. Et Matt. 15.*

¶ *Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ nonæ Articulum sextum.*

IN articulo sexto eiusdem quæstionis in rechum vel religiosum, quod quidem subditur ordinationi Ecclesiæ propter solẽnitatem, quam habet annexam. Et quia Ecclesia respicit id quod in pluribus est, professio ante tempus pubertatis facta quantuncunque aliquis habeat vsum rationis plenum, vel sit doli capax, non habet suum effectum, vt faciat profitentem iam esse Religiosum. Et tamen licet ante pubertatis annos profiteri non possint, possunt tamen cum voluntate parentum in religione recipi, vt nutriatur ibidem: sicut de Ioanne Baptista legitur Lucæ 1. quòd puer crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis. Vnde sicut Greg. dicit in secundo Dialogorum *, beato Benedicto Romani nobiles suos filios omnipotenti Deo nutriendos dare cœperunt, quod est valde expediens, secundum illud Thren. 3. Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Vnde & communi consuetudine pueri applicantur illis officiis vel actibus in quibus sunt vitam acturi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd legitima ætas ad hoc quòd aliquis tondeatur cum voto solenni religionis, est tempus pubertatis, in quo homo potest vti spontanea voluntate. Sed ante annos pubertatis potest esse legitima ætas ad hoc, quòd aliquis tondeatur in religione nutriendus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd religionis status principaliter ordinatur ad perfectionem consequendam, vt suprà habitum est *, & secundum hoc conuenit pueris qui de facili inducuntur. Ex consequenti autem dicitur esse status pœnitentiæ, inquantum per obseruationem religionis peccatorum occasiones tolluntur, vt suprà dictum est *.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pueri sicut non coguntur ad iurandum, sicut Canon dicit, ita non coguntur ad vouendum. Si tamen voto vel iuramento se adstrinxerint ad aliquid faciendum, obligantur quo ad Deum, si habeant vsum rationis, sed non obligantur quo ad Ecclesiam ante quatuordecim annos.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Numer. 30. non reprehenditur mulier in puellari ætate constituta, si voueat absque consensu parentum. Potest tamen reuocari à parentibus. Ex quo patet quòd non peccat vouendo. Sed intelligitur se voto obligare, quantum in se est absque præiudicio autoritatis paternæ.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum propter obsequium parentum debeant aliqui retrahi ab ingressu religionis.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd propter obsequium parentum debeant aliqui retrahi ab ingressu religionis. Non enim licet prætermittere id quod est necessitatis, vt fiat id quod est liberum voluntati. Sed obsequi parentibus cadit sub necessitate præcepti, quod datur de honoratione parentum, Exod. 20. Vnde & Apostolus dicit primæ ad Timot. 5. Si qua vidua filios, aut nepotes habet, discat primùm domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. Ingredi autem religionem est liberum voluntati. ergo videtur quòd non debeat aliquis prætermittere parentum obsequium propter religionis ingressum.

¶ 2 Præterea, Maior videtur esse subiectio filij ad patrem, quàm serui ad dominum, quia filiatio est naturalis, seruitus autem ex maledictione peccati, vt patet Genes. 9. Sed seruus non potest prætermittere obsequium domini sui, vt religionem ingrediatur, aut sacrũ ordinem assumat: sicut habetur in Decretis dist. 54. * Si seruus. Ergo multò minus potest filius obsequium patris prætermittere, vt ingrediatur religionem.

¶ 3 Præterea, maiori debito obligatur ali quis parentibus, quàm iis quibus debet pecuniam. Sed illi qui debent pecuniam aliquibus, non possunt religionẽ ingredi. Dicit enim Greg. in registro, * & habetur in Decretis distinct. 53. * quòd ij qui sunt rationibus publicis obligati quando petunt monasterium, nullo modo suscipiendi sunt, nisi prius à negotiis publicis fuerint absoluti. Ergo videtur quòd multo minus filij possint religionem ingredi prætermisso paterno obsequio.

¶ SED CONTRA est, quod Matt. 4. dicitur, quòd Iacobus & Ioannes relictis retibus & patre, secuti sunt Dominum. Ex quo, vt Hilarius dicit *, docemur Christum secuturi, & secularis vitæ solicitudine & paternæ domus consuetudine non teneri. *Canon. 3.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà * dictum est, cùm de pietate ageretur, parentes habent rationem principij inquantum huiusmodi. Et ideo per se eis conuenit, vt filiorum curam habeant. Et propter hoc non liceret alicui filios habenti religionem ingredi omnino prætermissa cura filiorum, id est, non prouiso qualiter educari possint. Dicitur enim primæ ad Timotheum quinto, quòd si quis suorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Per accidens tamen parentibus conuenit, vt à filiis adiuuentur, inquantum scilicet, sunt in necessitate aliqua constituti. Et ideo dicendum est, quòd parentibus in necessitate existentibus, ita quòd eis commode aliter quàm per obsequium filiorum subueniri non possit, non licet filiis prætermisso parentum obsequio, religionem intrare. Si verò non sint in tali necessitate, vt filiorum obsequio multum indigeant, possunt prætermisso parentum obsequio filij religionem intrare etiam contra præceptum parentum, quia post annos pubertatis quilibet ingenuus libertatem habet quantum ad ea quæ pertinent ad dispositionem sui status, præsertim in iis quæ sunt diuini obsequij, & magis est obtemperandum patri spirituum, vt viuamus, quàm parentibus carnis, vt Apostolus dicit ad Hebræos 12. Vnde Dominus, vt legitur Matth. 8. & Lucæ 9. reprehendit discipulum, qui nolebat eum statim sequi intuitu paternæ sepulturæ. Erant enim alij per quos illud opus impleri poterat, vt Chrisosto *. dicit. *Mat. 8. to. 2.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd præceptum de honoratione parentum non solùm se extendit ad corporalia obsequia, sed etiam ad spiritualia, & ad reuerentiam exhibendam. Et ideo etiam illi qui sunt in religione, implere possunt præceptum de honoratione parentum, pro eis orãdo, & eis reuerentiam & auxilium impendendo, secundum quod religiosos decet: quia etiam illi qui in seculo viuunt, diuersimodè parentes honorant secundum eorum conditionem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quia seruitus est in pœnam peccati inducta, ideo per seruitutem aliquid admitur homini, quod aliàs ei competeret, ne scilicet liberè de sua persona posset disponere. Seruus enim id quod est, domini est. Sed filius non patitur detrimentum ex hoc, quòd subiectus est patri, quin possit de sua persona liberè disponere transferendo se ad obsequium Dei: quod maximè pertinet ad hominis bonum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui est obligatus ad aliquid certũ, non potest illud licitè prætermittere facultate existẽte. Et ideo si aliquis sit obligatus vt alicui rationem ponat, vel vt certum debitũ reddat, non potest hoc licitè prætermittere, vt religionem ingrediatur. Si tamen debeat aliquã pecuniam, & non sponsione ad tertium, nota duo. Primò quanta differentia est inter debitum certum, & debitum indeterminatum. Habes enim huiusmodi differentias ex affectu, quòd obligatus ad certum, tenetur illud exoluere antequam disponat de seipso. Obligatus autem in communi non tenetur. Secundò, quanta differentia est inter leges nostri & antiqui tẽporis. Nam apud veteres pro pecunia persona liberi hominis obligabatur, vt patet quarti Regum quarto. Vbi mulier vidua conqueritur apud Helisæum, quòd creditor acceptурus erat filios suos in seruos pro pecunia sibi debita. Nunc verò iura disponunt personam liberi hominis non obligari pro debito pecuniario. *c. generalis querela. Li. 7. Epi. 11. in med. * ca. legẽ.*

¶ *Super*

¶ *Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ nonæ Articulum septimum.*

IN articulo septimo aduerte, quòd quomodo Episcopi obligentur voto perpetuo, superius declaratum est. Quomodo autem solenni, vt hic dicitur, declaratur nunc, quòd lato vocabulo dicitur Episcoporum votum solenne, & non vniuocè, sicut votum religionis, & sacri ordinis dicitur solemne, vt patet in ca. Quod votũ, in sexto, de voto & voti redempt. Sicut lato vocabulo habet votum Episcopus, vt prius dictum fuit. Cuius signum est, quòd sola licentia Papæ sufficit ad dissolutionem vinculi episcopalis, & non requiritur dispensatio cum tam ardua causa, vt requiritur in dissolutione vinculi Religiosi. Maius quoq; signum est, quòd in voto solenni religionis suprà dicitur non posse Papam dispensare, & de voto Episcopi dicitur quòd Papæ licentiæ committitur. Quomodo quoque intelligatur quòd solus Papa in votis perpetuis dispensat, superius declaratum est. *In corp. Suprà q. 184 ar. 3. Et opu. 18 cap. 25. Part. 3. c. 5.*

¶ In responsione ad secũdum eiusdem articuli aduerte, quòd timor ne deficiãt presbyteri, & nuptiæ, & huiusmodi, ſtultus dicitur. Et Hieronymi ratio est: quia rara est virtus, & rarus est appetitus efficax illius. Authoris autem alibi ratio est: quia homines ex naturalibus suorum indiuiduorum conditionibus diuersas habent inclinationes, ita quòd nõ omnes ad idem inclinãtur: sed alij ad contemplatio nem, alij ad agriculturam, alij ad militiã, alij ad nuptias, alij ad cæliba tum, &c. propterea non est timendum humano generi, quòd aliqua illius pars deficiat.

¶ *Super Quæstionis centesimæ octuagesimæ nonæ Articulum octauum.*

IN artic. octauo eiusdem vltimæ quæstio. dubium occurrit, an licentia quam petere debet canonicus regularis trãseundi ad monachos clericos, debeat esse obtenta. Et est ratio dubij: quia ex ratione literæ apparet, quòd sufficit quòd sit perita: quoniam constat esse transitum ad arctiorem. In oppositum verò est, quod text. in ca. Statuimus. 19. quæst. 3. disponit quòd licentia sit obtenta. *ar. 3. ad 3. & q. 88. ar. 12. ad 1.*

¶ Ad hoc videtur dicendum, quòd text. ille antiquus declaratus est per Innocentium tertium in cap. Licet, extra, de regular. in suo simili, dum dicitur, quòd intentio huiusmodi sanctionũ non est impedire bonum, sed obuiare leuitatibus & iniuriis. Et quòd prælati tenentur dare huiusmodi licentiam. Et si non dant, potest licitè quis ad melioris vitæ frugem ire. Vnde in proposito casu sufficit licentia petita, quamuis non obtenta: quia ius iam concedit ei qui illam humiliter petiit, imò declarat potius concessam esse sibi ex priuata lege charitatis, contra quam nulla sunt iura. Et hoc intelligo, si certum est quòd non ex leuitate, sed ex deuotione ad arctiorem monachorum clericorum vitã suspirat. Nam si dubium esset, Superioris est iudicium inquirendum *Lib. 3. tit. 31. ca. 18.*

non habeat vnde reddat, tenetur facere quod potest, vt scilicet bonis suis creditori. Propter pecuniam autem persona liberi hominis secũdum iura ciuilia non obligatur, sed solùm res: quia persona liberi hominis superat omnem æstimationem pecuniæ. Vnde licitè potest exhibitis rebus religionem intrare, nec tenetur in seculo remanere, vt procuret vnde debitum reddat. Filius autem non tenetur ad aliquid speciale debitum patri, nisi fortè in casu necessitatis, vt dictum est *.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum Presbyteri curati possint licitè religionem ingredi.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd presbyteri curati non possint licitè religionem ingredi. Dicit enim Gregorius in Pastorali *, quòd ille qui curam animarum suscipit, terribiliter admonetur, cùm dicitur, Fili mi, si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum animam tuam. Et subdit, Spondere nanque pro amico, est alienam animam in periculo suæ conuersationis accipere. Sed ille qui obligatur homini pro aliquo debito, non potest intrare religionem, nisi soluat id quod debet, si possit. Cùm ergo sacerdos possit curam animarum agere, ad quam se obligauit in periculum animæ suæ, videtur quòd non liceat ei prætermissa cura animarum religionem intrare.

¶ 2 Præterea, Quod vni licet, pari ratione omnibus similibus licet. Sed si omnes presbyteri, habentes curam animarum religionem intrarent, remanerent plebes absque cura pastorum, quod esset inconueniens. ergo videtur quòd Presbyteri curati non possint licitè religionem intrare.

¶ 3 Præterea, Inter actus ad quos religiones ordinantur, præcipui sunt illi, quibus aliquis contemplata aliis tradit. Huiusmodi autem actus competunt Presbyteris curatis & Archidiaconis, quibus ex officio competit prædicare & confessiones audire. ergo videtur quòd non liceat Presbytero curato vel Archidiacono transire ad religionem.

¶ SED CONTRA est, quòd in Decret. decimanona, quæstione secunda, ca. Duæ sunt leges, dicitur, Si quis clericorum in Ecclesia sua sub Episcopõ populum retinet, & seculariter viuit, si afflatu Spiritussancti in aliquo monasterio, vel regulari canonica se saluari voluerit, etiam Episcopo contradicente, eat liber nostra authoritate.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà * dictũ est, obligatio voti perpetui præfertur omni alij obligationi. Obligari autem voto perpetuo & solenni ad vacandum diuinis obsequiis, competit propriè Episcopis & Religiosis. Presbyteri autem curati & Archidiaconi non obligãtur voto perpetuo & solenni ad curam animarum retinendam, sicut ad hoc obligãtur Episcopi. Vnde Episcopi præsulatum non possunt deserere quacunque occasione absque authoritate Romani pontificis, vt habetur extrà, de regular. & transeuntibus ad relig. cap. licet *. Archidiaconi autem & Presbyteri curati possunt liberè abrenuntiare Episcopo curam eis commissam absque speciali licentia Papæ, qui solus potest in votis perpetuis dispensare. Vnde manifestum est quòd Archidiaconis & Presbyteris curatis licet ad religionem transire.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd presbyteri curati, & Archidiaconi obligauerunt se ad curam agendum subditorum, quandiu retinent archidiaconatum vel parochiam. Non autem obligauerunt se ad hoc, quòd perpetuò Archidiaconatum vel parochiam teneant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Hier. dicit contra Vigil *. Quamuis à te linguæ viperæ morsus sæuissimos patiantur, scilicet Religiosi, quibus argumentaris & dicis, Si omnes se clauserint & fuerint in solitudine, quis celebrabit Ecclesias? Quis seculares homines lucri faciet? Quis peccantes ad virtutes poterit exhortari? Hoc enim modo si omnes tecum fatui sint, sapiens esse quis poterit? Et virginitas non erit approbanda. Si enim virgines omnes fuerint, & nuptiæ non fuerint, interibit genus humanum. Rara est virtus, nec à pluribus appetitur. Patet ergo quòd hic timor stultus est, puta, sicut si aliquis timeret hautire aquam, ne flumen deficeret. *Non tot & 2 fine.*

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum liceat de vna religione transire ad aliam.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd non liceat de vna religione transire ad aliam, etiam arctiorem. Dicit enim Apostolus ad Hebr. 10. Non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam. gloss. qui scilicet timore persecutionis cedunt, vel propria præsumptione à peccatoribus vel imperfectis, vt iusti videantur, recedunt. Sed hoc videntur facere qui de vna religione transeunt ad aliam perfectiorem: ergo videtur hoc esse illicitum. *4. di. 27. q. 1. art. 3. q. 1. ad 3. Et di. 38. q. 1. ar. 4. q. 3. ad 2.*

¶ 2 Præterea, Professio monachorum est arctior quàm professio regularium canonicorum, vt habetur extrà, de statu monachorum, & canonicorum regularium, cap. Quòd Dei timorem *. Sed non licet alicui transire de statu canonicorum regularium ad statum monachorum. Dicitur enim in Decretis 19. q. 3. Mandamus & vniuersaliter interdicimus, ne quis canonicus regularis professus, nisi, quod absit, publicè lapsus fuerit, monachus efficiatur. ergo videtur quòd non liceat alicui transire de vna religione in aliam maiorem. *Lib. 3. tit. 35. c. 5.*

¶ 3 Præterea, Tandiu obligatur aliquis ad implendum quod vouit, quandiu potest licitè illud implere: sicut si aliquis vouit continentiam seruare, etiam post contractum matrimonium per verba de præsenti, ante carnalem copulam tenetur implere votum: quia hoc potest facere religionem intrando. Si ergo aliquis licitè potest trãsire de vna religione ad aliam, tenebitur hoc facere, si antè hoc vouerit existens in seculo. Quod videtur esse inconueniens: quia ex hoc plerunque scandalum generari posset. ergo non potest aliquis Religiosus de vna religione transire ad aliam arctiorem.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Decret. 20. quæstio. 4. Virgines sacræ si pro lucro animæ suæ propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerunt: ibique commanere decreuerunt, sancta synodus concedit. Et eadem ratio videtur esse de quibusdam Religiosis: ergo potest aliquis licitè transire de vna religione ad aliam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd transire de religione ad religionem, nisi propter magnam vtilitatem vel necessitatem non est laudabile, tum quia ex hoc plerunque scandalizantur illi qui relinquuntur: tum etiam quia facilius proficit aliquis in religione quam consueuit, quàm in illa quam non consueuit cæteris paribus. Vnde in collationibus Patrum * abbas Nestorius dicit: Vnicuique vtile est secundum propositum quod elegit, vt summo studio ac diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire festinet, & nequaquam à sua, quam elegit semel, professione discedat. Et postea subdit, *Colla. 14. cap 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatione extinguit omnia præcedentia vota. Ergo à fortiori cùm ex intentione quis in illam cõmutat sua vota, &c. Et hoc manifeste sonant verba Decretalis dicentis. Qui temporale obsequium in perpetuam religionis obseruantiam noscitur commutare. Ex eo enim quòd commutare actiuè attribuit illi qui fecit votum, manifestatur quòd propria authoritate hoc facere potest. Et confirmatur, quoniam alioquin nihil diuisset illa Decretalis. Nam constat si temporale obsequium in aliud temporale authoritate Superioris commutetur, non est reus fracti voti sic exequens: vt ergo aliquid speciale dicat, oportet fateri quòd docet, quòd omne suum votum temporale in religionis professionem poteſt quis commutare licitè, &c.

Hom. 20. à medio.

¶ In eadem responsione ad tertium, dubium occurrit, an faciens professionem religionis in peccato mortali consequatur post, quando ad cor redierit contritus plenariam remissionem. Et est ratio dubij: quia hinc apparet quòd non, tum quia professio nihil relinquit in anima, sicut baptismus characterem, quo medio suum post modum cõsequatur effectum: tum quia gratia Dei promissa in professione nullibi constat quòd danda sit extra professionem, &c.

¶ In oppositum autem est: quia gratia ista in professione conceditur omni non ponenti obicem. Remoto ergo obice haberur gratia. Præterea, Gratia ista conceditur tradenti se ex corde totaliter diuinis obsequiis. Sed hoc facit Religiosus cùm contritus est post professionem. Tunc enim coram Deo in veritate profitetur. Ergo tunc datur ei plena remissio, &c.

Art. præc.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cùm professio sit totaliter opus hominis, ita quòd non est ibi distinctum ab opere operante opus operatum, quòd sit opus Dei, quoniam esse religiosum, quod est effectus religionis, est tũc opus humanum mortuum, sicut ipsa professio mortua est, consequens est quòd in peccato mortali facta est opus mortuum totaliter, ac per hoc nunquam sortietur postmodum suum effectum. Et propterea qui diuinę gratiæ deest in actu professionis suæ, priuatur beneficio diuinæ largitatis: quod creditur profitentibus dari. Vnde consequentis contritionis tempore solum id assequitur, quod per præsentis contritionis propositum, ac sacramenti gratiam obtinere contingeret. Et confirmatur hoc ex beati Antonij visione illa, in qua dæmones impedire ipsius conscensum in cælum conantes obiecerunt peccata in seculari vita commissa: & confutati sunt à sanctis Angelis dicentibus, Non debetis illa obiicere, quæ Christi iam sunt pietate deleta. Sed si qua scitis ex quo factus est monachus, illa proferte. Vnde patet quòd incipit liber nouus de Actibus religiosorum ex parte professionis, quando scilicet fit & factus est Religiosus: & non expectatur tempus futuræ postmodum contritionis, ad plenè cassandum præteritorum librum, & inchoandum quasi futuræ innocentiæ librum. Scribuntur enim in secundo libro omnia ex quo facti sumus Religiosi stylo ferreo, &c.

¶ Ad primam autem obiectionem in oppositum dicitur, quòd tunc remoto obice sequitur effectus prioris causæ, quando causa prior remansit in aliquo relicto effectu, vt baptismus in charactere, & generãs graue in forma illi data. Quando autem causa prior nec in se, nec in suo manfit effectu, remoto impedimento nihil fit. Sic autem est in proposito, quoniam nihil in anima reliquit professio mortua.

¶ Ad secundam verò dicitur, quòd falsum est quòd quando conteritur primò post professionem, tunc profiteatur cotam Deo: quoniam coram Deo est professus: sed tunc in gratia Dei se esse religiosum approbat, quod non est profiteri.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum ille qui vouet religionem ingredi, teneatur perpetuò in religione perinanere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ille qui vouet religionẽ ingredi, teneatur perpetuò in religione permanere. Melius est enim religionem non ingredi, quàm post ingressum exire: secundum illud 2. Pet. 2. Melius erat illis veritatem non cognoscere, quàm post agnitam retroire. Et Luc. 9. dicitur, Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Sed ille qui voto se obligauit ad religionis ingressum, tenetur ingredi, vt dictum est*. Ergo etiam tenetur perpetuo remanere.

¶ 2 Præterea, Quilibet debet vitare id ex quo scandalum sequitur, & aliis datur malum exemplum. Sed ex hoc, quòd aliquis post religionis ingressum egreditur, & ad seculum redit, malum exemplum & scandalum aliis generatur, qui retrahuntur ab ingressu, & prouocantur ad exitum. Ergo videtur quòd ille qui ingreditur religionem, vt votum impleat quod prius fecit, teneatur ibi perpetuò remanere.

¶ 3 Præterea, votum religionis reputatur illud Danielis quarto, Peccata tua eleemosynis redime, multo magis in satisfactione pro omnibus peccatis sufficit, quòd aliquis se totaliter diuinis obsequiis mancipet per religionis ingressum, quæ excedit omne genus satisfactionis etiam publicæ pœnitentiæ, vt habetur in Decretis 33. quæst. 2. cap. admonere. Sicut etiam holocaustum excedit sacrificium, vt Gregorius dicit super Ezechielem*. Vnde legitur in vitis Patrũ, quòd eandem gratiam consequuntur religionem intrantes, quam consequuntur baptizati. Si tamen non absoluerentur per hoc ab omni reatu pœnæ, nihilominus ingressus religionis vtilior est, quàm peregrinatio Terræ sanctæ quantum ad promotionem in bonum, quæ præponderat absolutioni à pœna.

¶ Super Quæstionis centesimæoctuagesimæ nonæ Articulum quartum.

IN articulo quarto eiusdem vltimæ quæstionis dubium occurrit, an sit differentia aliqua inter votum simplex religionis, quãdo quis vouet ingredi religionem, & quando quis vouet fieri vel esse religiosus: ita quòd in neutro sit cogitatio de perseuerãdo aut non perseuerãdo. Et est ratio dubij: quia votũ de ingressu non importat obligationem, nisi ad ingressum secundum iuris formã, vt in litera dicitur. Sed votum de hoc quod est fieri, aut esse religiosum plus importat quàm ingressum: quoniam esse religiosum, importat esse professum: & fieri religiosum importat profiteri, &c. In oppositum autem est: quia indistinctè pro vno & eodem religionis voto in litera computatur si sufficienter determinatur de voti huius vinculo, vt patet intuenti.

Art. præ. ad 3. & q. 88. ar. 12. ad 1.

¶ In eodem artic. quarto dubium secundo occurrit de conclusione principali, an s. vouens religionis ingressum possit licitè exire. Et ratio dubij est: quia non dicitur venisse qui non stetit, ac per hoc non dicitur venisse ad religionem qui non stetit in illa, sed exiuit ante illius professionem. In oppositum est litera.

De voto & voti remissione. Mag. & ca. Licet. habetur.

¶ In eodem art. quarto dubium tertiò est, an talis voto simplici obligatus exiens sine causa rationabili, hoc est ex sola libertate concessa à iure nouitiis, satisfecerit voto, &c. Et est ratio dubij, quia annus probationis à iure conceditur cum libertate exeundi absque alia causa, vt patet: ac per hoc obligatus secundum formam iuris poteſt ex sola libertate licite exire. In oppositum autem est tum infidelitas: quia sicut non facit satis promittens ire Romam, si sine rationabili causa arrepto itinere desistat: ita non satisfacit qui promisit ire ad religionẽ, si arrepto nouitiatus itinere ad religionem, sine rationabili causa retrocedit, cùm iter non quæratur, nisi vt fideliter arripiatur & prosequatur, &c. Tum

scilicet commune est nouitiis & professis æquiualere hoc votum voto de ingressu & de fieri Religiosum.

¶ Ad secũdum dubium dicitur, quòd verũ est non venisse eum qui non stetit ad id pro quo venit. Et ideo ingrediens religionem, cùm veniat ad religionis probationem, non dicereturr venisse, si ingressus absque probatione retrocederet. Sed si probationi operam dat, dicitur venisse ad religionem probandã: quia stat in religionis probatione. Quocirca sicut sponte ingrediens religionem, & in probatione illius se exercens & postmodũ exiens dicitur venisse & steriſſe: quia venit ad religionem probandam, & in probatione steterit: ita ex voto ingrediens religionem & probando illam, eãdem exiens dicitur & venisse & steriſſe eadem ratione, vnde nihil obstat dicta regula conclusioni huius articuli.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd iste tenetur ad ingressum religionis secundum formam iuris: & ingressus secundũ formam iuris ex natura actus ordinatur ad probationẽ: quoniam ideo ingreditur quis religionem, vt probet eam, alio quin vanus esset ingressus. Vanitas autem à more & lege aliena est. Probatio autem religionis, sicut & cuiusque rei probatio, si bona fide fit, ordinatur ad acceptationem, si inuentæ fuerint conditiones illius gratæ probanti. Recta nanque ratio non admittit, vt aliquid probãdum detur: & inuentis omnibus probatę rei cõditionibus gratis refutetur. Frustra enim esset proba tio, si tam gratis quàm non gratis inuentis conditionibus esset paritura eundem effectum. Est igitur ingressus finis probatio. Probationis autem finis grataratum vel ingratarum conditionum inuentio: ita quòd inuentionum gratarum finis est acceptio religionis: ingratarum autem refutatio. Et patet ordo iste ex natura actuum, & ex communi ingredientium religionem intentione. Communiter enim intendunt experiri. Et si conditiones religionis inuenient gratas totaliter, hoc est, & secundum se, & in ordine ad suas vires & suum affectũ, perseuerare profitendo illam, sin autem, redire. Quia igitur inter ingredientem sponte & ingredientem ex voto hæc est differentia, quòd ingredientes ex voto obligantur ex voti vinculo ad id quod sponte inchoat bona fide ingrediens sine voto. Et ingrediens sine voto debet probare religionem, & si omnia totaliter grata inueniet, perseuerare (alioquin bonæfidei ratio non saluatur) oportet vt ingrediens ex voto teneatur ad probandum. Et si omnia totaliter, vt declaratum est, grata inueniet, tenetur ex vinculo sui primi voti perseuerare profitendo religionem, ita quòd non poteſt ex sola ratione libertatis in iure scriptæ retrocedere: sed oportet aliquam adesse conditionem non gratam, saltem istam, quod probata religio parit sibi minorem fortitudinem, robur, minus animi ad ipsius perseuerantiam. Et propterea timet ne in processu repidus inueniatur, ac per hoc minus bene pro anima sua. Nec hoc est contra libertatem à iure concessam: quoniam libertas illa in foro ecclesiastico nullam exigit rationẽ, sed sufficit quòd nouitius dicat, *Nolo amplius esse vobiscum*. Sed in foro conscientiæ, quæ est secundũ rectam rationẽ, aliqua exigitur ratio aliquius in probata religione conditionis minus gratæ, vt probarum est. Et confirmatur, quia annus probationis cõmunis est nouitio & religioni. Constat autem quòd si poſt probatum nouitium nulla ingrata religioni conditio occurrit, si religio ex sola libertate refutaret nouitiũ, ab omni sapiente reprehenderetur, & non bona fide agere cum nouitio diſcandalizatur, erit scandalum paſsiuum ex eius parte, non autem actiuũ ex parte exeuntis: quia fecit quod licitum erat ei facere, & quòd expediebat ei propter rationabilem causam, puta infirmitatem, aut debilitatem, aut aliquid huiusmodi.

*Supra q. 88. art. 8. ad 2. & art. 9. cor. Et quæst. 3. art. 11. Et quæst. 4. ar. 23. & opp. 17. cap. 3. * Lib. 3. tit. 31.*

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui intrat vt statim exeat, non videtur satisfacere voto suo, quia ipse in vouendo hoc non intẽdit. Et ideo tenetur mutare propositum, vt saltem velit experiri, an expediat in religione remanere. Non autem tenetur ad perpetuò remanendum.

Cap. 19.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum pueri sint recipiendi in religione.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd pueri non sint recipiendi in religione: quia extrà, de regularibus & transeuntibus ad religionem* dicitur, Nullus tondeatur, nisi legitima ætate, & spontanea voluntate. Sed pueri non videntur habere legitimam ætatem, nec spontaneam voluntatem, quia non habent perfectè vsum rationis. Ergo videtur quòd non sint in religione recipiendi.

¶ 2 Præterea, Status religionis videtur esse status pœnitentiæ, vnde & religio dicitur à religando, vel à reeligẽdo, vt Augustinus dicit 19. de Ciuitate Dei*. Sed pueris non conuenit pœnitentia. ergo videtur quòd non debeant religionem intrare.

¶ 3 Præterea, Sicut aliquis obligatur iuramento, ita & voto. Sed pueri ante annos quatuordecim non debent obligari iuramento: vt habetur in Decretis 22. quæst. 5. cap. Pueri, & cap. Honestum. ergo videtur quòd nec etiam sint voto obligandi.

Ca. puella.

¶ 4 Præterea, Illicitum videtur obligare aliquem tali obligatione, quæ posset iustè irritari. Sed si aliqui impuberes obligant se religioni, possunt trahi à parentibus vel tutoribus. Dicitur enim in Decretis. 20. q. 2.* quòd puella si ante duodecim ætatis annos sponte sua sacrum velamen assumpserit, possunt statim parentes eius, vel tutores id factum irritum facere, si voluerint. Illicitum est ergo pueros, præsertim ante annos pubertatis, ad religionẽ recipere vel obligare.

¶ SED CONTRA est, quòd dicit Dominus Matt. 19. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: quod ex ponens Orige. super Matt.* dicit, quòd discipuli Iesu prohibuerunt discant rationem iustitiæ, reprehendunt eos qui pueros & infantes offerunt Christo. Dominus autem exhortatur discipulos suos concedere vtilitatibus puerorum. Hoc ergo attendere debemus, ne æstimatione sapientiæ excellentioris, contemnamus, quasi magni, pusillos Ecclesiæ, prohibentes pueros venire ad Iesum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est*, duplex est religionis votum. Vnum simplex, quod consistit in sola promissione Deo facta, quæ ex interiori mentis deliberatione procedit. Et hoc votum habet efficaciam ex iure diuino, quod tamen dupliciter impediri poteſt. Vno modo per defectum deliberationis, vt patet in furiosis, quorum vota non sunt obligatoria, vt habetur extrà, de regularibus, & transeuntibus ad religionem, capi. Sicut tenor*. Et eadem est ratio de pueris, qui nondum habẽt debitum vsum rationis, per quem sint doli capaces, quem quidem pueri habent vt frequentius circa quatuordecimum annum, puellæ verò circa duodecimũ, qui dicuntur anni pubertatis. In quibusdam tamen anticipatur: & in quibusdam tarda sur secũdum diuersam dispositionem naturæ. Alio modo impeditur efficacia simplicis voti, si aliquis Deo voueat, qui non est propriæ potestatis, puta si seruus etiam vsum rationis habens voueat se religionem intrare, aut etiam ordinetur ignorante domino. Poteſt enim hoc dominus reuocare, vt habetur in Decret. dist. 54. capit. Si seruus. Et quia pueri vel puellæ infra pubertatis annos naturaliter sunt in potestate patris quantum ad dispositionem suæ vitę, poterit pater votum eorum reuocare vel acceptare, si sibi placuerit, vt expresse dicitur de muliere Num. 30. Sic ergo si puer ante annos pubertatis simplex votum emittat, antequam habeat plenum vsum rationis, non obligatur ex voto. Si autem habeat vsum rationis ante annos pubertatis, obligatur quidem quantum in se est ex suo voto, tamen poteſt obligatio remoueri per authoritatem patris, in cuius potestate adhuc existit: quia ordinatio legis, qua vnus homo subditur alteri, respicit id quod in pluribus accidit. Si vero annos pubertatis excedat, non poteſt reuocari authoritate parentum: si tamen nondum habet plenum vsum rationis, non obligaretur quo ad Deũ. Aliud aũt est votum solenne, quod facit monaputa quia omnia grata totaliter in probando inueniuntur. In tali enim casu tenetur profiteri & perpetuò remanere qui primò vouerat, quamuis absolutè non teneatur ad perpetuò remanendũ, vt in litera dicitur, quæ simpliciter & absolutè loquitur, & non in casu talis experientiæ in quo nos locuti sumus.

Hom. 7. non longè à fine.

¶ Et si adhuc obiiciatur ex litera, quia in responsione ad secundum, dicitur, Ille qui religionem ingreditur, si exeat, præsertim ex aliqua rationabili causa, non generat scandalum, &c. Ex eo enim quòd interpositum ly præsertim, denotat, quòd etiam sine rationabili causa exiens non scandalizat, quia facit quod sibi licet. Præterea in responsione ad tertium dicitur, Tenetur vt saltem velit experiri, an ei expediat in religione remanere, non autem tenetur ad perpetuò remanendum. Ex hac enim litera habetur quòd sufficit habenti tale votum, quòd velit experiri, quãdiu non remaneat. Sed hæc facilè monstrantur nihil obstare. Et primum quidem nihil obstat: quia pro quanto de scandalo loquitur, constat quòd de actu exteriori est sermo. Iste autẽ actus exterior, scilicet probatam religionem refutare, non est ex suo genere malus, & propterea non est actiuus scandali. Et est omnino licitus, vt in litera subditur, si ex causa rationabili fiat. Ly ergo præsertim, interponitur quo ad causalitatem scandali, ita quòd sensus est, quòd refutare probatam religionem non est actus generatiuus scandali, & præsertim si fiat ex causa rationali. Et ratio dicti huius est, quia actus ille ex suo genere non est actiuus scandali, & ex parte agentis totaliter caret causalitate scandali, si ex causa rationabili fiat. Secundum autem non solum non obstat, sed confirmat quod diximus. Nam si tenetur ad velle experiri, cùm non debeat esse velle fictum, & insteret experiendi tempus, tenetur experiri: & non nisi bona fide. ergo tenetur ad experientiam bonæ bonæ fidei, vt nos diximus. Et non tenetur ad perpetuo remanendum, nisi per accidens, seu in euentu, hoc est, nisi experientia bonę fidei exigat perpetuã remansionem,

Art. 2. huius q. ad 1.

Lib. 3. tit. 31. ca. 5.

¶ *Super Quæstionis centesimæoctuagesimamonæ Articulum quintum.*

IN art. 5. eiusdem vltimæ quæst. aduerte conuenientiam & differentiam inter votum simplex & solenne religionis ante annos pubertatis emissum. Conueniunt siquidem in hoc quòd vtrunq; habet hanc conditionẽ subintellectã, absque præiudicio patriæ potestatis. Et propterea quantumcunq; malitia suppleat ętatem, poteſt vtrunque à parẽtibus irritari, vt in litera dicitur. Differunt autẽ, quia votũ solenne oportet quòd irritetur statim. Alioquin si tardatur irritatio intantum, quòd iam puer aut puella sit ætatis legitimę, non poteſt amplius irritari, quia præsumitur ratificatum in ætate legitima, non reclamãdo, sed perseuerando in religione. Ecclesia enim ad quã spectat iudicium de voto solenni, rationabiliter sic præsumit. Et propterea in textu allegato

Universidad de Deusto
Biblioteca

rendum, hoc est, requiritur licētia discreta, petita, obtenta, vt in litera ex illa Decretali dicitur. Et similiter requiritur discreta, petita, & obtenta licentia, cùm ad minorem melius seruatam quis transire vult. Et ratio est: quia transitus iste non est ad melius absolutè, sed in casu: regulare est autē quòd quid agendum est in casu, à Superioribus hauriēdum est. Et quia cùm quis non ad maiorem, nec melius seruatam, sed ad meliorem sibi transire optat, sicut quia infirmus aut debilis est, transire vult, vt in tertio casu literæ ponitur, cùm hoc nihil aliud sit, quàm relaxatio assumptæ vitę paternæ, ex causa tamen rationabili, ideo dispensatio exigitur: sicut enim dū in religione quis manet, si eget vsu carnium, aut alia relaxatione, dispensatione opus est, & non propria debet authoritate laxiores actus facere.

Q. prac. art. 6.

Collat. 19. c. 3. 5. & 6.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, dubium adhuc restat, quare habens in seculo votum simplex religionis arctioris, & de facto post professus religionem laxiorem, non teneatur ad arctiorem: cùm adhuc sola petita licentia possit ad illam transire laudabiliter. Maioritas siquidem voti solennis non præiudicat huic progressui: sicut maius vinculum matrimonij, quàm voti simplicis impedit ad impletionē voti simplicis. Constat nanque quòd professio in minori non impedit transitum ad maiorem.

Lib. 3. ti. 31. cap. 18.

¶ Ad hoc dicitur quòd aliud est extinguere seu soluere vinculum, & aliud est impedire executionem voti. Vinculum autem matrimonij & professionis in religione conueniūt in hoc quòd vtrunque est fortius quàm votum simplex, & habet rationem alienationis propriæ personæ, ēt propterea vtrūque aufert vinculū voti simplicis. Sed differentia est in hoc, quòd vinculum consummati matrimonij non extinguit, sed impedit voti simplicis vim durante matrimonio. Et propterea soluto matrimonio per mortem coniugis, tenetur implere prius factum votum. Vinculum autem professionis non impedit, sed extinguit seu soluit vinculum voti simplicis. Et quamuis possit laudabiliter transire ad arctiorem prius voto appetitam, non tenetur, quia extincta est obligatio illa soluto vinculo simplicis voti. Habet autem professio vim soluendi vinculū voti simplicis ex eo, quòd fortiori vinculo alienat per sonam profitentis alteri: imò tali scilicet religioni. Et hoc intendit Author tradere ex fortiori vinculo professionis. Et scias hanc authoris conclusionem hodie esse à iure diffinitam: vt patet in 6. de regul. iur. Qui post votum.

D. 1085.

Ca. Nemo pōt. & c. Alia causa.

De viuēdi forma à medio.

Ca. sic vi-uē.

¶ 2 Præterea, Mat. 23. Dominus dicit, Væ vobis qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cùm factus fuerit, facitis eum filium gehennæ, duplo quàm vos. Sed hoc videntur facere qui homines ad religionem inducūt. ergo videtur hoc esse vituperabile.

¶ 3 Præterea, Nullus debet aliquem inducere ad id, quod pertinet ad eius detrimentum. Sed ille qui inducit aliquem ad religionem, quandoque ex hoc incurrit detrimentum, quia quandoque sunt obligati ad maiorem religionem. ergo videtur quòd non sit laudabile aliquos inducere ad religionem.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Exodi 25. Cortina cortinam trahat. Debet ergo vnus homo alium trahere ad Dei obsequium.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd inducentes alios ad religionem non solùm non peccāt, sed magnum præmium merentur. Dicitur enim Iaco. vlti. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animā eius à morte, & operit multitudinem peccatorū. Et Daniel. 12. dicitur, quòd qui ad iustitiā eruditi plurimos, erunt quasi stellę in perpetuas æternitates. Posset tamen contingere circa huiusmodi inductionē triplex inordinatio. Primò quidem, si violenter aliquis aliū ad religionem cogeret, quod prohibetur in Decret. 20. q. 3. Secundò, si aliquis simoniacè alium ad religionem trahat muneribus datis, vt prohibetur in Decret. ibidem q. 2. c. Quàm pio. Nec tamen ad hoc pertinet, si aliquis alicui pauperi necessaria subministret in seculo nutriens eum ad religionem, vel si sine pacto aliqua munuscula tribuat ad familiaritatem captandam. Tertiò, si mendaciis eum alliciat. Immmet enim sic inducto periculum, ne cùm se deceptum inuenerit, retrocedat, & sic fiant nouissima illius hominis peiora prioribus, vt dicitur Lucæ 11.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illis qui ad religionem inducūtur, nihilominus reseruatur probationis tempus, in quo difficultates religionis experiuntur. Et sic non facilis aditus eis datur ad religionis ingressum.

¶ Ad secundū dicendum, q. secundū Hilariū, verbū illud Domini prænuntiatiuū fuit peruersi studij Iudæorum, quo post Christi prædicationē Gētiles vel etiā Christianos ad Iudaicū ritum trahendo faciūt dupliciter gehennę filios: quia s. & peccata pristina, quæ cōmiserūt in Iudaismo, eis non dimittūtur, & nihilominus incurrūt Iudaicæ perfidiæ reatū. Et sedm hoc non facit ad propositū. Secundū Hieronymū aūt hoc referē ad Iudæos etiam pro statu, in quo legalia obseruari licebat, quantum

Hem. 14. ante med.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illi qui ad arctiorem religionem transeunt, non faciunt hoc præsumptuosè vt iusti videantur: sed deuote, vt iustiores fiant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vtraque religio, scilicet monachorum & canonicorum regulariū ordinatur ad opera vitæ contemplatiuæ: inter quæ præcipua sunt ea, quę aguntur in diuinis mysteriis, ad quæ ordinatur directè ordo canonicorum regularium, quibus per se competit quòd sint clerici Religiosi. Sed ad religionem d monachorum non per se competit vt sint clerici, vt habetur in Decret. 16. quæst. 1*. Et ideo quamuis ordo monachorum sit actioris obseruantię, si monachi essent laici, liceret transire ab ordine monachorum ad ordinem canonicorum regularium, secundum illud Hieronymi ad Rusticū monachū, * Sic viue in monasterio, vt clericus esse merearis. Non autem ecōuerso, vt habetur in Decretis 19. q. 1. in decret. inducto *. Sed si monachi sint clerici sacris mysteriis obsequentes, habent id quod est canonicorum regulariū cum maiori arctitudine. Et ideo trāsire licitum erit de ordine canonicorum regularium ad ordinem monachorū, petita tamen Superioris licentia, vt dicitur 19. q. 3. c. statuimus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd votum solenne, quo quis obligatur minori religioni, est fortius quàm votum simplex, quo quis astringitur maiori religioni. Post votum enim simplex si contraheret aliquis matrimonium, non dirimeretur, sicut post votū solenne. Et ideo ille qui iā professus est in minori religione, non tenetur implere votū simplex quod emisit de intrando ad religionem maiorem.

ARTICVLVS IX.

¶ *Vtrum aliquis debeat alios inducere ad religionem intrandum.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd nullus debeat alios inducere ad religionem intrandum. Mandat enim beatus Benedictus in regula sua, quòd venientibus ad religionem non sit facilis præbendus ingressus. Sed probandum est, an spiritus à Deo sit. Et hoc etiam docet Cassianus in 4. lib. de Institutis cœnobiorum *. Multò ergo minus licet aliquem ad religionem inducere.

¶ 2 Præterea, Mat. 23. Dominus dicit, Væ vobis qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cùm factus fuerit, facitis eum filium gehennæ, duplo quàm vos. Sed hoc videntur facere qui homines ad religionem inducūt. ergo videtur hoc esse vituperabile.

¶ 3 Præterea, Nullus debet aliquem inducere ad id, quod pertinet ad eius detrimentum. Sed ille qui inducit aliquem ad religionem, quandoque ex hoc incurrit detrimentum, quia quandoque sunt obligati ad maiorem religionem. ergo videtur quòd non sit laudabile aliquos inducere ad religionem.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Exodi 25. Cortina cortinam trahat. Debet ergo vnus homo alium trahere ad Dei obsequium.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd inducentes alios ad religionem non solùm non peccāt, sed magnum præmium merentur. Dicitur enim Iaco. vlti. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animā eius à morte, & operit multitudinem peccatorū. Et Daniel. 12. dicitur, quòd qui ad iustitiā eruditi plurimos, erunt quasi stellę in perpetuas æternitates. Posset tamen contingere circa huiusmodi inductionē triplex inordinatio. Primò quidem, si violenter aliquis aliū ad religionem cogeret, quod prohibetur in Decret. 20. q. 3. Secundò, si aliquis simoniacè alium ad religionem trahat muneribus datis, vt prohibetur in Decret. ibidem q. 2. c. Quàm pio. Nec tamen ad hoc pertinet, si aliquis alicui pauperi necessaria subministret in seculo nutriens eum ad religionem, vel si sine pacto aliqua munuscula tribuat ad familiaritatem captandam. Tertiò, si mendaciis eum alliciat. Immmet enim sic inducto periculum, ne cùm se deceptum inuenerit, retrocedat, & sic fiant nouissima illius hominis peiora prioribus, vt dicitur Lucæ 11.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illis qui ad religionem inducūtur, nihilominus reseruatur probationis tempus, in quo difficultates religionis experiuntur. Et sic non facilis aditus eis datur ad religionis ingressum.

¶ Ad secundū dicendum, q. secundū Hilariū, verbū illud Domini prænuntiatiuū fuit peruersi studij Iudæorum, quo post Christi prædicationē Gētiles vel etiā Christianos ad Iudaicū ritum trahendo faciūt dupliciter gehennę filios: quia s. & peccata pristina, quæ cōmiserūt in Iudaismo, eis non dimittūtur, & nihilominus incurrūt Iudaicæ perfidiæ reatū. Et sedm hoc non facit ad propositū. Secundū Hieronymū aūt hoc referē ad Iudæos etiam pro statu, in quo legalia obseruari licebat, quantum

Hem. 14. ante med.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui ab eis ad Iudaismum conuertebatur, dum esset Gentilis, simpliciter errabat. Videns autem magistrorum vitia, reuertitur ad vomitum suum, & Gentilis factus, quasi prævaricator maiori pœna fit dignus. Ex quo patet quòd trahere alios ad cultum Dei vel ad religionem non est vituperabile. Sed hoc solum quòd aliquis ei, qui conuertitur, det malum exemplum, vnde peior efficiatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in maiori includitur minus. Et ideo ille qui est obligatus voto vel iuramento ad ingressum minoris religionis, potest licitè induci ad hoc quòd ad maiorem religionē transeat, nisi sit aliquid speciale, quod impediat, puta, infirmitas vel spes maioris profectus in minori religione. Ille verò qui est obligatus voto vel iuramento ad ingressum maioris religionis, non potest licite induci ad maiorem religionem, nisi ex aliqua speciali causa euidenti, & hoc cum dispensatione superioris.

ARTICVLVS X.

¶ *Vtrum sit Laudabile, quòd aliquis religionem ingrediatur absque multorum consilio, & diuturna deliberatione præcedenti.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit laudabile quòd aliquis religionem ingrediatur absque multorum consilio, & diuturna deliberatione præcedenti. Dicit enim 1. Ioan. 4. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus si ex Deo sint. Sed quandoque propositum religionem intrandi non est ex Deo, cùm frequenter per exitum religionis dissoluatur. Dicitur enim Actuum 5. Si est hoc consilium ex Deo, non poteritis dissoluere illud. Ergo videtur quòd magna examinatione præcedente debeant aliqui religionem intrare.

¶ 2 Præterea, Prouer. 25. dicitur, Causam tuam tracta cum amico tuo. Sed maximè videtur hominis esse causa, quæ pertinet ad mutationē status. Ergo videtur quòd non debeat aliquis religionem intrare, nisi prius cum amicis suis tractet.

¶ 3 Præterea, Dominus Luc. 14. inducit similitudinem de homine, qui vult turrim ædificare, quòd prius sedens computat sumptus qui sunt ei necessarij, si habeat ad perficiēdum, ne insultetur ei: quia hic homo incœpit ædificere, & non potuit consummare. Sumptus autem ad turrim ædificandam, vt Augustinus dicit in epistola ad Lætam *, nihil est aliud quàm vt renuntiet vnusquisque omnibus quæ sunt eius. Contingit autem quandoque, quòd hoc multi non possunt, & similiter alias religionis obseruantias portare: in cuius figura 1. Reg. 17. dicitur, quòd Dauid non poterat incedere in armis Saulis: quia non habebat vsum. Ergo videtur quòd non debeat aliquis religionem intrare, nisi diuturna deliberatione præmissa, & multorum consilio habito.

Epist. 38. non longè à princ.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 4. quòd ad vocationem Domini Petrus & Andreas relictis retibus continuò secuti sunt eum. Vbi Chrysost. dicit super Matthæum *, Talem obedientiam Christus quærit à nobis, vt neque instanti tempore remoremur.

scipiendum mala exempla patrum & fratrum vitæ communis.

¶ Ad hoc dicitur quòd actus iste, qui est inducere ad vitam conuentualium, est actus ex suo genere malus, quoniam inducitur quis ad vitam reprehensibilem. Omnis autem vita reprehensibilis mala est: patet autem communem vitam Religiosorum esse reprehensibilem ex hoc ipso, quòd exorbitat à regulari vita, & ex hoc ipso quòd continuus bonorū Prælatorum conatus est ad illorum reformationem. Vnde vituperabile est non solum inducere, sed etiam ingredi & recipere ad vitam irregularem personas vtriusque sexus quamuis Ecclesia toleret hoc permittiue.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli noni, memento quòd de religione maiori bene seruata intelligitur, quādo dicitur quòd licitum est inducere obligatum ad minorem, vt veniat ad maiorem: quoniam nisi bene seruetur, frustra de maiore in abstracto & in debito gloriatur. Oportet enim ad maiorem de facto seruatam inspicere.

¶ *Super Quæstionis centesimæoctauagesimænona Articulum decimum.*

IN articulo decimo vltimæ quæstionis aduerte diligenter, quòd doctrina Authoris excludens consilia circa sufficientiam iurium non habentiū speciale impedimentum, formalis est, & de ingressu bene disposito intelligenda, & non aliter. Bona autem dispositio ingredientis est ista, vt omnem suam fiduciam sustinendi in religione ponat in Deo. Et merito, quia si natura nō deficit in necessariis, & mater potens & sciēs non deest necessitati filij: multo minus Deus deficiet in necessariis, & multo minus obliuiscī potest eorum qui iactāt cogitatum suum in eum. Sed illi q huiusmodi debita dispositione carēt, quid facient, an debeant ad consilia recurrere? Respondeo, aut hanc dispositionem acquirāt orando, eleemosynis vacando, purificando cōscientiam, lectionem Scripturæ aut prædicationem frequentando: aut non ingrediātur religionem, vt pote indispositi, nisi cum spe quòd ingresso dabit Deus hanc bonam voluntatem, hanc sanctam fiduciam.

Epist. 38. non longè à princ.

¶ In eodem articulo decimo in responsione ad vltimū, aduerte sub consilio eodem, an habeat sumptus: hoc est, an hoc quod quis facit, sit abrenuntiare omnibus. Debet enim magna inquisitione vel discussione multa, ingressurus religionem apud se examinare, an verè interiori affectu relinquat omnia, vel remaneat affectus ad honorem, ad gloriam, ad carnem & sanguinem, & huiusmodi: quia in hac expropriatione consistunt sumptus ædificandi perfectionis turrim in religione: alioquin nunquam ædificabit eam, nunquam ad perfectionem peruenier, sed verè patebit risui: sicut qui non computauit sumptus cœpit turrim materialem ædificare. Talis enim abdicanti à suo animo omnia quæ possidet, iugum religionis suaue est auferens perturbatiua & laboriosa, vt Gregorius in litera dicit, & refectionem delectationis internæ afferens. Temerè autem religionis iugum suscipiens tibus sine computatione sumptuum, sit eis laboriosum & graue. Palato enim non sano pœna est panis, qui sano est suauis.

Serm. 7. de medio.

¶ Et hæc de expositione huius libri sufficiant ad Dei, beatæ Virginis, & beati Thomæ gloriam. Romæ die 26. Februarij anno salutis 1517. ætatis autem meæ quadragesimonono inchoante.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd diuturna deliberatio, & multorum consilia requiruntur in magnis dubiis, vt Philosophus dicit in tertio Ethicor *. In iis autem quæ sunt certa & determinata, non requiritur consilium. Circa ingressum autem religionis tria possunt considerari. Primò quidem ipse religionis ingressus secundum se: & sic certum est quòd ingressus religionis est melius bonum. Et qui de hoc dubitat, quantum est in se, derogat Christo, qui hoc consilium dedit. Vnde Augustinus dicit in libro de Verbis Domini *, Vocat te oriens, id est Christus: & tu attendis ad Occidentem, id est, ad hominem mortalem errare potentem. Alio modo potest considerari religionis ingressus per comparationem ad vires eius, qui est religionem ingressurus. Et sic etiam non est locus dubitationis de ingressu religionis: quia illi qui religionem ingrediuntur, non confidunt in sua virtute se posse substistere sed auxilio virtutis diuinæ, secundum illud Isaiæ 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pœnas: sicut aquilæ current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficiēt. Si tamen sit aliquod speciale impedimentum, puta infirmitas corporalis, vel onera debitorum, vel aliqua huiusmodi, in iis requiritur deliberatio & consilium cum iis, de quibus speratur quòd prosint, & non impediant. Vnde dicitur Ecc'es. 37. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, quasi dicat, non. Vnde sequitur, Non attendas his in omni consilio, sed cum viro sancto assiduus esto. In quibus tamen non est diuturna deliberatio habenda. Vnde Hieronymus dicit in epistola ad Paulinum *: Festina quæso te, & hærenti in salo nauiculæ funem magis præscinde, quàm solue. Tertio autem modo considerari potest modus religionem intrandi, & quam religionem aliquis ingredi debeat. Et de talibus potest haberi etiam consilium cum iis qui non impediant.

Circa finem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm dicitur, Probate spiritus, si ex Deo sint, locum habet in iis quæ dubia sunt, vtrum spiritus Dei sit: sicut dubiū potest esse iis qui iam sunt in religione, vtrum ille qui religioni se offert, spiritu Dei ducatur, aut simulatè accedat: & ideo debent accedentem probare, vtrum diuino spiritu moueatur. Sed illi qui ad religionem accedit, non potest esse dubium, an propositum de ingressu religionis in corde eius exortum sit à spiritū Dei, cuius est ducere hominem in terram rectam. Nec propter hoc ostenditur non esse ex Deo quòd aliqui retrocedunt. Non enim omne quod à Deo est, est incorruptibile, alioquin creaturæ corruptibiles non essent ex Deo, vt Manichæi dicunt. Neque etiam aliqui qui habent à Deo gratiam, possent illam amittere, quod etiam est hæreticum. Sed consilium Dei est indissolubile, quo etiam corruptibilia & mutabilia facit: secundum illud Isaiæ quadragesimosexto, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Et ideo propositum de ingressu religionis non indiget probatione, vtrum sit à Deo: quia certa discussione non eget, vt dicit gloss. super illud primæ ad Thessalonicen. vltimo, Omnia probate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut caro concupiscit aduersus spiritum, vt dicitur ad Galatas quinto: ita etiam frequenter amici carnales aduersantur profectui spirituali: secundum illud Michææ septimo, Inimici hominis domestici eius. Vnde Cyrillus exponens illud Lucæ nono: Permitte me renuntiare iis qui domi sunt: dicit, Quærere renuntiare iis qui domi sunt ostendit, quòd vtcunque diuisus sit. Nam communicare proximis, & consulere nolentes æqua sapere, indicat ad huc vtcunque languentem, & retrocedentem. Propter quod audit à Domino, Nemo cùm posuerit manum ad aratrum, & aspexerit retro, habilis est ad regnum Dei. Aspicit enim retro, qui dilationem quærit occasione redeundi domum, & cum propinquis conferendi.

¶ Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad tertium dicendum, quòd per ædificationem turris ſignificatur perfectio Chriſtianæ vitæ. Abrenuntiatio autem proprtiorum eſt ſumptus ad ædificandum turrim. Nullus autem dubitat vel deliberat, an velit habere ſumptus, vel an poſſit turrim ædificare, ſi ſumptus habeat. Sed hoc ſub deliberatione ponitur, an aliquis ſumptus habeat. Similiter ſub deliberatione cadere non oportet, vtrum aliquis debeat abrenuntiare omnibus quæ poſsidet: vel ſi hoc faciendo ad perfectionem peruenire poſsit. Sed hoc cadit ſub deliberatione, vtrum hoc quod facit, ſit abrenuntiare omnibus quæ poſsidet: quia niſi abrenuntiauerit (quod eſt ſumptus habere) non poteſt (vt ibidem ſubditur) Chriſti eſſe diſcipulus, quod eſt turrim ædificare. Timor autem eorum qui trepidant, an per religionis ingreſſum poſsint ad perfectionem peruenire, eſſe irrationabilis ex multorum exemplo conuincitur. Vnde Auguſtinus dicit octauo Confeſsio *. Aperiebatur ab ea parte, qua intenderem faciem, & quo tranſire trepidabam, caſta dignitas continentiæ, honeſtè blandiens vt venirem, neque dubitarem, & extendens ad me ſuſcipiendum & amplectendum pias manus, piis gregibus bonorum exemplorum, ibi tot pueri & puellæ, ibi iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, & virgines, ánus irridebat me irriſione exhortaria: quaſi diceret, Tu non poteris quod iſti & iſtæ? An iſti & iſtæ in ſemetipſis poſſunt, & non in domino Deo ſuo? Quid in te ſtas, & non ſtas? Proiice te in eum: noli metuere. Non ſe ſubtrahet vt cadas: proiice te ſecurus, & excipiet te, & ſaluabit te.

Cap. 11. à medio.

Exemplum autem illud quod inducitur de Dauid, non facit ad propoſitum: quia arma Saulis, ſicut gloſſa dicit *, ſunt legis ſacramenta tanquam onerantia. Religio autem eſt ſuaue iugum Chriſti: quia vt Gregorius dicit in quarto Moralium *, Quid graue mẽtis noſtræ ceruicibus imponit, qui vitare omne deſiderium quod perturbat præcipit, qui declinari laborioſa mundi huius itinera monet? Quod quidem ſuaue iugum ſuper ſe tollentibus, refectionem diuinæ fruitionis repromittit, & ſempiternam requiem animarum. Ad quam nos perducat ipſe qui promiſit Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.

1. Reg. 17.

Cap. 30.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk lll mmm nnn ooo ppp qqq rrr sss ttt vvv xxx yyy zzz
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vvv
Omnes quaterniones præter Ddd, duernionem, & Vvv, quinternionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca